image
not
available

Digitized by Google

Digitized by Google

113 1



HOMILIAE CATHOLICAE
IN VNIVERSA CHRISTIANAE RELIGIONIS ARCANA CVNCTIS DIVINI VERBI PRAECONIBVS

utiles ualde, atq; pernecceſſariæ

in libros ſexdecim diuiſæ

AD S·D·N·PAVLVM V·PONT·MAX·

AVCTORE P·F·IOANNE CARTHAGENA HISPANO

ordinis Minorum de obſeruantia, ex prouincia immaculatæ Conceptionis, olim apud Salmanticenſes Sacræ Theologię profeſſore, et nunc Romę de mandato Sanctiſsimi Lectore generali in Regali conuentu Sancti Petri montis aurei

De facultate Superiorum

Romę ex officina Alphonſi Ciacconi

MARTYRES MAROCH· MARTYRES VARII MARTYRES CEPT·

M D C IX

B. 14. N. 1

Digitized by Google

FR. Ludouicus a S. Ioanne Euang. Ordinis S. Franciſci regularis obſeruantiæ In Romana Curia cum plenitudine poteſtatis Cōmiſſarius Generalis, in Chriſto plurimum nobis dilecto R.P.Fr. Ioanni de Carthagena eiuſdem Ordinis, ex Prouincia Conceptionis, & Romæ Sacræ Theologiæ Generali Lectori ſalutem, & pacem in filio pacis,

Cum opera quædam valde bona inſigniaque compoſueris (Homiliç Catholicæ in vniuerſa Chriſtianæ religionis arcana) intitulata, quæ eruditiſſimorum ſententia virorum nouimus comprobata: hinc eſt, quod nos, qui ingenij tui acumen doctrināque præcellentem probe callemus, quique ea Dei honori, animarum ſaluti, vniuerſiq; cœtus Catholici vtilitati, nec non Seraphicæ noſtræ Religionis ſplendori plurimum vtilia proficuaque fore nouimus, prœlo mandari preſentium tenore non ſolum concedamus, ſed etiam auctoritate noſtra præcipiamus, & mandemus. Sit itaque fidei tuæ, eorum impreſſioni ſedulo, & accurate inuigilare. Valeas. Datum Romæ in Conuentu noſtro Aracælitano die xxviij. Menſis Martii. Anno a Partu virgineo. 1609.

Frater Ludouicus de S. Ioanne Euangeliſta, qui ſupra, manu propria.

De mandato Reuer. admodum P. Commiſſarij.

Fr. Alphonſus a Pace Curiæ Secretarius.

E*Go Don Marcellus Baldaſſinus, Congreg. Clericorum Regularium S. Pauli Theologus, & Collegij S. Blaſij de Anulo præpoſitus ex commiſſione Reuerendiſſimi* P. *M. Sacri Palatij Apoſtolici Fr. Ludouici Iſtella, hoc opus (cuius titulus eſt, Homiliæ catholica in vniuerſa* Chriſtiana Religionis *arcana*) a R. P. Fr. *Ioanne de Cartagena ordinis minorum de Obſeruantia S. Franciſci compoſitum, ea, qua potui, ac debui diligentia recognoui, nihilque in illo inueni, quod catholicæ fidei, aut regulis Indicis de impreſſione librorum repugnaret. Quinimmo, vt ſolida atque probata ſcholaſticorum Theologorum doctrina, quam plurimis reconditorū locorum ſacræ Scripturæ congruis expoſitionibus, ex viſceribus ſanctorum Patrum deſumptis, ac multis veterū doctorum eruditionibus, tam ſacris, quam profanis ad Chriſtianos mores componendos ſatis accommodatis vndique refertum, & vt ſacris* Theologis, *Eccleſiaſticis* Concionatoribus, *atque omnibus Chriſtifidelibus vtiliſſimum futurum approbaui, & typis mandandum iudicaui.*

Don Marcellus Baldaſſinus Theologus.

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſſimo P. Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

Cæſar Fidelis Viceſg.

Imprimatur

Fr. Ludouicus Iſtella Magiſter Sacri Palatij Apoſt.

Digitized by Google

PAVLVS PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Cum ſicut accepimus, dilectus filius Patritius Caſtruccius Reatiñ. diœceſis opus quoddã [Homiliç Catholicç in vniuerſa Chriſtianç religionis arcana omnibus verbi Diuini Prçconibus vtiles valde, & neceſſariæ] nuncupatum, per dilectũ etiã filium Fratrẽ Ioannem de Cartagena, ordinis Minorum ſancti Franciſci de obſeruantia profeſſorem compoſitum, in lucem edere intendat, vereaturq. ne poſtquam in lucem prodierit, alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt, hoc ipſum opus Typis cudi facere curent in ipſius Patritij præiudicium: nos eius indemnitati, ne ex impreſſione huiuſmodi aliquod diſpendium patiatur, prouidere, ipſumque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequeñ. harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eius nomine nobis deſuper humiliter porrectis inclinati, eidem Patritio, decennio proximo a primæua dicti operis, dummodo antea a dilectis filijs noſtro in alma Vrbe Vicario in ſpiritualibus generali, ac Magiſtro ſacri Palatij Apoſtolici approbatum ſit, impreſſione computando durante, nemo tam in Vrbe, quam in vniuerſo ſtatu noſtro Eccleſiaſtico mediate, vel immediate nobis ſubiecto, opus ſupradictum, ſine ſpeciali dictorum Ioannis, & Patritij, aut eiuſdem Patritij heredum, & ſucceſſorum, vel ab eis cauſam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs ſine huiuſmodi licentia impreſſum vendere, aut venale habere, ſeu proponere poſſit, auctoritate apoſtolica tenore prçſentium concedimus, & indulgemus, Inhibentes propterea vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus præſertim librorum impreſſoribus, & Bibliopolis ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium, pro vna Cameræ apoſtolicæ, ac pro alia eidem Patritio, ſeu eius heredibus, & ſucceſſoribus, aut ab eis cauſam habentibus, ac pro reliqua tertijs partibus accuſatori, & Iudici exequenti irremiſſibiliter applicañ. & eo ipſo incurrendis pœnis, ne dicto durante decennio opus ſupradictum, aut aliquam eius partem tam in magno, quam in parno folio, etiam prçtextu declarationum, ſiue additionum tam in Vrbe, quam in reliquo ſtatu Eccleſiaſtico prædictis, ſine huiuſmodi licẽtia imprimere, aut aut ab alijs impreſsũ vendere, aut venale habere, ſen proponere quoquo modo audeant, ſeu præſumant. Mandantes propterea dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris, Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eidem Patritio, eiuſque heredibus, & ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam habentibus huiuſmodi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, quandocunque ab eodem Patritio, ſeu alijs prædictis fuerint requiſiti, pœnas prædictas contra quoſcunque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtañ. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, ceteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam in ipſo opere impreſsis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitç, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die vj. Decembris. M. D. CVIII. Pontificatus. Noſtri Anno Quarto.

Scipio Cobellutius.

SAN-

SANCTISS. AC BEATISS. D. N.

PAVLO QVINTO PONTIFICI MAXIMO

FR. IOANNES DE CARTHAGENA ad humillima pedum oſcula.

QVæ per annos ferme vigintiquinque (Beatiſſime Pater) continuis lucubrationibus elaboraui pro cibandis fidelibus, Sanctitati tuæ creditis, incipio nunc ſub apoſtolicis tuis auſpicijs in Dominicũ horreum Eccleſiæ catholicæ, cuius in ſupremo dignitatis apice digniſſimus præes, feliciter inferre: hoc enim bono ſemper animo fui, vt quidquid a Patre cæleſti acciperem, Eccleſiæ matri fideliter redderem; & ſi quid ſedulo ac ſine fictione diſcerem, ſine inuidia (vt ait ſapiens) communicarem. *Sap. 6.* Argumentum præſentis operis grauiſſimum omnium eſt, cum ad hunc ſcopum tendat, vt abditiſſima fidei catholicæ arcana aperiat, a me ingenti, & incredibili labore elucubrata, vt facile indicabit copioſa ſeges homiliarum, quæ multiplici, tam humana, quã diuina eruditione refertæ ſunt: adeſt enim in eis quamplurium locorum difficilium ſacræ Scripturę multiplex expoſitio, eiuſdem loci verſiones non paucę (vulgatę tamen editionis translatione ſemper omnibus prælata) Sanctorum Patrum, nec non ſacrorum Pontificum, & Conciliorum varia doctrina, ex ethnicis, & profanis auctoribus, tamquã ab iniuſtis poſſeſſoribus (vt ait Auguſtinus) multiplex eruditionis ſupellex arrepta, conceptionum animi vberrima copia, tam ad abſtruſa catholicæ fidei myſteria reſeranda, quam ad hominum mores componendos. *Aug. 2. de Doctrina Chriſtiana paulo ante fin.* Stylus autem eius conditionis eſt, vt nec eruditi merito faſtidire, nec alij de cultu nimio conqueri valeant, quo minus res intelligi queat. Hæc cum ita ſe habeant, non erit neceſſe reddere rationem, cur opus hoc tuæ Beatitudini dicauerim, cum multo magis inſtituti mei ratio tunc reddenda foret, ſi tua ſanctitate prætetita ſub alterius cuiuſquam patrocinio illud in lucem prodere tentaſſem. Nam cum in eo de orthodoxæ fidei ſublimibus myſterijs, de Trinitate, Incarnatione Verbi, æterna, ac temporali eiuſdem Natiuitate, auguſtiſſimo Euchariſtiæ ſacramento, & reliquis, quæ ſancta profitetur Eccleſia Romana, quorum tutelaris defenſio ad hanc Apoſtolicam ſedem præcipue ſpectat, æquiſſimum iudicaui, vt ſub celeberrimi nominis tui auſpicijs prodiret, qui honos ſi non mihi, materiæ tamen ſublimitati, & dignitati debebatur

elucidationes namq; cum ſint arcanorum fidei, quæ frequenter a verbi diuini Præconibus proponendæ ſunt, neminem alium in terris probatorem
D. Hier. ad Dam. ſibi poſcebant quam te, qui, vt Hieronymus dixit in Epiſtola ad Damaſum: *Petri & fidem, & ſedem tenes*; & ſicut nec in fide fallere, ita nec falli potes: orationem enim Chriſti pro Petro, ne deficeret fides eius, ad Sedem hanc Apoſtolicam extendi minime vmquam dubitaui.
Luc. 22. Deinde præterquam Deus olim præcipiebat ſummo Sacerdoti primitias offerri, id etiã me permouit, vt opus hoc nomini tuo ſacrarem, quod te illud digne probante, quodammodo ſacrum fiet, & metum forſan detractoribus incutiet, vt tanto in terris numini oblata violare non auſint. Dixi, forſan (Beatiſſ. Pater) quia detractionis vitium adeo increbuit, vt mordaces linguæ non ſolum in cælum, ſed in auctorem eius ponant os ſuum, Dauide dicente: *Et male locuti ſunt de Deo*.
Num. 18.
Pſal. 77. Non inficior etiam, me haſce lucubrationes tuæ offerre Beatitudini in pignus illius, quam tibi debeo ſeruitutis; nam, præterquam ſupremus es omnium Paſtor, Antiſtes, Princeps, & Rex, cui pro inſigni ſollicitudine, iugi vigilantia, ſingulari prudentia, iuſtiſſimo pariter, ac dulciſſimo regimine tuo, nec non pro rara humanitate, & clementia, quæ longe te magis, quam illa omnia, celeberrimum Pontificem toti orbi commendat, Salomone dicente: *Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius*:
Prou. 20. propter beneuolentiam etiam, quam ob eximiam tui animi ingenuitatem erga me non vno ſed pluribus beneficijs oſtendiſti, hoc opus, niſi ingratus eſſe vellem, tibi ſacrare ex iuſtitia debui. Ob has ergo cauſas, cum inter alias ſacræ Theologiæ diuiſiones, illa celebris ſit in moralem, ſcholaſticam, & poſitiuam, ex ſingulis his totidem opera tuo clariſſimo nomini dicaui: ex Theologiæ moralis fonte hauſi volumen illud libros nouem continens pro Eccleſiaſtica libertate tuenda: ex Theologia Scholaſtica tomum primũ ſelectarum diſputationum in quartũ ſententiarum: ex Theologiæ tandem poſitiuæ Theſauris, ſexdecim hos libros, quibus vniuerſa Chriſtianæ religionis arcana explicantur, quæ eo præcipue nomine diligenter elaboraui, vt qui vniuerſæ Eccleſiæ verbo vtilis eſſe non poſſum, calamo prodeſſem, & qui cunctis fidelibus Verbi incarnati arcana proprio ore reſerare non valeo, per omnium ora Concionatorum, quibus hæc noſtra ſcripta abſque dubio magno vſui futura ſunt, detegerem, & ineſtimabiles Chriſti diuitias omnibus annunciarẽ, communiq. Reipublicæ Chriſtianæ bono, quoad poſſem, conſulerem. Vt enim tam eloquenter, quam pie dixit prædeceſſor tuus Innocentius III. in Epiſtola ad Abbatem Ciſtercienſem: *Prædicatio animam reuocat ab errore ad veritatem, a vitijs ad virtutes, praua mutat in recta, aſpera conuertit in plana, inſtruit fidem, erigit ſpem, roborat charitatem, euellit nociua, plantat vtilia, & fouet honeſta, via vitæ, ſcala ſalutis, & ianua paradiſi eſt*.
Innoc. 3. Epiſt. ad Abb. Ciſtercien. Quam poſt longæuam vitam cæleſtibus chariſmatibus cumulatiſſimus, ac triumphans vt intres, Deum Optimum maximum quotidie precor, & quamdiu ſuperſtes fuero, precari non deſinam.

AV-

Digitized by Google

AVCTOR AD LECTOREM.

NOui non paucos (humaniſsime Lector) viros alioquin doctrina conſpicuos, ea ſolum ratione lucubrationes ſuas in lucem prodere renuiſſe, quod oblatrantium ora, quæ nemini quantumuis ſapienti ſcriptori parcere conſueuerunt, valde pertimeſcerent. Verum ego de huiuſmodi detractionibus nihil viro prudenti curandum ſemper cenſui. Imprudentiæ enim, & puſillanimitati quis non adſcribat, ob detrahentium timorem quemquam abſterreri ab opere ſtudioſo, & Eccleſiæ catholicæ mirum in modum vtili? vt enim ſapienter Eccleſiaſtes dixit: Qui obſeruat ventum, non ſeminat; & qui conſiderat nubes, numquam metet. *Eccl. 11.* *Unde Diuus Auguſtinus garrientium maledicta floccipendens, libro ſecundo de Trinitate dixit:* Nec trepidus ero ad proferendum ſententiam meam, in qua magis amabo inſpici a rectis, quam timebo morderi a peruerſis; gratanter enim ſuſcipit oculum (vel vt alij codices legunt) oſculum columbinum pulcherrima, & modeſtiſsima charitas; dentem autem caninum vel euitat cautiſsima humilitas, vel retundit ſolidiſsima veritas, magiſque optabo a quolibet reprehendi, quam ſiue ab errante, ſiue ab adulante laudari: nullus enim reprehenſor formidandus eſt amatori veritatis: Etenim aut inimicus reprehenſurus eſt, aut amicus; ſi inimicus inſultat, ferendus eſt; amicus autem ſi errat docendus, ſi docet audiendus. Laudator vero, & errans confirmat errorem, & adulans illicit in errorem: emendabit ergo me iuſtus in miſericordia, & arguet me: Oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum. *D. Auguſt. lib. 2. de Trinit.* *Pſal. 140.* *Hactenus tam eleganter, quam ingenioſe Diuus Auguſtinus. Cuius veſtigijs inſiſtens non poſſum non ex eiuſdem ſanctiſsimi Doctoris doctrina reſpondere eorum obiectioni, qui prætextu pietatis indiſcreto, & inſipienti zelo Euangelicum concionatorem dedecere autumant, ad ea, quæ catholica docet veritas, magis elucidanda Ethnicorum figmenta, & ritus, profanorumque auctorum monumenta (prout nos non ſemel in hoc opere factitamus) ſibi vſurpare. Audiant igitur hoc execrantes, in primis magnum Patrem Auguſtinum ſic loquentem:* Philoſophi autẽ qui vocantur, ſi qua forte vera, fidei noſtræ accõmoda dixerunt, maxime Platonici, non ſolum formidanda non ſunt, ſed ab eis etiã tamquam iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum vendicanda. Sicut enim Aegyptij non ſolum idola habebant, & onera grauia, quæ populus Iſrael deteſtaretur, & fugeret, ſed etiam vaſa, atque ornamenta de auro, & argento; & veſtem, quæ ille populus exiens de Aegypto, ſibi potius tam- *D. Aug. lib. 2. de doct. Chr. paulo ante finem. & diſt. 38. c. legimus.*

quam

quam ad vſum meliorem clanculo vendicauit; non auctoritate propria, ſed præcepto Dei ipſis Aegyptijs neſcienter commodantibus ea, quibus non bene vtebantur; ſic doctrinæ omnes gentilium, non ſolum ſimulata, & ſuperſtitioſa figmenta, graueſque ſarcinas ſuperuacanei laboris habent, quæ vnuſquiſque noſtrum duce Chriſto de ſocietate Gentilium exiens, debet abominari, atque deuitare (*Scilicet quantum ad aſſenſum, non quantum ad prudentem eorum vſum, quem approbat hic Diuus Auguſtinus*) ſed etiam liberales diſciplinas, vſui veritatis aptiores, & quædam morum præcepta vtiliſsima continent, deque ipſo Deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos: quod eorum tamquam aurum, & argentum, quod non ipſi inſtituerunt, ſed quibuſdam quaſi metallis diuinæ prouidentiæ, quæ vbique infuſa eſt, eruerunt, & quo peruerſe atque iniuriose ad obſequia dæmonum abutuntur, cum ab eorum miſera ſocietate ſeſe animo ſeparat, debet ab eis auferre Chriſtianus ad vſum iuſtum prædicandi Euangelij: veſtem quoque illorum, id eſt hominum quidem inſtituta, ſed tamen accommodata humanæ ſocietati, qua in hac vita carere non poſſumus, accipere, atque habere licuerit in vſum conuertenda Chriſtianum. Nam quid aliud fecerunt multi boni fideles noſtri? Nonne aſpicimus, quanto auro, & argento, & veſte ſuffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus Doctor ſuauiſſimus, & martyr beatiſſimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? vt de viuis taceam: quanto innumerabiles Græci?
Act. 7. Quod prior ipſe fideliſſimus Dei famulus Moyſes fecerat, de quo ſcriptum eſt, quod eruditus fuerit omni ſapientia Aegyptiorum. Quibus omnibus viris ſuperſtitioſa gentium conſuetudo, & maxime illis temporibus, cum Chriſti iugum decutiens Chriſtianos perſequebatur, diſciplinas, quas vtiles habebat, nunquam commodaret, ſi eas in vſum vnius Dei colendi, quo vanus idolorum cultus extingueretur, conuerſum iri ſuſpicaretur: ſed dederunt aurum, & argentum, & veſtem ſuam exeunti populo Dei de Aegypto, neſcientes quemadmodum illa, quæ dabant, in Chriſti obſequium redderentur. Illud enim in Exodo factum ſine dubio figuratum eſt, vt hoc præſignaret. *Sed audiant etiam clariſsimum Eccleſiæ Doctorem Diuum Hie-*
Hier. tom. 2. ep. 84. *ronymum, Auguſtini ſententiam his verbis confirmantem in Epiſtola octuageſima quarta, Magno oratori Romano, vbi ſic ſcribit:* Quod autem quæris in calce epiſtolæ tuæ, cur in opuſculis noſtris ſæcularium litterarum interdum ponamus exempla, & candorem Eccleſiæ ethnicorum ſordibus polluamus: reſponſum breuiter habeto. Numquam hoc quæreres, niſi te totum Tullius poſsideret, ſi ſcripturas ſanctas legeres, ſi interpretes earum omiſſo Volcatio, euolueres. Quis enim neſciat, & in Moyſe, & in Prophetarum voluminibus quædam aſſumpta de gentilium libris, & Salomonem Philoſophis Tyri & nonnulla propoſuiſſe, & aliqua reſpondiſſe: vn-
Prou. 1. de in exordio Prouerbiorum commonet, vt intelligamus ſermones pru-

dentiæ

dentiæ, verſutiaſque verborum, parabolas, & obſcurum ſermonem, dicta
ſapientum, & ænigmata: *Ibidem etiam S. Hieronymus, poſtquam pleroſque*
commemorauerat grauiſſimos Scriptores, qui ante illum profanis litteris ad
illuſtranda diuina arcana vſi fuerant, vt ſanctum Clementem Alexandri-
num, Hyppolitum, E*uſebium Emiſsenum, Euſebium Caſarienſem, Origenem, &*
alios ſimiles, ſubdit: Qui omnes in tantum philoſophorum doctrinis atque
ſententijs ſuos referciunt libros, vt neſcias quid in illis primum admirari
debeas, eruditionem ſæculi, an ſcientiam ſcripturarum. *Tandem conſulant*
antiquiſsimum Origenem homilia trigeſima prima ſuper Lucam, dicentem:
Quomodo autem Diabolus per occaſionem temporum de ſcripturis lo-
quitur, ſic e contrario Paulus pro vtilitate eorum, qui audiunt, non ſo-
lum de ſcripturis, ſed etiam de ſæcularibus libris aſſumit teſtimonium.
pluraque ibi ex poetis etiam comicis a Paulo accepta refert, & ſubdit:
Ideo enim aſſumpſit Paulus verba etiam de his, qui foris ſunt, vt ſancti-
ficet ea, *hoc eſt, vt faciens illa diuinis eloquijs famulari ex profanis in ſancta*
conuertat. Itaque contendit Origenes, quod ſi pater mendacij, & heretici le-
gitimi eius filij, ſacram Scripturam prauis eorum opinionibus inſeruire cogunt,
ita vt ipſa non ſecus, ac auctor eius conqueri poſsit, dicens illud Iſaiæ: ſeruire Iſa.43.
me feciſtis in peccatis veſtris: *nobis quidem e contra licebit pulchra, quæ infideles*
poſsident, ab eis extorquere, vt catholicas veritates elucidemus, & illuſtremus.
Hos omnes Patres id ſine dubio didiciſſe reor ex diuinis Litteris tam veteris
quam noui Teſtamenti: ſecundo enim Paralipomenon fabula recenſetur cardui, 2.Par.25.
qui adeo inſuperbire cœpit propter viridia quædam recens exorta folia, vt filiam
cedri, nobiliſsimæ arboris, in vxorem ſibi dari tentaret: in cuius elationis ſup-
plicium ab animantibus terræ acriter conculcatus fuit. Libro etiam Iudicum Iudic.9.
pulchram illam arborum fabellam legimus, quæ cum ad* R*egis electionem con-
uenirent rhamnum in* R*egem ſuum crearunt. Ex nouo præterea Teſtamento
non pauca ad idem ſuppetunt teſtimonia: nam, vt obſeruauit Nicephorus Nicephor.
libro decimo hiſtoriæ* Eccleſiaſticæ *capite ſecundo, Diuus Paulus ſcribens ad Ti- l.10.Hiſt. Eccl. c. 2.
tum, illud poetæ Epimenidis protulit: Cretenſes ſemper mendaces, malæ ad Tit.c.1
beſtiæ, ventres pigri. ***& Epiſtola prima ad Corinthios adduxit carmen il-*** 1.Cor.15.
lud, quod in Menandri comœdia extat:

Corrumpunt bonos mores colloqnia praua.

Ac tandem in Actis Apoſtolorum citat illud Arati poetæ: Ipſius enim & ge- Act.17.
nus ſumus. ***Vnde Diuus Hieronymus præcitato loco animaduertens Diuum***
Paulum, quem ipſe imitari nitebatur, non ſemel Ethnicorum monimenta ſcri-
ptis inſeruiſſe ſuis, quaſi clauam ab Hercule extorquentem, in hæc verba pro-
rupit: Didicerat enim a vero Dauid extorquere de manibus hoſtium 1.Reg.17.

gladium

gladiũ, & Goliæ ſuperbiſſimi caput proprio mucrone truncare. Legerat in
Deut. 21 Deuteronomio, Domini voce præceptũ, mulieris captiuæ radendum caput,
ſupercilia, omnes pilos, & vngues corporis amputandos, & ſic eam ha-
bendam in coniugio. Quid ergo mirum, ſi & ego ſapientiam ſæcularem
propter eloquij venuſtatem, & membrorum pulchritudinem de ancilla,
atque captiua Iſraelitidem facere cupio? & ſi quidquid in ea mortuum
eſt idololatriæ, voluptatis, erroris, libidinum, vel præcido, vel rado, & mi-
xtos puriſsimo corpori vernaculo ex ea genero Domino Sabaoth? labor
meus in familiam Chriſti proficit; ſtuprum in alienam auget numerum
Oſea, 1. Iſai 7. Ezech. conſeruorum. Oſeas accepit vxorem fornicariam Gomer filiam Debe-
laim, & naſcitur ei de meretrice filius Iezrael, qui vocatur ſemen Dei.
Iſaias nouacula acuta barbam, & crura radit peccantium, & Ezechiel in
typo fornicantis Hieruſalem tondet cæſariem ſuam, vt quidquid in ea
abſque ſenſu, & vita eſt, auferatur. *His, quæ ſatis erudite, ac perlepide*
Leuit. *edixit Diuus Hieronymus, annectamus & nos, quod quamuis in Leuitico pro-*
hiberetur mel in ſacrificium offerri, ſicut & fermentum; eorum tamen pri-
mitiæ Deo dari ibidem præcipiuntur, ad deſignandum, vt erudite ob-
Eucherius queſt. in Leu. Heſych. in ſecundum Leu. *ſeruarunt Eucherius, & Heſychius, de eloquentia, & ſcientia gentilium tan-*
tum deſumendum eſſe, quantum ad diuina reſeranda myſteria opus fue-
rit: quod idem nonnulli obſeruarunt de ſale oblato in ſacrificijs; ſicut enim
ſal ad cibos ſapidos reddendos deſeruit, ita humanæ eruditionis ſal ad ſpi-
Leuit. 2. *ritualem Euangelicæ doctrinæ cibum condiendum prodeſt: ex quo infero,*
quod ſicut mellis, ita & humanæ eruditionis nimius vſus eſt noxius. Vnde
Prou. 25. *Spiritus ſanctus dixit:* Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne for-
te ſatiatus euomas illud. *Et quemadmodum etiam moderatus ſalis vſus*
ſalutifer eſt, immoderatus vero pernicioſus; non ſecus profanæ eruditionis
frequentem, ac nimium vſum, abuſum merito ſemper iudicaui.

Deinde (candide lector) de argumento huius operis, ac de ſcopo illius, con-
ſulto quidquam tibi edicere prætereo, quia horum rationem ſummo Ponti-
fici in epiſtola quam ei inſcribo, copioſe tradidi: tibi tamen polliceor, quod ſi
præſens opus placuerit, continuo tres alios tomos prælo mandabimus: primum de
arcanis catholicæ fidei ad Beatiſsimam *Deiparam Virginem ſpectantibus; ſe-*
cundum, & tertium de arcanis Euangelicæ doctrinæ, quibus Verbi diuini
præcones, abſque ingenti librorum ſupellectili facile ad populum conciones habe-
re poterunt. Demum, prudens lector, cuidam alteri obiectioni facere ſatis non præ-
termittam, ſcio enim nobis obiectari poſſe, nonnulla in hoc opere errata irrepſiſſe,
quæ non tam typographis, quã oſcitanti noſtræ correctioni adſcribenda videntur.
Verum præterquam qui aliorum codicum errata conſuluerit, huius operis per-
Macrob. l. 5. cap. 3 *pauca eſſe iudicabit, meminiſſe oportebit Macrobium libro quinto capite tertio,*

tria

tria commemoraſſe olim apud antiquos celebrata fuiſſe impoſsibilia, Subtrahere Herculi clauam, Ioui fulmen, Homero verſum: ex quo non obſcure patet, illo tempore typographicam artem nondum adinuentam: ſi enim tunc iam vigere cœpiſset, quartum proculdubio impoſsibile addidiſſent, ſcilicet typographiam abſque erratis, maxime cum auctor intereſſe non poteſt. Auſim dicere, vt experientia ipſa ſatis exploratum eſt; quod cum rara auis ſit in terris, nigroque ſimillima cygno mandatus typis abſque errore liber, & ſi quiſpiam ſit, phœnix eſt, quod tametſi typographi, & correctores lumina plura haberent, quam animalia Ioannis, quæ ante, & retro plena erant oculis, vel vt paſtor Argos, cuius meminit Ouidius, centum oculis ſcaterent, opus nihilominus ab erratis immune minime prodiret. Cum autem in hoc opere nonnulla irrepſere, typographis in referendis locis ſacræ Scripturæ numerorum notas commutantibus, vt 9. pro 6. & e contra, & 2. pro 11. & ſic de alijs: huic damno, præſentiſsimo occurrimus remedio, veros numeros illorum locorum in Indice aſsignantes teſtimonia ſacræ Scripturæ continente. Reliqua vero, quæ & perexigua, & parui momenti ſunt, erratorum pagina adamuſsim corrigit.

Apoc. 4.
Ouid. 1. Metamor.

DE ALTISSIMO SANCTISS.MAE TRINITATIS ARCANO VNICO, ET INEXHAVSTO FONTE RELIQVORVM.

LIBER PRIMVS.

Homilia Prima.

Quanta ſit præſentis tractationis difficultas.

PROPTER ſummam Dei excellentiam, & humanæ mentis imbecillitatem non ſolum gentium Philoſophi, ſed qui poſtea Chriſto adhæſerunt, exploratum quidpiam, aut certum effari de Deo poſſe, arduum, ac perdifficile iudicarunt. Vnde illi (vt ſcribit Pierius) ciconiam pro vtriuſque rei ſymbolo colebant inter ceteras volucres lingua carentem, quod opera Dei ſilenter & ſecreto fiant, omniſq; hominum ſermo ad explicanda Dei myſteria habeatur elinguis. Ex noſtris verò eximius Eccleſiæ Doctor Auguſtinus hanc Dei inacceſſam celſitudinem, & hominis ruditatem admiratus inquit: *Quid ſit Deus in cor hominis non aſcendit, quid ergo quæris, vt aſcendat in linguam, quod in cor hominis non aſcendit?* Cui etiam ſubſcribit magnus ille Pater ſanctus Martinus, dicens: *Mens humana intelligere non poteſt, nec oratoria lingua narrare, nec diffuſi ſermonis bibliothecarum volumina.* Sed præter Ciconiæ ſymbolum priſci Gentiles, vt humanæ mentis in diuinis exquirendis arcanis infirmitatem, & periculum oſtenderent, Sphyngis vſurpauerunt imaginem, quam templorum foribus præfigebant (vt ſcribit Cartarius) ſignificare volentes, diuina myſteria intelligere cupientibus cauendum ſibi eſſe ab interitu, quem imago illa Deorum templis præpoſita denotabat. Nam Sphynx monſtrum erat, quod ab his qui illud adibant, ænigmata percontabatur, quæ ſoluere neſcientes ab Sphynge protinus necabantur. Nec minus commode alij hanc ingenij noſtri in rerum diuinarum exploratione nimiam auiditatem, & audaciam papilioni ſimilem eſſe dixerunt, qui temerario auſu lucernæ flammis appropians, & incautè circumuolans comburitur. Tarditatem denique noſtræ cognitionis cum teſtudine compararunt, quæ torrentem pertranſire conata, protinus demerſa fuit. Hinc immenſam Dei naturam, & intellectus humani anguſtias contemplatus Simonides, quo cum natam eſſe Theologiam Plato memorauit, cum ab Hirone, (vt ſcribit Cicero) interrogaretur, quid, aut qualis eſſet Deus, deliberandi cauſa ſibi vnum diem poſtulauit; cum idem ex eo poſtridie itidem quæreret, biduum petijt; cum ſæpius duplicaret numerum dierum, admiranſque Hiero quæreret cur ita faceret? Quia quanto inquit diutius conſidero, tanto mihi res videtur obſcurior. Cum enim multa venerint in mentem acuta, atque ſubtilia, dubitans quid eorum eſſet veriſſimum, deſperauit omnem veritatem, vnde non immerito Porphyrius dixit, Deum laudari debere puro ſilentio, & caſtas de illo cogitationes habendo. Quod multo ante rex ſanctiſſimus, & Propheta diſertiſſimus Dauid videtur aſſeruiſſe, ſi D. Hieronymi ſequamur interpretationem, nam vbi vulgata inquit, *Te decet hymnus Deus in Sion*, Hieronymus vertit ex Hebræo, *tibi ſilentium laus in Sion*, nec tamen prior interpretatio poſteriori contraria eſt, Non enim illo Pſalmi verſiculo, ſilentium tantum indicitur, nec ſola laus imperatur, ſed vtrunque ſimul decere Deum oſtenditur, cuius laus idem eſt, ac ſilentium, cum apud eum omnis noſtra laudatio pro ſilentio habeatur, quod proferunt verba Hieronymi dicentis, *tibi ſilentium, laus*, vel, vt alij vertunt, *tibi tacet laus in Sion*. Quoniam nulla tam ampla de Deo poteſt eſſe prædicatio, nullus tam Angelicus hymnus, nullum tam ſublime carmen, quod eius non ſuperetur immenſitate, & altitudine percellatur. *Quomodo enim*, vt ait Gregorius, *valebit lingua dicere, quod non ſufficit mens noſtra ſentire?*

Satis, quæ ſunt à me prælibata, demonſtrant, quam arduum ſit, aliquid certum de Deo etiam quatenus vnus eſt, affirmare: at ſi eundem quate-

Pier. Val. lib. 17. — *D. Auguſti. Pſalm. 85.* — *S. Martin in profeſſione fidei.* — *Cartarius fol. 310.* — *Simonides.* — *Plato.* — *Cicer. Tuſc. lib. 5.* — *Porph. lib. 2. de abſtin.* — *Pſal. 64.* — *Hieronym. interpretatio ſuper eodem loco. Pſalm. 64.* — *Hier. vbi ſupra.* — *Gregor. lib. Moral. 5.*

nus trinum contemplemur, multo certe obſcurior, ac magis ineffabilis illius cognitio videbitur. Non enim diuinarum Trinitas perſonarum, ſicut ſola Dei eſſentia eſt virtus, & cauſa rerum increatarum, per quas ſiue ſint viſibiles, ſiue in-

Paul. ad Roman. c. 1.

uiſibiles, vt ait Apoſtolus, ſempiterna virtus eius, & diuinitas ab homine conſpicitur. Vnde licet ſuppoſita fide aliquod in naturis à Deo conditis reluceat Trinitatis indicium, non tamen per earum veſtigia haberi poteſt, vel potuit notitia Trinitatis, ſine ſacræ doctrinæ, & interioris in-

Eccl. 7.

ſpirationis reuelatione. Merito ergo me terret tanta profunditas: ſcriptum enim lego: *Alta profunditas, quis inueniet eam?* quæ verba ſanctus

S. Thom. c. 1. Lection. 4.

Thomas, Epiſtolam ad Romanos exponens, intelligit de Trinitate; illa enim vere eſt immenſa profunditas, quæ non poteſt tranſuadari, quod

Greg. Naz.

& Gregorius Nazianzenus inſinuauit his verſibus, de Trinitate loquens:

Immenſum exigua pelagus ſulcare carina,
Et parua æthereum penna volitare per axem
Paramus &c.

Vbi Trinitatis myſterium cum pelago profundiſſimo, & axe æthereo, mentem vero noſtram cum parua carina, exiguiſque pennis comparat. Quid enim aliud eſt hominis ratio, dum profunda percurrere tentat myſteria, quam linter anguſtus & fragilis, vaſtis diuini oceani gurgitibus agitatus? Quid noſtri ingenioli conatus, dum geſtit diuina proſpicere, niſi audax parui culicis, aut ſcinyphis volatus, qui altius ſolito ſe tollere nixus, ventorum flatibus arreptus in terram deijcitur? Iure igitur de tam alto, & occul-

Eccl. 4.

to myſterio dictum à Salomone: *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Adeo namque implicitus, & impeditus eſt diuini huius funiculi nodus, quo tres, & vnus pariter continentur, vt humana mens illum non capere, nedum explicare, aut

Auguſtin.

ſoluere valeat. Magnus Eccleſiæ Doctor Auguſtinus animaduerſione dignum eſſe ait, quod omnia, quæ Moyſes ſigna fecerat coram Pharaone, ab eius quoque magis facta fuerint, in tertio tamen ſigno defecerint: quo manifeſte indicatur, vt idem explicat Auguſtinus, humanum ingenium, atque ſapientiam, in tertio ſigno, id eſt in contuitu Trinitatis omnino deficere. Ea enim eſt Dei natura, vt quo magis homo illam ſcrutari ſuis viribus ſatagit, eo occultior lateat, & ſublimior exurgat. Vnde Propheta inquit:

Pſalm. 63.

Accedit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.

Greg. Naz.

Quod Gregorius Nazianzenus teſtatur his verbis: *Mentis celeritatem, & ſubtilitatem effugit.* &

Iob. c. 28.

Iob de natura diuina loquens: *Abſcondita eſt* (ait) *ab oculis omnium viuentium, & volucres cæli* latet; vbi, *per volucres cæli*, Angelos intelligit. Hæc propter Dauid, etſi præ ceteris cæleſti ſcientia illuminatus, humiliter tamen ſe his verbis demittit, & altiora ſe non quæſiuiſſe profitetur:

Pſalm. 130.

Domine ſi non eſt exaltatum cor meum, nec elati ſunt oculi mei, nec in mirabilibus ſuper me, ac ſi diceret, Si voluntas ſuperba non eſt mei dominata maiora meritis expetentis, nec mentis elatio me arripuit ſublimiora quærentem &, quæ ingenij mei facultatem ſuperant mirabilia ſcrutantem; id enim ſignificat: *Nec in mirabilibus ſuper me.* Quod Chaldaica interpretatio vertit: *Nec in ſeparatis ſuper me.* Quod, & ſanctus Thomas ita

S. Tho. ſuper Epiſt. ad Roman. 12. Lectione 1.

explicat: *Si de mea ſapientia non ſenſi arroganter, præſcriptos modeſtiæ limites ſum egreſſus, maiores modulo mei intellectus alas extendens.*

Cant. 5.

Sponſa in Canticis ſponſi capillos (per quos intelligit arcana diuina) comparat cum palmarum comis ſublimibus, iuxta vulgatam interpretationem, vbi legitur: *Comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ ſicut coruus.* Verum ex Hebræo

Cyprian. Ciſter. ſup. Cantica c. 5.

(vt Cyprianus Ciſtercienſis aduertit) hoc etiam ſenſu illa Sponſæ verba præclara ſignificatione vertuntur: *Comæ eius ſicut tiliæ, nigræ ſicut coruus.* Itaque Sponſi capillos ſimiles eſſe ſponſa dicit palmæ ſublimi, necnon tiliæ, cuius eſt modica proceritas: vnde carere myſterio non poteſt tam inuſitata ſimilitudo, ſiquidem cum auri fulgore, vel ſolis radijs capillorum venuſtas conferri, non cum palma, aut tilia conſueuit. Cuius rei (vt interim de palma taceam) multiplex ra-

Plini lib. 16. cap. 14.

tio eſt. Nam vt ſcribit Plinius, Tilia inter corticem, & lignum tenues habet tunicas multiplici membrana, e quibus vincula fiunt, quæ etiam tiliæ vocantur, quarum tenuiſſimæ dicuntur philyræ coronarum lemniſcis celebres, & ab antiquis in honore habitæ. Vnde Lyricus Poeta, ad ſignificandum ſuo miniſtro ſe tenui conuiuij apparatu eſſe contentum, inquit:

Horatius lib. 1. Oda vlt.

Perſicos odi puer apparatus
Diſplicent nexæ philiræ coronæ

Tilia propterea montes colit, putredinem non ſentit, fructus eius à nullo animalium attingitur, materies odoratior, foliorum, & corticis ſuccus dulcis, ac tandem arbor eſt molliſſima, & calidiſſima, ideoq; aſciã cito retundit. Hinc igitur Sponſi capilli (qui vt dixi diuina myſteria ſignificant) aſſimilantur tilijs, ex quibus & vincula, & coronæ fiebant, quoniam ſicut pij, & iuſti homines ab his myſterijs coronantur Dei ſpiritui credentes, ita impij, & ſuo ingenio magis quam Deo acquieſcentes ab eiſdem arcanis, tanquam vinculis præpediuntur, ne in illarum cognitione progrediantur. Quod mihi redigit in memoriam Arrij, Photini, & Sabelli errorem, atque ruinam miſerabilẽ, quibus Trinitatis arcana, quæ iuſtos coronãt, ſi fide ſincera credantur, vincula, & cõpedes fuerunt, quoniam curioſè, atque inſolenter illa perſcrutari voluerunt. Cetera quæ de tiliæ natura retulimus, facile pius, ac prudens lector diuinis myſterijs aptabit, ſi ad illa reſpiciens, hæc noſtra conſiderabit. Habitat enim Deus lucem inacceſſibilem, immortalis, & æternus eſt, cuius domus repleta eſt odore vnguenti, ſuperbis corde reſiſtit, multoque vehementius, quam tilia repellit aſciam, omnem ille mentis aciem remouet, & obtundit. Et ſicut tiliæ fructus à nullo animalium attingitur, ita, quæ Dei ſunt, ab animali homine neſciuntur, vt ſcriptum eſt: *Animalis homo non percipit ea quæ Dei ſunt.* Quin etiam

1. ad Cor. 2.

quemadmodum tilia mollis admodum, & pariter duriſſima eſt, ſecundum diuerſas eius partes,

ita

ita Deus paruulis eſt facilis, & ſapientibus aditu difficilis: vnde legimus dictum à Chriſto, paruulis, & ſpiritu pauperibus, hoc eſt humilibus,
Matth. 10. myſteria Dei reuelari, quæ prudentibus, & ſapientibus abſconduntur.

Nec ſolum Deus ſua abſcondit myſteria, verum etiam eorum curioſos, aut nimium audaces inueſtigatores profligat, & punit: cuius rei, etſi diuerſa ſeſe mihi offerant exempla, vnum tantum, quod à Propheta Dauid ſcribitur, ſupplicij genus, ſub pueri ablactati ſimilitudine, propo-
Pſal. 130. nam: *Si non humiliter*, inquit, *ſentiebam: Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea.* Quod interpretatio Chaldaica ſic ver-
Paraphraſis Chaldaica. tit: *Si non poſui manum ad os, & tacere feci animam meam.* Hoc eſt, ſi vanis meis cogitationibus non indixi ſilentium in tantę arrogantię poenam, me Deus à ſuis vberibus amoueat, aç repellat, veluti mater tenerum ablactat infantem, qui dulci materni lactis ſucco repente priuatus, paulatim langueſcit, & debilitatur. Hoc ſupplicij genus paſſim contingit hæreticis, qui ſua niſi ſapientia, Dei myſteria comprehendere tentantes, adeo diſtant à ſuæ voluntatis temerario auſu complendo, vt de illis iure dixerit Apoſtolus:
Paul. ad Romanos 1. *Euanuerunt in cogitationibus ſuis*, quæ verba dupliciter poſſunt explicari. Primus ſenſus eſt de vanitate ipſarum cogitationum, & rationum, quæ hæreticis conſilio plenæ videntur, cum tamen omnino ſint prudentiæ, atque iudicij expertes. Altera expoſitio eſt circa prauitatem animi, & mentis nuditatem, quæ ſolet hæreticorum animis accidere, dum illorum mens ſanctis ſpoliatur virtutibus, quippe obſequium non exhibentes fidei ſerutantes ſcrutinia deficiunt, & facto fidei, ac ſubinde charitatis naufragio in profundum inſipientiæ merguntur. vnde iure de illis Paulus
Ibidem. dixit: *Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Huc etiam reſpicit, quod Deus magnitudinem ſuam à nemine poſſe comprehendi, & illius ſcrutatores iuſto ſupplicio puniendos Euangeliſtæ Ioanni declaraturus, fumo templum impleuit, ſicut ſcriptum eſt: Impletum eſt templum fumo à maieſtate Dei, & nemo poterat introire in templum. Huius loci interpretes, & pręſertim Aymon, Anſbertus, & Primatius templum à Deo tam magna caligine perfuſum cenſent, vt inde mens humana conijceret, quibus tenebris abſcondita, & quibus latibulis inuoluta ſit diuinorum cognitio,
Pſal 17. vt Dauid ſcripſit, dicens: *Poſuit tenebras latibulum ſuum.* Sempiterni enim, & immenſi templi, quod Deus incolit, inacceſſo ſuæ diuinitatis ſplendore circumfuſa periſtromata tenebræ ſunt, quibus ab eius intuitu noſter arcetur aſpectus. Vnde
Theodoretus lib. 1. de prim. cap. 1. Orpheus, vt refert Theodoretus, cecinit,

Conſpectus nulli, quoniam caliginis atræ
Obſiſtunt nebulæ.

Perpendere tamen iuuat, quamobrē Deus, qui in templū deſcendens pluribus alijs modis ſe occultare potuerit, fumo potius voluerit ſe contegere: cuius rei ea ſe mihi cauſa offert. Fumus nō ſolū obſcurat quę occupat, & quidquid ibi eſt humano eripit aſpectui, verum etiam eorū oculos, qui ſuſū peruadere, aut cum illo morari audent, ita offendit ac lędit, vt cogat etiā lacrymari. Vnde Poëta Venuſinus fumū vocat lacrymoſū hoc carmine:

Niſi nos vicina triuici
Villa recepiſſet lacrymoſos non ſine fumo.

Quare diuinorum myſteriorū audaces inueſtigatores non ſolū quę cupiunt non intelligent myſteria, ſed in eis læſo mentis lumine caligabunt, æternoque ſupplicio affecti plorare non deſinent.

Notum præterea reor eſſe omnibus, quod de ſancto Auguſtino refertur (licet id etiam nonnulli doctiſſimo tribuant Albano) qui, vt in Chroni- *Chronicum Ciſterc. lib. 5 cap. 3.*
co Cittercienſi legitur, cum prope fluminis ripam deambulans, varia, & multa contemplaretur, vt Trinitatis myſterium intelligeret, puerulum intempeſtiuo tempore aquam e flumine haurientem, & in puteolum ab ipſo in arena defoſſum portare ſatagentem vidit, cui percontanti, quidnam faceret, reſpondit, in animo ſibi eſſe totum flumen parua illa ſcrobe includere: quem vir ſanctus ſubridens iterum cum interrogaſſet, quando cœptum opus perficere cogitaret, quādo tu, inquit, myſterium, quod meditaris, intellexeris. Quo reſponſo mirè declaratū eſt, non tam eſſe difficile fluuiū quemuis ampliſſimū humili, & anguſto puteolo includere, quā ſpatioſum, & infinitum diuinitatis oceanum imbecilli humanæ rationis captu poſſe complecti. Nec ſolum incomprehenſibilis Trinitas, ſed his etiā, quibus reuelatur, eſt ineffabilis, cuius aliqua data cognitio non ſermonē, ſed ſtuporem, & ſilentium noſtris mētibus in-
fūdit. Vnde tres illi diſcipuli Chriſto dilecti, qui- *Matth. 17.*
bus & ille magna ſecreta reuelabat, cū in monte Thabor vocem Patris audiuiſſent, dicētis: *Hic eſt Filius meus dilectus*: tam noui myſterij voce conterriti, & admiratione cōcuſſi obmuteſcentes cōciderunt. Cur verò, qui gloriā corporis Chriſti videntes non obmutuerant (immo Petrus alacriter
dixerat: Domine bonū eſt nos hic eſſe) nunc repen- *Ibidem.*
te tacent, & conſternantur? Patris certe vocē audiuerant, qua ſibi Filiū eſſe teſtatus, occultum Trinitatis myſteriū reuelauit, ideoq; non ſolum terrore maieſtatis, ſed reuerentia myſterij turbati, quod audierant adorantes, in terrā prolapſi ſunt. Quas ob res non poſſū non duabus illis huius argumēti difficultatibus ſuperius propoſitis maximè cōmoueri, excellentia ſcilicet, & magnitudine rei tractandæ, ac mentis noſtræ paruitate, cū Dei
maieſtas, & ſublimitas tanta ſit, vt teſte Dauid *Dauid Pſ. 17.*
aſcendat ſuper Cherubin, & volet ſuper pennas ventorum, ipſis Thronis, & Poteſtatibus inacceſſus, quos in tantam ſui rapit admirationem, cum aliquid ſuæ diuinitatis eis reuelat, vt ſilentio magis quam verbo, quæ in illo vident, admirabilia venerentur. Quomodo igitur humanus intellectus tantis difficultatum fluctibus exurgentibus transfretare poterit, vbi Angelorum mens omnino ſubſiſtit, & ceſſat? quomodo mortalis eloquētiæ vela pandentur, vbi Angelica contrahuntur?
Nam vt ait Baſilius: *Admiratio, quæ maxima eſt, nō* *Baſil. lib. 7.*
parit verbum, ſed ſilentium. Quod optime nouerāt Cyrillus Alexādrinus, & Athanaſius, loquētes *Cyril. & Athan. in interpretatione fidei.*
de Verbo diuino, cuius admiratione defixi in hæc

A 2 verba

verba prorumperunt : *Ineffabilis proles, ſermo nulla ratione explicabilis, mens inſuperabilis, mens innata, natura inacceſſa.* Cum igitur tot incommodis vrgear, & ſuppliciorum minis contra Dei ſcrutatores abſterrear, magno quidem mihi foret ſolatio, in tanto diſcrimine audacter, & vere poſſe profiteri, quod olim Rex ſapientiſſimus Salomon, eximiam ſibi cælitus datam eſſe ſapientiã
Sap.7. glorians, his verbis iactauit: *Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna horum, quæ mihi dantur, quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt, & ſapientium emendator.* Non enim alibi Salomonis eximiam ſcientiam, verborum copiam, ſententiarum pondus, amplum & iucundum dicendi genus optarem opportunius, quam in hac altiſſimi, & occultiſſimi myſterij difficili tractatione, qua mihi perſonarum diuinarum ineffabilis Trinitas explicanda eſt. Qua in re cognoſcenda cum humana mens parum ſe, vel potius
Eſdra lib.4. nihil aſſequi mirabitur, vellem illud Eſdræ recordetur, ad quem Dei naturam cõtemplantem, & quod illam intelligere nequiret, ægro animo ferentem, miſit Dominus Angelum ſuum, qui eum de humilibus, ac minimis rebus ſibi reſpõdere iuberet: *Pondera mihi*, inquit, *ignis pondus, & menſura mihi flatum venti.* Si ergo difficile æſti-
Sap.9. mamus (vt Sapiens ait) *quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore, quæ in cælo ſunt quis inueſtigabit?* Si vitrum, vt ſcribit
Chryſoſt. Chryſoſtomus, alicui oſtendatur, qui nunquam illud viderit, idque ex herba, & flatu factum dicatur, nunquam tamen modũ, quo res illa, quamuis minima fieri potuerit, niſi oculis aſſerta cernat, vix ſibi poterit perſuadere: quid ergo mirum, cum alterius hominis non intelligas artificium, ſi Dei myſteria non aſſequaris? Nunquid tu, qui ſapientiam tibi arrogas, reſpondere poteris, quomodo terra, quæ grauitate deorſum pendet, in medio aquarum ſeſe librato pondere ſuſtineat? vel quomodo mel apes, aranei telas, aut bombyces ſua fila contexant? Quod ſi animalculorum, & vermium opera non capis, quomodo tantum tibi aſſumis, vt diuini pectoris arcana cognoſci abs te poſſe præſumas? præſertimque hoc omnium maximum, quod omnia ſuperat ſecreta, & quo nihil eſt in ipſa diuinitate ſecretius. Conſonum igitur eſt, vt omnes, ſi non digno ſermone poſſumus, eo ſaltem quo fas eſt eloquio ſupplices veneremur incomprehenſam Dei naturã, & inſuperabilem Trinitatis altitudinem, quam ego quidem pronus ac ſupplex adoro, meum profeſſus timorem, tantum arcanorum pelagus humili, & paruo ingenioli mei lintre tranare horreſcens, cum in tam vaſta, & periculoſa nauigatione ſcientiſſimus quiſquis nauclerus poſſit, & debeat formidare naufragium. Verum ne aliquo errore deuij ſyrtibus, & anguſtijs humanæ rationis intercipiamur, reſpiciendum nobis crebro fidei ſidus eſt, vt vbi lux humanæ ſapientiæ deficit, aut aliter, quam oportet, ſuadet, illa tanquam magiſtra, & gubernatrix curſum dirigat cognitionis. Nam quemadmodum noſtrum oceanum pernauigantibus polus vnus præfulget, & ab eo recedentibus, & alia quaſi alterius orbis maria petentibus, illico alter polus nauigationis dux apparet; ſic in rebus cognoſcendis diuinis ſumma, & admirabilis Dei noſtri prouidentia, non ſolum per creaturarum veſtigia, quibus humana ratio iuuatur, ſed etiam per fidem myſteriorum, & ſacra oracula ſuam nobis naturam reuelauit. Quoniam vero non ſatis eſt ad facilem, & felicem nauigationem ſideris ductum ſequi, niſi pariter etiam grata Spiritus ſancti aura perflauerit, illam mihi, & vobis fratres chariſſimi, vt dicentis, & audientium fructus par ſit, ab eo, de quo dicturus ſum Deo vno, & trino, largiter impartiri, ſuppliciter deprecor.

Homilia Secunda.

Verbis Mercurij Triſmegiſti, quibus Dei natura ſub Sphæræ ſimilitudine deſcribitur, explicatis; tractata in homilia ſuperiori difficultas magis apparet.

MAGNVS ille Mercurius Triſmegiſtus, id eſt, ter maximus ob triplicem eius ſapientiam vocitatus, tot, ac tanta diuinæ naturę myſteria paucis inſinuauit, vt cuiuſuis vel acutiſſimi, & ſapientiſſimi hominis præclarum ingenium ab inueſtiganda Dei natura, & ſempiterna virtute facile deterreat: *Deus eſt*, *Merc. Triſmeg. in Pimandro.*
inquit, *Sphæra intelligibilis, cuius centrum eſt vbique, circumferentia vero nullibi.* Sed quoniam ſuſcepti operis ratio facit, vt quod audaciæ adſcribi poſſe videretur, attribui debeat officio, quæ in hac Triſmegiſti deſcriptione lateant arcana, ſigillatim aperiam, vt quæ ſit Dei natura aliquantulum innoteſcat. Deum ille vocat Sphæram, quoniam principio caret, & fine, quod apud Prophetam Iſaiam ſignificatum eſt per illos Spi- *Iſaiæ 6.*
ritus, qui Dei caput, & pedes alis contegebant. Ægyptiorum ſacerdotibus figura eiuſdem rei fuit circulus (vt Pierius tradit) quoniam ſicut circu- *Pier. Valer. lib.39.*
lus principium, & finem non habet, ſic Deus nec vnquam cœpit, nec tempore terminabitur. Quamobrem Pythagoras, vt Deum ſempiternum *Pythagoras.*
oſtenderet, à diſcipulis ſola circumactu corporis adorari iubebat, & teſte Briſonio fuit à Numa *Briſonius.*
Pompilio ſtatutum, vt Deum adoraturi in orbem ſe conuerterent, quem morem antequam Galli prælium inirent, obſeruare ſolebant. Vnde Marcellus Imperator cum Gallis præliaturus, equum tympanorum, & tubarum metu in gyrum ſe vertere incipientem perficere circulum cõpulit, religionem prætexens, vt equi ſui pauorẽ excuſaret. Sphæram Deum etiã appellat Mercurius, quia vt Mathematicorũ vulgata ſentẽtia eſt, & figura Sphærica comprehendit omnes figuras, & à nulla comprehenditur, quod in Deo multo

per-

Digitized by Google

perfectius inuenitur; quippe omnem ille ſolus virtutem, atque perfectionem creaturarum capit, & continet, nec tamen ab earum aliqua comprehenditur: *In eo enim*, vt ait Eccleſiaſticus: [*Eccl. 24.*] *Omnis gratia vitæ, & veritatis*. Siue vt alij legunt: *Omnis gratia viæ*. Hoc eſt omnis pulchritudo creaturarum, id enim nomen *viæ*, illic ſignificat, vt apud Iob: [*Iob 40.*] *Ipſe eſt principium viarum Dei*. Quo etiam ſpectat, quod ſcripſit Dauid: [*Pſal. 49.*] *Pulchritudo agri mecum eſt*, videlicet florum omnium, & herbarum varietas, & venuſtas, qua decorantur agri, in me eſt ab omni gelu, & æſtu ſecura, nec in me vnquam areſcet, aut marceſcet; immo quod mirabilius eſt, in me quæcunq; creata ſunt, & quæ iam perierunt, perpetuo viuunt, vt Euangeliſta Ioannes dixit: [*Ioan. c. 1.*] *Quod factum eſt, in ipſo vita erat*. Et quoniam Deus omnium rerum prima & vniuerſalis cauſa eſt, fieri non poteſt, quin eminenter in eo, tanquam in principio, & ſuprema omnium virtute, quidquid in eis perfectionis eſt, reperiatur, quo naturæ principio nixus Auerroes dixit: [*Auer. 9. Metaph.*] *Nec deeſt illi aliqua nobilitas, quæ inueniatur in rebus*. Ægyptij (vt ſcribit Cælius Auguſtinus,) [*Cælius Aug. in additionibus ad Pier.*] ad ſignificandum omnium creaturarum perfectiones in Deo ſitas eſſe, pantheram, quanta poterant colorum varietate pingebant. In cuius etiam rei ſignum Euſebius Cæſarienſis, [*Euſeb. Cæſar.*] & Eugubinus ſcribunt, [*Eugubinus.*] in Alexandriæ Vrbe fuiſſe ſtatuam omnibus lignorum generibus fabrefactam, & diſtincto emblemate ornatam, cuius ventrem, ac pectus, vt refert Pierius, [*Pier. Valer.*] multiplici rerum varietate completum erat, vt illa imagine quidquid in rebus perfectionis eſt, in Deo eſſe perfectius, & excellentius oſtenderent. *Non enim*, vt ait Dionyſius, eſt *Deus hoc, & hoc, ſed omnia eſt, vt omnium cauſa*. Nec ſolum Sphæræ nomen Deo conuenit, quoniam res omnes continet, & à nulla ipſe continetur; verum etiam quod illius æternitas complectens omnem annorum ſeriem, nullo numero clauditur, vt Dauid ſcribit, [*Pſal. 89.*] & explicat Baſilius: *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præterijt*. Hoc nititur fundamento acuta, & ingenioſa ſancti Iuſtini, & Irenæi Martyris expoſitio loci Geneſeos: [*S. Iuſtin. in dialogo contra Tryphonem. Irenæus lib. 5. contra Hæreſes.*] *In quocunque die comederis morieris*; morte ſcilicet corporis, & animi, vt communiter declarant interpretes: nam licet Adam poſtquam tranſgreſſus fuit, tam diu vixerit, vere tamen mortuus fuit, qua die peccauit, quoniam, vt Irenæus, & Iuſtinus bene interpretantur, dies illa, Dei erat dies, quæ mille annos pertingit, quos nec Adam, nec ex eius poſteris aliquis compleuit, ideoque quamuis longo tempore vixerit poſt inobedientiæ, & gulæ delictum, quo tamen die peccauit, tam animo, quam corpore perijt. Huic expoſitioni conueniunt verba Iob, dicentis: [*Iob c. 24. & cap. 36.*] *Qui nouerunt eum, ignorant dies eius*. Et alibi: *Numerus annorum eius inæſtimabilis*. Nulla enim numerandi facultas Dei annos, & dies ab illius æternitate perennes, & infinitos comprehendere poteſt. Nec abs re eſt, quod de Perſis tradit Pierius, [*Pier. Valer.*] apud quos ſacris receptum cæremonijs fuit, vt in locis ſublimibus poſiti Deum compellarent *cœli circulum*, cuius circumactu omnes dies, & anni conſtanti orbium cæleſtium agitatione decurrunt. Sphæra quoque à Mercurio nominatur Deus, quoniam, vt aduertit ſanctus Ambroſius [*S. Ambroſ. cap. 1.*] in Commentarijs Epiſtolæ ad Epheſios, hoc ſphærica figura inter cæteros habet maximè ſingulare, quod ductæ ab eius centro lineæ, omnes tam in latitudinem, quam in longitudinem, & profunditatem æqualiter protenduntur, vnde mirabiliter Dei eſſentia eiuſque cognitio ſignificatur. Nam ſi Dei naturam conſideramus, illa partibus non conſtat, nec dimenſioni ſubiacet, quippe immenſa eſt, & quacunq; illam parte contemplari velimus, nihil non in ea conforme, nihil non æquale reperiemus. Eſt enim par eius bonitati ſapientia, & ſapientiæ poteſtas, cui immenſa eius maieſtas, & magnitudo non cedit; idque in reliquis diuinitatis attributis non minus verum inueniemus. Nam ſi contemplationis oculos in eius increata cognitione figimus, vndequaque perfecta eſt, & æqualis; & quamuis cognitionis, quam Beati habent menſura ſit æternitas, illa eſt, (vt Theologi loquuntur) æternitas à parte poſt, non à parte ante, quoniam aliquando incœpit, non tamen definet; at Dei cognitio, tam ratione principij, quam ratione finis, ſiue tam à parte ante, quam à parte poſt cum vtroque prorſus careat, increata, & ſempiterna eſt. Et licet daremus aliquem Angelum à Deo creatum ab æterno fuiſſe, cui vtraque æternitatis ratio competeret, neceſſe tamen prorſus erat tertiam ei deficere rationem, nempe cognitionis profunditatem, quæ in Deo reliquis eius attributis omnino coæquatur.

Sed iam ad centri nomen exponendum accedamus in Mercurij deſcriptione contentum; illius enim Sphæræ centrum vbique eſſe propterea dixit, quoniam omnium principium ſimul, & finis Deus eſt: quod & docuit Chriſtus Dominus dicens: [*Apocalyp. 1.*] *Ego ſum Alpha, & Omega*. Et in libro de Conſolatione Seuerinus ait: [*Seuerin. metro 9.*] *Te cernere finis principium, vector ſemita terminus idem*. Hoc centri nomine duabus de cauſis eſt vſus Triſmegiſtus: Prima, quoniam ſicut res nulla quieſcit, nec plene delectatur niſi centro ſuo coniuncta; ita mens humana donec ad Deum, qui eſt eius centrum, & quies peruenerit, tranquille degere aut perfecta frui voluptate non poteſt. Altera cauſa eſt, quoniam Sphæra ſeſe mouente, centrum eius manet immotum: ita Deus licet omnia creata motum patiantur, immobilis permanet, de quo ſcriptum eſt: [*Iacob. 1.*] *Apud Deum non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio*. Vnde Diuus Thomas in libro contra gentiles prædi- [*S. Th. c. 66.*] cta ratione ductus centrum eſſe dixit, immutabilitatis in Deo ſymbolum, quod & Boëtius, loco [*Boëtius de consolatione.*] citato ſic docuit.

Tempus ire iubes ſtabiliſque manens das cuncta moueri.

Fauſtina Imperatrix, (vt refert Pierius,) [*Pierius.*] iuſſit ſibi fieri orbem cæleſtem cum ſceptro in Sphæræ vertice, & hac inſcriptione, *Aeternitas*, vt illo

hieroglyphico innueret Dei potentiam, & naturam immutabilem. *Ariſtot.* Nam ſi teſte Philoſopho cælum alterationis capax non eſt, cui externæ elementorum impreſſiones nocere non poſſunt; multo minus ad id quod ſuper cælos eſt, motus aliquis, aut commutatio tranſcendet, vbi Deus ſedem poſuit, ſicuti ſcriptum legimus: *Cælum ſedes mea eſt.* *Iſai. 66.* Centrum quoque dicitur Deus, quia ſicut ab illo ad peripheriam lineæ ducuntur, ſic à Deo tanquam ab omnium rerũ centro, ac principio omnia quæ creãtur, in orbem rerum creatarum, & mundi circumferentiam egrediuntur. Hinc vt Cælius Auguſtinus aduertit, Deus, apud veteres ita figurabatur, vt ab eius ore vniuerſa mundi natura prodire videretur; *Cælius Aug. in additionibus Pierij.* quod ſacris cõſonat litteris dicentibus: *Ipſe dixit, & facta ſunt.* *Gen. c. 1.* Triſmegiſtus alibi eandem veritatem expreſſit his verbis: *Sanctus eſt, qui ſolo verbo fecit omnia.* *Mer. Triſmegiſtus in Pimandro.* Præterea, quoniam (vt adnotauit Victorinus contra Arrium,) *Victorinus lib. 4.* veluti in puncto ſunt omnes lineæ præſentes, & ab eo ſimul in omnes partes eſt vnus aſpectus; ita Deo præſentia ſunt, tam quæ adſunt, quam quæ præterierunt, vel quæ futura ſperantur; quæ omnia vno ſolo intuitu conſpicit, & intelligit. Hæc propter inſignis ille Phidias; (vt latè narrat Pauſanias,) *Pauſanias.* cum Iouem marmore formaſſet, capiti Aquilam impoſuit, ad indicandum, Dei oculos eſſe perſpicaciſſimos, quo ſenſu præ ceteris alitibus valet Aquila; quę vt docet Sambucus, *Sãbucus circa finẽ emblematum.* eandem ob cauſam Deo conſecrabatur, & à Diocletiano, Marcello, Liconio, Lentulo, Caio, & à Syracuſanis in eorum nummis incidebatur. Sanctus Auguſtinus Deum vocauit oculum, *Aug. ſuper Pſalm. 126.* quod nihil eius cognitioni eſſe poſsit occultum, ait enim: *Deus totus oculus, qui omnia videt*; non eſt oculis plenus, vt Ezechieli oſtenſa animalia, ſed totus eſt oculus, cuius rei figura fuit apud Aegyptios, (vt refert Cyrillus contra Iulianum,) *Cyril. lib. 9.* ſceptrum, ſeu virga, in cuius vertice oculus vigilans, vt vbicunque Deus ſceptrum tenet, vel potentiam exercet, ibi etiam ſuam eſſe prudentiam ſignificarent. Et quamuis non defuerint, qui hoc Aegyptiorum hieroglyphicum carpere voluerint, quod non oculus, ſed caput videretur ſceptro, ſeu virgæ addendum, quoniam in capite non ſolum viſus, ſed etiam reliqui ſenſus dominentur, quibus Rex ſceptro, & oculo ſignificatus ab Aegyptijs, facilius poſſet incommoda quæuis à regno ſuo profligare, dum quod oculos latet auribus percipere, & quod aures fugit odoratu indagare valeat. Aptiſsima tamen mihi videtur figura Aegyptiorum ad Dei vniuerſalem cognitionem indicandã, nam præterquam Hieremię conſonat dicenti, *Virgam vigilantem ego video*, *Hierem. 1.* nemo eſt qui neget oculum non ſub fronte, prout illi dicebant, ſed in vertice, ac ſceptri culmine poſitum omnia intueri vbicunque illa ſint, qualis Dei oculus eſt, qui cognitione infinita, tam præſentia, quam præterita, aut futura complectitur. Hinc verè dixit Eccleſiaſticus: *Oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem*: *Eccl. c. 23.* nam ſol quidem illuminat, non tamen videt, & oculus noſter videt, ſed non illuminat; Dei autem oculus mirabiliter vtrunque præſtat, nam illuminat, Ioanne atteſtante: *Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* *Ioann. c. 1.* Et Eccleſiaſtico teſte hominum corda intuetur vſque ad interiores partes, *Eccleſ. 23.* quoniam abſtruſæ cogitationes hominum ei pateſcunt, nec poteſt diuinis oculis aliquid eſſe ſecretum: nam vt diximus, perſpicaciores ſole ipſo ſunt, & lucidiores. Quippe vt Lyra ſuper hunc locum expoſuit, *Nicol. de Lyra ſuper. c. 23. Eccl.* quò ſol ſuis radijs pertingere non valet, Dei pertingit aſpectus, & cum nocturno tempore noſtros greſſus ſol dum illuſtrat antipodes, non videat, Deo abſcondita eſſe non poſſunt, de quo dixit Iob: *Et cunctos greſſus meos dinumeras.* *Iob c. 31.* Oculi etiam Dei ſuper ſolem lucere dicuntur, quod ſol creata ſolum, & ex creatis, quæ præſentia ſunt, atque ex his non interna, ſed quæ ab omnibus videri poſſunt, externa conſpicit; oculi autem Dei non modò ad creata, ſed ad illa etiam, quæ adhuc creanda ſunt progrediuntur. Ait enim Sapiens: *Deo, antequam crearentur, omnia ſunt agnita.* *Eccl. c. 23.* Præterita verò quis dubitet ab eo cognoſci, ſi antequam fierent, cognouit omnia in ſe ipſo, à quo poſtea tanquam illius exempla, & imagines exiuerunt? Nec ſolum rerum ſuperficiem, ſed profunda ſecretorum introſpicit; ſunt enim omnia nuda oculis eius; nec ſicut videt homo ſic ille videt, *Iob. 10.* qui ſolus, vt ait Dauid, *corda, & renes ſcrutatur*, *Pſalm. 7.* hoc eſt, cogitationes, & delectationes. Hanc Dei perſpicacitatem ſignificaturus Adrianus Imperator, vt narrat Guglielmus Coriel, *Gugl. Coriel.* quatuor vultibus depingi mandauit Dei imaginem; quæ pariter Orientem, Septentrionem, Meridiem, & Occaſum cerneret, quod etiam Auguſtus Cæſar nummo inſculpſit, vbi facies vna cælum, altera inferos, tertia, & quarta vaſtos, ac altiſſimos maris ſinus proſpectabant. Præterea centrum circumferentiæ appellatur Deus, vt eius vnitas oſtendatur: nam ſicut in ſphæra vnum eſt centrum, ſiue punctum, quod æqualiter ab ſphæræ partibus diſtat extremis; ita non eſt in mundo niſi vnus, & ſolus Deus, qui ab omnibus quæ creauit, diſtat infinita & ſumma perfectione ſupremus. Quo etiam ſignificata eſt naturæ qualitas, atque perfectio, quæ non per affirmationem, ſed per negationem inſinuari queat, vt punctum, de quo dixit Ariſtoteles, ſola priuatione cognoſci, *Ariſtoteles libris phyſi.* ideoque à Philoſophis vocatur indiuiſibile, ſecundum omnem dimenſionem, quippe natura eius talis eſt, vt nec longitudinis, profunditatis, aut latitudinis admittat diuiſionem. Et ſicut punctum indiuiſibile, quamuis multis atque infinitis alijs punctis cumuletur, iuxta communem Ariſtotelis ſententiam non excreſcit: (nam vt ille dixit, *Indiuiſibile additum indiuiſibili non facit maius*,) *Ariſtoteles libris phyſi.* ſic Deus, quaſcunque humanus intellectus illi addat & accumulet perfectiones, maior, excelſior, aut perfectior fieri minimè poteſt, cum ſit ipſe per ſe omnium bonorum infinitus, & immenſus theſaurus. Adijcit ſuæ deſcriptioni Triſmegiſtus, *cuius centrum eſt vbique*, ad inſinuandam eius immenſitatem, quæ omnes creaturas, cuiuſuis ſint conditionis, intimè occupat, ſicut docuit Paulus: *Non longè eſt ab vno quoque noſtrum; in ipſo enim viuimus* *Paul. 17.*

mus, mouemur, & ſumus. Vnde bene conſequitur, quod vltimo deſcriptionis loco poſuit, *circumferentia vera nullibi*. Deus enim omni caret circumferentia, cum illa eſſe non poſſit abſque loci determinatione, & menſura rei, quam ambit, & continet. Deus autem circumſcribi, aut alicui menſuræ ſubiacere non poteſt: at ſi contemplationis oculos à diuinitatis ſublimitate diuertimus, & ad humanæ mentis infirmitatem atque inopiam deflectimus, qua illa Dei celſitas à nobis conſideratur, multo impeditior illius notitia iudicabitur. Nam etſi humani intellectus cognitio adeo pateat, & vehemens ſit, vt eius amplitudo, ac virtus tribus manu Herculis ſagittis emiſsis ſignificaretur, ſicut tradit Cælius Auguſtinus; (*Calius, Aug.*) quibus triplex noſtræ mentis cognitio notabatur; quarum prima eſt rerum, quæ in terræ ſuperficie gignuntur, lapidum, plantarum, & animalium genera: Altera earum quæ ſub terram natura depreſsit, vt aurum, & argentum, perennes fontes, & aquarum ſcaturigines: Tertia, quæ cæleſtes orbes, ſolis effectus, & influxus exquirit, lunæ incrementa, & defectus examinat, conſtantes planetarum motus, Zodiaci ſigna, cælorum intelligentias, per quas cæleſtium corporum moles voluitur, contemplatur: Etſi, inquam, adeo latè noſtræ notitiæ dominetur, ac ſe protendat ſpeculatio; vbi tamen ad illum, cuius ſedes cælum eſt, accedere cœpit, ita debilitatur, vt eius impotentia, & tarditas vix exprimi verbis queat. Cuius rei prima cauſa eſt, quod ſenſus, qui in aliarum rerum cognitione ſibi famulantur, hic potius obſtant, vt Orpheus (*Orpheus.*) dixit:

Mortalis lumina,
Et pube tenus, caro circum atqroſſa reſiſtunt.

Altera cauſa eſt; quod omnis de Deo noſtra prædicatio, & aſſertio quantolibet ingenio quæſita, ſtudio inuenta, vigilijs elaborata, aut eloquentiæ ſplendore illuſtrata ſit, impotens tamen, & impar tantæ maieſtati eſt; immo cum omnia, quę poſſumus dixerimus, nihil de illa dixiſſe videbimur; ſunt enim illius omnia omni prorſus ſermone maiora, quandoquidem cuncta, quæ de Deo cogitamus, aut dicimus, non iuxta illius immenſitatem, ſed iuxta noſtræ mentis illum meditantis menſuram concipiantur, & explicentur, quod (vt dixit Baſilius,) (*Baſilius homil. 23. ex varys.*) *infra naturam tam arduam longè ſit noſtra cognitio*. Quapropter ſacra pagina ad explicandā rei naturam, & illius exprimenda attributa negationibus vtitur; quoniam affirmatio vt plurimum certo clauditur termino, & finita eſt; negatio autem limitem rebus non imponit. Propterea dictum legimus: (*Pſalm. 85.*) *Non eſt ſimilis tui in Dijs*. Et ad vnitatem declarandam: (*Deuter. 32*) *Non eſt alius Deus præter me*. Et ad immenſitatem: (*3. Reg. 8.*) *Quem cæli cælorum capere non poſſunt*. Et ad æternitatem: (*Iſaia. 43.*) *Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit alius*. Et ad immutabilitatem inſinuandam: (*1. Reg. 15.*) *Et pænitudine non flectetur*. Ad potentiam verò: (*Eſther. 13.*) *Non eſt, qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati*: Hanc doctrinæ methodum ſecutus quoque fuit Plato, (*Plato in Timæo.*) dicens: *Quid Deus ſit non noui; quid non ſit noui, nam ſcio non eſſe corpus, non eſſe colorem; neque quidquam huius generis, ſed his præſtantiorem eſſe intelligo*. Nec abs re eſt alterius Philoſophi reſponſio, qui rogatus, Quid eſſet Deus? reſpondit: *Deus eſt, quo nihil maius excogitari poteſt*. Nemo enim poteſt aſſeueranter dicere, quæ ſibi abſcondita ſunt: nihil autem humano ingenio eſt occultius, quam Deus, ſicut Iſaias illum alloquens dixit: *Vere tu es Deus abſconditus*. (*Iſaia 45.*) Quamobrem credentes magis, quam ſcrutari Dei arcana præſumentes, ſancti Nili conſilium mente repetamus: *Noli ſcrutari, ſed crede tantum, & adora*: (*S. Nilus in inſtitutione ad Monach.*) ita enim ſi fecerimus, ſe ſe nobis vltro inſinuabit illuſtrans noſtri cordis tenebras ſancta & indiuidua Trinitas, cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Tertia.

Oſtenditur neceſsitas, & excellentia fidei ad intelligenda, quæ ſupra naturam ſunt, & præſertim myſterium Trinitatis, quæ varijs Sacræ paginæ auctoritatibus comprobatur.

GENTIVM Apoſtolus Hebræis fidei præſtantiam declaraturus, Patrum ſuorum, ab ipſo mundi exordio, vſque ad Prophetas, per fidem mirabiliter geſta cōmemorat, & in ea teſtimonium (*Ad Hebræos 11.*) iuſtitiæ à Deo conſecutos affirmat: *Fide enim*, (vt Pauli vtar verbis,) *Abel pluri mam hoſtiam obtulit, quam Cain Deo*, (*Geneſ. 4.*) *per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur: Fide Noë reſponſo accepto de* (*Matth. 23.*) (*Geneſ. 6.*) *bis, quæ adhuc non videbantur, aptauit arcam: Fide* (*Eccl. 44.*) *Henoch translatus eſt, ne videret mortem: Fide* (*Geneſ. 5.*) *Abraham obediuit, & exijt neſciens quo iret: Fide* (*Eccl. 44.*) *Sara ſterilis virtutem in conceptione ſeminis accepit*, (*Geneſ. 18.*) *quoniam fidelem eſſe credidit eum qui repromiſerat: Fide obtulit Abraham Iſaac, in quo ſuſceperat re* (*Geneſ. 17.*) *promiſſiones, arbitrans, quia à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus: Fide Moyſes negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis*, (*Geneſ. 19.*) (*Eccleſ. 44.*) *magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis habere peccati iucunditatem, maiores diuitias æſtimans theſauro Aegyptiorum impro* (*Exod. 22.*) *perium Chriſti: Fide tandem reliquit Aegyptum, celebrauit Paſcha, tranſiuit Mare Rubrum: ac tan* (*Exod 14.*) *dem* (inquit Paulus,) *deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barach Samſon, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis, qui per fidem deuicerunt regna; operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, &c.* (*Paul. ad Hebræos c. 12.*) Quid igitur quæſo

nos facere debemus, tantam habentes interpoſitam nubem teſtium accedentes ad ciuitatem Dei viuentis, & Teſtamenti noui mediatorem IESVM? Audiat ſi quis dubitat, eundem Apoſtolum dicentem:
Paul. c. 11.
Sine fide impoſſibile eſt placere Deo: credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Qua certe fide, quamuis in reliquis noſtræ religionis arcanis egeamus, multo magis in hoc, vnde cætera tanquam à ſuo fonte manant, neceſſaria eſt, cum ſine fidei præſentia, in Trinitatis cognitione humanus intellectus hebeſcat, lingua balbutiat, ratio deliret, & quæuis ſapientia deſipiat. Hæc propter, ſi Arithmeticus ex vno, & tribus numerũ fieri aſſerit quaternarium, & in ea ſibi explorata veritate perſiſtit, contra ſentiet de Trinitate, & vnitate Dei Catholicus vir per fidem Chriſti, aliam numerandi rationem edoctus, credendo, vnam diuinam naturam, & perſonas tres, non quatuor eſſe, ſed actum vnum puriſſimum, ſimpliciſſimamque ſubſtantiam: pro eius aſſertione veritatis, non ſolum humana contemnet argumenta, ſed omnia hominum tormenta deſpiciet, & in obſequium fidei intellectum ſubigens, proprium, ſi opus fuerit, ſanguinem effundet. Nam quemadmodum fidelis, ac ſtrenuus ſeruus, quidquid Dominus imperet, non quærit, neque examinat imperij rationem, ſed iuſſa quantumuis ardua libenter, & promptè capeſſit, ſic mens hominis Catholicæ fidei ſubiecta, quæ ſibi credẽda, aut facienda Deus proponat, non debet examinare, ſed contra omnia diſcrimina, hoc vno fidens aſylo, quod ita Deus iubeat, non conſulta humana ratione, quidquid iuſſum fuerit aggredietur. Ea tamen diuinarum rerum natura eſt, quod non ſemel ipſe meditatus ſum, vt diuerſis conſiderata reſpectibus, poſſint facilia, vel difficilia videri.
Exod. 4.
Nam ſicut Moyſis virga non eodem apprehenſa modo, nunc virgam, nunc ſerpentem referebat, ita fidei noſtræ ſacramenta vno modo conſiderata, ſunt arduis referta difficultatibus; aliter verò ſi contemplemur, plana & expedita cenſebuntur.
Ioan. 6.
Subſtantiam panis in Chriſti carnem conuerti, durus ſermo, nec facile Iudæis digeri poſſe videbatur, cogitationibus autem humani ſtomachi calore panem, quem quotidie comedimus, in ſanguinem atque carnem commutari non difficulter. Idem virtute Dei multo facilius, & melius effici poſſe credemus, cadauer hominis poſtquam fuerit in terræ puluerem redactum, fore, vt eodem recepto corpore, atque anima, in die vniuerſi iudicij reſurgat, dicente Iob:
Iob 19.
Et in carne mea videbo Deum Saluatorem meũ, quem viſurus ſum ego, & non alius pro me. Incredibile humano iudicio videbitur: at contemplantibus in ipſo rerum omnium exordio fuiſſe hominem à Deo ex terra formatum, nemo non ſibi perſuadebit, hominem in terram conuerſum, ab eodem creationis auctore priſtinæ formæ, ac naturæ poſſe reſtitui, & in eam qua fuerat conditus imaginem reſtaurari. Idem ergo in myſterio Trinitatis credendo contingit: vnum enim, eundemque trinum Deum fateri plurimas, ac immenſas humano ingenio videtur afferre difficultates: Si tamen homo naturam diuinam conſideret infinitam (id enim lumine rationis valet apprehendere) non ita difficulter credet infinitam Dei ſubſtantiam, in tribus conſtitutam eſſe perſonis, nec in vno tantum circumſcriptam ſuppoſito, quod proprium eſt naturæ finitæ, quæ certis, & intrinſecis limitibus clauditur. Quod ſi quis, (vt naturalis Philoſophia docet) perpendat vnam ſpecificamq; naturam in pluribus inueniri ſubiectis, adducetur facile, vt credat, in Deo propter ſummam eius excellentiam, multo facilius vnam & ſingularem in tribus perſonis eſſe naturam.
Auguſtinus de verbis Domini.
Hinc Auguſtinus Arrij reprehendit incredulitatẽ, ſimilitudine ſolis adducta, qui licet vnus exiſtat, in eo tamen motus, lux, & calor, quæ tria ſunt inter ſe penitus diuerſa, reperiuntur: *Videmus Solem*, inquit ille, *cælo currentem, fulgentem, & calentem. Diuide ergo ſi potes Arriane Solem, & hinc demum diuide Trinitatem.* Sed aliud apponere libet exemplum, quod non parum humanæ mentis imbecillitatem roborabit, vt huius myſterij naturam aliquatenus valeat agnoſcere. Sacra narrant eloquia,
Gen. 30.
tam vehementer oues aſpexiſſe diſtinctas varijs coloribus virgas, quas illis dum conciperent, Iacob inſpiciendas obiecerat, vt fœtus eiſdem coloribus notatos pepererint. Philoſophorum etiam ſententia receptum eſt, imaginatione, (vt illi loquuntur,) caſum fieri, hoc eſt eundem effectum à vehementi, & efficaci alicuius rei contemplatione produci, quem res ipſa gigneret, vel cauſa produceret, ſi pariter adeſſet. Ad hunc igitur modum videtur in Deo contingere. Pater enim æternus ſeipſum dum videt, atque intelligit, adeo vehemens, & intenta illa viſio, & intellectio eſt, vt ex ſua ipſius ſubſtantia Deum, ſibi per omnia ſimilem generet bonitate, ſapientia, & fortitudine æqualem, atque vt Nicænum
Nicæn. conc.
Concilium in Symbolo docuit: *Deum de Deo, lumen de lumine*, non alia re ab eo quam perſona diſtinctum. Quamobrem quoniam in diuinis intelligendis myſterijs, ac præſertim in Trinitatis arcano debemus humanæ rationi fidem præferre Catholicam, multis ac ſingularibus eloquij ſacri ſententijs rem confirmabimus.
Gen. c. 3 & 4
Primum teſtimonium à creatione Adam, formatione Euæ, & generatione Abel deſumatur: mirabiliter enim (vt notat Gregorius Nazianzenus)
Gregorius Nazianz. in Oration. de Theologia.
Trinitatis myſterium in his tribus eluceſcit: Quoniam Adam à nullo præterquam à Deo habuit originem, Eua à ſolo Adam, & Abel ab vtroque natus fuit, itaque homines eiuſdem naturæ participes, non illam eodem modo adepti ſunt. Diuinæ igitur perſonæ eandem quidem habent, non tamen eodem modo naturam, quoniam Pater à ſe ipſo, filius à patre per intellectum, & Spiritus Sanctus ab vtroque per actum voluntatis. Non minus hoc ipſum nobis explanat ineffabile Dei nomen Iehoua, vt ait noſter Galatinus, in libro arcanorum:
Galatinus lib. 2.
nam prima eius littera, *Iod*, ſignificat principium, quod repræſentat Patrem aliarum perſonarum originem: Secunda littera, *Eſt He*, id eſt viuere, quod optime Filio conuenit: nam (vt ait

Euan-

Ioan.c.1. Enangeliſta Ioannes, *quod factum eſt in ipſo vita erat.* ipſe etiam dixit: *ego ſum via, veritas, & vita.* *Ioan.14.* Tertia denique littera eſt *Vau*, quę vim apud Hebraoa habens copulandi, pręclare ſignificat ſpiritum ſanctum, qui exiſtens Patris, & Filij amor, vtriuſque nexus à ſancto Thoma nuncupatur. *S.Thom.* Digniſſimum ſcitu præterea, litteram *He*, quam Filij figurā eſſe diximus, in hoc Dei ſacratiſſimo nomine duplicem ob cauſam geminari. Prima eſt, vt intelligamus ſolam vnam ex diuinis perſonis, nempe Filium, duas habere relationes, producti ſcilicet, & producentis: nam & à patre gignitur, & cum eo Spiritus ſancti eſt origo. Altera cauſa eſt, vt duas in Filio fateamur naturas, vnam Dei quæ diuina eſt, & ſempiterna; alteram hominis, quæ morti, & tempori ſubiecta fuit. Qui verò clarius atque maiori compendio ex priſcis Patribus, tam ſublimis myſterij documentum præbuit, Euangelicus Propheta Iſaias eſt, qui nomine Patris loquens ait: *Iſai c.34.* Quod ex ore meo procedit ille mandauit, & Spiritus oris eius ipſe congregauit ea; quod ab ore eius proceſsit eſt Verbum æternum. *Eccl.24.* alibi enim de Filio legitur: *Ego ex ore altiſſimi prodiui, & per Spiritum oris eius, qui congregauit ea,* Spiritum ſanctum intelligimus. Congregare enim, & vnire amoris eſt maxime proprium. Hoc etiam indicauit idem Propheta dicens: *Iſai.c.35.* *Erit ſemita ibi, & via ſancta vocabitur, hæc erit vobis recta via, ita vt ſtulti errent per eam.* Notum enim eſt Deum vocari viam, qui de ſe loquens dixit: *Ioan.14.* *Ego ſum via*. Vnde ad Trinitatis perſonas declarandas ter nomen via Iſaias appoſuit. Verumtamen, vt tribus vnam eſſe naturam oſtenderet, non ait, quod ſtulti errabunt per eas, ſed per eam: quæ interpretatio magnæ debet eſſe *Tertull.lib.4* auctoritatis, quia præterquam placet Tertulliano aduerſus Marcionem, exemplari roboratur Hebræo, vbi legitur, & erit ibi via alta, via, & via ſanctitas nomen eius. His tam præclaris teſtimonijs aliud adiungam non minus illuſtre ab Euangeliſta Ioāne in Apocalypſi deſcriptum, vbi ſe *Ioan. Apocalyp. c.21.* vidiſſe ſcribit ſanctam Ciuitatem Hieruſalem, in eius deſcriptione dicens, *ab Oriente portas eius eſſe tres, & ab Auſtro tres,* ſatis declarat perſonarum diuinarum Trinitatem; & cum ſubijcit, *ſingulas partes ex ſingulis margaritis*, vnionem inter diuinas perſonas indiuiſam exprimit: nam (vt *Plinius.* ait Plinius) margarita Latine dicitur vnio, quia nullæ duæ indiſcretæ inueniuntur; quod certe perſonarum diuinarum eſt proprium: fieri enim non poteſt, vt vna ab alia ſeparetur, quemadmodum Chriſtus docuit: *Ioan.c.14.* *Ego in Patre, & Pater in me eſt.* Ideoque quando earum aliqua hominis animæ illabitur, omnes pariter infunduntur, iuxta illud: *Ibidem.* *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Et quando glorię lumine vna Trinitatis perſona cernitur, altera quoque conſpicitur, vt Saluator dixit: *Ibidem.* *Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum.* Vrbis cæleſtis proſequens deſcriptionem Ioannes, inquit, *Ioan.21.* duodecim ſtadijs eius protendi circuitum, & in quadro eſſe poſitam; vnde ſingulis quatuor lateribus ſtadia tria reſpondebant; murum autem, quamuis Euangeliſta vnum eſſe ſcribat, & Ezechiel tres eſſe dicat, *Ezechiel. 4.* non eſt illorum contraria ſententia: nam ille ad naturæ vnitatem, hic ad perſonarum Trinitatem reſpexit. Poſt hæc addit Ioannes, tres corporis dimenſiones eſſe illic æquales, his verbis: *Longitudo, altitudo, & latitudo eius æqualia ſunt*; quod vnam in Deo naturā, & perſonas tres manifeſtat: nam triplici corporis dimenſione exiſtente, corpus, quod illa metitur, vnum eſt. Ergo longitu- *Pſalm. 102.* do Patrem, quem Dauid vocat longanimem, & miſericordem; altitudo, ſiue profunditas Filium, qui ſuæ ſapientiæ magnitudine, *reuelat profunda* *Iob.c.12.* *de tenebris,* vt ait Iob: latitudo Spiritum ſanctum exprimit, de quo Sapiens dixit: *Spiritus Domini* *Sapien.c.1.* *repleuit orbem terrarum*. Sed antequam à Ioannis reuelatione diſcedam, duo mihi ſuperſunt breuiter annotanda. Primum, quod illa repetitio nominis Dei ter appoſita, dum ait: *Ipſe Deus, cum eis erit eorum Deus, & abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum*, ſemper in ſacris Biblijs perſonarum ſignificat Trinitatem, vt Papa Alexander in Epiſtola Decretali docuit: *Si Trinitas non* *Exod.34.* *eſt*, inquit: *Quare Exodi 34. dicitur, Domine Dominator Deus miſericors: Et ſi vnitas non eſt, quare cum tertio Domine dixerit, poſtea miſericors ſingulariter dixit?* Quod Pontifex ſanctiſſimus non ſolum ex hoc loco, ſed ex alijs etiam ſacrarum litterarum teſtimonijs egregiè comprobat. Secundum, quod notari oportere dixi, illud eſt, quod ſicut Spiritus ſanctus per viſionem illam Ioanni factam ciuitatis cæleſtis dominium ſignificauit eſſe vnū eſſentialiter, & trinum perſonaliter, ita id non credentibus infligendam pœnam declarauit: *Incredulis*, inquit, *pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure*. Hæc enim pœna ſolet à Deo negantibus hoc myſterium imponi, etiam dum in vita ſunt. Vnde Platina in vitis Pontificum *Platina in vita Anaſtaſi.* ſcribit, in quendam hæreticum Trinitatis ſacramentum pernegantem tria lapſa cęlitus fulmina, quę corpus infelicisſimi hominis comburentia, animam quoq; in æternum flammarum barathrū detruſerunt. Similem æternæ damnationis exitum Sabellicus, Arrius, Photinus, & alij hæreſiarchæ ſortiti ſunt, quod tres in Deo perſonas eſſe negauerint.

Hactenus beatisſimæ Trinitatis arcanum ſub obſcuris & ænigmaticis teſtimonijs conſtabiliuimus, quibus non ita facile aſſenſum præbent hæretici; ſunt tamen alia tam manifeſta, & illuſtria, à Chriſto, & ab Apoſtolis prolata, vt omnem pręripiant occaſionem dubitandi circa eam, quam Orthodoxa, & Romana Eccleſia de noſtri Dei vnitate ac Trinitate doctrinam ſemper fuit amplexa. Relictis igitur quæ, alijs huius argumenti ſequētibus homilijs inſeremus, ſatis grauis ac fidem plenisſimam faciens Ioannis Euangeliſtæ auctoritas eſt, dicentis: *In principio erat* *Ioan.1.* *Verbum*, id eſt Filius: nam cū certum ſit Verbum eſſe non poſſe abſque perſona loquente, neceſſum eſt perſonam eſſe principium illud, in quo Ioannes eſſe verbum dixerat. At propter hæreticos, qui temere, & impie aſſeruerunt, Verbum ipſum non eſſe à Patre diſtinctum perſonaliter, adiecit

idem

idem Euangeliſta; *Et Verbum erat apud Deum*: quippe ſi apud Patrem erat, non eadem perſona dicenda eſt, cum nemo apud ſe ipſum eſſe dicatur. Ex hac Ioannis theologia, duas in Deo eſſe perſonas dicentis, tertiam elicio, quæ Spiritus ſanctus eſt, quoniam non minus vere quam Ioannes, qui dixit: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, dici poteſt: In principio erat amor, & amor erat apud Deũ, & Deus erat amor; ideoque per Ioannis verba, Spiritus ſanctus, tertia in Deo perſona, cum Patre & Filio colligitur. Nã cũ Dei amor non ſit minus fœcundus, quã cognitio, qua ſe ab æterno cognoſcit, perſpicuum eſt, quod ſicut ab ea cognitione perſona ſecunda, Filius originem habet, ſic ab eius amore perſona tertia procedit. Inter alia Epiſtolarũ teſtimonia, quibus Trinitatis myſterium nobis aperit Gentium Apoſtolus, illud elucet, quod ad Galatas

Paulus ad Galatas cap. 4. ſcripſit, inquiẽs: *Deus miſit ſpiritum Filij ſui in corda*, humanæ tandem ſalutis aſſertor pluribus in locis expreſſu perſonarũ nomine quod dicimus, confirmauit, ac indubitata ſui nominis auctoritate muniuit. Nam apud Ioãnem ait: *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum*

Ioan. c. 16. *veritatis*, ac poſtea diſcipulis ſuis ait: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*. Hinc patet, Rupertum acu-

Rupertus ſuper cap. 10. Apocalyp. te ac docte illa Apocalypſis verba (*locuta ſunt ſeptem tonitrua*) dum interpretatur, dixiſſe, à Patribus, qui tempore ſcriptæ legis vixerunt, quãtumuis Deo grati eſſent, myſteria fidei noſtræ plane declarata non fuiſſe, ſed multis inuolucris, nebularumque vmbris contenta, & ſignis, ac nutibus tantum ab eis indicata, ac ſi muti & elingues eſſent, qui animorum ſenſus explanare non poſſunt. Euangelicos vero præcones, & tempore gratiæ viuentes homines, qui Dei tonitrua ſunt, diſerte de altiſſimis myſterijs, & fidei arcanis mire diſſeruiſſe cernimus; nam de incarnatione Filij Dei ait Ioannes: *Et Verbum caro factum eſt*: de perſo-

Ioan. 1. Ioan. Epiſtola 1. c. 5. narum diuinarum pluritate, *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt*. Hæc propter noſtrorum maiorum ætate Deus nebula circumdatus apparebat, & in templum fumo tectus deſcendebat, ſed tempore legis Euangelicæ non ita ſe gerit, clarius, ac liberalius ſe præbet inſpiciendum, radijs ſuæ lucis corruſcantibus. Hinc Chriſto naſcente lux nocte media paſtoribus effulſit, vt ait

Luc. 2. Lucas: *& claritas circumfulſit illos*; Magus præuia Stella duxit in Ciuitatem Hieruſalem, vnde egredientibus iterum emicuit, vt idem ſcribit Euan-

Ibidem. geliſta: *Ecce Stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos vſque dum veniens ſtaret ſuper, vbi erat puer*. in transfiguratione tanto ſe noſtræ ſalutis & gloriæ auctor ſplendore mõſtrauit circumfuſum,

Matth. 17. vt facies eius ſicut Sol reſplenduerit. Illa ergo ſuperiorum ætatũ caligo, qua ſe Deus (vt diximus) occultabat, & noſtrorum temporum claritas, hoc eſt eximia diuinæ cognitionis lux manifeſte nobis indicant, quantum illis in myſteriorum notitia, Chriſto promiſſæ veritatis auctore nos illam

Exod. 4. docente, præſtemus. Hæc propter Moyſes, qui veteris legis figuram gerebat, nõ expeditam à Deo linguam, & diſertam, ſed tardam & balbutiẽtem, quamuis ei gratiſſimus, accepit: aſt Euangelij tẽpore, ita deſertos, & eloquentes cælitus factos Apoſtolos videmus, vt linguis, quas numquam didicerant, loquerentur. Quod ſi omnium, quæ retulimus, figuram videre volumus, Hieremiam contemplemur dicentem: *A A A Domine Deus neſcio loqui, quia puer ego ſum*, ideo namque ſe puerum vocat Hieremias, quoniam ineffabilia Dei Myſteria, & præcipue Trinitatis triplici A. ſignificatam nulla mens capere, ne dum vox explicare valet, niſi fidei lumen & Chriſti doctrina præfulſerit; cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Actor. Apoſt. cap. 2. — Hierem. c. 1.

Homilia Quarta.

Illorum reprehenditur amentia, qui ſolo humanæ rationis lumine Supremum Trinitatis Myſterium penetrare voluerunt. Et teſtimonijs ſacræ Scripturæ, alijſque tam à naturali, quam à ſupernaturali ordine ſũptis argumentis Trinitas Diuinarum perſonarum confirmatur.

QVAMVIS ſancti Auguſtini verba de Trinitate loquentis omnibus ſint notiſſima; ab eis tamen, quoniam grauitatis, & veritatis ſũt plena, felix huic Homiliæ daturus initium, duxi exordiendum; ait enim: De hac re ergo ſumma & excellentiſſima cum modeſtia & timore agendum eſt, & attentiſſimis auribus atque deuotis audiendum, vbi quæritur vnitas Trinitatis, Patris ſcilicet, & Filij, & Spiritus ſancti. quia nec periculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid inuenitur. Quoniam ſicut nullius rei magis quam huius myſterij cognitione mens hominis locupletaretur, ita etiam nulla in re lapſus, & error periculoſior eſt. Primo, quoniam Trinitatis myſterium reliqua noſtræ fidei Sacramenta magnitudine ſuperat, & quemadmodum opulentæ negotiationis magnum negotiatoribus, vel commodum, vel detrimentum eſt, ſic etiam cum Trinitatis arcanum tam immenſum atque profundum ſit, admiſſus in eo cognoſcendo error, maximus omnium caſus, & totius ignorantiæ abyſſus exiſtit. Secundo, quoniam ſicut naturalis vitæ ſedes eſt cor, & caput, à quibus operandi, atque viuendi manat vis; ſic vitæ ſpiritualis vniuerſa virtus à fide & cognitione huius diuini myſterij tanquam à vero

Aug. lib. 1. de Trinitate. c. 3.

prin-

principio,& vnico vitæ ac veritatis fonte deriuatur. Vnde cõſequenter elicitur, ſicut errore principijs admiſſo, quæ ab illo colligũtur concluſiones, eiuſdem etiam erroris eſſe participes; ita pariter ſi mens hominis in huius myſterij veritate cæcutiat, (vt Arrius, Sabellus, & Photinus) alieniſſimas à vero ſententias cum hæreticis efficiet, qualis eorundem fuit dicẽtium, Filium non eſſe Patri conſubſtantialem, Spiritum ſanctum eſſe creaturam,& alias his pares ſtultiſſimas aſſertiones, quarum ſingulæ vel nunquam emergere potuiſſent, vel iam ortæ facile depreſſæ corruiſſent, ſi iuxta Pauli ſententiam, captiuantes intellectum
2. Cor. 2. in obſequium fidei, infelices illarum auctores mẽtem, animumque catholicæ fidei ſubieciſſent. Quoniam vero ſuis niti voluerunt rationibus, inanibus humanæ rationis argumentis abducti, à veritatis ſenſu lõgiſſimè deflexerunt, quod vini, & lactis adducta ſimilitudine ſponſa in Cãticis innuit, dum ſponſum his verbis amanter alloquebatur:
Cant.c.5. *Meliora ſunt vbera tuo vino*: ac ſi diceret: Sponſe dulciſſime, fidei lac, quod a tuis vberibus ſugimus, melius eſt, ac ſuauius, quã cerebroſum vinum humanæ ſapientię, quo hæretici omnes non ſecus, ac ebrij debacchati ſunt. Sed valde proprie diuinarum rerum fides ab ſponſa vbera vocantur: nam quemadmodum infans matris ſuæ admotus vberibus, quod non videt lac ebibit, nec quale ſit illud examinat; ſic catholici homines fidem noſtræ religionis, quæ ab Eccleſiæ vberibus ſugitur, pari candore animi debent accipere, myſteria illius, & cauſas nõ exquirẽtes, quod egregie docẽt verba Pauli
Ad Heb.11. dicentis: *Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum; & argumentum non apparentium*: In cuius rei figuram Deum olim iuſſiſſe ſcimus, vt ſacra tabernaculi ſupellex tegumentis abſconderetur, ne per viam cerni poſſet, peracto tamen itinere detegeretur. Nunc dũ in terris agimus, quid aliud ſumus
Exod. 4. niſi viatores? quibus Dei ineffabilia myſteria ad vnguẽ intelligere minime conceditur, at peracta vitę huius ſtatione omnia nobis recludẽtur, & manifeſte, ac vere, vt acceperamus, nobis pateſcent,
Pſal. 47. iuxta illud, *Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Dei noſtri*. Tres enim diuinas perſonas, & vnam omnino naturam, cuius fidem amplexi fueramus, ita ſe, vt credebamus, habere, nõ iam per ęnigma, ſed facie ad faciem conſpiciemus. Itaque fides præire viſum debet, vt ait Paulus: *Videmus nunc*
1. Cor. 13. *per ſpeculũ in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*: qua in re non ſolum hæreticis, verum etiam priſcis ſapientibus Catholici longe præſtant: hi enim in ſpeculo fidei, quæ fallere non poteſt, ac diuina vere oſtendit, Deum cognoſcunt: illi autem intuebantur in ſpeculo humanæ rationis, quæ imbecillis, & fallax cum ſit, eius ductu ſublimia Dei myſteria aſſequi non poterant. Nam quemadmodum interdum ſpecula ita doloſe conflantur, vt aſpicienti non vnam, ſed plures facies referant, atque longe aliter, quam ſe habeant obiecta repręſentent, ſic illi ſola humanæ mentis vi, & rationis indagine Deum perſcrutantes, Deum eſſe ſine Filio, & quod ſtultius eſt, corporeum, quin etiam non vnum, ſed plures eſſe Deos opinati ſunt. Sed hac in re diligenter fugiendum eſt, ne dum cęleſtia myſteria contemplamur, pueros imitemur, qui ſe ipſos in ſpeculo intuentes, manum protendunt, vt quam cernunt imaginem, comprehendant, illam tangere, & manibus contrectare geſtientes. Non enim aliter hæretici, qui dum erant catholici, fidei ſpeculo Trinitatis myſterium cognoſcentes, inſanire ſubinde puerorum more cœperunt, manum imagini ad ſpeculum fidei apparenti inſipienter admouentes, hoc eſt diuina myſteria rudi, & imbecilli ſuo ingenio tractantes, ac proptèrea eluſi, multo inſipientiores, & amentiores, quã antea remanſerunt: *Neſcierunt* (inquit) *nec intelle- Pſal. 81.
xerunt, in tenebris ambulant*. Quare, ne quis illorum inuoluatur errore, ſequatur ſancti Auguſtini Auguſt. de
conſilium dicentis: *Nobis ſufficiat de Trinitate di- Trinit.
cere, quod Dominus dignatus eſt docere*, aliqua ſacræ paginæ inſigniora loca referens, quibus diuinarum perſonarum Trinitas confirmetur. Illud tamen prius eſt animaduertendum, nullum nobis eſſe cũ hæreſiarchis ſuper Dei vnitate certamen, quippe vnã eſſe in Deo perſonam humana perſuaſi ratione non inficiantur, ſed tota nobis aduerſus illos quæſtio ſuper trium perſonarum numero vertitur. In cuius rei figuram inter famulos Geneſ.26.
Iſaac, ex tribus puteis quos foderant, ſuper duobus, non ſuper vno orta contentio narratur. Diuina enim quælibet perſona puteus eſt profundiſſimus, & magnitudinis, atque maieſtatis abyſſus infinita, non tamen de vna perſona certamen inter catholicos, & hæreticos, ſed in aliarum duarum additione, quę ſunt Filius, & Spiritus ſanctus, tota, vt dixi, concertatio eſt. Ex ſacræ tamen Scripturæ locis facile conuincam, à nobis ſtare veritatem, quorum primus in Geneſi legitur: *Igi- Geneſ.19.
tur Dominus pluit ſuper Sodomam ignem à Domino*, vbi repetitio illa eiuſdem vocis, Dominus, & à Domino, diuinarum perſonarum declarat pluritatem. Vnde Syrmienſe Concilium tanti hæc verba facit, vt decimoquinto Anathematiſmo dixe- Concil. Syrmienſe anathemat.15.
rit: *Si quis illud quod ſcriptum eſt, pluit Dominus à Domino, non de Patre, & Filio perceperit, ſed ipſum à ſemetipſo pluere dixerit, Anathema ſit.* Dauid æterni Patris inducens perſonam, inquit: *Ex vtero an- Pſal. 109.
te Luciferum genui te*, pro quo ſcribitur in Hebręo, *Ex vtero auroræ ros natiuitatis tuæ*: ac ſi diceret, quẽadmodum ros auroræ conſubſtantialis eſt ipſi materię, qua gignitur, ſic antequã ſol oriretur, te ipſe genui cõſubſtantialem mihi, quamuis perſona diſtinctum. Nemo enim à ſe ipſo, ſed ab alio gignitur. Similis eſt huic Dauidis teſtimonio illud in prouerbijs: *Quod nomen eſt eius, & quod no- Prou. c. 30.
men filij eius ſi noſti*! cui etiam conſonat Eccleſia- Eccl. c. vlt.
ſticus dicens: *Inuocaui Dominum patrem Domini mei, vt non derelinquat me*: quibus teſtimonijs duas in Deo eſſe perſonas, Patrem videlicet, & Filium probatum ſufficienter eſt. Tertiam vero perſonã, quæ Spiritus ſanctus eſt, præter illas duas neceſſario eſſe concedendam, eandem diuinitatis maieſtatem habentem, egregie probat Dauid, de verbo æterno ita loquens: *A ſummo cælo egreſſio eius, & Pſal. 18.
occurſus eius vſque ad ſummum eius, neque eſt, qui ſe abſcondat a calore eius*. Egreſſio enim Filij a ſupre-

mo fuit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

mo fuit cælo, quod Pater eſt, neque eſt, qui non particeps ſit caloris illius, qui eſt Spiritus ſãctus, niſi peccantis culpa conſortium gratiæ prohibeat. Chriſtus autem præ ceteris omnibus excellenter ſe ipſo repręſentat Trinitatis myſterium, tam naturæ qualitate, qua conſtat, quam nomine, quo vocatur. Nam ſi eius conſideremus ſubſtantiam, tria in eo diſtincta reperiemus, animam, corpus, & diuinitatem, quæ tria ſub vna, eademque perſona, & vno, ſoloque diuino ſuppoſito conſiſtunt. Si vero Chriſti nomen interpretari velimus, Chriſtus Græcè idem eſt, quod vnctus, apud Latinos. At vbi reperitur vnctus, eſſe pariter, qui eum vnxerit, & vnctionem, qua fuit vnctus, neceſſarium eſt: quare vnctus filius, vngens Pater, & ipſa vnctio Spiritus ſanctus eſt, quæ omnia Dauid breuiter complexus dixit; *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo præ conſortibus tuis*. Præterea, dum Chriſtus in Iordane baptizabatur, omnes diuinas perſonas audiuimus declaratas: Patrem dicentem, *hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*: Filium carne indutum, nã *Verbum caro factum eſt*; Et Spiritum ſanctum colũbæ ſpecie ſuper Chriſti caput deſcendentem. Nec minus nobis oſtendit Trinitatis ſacramentum viſio Ioannis, qui ſe in cælo thronum maieſtatis plenum vidiſſe commemorat; *Ecce ſedes*, inquit, *poſita erat in cælo, & qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui Iaſpidis, & Sardinis, &c.* Ad cuius rei intelligentiam notandum eſt, quod Plinius ſcribit, & docet experientia, huiuſmodi lapides, quos Ioannes vidit, tribus conſtare coloribus inuicem commiſtis: vnde ad indicandum ei myſterium Trinitatis (in qua tres ſunt perſonæ, & quęlibet ita cum alia conuenit, vt Chriſtus dixerit: *Ego in patre, & pater in me eſt*, ibidem; *Qui videt me, videt, & Patrem meum*) lapides Iaſpidis, & Sardinis oſtenſi fuerunt, quoniam, etſi vterque lapis natura ſit vnus, eſt tamen trinus coloribus, qui vtriuſque lapidis naturæ ſic inhærent, vt ab eis ſeparari nequeant. Patet eadem Trinitatis veritas apud Ezechielem dicentem. *Tu ſignaculum ſimilitudinis meæ*, quæ verba Angelorum præſtantiſſimo Deus eſt locutus, & iuxta Hebraicum exẽplar ſenſum rei de qua agimus magis opportunum efficiunt; *Tu ſignaculum numeri perfecti*, qua numeri perfectione Trinitas diuinarum perſonarum declaratur. Præclarum etiam Pauli eſt teſtimonium ad Corinthios ſcribentis: *Gratia Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Spiritus ſancti ſit cum omnibus vobis amen.* Cuius teſtimonijs quamuis ſatis ſit aperta ſententia, quærere tamen aliquis poſſet, quamobrem originis ordinem, qui eſt inter diuinas perſonas, (& quem Chriſtus ſeruauerit formam baptiſmi inſtituens, vbi prius nominauit Patrem, mox Filium, & poſtea Spiritum ſanctum) non ipſe quoque Paulus diuinas numerans perſonas retinuerit. Prius enim nominauit Filium, ac deinde Patrem, vt ſuperius deſcripſimus. Huic dubitationi ſatisfieri poteſt, ſi dicamus Apoſtolum primo loco Chriſtum nominaſſe quod ab eo diuinarum perſonarum ſimus adepti notitiam, nec non, vt omnia noſtra bona eidem Chriſto omnium bonorum Domino, ac Redemptori noſtro accepta referamus. Sed vt ad præcipuum noſtri propoſiti ſcopũ reſpiciamus, huius diuini myſterij veritatem eximijs, ac ſingularibus, tam infimi, quam ſupremi in naturæ ordinis exemplis, & teſtimonijs conſtabiliamus. Qui de rebus naturalibus ſcripſerunt, vt ſuper Dioſcoridem refert Lacuna, herbam eſſe dicunt, cui nomen eſt Trinitas, quoniam ſinguli ramuſculi tria tantum folia producant: cuius herbæ figura non obſcurum ſupremæ Trinitatis veſtigium eſſe poteſt. Nam quemadmodum folia illa, etſi tria ſint, vno tamen, & eodem vitæ vigore viuunt, ſic Diuinæ perſonæ tres exiſtentes vna eademque vita, quæ diuina natura eſt, viuunt, & ſunt. Idem etiam præſignificabat in Geneſi iuſſiſſe Deum, vt trium annorum eſſent animalia, quæ ſibi ſacrificarentur, *Capram* inquit, *trimam, & arietem annorum trium*: quod & Salomonis templo myſteriorũ pleniſſimo ſignificatum fuit: ibi enim legitur: *Atrium maius rotundum trium ordinum*: atrium enim, quod Salomon fieri iuſſerat, ampliſſimum, diuinitatis vnius immenſitatẽ, ordines vero tres pretioſis lapidibus diſtincti, diuinas perſonas denotabant. Huc pariter ſpectat, quod ſcripſit Lucas in parabola petentis a vicino panes tres; *Accommoda mihi* (inquit) *tres panes*, nam per eos intelligimus perſonas diuinas, vt Gloſſa interpretatur, dicens: *Accommoda mihi intellectum Trinitatis*. Nec defuerunt in huius veritatis confirmatione miracula. Scribit enim Euſebius Cæſarienſis, quod & Doctor Eccleſiæ Bonauentura retulit: Naſcente Chriſto, tres in cælo ſoles apparuiſſe, qui paulatim in vnum redacti fuerunt: tres apparuerunt, vt tres in Deo perſonas oſtenderent in vnum tamen coniuncti diuinæ naturæ declararent vnitatem. Simillimum huic oſtento eſt, quod narrat Vincentius, videlicet hæreſi Arrij erumpente, qua Trinitas negabatur, dũ ſacra faciebat Epiſcopus Vaſcolcenſis, vt Sigibertus autor grauiſſimus ſcribit, tres ſuper altare aquæ guttas cryſtallo clariores decidiſſe, & in vnam mox coeuntes triangularem ex omnibus illis guttis formatam fuiſſe margaritam, quam idẽ Antiſtes cum venerationis cauſa affixiſſet cruci, & ſmaragdis, & vnionibus vndique cohoneſtaſſet, ſtatim illi colapſi fuerunt, myſterium tantum, quod illo myſtico margarito notabatur adorantes, & coram illo procidentes. Boetius Eugubinus, Platina, & Palladius, & Chronicum Patris noſtri Franciſci aliud retulere miraculum, quod ſuperiore maius, & excellentius videri poteſt: ainnt enim in corde Sanctæ Claræ de Monte Falco, poſtquam vitæ munere functa fuerat, quoniam huic myſterio fuerat addictiſſima, tres carnis pillulas fuiſſe inuentas tantæ admirationis, vt omnes ſimul non maius, quam vna, & illarum quælibet nõ leuius pondus, quam omnes haberet. Quo miraculo, quid potuit accommodatius, vel expreſſiua inueniri ad tanti arcani veritatem oſtendendam? vbi quod eadem ſit in omnibus perſonis, & in earum ſingulis diuina natura, par eſt omnium, & ſingularium perfectio, nec quæ tribus communis eſt maieſtas, ſuperat vnius excellentiam, vt vera docuit

Marginal notes: *Pſal. 44.* — *Matth. 17.* *Luc. 9.* *Ioann. 1.* *Matth. 3.* — *Apocal. 4.* — *Io. 14.* — *Ezech. 28.* — *Paul. cap. 13. ad Corinth.* — *Lacuna in Dioſc. c. 117.* — *Geneſ. 15.* — *3. Reg. 7.* — *Luc. 11.* — *Gloſſa.* — *Euſ. Cæſar. S. Bonau. in tract. de 5. feſtiuitatib. pueri Ieſu* — *Vincen. lib. 12. c. 19.* — *Boet. lib. 13. Pallad. & Chronic. S. Franciſci libro 4. c. 42.*

Athanaſ. in ſymb.

cuit Athanaſius: *In hac Trinitate nihil prius, aut poſterius, nihil maius, aut minus ſed tota tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales.* Verum quoniam hactenus beatiſſimæ Trinitatis contemplationi dediti ſublimia tractauimus, non indignum erit, ſi ad inferiora deſcendentes, profanum, & diabolicum ternarium cæleſti prorſus infeſtum breuiter declaremus. De hoc Ioannes in ſua canonica mentionem faciens, inquit: *Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.* Poſſumus etiã dicere, quod non minus verum eſt, ternarium oppoſitum cælo eſſe, de quo dixit Eccleſiaſticus: *Tres ſpecies odiuit anima mea, &c.* ac ſi diceret, tribus peccati generibus, ad quæ cetera reuocantur, maxime offendor, malitiæ peccato, quale fuit ſerpentis; ignorantiæ vincibilis, quale fuit Euæ (vt Paulus ad Titum ſignificauit; *Mulier ſeducta in præuaricatione*, vnde cum Deus admiſſi pœnam exigeret, illa ſe excuſans reſpondit: *Serpens decepit me*) cui malitiæ, & ignorantiæ peccato accedit imbecillitatis humanæ delictum, quo Adam vniuerſum genus inſecit, & innumeris damnatum miſeriis propagauit. Sed vt finem dicendi faciam, S. Bernardi accommodatiſſima huic rei verba recitabo. *Eſt Trinitas* (inquit) *à qua homo cecidit Pater, Filius, & Spiritus ſanctus: & eſt trinitas, quæ cecidit intellectus memoria, & voluntas. & eſt trinitas, in quam iſta cecidit impotentia ignorantia, & cõcupiſcentia, & eſt trinitas, per quam trinitas cadens reſurgit ad trinitatem, de qua accidit; ſcilicet fides, ſpes, & charitas*, quam vtinam copioſe nobis infundat vnigenitus Dei Filius, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

1. Ioan. 2.
Eccle. c. 26.
Ad Tit. 2.
Gen. c. 3.
Bernar. in ſer. de Trin.

Homilia Quinta.

Per verba Geneſis: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram: eruditè, & multipliciter enodata, diuinarum perſonarũ vnitas & Trinitas indicatur. Gen. I.

INTER varia, & illuſtria teſtimonia, quæ in multis ſacrarum litterarum locis ad Trinitatis myſterium probandum leguntur, illud præſertim effulget, quod Moyſes libro Geneſeos, verba Dei, hominem creare volentis referens, ita memorauit: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Quæ verba, vt aduertunt Chryſoſtomus, Baſilius, Theodoretus, & Boetius ſup. cap. 1. Geneſ. non ad Angelos (etſi contra deblaterent hæretici) qui nullam in animæ creatione partem habuerunt, ſed ad alias duas perſonas diuinas fuit Deus locutus, eiuſdem naturæ conſubſtantiales, quæ cum ſit vna in tribus perſonis, communis quoque inter ipſas, & ſola eſt cauſa creationis. Vtrumque vero Moyſis verba declarant, nam dicendo pluraliter, *faciamus hominem*, non vnam, ſed plures in Deo eſſe perſonas oſtendit; & cum ait ſingulariter, *ad imaginem, & ſimilitudinem*, non multiplicem, ſed vnam diuinis perſonis ineſſe naturam declarauit. Hoc Moyſis teſtimonium magnæ debet eſſe auctoritatis ad Trinitatis myſterium probandum, nam præterquam inſignis Eccleſiæ Doctor Auguſtinus illo vtitur in libro de Trinitate, Patres, qui Conſtantij Imperatoris hortatu Concilio interfuerunt Syrmienſi, Arrianã hæreſim extirpaturi, anathemate damnarunt omnes, qui prædicta verba Deum Patrem ad reliquas diuinas perſonas non dixiſſe contenderent: *Si quis dixerit* (ait ſancta Synodus) *quod ſcriptum eſt faciamus hominem, non Patrem ad Filium dicere, ſed ipſum ad ſemetipſum dixiſſe Deum, Anathema ſit.* His quoq. verbis Geneſeos vſus eſt PP. Marcellinus in epiſt. decret. vt perſonas diuinas operari conformi, & eadẽ operatione monſtraret, quoties creaturam aliquã producebant.

Geneſ. 1.
Chryſoſt.
Baſilius.
Theodoret.
Boetius.
Aug. lib. 12.
Conc. Syrmienſe.
Marcellinus epiſt. 1.

Ad maiorem tamen huius loci notitiam, & perfectiorem explanationem, primum conſtituo, per hæc Dei verba conſtare animæ hominis excellentiam, quam ille ad imaginem ſuam, & ſimilitudinem non aliqua interueniente creatura, ſed per ſe ipſum creauit. Nam quemadmodum pictor egregius aliquod inſigne formaturus ſimulachrum, quamuis alijs artificibus eius famulis ea, quæ non tantam artis deſiderant præſtantiam, facienda permittat, ſupremam tamen imaginis partem, caput nempe, atque faciem, ipſe ſolus figurat, & perficit; ſic hominis conditor in eximia noſtræ animæ imagine formanda licet in materiæ diſpoſitione ad eius introductionem præuia, & in compactione corporis cauſas admittat ſecundas ſuæ voluntatis adminiſtras; tamen ad creandam formam, quæ hominis mens eſt, illas excludit, ipſeque ſolus faciem imaginis ornat, ac perficit, animam, ſcilicet, rationis compotem creans. Nam, etſi (vt aliqui autumant Theologi) animæ creationem potuerit Deus alicui creaturæ tanquam operis inſtrumento committere, voluit tamen ad maiorem hominis dignitatem propria id manu peragere, ac prouido ſapientiæ ſuæ penicillo talem virtutem, ac lucem ei tantam impartiri, vt inter omnia eius opera ſola hominis mẽs imaginem ſui artificis, & creatoris haberet impreſſam. Quærenda ergo, immo & colenda nobis hæc imago eſt, quoniam, vt ait Auguſtinus, *licet humana mens non ſit eius naturæ, cuius Deus eſt, imago tamen illius in ea quærenda, & inuenienda eſt.* Non tamen in eius aſſignanda ſimilitudine cum Deo omnes ſacrarum litterarum interpretes conueniunt, nec Hebræorum magiſtri, vt Nicolaus à Lyra, & Abulenſis referunt) vnam ſectantur opinionem. Quidam enim in eo ſitam eſſe hac ſimilitudinem arbitrantur, quod ſicut Deus omnia cernit, nec tamẽ ipſe cernitur, ſic anima hominis à nemine viſa nihil nõ videt, quod ſenſibus obijciatur: & veluti Deus in toto, & in qualibet parte eſt totus, *ſic anima* (vt di

Similitudo.
Magiſter ſent. 4. d. 5. Durand. 2. d. 95 & alij multi.
Aug. lib. 4. de Trin.
Nic. de Lyra & Abulen. c. 1. in Gen.

Ariſt. xit Philoſophus) *tota in toto, & tota in qualibet il-*
lius parte conſiſtit: Et ſicut Deus purus Spiritus,
& ſubſtantia incorruptibilis, atq. immortalis eſt,
ita quoque anima corruptionis, ac mortis capax
Rabbini. non eſt. Rabbinorum alij diuerſam viam ingreſ-
ſi, hominem Deo ſimilem eſſe cenſuerunt, quoniã
ſicut Deus propter ſummã eius eminentiã in ſe
õia continet, ita homo creaturarum oẽs gradus
Greg. hom. de Aſcenſ. complectitur, iuxta illud Gregorij, *omnis creatu-*
ra aliquid habet homo. quoniam commune habet
eſſe cum inanimatis, vitam vegetantem cum plã
tis, ſenſum cum animantibus, intellectum cum
Angelis, cuius virtute Deum intelligit, ac dili-
git. Hæc propter, vt mea fert opinio, fuit homo
vocatus à Dionyſio *confinium, & horizon vniuerſi.*
quoniam omnium, quæ in mũdo ſunt, aliquo mo
do particeps exiſtit, ac propterea *microcoſmos* à
Græcis, id eſt, paruus mundus nominatus fuit. Nã
quemadmodum Geographi vniuerſas Orbis ter
rarum prouincias, atq. regiones hominibus no-
tas tabella exaratas aſpectui ſubijciunt, vt quod
patet immenſis terrarum, ac marium tractibus,
vnus ac breuis paruæ tabellæ intuitus percipiat;
ita Deum vniuerſorum, quæ creauerat, mirabile
volens facere cõpendium, hominem condidit, in
quem omnes creaturarum gradus, (vt Philoſo-
phi loquuntur) congeſtos, & comprehenſos cerni
mus colluccre. Sed miſſas faciens Hebræorum
opiniones, qui plura falſa, quam vera effutire
ſolent, ad aperiendas Doctorum Eccleſiæ ſenten
tias deducatur oratio. Ioannes Damaſcenus de
Damaſc. li. 2. c. 12. fide orthodoxa ſcribit, hominem Deo aſſimilari
in arbitrij libertate: quippe ſicut Deus liberum
habet arbitrium, ac ſuarum actionum eſt domi-
nus, & moderator, ita homo, tam libera ſuarum
actionum voluntate fertur, vt nihil in rerum na-
tura ſit, quod illam cogere, aut inflectere valeat.
Cyrillus. Cyrilli vero ſententia eſt, quod quemadmo-
dũ Deus vniuerſę beatitudinis capax, ſe ipſum vi
dens, & amans, beatus eſt; ſic homo viſionis diui
næ, & amoris erga Deum capax auctori ſuo poſt-
quam vltimum finem conſecutus fuerit, in clara
diuinæ eſſentiæ viſione aſſimilabitur, teſtante
Ioanne, *ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicu*
Io. canon. 1. cap. 3. Similitudo. *ti eſt.* Hinc alia naſcitur ſimilitudo: nam ſicut Dei
mens non alia re quam ſe ipſa contenta eſt, ſic
hominis anima tam amplos, & capaces habet
ſinus, vt nullis creatis rebus præterquam ſolo
Deo compleantur. Auguſtinus autem, ſicut no-
Auguſt. ſtrum eſſe, viuere, & operari à Deo eſt (docente
Act. 17. Paulo, *in ipſo viuimus mouemur & ſumus*) ita cor-
poris omnia membra ab anima habere cenſet
vt ſint, viuãt, & moueantur, idq. tã depẽdẽter ac
neceſſario, vt in ea nos viuere, moueri, & eſſe nõ
falſo affirmari poſſit. Ergo vt Deus tãquã rerum
omniũ vniuerſale principiũ cũ omnibus inferio-
rib⁹ cauſis in illarũ producẽdis effectibus, & ope
rationib⁹ exercẽdis cõcurrit; ſic anima in corpo
re cui præeſt, plenã habet imperãdi facultatẽ, vt
intra ſuę ditionis limites, nulla potẽtiarũ queat
abſq. ipſius nutu, vel auxilio quidquã efficere. Nã
licet ſimplex, & indiuiſa ſubſtantia ſit, tam mi-
rabili virtute varijs diſtributa facultatibus pol-
let, vt ab ea omnis noſtra actio dependeat. Pro-
pterea viſu diſcernit, auditu percipit, tactu pal-
pat, & naribus odores, ac lingua ſapores diſtin-
guit. cibum in ſtomacho innati caloris vi con-
coquit, coctum digerit, digeſtum vertit in ſangui
nẽ, venis corporis diuidit, ſpiritus in corde gene
rãs vitales, in cerebro animales, partẽ arterijs,
partem membris debita portione diſtribuens.
Hęc, ſi quid virtute phantaſię cõcipit, imaginem
format intellectus, virtute diſputat, colligit, de-
finit, memoriæ vi recordatur, voluntate amat, aut
odit, ac tandẽ in paruo mundo, qui eſt homo ita
princeps cauſa eſt, & tã libera dominatrix om-
nium, quæ medio corpore fiunt, vt ſpiritum tra-
here abſque eius auxilio minime homo queat.
Theodoretus, & Chryſoſtomus non minus in *Theodoret. Chryſoſt.*
genioſe, quam ſapienter aliter hunc locum expo
ſuerunt dicentes, hominem Dei eſſe imaginem
propter dominium, & imperium, quo ſicut Deus
vniuerſitati, ita ille ceteris animantibus præſi-
deret. Nam ad huius rei ſignificationem, poſtquã
dictum fuerat à Deo, *faciamus hominem ad imagi-*
nem, & ſimilitudinem noſtrã, ſtatim adiunctũ fuit,
vt præſit beſtijs terræ, piſcibus maris, & volatili-
bus cæli, quibus verbis clare videtur oſtendi, qua
in re ſimilitudo hominis cum Deo ſita ſit. Ex hac
Theodoreti, & Chryſoſtomi explanatione an-
ſam nõnulli arripuerunt aſſerendi, mulierem ad
imaginem Dei non fuiſſe creatam, quoniam mu
lieri non imperium, ſed obedientia, non domina
tio, ſed ſubmiſſio conueniat, ipſo dicente Deo,
ſub viri poteſtate eris; contra vero ad virum ma- *Gen. 3.*
xime ſpectet dominandi ius, & auctoritas, ſecun
dum Pauli ſententiam, *Vir caput eſt mulieris.* quã *Eph. 5.*
expoſitionẽ nõ parum videtur eiuſdem Apoſto *1 Cor. 11.*
li alibi ſcripta verba ſtabilire. *Vir,* inquit, *nõ debet* *Ibidem.*
velare caput ſuũ, quoniam imago Dei eſt, & de mu-
liere paulo poſt: *debet mulier habere velamen ſu-*
pra caput ſuum, quibus locis videtur Apoſtolus fa
teri tanquã virum mulierẽ ad imaginẽ Dei for-
matã nõ fuiſſe. Vnde, & Auguſtinus dixit, *mulier* *D. Aug. 33. q. c. imago.*
ad imaginẽ Dei nõ eſt facta. Alexãder Alẽſis parte *Alex. Ales. 2. p. q. 55. memb. 3.*
ſecunda cõtrariã ſequens doctrinã, mulierem ad
imaginẽ, & ſimilitudinẽ Dei creatã affirmat, non
alio quã eiuſdẽ loci Geneſis argumẽto ductus,
quoniã Moyſes Dei verba referẽs, illico addide-
rit, *maſculũ, & feminã fecit eos,* quæ ſentẽtia ma-
gis firmatur, ſi Doctorẽ Eccleſiæ S. Bonauenturã *S. Bonau.*
cõſulamus, qui ſimilitudinẽ hominis cũ Deo qua
liſcunq. illa ſit, in anima eſſe, quæ illius ſimilitudi
nis eſt fũdamẽtũ poſitã cẽſuit, vnde ſi viri anima
ab ea, quæ in muliere eſt nõ differt eſſentialiter,
dubitari nõ poteſt ad imaginẽ, & ſimilitudinem
Dei creatã fuiſſe mulierẽ. Nec hoc Pauli, & Au-
guſtini verba negãt, ſi bene intelligãtur, ſed tãtũ
aiũt, illam imperij rationẽ, propter quã vir ma-
gis eſt Dei imago quam femina, nõ conuenire mu
lieri, quod Deus virũ iuſſerit eſſe caput mulieris, il-
lũq. cunctis terræ animãtibus, & cęli volatilibus
præfecerit. Quare ſi res ita conſideretur, mulier
Dei imago nõ eſt: nã nõ ad imperium, ſed ad obe
dientiam nata fuit. Si tamen S. Bonauent. & reli-
quos conſulamus, intendunt ſolum Apoſtolum

non

non iuſſiſſe, vt mulier tegat caput ſuum, quoniã Dei imago nõ eſt, ſed propter Angelos, id eſt propter ſacerdotes, & templi miniſtros, quos vocat Angelos ob vitæ puritatem, cui non parum obſtare ſolet compti capitis, & ornatę mulieris lubricus aſpectus.

Veruntamen, vt eo vnde ſum digreſſus reuertar, quamuis hominis cum Deo ſimilitudo in eo locata cenſeatur, quod beatitudinis æternæ ſit capax, ac libero vtatur arbitrio, & tantarũ operationũ auctor, amplum dominium, & quaſi Dei vices in rebus inferioribus exerceat; libentius (Amb. lib. de dignitate hominis.) tamen ipſe ſanctum Ambroſium ſecutus arbitrabor, hominem ad imaginem, & ſimilitudinẽ Dei creatum, vt Trinitatis, quæ in Deo eſt, imago eſſet anima hominis, quæ vna cum ſit, trina eſt in potentijs, intellectus, memorię, & voluntatis. Intellectus enim denotat Patrem; quoniam quemadmodum intellectus noſter verbi mentalis eſt principium, ita Pater Diuini Verbi eſt origo. Memoria Filium repręſentat, quia vt illa eſt imaginum, quæ mente concipiuntur receptaculũ, ita Filius idearum diuinarum theſaurus, & omnium quæ creata ſunt, imago eſt. Voluntas, cuius obiectum eſt bonitas, & in qua tanquam in officina omnis conflatur amoris affectus, declarat Spiritum ſanctũ, cui bonitas, & amor attribuitur, non ſolũ eſſentialis, vt Patri, atque Filio, verum etiã perſonalis, quod proprium eſt Spiritus ſancti, & conſequenter alteri perſonæ non communicabile. Hinc alia ſingularis oritur ſimilitudo, nam vt Pater ſuæ fœcundæ mentis virtute generat Verbum æternum, & ipſum Patris Verbum communi cum Patre voluntate producit Spiritum ſanctum; ſic hominis anima per intellectum producit verbum mentale, & verbi mentalis auxilio, vel proponentis id, vel efficientis, elicit voluntate amorem rei, quam verbum repręſentauerat. Quamobrem non ſolum anima rationis compos Trinitatis eſt imago, propter propriam naturã, & potentias, ſed propter ipſam operandi rationem, quandoquidem diuinis etiam ad intra operationibus quodammodo aſſimilatur. Quin etiã, ſi altius rem ſpeculari velimus, non ſolum Deo ſimilem hominem comperiemus, quatenus naturalis rerum auctor eſt Deus, ſed etiam quatenus ſupernaturalis: nam vt ait Eccleſiaſticus: (Eccl. 7. S. Tho. q. 95. art. 1.) *Fecit Deus hominẽ rectũ*, quo teſtimonio ſãctus Thomas vſus eſt ad probãdũ, primũ omniũ Parentem in gratia creatum. Non enim rectitudo illa, de qua Spiritus ſanctus ibi loquitur, eſt corporis directio, aut os ſublime, vt Poeta cecinit Ouidius: (Ouid. Metamor. lib. 1.)

Os homini ſublime dedit cælumq; videre
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Sed interna, & quæ ſupra naturam eſt, rectitudo intelligitur, quam originalis iuſtitia præbebat. ſiquidem Deus auctor ſupernaturalis cũ illa originis iuſtitia (quæ quatenus vna diuinæ vnitatis imago erat) tres etiã Theologicas virtutes, ſpẽ, ſcilicet, fidẽ, & charitatẽ infundit, quę diuinarũ perſonarũ ſimilitudinẽ referebant. Nã per ſpẽ (S. Tho. 2. 2.) (quæ teſte Thoma verſatur circa bonũ arduum, & difficile) Pater oſtẽditur, cui poteſtas, & fortitudo attribuitur: per fidẽ, quę lux mẽtis eſt, Filius mũdi vera lux, de ſe enim dixit: *Ego ſũ lux mũdi*. (Ioan. c. 8.) Et per charitatẽ Spiritus ſanctus intelligitur. Itaq. ſiue animã cõſideremus naturaliter, quatenus creationis eſt terminus, ſiue illã iuſtitiæ dono per Deũ illuſtratã contẽplemur, mirabilẽ in illa Dei imaginẽ, qui vnus & trinus eſt, inueniemus. Merito ergo S. Bernardus ſerm. de Trinit. (S. Bernar.) monet nos, vt plurima diligẽtia, & ſtudio perpẽdamus beneficia, quibus Deus nos cumulauit, ſuã animo noſtro imprimẽs imaginẽ. *Cõſideremus* (inquit) *fratres in nos opera Trinitatis quæ profecto conſideratio valde fructuoſa eſt quoniã ad Dei cognitionẽ prælucet, viã aperit veritati, & impedimentũ, ac frenũ eſt, quo ab offenſione creatoris coercemur.* Nã, vt apud Iob legimus: (Iob 5.) *Viſitãs ſpeciẽ tuã nõ peccabis*: cuius loci duplex eſt interpretatio. Prima Hebręo exẽplari cõſonat, viſitãs habitaculũ tuũ non peccabis, vbi per habitaculũ corpus, quo anima includitur, intelligimus, cuius ſi cogitemus miſerias, humiliter de nobis ſentiemus, nõ ſecus ac ſuperbus pauo, qui poſtquã pulchras expãdẽs alas intumuit, cum ad pedum deformitatẽ deflectit oculos, cõfeſtim illas cõtrahit, ac mœrore lãgueſcit. Secunda expoſitio eſt propoſito noſtro cõueniens, quã doctiſſimus Lyra ſequitur; (Nicolaus Lyra. Eccl. c. 9.) qui nomine, ſpecies, intelligit pulchritudinem, vt illud apud Eccleſiaſticum: *Propter ſpeciẽ mulieris multi perierũt*. Quare ſenſus erit, viſita ſpeciẽ tuã, id eſt, cõſidera frequẽter animæ tuæ dignitatẽ, pulchritudinem, & excellentiam, in qua Dei contemplatus imaginẽ nõ ita humiliter de te iudicabis, vt ad peccati ſordes, atq. miſerias illã indigne deijcias. Hanc hominis præſtantiam non ignorabat Cicero, qui aliquid numinis noſtris ineſſe mẽtibus credens, ita ſcripſit: (Cic. lib. 1 de legibus.) *Qui ſe ipſum nouit, ſentit ſe habere aliquid diuinum*. Accõmodatum rei, de qua agimus, mihi videtur exẽplum, (Exemplum.) quod Plinius de Rege Demetrio narrauit, qui opulentã vrbẽ Rhodon obſidione dũ premeret, monitus à militibus vrbẽ capi non poſſe, niſi templum, in quo Protogenis inclyti pictoris erat imago, incendio immiſſo corrueret, protinus obſidionẽ amouit, malus arbitratus incõmodum tã præclaram excellentis viri ſtatuã comburi, quam optato victoriæ triumpho priuari. Si ergo Demetrius inane vnius hominis ſimulachrum tanti faciendum iudicauit, quanti quæſo ſempiternæ diuinitatis imaginem, quã animo habemus incluſam, ęſtimare debemus? Aequiſſimum igitur erit, & cæleſti eius decore digniſſimum, ſceleris ab eo vel minimam labem, & omnem peccati puluerem oppoſito reuerentiæ, ac pudoris velo prohibere, quod vt faciamus ſi forſan illius excellentia, & pulchritudo nõ allicit, deformitas ſaltem peccati à malo deterreat, quam ſi miſeri mortales meditatẽtur, non dubium eſt, quin ab omni turpitudine facile abhortẽtes, peccata omnia, imaginem Dei ita deturpantia, diligentius, quam graue quoduis capitis, ac vitæ periculum effugerent. Nam (Ariſtot. in Phy. c. 1. Greg. Naz. orat. 6.) ſi, vt Ariſtoteles, & poſt eum Gregorius Nazianzenus narrauit, pulchra quædã puella, ſiue dea, fiſtulæ cãtu delectari ſolita cũ calamos inflans ſe

in fonte proſpiceret, ſui vultus deformitatem à fiſtulę inflatione prouenientem fuiſſet intuita, calamos cōteſtim fregit, & fiſtulę vſum perpetuo deteſtata fuit: quid facturos credemus homines, ſi ob vnius peccati labem cernerent Dei ſimulachrum tam turpiter deformari, vt nihil eo fœdius, nihil odioſius, nihil horribilius ſit?

Homilia Sexta.

Tres viros, qui Abrahæ apparuerunt, trium in Deo fuiſſe perſonarum figuram, docetur.

INTER paucos, ac memorabiles viros Deo quondam gratos, quibus ille ſanctiſſimę Trinitatis myſterium reuelare dignatus eſt, gratiſſimus fuiſſe cognoſcitur magnus ille Patriarcha Abraham, cui (vt in
Geneſ. c. 18. Geneſi ſcribitur) apparuerūt viri tres, quos Dei vnius figuram eſſe cognoſcens, non tanquā plures, ſed tanquā vnum eſt allocutus in hunc modū: *Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum*. Vnde gloſſa inquit,
Gloſſa. *Abraham tres vidit, & vnum adorauit.* Nec enim obſcurum eſt, quin ſi Abraham myſterium Trinitatis per tres illos viros ſignificari nō intellexiſſet, ſingulariter nō fuiſſet dicturus: *Domine ſi inueni gratiā*: erāt enim moribus, habitu & dignitate ſimiles, & æquales, ideoq; nulla erat occaſio, cur maior vni, quam alteri reuerētia, & honor deferretur. Planum eſſe, ac verum, quod diximus, Moyſis verba teſtantur, rem geſtam ita narrantis: Apparuit ei Dominus, & mox adijcit, *apparuerūt ei tres viri*, non aliam quidē ob cauſam, niſi vt quē ſingulariter vocauerat Dominū, dicēs: *Domine ſi inueni &c.* Et iterū apparuit ei Dominus, tres eſſe perſonas, & quos tres ſibi apparuiſſe dixerat, vnū eſſe Dominum, ac Deum oſtenderet. Hanc Moyſi factā de Trinitatis arcano reuelationem, qua tanquam imagine Trinitas in Deo, & vnitas repræſentatur, à multis repetitā, & decantatam nō ignoro, pauci tamen hactenus eius circunſtātias diſcuſſerunt. Quare cum perutiles, & myſterio, de quo ſermo eſt, valde accommodatæ ſint, eas nunc explicemus.

¶ *Apparuit*, inquit, *ei Dominus in conualle Mambre &c.* per conuallem intelligimus locum humilem, & depreſſum, quo ſignificatur, corde humilibus, & inflatione animi carentibus Deū apparere, vt eis occulta, & ſublimia reuelet, quod ſeruator hominū Chriſtus oſtendit dicens:
Matth. 11. *Gratias tibi ago Pater, quoniam abſcōdiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.*
Prouerb. 11. Et alibi ſcriptum eſt, *vbi humilitas, ibi ſapientia eſt.* Fulgentes cælo ſtellas diurno tempore nemo videt, nō quod illę fulgore tunc careāt, ſed quoniam humanus aſpectus nimia ſolis luce præpeditur: illas tamen optimè cerni poſſe, etiam dū mediū ſol iter peragit, Aſtrologi tradunt, ſi quis in altum puteū deſcendat, quo fulgor ſolis nō penetret, ac intuentis acies non diſtrahatur. Micātes ſtellæ ſunt & valde lucida ſidera, diuina myſteria, & Catholicę fidei axiomata, quę mētē hominis illuminantia, non tamē ad rationis humanæ radios inſpicienda, vel examinanda ſunt: nā illorū curioſa ſpeculatio ſine humili ad fidei nutum obedientia, mentē hominis caligine potius, quā luce perfundit. Quare vt huic occurramus incōmodo, non in arduo humanæ ſapientiæ vertice, ſed in humili conualle Mābre cum Abrahā conſidere oportet, animi demiſſionē amplectentes, vt ad ea, quę ſupra nos ſūt, proueshamur. Hāc ob cauſam multi hæretici humilitate carentes, ac nimiò proprio fidētes ingenio, quo altius euolare conati ſunt, eo miſerabilius, & profundius corruerunt. Secunda circunſtantia viſionis eſt ſeſſio: *Apparuit ei Dominus ſedenti*, vt indicaretur, ad cognoſcendam Trinitatis imaginem, neceſſariam eſſe mentis tranquillitatem, & omniū motuum, ac perturbationum ſecuram quietem, qua deficiente, à diuinarum cognitione rerum mens noſtra repellitur. Nam ſicut aqua dum quieſcit, *Exemplum.*
& lucida eſt, rerum imagines referre ſolet, cōtra vero ſi fluctuet, aut agitetur, nihil apparet; ita quoque noſter animus, dum humanis æſtuat affectionibus, nihil videt honeſtum, nihil cernit diuinum; ſi autem bonæ conſcientiæ pace fruitur, nō difficulter Dei agnoſcit imaginem. Vnde iure inquit Dauid: *Cōturbatum eſt cor meū in me, &* *Pſal. 54.*
lumen oculorum meorum non eſt mecum. Nam animi conturbationem caligo, pacem & quietem lux clara conſequitur. Tertia circunſtantia eſt, quod Abraham in tabernaculi oſtio ſedebat: qui autem in oſtio ſedet, nec omnino extra portam, nec prorſus intra illam eſt; tabernaculum verò animæ eſt corpus, iuxta illud Petri Apoſtoli; *Certus ſum, quod velox eſt depoſitio tabernacu-* *Petrus Apoſtolus Epiſt. 2. cap. 1.*
li mei. Intra quod anima dum moratur, ſenſibus, quaſi vinculis capta tenetur, cogitatione tamen, & affectibus foras erumpere, & neglecta terreſtri conuerſatione cæleſtem quærere debet, cum Paulo dicente: *Conuerſatio noſtra in cælis eſt.* *Pau. ad Phil. cap. 3.*
Nam quo magis externis ſe abſtraxerit, tanto clarius interna cognoſcet, & diuina myſteria acutius penetrabit. Ideo namque dum Abraham non terram, ſed cælum intuebatur, tres viri ei apparuerunt, ita enim legimus, *cū eleuaſſet oculos in cælū &c.* Volat quidem in ſublime miluus, oculos tamen ſemper in terrā detorquet, vt prędam quā inde cupit eripiat; ſed herodius, vel ardeola, & accipiter in aëris regione cibum captant, & illuc ſemper oculorum aciē intendunt. Naturā milui, ac mores non pauci, qui ſibi videntur ſapientes, imitantur, ſublimia petunt, alta ſapiunt, ac nubes cęli tranſcēdunt, diuina ſpeculādo myſteria, ſed inſatiabili humanarū rerum cupiditate hiantes, terrā reſpiciunt, vt inde prędā aliquam, videlicet amplos inſulæ cenſus, vel

opulen-

Digitized by Google

Daniel 13. opulentam aliam dignitatẽ arripiant:de quibus
iure dici poteſt,quod olim Daniel ſapientibus il
lis,qui ciuitatem gubernabant, ſcripſit : *Euerte-
runt ſenſum ſuum,& declinauerunt oculos ſuos, vt
non viderent cælum*. At vere ſapientes,ac Dei ſpi
ritui obtemperantes non ad terram ſui deſide-
rij oculos deflectunt,ſed in cælum erigunt,vbi di
gnam hominis animo prædam eſſe norunt, il-
lamque die,ac nocte meditantur, & expetunt.
Hanc ob rem non raro contingit, vt huiuſmodi
homines minima litterarum cognitione pollen-
tes,multo melius,atque facilius,quam qui pluri
ma ſapientiæ laude præſtant,diuina myſteria cõ
ſequantur. Quarta, & vltima circumſtantia eſt
temporis,quo Abraham tres illos viros ſibi ap-
paruiſſe commemorat,in ipſo nempe feruore
diei:vnde patet,quo feruentior amor erga Deum
extiterit,eo præſtantiorem myſteriorum Dei fu-
turam eſſe practicam cognitionem. Hanc enim
plus iuuat charitatis ardor, quam ingenij acu-
mẽ,& multorum annorum ſtudio litterarum la
bor impenſus,ſi vitiorum impediaris affectibus.
Alberti Magni exemplum. Nam quemadmodum ouum,ſi ab eo vitellum,&
albuginem extraxeris (vt ſcribit Albertus Ma-
gnus) cælique rore plenum ſtantis lanceæ pedi
appoſueris,cum primum ſolis ardentibus radijs
calefieri cœperit,ſurſum per lanceam aſcendere
dicitur;ſic diuinorum myſteriorũ ſi cupias aſſe-
qui intelligentiam, & extrahenda eſt omnis ab
animo impuritas, & fugiendum carnis conſor-
tium;corpus enim pondus eſt grauiſſimum,quo
Sap. 9. mẽs noſtra deprimitur,ſicut ſcriptum eſt, *corpus
quod corrumpitur aggrauat animam*; propterea nõ
Cherubin, qui ſcientia inſigniores ſunt, ſed ar-
Iſa. 6. dentes amore Seraphin viſos a ſe Iſaias ſcribit,
clamantes;*Sanctus,Sanctus,Sanctus*,vt inde intel-
ligeremus,maioris eſſe momenti charitatis ar-
dorem,quam multiplicem rerum eruditionem
ad naturę diuinæ cognitionem comparandam.

Sed quoniam iam quo mentis affectu,quibuſ-
ve moribus eſſe debeat, qui ad tanti myſterij
ſpeculationem accedit,explicuimus, nunc Trini
tatis inceptam tractationem proſequentes,quid
de illa Hebræi ſenſerunt,referamus.Nomen Dei
ineffabile, id eſt, *Iehoua*, ſic ab eis deſcribeba-
tur, vt per ipſam nominis notam Dei vnitas, &
perſonarum Trinitas ſignificarentur. Nam
circulo clauſum triplici Iod vna tamen littera
Aleph notabatur,quę, Aleph,vna, exiſtẽs,Deum
vnum,triplex Iod,perſonas tres,circulus autem
earum identitatem in natura demonſtrabat. He
bræorum alij veteres auctores Dei nomen Iebo-
ua triplici Iod expreſſum,vt dixi,triangulo inclu
Burgenſis. debant,quo idem myſterium declaratur.Burgen
ſis vir Hebraicæ linguæ peritiſſimus in ſuo ſcru
tinio affirmat,ſæpe in Hebræorum Biblijs Deum
vocari *Heloim*, quod ſignificat Deos, ſiue Iudi-
ces,vt inde nõ vnam in Deo,ſed plures eſſe per-
ſonas ſignificaretur. Quarum numerum Moyſes
Deuter. 6. expoſuit Iſraelitis,dicens:*Audi Iſrael,Deus,Deus
noſter,Deus vnus eſt*.vbi ter Deũ nominat,pro nu
mero perſonarũ explicãdo,& vnũ eſſe ait, vt na-
Geneſ. 18. turæ diuinæ agnoſcamus vnitatẽ. Abrahã etiam
tres viros,vt ſuperius diximus,accipiens hoſpi-
tio, idẽ inſinuauit panc ipſo,quẽ à Sara vxore fie
ri mãdauit,inquiẽs: *Tria ſata ſimilæ cõmiſce*;quod *Gen. 18.*
vt clarius pateret, tres parãdo, & exhibendo
prãdio inſeruierũt,Sara ſcilicet,Abrahã,& puer
ſiue famulus: nã Sara panẽ parauit, Abrahã ad
armẽta cucurrit,& tulit inde vitulũ tenerrimũ,
deditque puero, qui & feſtinauit,& coxit illũ,vt
ibidẽ narratur. Ciborũ etiã illis appoſitorũ tria
genera fuerũt,illic enim ſic ſcribitur:Tulit quo
que butyrũ, lac,& vitulũ, quẽ coxerat,& poſuit
corã eis.Ioãnes in Apocalypſi a ſe viſa quatuor
animalia narrauit requiẽ nõ habẽtia, & die, ac
nocte dicẽtia:*Sãctus,Sãctus,Sãctus Dominus Deus* *Apocal. 4.*
omnipotens,vbi ter repetita vox *Sãctus* numerum
perſonarũ,& quod ſequitur ſingulariter, Domi-
nus Deus,naturã tribus cõmunẽ oſtendit. Quod
vero addit Ioannes, ab eis animalibus *dari glo-
riã,& honorẽ,& benedictionẽ ſedenti ſuper thronũ*,
mirabilẽ profecto, & infinitã erga hominũ ge-
nus monſtrat cõditoris benignitatẽ:nõ enim de-
dignatur homines,qui veluti pecora vẽtri obe-
dientes,& ſenſibus inſeruiẽtes vixerũt, ſi tamen
reſipiſcant, choris intereſse cæleſtibus. Cõſonat
Ioannis viſioni,& cãtico Iſaias,dicẽs,viſum à ſe
Deum in throno maieſtatis pleno ſedentẽ,cuius *Iſaias 6.*
caput,ac pedes alis Cherubim velabãt,clamãtes:
Sanctus Sãctus Sãctus Dominus exercituũ. In cuius
loci expoſitione Cyrillus cẽſuit, alis eorũ ſpiri- *Cyrillus.*
tuũ Dei caput,& pedes ideo cõtegi, quod Trini
tatis myſteriũ ab eis adoratũ,cũ ab humana ſa-
piẽtia cõprehendi non valeat,capite,ac pedibus
carere mortalibus videatur.Humanæ quippe ra
tionis iſta eſt vox: Quomodo vnus, ſi tres perſo
næ?aut quomodo tres,ſi vnus eſt Deus?Hãc hu-
manæ mẽtis ignorantiã,& myſterij profundita-
tẽ,quæ ſola fide vadari poteſt,ab Angelo ductus
ad redũdantes aquas, quæ à latere domus Dei
fluebãt,Ezechiel declarauit his verbis:*Cũ egrede* *Ezech. 47.*
*retur vir ad Orientẽ,qui habebat funiculũ in manu
ſua,mẽſus eſt mille cubitos,& traduxit me per aquã
vſque ad talos. Rurſusq. mẽſus eſt mille;& traduxit
me per aquã vſq. ad genua,& mẽſus eſt mille & tra
duxit me per aquã vſq. ad renes. Et mẽſus eſt mille,
torrentẽ quẽ non potui pertranſire, quia intumuerãt
aquæ profundi torrẽtis,qui nõ poteſt trãſuadari*. Co-
gnitio quidẽ,qua Deũ eſſe natura duce cognoſci
mus,vſq. ad talos recte dici poteſt,nemo enim tã
humilis,& abiectæ mẽtis eſt,qui Deũ eſſe nõ aſſe
quatur;notitia vero,qua nõ tantũ Deũ eſſe intel-
ligimus,ſed vnũ Deũ omnipotentẽ,& ſempiter-
nũ,vſq. ad genua,& renes aſcẽdit,illuc.n.& nõ vl
terius mortalium quantumuis magna ſapiẽtia,
peruenire tãtummodo poteſt. Sed Trinitatis in
Deo vno cognitio nõ valet ſine fide pertranſire
torrentem difficultatum,quoniam aquæ profun
ditate myſteriorum exundantes adeo intume-
ſcunt,vt humanus nõ queat intellectus emerge-
re,niſi Petri Nauiculã aſcẽdẽs proſpero fidei fla
mine ductus ad portum veritatis appellat, ad
quẽ nos ducere dignetur vnigenitus Dei Filius,
qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & re-
gnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Septima.

Deſcribitur, & explicatur fabrica Templi, quod vidit Ezechiel, vnde Trinitatis Myſterium, & Chriſti verba declarantur: Docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare quæcunque mandaui vobis, & ecce vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi. Math. vlt.

QVI ſublimia myſteria, quæ his Chriſti verbis clauduntur, attente perpenderit, mirabilem in eis Eccleſię vniuerſæ typum breuiter deſcriptum contineri reperiet, vbi ſummus humanæ ſalutis Architectus Chriſtus, tria nobis tanquam ſuæ religionis præcipua fundamenta proponit, fidem, opera, & ſacramenta, quibus Eccleſiæ militantis ædificium nititur, & (Math. vlt.) exurgit. Quoniam tamen hæc verba, quæ ab Euãgeliſta ſcripta ſub compendio ſunt, multiplici ſcatent doctrina, qua legem Euangelicam profitentibus via paratur ad ſalutem, operæpretium erit illa copioſius, & elatius ex antiquorum Patrum, & doctorum ſententijs aperire. Id vero (Ezech. 40.) egregie præſtabit templi, quod vidit Ezechiel, myſtica declaratio, quę vt facilius percipi queat templum ipſum breuiter deſcribamus. Diuiſum illud erat in partes tres, quarum prima, etſi apud eundem Prophetam nomine caret, à Sacris tamen interpretibus *locus vulgi* nuncupatur, quoniam mũdis pariter, & impuris patebat. Secundus locus ab Ezechiele dicitur *atrium exterius, ſiue ſanctuarium*, quoniam his, qui de populo Dei ſanctificabantur, erat aſſignatus. Tertius locus, *atrium* nempe *interius*, ſacrificijs offerendis erat attributus, quem ingredi, niſi altaris miniſter eſſet, nemo poterat. Quæ tria ſic erant diſpoſita, vt primo contineretur ſecundum, & ſecundo tertium clauderetur, vnde tertium adeuntibus, neceſſarius per primum, atque ſecundum erat tranſitus. Singulis atrijs erant portæ tres, quarum vna Orientem, altera Meridiem, tertia Septentrionem reſpiciebat. Portæ, quibus locus vulgi claudebatur, porticu carebant, & atrio, quia locus hic nihil aliud erat, quam pomarium, & ſpatium inter murum, & tẽplum; reliquorum portæ habebant porticus, & ab earum ſingulis tranſitus decem cubitorum latitudine, & centum longitudine patebat, ibiq. Gazophylacia diſpoſita, quæ ſacerdotũ erãt officinæ, & tẽpli theſauros continebat. Acceſſus à primo atrio ad ſecundũ gradibus ſeptẽ, & a ſecundo ad tertiũ gradibus octo fiebat: intra porticus ipſas thalami erãt tres ad latera ex ordine, in quibus ſedebãt aduenientes, ſingulisq. thalamis feneſtra vna, qua lux ingrederetur. Addit tandẽ propheta, *Erat porticus adiuncta porticui*, ideſt, erat porticus, quę tres habebat porticus. Nec mirari quiſpiã debet, ſi tanti operis, & amplitudinis atria illa eſſent, nã priſci pro gerẽdis negotijs illuc cõfluebãt, & noſtra ætate nõnullis in locis haberi hominũ cõuẽtus ante tẽplorũ limina conſueuerũt. Vitruuius præterea ſcribit, templorum porticus diſputationibus eorum, qui philoſophię ſtuderent, ſolitas fuiſſe deſeruire, ob idque a voce græca *Stoa* ideſt porticu, quidam philoſophi nomen Stoicorum acceperunt, quoniam in ſtoa ſiue porticu diſputabãt. (Vitruu. lib. 5. c. 14.)

Hic eſt igitur typus ædificij ſpiritualis, & catholicæ Eccleſię imago: nunc supereſt, vt ſingula quæ diximus, paulatim eſſe vera monſtremus. Quod vt facilius percipiatur, conſiderare in primis oportet à numero ternario plurimum auctoritatis, in myſterij in hoc Ezechielis ædificium redundare, quod non ſolum in tres diuidatur partes, ſed illarum quælibet tres habet portas, ſingula atria porticus tres, & vt ait propheta, *erat porticus adiuncta porticui triplici, & tres ibi thalami, & feneſtræ tres numerabantur.* Quæ omnia clare indicant, templum illud ternario ſic ornatũ numero, ſoli Deo, qui natura eſſet vnus, & perſonis trinus, eſſe conſecratum. Compertum enim eſt apud veteres vſu fuiſſe receptum, templa Deorum ſic ędificari ſolita, vt materia ipſa, & fabricæ ratio proprietatibus Deorum, & opinionibus, quas de illis eorum cultores conceperant, conuenire viderentur. Vnde quæ ſacrabantur Ioui, Marti, & alijs fortitudine præſtantibus dijs, opere Dorico, quod firmũ, & ſtabile foret, templa conſtrui ſolebant; quæ Dianæ, Mineruæ Apollini, & dijs benignioribus, opere fiebant Ionico, quod pulchrius, & illuſtrius haberetur: quæ Cupidini, ſeu Veneri, opere Corinthio, quia venuſtius eſſet ac magis decorũ. Ne igitur gẽtes myſtico inanium ſuorum deorum cultu nobis, qui Deum verum colimus, pręſtare viderentur, templum oportuit tanto fabricę myſterio fieri, vt tribus portis, tribus atrijs, feneſtris tribus, interuallis, ac thalamis tribus illius Dei, cui ſacrabatur, naturam qui trinus perſonis eſt demonſtraret. Ad quarum perſonarum ſignificãdam æqualitatem ſacer textus de thalamis loquens inquit: *Menſura vna trium*, quod Athanaſius de (Athana. in Symb.) perſonis diuinis expreſſius dixit: *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus*, cui etiam con- (Praef. Miſſæ Trin.) ſonat Eccleſiæ cantus: *vt in perſonis proprietas, & in maieſtate adoretur æqualitas*. Nec erat templi atrijs, reliquiſque Trinitatis ſignificationibus diſſimile candelabrum, quod ibi locari Deus pręceperat, vt in Exodo ſcribitur, in cuius confe- (Exod. 19.) ctione, atque ornatu peculiaris fuit ad myſterium Trinitatis ſignificandum habitus reſpe-

ctus,

ctus; erat enim candelabrum (vt verbis ſacræ paginæ vtar) *de auro mundiſſimo, tres calami ex parte vna, & tres ex altera, & tres ſcbyphi in nucis modū per calamos ſingulos ſphærulaque ſimul, & lilio.*

Sed iam tempus eſt, vt ſingulas templi partes myſterij plenas altiſſimis declaremus, & quę ſignificatio ſingularum eſſet oſtendamus. Primum, ſi templi portam, & introitum inſpiciamus, catholicæ Eccleſiæ limen ſtatim agnoſcemus. Nam ſi, vt ait Ezechiel: *Ecce aqua egrediebantur ſubter limen domus,* nonne protinus nobis occurret aqua Baptiſmi, qui à Theologis, *ſacramentorum omnium ianua* nūcupatur? Et ſicut olim Deus ante templi fores aquæ fontem, quo ſacerdotes abluerentur, eſſe iuſſit; ita in limine Eccleſiæ Chriſtianæ ſalutiferum Baptiſmi fontem conſtitui mandauit, cuius duplicem eſſe virtutem, nemo non videt. Prima, quæ culparum ſordes abluit, & quemadmodum rubei maris vnda quondam obruit Ægyptios, ſic Chriſti Baptiſma hominum peccata demergit, præſertim vero delet maculam peccati originalis, quod reliquorum caput, & radix eſt, ſicut dixit [Pſalm. 73.] Dauid: *Conturbaſti copito draconum in aquis.* Altera Baptiſmi vis eſt filiorum Dei generatio, ad quod ſignificandum in ipſa mundi creatione (vt [Gen. 1.] explicant nonnulli Doctores:) *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Quin etiam, quemadmodum in eodem templo aquæ à latere dextero [Ezechiel. 47.] fluebant: *Ecce,* inquit, *aquæ redundantes è latere dextero;* ſic à Chriſti dextero latere aqua manauit, quæ Baptiſmi propria materia eſt. Hanc ob rem, cum Baptiſmus catholicæ Eccleſiæ porta ſit, iubet in primis, vt humanum ge- [Matth. 28.] nus ſui diſcipuli inſtituant atque baptizent: *Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Sed tanta eſt huius liminis Eccleſiæ à Chriſto inſtitutæ magnitudo, & ſublimitas, vt quæ in ea ſe offerunt mirabilia mihi contemplanti, protinus illud Iob in [Iob 13.] mentem venerit: *Ad omnipotentem loquar, & diſputare cum Deo cupio.* Rogabo te, inquam, Chriſte Patris ſumma ſapientia, quænam huius ordinis tui ratio, qualeve tuæ immenſæ prudentiæ præceptum hoc ſit, quo in tuam adoptandis Eccleſiam, & eius limen ingreſſuris præcipitur, vt tam difficile Chriſtianæ fidei myſterium fa- [Ariſtotel. 1. Phyſicor.] teantur, & proteſtentur? Nam ſi monente Philoſopho à facilioribus eſt incipiendum, vt doctrina ſit expeditior, quomodo Catholicæ religionis inſtitutio à difficiliori eius myſterio ſumit exordium? Non dubito de potenti diuinæ tuæ gratiæ virtute, quæ hominis menti quæcunque ardua, & impedita ſubſternere, atque expedire valet; at certus etiam ſum de immenſo tuæ prouidentiæ ordine, quo diſpoſuiſti cuncta ſuauiter, naturali rerum ordini te ipſum attemperans, ne illas ab inſtituta ſerie detorquens violenter impelleres. Ratio præterea ſuadet, magna ſacramenta, & occultiora myſteria non omnibus eſſe detegenda, ſed occultanda potius, [Euſebius Cæſarien. lib. 3.] ne cunctis nota vileſcant; vnde Euſebius Cæſarienſis de pręparatione Euangelica inquit: *Priſca quidem tam apud Græcos, quam apud Borbaros Theologiæ naturalis erat ratio fabulis inuoluta, occultè doctis veritatem ſubaperiens.* Tradit etiam [Clem. Alex.] Clemens Alexandrinus, Lycurgum, atq; Platonē in his legibus, quas ſanxerunt, plurima ſuboſcurè dixiſſe, quod illa nō communia omnibus eſſe oporteret, ſed Principibus, atque Regibus reſeruanda iudicauerint. Quid vero his immoror, cum ipſemet Deus hoc etiam olim in aperiendo ſuę Trinitatis myſterio factitauerit? quippe non alijs, quam multa apod eum gratia pollentibus, qualis fuit Abraham, Moyſes, Dauid, tantum patefecit arcanum. Natura etiam ſui artificis quodammodo imitata prndentiam, fere omnia terræ munera, quibus mortale paſcitur genus, tegminibus, vel corticibus inuoluit, precioſiora auri, & argenti metalla intra terræ viſcera condidit, & ſic ad ima depreſſit, vt non ſine magno labore illuc valeat auara hominum penetrare cupiditas. Quomodo igitur, cum hæc ita ſe habeant, ad Catholicam fidem accedentibus, & Chriſtianæ religionis prima adhuc elementa neſcientibus, myſterium omnium maximum Chriſtus proponi iubet, & recens natum infantem Trinitatis fidem profiteri vult impoſitione ſalis, quo huius myſterij ſapientiam iubetur accipere? Huic difficultati ea verbis [Baſilius contra Eunomium. Cyr. in Ioan.] Baſilij, contra Eunomium, necnon ex Cyrillo in Ioannem occurri facile poteſt; aiunt enim myſterij huius declarationem ad Euāgelicæ legis, quod gratię tempus dicitur, fuiſſe ſeruatam, in cuius rei ſignum Chriſto moriente, à quo gratiæ lex ſumpſit initium, templi velum diuiſum fuit. Hinc ergo eſt, vt iam puer ignarus, ſilueſtris agricola, barbarus Æthiops, alijque id genus homines ſapientibus, ac doctis annumerentur, non aliunde, quam ab hoc myſterio accepta ſapientia, quam eis fidei habitus impartitur; quemadmodum per Iſaiam Deus fuerat pollicitus: *Ponam vniuerſos filios tuos doctos* [Iſai 54.] *à Domino.* Quæ omnia iuxta horum Doctorum ſententiam eo nituntur fundamento, quod lex gratiæ dicitur, lex amicitiæ, cui maximè conuenit, nihil eſſe inter amicos occultum; vnde nonnulli veterum nudo & aperto pectore, alij corde à collo pendente amicitiam pingebant. Hanc ob rem legis gratiæ Auctor dixit: *Iam* [Ioan 15.] *non dicam vos ſeruos, ſed amicos: quia quæcunque audiui à Potre meo, nota feci vobis.* Quæ amicitia cum in Baptiſmo inchoetur; ideo Chriſti fidem profiteri incipientibus, & Eccleſiæ limen ſubeuntibus ſua declarat arcana, primumque omnium myſterium Trinitatis explicat, vt ſuæ religionis alumnis oſtendat, Trinitatis cōfeſsionem ad æternam animæ ſalutem, tanquam reliquorum myſteriorum fontem mirum in modum neceſſariam eſſe. Propterea que de Baptiſmi natura, & neceſſitate voluit eſſe trium diuinarum perſonarum nominationem, dicente Chriſto: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij,* [Matth. 28.] *& Spiritus ſancti.* Hæc eſt porticus, cum triplici porticu, ad quam multo melius, atque ſecurius Chriſti fideles poſſunt accedere, quam ad

illam

[Iſaias 4.] illã Ezechielis: regenerationis enim Sacramentũ eſt, quod Iſaias: *Fortitudinẽ in tribulatione, & vmbraculũ ab æſtu vocat.* Quapropter S. Mater Eccleſia Chriſti zelans honorem, meritoriam cauſam omnium bonorum, quæ per Baptiſmum conferuntur, eiuſdem Domini, ac Seruatoris paſſionem & mortem exiſtere ſignificatura, trinam merſionem inter Baptiſmi cæremonias eſſe voluit, non ſolum ad tres diuinitatis perſonas declarandas, quæ ſatis expreſſæ fuerant per illa verba: [Vide S. Th. ſuper Epiſtolam ad Roman. cap. 6. lect. 1.] *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti;* ſed ad tres dies ſignificandos, quibus Chriſtus mortuus iacuit, & ſepultus, vt ſanctus Leo Papa Epiſtola ad Siciliæ Epiſcopos aduertit his verbis: [S. Leo Papa] *Per trinam merſionem triduana Chriſti ſepultura ſignificatur.* In eandem iuit ſententiam Ioannes Damaſcenus: [Ioan. Damaſcenus.] *Baptiſmus* (inquit) *per triplicem merſionem tres dies, quibus Dominus in tumulo conditus fuit, ſignificat.* Huc pertinent Pauli verba: [Paul. Ro. 6.] *Quicumque Baptizati ſunt in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſunt, conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſma.* Ex dictis verba Ioannis facile intelligentur, quibus Chriſtum eſſe verum Dei Filium oſtendit: [Ioan. 5.] *Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem, &c.* hic eſt Dominus, qui ſanguine ſuo Baptiſmi aquæ vim, atque virtutem præbuit ad infundendam animis hominum ſanctitatem. Addit idem Ioannes in eiuſdem rei maiorem expoſitionem: *Tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt; & tres ſunt qui teſtimonium dant in terra: Spiritus, Sanguis, & Aqua, & hi tres vnum ſunt.* Tria ſunt, quæ Chriſtum Dei Filium teſtantur, Pater in Baptiſmo illũ pro Filio agnoſcens, [Matth. 3.] cum ait: *Hic eſt Filius meus dilectus*, & Filius, qui teſtimonium ſui Patris acceptat, & Spiritus sãctus qui in eiuſdẽ Filij caput colũbæ ſpecie delapſus fuit, omneſque in ea de qua teſtimonium perhibẽt, Deitate eum perſonarum diſtinctione conueniunt. Quod autem dixit Ioannes, [1. Ioan. 5.] vt paulo ante retulimus: *Tres ſunt qui dant teſtimonium in terra, Spiritus, Sanguis, & Aqua;* aliter poſſumus interpretari, vt *Spiritus* de quo loquitur Ioannes, fuerit vox illa ſeu clamor, quo animam exhalans Patrique offerens Chriſtus obijt. Nam corporis excruciati iamque languentis, & exanguis tanta virtutis vox, de qua Paulus: [Paul. ad Hebr. 5.] *Et ſpirauit cum clamore valide:* ſatis clare indicauit, diuinam in eo eſſe virtutem. Vnde Centurio videns, quia ſic clamans ſpiraſſet, inquit; [Marc. 5.] *Vere hic homo filius Dei erat.* Duo alia videlicet: [Ioan. 19.] *Sanguis, & Aqua*, ſignificant Sanguinem, & Aquam, quæ à Chriſti latere fluxerunt, vt ait Ioannes: *Exiuit Sanguis, & Aqua*, quæ tamen tria: *Spiritus, Aqua, & Sanguis* vna, eademque res ſunt, non quidem natura, ſed myſterio, & ſignificatione; omnia enim eo tendunt, vt Chriſtum Dei naturalem Filium oſtendant: ſiquidem Patre exiſtente Filium etiam eſſe neceſſarium eſt.

Ne tamen excellens tanti myſterij lux imbecilles noſtræ mentis oculos repente inuadens nimio ſplendore perſtringeret, paulatim (vt ait Euſebius) hominum animos diſponere cœpit diuina Sapientia, [Euſeb. lib. 1. de prep. Euangel.] aliquot ſigna præmittens, vt his aſſueti mortales vmbræ ſuperuenientẽ veritatẽ libentius atque facilius amplecterentur. Hoc tres illæ portæ, quibus vulgi locus claudebatur, ſignificabant, per quas etiam ſignificabãtur viæ tres, quibus olim diuina clementia diuerſis hominum generibus ſui præbuit ſignificationem. Prima enim via ad hanc ſapientiam perueniendi fuit Dei rerum omnium creatoris cognitio naturalis, quam nemo non adeptus eſt, ſiue Arabs, Scytha, Maſſageta, aut quiuis alius barbarus exiſtat, dicente Dauid: [Pſal. 4.] *Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui Domine.* Horũ figura erãt, qui vulgi atrio cõtinebantur, ingredientes per portam Septentrionis, cuius regionis ea eſt natura, vt nimio frigore rigeat, quippe illarum gentium mentes ſine Spiritus ſancti calore in vera Dei cognitione frigebant. Secunda via erat eiuſdem Dei notitia, quatenus auctor ſupernaturalis exiſtit, quam tempore legis naturæ viuentes homines ſunt conſecuti, quorum imago fuerunt, qui per Meridiei portam intrabant: eos enim ſolis radij recto fulgore luſtrabant, dum ſecretas illis per ſe ipſum Deus præbebat reuelationes. Hi denique, quos Orientis porta in atrium ducebat, ſignificabant eos, qui legis ſcriptæ temporibus floruerunt; ſiquidem noua inter ipſos orta lux eſt, vt merito dici poſſit illud Heſter: [Heſter. 8.] *Noua lux oriri viſa eſt*, videlicet Chriſtus, qui de ſe dixit: *Ego ſum lux mundi.* [Ioan. 8.] Nec gentilibus Deus huius myſterij negauit indicia, quibus omnium pectora ad faciliorem eius fidem prepararentur. Hinc vt poſſent de tam ſupremo loqui myſterio lucem intulit veritatis Sibyllis, [Anton. in hiſtoria 3. par. tit. 3. cap. 9.] quas inter, Cumana, & Eritræa, à ſancto Antonino numerantur. Porphyrium omnium Philoſophorum ab Auguſtino nobiliſſimum nuncupatum de Trinitatis myſterio excellenter locutum, idem Eccleſiæ Doctor in libris de Ciuitate Dei affirmauit; [Auguſtin. lib. 2. de ciuit. Dei c. 26] qui etiam in ſuis Confeſſionibus apud Platonicos Euangelij ſancti Ioannis exordium, licet alijs verbis, ſe legiſſe teſtatur. [Aug. lib. 7. c. 9. Manaſiſenius.] Manaſiſenius refert Pythagorã dixiſſe: *Bonitas eſt adoranda, & æqualitas cum illa, & connexio vtriuſque*; id eſt Pater, qui eſt bonitas, & Filius æqualitas, & Spiritus ſanctus vtriuſque nexus adorandus eſt. Compertum etiam omnino eſt, ſemper Deo numerum ternarium placuiſſe, nam vt cecinit Virgilius; *Numero Deus impari gaudet.* [Virgilius.] quem ternarium numerum Ariſtoteles reliquis omnibus eſſe ſacratiorem ſcripſit. [Ariſtot.] Pierius Valerianus ſacratum hunc numerum Palladi commemorat, [Pierius.] quoniam tria illa magni momenti præcepta tradiderit, bene conſulere, iuſte iudicare, recte agere; ob eamque rem fuiſſe vocatam *Tritoniã*, triangulumque inter antiquos ſymbolum fuiſſe diuinitatis ipſe etiã tradidit. Hæc eadẽ fuit cauſa, cur apud Hebræos tam familiaris, ac celebris hic numerus haberetur, quod his ſacræ paginæ locis patere poteſt. [Prouer. 30.] *Tria mihi difficilia ſunt, tres propagines, tria caniſtra*, & apud Eccleſiaſtem: [Eccleſiaſ. 4.] *Funiculus triplex difficile rumpitur:* in Geneſi, [Geneſ. 18.] *Tria*

Matth. 13. *ſata ſimilæ commiſce*: & apud Matthæum: *Quem acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus*. *Geneſ. 18.* Scimus præterea iuſſum à Deo, vt Abraham tria animalia in ſacrificio ſibi mactaret, & quando illum trium iuuenum forma indutus Deus *Gloſſa ibid.* inuiſit, *tres vidit* Abrahã; *et vnũ adorauit*, vt gloſſa expoſuit. Ter in templum conſcendere viri Deo iubente debebant, vt tres in Deo perſonæ declararentur, quamuis id non ab omnibus, ſicut nec *Aggæus 2.* reliqua, quæ præmiſimus, perciperẽtur. Sed præ ceteris Aggæus Propheta manifeſte de hoc myſterio locutus eſt: *Ego vobiſcum ſum, dixit Dominus: Verbum quod pepigi vobis, cum egrederemini de terra Aegypti, & ſpiritus meus erit in medio veſtrum*: quæ Verbi æterni promiſſio in Deute- *Deuteron. 18.* ronomio facta fuerat: *Prophetam ſuſcitabo eis de medio Patrum ſuorum ſimilem tui*, vbi Pater æternus Filium ſuum carne indutum mortali ſe da- *Pſal. 28. 32. 44. 5. 66.* turum hominibus pollicitus fuerat. Dauid pluribus in locis eiuſdem myſterij magna præbuit teſtimonia, ſed quæ Pſalmo ſexto deſcripſit, ſingulariter excellunt: *Exaudiuit Dominus vocem fletus mei, exaudiuit Dominus deprecationem meã, Dominus orationem meam ſuſcepit*: vbi ter Dominũ nominat, vt perſonarum oſtendat numerum, & quoniam vna erat eſſentia communis omnibus, non à tribus dominis, ſed ab vno ſe dicit fuiſſe exauditum, inquiens: *Exaudiuit Dominus vocem fletus mei*. Hæc ſunt inter alia multa, quæ in ſacris biblijs leguntur teſtimonia, & figuræ, quibus diuina prouidentia tam in lege naturæ, quã in lege Moyſis fidem tanti myſterij reddere cœperat faciliorem.

Illud tamen ſupereſt aduertendum, quod ſicut à vulgi atrio per gradus ſeptem ad ſanctificatorium atrium conſcendebatur; ſic in Trinitatis arcano qui cupiet aliquid intelligere, creaturarum vniuerſitatem ſeptem illis gradibus ſignificatam (totidem quippe diebus omnia Deus creauit) mentis contemplatione tranſuolabit. Non igitur Hebræi ſigna, vel prodigia hic petant, quæ illis Deus ad corda illorum domanda alijs in rebus mittere ſolebat. nec Græci ſapientiam hic polliceant humanam, quam in tam occulti myſterij notitia conſulant: altius tollenda eſt omnibus mens, & relinquendum quidquid creatum eſt, nam increata & ſempiterna diuinitatis Trinitas ſolo fidei ductu, & lumine percipitur. Non enim ratione probari, *Dionyſ. de diuin. nomi. nibus, lib. 1.* nec exemplo poteſt aperiri, dicente Dionyſio: *Nulla Trinitas, nullus numerus, aut vnitas, aut fœcunditas, aut aliud quippiam aperuit arcanum illud diuinitatis, quod omnem & rationem, & intelligentiam ſuperat*. Nam ſi placet ſimilitudo animæ tribus ornatæ potentijs, quæ frequenter pro Trinitatis explicãdo myſterio à Patribus vſurpatur, conſiderare oportet quantum excedat, poſſe naturam vnã tripliciter operari, vel in tribus ſuppoſitis exiſtentem eſſe vnam, & eamdem naturam. At ſi ad intelligendam æterni Verbi generationem aptum videtur exemplum, quod à verbo noſtræ mentis accipitur, quo ſanctus Augu- *D. Auguſt. D. Thomas.* ſtinus, & Doctor Angelicus Thomas vtuntur, maiori diſſident interuallo, quam montes reuera aurei ab his, quos aureos imaginamur, & inani mentis cogitatione confingimus. Vnde Plato *Plato de repub. lib. 6.* de Republica, & in Epiſtola ad Hormiam ait: *Circa omnium Regem ipſius gratia omnia, & circa ſecũdum et circa tertium humanus animus affectat, qualia illa ſunt intelligere, aſpiciens in ea, quæ ſibi cognita ſunt, quorum tamen nihil ſufficienter ſe habet*. Si ergo nec exempla, vel ſimilitudines, aut ratio denique vlla tam ſublimis tantum poteſt ſuperare myſterium, nihil reliquum eſt, niſi vt fidei ſubmittamus intellectum, contenti primis tum diuinæ doctrinæ elementis, quibus, dum Baptiſmate abluimur, Deum natura vnum & perſonis Trinum credere, ac profiteri docemur. Hæc enim Fides eſt porta illa, quæ ſanctificatis patebat, de qua inquit Dauid: *Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino: hæc* *Pſalm. 117.* *porta Domini, iuſti intrabunt per eam*. Fides igitur non ſolum porta, ſed clauis quoque eſt, qua porta Eccleſiæ iuſtis per eam in atrium Sanctitatis ingredientibus aperitur. Ex his quæ retulimus manifeſtum iam eſt, quid tria Templi atria ſignificarent, quorum primo vulgus, altero ſanctificatio, tertio ſacerdotes continebantur. Verum de ſacerdotum atrio aduertẽdum eſt, quod ſicut olim ſacerdotibus tantum illuc pedem inferre concedebatur, ita nunc his, qui Theologiæ operam non dederunt, nequaquam licet diuina tractare myſteria; quoniam ſolis Theologis abdita diuinorum arcanorum penetrare, ac de profundis, & ſubtilibus Dei rebus diſputare fas eſt. Ideo namque olim ſolus Moyſes, dum *Exod. 19. & cap. 20.* populo Deus legem ferret, montis culmen aſcẽdit, & populo ad radices montis expectanti terminum, quem non tranſgrederetur, Dei iuſſu præſcripſit. Qua etiam de cauſa Arcam teſtamenti, Iordanem traiecturam (quæ figura Trinitatis fuit) voluit Deus à ſolis portari ſacerdotibus, geſtantibus manu baculos, quibus iter agẽtes fulcirentur; quo præcepto Deus patefecit huius myſterij tractationem, & interpretationem ad ſolos pertinere ſacerdotes, & Theologos, quos tamen fidei baculo niti, ne roborari oporteret, ne ſublato veritatis fundamento corruerent. Nam ſicut merito diceretur ſtultus, & amens riuum tranſiturus, ſi prius, quam ſcipione, ſiue baculo expertus ſit vadũ, pedem moueret; ita certe multo imprudentior, & ſtultior eſt ille cenſendus Theologus, ac diuinarum rerum interpres, qui myſterium hoc declaraturus, humanæ mentis fragili arundini potius, quam firmo catholicæ Fidei, & infracto ſuſtentaculo niti, ac fulciri procurauerit.

Verumtamen ne aliqua ex præcipuis templi partibus relinquatur intacta, ſupereſt, quæ ſuperius atria retulimus, nunc aliter explicare. Nam ſi, vt docet Vitruuius, diſputationibus Philoſo- *Vitruuius lib. 5. c. 11.* phorum ſeruire porticus ſolebant, & ab Stoa Græca voce, id eſt, porticu Stoici Philoſophi nomẽ acceperunt, non incongruum erit, ſi per porticus, & tria templi atria ſignificari dicamus tres Chriſtianæ philoſophiæ partes, in quas Am-

broſius

broſius, & Hieronymus ſacræ Scripturæ doctrinam diuidi cenſuerunt, in rationalem nempe, naturalem, & moralem; quemadmodum etiam & priſci Philoſophi ſuam philoſophiam partiti ſunt. His enim rationis, naturæ, & morum documentis ſic Trinitatis myſterium abundat, vt nō ſolum, quæ rationi ſunt conformia, ſed quæ illam tranſcendunt, doceatur mens humana cognoſcere. Vnde non legitime in hoc myſterio argumentabimur à Dei vnitate ad vnitatem perſonarum, nec à Trinitate earundem perſonarum, ad Trinitatem ſempiternæ naturæ, quæ vna & ſimplex eſt; nec ab identitate eiuſdem ad perſonarum identitatem inter ſe, iuxta illud vulgatum axioma: Quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe: ſed multo maiorem nobis inijciet admirationem, ſi in hoc Trinitatis myſterio iuxta naturalis philoſophiæ leges ratiocinari velimus, longe enim aliter hic ſe res habet, vbi natura ſtupente vniuerſa ſine matre Filium eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ, atque illi coæternum, & Spiritum ſanctum diuinitatis eiuſdem conſortem profitemur; qui nō genitus, ſed (vt more Theologorum loquar) ſpiratus dicitur, hoc eſt per actum voluntatis ab vtroque procedens. Philoſophia denique moralis in Trinitatis myſterio tam ſublimis eſt, vt nullo modo cum ea valeat, quę ab inſignioribus philoſophię magiſtris, & auctoribus tradita fuit, comparari. Illa enim naturæ vnitas, quæ inter diuinas perſonas eſt, optime nobis declarat animorum vnitatem & concordiam, quæ deberet eſſe inter homines: vnde ait Chriſtus: *Rogo te Pater vt ſint vnū, ſicut & nos vnum ſumus.* Et ſicut perſonarum diuinarum vnitas non eſt alicuius in Deo cauſa cōfuſionis, ſed quælibet illarum locum ſuum iuxta ordinem originis retinet, ita charitatis vnio, & voluntatum inter homines vera coniunctio non afferet cōfuſionem, vel ordinis perturbationem pari ab omnibus expetita dignitate, ſed moderate ſe vnuſquiſque intra meritorum proprios limites continebit. Quod Cardinalis Toletus Chriſti verba declarās: *Rogo te Pater, vt ſint vnū, ſicut & nos vnum ſumus*, his verbis ſapienter explicuit: *Quemadmodum vnitas Trinitatis non confundit ordinem, ſed vnus eſt Pater, alius eſt Filius, alius Spiritus ſāctus, Filius à Patre, Spiritus ſāctus ab vtroque, Pater à neutro procedit, ita hæc vnio charitatis non confundit ordinem fratrum.*

Ioann. 17.

Cardinalis Toletus ſuper Ioanne.

Vt tamen huic officio, alijſque Chriſtiano homini neceſſarijs operibus ſatisfaciamus, trāſire debemus per illud ſpatium, ſeu interuallū, quod inter vnum, & alterum atrium decē cubitorum latitudine, & cētum lōgitudine protendebatur, hoc eſt per decē præceptorum, quæ Decalogus continet, obſeruātiam, quā Chriſtus centuplum accepturā eſſe promiſit. Hoc eſt enim, quod ſuos Apoſtolos Trinitatis myſterium prædicaturos mittens Dominus facere iubet, dicens: *Docentes eos ſeruare quæcumque mandaui vobis*. Non enim ſolū credere, ſed etiā facere, non fide ſolum, ſed virtute ac rectis operibus inſtitui, qui ſibi adhærerent, Chriſtus voluit; quia Fides (vt poſtea dixit Iacobus) ſine operibus mortua eſt. Huius ergo noſtri Seruatoris implendo præcepto cum eius eſſet ſocietas, & præſentia mirum in modum proficua, conſequenter ait: *Ego vobiſcū ſum vſque ad conſummationem ſæculi*. quod ille ſanctæ præſtat Eccleſiæ, non minus in Sacramento, quā in cælo ſe præſentem exhibens inſtituto ſacerdotio, quo Panis, & Vinum in eius corpus & ſanguinem conuertitur, vnicum noſtri itineris viaticum, ac ſpiritualis vitæ alimentum, quo ſuſtentati Euangelicæ legi obſeruantiam exhibemus, & gloriam nobis ab illo promiſſam expectamus. Sed vt iam dicendi finem faciam, ſicut per atria templi diſpoſita erant Gazophylacia, in quibus Templi theſauri cuſtodiebantur; ita Chriſtus in Eccleſia ſua ſeptē Sacramenta conſtituit, vbi multo maiores, ac pretioſiores opes, immenſa videlicet Chriſti merita, & infinitus pro nobis effuſi ſanguinis theſaurus adſeruantur. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Matth. 28.

Matth. 28.

Homilia Octaua.

Nonnullis veteris Teſtamenti copioſe, ac docte figuris enodatis, Chriſti verba: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, iterum elucidantur, ac potiſſimū Dei Vnitas, & perſonarum in eo Trinitas aperitur.

Matth. 28.

VAS æneum aqua plenum, quod ab amplitudine, & aquæ copia *mare fuſile* ſacra vocauit Hiſtoria, præ templi foribus poſitum fuiſſe legimus in Paralipomenis, bobus duodecim impoſitum, ex quibus tres Septētrionē, tres Occidentē, tres Meridiē, & reliqui ſolis ortum intuebantur. Intra Tēplum candelabrum erat plurima luce conſpicuum, & ad Sācta Sanctorum magnum Velum expāſum, quo licet arcana contegerentur, aliquantulum tamen apparebāt; at in ſanctuario arca vectibus aureis ornata ſeruabatur, vbi tria illa pretioſiſſima munera, Moyſis virga, legis tabulæ, & manna, quod cœlitus lapſum fuerat, cuſtodiebantur. Hæc veteris Teſtamēti figura præſentis homiliæ fundamentum erit, noſtrique ſermonis fons: vnde, quæ de myſterio Sanctiſſ. Trinitatis dicturi ſumus, quo purius valebimus, haurientur. Quid ergo ſingula præſeferant breuiter detegamus. Amplum illud aquæ vas, ſeu mare, quod ante fores templi erat, nonne egregia eſt imago Baptiſmatis, quod ad militantis Eccleſiæ Catholicæ limen eius conditor Chriſtus poſitum eſſe voluit?

Paralipom. lib. 2 cap. 3. & 4.

Ideo

Ideo namque Theologi Baptiſmum reliquorum ſacramentorum ianuam appellant. Et ſanctus Euangeliſta in ipſo ingreſſu, ac principio Euangelij, quod hodie cantat Eccleſia, Chriſti verba proponit, dicentis: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*. Quibus verbis non ſolum innuitur, Eccleſiæ ianuam eſſe Baptiſmum, verum etiam vniuerſi ſpiritualis ædificij, quod ſui ſanguinis impendio Chriſtus extruxit vnicum fundamentum. Ignotum nemini eſſe arbitror, vrbem Venetam in aquis ædificatam; vnde cum fundamentorum apertio, & erectio magni ſumptus, & laboris ſit, ipſa Venetorum Reſpublica volentibus domum extruere, ſolebat olim ſuis impenſis ponere fundamenta; at reliquam ædificij molem, qui fabricæ dominus erat, tenebatur erigere. Non ſecus in ſpirituali Eccleſiæ catholicæ ædificio, quod Baptiſmi aquis fundatum eſt, videtur contingere, vbi Deus ſumptum præbet ad regenerationem filiorum Dei, virtutem ſanctificationis impendens baptiſmatis aqua; illa enim cum ſãguine ab eius ſacratiſſimo latere in Cruce pendentis effluxit. At poſtquam ædificatus fueris ſuper firmam petram, erectus fundamento Baptiſmatis, opus eſt, vt ſuperædifices non ſolum Chriſti, ſed tuo etiam ſumptu, cooperans exercitatione virtutum, vt cœptum ab eo ædificium, tribus illis munitum & ornatum virtutibus Fide, Spe, & Charitate conſurgat. Huius enim ædificij, vt docet Auguſtinus, *fundamentum eſt fides, & parietes ſpes, tectum vero, & aureum lacunar charitas*; ac ſi diceret, *accedentem ad Deum otioſum eſſe non oportet, ſed credentem, & ſperantem*, & in opus à Deo inceptum diligenter incumbere.

D. Auguſt.

Boues, quibus nitebatur mare fuſile, in omnes orbis terrarum partes reſpicientes, nobis innuunt duodecim Apoſtolos, qui nullis laboribus fracti, Dominicæ vineę boues indefeſſi ad omnes regiones Baptiſmi ſacramentum, vbi Patris, Filij, & Spiritus ſancti fides proponitur, deportantes, omnibus prouincijs, quas ſinguli, antequam ad Euangelici verbi promulgationem egrederentur, per Spiritum ſanctum acceperant, Trinitatis myſterium, & omnia noſtræ fidei myſteria prædicarunt.

Candelabrum vndique collucens, fidei, quam profitemur, figura fuit; nam vt inquit, Euſebius Emiſſenus: *Fides eſt religionis Catholicæ lumen*. Eſt & columna illa ignea Iſraelitis in deſerto prælucens, quæ Chriſti fidelibus præuia ab omni liberat errore credentes, & in terram promiſſionis bonis operibus ſociata perducit. Eſt in obſcuris humanę ignorantiæ tenebris per medias huius maris, & ſæculi præſentis vndas tuta gubernatrix, & præmicans in Eccleſiæ nauicula pharus, vitam nauigationis neſcientibus indicans, & felici bonorum operum remigio in portum æternę ſalutis inducens. Eſt tandem fides Eccleſiæ Romanæ vexillum non illi, quo in prælijs Romani Imperatores vtebantur, abſimile, quoniam vt hi duas pro militari ſigno Aquilas vſurpabant, quarum viſus adeo perſpicax, & conſtans eſt, vt vno oculorum iſtu ardentes ſolis radios proſpectent; ſic fides tantæ perſpicacitatis eſt, vt in ipſam Dei naturã oculos figens immobiles, Patris innaſcibilitatem, generationem Filij, & Spiritus ſancti proceſſionem, eſſentiæ vnitatem, & Trinitatem perſonarum, & diuinarum hypoſtaſeon conſubſtantialitatem, non vtique conniuens, non caligans, non deniq; vllo modo hæſitans credat, ſuſpiciat, admiretur. Huius lucis abſentia, & fidei defectus gentiles varijs, ac plurimis erroribus circa Dei cognitionem inuoluit, adeo ſtultè, ac latè, vt omnes ferè nationes deos, quos adorabant, ſibi ſimiles, & humanis laborantes affectibus effinxerint; quod Clemens Alexandrinus à Xenophõte deſumptum retulit. Nã ab Æthiopibus nigri, & depreſſo naſo, & à Thracibus ruſi, ac rubicundi, ab Arabibus immanes, ac vultu feroces colebantur. Sed maiori me afficit admiratione, quod non ſolum ignari, rudes, ac barbari, ſed ipſi quoque Philoſophi, qui humanæ ſapientiæ ſuccus, & gloria fuerunt, in alium priori non diſsimilem errorem lapſi, cum hominem ad imaginem Dei, credere debuiſſent, Deum ad ſimilitudinem, & imaginem hominis putauerunt: vnde pro varietate virtutum humanarum varios quoque deos concipiebant, & efformabant. Nam imperium, & poteſtatem Regum animaduertentes, Iouem potentiæ Deũ eſſe voluerunt; & conſiderantes militum, Ducumque fortitudinem, Martem fortitudinis numen coluerunt. Eloquentiam vero, & doctrinam ſapientium hominum admirati, Mercurium, & Mineruam vtriuſque rei auctores adorarunt. Ex hoc ignorantiæ, ac ſtultitiæ principio alij orti errores fuerunt: nam cum vellent per creaturas corrigere Creatorem, exempli vitia Archetypo aſcribebant, ac propterea quoniam hominum poteſtatem comitatur violentia, Iouem opinati ſunt raptorem, & quia militare robur conſequitur inſolentia, Martem crediderunt inſolentem; ac denique quod ſapientia parere ſoleat arrogantiam, Mercurio illã attribuerunt. Grauis profecto hæc erat in Deum iniuria. Vnde ille per Iſaiam de hac hominum ſtultitia his verbia queritur: *Cui aſsimilaſtis me, & adæquaſtis, & comparaſtis me, & feciſtis ſimilem*. Vbi Propheta ſecundum litteræ ſenſum verba facit aduerſus idololatras, qui rerũ omnium auctorẽ tanta iniuria cumulauerunt, vt hominibus parem, aut ſimilem putantes, humana eum affectibus induerint. Quare ne talis committatur impietas, reſplendeat in templo militantis Eccleſiæ candelabrum, in quo perpetua fidei lux in media tantorum errorum caligine præfulgeat.

At quoniam fidei fax non euidenter diuina myſteria reuelat, in eius rei ſignum, ante Sancta Sanctorum velum extenditur; vnde verè dictum à Dionyſio: *Impoſſibile eſt radium diuinum nobis illucere, niſi in veritate ſacrorum voluminum circumuelatorum*. Egregie quoque hoc de-

claraui

Euſebius in ſymbolo.

Clemens Alexandr. Stromatum.

Iſai. 4. 6.

Dionyſius de diuinis nominibus.

Digitized by Google

Cant. 6. claranit; quod Sponſus dixit Sponſæ, *auerte oculos tuos à me*, quod ita ab alijs vertitur ex Hebræo: *Auerte oculos tuos à me, ne me recté intueantur*. Quaſi diceret, Eccleſia mea, quæ mihi ſponſa es dilectiſſima, deflecte à me curioſitatis oculos. Nolo enim dum in via es, me rectis oculis aſpicias, ſed obliquo lumine, ac ſubluſtri luce, non facie ad faciem, quod patriæ pro-
Cantic. 2. prium eſt: *Sed proſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos*. Non enim patentibus foribus, ſed per oſtij rimas in ænigmate, & ſpeculo fidei, dum in terris degis, videre me potes. Huius rei imago fuit, quod legimus in Numeris,
Num. 14. Deo ſic præcipiente ſacerdotibus: *Nulla curioſitate videant, quæ ſunt in Sanctuario, ne forte moriantur*. Vnde in hiſtoria Regum, cum ad Beth-
Reg. lib. 1. cap. 6. ſamitas Arca fœderis delata fuiſſet, quid incluſum haberet, illis proſpicere volentibus, ſeptuaginta hominum millia fuiſſe interempta narratur. Quamobrem cauete quæſo, quæ in Sanctuario Trinitatis grandia myſteria latent, curioſius exquirere, ne forte moriamini, iuſto veſtræ temeritati inflicto ſupplicio cæcitatis, quæ ſolo fidei obſequio illuminatur. Nam qui liberius, quam ipſa præcipit, vagabitur, ſcrutans Dei maieſtatem, à gloria diuini numinis opprimetur. Vix aſſequi viribus poterimus hæreticorum errores, in quos illi abiere præcipites, quod fidei lumine deſtituti humano ingenio inſolenter fidere voluerunt. Hinc eorum quidam non perſonarum Trinitatē, ſed vnitatem in diuinis eſſe opinati ſunt; alij quaternitatem in Deo profeſſi diuinam eius naturam à tribus perſonis ſeparaurrunt, impiè, ac ſtultiſſimè in veritatis agni-
2. Agnes in officio eius. tione delirantes. Nam fides teſte beata Agnete, ſimilis eſt anulo, *anulo*, inquit, *fidei ſuæ ſubarrhauit me*. Anulus namque ſi arctus, digitum lædit, & torquet, ſi laxior ſit, elabitur. Vnam enim in Deo tantum ſi velis profiteri perſonam, vulnerabit huiuſmodi error mentem tuam, quæ anuli digitus index eſt, quo myſteria diuinitatis indicantur; at ſi longius iuſto velis progredi, & quaternitatem in Deo fatearis, defluet anolus laxitate veritatis, & digitus, hoc eſt, intellectus tuus, non ſolum deformis, & inornatus, ſed ad tractanda diuina prorſus ineptus, & impotens fidei amiſſione reddetur. Ne igitur tam pretioſi pignoris iacturam faciatis, fratres chariſſimi, neue tam eximio diuinæ lucis ſplendore veſter perſtringatur aſpectus, vult Deus ante Sancta Sanctorum protendi velum fidei, vt per illud diuina ſpectetis myſteria, non aſſentientes inutilibus argumentis, & rationis humanæ coniecturis. Sapienter enim monet Ambro-
Ambroſ. lib. 1. de Trinit. ſius: *Aufer argumenta vbi fides quæritur: iam dialectica taceat, piſcatoribus creditur non dialecticis*.

Poſt velum erat arca illa myſtica, quæ Moyſis virgam, legis tabulas, & Manna continebat, vbi myſterij quod tractamus, nobis ſeſe offert imago. Nam per arcam, quæ vna erat, diuinæ eſſentiæ vnitas, & per tria, quæ diximus in arca contineri, tres diuinæ perſonæ præſignantur. Ignari huius veritatis gentiles, tot deos profitebantur, vt ex ſolis terræ dijs triginta millia colerentur, quemadmodum narrat He- Heſiodus.
ſiodus, de quibus ita ſordide, atque humiliter ſentiebant, vt pro ſola domus cuſtodia deum vnum ad oſtium, alium ad cardinem, tertium ad limen collocarent, vt Auguſtinus de Ciuita- Auguſt. lib. 4. c. 8.
te Dei memorauit. Quin etiam, quod admiratione maiori, immo & iriſione dignum eſt, vt Plutarchus ſcribit in vita Alexandri, cum ille Plutar. in vita Alex.
à Lacedemonum ſenatu peteret in numerum referri deorum, reſpondiſſe ſenatum: *Siquidem Alexander vult eſſe deus; deus eſto*. Quid autem ſtultius, quam credere, quod eſſe deum, vel non eſſe, à mortalium voluntate penderet? Religio ergo Chriſtianorum, quæ longiſſime abeſt à tanta inſipientiæ, & impietatis abſurditate, Deum credit, ac profitetur vnum, qui adeo vnus eſt, vt ſub vnius ratione, nulla ſit in rebus creatis tam perfecta vnitas, quæ Dei ſimplicitatem, & vnitatem pertingere valeat. Hinc inquit Gregorius Nazianzenus: *Hoc Deus vni-* Greg. Naz. lib. 3. Chron. Theolog.
uerſas creaturas ſuperat, quod vnica eſſentia ſimplici complectitur infinita attributa. Rerum enim creatarum perfectio vnitatem habet aduenientem, & externam, quia ſimul in vno eodemque ſubiecto ſunt, & in eo conuenientes vniuntur: at diuina vnitas perfectionum ita eſt Deo intrinſeca, & innata, vt quidquid in illo eſt ſubſtantia ſit, ſimplex omnino, actuſque puriſsimus; ab omni Phyſica, vel Metaphyſica compoſitione ſeparatus. Vnde ſapienter Auguſtinus: Auguſtin.
Noli de Deo infima cogitare, putans partem illius eſſe iuſtitiam, partem miſericordiam; totus enim eſt miſericordia, totus iuſtitia, totus omnipotentia, totus ſapientia, totus bonitas; qui tamen ſub tot attributorum varietate eſſentialiter eſt ſimpliciſſimus. Singularem huius myſterij ab ipſa rerum natura poſſumus accipere ſimilitudinem: nam vt Pli- Plin. lib. 37. cap. 6.
nius ſcribit, ad cuiuſdam fluminis ripam inuenitur lapis pretioſus nomine, *Opalus*, magna colorum varietate tam mirabiliter & excellenter diſcretus, vt ab vna parte inſpectus, totus adamanti ſimilis fulgeat, aliunde ſi cernatur, viridis, & ſmaragdo par emicet; ac denique aliter inuerſus rubeus totus, & carbunculo non impar appareat. Quod in Deo (eminentius tamen) reperitur: nā cum ſit natura maximè ſimplex, & vnus; eſt tamen in illo attributorum, & virtutum multiplicitas: quippe vt dixit Sapiēs: Sap. c. 7.
Eſt in illo Spiritus intelligentiæ vnicus, multiplex, omnem habens virtutem. Propterea cernimus Deum Moyſi viſum pyropo ſimilem, tanquam Exod. 3.
ignem accenſum, quo ſignificabatur diuina iuſtitia, qua vindictam de populo Iſraelitico ſumere volebat, niſi Moyſes interceſſiſſet. Ioanni autem in Apocalypſi non igneo, ſed viridi Ioan. c. 4.
colore Deus eſt viſus ſmaragdo ſimilis (ait enim: *Similis viſionis ſmaragdi*. Quo ſymbolo docet Deum totum eſſe benignitatem, totum eſſe miſericordiam: nam color viridis ſignum ſpei eſt, & indulgentiæ. Itaque ſine vllo præiudicio, aut incommodo multiplicitatis virtualis

omnium

Digitized by Google

omnium attributorum, quæ de Deo dicuntur; perfectiſſimam ille naturæ ſuæ retinet vnitatem, quam, vt expoſui, ſignificabat Teſtamenti veteris arca, quæ vna erat.

Sed iam de tribus, quæ in illa ſeruabantur, breuiter dicamus; ſanctiſſimę nanque Trinitatis referebant imaginem. Virga Moyſis, figura æterni Patris erat, virga enim poteſtatis, & auctoritatis eſt ſignum; legis Tabulæ Filium præſignabant, cui attribuitur ſapientia, ad quam potiſſimum pertinet regulam recte viuendi præſcribere. Manna repręſentabat Spiritum ſanctum, cuius eſt propria ſuauitas, & dulcedo, ac propterea dictus ab Eccleſia. *Dulcis hoſpes animæ, dulce refrigerium.*

In hymno Pentec.

Magnam tam priſcis Eccleſiæ Patribus, quã neotericis auctoribus attulit admirationem, quod Gentiũ philoſophi de hoc ſublimi, & tã occulto Trinitatis myſterio litteris tradiderũt; nã vt refert Cyril. cõtra Iulian. Plato dixit: *Eſſentia Dei progreditur vſq. ad tres hypoſtaſes. ſiue ſubſtãtias*, quibus verbis tres in Deo eſſe perſonalitates edocuit; in cuius etiã libris (vt ſupra diximus) Euangelij Ioannis verba: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, ſe legiſſe recenſet Auguſtinus. Inclytum præterea Philoſophum Triſmegiſtum, qui vt hiſtoriarum refertur monumentis, Pharaonis tempora ætate pręceſſit, dixiſſe conſtat de Deo loquentem; *Erat ſemper mens mentis luminoſa, & Spiritus omnia continens.* Quid autem eſt dicere: *Erat mens mentis luminoſa*, niſi quod Concilium fatetur Nicænum, & ſancta Eccleſia: *Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero*? Deus enim de Deo Filius eſt a Patre procedens: Et ſpiritus omnia continens, Spiritus ſanctus eſt, de quo dictum legimus: *Et hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis*: licet hunc locum aliter quidam interpretentur. Iuſtinus Martyr, & Clemens Alexandrinus de hoc agentes myſterio ſcribunt, à Rege Tullo conſultum, & interrogatum oraculum Serapidis quid ne Deus eſſet, & ab eo reſponſum his verſibus:

Cyrill. contra Iulian. lib. 1.

Auguſt. de Ciuit. Dei.

Merc. Triſmegiſt.

Conc. Nicen. in ſymb.

Sap. 1.

Iuſtin. mar. in paraneſ. ad gentes. Clem. Alex.

Principio Deus eſt, tunc ſermo, & ſpiritus idem:
Sunt & ter tendentia in vnum.

Vbi fatetur Deum natura vnum, & trinum eſſe perſonis. Credere tamen non debetis, Ethnicos philoſophos ſolo naturæ lumine hanc potuiſſe aſſequi cognitionem, ſed vel peculiari diuini numinis illuſtratione, quemadmodum Sibyllæ, vel Aegyptiorum contubernio, quibuſcum verſati ſunt. Aegyptij enim, quod captiuos filios Iſrael penes ſe habuerint, aliquid fidei catholicæ, etſi ſub obſcuras ſcintillas cernere, & alijs pariter oſtendere potuerunt.

Sed miſſa facientes veterum philoſophorum teſtimonia, quæ in hac re non tanti momenti habentur, ſacrorum voluminum auctoritates ad huius myſterij confirmationem proferamus. Atqui vt cãticum illud, quod ab Angelis in Dei gloriam recitari audiuit Iſaias, & quo Deus natura vnus, & perſonis trinus, ab eis ſignificabatur, conclamantibus. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum*; nec non Abrahæ confeſſionem, quando tres viros hoſpitio accepit, *& tres videns* (vt ait Gloſſa) *vnum adorauit*, vt inquam hæc, & alia ſuperius adducta ſilentio percurram, recordamini fratres primum illius vitis tres propagines habẽtis, quã magnus Pharaonis pincerna, Ioſeph vidiſſe narrauit. id. n. expreſſum eſt Trinitatis argumentum, vbi vna exiſtente natura, perſonæ tres ſunt æquales, atque conformes. Tollite præterea oculos ad manum illam, quam Rex Balthaſar vidit tribus digitis in pariete ſententiam ſuæ mortis ſcribentem; manus enim, quæ vna erat, diuinitatis ſignificat vnitatem; tres digiti numerum perſonarum inſinuant. Quo ſymbolo digitorum eſt vſus Iſaias, his verbis loquens de Deo: *Qui tribus digitis appendit molem terræ*, id eſt tres ſunt in Deo perſonę, quę quidquid in terra eſt, põdere, numero, & menſura ſuſtentant, & moderantur. Dictum in hanc quoque ſententiam fuerat, *Per tria mouetur terra, & quartum ſuſtinere non poteſt*: nempe tres ſunt, & non plures in Deo perſonæ, quarum poteſtas, ſapientia, & amor cælum, terramque conſeruat, gubernat, & fouet; tres ſunt, penes quos eſt auctoritas iudicandi, qua contra Regem Balthaſarem, & aduerſus omnes impios ſententia profertur. Veruntamen quoniam apta eſt à digitis, & manu deſumpta metaphora, eam præſenti myſterio ſic conuenire monſtremus. Tres in manu ſunt digiti, quibus ad ſcribendum vſa fuit manus Balthaſari viſa, primus vocatur Pollex, ſecundus Index, tertius Medius, vnde conuenienter per eos tria in Deo ſuppoſita denotantur. Nam per pollicem ita dictum, quia polleat fortitudine, ſatis proprie Pater innuitur, cui potentia, & fortitudo attribuitur; per indicem ab indicando vocatum Filius ſignificatur, ad quem ſapientia pertinet, quæ viam errantibus indicat: per digitum medium declaratur Spiritus ſanctus, qui perſonaliter eſt medius Patris, & Filij amor, & tanquam vinculum vtriuſque, ac nexus, per quem Pater, ac Filius mutua charitate iunguntur. Vnitas autem naturæ, quæ tribus conſtat perſonis, eadem manus, & digitorum ſimilitudine patere poteſt. Nam ſicut tres digiti adhærent manui, & ab ea tanquam à radice rami virtutem hauriunt, ita diuinæ perſonæ vna eademque naturæ vnitate copulantur, & quidquid virtutis in ſingulis eſt, à communi natura diuinitatis accipiunt. Huic etiam myſterio præclare conuenit, quod noſtri Nicolaus Lyra, & Galatinus ſcribunt de Iacob, qui ſub ſcala dormiẽs tres lapides capiti ſuppoſuerat, quos tamẽ à ſomno excitatus vnũ eſſe cõperit, vt ex ipſis ſacræ hiſtoriæ verbis colligi videtur, vbi ſcribitur: Nocte poſuiſſe lapides, & poſtea inueniſſe lapidem; qua in re (vt dictis placet auctoribus) Iacob reuelatum fuit Trinitatis arcanum, vnitas nempè naturæ, & ſuppoſitorum ineffabilis Trinitas. Ad rem quoque facit, quod nonnulli Hebręorum de Danide commemorãt, qui eum aduerſus Goliam tres lapides accepiſſet, vnum ex tribus factum poſt victoriam par-

Iſaiæ 6.

Gen. 9.

Geneſ. 40.

Dan. 5.

Iſaiæ 40.

Prou. 30.

Nicol. Lyra Galatin. de arcan. Hebr. Gen. 28.

tam comperit, ſicut ab antiquiſſimis Hebræorum traditum, Nicolaus in libro primo Regum commemorat. At (quod mirabilius videri poteſt, vt alij ſcripſerunt) in medio lapidis, quo Dauid proſtrauit, & interemit Gigantem, inuentum fuit ſanctiſsimum illud nomen IESVS, quo non ſolum Trinitatis, ſed Incarnationis myſterium expreſſum fuit. Nam in medio illius lapidis nomen I E S V repertum, nonne ſatis liquide innuit, fore aliquando, vt media Trinitatis perſona, quæ iuxta ordinem originis, Filius eſt, hominis naturam aſſumeret, & nomine, *quod eſt ſuper omne nomen*, vocaretur? Superioribus adiungo, à paucis animaduerſum in fidem eiuſdem myſterij, optimum Exodi teſtimonium, vbi idem Trinitatis ſacramentum oſtenditur. Nam cum ait Deus ibidem: *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, hoc nomen mihi eſt*, nomen ſingulariter poſitum naturam vnam, & trina illa repetitio nominis Dei, tres eiuſdem deitatis perſonas declarauit. Prætera dierum, & annorum plenus Abraham præ ſe fert Patrem æternum, quem ſacra Scriptura antiquum dierum appellat, non quod Filio, aut Spiritui ſancto ſit prior, ſed quoniam eorum eſt principium, & origo, & ipſe à nullo procedit. Iſaac ad mortem vſque obediens Filium, qui fuit obediens vſque ad mortem, optimè repræſentat; & Iacob pulchræ Rachelis amator Spiritum ſanctum demonſtrat, qui tam perſona, quam natura amor eſt, & animarum ſponſus amantiſsimus.

Nicolaus de Lyra c. 17.
Pau. ad Phil. ij. 2.
Exod. c. 3.
Daniel c. 7.
Genes. 22.
Genes. 29

Quæ propoſitæ ſũt, & explicatæ auctoritates, præ ſe ferunt veteris Teſtamenti vmbram, quippe non ita priſcorum Patrum ætate, ſicut & noſtra Dei myſteria pandebantur: *Sed in figura* (vt ait Paulus) *omnia contingebant illis*. Gratiæ autem tempore veritas manifeſtius, & expreſsius edocetur. Vnde Ioannes inquit: *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt*. Ab his enim tribus diuinis aſtris in cælo teſtimonium dantibus omnia gratiarum, & bonorum fluenta in animas iuſtorum defluunt, & quidquid ſub cælo eſt viget, ac regitur, non diuerſa, ſed vna poteſtate, pari ſapientia, conformi voluntate, ac naturæ eiuſdem ſimplicisſima virtute. Et licet reuera, *alius ſit Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus*, non tamen aliud, ſed idem; non diuerſa, ſed eadem in omnibus, ac ſingulis diuinitas; quod magiſter veritatis Chriſtus docuit, & doceri mandauit dicens: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*. Nam dicens, in nomine, vnam eſſentiam, & reliqua ſubiungens, tres in Deo perſonas, & eorum nomina declarauit. Sed videor mihi audire lectorem obijcientem, quod olim à quibuſdam Epicteto Philoſopho dictum fuiſſe narratur: Multa de Deo, & præclara quidem dixiſti, quid tamen ille ſit hactenus ignoramus. Sed quid ego hic melius reſpondeam, quam quod ille prudentiſsime reſpondit? *Si omnino ego*, inquit, *Deum declararem, vel ego Deus eſſem, vel ille Deus non foret*. Diuus quoque Auguſtinus poſtquam, quæ acuta, & diligenti indagine perſcrutari valuerat, omnia protuliſſet, tandem inquit: *Multa ſunt, quæ de Trinitatis ineffabilitate dicuntur, non vt ipſa dicatur, alioquin non eſſet ineffabilis; ſed vt illis dictis dici non poſſe intelligatur*. Qui, & alibi plane ſuam profitetur infantiam, & ſe à tanto myſterio ſuperari aſſerit his verbis, prudentia illius, ingenio, & modeſtia digniſſimis: *Requiris à me quomodo vno nomine tres appellentur? neſcio, & libenter me neſcire profiteor quod Chriſtus voluit indicare, hoc ſolum ſcio, & quia in hoc Chriſtianus ſum; quia vnum Deum in Trinitate confiteor*. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

1. Corin. 10.
Athanas. in Symbolo.
Matth. 28.
D. Aug. de Trin. lib. vij
Aug. ser. 191. de Tempor.

Homilia Nona.

Chriſti verba: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: latius explicantur, & varijs teſtimonijs, atque exemplis eſſentia in Deo vnitas, & perſonarum Trinitas probatur.

ANGELICI Doctoris, & omnium Theologorum cõmunis ſententia docet, peccati vulnus tam impreſſam hominis animo relinquere cicatricem, vt nemo præter Deum valeat illam amouere: quam mentis deformitatem Theologi vocant peccati maculam, quæ adeo ſerpit, & penetrat, vt nullo ſaponis, aut lixiuiæ genere, niſi Chriſti ſanguine extrahi, aut ablui queat. Vnde per Hieremiam Prophetam inquit Deus: *Si laueris te nitro maculata es coram me*. Eſt enim peccatum litura deformis, quæ noſtræ animæ candori ſic adhæret, vt nullum ſit in naturæ vniuerſitate ſæpium, quo illa valeat abradi; eſt ſeruitutis tam impreſſum ſtigma, & peccantis animæ viſceribus ſic adactum, vt niſi Dei omnipotentia manum remedio admoueat, infelix tam diro compuncta ſtigmate æternæ ſeruituti mancipata remaneat. Huius miſeræ labis naturam in Apocalypſi Ioannes inſinuauit, cum peccatores ait diaboli habere notam: *Homines*, inquit, *qui habent characterem beſtiæ*. Vnde ſanctus Baſilius ait:

S. Th. 3. p.
Hier. c. 2.
Ioa. in Apocalyp. c. 3.

Vnum

Baſil. ſupra Pſal. 48. *Vnumquodque peccatum cum proprio charactere manifeſtam faciens ſui recordationem, in iudicium producet Deus*. Eſt denique peccatum veſtigium delinquentis, cuius indicio, quamuis non aliud adeſſet teſtimonium, reus eſſe conuincitur peccator, quemadmodum in huius rei figuram ſacerdotibus Babel olim contigit, *Dan. 14.* à quibus comedi, non ab idolo, ſacrificia, & templi dona Propheta declaratutus, illius pauimentum cinere iuſſit aſpergi, quo illi poſtea noctu ingredictes impreſſa reliquere veſtigia, vnde facile de furto ſacerdotes conicti fuerint. Hoc ipſum ſanctus ille Iob videbatur conſiderare, cum Deum alloquens, ait: *Iob cap. 13. & 14.* *Veſtigia pedum meorum conſideraſti*. Hoc eſt, proſpexiſti Domine operum meorum veſtigia, quæ ſignata reliqui, dum vetita ſum ingreſſus, appetendo non licita. Vbi Iob manifeſtè docet, nullum eſſe peccatum (quamuis lingua peccatoris, aut manus, non moueatur, ſed cogitatione tantummodo ſine aliquo proximi detrimento committatur) quod peccantis animo veniale, aut mortiferum veſtigium non relinquat impreſſum. Quare ſicut bellicum tormentũ ſulphure exploſum, ſcopũm, in quem dirigitur aliquando, non lædit, vel attingit, ſed recalcitrans in torquẽtis pectus impingit, & interdum ictu conſternit, aut vulnerat; ſic malum proximo inferendæ iniuriæ deſiderium, quamuis quod optauerat non aſſequatur, affectu tamen peccati non caret, & lethalem in animam retorquens ictum, eam malæ conſcientiæ labe reddit infectam. At cum nullum quidem, ſiue mortale, ſiue veniale peccatum ſit, quod non animæ notam inurát, multo tamen id clarius, ac verius in primi parentis peccato dignoſcitur: quandoquidem fide conſtat catholica, peccatum illius pręter propriam maculam, quam inobedientia, & gula contraxit, originem reliquarum fuiſſe macularum, & peccatorum originalium, quæ in eius poſteros continuata tanti mali propagatione redundarunt. Anima enim, quam Deus ad imaginem, & ſimilitudinẽ ſuam creat, dum infunditur corpori, & carnem tangit parentibus propagatam rebellibus, protinus miſeram accipit labem, qua eius pulchritudo à Deo in creatione conceſſa deformatur, ſuique Creatoris oculis inuiſa dæmonis manet ſtigmate notata, & addicta ſeruitio. Ad huius ergo damni medelam iubet Chriſtus, vt Diſcipuli baptiſmate abluant omnes peccatores, quoniam baptiſmus præter habitualem gratiam, quę delet peccati maculam, pulcherrimam quoque notam affigit, quam Theologi vocant characterem, proprium Chriſtiani hominis ſignum, quod ideo dicitur indelebile, quoniam à ſolo Deo, qui hominis animæ illud inuſſit, deleri poteſt. Addit autem Chriſtus: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Quoniam baptiſmus mirabiles effectus ſuos producit virtute, ac nomine trium diuinarum perſonarum. Pater enim ſuum miſit Filium, Filius Baptiſmum inſtituit, & Spiritus ſanctus ſe ipſum, & ſua dona baptizanti communicat. Quamuis autem circa conuenientiam formę Baptiſmo per Chriſtum attributæ varias ſcholaſtici Theologi rationes aſſignent noſtro propoſito conuenientes, aptiſſima tamen, & ſufficiens eſt, quæ ab imagine, quam Deus animæ impreſſit accipitur; eam nanque ad Trinitatis imaginem creauit: *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*. *Geneſ. c. 1.* Quæ hominis cum Deo ſimilitudo, & imago peccato collapſa, & deformata fuit. Vnde illam reformaturus Deus præcipit, vt in Baptiſmo, vbi anima ſuæ reſtituitur formæ, omnes Trinitatis perſonæ, & communis eſſentiæ vnitas exprimatur. Quemadmodum verò dum omnia creabantur, legimus in Geneſi ſcriptum: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*; *Ibidem.* ſic etiam cum homo, qui à Græcis dictus eſt microcoſmus, id eſt paruus mundus, foret reparandus, fertur ſuper Baptiſmi aquam vniuerſa Trinitas, dum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti labes peccati deletur, & abluitur. Sabelliani hæretici hęc verba, quibus Baptiſmatis forma pręſcribitur, perperam interpretantur, vt omnium hæreticorum mos eſt, iuxta illud Iſaiæ: *Iſaia 1.* *Vinum tuum mixtum eſt aqua*. Quod Septuaginta Interpretes ita verterunt: *Septuag. Interpret.* *Caupones tui miſcent vinum aqua*. Id eſt hæretici perfidi ſacram paginam interpretãdo, ſuorum errorum aquam cum vino ſanctæ Scripturæ commiſcent; aut, vt Gaudentij ad Neophytos verbis vtar, *Gaudentius ſerm. 9. ad Neophytos.* illam meram, & Apoſtolicam doctrinam adultera admiſtione confundunt. Conantur enim Sabelliani per Chriſti verba probare, in Deo vnam eſſe perſonam, quoniam (vt illi ſomniant) ſi perſonæ in Deo plures exiſterent, Chriſtus nõ in nomine Patris, ſed in nominibus Patris, & Filij, & Spiritus ſancti dixiſſet. D. Baſilius eorũ confutat *Baſil. Ep. 74.* errorem, & ex eiſdem Chriſti verbis aperte colligit, tres diuinas perſonas vnam, & eandem habere naturam, quandoquidẽ, licet diſtinctæ ſint, vno Dei nomine vocantur. Hanc de vnitate Dei veritatem ſi attente conſideramus, ab ipſo rerũ omnium exordio diabolum inuertere, atque impugnare, Deum autem ſuadere mortalibus, & in eorum mentibus cõſtabilire procuraſſe reperiemus. Nam cum humani generis hoſtis Euam *Geneſ. c. 3.* in Paradiſo tentauit, inter alia illud propoſuit memorabile: *Eritis ſicut Dij*, quam cum Deo æqualitatem diabolus primis parentibus ſuadere fortaſſe potuiſſet, etiam, ſi dixiſſet eritis ſicut Deus; ſed quoniam dicens: *Eritis ſicut Dij*, obiter etiã pluralitatem ſignificabat deorũ, quibus Adam, & Eua poſſent annumerari, plurali numero, quã ſingulari vti maluit. Præterea illa peruicax cõtentio dæmonis cũ Archangelo Michaele habita ſuper indicãdo Moyſis corpore, vt refert Thaddæus Apoſtolus: *Cum Michael Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſis corpore &c.* *Thadd. Ap. in ſua Epiſt.* non alio reſpiciebat, niſi vt ab hominibus, tanquã Deus Moyſis coleretur. Conſuetudo enim (vt ſcribit Cartarius) *Cartarius.* apud veteres fuit, ſuos benefactores non ſecus, ac deos adorare, quemadmodũ Saturnum, & Florã Italia coluit.

Præterea nõ ignorans Diabolus, ſummis à Moyſe beneficijs fuiſſe cumulatos Iſraelitas, quibus tam mari, quam terra eos fuerat proſecutus; minime dubitabat hos, qui vitulum erant adoraturi, facilius Moyſi, vt beneficiorum auctori tamquam Deo ſuo cultum & reuerentiam exhibituros. Hanc ob cauſam tanta virium contentione ſatagebat, vt Prophetæ corpus detegeretur, quod tamen ab Archangelo Michaele (cuius nominis interpretatio eſt, quis ſicut Deus) iuſſu veri Dei impeditus aſſequi non valuit, ne diuinæ naturæ vnitati tam inſolenter, & iniurioſe præiudicaretur. Sed ante hæc tempora cœperat Deus tanto ire obuiam incommodo, ſiquidem nullã à Moyſe, dum totius mundi narrabatur hiſtoria, de Angelis voluit fieri mentionem, ne hominibus daretur occaſio, quemadmodum Theodoretus annotat, Angelos adorandi, qui nobilitate, ac pulchritudine ceteris à Deo creatis rebus præcellerent. Hoc etiam Moyſi apparens in rubo cauiſſe Deus videtur, qui victorias per Moyſem obtinendas nunciaturus, non laurum, aut palmam, quæ victoriæ videbantur magis conuenire, ſed humilem rubum elegit, vt hominibus ex rubo idolum cõflãdi tolleretur occaſio, qui ex lauro, palma, buxo, oliuaque, & alijs id genus nobilioribus arboribus facta Idola venerabantur. Hac enim de cauſa quod miſerabilius eſt, imagines etiã etſi religioni valde conuenientes, Hebræis Deus interdixit, dicens: *Non facies tibi ſculptile*, vt hac prohibitione occaſionem præriperet Idula colendi, pluresque Deos adorandi. Sed nihil vehementius vnum eſſe tantum, non plures Deos, mortalibus perſuaſit, quam indita menti noſtræ ab ipſo Deo lux, quæ diuinæ naturæ vnitatem attingit, atque conſequitur. Hinc cernimus à Platone (vt Euſebius Cæſarienſis refert) eum ad Tyrannum Dionyſium ſcriberet, fuiſſe dictum: *In hoc cognoſces Epiſtolas meas*, quod in illis initium erat hoc nomen Deus, cuius nominis virtus magna mihi eſt manifeſta, in reliquis vero Epiſtolis iocoſe Deos nomino, vulgi condeſcendens errori. Ariſtoteles in Phyſicis ait, agens de intelligentijs cælos gubernantibus, inter illas eſſe vnam, quę ſupremum principium, & origo ſit reliquarum, qui etiam quod palam dixiſſet: *Non eſt Deus niſi vnus*, accuſatus, ſibi fuga conſuluit, vt Seneca, de vita beata, retulit. Cælius Rhodiginus, & S. Cyrillus recenſent dixiſſe Pythagoram: *Deus vnus eſt*, non vt nonnulli ſuſpicantur extra mundum, ſed in ſe ipſo totus in toto, omnes circumquaque conſiderans generationes. Narrat Iuſtinus Martyr pœnitentia ductum Orpheum, quod cum Ethnicis trecentos, & ſexaginta Deos admiſiſſet, filio ſuo, ne tam pernicioſa erroris caligine inuolueretur, prælucere poſtea voluiſſe his verſibus

Quis regit imperio terras hunc reſpice ſolum,
Vnus eſt, & per ſe exiſtens, omnia cõdidit vnus.

Huic accinuit Menander dicens: *Qui Dominus eſt vere ſemper omnium & pater, hic vnus colendus eſt Deus*. Mercurio Triſmegiſto Deus vocabatur *Monas*, ſiue Vnitas, quæ eſt omnium principium & radix. Et ex Sybillis quædam de Deo ſic locuta eſt: *Vnus Deus non cretus, & ingens*. S. Thomas ait, apud veteres Dei ſymbolum fuiſſe punctum, quoniam ſicut in peripheria ſolum eſt vnum punctum, in quo centrum circumferentiæ cõſiſtat, nec fieri poteſt, vt aliud ſit centrum; ſic in mundo nõ eſt, niſi vnus Deus, nec alium eſſe præter eum poſſibile eſt, quemadmodum ipſe per Iſaiam dixit: *Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit*. Aegyptij, qui varijs imaginibus conceptiones animi ſignificabant (vt Cornelius Tacitus, Diodorus Siculus, & Strabo ſcripſerunt) ad inſinuandam vnam & ſupremam omnium eſſe cauſam, & rerum originem, pingebant hominem aſpectu nimis grauem, à cuius ore prodibat ouum, cuius indumenta colore cæruleo, & auro intexta erãt, cuius vna manus ſceptrum, altera zonam, ſiue circulum tenebat. Hominis figura benignitatem Dei, Ouum ab ore prodiens mundi creationem ſignificabat, quoniam non aliunde vniuerſa rerum natura, quam ab vno Dei verbo profluxit, vt Dauid ait: *Ipſe dixit & facta ſunt*. Cærulea veſtis auro multo intexta cæleſtes orbes ſtellarum multitudine diſtinctos, & radijs ſolaribus illuſtratos indicabat; Sceptri maieſtas ſignum erat vnius, ac ſupremæ cauſæ vniuerſa gubernantis; Zona, ſiue circulus præſeferebat ampliſſimam Dei prouidentiam, qua totum mundum continet, atque complectitur, vt Sapiens ſcripſit: *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*. Septem gratiæ viri, qui humanæ ſapientiæ principes cẽſebantur, hanc ipſam Dei vnitatem cognouerunt; nam vt tradit Cyrillus Alexandrinus, cum iactu retis piſcator auream tripodem multis pretioſiſque lapidibus ornatam extraxiſſet, conſultum oraculum fuit, cui tantum munus dari oporteret: quo reſpondente detur ſapientiori, ad Biantem Philoſophum, qui reliquos præcellere putabatur, munus delatum fuit, qui modeſte ſe excuſans illud Cleanti, hic Periandro miſit, atque ita ad reliquos gratiæ ſapientes cum perueniſſet, communi omnium conſenſu decretum fuit, vt omnium cauſarum Principi deferretur: hac vtique re fatentes Deum ſolum eſſe ſapientem, cui res tanta deberet offerri. Hæc humanæ mentis lux, de qua Propheta dixit: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, multo magis ſacrarum litterarum fulgore luſtrata fuit. Nam vt dixit Oſeas: *Congregabuntur filij Iudæ, & filij Iſrael, & ponent ſibimet caput vnum*: hoc eſt, Deum vnum omnium rerum ſupremum Principem. Nam ſi nequaquam conuenit in bene ordinata Republica plura capita conſtitui, vt placuit Ariſtoteli dicenti: *Non eſt bonum pluralitas principatium*, vnde illius diſcipulus Alexander Cyro, qui ſibi dimidium Aſiæ offerebat imperium, reſpondit, *Nec gemini in cælo ſoles, nec in regno duo reges*; multo quidem minus conuenit duos in mundo eſſe Deos, vt aperte fatetur

Dauid

Marginal notes: *Theodoretus.* — *Exod. 20.* — *Euſebius li. 3. de præparatione Euangelica.* — *Ariſt. lib. 3. Phyſicorum.* — *Seneca. lib. 6. cap. 23. Cælius Rhodiginus lib. 2. cap. 2. Cyrillus in dialog. contra Iulianũ. Iuſtinus Martyr. Orpheus.* — *Menander.* — *Merc. Triſmeg.* — *Sybilla.* — *S. Thom. in lib. contra Gent.* — *Iſaias c. 45.* — *Cornel. Tac. lib. 4. Diod. Sicul. lib. 2. Strabo li. 17.* — *Pſal. 32.* — *Sapient. 8.* — *Cyrillus Alexandrinus.* — *Pſal. 4.* — *Oſeas cap. 1.* — *Ariſt. in Metaphyſicis.*

Dauid 4. Regum 1.3. Dauid inquiens. *Verè ſcio, quia non eſt alius Deus in vniuerſa terra, niſi tantum in Iſrael.* Hinc idem Propheta gentium deos appellat dæmonia. *Omnes,* inuuit, *Dij gentium dæmonia.* *Pſalm 95.* Quod alij vertunt, *Deiculi.* *Genebrard.* Et Genebrardus interpretatur omnes Dij gentium *nihila*, quod nomen ſanctus Apoſtolus Dijs gentiom impoſuit, dicens: *Paul. ad Cor. cap. 8.* *Scimus quia nihil eſt idolum in mundo, & quia nullus Deus niſi vnus.* Sed quoniam alicui fortaſſe videbitur difficile, dum Paolus nihil eſſe ait, *ſcimus, quia nihil eſt idolum*, cum ex ligno, argento, vel auro confici illud conſtet; facilis erit ſolutio difficultatis, ſi ſancti Thomæ rationes, *S. Th. in commentar. Epiſt. ad Corinth.* eadem Apoſtoli verba interpretantis conſiderentur. Prima ratio eſt; ſi diuinum idolo ineſſe numen opinatur idololatra, planè decipitur, quoniam idolum nihil habet deitatis; at ſi cultor idoli credit ſtatuæ ab hominis arte factæ adeſſe vitæ ſpiritum, non minus fallitur, quod apertè ſic docuit Hieremias: *Hier. c. 10.* *Falſum eſt quod conflauit, & non eſt ſpiritus in eo.* Altera ratio eſt, qua idolum eſſe nihil, *D. Th. ſupra relatus.* Diuus Thomas oſtendit, quod quatenus idolum, eius præcipua natura eſt, aliquid repræſentare, ſed idolum nihil omnino eorum, quæ in rerum natura ſunt, præ ſe fert, quippe totum eſt pura fictio, & inanis machinatio, nec habet illud eſſe, ſi quod habet, præter vanam decepti idololatræ opinionem, & phantaſticam de nihilo imaginationem; quod eſſe imaginarium, & nihil eſſe, paria cenſenda ſunt. Ex omnibus ergo, quæ diximus, liquet Deum noſtrum eſſe vnum, ceteros vero *nihila*, ſeu *Deiculos*, nihil faciendos, pro ludo, & ioco habendos.

Reliquum nunc eſt, vt aliqua diuinarum litterarum teſtimonia proferamus, quibus perſonarum ſanctiſſimæ Trinitatis pluralitas oſtendatur. Nam ſi humana mens naturaliſque ratio, poſtquam ad vnitatis Dei cognitionem acceſſit, pergere vlterius non valet, ſed ad tantæ lucis fulgorem prorſus hebeſcit, colligat quoque neceſſe eſt, pro cognoſcendo diuinarum perſonarum numero, ad illa teſtimonia confugere opus eſſe, quæ Deus in pluribus ſacræ paginæ locis reuelauit, reliquis huius tractationis Homilijs copioſius inferenda. Nunc ergo pauca libemus, & in primis Moyſis verba declaremus, quæ in *Moyſis c. 20. Geneſ.* Vulgata interpretatione ſic leguntur: *Eduxit me Deus de domo patris mei.* Quod ex textu Hebræo ita vertit Robertus Stephanus: *Rob. Steph.* *Errare vel vagari me fecerunt dij.* Quo nomine non deorum, ſed perſonarum in vno Deo pluralitatem intelligere debemus. Quod autem legitur in Iob, *Iob c. 35.* poſt modicum, *tollet me factor meus*, in Hebræo eſt (vt aduertit Genebrardus) *Gene. Pſ. 149* *Deus factores mei.* His teſtimonijs ſimilia ſunt, quæ à Hieremia ſcribuntur, *Hier. c. 23.* *peruertiſti verba Dei viuentis*, Hebræus legit, *peruertiſti verba deorum.* Et vbi legimus in Ioſue: *Ioſue c. 6.* *Deus enim Sanctus*, Hebræi legunt (vt Galatinus aduertit) *Helohim*, hoc eſt dij, vel iudices: ac denique vbi Vulgata dicit apud Iſaiam: *Iſai. c. 6.* *Vidi Dominum ſedentem ſuper Thronum*, in Hebræo legitur, *Vidi dominantes.* Quo teſtimonio ſanctus Athanaſius vtitur loquens de fide Trinitatis, ad huius myſterij confirmationem. *Athan lib. 1 de Trinitate fide.* Non ignoro mihi obijci poſſe, his omnibus per me nunc allegatis locis probari ſolum in Deo plures, quam vnam, non autem tres eſſe perſonas; nam ad perſuadendum non eſſe vnam, & ſingularem in Deo ſufficit, vt Sabellius aiebat, duas eſſe perſonas, quem numerum Plato confeſſus eſt: *Plato.* vt ait ſanctus Bernardus, ſermone de Trinitate: *Bern. ſer. 92 de Trinitate.* *Vnum*, inquit Plato, *inueni, qui cuncta operatur, alium per quem cuncta operetur, tertium autem inuenire non potui.* Huic dubio fieri ſatis poterit; ſi verba eloquentiſſimi Ciceronis perpendamus: *Cic. de vniuerſitate.* *Omnia duo*, inquit, *ad cohærendum, tertium aliquid requirunt, & quaſi nodum vinculumque deſiderant.* Quibus ſane verbis, quamuis ille, non de quo agimus Trinitatis myſterio (id enim prorſus ignorabat) ſed de aëris elemento loqueretur, quo tanquam vinculo ignis, terra, & aqua cohærent: nihil tamen aptius, vel conuenientius noſtro argumento dicere potuit. Nam ſi in Deo perſonas admittimus duas, neceſſarium pariter eſt, ne inter ſe diſsideant, tertiam quoque eſſe perſonam, quæ vtriuſque ſit vinculum, & nexus, nempe Spiritum ſanctum, quem Diuus Thomas, *D. Thomas.* *nexum*, Patris, & Filij nominauit. Præterea Dei illa verba: *Geneſ.* *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, manifeſte docent tres in Deo eſſe perſonas, vt iam latè in Homilia quinta docuimus. Nam ſi hominis animam ad imaginem ſuam, atque ſimilitudinem Deus creauit, & anima eſt vna in eſſentia, & trina in potentijs, quid inde fidei lumine nobis præluceente, debemus elicere, niſi animæ auctorem Deum eſſe vnum eſſentialiter, & trinum perſonaliter? vt exemplar Archetypo conueniat. Hoc etiam ante Chriſti aduentum à Delphico oraculo (vt ſcribit Eugubinus) ſummo Deo veritatis auctore illud cogente vera referre, *Eug. c. vlt. de perenni Philoſophia.* dum interrogaretur ab Ethnicis, quiſnam eſſet Deus, qui adorare deberet, in hanc ſententiam declaratum fuit.

Ne me vtinam ſupremum infelix ipſe ſacerdos
Sciſciteris de ſancto, ac ſupremo genitore
Et ſobole chara rebus magnis induperantis
Et flatu mundum qui aſtrictum continet omnem.

Iſaac Inzocar Rabinus Ex illuſtrioribus Rabbinis quidam nomine Iſaac Inzocar de myſterio Trinitatis loquens, ait: *In diuina eſſentia ſunt tres coronæ, & iſtæ tres coronæ, ſunt vna corona vnitæ in vnitate admodum perfecta.* Nam quemadmodum cernimus in ſupremi Sacerdotis, atque Pontificis tiara tres eſſe coronas inter ſe quidem diſtinctas, vbi tamen tiaræ inſertas; ſic in Deo, qui eſt vna eſſentia ſimpliciſſima, tres repeȓiuntur diſtinctæ perſonæ, quarum ſingulis diuina ineſt natura integra, & indiuiſa; quoniam non poteſt fieri, vt diuinitatis ſcindatur natura, vt doctè ſcripſit Solonius. Quod acutè docuit Toletanum Concilium decimum *Solonius dialog. 2 ad Venantium.*

 ſextum,

Digitized by Google

ſextum, per hæc verba: *Hæc ſancta Trinitas, nec recedit à numero, nec capitur numero*. Nam tres diuinæ perſonæ licet numerum efficiant ternarium, non tamen de prædicamento quantitatis, quippe omnes in Deo perſonæ ſunt vnitas ſimpliciſſima, & ab omni multiplicatione numeri remotiſſima. Memorabile dictu eſt, quod ſcripſit Incognitus auctor grauiſſimus, ſingulari vtens ſimilitudine, ad illuſtrandam in myſterio nobis tam occulto mentis humanæ caliginem, ſuper illa Pauli Apoſtoli verba (*Videmus nunc in ænigmate per ſpeculum*) vbi ait: in aquam demiſſo cryſtalli ſpeculo, dum lucet ſol, & quieſcit vnda, tres protinus ſibi ſimiles ſoles, primum in cælo, alterum in ſpeculo, tertium in aqua fulgere, quorum primus cum à ſe ipſo ſolo lucem accipiat, & ſecundus à primo illuſtretur; ac denique tertius à primo, & ſecundo communicatum habeat ſplendorem; non quidem tres ſunt, ſed tantum ſol vnus exiſtit. Ne tamen à comparatione ſolis recedamus, Cyrilli referamus exemplum, contemplantis in ſole, Patrem generantem, in radio Filium genitum, & in calore Spiritum ſanctum ab vtroque procedentem; ait enim ille: *Imago Patris eſt ſol, radius Filius, calor Spiritus ſanctus*. Sol Patrem multa cum proprietate ſignificat: nam vt ſol ab alio ſole non gignitur, ita Pater, quem Theologi vocant ingenitum, ab alio nõ emanat: & ſicut radius ſolis ab ipſo naſcitur ſole, atque ei coæuus eſt; ita Filius à Patre non minus, quã ille naſcitur æternus. Quin etiam quemadmodum ſol à cælo nunquam diſcedens ſuam diffundit lucem, qua terram calefacit vniuerſam, illamque fœcundat; ſic Pater in cælo ſemper manens, nec vnquam ad nos in corpore deſcẽdens, ſuum miſit Filium, qui fuit mũdi lux, & ab vtroque Spiritus ſanctus egreditur, qui increatus calor eſt, quo Deus ipſe animas fouet, atque viuificat. Præterea, vt ſolares radij pretioſos vniones, aliaſque gemmas, & aurum intra terræ viſcera gignendo, & ſuper terram plantas, & animalia producẽdo indicant virtutem ſolis, à quo calorem accipiunt; ſic Filius, & Spiritus ſanctus mirabilibus in hominum genus collatis operibus, ad animorum ſalutem, æterni Patris potentiam, atque infinitam virtutem declarant, & prædicant. Ad huius demum myſterij veritatem in animis hominum roborandam placuit Deo ingens tunc facere miraculum, cum magis Arrianæ hæreſis flamma graſſaretur. Nam in Nicæno Concilio, cum Nicolaus peruicaciam Arrij, atque proteruiam Trinitatis myſterium negantis aduerteret, ſic eſt coram omnibus Arrium allocutus: *Quare tibi videtur in creatore difficile, quod in creatura reperitur? Ecce laterem vnum, inuenies in illo tria diſtincta, ignem, aquam, & terram*. Quibus prolatis verbis, protinus à latere aſcendere ſurſum ignis, fluere deorſum aqua, & terra inter digitos comminui viſa fuit, cunctis ad tantum rei miraculum obſtupeſcentibus.

Incognitus ſuper Pſ. 31. — *Cyrill. Alex.*

Homilia Decima.

Eſſentiæ in Deo vnitas, & perſonarum Trinitas ſacris litteris, & Patrũ ſententijs, necnon accuratis rationibus oſtẽditur.

QVEMADMODVM Hebræorum gens inter omnes terrarum Orbis nationes antiqua Dei cognitione gloriari poterat, ſic etiam cultu veræ religionis in Deo conuenienter honorando varijs ſacrificiorũ vſa generibus præcellebat: nam ſacrificium, quod placando numini ſolebat offerri, hoſtia pro peccato dicebatur; quod pro gratiarum actione, hoſtia pacifica; pro petendis autem à Deo beneficijs hoſtia vociferationis; ac tandem ſacrificium, quod ſolum ad honorem Dei fiebat, nec hominis reſpiciebat vtilitatem, holocauſti nomen habebat. Inter quæ ſacrificia hoc erat diſcriminis, quoniam eorum, quæ prius recenſuimus, partem aliquam accipiebant ſacerdotes, holocauſti autem nequaquam erant participes, quippe totum igne conſumebatur iuxta Græcæ vocis ſignificationem: holocauſtum enim idem eſt, quod totum combuſtum: *Deus autem noſter ignis conſumens eſt*. Non aliter nunc videtur accidere in ſolemnitatibus, feſtiſque diebus, quos ſancta mater Eccleſia Deo, eiuſque Sanctis conſecrauit: nam quædam Sanctorum laudibus, aliæ noſtris petitionibus, ac impetrandis ſeruiunt commodis, qua in re ſacrificijs veterum reſpondent, quæ partim Deo, partim ſacerdotibus applicabantur: præſens autem feſtiuitatis, ſicut olim ſoli Deo holocauſtum, ita pariter nunc Deo tantum, id eſt diuinitatis vnitati, & perſonarum Trinitati declarandis inſumenda mihi eſt.

Deut. 4.

In primis magis nobis irridenda, quam confutanda illorum opinio eſt, qui Deum negauerunt, ob id à Græcis vocati Atheiſtæ, hoc eſt Deum negantes: adeo namque impie, & ſtulte deſipiunt, vt eos mittat Iob ad animalia ratione carentia, quibus docentibus à tanto liberentur errore, ac inſtituantur viam ingredi veritatis: *Interroga*, inquit Iob, *iumenta, & docebunt te, & volatilia cæli, & indicabunt tibi: loquere terræ, & reſpondebit tibi, & narrabunt piſces maris*. Hinc Euripides Poeta tantam putauit Mileſij, & Theodori Cyrenenſis dementiam, Deum eſſe negantium, vt illorum impiam opinionem non fuerit auſus Athenis palam referre, ne ab Athenienſibus Areopagi iudicibus eam ob rem graui plecteretur ſupplicio, vt Plutarchus de placitis Philoſophorum memorauit, Pythagoras, vt hi-

Iob 12. — *Euripides.* — *Plutarch.*

ſtoriæ

ſtoriæ narrant, quod libellum edidiſſet, quem inſcripſerat, An Deus ſit exilio mulctatus, & libellus combuſtus fuit, indigniſſimum, ac maxime pernicioſum Athenienſibus iudicantibus in dubium reuocari, quod erat exploratiſſimum. *Io. Damaſ. lib. 1.* Sanctus Ioannes Damaſcenus de fide orthodoxa, nullum eſſe tam anguſtæ mentis, abiectique ingenij hominem affirmat, cui Deus hanc ſui cognitionem non communicauerit, & cum natura ipſa penitus inſeuerit. *Cognitio*, inquit, *quod Deus ſit, ab ipſa naturaliter eſt inſita*: quod Regij Prophetæ verbis optime conuenit: *Pſal. 4.* *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* vbi non ſolum vnitas, ſed perſonarum quoque Trinitas indicatur, vt doctè interpretatur *Titelm. ſuper Pſalm.* Titelmannus. *S. Tho. p. 1. & lib. 1. contra gent.* Sanctus Thomas libro contra gentes duabus rationibus hanc de vnitate Dei veritatem demonſtrat, quarum prima eſt à priori, quoniam in cauſis ad vnam ſupremam, quæ non ab alia dependeat, & in agentibus, quæ ad operandum mouentur, ad vnum primum omnium motorem per ſe immobilem peruenire neceſſe eſt. Altera ratio eſt a poſteriori, quæ a mundi gubernatione, rerumque omnium ordine petitur: mundi enim totius partes inter ſe contrariæ exiſtentes, quales ſunt ignis, aqua, terra, & aer: nequaquam poſſent retinere concordiam, niſi aliqua ſuperior vis eſſet, atque virtus, qua illa ſic diſſidentia coercerentur. Quo argumento ab ipſis ſupremæ omnium cauſæ effectibus deſumpto *Io. Damaſ.* Ioannes Damaſcenus maxime nitebatur ad Dei vnitatem declarandam his, qui Deum eſſe inficiantur, mundumq. caſu factum affirmant, *Epicurus, & Chryſippus.* qualis Epicurus, & Chryſippus fuit. Quorũ ſtultiſſimus error, & eos ſequentium falſiſſima ſententia facile reſellitur, & improbatur, cum id quod caſu fit, careat ordine, & concentu illo, quem in mundo cernimus, tam certos orbium cæleſtium motus, temporum varietates, oportunam terræ fructibus pluuiam, meſſibus æſtum, aliaque innumera id genus, quæ omnia cum Dauide conclamant: *Pſal. 99.* *Ipſe fecit nos, & non ipſi nos*, ac ſi dicerent: aduertite inſipientiſſimi, quod antequam eſſemus, aut poſtquam naturam accepimus, manus non habebamus, quibus nos creare, vel tueri poſſemus: ipſe eſt Deus, qui nos ex nihilo fecit, facta gubernat, & gubernata conſeruat. Hoc igitur, vt *Io. Damaſ.* oſtenderet Damaſcenus, conueniens noſtro propoſito adducit culicis exemplum, cuius formam naturamq. ſi conſideremus, nemo erit, qui nõ in tanti artificis rapiatur admirationem. Nonne mirabile eſt tã paruo culicis corpuſculo tot ineſſe animæ vires, quibus imaginatur, & æſtimat; ſenſum habere communem, iraſcendi vim, & cõcupiſcendi facultatem? Nonne ſtupore dignum, tantulus cum ſit, ſenſibus eſſe præditum externis, quibus audit, guſtat, tangit, odorat? Quo pręſertim ſenſu ſic valet, vt vini longo interuallo remoti odorem percipiens, protinus aduolat in media noctis caligine, dormientium corpora inuaſurus, non clam vt proditor, ſed palam, vt egregius bellator, prælium aduerſario indicens, proboſcidis clangore antequam certamẽ ineat horribiliter perſtrepens. *Lactan. l. 1.* Lactantius Firmianus lib. de veritate, & fide religionis, ad cognoſcendum omnium rerum auctorẽ, contemplari iubet elegans regiumque palatium, quod in loco inuio, & deſerto conſtructum pluribus varijſque marmoribus in ſublime promineat, cuius parietes multis coloribus, & imaginibus fulgeant, tecta ebore aureiſque lacunaribus reſplendeant, aulæ multo auro tapetibus intextis ornentur, ſupellectili argentea, & aurea diſpoſiti abaci præfulgeant, & lautæ menſæ dapibus onuſtæ innumeras videantur expectare conuiuas. Eſſet ne quiſpiam, licet natura, & ingenio agreſtis, qui palatium ingreſſus illico non diceret? hæc auctorem habent, nec enim ſponte ſua, vel temere hic naſci potuerunt. *Greg. Naz. lib. 2.* Gregorius Nazianzenus citharæ ſimilitudine in eandem rem vtitur, quoniam nullus, illius audiens concentum, tam væcors ſit, qui pulſari à ſe citharam opinetur, ſed ſtatim ad citharœdum illius harmoniæ artificẽ, mẽtem, oculoſque conuertat. *Phil. Iud.* Philon Iudæus ab imaginibus eleganti penicillo expreſſis petit huiuſce veritatis exemplum, quoniam nullus eſt, qui imaginis venuſtatem, & picturæ excellentiam contemplatus, non conſequenter pictoris manum, & ingenium admiretur. Cum igitur hęc mundi fabrica ornatiſſima palatia, locupletiſſimos auro argentoq. ſplendentes abacos, opulentiſſimas dapes, atque omnia cantuum genera pulchritudine, opulentia, & ſuauitate ſuperet, fieri nequaquam poteſt, vt tantarum præſtantia rerum ſuo careat artifice, vel auctore deſtituatur. Magnus Eccleſiæ Doctor Auguſtinus tam fixum animo *Auguſt.* id habebat, vt dicere non dubitauerit: *An viuam dum viuo, ſed non, an ſit Deus, dubitare audebo.* Sponſa in canticis præclare omnia, quæ diximus, per *Cant. 1.* metaphoram inſinuat, cum ſponſum amanter alloquens ait; *Oleum effuſum nomen tuum*, per quę verba vnguento comparat odorifero, quod ad omnes tranſmittit odorem ſi perfundatur. Nam vt Zapetium, ſeu alius pretioſus odor, dum in pyxide, vel intra ſcrinia cuſtoditur, odorem non communicat cum rebus externis, ſi autem extrahatur, omnes illius odore gratiſſimo recreantur; ſic Deus antequam mundum conderet, in ſe ipſo manens virtutem continebat ſuam, quippe per opera externa ſe non communicauerat; vnde creaturis nondum exiſtentibus nemo illum poterat cognoſcere, donec verbo ſui oris potentiſſimo vniuerſas condidit creaturas, & in eas fragrantem ſui odoris effudit ſuauitatem; ideoque ſubiecit Sponſa dicens: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Hoc ductus odore Dauid in *Ibidem.* Dei veniebat cognitionem, cum dixit: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciant firmamentum*; *Pſal. 18.* & reliqua quæ in illo Pſalmo eleganter, & ſapienter ab eo deſcribuntur. Cuius etiam odoris vi, atque virtute attractus Paulus Apoſtolus Deum inueſtigauit, quem per ea, quæ facta ſunt, intelligi poſſe ſic ſcripſit; *Inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur*: *Ad Ro. 1.* vbi per mundi creaturam intelligit hominem propter excellentiam, quam

inter

inter alias creaturas obtinet, vel propter conue nientiam, quæ homini cum omni creatura eſt. Nam reuera quidquid creaturarum cernitur, etiam minimus agri flos, aut vilior herba Deum prędicat ſui auctorem: Et licet parua ſit, & vno tantum conſtet folio, clarius tamen quam à Platone deſcripta plurima folia Deum eſſe teſtatur, quippe quantumuis abiecta, veſtigium tamen eſt creatoris, & manifeſtum ſummi artificis argumentum. Nihilominus non deficit, qui Deum eſſe negaret, vt ait Dauid: *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.* at licet inſipiens, tamen non omnino ſtultus. Videri fortaſse poteſt, quod non id palam protulerit, ſed animo conceptum retinuerit. Quoniam ſi tam impiam ſui pectoris publicaſſet cogitationem, non dubium erat, quin contra eum ratione, ac voce carentia ſaxa conſurgerent, & tanquam amotæ mentis prorſuſque inſanus ventorum flatibus exſibilaretur. Verum ſpeciali Dei prouidentia factum arbitror, inſipientem illum ſuam ſententiam non protuliſſe, vt certe inde argumento, (vt aiunt Dialectici ad hominem) facile illum cõuinceremus: nã cum ipſe ſecũ mente tenus dixerit: non eſt Deus; idq. iam euulgatum ſit per vniuerſum orbem, & nullus præter Deum cordium cogitationes penetrare valeat, euidens eſt Deum eſſe, qui id reuelauit. Hunc igitur Deum vnum, & non plures exiſtere humana mens conſequitur. Sed relictis rationibus, quę ſcholæ videntur aptiores, duas tantũ in medium adducam, quæ facile ab omnibus percipiantur. Primum, nemini eſt obſcurum ſi duo eſſent, & non vnus Deus, ſuam vtrique ac propriam fore voluntatem, vnde, vno creare Angelum, aut quiduis aliud facere volente, alter poſſet abnuere, ac reluctari, & qui ſui voti compos euaſiſſet, alterius depreſſa poteſtate ſolus haberetur omnipotens. At ſi obijcias, quod vnus vellet, alterum pariter, ac neceſſe voliturum, non vtique iam libere, ſed coactus ſecundus operabitur. Præterea Deorum iſta voluntas, aut eſſet concors, aut diſcors; ſi diſſideret, quomodo omnium rerum vigeret ordo, ac tam conſtanter, & ſapiẽter mundus gubernaretur, quod enim vnus faceret, alter vellet infectum, innumeraq. incommoda, & abſurda contingerent. Si autem duo illi Dij firma, & immutabili voluntate cohęrent, vel vnus potuit mundum creare, moderari, ac tueri, vel ab altero pendens, eius potentiã, ſeu voluntatem expectauit; quod ſi ſponte quidem ſua, ac ſolus per ſe ipſum, quæ diximus, valet exercere, ſocio non indiget, vnde ille alter omnino erit ſuperfluus, ac minime neceſſarius. At ſi non poteſt illa præſtare ſolus, non vtique Deus eſt, cum à ſe ipſo non habeat omnia creandi, & conſeruandi facultatem. His, alijſq. ſimilibus rationibus Pythagoras perſuaſus maluit Athenis exulare, quã multos eſſe Deos fateri, vt ſanctus Hieronymus teſtatus eſt. Auguſtinus de Ciuitate Dei eximium illum, ac memorabilem Philoſophum Socratem pro defendenda huius veritatis aff. ctione animam profudiſſe commemorat, quem etiam ſanctus Thomas (vel quicunque ille eſt, qui ſuper Boetium commẽtaria ſcripſit) proſam Boetij tertiam interpretans memorat iubente Anetho Athenienſium Iudice pro facienda huius veritatis fide poculum veneno plenum hauſiſſe innoxium atque ſuperſtitem. Hanc Dei vnitatem Cyprianus vt probet ingenioſe, & accurate in tractatu de Idolis ratiocinatur, cuius verba memoratu digna hic duximus deſcribẽda: *Vnus igitur Dominus eſt Deus, neque enim illa ſublimitas poteſt habere conſortem, cum ſola omnium teneat poteſtatem. ad diuinum imperium etiam de terris mutuemus exemplum Quando vnquam regni ſocietas, aut cum fide cœpit, aut ſine cruore deſijt? Sic Thebanorum germanitas rupta, & permanens rogis diſſidentibus etiam in morte diſcordia, & Romanos geminos vnum non capit regnum, quos vnum vteri cœpit hoſpitium. Pompeius, & Cæſar affines fuerunt, nec tamen neceſſitudinis fœdus in æmula poteſtate tenuerunt. nec hoc tu de homine mireris, cum tu hoc omnis natura conſentiat. Rex vnus eſt apibus, & Dux vnus in gregibus, & in armentis rector vnus, multo magis mũdi vnus eſt rector, qui vniuerſa quæcunque ſunt verbo iubet, ratione diſpenſat, virtute conſummat.* Hæc ille, cuius conſiderationi aliam adiungã, conſtabilientẽ, Dei vnitatem eadem ratione, qua cæca Gentilitas ad tantam deorum turbam adorandam ſuadebatur. Adeo namque hac in re delirauit antiquitas, vt teſte Euſebio de præparatione Euangelica, triginta Deorum millia in terris colerentur: vnde Blondus de Roma triumphante memorat, ſolere à militibus deferri capitibus impoſita animalium ſimulachra, quæ victoriam conſecuti pro Dijs venerabantur. Potiſſima ſic inſanientium ratio ad plures Deos colendos ea fuit, quod tot tantarumque rerum gubernationem, & conſeruationem ab vno Deo ſuſtineri non poſſe ſtultiſſime opinabantur, ideoque ſingulis Dijs ſingularum rerum adminiſtrationem curamq. tribuerunt. Hinc Ioui tonitrua, & fulgura, Cereri fruges, Baccho vina, Marti prælia, Mercurio eloquentia, Neptuno maria, Dianæ venatio, Æſculapio medicina, & alia alijs ſimiliter attribuebantur, quæ ſi noſſe lector fortaſſe cupiet, D. Auguſtinum de ciuitate Dei conſulat. Veruntamen cum Dei noſtri perfectio tanta ſit, vt omnia, quæ diximus, & quæuis infinita regere, ac tueri queat, nec ab earum aliqua vel ſimul ab vniuerſis, illius infinita potentia valeat impediri, nõ vtique Chriſtiana religio vanis illorum egebit numinibus, non Mercurio quidem, aut Apolline, cum Chriſtus verus Deus ſit Patris immenſa ſapientia, illamque pueris lac fugentibus præbeat, linguas infantium faciens diſertas; non Neptuno indigebit, qui aquis præſit, cum de noſtro Deo canat Propheta Dauid: *qui conturbat profundum maris*; non Æolo ventorum domino; ſiquidem, vt idem ait: *qui producit ventos de theſauris ſuis*, qui Ionæ tempore magnam excitauit tempeſtatem, & filijs Iſrael Aegyptum egredientibus, *diuiſit mare in diuiſiones aquarum*, & de Chriſto dictum legimus apud Matthæum; *Quis eſt iſte, quia maria, & venti obediunt ei?* nec opus erat Baccho falſo vini

deo

Pſalm. 13.
Hieron. ad Paulinum
Aug. lib. 8.
S. Thom. in Boetio li. 1.
Cypr. tract. quod Idola dij non ſunt.
Euſeb. lib. 9.
Blond. lib. 1
Aug. lib. 22 de Ciu. Dei
Sap. 10.
Pſal. 64.
Pſal. 134.
Ionas c. 1.
Pſal. 135.
Matth. c. 8.

d.co, cum Deus noſter aquam in vinum conuer-
Ioannis 2. tat, vt factum cernimus, dum nuptiæ in Cana
Galilææ celebrabantur; non Aeſculapio ad me-
Eccleſ. 38. dendum, cum Altiſsimus creauerit medicinam;
non Cerere frugum Dea, cum ille, quem colimus
Pſal. 77. nouerit mittere famem habentibus, Manna,
quod rerum omnium ſaporem continebat, &
quod mirabilius eſt; quotidie paſcit nos Pane
Ibidem. Angelorum; ſicut ſcriptum eſt: *Panem Angelo-
rum manducauit homo, &c.* Quid autem Diana
Venatrix nobis videri poterat neceſſaria, quan-
doquidem habemus Deum, qui mittit de cælo
aues ad eorum limina, qui carnibus indigebant?
Ibidem. legimus enim apud Dauid: *Et pluit ſuper nos ſicut
puluerem carnes, & ceciderunt in medio caſtrorum
circa tabernacula eorum.* Nō deinque mundo erat
Atlas neceſſarius, cuius humeris cælum ſuſti-
neri credebat antiquitas; ſiquidem tanta eſt Dei
noſtri poteſtas, vt tribus digitis, qui omnipoten
tiam eius, ſapientiam, & bonitatem ſignificant,
Iſaiæ 40. vniuerſa terra libretur. ſcriptum enim eſt: *Qui
tribus digitis appendit molem terræ.* Ne tamen
tanti momenti veritas ſola humanæ mentis ra-
tiocinatione conſtaret, eam Deus nobis per ſa-
cram Scripturam reuelare voluit: *Videte, inquit,
Deut. 32. quod ego ſim ſolus, & non eſt alius Deus præter me;*
Ioannis 10. & Chriſtus Apoſtolis dixit: *Ego, & Pater vnum
ſumus;* vnum dixit teſte Ambroſio, ne fiat diſcre
tio poteſtatis naturæ. Hinc valet humana ratio
prouehi, nec pergit vlterius; quippe licet Deum
vnum eſſe, cognoſcere poſſit, non tamen viribus
ſuis eundem in perſonis trinum, & in eſſentia
pariter vnum conſequitur. Vnde opus nobis om
nino eſt, aliud poſt hac ſequi certius ſidus, hoc
eſt catholicam fidem, vt illius ſecuro ductu ad
optatum tā profundi myſterij portū enauiga-
tis difficultatum fluctibus feliciter appellamus.
Nam vt optime cenſuit Dionyſius Areopagita,
Dionyſ. li. 1 de diuinis nominibus: *Nulla ratione præſumen-
dum eſt, de ſuperſubſtantiali ſecretiſsimaque Dei-
tate, aut dicere, aut cogitare præter illa, quæ ſacra
eloquia tradiderunt.* Quamobrem Dionyſij con-
ſilio aſſentiens, aliqua ſacræ Scripturæ loca ab
Spiritu ſancto dictata proponam, quibus hæc
veritas comprobetur. Primum omnium à libro
Moyſis accipiamus, qui ſuam de rerum creatio-
ne, vt bene inciperet hiſtoriam, quam ego in
huius operis confectione imitari volui, ab al-
Geneſ. c. 1. tiſſimo Trinitatis myſterio ſic fuit exorſus: *In
principio creauit Deus cælum, & terram,* & paulo
poſt ait: *Spiritus* Domini *ferebatur ſuper aquas,* vbi
Tertull. per nomen, Deus, iuxta Tertulliani ſententiam
D. Hieron. (vt refert Hieronymus) & iuxta Origenis Am-
Origen. *D. Ambr.* broſij, & Hilarij expoſitionem, Moyſes Patrem
D. Hilarius ſignificat: dicenſque *In principio,* declarat Filiū,
Ioan. cap. 8. qui ſibi hoc nomen indidit, *Ego principium, qui
& loquor vobis.* Et ad omnem dubitationis ſcru-
pulum tollendum, vbi vulgata interpretatio ver
tit: *In principio,* Chaldaice legitur: *in Filio;* cum
vero dixit Moyſes: *Spiritus Domini ferebatur ſu-
per aquas,* tertiam perſonam Spiritum ſanctum
expreſſit. Sed ne quiſpiam dicere audeat, per hūc
Spiritum, qui ſuper aquas ferebatur, aerem eſſe
intelligendum, quem Deus ſuper aquas creauit,
vt videtur indicare Chaldaica lectio his verbis:
Spiritus Domini inſufflabat ſuper faciem aquarum:
ſanctus Hieronymus in libro de quæſtionibus *D. Hieron.*
Hebraicis aduertit in Hebræo ſic legi: *Spiritus
Domini incubabat ſuper aquas,* hoc eſt, fouebat
res omnes, & vitæ ſpiritum communicabat, de-
ſumpta ab auibus metaphora ſuper oua cuban-
tibus, vt illa ſuo calore viuificent, & pullos ex-
cludant. Iuxta hanc diui Hieronymi lectionem,
& expoſitionem legunt quidam Chaldæi Docto
res: *Spiritus miſericordiarū ferebatur ſuper aquas,*
quæ interpretatio ſatis aperte docet, Moyſem
de Spiritu ſancto loqui; nemo enim aerem vocat
Spiritum miſericordiarum. Nec ab hac expoſi-
tione diſſentit alia Hebræorum lectio: *Spiritus
Domini volitabat ſuper aquas,* ille namque vola-
tus opis erat, atque protectionis; vt annotauit
Lyra, allegans Deuteronomij locum, cap. 32. *Nicolaus de Lyra in lib. differentiarum.*
vbi cum de protectione auxilioque diuino ſer-
mo haberetur, legitur; *Et ſuper eos volitans ex
pandit alas ſuas* Hinc Ambroſius hunc Geneſeos *Deut. 32.*
locum explicans ait: *Et ſi alij pro aere, alij pro ſpi- *Ambroſ. ſuper cap. Geneſ.*
ritu quem ſpiramus accipiunt, nos Spiritum ſanctum
accipimus, vt conſtitutione mundi operatio Trinita-
tis eluceat.* Rex, & Propheta Dauid notitiam *Pſal. 32.*
vnitatis Dei, & Trinitatis perſonarum, quā om-
nes in Deo cōfitemur, varijs in locis inſinuauit,
præſertim illo verſiculo: *Verbo Domini cæli fir- *Ibidem.*
mati ſunt, & Spiritus oris eius omnis virtus eorum.*
Per *Dominum* expreſſit Patrem, per *Verbum* de-
clarauit Filium, & per *Spiritum oris eius,* innuit
Spiritum ſanctum; ita enim magnus ille pater
Gregorius in die Pentecoſtes explicat; Verbum *Gregor. homil. 3.*
Domini Filius eſt Patris, ſed vt tota ſancta Tri-
nitas oſtēdatur operata, repente de Spiritus ſan
cti diuinitate adiungitur: *& Spiritus oris eius
omnis virtus eorū.* Idē alio in Pſalmo ita decla *Pſal. 66.*
ratur: *Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat
nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ;* vbi ad
ſignificandum trium perſonarum numerum, di-
xit ter, Deus, & ſecundo loco dum ait, Deus, ſub-
iungit, Noſter, quoniam ſecunda Trinitatis per-
ſona, quæ eſt Filius, noſtram accepit naturam: ad
exprimendam vero eſſentialem vnitatem, quæ
tribus perſonis eſt communis, ſingulariter po-
ſuit, Eum. Ioannes Euāgeliſta in Apocalypſi in-
quit: *Ab oriente portæ tres, &c.* Vbi cum oriens ſit *Ioan. c. 21.*
vnus, tres habere portas dicitur, quod egregie
tribus cōuenit perſonis: per illas enim quæcūq;
creata ſunt, ex non eſſe ad eſſe, quod habēt, egreſ
ſa ſunt. Et quēadmodum per portas ingredimur
vrbem, ſic per tres Diuinitatis portas in cæle-
ſtem illam Hieruſalē prædeſtinati conſcēdunt.
Has Dauid portas ſapientiæ, & ſcientiæ Dei ſi-
bi aperiri poſtulabat: *Aperite mihi portas iuſti- *Pſal. 117.*
tiæ, hæc porta Domini, Iuſti intrabunt per eam:* vbi
primo loco dicens, *Portas,* addit poſtea ſingula-
riter: *Hæc porta Domini,* ad indicādum in Deo cū
Trinitate perſonarum conſubſtantialem eſſe di-
uinitatis vnitatem. Apoſtolus Paulus inter alia *Paul. ad Roma. cap. 11.*
huius altiſſimi inſcrutabiliſque myſterij teſtimo
nia illud protulit memorabile ad Romanos; Ex

ipſo

ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: illud ex *ip-
ſo* Patrem ſignificat, a quo tanquam origine, ac
ſummo perſonarum principio, reliquæ diuinæ
perſonæ dimanant: *Per ipſum*, declaratur Filius
Patris ſapiẽtia, per quẽ fecit & ſęcula; & per quẽ
tanquã exemplar omnia condidit. *In ipſo*, Pau-
lus dũ ait, Spiritus ſancti perſonam oſtendit, nã
in Spiritu ſancto, tanquã in prima cauſa eſt, quid
quid bonitatis in rebus inuenitur: ipſe nanq. abyſ
ſus eſt, ac pelagus vniuerſæ bonitatis immẽſum,
cui ſit honor, et gloria in ſæcula ſæculorũ. Amen.

Homilia Vndecima.

Proponuntur præcipua rationes, quas ad Trinitatis myſteriũ intelligẽdũ fide prælucẽte Catholica, mens humana conſequitur.

DVM non longe à terræ conſpectu
per media maris litora nauiga-
tur, non tanto naufragij timore
nauta concutitur; at poſtquam al-
tum premere, & tumẽtibus maris
fluctibus ſe credere nauis incepit, nec iam terra
Virg. lib. 1. Aeneid. proſpicitur, ſed vt Poeta dixit; *Maria vndique, &
vndique cælum*: niſi gubernator nauis clauo vigi
lanter aſſideat, neceſſe eſt vt ſyrtibus infeliciter
vel hæreat, vel ſcopulis alliſa frãgatur. Non ali-
ter in multis noſtræ fidei ſacramentis, atq. in ip
ſis etiã ad humanę ſalutis auctorẽ Chriſtũ perti
nẽtibus myſterijs mihi videtur accidere; nã licet
plurimis in eis cognoſcẽdis premamur difficul-
tatibus, non tñ illorũ eſt tã perículoſa tractatio,
quoniã ad terræ conſpectũ, & quaſi in litore hu-
manitatis Chriſti vagamur. Sed poſtquã immẽſę
ac ſempiternæ Trinitatis oceanũ tranare incipi-
mus, omnia apparent noua, & inſolita, nihil non
diuinũ, & ineffabile, vnde opus prorſus eſt, ſi dif-
ficultatũ ingentes fluctus ſuperare mens noſtra
velit, vt non ſolum ſuis nitatur viribus, quæ an-
guſtæ, & imbecilles ſunt, ſed prudentem imitata
nauclerum tutum fidei gubernaculum tenens
curſum dirigat cognitionis. Narrat Euſebius
Euseb. lib. 3. de præpar. Euang. Cęſariẽſis de præparatione Euãgelica, ab Aegy-
ptijs, qui ſignis, & ſimulachris diuina mõſtrabãt,
vt deum repręſentarent, pingi fuiſſe ſolitum vi-
rum aſpectu grauẽ, veſtibus indutũ cæruleis, vna
manu circulum, altera ſceptrum aureum, & capi
te alas gerentem. Color cæruleus zelum, vt viri-
dis ſpem, & niger mœrorẽ, ſignificat: zelum autẽ
in Deo eſſe, optime Moyſes nouerat, qui dixit:
Exod. 4. *zelotes nomen eſt illi*. zona, ſiue circulus ſignifica
bat Deũ omnia cõplecti, & vbique eſſe præſẽtẽ.
Sceptrũ vero, omniũ eſſe Deũ, & iudicem, ius im
perandi, & puniendi habentẽ, & quod in naui gu
bernator, in choro pręcẽtor, in vrbe Magiſtratus,
in Regno Rex, id in mundo Deum exiſtere præ-
notabat; capiti eius impoſitæ alæ, naturam Dei
infinitã, & incomprehenſam, tanquam inacceſſo
habitare loco monſtrabant, vt illuc peruenire
mens humana non valeret. Sed licet ratio natu-
ralis, vt Aegyptiorum imago innuebat, aliquid
coniectet de Deo, id tantum per veſtigia creatu-
rarum conſequitur, Deum ſcilicet quatenus
vnum, non quatenus Trinum intelligens. Trini-
tatis enim cognitio noſtrę mentis limites, & fa-
cultatem tranſgreditur. vnde vere dixit Iob: *Ecce* Iob 36.
Deus magnus vincens ſcientiam noſtram. Ad quod
probandum plures alias rationes, quas late
Theologorum ſchola proſequitur, nũc miſſas fa
ciens, eam tantum adducam rationem, quæ à
rerum petitur creatione. Nam ſi dum vitam agi
mus mortalem cognoſcere Deum ſicuti eſt, ſine
medio, & clare non poſſumus, reliquum erit, vt
inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt intellecta con- Ad Rom. 1.
ſpiciamus, ab effectibus ipſis ad omnium princi-
pem cauſam aſcendentes. Hinc eſt, quod quemad
modum, ſi quis pulchram intueatur imaginem,
facile colligit pictoris in arte præſtantiam, non
tamen naturæ, vel patriæ, aut ſtaturæ conditio-
nem, quippe id imago præſe non fert: ita relatio
creaturarũ ad Deum, non Trinitatem perſona-
rum, ſed naturæ diuinæ vnitatem inſinuat. Non
enim ratio, & virtus operandi ſunt diuinæ re-
lationes, prout ab eſſentia diſtinguuntur: ſed ip-
ſa diuina natura, quæ omnibus communis exi-
ſtens ſimpliciſſima eſt. Nam ſi creaturarũ ille ad
Deum reſpectus, quatenus vnus eſt, Trinitatem
etiã perſonarũ indicaret, proculdubio Angelus,
qui rerũ creatarum in Deũ relationes intelligit,
illã quoque cognoſceret, & conſequenter ſolo na
turæ lumine Trinitatis arcanũ penetraret, quod
nullo modo fieri poſſe, fide catholica docemur.

Et ſi tamen verum ſit, ſummo Trinitatis ſa-
cramento intelligendo imparem eſſe vniuerſæ
naturæ facultatem, vtar nihilominus aliquot ra-
tionibus, quas mens hominis conſequitur, non vt
illud euidenter quod ineffabile eſt, oſtendere
præſumam, ſed vt facilius atque expeditius va-
leat ſibi euincere difficultates. Prima ratio eſt,
quam noſtræ religionis ignari Philoſophi non
negarunt, Deum videlicet eſſe ſubſtantiam tam
excellentem, atque perfectam, vt ſe ipſo vniuer-
ſas creaturarum perfectiones contineat multo
pręſtantius, & perfectius, quam in ipſis reperian
tur. Cum ergo ſimilem generare maxima ſit
agentium naturalium perfectio, conſequens eſt
Deum ſe ipſum poſſe cõmunicare, ac ſibi æqua-
lem, & ſimilem generare perſonam, vnde valde
conſonum rationi eſt, credere generandi virtu-
tem in Deo eſſe perfectiſſimam, illis imperfe-
ctionibus, quæ in creaturis ſunt, omnino caren-
tem. Quę ratio ita vera, & vehemens eſt, vt ad
myſterium de quo loquimur, hominibus perſua
dendum Deus illam propoſuerit apud Iſaiam:
Ego, qui generationem cęteris tribuo, ſterilis ero? Isaia vlt.
ait Dominus Deus tuus. Hoc ita conſtituto, vlte-
rius pergamus, perſonam Trinitatis tertiam in-
quirentes; nam ſi amor inter generantem, & ge-
nitum naturaliter producitur, cum in Deo Pater
ſit, & Filius, neceſſario etiã erit inter eos amor,
tertia Trinitatis perſona, quam fides catholica
profitetur. Huic rationi alia poterit adiũgi, quæ
conſtat naturæ lumine: prius tamen duo nobis
tanquam indubitata ſunt admittenda; primum,
in Deo nõ eſſe accidẽs, ſed quidquid ibi eſt, ſub-
ſtan-

ſtantiam eſſe,ſimpliciſſimamq; naturã,quæ nul-
lam phyſicam,ſiue metaphyſicam, materiæ, vel
formæ actus,ſiue potentiæ,generis denique, vel
differentiæ nouit compoſitionem.Secundum ad
creaturas pertinet,ex quibus illæ, quæ rationis
ſunt participes, quando actu quidpiam intelli-
gunt, imaginem rei intellectæ mente cõcipiunt,
quã Theologi verbum mentis nuncupauerunt.
Hæc ita vera doctrina eſt,vt nemo ſit,qui dũ ali
quid intelligit,veriſſimam non experiatur;nam
qui amici abſentis recordatur, mẽte ſua format
imaginem, qua vultum eius, & ſtaturam me-
ditatur,& cognoſcit. Hoc ita ſuppoſito certum
etiam,atque omni carens controuerſia eſt, à ſe-
ipſo Deum,& omnes creaturas intelligi. Nã ſi,
vt ait D.Thomas,cũ primum Angelus fuit crea-
tus,habuit ſui cognitionẽ, multo quidem verius
S.Th.1.par. 15. id in Deo fatebimur.Deus igitur ſe ipſum cogno
ſcens perfectiſſimam ſui ipſius formauit imagi-
nem,quæ nihil aliud eſt, quam Verbum æternũ,
de quo ſcriptum eſt : *Eructauit cor meum verbum*
Pſal.44. *bonum*,quod in Deo cum non poſſit eſſe accidẽs,
neceſſario ſubſtantia eſt. Cuius eximiã pulchri-
tudinem Pater intuitus, & illius parem ſibi in
natura dignitatem contemplatus, non potuit
nõ infinito amore diligere:Deus enim res amat
iuxta menſuram dignitatis quam habent, ob
idque videns verbum ſuum infinite bonum, &
infinite pulchrum, illud infinito eſt amore
complexus. Quem mutuũ, & reciprocum inter
Patrem,& Filium amorem, qui eſt Spiritus ſan-
ctus,Trinitatis tertia perſona, S. Thomas *Nexũ
Patris,& Filij* vocauit.Nec minus fidẽ tanti ſa-
cramenti iuuabit ratio,quã modo ſubijcio. Nã
ſi Deus,vt ab ipſis quoque noſtræ religionis igna
ris philoſophis aſſeritur,ſumme bonus eſt,neceſ
ſario erit ſumme communicabilis,& conſequen-
ter ab æterno ſe alteri communicauit.Quoniam
Aug. lib.3. cap.7. vt bene argumentatur Auguſtinus contra Maxi
Ambroſ.lib. 3.cap.8. minum,& Ambroſius de Fide catholica:Si Deus
ſuam alteri non communicauit naturam, id ita
fecit,vel quia non potuit, vel quia noluit:ſi non
potuit,imbecillis & impotens:ſi noluit, inuidus,
& auarus erit iudicandus; id vero cum impium
ſit dicere, nec fieri aliquo modo poſſit,conſtan-
ter aſſerendum eſt, Deum alicui ſe ipſum cõmu-
nicaſſe,quæ communicatio, cũ non fuerit exter-
na,quæ communiter dicitur ad extra(nam quod
eſt creatum, habuit in tẽpore principium;quip-
Geneſ.1. pe,vt legimus in Geneſi:*In principio creauit Deus
cælum,& terram*) reliquum eſt, vt dicamus fuiſſe
ad intra,vt Theologi loquuntur,hoc eſt, intrin-
ſecam diuinæ naturæ,ac ſibi conſubſtantialem
communicationem.Præterea ſi vt Boetius dixit:
Boetius. *Nullius rei ſine conſortio iucunda poſſeſſio eſt*,ſoli-
tarium eſſe non cõueniebat Deo,qui primo om-
nium Parenti,vt lætus viueret, Euam ſociã præ-
Geneſ.2. buit.dicens:*Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*,fa-
ciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Quare profi-
teri debemus,Deum habere ſocietatem alterius
perſonæ ſibi ſimilis,& conſubſtantialis;nõ enim
ſolus eſt,vt dixit Chriſtus apud Ioannem : *Solus
Ioan.cap.8. non ſum ſed ego & qui miſit me Pater*. Duas autẽ
non eſſe,ſed tres in Deo perſonas, ab incepta

conſiderationis via non deflectens ſuadebo. Nã
quemadmodum ex eo quod Deus ſumme bonus
eſt,duas in illo perſonas inferimus, quarum vna
ſit,quæ ſe communicauerit, altera cui commu-
nicatur, ita pariter Deus cum ſumme perfectus
exiſtat,tres argumẽtor habere perſonas. Amor
enim perfectus ab imperfecto præter alia in hoc
differt,quod imperfectus non patitur conſortiũ
(vt his,qui profano ſtudent amori, paſſim cer-
nimus accidere) perfectus autem amor, & ſan-
ctus, qualis erat, quo Apoſtolus Paulus Deum
amabat,ſocios admittit,imò & quærit expetitq;
vt plures Deo amatores accreſcat,illumque co-
lant,& venerentur Cum igitur amor,qui in Deo
eſt,perfectiſſimus ſit,inde fit,vt amor,quo vna
perſona diuina alteram diligit, tertiã admittat,
quæ Patrẽ cum Filio æquali amore diligat.Tan
dem quamuis in naturæ rebus nulla cernantur
veſtigia,quibus Trinitatis myſterium euidenter
intelligi valeat;in nonnullis tamen ſi attente cõ
ſideremus,neſcio,quæ huius diuinæ imaginis ſi-
militudo ſublucet.Nã ſi ab Angelis libeat exor-
diri,inueniemus in eis (vt Dionyſius de Eccle- Dionyſ.c.3.
ſiaſtica Hierarchia ſcripſit)eſſentiam, potentiã,
& operationem, quæ in vno eodẽque ſuppoſito
tria,& diſtincta inter ſe ſunt.Angelorum Hierar
chici ordines tres quoque numerantur,& illorũ
ſinguli tres habent choros,eodemque teſte Dio-
nyſio, totidẽ eorum ſunt operationes,videlicet,
illuminare,purgare,& perficere. Poteſtates, &
dominationes,Patris poteſtatem,Cherubim ſa-
pientiam Filij, Seraphim amorem Spiritus ſan-
cti ſignificant. Cælorum orbes tres etiam ſunt;
empyreus,cryſtallinus,& ſtellifer;motuũq; tres
ſunt differentiæ: nam empyreum cælum nec mo
uet,nec mouetur, & orbis, qui primum mobile
dicitur, mouet mouetúrque, reliqui autẽ orbes
mouentur non mouent. Tria ſunt genera pla-
netarum;nã qui dominatur, vel eſt directus,vel
retrogradus,vel ſtationarius,ſic dictus,quod nõ
moueatur,ac propterea Patrem ſignificat æter-
num,qui numquam fuit miſſus:non enim perſo-
na mittitur,niſi à qua procedat. Planeta retro-
gradus Filium notat, nam ſicut olim ſol decem
retro lineas ceſſit, ſic Filius Dei ad lineã vſque Iſai.38.
decimã gradum ſuæ celſitudinis inclinauit, na-
turam induens humanam, quæ poſt choros no-
uẽ Angelorum decima eſt,& imperfectior. Pla-
neta directus Spiritũ ſanctum declarat, qui ſuis
illuſtrationibus, & afflatibus in beatitudinem
dirigit,vt dixit Dauid: *Spiritus tuus deducet me* Pſal.142.
in terram rectam.Quod ſi ſubſtantias à Deo crea
tas intueri velimus, in tria genera diuiduntur:
nam,vel ſolo ſpiritu, vt Angeli; vel corpore,vt
cæli,& elementa; vel ſpiritu ſimul & corpore,vt
homines componuntur.Quæ corporea ſunt,in
tres partes ſimiliter partiri poſſumus,in cælos,
elementa, & miſta, & orbes terrarum totidem
partes ſunt, Aſia, Africa, & Europa:linguarũ tria
genera,Hebræa,Græca, & Latina,vnde reliquæ
ſuam habuerunt originem.Lex triplex eſt,natu-
ralis,ſcripta, & Euangelica; tria generationis
principia,Materia,forma,& priuatio;dimenſio
corporis triplex,longitudo,latitudo, & profun-
ditas;

DE INEFFABILI INCARNATIONIS VERBI DIVINI ARCANO.

LIBER SECVNDVS.

Homilia Prima.

Quam difficilis ſit tam abſconditi myſterij tractatio & explicatio.

MAGNARVM eſt ea natura rerum, vt quo diligentius & attẽtius illas cõtemplamur, eo vehementius ſuã oſtentent magnitudinem, & efferãt ſublimitatẽ. Vnde maiores noſtri, & Eccleſiæ doctores, qoi io huius meditatione myſterij frequentes plurimum, ac diligentes fuerunt, excellentiã illius, & tractationis difficultatem præſeferre, & admirari non deſinunt. Hinc Dionyſius Areopagita Incarnationẽ diuini Verbi non ſolum hominibus ignotam, ſed ipſis quoque ſupremis ſpiritibus occultam, & omni intelligẽtia maiorem teſtatur his verbis: *Ieſu in carne apparitio ineffabilis eſt ſermone, et omni ignota intelligentiæ, ipſi quoque antiquiſsimorum Angelorum non ſatis perſpecta.* D. Hieronymus in Sermone de Aſſomptione non minus eleganter quã docte vniuerſam naturam ad tanti myſterij altitudinem & maieſtatem obſtupeſcere inquit: *Quod natura non habet, vſus neſciuit, ignorat ratio, mens non capit humana, pauet cælum, ſtupet terra, creatura etiam cæleſtis miratur, hoc totũ eſt, quod per Gabrielem Mariæ promittitur, & per Spiritum ſanctum adimpletur.* S. Ambroſius de Fide ad Gratianum, non modo concipi mente, ſed nec verbis exprimi humanis, vel angelicis poſſe tam occultum myſterium ita fatetur: *Mihi quidem impoſſibile eſt generationis ſcire ſecretum: mens deficit, vox ſilet, non mea tantum, ſed & Angelorum* S. Iuſtinus de Trinitate loquens: *Non pudebit* (inquit) *me fateri huius unitionis ignorantiam habere, immo gloriabor potius quod credam arcana, quæ nec ratio, nec mens valet percipere.* Cui cõſonant verba diſertiſſimi Leonis Romani Põtificis, dum Sermone de Paſſione Domini ita proſequitur: *Gaudendum nobis potius, quam erubeſcendum quod tanta ſuperamur materiæ dignitate.* Lacteus ille Bernardus huius admiratus myſterij dignitatẽ, & profunditatem, inquit: *Abyſſus imperſcrutabilis eſt, & in quo hauriam non eſt mihi; alta profunditas* (ait Salomon) *quis inueniet eam?* & alibi; fieri nequaquam poſſe, vt noſter intellectus exacte, ac plene magnitudinem ſummamque ſublimitatẽ incarnati Verbi concipiat, in hunc modum edíſſerit: *Nemo hominum nouit, nec noſcere ad plenum poteſt, quid boni ad gratiam, quid congruentiæ ad ſapientiam, quid decoris ad gloriam, quid commodi ad ſalutem penes ſe ipſam contineat huius venerandi myſterij inſcrutabilis altitudo.* Cyrillus Alexãdrinus ſilentio magis Incarnationis ſecretũ, & ænigma adorandum, quam illis verbis declarandum eſſe dicit: *Aenigma ſacratiſſimum, quod ſumma potius veneratione ſuſcipiendum eſt, quam humanæ iudicij trutinæ ſubijciendum.* Nam etſi vere difficillimum eſt ſanctiſſimæ Trinitatis arcanum, aliquid tamẽ in illo, vnitatem nempe diuinæ naturæ ratio naturalis aſſequitur; Incarnationis autẽ myſteriũ præterquam humanæ mentis captum infinito ſuperat interuallo, aliquod illius in rebus creatis veſtigium non cernitur, cuius indicio in tam inueſtigabilis arcani notitiam deducamur. Vas electionis ad Romanos ſcribens: *Verbum* (ait) *abbreuiatum fecit Deus ſuper terram;* quo loquendi genere mihi videtur Apoſtolus præſentis myſterij declaraſſe difficultatem. Nam etſi abbreuiationis, ſeu notæ ſingulos characteres optime noueris, ni pariter occultam illorum vim & ſignificationem intelligas, vana multa cõcipies, & in ſententias à compendij ſcopo prorſus alienas ſeraris neceſſe eſt. Propter hanc igitur tam difficilem huius arcani notitiam, vt ipſe non ſemel animaduerti, Euangeliſta Ioãnes, qui tam grauiter & diſerte de natura diuina, & perſonarũ diſtinctione locutus fuerat, cũ ad diuini Verbi acceſſit explicationem, non eloqui vt antea, ſed repẽte obmuteſcere videtur, quippe vniuerſam Incarnationis hiſtoriam non longa verborum ſerie, non diſerto ſermone, ſed trium tantum verborũ breuitate concluſit, dicens: *Et Verbum caro factũ eſt.* Sententiarũ Magiſter iuxta Auguſtini explicationem illa Ioannis Verba declarans, quibus ſe prædicauerat indignum, vt corrigiam calceamenti Ieſu ſolueret, intelligẽda de vnione hypoſtatica cẽſet; ibi enim mirabili modo, & inexplicabili coniunctionis vinculo natura humana cũ diuini Verbi ſuppoſito copulata fuit. Ad cuius inueſtigationem & declarationem Ioannes, licet ab Vtero ſanctificatus, ſe nec dignum, nec idoneum eſſe profitetur. Nec abſonum eſt, ſi credamus, ad hanc tam excelſi arcani ſignificandam obſcuritatem, ipſum lucis auctorem voluiſſe nocturno tempore naſci, vt inde conijcere poſſemus, non ad noſtræ rationis lumen, ſed ad fidei ſpeculum & lucem ſubluſtrẽ, tantũ eſſe

Margin notes: Diony. c. 2. de diuinis nominibus. — Hieronym. tom. 4. — Ambr. lib. 1 de fide ad Grat. c. 3. — Iuſtinus lib. de confeſſ. Trinitatis. — Leo Papa in Sermone de Paſſione Domini. — Bernardus Serm. 2 huius myſterij. — Eccleſiaſt. cap. 27. — Bernardus Epiſt. 109. — Cyrillus ad Reginas. — Paulus epiſtola ad Romanos c. 9. — Ioannes c. 1. — Ibidem. Petrus Lombardus lib. 3 diſt. 2.

credendum & adorandum ſacramentũ. Nec ſolum in Ioanne banc incarnati Verbi arduam intelligentiam contemplatus ſum,ſed in ipſo quoque Theologorum principe,ac duce Paulo miratus,qui peculiari Dei munere ſibi dicit fuiſſe cõceſſum,vt Incarnationis myſterium à ſeculis abſconditum, in quo cæleſtiũ bonorum omnis theſaurus eſt, gentibus prædicaret. Ait enim: *Mihi omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſcõditi à ſeculis.* Sed mirabilius eſt quod addit, Angelis id non fuiſſe notum,donec prædicatione ſua principibus cœli & poteſtatibus innotuit; *Vt innoteſcat*, inquit, *principibus & poteſtatibus cæleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei.* Quod licet de innoteſcentia quoad circumſtantias Incarnationis nonnulli Doctores explicent, plerique tamen Patres id interpretãtur de innoteſcentia,quo ad ſubſtantiam. Ita D. Chryſ. prolog. in Ioannem, & ſuper Epiſtolã ad Epheſ. cap. 3. D. Hieron. lib. 2. in Epiſtolam ad Epheſ. Orig. homil. in Luc. 23. Theodoretus in immutabili. quos ad id refert & ſequitur Sixtus Senen. lib. 6. annot. 165. & eſt communis apud Patres Græcos,& Magiſter ſententiarum diſt. 2. Beatus Angelus in expoſitione Symboli, lib. 8. c. 15. idẽ etiam docent multi alij Patres ſuper illud Eſaiæ cap. 63. *Quis eſt iſte qui venit de Edom?* & illud Pſal. 23. *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Hi ſunt Dionyſius cap. 7. Cæleſtis Hierar. Iuſtinus martyr in triplicata pag. 77. Ambroſ. lib. 1. de inſtit. Virginum cap. 5. & lib. 4 de fide ad Gratianum,& lib. de his,qui initiantur. Hieron. ſuper Ezech. 3. vbi etiam Sedulius & Aymon. Orig. Matth. 15: in illa verba: *Cum intraſſet Ieſus Hieroſolymam.* D. Bernar. Epiſtola 77. Alexander Alenſis 2. par. q. 26. memb. 1. Sixtus Senenſis, lib. 6. annot. 299. Quæ omnia perſpicua ſunt argumẽta caliginis, qua vndique obtegitur hoc arcanum, ſiquidem non modo mortales,ſed immortales illi & ſapiẽtiſſimi ſpiritus hanc Dei multiformem ſapientiam,donec per Eccleſiam,Paulo prædicante patuit,non aſſequebantur. Illa vero notitia non labore ab Apoſtolo comparata, non ſtudio quæſita,ſed gratiæ munere infuſa, & Chriſti largitate inuenta, & vt ille loquitur, per reuelationem Ieſu Chriſti fuit. Huc reſpicit quod apud Hieremiam legimus, cui Dominus hoc myſterium aperiens,nullo id nomine expreſſit, ſed tantum dixit: *Hæc dicit Dominus qui facturus eſt, & formaturus illud.* Cur quæſo Domine rei quam facturus es nomen non explicas? numquid ſi nomine caret illud, qui omnia noſti,non potes imponere? Nam ſi vt ſcriptum eſt: *Omne quod vocauit Adam ipſum eſt nomen eius*, multo ſapientius ac diuinius per te,qui ſumma ſapientia es, quidquid facere intendas,proprio nomine vocabitur. At certe eo ſpectabat diuini conſilij ratio,vt ſacramentum Incarnationis ſicut incomprehenſibile ita etiam ineffabile monſtraretur, & ideo nullo nomine illud explicat.

Paul. Epiſt. ad Epheſ. 3.

Hierem. c. 33

Geneſi. 2.

Ad hæc,tametſi omnia Fidei catholicę arcana humano ingenio ſint occulta, quorundam tamẽ conſequitur poſſibilitatem. Nam arcanũ quidẽ Fidei eſt,accidentia panis & vini in ſacramento Euchariſtiæ carere ſubiecto, cuius tamen poſſibilitatem antiqui Philoſophi non negarent,cum fuerint nonnulli, qui ſeparatas dimenſiones admiſerint. Obſcurum eſt reſurrectionis myſteriũ, quo iam defuncta corpora vitam recuperatura docemur; id tamen fieri poſſe, lumine naturæ cognoſcimus. Nã ſi Deus ex nihilo facere aliquid poteſt,quod in animæ creatione præſtat,facilius poterit extinctum hominem materia prima, & anima præexiſtente ad ſpiritum & vitam reuocare. At ſacratiſsimum Incarnationis arcanum ita latet, vt vniuerſa naturæ facultas quomodo id fieri poſſit, intelligere nequeat, vnde faciliorẽ eſſe Dei cognitionem,quam huius ineffabilis ſacramenti notitiam dicere non immerito poſſemus. Multa enim vera quæ ad Dei ſpectant naturam,cum hominis ratio coniectet, teſte Paulo: *Inuiſibilia Dei à creatura mundi intellecta conſpiciuntur*, illa tamen veſtigia in hoc aſſumptæ humanitatis arcano ita deficiunt, vt nulla ſint in rerum vniuerſitate argumenta, nullæ imagines, nulla indicia, quibus ad pertingendum tantum myſterium noſtra cognitio valeat conuinci. Nã res creatæ,quæ ſuum teſtantur auctorem,vt de cælis dixit Dauid: *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciant firmamentum*, in huius agnitione myſterij nõ modo balbutiunt, ſed obmuteſcunt; immo quædã magis nos ab illius cognitione abducere, quam ad illam dirigere videntur. Nam quot ſunt naturæ integræ ſubſtãtiales, tot illis reſpondere hypoſtaſes lumen naturale dictat, ſupernaturale autem Fidei vnicam verbi diuini hypoſtaſim, naturam duplicem ſuppoſitare nos edocet: illud ergo magis abducit quam dirigit. Experimento docemur periculoſius eſſe oceani freta peruadere quam eiuſdem tranare ſinus altiſſimos; ibi enim naufragium non ita frequens, & rarior tempeſtas exoritur; aſt cum Syrtes aut maris anguſtias ingredimur, tũc maris æſtus certior, Scylla & Charybdis periculoſior, & colliſi fluctus, cõpreſſiq; in breuia vndarum vortices non ſolum metum, ſed mortẽ intentant. Nõ aliter in hac abbreuiati verbi cognitione noſtro accidit intellectui: ille namque dum per medium diuinitatis oceanum vela pãdit, ſecurus procellæ, lumine naturæ ductus non pauca cognoſcit; at ſi diuinitatis eandem immẽſitatem, & pelagus infinitum intra aluum Virginis verbum incluſum, & vt dixit Paulus: *Abbreuiatũ* cognoſcere tentet, diſcrimen illic certũ, error periculoſus, & miſerabile mẽtis noſtræ naufragium adeſt, niſi fidei anchora firmet animum fluctuantẽ. Hæc propter expeditũ magis & facilius arbitror Trinitatis myſteriũ, quã Incarnationis arcanũ poſſe mortalibus ſuaderi: illud .n. Dei naturæ conueniens, & neceſſarium eſt, verbi autem Incarnatio libera, & contingens habetur. Cognitio vero noſtra, teſte Ariſtotele, rebus neceſſarijs magis quam cõtingentibus acquieſcit, cum de contingentibus ſcientia haberi non poſſit,

Paul. ad Rom. 1.

Pſal. 18.

Paulus ad Rom. 9.

Ariſt. 1 poſter.

Digitized by Google

fit, præſertim ſi ab alterius voluntate depēdeāt.
Præterea nullus de Deo niſi magna omnia, &
mirabilia concipit, vnde quidquid de Trinitatis
myſterio dicatur quātumuis excelſum, quantū-
uis admirabilr, & infinitum, Dei naturæ conue-
nire facile ſuadetur: at Deum fieri hominem nō
ita facile mens capit humana: id enim tantam
videtur ſignificare miſeriam, vt merito Ariſto-
Ariſt. teles hominem deſcribens dixerit: *Homo eſt imbe-
cillitatis exemplum, temporis ſpoliū, fortunæ luſus,
inconſtantiæ imago, miſeriæ & calamitatis trutina,
reliquum vero pitnita & bilis*. Hæc igitur, & alia
nequaquam Dei magnitudinem, & excellentiā
decere hominis ratio perpendens, difficulter cre-
dit aliquo eum modo tantis poſſe incommodis
ſubiacere. Ac tandē obſcurius ſane Incarnatio-
nis arcanum apparebat, conſiderantibus conce-
ptum de Spiritu ſancto Filium æternum, hoc eſt
Spiritus ſancti virtute & cooperatione in vtero
Virginis formatum: non enim Dei Filium homi-
nem factum poteſt quis intelligere, quin Patrem
eſſe, à quo fuit æterne genitus, & Spiritū ſanctū,
de quo conceptus fuit, pariter agnoſcat. At licet
Trinitatis habeatur notitia, non inde & incar-
nati Verbi neceſſe eſt habere intelligentiam: vn-
de liquide conſtat, arduum magis eſſe hoc quā
illud pertractare myſterium.

4 Reg. 4. Huius eximiæ difficultatis extant in ſacra
pagina figuræ aliquot, obſcuræ tamē & ęnigma-
ticæ, inter quas præſertim tres excellunt. Prima
illarum eſt, Eliſei puerum à mortuis excitantis,
qui tam inuſitatum opus effecturus clauſit oſtiū
poſt ſe, atque ita ſeipſum puero æquandum con-
traxit, vt oculis oculos, os ori, manus manibus,
ac pedes pedibus componeret. Qua in re ſi forſan
aliquis interroget, quomodo viri proceritas cū
paruitate pueri æquari potuerit, meam ingenue
fatebor ignorantiam, quoniam vt ait ſacra pagi-
na, clauſit oſtium poſt ſe, ideoque rei miraculum
inſpicere prohibitus fuit hominis aſpectus. Præ-
clara hæc Dominicæ Incarnationis, & difficul-
tatis tanti myſterij figura fuit: ſiquidem clemē-
tiſſimus Deus noſtrum dolens interitū, tanquam
alter Eliſeus, hominem lethali peccati ictu de-
mortuum excitaturus, eum ita ſibi adiunxit, &
vniuit, vt vere Deus homo, & homo Deus eſſe
dicatur. Si autem percunteris, quomodo immen-
ſus potuerit ſe contrahere, impaſſibilis ſubire
paſſionem, æternus tempori ſubeſſe, & creator
fieri creatura: oſtium in tanti operis cōfectione
à ſummo eius artifice clauſum, & non modo ho-
mines, ſed Angelos, immo & ſacratiſsimam Dñi
Matrem ab huius myſterij notitia excluſam re-
ſpondebo. Quapropter beatiſſima Virgo illud
Lucæ 1. non intelligens, Angelū interrogat, dicens: *Quo-
modo fiet iſtud, quoniam virum nō cognoſco?* Ange-
lus vero tanta Virginis interrogatione victus
non audet, nec ſufficit reſpondrre, ſed interro-
gationis ſolutionem ad Spiritum ſanctū remit-
tens, inquit: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &
virtus Altiſsimi obumbrabit tibi.*

Secunda huius difficultatis imago fuit rubus,
quem Moyſes vidit ardentem (*Deus enim ignis
conſumens eſt: & omnis caro fœnum:* merito ergo Exod. c. 3.
ſtupet videns ignem in medio fœni, non tamen
illud comburentem) vnde inquit, *vadam & vide-
bo viſionem hanc grandē quare non comburatur ru-
bus*. Sed Moyſen recedere iubet Deus, atque, *Sol-
ue calceamenta de pedibus tuis*. Inauditum profe-
cto vrbanitatis genus, ac nouus reuerētię ritus,
quem Deus ſibi à Moyſe exhiberi poſtulat. Non
ita mirum foret, ſi caput detegere, vel in genua
procumbere iuſſiſſet; at quoniam calceamenta
deponi iuſſit, non vtique ſolum reuerentiam &
honorem, ſed aliquid aliud occultius præſeferre
non dubito. Quod mihi ſe offert huiuſmodi eſt.
Calceamētorū depoſitio in ſacris litteris ſigni-
ficat iuris alicuius renunciationem, vnde ſicut
c. 25. Deuteron. legimus, iuſſerat Deus, vt ſiquis Deut. 25.
nollet ſui fratris abſque liberis defuncti ducere
vxorem, calceum vnum illius ipſa ſolueret, quo
ſigno facto tā bonis ſui fratris, quam vxoris ma-
trimonio renunciaſſe iudicabatur. Hoc ritu vſus
fuit, qui virum, cui Ruth nupſerat, propiore ſan-
guinis gradu tangebat, antequam ad nuptias
Booz vxoris tranſiret, id quod diai, ſignificatu- Ruth. 4.
rus. Quoniam igitur homo ſuapte natura eſt ra-
tionis compos, nullius rei ius ſibi magis compe-
tit quam rationis, qua tanquā ſibi maxime pro-
pria vtitur ad res obſcuras illuſtrandas & intel-
ligendas. Sed quoniam in tam ampli, & inſcru-
tabilis myſterij cognitione humilis & anguſta
eſt hominis intelligentia, præcipit Moyſi Deus,
vt calceamenta ſoluat, hoc eſt rationi humanæ
renunciet, & ab illius vſu ſe abſtineat in tātæ rei
inueſtigatione; quippe non ſolum hominis mēs
explorare ſecretum, ſed nec veſtigia dignoſcere
poteſt. Hanc ob rem Moyſes, quamuis prius au-
dacter myſteriū ardentis rubi viſurus accedere
voluerat, poſtquam fuit à Deo monitus, non cu-
rioſe aſpexit, ſed reuerenter clauſit oculos, vul-
tumq; texit, ſicut ſcriptum eſt: *abſcondit Moyſes
faciem ſuam, & non audebat aſpicere contra Do-
minum*. Ab eo namq; iam edoctus quomodo in
tanti myſterij contēplatione ſe gerere deberet,
non audebat Deum noua noſtræ mortalitatis
veſte circumdatum aperto humanæ rationis lu-
mine, ſed clauſis fidei oculis intueri.

Tertius tā ardui myſterij typus eſt viſio Iſaię, Iſaiæ 6.
videntis Deum ſuper thronum ſedentē, ad cuius
latera poſiti Seraphim alis caput Dei, & pedes
velabant. Quem locum enodantes Hilarius ad- Hilarius.
uerſus Arrianos, Hieronymus, Auguſtinus, & Cy- Hieronym.
rillus, aiunt viſum tunc à Propheta Dei Filiū cir- Auguſt. Cyrillus.
cundatum carne noſtræ mortalitatis. Nec huic
refragatur explicationi repetitio, qua ibi ter Sā-
ctus conclamatur Deus, qua voce ſignificari à
Propheta videtur, ſibi tres diuinas apparuiſſe
perſonas, immo id ſuperiorem interpretationē
magis roborat, & oſtendit cōuenientiorē. Nam
ſicut in Deo vna eſt eſſentia cū tribus eiuſdē na-
turæ ſuppoſitis: ita in Chriſto vnum eſt ſuppoſi-
tum Verbi, & tres ſubſtantiæ, videlicet natura
diuina, corpus humanum, & anima, quod angeli-
ci ſpiritus ab Iſaia viſi ſignificare videntur, tri-
na ſanctitatis appellatione Dominum *Sabaoth*

collaudantes. His ita præmiſſis Verbum incarnatum alis Seraphim velari nihil aliud erat, quam eius diuinitatem abſcondi, quoniam, vt dixit Paulus: *Chriſti caput eſt Deus:* pedum autem velatio, quæ Seraphim panſis alis fiebat, velamẽ erat aſſumptæ à Deo humanitatis, qua tãquam pedibus inter filios hominum incedebat. Quo ſignificatum nobis vtrinque eſt, plurimum recõdita, & obſcura eſſe Chriſti myſteria, ſiue quæ Dei, ſiue quæ hominis ſunt meditemur. vnde illa verba Iſaiæ: *Generationem eius quis enarrabit?* de generatione tam æterna, quam temporali ſancti Patres intellexerunt, quoniã ſummã in vtraque mens hominis experitur difficultatem. Quam & Salomon ipſe (qui ſic reliquos mortales antecelluit, vt atteſtante Scriptura: *Nemo ante illũ ſimilis fuerit, nec poſt eũ futurus ſit*, vincere non valẽs, ſuam ita fatetur ignorantiam: *Tria mihi difficilia ſunt, & quartum penitus ignoro, via Aquilæ in cælo, via colubri ſuper petram, via nauis in medio maris, via viri in adoleſcentula*. Sic non pauci iuxta Hebræum legunt. Sed ne intacta relinquã alia tria, quæ Salomon ſibi videri difficilia dicit, illa Chriſto breuiter adaptabo. Aquila enim altiuola & regia vere Chriſtus eſt, qui ſublimi diuinitatis raptu in die Aſcenſionis ad Patris æterni dexteram conſcendit. Nauis in medio maris eſt, ſiquidem pro nobis torrentem laborum pertranſiuit, & aquam intolerabilem. Serpens denique fuit, quoniã illo (vt olim ſerpens) in Cruce pendente ſanati ſuimus à liuore peccati, & eo à ſepulchro vi diuinitatis erumpente vitam, & ſpem recuperauimus. Quæ omnia quamuis ſapientiſſimo Salomoni mirabilia, illud longe mirabilius videbatur, quo ſuam fatetur ſuperari ſapiẽtiam, dum ait: *Et quartum penitus ignoro, viam viri in adoleſcentula*, id eſt, Dei Verbum intra Virginis vterum factum hominem. Non inficior inquit Salomon, ſtupori mihi eſſe quod humano corpore Chriſtus velociter in alta conſcendat, quod beatus cum ſit, labores & tormenta ſuſtineat, & vitæ auctor ſalutiſque largitor mortem & ſepulchrum ſubeat; illud tamen me ſumma defigit admiratione, quod intra Virginis vterum video immortalem Deum veſtibus mortalitatis indutum. Hoc enim ſibi vult illud: Viam viri in adoleſcentula. Quod ſi mihi obijcias, quomodo ſi tanta eſt præſentis arcani difficultas, gentibus innotuerit, quæ ſolo naturæ lumine ducebantur (certum enim eſt Sybillarum verſibus ante Chriſti aduentum fuiſſe Incarnationis myſterium prænunciatum) facile erit ex Lactantio Firmiano, & Clemente Alexandrino reſponſio, dicentibus, his gentium vatibus lecta fuiſſe noſtrorum Prophetarum oracula, vel id Spiritu afflante diuino noſcere potuiſſe, vt ſanctus Auguſtinus reſpondit circa ea, quæ in libris Platonicis inuenerat de æterna Filij generatione.

Quamuis autem, vt vidimus, tanta ſit huius myſterij difficultas, & incomprehenſa dignitas, non tamen ideo de illa ſilendum, quoniam vt ait S. Leo in Sermone de Aſſumptione: *Non verecundæ, ſed ingratæ mentis indicium eſt beneficia tacere diuina*, quod ab Iſaia videtur accepiſſe, dicente: *Qui reminiſcimini Dominum, nõ taceatis neque detis ſilentium*. & in Sermone de paſſione idẽ Leo diſerte & ſapienter dixit: *Ex eo quod ipſa materia ineffabilis eſt, fandi tribuit facultatem, nec poteſt deficere quod dicatur, dum nõ poteſt ſatis eſſe quod dicitur*. Dignitas autem rei, & amplitudo, de qua dicendum eſt, præclaros oratores non terrere, ſed allicere ſolet: nam licet in ea exornãda, vel explicanda illorum non præcellat eloquentia, in rebus tamen magnis voluiſſe ſat eſt, vt cecinit Propertius, *nec laude carere debet honeſtus conatus, & non immemor officij ſui voluntas;* quippe vt Ouidius dixit:

Vt deſint vires tamen eſt laudanda voluntas:

Vincat igitur metũ zelus domus Dei, & ſoletur laborẽ ſpes certa vberrimi fructus, qui ab huius myſterij cognitione poteſt ſpectari: vere nãque ille de quo dicere intendimus ait, de ſe ac Patre loquens: *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*. Cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Marginalia (left): D. Paul. — Iſai. 53. — Reg. lib. 3. — Salomon Prouerb. cap. 30. — Num. 21. — Lactant. Firmia. lib. 4. Inſtit. c. 15. & 18. — Clem. Alex. lib. 6. Stro. — D. Aug. de Tri. lib. 10. cap. 26. — S. Tho q. 2. ar. 7. in 2. 2 — S. Leo Papa Sermo 1.

Marginalia (right): Iſai. 62. — Propert. — Ouidius. — Ioan. 17.

Homilia Secunda.

De varijs Figuris, quibus olim Deus ſuſcepturum hominis naturam præſignauerat.

ETSI tanta Dei ſapientia, ac potentia eſt, vt ad egregiam & pulchrã imaginem efformandam opus nõ habeat, velut pictoribus cõſuenit, quaſdam linearum notas illã obſcure adumbrantes præmittere; complacuit tamen ſibi diuina prudẽtia ſalutis noſtræ ſtudioſa aliquot veluti præludijs, priuſquam mirabile illud aſſumptæ ab eo carnis opus aggrederetur. Sed inter varias, quibus id ſignificauit, imagines, digniſſimum notatu eſt, quod antiquiſſimus Tertullianus commemorat ſimulachrum; æternum nempe Dei Filium, veluti in futuro incarnationis myſterio præludentem humanam carnem antiquitus induiſſe non quidem veram, ſed apparentem, qualem accipere Angeli cõſueuerunt. Vnde non deeſt, qui explicans verba illa: *Ludens in orbe terrarum, & delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum:* ita dicta intelligenda, vt Deus amictu veſtitus humano inter filios hominum iucunde verſatus fuerit: cui ſententiæ video multos cum ex ſanctis Patribus, tum ex grauiſſimis Theologis aſſentiri. Nam Eugubinus allegans Euſebiũ, & Hippolytum Epiſcopũ in expoſitione Pſalmi, *Domine probaſti me:* cenſet, cum ſacra Scriptura dicit, Adamum audiſſe vocem Domini deambulantis ad auram, Dei fuiſſe in humana ſpecie deambulationem. Hinc etiam Tertullianus loco citato ſcripſit verba illa Geneſis: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram:* intel-

Marginalia (right): Tertull. lib. de Reſurr. — Prou. 8. — Eugubinus ſuper Pſal. 138. — Gen. 1.

Digitized by Google

intelligi debere de animæ, & corporis ſimilitudine; Deus enim hominis formauit animam ſimilem diuinæ naturæ, quæ purus eſt ſpiritus; corpus autem ad imaginem eius corporis non veri ſed apparentis, quod tunc Deus habebat. *Amb. de fi. de lib. 2. c. 4. & ſup. epiſ. ad coloſſ.* Ambroſius lib. 2. de fide cap. 4. ait Abraham lauaſse pedes non Deo Patri, ſed Filio, & ſuper Epiſtolam ad Coloſſenſes putat Deum apparuiſſe Moyſi in figura humana, vel in igne, et inſuper in figura hominis fuiſſe locutum cum Abraham, quando ei, quot in cælo ſtellę fulgebant, daturum *Dionyſ. lib. 2. de diu. nom. Iſa. 9.* ſe filios promiſit. Dionyſius de diuinis nominibus, Angelum, qui luctatus eſt cum Iacob, Verbum fuiſſe diuinum exiſtimat, quem vocauit Iſaias magni conſilij Angelum, conſtat autem illũ qui luctabatur cum Iacob, in forma humana luctatũ fuiſſe. Et in quæſtionibus noui Teſtamenti hac ipſa de re ſic loquitur Auguſtinus: *Aug. in quæſtionibus no. Teſtam. Baſil. lib. 2. aduer. Eun.* *Colluctatus Iacob cum Saluatore Deum eſſe intellexit, quẽ ſpecie corporis videbat*: cui ſententiæ Baſilius contra Eunomium ſuffragatur. Admiratione tamen dignius videri poteſt, idẽ fuiſſe probatum in Concilio Syrmienſi in XIV. regula, vbi hæc verba ſcribuntur: *Si quis contra Iacob non Filium tanquam hominem luctatum eſſe, ſed ingenitum Deum, ac Patrem eius dixerit, anathema ſit*. Quod certe Concilium, etſi prouinciale quidem fuerit, magnæ tamen eſſe debet auctoritatis. Quæ ſane Dei in carne noſtra apparitiones ſingularem eius amorem erga nos, & noſtræ ſalutis deſiderium ardentiſſimum præſeferebant. Nam quẽadmodum, qui ardenter amant, rei abſentis, & ſibi charæ ſimulachro delectantur, ita Deus humani generis amantiſſimus imagine ſponſæ ſuę gaudere multo antea cœpit, donec feliciſſimus nuptiarum dies illuxit. Quibus etiam imaginibus non ſolum Dei amor, vt dixi, ſed noſtra quoque fides mirifice iuuatur, & ſtabilitur, vt dum vmbræ veritatem, & ſignum rei ſignatæ conuenire cernimus, diuinis arcanis facilius, & *Tertull. lib. de reſurr.* promptius aſſentiamur. Sed vt ex Tertulliano attigimus, iam inde à prima rerum omnium origine Deus ſpecie, & imagine hominem accipiens præſignauit, homini à ſe creato ſpiritum vitæ communicans, ſicut ſcriptum eſt: *Inſpirauit* *Gen. 2.* *in eum ſpiraculum vitæ*: id enim fuit imago diuini Verbi noſtram carnem accepturi virtute Spiritus ſancti, qui Patris amor, & vitæ ſpiritus eſt, vt Tertullianus tradidit per hæc verba: *Ille tamen ſuum imaginem induens Chriſti futuri in carne, non* *Rupert. ſuper Geneſ.* *tantum Dei opus erat, ſed pignus*. Rupertus interpretans verba Geneſeos: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, idem videtur comprobare, dum conſilium inter diuinas perſonas non ſolum ſuper creationem hominis, ſed ſuper illius etiam inſtaurationem habitum eſſe ſic docet: *Magnum plane conſilium de nobis peccatoribus habitum eſt, omnis noſtra in medio* *Theodoret. & Athan. c. 1. in Gen.* *cauſa poſita eſt*, &c. quod Theodoretus, & Athanaſius ſuper Geneſim aſſeuerant. Id vero rationi eſſe valde conſonum apparet. Nam ſi actum inter diuinas perſonas fuit de hominis reparatione ad vitam æternam, conſequenter etiam de medijs erat agendum, per quæ homo illam conſequeretur, cum inter humanæ ſalutis remedia humanitas à diuino Verbo ſuſcepta vnicum, ac principem locum ſortiatur. Huic ſuffragatur opinioni ſanctus Leo Papa in ſermone de Pẽthecoſte, dicens, in illo colloquio diui- *S. Leo Papa ſerm. 3.* narum perſonarum ad noſtrum intelligendi modum ſibi diuinas diſtribuiſſe perſonas noſtræ reparationis miniſteriũ, iuxta attributorũ dignitatem, cuius verba ſunt: *Diuiſit ſibi opus noſtræ reparationis miſericordia Trinitatis, vt Pater propitiaretur, Filius propitiaret, Spiritus ſanctus vniret*. Quod ſuperioribus Ruperti verbis conſonat, dicentis: *Magnum plane conſilium de nobis peccatoribus habitum eſt*.

Id quoque nobis prædictum illis verbis: *Gen. 2.* *Erunt duo in carne vna*, & quod dixit Adam: *Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea*. de quo Paulus Apoſtolus ad Epheſ. *Sacramen-* *Ad Eph. 5.* *tum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia*, ad quod ſacramentum verba primi parentis: *Hoc nunc os de oſſibus meis*, referebantur. Habebat enim iam Adam futuræ incarnationis, Deo reuelante, notitiam, vt ſanctus Hieronymus in commentarijs epiſtolæ ad Epheſeos animaduertit, in hunc modum: *Pri-* *Hier. c. 5. ſu per epiſt. ad Epheſ.* *mus vates Adam hoc de Chriſto, & Eccleſia prophetauit*. Nam, & ſi verum eſt, poſſe aliquid prædici, quod tamen neſciat is qui prophetat, (ſicut Caiphæ contigiſſe videmus dicenti: *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo*, vbi quod *Ioan. 11.* non intelligebat pronunciauit) non tamen locum habet in Adamo, cum ad perfectionem gratię, & innocẽtiæ, qua ille fruebatur, omnino pertineret exacte intelligere, quod loqueretur. Sanctus Thomas cum opinetur non peccante Adam diuinum Verbum hominis naturam non ſuſcepturum, cauſam illius ſuſceptionis fore ſuam ruinam, & peccatum ignoraſſe contendit, licet ille Deum eſſe futurum hominem diuina reuelatione cognoſceret. Non enim effectus cognitio cauſarum ignorantiæ repugnat. Si ergo *magnum conſilium*, quod ex Ruperto memorauimus, & *magnum ſacramentum*, quod ex Paulo retulimus, in vnum conferantur, præclare ſibi reſpondere, & mirabili conuenire concẽtu iudicabimus. Non enim fieri poteſt, vt in operis executione magnum ſit ſacramentum, quin in eius præmeditatione etiã fuerit magnum, & mirabile conſilium. Quod per antonomaſiam intelligi debet myſterium incarnationis in Filio, quem Iſaias *Magni conſilij Angelum* appellauit. *Iſa. 9.*

Nunc iam reliquas huius ſacramenti figuras proponamus, & explicemus; quarum prima ſit *Gen. 9.* ebrietas Patriarchæ Noe, qui vitis nondum ſibi notæ vim expertus, hauſto poculo deiectus ab imperio rationis, ante tabernaculi oſtiũ nudus, & indecorus corruit, quem videns Cham filius *Ibidem.* eius irriſit, Iaphet autem frater, vt bonum, ac prudentem decebat filium, arrepto pallio retrocedens, nudi patris membra contexit, & ab intuentium oculis eius auẽrtit ignominiam; vnde propter opus tam pium ex-

latus fuit benedictus. Ebrietas profectò fuit turpior, & pernicioſior, primi Parentis auerſio, non à vite, ſed a pomo proueniens, qua ille tam inſolenter, & indebite, ſuggerente diabolo, *eritis ſi-* Gen. 3. *cut Dij*, ſui creatoris ſimilitudinem appetiuit. Ac proh dolor, ſicut Noe poſt vini potum nudus iacuit, ſic Adam poſt eſum pomi, non ſolum corporis, ſed animæ bonis ſpoliatus procubuit. Priuatus enim fuit originali iuſtitia, & pretioſiſſima Ibidem. innocentiæ veſte nudatus, quam miſeriam, & nuditatem agnoſcens dixit: *Abſcondi me eo quod nudus eſſem*. Quo infeliciſſimo caſu à tanto honoris culmine deturbatus, terræ, cælique ludibriũ, & irriſio fuit: ideoque tanquam cum ſubſannans Deus, & amentiam illius irridens, quod altiora ſe petens, tã turpiter, & miſere deiectus adeſſet, Ibidem. de illo ironice loquens, inquit: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis*. Dum igitur infelix homo tantæ ignominiæ expoſitus humi iaceret, calamitatem illius miſeratus Deus, pallium accepit humanitatis, quo generis humani dedecus, turpitudinẽ, & nuditatem cooperuit. Nam ſicut Iaphet retro incedens patris velauit nuditatem, ſic ille quodammodo a ſua diuinitate retrogradus ad ho- Ad Phil. 2. minem acceſſit, *& ſemet ipſum* (vt ait Paulus) *exinaniuit, formam ſerui accipiens*, qui cum eſſet natura Dei Filius, voluit hominis eſſe ſeruus, cum tamen hi retrogradi greſſus tantum ab eius celſitate diſtarent, quantũ ab humanitate diuinitas.

Horum greſſuum eximia fuit imago Ezechiæ tempore à ſolito diei curſu ſol reuocatus, cum Deus optioni daret Ezechiæ, vellet ne in ſignum augendæ vitę, vt ſolis vmbra decem lineis aſcenderet, an totidem gradibus ad ortum ſuum reuerteretur: ita enim ſcriptum eſt: *Vis vt aſcen-* 4. Reg. 20. *dat vmbra decem lineis, aut vt reuertatur totidem gradibus*? ille veru non progredi, ſed reuerti ſolem non ſine myſterij excellenti ſignificatione poſtulauit. Quippe cum non minus foret mirabile, ſiue aſcenderet ſol, ſiue retrocederet, deſcenſum tamen, quam aſcenſum ſolis magis optauit, vt iuxta myſticę Theologię auctores, iuſtitiæ ſolem, Verbum nempe diuinum ad ſalutem, & vitam hominibus dãdam à ſua diuinitate ad noſtram humanitatẽ deſcenſurum ſignificaret, cuius aliquando vt tandem in cruce pendentis fulgentiſſima lux, & vitæ ſpiritus à fulgore ſuæ diuinitatis retrocedẽs interpoſita mortis caligine obtenebreſceret. Non vtique poterat Deus vel vno naturæ gradu quantumuis minimo fieri altior, ſiue perfectior, vnde non conueniebat, vt ſol, qui eius tunc figura fuit, progrederetur, ſed vt ad decimam lineam, per quam noſtra ſignificatur humanitas, eo quod poſt nouem Angelorum choros perfectior natura ſit, reuerteretur, & ideo id oportebat à Rege poſtulari.

Nec alienum ab huius myſterij ſignificatione Gen. 17. eſt, quod narratur in Geneſi de Abraham, cui Deus litteram vnam ineffabilis ſui nominis *Iehoua*, communicauit: nam cum prius vocaretur Abram, Deus voluit nominari Abraham, vbi additio litteræ *He*, que viuere ſignificat, Filium innuit æternum, qui de ſemine Abraham erat poſtea naſciturus, ob idque Chriſtum Abrahæ filium vocauit Matthæus, cuius hiſtoria incipit: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij* Matth. 1. *Abraham*. Declarata quoque eadem res fuit mutatione nominis Saræ vxoris, nam quemadmodum cum prius illa vocaretur Sarai, ſublata prioris nominis littera, quæ dictionem terminabat, pro illa ſubſtituta etiam fuit *He*, quæ vna eſt ex litteris (vt dixi) nominis Dei, & non amplius Sarai vocata fuit, ſed *Sarah*: ita etiã ablato, ſeu impedito, ne reſultaret in humanitate ſuppoſitum creatum, illam terminans Deus, increatam Verbi perſonã vice illius ſubſtituit, quæ eandem naturam humanam ineffabili quodam modo terminauit, atque ita expectatiſſima illa Dei, & hominis coniunctio in ſola perſona diuini verbi peracta fuit.

Cur vero prætermittam, quod de Iacob in ſacris narratur eloquijs? hic enim conſilio Rebec- Geneſ. 27. cę matris veſtibus ſui fratris tectus, & hœdorum pellibus manus operiens à patre ſuo putatus Eſau benedictionem ſubripuit. Quo fuit (vt Auguſtinus cenſet) Dei Filius figuratus, qui Aug. lib. contra mendacium cap. 10 exiſtens immortalis, & humanorum affectuum omnino expers, ſancto cooperante Spiritu, ex viſceribus ſanctiſſimę Virginis ſe tanquam pellibus noſtræ mortalitatis veſtiuit, factus in ſimilitudinem peccati, qui Agnus erat innocentiſſimus, ab æterno Patre benedictionem humano generi obtinuit, quam Angeli ab innocentiæ ſtatu cadentes amiſerant. Quamuis autem manus Eſau eſſe viderentur, vox tamen erat Iacob, quoniam quæ oculis cernebantur in Chriſto, licet eſſe hominis vox, tamẽ Dei erat, non ſolum quia Chriſtus Verbum, & vox Partis eſt, verum etiam, quoniam vox illa, qua ipſe cæcos illuminari, & mortuos exſuſcitari iubebat, omnipotẽtis Dei vox fuit, ideoque dicebatur: *potens opere*, Luc. 24. *& ſermone*, & quod loquebatur tanquam poteſtatem habens. & de illo etiam ſcriptum eſt: *Nunquam ſic locutus eſt homo*. Ioan. 7.

Nec ſolum in hac ſubrepta per Iacobũ benedictione diuini Verbi humanitas ſignificata fuit, ſed alibi etiam, quando Meſopotamiam Iacob petens, ſuperueniente nocte interceptus in agro manens, a labore itineris aliquantulum quieſcere volens, lapidibus capiti ſuppoſitis, iuxta textus ſacri tenorem, *Tulit de lapidibus qui iace-* Gen. 28. *bant, & ſupponens capiti ſuo dormiuit in eodem loco*: qui tamen à ſomno excitatus lapidem tulit, vt ibi legitur, *quem ſuppoſuerat*. Quomodo igitur, ſi de lapidibus tulit, qui iacebant, poſtea vnum inuenit lapidem? Reſpondeo cum Galatino de arcanis catholicæ veritatis, quod Galatinus. ab Hebręorũ traditione deſumpſit, lapides illos capiti Iacob ſuppoſitos, fuiſſe in vnum redactos, vt pręſens ei reuelaretur myſterium, quo vna Chriſti perſona naturam humanã diuinamque complectitur. Conſiderandum etiam, ſicut lapis, in quo obdormiuit Iacob, oleo vnctus fuit, ſic Pater ęternus Chriſtum lapidem angularem Spiritu ſancto vnxit, vt Dauid ſcripſit: *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Pſal. 44.

Idem

Digitized by Google

Idem ſacramentum dormienti adhuc Iacob Deus aperuit, oſtendens ſcalam illam, quæ à terra incipiens adeo ſublimis exſurgebat, vt pars ſuperior attingeret cælum, ibique Deus conſideret. Per hanc ſcalam ſancti Patres Auguſtinus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Cyprianus Verbum carne veſtitum, per ſcalæ verticem Chriſti perſonam, quæ cælum attingit, per inferiorem ſcalæ partem humanitatem aſſumptam interpretantur. Aſcendentes autem, & deſcendentes per eam Angelos vtriuſque rei imagines fuiſſe aiunt: nam deſcendentes Dei Filium, qui deſcendit in terram; aſcendentes Angelici ſpiritus humanitatem ab eo in cælum deductam, ſuæ nempe diuinitati vnitam declarant: *Verbum* enim *caro factum eſt*. Ad quod videtur alluſiſſe Chriſtus, apud Ioannẽ cum ait: *Tunc videbitis cælos apertos, & Angelos aſcendentes, & deſcendentes ſuper Filium hominis*. Sed varias eſſe Doctorum ſententias, & Sanctorum opiniones, inuenio de tempore, quo hic aſcenſus myſticus, & deſcenſus in Chriſto compleatur. Nam venerabilis Beda per Angelos aſcendentes, & deſcendentes intelligit Verbi Dei prædicatores, qui ſublime aliquando myſterium tractantes, ſtylo, & mente ſublimia ſapiunt; cum vero de humilioribus diſſerunt, humiliori dicendi genere vtuntur. Chryſoſtomus, Theophylactus, & Euthymius nõ de Chriſti corpore myſtico, ſed de ipſo Chriſti corpore, hoc eſt de illius morte, & reſurrectione intelligunt, quod ad eum orantem in horto Angelus deſcenderit, & illo reſurgente à mortuis, Angeli duo viſi fuerint. Cyrillus aſcenſioni, & Baptiſmo Chriſti hanc Patriarchæ Iacob viſionem accommodat, tunc enim cælis apertis Domino, & Seruatori noſtro Chriſto miniſtrarunt, iuxta quod ſcriptum eſt, *& ecce Angeli miniſtrabant ei*. Alij Doctores in vltimo Chriſti aduentu, quando maieſtate, & horrore plenus mundum iudicaturus adueniet, illum fore aſcenſum, & deſcenſum Angelorum exiſtimant. Tunc enim iudicij exercendi miniſterio futuros præſto Angelos aiunt Domino ſuo, & ſupremo omnium iudici obſequium, & operam exhibentes, more ſeruorum fidelium, ac diligentium, qui ſuo hero placere ſatagentes, ſurſum, ac deorſum curſitare ſolent. Diuus Auguſtinus nonnulla ex his commemorat enarratione in Pſalm. 44. his verbis: *Angeli Dei aſcendant, & deſcendant per ſcalas illas, fiat hoc in Eccleſia Angeli Dei annunciatores ſunt veritatis, aſcendant, & videant, in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbum: deſcendant, & videant, quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. aſcendant, vt erigant magnos, deſcendant, vt nutriant paruos. Vide aſcendentem Paulum; ſiue mente excedimus Deo. Vide deſcendentem: ſiue temperantes ſumus vobis. Vide aſcendentem: Sapientiam loquimur inter perfectos. Vide deſcendentem lac vobis potum dedi non eſcam. Vide deſcendentem, aſcendunt, & deſcendunt Angeli Dei, ſuper Filium hominis, quia ſurſum eſt Filius hominis, ad quem aſcendunt corde, id eſt caput eius, & deorſum Filius hominis, id eſt corpus eius, membra eius hic ſunt. caput ſurſum eſt, aſcenditur ad caput, deſcenditur ad membra, Chriſtus ibi, Chriſtus hic.*

Augustin.
Chryſostom.
Cyrill.
Cyprian.
Ioan. 1.
Bedam.
Beda.
Chryſostom.
Theophyl.
Euthymius.
Cyrillus.
D. Aug. in Pſal. 44.
2. Corint. 5.

Eſt & aliud huius rei ſimulachrum, ignea ſcilicet columna, vt Auguſtinus interpretatur contra Fauſtum, vbi prius aduertendum eſt, etſi Moyſes videatur capite decimotertio ſignificare, duas fuiſſe columnas Iſraelitis per deſertũ iter agentibus præeuntes, vnam nubis, quæ per diem, & alteram ignis, quæ nocte coruſcabat, ſicut ſcriptum eſt: *Numquam defuit columna nubis per diem, neque columna ignis per noctem.* In capitulo decimoquarto de vna tantum columna mentionem facit, quam ibi vocat columnam ignis, & nubis, quæ quidem columna nubis per diem ab Iſraelitis opaco tegmine ſolis æſtum arcebat, noctu autem, tanquam accenſa fax in tenebris præfulgebat. Qua nube, vt quidam opinantur, Angelus latebat, cui populi per deſerta vagantis tutela, & cuſtodia commiſſa fuerat. Alij non Angelum, ſed Deum ipſum nube incluſum præiuiſſe tanquam ducem, & rectorem Iſraelitarum exiſtimant, quod ex verbis ibidem poſitis videtur inferri: *Reſpiciens Dominus per columnam &c.* Quæ ſententia propoſito noſtro conuenientior eſt, ſiquidem, vt ſentit Auguſtinus loco iam allegato, columna illa vna, cum eſſet duplici ignis, & nubis natura conflata, egregia figura Chriſti fuit, qui mundi lux exiſtens igne ſplendenti diuinitatis, & opaca nube noſtræ humanitatis compoſitus, non duæ perſonæ, ſed vna eſt. Vnde congrue dixit idem Auguſtinus: *Chriſtus nobis per noctem lucens, per diem non lucens, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.* Verum vt opportunitas, & proprietas micantis columnæ ad Chriſtum ſignificandum magis appareat, iuber in medium afferre, quod Procopius Gazæus aduertit, qui columnam illam dixit tria Iſraeliticis præſtitiſſe, videlicet publicum decus, præſidium tutum, & iter certum, ac ſecurum. Honos quidem inde apparet, quod eius ductu ſingularem ſibi eſſe populi illius curam Deus ſignificauerit, quo cũ tam amanter, & benefice ſupra reliquas nationes agebat. Auxilium eſſe ac præſidium teſtatus eſt Dauid, cum ait: *Expandit nubem in protectionem eorum.* Ac propterea, cum Ægyptiorum impetum fugientes ad maris litora perueniſſent, nubes, quæ præiuerat, in medio illorum conſtitit, & Iſraelitis lucem præbens, Ægyptios tenebris offundebat, vt ibidem narratur: *Erat nubes tenebroſa, & illuminans nocte.* Tenebroſa quidem, & obſcura Ægyptijs, ſplendida verò, atque coruſca Iſraelitis. Narratis adiungit Moyſes, Deum interfeciſſe eorum exercitũ: *Reſpiciens*, inquit, *Dominus per columnam interfecit exercitum eorum.* Quare columna illa præſidium Iſraeli veriſſimè fuit, ſiquidem ab ea tanquam ab arce inexpugnabili Deus aduerſus hoſtes populi ſui tela conijciens, Iſraelitas tutatus eſt. Ducem itineris eis fuiſſe, nemo inficiabitur, maximè cum legat in eadem ſcriptura: Præcedebat eos ad oſtendendam viam, non ſolum

Aug. lib. 12. c. 8.
Exod. 13.
Exod. 14.
August.
Proc. Gaz.
Dau. Pſ. 104
Exod. 14.

tanquam

tanquam lux, ſed tanquam gubernatrix itineris; nam vbi ceſſandum foret ſubſiſtebat, vbi pergendum pergebat. Quæ omnia nobis indicant amplitudinem beneficiorum, quæ à Deo homines accepimus; ille enim eſt noſter honor, noſtra defenſio, & vnicus dux veritatis. Noſter quidem honor, & gloria, quoniam per illum Pater æternus nos quantumuis indignos ſuorum numero filiorum adſcripſit: *Ad Gal. 4.* *Miſit* enim *Deus Filium ſuum, vt adoptionem filiorum acciperemus.* Cuius beneficij, & adoptionis tanta eſt dignitas, vt poſt Filij æterni, & Deo Patri naturalis excellentiam, hæc ſecunda cenſeatur. Defenſio noſtra iure dicitur, qui præ nimio in nos zelo, & incendio charitatis ſe comparat gallinæ, dicens: *Luc. 13.* *Quoties volui congregare vos ſub alis, ſicut gallina congregat pullos ſuos?* Nam ſicut gallina mitis quidem naturæ cum ſit, aduerſus miluum pullis ſuis inhiantem furere ſolet; ita Chriſtus indignatur, & iraſcitur aduerſus communem humani generis hoſtem, oues gregis ſui inuadentem, felici prædeſtinationis ſigno notatas, quas ille ſibi à nemine rapiendas ita teſtatus eſt. *Ioan. 10.* *Nemo rapiet eas de manu mea.* Eſt tandem Chriſtus rector noſter, & vnica lux, quippe tanquam columna illa Ægyptiorum pandens iter ante eos, viam nobis indicat, & iter præmunit ad felicitatem ſempiternam.

Deinde memoratu digniſſimum eſt, datum à Deo quondam manna per quod eadem Verbi incarnatio, ac ſingularis eius benignitas præſignata fuit. *Exod. 16.* Nam ſi populus Iſrael, vt in Exodo narratur, viſo manna ſtupebat, & mutuo percontabantur: *Quid eſt hoc? ignorabant enim quid eſſet;* quod nobis datum eſt multo dulcius, & excellentius manna, non ſolum terra, ſed cælum miratur, & prima omnium Virgo ſacratiſſima admiratione affecta, quaſi dicens, *quid eſt hoc?* Angelum interrogat, *quomodo fiet iſtud?* Manna omne delectamẽtum ciborum Iſraelitico populo referebat, & in illo exhibendo Angelorum miniſterio Deus vſus eſt; ita etiam daturus hominibus panem Angelorum, miſit ad Virginem tãquam nuptiarum ſuarum paranymphum Gabrielem, ſicut Euangeliſta narrat: *Luc. 1.* *Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam Virginem.* Quod ſi olim cadens à cælo Manna ros præcedebat, tegebatque terram, vt in locum purum, ac mundum deſcenderet; ſanctiſſimæ Virginis vterus puriſſimus, quem implere debebat manna, Chriſtus, virtute Spiritus ſancti præparatus, & rore fœcundatus fuit, iuxta quod Virgini fuerat promiſſum: *Ibidem.* *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi.* Manna illud non populo frequenti, ſed in deſerta ſolitudine labebatur, vt ſcriptum eſt. Apparuit in ſolitudine ſimiliter diuinum Verbum, ad Virginem, cum ſola eſſet ſine comite, quam nemo virorum videret, *Ambroſ. ſuper Lucam.* deſcendit, vt dixit Ambroſius. Quin etiam vere dicitur apparere in ſolitudine, qui ſine vllo humani patris conſortio, ſola matre gignitur, quod egregie videtur cõfirmare Iſaias, qui diuino afflatus numine de huius ſolitudinis gaudio, & beneficio ita prędixit: *Exultauit ſolitudo, & exultauit quaſi lilium.* *Iſaias 35.* Nec ſolum in ſolitudine manna, ſed in fragmenta conciſum, & comminutum apparebat. *Et Verbum Patris intra Virginis matris aluum ita paruulus factus eſt, vt humano viſui vix ſubijceretur.* Quæ verba ſunt magiſtri ſententiarum. *Magiſt. ſent. 3. d. 2.* Præterea ſi manna Iſraeli datum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram decidebat; Dei quoque Filius, quo ad temporis, & loci rationem, id etiam præſtitit. Nam ſicut pruina nocte in terram labitur; ita ille ſilente nocte à regalibus cæli ſedibus in terram delapſus eſt, ſicut legimus: *Cap. 18.* *Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu mediũ iter peragerct, omnipotens ſermo tuus Domine de regalibus ſedibus venit.* Et ſicut pruina non ſuper montium culmina, quæ ventorum flatibus agitantur, vt ſcribit Ariſtoteles, ſed in conualles, *Ariſt. lib. 2. Meteor.* & loca terræ humiliora cadit; ſic manna æternum non ſuper montium ſublimitatem, id eſt Angelorum naturam, ſed ſuper mortalium humilitatem deſcendit, ſecundum quod ſcriptum eſt: *Nunquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* *Ad Heb. 2.*

Celebris non minus eſt apud Eccleſiæ Patres Eliſei figura, puerum vitæ reſtituentis, verum quoniam in homilia ſuperiori hac ipſa de re nonnulla commemoraui, Auguſtini tantum verba referam, quibus id acutè, & doctè interpretatur. *Aug. ſerm. 206.* Ait enim: *Puer Eliſei, id eſt famulus, typum habuit Moyſis; miſit enim Moyſem Deus cum baculo in Aegyptum, ſed baculus ſine Chriſto flagellare Aegyptum potuit, de peccato vero liberare, vel reſuſcitare non potuit. Opus ergo erat, vt qui baculum miſerat ipſe deſcenderet: baculus ſine Chriſto nihil valebat, quia crux ſine Chriſto nihil poterat; inclinauit ſe Eliſeus, vt puerum reſuſcitaret, humiliauit ſe Chriſtus, vt mundum in peccatis iacentem erigeret. Videte quantum ſe vir ille perfectæ ætatis contraxit, vt paruulo mortuo iacenti congrueret; quia paruuli eramus paruulum ſe fecit.* Hactenus Auguſtinus.

Regum quoque narrat hiſtoria, dum homo quidam ligna cæderet in ſilua, ab haſtili ſecuris *4. Reg. 6.* ferrum excuſſum decidiſſe in Iordanem, quod vt ab vndis extraheret, rogabat Eliſeum, eius opem implorans, quippe non aliter ſecuris domino poterat ſatisfacere; quem Eliſeus miſertus, acceptum haſtile in Iordanis vndas proiecit, cui protinus ab aquis emergens ferrum adhæſit. Hoc Doctores aliqui de humana natura interpretantur, quæ amittens pretioſam gratiæ margaritam, per quam Deo vnitur, cum nõ eſſet ſoluendo, nec viribus ſuis recuperare poſſet, quod amiſerat, ad Deum confugit olim per Prophetas, ac Patres noſtros, pro tantæ iacturæ remedio clamitans, quam exaudiens miſericordiarum Pater miſit Filium ſuum, qui à profundo miſeriarum erueret demerſum hominem, vt illa Dei, & hominis coniunctione, tanquam fortiſſima ſecuri, veteris draconis, omnia deuaſtantis caput amputaretur. Non ignoro poſſe id etiam de Chriſti reſurrectione declarari: nam

diuiſio

diuiſio haſtilis, & ferri ſeparationẽ corporis, & animę in Chriſto futurã ſignificabat, ideoq. humana natura per mortem hęc duo in Chriſto diuiſa rurſus vniri flagitabat;nã,vt dixit Paulus: *1 Cor. 15.* *Niſi Chriſtus reſurrexiſſet, inanis eſſet ſpes noſtra.*

Greg. in moral. sup. li. Iob. Magnus etiam ille Gregorius ad Incarnationis myſterium prænotandum, Iob nobis ſingulare patientiæ proponit exemplum, dum ſuorum vlcerum ſaniem teſtæ fragmento tergebat, vt *Iob 2.* ait Scriptura: *Teſta ſaniem radebat.* Cur vero Iob potius vtitur teſta ad tergendam plagarum ſaniem, quæ magis exaſperare, quam lenire dolorem poterat, Gregorius reſpondet, teſtam illam fuiſſe figuram Chriſti, qui noſtram ſuſcipiens humanitatem, peccatorum noſtrorum ſaniem, & virus erat deterſurus. Nam ſicut teſta illa ex elementis terræ, & ignis conſtabat, ita Chriſtus ex igne diuinitatis, & terra humanitatis per Spiritus ſancti virtutem compoſitus fuit, quod patientiſſimus ille Dei ſeruus Iob in ſpiritu pręnoſcens, non quidem aſperã, ſed byſſo mitiorem teſtam experiebatur, qua libenter, & ſuauiter, ab eius vſu nunquam abſtinens, ſui corporis plagas fouebat, doloreſque placabat.

Typus fuit etiam eiuſdem myſterij Angelus, *Zach. 10.* quem vidit Zacharias dicentem: *Domine exercituum vſquequo tu non miſereberis Hieruſalem, & vrbium Iuda quibus iratus es?* cui Dominus reſpondit, vt ibidem dicitur, verba conſolatoria, ſtatimque oſtendit ei virum, qui velociter equum aſcendebat purpureum, quem alij equi ſequebantur partim ſimiliter rubei, partim candidi, cæteri diuerſo colore conſperſi. Hunc lo- *Hieronym. Amb. lib. de fide resurr. Rupertus.* cum Hieronymus, Ambroſius, & Rupertus exponẽtes, de aſſumptione humanæ carnis intelligendum affirmant. Quoniam vox Angeli miſericordiam à Domino exercituum poſtulantis, & dicentis: *Vſquequo non miſereberis Hieruſalem?* optime ſignificat voces, atque clamores Patrum antiquorum, quibus à Deo deſideratum cunctis gentibus Ieſum Chriſtum flagitabant, dicen- *Exod. 4.* tes: *Mitte quem miſſurus es.* Quamuis autem verbis conſolatorijs Deus illos detineret, interdum clamantibus reſpondẽs: *Adhuc vnum modicum eſt, & veniet deſideratus cunctis gentibus:* inter- *Gal. 4.* dum ita eos recreans: *Veniens veniet, & non tardabit: vbi venit plenitudo temporis,* illorum deſideria compleuit. Sed vt ad figuram propoſitam reuertar, vir ille, qui equo inſedit, Filius Dei fuit, qui indomitam hominis naturam ſibi ſubiecit, illam diuinitatis perſonæ ſupponens, vt numinis præſentia regeretur, & rationis fræno parere doceretur. Qua ſimilitudine vſus eſt Ioan- *Apoc. 6.* nes in Apocalypſi, narrans viſum ſibi equum album, qui ab eo, quem Zacharias vidit, colore tantum differt, non tamen ſine myſterio. Nam ille Zachariæ viſus, Chriſti humanitatem proprio ſanguine conſperſam, & à cruce pendentem; hic, quem Ioannes aſpexit, eandem iam à morte triumphantẽ ſignificat. Tria equorum genera, qui purpureũ ſequebantur, triplicem nobis Sãctorum indicant differentiam: nam equi rubentes ſunt Chriſti Martyres, qui proprium ſanguinem pro eius amore fuderunt; Candidi equi ſunt virginitatis flore gaudentes, qui degentes in terris puritatem coluere cæleſtem: Equi tandem vtroque colore diſtincti ſunt, qui virginitatis, & martyrij gloriam obtinuerunt.

Sed vt iam præſenti homiliæ vltimam manum imponam, quod ab Ezechiele narratur referam, & explicabo. Vidit enim ille Deum *quaſi ſpeciem electri;* id vero optima eſt diuini Verbi humanitate induti ſimilitudo. Nam miſſa faciẽs diuerſa electri genera, quæ refert Angles, *Bartholom. Angles lib. 16. c. 18. S. Iſid. li. 16* electri vulgo noti ea natura eſt, vt paleas à terra ſubleuet, ſicut experientia docet, & refert Iſidorus. Quod egregie conuenit Dei Filio, qui hominem in puluere miſeriarũ iacẽtem ad ſummam omnium dignitatem ſibi eius vniens naturam ſubleuauit, vnde vere de hac re ſcriptum eſt: *De puluere erigens pauperem,* qui cum à Iob *Pſal. 112. Iob 13.* ſtipula ſicca vocetur, multo melius hanc electri proprietatem Chriſto poſſe adaptari cognoſces. Electrum autem, per quod Iſidorus, & An- *S. Iſidor. ubi ſup. Angles ubi ſup.* gles in locis iam citatis, nec non Gregorius, & gloſſa ordinaria ſuper cap. 1. Ezechielis, ex auro, & argento ita conflari dicunt (quod & *Plin. lib. 33 cap. 4.* Plinius ſcripſerat) vt licet argentum ſocietate auri reddatur melius, aurumq. argenti commiſtione minus effulgeat, ſuam tamen vnumquodque naturam retineat, & proprietates cõſeruet, vt eiſdem placet auctoribus: ad viuum ſane hoc artificioſum electrum Chriſtum Dominum refert, quippe qui ex puriſſimo diuinæ perſonæ auro, & ex argento ſpectatiſſimo humanitatis componitur: & ſicut argentum auri coniunctione nobilitatum, auro ipſo ſuum diſſimulante fulgorem; ſic in Chriſto humana natura melior, & nobilior facta eſt, Deuſque propter acceptam humanitatem ſuæ diuinitatis ſplendorem abſq. vlla vtriuſque naturæ confuſione cohibuit. Non enim minuitur diuinitas noſtræ aſſumptione naturæ, nec humanitas aſſumptæ diuinitatis acceſſu conſumitur aut minuitur. Manent cuique libera proprietatum iura, licet Dei ſit immortalis, natura hominis vero caduca; illa dolorum, & affectum expers, hæc omnibus obnoxia calamitatibus; illa perpetuo gaudeat, hæc doleat, & contriſtetur; illa denique immẽſa, inacceſſa, & incomprehenſa, hæc limitibus circumſcripta humilis, & abiecta ſit. Itaque ſicut in hominis formatione, arboris inſitione, candenti ferri lamina, & ardẽti rubo, (quæ res ab Eccleſiæ Patrib. ſolent pro eius declaratione myſterij proponi) nulla eſt naturarũ cõfuſio, ſed vtraq. manet natura, videlicet anima, & corpus in homine, vterq. fructus in arbore, ferrum, & ignis in lamina, & in rubo ardenti viror, & flamma; ſic in Chriſto diuinitas, & humanitas, ſine aliquo illius detrimento, vel huius incommodo reperiuntur. Quod ita credendũ eſſe Concilium primum Epheſinũ, *Concil. Epheſ. Chalced. Lateran. Florent.* Chalcedonẽſe in 2. definitione de fide, Lateranenſe ſub Innocẽtio iij. vt cõſtat ex cap. firmiter. de ſũma Trinitate, & fide Catholica. nec non Florentinum Concilium in litteris vnionis definierunt. Cui ſententiæ omnes Eccleſiæ Patres,

& ca-

Digitized by Google

& catholici tractatores vnanimes ſuffragati sűt, quos inter hæc ſunt verba Gregorij: *Verbum carnem dicimus factum non immutando, quod erat, ſed ſuſcipiendo quod non erat, noſtra auxit, ſua non minuit.* *Aug. ſer. 27 de Trin.* Auguſtinus inquit: *Ita magnus in forma Dei breuis, in forma ſerui, vt neque iſta breuitate magnitudo illa minueretur, nec illa magnitudine breuitas iſta premeretur.* *S. Leo Papa ſer. de Trin.* S. Leo pluribus in locis id docens ad hűc modum in ſermone de Trinitate loquitur: *Nec inferiorem naturam conſumpſit glorificatio, nec ſuperiorem minuit aſſumptio.* Verum elegantiſſima, & erudita eiuſdem *S. Leo ibid.* Leonis illa ſunt verba: *Salua proprietate vtriuſque ſubſtantiæ, & in vnam coeunte perſonam ſuſcipitur à maieſtate humilitas, à virtute infirmitas, & ab æternitate mortalitas.* Et in ſermone tertio: *Sicut forma ſerui formam Dei non adimit, ita formam Dei forma ſerui non minuit.* *Baſil. in homil. de nat.* Baſilius denique in homilia de natiuitate ardentis ferri inducta ſimilitudine inquit: *Ferrum nigrum, & frigidum quidem eſt, & quamuis ex igne ſplendeat, tamen ſua nigredine ignem non inficit, & dum ardet, ſua frigiditate flammam non deſtruit.* Tandem vt ad id, quod prædicti Doctores de electri natura dicűt, reuertamur, his, quæ hactenus dixere, addunt *Iſidorus, & alij.* Iſidorus, & alij, electri naturã veneno tã eſſe cõtrariam, vt illo præſente continuo ſtrepat, ac veluti efferueſcat contra illud: quod à Chriſto factum cernimus in morte Lazari, vbi peccati damna auctor vitæ contemplatus indoluit, & vt ſcribit Ioannes: *Ioan. 11.* *Infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Tertia.

Quare Deus naturam ſibi induerit humanam, & cur potius Filius, quam Pater, aut Spiritus ſanctus illam acceperit, explicatur.

CVM varijs ſignis apud antiquos vis, & poteſtas amoris ſignificata fuerit, ſingulare eſt, quo ille ſpicas, & flores vna manu, & altera piſcem tenens pingebatur, vt inde quidquid terrarum limitibus, aut maris litoribus clauditur, amori tributum pendere, & illius imperio ſeruire cognoſceremus. Sed anguſta hæc eius ditio, & nimis breuibus circumſcripta limitibus potentia fuit, cum illam adeo late patere noſcamus, vt non ſolum terræ marique leges imponat, ſed ipſi quoque cælo tantum imperet tributum, vt ex tribus, quæ in Deo ſunt perſonis, vnam ſibi dari præcipiat. Quod cumulate ob ingẽtem in hominum genus amorem à Deo præſtitum eſſe, Ioannes Euangeliſta his verbis memorat: *Ioan. 3.* *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum Vnigenitum daret.* Et licet Deus poſſet noſtræ ſubuenire calamitati, Angelum mittens, penes quem eſſet tanquam legatű facultas remittendi peccata, noluit tamen diuina benignitas ab alio, quam à ſe ipſo id fieri, vt ipſe nos redimeret, qui creauerat. Vnde ſunt verba Iſaiæ: *Iſai. 63.* *Non legatus, neque Angelus, ſed ipſe ſaluauit nos.* Cuius beneficij amplitudinem miratus Ioannes Damaſcenus in oratione *Ioan. Dam. orat. 3.* de natiuitate inquit: *Tantus Domine in me tuus amor fuit, vt non per Angelos, aut aliam creaturam ſalutis meæ negotium obieris, verum vt primam fictionẽ, ſic etiam inſtaurationem ipſemet efficiendam duxeris.*

Cauſas vero, ob quas Deus per ſe ipſum noſtris ſuccurrere miſerijs voluit, perſonam ſuam humanæ naturæ ſupponens, varias, & lectu digniſſimas ſancti Patres, atq; Doctores aſſignant. Athanaſius explicans illa Chriſti verba: *Athanaſ. Luc. 4.* *Omnia tradita ſunt mihi à Patre meo,* conuenientiſſimum fuiſſe ait, vt quæ manus hominem de limo terræ formauerat, ſicut Iob dicit: *Iob 10.* *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me:* ipſa quoque iam creatum à peccato, & morte perpetua per medium redemptionis liberaret. Verba Athanaſij ſunt: *Ath. ſer. 1.* *Dedit omnia in manus eius Pater, vt quemadmodum per eum facta ſunt, ita in eo omnia refici poſſẽt.* *D. Athan.* Sermone quoque aduerſus Arrianos idem eleganter & erudite docet hominum redemptorem alium præter Deum eſſe nequaquam conueniſſe, ne ſupremus ille cultus, qui ſummo humani generis inſtauratori debetur, alicui quantumuis excelſæ creaturæ deferretur: *Merum, inquit, hominem id facere indecorum erat, ne homines habentes Dominum hominis cultores efficerẽtur.* Ex Latinis autem Patribus Auguſtinus diuerſis in locis varias adducit rationes, *Aug. tr. 80.* ſed in tractatu ſuper Ioannem ait, Deum ideo humanam ſuſcepiſſe naturam, quod conueniẽs fuerit eiuſdem naturæ eſſe vitem, cuius ſunt palmites, vel vt Theologi loquuntur, quod oportuerit hominibus dari caput homogenum, id eſt eiuſdem ſpeciei, quod ille his verbis exprimit: *Vnius naturæ ſunt vites, & palmites, cum ergo eſſet Deus, cuius naturæ non ſumus, factus eſt homo, vt in illo eſſet vitis humana natura, cuius nos palmites eſſe poſſemus.* Huius rationem aliam aſtruit Auguſtinus in Enchirid. dicens: *Aug. c. 36.* *Propter hominem factus eſt homo, vt vterque ſenſus hominis in ipſo beatificaretur, & reficeretur oculus cordis in eius diuinitate, & oculus corporis in eius humanitate.* Paulo poſt idem ait Deum factum hominem, vt ad amorem Dei homo facilius excitaretur, cum naturæ ſimilitudo amorem conciliare ſoleat. *Vt familiarius, inquit, diligeretur ab homine Deus, in ſimilitudinem hominis Deus apparuit.* Et ſuper Pſalmum trigeſimum quintum: *Idem ſuper Pſ. 35.* *Deus factus eſt humilis, vt vel ſic ſuperbia generis humani non dedignaretur ſequi veſtigia Dei.* Sanctus Thomas Deum humanitate veſtitum cenſet, vt *D. Th. 3 p. q. 1 art. 1.* infinitam bonitatem ſuam declararet; nam cũ

boni-

bonitatis ſit proprium ſe alteri communicare, nullum maius eſſe poterat illius bonitatis argumentum, vel manifeſtius indicium, quam ſumma naturæ ſuæ communicatio, quam per noſtræ carnis aſſumptionem exhibuit. *Pertinet*, inquit Thomas, *ad rationem boni, vt ſe alijs communicet*, vnde ad rationem ſummi boni pertinet, quod ſummo modo ſe communicet; hoc autem factũ eſt per hoc, quod naturam ſibi adiunxit. Nec ſolum à Dei bonitate, ſed ab eius etiam ſummo amore, incarnationis fluxiſſe beneficium ſcribit Thomas, quod ab Auguſtino deſumptum ita cõmemorat: *Quæ maior eſt cauſa aduentus Domini, niſi vt oſtenderet Deus dilectionem ſuam in nobis?*

Damaſcenus in orat. de Transfiguratione.

Elegans & erudita Ioannis Damaſceni ratio eſt, dicentis, Deum quod vnitatis ſit amantiſſimus, ſapienter voluiſſe naturam ſibi coniungere humanam, in qua tanquam omnium rerum creatarum compendio quidquid in mundo eſt, inuenitur; ſicut dixit Gregorius: Omnis creaturæ aliquid habet homo. Verba Damaſceni ſunt: *Creatoris, ac gubernatoris voluntas hoc tulit, vt vnigenito, & conſubſtantiali filio ſuo diuinitatis, atque humanitatis, ac per eam conditarum omnium rerum connexio fieret, vt ſit Deus omnia in omnibus*;

Paulus ad Ephes. cap. 1.

quod Pauli ad Epheſios hæc verba manifeſte docent, *Inſtaurare omnia in Chriſto*. In cuius loci

Hierony.

expoſitione S. Hieronymus ex Grçcę vocis proprietate, quæ Latino verbo *inſtaurare* reſpondet, interpretatur *recapitulare*, quo verbo, cum omnia in Chriſto congeſta, & in vnum conducta declararentur, patet Deum perſonæ ſuæ (vt aduertit

Irenæus lib. 4. cap. 18.

Irenæus) aſſumptione noſtræ carnis, quidquid creatum in cælo, & in terra eſt, vniuiſſe. Ideo enim homo à Græcis microcoſmos, ideſt paruus mundus nuncupatus fuit. Aliam incarna

S. Leo Papa.

tionis cauſam Sanctus Leo Papa prædictis adiũgit, ne videlicet quartus productionis, & generationis modus ad vniuerſitatis perfectionẽ deſideraretur. Primus enim modus generationis fuit, quo Deus hominem ex limo terrę formauit. Secundus quo mulierem ſine hominis conſortio de coſta compegit. Tertius ex homine, & muliere, quo vniuerſa hominum fit propagatio. Quartus igitur modus excellentior cum deeſſet, hominis ex muliere ſine alterius hominis acceſſu productio, vt generationum perfectio cõpleretur, Deus factus homo eſt, ne aliquid perfectionis in eius operibus deeſſe poſſe videretur, ſcrip

Deut. 32.

tum eſt enim, *Dei perfecta ſunt opera*. Præterea ipſa humani generis redemptio, ni Deus fieret homo, imperfecta eſſet. Nam licet Auguſtinus li

Auguſt. lib. 10. Trinit. cap. 3. & lib. de Agone Chriſti.

bro decimo de Trinitate, & lib. de Agone Chriſti, eos ſtultos appellet, qui ſentiunt hominem à Deo redimi non potuiſſe, niſi hominem induiſſet; *Stulti* (inquit) *ſunt, qui dicunt, non poterat aliter ſapientia Dei hominem liberare, niſi ſuſciperet hominem*) debet intelligi de redemptione imperfecta. nam, ſi de perfecta loquamur, non poterat Deus iuxta ſuæ iuſtitiæ integritatem reſtaurare genus humanum, niſi vnione hypoſtatica hominis naturam ſibi coniungeret, quẽadmodum ſancti Patres communiter arbitrantur. Ex quibus Anſelmus in lib. cuius inſcriptio

Anſelm. cap. 6.

eſt, Cur Deus homo, id docet his verbis: *Satisfactionẽ neq. poterat facere niſi Deus, neq. debet niſi homo; neceſſe eſt ergo eã faciat Deus homo*. Ambroſ.

D. Ambroſ.

in Lucam idem tenet in hunc modũ: *Nullus homo tanti eſſe potuit, qui totius peccata deleret mundi*. Baſilius explicãs verſiculũ Dauidis: *Frater nõ*

D. Baſilius.

redimet, redimet homo, inquit, *nõ homo nudus, ſed homo Deus Ieſus Chriſtus, quia nullus alius poterat condignum afferre pretium*. Quam ſententiam Leonis Papæ verba confirmant in ſermone de

D. Leo Papa

Trinitate: *Si non eſſet Deus, non afferret remedium*. Cuius aſſertionis, & veritatis illud eſt fundamentum, iuxta Theologorum doctrinam, quod perfecta ſatiſfactio, qualem Chriſtus Patri ſuo pro nobis exhibuit, poſtulabat ex natura ſua infinitã in ipſo ſatiſfaciente dignitatem, vt ab eo pretium ſuis operibus communicaretur infinitum, & par debito fieret ſatiſfactio. Vnde neceſſe omnino erat, vt ad id prçſtandũ, diuina aliqua perſona hominis vel Angeli naturam indueret.

Hactenus cauſas Incarnationis, nunc reliquum eſt, quamobrem Filius potius, quam Pater, vel Spiritus ſanctus id opus agendum ſuſceperit, diſcutiamus. Sed, antequam id examinetur, ſtatuendum eſt, tamquam Catholicæ fidei veriſſimum dogma ſolam Filij perſonam in terras deſcendiſſe, vt particeps noſtræ fieret humanitatis. Ad quod decidendum, coactum aduerſus hçreticos Patripatianos Concilium fuit, qui non ab vna, ſed à tribus diuinis perſonis hominis ſuſceptam fuiſſe naturam delirabant, vt Socrates memorauit. Horum ſtultiſ-

Socrates lib. 2. historia cap. 19.

ſimam, & impiam blaſphemiam ortam ſuo tempore ſcribit Anſelmus, & à Concilio Rhemenſi fuiſſe damnatam, quã pariter Quinta Synodus, & capitulum *Firmiter*. de ſum. Trinitate, & fide Catholica. condemnauit. Huius erroris duo erãt fundamẽta, quæ vt labefactata remaneant, breuiter referam. Primum eſt, quod, vt docet

Auguſt. in Enchiridio cap. 38.

Auguſtinus, & vulgatum Theologorum axioma ſuadet, opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa, ſed cum incarnationis opus ſit extra diuinam naturam, neceſſarium erat, vt omnibus tribus eiuſdem naturæ ſuppoſitis cõmune haberetur.

D. Thom. 3. p. q. 3. ar. 4.

Reſpondet S. Thomas, dupliciter Incarnationem accipi poſſe, nempe pro ipſo Incarnationis opere, & actione, qua ſublime illud, & occultum myſterium factum fuit, & tunc veriſſimum eſt humanitatis noſtræ aſſumptionem non ſolum ad vnam, ſed ad alias duas pertinuiſſe perſonas, quoniam tam Pater, quam Filius, & Spiritus ſanctus, eius operis cauſa extiterunt. Aliter etiam accipitur pro termino, & fine actionis, pro ipſa videlicet hypoſtatica vnione, in qua formaliter Incarnatio conſiſtit: quo ſenſu non fuit tribus diuinis perſonis communis, ſed tantum ad ſecundam perſonam, id eſt Filiũ pertinuit. Quod acute ſanctus Dionyſius, de Diuinis nominibus his

Dionyſius de Diuinis nominibus.

verbis docuit: *Myſterium Incarnationis pertinet ad Theologiam diſcretam*. Quæ verba vt facilius intelligantur, notare iuuat, Theologiam à Dionyſio ibi vocari diſcretam methaphoricè, ſupta

ſimi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Ariſt. 6. Ph. ſimilitudine à quantitate, quã Philoſophus in cõtinuã partitur atque diſcretã. Continua punctũ habet vtrique parti commune, at diſcreta illo caret; ideoque vnitas in quantitate continua, & pluralitas in ea, quæ diſcreta eſt, eluceſcit. Vnde vt ſignificaret Dionyſius, naturam hominis non fuiſſe immediate Dei naturæ coniunctã, prout in Patre, Filio, & Spiritu ſancto eſt eadem atque communis, neque prout illius naturæ virtute tres perſonæ ſunt inter ſe vna eademque ſubſtantia ſimpliciſſima, ſed vni tantum Trinitatis perſonæ immediate vnitam fuiſſe humanitatem, quatenus illa perſona ab alijs duabus diſtinguitur: ideo ingenioſe, & optime dixit Dionyſius, myſterium Incarnationis ad Theologiã diſcretã pertinere. Secundum fundamentũ erroris, quo nitẽtes hęretici, aſtruũt triũ in Deo perſonarum opus fuiſſe humanæ naturę acceptionẽ, illud erat, quod cum Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, ſint non plures, ſed vnus Deus, fieri minime potuerit, vt vna perſona abſque alia noſtram acciperet humanitatem. Quod licet ex his quæ paulo ante diximus, corruere facile poſſit, duobus tamen exemplis id falſum oſtendamus, vt qui Theologiæ operam non dederunt, rem facilius conſequantur. Prima ſimilitudo ex Aug. tom. 10 in serm. de Temp. Dom. 3 Aduentus Domini. Auguſtino hæc eſt. Quemadmodum, inquit, in muſico concentu tria conueniunt, ars, manus, & chorda, ex his tamẽ ſola chorda reſonat, & auribus percipitur; ita ad ſolam Chriſti perſonã humanæ naturæ ſpectauit aſſumptio; licet tam Pater, quam Spiritus ſanctus ad aſſumptionis opus concurrerint. Auguſtini verba ſunt: *Ars dirigit, manus tangit, chorda reſonat; operatio in tribus conſtat: ſed ſicut pertinet ad ſolam chordam ſoni redditio, ſic pertinet ad ſolum Chriſtum carnis humanæ ſuſceptio.*

Altera ſimilitudo à digito deſumitur, qui vnus exiſtens, tres habet articulos, in quorum medio tantum anulus poni conſueuit. Deus autem in ſacris litteris nomine digiti ſignificatur; Exod. 8. nam Pharaonis ſapientes dixerunt, *digitus Dei* Luc. 11. *eſt hic*. Et Chriſtus ipſe inquit: *Si in digito Dei eijcio demonia*. Hic digitus diuinos tres habet perſonas, & anulus eſt Chriſti humanitas: nam quemadmodum anulus circumdat locum quem occupat; ita humanitas in Chriſto diuinam circumdedit perſonam, quod opus intra ſua viſcera præſtitit Virgo ſapientiſſima, de qua dixe- Hier. 31. rat Ieremias, *fæmina circumdabit virum*. Cum igitur hic noſtræ humanitatis anulus à puriſſimis Mariæ viſceribus Spiritu ſancto cooperãte conflatus, digito Dei, id eſt diuinæ naturæ inſeri deberet, non in primo, neque in tertio digiti articulo, ſed in ſecundo, qui eſt Filius, illum diuina prudentia locauit, ideoque ſolus Filius, non Pater, aut Spiritus ſanctus naturam ſuſcepit humanam. Hoc iacto catholicæ veritatis fundamento, cauſas modo, ob quas ita Dei conſilio ordinatum fuerit, examinemus. Sunt enim variæ, & ſcitu digniſſimæ, duabus tamen potiſſimum rationibus conuenientius, Filium Dei factum hominem, nonnulli arbitrantur, quarum prima eſt.

Si alia perſona præterquam Filius fieret homo, nomen Filij duabus eſſet commune perſonis, & ſub ratione Filij vnus melior altero foret: quandoquidem vnum Dei Filium eſſe oportebat naturalem, æterna ſcilicet generatione, qua dignitate alter, qui non talis eſſet, neceſſario careret. Secunda ratio eſt, quod illũ, qui carnem induiſſet, mediatorem eſſe inter Deum, & homines oportebat, idque magis Filium, quam alias perſonas decebat, cum ipſe inter Patrem, & Spiritum ſanctũ æterne genitus medius exiſtat. Præterea cum mediatoris officium ſit intercedere, & patrocinari, idque conuenientius Filius apud Patrem, quam Pater apud Filium exerceat, non vtique decuit (vt ait Anſelmus) Anſel. in lib. Cur Deus homo. Patrem, ſed Filium hominem fieri. Alijs tamen videtur, Deum, quoniam ſui pectoris arcana reuelare mortalibus volebat, Verbum, & arcanũ ſuæ mentis, qui eſt Filius, carnem ſuſcipere voluiſſe. Nec deſunt qui cenſeant Filium Dei incarnatum, quod quemadmodum ei attribuitur vita, ſicut ipſe dixit: *Ego ſum via, veritas, & vita*: Ioan. 14. & ſicut omnia in ipſo vitam etiam habent dicente Ioanne, *quod factum eſt in ipſo vita erat*; ita Ioan. 1. conueniens fuerit vniuerſo mundo in tenebris, & morte iacenti vitam ei daturum à cælo deſcendere, qui peculiari titulo principium vitæ, & Eccl. 48. fons eſſet vberrimus. *Retro reduxit ſol. & addidit Regi vitam*, ait Eccleſiaſticus; quod de homine per peccatum mortuo, & per Chriſtum ad vitam reuocato intelligi optime poteſt. Iure enim Rex homo dicitur, cui rerum Creator poteſtatem, & imperium in res creatas permiſit, à quo, vt in ſacris legimus eloquijs, factus fuit, vt volatilibus cæli, & animantibus terræ præeſſet: vnde poſtea Dauid dixit, *omnia ſubiecit ſub* Dauid Pſ. 8. *pedibus eius &c.* Qui tamen cum à tam felicis vitæ ſtato, ab altitudine tanti honoris, impetu peccati deiectus occubuiſſet, cũ Pater æternus erecturus, miſit Chriſtum iuſtitiæ ſolem, qui adderet vitam Regi, id eſt homini, rerum omnium domino ſalutem reſtitueret æternam. Quemadmodum enim ſub Ezechia ſol decẽ gradibus retrocedens, ſolitum ſuæ velocitatis curſum exhibuit, & Regi annos vitæ produxit, ita diuinus hic ſol nouem choros angelicos relinquens, ad decimam lineam, nempe ad naturã humanã deſcendit, vt vitam, quam homo amiſerat, Deus factus homo reſtitueret: *in eo enim*, vt ſcriptum Aug. lib. 50. Homil. eſt, *viuificati ſumus*. Auguſtinus in libro quinquaginta homiliarum, quoniam Dei Verbum non ſolum vita, ſed lux etiam hominum eſt, ſcribente Ioanne, *& vita erat lux hominum*, Ioan. 1. ideo ad illum pertinuiſſe dicit, hominum tenebras, & cæcitatem, quam peccati vitio incurrerant, ſuo aduentu illuſtrare. Nam, vt idem Eccleſiæ Doctor ſcribit, ideo venit Chriſtus illuminator, quia diabolus fuerat excæcator. & alibi ſuper Ioannem: *Caro te cæcauerat, caro te* D. Aug. *ſanat*. Quam Auguſtini rationem poſſumus ab ipſa Filij proprietate ſtabilire, qui Verbũ Patris dicitur, & eſt. Nam ſicut magiſter diſcipulos verbo inſtituit, & eorum ignorantiam loquen-

do illuſtrat; ita Pater æternus vniuerſum hominum genus ab ignorãtię tenebris vindicauit, Verbo ſuo lucem veritatis tenebris noſtris infundens. Qua Verbi, & doctrinæ ſimilitudine ad idem inſinnandum ſanctus Thomas vtitur. Quod multo ante ille Theologorum magiſter maximus Paulus teſtatus eſt: *Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri erudiens nos.* Et in Epiſtola ad Hebræos: *Nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio ſuo*, id eſt Verbo, quod eſt Filius. Pręter has cauſas aliam addit S. Thom. loco ſuperiori in reſponſione ad ſecundum argumentum; rationi nempe valde fuiſſe conſonum, Filium incarnari, vt hominis reſtauratio creationi reſponderet: nam cum dicat Ioannes, *omnia per ipſum facta ſunt*, ab eodem Dei Filio hominem, (qui, vt diximus, eſt omnia; vel vt ait Gregorius, *omnis creaturæ aliquid habens*) refici, & inſtaurari conueniebat. Prima creatio (inquit S. Thomas) facta eſt a potentia Dei Patris per Verbum; vnde & recreatio per Verbum fieri debuit a potentia Dei, vt creationi recreatio reſponderet. Quod prius ita dixerat Auguſtinus: *Ideo Deus noſter Filium ſuum miſit ad hominem liberandum, vt cui dixerat, Faciamus hominem, ipſe etiam liberator eſſet, qui fuerat creator.* Sed egregie, & dilucide id prædixerat Iſaias in perſona Filij, loquens in hunc modum: *Ego feci, & ego feram, ego portabo, & ego ſaluabo*: quæ verba videntur eſſe aliorum verborũ reſponſio, quę ſuperius idem vates protulerat, vbi agens de humani generis redẽptione, non præmonet Patrem æternum, vel Spiritum ſanctum, vt ad incarnationis opus accingantur, ſed Filium tantum hortatur, qui Dei potens eſt brachium, quod nomen Propheta Filio æterno imponit, dicens: *Conſurge, conſurge, induere fortitudine brachium Domini.* Quod ideo Propheta dixit, quoniam brachium illud, quo homo creatus fuerat, ipſum iam mortuum ad vitam reuocare deberet: vnde reſpondet per Prophetã Filius: *Ego feci, & ego feram, ego portabo, ego ſaluabo.* Si vas aliquod argenteum, ſiue aureum forte deformetur, aut frangatur, a nullo melius quam ab eo artifice, qui conflauerat, ſuæ reſtituitur formæ, vt S. Thom. his verbis docet: *Artifex per formam artis conceptam, qua artificiatum condidit, ipſum ſi collapſum fuerit reſtaurat. Ita Deus cum hominem creauiſſet per Verbum æternum, quod eſt ars, & ſapientia Patris, quo hominem produxerat; conſonum erat eundem collapſum, & deformatum per idem Verbum reſtaurare, vt in eo, qui eſt omnium rerum origo, & archetypus, priſtinæ reſtitueretur forma, & quaſi iterum crearetur.* Bernardus in ſermone de Penteceoſte aliam rationem ſuperiori aliquantum ſimilem adducit: ait enim: Quoniam homo peccati fœditate deformatus fuerat, qui ad imaginem Dei creatus fuerat, vt dixit Moyſes: *Ad imaginẽ Dei creauit illum*, cum Verbum diuinum imago ſit Patris, vt ſcriptum eſt, *Imago bonitatis illius*, expediens plane fuit humanæ deformitatem imaginis pulchritudine imaginis Dei, nempe Verbi diuini refici, & conformari. Nam cum hominis imago facta ſit ad imaginem Dei, qui eſt exemplar, & origo ſimilitudinis, ratio ipſa exigebat, vt exempli vitia, per exemplaris virtutes corrigerentur. Quam rationem amplecti videtur Ambroſius, dicens: *Imago Dei ad eum, qui eſt imago, venit, & quærit imago eum, qui eſt ad ſimilitudinem ſui, vt iterum ſignet, vt iterum conformet, quia amiſiſti, quod accepiſti.* Sanctus Thomas præclare, & ingenioſe, vt ſolet, hac de re in loco iam allegato in corpore articuli ſic loquitur: Conueniens fuit, vt per Verbum veræ ſapientiæ homo reduceretur in Deum, qui per inordinatum appetitum ſcientiæ receſſerat à Deo. Nam ſi à principio infelix homo à Diabolo deceptus, aſſerente: *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum*, non ſolum ſcientiam, & ſimilitudinem Dei, quam appetiuit, amiſit, ſed vitam etiam ipſam corporis, & animæ (vt Doctores interpretantur ſuper illa verba, *in quacunque die comederis ex eo morte morieris*) conueniebat certe illius detrimenti inſtaurationem fieri per diuinum Verbum, quod eſt Patris ſapientia, vt defenderet ſapientiam, quam indebite homo appetiuerat, & vſurpare Diabolo aſſentiens tentauerat. Mos fuit apud veteres, vt militarium ludorum propugnatores, teſte Paulo Oroſio, pro edicto certaminis clypeos ſuos in ipſo concertationis præſcripto loco ſuſpenderent, quo certamen initurus accedens clypeum illius, quo cum ſibi certandum eſſet, lanceæ cuſpide tangebat, quo ſigno clypei dominus ſe ad prælium prouocatum cognoſcens, in arenam cum aduerſario deſcendebat. Quis eſt qui neſciat, inter varios diuinarum perſonarum inſignes titulos, & glorioſa nomina, potentiam Patri, ſapientiam Filio, & Spiritui ſancto bonitatem attribui? Cum igitur Adam in paradiſo voluptatis poſitus ſapientiam ambierit, quæ eſt quaſi clypeus, & gloria Filij, oportebat certamen inire non Patrem, aut Spiritum ſanctum, ſed ipſum Dei Filium, cuius eſt propria ſapientia. Poterat enim tunc ille dicere, vt S. Bernardus in ſermone de aduentu ait, quod dixit Ionas: *Si propter me orta eſt hæc tempeſtas, proijcite me in mare*; quod factum plane cernimus, quando Pater æternus Filium ſuum in mare doloris, & acerbitatis proiecit, vt illo pro nobis mortem obeunte, pax & tranquillitas mundo pararetur, ſicut Angeli eo naſcente cecinerunt: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Poſſumus aliam afferre rationem, quæ ab eo, quod Filius patris ſapientia ſit, non minus apte deducitur. Ad quod primitus ſtatuo, quando tres diuinæ perſonæ conſilium humanæ reparationis inierunt, vt in homilia ſuperiori ex Ruperto memorauimus, qui dedit Incarnationis conſilium Filium fuiſſe, qui Patris eſt ſapientia; & conſiliarius; quem Iſaias vocat *Magni conſilij Angelum.* Cuius myſterij figuram ſuſtinuerunt, dum fratrem

D. Tho. 3. p. q. 3. ar. 8. — *Ad Tit. c. 2.* — *Ad Hebr. c. 1.* — *Ioan. 1.* — *Greg. ho. 29. in Euang.* — *D. Tho. vbi ſup.* — *Auguſtinus ho. 10. de 50. hom.* — *Iſaia 46.* — *S. Thom. vbi ſup.* — *S. Bern. ſer. 2. de Pent.* — *Geneſ. 1.* — *Sap. 7.* — *Ambroſ. ſuper Pſal. 118* — *S. Thomas vbi ſupra.* — *Geneſ. 3.* — *Doct. multi ſuper cap. 2 Gener.* — *Geneſ. 2.* — *Paulus Oroſius.* — *S. Bernard. in ſermone de aduentu.* — *Luc. 2.* — *Iſai. 9.*

Beniamin in Aegyptum deportabant Ruben, & Iudas: hic vero præſertim, qui patri Iacob, vt Beniamin in Aegyptum deſcenderet, au- ctor fuerat: nam ei Iudas promiſerat in patriam à ſe puerum reducendum his verbis: *Gen. 43.* *Niſi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus.* Vnde cum argentea patera in ſacculo Beniamin fuiſſet inuenta, velletque Ioſeph apud ſe tanquam pignus manere Beniamin, Iudas dixit: *Ego proprie ſeruus tuus ſum, qui in meam hunc recepi fidem: manebo itaque ſeruus tuus pro puero in miniſterio domini mei, & puer aſcendat cum fratribus ſuis.* Sicut ergo Iudas conſilium præbuerat Patri Iacob, vt filiũ Beniamin mitteret in Aegyptum, & teneri ſe iudicabat liberare Beniamin, & ſuam pro illo amittere libertatem, vt ad patrem cum fratribus reuerteretur; ſic etiam Dei Filius, qui in illo diuinarum perſonarum conſilio hominem à morte peccati liberandum cenſuerat, atque Deum fieri hominem oportere iudicauerat, vltro ſe obtulit luere pœnam delinquentis hominis, dicens: *Ego ero peccati reus*, id eſt ego pro vniuerſo humano genere ero fideiuſſor, ego pro cunctis peccatoribus ſatisfaciam, & ex libero fiam ſeruus, vt ſeruus homo libertate donetur, & vna cum ſuis fratribus, ideſt cum Angelis Patrem æternæ gloriæ viſurus in cælum aſcendat. Adoptionis *S. Thom. vbi ſup.* cauſam ſanctus Thomas in corpore articuli iam allegati ſuperioribus cauſis annectit: adoptio enim finis eſt, quem Deus carnem noſtram aſſumens reſpiciebat. Nulla autem re conuenientius fieri poterat adoptio in filios Dei, quam ſi ipſe Patris æternus, & naturalis Filius ad nos deſcenderet, vt eius virtute adoptaremur, quemadmodum ait Paulus: *Ad Gal. 4.* *Miſit Deus filium ſuum, vt adoptionem filiorum reciperemus.* Id tamen ante Thomam ita dixerat ſuper Ioannem Auguſtinus: *Aug. tract. 2. in Ioan.* *Vnicum filium Deus miſit in mundum, vt non eſſet vnicus, ſed fratres haberet adoptatos.* Præterea nemo ignorat, eo quod Chriſtus Dei ſit Filius naturalis, illius etiam omnium bonorum eſſe vnicum heredem, vt ait Paulus ad Galatas: *Ad Gal. 4.* *Quod ſi filius, & heres.* Quemadmodum igitur ad heredem non ſolum omnia, quæ exiſtunt bona pertinent, ſed etiam ius recuperandi ea, quæ indebite alienata fuerint; ſic cum vniuerſa humana natura Dei ſit hereditas, & ad eum omnino pertineat, qui tamen per peccatum à ſuo auctore degenerans in alienam poteſtatem abierat, Chriſtus tanquam legitimus heres hominum caſum reparaturus, & reſtauraturus, noſtram potius, quam Pater, aut Spiritus ſanctus ſuſcepit humanitatem. Vltima demum cauſa ab Auguſtino, ſcribente de Eccle- *Aug. de Eccleſ. dogmat. cap. 3.* ſiaſticis dogmatibus, in canone ſecundo his verbis proponitur: *Illius carnem aſſumpſit, vt qui erat in diuinitate Dei Filius ipſe fieret in humanitate hominis filius, ne filij nomen ad alterum tranſiret, qui non eſſet æterna natiuitate Filius. Non enim decebat alium eſſe Mariæ in terris, & alium in cælis æterni Patris exiſtere Filium.* Quod omnino eueniſſet, ſi prima, vel tertia Trinitatis perſona hominem aſſumpſiſſet: tunc enim ex Virgine natus non modo tempore, ſed etiam ſuppoſito ab eo, qui eſſet æterna generatione Dei Filius, diſtingueretur. Optauit ergo eadem perſona, quæ Filius erat æterna generatione, temporali etiam Dei, & virginis Filius exiſtere. Quod ſubiecto exemplo magis inſinuabitur, & apparebit. Cum aliquis Doctor iam creatus optat etiam alterius academiæ Doctoribus adſcribi, vel vt aiunt, incorporari, vt ibi ſportulis, & alijs academiæ emolumentis fruatur, facile conſequitur, quippe nullo ſapientiæ examine præuio reliquis Doctoribus in eo, quem habebat gradu confirmatus annumeratur; ſic perſona Trinitatis ſecunda Dei Filius in illa totius ſcientiæ, & ſapientiæ cæleſti academia, iam ab æterno ſingulari Filij nomine, & titulo inſignitus potuit expeditius, & conuenientius in terris filij hominis lauream adipiſci, puriſſimis Virginis viſceribus ſe incorporans, nec tamen titulum Filij Dei, aut nomen amittens. In hac autem comparatione, aut ſimilitudine id inuenio diſcriminis, quod metaphorice dicitur quis incorporari, quando alterius academiæ Doctoribus annumeratur; in pręſenti autem myſterio proprie, & vere dicitur Dei Filius incorporatus, ſiquidem fide catholica docemur, eum virginis ſanctiſſimæ corpori illapſum inde carnem ſumpſiſſe: vnde Eccleſia canit: *Animatum corpus ſumens, de virgine naſci dignatus eſt.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum.

Amen.

Homilia Quarta.

Quantum Deus hominem natura, & gratiæ muneribus in eum collatis honorauerit, quæ tamen ſingula, vel omnia non potuerunt humanæ naturæ complere capacitatem: donec illam ſibi Dei Filius vniuit.

Anaſtaſius q. 41.

TAM multa, & ampla diuinæ largitatis in hominum genus beneficia collata ſũt, vt ea numero comprehendi non poſſe, nobilis Neemeſius iudicauerit, quemadmodum refert Anaſtaſius his verbis: Quis poterit effari dotes quibus exuperat? Prudens ille Philoſophus Seneca ſublimem dignitatem à Deo conceſſam homini miratur, quem in hoc pulcherrimo mundi domicilio reliquis animantibus ita præſtare voluerit, vt ſecundas poſt ſe partes ſortiretur. Moyſes creatæ vniuerſitatis deſcribens hiſtoriam, cum ad hominem peruenit, & de loco habitationis agere cœpit, Paradiſum voluptatis, vbi commode, & ſuauiter degeret, a Deo præparatum fuiſſe recenſuit. Tanti enim Deus hominem fecit, vt ante illius creationem hoſpitium parauerit, mẽſam ſtruxerit, & omni varietate ciborum exornans, quid iuuare, quidue illi nocere poſſet, animaduerterit, his verbis: *De ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedas.* Non mea hæc ſententia tantum eſt, ſed Damaſceni, Gregorij Nyſſeni, & Philonis Iudæi, aſſerentium, ſummum mundi auctorem antequam hominem conderet, eo quod omnium rerum dominus futurus eſſet, domum illi extruxiſſe pulcherrimam, & locum delitiarum plenum, creatis quoque plurimis miniſtris præparauiſſe, vt cum primum creatus viuere inciperet, integra regni felicitate, ac maieſtate princeps omnium a Deo cõſtitutus frueretur. Quanta hæc ſit hominis dignitas inde liquet, quod ipſemet Deus ab æternitate ſua, donec omnia condidit (ſicut ſcripſit Moyſes: *In principio creauit Deus cælum, & terram*) regno caruerit rerum creatarum, hominem vero, quẽ ad ſuam ſimilitudinem formaturus erat, voluit ſtatim cum ipſo vitæ ſpiritu rerum quoque omnium habere dominium: qua in re maxime patuit Dei benignitas, quod cum ab hominibus poteſtate, atque opibus excellentibus per famulos, aliosq. ſedulos miniſtros hoſpitium ad ſe venientibus parari, epulęque condiri ſoleant, Deus id per Angelos homini exhibere noluerit, per ſe ipſum homini tantum beneficiũ exhibere dignatus. Conſtituit enim illum in paradiſo voluptatis, vt vulgatus vertit interpres, quem Baſilius ibi vocat hortũ in delicijs, Symmachus hortum florentem appellat. Expoſito iam habitationis loco, ſi ad hominis creationem veniamus, multo magis munerum à Deo in hominem collatorum amplitudo, & dignitas elucebit. Quid enim mirabilius, aut laudabilius eſſe poteſt, quam tres diuinas perſonas hominem creaturas ante illius creationem commune iniuiſſe conſilium? Quærit, & admiratur Baſilius, quid maius, aut excellentius in ipſa hominis, quam reliquarum rerum creatione ſit, quando de his creandis ſacra Scriptura nullum à Deo habitum narrat conſilium, in hominis autem formatione ait, diuinas inter ſe dixiſſe perſonas: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Cui dubitationi reſpondet Ambroſius, id ita factum, quod perſonæ diuinæ hominem ſibi conciliare voluerint, communi creationis, & excellentis formæ ſuffragio, dum ei ſimilitudinẽ diuinæ naturæ decernebant. Gregorius autem in moralibus, aliã diuini conſilij affert rationem, videlicet, vt dignitas hominis, quæ à ratione, & conſilio prouenit, & per quam à ceteris diſtinguitur animantibus, inde magis appareret. Aliter tamẽ Beda quęſtioni reſpondet, ait enim, reliquas præter hominem creaturas non egredi ſenſuum limites, nec rationis eſſe participes, vnde illas Deus alio quã hominem modo produxit: nam hominem creaturus (quoniam conſilij capax, & rationis particeps, ac tãdem viua Dei imago futurus erat) ad opus tantum ſe accingens loquit: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Theodoretus in quæſtionibus ſuper Geneſim, aliam, & non vulgarem ſectatur viã, huius conſilij cauſam aſſignaturus. Ideo namque diuinarum perſonarum conſilium ſuper hominis creatione fuiſſe opinatur, vt inde pateret, quæ deberetur reuerentia homini, quem æterni Patris Filius erat ſuſcepturus, ac propterea tanquam Dei Regis purpuram hominis naturam eſſe venerandam. Superioribus rationibus aliam connectere poſſumus ex auctoritate Auguſtini, Cyrilli, & Baſilij ſuffultam, dicentiũ per verba Geneſis; *Faciamus hominem*, fuiſſe tres diuinas perſonas expreſſas: per reliqua verba: *ad imaginem, & ſimilitudinem noſtrã*, declaratam diuinitatis vnitatem. Quemadmodum igitur Princeps, ſiue Rex virum aliquem dignitate commendabilem hoſpitio accepturus, omnem ſolet precioſam ſupellectilem, & domeſtica ornamẽta promere, ſic ita Deus homini, cuius erat aſſumpturus naturam, theſauros ſuæ diuinitatis aperuit, & occulta ſua myſteria reuelauit, totum quaſi profundens ærarium cęleſtium diuitiarum. Nec tanta liberalitate contentus, benignius cum eo vult agere, aduenienti obuiam progreditur, & apprehenſa manu in ſplendidiſſimo, & diuitijs omnibus affluente habitaculo conſtituit. Scriptum enim eſt: *Tulit enim Deus hominem, & poſuit eum in Paradiſo voluptatis.* Ibi ergo ſecundas ſortiri hominem poſt ſe Deus voluit, cum

Gen. 2.

Damaſcen. c. 11. lib. 2. Greg. Nyſſ. li. 1. de hom. c. 2. Philon Iud.

Gen. 1.

Baſilius. Symmach.

Baſilius.

Ambroſ. in Geneſ.

Greg. lib. 9. cap. 17.

Beda in com. ment. huius loci.

Theodoretus qu. ſup. Gen.

Aug. de ciuit. lib. 16. Cyril. lib. 1. cont. Iul. Baſi. hom. 9 in Gen.

Gen. 2.

proregem, & quaſi pro Deum in terris inſtituens, iuxta illud, *vt præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli*. Et quamuis Deus homini nomen ceteris creaturis imponendi poteſtatem permiſit, eum tamen Deus vocauit Adam, quod ſingularem hominis inſinuat dignitatem. Receptum enim apud nos eſt, vt ſi magnatis alicuius ſeu Principis filius ſacro ſit baptiſmate abluendus, nominis impoſitio non cuiuis, ſed viro generis nobilitate, aut dignitate præſtanti permittatur. Deus autem magno huic orbis Principi, primo videlicet homini, nomen cum foret imponendum, non illud ab alio, quam à ſe ipſo voluit declarari. Si vero quis dicat: Quomodo tam humile nomen ei Deus indiderit (nam ſi, vt ait Euſebius, idem Adam eſt quod terrenus) decere hominis dignitatem tam abiectum nomen haud videbatur. Veruntamen hæc nominis humilitas multo magis indicat hominis excellentiam; terrenum enim vocari eum voluit Deus, vt ipſa nominis ſui notatione modeſtiam diſceret, ne altius, quam par erat, extolleretur. Dum triumphus olim agebatur, vt refert Tertullianus, Imperatorem curru ſedentem, ne tanta maieſtate ſuperbiret, præibat præco, dicens: Hominem te memento. Agathocles figuli filius, vt refert Rauiſius Textor, & Auſonius, virtute, & rebus geſtis Siciliæ Regnum adeptus fuit: ne tamen à ſumma rerum poteſtate ſuperbiret, priſtinæ conditionis immemor, inter argêtea, & aurea pocula, quibus Regis abacus ornabatur, terrea vaſa his ſimilia, quæ pater eius fingebat, poni mandabat. Ille primi hominis ad paradiſū acceſſus Deo comitâte ac deducête glorioſus quidã triumphus fuit, ne tamen inſoleſceret hic figuli, ac terræ filius (nam vt ait Scriptura formauit Deus hominē de limo terræ) eum Deus vocauit Adam, quod terram ſiue humum ſignificat, vnde fuit homo etiam à Latinis appellatus.

Euſeb. c.11.

Rauiſius, & Auſonius de his, qui ab humili ad amplam peruenere fortunam.

Sed ampliſſimus ille honor eſt, qui à Deo datus fuit homini, dū illū formauit ad imaginē, & ſimilitudinē ſuā: ad imaginē quoad bona naturæ; ad ſimilitudinem, quoad ea quæ naturā exuperant. Qua in re feciſſe videtur Deus more hominum, qui à ſe cōſtructis ædificijs gētilitios clypeos affigūt, vt inde poſſit ędiū dominus cognoſci. Hoc autē inſigne, quod Deus homini inſculpſit, eius diuinitatis imago eſt, quam animæ hominis ita firmiter impreſſit, vt niſi anima ſuum eſſe amittat, deleri non valeat. Inclytus ſculptor Phidias, vt hiſtoriarum traditur monumentis, ita figuram ſuam in galea Palladis à ſe affabre factæ inſculpſit, vt niſi ſtatua demoliretur, minime poſſet deleri ſimulachrum auctoris. Sic rerum ſummus cōditor ſe ipſum in anima hominis ita expreſſit, vt dum illa manet, ac viuit, Dei quoque imago, & ſimilitudo in ea duret neceſſe eſt.

Sed relictis nunc alijs rationibus, quæ in medium afferri poterant, & quibus homo Dei eſſe imago declaretur, duæ potiſſimum lectu digniſſimæ cenſentur. Nam quemadmodum Deus omnia in ſe continet, ſic etiam homo rerum omnium quoddam eſt compendium: hominem enim Deus formaturus decerpſiſſe videtur, quidquid in rebus creatis perfectionis, & excellentiæ reperiebatur, vt in illum omnium præſtantiam congereret. Nam ex lapidibus eſſe, ex plantis viuere, ex animantibus ſentire, ex Angelis intelligere à Deo habet homo commeatum. Præterea ſicut Dei omnipotentia eo progreditur, vt quidquid velit, valeat efficere; ſic etiam omnium rerum, quas animus concipere vult, format imagines, vbi non quidem res, ſed earum conceptiones exiſtunt. Quare mens hominis alterius mundi intellectu concepti prima videtur eſſe formatrix: nam & ſolem, lunam, ſtellas, elementa, arbores, homines, & innumerabilia mixta, & quod mirabilius eſt, ea etiam, quæ fieri non poſſunt, cuiuſmodi chimeræ ſunt, conſiderat, & imaginatur, & eſſe intelligibile eis prębet: verum ex nulla re maior in hominem glória deriuâtur, quam ex illa cum Deo ſimilitudine, quæ ſupernaturalis eſt, quoniam tam hæc, quam illa naturalis, de qua paulo ante, ex ipſis verbis Geneſeos: *Ad imaginem, & ſimilitudinem*, &c. manifeſte colligitur. Baſilius enim, Gregorius, Ambroſius, Origenes, & Eucharius Victorinus, nomen *imaginis* de naturæ bonis, quæ homini à Deo data ſunt, explicandum eſſe cenſent; *ſimilitudinem* autem, non de naturæ, ſed de gratię donis intelligendã, quæ dona imaginem illã iã pulchris coloribus exornât, & perficiût, vt Deo ſimilis, participata inde virtute, reddatur.

Baſilius. Gregorius. Ambroſius. Origenes. Euchar. in commen. huius loci.

Magna hæc profecto, & mirabilia in hominem beneficia fuerunt, longe tamen maius, & admirabilius Deum fieri hominem. Quod, vt melius explicemus, in memoriam reuocaſſe iuuabit verba illa Eccleſiaſtici, qui poſtquam dixerat, *Deus creauit de terra hominem, ſecundum imaginem ſuam fecit illum*: protinus adiecit: *& iterum conuertit illum in ipſam*. Scio gloſſam ordinariam explicare *in ipſam*, ſcilicet terram: ſed noſter Nicolaus de Lyra acutè, noſtroque argumento accommodatius exponit *in ipſam*, ſcilicet imaginem, ad cuius imitationem formatus eſt homo; itaque non contentus Dominus in primo mundi opificio hominem creaſſe, voluit illum ſanctificare, & ad id conuertit illum in propriã ſuam imaginem, vt ad illam, vt ad prototypum, & exemplar homo reſpiciens, ei cōformaretur, quia, quos Deus ſanctificat, vt ait D. Paulus, vult conformes fieri imagini Filij ſui: inde enim tota hominis felicitas dependet, vt à principio, vnde ortus eſt, nunquam ſe auertat, ſed intimè illi coniungatur, & conformetur. Hanc humanæ mentis conditionem antiqui ſignificaturi, manum è cælo egredientem pingebant, quæ circulum nondum clauſum tenebat, in quo pulcherrima virgo illum claudere ſatagens cernebatur. Manus de cælo egrediens Dei manus eſt, cuius tribus digitis teſte Iſaia terræ moles appenditur: ab hac manu, ſiue Dei potētia per manum ſignificata, circulus pendens, cæli, terræq. orbes ſignificabat. Virgo pulchra naturam humanam exprimebat, quæ adeo pulchra, & venuſta erat,

Eccl. 17.

Refert Plato

Iſaia 40.

vt

Digitized by Google

vt ſui artificis expreſſa imago eſset. Hæc circu-
lum claudere procurat, quoniam ſicut huius per-
fectio eſt, vt ſuo principio vniatur extremitas:
ita animæ felicitas in eo ſita eſt, vt principio, à
quo fluxit, ſuo nempe auctori Deo copuletur.
At videns Deus primum hominem, vtpote de
terra terrenum ab aſpectu diuinæ imaginis per
peccatum ſe auertiſſe, ſecundum hominem con-
1. Cor. 15. didit de cælo cęleſtē (vt verbis Diui Pauli vtar)
quem adeo preſſe, & ſtricte medio indiſſolubili
hypoſtaticæ vnionis vinculo ſuæ proprię imagi-
ni (hoc eſt Filio, qui expreſſa imago Patris eſt)
copulauit, vt non poſſet ab ea, nec per momentū
auerti, ſed ſemper eſſe in illam conuerſus, & inti
me ei coniunctus, non ſolum cognitione, & affe-
ctione, ſed re ipſa in vnitate perſonæ. Hic enim
eſt ſummus humanæ naturæ cumulus, ſuprema
gloria, & vnica felicitas, quæ hominem integre
ditat, plene nobilitat, feliciter perficit, & capaci
tatem eius vndequaq. explet: quippe altius tolli
homo non poterat, quam vt Dei filius diceretur,
& eſſet, quod in Chriſto Dei Patris naturali Fi-
lio cognoſcimus vnione humanitatis impletum.
Id vt melius intelligatur perpendere etiam iuua
bit, quod non ſemel ipſe ſum meditatus, curatum
ſcilicet diligenter ab auctore naturæ, vt nihil in
ea vacuum exiſteret. Hinc enim videmus omni-
bus huius vniuerſitatis partibus talem inditam
ab eo naturam, vt pro huius incommodi reſtau-
ratione contra ipſas naturę leges grauia ſurſum,
& leuia deorſum ferantur. Aqua enim, vt vacuū
compleat, ſolet ſurſum aſcendere, & in ipſa mun
Geneſ. 1. di creatione cum terra eſſet inanis, & vacua, con
ditor rerum vacuitatem impleuit. Quod etiam
rebus arte factis accidit: nam loci in his vacui,
in quibus ſimulachra, aut imagines conſtitui cō
ſueuit, ora quædam videntur aperta, quę comple
ri poſtulant, & vim quodammodo patiuntur, do-
nec impleātur. Nec minor fuit ſupremi auctoris
cura, & ſollicitudo, ne quippiam vacuum in ordi
ne ſupernaturali eſſet, ſed omnia plena, atq. per-
fecta. Vnde cum Angelorum caſu illæ ſedes va-
cuæ manſiſſent, eas ab hominibus occupandas,
1. Reg. 2. & adimplendas curauit. Deficienti Saul ſuccede
re iuſſit Dauidem, & præuaricāte Iuda, Matthiā
Act. 1. ſubſtituit, qui vt Dauid prædixerat, & Petrus re-
Pſal. 108. fert, Epiſcopatum eius acciperet. Tandem cum
anima Spiritus ſancti gratia vacua eſt, im-
plere diuina clementia cupiens, loquit: Aperi
os tuum, & implebo illud. Omnis igitur Dei cu
ra, & omne ſtudium eſt, vacua, & inania comple
re, quia tam in naturali, quam in ſupernaturali
ordine vacuum dari plurimum eſt pernicioſum.
Quare cum in Chriſti humanitate vacuitatem
propriæ perſonalitatis, quæ iure ei debebatur,
D. Tho. 3. p. q. 3. Deus conſideraret, illamque, vt ſanctus Thomas
Caiet. q. 4. ar. 2. ait, & quicunque eum ſequuntur, quibus & Ca-
ietanus adhæret, nulla poſſet creatura comple-
re, Deus ipſe diuinum ſuppoſitum humanitati
ſubſtituit, & pleniſſime diuinitatis capacem
hominis naturam occupauit. Naturæ enim no-
ſtrę tanta erat capacitas, vt ad ipſam Dei im-
menſitatem prouehi a Deo poſſet, quod in acce-

ptione humanitatis omnibus numeris abſolu-
tum fuit. Tunc enim diuinitas ipſa tanquam
gemma pretioſiſſima anulo noſtræ humanitatis
fuit affixa, cuius inæſtimabili precio, & infinito
ſplendore hominis natura, tam precioſa, & luci-
da reddita fuit, vt nihil pręter Deū ea excellētius
excogitari poſſit. Quod certe opus, tam inaudi-
tum, atque mirabile eſt, vt nec Angelorum per-
ſpicaciſſimus intellectus (vt ſtatim dicemus) il-
lud fuerit conſecutus, nec vnquam tale fuerit ab
hominibus animo fictum, aut fingi cogitatione
potuerit. Qua in re notatu dignum eſt, ad pro-
bandam excellentiam myſteriorum, quæ profi-
tetur Chriſtiana religio, Ethnicos ipſos, & fabu-
larum inuentores, qui tot, ac tanta de ſuis Dijs
commentabantur, non eo perueniſſe mentientes,
quo diuini huius myſterij veritas aſcendit, ſi om
ni admiratione maiores illius circumſtantias
contemplemur. Hac hyperbole ſeu exaggeratio-
ne veriſſima vſus eſt ſanctus Ambroſ. in lib. de *Ambroſius.*
Abrahā, qui de illius rebus mirabiliter geſtis lo
quens inquit: *Minus eſt, quod illa finxit, quam
quod iſta geſſit.* Sed vt magis appareat ratio, quæ
me, vt ita ſentiam mouet, quis neſcit veteres à
Chriſti fide alienos homines, vt Deorum curam
de rebus hominum ſignificarent, induxiſſe fabu-
lam Arionis, quem a nautis in mare proiectum
humeris delphin excepit, & ad litus expoſuit
incolumem? Veruntamen hac de re, inquit Augu *Auguſtinus*
ſtinus, non poſſe huiuſmodi fabulam cum vera
Ionæ hiſtoria conferri, quem etiam in mare cō- *Iona 2.*
iectum, cete ſuſcepit, & triduo illęſum intra vi-
ſcera cuſtodiens depoſuit in litore. Romani
quoque vt Romulum inter Deos referrent, a nu-
be fuiſſe raptum in cælum finxerunt, quod Au-
guſtinus de Ciuitate Dei figmentum fuiſſe, ac fa- *Auguſt. lib. 3. c. 15.*
bulam docet his verbis: *De Romulo viderit adu-
latio fabuloſa, qua perhibetur receptus in cælum.*
&c. Et affirmat Tertullianus dicens, aſcendit *Tertull. lib. 4 aduerſus*
mendacij ſcalis. Diſſimilis profecto fuit Chriſti *Marcionem,*
in cælum aſcenſio, ſiquidem nec nube, nec curru *c. 7.*
indiguit, quandoquidem propria virtute ſine
alterius auxilio orbem conſcendit empyreum,
iuxta illud Iſaiæ: *Gradiens in multitudine for
titudinis ſuæ.* Vnde ſanctus Gregorius dixit: *Iſaia 63.*
Qui fecerat omnia ſuper omnia, virtute ſua fe-
rebatur. Quare nube tanquam throno vſus eſt,
quemadmodum in Actis Apoſtolorum ſcribitur: *Actor. 1.*
Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, non
quidem vt eum nubes ſuſtentaret, vel, vt Romu-
lum, in cælum eueheret, ſed ille eam rapiebat in
ſublime, imperans, vt aſcendentem conſeque-
retur, ſicut notat Abulenſis. Fabula etiam pri- *Abulenſis in Parado. c. 8.*
ſcorum fuit cælum ſuſtineri humeris Atlan-
tis, at Iſaias de Deo noſtro, ait non hume- *Iſaias.*
ris, ſed tribus ſolum ab eo digitis terræ molem
appendi. Varias præterea Ethnici homines fin
xerunt rerum trāsformationes, quas Ouidius re *Ouidius.*
fert in ſuis metamorphoſibus, vt huiuſmodi fig-
mentis adeo magnam indicarēt eſſe potentiam,
vt tanquam naturæ vniuerſæ domini, ac mode-
ratores poſſent quidquid liberet efficere: nun-
quam tamen eo progreſſi ſunt fingendo, vt tranſ

mutationem de aliquo ipſorum Deo mente con ceperint ita glorioſam, qualis fuit transfiguratio Chriſti, & ſplendor vultus eius, de quo legimus: *Et facies eius reſplenduit quaſi Sol.* (*Matth. 17.*) Inter reliquas Ouidij fabulas (quod, & ſanctus Auguſtinus refert) (*Ouidius.*) legitur Iouem amore Danaæ pulcherrimæ puellæ accenſum in pluuiam auri cõuerſum veniſſe (vt ait Terentius) (*Terentius.*) per alienas tegulas clanculum, & in virginis ſinum deſcendiſſe. Mendacium certe, ac fabula tota hæc rea eſt, non tamen veritatem rei geſtæ in Sanctiſſima Virgine poteſt æquare; quoniam, etſi quo ad modũ deſcendendi in Virginis thalamum voluerit diuinum Verbum imitari ſilentium placidæ pluuiæ in terram decidentis, aut vellus dilabentis, iuxta illud, *Sicut pluuia in vellus deſcendiſti*: (*Antiph. Eccleſiæ.*) non tamen ſicut Iupiter auri pluuiæ immiſſus ſe ipſum tenuiorem reddens, & abſcondens, ſed abſque aliquo medio per ſe ipſum in natura, & perſona propria ſanctiſſimis Mariæ viſceribus illapſus fuit. Cæca tandem gentium ſuperſtitio (referente Luciano) (*Lucian. dialog. 1.*) quoſdam hominea coluit, qui vocabantur Heroes, à quibus opera heroica dicta ſunt: hi nec omnino mortales, nec prorſus habebantur immortales. Heros enim (vt vtriuſque linguæ periti declarant) eſt, (*Ambr. Calepin. verbo Heros.*) qui, nec totus Deus, nec totus homo eſt, & tamen vtrumque eſt. Hoc quid aliud erat, quam Deos prout cuique libebat effingere? In Chriſto autem plura, & maiora his cernimus, ſiquidem non ſolum eſt Deus, & homo, ſed ex duabus Dei, & hominis naturis componitur, nec tamen plures, ſed vna tantum eſt diuina perſona. Quam excellentiam nulla vnquam potuit fictio concipere, quippe Deum cum homine dum vana Gentilitas iungebat, non illum ſuppoſito priuabat humano, nec id ſaltem cogitando ſuſpicari humana ratio valuit: at in Chriſto tanta eſt miraculi nouitas, vt proprio nudata ſuppoſito ſubeat diuinum, & in eo perſiſtat. Quod opus adeo plenum admirationis, & portenti eſt, vt quemadmodum ſacra docet Theologia, non potuerit mentis noſtræ, vel angelicæ naturali lumine intelligi. Hæc igitur excellentia, ad quam humana natura per hypoſtaticam diuini Verbi vnionem ad Dei naturam prouecta, ac Filij perſonæ ſuppoſita fuit, tantæ ſublimitatis, ac difficultatis eſt, vt nec profana fictio Gentium aliquid potuerit comminiſci, aut animo concipere, quod valeat aliquo modo cum incarnati Verbi catholica veritate conferri. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Quinta.

Explicantur multiplici eruditione ſingularia quædam ſacræ Scripturæ loca, ad elucidandum ſacrum Incarnationis arcanum.

CVM ſacra volumina multia ſint referta teſtimonijs, quibus Incarnationia myſterium aperitur, non quæ omnibus nota, & decantata, ſed quę ſingularia magis, & potiora mihi viſa ſunt, modo referam, & explicabo, nonnulla interim omittens, quibus libri præſentis, & ſequentis homilias exornabo. Primum teſtimonium ſit Abrahæ cum Deo colloquium, quando ſibi deeſſe domus ſuæ ſucceſſorem conqueſtus, cum obtuliſſet Deo ſolemne ſacrificium, (*Gen. 15.*) ſole iam vergente ad occaſum ſopore correptus obdormiuit, ſicut legitur in Geneſi: *Cum ſol occumberet irruit ſopor ſuper Abraham.* Hic ſopor iuxta Septuaginta interpretum expoſitionem, mentis fuit alienatio, & animi raptus: ſic enim ex Hebræo tranſtulerunt, extaſis cecidit ſuper Abraham, cui ſic dormienti, vel in extaſim rapto reuelauit Deus copioſam ei fore poſteritatem liberorum, qui ab hoſtibus in ſeruitutem abducti, & infeliciter per annos quadraginta ſeruitio ſubiecti vitam eſſent tranſacturi; in quarta vero generatione auxilio diuino adiuti in patriã reuerterentur. Non ignoro, qui litteræ ſenſui nimium indulgent, nihil in hoc loco de Incarnationia myſterio cognoſcere; at ſi doctrinã diui Anſelmi ſequamur in libro Cur Deus homo, (*Anſelm. lib. Cur Deus homo.*) conuenienter admodum ſub hoc quartę generationis nomine Chriſti generationem intelligemus. Ad quatuor enim genera ſingulæ generationes reducuntur. Prima generatio fuit ſine viro, aut mulieris conſortio, qualis fuit Adami, quem (*Gen. 2.*) Deus ex limo terræ finxit. Secunda mulieris ſine viro, vt Euæ, quæ ex coſta Adam formata fuit. (*Ibidem.*) Tertia generandi ratio ex viro, & femina, qualis fuit Abel, & fuit reliqua hominum mortalium (*Gen. 4.*) propagatio. Quarta denique ex muliere ſine viri acceſſu, qualis fuit æterni Verbi, ſine aliquo in (*Lucæ 1.*) terris patre, ex Mariæ viſceribus, & Spiritus ſancti operatione mirabilis conceptio, & natiuitas. Tunc igitur Deus ait Abrahę, filios eius, nempe veros Eccleſię fideles in quarta generatione viſitandos, & à laboribus reficiendos per eum, quẽ miſſurus erat filium ſuum noſtræ carnis humanitate veſtitũ, ſicut Zacharias de illo loquens dixit, (*Ibidem.*) *viſitauit nos oriens ex alto.* Nec incõueniẽs eſt, aliquẽ S. Scripturę locũ duplici ſenſu litteraliter explicari, quod in hac Abrahę promiſſione videmus accidere, quæ tã de filijs, & ſemine Abrahę, quã de his, qui ex Chriſti fide futuri erãt adoptionis

nis gratia filij, optime declaratur. Diuerſa ſunt ſanctiſſimi Regis, ac ſacri vatis Dauidis de myſterio Incarnationis teſtimonia, ſed quatuor eximia ſunt, ex quibus illud Pſal. ſexageſimiquar-
Pſ. 64. ti ita legitur: *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus*. Quibus verbis duo potiſſima, & excellentiſſima noſtræ religinois arcana complexus eſt. Quippe cum ter nomẽ Dei profert, diuinarum perſonarum diſtinctionem, & numerum indicat: cũ ſingulare verbum ſubijcit, *benedicat nos*, vnam, & eandem in tribus perſonis oſtendit eſſe naturam. Secundo nobis innuit aſſumendam à Deo humanitatem, dum repetens nomen Dei, & pronomen, noſter, addit in hunc modum: *Benedicat nos Deus noſter, benedicat nos Deus*. Cum enim tres diuinæ perſonæ æqualiter noſtræ ſint, quoniam ſe ipſas liberaliter nobis præbuerunt, vnde Chriſtus dixit de Patre
Ioan. 14. ſuo, ac de ſe, & de Spiritu ſancto loquens: *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*: non poteſt aliud in verbis Dauidicis latere myſterium, dum ſecundo loco Deum vocat noſtrũ, niſi ſacramentum Incarnationis per quod ſingulari, & eximio titulo Filius Patris, noſter Deus eſt eo, quod de noſtro ſanguine, de Virgine nempe ſanctiſſima naſci dignatus fuerit. Vnde multo melius, & verius, quam Angeli, Filium Dei, vocare noſtrum poſſumus. Quemadmodum enim Eccleſiæ catholicæ ſummus pontifex, quãuis vniuerſi Chriſtiani gregis communis ſit Pater, & Paſtor, ſi tamen natione ſit Romanus, Florentinus, vel Neapolitanus, ſuum Romani, Florentini, & Neapolitani appellare ſolent, quod in illorum regionibus natus, aut ab eis oriundus fuerit: ſic Dei Filius, qui Pater eſt vniuerſorum, & tam Angelicæ, quam humanæ naturæ Dominus, ac Rex, quia tamen ab hominibus, & non ab Angelis ortus carne, & oſsibus compactus, ſicut homo, ideo noſter potius, quam Angelorũ nuncupatur. Ad quod alludens Iſaias dixerat:
Iſai. 2. Luc. 2. *Filius datus eſt nobis*, & Angeli dixerunt: *Natus ex vobis hodie Saluator*. Itaque hanc humanæ naturæ præſtantiam, qua longe ſuperamus Angelicam, ipſimet Angeli non inficiantur, nec fateri erubeſcunt. Secunda ratio, ob quam Dei Filius noſter eſſe dicitur, ex Pauli verbis accipitur,
Paul. Cor 3 dum, inquit, iuſtos alloquens: *Omnia veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue Mundus, ſiue Vita, ſiue Mors, ſiue Præſentia, ſiue Futura, omnia enim veſtra ſunt, vos autem Chriſti*. Quaſi dicat, ſi Chriſtus veſter eſt, quippe illius perſona veſtra eſt, quoniam illam Pater æternus vobis de-
Ioan. 3. dit, vt ſibi carnem veſtram vniret: *Ita enim Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitũ daret*. Ergo veſtra eius caro erit, veſter ſanguis, quem à vobis bibi, & manducari præcipit, veſtra eius merita, veſtra eius doctrina, & veſtra denique vita, & mors: ſiquidem vobis vixit, & pro vobis
Y Pſ. 101. mortuus eſt. Y ſecunda DD. auctoritas eſt: *Tu exurgens Domine miſereberis Sion, quia venit tem-*
D. Aug. Pſ. 101. conſe. h. Incog. in Pſ. 101. & alij multi. *pus miſerendi eius*. Quem locum etſi Genebrardus de Babylnois captiuitate interpretetur, magnus tamẽ Pater Auguſtinus, & Incognitus ſanctorumq; Patrum cõmuniter opinio intelligit de Verbi diuini Incarnatione, quam humana natura cupiens à peccati liberari miſerijs, poſtulabat à Deo terminum promiſsionis aduenire, & initi fœderis, atque pacti cum Abraham (de cuius familia ſe dixerat naſciturum) expectatiſsimum tempus iam adeſſe proponens. Nam vbi vulgata legit: *Quia venit tempus*, & Paraphraſis Campenſis: *Venit definitus terminus*, & Genebrardus: *Venit occaſio*, S. Hieronymus tranſtulit: *Venit pactum*, quoniam tempus appropinquauerat in fœdere promiſſum, vt quod pollicitus fuerat adimpleret, carnem noſtram accipiens: *Tu exurgens Domine miſereberis Sion*. Duplex horum verborum poteſt aſsignari ſentẽtia, quæ à myſterio Incarnationis non ſit aliena, prima Caſsiodori in huius loci commentarijs Caſſ. Pſ. 101
dicentis, *exurgens*, quaſi dormienti, qui diu ſubuenire diſtulerat, videtur Dauid conſiderare Deum; ſicuti olim Iſaias ſpeculatoris officio fungentem. Verba Iſaiæ ſunt: *Cuſtos quid de nocte*, Iſaias 21.
cuſtos quid de nocte? Quaſi dicere velit, heus tu explorator, quota hora noctis eſt? loquitur autem de nocte illa, quam dixit Paulus: *Nox præ-* Paul. ad Rom. 13.
ceſſit, dies autem appropinquauit. Dies nempe, ac lux, quæ à mundo omnem caliginem expellet. Bis interrogat Iſaias cuſtodem, dicens: *Cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte?* quoniam loquebatur cum ſpeculatore, qui ſibi dormire videbatur; qui enim dormit, non ſolet ſemel vocatus audire. Cum ergo genus humanum Dei Filium in hac quiete, & ſomno conſideraret, ait: *Tu exurgens miſereberis Sion*. Expergiſcere Domine, tam diu ne dormis? quomodo noſtrum differs remedium inſtar dormientis, qui non conſiderat anguſtias, & neceſsitatem inuocantis? Hoc in loco contemplari placet, quomodo ſi per hæc verba: *Tu exurgens miſereberis Sion*, loquens inducatur genus humanum, à quo tanquam inope, & mendico miſericordiam poſtulante ęterna ſalus flagitabatur, quomodo, inquã, audeat à ſomno excitare mundi Regem, & clamoribus verum omnium Dominum inuocare, non quidem ei lætum afferens nuntium, ſed vt ad implorantis opem occurrat, & quod plus eſt, atque mirabilius, vt vitam ſuam periculo mortis exponat. Sacra narrat Scriptura lib. 1. Reg. Dauidem elata voce famulos Saulis vocaniſſe, qui ſtatim accurrentes dixerunt: *Quis es tu, qui* Lib. 1. Reg. 26
clamas, & inquietas Regem? Si ergo his famulis audacia viſa fuit vox Dauidis; non ſtupore dignius, ab homine excitari Deum, vt pro ſe mortis certamen ineat, & hominem à morte liberet, dum ei dicit: *Apprehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi?* Ea tamen eſt Dei benignitas, vt huic audaci hominis petitioni reſpõdeat, quod in Pſalmis legimus: *Propter miſeriam ino-* Pſ. 11.
pum, & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus. Hoc poſtulas à me infelix homo, vt exurgam, & mortalem induens carnem deſcendam in auxilium tuum, pręſtabo id libenter, moque deſiderio pleniſsime ſatisfaciam, etiam cum proprię vitæ diſpendio. Secundus ſenſus ci-

tati

tati verſiculi eſt non minus ingenioſus, quem ſcribit Incognitus explicans Pſalmum 101. ait *Incog. ſuper Pſ. 101.* enim Methaphorice loquendo, quod Deus, antequam incarnaretur, erat quaſi ſedẽs, & quieſcẽs, ſed in ipſa Incarnatione, exurrexit cum antea ſedere videretur: nam dum aliquis ſedet, non ſatis apparet eius bona ſtatura, & membrorum decora compoſitio; ſi vero ſurgit, tunc corporis venuſtas, & membrorũ pulchra cõpages agnoſcitur. ad quod videtur alluſiſſe Dauid, ſic de Deo loquens: *Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare coram Ephraim, Beniamin, & Manaſſe*. *Pſ. 79.* Quaſi diceret, Domine qui ſedem habes in cęlo, & à ſanctis ſpiritibus cerneris, teipſum etiam oſtende à ſede exurgens, vt ab hominibus videaris, id enim niſi feceris, videris quodamodo quieſcere, & quo ad hominum curam dormire. exurge igitur: *Quare abdormis Domine, exurge, & non repellas in fine*. *Pſ. 43.* Hæc omnia eo pertinebant, vt Incarnationis myſterium poſtularetur. Vnde ſanctus Bernardus loco citato inquit, de Angelis loquens: *Habetis ſublimitatem eius, ſed humanitatem non videtis; fruimini altiori Chriſti parte, quæ caput eſt, per quod intelligit Paulus diuinitatem, pedes tamen ſacratæ humanitatis non videtis, quia nondum incarnatus eſt*. *Ber. vbi ſup.* Dum igitur Dauid petit à Deo, vt ſtet, & exurgat, in ſuumque prodeat auxilium: *Tu exurgens miſereberis Sion*: & dum rogat, vt apparens in terra manifeſtetur hominibus, dicens: *Manifeſtare coram Ephraim, Beniamin, & Manaſſe*; id agit, & precatur, vt Deus fiat homo, quoniam inde ſalus humani generis, & vita pendebat.

Tertius Dauidis locus legitur in Pſalmo 133. *Sicut ros Hermon, qui diſcendit in montem Sion*. *Pſ. 133.* Quæ verba Flaminius, & alij interpretes explicant de charitate fraterna, quam Dauid comparat cum rore, qui ſuper montes Hermon, & Sion deſcendit, & ideo dicunt nomen, ros, repeti oportere, in hunc modum: *Sicut ros Hermon, ſicut ros qui deſcendit in montem Sion*. Verumtamen magnus Pater Auguſtinus (quod & magis *Aug. in Pſ. 133.* conſonat interpretationi vulgatæ, hanc, quam vult Flaminius, repetitionem non admittit, atq; ideo ſingulare admodum in his verbis myſteriũ detegit. Ait enim fieri non poſſe, vt ros montis Hermon cadat ſuper montem Sion, cum vnus ad Hieruſalem, & alter trans Iordanem ſit longo interuallo deſiunctus. Vnde cum verba Dauidis iuxta litteræ ſenſum intelligi non valeant, ad ſpiritum recurrendum eſſe reſpondet Auguſtinus. Hunc autem ſenſum ab ipſa montis Hermon ſignificatione, & notatione hauriendum eſſe dicit: *Hermon*, enim idem eſt, quod *lumen exaltatum*, quod repræſentat Deum, qui eſſentialiter lux eſt; *Sion* autem ſignificat ſpeculam, per quam conuenientiſsime Chriſti ſignificatur humanitas, in qua Dei Filius tanquam in pręſidio, & propugnaculo poſitus hoſtem humani generis erat profligaturus, impetumque, atque furorem in genus hominum lethaliter ſæuientis cõpreſſurus. Dum ergo Dauid inquit, rorem montis Hermon cecidiſſe ſuper montem Sion, ſignificat Dei rorem, qui eſt Verbum diuinum, ſuper Chriſti humanitatem deſcendiſſe, vt illam ſuæ propriæ perſonæ ſupponeret. Huius roris auiditate flagrantes antiqui Patres clamabant: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem*. Ac ſi dicerẽt: *Iſai. 45.* cælum cum terra iungatur, labatur è cælo ros æterni Patris, quem humanitas ex Virgine ſuſcipiat, vt vtriuſque coniunctione naturæ ſpectatum, & pulcherrimum germen noſtræ ſalutis erumpat.

Quartus locus eſt Pſalmi 143. vbi Dauid clamabat ad Deum: *Emitte manum tuam de alto, & eripe me, & libera me*. *Pſ. 143.* Ad intelligendam facilius, & explicandam metaphoram, qua Propheta nunc vtitur, referam, quod facere ſolent in ſiluis, atque nemoribus venatores, vt capiant elephantem, quem vi capi non poſſe experimento nouerunt. Hic enim cum tardiſsimus ſit, & corporis mole grauis, quod manus, & pedes eius articulis careant, ſurgere non valet, ſi ſemel concidat. Propterea vt cõmodius, ac ſecurius quieſcat, ac dormiat, truncis arborum ſolet accumbere, ſed ante acceſſum elephantis venator arborem illam, non tamen penitus, ſuccidit, qua ille incautus dum nititur, facile perfringit, & arbore cadente collabitur. Accurrit protinus venator, & quaſi miſerans elphanti caſum, verbiſque reprehendens caſus auctorem, iuuat illũ fruſtra ſurgere conantem, quem elephantus benefactorem arbitratus ſequitur manſuetus, & gratus comitatur. Non aliter in myſterio Incarnationis contigiſſe Deo conſidero: nam cum hominis voluntas vi nulla cogi poſſet, quia libero gaudebat arbitrio, diabolus tanquam aſtutus, & callidus venator, non ignorans, ſi caderet ſemel, non poſſe ſuis viribus ſurgere, nec per totam naturæ facultatem ei poſſe robur, ad reſtaurationem ſubminiſtrari, tetendit laqueum, & parauit inſidias in Paradiſi arbore vetita, ad quam miſer homo contra Dei præceptum accedens, & de fructu eius comedens, corporis, & animæ bonis priuatus protinus concidit. Sed cadentis condolens miſeriam diuina clementia, iacenti homini dexteram ſuam, vt ſurgeret, porrexit, Filium mittens æternum, quod Dauid olim petebat, dicens: *Emitte manum tuam de alta, & eripe me, & libera me de aquis multis*. *Pſ. 143.* Quẽ locum aliter etiam poſſumus explicare: multa enim cũ proprietate vocatur à Dauid Filius Dei manus Patris; nã quemadmodũ manu facit artifex opus; & manu quiſque dona ſua diſtribuit; ita Pater æternus per Filium ſuum omnia, quæ in mundo ſunt, operatus eſt, vt ait Apoſtolus: *Per quem fecit & ſæcula*, *Ad Hebr. 1.* & per eundem dona ſuæ gratiæ hominibus largitur, ſicut ſcriptum eſt, *dedit dona hominibus*. *Ad Eph. 4.* Quemadmodum etiam manus eſt, quæ arripit gladium, & ab hoſte defendit, vulnera, & ictus prohibens; ſic Dei Filius fuit manus fortis, quę corripiens gladium, crucem nempe ſuæ Paſsionis, aduerſarium noſtrum pulſans, & verberans eum tãquam infamem à poſſeſsione depulit, vt ipſe dixit: *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras*. *Ioan. 12.* His ita præmiſsis mirabilis videbitur

Pſal. 143. debitur metaphora, qua vtitur Dauid, clamans ad Deum: *Emitte manum tuam de alto, eripe me de aquis multis.* Conſiderat Dauid hominem, quẽ aquæ miſeriarum oretenus circumfuſæ comprimerent, qui iam ſubmergendus & aquarum impetu obruendus clamaret ad Deum, vt mitteret manum ſuam de alto, & de aquis eriperet. Cui diuina benignitas brachium extendit, nempe Filium ſuum præbuit, qui hominem à morte liberaret. Sed quemadmodum, qui in aquis periclitanti manum extendit, quam in periculo poſitus ita fortiter ſolet apprehendere, vt non raro qui auxiliari venerat, alterius egeat auxilio, atque etiam interdum in vndis vitam amittat, eo ſuperſtite quem liberare procurauerat; ita etiã in myſterio Incarnationis Deo videtur accidiſſe, manũ ſuam ad hominem liberandum porrigenti, quam ille tam vehementer, & fortiter indiſſolubili vnionis hypoſtaticæ nodo apprehendit, atque retinuit, vt auxiliatorem ſuum in profundum aquarum, id eſt, in tribulationes innumerabiles, & labores immenſos, in ipſam denique mortem detruſerit atque demerſerit. Qui- Pſal. 68. bus dum obrutus & conflictatus Chriſtus ad Patrem ſuum clamat: *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam; Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia:* ac ſi diceret, aduerte Pater æterne, quod hominem liberaturus, qui iam peribat, cum acceſſerim, tanto verſor in periculo, vt parum abſit quin vitam amittam: porrige igitur mihi dexteram, ſicut ego illi porrexi, ne fluctibus tantorum laborum ſubmerſus emoriar. Pater tamen propter hominem deſerit Filium, ipſo dicente: *Vt quid me dereliquiſti?* & mortem ſubire ſinit, non extendens manum clamanti, & in tanta miſeriarum tempeſtate fluctuanti. Quæ res mihi videtur fuiſſe diuinæ charitatis tãtus exceſſus, vt altius nõ valeat exurgere, quando ſeruum liberaturus proprio Filio non pepercit, in eam aquam proijciens illum, cuius impetu obruen- 4. Reg. 6. dum non ignorabat. Regum tradit hiſtoria, mulierem quandam præ nimia fame poſtquam alterius filium deuorauerat, abſcondiſſe proprium, & noluiſſe eum prodere, quoniam natũ è ſuis viſceribus filium contemplata exhorruit proprio ſanguine impias manus fœdare. Sed amor Dei erga nos tantus eſt, vt de noſtra, vel eius Filij ſalute dum agitur, potius Filium ſuum quam nos mori permittat. Sponſa in canticis de hoc myſterio pluribus in locis aperte locuta eſt, ex quibus duo præſertim notatu digna ſunt. Primus ex cap. 5. vbi amanter ſponſum alloquẽs Cant. c. 5. ait: *Dilectus meus candidus & rubicundus*, quæ verba aliquot expoſitores de corporea Chriſti Pſal. 44. pulchritudine interpretantur, qua eum Dauid cunctis hominibus præſtare dixit: *Speciofus forma præ filijs hominum.* Sed vt proprietas ac veritas horum verborum, quibus ſponſa vtitur, magis eniteat, aduertẽdum eſt, pulchritudinẽ eſſe, Cic lib. 3. Tuſcul. vt Cicero definit, partium congruentiam cum quadam coloris ſuauitate: inter colores vero candidus, & niger extremi ſunt, vnde neuter illorum ſolus ad producendam venuſtatem perfectam ſufficere poteſt; at candidus cum rubicundo colorem medium inter duo extrema vtriuſque participem efficit, vt docuit Ariſtote- Ariſt. lib. 3. Meteororũ. les, quæ commixtio colorum rem cui adhæret, reddit valde decoram, & viſui iucundiſſimam. Propterea ſponſi ſui pulchritudinem ſponſa de- Cant. 5. claratura inquit: *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* At quamuis hic ſenſus plurimum litteræ conſonet, ego tamen puto ſponſam ſub candidi & rubicundi metaphora fuiſſe de myſterio Incarnationis locutã. Quoniã ſicut corporis pulchritudo, cum bona partium congruentia, à cõiunctione coloris candidi & rubicundi ſplẽdẽtis prouenit; ſic altiſſimũ hoc coaleſcit Incarnationis myſteriũ ex vnione Verbi (quod vt Sapiẽs ait: Sapien. 7. *Candor eſt lucis æternæ*) cum humana natura, quæ colore rubicundo ſignificatur: nam ex carne & ſanguine purpureo ſiue rubeo & compoſita eſt, & ab Adam propagata, qui idem eſt quod terrenus & rubeus, ex terra rubente formatus, vt S. Hierony. de nom. Hebra. ſanctus Hieronymus in explicatione nominum Hebræorũ, & Nicolaus à Lyra in lib. de differẽ- Nicolaus à Lyra lib de Differentijs vet. & nou. Teſt. tijs veteris & noui Teſtamẽti notauerũt. Vocãs igitur ſponſa candidum, & rubicũdum ſponſum, indicat Verbum diuinum ſuum eſſe dilectum, quoniam carne noſtra veſtitus homo pariter & Deus exiſtebat. Quod tantæ dignitatis & excellentiæ eſt, vt nullam aliam ſponſa potuerit proferre maiorem.

Secundus locus in canticis legitur cap. 8. vbi magno accenſa deſiderio videndi Filium Dei ho- Cant. 8. minem factum, in hæc verba prorupit: *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te?* Primum ait ſpõſa, *Quis mihi det*: quippe illa optime ſciebat non aliquo precio, vel aliqua emptione illum ſibi poſſe comparare, quoniam nulla vnquam opera fuerunt, quæ Verbi diuini Incarnationem mere- D. Auguſt. c. 15. & 22. rentur, adeo vt ſanctus Auguſtinus in libro de Prædeſtinatione Sanctorum, & in libro de Correctione, & Gratia dixerit: Nec ipſammet Chriſti humanitatem meruiſſe hypoſtatice vniri. Vbi eam comparat vnionem cũ prima gratia; quoniam vtraque ſub meritum non cadit. Secũdum quod ait ſponſa, eſt, *Quis mihi det te fratrem meum*, quibus verbis donari ſibi & eſſe fratrem optat: ſi enim frater eius eſſet, neceſſe quoque erat, vt ex illius carne, ac ſanguine & eiuſdem cum ipſa originis futurus eſſet. Vnde communẽ omnium bonorum inter ipſos hereditatem fore oportebat. Quis mihi te det, vt fratrem: tunc enim tuas mihi tu communicabis diuitias, ego tibi meam inopiam; tu mihi tuam magnitudinẽ, ego tibi meam prauitatem; tu maieſtatem tuã, ego tibi humilitatem meam; tu præbebis mihi requiem, ego tibi ſuggeram labores; tu denique Patris cæleſtis immenſa bona largieris, ego tibi patris mei terreni, & miſerrimi calamitates impartiar. Tertio ſponſa illum deſiderat paruulum & ſugentem vbera matris, quoniam ſic ſecurior erat venia culparum: paruulos enim, cum indignantur, leui quouis munere, aut verborum

blan-

blanditijs placere, & in noſtram gratiam conuertere poſſumus. Addit etiam, *vt inueniam te foris*, vbi quod cupit ſponſa, videtur Dei naturæ repugnare: nec enim ſi Deus eſt, foris eſſe poteſt, ſiquidem ipſe ineſt omnibus rebus, & in omni
Pſal. 138. loco eſt præſens, vt Dauid fatetur: *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades.* Quare, ſi omnia Deus ſua immẽſitate complet, quomodo foris eſſe poteſt? Reſpondet S. Diony-
Dionyſius Areop. ſius Areopagita: *Audendum eſt hoc pro veritate dicere, quod Deus ex vi charitatis extaſim paſſus eſt:*
Ioan. 16. quod Chriſti verbis conſonat, dicentis: *Exiui à Patre, & veni in mũdum.* Ad naturam Dei pertinet eſſe immortalem, impaſſibilem, æternum, fortem, diuitem, ideoque egreſſio Filij à Patris æterni pectore, vt mortalis, paſſibilis, temporalis, pauper, & imbecillis fieret, nihil aliud fuit, quam ab illa ſua natura in aliam tranſire, & ſolitum ſuæ diuinitatis ordinem tranſgredi, quod cupiebat ſponſa, dicens: *vt inueniam te foris*, hoc eſt, vt ſi prius te tanquam leonem, nunc tanquã agnum videam; ſi tonantem prius, & fulgurantem in cælis, nunc plorantem & trementem in terris; ſi prius à regali potentiæ throno fulmina vibrantem, nunc in cunabulis flentem, & ſingultientem: ac tandem ſi prius ſeuerum & intractabilem, nunc benignum, affabilem, & humanum, vt deoſculer te, & meum cum tuo ore coniungens, oris tui halitu verus ſalutis, & vitæ ſpiritus mihi communicetur. Optime enim ſciebat ſponſa, olim ſpiritu, qui ab ore Dei prodierat, primo omnium parenti vitam infuſam, ſicut le-
Geneſ. 2. gitur in Geneſi: *Inſpirauit in eum ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem*; quod etiam homo iam factus Deus obſeruauit, vt ſuis diſcipulis Spiritum ſanctum infunderet, quem eis diuino ſui oris afflatu impartiuit. Inſlauit, &
Ioan. 20. dixit: *Accipite Spiritum ſanctum.* Hanc ergo diuini ſpiraculi à Dei ore procedentis virtutem ſponſa cognoſcens, cupiebat ſponſum oſculari, vt illius Spiritus, & vitæ particeps fieret.

Illuſtris etiam admodum eſt locus ille Iſaiæ, vbi Deus loquens cum dæmone, minatur ei Fi-
Iſai. c. 37. lij ſui Incarnationem, dicens: *Ponam ego circulum in naribus tuis, & frænum in labijs tuis, & reducam te in viam per quam veniſti.* Vbi Propheta iuxta litteram loquitur de magno illo Tyranno Senacherib, qui populum Dei magnis anguſtijs obſeſſum tenebat. Veruntamen per eum ſignificabat Propheta crudeliſſimam Diaboli ſtragem, atque tyrannidem, qua homines perſequebatur, in dies augens furorem, & immanitatem: vnde conſiderans Deus, quanta illius eſſet ferocitas, & fortitudo aduerſus mortale genus, inquit alloquens Iob ſeruum ſuum, non poſſe tam indomitæ beſtiæ impetum coerceri, & eodem genere loquendi vtitur, quod Iſaias vſur-
Iob 40. pauit. Ait enim ad Iob: *Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?* Quæ verba iuxta veterum morem dicta ſunt, qui ad ferocia, & indomita animalia facilius domanda circulo ferreo, ſiue anulo pro fræno naribus immiſſo vtebantur: vnde ait, poteris ne ponere circulum in naribus inferni Draconis, vt tantus furor quieſcat, & crudelitas comprimatur? Non vtique. Tua enim poteſtas id aſſequi non valet, virtus autem mea facile, ac integre id præſtabit, quippe illius tam effrænem arrogantiam, & libertatem coercere mihi in animo eſt, iniecto naribus circulo, quo captus, & impeditus mouere pedes aut manus ad nocendum non valebit. Circulus hic Incarnationis myſterium erat (vt auctor Siluæ Allegoriarum *Silua alleg. verbo circulus.*
explicat) quo circulo Deus tam dura Diabolum obſidione cinxit, & ita defatigauit myſterij huius ignarum, vt vſque ad vltimum victoriæ tẽpus, in ipſa nempe Cruce, myſterium non intel- *Homil. 4.*
lexerit. Videmus etiam Hieremiam de hoc arcano loquentem vſurpaſſe verbum circumdan- *Hierem. 31.*
di, ait enim: *Mulier circundabit virum.* Quod loquẽdi genus, & metaphora mirabilis & aptiſſima eſt ad Incarnationis myſterium inſinuandum. Nam quemadmodum in circulo eſt duorum extremorum coniunctio, ſcilicet principij, & finis inter ſe valde diſtantium, in vnum tamẽ punctum indiuiſum coeuntium; ita in myſterio Incarnationis natura diuina & humana in vnũ concurrerunt ſuppoſitum, etſi prius tanto diſiungerẽtur interuallo, quanto creator à creatura, Deus ab homine ſeparantur. Ille namque rerum omnium eſt principium, hic eorundem terminus: quæ duo nomina ſibi Chriſtus indidit, ſe ipſum primam Alphabeti litteram & vltimã appellans, cum dixit: *Ego ſum Alpha. & Omega, principium, & finis.* Quæ duo in illo coniuncta *Apoc. 1.*
fuerunt hypoſtatica vnione, dum corpus aſſumpſit Dei Verbum, atque ſapientia, vt illam homines edoceret. Huc etiam faciunt verba Iſaiæ: Ego *Dominus, primus & nouiſsimus ego ſum.* hoc eſt, ſum Deus, qui prima rerum cauſa eſt, & homo pariter, quia Deus hominem nouiſſime poſt omnes alias creaturas condidit. Ait tandem Deus aduerſus Diabolum, *& reducam te in viam per quam veniſti*; conſtringam te ita vehementer hoc mirabili circulo, vt reuocare gradum compellam, & in viam per quam paraturus homini dolum veneras, regrediaris. Nam ſi femina tamquam tuæ fraudis inſtrumento es vſus, Eua videlicet intemperante, & inobedientе, aliam ego obedientem, & temperantem accipiam, nempe Mariam, vt per te labefactata illius prole, eandem reſtaurem. Præterea, ſi vt hominem à tanta dignitate deturbares, ſimilitudinem cum Deo ei obtuliſti, dicens: *Eritis ſicut Dij*, efficiam ego vt induens Deus hominis naturam, homo vere ad Dei ſimilitudinem, Deus factus, aſcendat.

Nec oblitus eſt huius myſterij Abacuch pro- *Abacuch. 3.*
pheta, licet id obſcure ſic indicauerit: *Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan.* Nam cum auſtralis regio, & mons Pharan plurimum diſtent, quomodo fieri poteſt, vt vna eademque perſona, à locis tum diuerſis atque remotis, eodem tempore veniat? Eſt etiam regio auſtralis clariſſima, mons autem *Pharan*, obſcurus, vnde

Septua-

Septuaginta interpretes.

Septuaginta interpretantur mõtem vmbroſum: quomodo ergo eodem tempore ab Auſtro, & monte Pharan, hoc eſt à loco obſcuro & claro Deus venire poteſt? Ratio myſterij eſt, quod illic Propheta de Deo homine loquitur, in quem eodem puncto temporis diuina & humana natura conuenerũt, diuina quidem veniens ab Auſtro, id eſt, à Patre æterno, quoniam ſicut ibi nũquam eſt nox, ſed perpetuus ſplendor, ita in Deo obſcuritas non eſt, ſed totus lucidus eſt, immo ipſa lux, de quo Ioannes in prima canonica inquit: *Lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ*. Sed quod pertinet ad naturam hominis, venit à monte Pharan loco vmbroſo nempe à ſacratiſſima virgine, vt explicãt Euthymius & Theophylactus. Virgo enim Maria mons quidem eſt, propter ſuæ ſanctitatis excellentiam, & dignitatis ſublimitatem, eſt etiam mons vmbroſus propter vmbram quam ei fecit Spiritus ſanctus; ſicut Angelus dixit: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi*. In cuius expoſitionis confirmationem ſilentio prætereundum non eſt, quod ſanctus Hieronymus in huius loci commentarijs ſcribit, videlicet audiuiſſe quendam doctiſſimum Hebræum vbi noſtra vulgata legit, *Deus ab Auſtro veniet*, legentem, Deus ab Bethlem veniet, quoniam Bethlem ad plagam auſtralem ſita eſt: quam interpretationem ſequuntur Theophylactus, Euthymius, & Theodoretus, & Magentius lib. 1. Dialogorum aduerſus Neſtorianos, vt refertur in tomo 5. Bibliothecæ ſanctorum Patrum, & ante eos Tertullianus antiquiſſimus ſcriptor, libro de Trinitate explicuit, vel vt alijs placet, Nouatianus Romanæ Vrbis presbyter, quem volunt auctorem illius libri eſſe.

Ioan. cap. 1.

Euthymius & Theophylactus. Luc. 1.

D. Hierony. ſuper Abacuch 3.

Theophylactus, Euthymius, & Theodoretus. Magentius lib. 1. Dialogorum. Tertullianus ſeu vt alij volunt Nouatianus lib. de Trinit. cui opus illud adſcribunt.

Homilia Sexta.

Diuinum Verbum cum pluuia, & rore comparatur, & exponuntur verba Pſalm. 67: Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hereditati tuæ, &c. Et verba Pſalm. 72. Sicut pluuia in vellus deſcendiſti, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

Pſal. 67.

Pſal. 72.

Rex, & Propheta Dauid de Verbi Incarnatione loquens, eã metaphoricè vocat pluuiã his verbis: *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hereditati tuæ*. Dici vulgo ſolet, pluuia feſtinanter & copioſe labente, quam voluntariè pluit: id tamen impropriè, quippe non eſt in aqua ſeu pluuia voluntas deſcendendi, ſed in Deo illam mittente, à quo talem ſuſcepit aqua naturam, vt deorſum, ſicut ignis ſurſum, feratur. Pluuia autem, quam Deus miſit populo ſuo, nempe Filium ſuum, vere eſt voluntaria, quandoquidem voluntariè deſcendit ad terram, vt illam fœcundaret, gratuito ſe pro nobis offerens. vnde illud: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & ex voluntate ſua nos in filios Dei regenerauit: voluntariè enim genuit nos Verbo veritatis*, vt ait D. Iacobus. Quod ſi ſcire cupimus, quamobrem Dauid Chriſtum pluuiam appellet, facile occurret ratio, ſi conſideremus, quam magnus & copioſus illa decidente fructus in terra proueniat; & quantum eius inopia atque defectus ſit pernicioſus. Nolo morari Aegypti famem commemorans, quando anguſtæ fluminis Nili exundationes frumentum, quod, Nilo abluente dare ſolebant, diu negauit: non reuocabo in memoriam ſeptem illas boues macras, quæ deuorauerunt pingues, vel ſeptem ſteriles ſpicas, quæ fertiles, & plenas conſumpſerunt; non recenſebo damna, quæ pluuiæ defectus terræ attulit, qualis fuit ſub Rege Achab fames Iſrael, quando vidua paupercula quod habebat farinæ abſcondit, qua deficiente vitam quoque terminaret ſuam: non memorabo ingentem famem ſacris narratam eloquijs, quæ adeo Hieroſolymis inualuit, vt proprium mater comederit filium; referam tantummodo, maledicere volentem Dauidem montibus Gelboe propter Saulis, & Ionatæ mortẽ, nullam hac execratione inueniſſe maiorem: *Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia cadat ſuper vos*. Hanc enim grauiſſimam omnium calamitatem, atque miſeriã iudicauit, qua nulla pernicioſior põt terris accidere; idque merito; ſiquidem experiẽtia docet, tẽpore famis pauperes, ac inopes, à quibus hæc calamitas ſumit exordiũ, macie languentes huc atque illuc vagari, pallẽtes vultu, ſuppreſſis oculis, horrentibus capillis, gemitu ac lacrymis cũcta cõplentes, oſtia importunis clamoribus pulſantes, & vi famis cogente herbis more beſtiarũ veſcentes; animalia vero, & pecora herbas non inueniẽtia glebas & arentia ſaxa lambere, exſiccatas aquæ inopia radices conuellere, plurima per vias, & agros iacere fame confecta. Tunc diuites antea benigni, ac liberales, ſumptibus parcunt, vt futuræ indigentiæ prouideant; auari lucri ſtudium augent, frumentum carius vendunt, cernentes pluribus in locis terram præ ſiccitate dehiſcere, cuius rimulæ & hiatus tanquam aperta quædam ora videntur aquam efflagitare. Propterea Dauid maximum deſiderium, & ſitim ardentiſſimam, qua in Deum æſtuabat, ſignificaturus, comparat ſe terræ aquã deſideranti: *Anima mea* (inquit) *ſicut terra ſine aqua tibi*. At ſi in tanta rerum omnium calamitate cælum liberaliter agere, & rigare terras incipiat, aquarũ imbribus copioſe labentibus, nemo nõ lætatur, vno excepto auaro, qui præ nimio dolore, & lucri deſperatione cõtriſtatur, ac luctu & mœrore cõficitur, quod iam frumentum eius, vnde vberrimum expectabat lucrum, nõ tanti vendendũ ſit.

Pſal. 67.

Iſai. 53.

D. Iac. c. 1.

Geneſ. 41.

Ibidem.

3. Reg. 17.

4. Reg. 6.

2. Reg. 1.

Pſal. 142.

Magna

Digitized by Google

Magna tunc voluptas eſt, ingenſque gaudium, terram videre tumentem, riuulos excreſcentes, prata herbis virentia, arbuſcula folijs ornata, menſas ſolitis pomis, ac cibis onuſtas, pauperes, & inopes refectos, & nouæ quaſi vitæ, & ſpiritui reſtitutos. Sed nunc ad rem noſtram. Quis neſcit, quanta eſſet ante Chriſti aduentum totius mundi infelicitas, rerumque calamitas? Nam idololatria nimis per omnia ſerpſerat, tyrannidis violẽtia ſedem fixerat, & ambitio thronum occupauerat, turpitudo vbique gentium inualuerat, aurum, & argentum pro Deo colebatur, & Deo vero nullus, vel perexiguus honor, & reuerentia deferebatur. Hoc igitur tempore, quãdo terra magis indigebat, miſit cælitus Deus hanc Incarnati Verbi pluuiam ſalutarem, quæ tales, ac tantos produxit in mundo ſuæ virtutis effectus, vt montes tanquam cera liqueſcens defluxerint, & aquæ tanquam ignis exarſerint, iuxta quod Iſaias dixerat: *Vtinam dirumperes cælos, & deſcenderes; à facie tua montes defluerent, & aquæ arderent igni*. Noua profecto hæc res, & inuſitatum dicendi genus; ſi dixiſſet montes arſiſſe, quippe in eis ligna ſunt, quibus facile fit incendium, & aquas gelu concretas liqueſieri, ac fluere calore ſolis, non ita videretur inſuliũ, & à ratione alienum; at inuerſo ordine cum dicat montes defluere, & aquas ardere, non certè poteſt grandi carere myſterio. Quod ego inuenio hoc eſt, nimirum nomine montium intelligi ſuperbos, ſicut capite 40. quando Iſaias dixit: *Omnis mons humiliabitur*. Montibus enim ſuperbi aſſimilantur non ſolum duritie cordis, ſed etiam quoniã cum ipſo cælo contendunt; & quia ſicut montes deſpiciunt valles, ita illi contemnunt humiliores. Præterea vt montes aëris inclementia, ac fulminibus ſunt obnoxij; ſic illi grauioribus, & frequentioribus Dei ſupplicijs ſubijciuntur. Nomine aquarum Propheta hoc loco intelligit corda gelida, & animos frigidos, in quibus ſcintillæ diuini ardoris extinguuntur. Vnde verborum Iſaiæ ſententia erit, quod ab Spiritu Dei tales montes, nempe id genus homines ab Spiritu Dei moleſcent, & ſubſident, duritiem animorum, & ſuperbiam deponentes; & aquæ, hoc eſt frigidi animi, ardore charitatis liqueſient, & exardeſcent. Nulla enim tam inſolens ſuperbia, nullus vertex adeo ſublimis, qui humilitate Dei Incarnati conſiderata nõ ſe demittat, & ſubſternat. Nullum cor ita frigidum, etiam ſi gelu ſuperet rigore, quod nõ liqueſcat, & ardeat ad præſentiam illius, qui tanto flagrauit amore hominum, vt propter eorum ſalutem exiſtens ipſe Deus fieri homo voluerit, vt homo fieret Dei Filius naturalis in Chriſto, in reliquis adoptionis, dicente Paulo: *Vt adoptionem filiorum Dei reciperemus*. Vnde Ioannes Chryſoſtomus, cum dixiſſet Euangeliſta Ioannes: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*; ac mox: *Et Verbum caro factum eſt*, ait illam particulam, *&*, non ſignificare conſequentiam, ſed cauſam, ac ſi dixiſſet: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*, quia, *Verbum caro factum eſt*.

Iſaias 64.

Iſaias 40.

Ad Gal. 4.

Ioan. 1.

¶ Verum vt clarius appareat, quam ingenioſa ſit pluuiæ, & roris metaphora, ad ſecundi loci principio propoſiti, nempe Pſalmi 72. declarationem accedamus: *Sicut pluuia in vellus deſcendiſti; & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terrã.* Ad horum verborum intelligẽtiam oportet aduertere, verba prædicta, & reliqua, quæ in hoc Pſalmo continentur, etſi Hebræi Dauidi tanquam eorum auctori aſcribant, & de Salomone illiuſq; bona gubernatione interpretentur: ſanctum Hieronymum in huius Pſalmi prologo, & commentario non Dauidem fuiſſe auctorem, ſed Salomonem, neque de Salomone, vt Hebræi volunt, ſed ad litteram de Chriſto fore intelligendum, aſſerere. Cui expoſitioni S. Auguſtinus, Caſſiodorus, & Nicolaus Lyra ſuffragantur. Conſtat enim aperte, huius Pſalmi verba claram eſſe de Chriſto prophetiam; nam de illo, de quo Pſalmus ſcribitur, ſic ibi legitur: *Ante ſolem permanet nomen eius*, hoc eſt, ante creationem ſolis iam ille nomen habebat, quod plane non Salomoni, ſed Chriſto quatenus Deo, perquam optime conuenit. Hoc ita conſtituto ait Salomon in Pſalmo: *Sicut pluuia in vellus deſcendiſti*, videlicet iam à cæleſtibus orbibus, qui ære videbantur duriores, lapſa illa pluuia eſt, ab omnibus tam diu deſiderata, iam ab illo diuino ſublimatorio pectoris æterni Patris ſtillauit, non Angelorum aqua, ſed precioſior fortiorque liquor, nẽpe vinum, de quo per Michæam Deus locutus fuerat: *Stillabo in vinum, & in ebrietatem*. Vinum ſtillatũ illud eſt, quod ab vuis non pedibus compreſſis defluit in torcular, quod eſt vehementius, quoniam ex potiſſimo vuarum ſucco, atque prima ſubſtantia exprimitur, & ſua veluti ſponte dimanat. Quare dum ait: *Stillabo in vinum*, hoc ait: Tibi dabo Filium meũ, qui eſt tota mea virtus, & fortitudo, & mentis ſtillatio puriſſima. Cum autẽ ſtillatio liquoris guttatim fieri ſoleat, nullibi maius prodigium, aut inuſitatius miraculum inuenietur, quam in hoc Incarnationis myſterio: ſiquidem diuinæ naturæ oceanus tam anguſtis ſe ſpacijs compreſſit, vt in guttam vnam eius vaſtitas, & immenſitas redacta fuerit. Creaturas vocat Iſaias guttulas ex ſitula manantes, inquiens: *Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ*. Quoniam igitur eramus guttulæ, Deus quoque voluit ſe ad guttulam reducere. vnde illud Pauli: *Exinaniuit ſemetipſum*; paruulum nempe ſe faciens, & quaſi ſeipſum exhauriens, ac tanquam guttula ſe ſtillans in noſtram vtilitatem. Senſus etiam eſſe poteſt verborum: *Deſcendit ſicut pluuia in vellus*, nullo facto ſtrepitu decidit. Ita diuinum Verbum in vellus aureum viſcerum ſanctiſſimæ Virginis tam ſilenter deſcendit, vt dæmonem latuerit, quod Nicolaus Lyra in huius loci commentarijs ſic atteſtatur: *Ita ſuauiter, & imperceptibiliter deſcendit in Virginem per ſuam Incarnationem, vt lateret dæmonem. Et ſicut pluuiam vellus recipit, & eam emittit ſine aliquo ſui detrimento, aut diuiſione; ita Dei Filius multo mirabilius, quam pluuia, thalamũ Virginis ſine aliqua eius læſione, aut puritatis ta-*

Pſ. 72.

Auguſtinus. Caſſiodorus. Nicol. Lyra ſuper Pſ. 72.

Michææ 2.

Iſaias 40.

Pau. ad Phil. cap. 2.

Pſal. 72.

ctura

ſura intrauit,& egreſſus eſt. Verba Nicolai ſunt: Sicut pluuia in vellere recipitur, & exprimitur ſine corruptione velleris; ſic Chriſtus fuit conceptus, & natus ſine corruptione Virginis, idque inſinuant eiuſdem Pſalmi hæc verba: *Et ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram*, id eſt tanquã ros ſuper terrã ſuauiter,& ſilenter decidet.

Quoniam autem ſimilitudo à rore deſumpta præſenti myſterio explicando plurimum accommodata eſt,aliquantulum in roris natura declaranda, & huic applicanda myſterio commoremur. Aiunt enim rerum naturalium ſcriptores, rorem ex aquarum exhalationibus,& terræ vaporibus in aëre gigni, vbi guttulæ illæ cryſtallo ſimiles fiant, quæ vento perflante in terram dilabuntur. Hoc modo diuinum Verbum, tanquam à Patris ſui exhalatione mirabili, quæ ab eius diuino pectore orta eſt, nec non ex humore rubeo puriſſimi ſanguinis, quem Maria Virgo ad opus Incarnationis ſubminiſtrauit, compoſitus fuit ros, id eſt Chriſti corpus, perſonæ diuini Verbi vnitum. Quapropter ſicut luna ro-
Bart. Angl. lib. 19. c. 6. ris eſt genitrix (vt ſcribit Bartholomæus Anglicus) ita Virgo ſanctiſſima,quam Spiritus ſanctus vocat pulchram, vt lunam, huius ſalutiferi roris mater, & genitrix eſt. Inter veterum fa-
Auguſ. lib. 1. Confeſ. c. 16. Ouid. lib. 4. Metamorph. bulas (quod & refert Auguſtinus, & ſcripſit Ouidius) legimus Iouem pulcherrimæ cuiuſdam puellæ nomine Danaæ amore captum, quam Pater Acriſius cum turri incluſiſſet aheneæ, illa vt potiretur Iupiter omnium deorum ſummus,vt credebat vetuſtas,in rorem mutatus corpori puellæ illapſus fuit,ex cuius partu inclytus Perſeus ortus eſt, qui Gorgonem interemit, cuius viſu homines in lapides, & beſtias vertebantur. Hoc præſenti myſterio ita poteſt accommodari. Iupiter, id eſt iuuans Pater, figu-
Iſaias 9. ra eſſe poteſt diuini Verbi, quod Iſaias vocauit Patrem futuri ſæculi, qui exiſtens aurei ſæculi, id eſt gratiæ Pater, Virginis,& filię Regis Dauid amore captus,tanquam ros in eius virginea viſcera penetrauit, quod ipſe per Oſeam ita præ-
Oſeas 14. dixerat: *Ero quaſi ros,& Iſrael germinabit ſicut lilium.* Ego Marię viſceribus illabar,tanquã ros, & illa tanquã odoriferum liliũ germinabit. Ros enim quamuis cadat ſuper liliũ, non illud madefacit,nec decolorat,ſed modico venti flamine ab eo decidit, & non minus pulchrum,quam antea relinquit illæſum. Hunc diuini roris ingreſſum ſubſecuta eſt conceptio illius fortiſſimi ducis, qui tãquam alter Sampſon moriens, ſuos quoq; interemit inimicos,& nõ ſecus,ac Dauid,qui giganti caput amputauit,immaniſſimo humani generis tyranno Diabolo vitã eripuit, atq; potentiam, qui multo verius, quam Gorgon, in lapides vertebat hominum corda, ne vllis Spiritus ſancti afflatibus mouerentur,ſeipſos ad Deum conuertentes.

Quod autem alij adijciunt guttas illas roris, quæ à Ioue pluebant, in aurum conuerti, vel eſſe aurum, præclare Chriſto conuenit: ſiquidem vt aurum ceteris metallis præſtat, & apud omnes precij maioris habetur; ita Chriſtus ſummum in Eccleſia militante, & triumphante locum, atq; gradum obtinet,cum vtriuſque ſit caput, dicente Paulo: *Ipſum dedit caput ſuper om-* *Eph. 1.*
nem Eccleſiam. Præterea quemadmodum aurum eſt precium, quo res emuntur; ita Chriſtus precium eſt, quo redempti ſunt homines, & à miſerabili Satanæ ſeruitute liberati. Et ſicut aurum virtute in ſeipſo omnia fortunæ bona complectitur, quoniam omnibus æquiualet, & per illud cetera omnia comparantur: ita Chriſtus omnium bonorum, quæ anima deſiderare poteſt,ſummus theſaurus eſt, quippe in quẽ omnes Dei theſauri congeſti fuerint. Vnde anima hoc immenſo locupletata theſauro, verè poteſt dicere: *Omnia bona venerunt mihi pariter cum* *Sap. 7.*
illo. Eſt etiam aurum ſuper omnia metella lucidum, & pulchrum, & Chriſtus tam pulcher, & ſpecioſus, vt de illo dixerit Dauid: *Specioſus* *Pſal. 44.*
forma præ filijs hominum. Et ſicut aurum quando purum, & exploratum eſt, quamuis in ignẽ mittatur, ac fortiter contundatur, nunquam precium, aut pondus amittit; ita Chriſtus licet in Crucis incude fuerit contuſus, ac tot doloribus cruciatus, non eſt inuentus minus habens, nec imminuta fuit eius dignitas, nec amiſſum pondus, ac precium diuinitatis. Et ſicut aurum (teſte Bartholomæo Anglico) eam ha- *Bart. Angl. lib. 16. c. 5.*
ber naturam, vt dum tunditur, non vt æs, aut argentum, aliaue metalla reſonat; ita Chriſtus vndequaque concuſſus non aperuit os ſuum contra inimicos, nec auditum fuit verbum aliquod vindictæ, aut querelæ, ſed potius, vt dixit Iſaias: *Tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit*. Et *Iſaias 53.*
ſicut aurum liquore dilutum, vel dulciarijs cõmiſtum, & deguſtatum dolentem animum reficit, atque recreat: ita Chriſtus, qui eum digne comederit per ſacramentum altaris, mirabili afficiet lætitia, ac robor confirmabit. Ac tandem ſicut aurum ſine hominum induſtria, vel ſtudio intra terræ viſcera gignitur ſola radiorum ſolarium ope, qui ſine aliqua terræ læſione illud generat; ita Chriſtus in terra ſancta viſcerum Mariæ, ſine aliqua viri induſtria, ſola Spiritus ſancti cooperatione, ſine aliquo Virgineæ integritatis detrimento conceptus, & natus fuit.

Mirabiliter ſanctus Iob, Spiritu diuino cor- *Iob 38.*
reptus, de hoc ſublimi rore ita locutus eſt: *Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, vt plueret ſuper terram abſque homine in deſerto? Quis eſt pluuiæ pater, & quis genuit ſtillas roris?* Quis impertiuit rori tantam velocitatem, vt momento temporis à cælo deſcenderet, quando Chriſti conceptio in inſtanti temporis intra Virginis thalamum facta, & celebrata fuit? Quis facere potuit, vt plueret ſuper terram, & à pluuia, & rore fœcundaretur, abſque homine, & ſine aliquo viri conſortio? ſiquidem non cognoſcens virum in vtero habens inuenta eſt Virgo, ſicut illa dixit: *Quoniam virũ non cognoſco*. Quis deni- *Luc. 1.*
que huius pluuiæ roris pater eſt? Nemo certe. Quoniam Chriſtus in terris Patrem non habet, ſed ſolum in cælis diuinum.

Magna tunc voluptas eſt, ingenſque gaudium, terram videre tumentem, riuulos excreſcentes, prata herbis virentia, arbuſcula folijs ornata, menſas ſolitis pomis, ac cibis onuſtas, pauperes, & inopes refectos, & nouæ quaſi vitæ, & ſpiritui reſtitutos. Sed nunc ad rem noſtram. Quis neſcit, quanta eſſet ante Chriſti aduentum totius mundi infelicitas, rerumque calamitas? Nam idololatria nimis per omnia ſerpſerat, tyrannidis violẽtia ſedem fixerat, & ambitio thronum occupauerat, turpitudo vbique gentium inualuerat, aurum, & argentum pro Deo colebatur, & Deo vero nullus, vel perexiguus honor, & reuerentia deferebatur. Hoc igitur tempore, quãdo terra magis indigebat, miſit cælitus Deus hanc Incarnati Verbi pluuiam ſalutarem, quæ tales, ac tantos produxit in mundo ſuæ virtutis effectus, vt montes tanquam cera liqueſcens defluxerint, & aquæ tanquam ignis exarſerint, iuxta quod Iſaias dixerat: *Vtinam dirumperes cælos, & deſcenderes; à facie tua montes defluerent, & aquæ arderent igni.* Noua profecto hæc res, & inuſitatum dicendi genus; ſi dixiſſet montes arſiſſe, quippe in eis ligna ſunt, quibus facile fit incendium, & aquas gelu concretas liquefieri, ac fluere calore ſolis, non ita videretur inſolitũ, & à ratione alienum; at inuerſo ordine cum dicat montes defluere, & aquas ardere, non certè poteſt grandi carere myſterio. Quod ego inuenio hoc eſt, nimirum nomine montium intelligi ſuperbos, ſicut capite 40. quando Iſaias dixit: *Omnis mons humiliabitur.* Montibus enim ſuperbi aſſimilantur non ſolum duritie cordis, ſed etiam quoniã cum ipſo cælo contendunt; & quia ſicut montes deſpiciunt valles, ita illi contemnunt humiliores. Præterea vt montes aëris inclementia, ac fulminibus ſunt obnoxij; ſic illi grauioribus, & frequentioribus Dei ſupplicijs ſubijciuntur. Nomine aquarum Propheta hoc loco intelligit corda gelida, & animos frigidos, in quibus ſcintillæ diuini ardoris extinguuntur. Vnde verborum Iſaiæ ſententia erit, quod ab Spiritu Dei tales montes, nempe id genus homines ab Spiritu Dei moleſcent, & ſubſident, duritiem animorum, & ſuperbiam deponentes; & aquæ, hoc eſt frigidi animi, ardore charitatis liquefient, & exardeſcent. Nulla enim tam inſolens ſuperbia, nullus vertex adeo ſublimis, qui humilitate Dei Incarnati conſiderata nõ ſe demittat, & ſubſternat. Nullum cor ita frigidum, etiam ſi gelu ſuperet rigore, quod nõ liqueſcat, & ardeat ad præſenciam illius, qui tanto flagrauit amore hominum, vt propter eorum ſalutem exiſtens ipſe Deus fieri homo voluerit, vt homo fieret Dei Filius naturalis in Chriſto, in reliquis adoptionis, dicente Paulo: *Vt adoptionem filiorum Dei reciperemus.* Vnde Ioannes Chryſoſtomus, cum dixiſſet Euangeliſta Ioannes: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri;* ac mox: *Et Verbum caro factum eſt,* ait illam particulam, *&*, non ſignificare conſequentiam, ſed cauſam, ac ſi dixiſſet: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri,* quia, *Verbum caro factum eſt.*

Iſaias 64. — *Iſaias 40.* — *Ad Gal. 4.* — *Ioan. 1.*

¶ Verum vt clarius appareat, quam ingenioſa ſit pluuiæ, & roris metaphora, ad ſecundi loci principio propoſiti, nempe Pſalmi 72. declarationem accedamus: *Sicut pluuia in vellus deſcendiſti; & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terrã.* Ad horum verborum intelligẽtiam oportet aduertere, verba prædicta, & reliqua, quæ in hoc Pſalmo continentur, etſi Hebræi Dauidi tanquam eorum auctori aſcribant, & de Salomone illiuſq; bona gubernatione interpretentur: ſanctum Hieronymum in huius Pſalmi prologo, & commentario non Dauidem fuiſſe auctorem, ſed Salomonem, neque de Salomone, vt Hebræi volunt, ſed ad litteram de Chriſto fore intelligendum, aſſerere. Cui expoſitioni S. Auguſtinus, Caſſiodorus, & Nicolaus Lyra ſuffragantur. Conſtat enim aperte, huius Pſalmi verba claram eſſe de Chriſto prophetiam: nam de illo, de quo Pſalmus ſcribitur, ſic ibi legitur: *Ante ſolem permanet nomen eius,* hoc eſt, ante creationem ſolis iam ille nomen habebat, quod plane non Salomoni, ſed Chriſto quatenus Deo, perquam optime conuenit. Hoc ita conſtituto ait Salomon in Pſalmo: *Sicut pluuia in vellus deſcendiſti,* videlicet iam à cæleſtibus orbibus, qui ære videbantur duriores, lapſa illa pluuia eſt, ab omnibus tam diu deſiderata, iam ab illo diuino ſublimatorio pectoris æterni Patris ſtillauit, non Angelorum aqua, ſed precioſior fortiorque liquor, nẽpe vinum, de quo per Michæam Deus locutus fuerat: *Stillabo in vinum, & in ebrietatem.* Vinum ſtillatũ illud eſt, quod ab vuis non pedibus compreſſis defluit in torcular, quod eſt vehementius, quoniam ex potiſſimo vuarum ſucco, atque prima ſubſtantia exprimitur, & ſua veluti ſponte dimanat. Quare dum ait: *Stillabo in vinum,* hoc ait: Tibi dabo Filium meũ, qui eſt tota mea virtus, & fortitudo, & mentis ſtillatio puriſſima. Cum autẽ ſtillatio liquoris guttatim fieri ſoleat, nullibi maius prodigium, aut inuſitatius miraculum inuenietur, quam in hoc Incarnationis myſterio: ſiquidem diuinæ naturæ oceanus tam anguſtis ſe ſpacijs compreſſit, vt in guttam vnam eius vaſtitas, & immenſitas redacta fuerit. Creaturas vocat Iſaias guttulas ex ſitula manantes, inquiens: *Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ.* Quoniam igitur eramus guttula, Deus quoque voluit ſe ad guttulam reducere, vnde illud Pauli: *Exinaniuit ſemetipſum;* paruulum nempe ſe faciens, & quaſi ſeipſum exhauriens, ac tanquam guttula ſe ſtillans in noſtram vtilitatem. Senſus etiam eſſe poteſt verborum: *Deſcendit ſicut pluuia in vellus,* nullo facto ſtrepitu decidit. Ita diuinum Verbum in vellus aureum viſcerum ſanctiſſimæ Virginis tam ſilenter deſcendit, vt dæmonem latuerit, quod Nicolaus Lyra in huius loci commentarijs ſic atteſtatur: *Ita ſuauiter, & imperceptibiliter deſcendit in Virginem per ſuam Incarnationem, vt lateret dæmonem. Et ſicut pluuiam vellus recipit, & eam emittit ſine aliquo ſui detrimento, aut diuiſione; ita Dei Filius multo mirabilius, quam pluuia, thalamũ Virginis ſine aliqua eius læſione, aut puritatis ta-*

Pſ. 72. — *Auguſtinus. Caſſiodorus. Nicol. Lyra ſuper Pſ. 72.* — *Michææ 2.* — *Iſaias 40.* — *Pau. ad Philip. 2.* — *Pſal. 72.*

ctura

ctura intrauit, & egreſſus eſt. Verba Nicolai ſunt: Sicut pluuia in vellere recipitur, & exprimitur ſine corruptione velleris; ſic Chriſtus fuit conceptus, & natus ſine corruptione Virginis, idque inſinuant eiuſdem Pſalmi hæc verba: *Et ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram*, id eſt tanquã ros ſuper terrã ſuauiter, & ſilenter decidet.

Quoniam autem ſimilitudo à rore deſumpta præſenti myſterio explicando plurimum accommodata eſt, aliquantulum in roris natura declaranda, & huic applicanda myſterio commoremur. Aiunt enim rerum naturalium ſcriptores, rorem ex aquarum exhalationibus, & terræ vaporibus in aëre gigni, vbi guttulæ illæ cryſtallo ſimiles fiant, quæ vento perflante in terram dilabuntur. Hoc modo diuinum Verbum, tanquam à Patris ſui exhalatione mirabili, quæ ab eius diuino pectore orta eſt, nec non ex humore rubeo puriſſimi ſanguinis, quem Maria Virgo ad opus Incarnationis ſubminiſtrauit, compoſitus fuit ros, id eſt Chriſti corpus, perſonæ diuini Verbi vnitum. Quapropter ſicut luna roris eſt genitrix (vt ſcribit Bartholomæus Anglicus) ita Virgo ſanctiſſima, quam Spiritus ſanctus vocat pulchram, vt lunam, huius ſalutiferi roris mater, & genitrix eſt. Inter veterum fabulas (quod & refert Auguſtinus, & ſcripſit Ouidius) legimus Iouem pulcherrimæ cuiuſdam puellæ nomine Danaæ amore captum, quam Pater Acriſius cum turri incluſiſſet aheneæ, illa vt potiretur Iupiter omnium deorum ſummus, vt credebat vetuſtas, in rorem mutatus corpori puellæ illapſus fuit, ex cuius partu inclytus Perſeus ortus eſt, qui Gorgonem interemit, cuius viſu homines in lapides, & beſtias vertebantur. Hoc præſenti myſterio ita poteſt accommodari. Iupiter, id eſt iuuans Pater, figura eſſe poteſt diuini Verbi, quod Iſaias vocauit Patrem futuri ſæculi, qui exiſtens aurei ſæculi, id eſt gratiæ Pater, Virginis, & filię Regis Dauid amore captus, tanquam ros in eius virginea viſcera penetrauit, quod ipſe per Oſeam ita prædixerat: *Ero quaſi ros, & Iſrael germinabit ſicut lilium.* Ego Marię viſceribus illabar, tanquã ros, & illa tanquã odoriferum liliũ germinabit. Ros enim quamuis cadat ſuper liliũ, non illud madefacit, nec decolorat, ſed modico venti flamine ab eo decidit, & non minus pulchrum, quam antea relinquit illæſum. Hunc diuini roris ingreſſum ſubſecuta eſt conceptio illius fortiſſimi ducis, qui tãquam alter Sampſon moriens, ſuos quoq; interemit inimicos, & nõ ſecus, ac Dauid, qui giganti caput amputauit, immaniſſimo humani generis tyranno Diabolo vitã eripuit, atq; potentiam, qui multo verius, quam Gorgon, in lapides vertebat hominum corda, ne vllis Spiritus ſancti afflatibus mouerentur, ſeipſos ad Deum conuertentes.

Barth. Angl. lib. 13. c. 6.
Auguſt. lib. 1. Confeſſ. c. 16
Ouid. lib. 4. Metamorph.
Iſaias 9.
Oſeas 14.

Quod autem alij adijciunt guttas illas roris, quæ à Ioue pluebant, in aurum conuerti, vel eſſe aurum, præclare Chriſto conuenit: ſiquidem vt aurum ceteris metallis præſtat, & apud omnes precij maioris habetur; ita Chriſtus ſummum in Eccleſia militante, & triumphante locum, atq; gradum obtinet, cum vtriuſque ſit caput, dicente Paulo: *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam*. Præterea quemadmodum aurum eſt precium, quo res emuntur; ita Chriſtus precium eſt, quo redempti ſunt homines, & à miſerabili Satanæ ſeruitute liberati. Et ſicut aurum virtute in ſeipſo omnia fortunæ bona complectitur, quoniam omnibus æquiualet, & per illud cetera omnia comparantur; ita Chriſtus omnium bonorum, quæ anima deſiderare poteſt, ſummus theſaurus eſt, quippe in quẽ omnes Dei theſauri congeſti fuerint. Vnde anima hoc immenſo locupletata theſauro, verè poteſt dicere: *Omnia bona venerunt mihi pariter cum illo*. Eſt etiam aurum ſuper omnia metalla lucidum, & pulchrum, & Chriſtus tam pulcher, & ſpecioſus, vt de illo dixerit Dauid: *Specioſus forma præ filijs hominum*. Et ſicut aurum quando purum, & exploratum eſt, quamuis in ignẽ mittatur, ac fortiter contundatur, nunquam precium, aut pondus amittit; ita Chriſtus licet in Crucis incude fuerit contuſus, ac tot doloribus cruciatus, non eſt inuentus minus habens, nec imminuta fuit eius dignitas, nec amiſſum pondus, ac precium diuinitatis. Et ſicut aurum (teſte Bartholomæo Anglico) eam habet naturam, vt dum tunditur, non vt æs, aut argentum, aliaue metalla reſonat; ita Chriſtus vndequaque concuſſus non aperuit os ſuum contra inimicos, nec auditum fuit verbum aliquod vindictæ, aut querelæ, ſed potius, vt dixit Iſaias: *Tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit*. Et ſicut aurum liquore dilutum, vel dulciarijs cõmiſtum, & deguſtatum dolentem animum reficit, atque recreat: ita Chriſtus, qui eum digne comederit per ſacramentum altaris, mirabili afficiet lætitia, ac robore confirmabit. Ac tandem ſicut aurum ſine hominum induſtria, vel ſtudio intra terræ viſcera gignitur ſola radiorum ſolarium ope, qui ſine aliqua terræ læſione illud generat; ita Chriſtus in terra ſancta viſcerum Mariæ, ſine aliqua viri induſtria, ſola Spiritus ſancti cooperatione, ſine aliquo Virgineæ integritatis detrimento conceptus, & natus fuit.

Ephe. 1.
Sap. 7.
Pſal. 44.
Barth. Angl. lib. 16. c. 1.
Iſaias 53.

Mirabiliter ſanctus Iob, Spiritu diuino correptus, de hoc ſublimi rore ita locutus eſt: *Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, vt plueret ſuper terram abſque homine in deſerto? Quis eſt pluuiæ pater, & quis genuit ſtillas roris?* Quis impertiuit rori tantam velocitatem, vt momento temporis à cælo deſcenderet, quando Chriſti conceptio in inſtanti temporis intra Virginis thalamum facta, & celebrata fuit? Quis facere potuit, vt plueret ſuper terram, & à pluuia, & rore fœcundaretur, abſque homine, & ſine aliquo viri conſortio? ſiquidem non cognoſcens virum in vtero habens inuenta eſt Virgo, ſicut illa dixit: *Quoniam virũ non cognoſco*. Quis denique huius pluuiæ roris pater eſt? Nemo certe. Quoniam Chriſtus in terris Patrem non habet, ſed ſolum in cælis diuinum.

Iob 38.
Luc. 1.

Multa quidem, qui de rebus naturalibus tractant, de rore commemorāt, quæ huic myſterio accōmodari per me poterant; his tamen ero cōtentus, quæ magis cum ſacris litteris videntur conuenire. Precioſum lapidem, quem margaritā vocant, ex cæleſti rore in concham maritimam dilapſo cum auxilio radiorum ſolis aiunt generari. Vnio eſt, & lapis precioſiſſimus Chriſtus, ac infiniti valoris margarita, quam vt cōparemus, *(Matth. 13.)* ipſemet omnia noſtra iubet vendere, cum ait: *Inuēta vna margarita, vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam.* Generata ergo fuit hæc diuina margarita rore diuini Verbi deſcendente in conchile viſcerum Marię, radijs æterni ſolis adiuuātibus, per cuius generationem maioribus, quam cælū ipſum diuitijs, atque theſauris terra locupletata, & ornata fuit. His addūt, qui de rore ſcribūt, *(Anglic. vbi ſupra.)* quod etiam Anglicus loco allegato refert, roris eam eſſe virtutem, vt animantibus veneficis impedimento ſit, ne ſuum virus euomant. Quod à diuino rore Chriſto pręſtitum agnoſcimus, quoniam tabifici ſerpentis Diaboli venenum cohibuit, & vires debilitauit; ſicut dixit Iſaias: *(Iſaias 26.)* *Ros lucis, ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam.* Præterea roris eſt proprium, caloris nimium æſtum temperare: quod & diuinum Verbum exhibuiſſe videmus, quoniam noſtræ ſuſceptione naturę concupiſcētiam carnis imminuit, & mitigauit, vt ab Spiritu ſancto per Eccleſiaſticum dictum eſt: *(Eccl. 4.)* *Ros obuians adducit in refrigerium gratiæ.* In cuius rei figuram temperatus à Deo fuit ignis fornacis, miſſione roris, dicente ſacra Scriptura: *(Dan. 3.)* *Fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem.* Et ſicut inter alias optimas roris virtutes ea maxima eſt, quod illius lapſu terra fertilior redditur, & fœcundatur in vberrimos fructus; ſic huius diuini roris aduentus præterquam virgineam terram Mariæ ita mirabiliter fœcūdauit, vt pro fructu Dei Filium produxerit, incultam antea mundi totius ſterilitatem reddens fœcundiſſimam, tot, ac tantis Martyribus, Confeſſoribus, & Virginibus, quibus tanquam accepti roris fructu benefactori reſpondit Eccleſia, & nunc læta, & ornata gloriatur. Sunt etiam, qui dicant, verba Dauidis *(Pſal. 146.)* explicantes: *Qui dat iumentis eſcam, & pullis coruorum inuocantibus eum,* dum corui pullos ſuos recens natos albis plumis vident, alimenta negare ſolitos, quod inſolito plumarum colore ſuppoſitos ſibi ſuſpicentur: ſed vt refert Folengius, *(Folengius ſuper Pſ. 146.)* à natura prouiſum, vt intra nidum, ab ipſo (vt aiunt) coruorum colore vermiculi generentur, quibus ſuſtentantur. Alij muſcarum eſu viuere ſcribunt, donec iam corpore maiores à parentibus cognoſcantur. Sed Nicolaus *(Nicol. Lyra. Hieronym.)* Lyra, & Caſſiodorus, nec non ſanctus Hieronymus, & Ioannes Chryſoſtomus, aiunt (quod *(Chryſ. in citatum locum.)* etiam affirmāt, qui de rerum natura ſcripſerūt) diuinæ prouidentiæ beneficio pullis coruorum rorem mitti dulciſsimum, quo in illa parentum deſertione nutriantur. Hoc prouidentiæ genus, quo Deus in quantum naturæ auctor, vti dicitur nobiſcum, etiam in quantum gratiæ largitor obſeruauit; quandoquidem nos à primis parentibus derelictos, & propter illorum culpam originali iuſtitia, & reliquis, quæ illam comitabantur, muneribus priuatos intuitus, propter ſuam paternæ prouidentiæ miſericordiam dignatus eſt mirabilem diuini Verbi rorē mittere, vt omnis noſtra inopia ditaretur, ac reliqua mala, quæ patiebamur innumera depellerentur. Hic enim ſi fame vrgemur, noſter eſt cibus; ſi ſerui, noſtra redemptio; ſi rudes, & inſipientes, noſtra ſapientia; ſi pauperes, & inopes, noſtra vbertas, & affluentia; ſi debiles, & infirmi, noſtra fortitudo, & præſidium; ſi denique afflicti, vnica omnium conſolatio, præbens interim ſpem certiſsimam æternæ felicitatis, ſeipſum nobis promittens præmium fidei laboriſque mercedem. Sed vt iam dicendi finem faciam, hic eſt ille ros, qui antiquorum Patrum ſitim expleuit, dicentium: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum &c.* *(Iſai. 45.)* Hic eſt ros, per quem nobis præſtitum, vt Patriarchæ Iſaac benedictionem conſequamur, cum filio ſuo dixit: *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ.* *(Gen. 27.)* Siquidem in Chriſto verè, & cumulatiſsimè datur nobis de rore cæli per Incarnatum Verbum, & de pinguedine terræ per Virginem, ex qua tanquam ex terra puriſsima talis naſcitur fructus, vt non terræ, ſed cæli nomine videatur appellanda pariens vnigenitum Filium, qui Deus, & homo eſt, homo quidem, *de cælo cæleſtis,* *(1. Cor. 15. D. Paul.)* vt ait D. Paulus. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Septima.

Quātum in hoc ſupremo Incarnationis myſterio bonitas Dei, ſapientia, & omnipotētia eluceat.

QVAMVIS illa Dionyſij Areopagitæ ſententia plurimum frequens ſit, quam ille de diuinis nominibus ſcribens protulit: *Bonum eſt diffuſiuum ſui:* nō *(Dionyſ. de diuinis nomin.)* poſſum, non eam nunc vſurpare, præſentem Homiliam exordiens. Nam ſi bonitas communicatione dignoſcitur, vere vtique dicere poterimus, nullo in opere diuinam bonitatem magis, quam in diuini Verbi Incarnatione ſplenduiſſe, cum nulla prorſus hac maior queat eſſe communicatio. Nam ſi verum eſt, bonitatem eſſe principium, atque radicem communicationis, quid aliud inde poſſumus intelligere, niſi à Dei bonitate diuinam miſericordiam fuiſſe ſollicitatam, vt ſui ipſius ſummam faceret communicationem? Hebræi, vt Ioſephus refert contra Apionem, Deum *(Ioſephus.)* non ea potiſſimum de cauſa precabantur, vt Dei diuina benignitas eis ſua bona communicaret,

Digitized by Google

caret, ſed vt ipſos ad illa recipienda, & ad illorum bonum vſum diſponeret, & præpararet. Nam cum ſumme bonus, & nequaquam parcus ſit, de illius effuſa liberalitate, ac bonorum
S.Th.op.60 largitate minime dubitabant. Sanctus Thomas in opuſculo ſexageſimo, tria refert communicationis genera, per quæ Deus ſe creaturis ſuis cõmunicauit. Quarum prima eſt, quando limites, ac terminos naturę Deus non tranſgrediens, cõſeruans naturæ ordinem ſe illis communicat.
2.Pet.1. Secunda eſt, per gratiam faciens eas diuinæ naturæ conſortes, vt dixit Apoſtolorum Princeps. Tertia eſt communicatio, qua propriam perſonam humanitati Chriſti in vnitate ſuppoſiti copulauit, quod in opere Incarnationis exhibuit. Hæc autem ſuprema eſt omnium cõmunicatio, & quæ ceteris omnibus valde præcellit: ſiquidẽ per eam homo fit Dei Filius non adoptiuus, ſed naturalis, & conſequenter omnium diuinorum attributorum, & perfectionum, quæ Dei naturæ conueniunt, dignitatem aſſequitur. Quin etiam maiori ſtupore dignum eſt, cum in communicatione, quæ fuit, & eſt in Deo ad intra, fuerit impoſſibile, vt vna perſona communicaret alteri ſuam propriam perſonalitatem (quoniam diuinorum diſtinctio ſuppoſitorum non admittit talem communicationem) at in hoc Incarnationis myſterio fit, vt diuinum Verbum propriam perſonam humanitati Chriſti communicet. Itaque, quod illic communicari non potuit, hic Deus communicauit, vt hoc modo, non ſolum eius eſſentia, ſicut in Filij generatione, & Spiritus ſancti proceſſione fides Catholica confitetur, ſed etiam eius perſona communicata ſit, & conſequenter nihil ſit in Deo, quod poſſit conuenienter communicari, quod non cõmunicetur. Quoniam, etſi verum eſt, reliquas duas diuinas perſonas naturæ, tam humanæ, quam Angelicæ ſe potuiſſe cõmunicare, non tamen id expediebat, quod ad humanitatis Chriſti excellentiam pertineret, eſſe in hac gratia vnam, & ſingularem.
Aug. lib. 10. de Ciu. Dei cap. 29. Hinc ergo S. Auguſtinus, quantum in hoc diuino myſterio Incarnationis ſe Dei bonitas, & liberalitas aperiat, contemplatus inquit: *Gratia Dei nõ potuit gratius commendari, quam quod Filius Dei manens immutabilis indueret hominem.* Et ſerm. 8.
Id. ſer. 8. de verb. Apoſt. de Verbis Apoſtoli dixit: *Si humanus dicitur, qui in domo ſua ſuſcepit hominem, quam humanus eſt, qui in ſeipſo ſuſcepit hominem?* Verumtamen, quod magni ponderis eſt, & animaduerſione digniſſimum, ad explicandam bonitatem Dei, in hoc Incarnationis beneficio plurimum effulgentem, illud eſt, quod ſe Chriſtus noſtræ coniunxerit humanitati, & in illa, & per illam ſeipſum vniuer-
D.Th. opuſc. ſexageſimo. ſis creaturis vniuerit, dicente Thoma: *Communicauit ſe Chriſto homini, & per conſequens generibus ſingulorum in vnitate perſonæ.* Cuius veritatis fundamentum eſt, quod homo eſt omnium creaturarum compendium, iuxta Gregorij ver-
D.Greg. ba: *Omnis creatura aliquid habet homo.* Ac propterea illum Deus poſt omnium rerum creationem condidit, imitatus quodam modo calculatores, qui in calce paginæ ſummam omnium numerorum conficiunt, quæ reliquis paginę numeris æquipollet. Quæ doctrina, & aſſertio inde liquet, quod homo cum rebus anima carentibus conuenit, commune habens eſſe cum lapidibus, viuere cum plantis, ſentire cum animantibus, intelligere cum Angelis. Sed in huius rei aſsignãda ratione Mercurius Triſmegiſtus longius pro- Triſmeg. in Aſclepio.
greſſus eſt, vocans mundum hominem magnũ, & hominem mundum paruum, quod Baſilius, & Iſidorus, idem referentes, à Mercurio videntur accepiſſe. Baſil. hom. 11 ſup. Hexam. Iſidor. lib. de differentijs n. 13. & 14.
Prudenter quidem hominem vocauerunt paruum mundum, cum ſingularis concentus, & mirabilis ſimilitudo ſit, quæ in hominis, atque mundi comparatione reperitur. Corpus enim reſpondet terræ, ex qua formatum fuit; virtus digerens aquæ, quoniã alimenta deducit, ideoq; à Philoſophis vehiculum cibi nuncupatur; nutriẽs facultas aëri conformis eſt, quo reſpiramus; augẽdi vis, & calor reſpondet igni; generandi facultas lunæ circulo, quæ mater eſt rerũ inferiorum intuitiua potentia; Mercurij cęlo planetæ velociſsimi motus; tactus tertio Veneris orbi; guſtus quarto ſolis circulo, qui eſt omnium alimentorum, quæ à terra gignuntur, pater, & genitor, ſiquidem illo abſente nihil in terris matureſceret; olfactus quinto Martis planetæ magnæ ſiccitatis, quæ qualitas in odoribus dominatur; viſus circulus Iouis, cuius influxus, præter alios quos memorant Aſtrologi, aërem ſerenat, viſibiles ſpecies multiplicat; auditus ſeptimo Saturni planetæ, qui triſtis eſt, & melancholicus, quoniam mœror vt plurimum ex his, quæ audiuntur, noſtro ſtudio, aut voluntati contraria, prouenire ſolet; imaginandi facultas octauo Firmamenti orbi, quoniam ſicut ſtellis variatum, & cælatum eſt, ſic imaginatio varijs rerum diſtincta imaginibus, quas tanquam ſpecies ſenſus mittit ad intellectum, & ad quas ille accurrit, tanquam ad exemplar, in quo videat, quod optat intelligere, iuxta dictum Philoſophi: Oportet intelligentem phan- Ariſt. libr. de anima.
taſmata ſpeculari. Et tandem rationi, intellectui, & menti, quæ communis eſt Theologorum diuiſio, reliqui tres orbes cæleſtes reſpondent; rationi nempe cryſtallinum cælum propter claritatem, qua fulget; intellectui primum mobile, propter celeritatem, qua curſum peragit; menti, quæ in altum rapitur, & euolat ad res ſublimes, reſpondet cælum empyreum, quod reliquos orbes celſitate ſuperat, & tranſcendit. Quod ſi volumus maioris mundi partibus intelligentias ſpirituales annumerare, quæ efficaci ſuæ voluntatis imperio cæleſtes orbes mouent, inueniemus, poſſe non incommode paruo mundo, nempe homini, accommodari; ſiquidem libero illo gaudet arbitrio, quo mouet potentias animæ, quæ à ratione illuminata eas regit, & moderatur. Nam quemadmodum inclytus quidam pictor (vt refert Ci- Cicero.
cero) pulcherrimum iuſſu Alexandri formaturus Helenæ ſimulachrum, ab omnibus, ac ſingulis pulcherrimis ſui temporis virginibus, quod excellentius, & venuſtius erat, deſumpſit,

atque ita quam optauerat imaginem expreſſit abſolutiſſimam. Sic Deus creaturus hominem, quidquid in rebus creatis erat perfectionis, & excellentiæ, collegiſſe, ac decerpſiſſe videtur, vt in hominem, tanquam in paruum mundum congereret. Merito igitur ait Anaſtaſius: *Homo in ſua natura fert imaginem omnis creaturæ*. Sed iam ad propoſitum veniamus. Si homo (vt dixi) eſt paruus mundus, ideoque in illo omnis creaturarum gradus, ſiue cæleſtis, ſiue terreſtris, aut Angelicæ naturæ ſint, cernimus reperiri, conſequens pariter eſt, vt dum Verbum diuinum ſibi naturam coniunxit humanam, in illa etiam coniunctione, & per illam eas honorauiſſe, nobilitaſſe, & in ſummum dignitatis locum extuliſſe. Hinc enim ait Ioannes Damaſcenus de natiuitate Virginis: *Creator naturam omnem interiectæ humanitatis beneficio in melius commutauit*. Quibus verbis in eiuſdem veritatis confirmationem Cardinalis Caietanus ſua hæc etiam adiunxit: *Incarnatio eſt eleuatio totius vniuerſi in diuinam perſonam*. In myſterio Incarnationis omnes creaturæ, tanquam flumina in mare ad auctorem ſuum Deum, vnde orta fuerant, refluxerunt, mediante humanitate Chriſti, in quo tanquam in compendio erat omnis creatura: qua certe vnione ad multo altiorem, quam antea locum homo, & vniuerſa natura conſcendit.

Anaſtaſius. — *Ioan. Damaſc. de natiuit. Virg.* — *Caiet. 3. p. q. 1. ar. 2.*

Hinc anſam arripere volo explicandi verba Dauidis Pſalmo 109. vbi, etſi noſtra vulgata legit: *Tecum principium in die virtutis tuæ*, aduertendum eſt ab alijs legi: *Tecum liberalitates in die virtutis tuæ*. Quoniam Hebræa vox vtrumque ſignificat. Non me latet, à nonnullis hunc locum intelligi de generatione Filij æterna: nam verba illa, *Tecum principium &c.* referunt ad Patrem, in quo ſumma liberalitas elucet, propter ſummam communicationem, qua reliquis diuinis perſonis diuinam naturam communicauit, ſine aliqua retributionis ſpe; in qua re præcipuè virtus liberalitatis effulget. Verumtamen non conuenit hæc expoſitio: nam iuxta rigorem ſcholaſticum loquendo liberalitas eſt liberæ potentiæ actus quatenus talis, & vbi adeſt neceſſitas, non eſt proprie liberalitas, ſed metaphoricè; qualis eſt ſolis illuminantis, & ignis calefacientis. Patre igitur æterno reliquis perſonis naturam diuinam neceſſario communicante, non poteſt illa communicatio propriè vocari liberalitas. Non deſunt, qui eadem verba de Filio interpretentur, quem conſiderans Dauid tam liberalem, vt ſe rebus creatis communicaret, quod & Ioannes Euangeliſta dixit: *Omnia per ipſum facta ſunt*, ſic eum alloquitur: *Tecum liberalitates in die virtutis tuæ*. Quod idem eſt, ac ſi diceret, in ipſa mundi creatione, quando tu Domine ſummam tuam declarare omnipotentiam voluiſti, tunc mille modis liberalitatem etiam tuam aperuiſti. Sed alij expoſitores melius, & accommodatius noſtro propoſito dixerunt, verba illa ad generationem Chriſti tempore factam pertinere, quando intra ſuę Matris viſcera homo fieri dignatus eſt. Tũc enim vere, & opportune dici de illo poteſt: *Tecum liberalitates in die virtutis tuæ*: quoniam dies Incarnationis vere fuit dies, in quo maniſeſtiſsimè virtus diuinæ omnipotentiæ, & ſumma eius liberalitas eluxit. Itaque merito ait Dauid de Chriſto loquens: *Tecum liberalitates*, quoniam tunc immenſam munificentiam ſuam, & largitatem explicuit. Nec dicit, *tecum liberalitas*, ſingulariter, ſed pluraliter, *tecum liberalitates*, quoniam non fuit liberalitas tantum, quoad naturam humanam, ſed quoad reliquas etiam mundi creaturas: ſiquidem omnibus ſuam perſonam diuinam præbuit, illam communicans humanitati Chriſti, quem Paulus vocauit, *Verbum abbreuiatum*. Nec defuit hic liberalitatis excellentia, atque perfectio dantis, ſine ſpe retributionis: quis enim vnquam potuit Deo retribuere, niſi quod ab illo prius acceperit? vt ſcriptum eſt: *Quis prior dedit ei, & retribuet?* Si ergo bonitas elucet per communicationem, & hæc in Deo tam ampla, & magna fuit, vt ſuper omnia ſeipſum effundens, largiens rebus à ſe creatis non iam eſſe participationis, vt in creatione, ſed eſſe propriũ per eſſentiã, vniens ſe perſonaliter humanæ naturæ, in qua, vt diximus, reliquæ creaturæ ſunt, ſatis certè liquet, in hoc Incarnationis opere diuinam eminenter ſplendeſcere bonitatem.

Pſal. 109. — *Rom. 11.*

Diſcutiamus nunc, quomodo pariter cum bonitate luceat diuina ſapientia, quod vt facilius præſtemus, doctrinam ſancti Bernardi, Baſilij, & Gregorij ſequamur. Hi enim antiquiſsimam Luciferi contra Chriſtum ſimultatem, & inuidiam eſſe dicunt, quoniam Pater æternus cùm Lucifero, ac reliquis Chriſtum proponeret, tanquam proprium eorum Dominum, ac Regem adorandum, id illi propter ſuperbiam facere noluerunt, quod ſibi videretur indignum, qui Angeli eſſent, ſi hominem adorarẽt; ducti etiam inuidia ſanctiſsimæ, quæ in Chriſto erat, humanitatis, quam ad naturam diuinam erigi, & extolli videbant. Quod illorũ peccatum fuit, vt præcitati Patres autumant. Scio hanc ſententiam diſplicere nonnullis Theologorum; magnum tamen proculdubio eſt illius fundamentum, cum dicat Paulus ad Hebræos ſcribens: *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ dicit, & adorent eum omnes Angeli eius*. Quare cum iterum, vt ait Paulus, præciperetur Angelis Chriſtum adorare, manifeſtum eſt, iam eis prius fuiſſe mandatum, quando in cælo, antequam diuini Verbi Incarnatio executioni mandaretur, eis propoſita fuerat. Secundo horum Patrum ſententia Chriſti verbis fulcitur apud Ioannem: *Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria eius vultis perficere; ille homicida fuit à principio*. Vox eſtis Luciferi filij legitimi, & tanquam eius ſpiritus heredes, illius ſtudia proſequi curatis, & ſicut ille à principio me cupiuit occidere, ſic etiam vos mihi eripere vitam ſtudetis. Vaticinabatur Lucifer ingens dam-

Bernardus ſer. 1. ſuper cantica. — *Baſil. ſerm. de inuidia.* — *Gregorius in orat. catech. cap. 6.* — *Ad Heb. 1.* — *Ioan. 8.*

Digitized by Google

damnum,quod illi Dei Filius,ſi noſtram carnem aſſumeret,inferre poterat,& ita ſummo conatu, ne homo fieret,& poſtquam factus homo,ne viueret,procurauit.Non alius Diaboli ſcopus, ant finis erat,quando ad peccati malitiam primum hominem induait. Credidit enim,ſi totam infeciſſet peccati labe naturam, illius fœditatem Deo nauſeam mouere poſſe ne fieret homo, vel cum illo ſie deformato cohabitare dignaretur. Quod vt facilins aſſequi poſſet, quoniam difficilem videbat eſſe victoriam,ſi Adam ipſum prius adoriretur,vt ſolet vrbem aliquam expugnaturus debiliorem muri partem,aggreditur Euam, nempe quoniam inferioris erat ingenij, vt illam ſuperans reliquum innocentiæ propugnaculum occuparet, & vtrumque à feliciſſima tanti boni poſſeſſione deijceret. Vſus mihi viderur Diabolus hac in re puerorum dolo,& induſtria, qui vt volucres capiant,coſtam,& rete cibo ſuppoſito parantes,auibus tendunt inſidias,quo illæ aduolantes, & cibum captantes decidente coſta capiuntur.Mulier de coſta Adami formata fuit,in ea diabolus parauit dolum,verbis illis fallaciſſimis Euam irretiens, *nequaquam moriemini*, vſus

Gen. 3.

etiam tanquam illecebra verbis ſequentibus, *Eritis ſicut Dij*: cadens igitur coſta,id eſt Eua,ſecum pariter Adamum trahit in ruinam, & in eo infeliciter capto totum hominum genus inuoluit. Eſt qui ad hanc rem Dauidis illa verba,quæ in pſalmo 56.leguntur,applicari poſſe dicat, veriſſime namque dicere poterat tunc Adam: *Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam.* At licet verum ſit, dęmonem executioni mandaſſe,quod optabat,totam humanam naturam peccato deturpans; non tamen propoſitum ſibi finem eſt adeptus, vt Dei Filius noſtram non aſſumeret humanitatem. Nam ipſamet peccati noſtri calamitas Deum attraxit, & excitauit ad miſericordiam,vt nobis ſuum Filium vnigenitum daret, vnicum huius grauiſſimi damni remedium.Quod adeo verũ aliqui Patres affirmant,vt Adam non peccante,Dei Filiũ carnem non accepturum fuiſſe arbitrentur. Ita docet ſanctus Thomas,& ante illum Auguſtinus idem aſſeruerat,qui verba illa Matthęi(*Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum*)explicans ait:*Si homo non peccaſſet,Virgo non peperiſſet*. Et ſanctus Leo Papa in ſermone de Pentecoſte diait: *Si homo, qui ad imaginem Dei ſactus eſt,in priſtino ſuo bono re permanſiſſet, Creator creatura non fieret*. Itaque medio, quod Diabolus ad impediendum conſilium Incarnationis vſurpauit, Deus,vt eam exequeretur,vſus eſt, vnde optime in aduerſarium humani generis retorqueri poteſt vetus adagium, *Ipſa ſibi auis mortem creat*: quod inde habet originem, quoniam vt Ariſtoteles tradit de hiſtoria animalium; Viſcum, quo aues capiuntur,ex earum fit excrementis,atque ita ipſæmet morti ſuæ materiam ſubminiſtrant. Non aliter Diabolus,quem Chriſtus vocauit auem rapacem in parabola ſeminis, naturam hominis inficiẽs, vt peccati deformitate diuini Verbi vnionem impediret,occaſionem dedit miſericordiæ diui-

Pſal. 56.

S.Tho. 1.p. q.1. a. 3. Aug ſup. c. 1. Matth. Leo Papa ſer. 1.

Ariſt lib. 5. de hiſt. ani.

Mat. 4.

Lib. ij.

næ, vt Filium ſuum mitteret,quo tanta iactura reſarciretur, & illata per Diaboli fraudẽ hominibus detrimenta reſtaurarentur. Qua in re completum vere fuit, quod ſancta cantat Eccleſia: *Ars vt artem falleret,& medelam ferret,inde hoſtis vnde læſerat.* Vicit enim ars diuinę ſapientiæ dolum aſtutiæ Satanicę, & faciens ex ipſo dęmonis veneno ſalutiferum antidotum, quam reportauit ab hoſte, victoriam reddidit illuſtriorem. Nam vt ait Seruius: Glorioſius victoriæ genus eſt,quod proprijs aduerſarij a nobis deuicti armis adipiſcimur. Vnde quamuis Dauid offerre Deo poterat fundam,& lapides,quibus Philiſtęũ deiecerat,ac ſuperauerat, gladium offerre maluit, indicans honorem ſuæ victoriæ maiorem, proprijs armis ipſius hoſtis eum iugulaſſe,ideoque non fundam, ſed gladium in Dei templum attulit,& dicauit. Hoc idem fuit diuinæ ſapientiæ conſilium,dum expugnat Diabolum eiſdem armis, quibus hominem occiderat: videlicet occaſione peccati inde ſumens cauſam efficiendi, quod ille curauerat impedire. Optimo ergo iure dicere contra noſtrum aduerſarium poterimus,illum irridentes, vulgata illa duo prouerbia: *Tuo gladio te iugulaſti*: & illud aliud, *Conſiliũ malũ conſultori peſſimũ.* Nec erit extra rẽ,ſi dęmoni conuenire dicamus Iuliani Imperatoris emblema,qui aquilam ſagittis,quę ipſius pennis ornabantur, transfixam depinxit cum hac inſcriptione: Ab ipſa,contra ipſam, ideſt ab illa naſcitur,quod illam interimit. Non enim aliter contigit noſtro aduerſario,quippe ab illo egreſſum eſt malum conſilium,quo peccare hominem cõpulit,nunc autem idem conſideratum, quatenus fuit Incarnationis Filij Dei occaſio,ipſi inuentori,& artifici Diabolo ſagitta lethalis fuit, quæ eius viſcera tranſuerberat,& per omnem transfiget æternitatem.

Hymn.Eccl.

Seruius apud Virgil. lib. Aeneid. 11.

1.Reg.17.

1.Reg. 21.

Eluxit etiam in hoc ſublimi myſterio eadem diuina ſapientia,inueniens medium,& exitum rei tam impeditæ,atque difficilis,qualis erat diuinæ miſericordiæ, atque iuſtitiæ ſatisfactio, ſic temperans vtrumque,vt neutri fieret iniuria: quod ſanctus Ioannes Damaſcenus his verbis declarauit: *Rei perquam difficili, & perplexæ conuenientiſſimum exitum Deus inuenit.* Ac ſanctus Thomas in opuſculo citato aliam ſuperioribus rationem adiungit, inquiens: Quid ſapientius, quam quod ad completionem totius vniuerſi fieret coniunctio primi,& vltimi? hoc eſt Verbi, quod omnium principium eſt, & naturæ humanæ,quæ in operibus ſex dierum fuit vltima omnium creaturarum.

Damaſc.

S.Tho opuſ. citato.

Inſpiciamus iam nunc pro huius homiliæ vltima parte,quantum in hoc ſublimi myſterio Dei omnipotentia fulgeat, quæ tanto operi manum admouit. De qua re S. Thomas in opuſculo ſexageſimo inquit:Magna potentia in coniunctione diſparium elementorum,maior in coniunctione illorum ad ſpiritum creatum, maxima vero ad ſpiritum increatum.Plurimum certe ſe poteſtas inſinuat in diſſimilium rerum confœderatione,& ita placida vnione, vt nunquam ſe mu-

S.Th.vbi ſu.

tuo deſtruant,& multo magis,& clarius ſe oſten
dit in animæ,quæ tota ſpiritus eſt,coniunctione
cum corpore,at in vnione humanæ naturæ cum
increato ſpiritu, quod eſt Verbum ęternum,mi-
rabilius,& excellentius ęffulget. Hæc Diui Tho-
mæ philoſophandi ratio poteſt etiam confirma
ri, quoniam elementa, etſi contrarijs conſtent
qualitatibus, in quibuſdam tamen conueniunt;
nam terra conuenit ſiccitate cum igne,aqua hu-
miditate cum aere:Deus autem, & homo omni-
no diſtant,quoniam ille ſempiternus,hic tempo-
ri ſubiectus;ille immortalis,hic morti obnoxius;
ille ſpiritus, hic corporeus;ille immutabilis,hic
inconſtãs;ille creator, hic creatura: ac tandem
ille fortis,& inuictus,hic debilis,& ipſamet infir
mitas.Quis etiam non videt inter elemẽta quã-
uis aliqua reperiatur conformitas,non tamen
reperiri in eis vnitatẽ ſuppoſiti,qualis inter na-
turã diuinã,& humanã inuenitur?Quod ſi progre
diamur ad ſpiritus cum corpore coniunctionem
ſpeculandam,quæ in hominis creatione facta
fuit,videbimus Dei omnipotentiam multo mi-
nus in ea,quam in Verbi incarnatione lucere:
Gen. 2. quoniam ſi dum homo formabatur de limo,aſcẽ
dit limus ad naturam hominis,in hac Dei,& ho-
minis coniunctione idem limus ad ipſius Dei na
turam aſcendit. Ad hęc,ſi ſpiritus, & corpus ex-
trema ſunt valde diſiuncta,nec bene conformia,
Ad Gal. 5. vt dixit Paulus,non tamen carent appetitu natu
rali ſe iũgendi,ac propterea quãdo ſeparantur,
illorum diuiſio corpori mors, animo dolor in-
ſtar mortis eſt: horum ergo extremorum vnio
nõ tam difficulter fit,quantum diuini Verbi con
iunctio,quoniam humanæ naturæ non inerat ap
petitus,vel naturalis potentia id pati apta, ſed
tantum inerat facultas obedientiæ,ſeu quam vo
cant Theologi, obedientialis, ſubordinata ſoli
Dei omnipotentiæ, quatenus ille cauſa ſuperna
turaliter agens,& gratiæ auctor eſt. Præterea ſe
habent duo hæc extrema animæ, ac corporis ſi-
cut materia,& forma,actus,& potentia: vnde il-
lorum vnio fit per informationem. Verbum au-
tem diuinum non eſt humanę naturę forma,neq.
illam informat,ſed terminat dependentiam hu-
manitatis ab illo,quam in ſe ipſo ſolo ſuſtentat.
Nam etſi Pater, & Spiritus ſanctus cum Filio
fuerunt principium,& cauſa efficiens vnionis,
præbere tamen propriam perſonam pro huma-
nitatis ſuppoſito ad ſolum Filium pertinuit,nec
aliæ duæ perſonæ muneri terminandi naturam
S. Bonau. 3. d. 1. q. 2. per proprias ſuas hypoſtaſes ſe admiſcuerunt.
Præclare hoc ipſum ſanctus Bonauentura decla-
rauit, ſimilitudine trium ſororum eandem do-
mum incolentium,quarum vna danda nuptui ſo
ret, ideoque præſertim illa nuptiales veſtes per-
ficere feſtinaret,ab alijs tamen duabus in abſol
uendo penſo, & confectione indumentorum iu-
uaretur. Nã licet omnes tres in opere laborauer-
rint,vna tantum ex tribus ſororibus veſtem in-
duit nuptialem,& ad nuptias procedit. Hoc etiã
modo tres diuinæ perſonæ, aſſumendæ humani-
tatis fuerunt cauſa, ſolus tamen Filius accepit
veſtem noſtræ mortalitatis, ab omnibus tamen

tribus multiplici perfectione ornatam,& gratię
naturæque muneribus cumulatam. Alexander Alex. Ales par. 3. q. 4. memb. 2.
Ales in hanc rem affert exemplum Sampſonis,
qui a parentibus quæſitam ſibi ſponſam ſolus ip
ſe duxit vxorem. Sed ad ſancti Thomæ doctrinã D. Tho. vbi ſup.
redeuntes,aſſerimus ex prædictis conſtare,in ip-
ſa Verbi diuini cum humana natura coniunctio-
ne Dei omnipotentiam magis apparere,quam
in elementorum, vel in ipſa ſpiritus, & carnis
vnione; imo magis quam in totius mundi crea-
tione,quemadmodum in ſacrificio Miſſæ quoti-
die confitetur Eccleſia,dicens: *Deus,qui humanæ* Oratio Eccleſiæ in ſacrificio Miſſæ.
naturæ ſubſtantiam mirabiliter condidiſti,& mira-
bilius reformaſti. Quod his verbis prænotauit Da
uid: *Proſpexit Dominus de excelſo ſancto ſuo, Domi* Pſal. 13.
nus de cælo in terrã aſpexit, vt audiret gemitus cõ-
peditorũ. Non ignoro litteræ ſenſum eſſe,Domi-
num a ſublimi cæli empyrei throno miſerias ho
minum proſpexiſſe,vt carcere detentis,ideſt pec
catoribus auxiliaretur. Nam Incognitus ſuper Incognitus ſup. Pſal. 13.
eiuſdem Pſalmi verba, per compeditos intelli-
git peccatores,iuxta illud in prouerbijs: *Funi-* Prou. cap. 5.
bus peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur. Caſ- Caſſiodorus.
ſiodorus vero ſuper eundem locum nomine com
peditorum intelligit iuſtos, quibus diuina præ-
cepta compedes,& vincula ſunt, quę ab Spiritu
ſancto vocantur *alligatura ſalutis*; illis enim tan- Eccl. 6.
quam compedibus voluntarijs retinentur. Sed
magnus ille Pater Gregorius hæc eadem verba Gregorius.
explicans,de myſterio Incarnationis interpreta
tur;quod vt faciat,Dei Filium,Patris vocat *ocu-*
lum,quoniam illius eſt infinita ſapientia,cuius vi
ſus ad omnia præterita,præſentia,& futura,tam
facta,quam quæ fieri poſſunt, extenditur. Vnde
veteres,vt refert Pierius de oculo loquens, Dei Pierius.
ſapientiam intelligebant per oculũ; per ſceptrũ
autem,cui ſuperpoſitus erat oculus, eiuſdem po
tentiam interpretabantur. Hinc etiam Plato ſo- Plato.
lem vocauit oculum mundi; quoniam quidquid
in mundo eſt,eius lumine colluſtratur. Sed pro-
prius, quam ſol, vocabatur Dei Filius oculus,
cum æterni Patris ſit ſplendor,& lux, qua quid-
quid in mundo eſt illuminatur, ipſo atteſtante,
Ego ſum lux mundi. Dum ergo Dauid ait oculos
Dei in terram proſpexiſſe; indicat,teſte Grego-
rio,fore,vt illius ſapientia,quæ vnigenitus Filius
eſt, in mundum veniret ad audiendos gemitus
compeditorum,donans ſeruis libertatem, & la-
crymas ab eorum oculis abſtergens. Quo etiam
ſenſu Caſſiodorus eadem verba Dauidici Pſalmi Caſſiodorus.
exponit,vbi per terram,quam Dominus proſpe-
xiſſe dicitur,intelligit corpus humanum, quod
Filius Dei erat aſſumpturus. *Ad inſtaurandam*
(inquit) *noſtri corporis maſſam deſcẽſurus aſpexit*.
Quod ſi attente conſideramus, ingenioſa meta-
phora eſt, qua Dei oculi carnem intueri dicun-
tur,vt inde Verbi diuini intelligeretur Incarna-
tio. Nam dum oculi aliquid intuentur,ſimilitudi
ne rei veſtiuntur,vnientes ſibi illius imaginem,
& cũ Verbũ diuinum,quod eſt Dei oculus,carnẽ
aſsũpſerit,factus in ſimilitudinẽ hominum (hoc
enim nomine Paulus Chriſti humanitatẽ appel-
lauit,dicens: *In ſimilitudinẽ hominũ factus*) inde Ad Phil. 2.
eſt

eſt, quod Dei oculi terram, vt ait Dauid, ſiue corpus noſtrum, vt expoſuit Caſſiodorus, [*Caſſiod. ex poſitio.*] intueri dicuntur, vt ſuſcepta à Verbo diuino caro noſtra ſignificetur. Nam quemadmodum, vt dixit Philoſophus, ex obiecto, & potẽtia fit vnum; ſic ex Verbo, quod eſt oculus Dei, & ex carne, quam aſpexit, vnum Dei, & hominis verum ſuppoſitum proceſſit. Notandum etiam plurimum ad noſtrum propoſitum, quod Propheta Dauid ſignificaturus, quantum in hoc myſterio Incarnationis Dei omnipotentia luceat, cælum, & terram coniunxit, quæ longiſſimo ſpatio disiunguntur. Nam Deus oſtenſurus, quantum ab hominum cogitationibus Dei conſilia ſeparentur, dixit: [*Iſaiæ 55.*] *Sicut exaltantur cæli à terra, ſic exaltantur cogitationes meæ à cogitationibus veſtris*. Dici quoque vulgo ſolet, vt magna diſtantia, & diſſimilitudo rei alicuius oſtendatur, tanto diſtare interuallo, quanto cælum à terra diuiditur. Huius hyperbolis fundamentum eſt, quod quanto minus extrema conueniunt, tanto maior eſt difficultas coniunctionis, vt experimur in igne, & aqua; quæ cum in re non conueniant, coire neſciunt, quin aqua extinguat ignẽ, vel ab igne aqua conſumatur. In extremis autem, quæ inter ſe aliquo modo concordant, contra ſolet accidere, ac facilior eſt vnius ad alterum tranſmigratio, ſcribente Philoſopho, in ſymbolizantibus facilis eſt tranſitus. Quod accidere videmus ſẽri, qui facile accenditur, cuius flamma ſi extinguitur, non difficulter in aẽrẽ conuertitur. At cælum, & terra, cum nulla in re concordent, quoniam maximè diſtant, & extrema ſunt præ ceteris omnibus ſeparata, tam locorum interuallo, & quantitate, quam vtriuſque rei natura, & qualitate, fieri nequaquam poteſt, vt cælum cũ terra iungatur. Significaturus igitur Dauid, quantum Dei omnipotentia in duorum extremorum, Verbi nempe, & carnis inter ſe non conuenientium vnione reſplendeat, inquit hoc tantum miraculũ Incarnationis fuiſſe difficilius, quam ſi cælum cum terra fuiſſet vnitum, quod opus propter ſummam difficultatem pertinet ad ſolam Dei omnipotentiam. Id ſatis Dauid cognouerat, quando rogans Deũ, [*Pſalm. 97.*] vt noſtram aſſumeret naturam, dixit: *Excita potentiam tuam, & veni, vt ſaluos facias nos*. Hoc eſt omnes vires tuas adhibe clemẽtiſſime Deus, & quantum valeat potentia tua conſequi, nunc oſtende, quippe tota erit tibi in tanto opere neceſſaria, vt in terram deſcendens, eam cælo, id eſt tibi coniungas, vt terræ filios homines redimas. [*Aug. ad Volusianum.*] Id contemplatus Auguſtinus dixit: *Tota ratio facti eſt potentia facientis.* Quomodo autem id vir ſanctiſſime? Numquid ſapientia Dei, & bonitas ab hoc opere excluſa? nullo modo? Nũquid iuſtitia, & miſericordia huius myſterij non fuere participes? Non eſt dubium. Cur igitur non dixiſti totam facti rationem eſſe facientis ſapientiam, bonitatem, miſericordiam? Cauſa eſt, quoniam Dei omnipotentia fuit conſilij de humanitate à Deo accipienda efficax exequutrix, & virtute ſua omnes repulit difficultates, quæ in tantorum extremorum, Dei videlicet, & carnis copulatione aderant, atque ideo ait Auguſtinus: [*Aug. ad Volusianum.*] *Tota ratio facti eſt potentia facientis*. Quæ ſententia, & omnia, quæ diximus, vt magis confirmentur, maximè aduertendum eſt, Spiritum ſanctum, dum operibus diuinis nomen imponeret, cælos opera digitorũ Dei vocauiſſe, cum dixit: *Videbas cælos tuos: opera digitorum tuorum*. [*Pſal. 8.*] Terræ autem creationem vnius manus opus: *In manu tua ſunt omnes fines terræ*. [*Pſalm. 94.*] Parui autem mundi, nempe hominis fictionem à duabus manibus Dei proceſſiſſe, vnde ait Iob: *Manus tuæ fecerunt me*. [*Iob 10.*] Ac ſi diceret, vna manus tua Domine, corpus meum finxit, altera creauit animam. At Incarnationis myſterium non digitorum opus, non manus, neque manuum, ſed brachij Dei appellat Spiritus ſanctus per Mariam Virginem, dicentem: *Fecit potentiam in brachio ſuo*. [*Luc. 1.*] Quibus verbis declaratur, totam à Deo potentiam in hoc peragendo myſterio ſic adhibitam, vt nihil ab eo maius, nihil mirabilius, nihil denique diuinius queat expectari. Nam excepta creatione etſi dubium nõ eſt, Deũ quondam potentiam brachij ſui declaraſſe præclaris aliquot editis operibus, non tamen à ſolo brachio ſuo effecta ſunt. Centum enim octoginta quinque hominum millibus vitam ſi nocte vna Deus ademit in caſtris Senacherib, id Angeli executus eſt miniſterio, vt ait Scriptura: [*4. Reg. 19.*] *Venit Angelus, & percuſſit centum octoginta quinque millia*. [*Ibidem.*] Si terram vniuerſam immenſis aquarum imbribus obruit, & eos liberauit, qui arcã cum Noe ſunt ingreſſi, id aperiens cæli cataractas effecit, ſicut ſcriptum eſt: *Cataractæ cæli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram*. [*Geneſ. 7.*] Vrbes, quas incendio conflagrare iuſſit, igne, ac ſulphure cælitus miſſis puniuit: *Nam pluit Dominus ſuper Sodomã, & Gomorrham ſulphur, & ignem de cælo*. [*Geneſ. 19.*] Amorrhæorum tãdem ſi diſſipauit exercitum, miſit, vt in Scriptura legimus, *Lapides magnos de cælo*. [*Ioſue 10.*] Itaque nihil horum ſola ſui brachij potentia fecit, quoniam præſeruatus fuerat illius vſus ad omnium maximum opus, diuini ſcilicet Verbi Incarnationem, vt ex Virginis verbis conſtare diximus: *Fecit potentiam in brachio ſuo*. [*Luc. 1.*] Hinc etiam eſt, quod ad indicandam huius operis excellentiam paranymphus, ſiue legatus, quem Deus elegit de myſterij executione tractaturum, Archangelus fuit Gabriel, cuius nominis ſignificatio eſt fortitudo Dei. Hanc denique brachij diuini potentiam ſanctus Baſilius admiratus, dum longũ de operibus Dei catalogum texit, ait: *Non hæc vſque adeo euidenter exprimunt diuini Verbi potentiam, quantum diſpenſatio aſſumptæ carnis*. [*S. Baſil. ſup. Pſal. 44.*] Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum.

Amen.

Homilia Octaua.

Quantum diuinus amor in myſterio Incarnationis effulgeat.

Plat. in tractat. de amore. ETSI verum eſt, quod præſtantiſſi
mus Philoſophus Plato de huma-
no amore ſcripſit, dum ait: Amorē
oriri à re amata, quod ſagittę, qui-
bus vulnerat, ſpiritus quidam ſint,
vel tenuiſſimi radij, qui ab inti-
mis rei dilectæ præcordijs per oculos egreſſi, &
& in amantis animum oculis pariter admiſſi
penetrantes, cordis ſanguinem accēdant, & amā
tet afficiant: & ſi, inquam, vera hæc humano in a-
more eſſent, prout Plato opinabatur; non tamen
in diuino, vbi ordine inuerſo amoris flammã
producitur. Amor enim Dei erga nos, ab ipſo, nō
1. Ioan. 4. à nobis habet initium, dicente Ioanne: *Non quaſi
nos prius dilexerimus eū, ſed quia ipſe prior dilexit
nos.* Quod idē eſt, ac ſi diceret: Nullis ille huma-
næ naturę meritis eã ſic ardenter amauit, vt eſſe
quodammodo ſolus, abſque carnis noſtrę conſor
tio ſibi videretur, ſicut de ſe ipſo metaphorice lo
Ioan. 12. quens, ait: *Niſi granū frumenti mortuum fuerit ip-
ſum ſolum manet.* Quæ res ſingulariter ingentem
eius amorem inſinuat, quoniam licet Deus ſolus
vnus ſit, non tamen ſolitarius, cum intra propriā
Dei ſubſtantiam tres diuinæ perſonæ reperian-
tur, inter quas ſumma eſt communicatio, & ar-
Ioan. 5. ctiſſima ſocietas: vnde Chriſtus apud Ioannem
dixit: Ego ſolus non ſum, ſed Pater eſt in me.
Quod ſi loquamur de Angelis, qui eum comitan
tur, minus dicetur ſolitarius, quippe tanto ſunt
numero, vt eos Daniel nullo comprehendi poſſe
Dan. 7. numero animaduertens de illis dixerit: *Millia
millium, & decies centena millia.* Cui rei ſi adij-
Matth. 18. ciamus, quod ipſe Dominus vocat ſe centum o-
uium Paſtorem, qui vna deperdita, humana vide-
licet natura, reliquas nonaginta nouem oues ha-
bebat, hoc eſt nouem choros Angelicos, multo
quidem magis illius in nos amorem admirabi-
mur. Quomodo enim, quoniam illi vna tantum
deficit ouis, & ea quidem precij minoris, ac præ
ceteris fere nullius æſtimationis, ait, ſe abſque
illius ſocietate ſolum eſſe manſurum? Id vt intel
ligamus, accommodatiſſimum erit exemplum Ia
cob, qui dum amantiſſimus eius filius Beniamin
in Aegyptum deportabatur, qui decem alios ha
bēs filios, omnibus priuatus ſibi videbatur, quo-
niam delicijs ſuis Beniamin priuabatur. vnde in-
Geneſ. 47. quit dolore perculſus: *Ego autē quaſi orbatus abſ-
que liberis ero.* Sic Deus, etſi magnos, & paruos
habeat filios quamplurimos, quorum maxima
pars in Eccleſia triumphante feliciter degentes
in ſtatu gloriæ conſtituti ampliſſimis opibus
abundant; pars vero paupertate, ac miſerijs ple-
na in terris degit, homines videlicet, hos tamen
tanquam Iacob Beniamin, diligit, vt illis ſi ca-
reat, abſque liberis eſſe videatur. Hos enim, vt
apud ſe haberet, domum ſuam in Iſrael conſti- *Leuit. 6.*
tuit, templum videlicet, in quo ignis arderet inex
tinctus, & quoniam populus Iſraeliticus nō ſem *2. Reg. 7. & 91.*
per eodem loco manebat, fecit domum ſuam por *3. Reg. 8.*
tatilem, nempe arcam Teſtamenti, qua populum *1. Paral. 13. & 22.*
comitatus varia itinera ſuſcepit. Sed cum illud *2. Paral. 5. 6. & 14.*
commercium, & amicitia ſibi non ſatis arcta vi-
deretur, naturam humanam cum diuina perſona
æterni Filij miſſione coniunxit, & tam mirabili
vinculo copulauit, vt hominem Deum, & Deum
hominem fecerit. Qua in re vere dictum à iuriſ-
conſultis, amorem magis declarari in deſcenſu,
quam in aſcenſu. Nam vt ipſi aiunt, Amor non
aſcendit ſed deſcendit. Quibus verbis ſignificare
voluerunt maiorem eſſe aſcendentium amorem,
quam deſcendentium, ardētior quippe patris in
filios, quam filiorū in parentes amor, & charitas
eſt. Vnde vulgari vſurpatur prouerbio, patrem
vnum filijs centum, non autem vni patri centum
filios præſto eſſe ſolitos. Quod Apoſtolus Paulus
videtur inſinuaſſe, dicens: *Nec enim debent filij* *2. Cor. 12.*
parentibus theſaurizare, ſed parentes filijs. Sed mul-
to magis hæc veritas lucet in pręſenti myſterio:
nam amor Deum ſic ad ima deſcendere fecit à
cælo in terram deferens illum, hominemque fa-
ciens, vt optime dicere poſſimus: Amor non aſcē
dit, ſed deſcendit. Vnde rectè Auguſtinus: *Amor
meus pōdus meum, illo feror quocunque feror.* Quod
& Nicænum Symbolum ita fatetur: *Deſcendit de* *Conc. Nicen. in Symb.*
cælo, & incarnatus eſt: deſcenſus ille amoris effe-
ctus fuit. Sed placet hoc ipſum Poetarum etiam
fabulis indicare. Nam ſi diuina Scriptura fabu-
lis interdum vtitur, qualis eſt arborum, quæ do-
minum ſuum, ac regem elegerunt ſalicem, & il- *Iudic. 9.*
la, quæ narratur de carduo, petente filio ſuo dari *4. Reg. 14.*
nuptui filiam cedri, propter cuius rei ſuperbiam *Fabula varia diuinum*
humi repit, & ab animalibus conculcatur: pote- *amorem ad umbrantes.*
ro etiam ipſe aliquando id facere, vt diuina my
ſteria manifeſtius appareant. Orpheum narrant
fabularum ſcriptores, tãto vxoris ſuæ, quæ apud
inferos morabatur, amore captum, vt neglecto
Cerberi canis metu, & horribilium ſatellitum lo
ca illa cuſtodientium formidine relecta, citha-
ram ſuauiſſime pulſans, illuc intrepidus deſcen-
derit, & vxorem à miſerabili & infelici vitæ
conditione liberauerit. Fictio hæc Poetarū fuit,
amor tamen Dei tantus eſt, vt quod illic fabula
cenſetur, in præſenti myſterio ſit maxima, & ca-
tholica veritas. Naturam enim humanam degē
tem in terra, (quæ ſi cum cælo conferatur, infer-
ni inſtar eſt) Dei Filius tanquam ſponſam ſuam,
quam ſibi coniungere promiſerat, vehementer
diligens, in terram à cælo lapſus, ab vmbra mor
tis, & à regno caliginis eripuit, & apud ſe ipſum
ita manere voluit, vt eam ſibi propriæ perſonæ
vnione coniunxerit. Et quamuis ad tantę rei exe
cutionē ſuperandę illi erant magnę, atq. multipli
ces difficultates, cuiuſmodi erat omnis eſſe dolo-
ris expertē, ſubijci infinitis cruciatibus, immor-
talem ſubdi mortis imperio, æternum ſubeſſe tē-
pori, creatorem rerum fieri puerum matris vbe-
ra ſugentem, omnia tamen pati voluit pręnimio
amore

amore, quo ſponſam proſequebatur. Amor enim perfectus, & verus nihil non audet, & propriæ ſalutis oblitus nullum timet periculum, nullum vitæ diſcrimen reformidat. Vnde Ioannes: *Charitas foras mittit timorem*. Nec id priſcis occultum fuit Ethnicis, nam vt in theatro vitæ humanæ legimus, Athenienſes ad bella diſceſſuri, antequam ſigna mouerent, ſacrificium ſolemne, non quidem Marti, quamuis eum id magis tanquam Deum bellorum decere videretur, ſed amoris Deo faciebant, ſignificantes amorem eſſe, qui animum ad pericula ſubeunda præberet, ideoque illius voluntatem, & beneuolentiam ſibi conciliare per ſacrificia curabant, eo potiſſimum tempore, quo ad conferendas cum hoſte manus egrediebantur. Apud quos etiam amor manu fulmen tenens pingebatur, quoniam ſicut vehementior eſt fulminis vis, vbi maius reperit obſtaculum, ſic amor quæuis ardua peruadit, & quidquid obuium eſt ſubigit, & propulſat. Fuit & alia apud antiquos amoris figura, qua medius amor inter Mercurium eloquentiæ Deum & Herculem fortiſſimum figurabatur, vt inde non ſolum in amore verba, & eloquentiam ad rei amatę defenſionem, verum etiam promptam audaciam, & expeditas in omne opus vires eſſe oportere cognoſceremus. Neque minus id innuebat amoris alia imago, habens duas ſagittas, vnā plumbeam, alteram auream, cuius pedes gryphi pedibus ſimiles erant. Sagitta aurea (vt illi fabulabantur) dilectos vulnerabat, plumbea infeſtos, & inimicos percutiebat: gryphi pedibus tenacitas illius repræſentabatur, qua ſemel apprehenſam prædam non dimittit. Quoniam (vt rerum naturalium tractatores atteſtantur) ea eſt gryphi natura, vt quod vnguibus arripit, niſi abſciſſis cruribus relinquere neſciat. Eſt qui dicat, hoc ipſum pariter ſignificari per communem amoris figuram, qua cæcus, & alatus depingitur: nam cæcus eſſe dicitur, quoniam ad omnia obſtacula, & quæuis incommoda videtur habere oculos clauſos: alæ inſinuant velocitatem, qua rapitur, vt quod amat à quouis periculo tueatur. Sed præ ceteris diuini amoris vehementiam, magnamque fortitudinem (quam in ſuperandis impedimentis, & vincēdis difficultatibus, quæ noſtram redemptionem impedire poſſent, repræſentat Ezechielis viſio, cuius potiſſimum argumentum erat Hebræorum conſolatio, quę à diuini Verbi aduentu in humana carne pendebat. Vnde inquit viſum à ſe Dominum triumphantem, electro, & fulguri ſimilem, cuius verba ſunt: *Species eius ſicut electri in ſimilitudinē fulguris coruſcantis*. Addit etiam Deū in curru ſedere, quem animalia quatuor alas habentia traherēt, & in medio currus, ſiue rotæ hominem eſſe, ſiue vt ibi legimus, *ſimilitudinem hominis in medio rota*. Primum, quod ait de triumphatore eſt, quod ſpecies eius erat ſicut electri, vt ei ſignificaret eſſe mortalem: nam teſte Plinio electrum ab arbore ſtillatur, & quemadmodum gūmi vulgare eſt pallidum, qui color mortis eſt imago. Vnde Horatius mortem vocauit pallidam:

1. Ioan. 4.

Theatrũ vitæ humanæ.

Ezechiel cap. 1.

Pallida mors æquo pulſat pede pauperū tabernas, *Horatius libro 1. Ode 8.*
Regumque turres.

Species igitur electri in triūphante ab Ezechiele propoſito carnem eius innuit mortalem, vt hoc modo gloria victoris magis eluceret: tunc enim glorioſior triumphus eſt, quādo vires, quibus fuit parta victoria, erant imbecilliores. *Aſpectus eius*, inquit, *in ſimilitudinem fulguris coruſcantis*, vt ſignificaretur, per diuinum Verbum eſſe deſtruendam Luciferi potentiam, & imperiū Satanæ deuaſtandum. Et quoniam humani generis hoſtis de cælo, tanquam fulmen ceciderat, vt ſcriptum eſt, *Videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem*: ideo Deus contra ipſum, non ſecus, ac fulmen ardentiſſimum, & vehementiſſimum à cælo in terrā dilabitur. Aetherei fulminis quanta ſit vis eleganter deſcripſit Poeta diſertiſſimus Lucanus, his verſibus: *Luca 10.*

Qualiter expreſſum ventis per nubila fulmen *Lucan. lib. 1.*
Aetheris impulſi ſonitu, mundiq. fragore
Emicuit, rupitq. diem, populoſq. pauentes
Terruit, obliqua præſtringens lumina flammas,
In ſua templa furit, nullaq. exire vetante
Materia, magnamq. cadens, magnamq. reuertens,
Dat ſtragem late, ſparſoſq. recolligit ignes.

Virtus autem, & vis diuini noſtri fulminis, Verbi nempe Incarnati amor potentiſſimus non quidem vitam eripiens mortalem, ſed largiens æternam, tunc inſtar fulguris ſuam maxime explicat efficaciam, augetque potentiam, cum hominis animus durius obſiſtit, quod in peccatrice Magdalena, in fœneratore Matthęo, in perſecutore Paulo cernimus mirabiliter effectum, & ab eodem Apoſtolo declaratum, his verbis, *Charitas Dei vrget nos*. Preclare igitur dixit Iſaias, vidiſſe Dominum in ſimilitudinem fulguris coruſcantis. Adiungit Propheta prædictis currum, quo triumphator inſidebat, trahi à leone, boue, aquila, & homine diuerſi generis animantibus, vt inde ampliſſimus amoris triumphus ſignificaretur, dum ſibi cuiuſuis ſtatus, aut conditionis ſiue ingenij homines ſuo ſubdens imperio de omnibus triumphare cognoſcitur. Nam quamuis immanitate leonem, aquilam elatione, bouem tarditate, & ipſam humanæ mentis voluntatem mutabilitate ſuperent; eos tamen poteſtas amoris manſuefacit, deprimit, exacuit, confirmat. Huc ſpectat Euſtachij Græci auctoris pictura, qua Deum amoris cum gladio, & arcu figurabat, cuius lateri femina candida, & altera nigra hærebat, & a diuerſis animalibus detractum currum magna hominum, tam ætate, quā vitæ conditione differentium ſequebatur multitudo, quibus omnibus amor dominabatur. Nam gladio in homines, arcu aduerſus animalia, & volucres vtebatur. Candida mulier diem, nigra noctem innuebat, vt omni tēpore amorem gerere imperium in omnes, nullumque momentum ab eius flammis alienum eſſe intelligeremus. Quod ſi tandē currus illius rotas conſideremus, aliud noſtro propoſito accommodatum myſterium detegemus. Inquit enim, *Similitudo hominis in medio rota*. Nulla profecto rota velocior aut for- *Euſtach.*

tior

tior quam Dei gratia, qua facile grauiſſima, quęque in ſublime tolluntur. Nam quemadmodum rotam, vel machinariam gruem agens, etſi vnus ſit, ſaxa mouet & tollit ingentia, quæ vix à pluribus ſine rotæ auxilio poſſent dimoueri; ſic gratię præſentia facile peraguntur, quę illa deficiente, præſtare non poſſumus. Talis etiam eſt rota huius currus ardentis, nempe diuini amoris: nam in medio eius rotę poſitus Deus homo, tanquam machinaria grue naturam humanam, quę pōdere ſuo deorſum ferri apta eſt, adeo tulit in ſublime, vt illam eo loco, quam natura diuina tenebat, in ipſa videlicet diuini Verbi perſona locauerit, quo altius ipſamet Dei natura exurgere non valuit. Quod vt præſtaret, omnia impedimenta, & difficultates, quæ occurrere poterant, in peragendo noſtræ reparationis myſterio, diligenter, & fortiter non ſecus, ac ſi ſua intereſſet, prius amonit, & ſeparauit. Et quamuis potuerit Deus genus humanum reparare per alium cum acceptatione, & ſupplemento defectus iuſtitiæ rigoroſæ, quæ nullo modo eſſe poterat in ſola creatura: quoniam tamen perfecti amoris officium eſt non ſolum amatæ rei damna reſarcire, & incōmodis ſubuenire alterius interuentu perſonæ, ſed per ſe ipſum accurrere (ſicut cernimus in Magdalena, quæ, vt aduertit Origenes, prę nimio amore Ieſum vngere voluit, etiam ſi à Ioſepho, & Nicodemo vnctum nouerat) non per Angelum, ſed per ſe ipſum voluit redimere genus hominum, iuxta illud Apoſtoli Pauli: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, vt eam ſanctificaret.* Hinc patet, quantum redēptionis beneficiū præſter creationis beneficētiæ, & liberalitati, quoniā ſuppoſito Dei immutabili decreto creandi nos, & redimēdi, certe iuxta S. Thomę, & omnium illum ſequentium doctrinam neceſſe erat per ſeipſum Deus creationis opus efficeret: quippe fieri non poterat, vt illud alteri, vel tanquam cauſæ principali, vel tanquam inſtrumento committeret: redemptio autem poterat quidem Angelo committi, Dei tamen amor tam excellens, & eximius fuit, vt ſibi ſoli id opus reſeruauerit, volens per ſeipſum nos redimere, proprium ſanguinem, & vitam pro reparatione noſtrę ſalutis effundens. Tantus hic fuit diuini amoris exceſſus, vt illum auſus fuerit Paulus vocare nimium, inquiens: *Propter nimiam charitatem ſuā, qua dilexit nos, miſit Filiū ſuum, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret.* Philoſophi, qui de moribus ſcribunt, omne nimium eſſe vitioſum docent: nam cum virtus in medio cōſiſtere debeat, ad quodlibet extremorum ſi declinet, in vitium labitur: vnde iuxta horum doctrinam videtur Apoſtolus amorem condemnare diuinum, vocans eum nimium. Non tamen ita eſt, nam illum potius laudat, & tanquam valde perfectum commendat; quoniam omnes numeros charitatis ſic impleuit, vt ſanguinem innocentem, dawrus peccatori ſalutem, profuderit, cum tamen id ſine tanto ſui diſpendio peragere, & quod amiſſum fuerat, reſtaurare potuiſſet. Hęc propter Apoſtolus nimiam appellauit illam charitatem, conſiderans exceſſum magni precij, pro noſtra reparatione à Deo ſoluti, ſiquidem incomparabiliter maior debito fuit ſatisfactio. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Orig. homil. de reſurr.

Ad Eph. 5.

S. Tho. 3. p.

Ad Eph. 2.

Homilia Nona.

Diuini amoris vi effectum eſſe, vt Deus ſuam contraheret immenſitatem, ad humanam deſcendens naturam, vt homo conſcenderet ad diuinam: qua in re, quamuis Dei altitudo videatur quidem deprimi, multo tamen mirabilius extollitur.

INCLYTVS ille Thebanus Alcibiades, vt refert Satherus hiſtoricus, clypeum in prælijs geſtaſſe narratur aureum, & eburneum, cuius medium locum occupabat amor fulmen manu tenens, in duas partes diuiſum, quod ille vi ſua ruperat, & infregerat. Hæc amoris figura non videtur abſimilis ei, quam in ſuis Emblematibus Aleiatus deſcribit, dum Iouem ab alta ſui throni ſede fulminantem exprimit, vibrato tamen fulmini amor obuius occurrens, impetum cadentis retardat, & flammas extinguit. Hāc amoris victoriam videtur inſinuaſſe Virgilius cum cecinit,

Alciat. emblem. 17.

Virg. lib. 1. Aeneid.

Nate patris ſummi, qui tela Typhoëa temnis.

Quæ amoris ſimulachra ſatis aperte mihi præſeferunt diuini amoris vim, atque potentiam, cum in myſterio Incarnationis tot interuenientes difficultates, ac præſertim dum coercetur magnitudo, & maieſtas deprimitur, vt homo ad illam aſcenderet, ita ſuperauit, vt nullo impedimenti genere, nulla fulminis quantumuis potentis violentia, & impetu cohiberi valeat, quin ad exitum perducat, quod ſibi ab æterno ad humani generis ſalutem faciendam propoſuerat. Narrat in lib. de moribus Germanorum Cornelius Tacitus, eam gentem longo annorum ſpatio nullam imaginem, aram, vel templum ſacraſſe Deo, quod ab eo iniuriam fieri numini dicerent, qui putaret parietibus diuinitatem poſſe claudi, magnopereque anguſtam Deorum maieſtatem exiſtere, ſi ad anguſti corporis formam compelleretur. Hanc tamen Germanis viſam difficultatem diuinus amor in noſtræ carnis aſſumptione ita deuicit, vt cum Dei immenſitas tanta ſit, vt de illa ſcriptum legamus, *cælum, & terram ego impleo,* propter nimiam tamen charitatem, qua dilexit nos, quaſi ſuæ immemor dignitatis, infinitam ſuam contraxerit amplitudinem, intrans tam parui corporis anguſtias, vt apis magnitu-

Corn. Tacit. de moribus Germanor.

gnitudinem non excederet: non enim maius eſſe corpus, quando anima infunditur, Macrobius aſ-

Macrobius. *Ariſt. lib. 7.*

ſeruit, & Ariſtoteles in hiſtoria de animalibus, tantum eſſe, quantum formicæ corpuſculum tradit. Quare ſi reliqui homines animam accipiunt in tam exigua corporis quantitate, dubium eſſe non poteſt, quin Dei Filius eis hac in re voluerit eſſe ſimilis, ſicut ipſe de ſe teſtatur: *Sum, & ego*

Sap. 7.

ſimilis vobis in genere terreno, & in ventre matris figuratus ſum caro. Hanc ſui ſponſi paruitatem, & anguſtiam, qua circumſcriptum contemplatur Dei Filium, tanti facit Eccleſia, vt cum ſanctiſſimo eius Natali poſſit multa de illius magnitudine, & excellentia prædicare, nihil tamen tam memorat, aut inculcat, quã eius humilitatem, & tenuitatem frequentius extollit, & admiratur. Vnde illa hymni verba ſunt:

Vagit infans inter arcta
Conditus præſepia.
Et manus, pedeſq. & crura
Stricta cingit faſcia.

Nihil hic dicitur, quo Dei noſtri contractio, & breuitas non ſignificentur. Infans enim ſi eſt, & vagit paruulus, vtiq. & debilis innuitur: inter arcta præſepia dum iacere audiuimus, pannis manus, ac pedes inuolui, ac ſtrictæ faſciæ ligamine circumcingi, palam nobis illius humilitas, & contracta maieſtas explicatur. Has omnes loci, & corporis anguſtias ſubire Deum amor com-

Magiſt. ſent. lib. 3. d. 2.

pulit, quas Magiſter ſententiarum tenuiores, & arctiores fuiſſe ſcribit, dicens, tam fuiſſe Chriſti corpus tempore ſuæ conceptionis exiguum, vt vix humanis oculis ſubiacere poſſet. verba Magiſtri ſunt: *Adeo tenuis erat, & parua forma, vt vix humano viſui poſſet ſubijci.* Itaque quemadmodũ nunc in quauis conſecrati corporis Chriſti particula, licet illa ſit minima, tota illic Dei adeſt immẽſitas; ſic etiã intra illud corpuſculũ, quod vix humano ſuberat aſpectui in die incarnationis, tota eius maieſtas abſcondebatur. Ex hac tã mirabili tenuitate, quam ſumma comitatur amplitudo, reſponſionem colligemus, & ſolutionem celebratiſſimæ illius quæſtionis Athenis propoſitæ, videlicet, Quod maximum pariter, & minimum eſſet. Omnes, qui tunc aderant Philoſophi, difficultatem interrogationis conſiderantes, in varias diſtracti ſententias abierunt: quidam enim id eſſe dixerunt viſus potentiam, quæ intra oculi pupillam includit ſolis, lunæ, ac ſtellarum magnitudinem, quarum qualibet mare, terramque tranſcendit. Alij, quod interrogabat quæſtio, cor hominis eſſe cenſuerunt: quoniam licet parua ſit corporis humani pars, ita ceterum præſtat capacitate, vt totum mundum ſinu ſuo capiat, neque ſolum vnum, ſed etiam

Plut. in vita Alex.

plures, vt contigiſſe cernimus Alexandro, qui lacrymatus fuiſſe dicitur, audiens alios eſſe mundos, cum nondum ille vnum ſuo imperio ſubiugaſſet. Nonnulli affirmarunt id eſſe proprium intellectus humani, quoniam omni carens quantitate, nõ ſolum mundum hunc complectitur, vt vniuerſum, ſed alios innumerabiles, quos agitatione mentis fabricare poteſt, ac cælum puncto temporis perluſtrans, pari quoque velocitate terrarum profunda perſcrutetur. Nec defuit, qui diceret ouum ab Oromaceno depictum maximum eſſe pariter, & minimum, quoniam in eo, nec ceteris ouis maiore, vt refert Cæl. Rodighinus, & affert Pierius Valerianus, viginti quatuor

Cælius Rod. Pier. Valer. lib. 31.

Deos Oromacenus incluſiſſet. Quare dubium non eſt, ſi verum illorum eſſet numẽ, Philoſophi huius reſponſionem reliquis fuiſſe certiorẽ. Plus enim erat tot Deos, quam omnia creata vnius oui peripheria, ſeu ambitu comprehendiſſe. Fabula quidem hæc fuit, non tamen carens ſignificatione, quippe numerus ille Deorum illic expreſſus viginti quatuor horas diei ſignificabat, ab Homero vocatas filias ſolis, quem tanquam Deum coluit Gentium antiquitas. Relictis igitur vanis Poetarum fictionibus, poſſumus veriſſime Athenienſium ſatisfacere quæſtioni, ſi dicamus, Deum carne veſtitum eſſe maximum pariter, & minimum, quoniam tanta illius exiſtente magnitudine in die ſuæ conceptionis ita ſe arctauit, & extenuauit, *vt vix humano ſubiaceret aſpectui*, ſicut ex Magiſtro ſententiarum attulimus. Hinc eſt, quod ipſemet declaraturus hanc nimiam paruitatem, ad quam reducta fuerat eius magnitudo, comparat ſe vermiculo, dicens: Tanquam tenerrimus ligni vermiculus, &c. ali-

2. Reg. 23. Ioann. 12. Matth. 13.

quando ſe confert cum grano tritici, & grano ſinapis, quod omnium ſeminum eſt minimum. Itaque ſi Chriſtum meditamur, inueniemus ex vna parte tantum eſſe, quantus eſt Pater, ac per omnia illi æqualẽ, dicente Paulo Apoſtolo: *Qui non*

Paulus.

rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo; ſed altera parte adeo exiguum, vt intenta oculorum acie vix percipi, aut diſcerni queat, quod in eius conceptione ex ſententia Magiſtri ſententiarum diximus contigiſſe. Hanc Chriſti, etiam dum paruus eſt, altitudinem, ſanctus Iob etſi ob-

Iob 14.

ſcuris verbis, ſub arboris recens plãtatæ ſimilitudine nobis indicauit, *Faciet*, inquit, *comam quaſi cum primum plantatum eſt.* Quæ verba videntur eſſe contraria: nam cum arbor plantatur, comam ſtatim habere non poteſt, præſertim ſi plantatio fiat per inſitionem. Quod vtique in terreſ arboribus minime dubium eſt: ſed in hac myſtica planta contra fit, quæ tam mirabilis eſt, & plena myſterio, vt in ſumma paruitate magnitudinem contineat immenſam, quoniã antequã in terra puriſſima, id eſt, intra Mariæ viſcera plãtaretur ſublimem habebat comã diuinitatis, quã tamen non deponit, et ſi contrahat, ita tamen contrahit, vt feliciter, & potenter hoc veræ vitæ lignum ſuo tempore talem explicare debeat comam, qualem habuit cum primum plantatum eſt æterna Patris generatione, cælum ipſum vnde venerat ſublimitate tranſcendens.

Progrediamur nunc ab hac magnitudinis Dei contractione, ad conſiderandam eius depreſſam altitudinem: nam ſi magna nos afficit admiratione, immenſitatem Dei videre contractam, non minus in ſtuporem rapiet illius maieſtatem contemplari deiectam. Duo ergo inuenio in ſacra Scriptura teſtimonia, quæ ſingulariter explicant

plicant diuinæ altitudinis deſcenſum, dum iüga-
tur humanitati diuinitas. Primum ita legitur in
Iacob. 1. Canonica ſancti Iacobi: *Suſcipite inſitum verbum,*
quod poteſt ſaluare animas veſtras. Non me latet
S. Tho. in cõment. Canonica. hæc Iacobi verba intelligi à ſancto Thoma de
verbo Euangelico: Gloſſa tamẽ intelligit de Ver
bo incarnato. quod Iacobus acute, ac ſingulari
cum ſignificatione *inſitum verbum* appellauit:
quoniam vere in carne noſtra inſitum diuinum
Verbum fuit. Illud enim inſitum Mariæ viſceri-
bus, ſicut ab arbore inſita fructus producitur di-
uerſus, duplici germinauit diuinitatis, & huma
nitatis fructu, nec tamen duo, ſed vnum exiſtens
ſuppoſitum, nunc potenter, vt Deus operans mi-
rabilia, dum cæcis viſum, mortuis vitam reſti-
tuebat; nunc etiam humiliter patiens aduerſa,
dum tremebat, dolebat, plorabat. Eſt etiam ad-
uertendum pro maiori tanti myſterij admira-
tione, ab agricolis celebratum eſſe prouerbium,
Semen cum ſemine, & os cum oſſe, ideſt ſimile cũ
ſimili facile coaleſcere: nam quæ inſeruntur ſi na
turæ qualitatibus conueniãt, non difficulter pro-
ueniunt. Nã ſi velit malum inſerere, oportet id
fiat in malo Sydonio, non in Ceraſo; forte namq.
nõ adhæreſcet, quoniã diſſimilia non facile cõue
niunt, nec permutantur. Hinc igitur apparet, quã
admiranda ſit inſiti diuini Verbi dignatio, quip-
pe exiſtens ſumma perfectio, & omnium nobiliſ-
ſima, & excellentiſſima ſubſtantia, voluit humili,
& abiectiſſimæ carni noſtræ inſeri, & hypoſtati-
ce vniri, quæ nullo prorſus modo cum illo con-
ueniebat. Ille namque purus ſpiritus eſt, hæc ca
duca materia; ille vitæ auctor, hæc mortis ſpo-
lium; ille ſempiternus, hæc paruo viuens tempo-
re; ille ab omni dolore alienus, hæc innumeris a-
gitata miſerijs, & nunquam in eodem ſtatu per-
manens. Vnde patet, quantum deſcenderit diui-
na maieſtas, vt hęc Dei, & hominis fieret inſitio.
Nã ab inacceſſibili luce, quam inhabitabat, de-
ſcendens noſtram accepturus naturam, præter-
greſſus eſt Seraphim, Cherubim, & Thronos, Do
minationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Ar
changelos, Spiritus Angelicos, orbes cæleſtes,
ignis, & aeris ſphęram, aquæ elementum, ac tan-
dem ad terram ipſam peruenit, vbi ſe corpori
inſeuit humano, quod imbecillius, quam terra,
cum illa luctans ſuccubuit.

Secundus locus eſt apud Apoſtolum Paulum,
in ore omnium Theologorum verſatus, ſuper
quem plures gloſſæ, quam ille continet litteras,
prodierunt, cuius verba ſunt: *Qui cum in forma*
Ad Phil. 2. *Dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum formam ſerui acci-*
piens. Primum declarat Apoſtolus ſummam
Verbi perfectionem, quod eiuſdem eſſe dicit cũ
Patre ſubſtantiæ: id enim ſignificãt verba illa,
In forma Dei: non enim eſt Deo alia forma, quæ
illi præbeat eſſe, præter ipſius naturam: vnde
conſequitur non poſſe concipi ſimiliorem Patri
imaginem, quam Filium, cum tanta inter ipſos
eiuſdem naturæ conuenientia ſit, vt non iam ſi-
militudo, ſed (vt more ſcholaſtico loquar) identi-
tas exiſtat. Hoc videbatur conſiderare Grego-
rius Nazianzenus, cum de Filio loquens, dixit:

Terminus eſt, & definitio Patris: terminũ eum vo- Greg. Naz.
cat, quoniam in illo Patris potentia generatiua
adęquate terminatur: nec enim fieri potuit, vt ei
communicaret plura, quam communicauit, aut
acciperet maiora receptis, per æternam Patris
generationem. Subiungit Gregorius: Filium eſſe
definitionem: quoniam vt ait Philoſophus: De- Ariſt.
finitio eſt oratio explicans naturam rei: Verbi
autem æterni proprium eſt, vt dixit Nicetas, Nicetas.
præſeferre, ac declarare tanquam fidele, ac
verum exemplum omnes perfectiones, & di-
gnitates, quæ in exemplari, hoc eſt, in Patre
ſunt. Etſi ergo in Filio ſint Verbi diuini perfe-
ctiones, ſeipſum ita dimiſit, vt exinaniuerit ſe-
metipſum, formam ſerui accipiens. Tertullianus Tertull.
verbum *exinaniuit*, interpretatur *exhauſit*, quod
ad fontem pertinet: nam ſcriptum eſt: Apud te
eſt fons vitæ, quem fontem exhauſtum per In-
carnationem vere dicere poſſumus; quoniam nul
la ſuperfuit guttula diuinitatis in Deo, quæ non
defluxerit, atq. ſtillauerit ſuper Chriſti humani-
tatem. Vnde Paulus dixit: *In quo habitat omnis*
plenitudo diuinitatis. Quamobrem nullam in
verbo diuino, ſiue abſolutam, ſiue relatiuam poſ-
ſumus conſiderare perfectionem, quæ non ſe de-
miſerit, & inclinauerit, dum fœno noſtræ carnis
vnitur, & humile, atque ſeruile ſuſcipit huma-
nitatis indumentum. Hæc propter, vt cẽſet Theo Theophyl. ſuper Io. c. 1.
phylactus, dum Euangeliſta Ioannes de Incarna-
tione Verbi ſcribebat, nullam fecit mentionem
de humana natura, nec de illius parte præcipua,
quæ eſt anima, ſed tantum de carne, quæ inferior
eſt, & minoris exiſtimationis. Quoniam dicens
Ioannes: *& Verbum caro factum eſt* (cum Verbum
illud eſſet Patris virtus, per quam omnia viuunt,
& reguntur: ſcribente Paulo, *Portans omnia verbo* Ad Heb. 1.
virtutis ſuæ) nomine carnis declarabat infirmi-
tatem, & humilitatem, ad quam Deus carne ve-
ſtitus ſe inclinauerat, & pariter etiam oſtẽdebat
altitudinem, ad quam homo conſcenderat. Ver-
ba Theophylacti ſunt: *Anima cognationem quan-* Theophyl.
dam habet cum Deo, caro autem nullo modo
communicat: & idcirco opinor Euangeliſtam hoc
nomine vſum ad maiorem oſtenſionem mirandi,
& ſtupendi ſacramenti. Qua de re Auguſtinus Aug. ep. 120
in epiſtola ad Honoratũ inquit: More ſuo Scriptu
ra, vt Chriſti humilitatem magis oſtenderet, ne
carnis nomen, quaſi indignum aliquid refugiſſe
videretur, carnem pro homine poſuit. Eandem
ſequitur expoſitionem Gregorius Nazianze-
nus, dicens: *Non aliter Dei amor erga nos declarari*
poterat, quam ex carnis commemoratione, & quod
noſtra cauſa etiam ad deteriorem partem ſe deiecerit:
cuius deſcẽſus in Deo, & aſcenſus in homine figu
râ præceſſiſſe cognoſco, dũ a monte Deo deſcen
dente Moyſes conſcendit, & dum Rex Aſſuerus à
throno dexteram porrexit, vt Reginam Eſter hu
mi iacentem ſubleuaret. Quæ dun exẽpla propo Aug. tom. 1. c. 16. in homilia 2. de Incarnationis myſterio.
nit Auguſt. quibus addere poſſumus electrũ à Pro
pheta viſũ, quo Chriſtus, vt ſuperius expoſui, ſi-
gnificabatur. Cauſam tantæ humilitatis affert
Chryſoſt. his verbis: *Non fruſtra ad tantam humi-*
litatem Chriſtus deſcendit, ſed vt nos ex humili ſub-

leua-

Digitized by Google

leuaret. Quemadmodum enim Rex, aut Princeps affinitatem contrahens cum familia humili, illã extollit, & nobilitat; ſic Dei Filius factus naturę noſtrę particeps, ac vere conſanguineus, illam exornauit, & extulit ad tantum dignitatis verticem, vt in eo ipſu diuina naturæ ſuppoſito collocauerit. Merito igitur ait Ioannes Damaſcenus. *Sic humanam naturam in altum euexit, vt quo aſcenderet altius, non haberet* Hinc etiã Riehardus Victorinus colligit, quod olim diuinæ perſonæ de homine dixerunt per ironiam: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis*, nunc poſſe hominem Deo dicere aſſeueranter, & vere: Ecce Deus factus es quaſi vnus ex nobis. Verba Riehardi ſunt: *Merito o Sanctiſſimæ Trinitatis Perſonæ exprobraſtis, ſed nunquid adhuc exprobrabitis? certe ſi dixiſtis ironice, quia homo factus es quaſi vnus ex nobis; nos de certo dicemus tam fidenter, quam veraciter, quia Deus factus es, quaſi vnus ex nobis.*

Io. Damaſc.

Richar. Victorinus lib. 3. de Emanuel. p. 1. c. 19.

Perpendamus nunc, maius ne miraculum in opere Incarnationis fuerit deſcendiſſe Deum, vt fieret homo, an hominem aſcendiſſe, vt fieret Deus. Paria enim videntur. Quoniam ſicut aqua conſcendit, & in altum reſurgit, qua proportione deſcendit, affecta qualitatibus terræ, quam præterlabitur; ſic etiam iuxta deſcenſus proportionem, qua Dei Filius à ſinu Patris in viſcera Virginis deſcendit, in cælum rurſus conſcendit, & quam inde acceperat carnem, ad Patris dexteram collocauit. Quæ ſententia Auguſtini eſt in libro de prædeſtinatione Sanctorum, ſic loquẽtis: Prędeſtinata eſt naturæ humanæ tanta, & tam excelſa, & ſumma ſubiectio, vt quo attolleretur altius non haberet, ſicut ipſa diuinitas, quo ſe deponeret humilius, non habuit. Si tamen volumus ſubtilius id contemplari, maiorem fuiſſe reperiemus hominis ſublimitatem, quam Dei humilitatẽ, & abiectionẽ. Humana enim natura nulli rei excellentiori, quã diuinæ perſonæ poterat vniri; Dei autem Filius potuit aſſumere aliquid humilius, & conſequenter deſcendere ad alium gradum noſtra carne inferiorem, accipiens videlicet naturam minus perfectam, velut plantam, margaritam, aut quiduis aliud, quod anima careret. Non igitur æque Deus depreſſus, ac homo elatus fuit. Hæc licet ita ſint, Auguſtino tamen aſſentior, dicenti humanitatem non habuiſſe, quo ſe tolleret altius, nec diuinitatem, quo ſe deponeret humilius. Huius vltimę partis ratio eſt perſpicua, quoniam inter omnes gradus eſſendi infimum locum tenent res inanimes, ad quem etiam Dei Filius peruenit. Nam diuinum Verbum vnitum erat carni Chriſti in ſepulchro iacentis; at illa caro ſenſu, ac vita carebat: quare ſi tunc inanimatum Chriſti corpus erat, vnitus fuit Dei Filius rei anima carenti, ac propterea vere dicit Auguſtinus, non potuiſſe humilius deijcere ſe diuinitatem, quam in humana carnis aſſumptione, quoniam præ ceteris, quibus Deus ſuam potuit decenter vnire perſonam, infima, & humilis caro eſt.

Aug. c. 15.

Supereſt, vt quę in principio huius homiliæ promiſimus, nunc præſtemus. Excutiendum enim nobis eſt, quomodo ſi Deus ita ſe deiecit, vt de illo Paulus dixerit; *Exinaniuit ſemetipſum*, ſiue, vt ſuperius diximus, ſeipſum exhauſit, quomodo, inquam, dicere poſſumus, per opus Incarnationis auctam Dei fuiſſe maieſtatem? Gregorius explicans verba illa Dauidis, *Tu exurgens miſereberis Sion*, quæſtioni reſpondet dicens: Per Filium Deus Pater reſurrexit, & ſtatim adijcit rationem. Quia qui ante non cognoſcebatur, per eum in hominum notitiam venit. Prius enim notus in Iudæa Deus, ſed poſt Incarnationẽ Verbi per totũ terrarũ orbẽ nomen eius fuit propagatum, ſicut ſcriptum eſt, *In vniuerſa terra magnum nomen eius*. Addit etiam Gregorius ex rationibus, quibus Chriſtus valde proprie Verbum, & ſplendor Patris vocatur, eam eſſe non vltimam, quod quemadmodum luce illuſtrantur obſcura, & verbo aperiuntur occulta, ſic Chriſtus magis Deum oſtendit, quam reliqua, quæ ſunt, aut fuerunt; ideo namque Verbum Patris, & ſplendor dicitur, quia per ipſum & voluntas Dei cognoſcitur, & diuinitas declaratur. Aucta & amplificata præterea videtur amplitudo diuina, quoniam licet in ſe creſcere non potuerit, fecit tamen, vt in homine creſceret, dum homo ad Dei naturam euehitur. Neque dubium eſt maioris eſſe dignitatis, & excellentiæ alios ad amplitudinem honorum, quam ſeipſos euehere, ſicut placuiſſe Romanis legimus, quorum de rebus ad auctoritatem pertinentibus laudabile iudicium fuit: honoris enim, & publicæ auctoritatis fuerunt amantiſſimi. Hos inter, & Sabinos cum poſt Romuli mortem grauiſſima ſimultas orta fuiſſet ſuper eligendo Rege, poſt longam, & variam vtrinque concertationem Romanis viſum eſt potius (vt ait Plutarchus) eligẽdum ſe ipſis auctoribus, quam Romanum Sabinis deſignantibus. Sic ergo Dei Filius exiſtens eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ, atque magnitudinis, non potuit illius augeri natura, ſed augens, ac ſubleuans hominem auxiſſe dicitur, & extuliſſe ſeipſum, quoniam id faciens potentiæ ſuæ præſtantiam magis oſtendit. Huic loco aptiſſima videntur Auguſtini verba: Quis magis diues, qui habet, quod vult alio faciente, an qui facit, quod vult alio habente? Cui interrogationi reſpondet in hunc modum: Puto quia ditior ille, qui facit, quod habes, quia quod ille habet tu non habes. Si ergo Dei Filius ſuam potuit homini præbere perſonam, & ad ipſam Dei naturam euehere, iure optimo dicere nobis licet, inter omnia eius opera per humanæ carnis aſſumptionem maxime fuiſſe illius maieſtatem, & magnitudinem amplificatã: ſiquidem per humanitatis acceptionem Dei magnitudo, excellentia, & poteſtas mirum in modum declaratur. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum.

Amen.

Gregor. in pſ. 101.

Pſ. 75.

Plutarc. h.

Aug. in pr. 10. leg. pſ. 101. c.

Homilia Decima.

Proſequimur Diuini Amoris magnitudinem in Incarnationis myſterio valde ſplendentem, In illa verba: Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, quæ ad amuſſim explicantur.

AD exactam horum verborum intelligentiam meminiſſe iuuabit, Aegyptios olim referente Auguſtino, qui in rebus per imagines, & ſimilitudines exprimendis excelluere, amoris Deum nudum, Mineruam vero ſapientię Deam multis opertam veſtibus depinxiſſe, ſignificantes in hoc poſſe quidē amantes ſapientiam ſimulando contegere, nequaquam vero amorem: Amor enim igneus puluis eſt, quem ſi exigua ſcintilla contingat, mille aditus tentat, vt aſcendat. In memoriam, ſi placet, reuocemus in huius rei comprobationem, quod Dauidi accidit. 1.Reg. 21. cum in Philiſtæorum ciuitate eſſet amentem, ac fatuum ſe ſimulauit, immoderato geſtu iactitabat brachia, ſqualentes menti pilos, atque incompoſitos ſordidis inhoneſtabat ſputis, ſtulta verba oſeitante ore, ac balbutienti lingua promebat. Hoc Achis Rex cum ſpectaret, velut inſanum ludibrio contemptum Dauid dimitti mandauit. Abſcondit ſane hic Dauid ſapientiam; at videamus verum amorem celare potuerit. 2.Reg. 11. Ad Regiæ domus feneſtram ſe applicans elegantem Bethſabeæ vultum conſpexit, eiuſque pulchritudinis laqueis irretitus, ſtatim eam exquiſiuit, & in regium Palatium adduci voluit. Ecce potuit ſimulare ſapientiam, infirmus tamen fuit ad contegendum amorem. Ex his ergo, quæ humana ſunt, ſi ad diuina conſcendamus, idipſum Deo Opt. Max. accidiſſe comperiemus, vt non obſcure Iſaiæ 6. indicant Seraphim illi, qui alis Dei caput tegebant, cor vero multis contectum pennis aperte conſpiciendum relinquebant: vt oſtenderent poſſe quidem Deum ſimulare ſcientiam, contecto capite expreſſam, amorem vero corde deſignatum, nullis poſſe teguminibus, nullis veſtibus, vel ſimulari, vel contegi: perpetuis enim incendijs exæſtuans, perpetuas in nos ſui diuini amoris flammas emittit. Id in diuini Verbi Incarnatione mirifice enitet: Dei enim Filius ſapientia eſt Patris, *in quo* (vt dixit Apoſtolus) *ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei*. Coloſſ. 2. Hanc ſapientiam per omnes infantiles ſuæ vitæ annos contexit, ita vt paucisſimis exceptis, omnes tanquam infantem omnis ſcientię expertem eſſe iudicarent. Verum amor in infantia celari non potuit, ſed tunc manifeſtiue apparuit, cum ſeipſum in ipſo Incarnationis inſtanti nobis elargitus fuerit, pro nobis ſe Patri offerens, & Pater eundem nobis donauerit, dicente D. Ioanne: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*. Ioan. 3. Enucleantes hæc verba Theologicam pariter, ac piam valde expoſitionem proferre libet, vt intellectum ſimul, & voluntatem non ingrato cibo reficiamus: ſigillatim ſententiam exponemus; ſingula enim verba myſterijs abundant. *Sic Deus dilexit mundum*. Sanctus Iob admirari non deſinit diuini cordis in homines propenſionem, & amorem: *Quid eſt* (inquit) *homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum?* Iob 7. nec abs re admiratur Iob. Etenim obiectum amoris eſt bonum, & in Deo omne bonum eſt, omnibuſque perfectionibus abſolutum, vt ipſemet Moyſi dixit: *Oſtendam tibi omne bonum*. Exod. 33. Quis igitur non ſtupeat Deum, in quo omnium bonorum cumulus, vniuerſæque perfectiones, ſapientia, omnipotentia, pulchritudo, & infinitæ aliæ deliteſcunt, velle erga hominem cor apponere, eumque tam antiqua dilexerit beneuolentia, vt amor, quo ſeipſum diligit, illo antiquior non ſit: etenim vterque æternus fuit, ipſo atteſtante: *Charitate perpetua dilexi te*. Hier. 31. Hoc nos admirantes, amoris argumentum in cælum vſque extollere deberemus, & eo magis, quo amor hic voluntarius eſt, non neceſſarius. Si enim neceſſarius eſſet, tanta admiratione res digna non foret: etenim non libere, ſed natura ſua compellente diligeret. At non ita ſe res habet, coactus amor non eſt, ſed gratuitus, & voluntarius; *voluntarie enim genuit nos verbo veritatis*. Iacob. 1. Quod ſi Deus ab vtili ſibi emergente allectus nos diligeret, nulla itidem hic amor admiratione dignus eſſet. At dogma fidei eſt, Deum ex noſtra dilectione nullatenus perfici, aut quidqam vtilitatis percipere. Sed ſicut ſol terram irradians non perficitur in ſeipſo, ſed tota radiorum virtus in terræ vtilitatem redundat, quam fœcunditate donat, floribus, & fructibus ornat, aureis, & argenteis mineralibus ditat; ita Deo ex noſtris actionibus nulla ei accreſcit vtilitas, ſed nos totam percipimus, & ideo iuſſit ipſe, quod tametſi fecerimus omnia, quæ præceperit nobis, dicamus: *ſerui inutiles ſumus*; Luc. 17. ſcilicet Deo, cui nullam nos vtilitatem afferimus. Adde diuinum amorem tam dilectam ſibi propoſuiſſe mundum: Sic Deus dilexit mundum; in quo tamen nihil, quod diuinam dilectionē promereretur, inuenit, ſed quamplurima po-

tius

tius, quæ diuinam auerterent charitatem: nec enim verbis exprimi, ſed nec mente concipi poteſt, quam tunc ad ſupremum hoc diuini amoris beneficium recipiendum humana corda eſſent indiſpoſita. Omiſſa namque Romanorum ſuperbia, qui nimia dominandi cupiditate ardentes vniuerſum terrarum orbem ſuo imperio ſubiugare contendebant; prætermiſſa lautorum conuiuiorum intemperata cõſuetudine, ſpectaculorum execranda vanitate, ſcœnarum deteſtanda obſcœnitate; ſilentio præteritis Aegyptiorum idolis, Græcorum mendacijs, Chaldæorum ſuperſtitionibus; reticendo piratas, Imperatorum crudelitatem, tyrannicam Regum inſolentiam; mentis aciem ſolum conuertamus ad effrænatã viuendi Hieroſolymorum conſuetudinem, apud quos hominum iuſtorum penuria eo deuenit, vt dixerit Deus, vniuerſo vrbis ambitu perluſtrato ne vnicum quidem iuſtum inueniendum: *Circuite vias* (ait) *Hieruſalem, & aſpicite, an inueniatis virum facientem iudicium.* Hier. 5. Subditorum malitia increbuerat, eo quod Principum, & optimatum iniquitas inundauerat: vnde de illis loquens Hieremias, ait. *Ecce magis hi confregerunt iugum, ruperunt vincula* Ibidem. Ex alio etiam capite Eccleſiaſticorum iurium violatio eo peruenit, vt ſummi Pontificis dignitas, atque primatus venalis eſſet. Ioſephus item narrat, ob infandas populi illius culpas per 200. annos ceſſaſſe prodigioſum illud, & admirabile ſignum, Ioſeph. li. 3. antiq. quod in gemma ſuperhumeralis apparere conſueuerat. In ea lucidiſſimus fulgor rutilabat, cum holocauſta offerebantur. Idemq. accidebat, cum fortunatus belli euentus futurus erat: quare inſolitus in gemma ſplendor apparens, belli victoriam præſignabat, eiuſque defectus infauſtum belli exitum portendebat, vnde a prælio tunc ſe abſtinebant: quod ſane prodigium in magnam illius Reipublicæ vtilitatem vergebat. Tandem D. Lucas Euangeliſta, Luc. 3. vt charitatem in diuino pectore flagrãtem notam faceret, non reticuit circumſtantiam indiſpoſitionis huius, qua mundus tantis beneficijs indignum ſe præbebat; immo conſulto, antequam de Chriſti aduentu verba faceret, Regni Iſrael tyrannicos poſſeſſores, & Pontificię dignitatis ſimoniacos vſurpatores commemorat, dicens: *Anno quintodecimo Tiberij Cæſaris procurante Pontio Pilato Iudæam &c.* ſic enim videbat magis ſplendere diuinam charitatem, dum Deus, in quem frequenter mundus, diuinam iram prouocans, peccatorum emittebat iacula, tanta eos charitate dilexit, vt proprium donarit Filium. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* Ioan. 3. Atque hoc eſt, quod extollit Apoſtolus, dicens: Rom. 5. Commendat Deus charitatem ſuam in nobis; quoniam, cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius. Sanè quod Deus iuſtos diligat: *Ego diligentes me diligo*, tanta admiratione res digna non eſt, cum eã, quam ipſe cõtulit ſanctitatem, & rectitudinem, in quam feratur, in illis reperiat; verum quod præuaricantem mũdum diligat, dicente Sapiẽte; *Odio ſunt Deo impius, & impietas eius*, hoc eſt, quod in admirationem rapuit Apoſtolum: *Quoniam cum inimici eſſemus.* Cap. 14. Nemo tamen ob hoc quiſpiam inſipientiæ me arguat, quod ita diuinum erga homines amorem extulerim, vt imprudentem illum reddere videar, cum nemo ſit, qui ignoret imprudentiæ coarguendum illum, qui rem dilectione indignam amore proſequitur. ſed abſit tanta dementia. Non eſt ſanè imprudens diuinus amor, ſed ſapientiſſimus, quia tametſi ex parte hominis nihil ſit, quod diuinam dilectionem mereatur; ex parte tamen ipſius Dei (vt optime annotauit Chryſoſtomus) Chryſ. hom. 9. ad Timoth. maxima adeſt ratio vrgenſque motiuum ad diligendos homines, immenſum ſcilicet ſuæ bonitatis pondus, quod diuinam non ſolum excitauit, ſed impulit voluntatem, vt tanto beneuolentiæ amore ipſos etiam peccatores, & inimicos proſequeretur, vt Filium ſuum illis donauerit. Hinc ex magnitudine doni facile erit amoris magnitudinem venari: ſic enim Deus dilexit mundum, vt non minus, quã Filium nobis tradiderit, Filium ſane æque bonum, ſapientem, potentem, ac ipſum Deum. Emphaſim non paruam præſeferunt verba illa, *Filium dedit*: eſt enim quaſi diceret: Non paradiſum dedit delitiarum, ſicut Adamo; non mundi dominium, vt Alexandro; non Indicas Orientis plagas, innumeraque regna, vt potentiſſimo Hiſpaniarum Regi; ſed Filium dedit, non Angelum, non Cherubim, aut Seraphim: hoc enim, quaſi nihil eſſet, ſi cum hoc tanto dono compararetur. Filium dedit non adoptiuum, ſed naturalem, & ex proprijs viſceribus genitum: id enim ſubſequens verbum manifeſtat, *Filium ſuum*: adeo certe ſuum, vt in hoc etiam, ſicut in ceteris, humanæ paternitatis conditionem longo interuallo antecellat: parentes enim, licet appellare proprios filios ſuos conſueuerint, compertum tamen eſt, id quod præcipuum eſt in illis, nempe animam, non à Patre generante, ſed à ſolo Deo proceſſiſſe. Dei autem Filius nihil prorſus habet, quod à Patre non acceperit. Luc. 15. Omnia mea tua ſunt. Vnde hac ratione euidens eſt, magis diuinum Filium Patris eſſe, quam ceteri filij parentum ſuorum. Verum tametſi daremus, animam patrem filio generatione præbere, Mag. in 4. d. 5. Duran. in 2. d. 1. q. 2. Gab. in 4. d. 5. q. 1. & po ne innumerã moderni 1. p. q. 45. a. 5. aſſumente illum Deo, vt inſtrumentum creationis, quod poſſibile eſſe grauiſſimi Theologi non inficiantur, adhuc non ita ſuus diceretur filius, ac Dei Filius Patris eſt: diſtincta enim natura diuerſo intellectu, & libero potiretur arbitrio, ratione cuius magis ſuus, quam Patris eſſet: at Dei Filius adeo Patris eſt, vt eadem prorſus natura, intellectu, voluntate, ijſdemque abſolutis perfectionibus, quibus Pater, ipſe polleat. atque hanc arbitror eſſe verborum illorum, *Filium ſuum*, legitimam, ac germanam expoſitionem.

Sed iã videamus, quid ſibi velit, quod ſuperaddit, *vnigenitum*. Animaduertite, inquit S. Ioãnes,

quod Filius hic, quem tradit Pater, vnicus eſt in
domo eius atque imperij heres; *Quē conſtituit he*
Ad Heb. 1. *redē vniuerſorum* (vt ait D. Paulus) certe ſi alie-
Chryſoſt. num donaſſet filium (inquit Chryſoſtomus) non
adeo eius charitas ſplenduiſſet: verum cum vni-
genitum, quem ſolum habebat, nobis dederit, id
ſane eſt ſummæ dilectionis indicium. Iacob, vt
Gen. 42. filium ſuum Simeonem in Ægypto detentum re-
dimeret, vix adduci potuit, vt Beniamin per mo
dicum temporis a paterna domo recederet,
quamuis alioquin plures alij filij ei ſupereſſent.
Ergo cum Deus vnigenitum ſuum pupillam
oculorum ſuorum nobis alacriter elargitus fue-
rit, ineffabilem eſſe diuini amoris exceſſum, ne-
mo inficiari poterit. Commemorant hiſtoriæ
Pauli Aemilij eximiā liberalitatem, & amorem,
quod ex quatuor, quos habebat filios, duos in a-
doptiuos, Fabio vnū, alterum Cornelio dederit:
ſed hic amor, ſi cum Dei amore comparetur, ne-
mo eſt, qui nō videat lōge inferiorem eſſe. Aemi
lius ibi filium non vnicum, hic Deus vnigenitum
nobis donat; ibi homo homini, hic Deus homini
tradidit; ibi, vt filij in parentum bona ſuccedē-
tes, felicem vitam agerent, hic, vt vnicus Filius
eius pro nobis moriturus vita priuaretur. Sed
iam adiuncta verba amoris plena enucleemus
(vt Filium ſuum vnigenitum daret) irreuocabili
inter viuos donatione largitus eſt nobis Deus
vnigenitum ſuum: id enim ſibi vult verbum illud
(Daret) donum autem hoc tanti valet, quanti
Deus, idque cum abſque vlla commutatione,
aut precio dederit, ſingularis eſt liberalitas, inef-
fabilis magnificentia, indicibilis Dei charitas, di-
lectio ſumma. Cum enim noſſet recte Deus nos
diuini Verbi Incarnationem nulla ratione pro-
mereri, aut condigno, aut ęquali precio rem tā-
tam comparare poſſe, gratis tantum bonum no-
bis donauit, dicente Ioanne: *Sic Deus dilexit mū-*
Ioan. 3. *dum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*, quaſi dicat:
nō precio, ſed dono dedit. Sed quæret quiſpiam,
quemnam finem vltra ſuam gloriam reſpexerit
Deus, aut quænam cauſa illum impulerit, vt
tam inſigne beneficium in nos conferret? Re-
ſpondeo dubitari non poſſe, quin Pater Filium
ſuum naturalem nobis tradens, voluerit nos fi-
lios adoptiuos reddere, vt participes cum illo
cæleſtis hereditatis redderemur, iuxta illud A-
Ad Gal. 4. poſtoli: *Quod ſi filij, & heredes: heredes quidem*
Dei, coheredes autem Chriſti. Cum enim Deus na-
turalem filiationem alteri, quam Verbo diuino
præbere non poſſit, vtpote, quod tanquam pro-
priam, & alijs incommunicabilem Verbum ip-
ſum ſibi illam vendicet; cumque ſolus Chriſtus
dominus ex gratuita Dei prædeſtinatione illam
habeat, dicēte Paulo, quod prædeſtinatus eſt Fi
lius Dei in virtute: fecit ſane nos adoptiua filia-
tione gaudere, qua nunc, conſortes facti diuinæ
naturæ, fruimur, vt idem dicit Apoſtolus: *Miſit*
Deus Filium ſuum, vt adoptionem filiorum recipere-
mus, ac ſi diceret: Miſit Filium ſuum natura-
lem, vt nos filios illegitimos, legitimos redderet.
Certe antequam Incarnationis myſterium exe-
cutioni mandaretur, filij Dei illegitimi erant:
nam Verbum diuinum nondum tunc matrimo-
nium cum humana natura contraxerat, ſed ver-
bis tantum de futuro ſpopōderat. Vnde Abrahā,
Iſaac, & Iacob quantumcumque filij Dei dilectiſ-
ſimi, neutiquam tamen cæleſti fruebantur here-
ditate, quia id ad ſolos legitimos filios ſpectat:
at deſponſata cum Verbo diuino humana natu-
ra, illegitimi filij, vtpote iam legitimati, ad diui-
nam hereditatem admittuntur, (vt ait D. Pau-
lus) *heredes Dei, coheredes autem Chriſti*. Et ſi- Ad Gal. 4.
cut filij illegitimi expediri, & (vt vulgo dicitur)
habilitari ſolent, vt ab irregularitate, quam in-
currerant, ad ſacros ordines aſcendentes ſacris
initiari poſſint; ita diuini Verbi Incarnatio ha-
biles, & expeditos nos reddidit, vt ad ſublimes
Angelorum ordines aſcēdere, ſedesque, vnde ſu-
perbi angeli deturbati ſunt, occupare poſſe-
mus.

Verum attendamus, vtrum Dei Filius nos ad
ſuæ filiationis participationem admitti patia-
tur: quia ſi æternus Pater noſtræ adoptionis iura
inuiolata ſeruat, conſequenter ad æternam here-
ditatem vocat, vt cæleſtium bonorum comparti-
cipes efficiamur, cum illa hereditatis diuiſio, o-
diū parere ſoleat, vt experientia ipſa quotidia-
na, & maiorum geſta aperte docent. Iacob, & Gen. 25.
Eſau ante matris partum de primogenituræ iu-
re inuicem contendentes, in ipſo matris vtero di
micabant, quis prior in lucem prodiret, vt here-
ditatis iura acquireret. Fratres Ioſephi a gre fe- Gen. 37.
rentes dominium illius, tametſi ſomniatum, in
ciſternam illum miſerunt, & tandem inde edu-
ctum Iſmaelitis vendiderunt. Abſalon patrem in
regno conſortem renuit. Adonias regnum pa- 3. Reg. 1.
tris affectat, & Salomone fratre deſpecto, ſolus
regnare anhelat. Ac tandē primi Romanæ Vrbis
erectores Remus, & Romulus, quāuis germani,
alter alterum ſuperſtitem nolens, vt ſolus ipſe re
gnaret, illum interfecit. Non diffiteor veriſſima
hæc omnia eſſe, quia cum finita, valdeque li-
mitata ſint omnia mundi Regna, neceſſe erat fa
cta eorum diuiſione minus ſingulis contingere,
& ideo ſinguli integram hereditatem affectant.
At inexhauſtum diuinarum diuitiarum pelagus
etiamſi inter infinitos eſſet diuidendum, nemo
propterea minus caperet, quia infinitum, & il-
limitatum eſt. Vnde D. Ambroſius Apoſtoli ver- Amb. in c.
ba explicans: *Dedit eis poteſtatem filios Dei* 1. Ioan.
fieri; Magna quidem (ait) *beneuolentia vnicus na-*
tus eſt, & noluit manere vnus: non timuit habere co
heredes, quia hereditas eius non fit anguſta, ſi eam
multi poſſederint.

Colligimus ergo ex his omnibus, ſi ratio-
nem inquiramus, propter quam & Deus mi-
ſerit Filium ſuum humanæ carnis amictu indu-
tum, & nos in filios adoptauerit, & ad ęternam
hereditatem vocauerit, & ad illam conſequen-
dam ſpeciale ius dederit, nullam aliam re-
periri, niſi ardentem Dei amorem, quo
ſic Deus dilexit mundum, vt *Filium ſuum*
vnigenitum daret. Philoſophi ab effectibus, quos
videbant, primam omnium ſupremam cauſam,
nulla alia cauſatam venati ſunt, à qua omnia

creata

creata ortum ducerent; ipſa verò à nemine. Et ſicut cognouerunt primam hanc omnium cauſam nulla neceſſitate compulſam, ſed libera voluntate ductam operari, philoſophantes dixerunt, amori bona omnia, creaturis collata, tribuenda eſſe. Vnde Parmenides, quem ſecuti ſunt Platonici (referente Philoſopho) primum omnium Deorum amorem fuiſſe aſſeruit. [Ariſt. 1. Metaphys. 10.] eundē philoſophandi morem ab Ethnicis mutuantes, catholicis veritatibus fas erit aptare. Certe Deum noſtrum eſſentialiter eſſe amorem, dicente Ioanne: *Deus charitas eſt*, nemo catholicus inficiari poterit. [Ioan. 4.] Amore ergo compulſus hominem condidit, eumque peccati labe contaminatum, puriſſimo Filij ſui ſanguine abluit; amore ſacramenta donauit; amore cuncta quæ poſſidet, liberaliter impertitus eſt. Omnium igitur cauſa eſt amor, ipſe tamen à nullo cauſatus. Itaque ſi Abraham eiuſq; in poſteros ventoræ proſperitatis, & benedictionis cauſam inquiramus, cauſa præſto adeſt: [Gen. 22.] *Quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli*. Si Iacob illuſtrius nomen imponitur, felicis effectus cauſa iudicatur: [Gen. 32.] *Quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis?* Paulo repoſita eſt, vt ipſe dicebat, corona iuſtitiæ, cauſam ipſe ſubiunxit: [Rom. 3.] *Quia bonum certamen certaui, curſum conſummaui*. Et quamuis compertum ſit, primam, quæ nobis donatur, gratiam nos non mereri, vt docet Apoſtolus: [2. Timot. 4.] *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius*: verum ex Chriſti operibus, tanquam ex cauſa meritoria, illa nobis confertur, vnde ſubdit: *Per redemptionem ipſius in Chriſto IESV*. Immo ipſam Chriſti exaltationem ex obedientia, tanquam ex cauſa proueniſſe, idem teſtatur, dicens: [Philipp.] *Factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illum*. Ac tandem, ſi æternus Pater in tempore ad nos proprium mittit Filium, humana carne contectum, id ex amore prouenſſe, teſtatur Ioannes: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*. Verū ſi huius amoris cauſā inquiras, impoſſibile quid tētabis, ipſe enim eſt fons, & origo, & prima omniū bonorū cauſa, atq; adeo oīo incauſata. Cui ſit honor, & gloria in ſęcula ſęculorū. Amen.

Homilia Vndecima.

De Dei erga homines ardenti amore, tam ex parte Patris dantis, quam ex parte Filij nobis dati. In illa eadem verba: Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, quæ multiplici Patrum eruditione illuſtrantur.

GRauiſſimi propoſiti argumenti tractationem non abſq; timore aggredienti, verba D. Pauli ad Epheſios ſcribentis ad rem noſtram accommodatiſſima occurrerunt, quibus admonet, vt mētis noſtrę co-

natum omni ex parte exhibeamus in perpendenda, menſurandaque amoris diuini magnitudine, quam, vt exponit D. Thomas, Deus Pater nobis Filium tradens oſtendit: [D. Thom.] [Ad Eph. 3.] *Vt poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, ſublimitas, & profundum, ſcire etiam ſupereminentem charitatem Chriſti*. Id eſt quam Pater fecit per Chriſtum, vt ipſe explicat. Vſurpat hoc loco D. Paulus ſimilitudinem quandam quantitatis, quam Philoſophi tribus dimenſionibus, longitudine, latitudine, & profunditate dimetiuntur; at Apoſtolus quartam aliam addidit charitatis Chriſti dimenſionem. Prima eſt latitudo, qua ſe ad omnium ſalutem operandam extendit: [1. ad Tim. 2.] *Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*. Longitudo, qua ad longiſſimas etiam regiones ignitæ charitatis flammas emittit, adeo, vt Indi, Scythæ, Æthiopes, alijq; plerique gentiles illius amoris ſcintillas frequenter experiantur, nec vllus ſit, qui ſe abſcondat à calore eius. [Pſalm. 18.] Altitudo, quia charitas, vtpote ignis, empyrei cæli alta conſcendit, ibique tam glorioſum opus peragit, vt Seraphim, fortunatoſque ſpiritus ardentiſſimo amoris igne ſuccendat. Demum profunditas, quæ tanta exiſtit, vt ipſos etiam penetrarit abyſſos, ſanctos illos Patres ingenti ſolatio reficiens, qui per tot annos è caliginoſis illius carceris tenebris liberari auidiſſime deſiderabant, & quæ in Purgatorio cruciabantur, animas vel omnes eripuerit, vel ſuæ liberationis certiſſimæ ſpei ſolatio recreauerit. Arduam ſane ac perdifficilem prouinciam arbitror huius amoris ignem in diuino pectore flagrantis perpendere, ac menſurare, prout nobis præcepit D. Paulus: eius enim actiuitas neque menſura cōtineri, nec eius ſphęra terminis coerceri poteſt. Memini quondā Angelū Eſdrę dixiſſe: [4. Eſd. 4.] *Pōdera mihi ignis pondus*. Ipſe tamē ita obſtupuit præ magnitudine interrogationis, vt rem omnino impoſſibilem videretur poſtulare. Cum Ezechiel etiam alium conſpexit Angelum, omnia quæ in templo erant menſurantem, non auſus eſt templi ignem pondere menſurare, [Ezech. 40. & ſeqq.] ea certe ratione (vt arbitror) quia diuini amoris effigies erat. Quo ergo pacto nos audebimus anguſto breuiq; mentis noſtrę funiculo ipſius diuini amoris ignem, qui immenſus eſt, menſurare! Quia ſi in veteri Teſtamēto lege ſancitū erat, ne vna eademq; ſtatera profana, & quæ Dei cultui ſacra erant, expenderētur, ſed peculiari quadam menſura, quæ diuina erant, examinarentur, eo quod (vt inquit Philoſophus) mēſura, & menſuratum debent proportionari: qui fieri poteſt, vt cū tantus ſit diuinus amor, quantus eſt Deus, ipſi ſufficiens inueniatur menſura, qua illum æquet? Enim vero ſi Paulus præcipit diuini nos amoris magnitudinem perpendere, hoc abſque dubio ſuadet, vt ampliſſimis quibuſque menſuris illum metiri tētantes, cum viderimus omnes deficere, clamemus immenſam, infinitam, atque incōprehenſibilem eſſe eius dilectionem, fateamurq; nec menſura aliqua pertingi, aut iuſto pōdere perpendi poſſe, ac tandem charitate Chri-

ſti vrgente nos (vt ait D.Paulus) accendamur, & inflammemur in amorem illius, qui tam ardenter nos dilexit, vt ne minimum quidem ſui amoris, verbis vnquam potuerit explicari. Tametſi ſuccumbentes tantæ difficultatis ponderi, proferamus ſaltem, ſi placet, quæ catholicæ Eccleſiæ Patres, exponentes verba illa grauiſſimis myſterijs referta, *ſic Deus dilexit mundum*, ſcripta prodiderunt.

D.Aug. D.Auguſtinus, inquit, hoc (*ſic*) tantundem eſſe, ac ſi maximi cuiuſdam Principis ſeruus magnis febribus æſtuaret, nullumque aliud ad eius ſanitatem remedium ſupereſſet, niſi balneũ, ex ſanguine filij Principis: Pater tunc, ſerui ſaluti cõſulens, filium totius Regni vnicum heredem traderet, venas incideret, ſanguinem vniuerſum eliceret, vitaque priuaret. Talis fuit ergo nos æterni Patris dilectio, qua, vt ſeruos priſtina libertate, & ſanitate donaret, Filium tradidit, vt venis eius ſpinarum, ac clauorum aculeis inciſis, ſanguinem, quo peccatores abſtergerentur, profunderet: *O mira charitatis dilectio* (ait D. *D.Gregor.* Gregorius) *vt ſeruum redimeres Filium tradidiſti.* Apta ſane hæc videri poteſt ad rem explicandam ſimilitudo; abſque dubio tamen ardentiſſimus Dei amor, terreni huius Principis amorem infinito anteceſſit interuallo; vita enim illius finiti, limitatique precij erat: at humana Chriſti vita, quam Pater pro nobis expoſuit, vtpote infinito ſuppoſito hypoſtaticę vnionis vinculo vnita, infinitum ab eo valorem mutuabat, atque adeo nullo precio comparari poterat.

D.Ioa. Chr. D.Ioannes Chryſoſtomus tale illud (*ſic*) eſſe autumat, ac ſi Rex quidam agnoſcens Rempublicam in ſummo vitæ diſcrimine conſtitutam, ob immaniſſimos hoſtes in eam irruentes, ipſe, vt ſubditos à tanto periculo erueret, haſta in medios inimicos moriturus irrumperet, ibiq. animam efflaret, prout re ipſa nouimus feciſſe Regem Codrum, id atteſtantibus D. Auguſtino, &

D. Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei c. 19. Lactan. libr. 17. ſuar. inſt. Iuſt. Mart. Virg. Eglo. 5 Lactantio. Sanctus etiam Iuſtinus Martyr, & Virgilius referunt de quodam viro, quod cum ab oraculo accepiſſet, illum ex duobus exercitibus de altero victoriam reportaturum, cuius miles prior in bello ſuccumberet, illico ipſe optans ſui exercitus triumphum, alienis indutus veſtibus, quibus ſe Regem ſimulabat, pugnare cœpit, & in media pugna incognitus occubuit.

Hiſt. Author. De Curtio equite Romano, narrant hiſtorici, quod cum oraculo prædicente comperiſſet, luẽ quandam peſſimam Romanos interimentem, à venenatis peſtiferiſq; vaporibus, e profundiſſimo lacu aſcendentibus ortam, nequaquam ceſſaturam, niſi in eum ciuis aliquis Romanus cuncto ſpectante populo præcipitem ſe daret, continuo in eum ſe proiecit, vt patriam à tantis anguſtijs liberam redderet. Non aliter Chriſtus, vt nos in Satanæ captiuitate miſere degentes libertate donaret, incognitus (vt ait Ioannes)

Ioan. 1. *Et mundus eum non cognouit*, Crucis equum aſcendens prælium aggreſſus eſt, & per medios hoſtes irrumpens defunctus vita, ſanguinem effudit ſuum, ne in mortis fauces præcipites rueremus omnes. Verum etſi hoc Chriſti amorem æquare videatur; reuera tamen non æquat, immo lõge ab illo diſtat. Si enim Dux ille militum diſcriminibus occurrit, quod ex iuſtitia ad eũ ſpectabat, compleuit, vnicum enim caput, quamuis Regium, pro communi totius Reipublicæ ſalute internecioni ſe offerre, æquum eſt. At Chriſtus ex iuſtitia non tenebatur; omnia enim charitate impellente operatus eſt, dicente Paulo: *Propter* *Eph. 2.* *nimiam charitatẽ, qua dilexit nos.* Eiuſque vita vniuerſo mũdo, immo & infinitis anteponẽda erat. Chriſti ergo amor Ducis illius dilectionem ita longe excedit, vt nemine ambigente, nequaquã poſſit vnus alteri comparari.

B. Iren. B. Irenęus aliter exponit illud (*ſic*) Sicut enim, inquit, Eliſeus Propheta, vt vitam puero reſtitueret, ita ſeſe compreſſit, vt oculos oculis, os ori, pedibuſque pueri defuncti pedes coaptarit ſuos: non aliter Dei Verbum, vt vitam hominibus largiretur, intra exiguum corpuſculum infantilis corporis paruitatem induens ſe contraxit. Verum hoc diuini amoris metam minimè attingit: neq, enim Eliſeus vitam puero præbens è vita deceſſit, nec ad immortalem vitam infans reſurrexit, ſed vt iterũ mox moreretur. At Chri- *Ioan. 6.* ſtus vitam noſtram propria vita rependit: ſua enim morte noſtram deſtruxit, illaque nos ad immortalem vitam euocauit, ipſo atteſtante: *Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.*

S. Ioa. Dam. Sanctus Ioannes Damaſcenus illud (*ſic*) in hunc modum interpretatur. Sicut ſi medicus iuxta medicinæ documenta ad ſalutem ægroti neceſſarium iudicaret, humani ſanguinis lauacro ſæpius recreari, idem medicus è ſuis viſceribus elicitum ſanguinem offerret, vt ſanaret ægrotum. Medicus erat Chriſtus, munduſque totus magnis febribus tenebatur, vt ſanctus Au- *D. Aug.* guſtinus teſtatur: *Magnus de cælo aduenit medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus.* Sciens periti ſsimus hic medicus, totam ægroti ſalutem ex eo pendere, quod ægrotus ipſius medici ſanguine ablueretur, prout abluti fuere, quos vidit B. Ioannes: *Qui dealbauerũt ſtolas ſuas* *Apoc. 7.* *in ſanguine Agni:* certe quamuis tanti, ac tã difficilis precij medicamẽ hoc eſſet, liberaliter Chriſtus illud profudit. Narrant hiſtorici, quod cum medici Cõſtantini Imperatoris ſanitati cõſulentes, qui lepræ morbo laborabat, illũ in humani ſãguinis balneo madere iuſſerũt, vt & S. Silueſtri *Geſta S. Silu. in offic. Eccl.* geſta commemorant: D.Petrus, & D.Paulus Imperatori apparentes, impij balnei immanitatem deteſtantes, tanti precij medelam diſſuaſerunt. Verum hanc crudelitatem Dei amor in diuinã pietatem conuerti patiens, ex cæleſtis huius medici ſanguine balneum cõfecit, quo culparum noſtrarum lepra mũdaretur. Hinc perſpicuum eſt, quantum diuinus hic amor illum alium ſuperet: ille enim mente tantũ cõceptus; hic opere cõpletus eſt: quod etſi vterque in externũ opus proſiliret, excederet adhuc diuinus amor: nam cum potuiſſet Chriſtus Dominus facilioribus remedij noſtram ſubleuare miſeriam, & communi omnium infirmitati conſulere, maluit proprij ſanguinis

Digitized by Google

guinis effuſione id præſtare, vt magis,ac magis mira eius erga nos dilectio innoteſceret.

D. Cyprian. D.Cyprianus ad illud(*ſic*)elucidandum viam aliã ingreſſus eſt.Sicut,inquit,mater lactãs puerũ, ſi is comas matris, aut vbera dilaceret,nequaquã lac denegat,ſed maternis blanditijs illũ demulcẽs,alio cibat, & propinat vbere;ſic Deus adeo dilexit mundũ,vt cũ ſiniſtrã bonorum temporalium mãmillã præbuiſſet,dicente Propheta: Pſal.8. *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius*, ipſe illis omnibus in Creatoris iniuriã abuſus fuerit. Deus tamen in eũ non ſolum non excandeſcens,ſed quaſi mater amantiſſima dilecto infanti blandiens mãmillam ſuam dexteram, hoc eſt dilectũ vnicum Filium ſuum illi porrigit, quo ſane nullum maius,aut excellentius donum,tametſi detur fingendi libertas,excogitari poteſt. Apte etiam dicere poſſemus,duo Dei Patris vbera Filium eſſe pariter,& Spiritũ ſanctũ,adeoq. mirabilẽ,atque ſingularẽ fuiſſe eius amorem, vt quamuis primã ſui Filij mãmam illis exhibitã exciderint, atque dilaniauerint, ſponte nihilo minus alteram Spiritus ſancti præbuit, ſicut per Iſaiã promiſerat: Iſai.66. *Ad vbera mea portabimini*. Verum licet hoc perſimile videatur,illud vnum diſſimile eſt,& incõparabile, quod quamuis matrem puer dilaceret ſuam,nouit tamen id non prauitati,& malitiæ, ſed infãtilis ętatis ignorãtiæ adſcribendũ fore:at nouit optime Deus homines ingratitudinis ſpiritu agitatos pro collatis beneficijs peccata multa rependere,& nihilominus tamẽ vtraque vbera hominibus libens obtulit.

D.Hieron. D.Hieronymus dilectionem hanc perſimilem exiſtimat illi,quæ inter duos familiares conſtantiſſimos amicitiæ legum cuſtodes intercedere ſolet, quorum alter pro altero millies emori nõ dubitaret,ſi millies emori poſſet.In iſtorum numerum referendi ſunt Theſeus,& Pyrrithous,Caſtor,& Pollux, Damon,& Pythias,& alij Pythagoræ auditores, vt referunt S.Ambroſ.& D.Th. S.Ambr lib 2.de Virg. D.Th. lib. 1. de Reg. Principum.c.10. Cũ ergo amicus capite damnatus cuſtodiretur in carcere iuſſu Dionyſij Regis Siciliæ, alter ſeipſum pro obſide obtulit,vt amicus libertate donaretur,donec rebus quibuſdam ſuis,quæ negotium ipſi facęſſebãt,finem imponeret,quibus cõpletis ſtatuto tempore ſe præſentem exhibuit,& vitam ſponte neci tradidit, ne quidquam detrimenti pateretur amicus. Xenophon. Narrat item Xenophõ, quod cũ mulierem quandam regio ortam ſanguine Tigrantis ſponſam hoſtis in ſeruitutẽ redegiſſet, interrogata, quid precij domino pro ſua libertate erogare vellet, reſpondiſſe, virum ſuum daturam, à quo tam ardenter ſe diligi agnoſcebat,vt pro ea liberanda in ſeruitutem redigi velle non dubitaret. Verũ etiamſi maxima menſura hæc videatur, breuis tamen eſt ad Chriſti amorem attingendum:quamuis enim amicus pro amico, ſponſus pro ſponſa vitam effundat ſuam,iure debiti potius,quam gratis hoc faciũt: nam cum alter alterum beneficijs deuinxerit,æquum eſt, vt alter pro altero vitam exponat: at homines in Deum beneficia conferre non poterant,obſequia quę poterant non exhibebant,immo iniurijs afficiabant,tantaq. ingratitudine diuinæ pietatis fontem non exſiccante, diuinus amor in eos liberalem ſe præbens multis beneficijs cumulauit: hoc ſane omnes amoris limites excedit. Nam cum amoris terminus,& meta ſit, vitam pro amicis profundere, Chriſto dicente: *Maiorẽ charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*: certe immẽſus Dei amor, quia nullis terminis coerceri poterat, limites hos tranſilijt,vitam non pro amicis tantum,ſed pro ipſis etiam inimicis libenter exponens, vt põderat D.Paulus,dicens: *Vix enim pro iuſto quis* Rom.5. *moritur: nam pro bono forſitan quis audeat mori. Commendat autem in hoc charitatem ſuam Deus: nam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Itaque maximum amoris exceſſum redolet,iuxta Pauli ſententiam, vitam pro amicis offerre, pro inimicis autem,nulla poteſt precio rependi,nulla menſura pertingi, nullo denique põdere iuſte ęſtimari. Ea propter dicunt nõnulli,quod ſi Deus pro rationis expertibus creaturis animã obtuliſſet, non tanti eius oblatio ęſtimanda eſſet,quanti,quod poſuerit illã pro rationis participibus,illa enim ſẽper Deo obediunt, vt ait Regius vates: Quoniam *omnia* Pſal.118. *ſeruiunt tibi*,neque vnquam eius mandata tranſgrediuntur: *Præceptum poſuit, & non præteribit*. Pſal.148. Præcepit cælis, vt mouerentur,& ab incepto motu nec per minimum temporis interuallum deſiſtunt. Quod ſi temporibus Ioſue ſolitum curſũ Ioſue 10. ſol retardauit, id Dei iuſſu accidit.Imperat ter- Pſal.118. ræ,ne loco ſuo,in quo fundata eſt,moueatur, ſed ſemper immobilis perſeuerat. Fundaſti terrã,& permanet. Præcipit vndis maris,ne terram operiant,nec vnquã impoſitam ſibi legem tranſgreſſæ ſunt. Terminum poſuiſti,quem non tranſgredientur,vt ait Propheta. Pſal.103. Solus homo inobediẽs & rebellis exiſtens diuina mandata contemnit, & contra Deum inſurgens,in faciem ei obſtinate reſiſtit. Animam ergo pro huiuſmodi hominum ingrato genere ponere, maioris præſtantiorisq; dilectionis indicium eſſe,nemo ſanę mentis infitias ibit. Memini etiam memorabilis cuiuſdam exempli obliuioni nunquã tradendi ad hoc idẽ magis explicandum. Narrat illud Valerius Ma- Valer Max lib.6.c.8. ximus, non paucis efferens encomijs Pomponij cuiuſdam ſeruum, qui cum animaduerteret hoſtes multo ſtudio dominum ſuum inueſtigantes, vt illum occiderent, ipſe veſtibus ſui domini indutus,ac illum ſe eſſe ſimulans,mortem ab hoſtibus pro domino,quem inimici interimere moliebantur,libenter ſubijt.ſubditq. Valerius, breuis facti narratio,ſed non parua materia laudationis. Verum amor iſte, tametſi eximius ſit,nequaquam ardentẽ Chriſti amorem æquat;ibi enim ſeruus pro domino vitam expoſuit, à quo innumera receperat beneficia;hic autem Dominus pro ſeruo,qui tot in Dominum facinora patrauerat. Huc etiam ſpectat, quod hiſtorici Hiſt. Auth. cõmemorant de Ageſilao Lacædemonum Rege, qui, cum exercitus eius ab hoſte deuictus fuiſſet, ipſemet pro obſide ſeipſum hoſti tradidit, donec precium pro ſua militumque liberatio-

ne

Digitized by Google

ue delatum eſt. Perſimilis eſt huic amori Dauidis dilectio, qui Angelo omnes ſibi obuios confodieute, paterua miſeratione commotus, [1. Reg. 24.] in hæc verba prorupit: *Ego ſum qui peccaui, ego qui inique egi, iſti qui oues ſunt, quid fecerunt?* quaſi diceret. In me, qui Paſtoe iniquus ſum, vertatur furor tuus, nō in oues iniquitatia meæ expeetes. Ceterum nec hæc vtraque dilectio cum Chriſti amore comparari valet. Si enim Ageſilans, tanquam obſes inter hoſtes detétus eſt, eius incuria id accidit, quę adeo exereuit, vt ſe, & ſuos omnino perderet, & in hoſtium manus traderet; vnde propriam deplorabar culpā, & iuſtas pro meritis ſoluebat pœnas, vt & ipſe inuitus ſatebatur, dicens: Æquum eſt, vt nos noſtra feramus errata. Quod autem Chriſtus, quem conſtat eſſe & ſplendorem Patris, & figuram ſubſtantiæ eius (vt ait Paulus) atq; adeo ipſam ſanctitatem, & rectitudinem, pro peccatoribus vitam rependat, id ſane eſt amoris inau- [Ibidem.] ditua exceſſus. Quod ſi etiam Dauid à Deo efflagitabat, vt in ſe diuinæ iuſtitiæ flagella conuerterentur, noueeat quidem ipſe ſe peccaſſe, cum incredibili ſuperbia inflatus populum numeraret. Chriſtus autem Dominus ab omni culpa longe alienus erat, & tamen, vt nocentes innocens eriperet, debita noſtris flagitijs flagella in carne ſua pertulit, & quærenribus occurrens di- [Ioan. 18.] xit: *Si me quaritis, ſinite hoc obire*. Hæc ſunt proculdubio, incredibilis, ineffabilis, ac hactenus inauditi amoris indicia.

Accedant iam in idem argumēti genus ad illud (*ſic*) magis illuſtrandum, illa nunquam ſaris laudata duarum illuſtrium feminarum certiſſima amoris ſigna, Arthemiſiæ ſcilieet, & Aſionis. [Pier. libr. 2. fol. 143.] De bac refert Pierius, quod cum ei duos natos, qui ad matris ſinum confugerant, miles Ptolemæo mandāte interfecturus occurreret, ipſa proprio corpore illis obtento, pectus, caput, manuſque militibus obijciēs, eos tutata eſt. De Arthemiſia narrant hiſtorici alij, quod adeo virum dilexerit ſuum, vt poſt eius interitum viri oſſa in puluerem redegerit, eaq; potauerit, vt in viuentem ſponſæ conuerſa ſubſlantiam, eius vita viueret. Verum ueq; hæc diuinæ dilectionis excellentiam attingit; ibi enim maternum munus natureq; debitum filiorum incolumitatibus conſulendi Aſionis vrgebat viſcera, vt eorum protectionibus, ac defenſioni incumberet. Chriſtus an eem hominibus uihil debebat, ipſe creditor erat, nos debitores. Etſi Arthemiſia vitam viri oſſibus tribuit, non propterea propriam amiſit. At Chriſtus vitam nobis, propriam amittens, largi- [Gen. 22.] tus eſt. Tandem ſi Iephte, & Abrahā magno Deū amore proſequi viſi ſunt, hic filium ex obedientia, ille ex religione filiam Deo in holocauſtum offerre ſatagentes: plus ſane amoris oſtendit Pater æternus. Etenim illi, quod Dei potius erat, quā proprium ipſorū, Deo offerebant, cū proles humana magis ſit Dei, quam creaturæ, vrpote, quod partes eius materia, ſcilicet prima, & anima à ſolo Deo per creationem ſint; non à generante: at Pater æternus, nobis proprium largitus eſt Filium, cuius nihil noſtrū erat. Idem accidit martyribus, qui quamuis animā pro Chriſto effunderent, illud Deo offerebant, quod ab eo receperāt, quodq; illi multiplici iure debebatur: id aurem procul à Deo abeſt, manifeſtum enim eſt Patrem non à nobis accepiſſe Filium, ſed à ſe illum ſibi habere conſubſtantialem.

Cū igitur omnis volūtatis amoe breuis anguſtaq; mēſura ſit ad diuinū circūſcribendū, exploremus pauliſp, an animaliū amor eo pertingat, vt diuinum amorē ęqua lance menſurare valeat: bruta enim animantia, cum vi naturæ impulſa, & non ex electione operentue, in hoc inter cetera à ratione præditis, valde diſcrepant, quod hæc nunquam totam, quam poſſunt, dilectionem impendunt: etenim ardentius, quam diligunt, diligere poſſunt. Illa verò ſuam virtutem, & actiuitatem penitus profundunt, dicente Philoſopho: Agens naturale agit quantum poteſt. Vnde ſit, [Ariſt.] quod cum vel amant, vel odiunt, totam ſui appeeitus vim, & conatum in amore, vel odio impendant. Peteurramus ergo animalia ardore dilectionis inſigniora, forte mēſura occurret nobis, qua poſſimus illud (ſic) attingere. Neminē ignoeare arbitror, Deum diuini amoris propalandi [Deut. 32.] gratia aquilę ſe cōparaſſe. *Sicut oquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans aſſumpſit, & portauit in humeris ſuis*. Narrant naturales, tunc aquilam amorē erga filios oſtendere, cum illos incommode in nido iacere animaduertens; regia quadam magnanimitate alium apertiorem, & commodiorem conſtruit, cumq; eos ex veteri nido in alterum transferēs, nequaquam vngues admonet, ne forte quidquā illos lædat, ſed ſuper alas aſſumit, & in humeria incolumes ducit: vnde ſi in itinere contingat, vt venatores iacula in illam mittant, prius matrē telo confodiendā, quam pullos percutiendos omnino neceſsū eſt. Quamuis autem tanta ſit aquilę erga pullos ſuos dilectio; tamen vt annorant Cle- [Clem. Alex. Hel. de diuerſ. hiſtor.] mēs Alexand. & Helianus, tot deſatigata pullis, illos ad ſolis eadios examinat, videnſq; eorum nonnullos ſolis claritatem, atq; fulgorem, intēta in eum oculorum acie ferre non poſſe, tanquam adulterinos, & à regio aquilarū ſanguine degeneres à ſe abijcir. Verū Chriſti amor adeo in diuino, ac humano eius pectore efferuet, ve in via nullum vuquam filium ita abhorreat, vt à ſe penitus illum proijciat: quin potius ſibi pergratum eſſet uos omnes in domum ſuam excipere. Maximis etiā laudibus Pellicani amor extolli conſueuit, cui ſe pariter Chriſtus comparauit: *Simi-* [Pſal. 101.] *lis factus ſum pellicano ſolitudinis*. Refert Pierius [Pier. Val.] Valerianus, illudq; à D. Hieron. mutauit, auem hanc ſuos pullos tantu amore proſequi, vt ſi eos ægrotantes ſauciosq; conſpexerit, laeero pectore ſuo, veniſque ſciſſis, peoprioq; ſanguine eorum vulnera fouēs, ad priſtinam ſanitarem reſtituar. Verum Chriſti amor amorem hunc mirum in modū ſuperat, quia vt Ambroſ. annotauit, auis [Ambroſ. in ſuo dictionario verb. Pellicano.] hæc pullos ſuos pungir, plagaſq; eis infligit, quod ſi proprio poſtea medetur ſanguine, hoc efficir, vt quod perperam fecerat reficiat: at Chriſtus

Domi-

Dominus vulnera nobis alligat,non quę ipſe intulit,ſed quæ miſeri inepte nobiſmetipſis inflixīmus;nec ſolum pectus, vt Pellicanus,patitur cōfodi, verū caput etiā, manus,& pedes;nec partē ſanguinis, vt ille, ſed totū exhauriri permiſit,& voluit. Tandē inter aues nulla eſt tā eximij erga ſuos pullos amoris,quantū gallina,cui Chriſtus

Matth. 23. ſe cōparauit: *Quoties volui,ſicut gallina, cōgregarē filios tuos ſub alas,& noluiſti?* Vehemēs adeo eſt huius auis erga pullos ſuos dilectio,vt pręterquam in confouendis ouis valde laboret, inſudet poſtquam in lucem edidit,in eis alendis, & educandis,infirmetur,& vires abſumat; infirma tamen, ac debilis,priſtiniſque viribus deſtituta,ſi forte miluum filios inuadentem animaduertat, quaſi effera tygris in eum excandeſcit, vt filiorum incolumitati conſulat. H... etiam amorem Chriſti dilectione inferiorem e..e ex eo aperte liquet, quod præterquam pullos ſuos aſſiduæ ſuæ protectionis alis fouet, illiſque ſeipſum ad eorum defenſionem tanquam inexpugnabile exhibet ſcutum,atrociſſimiſque Paſſionis doloribus affectus vires conſumpſit: ex duplici alio capite Chriſti amor auis huius dilectionem ſuperat. Primo, quia eductis in lucem pullis, grandioribuſque iam effectis,nequaquam in poſterum curam illorum gerit, aut vitę neceſſaria ſubminiſtrat,ſed ſinguli ab ea derelicti,victum quæritan-

Iſaia 46. tes ſibijpſis conſulunt. Ceterum Chriſtus, nec per momentum quidem temporis à filiorum tu-

Iſaia 49. tela ſe abſtinet,ſemper illis proſpicit. *Vſque ad ſenectam* (inquit) *ego ipſe feram, & vſque ad canos ego portabo.* Ne autem illorum vnquā obliuiſceretur,proprijs manibus illos inſculpſit. In manibus meis ſcripſi te, & vtriuſque manus vulneribus, tanquam anulis ad reminiſcendum ſtimulantibus vtitur, ne vnquam è memoria excidant. In eo etiam Chriſti amor amorem gallinæ ſuperat,quod illa,vt filios tuetur,neutiquam vita priuari patitur,immo ſi contra eā virgam extendas aufugit, & filios prædæ expoſitos derelinquit,propriæ potius,quam filiorum incolumitati proſpiciens;Chriſtus autem diuinæ iuſtitię flagella,quibus nos vapulare merebamur, in ſe ipſo pertulit, cumq. natura impellat,mēbris potius caput protegere,quā è cōtra; dilectio Chriſti adeo naturā ſuperauit,vt cum ipſe triumphātis,militantiſque Eccleſiæ caput exiſteret,diuinæ iracundiæ iacula ſuſtinens, velut clypeum, ſeipſum illis expoſuerit, vt nos, qui ſui myſtici corporis membra ſumus,incolumes ſeruaret,atque defenderet. Cum igitur, nec inter libera, neque naturalia agentia apta reperiatur menſura ad illud (ſic) attingendum, oportet, vt (ſic) quaſi intactum relinquamus, fateamurq. nos ad diuini amoris magnitudinem exquirendum impares omnino eſſe,ac prorſus inſufficientes, ſolumque Deum Optimum Maximum illam comprehendere. Cui ſit honor,& gloria in ſęcula ſæculorum. Amen.

Homilia Duodecima.

De diuina miſericordiæ magnitudine,quæ licet in alijs Dei operibus valde ſplendeat,maxime tamen in Verbi diuini Incarnatione effulget.

FREQVENTER adeo mortales Dei miſericordiā in ſubleuandis eorum miſerijs experti ſunt,vt ad miſerendum magnam ei ineſſe propenſionem, vnanimi conſenſu fateantur. Verum quia diuinę fidei certitudo id nobis firmius perſuadet,quam experientia ipſa, libet varia ſacrorum voluminum teſtimonia ad rem hanc comprobandam in medium producere. Antequam tamen manum operi admoueam,fateor me dubio,ac ancipiti animo fluctuari. Nam ſicut venator, cum plurimos conſpicit lepores, pari loci interuallo diſtantes, quemnam feriat perplexitate laborat; ſic ſane, cum tot,ac tam varijs figuris, tamque pulchris ſimilitudinibus diuina ſcateat Scriptura,ad infinitam Dei miſericordiam elucidandam, quaſnam earum ſeligam prorſus me latet. Ceterum cum ſacrarū litterarum teſtimonia nequaquam ſe habeant velut fugaces lepores, quorum dum vnum inſectamur, effugit alius, licebit, Deo auſpice,eorum præcipua, & vtiliora, magiſque neceſſaria in medium proferre: in quo, ſæpius ſolito moratus fuerim, boni quæſo conſulat lector: nam cum miſericordia Dei magna ſit, non niſi magnum oportebat de ea habere ſermonem.

Vt ergo ab eius tropis, & figuris exordiamur, admirabile extat diuinæ miſericordiæ indicium, Propitiatorium, quod fieri mandauit Exod. 25.
Deus Cherubinis ſuperimpoſitis,volatrices alas expandentibus; vt oſtenderet ſe ad miſericordiam præſtandam velociſſimis Cherubinis velociorem eſſe. Conſonat huic metaphoræ illa alia Malachiæ,qui vt hanc celeritatem exprimeret: *Et ſanitas* (ait) *in pennis eius.* Illam expertus eſt Malach. 4.
Dauid,nam cum via ore protuliſſet, *peccaui*, ſubito audiuit, *Dominus quoque tranſtulit peccatū tuū.* Et in parabola filij prodigi D. Lucas ſcri- 2. Reg. 12. Luc. 15.
bit: Patrē, vt vidit filium,illico in illius amplexus accubuiſſe nullaq. interpoſita mora præcepiſſe primā illi ſtolā proferri. Huc faciunt verba Aug. lib. de ſpirit. & anima.
D. Auguſt. *Tardius videtur Deo peccatori veniam dare, quam ipſi peccatori accipere.* Ezechiel alia Ezech. 1.
quadam dicendi ratione diuinam miſericordiā demonſtrauit. Quatuor depinxit animalia alis plena, currum trahentia, rotis adeo inuſitatis, & inauditis, vt in cuiuſque rotæ medio, rota alia contineretur. Porro quælibet rotarum animata

mata erat dicente Ezechiele: *Et ſpiritus vitæ erat in rotis*. Admirabilis hęc eſt diuinæ velocitatis in miſerendo periphraſis: curru enim vehitur ab alatis animalibus ducto, rotæque non inſenſibiles, ſed vitalis potius eis inerat ſpiritus; vnde fit, quod ſi aliqua forte earum in itinere confringi contigerit, nequaquam currus velocitas retardabitur, quia alia interior defectum continuo ſupplebit. Non inelegans eſt etiam diuinæ miſericordiæ ſymbolum, quod refert D. Ioãnes, cum ſe vidiſſe teſtatur Chriſtum gladium ore tenentem, quo aperte oſtendiſſe arbitror, nequaquam iram Dei vltra dentes ad interiora eius præcordiã progredi potuiſſe. Et quamuis verum ſit, euaginatum tunc apparuiſſe gladiũ, minime tamen ipſe euaginauerat, ſed peccatores, vt ait Dauid: *Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum ſuum.* idem Ioãnes aliud ſibi oſtendiſſe teſtatur diuinæ miſerationis argumentum, Deum ſe vidiſſe ait ſedẽtẽ (vt gloſſa explicat) viridi pacis arcu circundatũ. *Iris erat* (inquit Ioannes) *in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinæ.* Primum, quod in hac viſione annoto illud eſt, Deum, licet immenſum, & incomprehenſibilem, ita vt nullis poſſit terminis contineri, miſericordia per viridem arcum ſignificata vndique circundari, & circumcingi. *Iris in circuitu eius.* Huc facit illud Dauid, qui de diuina iuſtitia loquens, vndequaque illam miſericordia vallauit. Miſericors (inquiens) & iuſtus Dominus noſter miſeretur: quibus non obſcure innuit, nunquam Dei exerceri iuſtitiam, quæ vndique miſericordia circundata non prodeat. Nã ſicut ſeuero nimis iudici aſſeſſores tribui conſueuit, qui rigorem eius mitigent: ita Dauid iuſtitiæ nomen intra duas aſſiſtrices miſericordiã & benignitatem collocauit. *Miſericors Dominus, & iuſtus, & Deus noſter miſeretur.* Videtur in hoc Regius Propheta naturam ipſam imitatus. Sicut enim Marti, quia immitis planeta erat, duo alia benigna ſidera Iouem & Venerem appoſuit, vt ſui influxus ſuauitate Martis intemperiẽ temperarent; ſic Dauid duabus miſericordijs iuſtitiam clauſit, quæ eius lenirent aſperitatem. Compertum eſt, diuina attributa vnius eſſe mẽſuræ, hoc eſt infinita, & abſque menſura: attamẽ hic Propheta ſuo dicendi more magis videtur miſericordiam extulliſſe: dicere enim: *Miſericors Dominus & iuſtus, & Deus noſter miſeretur*, tantundem fuit ac ſi diceret: *Iuſtus quidem Dominus*, verum duplo miſericors, quatenus in duplo plura, ac maiora ſuæ miſericordiæ quam iuſtitiæ indicia exhibuit. Secundum, quod in einſdẽ loci explicationem annotandum occurrit, illud ſane eſt, maxime differre Iridem à B. Ioanne deſcriptam ab eo arcu, qui frequenter à nobis in cælo conſpicitur; ille enim Deum verſus reſpiciens enitet, varijſque diſtinctus coloribus dicente Poeta:

Multicolor picto per nubila deuolat arcu.

Hic autem vnius tantum coloris erat ſimilis viſioni ſmaragdinæ, & verſus nos reſpiciebat, & ad nos tela ſua dirigebat. Illo igitur arcu nos pro ſcopo Deũ ipſum ſtatuentes: iacula noſtrarum petitionum in eum mittimus, quæ cum fide, ſpe, & charitate nitantur, tribus illis coloribus, cæruleo, viridi, purpureoq; ſignificãtur. Ideo arcus ille & multicolor eſt, & verſus Deũ ignitæ orationis iacula mittit. Hoc arcu feriebat olim Iacob diuini cordis intima: nam vbi noſtra vulgata editio legit: *Accepit partem vnam, quam tuli in arcu meo*, Thargum Ionathæ vertit: Quam tuli in oratione, & deprecatione mea. Ceterum arcus, quem Ioannes vidit, præterquam verſus nos reſpiciebat, vnius viridis coloris erat, qui miſerationis nobis remiſſioniſque ſpem indicat. Licet autem Deus iuſtitiæ iaculis feriat, hæc eadem miſeratione plena immittit. Nam ſemper (vt docent Theologi) Deus citra condignum punit; vnde Dei miſericordiam adeo in ipſa iuſtitia inhibitam agnouit Regius vates, vt diceret: *Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* Hinc Dominus cum de euertenda Iericho ageretur, præcepit Ioſue, vt per ſeptem dies illam circuiret tubis concrepantibus, nec paſſus eſt eam repente, & in momento euerti, vt conuerſionis tempus præberet, tubarumque ſonitu, ducta hominum corda ad pœnitentiam prouocaret. Animaduerſione etiã dignum iudico, quod cum facilius ſit ciuitates euertere, quam erigere; Deus nihilo ſecius, ſex tantum dies in admirabili totius orbis ciuitate conſtruenda conſumpſit, in euertenda autem vrbe Iericho ſeptem integros expendit, vt intelligamus, eius voluntatem magis ad noſtros profectus quam damna propenſam. Hoc Gentiles etiam agnouerunt. Aſſyrij enim (referẽte Plutarcho) Deos compedibus vinctos depingebant, vt temporis moras, quas in puniendo interponebant, & quam lento greſſu ad puniendum incedebant, oſtenderent. qua etiam ratione (inquit Verderus) antiquos, Deos pedibus laneis depinxiſſe, vnde Pauli Manutij adagium: *Dij pedes habent laneos*. Refert etiã Plutarchus, Lacedæmones ſupremum Deorum Milachian, id eſt, placidum & mitem nuncupaſſe. Athenienſes, præcipuum ſuorum Deorum, Memacton, id eſt, promptum ad miſerendum vocabant. Narrant de illis hiſtorici, quod cum in Areopago decreuiſſent, vt ciuitatis dominium alicui Deorum, qui eam protegeret, cõcederetur, Neptuno, & Minerua contẽdentibus, quis cui præponeretur, vt illo potiretur dominio; Athenienſes decreuere, ei dominium concedendum, qui maius aliquod prodigium patraret. Neptunus ſtatim tridenti ſuo aquas percutiens, duos equos inhiantes ab aquis repente prodire fecit. Inauditum ſane prodigium, quo omnes obſtupuerunt. At Minerua virga leniter humum tangens, ſtatim ramum virentis oliuæ germinauit. Et quamuis hoc non tanta admiratione dignum cenſeret vulgus; re tamen hoc opere ſignificata à ſapientibus maturius perpenſa, & attentius conſiderata, præſtantius illis viſum eſt: equi enim bella, & ſeditiones portendunt, oliua pacem præſefert, & quietem; vnde Mineruæ præclarum illius ciuitatis dominiũ ad-

Marginal notes: Apoc. 4. — Pſal. 36. — Apoc. 4. — Pſal. 144. — Virgilius. — Gen. 48. — Thargum Ionathæ. — Abacuch. 3. Ioſue 6. — Plutarch. in problematib. — Verderus in. de Saturno. — Paul. Manut. in Adag. — Plutarch. lib. de cohibenda ira.

Pauſanias. adindicatum fuit. Pauſanias etiam refert ibi arã fuiſſe præſtantiſſimam miſericordiæ ſacram, & hanc ceteris frequentius, & maiori religione ab omnibus cultam: quæ omnia haod obſcure indicant, miſericordiæ attributũ adeo apud omnes nationes ſplendoiſſe, vt illud etiam gentiles in caliginoſis errorum tenebris degentes palam agnooerint. Vnde ad hoc ſignificandum exiſti- *Seneca.* mat Seneca inneotam fuiſſe à Poetis fabulam, qua fingebant Iouem, vniuerſum deorum ſenatũ conſulere ſolitum, cum de plectendis hominibus ageretur; cum autem de eis miſerendo, neminẽ, niſi ſe ſolum adhibere. Fabula hæc præterquam Principes admonet, ne in pœnis infligendis præcipites ſe ferant, ſed multo adhibito conſilio delinquentes puniant, Dei etiam in mulctando tarditatem, & ad miſerendum procliuitatem aperte oſtendit. Quod, vt clarius pateat, aduertite quæſo fratres, qood ſi fabuloſi illi auctores Iouẽ admittendum in terram fulmina ſua, prius aliorum deorum conſilium poſtulaſſe commentabantur; vere tamen Deus noſter, tametſi ſumma ſapientia ſit, nulloq; conſilio indigeat, dicẽ- *Iſa. 40.* te Iſaia: *Quis conſiliarius eius fuit?* noluit Sodomam euertere, niſi prius Abraham conſuleret, licet alioquin tam execrandæ culpæ iuſtiſſima eſſet vltio: idque valde mirabile eſt, quantũ Dei fuerit ſtudiom, vt ſupplicium hoc magis ac ma- *Gen. 18.* gis differret. Adijt Deus Abrahæ domum, multum ibi immoratur, rei quam cogitabat, certiorem illum reddidit, non ſecus, ac ſi conſiliarium illũ adhibere vellet: mille tẽtabat vias, vt miſerendi viam aliquam aperiret. Quod ſi reipſa miſertus non fuit, id non Dei voluntate, ſed ſua ipſorum iniquitate accidit: tãta enim iuſtorum penuria, erat, vt inter omnes nec decem inueniri potuerint, qui ſi fuiſſent, minime Deus vrbes euertiſſet, vt ipſemet Abrahamo ſpoponderat: *Ibidem.* *Non delebo propter decem.*

Verum ſi relictis figuratis ſermonibus, oculos ad ſacræ Scripturæ teſtimonia, varioſque diuinorum eloquiorum dicendi modos, quibus ad explicandam eximiam Dei noſtri ad miſerendũ propenſionem vtuntur, mentis aciem conuertamus, precioſiſſimam detegemus venam, qua no- *Exod. 20.* ſter ſermo non parum locupletabitur: *Ego ſum* (inquit Deus) *Deus zelotes, viſitans iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationem, & faciens miſericordiam in millia.* Certe quanto quaternarius numerus à millenario exceditur, tanto plectendi vſus in Deo, ab eius miſerendi conſuetudine ſuperatur. Dauid, vt exceſſum hũc oſtenderet, cælum miſericordiæ, montes vero *Pſal. 35.* iuſtitiæ thronom conſtituit: *Domine in cælo miſericordia tua: iuſtitia tua ſicut montes Dei.* quod perinde fuit, ac ſi diceret. Quo altius eſt cælum montibus, & iuſtitia miſericordia maior eſt. *Theodoret. in Pſal. 102* Vnde Theodoretus ait Prophetam vſum fuiſſe illa comparatione, non quia iuſtitia à miſericordia in ſuis effectibus amplius non exceedatur, quam altitudo montium à cælo; ſed quia duo magis diſtantia quam cælum à terra non inuenit. Si remotiora (inquit) ſpatia reperiſſet, omnino illa in medium adduxiſſet. Poſſet etiam dici iuxta traductionem marginis, legentis: Domine vſque ad cælum miſericordia tua, ac ſi dixiſſet, *Marginalis lectio.* iuſtitiæ exercitium terræ limites non tranſcendit, minima eſt eius iuriſdictio: at miſericordiæ vis, nulla eſt vel remotiſſima mundi plaga, ad quam non perueniat, immo cælos ipſos pertingit: vel dicamus aliter: miſericordia tua vſque ad cælos, id eſt, nunquam tua benignitas miſereri deſinet, donec ad cælom nos euehat. Atque hæc expoſitio explicat mirum in modum diuinæ miſericordiæ vim, cum tot ac tam ingentia ſuperet diſcrimina, quæ cæli nobis aſcẽſum præpediont; iter enim arduum eſt, dicẽte Domino: *Arcta eſt via quæ ducit ad vitam.* Tantaque eſt hæc arctitudo, vt merito Chriſtus Dominus di- *Matth. 7.* *Matth. 19.* xerit: *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in Regnum cælorum.* Vi- *Eccleſ. 9.* ram deinde innumeris laqueis irretitam ducimus, vt ait Eccleſiaſt. In medio laqueorum ambulas: & vbi vulgata editio habet, Humiliari nos in loco afflictionis, S. Ambroſ. transfert, In *S. Ambr. in Pſal. 24.* loco Sirenum. Mundus hic Sirenum locus eſt, quæ captioſis vocibus à recto abducunt calle, noſtrorumq; hoſtium numerus atomorum multitudinem excedit, & fortes adeo ſunt, vt dixerit Iob, nullis poſſe illorum robur terrenis viribus comparari: *Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ* *Iob. 41.* *comparetur ei, qui factus eſt vt nullũ timeret.* Verũ ſi malimus vulgatam ſequi editionem, legentẽs: Domine in cælo miſericordia tua, dicamus diuinam miſericordiam cælos, iuſtitiam montes incolere, vt oſtendatur, iram ac vindictam valde à Deo diſtare; miſericordiam vero domeſticam eſſe, ſecumque habitare, & præ manibus, vt eam impertiatur, habere: *Ego ſum qui deleo iniquitates* *Iſa. 43.* *tuas propter me,* dixit Dominus. Ecce miſerendi motiuum intra ſe reperiſſe teſtatur; puniendi vero omniſi extra ſe, vt non obſcure indicant verba illa: Fecit flagellum de funiculis, quibus ſcilicet vendentes merces ſuas ligabant. Id feciſſe aiunt interpretes, vt intelligamus, dũ peccamus, nos in manus Dei flagellom tradere, quo acriter vapulemus. Salomon quidem peccata funes nuncupauit: *Impius* (inquit) *funibus* *Prouerb. 5.* *peccatorum ſuorum conſtringitur.* Si fueris à peccatis immunis, non habebit proculdubio Deus funiculos, quibus flagellom conficiat. Venerea plaga, ſeu morbus Gallicus, quo inhoneſtus laborat, vnde ortum habet, niſi à propria turpitudine? Paupertas, qua chartarum luſor torquetur, vnde originem duxit, niſi ex nimia ludendi libidine? Importunus capitis dolor, oris graueolentia, dentium putredo, vnde feminis accidit, niſi ex varijs liquoribus & pigmentis, quibus crines, genaſque aſſidue fucare conſueuere? Hoc cõ- *Saluian. lib. 4. de prouidentia.* ſiderans Saluianus, exacerbamus (inquit) Deum impietatibus noſtris, & ad puniẽdum trahimus inuitum. Oſtendit hoc perdifficilis ille Pſalmi *Pſal. 29.* locus, vbi rationem aſſignans Dauid, cur laudes *Baſil. in Hom. 10.* Deo decantaret, inquit: *Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* S. Baſilius inquit perobſcura eſſe hæc verba; idem enim ira,

ac

ac indignatio eſſe videntur: quomodo ergo dicit: ira in indignatione eius? Verum nequaquã illa duo in idem recidunt: vt enim ex Baſilio colligitur, indignatio idem eſt, ac iuſtum puniendi decretum: at ira in ſacro eloquio, cum de Deo ſermo eſt, pœnam exequutioni mandatam denotat.

4. Reg. 25.
4. Reg. 1.
2. Paralip. 26.
2. Paralip. 30.
Exod. 15.

Iuſſit Deus Sedechiæ oculos effodi, Ochoziæ è ſublimi delapſo crura confringi, Oziam Regem, quia Pontificio munere fungi attentauerat, lepra mulctari, Nabuchodonoſori ob ſuã inſolentiam, & elationem ferarum more incedere, Pharaonem, eiuſque equitatum propter obſtinati cordis duritiem in profundum maris demergi. Horum & ſimilium ſuppliciorum diuinum decretum, & eiuſdem ſententiæ prolationem, indignationem vocat ſacra Scriptura; vindictæ vero exequutionem, irã vocitat. Quoties igitur (inquit Propheta) iraſcitur Deus, gladiumque euaginat, bello, fame, & peſte opprimens, conſiderate fratres, id iuſtitiæ lege compulſum agere, quia peccatorum merita id poſtulant, quæ ad indignationem illum excitant, & iſtud eſt: *Ira in indignatione eius.* Porro vita in voluntate eius, quia vitam primæ gratiæ, qua diuinæ naturæ conſortes efficimur, ſponte gratiſque elargitur, & ad illam nobis impertiendã noſtra merita minime expectat, dicente Paulo:

Ad Rom. 11.

Si gratia ex meritis, iam non eſt gratia. Vt autẽ puniat, ſemper noſtra crimina illum premunt, & ad vindictam prouocant, & quodammodo compellunt. Poſſumus etiam non incongrue illa eadem verba in hunc modum exponere.

Ariſtot.

Ira furor eſt cito præteriens, & ideo Philoſophus ſic illam definit: *Ira eſt breuis inſania*: Verum indignatio, paſſio eſt longo tempore durans. Aſſerere igitur iram Dei in indignatione eſse, perinde eſt, ac dicere Deum, quamuis iraſci videatur, indignatum tamen nequaquam eſſe, ſed tantum iratum; eſt enim ira eius breuis, adeo, vt cum primum iraſcitur, iraſci deſinat. Ad eum certe modum, quo viro miti & manſueto accidit, cuius ira citiſſime pertranſit, quippe cum ſanguinis feruor, qui illum incendebat, tantiſper tepuerit, ſtatim ad placidam, ac beneuolam temperiem redit. Porro vita in voluntate eius, vitam non pertrãſeuntem elargitur, ſed quantum ex ſe eſt, voluntatis ſuæ immutabilitate immutabiliter & in æternum illam præſtat. Quod ſi anima illam perpetuo non conſeruat, non Dei culpæ, ſed ſuæ peccator aſcribat: neminẽ enim ipſe deſerit, niſi prius deſeratur ab illo.

Originale Hebræum.

Fauet huic expoſitioni originale Hebræum, dum legit: Ad momentum eſt ira eius.

D. Hieron.

Et D. Hieron. transfert, momentum eſt in ira eius: nam in momento, quo anima ad Deum conuertitur, ipſe abſque vlla morula ſtatim placatur & offenſam condonat.

Paraphraſtes Chaldæus.

Paraphraſtes Chaldæus ſic vertit: Vna hora in indignatione eius: vita æterna voluntas eius. Per horam tantum iraſcitur Deus; at miſericordiã in æternum, & vltra producere optat. Tandem, vt loci huius expoſitionem concludamus, cum per breue temporis ſpatium iraſcatur Deus, ſubitoque iram deponat, ac reconcilietur, ſubdit ſequenti verſiculo Dauid: *Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Psal. 29. Tã facile placatur Deus, vt ſi veſpere iratus te cõtriſtet, ac mœrore afficiat, mane placatus, ſumma te alacritate perfundat. Vtrumque fatetur Iſaias, dum ait: Prædicate annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro. Iſa. 30. Ecce irã vult eſſe vnius diei velut ephimeram febrim: gratiam vero remiſſionis per integrum annum. Sed hæc nihil ſunt, ſi cum ſequentibus verbis conferantur: Et in momento indignationis abſcondi faciem meam, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Ecce indignationi momentum ſolum aſſignat; miſericordiæ vero integram æternitatem aſcribit: quibus aperte indicat, quantum duratione æternitas temporis momentum excedit, tantundem diuinæ miſericordiæ indicia effectus iuſtitiæ ſuperare.

Exaltat etiam non parum propenſionem hãc Dei ad miſerendum, quod ne ferrum quidem ad puniendum in domo eius repertũ fuerit; ſed conducere gladiũ illum oportuerit, Iſaia dicẽte: Iſa. 9. *In illa die radet Dominus in nouacula conducta.* Deutero 32. Idipſum oſtendunt nobis Deuteronomij verba: *Si acuero vt fulgur gladium meum &c.* Patet hinc obtuſum, non peracutum, ſed hebetem potius exiſtere diuinæ iuſtitiæ gladium. Verum illud hoc loco maiori animaduerſione dignum eſt, quod ſi Deus vt fulgur gladium acuit; non tamen, vt ipſo feriat, ſed vt peccatores ſplendoribus eius perculſos à peccatis auertat, vt diſertis verbis prædixerat Ezechiel: *Gladius exacutus eſt, & limatus vt ſplendeat.* Ezech. 21.

Libet iam duos alios figuratos loquendi modos, quibus frequenter ſacræ litteræ vtuntur, ad diuinam miſericordiam oſtendendam apte ſatis accommodare. Primus eſt, quod cum de miſericordia ſacra agunt eloquia, fundendi vtantur verbo; cum vero de iuſtitia, ſtillandi vocem vſurpant: *Effundam* (inquit Iſaias) *ſuper vos aquam mundam; & mundabimini*: Iſa. 66. quia tamen parum videbatur Deo miſericordiam effundere inſtar copioſiſſimæ pluuiæ, aut vndãtis riui: ideo ſubdit: Declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis. At cum de ira ſermo eſt: *Stillabit* (inquit) *furor meus ſuper locum iſtum.* Iſai. 66. Ezech. 20. Et Ezechieli dictum nouimus à Domino: *Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Auſtri. ſtilla ad Africum*, miſericordiam abunde & abſq; menſura elargitur; at iuſtitiam, & iram vnciatim effundit; id enim ſtillandi verbum ſignificat, & mirum in modum Dei moram in puniendo nobis manifeſtat. Nam ſicut guttæ, quæ ex ſtillatorio vaſe, prius alteratis floribus, ac vaporibus in altum conſcendentibus, decidunt pedetentim, & guttatim effluũt: ita diuina iuſtitia tam lento in puniendo gradu incedit, vt temporibus Noe ducentos & viginti annos iram cohibuerit ſuam. Et cum eam manifeſtare oportuit, quaſi guttatim illam ſtillauerit. Ad hoc reſpexiſſe videtur Iob, cum dixit: *Qui ligat aquas in nubibus*; Iob. 26. ſi enim totas ſimul effunderet, abſumeretur mundus. Nubes diuinæ miſericordiæ ſymbolum eſt. Sunt enim in æſtu

ſolis

Digitized by Google

ſolis ardorem temperat; ita miſericordia iuſtitiam. Aquis ærumnæ vindictæque deſignantur, aſſerente Dauid: Pſal. 66. *Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam*. Aquas igitur nubibus colligare, eſt iræ ac furoris turbines miſericordiæ alueo continere, ne effluant, ac ſua inundatione omnem carnem perdant. Apocal. 16. Congruit huic argumento viſio beati Ioannis, cum ſeptem phialas plenas ira Dei datas fuiſſe Angelis proſpexit. Bene poterat Deus alia vaſa ira complere; ſed apte ad miſericordiam oſtendendam phialas dixit, quia cum ex phialis liquor effunditur, ebulliente illo rumor auditur, & non totus ſimul liquor effunditur; ſed pedetentim, immo & guttatim, ſi valde anguſtum ſit orificium. Quod ſi in vulgari loquendi more, quo guttæ lacrymæ dicuntur, vim facere velimus, comperiemus Deum ita miſericordem eſſe, vt cum punit, flere videatur, Origenes Num. 13. vt acute annotauit Origenes, & aperte oſtendunt verba Moyſis de Deo dicentis: Gen. 6. *Tactus dolore cordis intrinſecus*. *Delebo* (inquit) *hominem, quem creaui, à facie terræ*, quaſi dicat, dolore angitur, cum plectendus eſt homo, atque ideo non abſque myſterio pœnam, quæ homini irrogatur, arcum vocauit Pſal. 7. Propheta: *Arcum ſuum tetendit, & parauit illum*: qui enim arcu ferit, antequam iaculetur, ad pectus manum contrahens cor percutit ſuum. Ita Moyſes inquit, cum punit Deus, Gen. 6. quaſi in corde percutitur: *Tactus dolore cordis intrinſecus*. Huc faciunt Iſaiæ verba: *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis*, quaſi dicat; heu mihi, quia conſolatio, quam in hoſtium vindictam ſumam, in cordis dolore poſita eſt. Inuſitata equidem verborum connexio. *Heu & conſolabor*. Neque enim inuenire eſt hominem, cui conſolatio non ſit dulcis: at diuina miſericordia tanta eſt, vt hoſtium vltio, quæ hominibus grata ac dulcis eſſe conſuenit, ipſi amara & inſipida exiſtat, atque ideo ſuſpirans conqueritur. Heu conſolabor de inimicis meis. Vnde etiam Diuus D. Aug. lib. de Spiritu, & Anima. Auguſtinus: *Quaſi plus* (inquit) *cruciat eum paſſio miſeri, quam miſerum ipſum paſſio ſui*. Origenes. Huc refert Origenes Dei verba, cum dixit: *Pœnitet me feciſſe hominem. Nonne* (ait) *lugentis eſt illa vox: Pœnitet me?* vt melius tamen hoc Amb. Hexameron c. 10. intelligatur, ſupponendum eſt, miſereri ita proprium Dei eſſe, vt Diuus Ambroſius dixerit, Deum peccata remittendo recreari. *Fecit* (inquit) *cælum, non lego quod requieuerit; fecit terram, non lego quod requieuerit, ſed lego quod fecerit hominem, & tunc requieuit, quia habebat, cui peccata dimitteret*. Ea propter exiſtimo miſericordiam Dei gloriam ab Apoſtolo appellatam: *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei*, id eſt miſericordia diuina. Ad Rom. 3. Hinc clara ſunt verba, quibus vtitur Eccleſia in *Gloria in excelſis Deo*, cum dicit: *Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam*. Non rependimus grates pro beatæ vitæ gloria, qua Deus fruitur, gratiæ enim pro collatis beneficijs referuntur. Germanus igitur ſenſus eſt, Gratias agimus tibi pro maxima miſericordia, quam nobis impertiris; hanc enim Eccleſia à beato Paulo edocta gloriam Dei vocat. Hinc conijcio, quod ſi peccata dimittere Dei deliciæ ſunt, certe peccator lapidei cordis duritie diuinæ miſerationi reſiſtens, lætari, ac recreari Deum, quantum eſt ex ſe, prohibet, & ideo ait: *Pœnitet me feciſſe hominem*, Hine Chryſoſtomi verba ortum habuere, cum dixit: Chryſoſt. *Benignus eſt Deus, & quemadmodum parturiens cupit eniti filium, ita & ille cupit effundere ſuam miſericordiam*. Parturientis gaudium magnum eſt duplici ex capite. Primo, quia adeo lætatur mater edito in lucem puero, vt præteritæ anguſtiæ penitus obliuiſcatur, dicente Domino: *Iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum*. Ioan. 16. Apta eſt in hunc modum ſimilitudo hæc; compertum eſt enim Chriſtum Dominum acutiſſimis doloribus in Crucis lecto nos omnes parturijſſe: poſt partum vero, videns tantam filiorum copiam in lucem editam, ita gauiſus eſt, vt interrogantibus diſcipulis, num quæ in Caluariæ monte geſta fuerant, noſſet, tanquam immemor reſpondit: *Quæ?* Manifeſtum equidem eſt eum omnia Luc. 24. nouiſſe, ſiquidem ipſe ea pertulerat: verum *non meminit preſſuræ propter gaudium*. Secundum, quod ante partum editum deſideria matris anget, illud ſane eſt, vt ſe iam à doloribus ſolutam, ac expeditam videat; ſunt enim illi ita acerbi, vt ſæpe animam exhalare compellant. Talis ergo eſt diuinæ pietatis, noſtræ vtilitatis anxiæ deſiderium, vt eius miſericordia quaſi prægnans, innumeriſque grauida bonis, quæ nobis conferre ſatagit, partus dilationem ſentiens, peccatore illum impediente, mirum in modum torqueri videatur, & ideo exclamat: *Pœnitet me feciſſe hominem*. Gen. 6.

Propheta etiam Regius Dauid venuſta quadam viſus eſt figurata locutione ad magnitudinem diuinæ miſericordiæ declarandam: *Secundum altitudinem cæli à terra corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe*. Pſal. 102. Quaſi diceret, illud nobis diuina miſericordia præſtat, quod cælum terræ. Sanctus Auguſtinus metaphoricum hunc loquendi modum ſolita ingenij ſubtilitate proſequitur. S. Aug. in Pſal. 102. Attende inquit primo cælum vbique, atque vndique protegit terram, & nulla pars terræ eſt, quæ non cælo protegatur. Itaque ſicut cælum terræ vmbraculum eſt, nec regio vlla eſt, etſi remotiſſima, quam cæleſtes influxus non foueant; ſic diuina miſericordia peccatorum protectio eſt, nec vllum reperies, vel miſerrimum, qui maternam eius beneficentiam non experiatur. Vnde Dauid cecinit. *Miſericordia Domini plena eſt terra*. Pſal. 32. Iuſtitia non vbique patet; at Dei miſericordia nullibi non adeſt.

Lib. ij. E Vnde

(*Phil 4. Phyſ.*) Vnde vlterius mihi viſus eſt progreſſus Regius Vates in ſua ſententia, quam Philoſophus in ea, quam protulit, cum dixit nihil dari vacuum in natura; quibus autem determinate rerũ ſpatia, ſeu concauitates plenæ eſſent, prorſus illum latebat: multa enim igne, aut aere, alia liquoribus, & inter ſeſe pugnantibus plena sũt corporibus. At Dauid cæleſtis Philoſophus vltra progrediens, determinate deſignat, quid ſit, quod vniuerſos orbis ſinus implet: *Miſericordia* (inquiens) *Domini plena eſt terra*. Sicut autem terram, eadem ratione, cælum, & inferos veraciter dicere potuiſset. In cælo enim miſericordiam Angelis præſtitit, gratiam, qua perſeuerarent, liberaliter impertiens; inferorum etiam incolas miſericordiæ ſuæ participes efficit. Nam (vt communis Theologorum ſententia fert) cum Deus reprobos citra condignum puniat, quãtum pœnæ eis adimit, tantundem veniæ miſericorditer eis impendit. Et ſicut cælum multis labentibus annis nec ſenio conficitur, aut inueteraſcit, alterationibus non ſubiacet, nec (*Philoſophus*) (vt Philoſophus loquitur) peregrinas patitur impreſſiones, ſed ſolidum & inuincibile perſeuerans, nullo nocetur hoſte, qui a proprio loco illud dimouere valeat; ſic diuinæ miſericordiæ tutamen adeo firmum ſtabileque eſt, vt nunquam iacturam aliquam patiatur, qua quidquam (*S. Aug.*) robur eius imminui poſſit. Hinc S. Auguſtinus ait: Sicut terra verſus cælum impuros vapores emittit, quibus nubes formantur, quæ cæleſtem lucem præpediunt, nec tamen propterea cælum influxus continet ſuos, quibus hæc inferiora fouentur; ſic diuinæ miſericordiæ cælum non ceſsat in peccatorum corda miſericorditer influere, quantumcumque illud offendant. (*Idem.*) *Peccant* (inquit D. Auguſtinus) *homines ſub cælo; & tamen proteguntur à cælo*. ſubditque: *Inde lux ad oculos, inde aer, inde ſpiritus*, ac ſi diceret; adeo ſe nobis proficuum exhibet cælum, vt inde lux ad videndum, inde aër ad reſpirandum, & aura, qua reficimur. Hæc omnia bona, diuina (*Ioan. 1.*) præſtat miſericordia, ipſa lucem præbet: *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. (*Pſal. 18.*) Per ipſam reſpirat anima: Os meum aperui & attraxi ſpiritum. Per ipſam concupiſcentia ignis extinguitur, ne nos conſumat: Miſeri(*Thren. 3.*)cordia Domini, quia non ſumus conſumpti. Subiungit Auguſt. *Tolle auxilium cæli a terra, &* (*Aug.*) *ſtatim deficiet*. Nam ſicut, ſi cælum varios ſuos cohiberet influxus, & a conſueto motu deſiſteret, vniuerſa mundi harmonia diſſolueretur, & totus machinæ iſtius ordo perturbaretur, vnde (*Ariſt. de cælo. & Meteor. 1.*) dixit Ariſtoteles: *Ceſſante motu cæli, ceſſabunt omnia inferiora*. Et alibi: *Oportet mundum hunc inferiorem contiguum eſſe lationibus ſuperioribus, vt inde tota mundi machina gubernetur*: Ita ſane, ſi per momentum etiam temporis diuina miſericordia vtiles ſuos ac perneceſsarios contineret influxus, & iuſti deficerent, & ſordidi peccatores, ſordidiores fierent. Tandem cælum, ſicut munificentiſſimum erga terram exiſtit, nec credit ab ea par pari ſibi fore rependendum; ſic Deus abſque vlla retributionis ſpe, innumera in nos confert beneficia. Quod ſi nos gratitudinis gratia varia ei impendimus obſequia, inde nullum lucrum, aut commodum ſibi parit. Iure igitur optimo Dauid dixit, ita Deum nobiſcum ſe gerere, ac cælum cum terra. *Secundum altitudinem cæli à terra corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe*. (*Pſal. 102.*)

His valde notanda duo alia addo, quæ ſacræ Scripturæ interpretes ad diuinam miſericordiam explicandam protulerunt. Primum eſt, ſacram Scripturam hoc nomine (*Magnum*) frequenter diuinam miſericordiam cohoneſtare. *Quam magna miſericordia Domini* dixit Eccleſiaſticus. (*Eccleſ. 17.*) Dauid: *Magna eſt ſuper cælos miſericordia tua*. (*Pſal. 101.*) Diuus Petrus: *Secundum miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos*: at cum de iuſtitia ſermo eſt, epithetum hoc (*Magnum*) (*1. Petri 1.*) penitus reticetur. *Confitebor Domino ſecundum* (*Pſal. 7.*) *iuſtitiam eius*. *Iudicabit populos in iuſtitia*. (*Pſal. 8.*) *Iudicabit orbem terræ in iuſtitia*. (*Pſal. 97.*) Verum ex hoc nequaquam nobis, ad prolabendum in peccata, anſam ſumere licet, ſed diuinæ potius miſericordiæ ſpe animos erigentes, diuinam etiam iuſtitiam formidemus. Nam quemadmodum de ariete narrant naturales, quod dimidio anni curriculo ſuper latus dextrum, dimidio ſuper ſiniſtrum requieſcit; ſic nos ſuper vtrumque latus, ſpei ſcilicet & timoris requieſcere debemus, iuxta illud, quod Dominus præcepit Ezechieli Prophetæ: *Et tu dormies ſuper latus tuum ſiniſtrum*. (*Ezech. 4.*) Secundum, quod diuinæ Scripturæ interpretes animaduertunt, illud eſt, quod cum de iuſtitiæ operibus ſermo adeſt, pondere, menſuraq; perpendi; cum vero de miſericordia, nullam fieri de pondere mentionem. Salomon de die Iudicij loquens: *Erit* (inquit) *pondus & ſtatera iudicium Domini*. (*Prouerb. 16.*) Et Iſaias: *Ponam* (*Iſa. 28.*) *in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura*. Dauid dixit: Gemitus & lacrymas Deum pondere explorare: *Potum dabis nobis in lacrymis in menſura*. (*Pſal. 79.*) Hieremias etiam dixit, Deum (*Hierem. Thren. 2.*) dimenſorium ſumpſiſſe funiculum, dum vellet Hieruſalem euertere: *Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion, tetendit funiculum ſuum*. Vtuntur artifices funiculi inſtrumento ad erigendum, non ad euertendum ædificium. Verum vt ſciamus, quam perexigua menſura puniat Deus: ideo in euerſione etiam ciuitatum funiculo vti ait Propheta: *Tetendit funiculum ſuum*. Aſt cum de miſericordia diuina Scriptura loquitur, omnem menſuram & pondus ſilentio prætermittit. *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem*. (*Iſa. 40.*) *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. (*Ioan. 1.*) *Vult omnes homines ſaluos fieri*. (*Luc. 6.*) Quod ſi Chriſtus Dominus nomine menſuræ eſt vſus, id ſane fuit, vt ſine menſura oſtenderet eſſe diuinam miſerationem: *Menſuram* (inquit)

bonam,

Digitized by Google

bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinu veſtro; ac ſi clarius diceret: dabitur vobis menſura abſque menſura optima & conferta, omne animi deſiderium explens: Pſal. 102. *Qui replet in bonis deſiderium tuum*; adeoque ſuperabundans, vt vndequaque effluat. Hoc idem verba illa Dauidica oſtendunt: Pſal. 74. *Calix in manu Domini vini meri plenus miſto, & inclinauit ex hoc in hoc; verumtamen fax eius non eſt exinanita.* Propinat Deus amarum calicem, ſed non totum, ne fæces bibantur, quod diuinam in puniendo circumſpectionem haud obſcure manifeſtat. At in miſerendo ita munificentiſſimum ſe præbet, vt loquens Apoſtolus de Spiritu ſancto omnium donorum maximo, effundendi vtatur voce: D. Paulus. *Diffuſa eſt gratia in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.*

Gen. 3. Tandem ad prædicta omnia confirmanda, explanemus, ſi placet, verba illa Geneſeos: *Cum audiſſet vocem Domini deambulantis in Paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni Paradiſi, vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?* &c. *Fecitque Dominus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas*, &c. *Ipſa conteret caput tuum.* Verba hæc adeo fœcunda ſunt, totque ac tantis myſterijs ſcatent, vt nos in eorum expoſitione, vt ſingula enucleemus, aliquantulum immorari, non tamen abſque ingenti vtilitate, compellãt. Cum audiſſet vocem Domini. Aug. lib. 11. in Geneſim c. 34. Sanctus Auguſtinus, alijque Patres, quos ſupra retulimus, inquiunt apparuiſſe Deum in humana forma, non vera, ſed apparenti, vt vocis, arbitror ſuauitate, humanitatem præſeferret. Audiuit vocem Domini. Videbatur vox illa gemitus, quo oſtendebat tantam eſſe eius miſerationem, vt doleret Orig. hom. 23. ſuper Num. ſe illum puniſſe, vt annotauit Origenes: *Domini* (inquit) *ſunt iſtæ voces, hominum genus lugentis.* Nec me latet, hoc loco quoſdam interpretes exiſtimaſſe, vocem illam Domini formidabilem feciſſe ſtrepitum, qualis bellicis tormentis, Principe ciuitatem ingrediente, fieri conſueuit; mihi tamen vero ſimilius apparet, voce illa, Adam fuiſſe vocatum, neque obſtat, quod ſubdatur: *Adam vbi es?* Sicut enim herus famulum ſemel atque iterum vocat, cum vel ſurdus non audit, vel reſpondere piget: ſic Deus, cum primo vocaſſet Adam, & reſpondere renuiſſet, iterum Gen. 3. vocauit: *Adam vbi es?* Hæc Dei vocatio proculdubio diuinæ miſericordiæ apertiſſimum indicium fuit; non enim vocabat vt noſceret vbinam latitaret, ſed vt vocibus ad pœnitentiam alliceret, eique reſipiſcens aſtaret. Nouerat optime Dauid hoc Dei ingenium, cum dixit: Pſal. 59. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus.* Venator, vt certior ac ſecurior ſit de præda capienda, non clamat, ſed cum aues in arboribus confidentes proſpicit, tacitus ſagittas iaculatur; verum Deus alio venandi more vtitur. Semel & iterum clamat, quia præ- Ezech. 18. dam interimere non vult, ipſo dicente: *Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur, & viuat*, & ideo vociferans minitatur, & oculis tela obijcit, vt ſuæ conſulentes ſaluti fugam arripiant: *vt fugiant à facie arcus.* Hoc idem beatus Ioannes teſtatur: refert enim, quod cum Apocal. 8. Deus hominum illatas ſibi iniurias vlciſci vellet, velociſſimum inſtar Aquilæ miſiſſe nuncium, vt de inſtanti ſibi pœna admonerent, ac Dei præuenientes indignationem, minantia ſibi ſupplicia fugerent. *Audiui vocem vnius Aquilæ dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitantibus in terra.* Idem plane ſuadent verba Domini, cum in Pharaonem animaduertere vellet: Exod. 9. *Pluam* (inquit) *cras hac ipſa hora grandinem multam nimis, qualis non non fuit in Aegypto: congrega iumenta, & omnia quæ habes in agro. Quid eſt* (ait Auguſtinus) Aug. q. 35 in Exodum. *quod mandauit Deus Pharaoni, cum ſe facturum magnam grandinem minaretur, vt feſtinet congregare pecora ſua*: vt quid præcipit bona illa Pharaonis incolumitate donari, eum ad eum puniendum progrederetur? Reſpondet, diuinæ miſericordiæ eſſe apertum argumentum. *Non tam indignanter* (inquit) *quam miſericorditer videtur admonere.* S. Greg. Admonet ante pœnam, quia iacula præuiſa minus feriunt, & vt tempus peccatori concedat, quo ærumnis & calamitatibus ſibi imminentibus occurrat. Iuxta illud Salomonis: Sap. 12. *Das inimicis tuis tempus, & locum, per quem poſsint mutari à malitia ſua.*

Præterea audiuit vocem Domini deambulantis ad auram. Hic etiam diuina miſericordia enitet. Primo (vt annotauit Diuus Gregorius) locali deambulationis motu, qui quieti opponitur, ad Adam accedit, vt oſtendat quietem amiſiſſe peccando, Greg. lib. 13. moral. cum è felici innocentiæ ſtatu lapſus fuiſſet, in quo ab omni paſſionum turbine procul, ſumma pace, ſummaque tranquillitate fruebatur, & vt intelligeret Adam, nunquam ſe vnde diſceſſerat, reuerſurum, niſi Deo, à quo diuiſus fuerat, iungeretur, vt dicebat Augu- D. Aug. lib. 3 de Doct. Chriſt. ſtinus: *Inquietum eſt cor noſtrum, donec reuertatur ad te.* Secundum & magis aduertendum, quodque ſancti Patres præcipue ponderant, illud eſt, quod Deus quamuis enorme illud crimen, quod vniuerſum orbem infecerat, puniendum veniret, tam lento gradu inceſsiſſe, vt deambulaſſe dicatur. Vaticinatus eſt hoc Amos: Amos 2. *Ecce ego ſtridebo ſuper eos, ſicut ſtridere ſolet plauſtrum onuſtum fœno.* Currus enim, qui à bobus, grauipedibus animalibus vehitur, lentis graditur paſsibus. Hæc eſt Dei conditio, hoc ingenium, vt ad puniendum, inſtar boum, contracto, ac breui paſſu incedat; vnde licet ad benefaciendum ita expeditis greſsibus properet, vt velociſſimos ceruos longe ſuperet: ad puniendum autem vt pergat, plumbo ipſo grauiores pedes habere videatur. Hoc nobis ſponſa, & Ezech. 1. Ezechiel duplici ſatis apta metaphora oſtenderũt. Illa Sponſi ait pedes aureos eſſe, *crura illius* Cant. 5. *columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas*; hic vero igneos eſſe affirmat. Secum pugnantes loquutiones iſtæ videntur, cũ aurũ inter metalla grauiſſimum, ignis inter elemẽta leuiſſimũ ſit. At neutiquã ſecum pugnant: nã Deus ad puniẽdũ pedes habet auro ipſo grauiores, atque

adeo ad id lento incedit grado, & in hoc ſenſu aureos ſpōſi pedes dicit ſponſa. Cum autē ad miſericordiam præſtandā concitatiſſimis properet greſſibus; ideo Ezechiel igni omniū elementorū leuiſſimo accurate comparauit. Huc facit, quod *Ariſt. de recto Princ.* Ariſt. de recto Principe docuit: *Sit in vltione grauipedis, in beneſaciendo delphinus.* Nulli ſane aptius, quam Deo hæc duo conſentiunt. Delphinus *Plin. lib. 10. de animal.* velociſſimus eſt, vt refert Plinius. Illud vero animal, quod grauipedem vocant, ita tardo greſſu incedit, vt teſtudinis tarditas, ſi cum eius lentitudine conferatur, altiuolæ aquilæ velocitas videatur: *Iuſtinus.* vt enim (inquit Iuſtinus) per diem integrum gradiens, vnius palmi ſpatium conficit. Ita ſane Deus noſter ſe habet, in miſerendo velox, in puniendo lentus; in vlciſcendo difficilis, in benedicendo facilis, idque ſignificabat, quod ad puniendum Adam non currens, ſed deambulans venerit. Inſinuauit hoc eleganti ſermone *Oſee 5.* Oſeas: *Ero eis quaſi tinea, & quaſi putredo domus Iuda*, ac ſi diceret: Puniam rebellem hunc populum, vindicta tamen tarda ac lenta. Sicut cum ingentis magnitudinis lignum tinea corrodit, quod non vno, vel duorum, ſed multorum dierum ſpatio conficit. D. Auguſt. & Remigius ex- *D. Aug. & Remig. ſup. Pſal. 24.* plicantes verba illa Pſalmi: *Dulcis, & rectus Dominus, & vniuerſa viæ Domini miſericordia, & veritas*, aiunt pedes, quibus incedit Deus, iuſtitiam, & miſericordiam eſſe, ſed cum hoc diſcrimine, quod miſericordiæ pes eſt dexter, iuſtitiæ ſiniſter. Et hinc eſt, quod ſicut dexter pes velocior, ac fortior eſt, ita Deus magis ſuam omnipotentiam miſerendo, quam puniendo manifeſtat, *Ad Rom. 9.* vt Pauli verba oſtendunt: *Volens Deus oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ.* Sãctus Fulgentius miſeri- *D. Fulg. epiſt. 7. ad Ven.* cordiam omnipotentem vocat, *in quo eſt omnipotens miſericordia.* Sãctus Ioannes Chryſoſtomus: *Chryſ. ho. 6. ſup. epiſ. ad Rom.* *Noluit* (inquit) *Deus ſuum robur per ſupplicium innoteſcere, ſed per beneficentiam, & liberalitatem.* *Eccleſia Romana in ſuo Miſſali.* Ideo Eccleſia cæleſti irradiata fulgore cum alloquens ait: *Qui omnipotentiam tuā parcendo & miſerendo maxime manifeſtas.* Hac etiam ratione nō *Gen. 19.* deſunt, qui dicant, Deum ideo Loth præcepiſſe, ne ad ciuitatis incendium oculos conuerteret, quia cum miſereri proprium ſit Dei; vnde miſericor- *Iſa. 28.* diæ opus vocauit Iſaias *opus ſuum*: punitionis autem *opus eius extraneum*, hinc eſt, quod humano more loquendo quodammodo Deus erubeſcebat, quod a ſuis familiaribus puniens conſpiceretur: & ideo prohibuit Loth, ne in vrbis combuſtionem oculos intenderet. Deinde ſicut localis motus à pede incipit dextro (vt docet Philoſo- *Ariſtot.* phus) ſic ſpiritualis motio peccatoris, qua ad Deum conuertitur, a diuina miſericordia ducit exordium. Dogma enim fidei eſt, præuenientem gratiam a ſolo Deo, nullo ea nobis intercedente merito, ortum ducere; vnde ſacra Scriptura, quaſi indicans Dei miſericordiam dextrum eius pedem eſſe, a quo noſtræ iuſtificationis motus incipit, quoties de miſericordia, & iuſtitia loquitur, miſericordiam præfert iuſtitiæ: *Mi- Pſal. 100.* *ſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine, Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. Pſal. 24.* *Miſericordiam, & veritatem eius quis requiret? Pſal. 60.*

Porro ſi vlterius progredientes, verba illa penſemus: *Deambulabat ad auram*, quibus aperte innuit, quod aura perflans faciem eius feriebat, mirifice omnia dicta confirmant pariter, & illuſtrant. Sicut enim cum quis incedit flante vento, vultum flatibus ſuis lacerante, lento cogitur incedere greſſu, oculoſque alibi conuertit; ſic Deus miſericordiæ aura percuſſus lente incedit, ac ſero peruenit, nempe poſt meridiem. Sanctus Hieronymus *S. Hieron. in quæſt. Hebr. ſup. Geneſ.* tranſtulit *poſt ſolis occaſum*, quia proprium Dei eſt, diluculo conſurgere, vt miſereatur. Id enim Prophetæ verba ſignificant: *Adiuuabit Pſal. 45.* *eam Deus mane diluculo*, ſiue (vt alij vertunt) *reſpiciet diluculo*. Nondum rationis compotes facti, nondum oculos animæ ad noxia, vel vtilia diſcernenda aperimus, cum ſtatim diuina ope præuenimur, dicente Dauid: *Miſe- Pſal. 58.* *ricordia eius præueniet me*. Sponſa etiam ita diluculo ſponſum ſurrexiſſe affirmat, vt nocturno rore perfunderetur. *Caput meum plenum Cant. 5.* *eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*. Verum cum puniturus accedit, tam lento graditur paſſu, vt poſt meridiem, & quaſi iam elapſa die veniat; id enim, vt ſæpius dixi, cauſa eſt, quod ex animo non punit, vt ait Hieremias, *non ex Hier. threr. 3.* *corde ſuo humiliauit, & abiecit filios hominum.* Et hinc eſt, quod ſicut Deo magis conſentaneum eſt, miſereri, quam igni calefacere, aut ſoli illuminare, ita cum mortalium culpæ ad vindictam eum prouocant, veluti coactus vlciſcitur, & quaſi vim (ſi ita loqui fas eſt) ſuę naturæ inferens, punitionem exercet. Aperuit hoc Iſaias aptiſſima ſimilitudine, cum vindictam Domini explicans, quam de hoſtibus ſumere decreuerat: *Egredietur* (ait) *Dominus de loco ſancto.* Re- *Iſa. 26.* ſpexiſſe videtur Regius vates ad elementorum proprietatem, quæ cum in proprijs locis quieſcunt, nequaquam grauitant, verum cum ab illis recedunt, violentiam patiuntur. Sic res ſe habet in Deo, cuius cum propriiſſimum ſit miſereri, certe placida, grataque eius conditio, quodammodo coactionem, & vim pati videtur, cum tam peccatorum grauitate, quam multitudine prouocatus, ad ea vlciſcenda progreditur: & ideo tam lento incedit gradu, vt quaſi elapſo die perueniat. Theodotion huius *Theodotion in Gen.* tardi aduentus aliam adfert rationem, rei noſtræ non parum congruam, nimirum, quod cum calor bilim accendat, & iram augeat, ideo in occaſu, & frigidiori aura flante aduenit, *vt meridiano* (ait) *calore tranſacto refrigerium auræ ſpirantis oſtenderet*. Sanctus Gregorius poſt *D. Gregor. lib. 3. Mor. c. 3.* meridiem, ait, veniſſe Dominum, vt ſignificaret, Adam lumine veritatis, charitatiſque feruore deſtitutum: *Quid eſt* (inquit) *ad auram poſt meridiem, niſi quod lux feruentior veritatis abſceſſerat, & peccatricem animam culpæ ſuæ frigora conſtringebant?* Cum igitur Deus noſter ignis conſumens ſit, ad Adam *Deut. 4.* acceſſit, vt calore ſui pectoris illius frigiditas

inca-

incaleſceret, quod peccati glacie conſtrictum *Hier. 6.* tenebatur, iuxta Hieremiæ verba: Sicut frigidã facit ciſterna aquam, ſic frigidam facit animam malitia ſua.

Quod ſi hinc ad ſequentia verba explicanda pergamus, abunde ſatis ad manifeſtãdos inæſtimabiles diuinæ miſericordiæ theſauros egregiã materiam ſubminiſtrabunt. Addit Scriptura, fugam *Gen. 3.* arripuiſſe Adam: *& abſcondit ſe.* Adam infirmus fugiebat medicum, Deus inſequebatur, vt medicinam præberet infirmo. Ecce bonitas diuina, & iniquitas humana duello confluxere mirando. Illinc Adæ temeritas, & hinc Dei pietas; illius arma peccata, huius tela miſerationes, quibus permultas nationes ſuo ſubdit imperio, dicente Dauid: *Sagittæ potentis acutæ, populi ſub te cadent.* *Pſal. 44.* Prælium hoc Hieremias propheta, malitiã filiorum Iſrael referens, eleganter *Hier. 32.* deſcribit: Quia (inquit) *poſuerunt idola in domo, hæc dicit Dominus: reducam eos ad locum iſtũ, & habitare eos faciam confidenter, & erunt mihi in populum, & ero illis Deus, vt bene ſit eis & filijs eorum:* ac ſi clarius, & compendioſius diceret: Cũ peccatores me ad iram prouocauerint, ego ad miſerationem commouebor. Vnde miſericordia mea aduerſus miſeriam humanam miſeriæ victrix in bello euadet; id enim apertiſſime indicat cauſalis illa, *quia poſuerũt idola &c.* Liquet hoc aperte ex re, quam præ manibus habemus; quamuis enim fuga arrepta ſe abſcõdiſſet Adã, qua haud exiguam Deo intulerat iniuriam, cũ à Deo ſe poſſe abſcondi leuiter, ac imprudenter ſibi perſuadens, illius immenſitatem opere ipſo negabat; vel certe adeo debilẽ diuinorum oculorum aciem exiſtimabat, vt aliquid Dei intuitum ſubterfugere ac latere poſſet; nihilo ſecius tamen diuina miſeratio tota in adducendo ad ſe miſerrimo Adam incumbebat, vt à miſerabili diaboli ſeruitute, in quam per peccatum ceciderat, reuocaretur. Expenderat hoc egregie *Rom. 10.* Apoſtolus his verbis: *Iſaias audet, & dicit:* Nonnulli legunt: *Audit*, non, *Audet.* Verum correctiores codices Latini, & vt linguæ ſanctæ periti annotant, Hebræum originale legit, *Audet.* Sed ſubeat examen quæſo, quænam fuerit hæc Iſaiæ audacia. Vidit forſitan diuinam maieſtatem, angelicis ſtipatam militibus, quam viſionem cum Hebræis narraret, adeo commoti ſunt, vt *D. Hieron.* eum lignea ſerra diſſecuerint, teſte B. Hieronymo, vt & tormentum eſſet atrocius, & pœna productior. vidit forſitan Deum inter latrones *Iſa. 53.* facie ſputis deturpata, vti ipſe viderat Iſaias, dicens: *Vidimus eum quaſi leproſum, & cum iniquis reputatus eſt.* Concipiebat forſitan mente ſignũ *Iſa. 7.* illud mirabile diuinitus datum: *Ecce virgo concipiet, & pariet Filium.* Nequaquam quidquam iſtorum tunc intuebatur Propheta. Dic ergo nobis Paule ſancte hanc Iſaiæ audaciam. *Iſa. 65.* Reſpondet D. Paulus: *Iſaias audet & dicit. Inuentus ſum à non quærentibus me, palam apparui eis, qui me non interrogabant, tota die expandi manus meas ad populum non credentem, ſed contradicentem,* quaſi dicat. Ego hominum domos adeo,

pacem rogo, & quamuis offenſus ad veniam inuito, & nõ ſecus, ac ſi illis egerem, noctes dieſq; in illis quæritandis inſumo. Ita plane cum Adã geſta res eſt, quem propriæ calamitatis immemorem miſericors Deus vocat. Hic ſolito eloquentiæ flumine Chryſoſtomus Deum talia loquentem introducit. *Chryſ. hom. de Adam* *Vbi imago mea primum formoſa? vbi Paradiſi precioſiſſimus ornatus? vbi manuum mearum artificium? vbi imago regni mei nuper depicta? vbi nunc familiaris meus amicus?* Hæc ille. Illi autem obiectioni occurrens, cur Deus interrogauerit, *Adam vbi es?* cum ipſe optime noſceret: reſpondet id feciſſe Deum, vt peccaſſe ſe pœnitẽs Adam, veniæ ſuauitatem, ac diuinæ miſerationis dulcedinem experiretur. Verba Chryſoſtomi ſunt: *Vt cum ſeipſum redarguat ille, diſcat Domini ſuauitatem.* Porro illud etiam Dei pietatem exaltat, quod non voce ſubmiſſa, ſed elata vocauit Adam. Solent ſatellites, cum aliquem comprehendere tentant, ſilenter & ſimulate domum eius adire, vt imparatum inuadentes, nullum ei fugæ tempus permittant: at diuina iuſtitia, quia miſericors eſt, alio procedit more in Adami captura, voces emittit, quibus ab ira Dei cauere admonet. Vnde Chryſoſtomus præcitato loco, Deum clamaſſe exiſtimat, non vt perterrefaceret, ſed vt vires, animumque ſuppeditaret ad comparendum ante tribunal Dei. *Comparere* (inquit) *non audentem & mortuum ad verba hortatur.* Verum, vt clarius innoteſcat, quanta Deus cum primo Parente vſus fuerit miſericordia, aduertamus quæſo, Deum, nudum veſtiendi non oblitum, quod inter opera miſericordiæ connumeratur, tunicas pelliceas ad nuditatem tegendam illi exhibuiſſe, vt ſacer Textus obſeruat: *Fecitque Dominus* *Gen. 3.* *Adæ & vxori eius tunicas pelliceas.* Hic Deum venatori ſimilem contemplor, qui dum accipitrem amiſit, ſibilo eum inſectatur, valles, monteſque perluſtrat, donec ille ad manus inſiliat, quem cum iam tenuerit, non plectit, ſed alas cõponit, plumaſque æquat, vt blanditijs allectus, in poſterum fugam non arripiat. Fugerat quidẽ Adam, clamat ſemel atque iterum Deus, *Adam* *Ibidem.* *vbi es?* eum tamen inuenerit, non punit, ſed blãditur, nudumque cooperit: immo ſi Chabaliſticæ cuidam traditioni credimus, ad Raphaelem Angelum eum miſit, vt illum conſolaretur, & myſterium Incarnationis reuelaret, quo eius peccatum, quod mundum infecerat vniuerſum, delendum erat.

Quid tamen de hoc ſit, Deus ipſe illum conſolatus eſt, dum ſerpentis, qui ad pomi eſum inſtigauerat, acerrimum vltorem futurum eſſe pollicetur, dicens: *Inimicitias ponam inter te &* *Ibidem.* *mulierem, & inter ſemen tuum & ſemen illius: ipſa conteret caput tuũ,* iuxta emendatiores Codices. Quibus verbis ſacri huius loci non pauci interpretes Deum mirabile Incarnationis arcanum primo Parenti reuelaſſe autumant, in cuius executionem vniuerſos ſuæ miſericordiæ theſauros largiſſime profudit: nam tametſi verum ſit, ipſum omnibus ſæculis pietatis ſuæ infinita

ſigna portendiſſe, in Incarnationis tamen opere,& clarius, & euidentius diuinam miſericordiam demonſtrauit. Vnde B. Bernardus: B. Bern. ser. 3. de Natiu. *Apparuit*(inquit)*benignitas, quia non potuit amplius declarari, nec abundantius exprimi, nec euidentius commendari.* Et ideo Zacharias opus Incarnationis vocat per autonomaſiam miſericordiam: Luc. 1. *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri in quibus viſitauit nos oriens ex alto.* Vnde Dauid cum clamat: Pſal. 50. *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam*, præſtantiſſimum Incarnationis myſterium intelligit, vt aduertit Genebrardus, Genebr. ſuper Pſ. 51. & confirmat idem titulus Pſalmi quarti, quem inſcribit, *Dauid Victori cruentata*: nam vbi noſtra vulgata legit, ipſi Dauid Pſalmus in finem, Felix vertit, *vbique vincenti*, & gloſſa Marginalis: *Danti æternitatem, ſiue pro ſanguinolenta*. Poteſtque Eccl. 2. hæc expoſitio verbis Eccleſiaſtici dicentis: *Secundum magnitudinem ipſius ſic & miſericordia illius cum ipſo*, nō parum illuſtrari. Loquebatur hoc loco Sapiens de miſericordia, quam Deus in ſuſceptione naturæ humanæ nobis manifeſtauit, vt aperte verba illa indicant, *Cum ipſo*: ſi enim de attributo miſericordię, quod in ipſo Deo eſt, loqueretur, ſufficeret dicere: *Secundum magnitudinem ipſius, ſic & miſericordia illius*, verum addidit, non abſque ſingulari myſterio (*cum ipſo*) quia Incarnationis miſericordia cum Deo iuncta, ac ſtrictiſſimo vinculo colligata eſt, & hæc eſt, quā dicit eſſe ſecundum menſuram diuinæ magnitudinis. Non ſolum in hominibus contemplari licet, miſericordiam ſæpe non æquari eorum potentiæ: etenim Principes nouimus non paucos potentes magnas erogare eleemoſynas, quas tamē nequaquā erogāt; ſed & in Deo ipſo idem conſpicimus, qui tametſi quædam miſericordiæ iudicia quondam antiquis Patribus præſtitiſſet, nunquam eius magnitudinem æquarunt. Ioan. 1. Nūc vero poſtquam *Verbum caro factum eſt*, quia hoc eſt ſupremum miſericordiæ opus, merito ad id reſpiciens Eccleſiaſticus: *Secundum magnitudinem*(ait)*eius ſic & miſericordia illius.* Duas igitur lances in Deo eſſe perpendere eſt, quibus omnia eius opera ponderantur, miſericordiam vnam; alterā iuſtitiam. Hoc tamen intereſt diſcrimen, quod ante Incarnationem Verbi, iuſtitiæ lanx tanquam grauior, ferebatur deorſum; miſericordiæ autem vſque ad cælum pertingebat, vt ait Pſal. 35. Dauid: *Domine in cælo miſericordia tua*: illic cum Angelis miſericordiam exercuit, perſeuerantiæ illis donum tribuens: verum poſt Verbi Incarnationem aliter ſe res habet. Etenim hæc miſericordia deorſum delata tanto iuſtitiæ lance fuit grauior, vt terram tetigerit, & iuſtitia ad cęlum confugerit, vbi nunc deliteſcit, vt ſignificauit Dauid: Pſal. 84. *Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cælo proſpexit.* Illic continet Deus iram ſuam, vt dixit Pſalmiſta: nam vbi vulgata editio habet, Mitigaſti omnem iram tuam, Diuus Hieronymus inter- S. Hieron. pretatur, Continuiſti Domine iram tuam, ac ſi diceret, ſeptis vallaſti in cælo iram tuam, ne in peccatores inuadēs, grauiſſimis ſupplicijs obruerentur. Aſtrologi docent ſolem, cum in Leonis ſigno commoratur, radiorum ardore terram comburere; verum cum in ſigno Virginis exiſtit, ardoris vim temperari. Hoc in Deo expertus eſt mundus: ante Incarnationem enim in Leonis ſigno videbatur eſſe: etenim igne, bello, fame terram vexabat, & veluti geminata manu plectebat, vt in Pharaonis flagello apparuit: tot Gen. 12. enim eum percuſſit plagis, quot in manibus digitos geſtabat, quibus filios Iſrael flagellauerat: verum cum in Virginis ſignum ingreſſus fuit, cuius meminit Ioannes: *Signum magnum apparuit* Apoc. 12. *in cælo*, iram cohibuit, miſericordiam apparere fecit, dicente Apoſtolo: *Apparuit benignitas, &* Ad Tit. 3. *humanitas Saluatoris noſtri.* Atque hinc patet, cur ſanctus Ioannes, cum prius Chriſtum leonem Apoc. 5. compellaſſet: *Vicit leo de tribu Iuda*, poſtmodum Agnum vocitauerit. *Agnus, qui occiſus eſt ab ori* Idem 13. *gine mundi.* Quid quæſo commune, aut ſimile habet leo cum agno? leo rugit, agnus balat; leo deterret, agnus blanditur; leo crudelis, agnus manſuetus. Potuiſſet equidem huic difficultati reſponderi, ea propter leonem vocaſſe, vt fortitudinem oſtenderet, qua nos ab hoſtibus tuetur, vt ait Iſaias: *Quomodo ſi rugiat leo ſuper prædam ſuam* Iſa. 31. *cum occurrerit ei multitudo Paſtorum, a voce eorum non formidabit ſic deſcendet Dominus, vt prælietur.* Quibus conſonāt verba Domini: *Non rapiet eas* Ioan. 10. *quiſpiam de manu mea.* Sicut enim nemo audet prædam à leonis vnguibus rapere; ita oues a Chriſti manibus diuellere audebit nemo. Sed congruentius multo reſponderi poſſe arbitror, ſi Romani cuiuſdam ſepulchri epitaphium proferamus, in quo leo quidam inciſus apparebat, qui brachijs agnum tanquam proprium filium complectebatur, quo ſignificare volebant, defunctum, quamuis ad inſtar immanis leonis in iuuentute rugiſſet, tamen in ſenectute manſuetiſſimum iam effectum occubuiſſe. Cum igitur Diuus Ioannes Chriſtum Dominum prius leonem, deinde agnum appellat, id plane ſignificat, ante Incarnationem tanquam leonem rugiſſe, & in peccatores acriter ſæuiſſe: *leo rugit* (ait Propheta) *& quis non timebit?* Amos 3. Poſtquam autem homo factus eſt, ita agni manſuetudinem induit, vt tanquam agnus coram tondente ſe obmutuerit, vt prædixerat Iſaias. Moyſes propter ſingularem Iſa. 53. cum Deo familiaritatem meruit hoc in ſpiritu videre, cum peteret à Domino, vt ſuum ſibi vultum detegeret: *Oſtende*(inquit)*mihi faciem tuam.* Exod. 33. Deus terga ſolum oſtendit: *Poſteriora mea videbis*: Ibidem. quæ cum Moyſes vidiſſet, exclamauit: *Deus miſericors, clemēs, patiens, & multæ miſerationis*, & vt doctiſſimi Hebręorum referunt, prędicta verba ſuper dorſum conſcripta aſpexit, quod tantundem fuit, ac ſi in Chriſti carne illa exarata vidiſſet, cum carnem Chriſti dorſum appellet Propheta, dicens: *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.* Pſal. 128. Illud etiā animaduerſione dignum eſt, quod verba illa, Miſericors, clemens, patiens, & multæ miſerationis, quæ in dorſo Chriſti vidit Moyſes conſcripta, eadem nos non ſolum in dorſo, ſed etiam in oculis lectitare poſſumus: illos enim eleuans, *Miſereor* (dixit) *ſuper* Matth. 15.

turbam

turbam. In *lingua* ſimiliter, cum dixit adulteræ: *Ioan. 8.* *Mulier nemo te condemnauit?* neque ego te condemnabo: In *ſaliua*, *Marc. 8.* *Luc. 4.* cum lutum fecit ex illa, quo cæco nato viſum reſtituit: *Expuit in terram, & liniuit oculos eius.* In *manibus*, quas ſuper infirmos *Matth. 9.* imponendo, curabat: *Singulis manus imponens curabat illos.* In *pedibus*, vt reſtatur felix illa ſors Magdalenæ, quæ ſecus pedes Domini ſtans, & illos *Luc. 7.* deoſculans, audiuit: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Quid plura? Per veſtes *Luc. 8.* etiam effluxiſſe miſericordiam, cum ſolo fimbriȩ tactu à fluxu ſanguinis mulier curata fuerit, Diuus Lucas cõmemorat. Igitur Dei miſericordia poſt Incarnationem copioſius abũdat, adeo, vt quaſi eã continere nõ poſſit, per oculos prodeat, per linguam, manns, & pedes, immo & per hiantes poros, vt in ſanguineo ſudore contingit, effundatur,

Antequam tamen diuinæ miſericordiæ magnitudinem, quæ in excelſo Incarnationis myſterio præſulget, intimius penetremus: prænouiſſe oportebit, quod ſi Dei miſericordiam rigoroſe ſumamus, ad illam tria præcipue ſpectare reperiemus. Primum eſt alienæ miſeriæ triſtitia, & compaſſio, vnde periti quidam linguæ Latinæ componi opinantur miſericordiam, ex miſeria, & corde, quaſi ex corde miſereatur. Secundum eſt efficax deſiderium miſeriæ ſubleuandæ. Tertium actualis ipſa ſubleuatio. Duo hæc poſtrema ante ſuſceptionem humanitatis plane reperiebantur in Deo, minime tamen primum, cum triſtitia in ipſum nullo modo cadere poſſet; tanta tamen, ac tam mirabilis fuit Dei miſericordia, vt inter alias rationes, ea propter incarnari voluerit; tum vt humanum cor habens, contriſtari, & noſtris miſerijs compati poſſet, vnde *Ad Heb. 4.* Apoſtolus dixit: *Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris*; tum vt nulla ex tribus conditionibus ad perfectionem miſericordiæ requiſitis ei deeſſet: vnde, & animo, & re miſericordiam ſemper impertitus eſt nobis, nec vllum miſericordiæ opus excogitabis, ſi rem bene perpendas, quod ipſe non exercuerit. Viſitauit infirmos, Zacharia *Luc. 1.* dicente: *Viſitauit nos oriens ex alto.* Potum ſi- *Matth. 25.* *Eccl. 15.* tientibus dedit: *Aqua ſapientiæ ſalutaris potauit nos.* *Matth. 26.* *Pſal. 80.* Eſurientes propria carne pauit: *Cibauit nos ex adipe frumenti.* Redemit captiuos, *Galat. 3.* *vt eos, qui ſub lege erant, redimeret.* Induit *Ezech. 16.* nudos: *Eras nudus, & extendi manum meam ſuper te.* Excepit, refecitque nos viatores, & *Matth. 11.* peregrinos: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Tandem, quamuis mortuos non ſepelierit, illos tamen ad vitam corporis reuocauit, & peccatores in priſtinam gratiam reſtituit, quod præſtantiſſimum miſericordiæ opus eſt. Quia tamen hæc omnia præ amoris magnitudine parum ſibi videbantur, addidit etiam illud, *Ioan. 20.* quod Vicarios, & vice Deos, & (vt aiunt) Legatos a latere, plena poteſtate peccata condonandi in terra conſtituit, quibus tradidit claues, & ordinariam poteſtatem ad aperiendum Regna cælorum. Has autem claues ſolus Deus in lege veteri ſecum geſtabat, & ideo admirati ſunt Iudæi, quod Chriſtus peccata dimitteret: *Quis eſt hic* (aiebant) *quia peccata dimittit?* *Luc. 7.* Verum in lege gratiæ vbique claues ad aperiendum Regnum cælorum reperiuntur: tot enim ſunt claues, quot in Eccleſia catholica ſacramentalis confeſſionis miniſtri adſunt. Itaque ſicut tempore belli dominus ciuitatis claues eius ſibi ſeruandas reſeruat, nec patitur alium quam ipſum fores aperire; tempore vero pacis facile alijs committit; ſic ante Verbi diuini Incarnationem cælum terræ infeſtus inimicus videbatur, ſoluſque Deus miſericordiæ claues apud ſe retinebat, & nemini tradebat: at poſtquã Verbum caro factum eſt, ſacerdotes omnes miſericordiæ claues poſſident, dicente Chriſto Domino: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* *Ioan. 20.*

Tandem ſilentio minime præteribo, quod ad explicandam miſericordiam diuinam, in opere Incarnationis mirifice ſplendentem prædicta omnia longe ſuperat. Quod Iſaias in perſona Dei loquens ait: *Quem mittam, & quis ibit nobis?* *Iſa. 6.* Singularis valde, & inauditus loquendi modus. Si dixiſſet: Quis ex nobis mundum adibit, germana fuiſſet loquendi forma; ſed dicens: *Quis ibit nobis?* arcanum aliquod ſub his verbis latere neceſſe eſt. Ego illud arbitror abſcondi, quod voluit Deus magnitudinem ſuæ miſericordiæ palam nobis innoteſcere. Cum enim creaturarum non indigeret, *Pſal. 15.* vt fatetur Dauid: *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* cui conſonat illud Homeri, de diuina natura loquentis: *Homerus.*

Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri.

Et cum nihil nos emolumenti, aut vtilitatis Deo adferre valeamus, ipſo nos monente: *Dicite, quia ſerui inutiles ſumus*: nihilo ſecius tamen diuinæ perſonæ de noſtra reparatione ſolicitæ, de ea, tanquam de re propria, & ſibi vtili valde agunt, dicentes: *Quis ibit nobis?* hoc eſt, quis ex nobis noſtræ vtilitati proſpiciens, carnem ſuſcepturus è cælo in terram deſcendet? Sicut enim amantiſſimus pater filiorum vtilitatem, proprium commodum reputat; ſic ſane Deus miſericordiarum noſtrȩ vtilitatis tanto amore flagrat, vt quod nobis proficuum agnoſcit, ſibi vtile videatur. Cui ſit honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Homi-

Homilia Decimatertia.

De Magnitudine diuinæ Iuſtitiæ, quæ in nullo diuinorum operum adeo effulget, quantũ in Incarnati Verbi myſterio: ſimul tamen aperitur Triumphus miſericordiæ de Iuſtitia.

QVAMVIS pergratum ſit Deo Optimo Maximo, Patris miſericordiarum nomine cohoneſtari, vnde Apoſtolus: *Patrem miſericordiarum, & Deum totius conſolationis* illum vocitat: ſemper tamen placuit, iuſtum Iudicem, ac ſeuerum vindicem haberi. Nouerat id recte Regius Vates, cum Deum vltorem appellat, dicens: *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum libere egit*. Quæ autem fuerint vltiones iſtæ, licet Dauid non cómemoret, nos acute perſcrutemur. Et vt ab Angelis ducamus exordium, id plane diuinæ iuſtitię acerbitatem oſtentat, quod ob vnicam inordinatæ cogitationis culpam, tot Angelorum millia incredibili decore à cæleſtibus ſedibus deturbarit, æternisq. addixerit ſupplicijs. Nec diſſimile eſt, quod ob vnius pomi eſum, non ſolum primus Parens omnibus iuſtitię originalis dotibus expoliatus fuerit, ſed & ipſe, & omnes eius poſteri è Paradiſo perpetuo exules, æternam damnationẽ ſubeundi reatum contraxerint. Reuocemus etiam in memoriam pœnam, quam fratricidæ Cain intulit, vt Abel fratris mortem vlciſceretur. Capiti, totique corpori tremorem adeo continuum incuſſit, vt a trepidationis motu nunquam vacaret: hoc enim notamine ſignauit eum Dominus, vt aduertit Abulenſis. Et ſubdit ſacer Textus: *Qui occiderit Cain ſeptuplum punietur*. Videamus cur Deus cuſtodẽ vitæ Cain ſe præbet, & interfectori eius pœnam adeo acerbã minatur, cũ potius creaturis, tanquam iniuriarum Creatori illatarum vindicibus poteſtatem concedere debuiſſe videretur, vt ob tam enorme crimen illum impune occidere poſſent. myſterio id non vacat. Cupiens enim Deus vltoris nomen ſibi comparare, & tanquam Deus vltionum ab omnibus timeri, voluit Cain, tanquã ſuæ iuſtitiæ præconem conſtituere: continuus enim membrorum tremor, ac indeficiens capitis trepidatio diuinam iuſtitiam, pœnæ illius illatricem proclamabant. Et hinc eſt, quod eidẽ Cain iuſſit per varias mundi plagas vagari, nec paſſus eſt eum alicubi immorari: cum enim ſuæ iuſtitiæ diuulgatorem illum conſtituiſſet, voluit non ſolum ſuperſtitem, ſed, vbique circumagi, vt vbique diuinæ iuſtitiæ rigor omnibus innoteſceret.

2. Cor. 1.
Pſal. 93.
Gen. 3.
Gen 4. & 25
Abulen. in c. 4. Geneſis.

Verum poſt mortẽ Cain, quibus ſupplicijs Deus hominum peccata vltus fuerit, percurramus, ſi placet. Conſulto omitto, quæ profanæ commemorant hiſtoriæ, quibus forte quiſpiam fidem nõ adhibebit: perſequar tantum, quæ ſacra enarrant eloquia, quibus fidem nemo Catholicus non dabit. Temporibus Noe tam vndoſo aquarum diluuio terram vniuerſam vndique repleuit Deus, vt nemo præter octo animas (vt ait D. Petrus) mortem effugerit; Sodomam, & Gomorrham ciuitates, illarumque incolas ignis, & ſulphur de cælo immiſſus abſorbuit; Pharaonem, eiusque equitatum, eo quod dilectum Dei populum libertate donare renuerat, in rubrum mare demerſit, & priusquã hanc ei infligeret pœnam, pluribus alijs in Aegyptios animaduerterat, quę (vt referunt Hebræi) per decem menſes perdurarunt. cœperant enim Aegyptij menſe Iunio plagis affici, & menſe Maio finis illis impoſitus eſt, ita vt ſingulis mẽſibus ſingulæ reſpondeant ſuppliciorum plagæ, ea certe ratione, quia cum per decem menſes (vt ijdem teſtantur Hebręi) Iſraelitarum primogenitos interemerant, totidem menſibus tanti, ac tam enormis excidij condignas pœnas luerent. Amalechitas, quia tranſitum per deſertum Iſraelitis impeditum iri contendebant, Saulis exercitus in eos acerrime inuadens, profligauit. Et quia Saul contra præceptum Domini pepercit Achab, vita defunctus Regno ſuo priuatus tandem miſere interijt. Cũ vitulum auſu ſacrilego venerati ſunt Iſraelitæ, omnes proculdubio Deus interemiſſet, niſi Moyſis precibus placatus fuiſſet, quamuis multa etiam illorum millia occiderit. Filij Aaron cum igne non ſacro thus adoleuiſſent, voraci igne cælitus delapſo in cinerẽ redacti ſunt. Blaſphemauit quidam, conſilioque cum Deo inito, diuina iuſſione lapidibus obrutus eſt, ſimiliq. ſupplicij genere affectus interiit Hebræus, qui ſabbato ligna cædebat. Verba in Moyſen fratrem ſuum Maria iactat, & continuo lepra punitur. Quammulti Iſraelitæ de Agypto egreſſi ſunt, & ob ſcelera quadraginta annorum ſpatio patrata ſolos Caleb, & Ioſue optatam promiſſionis terram ingreſſos legimus. Chore, Dathan, & Abiron Deo rebelles, terra ipſa eos deuorante abſorpti ſunt. Moyſes dubitans, & vacillans, num de petra virga percuſſa aqua educi poſſet, prout Deus ipſi promiſerat, elicito fonte, promiſſam terrã fluentẽ lacte, & melle ingredi prohibitus eſt Rapuit Achan pallium coccineum, & continuo Deo mandante capite plexus eſt. Nonnulli ex tribu Beniamin Leuitę libidinoſe aliena vxore vtentes interfecti ſunt. Heli filiorum criminibus conniuens oculos, vna cum filijs necatus eſt: cũ enim filios in bello occubuiſſe audiret, è ſede corruens interijt. Iniuſtã mortẽ quibuſdam Gabaonitis intulit Saul, iniuſtitiã tamẽ hãc vlciſcitur Deus, mortuoq. iam Saule, crudeli fame torquetur vniuerſũ eius Regnũ, nec placatur Deus, donec Dauid, quoſdã ex illius ſemine morti tradidit. Tangit Oza arcam Dei, & vel quia non debito adhibito cultu id facit (vt putat Lyranus)

Geneſ. 9.
Geneſ. 9.
Exod. 15.
1. Reg. 15.
Exod. 32.
Leuit. 10.
Num. 3.
Numer. 14. & 16.
Num. 20.
Ioſue. 7.
Iudicum 20
1. Reg. 4.
2. Reg. 21.
2. Reg. 6. & 13.

vel

Digitized by Google

vel quia boũ humeris arcam vehendã ſuperpoſuit, quam proprijs geſtare debuiſſet, vt tradit Gloſſa interlinearis, repentina nece occubuit. Duo pueri 2. Reg. 6. & 13. Eliſeum Prophetã irridentes, duobus vrſis in illos diuina ordinatione irruentibus diſcerpti ſunt. Ser- 4. Reg. 4. uus cuiuſdam Prophetæ ſuſcipiens inuito domino munera quædã à Duce Syriæ, lepra à Deo punitur. 4. Reg. 5. Ieroboã manum extendens, vt Prophetam cõprehenderet, idolorũ cultum arguẽtem, exſiccato brachio, ad ſacrilegam aram concidit. Peccat Dauid, 2. Paralip. 26. & inter cetera pœnarũ genera graſsãte peſte, quinquaginta hominũ millia deleta ſunt. Oſias ſummi ſacerdotis munere vſurpato, cũ incenſum adoleret, tam horrida plexus eſt lepra, vt proprij ciues eũ ſummo odio proſequentes Regno priuauerint, immo & Deus ipſe iratus cõtra illos, quod ſimul etiã eundẽ non longe à regno exturbaſſent, per quadra D. Hier. ep. ad Damaſ. Orig. hom. 6. in Iſaiam. ginta annos, id atteſtãtibus Hieronymo, & Origene, Prophetam vllum ad eos non miſit. Oſtentans 4. Reg. 20. ſuperbe Ezechias Rex opes ſuas legatis Regis Babylonici, omnibus illis orbatur. Liberã, ac effrænatã, & timoris Dei expertem vitã ducẽs Iſraeliticus populus, à Nabuchodonoſor inuaditur, qui Hieruſalem venit, templum deſtruxit, captiuoſq. Iſraelitas Hierem. 34. 4. Reg. 2. Babyloniam duxit. Aggrediente Sennacherib potẽti exercitu dilectum Dei populum expugnare, Angelus e cęlo delapſus, vna, & eadẽ nocte cẽtũ octua 2. Mach. 13. gintaquinque hominũ millia interemit. Credebat Heliodorus ſe tẽplũ Dei deprędari poſſe, ſed id attẽtans ab Angelo, tanquã prędo, funibus vapulauit. Ob ſimilẽ ſancti templi ſacrilegã expoliationẽ Antiochus, vermibus illi à Deo immiſſis, viſcera eius Act. 5. corrodentibus, rabida morte mulctatus eſt. Ananias, & Saphira mentientes repente occubuerunt.

Quod ſi inani innixa fiducia credat humana temeritas, puniẽtis ſe Dei manus euaſurã, ſciat nullũ eſſe tanta fortitudine, aut ſagacitate prędit um, qui diuinam vltionem effugere poſſit: vnde id expertus Pſal. 77. Dauid, dicebat: *Occidit in grandine vineas eorum, & moros eorũ in pruina.* Plinius. Mori (vt tradit Plinius) nec flores, nec fructus emittunt, donec bruma tranſierit: hac enim ratione vocãtur mori à *moro*; verũ antequã æſtiui calores efferueãt, tã cito flores fructuſque proferũt, vt arbores omnes reliquas antecedãt. Cum igitur inquit Propheta, non obſtante prædicta celeritate, moros fuiſſe à Deo algenti pruina excuſſos, denotat talem eſſe diuinam vindictam, vt ab ea nemo poſſit effugere, etiamſi moris cautior, Rupertus. Ulchot ſup. lib. Sap. & prudentior ſit. Tandẽ id atteſtante Ruperto in Nooforti a Britãnica prouincia, cum aridæ iã eſſent meſſes, & ad metendum aptæ, Deũ, ad publica quędã peccata punienda, numeroſũ locuſtarum exercitũ in illã miſiſſe narrat, qui ita eas deuaſtauit, atq; conſũpſit, vt ne granũ quidem frumenti ſupereſſet: additq. apprehendentibus meſſoribus nõnullas ex illis locuſtis, à parte interiori alarum hæc verba ſcripta inuenta fuiſſe, *Ira Dei*: ac ſi diceret, talis eſt ira Dei, quã cum humana noxa prouocauerit, omnia conſumit, ac penitus euertit: idque ſane nõ ingenti militum exercitu, aut bellicis tormentis, ſed ſolo ſibilo locuſtas, muſcaſq. vocans facile pręſtat, Iſai 7. Exod. 8. vt dixit Iſaias: *Sibilabit Dominus muſcæ.* Id experti ſunt Ægyptij, quos muſcæ mirum in modũ afflixerunt; immo, quod mirabilius eſt, ſolis cogitationibus ſolet Deus animas torquere, vt in Balthaſare accidit, de quo Daniel dixit: *Cogitationes ſuæ cõturbabant eum,* Daniel 5. tantamque ab his cogitationibus quaſi carnificibus torturam paſſus eſt, vt genua eius *ad ſe inuicẽ colliderẽtur,* vt iiſdem Danielis verbis vtar. S. Iob cogitationes ſuas, cordis aculeos nuncupauit: *Cogitationes* (inquit) *meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum.* Iob 17. Originale legit: *Rupti ſunt funiculi cordis mei.* Et, ſi credimus verſioni Pagnini, Pagnini translatio. transferentis: *Cogitationes meæ eruptæ ſunt,* aperte ſatis indicat, Deum ſolis cogitationibus torquere nos, vt experimento etiã comperiunt mentali orationi vacantes, cũ meditantes, in varia ac inutilia rapiuntur, difficulterque quandoque in bonã incidunt cogitationem.

Verum, quod diuinæ iuſtitiæ in puniendo expeditam facultatem magis exprimit, illud eſſe arbitror, quod ſolis ſomnijs humana corda perterrefacere, ac dentibus dentes colldere faciat. Hoc experti ſunt Iob, cum dicebat: *In ſtratu meo terrebis me per ſomnia.* Iob 7. Et Pilati vxor, viro ſuo per internuncium dicens: *Nihil tibi, & iuſto illi, multa enim paſſa ſum per ſomnia.* Matth. 27. Quid plura? ſolet Deus ad effrenatos hominũ mores coercẽdos, venẽficos ſerpentes immittere, vt teſtatur Hierem. *Ecce ego mittã vobis ſerpẽtes regulos,* Hier. 8. vbi D. Hieron. trãsfert, *ſerpẽtes peſſimos.* Septuaginta, *ſerpentes mortiferos*; ſerpentes inquã tales, vt aduerſus eos nullũ præualeat quantũcumq. præſentiſſimũ medicamen. Aquila, & vulgata noſtra lectio habent, *regulos, quibus non eſt incantatio.* Quamuis enim non ſemel viſi fuerint venefici incantatores, quibus angues obedierint, nõ modo non læſerint, vt dixit Dauid, venefici incantantis ſapienter. Et Poeta; Pſal. 57. Vergil.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Contra baſiliſcos tamẽ (vt docet Plinius) inualida Plin. lib. 28. ſunt veneficorum verba. Atque in hoc genere ſupplicij, aliud horribilius in eo latere detegamus; cũ enim Deus in deſperationis barathrũ aliquos prolabi permittit, & in eo perſiſtere, mortiferos in cor ſerpentes immittit: nam ſicut morſus iſtorum omnem conſeruandæ vitæ ſpem adimit, ita illi omni prorſus ſanitatis recuperandę ſpe deſtituuntur.

Quandoque etiam grandinum, & turbinum tempeſtate, quaſi acerbiſſimo flagello Deus delinquentium peccata vlciſci conſueuit, vt fatetur Iſaias: *Ecce validus, & fortis Dominus, ſicut impetus grandinis: turbo confringens, ſicut impetus aquarum inundantium.* Iſa. 28. Triplex hic Propheta diuinæ iræ ſymbolum deſcribit. Primum eſt nubis, tantam grandinis vim effundentis, vt nec ramus ſuperſtes maneat, qui non confringatur, nec fructus, qui nõ excutiatur, nec fœcunda terra, quæ infœcunda, & ſterilis non reddatur. Talis eſt procuidubio ira Dei (inquit propheta) vt cum in generationem aliquã irruerit, filij intereant, morbi infeſtent, inimici inſultent, diuitiæ diſſipentur, infamię notę vndique premant, omniaque ſibi vtilia penitus euertãtur: *Ecce ego* (ait Dominus) *ſuccendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignũ aridum.* Ezech. 20. Id tamẽ me in ſummam rapit admirationem, quod tot tamque execranda mala Propheta

Eae-

Ezechiel vocarit diuinę iræ ſtillationē, ac ſi guttatim deſcenderet, cū potius, vt inundans pluuia deciderit: *Fili hominis* (inquit) *ſtilla ad Africum*. Ex quo S. Hieronymus ſic argumentatur: *Si ſtilla tanta ſanitia eſt, quid in totis imbribus æſtimādum erit?*

D. Hie. in c. 20. Ezech.

Secundum diuinæ iræ ſymbolū in Iſaiæ verbis deliteſcens, ex rapido turbine cedros profundiſſime radicatas radicitus euellente deſumitur: *Sicut turbo* (ait) *confringens*. Præcognouit id optime Dauid, cum dixit: *Vidi impiū ſuperexaltatū, & eleuatū ſuper cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat*. Gloſſa Marginalis tranſtulit: *Vidi impium fortem vireſcentē; & radicatum*. Alia verſio habet: *Sicut lauros ingentes*, quaſi dicat: Vidi impios proſperitate elatos ſicut lauros, quæ nec brumæ inclementia, nec aſſiduis æſtus ardoribus, nec flāmigeris ſolis radijs quidquam lædūtur, ſed virētes ſemper perſeuerāt: verū è contra accidit eis: continuo enim euanuere, nec ramus, aut foliū, quinimmo nec minimū eorū indicium ſuperfuit. vnde ſubdit: *Quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius: tranſiui: & ecce non erat*. Tertiū irę Dei ſymbolum ab Iſaia propoſitum, eſt copioſa aquarum congeries terram inundās. *Sicut impetus aquarū inundātium*: in quo ſolū annotaſſe ſufficiat, eadem vi, atque impetu, quo inundans flumen intumeſcit, Deum ad peccatorum vindictā ferri. Teſtatur plane id Dauid; nā vbi noſtra editio vulgata legit: *Sicut viuētes, ſic in ira abſorbet eos*, in Hebræo eſt: *ſicut viuens*, qui ſane inuſitatus loquēdi modus ſentētiam verborum difficilē reddit. Si enim dixiſſet, vt ſeuerus, vt ſapiēs, vt prudens, vt iuſtus abſorbet eos, hæc ſane cōgrua rei epitheta fuiſſent; verum cū dicat, *Sicut viuens abſorbet eos*, ſingulari myſterio hæc carere neutiquam poſſunt. Illud autē latere opinor. Quod præterquam ſignificat Deum nō emortuo (vt aiunt) modo, ſed ſumma viuacitate pœnarum aculeos infigere; oſtēdit, quādoq. adeo ſeuerum delictorum vindicem ſe exhibere, ac ſi ex eorum vindicta vita eius pēderet, quo nihil maius in hoc genere dici poteſt. Expēdite ad id quęſo parumper in damnatos excandeſcentem diuinæ irę furorē. Nec enim ſuffeciſſe ſibi videtur iuſtitiæ gladium vibrare per medios miniſtros, dæmones ſcilicet, varijs infligendis cruciatibus deputatos, ſed ipſemet oris ſui flatu velut follibus ignē accēdit, & ardētes flāmas cōſeruat, vt prædixerat Iſaias, dicens: *Flatus Domini ſicut torrēs ignis incendens eū*. Illud tamen meo iudicio omnia alia lōge ſuperat, quod amiciſſimus Dei Iob vir iuſtus, ac timens Deum terribilē adeo præcognouit futurā diuinam indignationē, vt tolerabilius ſibi videretur in inferno demorari, quā furorem eius ſuſtinere: *Quis* (ait) *mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus?* Adſtipulatur eidem Propheta dicens: *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ*, vel (vt Symmachus trāsfert) *Quis nouit vires furoris tui?* quaſi diceret: Nulla quantumcūque perſpicax, non dicā humanæ, ſed nec Angelicæ mētis acies, diuinæ iræ magnitudinem cōprehendere poterit.

Pſal. 36.

Pſal. 36.

Iſa. 28.

Pſal. 57.

Iſa. 30.

Iob. 13. & 14.

Pſal. 89. Symachus.

Verum tametſi prædicta omnia egregie ſatis diuinæ iuſtitiæ vim oſtentēt, in nullo tamē diuinorū operum eius acrimonia excellentius effulget, quā in Verbi Incarnati myſterio; omnibus enim ſupplicioru, ac tormentorū generibus mundo inflictis, nunquā diuinæ iuſtitiæ adæqualitatē ſatisfactum fuit: at Chriſti Domini mediatoris noſtri aduentu pro omnibus culpis, vbique terrarū cōmiſſis, Deo Opt. Max. de rigore iuſtitiæ factum fuit ſatis. vnde D. Paulus per excellentiam, & antonomaſiam, diuini Verbi Incarnationem opus diuinæ iuſtitiæ nuncupauit: *Quem propoſuit* (ait) *Deus propitiatorem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ*. Quæ verba non parum illuſtrantur ea his, quæ tradit Proclus auctor antiquiſſimus, vt habetur in Concilio Epheſino, dùm ait: *Erat alterutrum duorum neceſſarium, aut vt homines præcipites abirent in mortem aut certe, vt huiuſmodi precium penderetur quod exactum debitū ad iuſtitiæ amuſſim exæquaret*. His conſonant egregia ſanctorum Patrum teſtimonia: nā D. Leo Papa rigoroſam Chriſti ſatisfactionē perpendens: *Magnō* (inquit) *æquitatis iure certatum eſt*. D. Anſelmus *ſatisfactionem* (ait) *non poteſt facere, niſi Deus, nec debet niſi homo: neceſſe ergo eſt vt eā faciat Deus homo*. Et Rupertus: *Quia ſatiſfactionem pro culpa nō niſi homo debet, & non niſi homo perbibere poterat, Deus homo factus eſt quatenus vnus idoneus Chriſtus & verus Deus ab homine exigeret, & vt verus homo perſolueret*. Et D. Auguſt. explicans verba illa Pſal. longe à ſalute mea verba delictorum meorū. *Delicta* (inquit) *noſtra ſua delicta fecit, vt iuſtitiam ſuam, noſtram iuſtitiā faceret*. Certe quæ ad nos ſpectant, Deus tanti facit, vt noſtra debita, quaſi ſi propria fuiſſent, perſoluere voluerit: & ideo tametſi aliena erant, propria appellauit, & pro ipſis ad vnguē ſatisfecit. Fuit ſane ſatisfactio hæc excellēs adeo, vt Propheta copioſam illā, & abundātem vocauerit. *Et copioſa, apud eum redemptio*, quæ verba elucidās Caſſiodorus, copioſam hanc redemptionem inundanti aquarum diluuio cōparauit: *Precioſus* (ait) *ille ſanguis tanto fuit virtute ditiſſimus, vt velut, quoddam diluuium ſalutare. orbem terrarum a ſuis ſordibus expiaret*. Videtur ſane diluuium hoc diluuio Noe oppoſuiſſe, & non abs re. Etenim illud fuit aquarum, hoc ſanguinis; illud vt orbē abſumeret, hoc vt reficeret; in illo cælū cōtra terram præliabatur, in hoc pax, quā cælum terrę detulit, annunciatur: ac tandem ab illo quāuis ita vniuerſale fuerit, vt vniuerſum aquis ſubmerſerit, octo tamē ſalui facti ſunt, vt dixit D. Petrus, ad quos inūdatio non peruenit; at cruentum Chriſti diluuium vniuerſalius multo fuit: nec enim vllus eſt, qui ſanguine Chriſti non fuerit redēptus. Supereffluentem hāc Chriſti redemptionē declarauit ſacer Pōtifex Clemēs ſextus: *Non corruptibilibus* (inquit) *auro, vel argento ſed ſui ipſius agni immaculati precioſo ſanguine nos redemit Chriſtus, quem in ara crucis immolatū non guttam ſanguinis modicā, quæ tamē propter vnionem ad Verbū pro redemptione totius humani generis ſuffeciſſet, ſed copioſe velut quoddam profluuium noſcitur effudiſſe*. Huius redemptionis figura extitit, quod in Leuitico legimus adhibuiſſe Moyſen ad placandū Deū; populum enim ſanguine ſacrificij cōſpergi præcepit, ita vt quemlibet ſaltem gutta vnica attigiſſet, reliquū tamen ſanguinis, quod ſupereſſet, ſuper altare effunderetur. Ita plane accidit Chriſto Domino, prius in circumciſione guttas

Rom. 3.

Proclus ho. nat. Chriſti refertur in conc. epheſ. tom. 6. c. 7.

D. Leo Papa

Anſel.

Rupertus.

D. Auguſt. in Pſal.

Pſal. 129. Caſſiod. in Pſal. 129.

1. Petri 3.

Clemen. 6. in extrauag. vnigenit. de pœn. & remiſſ.

Leuit. 8.

Luc. 10.

quaſ-

quaſdam ſanguinis profudit;& ſimiliter, cum ſan-
Luc. 22. guineũ ſudorem emiſit: dicente D.Luca, *Gutta ſan*
guinis decurrentis in terram. Et quamuis recte nuſ-
ſet ad noſtra, immo & infinitorũ hominũ expiãda
delicta ſingulas ſanguinis guttas ſufficientiſſimas
eſſe,vt tñ redẽptionẽ noſtrã vberiorẽ,&copiuſiorẽ
redderet,reliquũ ſanguinis ſuper arã Crucis ſum-
ma liberalitate,immo & inaudita magnificẽtia pro
fudit,adeo vt infinito exceſſu plusquam debiti ma
gnitudo exigebat,perſolueret,& diuinę iuſtitiæ ſa-
tisfactionem omnibus abſolutiſſimam (vt ita lo-
Psal. 32. quar)exhiberet.Hinc facile intelligemus, quare di
xerit Dauid: *Multa flagella peccatoris*,cũ tñ pleriq.
abſque flagellis,& laboribus ſalui facti fuerint, vt
conſtat nõ ſolũ de infantibus,ſed & de doli capaci-
bus,qui paulo poſt baptiſmum ad cęlum euolarũt.
Ita ſane contigit , non diffitemur : verum licet di-
ſceſſerint abſque flagellis ſibi inflictis, non tamen
abſque flagellis a Chriſto ſuſceptis.Et ideo Dauid
ait:Multa flagella peccatoris:tametſi multi flagel
la non experiantur. Faciunt mirifice ad id explicã
Ioan. 18. dũ verba,quæ Chriſtus Dñs protulit, cum illi ſatel
lites ſe cõprehenſuri occurrerunt:*Si ergo me quæri*
tis, ſinite hos abire. Singulari notaminedignũ eſt ſi
gnũ illius illationis Logicum,*ergo*:cõſequens.n.ex
pręmiſſis infert,& cõſequentiã format.Ex captura
.n.Magiſtri,diſcipulorũ libertatẽ per euidentẽ cõ-
ſequentiã colligit.Et licet prima facie incõgrua vi
deri poſſet illatio,cum è cõtra res ſe habeat(Nã cũ
iudices contra hęreticam prauitatẽ deputati dog
matizatorem aduerſus fidem catholicam cõpre-
hendunt,diſcipulos eius neutiquam indemnes re-
linquunt,ſed pariter in carcerem detrudunt, quo-
uſque,vt minimum,fidei,& cõparatæ doctrinæ exa
men ſubeant)in propoſito tamẽ bonitatẽ,vt aiũt,
cõſequẽtiæ nemo inficiari poterit:adeo enim Chri
ſti Domini ſatisfactio grauitatem delicti excede-
bat,vt non ſolum ex ignominioſa eius comprehen
ſione , ſed ex quolibet illius opere pro nobis Deo
Ioan. 18. Patri oblato,apte noſtra omnium libertas colliga-
tur. Vimque huius collectionis præfert illatiuum
illud diſſyllabum(*ergo*)*ſi ergo me quæritis, ſinite hos*
abire. Atque vt fere omnia, quæ de Incarnati Ver-
bi myſterio abditiſſimo produximus, paucis per-
ſtringam;crediderim non ſolum iuſtitiã,& miſeri-
cordiam,ſed & omnia ſimul diuina attributa mirũ
in modum in eo ſplendeſcere: quod, vt melius per-
cipiatur, vſitatum ſatis horologij exẽplum nobis
proderit. Artificioſa ſatis , atque ingenioſa exiſtit
eius compoſitio,in qua tãta diuerſarum partium
varietas cõcurrit: adſunt rotæ, adſunt ferreæ quę-
dam pilæ,adeſt media ænea ſphæra, adeſt martel-
lus pulsãs,adſunt funes, ac plura alia ſimilia. Illud
tamen intus intercedit diſcrimen , quod cum hora
elabi incipit , rotæ quædam ponderibus commotæ
in orbem paulatim feruntur,ceteraq. ferme omnia
immota conquieſcunt:at hora elapſa,ingenti com
motione facta , maximis fragoribus cuncta per-
ſtrepunt.Sic Deus cum Angelos creauit, cælorũq.
Gen. 2. molem erexit,omnipotentiæ rotam circumduxit,
Luc. 10. hominem condidit, extrema maxime inter ſe diſſi
Gen. 3. dentia,carnem nempe,& ſpiritum,inuicem coagu
Gen. 7. lans,ſapientiæ rotam cõmouit, cum Luciferum de
Gen. 19.
Psal. 77.

cælo detruſit,Adã de Paradiſo eiecit, mundum di-
luuio abſumpſit,Sodomã, Gomorrhamq.cõbuſſit,
cæteraq.huiuſmodi ſupra cõmemorata diuinæ iræ
indicia prębuit: iuſtitiæ rotã cõcitauit,cũ cibo de
cælo pręſtito Iſraelitas in deſerto pauit,aquaſq.ex
lapide eduxit,prouidẽtiæ rotæ motricẽ manũ ad- *Iona. 3.*
mouit. Tandem cum populo Idola colenti peper-
cit,& Niniuitis pœnitẽtibus plenã dedit peccato-
rum veniam,miſericordiæ rotam impulit,itaq. in *Galat. 4.*
ſingulis operibus ſingula Dei attributa enitebãt.
At completa iam Verbi incarnandi hora : *quando*
venit plenitudo tẽporis,vt ait D. Paulus,rota nulla
in mirabili ac indeficienti Dei horologio immota
permanſit,ſed omnibus perſtrepẽtibus,diuina om
nia attributa,perfectioneſq. vniuerſæ,omnipoten-
tia,ſapientia,bonitas,iuſtitia,& miſericordia,libe-
ralitas,magnificẽtia,ſũmã oſtẽtatione,& vltra quã
dici poſſit,clariſſima ſui manifeſtatione micaue-
rũt. At dices:cõpertũ eſt,in Incarnationis myſterio *Psal 84.*
miro quodã modo,diuina attributa , præcipue ta- *Paraphr. Chaldaica.*
mẽ miſericordiã rutilare, dicente Dauid:*Oſtende*
nobis domine miſericordiam tuam,vbi Chaldæus In-
terpres vertit:*Oſtende nobis Domine redemptionem*
tuam:vnde cum miſericordia in hoc Incarnationis
opere,quaſi triumphans victoriæ palmam repor-
tet; è contra iuſtitiæ opus velut ſuppreſſum,ac de
uictum manere neceſſe erit. Sane prima facie ita
dicendum videbatur . At facile oſtendemus, iuſti-
tiam etiam in eo valde enitere. Offenderat homo
Deum, & ei rebellis crimen læſæ maieſtatis incur-
rerat,ſi tunc Deus gladio perſtricto iniuriam vlci
ſcens, hominem in puluerẽ, ex quo creatus fuerat,
conuertiſſet,nequaquã cõdigna, atq. æquali pœna
illatã vltus fuiſſet iniuriã,cum longe deterioris cõ
ditionis extitiſſet offenſor, immo Dei potentia ac
mira eius virtus parum profecto ſplenduiſſet,ſi in *Iob 3.*
imbecillitatẽ puri hominis vires exercuiſſet ſuas ,
vt olim dixerat Iob:*Contra folium quod vento rapitur*
oſtendis potentiam tuã:quaſi diceret: Non decet Do
mine,tuæ potentiæ magnitudinem,ac maieſtatem
in arida,infirmaque naturæ humanæ folia inuehi,
quæ ſolo calore,ac frigore euaneſcunt. Ergo vt ple
ne Deo ſatisfiat, & inæqualitas compenſetur, fiat
Deus homo,ſicq. integra,ac plena debiti ſolutio-
ne facta inuerecunde Deo irrogata iniuria penitus
abolebitur:tantus enim ex dignitate ſuppoſiti di-
uini in Chriſti opera effluxit valor , vt debitum à
ſatisfactione excedatur . Maxime igitur in diuini
Verbi Incarnatione diuina elucet iuſtitia:fateor ta
men talia eſſe diuinę miſerationis viſcera , vt iuſti-
tia ipſa miſericordiæ materiam ei præbeat ; nihil
enim , vt ſupra oſtenſum eſt, expreſſius diuinæ iu-
ſtitiæ rigorem manifeſtat, quam quod æternus Pa
ter pro hominibus redimendis vnigenitum morti
propriũ tradiderit Filium,&tamẽ hoc ipſum opus *D. Anſel. lo. 1. cur Deus homo.*
fuit ſummæ miſericordiæ,vt recte ex D. Auguſtino
notauit D. Anſelm.dicens:*Quid miſericordius intel*
ligi valet, quam quod peccatori æternis tormentis de-
putato,& vnde ſe redimere non habenti , Deus Pater
dixit: Accipe vnigenitum meum,& da pro te,& Filius
dixit:Tolle me,& redime te! Miſericordia igitur fuit
æternum Patrem aduerſus naturalem Filium iuſti
tię gladium vibrare , vt ab eodem nos liberaret :
miſeri-

DE DVPLICI CHRISTI REDEMPTORIS NOSTRI NATIVITATE AETERNA VIDELICET ET TEMPORALI, AC DE VARIIS ARCANIS IN VTRAQVE RECONDITIS.

LIBER TERTIVS

Homilia Prima.

Multiplici eruditione explicantur grauiſsima illa verba D. Joannis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum. Ioan. 1.

Ioan. 1.

MIHI attentius conſideranti propoſita D. Ioannis verba, quibus innumera deliteſcunt myſteria, ſtupendaque ſacramenta, illum videbatur opus ad ea reſeranda ſomnum duxiſſe, quem & ipſe Apoſtolus a Chriſto vnice dilectus in pectore illius recumbens, tranquillum, & ſacramentis plenum dormiuit: ibi enim aures applicans, mirabilem, ac ſuauiſſimam præcordiorum Chriſti harmoniam præſentiens, ex continuo palpitantis cordis illius motu ortam, cæleſtem, ac diuinam hauſit doctrinam, quam vt conciperet, nedum ſe ipſum mentis exceſſu opus fuit ſuperare, vt annotauit (D. Greg. in Ezech. c. 1.) D. Gregorius, explicans illud Ezechielis 1. *Facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor etiam*, ſic enim ait, *ſe ipſum tranſiit. Nam niſi & ſe tranſiiſſet, Verbum in principio non vidiſſet*; verum etiam adeo alta petijt, vt inſtar aquilæ ſublimis ad altiſſimam Libani montis cedrum aſcenderit, id eſt, ad Patrem æternum cogitatione euolauerit, diuinoque in pectore æterni Verbi deliteſcentem prædam arripuerit, quam nobis poſtmodum exhibuit, dicens: *In principia erat verbum*. Id ipſum præſignificans (Ezech. 17.) Ezech. cap. 17. ait: *Aquila grandis magnarum alarum venit ad Libanum, tulit medullam cedri, & tranſportauit eam in terram Chanaan*. Quod ſi curioſe ſcruteris, quibuſnam alis conſcenderit myſtica hæc Ioannis aquila, virginitate dicet Hieronymus: (D. Hier. lib. 1 cont. Iou.) *Virginitatis alis currit ad Dominum, qui in ſecreta diuinæ ſe natiuitatis immergens, auſus eſt dicere, quod ventura ſecula neſciebant: In principio erat Verbum*. Et lib. 1. contra Iouinianum: (Idem Hier. contra Iouinianum.) *Ioannes noſter quaſi aquila ad ſuperna volans, & ad ipſum Patrem peruenit, dicens: In principio erat Verbum: expoſuit virginitas, quod nuptiæ ſcire non poterant*. Vt enim verborum Ioannis celſitudo appareat euidentiua, ponderandum eſt nomen illud, quod ei Chriſtus Dominus impoſuit, *Boanerges*, id eſt filius tonitrui. (Marc. 3.) Ceteri ſoni e terra exorti, velut terræ voces videntur; at tonitruum ſummo in aëre efformatum, cæli velut rugitus poſſet appellari. talis eſt vox, quam intonat Ioannes: *In principia erat Verbum*, non terrena, ſed e cælo demiſſa, qualem natura humana, aut angelica in pectore ſuo nulla ratione efformare potuiſſet. Vnde Simeon Metaphraſtes (Simeon Metaphr. de D. Io. Euang.) ait, quod poſtquam Ioannes culmen montis cuiuſdam conſcenderat, in profundiſſimam diuinorum arcanorum contemplationem raptus, magnum fulminum, ac tonitruum audiuit ſtrepitum, interſonantemque vocem percepit, qua verba illa exprimebatur: *In principia erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*. His conſonant, quæ refert Procorus in vita ſancti Ioannis, (Procorus in vita S. Io.) quod Apoſtolus in montem ductus, ibi adeo vehemens audiuit

tonitruū,vt pulſuum motu pene extinctoſ,in terram ſemimortuus prociderit: *Factum eſt.ait, fulgur tranſiens, & tonitruum magnum, & totus mons commouebatur, & nimio terrore exterritus, in faciē corrui,ſonitu tonitrui percuſſus. Vnde & in remota, maximeque diſtantia loca perſonuit.* talis proculdubio fuit Ioannes. Nam vt Chryſoſtomus prologo in Ioannem teſtatur: *Homines, & Angelos ſuæ illius vocis habuit auditores, qua intonuit: In principio erat Verbum. Omni citharœda Ioannes, omnique muſica ſuauius, vtiliusq. procinit: eſt enim proſcœnium cœlum, theatrum orbis terræ, auditores Angeli, & quicumque homines Angeli ſunt, aut fieri deſiderant.* Tandē ſicut tonitruū perterret, ac timorem incutit; ſic Ioannes voce hac hæreticos cōturbauit: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* De tonitruo ait Dauid: *Vox Domini confringentis cedros, & cōminuet eas,tamquam vitulum Libani, & dilectus quemadmodum filius vnicornium.* Apte iſta verba Ioanni accōmodari poſſunt: Ipſe eſt dilectus, vt vel ipſe teſtatur: *Diſcipulus ille quem diligebat Ieſus.* Et ſi vnicornis cornu ſui acie aquas veneno infectas expurgat; valentior Ioannes, qui ſuæ vocis virtute oēs, qui cōtra diuinitatem inſultabant, exterruit, comminuit, & deſtruxit. *Et comminuet eos tamquam vitulum Libani.* Atque hinc iure Ioannis in typum aquilam adſcribit Ezechiel. Aquilam enim Pierius Valerianus in ſuis Hieroglyphicis infeſtiſſimam ſerpentibus inimicā deſcribit, atq; in eos continuo indictum habere certamen, ea de cauſa, quod ſuum nidum aggrediantur, oua inficiāt, pulloſq. lacerent, vnde ab his eo ſuum nidum aquila cōmunit artificio, lapide, qui aquilæ dicitur, eum circumdat, quo ita ſecurus redditur, vt ad eum non perueniat anguis, vel ſi perueniat, & inficiat, depurget, vt contra venenum mirificam virtutem habente. Aquila Ioannes regia, vt contra venenum antiqui effuſum de ore ſerpentis, hæreſes videlicet, ſuos defenderet pullos, tot Euangelij nidum circumuallat lapidibus, quot ſunt veritates in propoſitis verbis deliteſcentes. Nititur impius Ebion hunc in nidum ſuū effundere virus, Chriſtum negans perſonam eſſe æternam: ſed iam primum opponit lapidē Ioannes, Chriſti confitendo æternitatē: *In principio erat verbum* Inſultat Sabellius, adſtruēs Verbū eſſe perſonā indiſtinctam a Patre; addit ſecundum lapidem Apoſtolus, intonans: *Et Verbū erat apud Deū.* Inuadit Arrius, Verbi negās diuinitatē; apponit tertiū myſtica hæc aquila: *Et Deus erat verbum.* Incurrit tandem Manichæus, duas agnoſcens primas rerum omnium cauſas; ſed iam quarto munit lapide nidum ſuum: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Quæ omnia conſiderans Rupertus cap. 1. in Ioannem, ait: *Ecce veritas de Virgine carnem aſſumens, eadem de virginitate Ioannis anima generatur, induens vocem corpoream, vt pro nobis contra hæreticam prauitatem dimicet. Hæc veritas eſt, quam ſumma de cœlo reuelatam accepit Ioannes: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Quibus in verbis maxima eſt dignum animaduerſione, quam appoſite quæſitis omnibus, quæ humanæ mentis ruditas de Verbo poterat excitare, occurrat, nodoſque diſſoluat. Si quærat, creator ne ſit, an creatura; Reſpondet: *Deus erat Verbum.* Si, æternum ne ſit, an temporale, Ioannes explicat, *In principio erat Verbum*: Perſona ne ſit a Patre diſtincta, & vbi ſit, iam & hoc ipſum manifeſtat: *Verbum erat apud Deum.* Si, quod ſit eius exercitium, interroget, ſatisfacit dicens: *Omnia per ipſum facta ſunt.* Si denique quo habitu indutus incedat, & cuius coloris veſte vtatur, hoc inſinuat, teſtificans, *& Verbum caro factum eſt*, purpureo videlicet, & humano habitu, Paulo aſſerēnte, *Habitu inuentus vt homo.* Verum, vt verba iſta longe pluribus referta myſterijs quā litteris, plenius intelligātur, ſingula ſigillatim profundo ſunt inſpicienda intuitu. D. Auguſtinus tract. 5. in Epiſtolam 1. Ioannis, ait: *Lac noſtrum Chriſtus humilis eſt, cibus noſter idem Chriſtus, æqualis Patri*; ac ſi diceret, vt homo, quia minor Patre, lac eſt animæ dulciſſimum, at vt Patri conſubſtantialis, & coæqualis, cibus ſolidus eſt non enutriens: vnde ad eum comminuendum firmis, ſolidiſque dentibus opus eſt. Hi ſunt Eccleſiæ Doctores, vt aſſerunt Bernardus, & Rupertus in verba illa Cantic. *Dentes tui ſicut greges tonſarum.* Tales certe Hieronymus, Ambroſius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, qui velut dentes, ſolidum comminuunt, & terunt cibum veritatum, ad Chriſti diuinitatem ſpectantium in profectum myſtici corporis Eccleſiæ catholicæ. His ergo dentibus, diuinoq. adſtante auxilio confidimus, ſolidum earum veritatum cibum, quæ in præcitatis verbis reconditæ ſunt, ita cōminuere, vt omnes tametſi ſcientia, & doctrina infantes, eo cibari, ac refici poſſint. Secundū, quod in prædictis verbis animaduerſione dignū arbitror, illud eſt, quod Nicephorus lib. 12. ſuæ hiſtoriæ refert, cum terra foderetur, vt templi Salomonis fundamenta iacerentur, marmoream columnam foſſores inueniſſe cum hac inciſa inſcriptione: *In principio erat Verbum.* & addit columnam hanc aquis vndequaque circumdatam eſſe, quo non obſcure indicabatur, futurum, vt plerique hæretici peruadere volentes profundum tanti myſterij pelagus, facile ſuffocarentur. Et licet multis in rebus perſimile ſit exordium libri Moyſis principio libri Ioannis (inquit enim Ioannes: *In principio erat Verbum* ille: *Principio creauit Deus cœlum & terram*: Verbo creaſſe omnia, ait Ioānes: *Omnia per ipſum facta ſunt*: Moyſes verbo teſtatur Deum creaſſe omnes creaturas: *Fiat firmamentum, & factum eſt firmamentum.* Meminit Ioannes lucis: *vita erat lux hominum*: Moyſes etiam omniū cœli luminarium: *Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem.* Ioannes de tenebris agit: *Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*: de his quoque Moyſes agit: *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſsi*) quæ inquā licet in his cōueniāt, nō parū inter Moyſis, & Ioannis hiſtoriam differētiæ eſt. Moyſes a rebus

Ioan. 1. — *Ibidem.* — *Pſal. 28.* — *Ioan. 19.* — *Pierius Valerianus in ſuis Hieroglyphicis.* — *Ioan. 1.* — *Rupertus c. 1. in Ioan.* — *D. Aug. in Epiſt. 1. Ioan. tract. 5.* — *Bernard & Rupert. in Cant. 4.* — *Nicephorus lib. 12. Hiſt.* — *Ioan. 1.* — *Ibidem. Gen. 1.*

bus

bus initiatur, quæ initium ſui eſſe ſuſceperunt: *In principio creauit Deus cælum, & terram*; at Ioannes de Verbo exorditur narrationem, quod ſui eſſe non habuit initium, vnde coepit ab eo, qui numquam coepit, & ab eo ſumpſit principiũ, qui temporis caret principio. Moyſes a rerum generatione ſuæ hiſtoriæ duxit exordium, ideoque Geneſis, titulo, ſuum librum conſcripſit:

Gen. 1.

at Ioannes de Verbi æterni generatione ſermonem inſtituit. Agit vterque de luce, ac tenebris, at Moyſes de materiali hac, & corporea ſolis luce, ac eius priuatione; Ioannes vero de Chriſto, qui animarũ eſt lux ſplendidiſſima, deque ignorantia, quæ vt tenebræ, mentis aciem obſcurat. Atque hinc colligitur, quam veraciter Moyſes Deum alloquens, aſſeruerit: *Non ſum eloquens, impeditioris, & tardioris linguæ ſum*; eloquentiæ enim donum Ioanni ſeruabatur, quem cælum tali donauit lingua, eoque ornauit eloquio, vt abditiſſimum etiã generationis arcanum, quod omnem tam humanam, quam Angelicam facultatem trãſcendit, diſertiſſimis pariter, & breuiſſimis verbis aperiret, dicẽs. *In principio erat Verbũ, & Verbũ erat apud Deũ.* Theodoretus lib. 2. de Græcarum affectionũ curatione, refert de Philoſopho quodã Ethnico, quod explicabat verbum illud: *In principio*, vt idem eſſet, ac in principali loco, & dignitate: quem licet confutet, fieri tamen poteſt, vt qnia verbum (*principium*) principatũ Græco ſignificat idiomate, ideo dixerit, *in principatu erat Verbũ*: hoc eſt, in eadẽ ſcilicet maieſtate, eodemq. principatu in quo Pater, eſt etiã & Filius eius Verbum. S. Cyrillus hoc loco per iſtud principium Patrẽ intelligit, eique adſtipulatur Auguſtinus lib. 1. de Trinitate cap. 2. vbi ſic ſcribit: *Quod dictum eſt, In principio erat Verbũ, in Patre erat Verbũ, intelligitur*, & quidem maxima cum proprietate; vt enim dixerat idem Auguſtinus lib. 4. de Trinitate cap. 2. *Pater eſt principiũ totius diuinitatis*: licet enim Spiritui ſancto & Filius, & Pater diuinam communicauerit naturam, Filio tamen ſolus Pater communicauit. Pater autem ab alia perſona non accepit, ac proinde principium appellatur ſine principio, quod nec Filio adſcribitur, nec Spiritui ſancto, cũ a Patre, vnde procedunt, naturam accipiant. principium ergo ſunt, ſed ab altero principio, nempe Patre. Origenes tomo 1. in Ioannem explicat: *In principio erat Verbum*: *In ſapientia erat Verbum*; ſicut enim in hominibus ſapientia verbum præcedit, & hoc ſapientis exprimit conceptum, ſic in Deo naturalis ſapientia, & eſſentialis intellectio præſupponitur, & p̃cedit ordine rationis ſuũ verbum. Vt enim eſt omnium Theologorum proloquium: eſſentialia, quæ non reſpiciunt creaturas, præintelliguntur ad notionalia. Hinc dicens; *In ſapientia erat Verbum*, nobis indicare intendebat Ioannes, Verbum diuinum ſapientiſſimum eſſe, vtpote ex omnibus, quæ ſunt in ſumma Patris ſapientia, ortum. Chryſoſtomus homilia 1. in Ioannem aliter verba Ioannis explicat, *principij* nomine exordium, ac primum temporis intelligens, in quo Deus extra ſe creaturas condi-

Exod. 4.

Theodoret. l. 2. de Græcorũ affect. curat.

Cyrill. in 1. c. Geneſ. Aug. lib. 1. de Trin. c. 2.

D. Aug l. 4. de Trin. c. 2.

Origen tom. 1. in Ioan.

S. Chryſoſt. hom. 1. in Ioan.

dit vniuerſas, quo etiam modo intellexit Moyſes initio Geneſis, dicens: *In principio creauit Deus cælum, & terram*; vnde ſenſus erit: *In principio erat Verbum*, id eſt, dum Deus vniuerſi machinam extruxit, multo antea iam erat Verbum. Cui etiam expoſitioni ſubſcribunt Beda, & Gloſſa interlinearis. Diuus vero Hilarius lib. 2. de Trinitate, vniuerſalius principii nomen accepit, nõ ſolum vt principium temporis ſignificat, ſed vt omnia durationum exordia complectitur. quam expoſitionem ſequitur D. Thomas in Ioannem, vbi aſſerit: *In principio erat Verbum, oſtendit, quodcumque principium durationis accipiatur, ſiue rerum temporalium, quod eſt tempus, ſiue æuiternarum, quod eſt æuum, ſiue totius mundi quodcumque imaginatum, extenſum per multa ſæcula, in illo principio iam erat Verbum.* Si ergo ante omne principium iam erat Verbum, profecto manifeſtum eſt eſſe æternum. Atque huic expoſitioni conſentiũt Ambroſius lib. 1. de fide cap. 5. & Caietanus ſuper cap. 1. Ioannis. Baſilius denique lib. 2. contra Eunomium, principii nomine æternitatem exprimi opinatur, eo quod nihil ſit, quod principiũ anteuertat: *Non eſt poſſibile* (inquit) *principio antiquius quid excogitare: non enim eſſet principium, ſi quid ante ſe haberet ſuperius*. principij autem nomen æternitatem ſignificare, conſtat ex verbis Sapientiæ æternæ: *Ab initio, & ante ſæcula creata ſum*, quo in loco verbum illud: *Ab initio*, non quidem exordium, ac primam temporis ſignificat inchoationem, ſed ipſam exprimit æternitatem: Sapientia enim æterna, ſi temporis in menſura fuiſſet genita, iam quæ ſubſequuntur non conſonarent verba: *Et ante ſæcula creata ſum*, ſed diſſonantia potius inuoluerent, & contradictionem implicarent. In idem concinunt verba Michææ 1. *Egreſſio eius ab initio a diebus æternitatis.* Cui etiam expoſitioni fauet Cyrillus Alexandrinus in cap. 1. Ioannis. Mirum autem videtur, quod perbreui in periodo toties verbum illud *Erat*, replicet Ioannes, biſque reddat iteratum, ac geminum. In principio (ait) *Erat* Verbũ, & Verbum *Erat* apud Deum, & Deus *Erat* Verbum, hoc *Erat* in principio. Ideo factum aſſerit Ambroſius, vt Verbi Dei æternitas aduerſus hæreſes in illam inſultantes & clarius exprimeretur, & firmius ſtabiliretur: vnde perlepide ait: *Erat, erat, erat, erat: ecce quater erat, vbi inuenit impius hæreticus, quod non erat?* Idem etiam in tractat. de Symb. *Verbum ab æterno erat, erat, erat, erat: hæreticus igitur, qui Verbum Dei non eſſe blaſphemat, errat, errat, errat, errat.* Ex harum omnium expoſitionum veritate illud clare liquet, diuinum Verbum coæternum eſſe Patri, quod & ipſa etiam dictio: *In principio erat*, aperte indicat. Illa tamen poterat exoriri difficultas circa prædictum *Erat*, quod diuini præſtantiæ Verbi, ac maieſtati derogare, ac detrahere videatur, vtpote imperfectionem quandam præſeferens: vnde & Latini præteritum imperfectum illud nominant, & inſignium, quos hominum glorioſa celebrat memoria, pictorum moris fuiſſe refert Plinius in ſua præfatione, ſuis ſubſcribe-

Beda ſup. 1. Ioan. Gloſa interlin. ibi. D. Hilar. l. 2. de Trin.

D. Tho. ſup. c. 1. Ioan.

Ambroſ. l. 1. de fide c. 5. Caiet. ſup. c. 1. Ioan. Baſil l. 2. con. Eunom.

Eccleſ. 24.

Mich. 1.

Cyr. Alex. in c. 1. Ioan.

D. Ambroſ. l. 1. de fide ad Grat. c. 9

Ambroſ. vbi ſup.

Plin. in præf.

re imaginibus : *Apelles faciebat*, *Polycletus faciebat*, quo opus imperfectum, extremaque adhuc poliendum teſtaretur manu. Verum ſi rẽ attentius perpendamus, ex ipſo artificum more verbum illud, *Erat*, a Ioanne ſummo artificio appoſitum colligemus. Illo artifices vtebantur verbo, vt actionem ipſam nondum expletam, & abſolutam, ſed permanentem, & continuam ſignificarẽt, atque hac de cauſa Præteritum imperfectum appellarunt: hoc etiã modo vox iſta, *Erat*, ita exiſtentiam explicat præteritam, vt etiam ſignificet præſentem, nec permanentiam excludat, vt hæc alia vox, *Fuit*. Vt ergo immotam, & perſeuerantem diuini Verbi exiſtentiam explicaret Ioannes, quod neutiquam inſtar vocalis noſtri verbi peruolat, & euaneſcit, ideo dixit: *In principio erat Verbum*, quod alijs verbis prædixerat Dauid : *Domine verbum tuum permanet in æternum*. Eandem veritatem Mercurius filium ſuum edocuit: *Sempiternum, ſemperque ſui ſimile æternum eſt Verbum*. Hoc mirum in modum innuebat Zacharias cap. 6. (*Ecce vir oriens nomen eius*) Sed quæſo, quænam huius nominis præſtantia? nonne & creaturæ omnes ortæ ſunt, ac orientis nomen omnibus fuit commune? ſingulariſſima Verbi natiuitas creaturarum natiuitati præſtat excellentia: naſcuntur iſtæ, ſed breui earum natiuitas definitur temporis interuallo: naſcitur & Verbum, oritur Patris de mente, nec vnquã ipſa occidit natiuitas, ſemper oriens oriri nõ deſinet vnquam. Quod manifeſte etiam Hebræa phraſis declarat: vbi enim habet vulgata: *Oriens nomen eius*, Hebræũ originale habet : *Germen nomen eius*, vbi egregia id quod intendimus, illuſtrat metaphora: nam vt continuo erumpit germen, & pullulat de ſubſtantia plantæ, eique adhærens quieſcit; ita & Verbum de ſubſtantia Patris oritur, ſemperque naſcitur, Patriſq. æterni quieſcit in ſinu mentis diuinæ, eadem natura, dignitate, ac maieſtate conſtans. Aperuit etiam Verbi æternitatem Dauid Pſal. 71. *Ante ſolem permanet nomen eius*, pro quibus legit Pagninus: *Ad facies ſolis filiabitur*. Verbum enim, quod Hebræo ſermone correſpondet verbo, *permanet*, filiari ſignificat, vnde ſenſus Dauidis eſt. Ante omnes creaturas Verbum cum omnimoda ſermonis proprietate nomen retinebat filij: erat ergo Verbum æternum, & quoniam omnes, cum eum Pater generat, communicat perfectiones, ait, *Ad facies ſolis filiabitur*: quamlibet enim perfectionem ſua propria ſpecie, facieque deſcribere ſolemus, iuſtitiã torua effigie, & enſe euaginato; miſericordiam vultu ſereno, ac fronte tranquilla. Vel aliter facierum nomine creaturæ intelligi poſſunt diuinis expreſſæ ideis, ex quarum notitia comprehenſiua, vt docet S. Thomas, diuinum Verbum generat Pater. Huc denique referri poſſunt verba eiuſdem Prophetæ Pſalmi 44 vbi de æterno Patre loquens ait: *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*. Sed inquies: ſi lingua eſt, quomodo calamus ſcribentis? vel ſi calamus, quo pacto organum loquendi exiſtit? Certe in nobis lingua differt a calamo: etenim loquentes verbum formamus, quod cum pronunciatum eſt, in aere continuo euaneſcit, ac verbum eſſe deſinit: quos tamen calamus efformat characteres permanent, cõſiſtuntque. Cũ ergo æterni intellectus lingua, non breui peruolans Verbum, ſed longæua perſiſtens æternitate proferat, calamus iure nuncupatur: *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*. Ad hoc etiam ſpectat, quod Auguſtinus docet eodem Pſalmo, vbi propter conſiſtentiam Verbi diuini, *Spiritus ſanctus* (inquit) *ſcriptis maluit comparare, quam ſonis Verbum diuinum*. Confirmant hanc eandem veritatem; quæ Paulus ad Hebræos habet verba : *Ieſus Chriſtus heri, & hodie, & ipſe in ſæcula*. Perbelle hoc gloſſat Gregorius Nazianzenus oratione de Chriſti natiuitate : *Deus & erat ſemper, & eſt, & erit vel vt verius loquar, ſemper eſt; nam erat, & erit, huius noſtri temporis ſegmenta ſunt, ille autem ſemper eſt, atque hoc modo ſe ipſum nominat : Ego ſum, qui ſum*. Hanc vero theologicam doctrinam Gregorius ex Platonico hauſit Timæo, vbi ſcribit : *Erat, & erit temporis ſunt ſpecies, quas etiam ſempiternæ eſſentiæ tribuimus: huic enim ſolum (eſt) vere conuenit*. At quoniam aduerſus Chriſti æternitatem impie opponunt hæretici verba Ioannis Baptiſtæ : *Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt*, ea eſt nobis opus exponere. Inde autem ſic deſumunt argumentum. Vel loquitur Præcurſor de Chriſto vt homine, & ſic falſum eſt, quod dicit: *Ante me factus eſt*. Iam enim ipſe Meſſia prior, ſex menſibus fuerat efformatus, angelico ad Virginem teſtante eloquio : *Hic menſis eſt ſextus illi*; vel de Chriſto ſermonem habet, vt diuina conſtante natura: & ſic iam in hæreticorum prolabitur errorem, qui Verbum creaturam eſſe, ac facturam Dei impie promulgabant, contra quorum impietatem firmiſſimum ſtabiliuit decretum Concilium Nicænum in ſuo Symbolo: *Genitum non factum*. Ex quo errore inferri quoque manifeſte poterat, nec eſſe æternum Dei Verbum, cum nulla creatura æterno vixerit æuo. D. Ioannes Chryſoſtomus homil. 16. in Ioannem. & D. Gregorius homil. 7. in Euangelia. & Ambroſius lib. 9. de fide cap. 9. & Auguſtinus tract. 4. in Ioannem, afferunt verba iſta: *Qui ante me factus eſt*, æquiualere his : *Qui mihi prælatus eſt*, ad dignitatem ſcilicet, & excellentiam ea referentes. Conſonat huic intelligentiæ Græca verſio ex Origene hom. 2. in diuerſos, vbi ait illa verba non ſignificare, fuiſſe efformatum hominem antequam Ioannes, ſed quod ante ipſum Ioannem, ſeu coram ipſo Chriſtus in vtero Virginis deliteſcens, ab ipſo fuerit viſus, Eliſabeth adhuc induto viſceribus. Lyranus aliter exponit, verificat enim verba illa : *Qui ante me factus eſt*, eo quod Chriſtus Dominus fuerit formatus homo, infuſaq. ſibi fuerit anima in ipſo conceptionis inſtanti; at Ioanni poſt 46. dies, vt in reliquorũ euenit infantiũ generatione. Ceterũ licet has omnes expoſitiones veneremur, ea magis conſona litteræ videtur, quod Chriſtus ante

Ioan-

Pſal. 118.
Zach. cap. 6.
Zach. 3. Orig. Hebr. Zach. 3.
Pſal. 71.
S. Thom. 1 par.
Pſal. 44.
Auguſt. eod. pſal. 44.
Greg. Naz. oratio de Chriſt. nat.
Plat. in Timæo.
Ioan. 1.
Concil. Nic. in ſymbolo.
Chryſoſt. ho. 16. in Ioan. Greg. ho. 7. in Euang. Ambr. lib. 9. de fide c. 9. Aug. tract. 4. in Ioan.
Orig. hom. 2. in diuerſos.
Nic. de Lyra ſup. Ioan. cap. 1.

Digitized by Google

Ioannem vir euaſerit, vſum habens rationis, & liberi arbitrij, quibus Chriſtus, vel ab ipſo conceptionis inſtanti fruebatur, Baptiſta vero non ita, ſed ad illud vſque tempus dilatum ei fuit rationis vſus beneficium, quo, inquit, Euangeliſta exultauit infans in vtero: exultatio enim actum potentiæ rationalis indicat: habetque hæc expoſitio firmiſſimum in verbis ipſis Euangeliſtæ fundamentum. Eadem enim eodem capite proferens ille verba: *Qui ante me factus eſt*, meminit huius verbi, *Vir*: *Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt*, ſcilicet, vir. Reuertentes igitur ad præcipuum verborum Ioannis argumentum, vnde nonnihil digredi opus fuit: *In principio erat Verbum*, Tertullianus lib. contra Hermogenem legit: *In principio erat ratio, & in principio erat ſermo*; profert autem priorem ſecundæ lectioni, cum ratio prior ſit ſermone. Licet autem Auguſtinus etiam ſer. 38. de verbis Domini, Cyprianus lib. 2. contra Iudæos, Lactantius li. 4. de ſapien. cap. 8. Verbum Dei ſermonem appellent, quod etiam ſentit Paulus ad Hebræos 4. Viuus eſt ſermo Dei, & efficax (loquitur autem hic Apoſtolus de ſermone æterno, vt notauit S. Ambroſius lib. 4. de fide cap. 5.) Et denique Eccleſia ipſa ſic illud nominet Sap. 15. *Omnipotens ſermo tuus de regalibus ſedibus venit*: elegantius tamen aptiuſque eſt nomen (Verbi) vt vertit noſtra vulgata: *In principio erat Verbum*; Sermo enim ex multis componitur dictionibus, at verbum vna tantum dictio eſt. Vnitatis igitur, & ſimplicitatis rationi accommodatum magis eſt verbi nomen, quam ſermonis. Vnde verbi mentalis naturam ſpeculari volentes, fidei ſuppoſito lumine, in eo, velut in ſpeculo quodam increati, diuinique Verbi naturam, quantum fas eſt viatori, perſcrutamur, prout annotauit D. Auguſtinus lib. 2. de Trinit. ca. 10. dicens: *Quiſquis poteſt intelligere verbum, iam poteſt videre per hoc ſpeculum, atque in hoc ænigmate aliquam Verbi illius ſimilitudinem, de quo dictum eſt. In principio erat Verbũ.* Licet enim multiplici diſcrimine increatum Verbum a creato diſſideat (increatum enim ſubſtantia eſt, creatum accidens; diuinum, æternum, angelicum vero, vel humanum temporale; illud omnipotens, ac robuſtum, hoc debile, & impotens; illud eadem gaudens natura cũ producente, hoc diuerſæ omnino particeps eſſentiæ; illud eſt infinitum, illimitatum, at iſtud limitatum, ac certis terminis circumſcriptum. Et ideo *ſemel locutus eſt Deus*, quia vnico Verbo omnia, quæ concipiebat, expreſſit; noſtrum autem verbum vnicum exiſtens, duo contraria ſimul exprimere nõ valet. Denique naturalis Filius eſt Verbum Patris, at noſtrum nec naturalis filius eſt, nec adoptiuus, ſed tantum terminus quidam intellectualis cuiuſdam productionis, nullum filiationis dicens reſpectum, ſed cauſati tantum ad cauſam ſufficientem) quamuis tamen Verbum creatũ tot, ac tantis modis ab increato differat: in multis tamen illi non parum conſonat. Verbum creatæ mentis rei intellectæ imago eſt, & ſimulachrum, & quas exprimit rerum ab artifice con-

Ter. l. contra Hermo. D. Aug. ſermon. 38. de verbis Domini. D. Cypri. l. 2. contra Iudæos Lactan. li. 4. de ſapien. 8. Ad Heb. 4. D. Amb. l. 4. de fide c. 5. Sap. 15.

D. Aug. ſermone 2 de Trinit. c. 2.

Lib. iij.

ficiendarum principium eſt ideale. Iuxta mentẽ intelligentis ſuum retinet eſſe, perdurat eo vſque tempore, quo perdurat intellectio ipſa. In mente latens exteriori voce aperitur, & declaratur. Sic ſane Verbum diuinum imago eſt æterni Patris, & vniuerſale exemplar creaturarum. Idea diuini intellectus ad orbis huius conſtruendam molem in ſinu reſidet Patris, & quoad vſque Patris intellectio, quæ eſt æterna, conſiſtet, ſtabile erit & Verbum. Ac denique, vt voce corporea manifeſtatur mentale verbum, & internus conceptus, ſic Pater ſuum per incarnationem patefecit Verbum, quod eleganter dixit Auguſtinus lib. 15. de Trinitate: *Verbum noſtrum vox quodammodo corporis fit aſſumendo eam, in qua manifeſtatur ſenſibus: ſicut Verbum Dei caro factum eſt, in qua manifeſtaretur ſenſibus hominum.* Ex hac autem inter diuinum, humanumque verbum multiplici conuenientia illius quæſtionis ſolutio erui poteſt, qua de cauſa Euangeliſta æternã intẽdens declarare generationem, Filij nomẽ non adhibuit, ſed Verbi. Rationẽ huius arbitror, quod magis conſonum videbatur ijs, ad quæ mens noſtra conſcendere valet, aſſerere, in diuinis eſſe Verbum, cum & hoc omnibus commune ſit intellectu pollentibus, Filium vero mente gignit longe humanum fugit, ac ſuperuolat cogitatum. Cum igitur illud manifeſtius ſit intellectibus humanis, propterea nomine Verbi vſus eſt nõ Filij. Addit præterea Ioãnes, ſuã proſequens hiſtoriam: *Et Verbum erat apud Deum*. quibus verbis realem inter Patrem, & Filium oſtendit diſtinctionem, vt docet Cyrillus, Ambroſius, Tertullianus, & Rupertus, qui hoc in loco ita ſcripſit: *Verbum* (dixit) *erat apud Deum, vt de perſonis non dubites, dum alteram audis eſſe, vel fuiſſe apud alteram.* Huius autem rei rationem reddit Cyrillus: quomodo enim, quod vnũ omnino eſt ipſum, apud ſeipſum eſſe intelligitur? Hinc declarata iam æternitate Verbi, ac diſtinctione eius à Patre, ad eiuſdem conſubſtantialitatẽ, & æqualitatem cum Patre innoteſcendam ſubdit: *Et Deus erat Verbum*. Quibus verbis aperte oſtendit, eãdem ſortiri naturam Filium, ac Patrem, cum certũ, ac euidẽs ſit, Deorum multitudinem omnino abijciendam eſſe. Hanc etiam veritatem varijs in locis ſacra volumina edocent; Filium enim ſæpe brachium Dei appellant: *Brachium Domini cui reuelatum eſt?* faciem quoque Patris non ſemel nominant: *Deprecatus ſum faciem tuam*, id eſt Filium tuum, vt explicat Athanaſius libro quæſtionum, quæſtion. 2. Cui concinit Targum Chaldæus: nã vbi noſtra vulgata habet: *Si a facie mea non formidabitis*, ipſe vertit: *Si a Verbo meo.* Oculus quoque Patris in Scripturis Verbum diuinum dici conſueuit: *Non parcet oculus meus.* quo loco lectio Chaldæa habet: *Nõ miſericordiam habebit Verbum meum*. Os denique Patris alibi aſſeritur: *Ex ore Altiſſimi prodiui primogenita ante omnẽ creaturã*: & inſuper: *De ore meo exierunt*, vbi Chaldæus: *De Verbo meo* (legit) *exierũt*. Quia ergo brachium, facies, oculus, os, ceteræque corporis humani partes eadẽ cõſtant

D. Aug. lib. 15. de Trinitate.

Cyrillus. Ambroſius. Tertull. & Rupertus.

Cyrillus.

Iſa. 53.

Pſ. 18. Athan. lib. quæſtion. 2.

Thar. Chal.

Ezech. 5.

Eccle. 24.

Interpret. Caldaus.

A 3 ſub-

ſubſtanciali natura, eademque informantur anima. Ideo vt ſacræ litteræ Filium conſubſtantialem eſſe Patri portenderent, prædictis metaphoricis, ac tranſlatitijs vtuntur locutionibus. Hãc eandem Dauid profeſſus eſt veritatem, cum ex perſona æterni Patris dixit: *Ex vtero ante luciferum genui te.* D. Hieronymus transfert: *Ex viſceribus meis genui te.* Rainerius: *Ex arcano ſubſtantiæ meæ fili mi*, ac ſi diceret: creatis omnibus Angelis, & hominibus, ex me extra me producens, & ex nihilo creans proprias eorum naturas, te vero intra me de meæ genui ſubſtantia, eſſentia eundem, & perfectione ęqualem produxi. Atque huc pertinent verba Pauli: *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo.* Etenim ſecundum rectam philoſophandi rationem, quæ eadem forma conſtant, eiuſdem omninu ſunt naturæ. Si ergo (vt docet Paulus) eandem habet Filius, ac Pater formam, eiuſdẽ quoque erit & eſſentiæ, & hoc ſibi vult Euangeliſta, dum ait: *Et Deus erat Verbum.* Addit denique: *Hoc erat in principio apud Deum.* Non habet hæc vltra prædicta aliquid noui, ſed eſt veluti breue quoddam compendium, & artificioſus ceterarum epilogus, vt S. Baſilius, Origenes, D. Thomas, & Rupertus annotarunt: vna enim ſententia pulchre complectitur Euangeliſta omnia, quæ in tribus iam dictis propoſitionibus docuerat; illo enim verbo, *hoc*, Verbum exprimit diuinum, quod Deum eſſe, & Patri conſubſtantialem veriſſime diſſeruerat. Addens vero, *Erat in principio*, durationis demonſtrat æternitatem. Complens denique his verbis periodum: *Apud Deum*, perſonalium hypoſtaſum inter Patrem, & Filium indicat diſtinctionem. Completus igitur hic ſenſus erit. Hoc Verbum, quod erat Deus, erat in principio apud Deum. Cui ſit honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Pſal. 109.

Rain. ſuper Pſal. 109.

Ad Phil. 2.

S. Baſilius. Origenes. D. Thomas. Rupertus.

Homilia Secunda.

Denuo explicantur verba illa Ioãnis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Ac permulta, grauesque admodum rationes afferuntur, cur ſecundam perſonam Verbum, & nõ Filiũ appellauerit Ioãnes.

PERTRACTAT in his verbis ſacer Euangeliſta Ioannes de eximio, ac ineffabili beneficio, quod Deus mundo cõtulit, tam diſtantia, tamq. diſſidẽtia vniens extrema, Deum ſcilicet, & hominem, creatorẽ, & creaturam, Verbum, & carnem. Sequentes igitur Ioannis veſtigia, de his omnibus ſermonem inſtituemus, nimirum de Verbo, de carne, deque Verbi, & carnis mirabili nexu, atque hypoſtatica vnione. Ad primum igitur accedentes, ſilentio prætereundum non eſt, quod ſicut Euangeliſta Ioannes piſcatoris exercuerat munus, in eoque genere officij perſeuerans, à Chriſto Domino fuerit hominum piſcator inſtitutus, iuxta illud: *Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum* (Dominus enim piſcationis munus nõ abſtulit, ſed in melius cõmutauit;) ſic hodierno in Euangelio rete contexuit, vt ingenioſe aduertit Ambroſius, quo hęreticos Chriſti gloriã, & honorem inficiantes miro artificio caperet, atque deluderet. Hi autem piſces, vtpote ſpinis & ſentibus pleni, licet ad cibum apti minime ſint, ad necem tamen admodum idonei, & ad interitum accommodatiſſimi ſunt. Innumeri ex his hęreticis, vt dixit Hilarius lib. 1. de Trinitate, circa Chriſti Domini perſonam inſultauerunt errores. At ne fideles legentium aures in eis referendis offendere, ac obſtrepente illorum ſonitu cõturbare videar, tres tantum præcipuos, & in quos hęreticorũ primates inciderunt, explicabimus. Primus fuit Arrij, aſſerẽtis Filium Dei non eſſe Patri coæternum, ac proinde tempus fuiſſe cui non coextiterit Verbum. Vnde impijs cõcrepabat buccis: *Erat quãdo non erat.* Pernicioſiſſimus hic error fuit, cum a Chriſto Domino non minus Verbi cõſubſtantialitatem, quod omnium excellentiſſimum eſt in illo, auſu ſacrilego auferre tentaret. Prædixerat olim hunc errorem, valde illum deteſtans, Iſaias cap. 43. *Vos teſtes mei, dicit Dominus, vt credatis mihi, & intelligatis, quia ego ipſe ſum: ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non eſt ſaluator.* Ex his perſpicaciſſimam pro Verbi æternitate argumentum eruit Ambroſius, dicens in hunc modum; *Vel hæc ſunt verba Patris; vel Filij & quidquid libuerit, elegeris, colliges hanc, quam nitimur probare, æternitatem.* Si Pater dicit: *Ante me non eſt formatus Deus*, veriſſima eſt aſſertio. Quid enim Patre antiquius? quid illo vetuſtius, qui principiũ, origo, ceterarũ fons eſt perſonarum? cum vero ſubdit: *Poſt me non erit*, iam poſt ipſum exprimit nõ alium futurum Deum: ſi ergo Filium habet, & Filius poſt ipſum non erit, erit profecto Patri coæuus, eiuſque duratione æqualis, atque adeo æternus ſicut Pater. Si vero ea verba, prout nos intendimus, Filius proferat, iam id euidentius patet. Etenim cum aſſerat ante ipſum non fuiſſe alium Deum, nec alium ipſo duratione poſteriorem, erit ipſe Patri indubie coæuus, & coæternus. Hunc vero errorem, quod multis ſuperioribus ſæculis Iſaias labefactauerat, incredibili cõfutat ingenij acumine D. Ioannes per illa verba: *In principio erat Verbum.* In principio, id eſt in Patre, quod ſi manis, dicamus (vt ſuperiori homilia annotauimus) vt illud idem ſignificetur principium, quod ſuis in verbis expreſſerat Moyſes: *In principio creauit Deus cælũ, & terrã*: tẽporis ſcilicet initiũ, creatæq. durationis exordiũ: cũ vero

Matth. 4.

D. Ambr. in Ioannem.

Hil. li. 1. de Trinit.

Iſai. c. 43.

Gen. 1.

prima

prima temporis creati periodo iam erat Verbum: erit profecto Verbum non temporaneum, cum temporis primum anteceſſerit articulum. Illud ergo reliquum, vt ſit æternum, cum inter temporale (hoc eſt, quod durationis cognouit exordium) & æternum nullum poſſit agnoſci medium. Male ergo aſſerebat Arrius: *Erat quando non erat.* Manet igitur ſolertiſſimi piſcatoris noſtri miſere irretitus laqueis. Sed iam alium, qui emerſit piſcem caute cepit, Sabellium dico, qui vnicam tantum in diuina natura promulgabat perſonam, quæ varijs illis Patris, Filij, & Spiritus Sancti ſit inſignita nominibus, velut in ſcœnis idē diuerſarum induit ſpecies perſonarum, nunc Pater, poſtea Filius, deinde Spiritus ſanctus nominatur. Hunc euertit errorem Ioannes, ſubdens: *Verbum erat apud Deum.* Quod enim prope aliquem eſt, ab illo perſonalitate diſtinctum eſſe fateri oportet. Eandem diſtinctionem

Ioan. 18.

oſtendit aperte Chriſtus: *Iudicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater, & in lege veſtra ſcriptum eſt quia duorum hominum teſtimonium verum eſt.* Tria hic habentur, quibus Sabellij hæreſis manifeſte conuincitur. Primum: *Quia ſolus non ſum*: liquet ergo nō vnicā eſſe perſonam: idem enim ſibimet comes eſſe non poteſt. Secundum, quod Pater eum miſit: diſtincta eſt ergo ab ipſo Patris perſona; nemo enim ſe ipſum mittit, ſed alium: adit. Tertiū, *Duorū teſtimoniū verū eſt*, ſi duo, non igitur vnica eſt in Deo perſona. His confoſſum telis triceps Sabellij monſtrum. Iam tertio extendit rete diſertiſſimus piſcator Ioannes, eoque Photinum conuincit impium, qui Chriſto Domino diuinam audebat naturā denegare: *Deus*, ait, *erat Verbum*; & vt euidentius verbum Deum eſſe declararet, addit: *Omnia per ipſum facta ſunt.*

D. Aug. tractat. 1. in Ioan. & 1. de Trinit.

vnde in hunc modum argumentum eruebat Auguſtinus: *Quomodo fieri poteſt, vt Verbum Dei factum ſit, quādo Deus per Verbum fecit omnia?* Quod ſi aſſeras (ait Auguſtinus) hoc Verbum factum fuiſſe per aliud verbū: *illud ipſum dico ego Filium Dei*, illud ſcilicet, quod auctor eſt, factorque alterius.

Paul ad Roman. 1.

D. item Paulus Rom. 1. aſſerit maledictum, qui creaturæ ſeruit vt Deu. In eadem vero Epiſtola Ieſu Chriſti ſeruum ſe eſſe profitetur: Paulus, ſeruus Chriſti ego ſum. Sic ergo formemus ſyllogiſmum. Paulus maledictum aſſerit qui creaturam adorat, & creaturæ ſeruit. Sed ipſe Ieſu Chriſto ſeruit, vt ipſe teſtatur: igitur aut Paulus eſt maledictus, vel Chriſtus eſt creatur: etenim inter creaturam, & creatorem nullum omnino medium eſt aſſignandum: ſed Paulus non eſt maledictus, immo a Deo benedictus: liquet igitur ex conſequenti, Chriſtum Dominum Deum eſſe, & non puram (vt inficiabatur Photinus) creaturam. Non vero putandum, dum audimus Filium Dei eſſe Verbum, quod ſimile ſit vocali ac voce perſonante expreſſo oris verbo, quo mentis declaramus conceptum, ſed Verbum quoddam eſt mentale, quod Pater omnipotens loquebatur, Verbum, quod vento non excutitur, & diſſipatur, vt noſtrum, quod modico formatur in aere cōtacto perſonāte: verum ſubſtanciale Verbum, diuinum, increatum, eiuſdem formæ, naturæque cum loquente, *Et Deus erat Verbum.* Sed videamus, qua de cauſa ſi hoc Verbum diuinum eſt Filius Dei, non Filium, ſed Verbū potius Euāgeliſta noſter appellauerit, eo vel maxime, quod nomē Filij notū eſt, Verbi vero nomē ſolis eſt cognitū Philoſophis: cur inquā nō dixit, In principio erat Filius, & Filius erat apud Deū, & Deus erat Filius, ſed potius quater repetit dictionē hanc, Verbū. Grauiores quidā auctores aliquas afferūt rationes, verū, vt ingenij mei fatear imbecillitatē, non ſatis eis acquieſcit animus, quare nouas alias coactus ſū excogitare cōgruētias. Sit ergo prima, q̄a in creaturis filius nō naſcitur intus in ſubſtātia patris, nec in eius viuit viſceribus: at Verbū, & eſſe, & viuere habet in intellectu. Vt ergo oſtēderet Euangeliſta, Filiū Dei ſuū, & eſſe, & vitā habere intra ſubſtantiā Patris, Verbū eū dixit, & nō Filium. Deinde, quia filius iuxta naturæ ordinē ex duplici oritur principio, patre ſcilicet, & matre: ne ergo dicerēt hęretici, Filium Dei hoc modo eſſe genitū, ideo Verbū illud nominat, quod in nobis vnicū habet principiū intellectu, ſcilicet ſpecie intelligibili informatū. Rurſus Verbū appellauit, & nō Filium, quia inter hæc illud verſatur diſcrimen, quod vulgo filius quis dicitur etiā mortuo patre. Vnde illuſtri proſapia orti filij dicuntur nobiliū parentū, etiā ſi illi iā obierint. At Verbum nō perſiſtit niſi quādiu intellectus actu illud producit. Cum ergo Pater ęternus ſemper generet: *Ego hodie genui te*: in hoc nunc ęternitatis, quod nec præteritum, nec futurum agnoſcit, ideo Verbum dixit, & nō Filius. Psal. 2. Verbū pręterea dicit, nō Filiū; nā qui filiū ait, nō aſſerit eū neceſſario patri ſimilē, aut ęqualē: ſunt enim nōnunquā multi robuſti, qui filios habēt debiles, multi decori, qui filios habēt turpes. Dauid ſanctitate inſignis filiū habuit Salomonem idololatrā. Salomon ſapiens extitit, & tamen ei natus fuit Roboam inſipiens, & ineruditus. Tullium eloquentiæ fontem, & filium eius maxime ignarum agnouere Romani, paſſimque videmus filios parentibus inæquales, ac diſſimiles. Verbum autē neceſſario ſimile eſt obiecto, cum neceſſe ſit eſſe eius expreſſā ſpeciē, & imaginē. Cum vero Pater ſe ipſum comprehenſiua cognoſcens notitia, æternum generet Verbum, certe hoc neceſſario Patri exprimetur ſimile, eiusque, vt viua imago producetur, quod vt nobis innoteſceret, Verbū dixit Euangeliſta, nō Filius. Ne vero inſcius quis imaginē eſſe exiſtimaret mortuā, vt ſūt, q̄ ſęps cernimus ſimulachra, ſtatim addidit, *vita erat*. Dum alicuius cernimus imaginē, viuis coloribus propria illius exprimentē lineamenta, ſolemus dicere, ſolum deficit huic imagini loquela: vnde quoniā artifex nec vitam ei, nec viuum cōmunicare poteſt ſermonē, imago remanet muta. Vt vero percipiamus, Verbū, quod Spiritus ſanctus bonitatis Paternæ imaginē appellat: Imago bonitatis illius, nō mutā, ſed viuentē eſſe figurā, & ſimilitudinē, addit: *Vita erat.* Ne vero quis ſermonis facultate carētē eā duceret, ideo ait, vt eruditiſſime aduertit Ambroſ. eſſe Dei ſermonem.

nem. Si enim ſermo eſt, hinc fit manifeſte, vt muta, & ineloquens eſſe non poſſit effigies. Verbum denique appellat, & non Filium. filius namque non ſemper eſt apud Patrem, ſed plerumque maxime diſtat in regiones diuertẽs remotiſſimas. At verbum mentis dum adeſt, ne minimo quidẽ ſpatio ab intellectu diſcedere poteſt ipſum efformãte. Qua de re cũ Dei Fili' a Patre diuiſus, neq. ſub[..]ere poſſit, nec Pater a Filiõ elõgatus: *Ego in Patre, & Pater in me eſt*: propter has ergo rationes Verbi, & non Filij nomine illum expreſſit, & nominauit. Vt vero, licet noſtrum ceteris cõmunicemus conceptum, & veluti a nobis dimittamus, illum ſenſibilibus, externiſque induentes verbis, permanet nihilominus in intellectu conceptus noſter: ita licet Verbũ diuinũ carne aſſũpta, ac mortalitatis indutum ſpolijs ad noſtraa deuenerit regiones, in ſinu tamen remanſit Patris, nec inde vnquam vel minimo quidẽ diſceſſit interuallo. Quod ſi maximo æſtimamus beneficio, dum Princeps aliquis ſua nobis manifeſtat cordis ſecreta, quanto maius cenſendum erit, quod Pater æternus nobis ſuum aperiat pectus, nobis manifeſtat generoſum ſui cordis cõceptum, Verbum iſtud diuinum, ideam hanc idearum expreſſionem, atque omnium, quæ in archiuio paterni intellectus ſunt reſerata, arcanorum firmiſſimum, fideliſſimumque tranſlatum, ac reſcriptũ! Atque his de Verbi natura, & quidditate explicatis, ſequentes Euangeliſtæ ſemitas, reliquum eſt, vt aliqua de altiſſimo Paterni, ſacrique pectoris conſilio, de humana a Verbo aſſumpta carne ex Matris viſceribus, enodemus: *Et Verbum*, ait, *caro factum eſt*. In triplici noſtri intellectus verbum conſiderari poteſt ſtatu. Primus eſt pure mẽtalis, quod auris nõ attingit externa. Secundus, quãdo externa voce, & verborum ſono, quo veluti cordis lingua mentem noſtram interpretamur, internum induimus verbum, tunc vero ad aures peruenire poteſt externas; oculis vero, vel quouis alio ſenſu nullo modo valet attingi. Tertius denique eſt, quando verbum eſt ad ſcripta redactum, & characteribus exaratum, vt etiam ad abſentes noſtros dirigamus conceptus, & tunc oculorum obijci poteſt obtutui, cum luce illuſtratur. In hoc triplici æternum Verbum contemplor ſtatu. Primus eſt omnino internus, pureque mentalis, cũ diuino æterni Patris in pectore productum, ac genitum fuit, ſolique Patri cognitum, & comprehenſum. Secundus vero fuit, cum tempore ſuccedente per voces Prophetarum Dei linguas mundo diuinum ſuum manifeſtauit, & declarauit Verbum, tunc autem ſolum auribus obijciebatur audiendum, Paulo dicente, *fides ex auditu*. Tertius deniq; fuit, quãdo Deus elegantiſſimo ſacroſanctæ cooperationis calamo candidiſſima humanitatis Chriſti in pagina Verbum ſuum ſcripſit, & impreſſit, tunc vero non ſolum aures, ſed vel ipſi etiam oculi ſenſerunt, & viderunt: *Et videbit omnis caro ſalutare Dei*. Induit etenim ſe Deus humano more veſtitu, ac hominis, conſimili: atque hinc expletũ videre eſt ardẽtiſſimũ Sponſæ deſiderium illis expreſſum verbis: *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te?* Primum quod expoſcit eſt: *Quis mihi det te?* non ait: Quis mihi mutuabit te? quod enim mutuo datur, limitatum ad tempus traditur. Nec ait: Quis mihi te vendet, & ego te emã? Sciebat enim, neque in cælo, neque in terra precium eſſe condignum, & æquiualentem pecuniam, qua æterni aduentus Verbi vſquam emi valeret. dicit ergo: *Quis mihi det te?* ſcio, quod non alio medio dilecto potiar, quam donatione gratuita, ac munifica gratia: *Nobis datus, nobis natus ex intacta Virgine*. Secundum, quod Sponſa affectat eſt, *fratrem*, vt quaſi germani fratres inuicem facultates diuidamus, & cõmunicemus; quod re ipſa ita factum eſt: de noſtro ei nos dedimus humanitatem, at præſtitit de ſuo ipſe nobis diuinitatem; noſtros illi tradidimus dolores, & lãguores; immenſa nobis ſua cõmunicauit merita: cum illo deniq. diuiſimus, quod ea primi Adami trahimus hereditate; at ipſe, quod ex Patre habuit æterno nobis eſt impertitus. Tertium quod expetit Sponſa eſt: *Sugentem vbera matris meæ*. vult videre infantem recens natum, Matris Virginis è collo pendentẽ, ad vbera lactentem, qui pomi munuſculo ei oblato facile flectitur: deſiderabat itaque Deum videre humanatum, adeoque erga homines humanum, ac benignum, vt poſt ſexcentas in eum coniectas contumelias, poſt mille à nobis perpeſſa opprobria, poſt iniurias innumeras toleratas, vnico cordis ſuſpirio, gemituq. ſilere eũ faciat homo, vel ſola tũſione pectoris placatũ reddat, vix ſemel, peccaui, ore proferẽs. Cupit denique aliud Sponſa: *vt inueniam te foris*. ſed certe impoſſibilis vel imprudens forſitã videbitur hoc deſiderium. Nonne Deus intime omnibus eſt præſens rebus? Eſt ne pars aliqua intus, aut foris, alta vel profunda, cui non adſit Deus? *Quo ibo a ſpiritu tuo* (proclamat Dauid) *& quo* Pſal. 138. *a facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades*. Quod ſi præ immenſitate Deo omnia plena: qua ergo ratione foras egredi poteſt? vnde? quò? quis terminus? à quo? quis? ad quẽ? Nemo egreditur, niſi ad locum vbi non erat: ſi ergo Deus omnia replet loca, quomodo egredietur? At hoc redolet loquẽdi phraſim, ac modum dicendi ſatis conſuetum, quo vtimur, ad indicandum quempiam aliquid egiſſe inuſitatum, quod ſuam videatur dedecens perſonã, dicimus extra ſe ipsũ exiſſe, ſicut quãdo Rex Dauid choreas ducens, ac in ſaltus proſiliens arcã præcedebat, quod regio videbatur incõgruũ decori, Michol aſſerebat Dauidẽ a ſeipſo egreſſũ. Cũ ergo mortalẽ eſſe, humani intellectus ratiocinationi videatur quid diuinæ derogans, ac detrahens maieſtati, hinc fit, vt Deũ humanæ copulari naturæ, videatur eſſe à ſe ipſo egredi. atq; in hoc ſenſu illa explico Ioãnis verba: *à Deo exiuit*; nõ quidẽ, quod deſierit eſſe quod erat, ſed quia vſitatos ſuos deſeruerit greſſus. Etenim hi antiquitus maieſtatis erant, dignitatis, & omnipotẽtiæ; at nunc humilitatis, pueritiæ, & infirmitatis, quales ſunt, quos delicatus habet infantulus anguſto clauſus matris in ſinu,

Ro. 10. — Luc. 3. — Cant. 8.

HOMI-

Homilia Tertia.

In qua verba illa Diui Ioannis: Et Verbum caro factum eſt, conceptuum ad hoc myſterium ſpectantium multitudine, & varietate explicantur.

Ioan. 1.

QVAMVIS diuinus Euangeliſta Ioannes ſapientiſſimum ſe oſtēderit Theologum, atque oratorem grauiſſimum, dum illam altiſſimam nos edocuit doctrinam: *In principio erat Verbum, &c.* in hac tamen vltima clauſula, quod ſacræ Theologiæ, diuiniq. ſui reliquum erar ediſſerit eloquij. Etenim ſi ſingolis præcedentibus verbis ſingulas euertebat hæreſes; hac vltima tam breui periodo: *Et Verbum coro factum eſt*, tot deſtruit maledicta, tot impiorum hęreticorum profligat errores, vt vix numero colligi vmquam valeant, ſine aliqua ſermonis prolixitate. Primo enim illam expugnat impij Cerdonis hureſim, Chriſtum cæleſti opertum aſſerentis corpore; illis autem Pauli innitebatur verbis: *Secundus homo de cælo cæleſtis.* Etenim ſi Chriſtus carneo cōſtat ex corpore, manifeſtum eſt, de materia non componi cæleſti. Vocat autem eum Paulus cæleſtem hominem, ea ſolum de cauſa, quod Filius Dei eſt, è cælo demiſſus, ac ſacroſancti Spiritus conceptus opere, eo prorſus modo, quo D. Ambroſius lib. 4. cap. 4. dixit: *Sacramenta de cælo venerunt.* Inde etenim eorum virtus exorta fuir, materia licet conſtent inferiori, & corruptibili. Percellit etiam Manichæorū, nec nō Marcionitarū errorē, qui verum dum denegabāt corpus, concedebant phantaſticum. Etenim Verbum carnem, qua ceteri componuntur hominum, aſſumpſit veram. Iuliani arcet hæreſim, & Iuſtiniani, Chriſtum impaſſibilem mendaci proclamantium gutture: qoid enim doloribus magis obnoxium, quid paſſionibus addictum magis, ac ſubiacens, quā humana, & mortalis Chriſti Domini caro? Profligat impium Eutychetis erratū, carnem in Verbum ipſum conuerſam pronunciantis. Sic namque non diceret Euangeliſta, *Verbum caro factum eſt*; ſed porios, caro facta eſt Verbum. Impij denique hæreſiarchu Ebionis, Apoſtolorum contemporanei, quem poſtea Cherinthus, Theodoſius, Paulus Samnſatenus, & Forinus ſequut ſunt, obſtruit os, ac profligat hureſim, aſſerentis, Chriſtum non Deum, ſed puri hominis ſortitum natoram. Etenim ſi Verbum carnem aſſumpſit humanam, Chriſtus ergo Deus eſt, non purus homo, cum Verbum ipſum ſit Deus. Illud autem aduertendum, antequam vlterius noſtrum protendamus ſermonem, quod illa dictio: *Caro*, integram hoc loco ſignificat perfectamque hominis naturam, anima conſtantem, & corpore. Partem autem pro toto vſurpans Ioannes, quod frequentius occurrit, figura vtitur Synecdoche, quod etiam præſtitit Iſai. c. 40. *Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri.* & Dauid: *Ad te omnis caro veniet.* Quod vero hoc in loco communiter quærunt Doctores, cur pro toto, digniorem non vſurpauerit partem, animam ſcilicet; ſed potius viliorem, cuiuſmodi eſt caro, varias Patres afferunt huic difficultati reſponſiones. Magnus Pater Auguſtinus Epiſtola 120. ad Honoratū, dicit hoc præſtitiſſe, vt vel apertius manifeſtaret maximam diuini Verbi humilitatem: *More ſuo Scriptura, vt Chriſti humilitatem magis oſtenderet, ne carnis nomen, quaſi indignum aliquid refugiſſe videretur, carnē pro homine poſuit.* Theophylactus aſſerit hoc ideo præſtitiſſe Euangeliſtam, vt oſtenſionem faceret maiorem tam ſtupendi miraculi, quo ſic diſtantia copulauit extrema, Verbum ſcilicet diuinū, & humanam carnem: *Idcirco* (ait) *opinor Euangeliſtam hoc nomine vſum ad maiorem oſtenſionem mirandi, & ſtupendi ſacramenti.* Quis enim ambigit in maiorem rapere admirationem, Deum audire carni, quam animæ copulatum? etenim anima ſpiritualis cum ſit ſubſtantia, ac intellectualis naturæ, aliquam habere videtur cum diuina affinitatem: natura autē carnis, materies, ac craſſities longius videtur à diuina diſtare celſitudine. qood etiam ipſe dixit Theophylactus: *Anima cognationem quandam habet cum Deo, caro autem nullo modo communicat.* Vnde maiori afficit corda admiratione, ac ſtupore vnio Dei cum carne, quam cum ſpiritu: hac ergo de cauſa dicit: *Et Verbum coro factum eſt*: & hinc eſt, quod hæc verba nos vſurpare conſueuimus, cum ad noſtrum explicandum mentis ſtuporem, & ad cordis aperiendam admirationem proferimus: *Verbum caro.* Gregorius Nazianzenus epiſtola prima ad Cleodonium, opinatur verba illa manifeſtare diuini amoris immenſitatem, cuius inſuperabili vi, ac fortitudine ad tam imom gradum Deus amans ceciderit pro dilectis: non enim aliter excellentius Dei erga nos amor declarari poterat, quam quod noſtra cauſa ad deteriorem partem, hoc eſt, ad carnem ſe demitteret. D. Tho. hunc in locū, carnis nomen adhibere aſſerit Ioannē, vt oſtēderet: *Quod caro hominis infirma per carnem Verbi reparata eſt.* Vbi non eſt animaduerſione indigoum, ante perpetratum Adæ peccatum, numquam in ſacris Scripturis hominem carnis nomine reperiri nuncupatum. Licet enim Adam dixerit: *Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea*, nomine carnis minime intelligebat integrum hominem, Euam ſcilicet, aut Adam, ſed partem ipſam Euæ, hoc eſt corpus, quod ex parte Adami, nempe coſta, efformatū fuerat: poſt peccatū vero frequentiſſime hominē ſacra Scriptura carnē appellat, quia obſequentior eſt legibus carnis, quā rationi: *Omnis caro corruperat viā ſuā: Nō permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt.* Vt ergo ſuaderet

Euan-

1. Cor. 15.

D. Ambr. lib. 4. c. 4.

Isai. c. 40.

Psal. 144.

D. August. 120 ad Honoratum.

Theop. in c. 1. Ioan.

Greg. Naz. Epist. 1. ad Cledonium.

S. Th. super hunc modū.

Genes. 2.

Genes. 6. Ibidem.

Digitized by Google

Euangeliſta, aſſerit S. Thomas, contagium, & detrimentum, quod ex carne in hominem irruperat, Chriſti carne reparãdum, carnis vtitur vo-
Cyr. ſuper 1. Ioan. ce: *Et verbum caro factum eſt.* Cyrillus aſſerit, ex induſtria Verbum diuinum cum carne Euangeliſtam copulaſſe. hoc enim loquendi modo: *Facilius & magnitudo vulneris, & remedij vis conſpicitur: ſic ægrotans, & medicus, ſic quod lapſum in mortem eſt, & qui a morte ad vitam ſuſcitat, quaſi oculis cernitur.* Ianſenius denique inter hunc lo-
Ian. in c. 1. Ioan. cum explicandum eam affert rationem, vt oſtẽderet Verbum naturam ſolum aſſumpſiſſe, ſibiq. copulaſſe humanam, non vero eiuſdem ſuppoſitum humanum. In cuius rei figuram illud ex ſacra Scriptura nouimus, quod cum ſancta mulier Ruth, adeo egena, vt vel ſpicas mendicans legeret ex meſſorum manu decidentes, matrimonio collocanda erat cum Booz, viro ditiſsimo, & opulentiſsimo, opus fuit, vt qui conſanguinitate proximior de iure legitimus vir futurus eſſet illius, ſe ipſum excluderet, ſuoque cederet iuri, & ſic diues Booz in eius ſuccederet locum, ex quo matrimonio religioſa mulier Ruth diues euaſit, abũdans copijs, vniuerſæque domina facta viri ſui ſubſtantiæ, & ex ea Reges Iſrael, alijque præcellentes, generoſique viri ſumpſere originem. Mirifice hæc hiſtoria præſens refert myſterium: cum etenim eſſet matrimonio copulandum diuinum Verbum terrenæ, ac maxime egenti naturæ humanæ, illud præſtandum erat, vt ſuppoſitum ſeu perſona humana, cui velut conſanguinitate propinquiori illa, vt legitimo debebatur viro iuri ſuo cederet, ſicque in eius ingrederetur ac ſuccederet munus hypoſtaſis diuina naturam ſuſtinens, ac in ſe ipſa ſuppoſitans humanam, ex qua vnione eo euaſit ſplendore præfulgens, totque abundans copijs hominum conditio, vt vniuerſalis fieret homo terræ, cælique dominator, quod ipſe Chriſtus Dominus oſtendit, dicens: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.*

Explicata iam verborum Ioannis littera: *Et Verbum caro factum eſt*; illud reliquum eſt, vt circa ipſa morali immoremur conſideratione: ſunt etenim multis diuiniſque referta myſterijs. Cõpertum ſatis omnibus eſt id, quod maiori nos à
Isai. 59. Deo diuidit, ſecernitque interuallo, peccatum eſſe, & culpam: *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum.* Vnde Paulus, qui ſancta, ac religioſa præſumebat elatione tenaciſsime Deo adhærere, inter innumeros fortiſsimoſque eum infeſtantes inimicos, quorum longum habet catalogum ad Rom. 8. de quibus ediſſerit, hoc eos præſtare non poſse, vt ipſum a Chriſto
ad Rom. 8. ſeparent, ac ſeiungant: *Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti, tribulatio, an anguſtia, an fames? &c.* peccatum minime, ſeu culpam connumerauit: ſciebat etenim, vel ſolum diuiſionem iſtam efficere poſse peccatum: hanc vero vniuerſalem generis humani a Deo Adæ peccatum cauſauit diuiſionem, in cuius tamen reparationem diuina ordinauit, ac diſpoſuit ſapientia, Vt verbum hypoſtatice carni copularetur, vinculis adeo arctis, vt Deo iam arctius vniretur, quam ab eo fuerat ſeparatus homo per culpam. Etenim eam tantum homo amiſit vnionem, quę per habitualem gratiã copulabatur Deo; at per vnionem carnis cum ſuppoſito diuino, non ſolum per gratiã, ſed etiam realis & hypoſtatica facta fuit vnio: vnde & maxima inter humanam diuinãq. naturam orta eſt idiomatum communicatio, ita vt homo ſit Deus, & Deus homo: homo omnipotens, Deus debilis: homo viuit, Deus moritur: nec non ita, vt Deus, & homo ijſdem proſpicerent oculis, vna lingua guſtarent, vna pedibus graderentur ijſdem, & quocumque pergebat homo, pergebat & Deus; vbi ſiſtebat homo, conſiſtebat & Deus. Si homo manducabat, Deus manducabat; & ſi homo dormiebat, Deus dormiebat. mirum in modum hoc explicabant cortinæ tabernaculi, eo inter ſe modo laqueis quibuſdã coniunctæ, & colligatæ, vt ex duabus partibus vna efficeretur, nec mouebatur vna, quin & alia ſimul commoueretur. hoc etiam modo vnionis hypoſtaticæ laqueo erant colligatæ diuina, humanaque natura, vt nec per breue quidem ſpatium moueri poſſet natura humana, quin ſimul etiam & Deus: nec reſpirare poterat homo, quin ſimul reſpiraſſet Deus. Et vt paucis dicamus verbis, mirabilis hæc vnio adeo arcte connexit diuinũ ſuppoſitum cum humana natura, vt Auguſtino teſte, ſi quæ comparari cum ea poteſt, quia Verbum æterno eſt vnitũ Patri, hæc vna eſt. Licet enim illa vel maxima ſit, remanent tamen ſemper perſonæ duæ, & realiter inter ſe diſtinctæ, hæc vero vnio hominis cum Deo ea eſt, vt in vnam indiuiſam, & indiſtinctam conueniant perſonam, vt verba Ioannis indicant: *Et Verbum caro factum eſt.*

Miram ſe oſtendit Ioannes coſmographię ſcientiam habere: etenim incomprehenſibilem Dei immẽſitatem, eiuſque arcana maxime recondita duobus colligit breuiſſimis, & concludit verbis: *Et verbum caro factum eſt*, Solent qui coſmographiæ pollent facultate, prouincias integras, regna, nationes, vniuerſumque vaſtum vniuerſi ambitum breui in pagina veluti compendio exprimere, quod artificioſe adeo præſtant, vt quod diffuſum erat, atque adeo extenſum, vt oculorũ excederet aciem, fugeretque obtutum, anguſta deſcriptum pagina oculis obijciant. Hoc quidẽ vſus artificio, hac Ioannes arte adhibita, compẽdioſa perſtrinxit, ac breui indicauit clauſula, maxima diuinaq. myſteria. Etenim ſi Verbum diuinũ, quod Deus ipſe Filiũ vocat, carnẽ aſſumpſit, Patrem vtique habet, cum Pater, & Filius mutua correlatione referantur: carnem aſſumpſit, nulla viri, ſed tantum adhibita in conſortio Virginis ſancti Spiritus opera. eſt ergo in Deo tertia perſona, atque adeo perſonarum Trinitas. His ſi copulemus, quæ naturali colluſtrata lumine attingit ratio, vnicum ſcilicet tantum eſſe Deum, illico fiet, tres in vnica ſubſiſtere diuina natura perſonas. Inſuper vero, ſi Verbum carnẽ aſſumpſit humanam; ſequitur idem ſuppoſitum eſſe Deum, & hominem: hinc vero omnia deducentur

tur

tur Dei hominiſque, tam humilia, quam ſublimia prædicata, vtramque eius naturam diſerte atteſtãtia. Etenim ſi Chriſtus eſt Deus, erit quidem æternus, incomprehenſibilis, omnipotens; ſi vero homo, erit humanis ſubditus egeſtatibus, fami, ſiti, & frigori, erit paſſibilis, ac mortalis, ſed nullo diuinitatis detrimẽto. Sicut enim arbor ſolis colluſtrata, & præfulgens radijs, nullo ſolis luciſque præiudicio, aut lucis facta ſciſſura præciditur; ſic etiam potuit Chriſtus emori, atque re ipſa, vt homo, nulla diuinitatis iniuria vitã vltima terminare periodo. Si ergo huiuſmodi colligit myſteria, totque perſtringit diuinus Ioannes duobus in verbis arcana, merito
Ioan. 1. peritiſsimi nomẽ ei debetur coſmographi, & præcelſi diuinorum chroniſtæ, dũ ait: *Et Verbum caro factum eſt.*

Communis eſt Patrum ſententia, quod vt Filius Dei pro noſtris Patri ſatisfaceret peccatis, eoque modo ſâtisfactionem perficeret, quod re ipſa iam compleuit, carnem opus erat vt aſſumeret humanã: etenim ſub forma Dei, eius, cui ſatisfactio debebatur, ſatisfacientis vero nuſquã agere poterat vices; humana ergo ſub forma hominis exhibens opera, eiſque æſtimationem, dignitatem, ac valorem ſub formà Deitatis prębens, infinitũ Patri de toto iuſtitiæ rigore debitum reddidit pro noſtræ culpæ reatu.

Athan. de Incar. Verb. Pulchra Athanaſius hoc in loco rationem hanc explicat ſimilitudine. Habet quis apoſtema aliquod, aut vulnus putreſcens, peritus pręſcribit medicus, vt applicato cremetur igne: verum quia ſolus omnino perureret ignis, ſolumque etiam vulnus acueret ſerrum, ferrum igne feruẽs vulneri iubet applicari, eoq; modo proderit, quod infertur cauteriũ vlceribus. Equidẽ præ culpa iacebat homo, miſerrimum dolorum compendium, intellectus caligine obductus, & excæcatus tenebris, voluntas a vero declinans tramite, in malum decliuis pronuſque appetitus, paſſiones, affectiones, prauosq. motus erũpens, anima tandem diuina expoliata gratia; ſi ergo homini ſic conſtituto ſe applicaſſet Deus, iam libertate no eſſet donatus homo; ſuum etenim ardentiſsimum applicans iuſtitiæ ignẽ, totum perdidiſſet hominem, atque in æternas deieciſſet pœnas; non ergo ſanitatem obtinuiſſet, ſed maiori oppreſſus remaneret morbo, culpæ pariter, & pœnæ; ſi vero ſolus puruſque homo hominis vellet mederi vulneribus, inſufficiens quidẽ adhiberet remedium, & diuinam irritaret iuſtitiam, temere præſumens exequi, quod diuinæ tribuitur omnipotentiæ. Illud igitur efficaciſsimum erat remedium exequutioni mandandum, vt diuinæ ignis naturæ humanitatis vniretur ferro, ſicque præſentanea noſtro vulneri applicaretur cauterij medela, vt re ipſa applicata fuit, quando *Verbum caro factum eſt.*

Hoc Incarnationis Verbi, opus illud fuit pręſtantiſsimũ, quod diuinæ metas præſcribit omnipotẽtiæ, nec vltra ipſum aliud poteſt excogitari mirabilius. Plinius in præfatione hiſtoriæ naturalis illud nobilium antiquæ ætatis moris fuiſſe refert pictorum, vt ad calcem deſcriberẽt imaginis: *Apelles faciebat, Polycletus faciebat,* vt hoc loquendi genere innuerent, non eſſe ea induſtria elaboratum opus, quin eruditis pictoris manibus aliquid ſupereſſet expoliendum, Euenit autem, vt celeberrimus pictor Protogenes ea perfecerit arte, illoque elimauerit effigiem artificio, vt nihil omnino perficiendum reliquerit, ſuamq. omnino exhauſerit induſtriã: qua de re non, vt moris erat, deſcripſit, *faciebat,* ſed *Protogenes fecit:* ac ſi aperte dixiſſet, eſt pręcipuum adeo atque egregium hoc opus, vt in eo nihil vltra deſiderari poſſit. Hoc idem conſimili ratione de eruditiſſimo orbis opifice non immerito poſſumus aſſerere, videlicet cum fabricabat creaturas, *faciebat,* vt dixit Salomon:
Quando præparabat cælos, quando certo lege, & gyro vallabat abyſſos. Prou. 8. Ecce faciebat; licet enim perfecta eſſent opera, poterat tamẽ Deus, ſi libuiſſet, efficere meliora, vbi vero hoc mirum diuinumque operatur Incarnationis myſterium, iã non amplius dicitur, *faciebat,* ſed fecit: *Fecit,* inquam, *potentiam in brachio ſuo,* vt ſacra Virgo Luc. 1. decantauit in cæleſti illo ſuo cantico; itaq; fuit præcellens perfectumque opus, vt nullum prorſus recipere poſſit incrementum, maxime cum ſit omnium, quæ Deus fecit, aut facere poſſit, præclariſſimum compendium.

Quid plura in hæc grauiſſima verba: *Et Verbum caro factum eſt,* effundemus? Certe, ſicut omnibus cauſis natura inſitum eſt ſuos conari ſibi reddere effectus ſimiles; ita Deus ſuprema omnium cauſa ſuam quibuſdam creaturis imprimere voluit effigiem; qua de re S. Th. 1. parte D. Th. 1. p. q. 10. Deũ Angelos creaſſe docet, vt in orbe exiſterẽt, qui in modo operandi per intellectum ipſum imitarentur creaturæ, & quoniam quæcumque creata certis terminis circũſcripta ſunt; Deus vero immenſus ſit, & infinitus, nec finiti ad infinitum aliqua ſit proportio, immo potius infinita intercedat diſtãtia: Deus a creaturis, & hæ a Deo longo interuallo diſſidebãt, vnde decãtabat Dauid: Pſal. 88. *Quis in nubibus æquabitur Domino? ſimilis erit Deo in filijs Dei?* Illud igitur erat reliquum, vt Filius Dei ante ſæcula Patris in pectore genitus, Matris in viſceribus gigneretur in tempore, deque thalamo virgineo carne indutus, ſic Patri ſimilis egrederetur, vt a Paulo vocetur: *Figura ſubſtantiæ eius.* Pro cuius veritatis pleniori intelligentia eſt maxima conſideratione dignum, quod edocet Auguſtinus tomo 4. de Incarnatione Verbi, vbi explicat ver- Aug. t. 4. Ad Coloſſ. 1. & 7. ba Pauli ad Coloſſenſes 1. *Imago Dei inuiſibilis,* & c. 7. *Imago bonitatis illius.* Cũ parua in tabula Regis delineatum vides ab artifice vultum; aſſeris, faciem eius refert, illius eſt imago: verum perfecta omnino illius non eſt ſimilitudo, cõtinet enim homo ſubſtantiã, præter externa accidentia, imago vero non ſubſtantiã, ſed ſola accidẽtia refert: operatur vitaliter homo, at effigies opus eſt artificis, quod vitalium particeps eſſe nequit effectuum, cum intrinſeco principio vitæ

ſit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.

Digitized by Google

ſit expers; quod ſi filium quis babeat patris ſpeciem vndequaque referentē exactiſſime, viuum nominamus perfectumque patris ſimulachrum. Ita vero res noſtra ſe habet. Duo extant Deum quæ referunt ſimulachra, alterum artificioſum, ex luti materia efformatum: *Fecit Deus hominem de limo terræ*. Quod quidem imperfecte diuinam refert naturam; Deus enim ſimpliciſſimus, homo compoſitus; Deus purus ſpiritus, homo ſpiritu, & corpore conſtans; impeccabilis eſt Deus, at homo peccabilis; Deus incorruptibilis, corruptioni homo obnoxius. Alterum vero, idque antiquiſſimum ſimulachrū eſt Verbum diuinum, cui ſuā communicans Pater naturam, ei quoque omnes communicauit eſſentiales perfectiones, vnde adeo perfecta Patris euaſit imago, vt ſit originali reſcriptum omnino æquale. Hinc vero euenit, vt Chriſti humanā ſibi copulās Verbū naturā, homo, qui velut artificialis imago Dei erat, adeo eiuſdem naturalis euaſerit effigies, vt vitam contineat, ſicut & Deus; ſapientiam non aliter ac Deus; omnipotentiam habeat diuinam; gloria ſit præfulgens, ac redimitus maieſtatis corona, ſicut & Deus, quod ipſe teſtabatur Ioannes: *Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti a Patre*. Hoc tantum portentum non aliunde ortum habet, quam ex eo, quod *Verbum caro factum eſt*.

Gen. 1.

Ioan. 1.

Superioribus, iamque olim elapſis temporibus aſpera, ac dura Dei vox videbatur, perterrebat enim, & cōmouebat audientium animos, expertus id fuit Adam: *Audiui vocem tuam Domine, & timui*. & Iſraelitæ pauentes conclamabant: *Non loquatur nobis Dominus*. Verum vt ſuauis aureſque demulcēs redderetur, id Deus præſtitit, quod peritiſſimus agere ſolet muſicus, qui vocem cum habeat aſperam, non ſolam eam emittit, vtpote aurib⁹ ingratā, ſed ſuaui dulciq. lyræ ſono, aut citharæ concentu illam lenit, ac temperat, atque hac ratione in auditorum gratiā dulciſſimā componit harmoniā. Certe priuſquam Deus naturam aſſumeret hominis, vocem emittebat ſic aſperam, vt ſemel audita conturbaret aures: *tinnient ambæ aures*. At vero hac copulata voce, verbi media vnione, ſuaui humanitatis Chriſti muſico inſtrumento, eiq; hoc dulci conſonāte ſono, quod etiam Theologi inſtrumentum appellant coniunctum diuinitati, tam gratam concinunt harmoniam, vt eximio eam audire cupiat Sponſa deſiderio: *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora*. Vnde hoc? quia *Verbum caro factum eſt*.

Gen. 3. Exod. 20.

1. Reg. 3.

Cant. 2.

Ante Incarnationis tēpus ſic intellectus excæcata acie errabant homines, vt pauciſſimi, ac velut digito numerabiles fuerint, qui verū Deū agnoſcerent, & venerarentur. In Deum quidam erigebant ſolem ipſum; lunā adorabant aliqui; igni debitum Deo tribuebant plerique honorē; inuocabant nonnulli Iouem; Marti ſe dicabant non pauci; Veneri, aut ſimilibus deriſu dignis multi erant addicti. Huius autem ignorantiæ iſta erat ratio: nam cū Deus purus omnino ſpiritus ſit, omniſque carnis ſecundum ſe expers, illi vero carne, & oſſibus compacti, & corporis mole conſtantes eſſent, omnis autem noſtra cognitio a ſenſu ducat originem, vt philoſophicum eſt proloquium: nō modicam in veri agnitione Dei experiebantur difficultatem. Videns ergo ſuprema diuinaq. maieſtas hac adeo opus eſſe cognitione, vt ſine illa quis vitam conſequi numquam valeret æternam, ſe noſtri coaptauit ſenſus imbecillitati, ſe hominem effecit, veluti ceteri, ſenſibilem, ac viſibilem, vt eum ſenſus percipiat, & hinc ad mentem Verbi diuini in carne pertingat notitia, ſicque maiori ſuum agnoſcat verum Deum facilitate. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Quarta.

De ardentiſſimo veterum Patrū deſiderio videndi Deum in carne humana; necnon de cauſis, ob quas tamdiu diſtulit aduentum hunc, ac tandem de diſpoſitione neceſſaria ad percipiendos mirificos huius aduentus fructus.

NOBILIS auctor Strabo illud in Aegypto Serapis in templo ſe vidiſſe ſcribit, ſtatuam ſcilicet (cuius etiam meminit Pierius Valerianus) quam dux exercitus Menon in montis culmine collocatam habebat vultu ad montem verſo, vt non prius die erumpente, & ſole noctis profligante caliginem, per os illius ſuos traijceret radios, quam in montis eos effunderet radices, atque vicinis illuceret gentibus. Adeo admirabili hæc ſtatua intus extructa erat artificio, vt calor ſolis vrens illam, ſuis radijs quoddam moueret muſicum ſtatuæ incluſum viſceribus inſtrumentum, quod velut ſuauiſsima tuba perſonabat: cum autem inferiorum incolæ regionum ſolis ſpectabant ortum, tunc auroræ eum appellabant filium, eo quod auroræ vices agens, ſolis prænunciabat aduentum. Non inficior quidem Strabonem hanc ſtatuam vidiſſe, vt teſtatur ipſe; at ſolis radios velut manus pulſatrices inſtrumentum pulſaſſe muſicū, Aegyptiacā arbitror ſapere fabellam. Verum quod in illis fabulam, antiquis in Patribus continet veritatem: eos namque diuini ſolis ferientes radij, eorum colluſtrabant mentes, commouebant & linguas; vt ſolis iuſtitiæ Chriſti ortum velut cæleſtes præcinerent præcones. Quod quidem tanta peregerunt ſollicitudine, vt nō ſolum ad ortum auroræ eius promulgarint aduentum, verum

Strab. apud Pier. Valer. l.36.fol.390.

ad

ad noctem quoque intempeſtam eius anxie explorauerint greſſus. quod Iſaias teſtabatur Iſai. 62. cap. 62. *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die, ac nocte non tacebunt.* & cap. 21. ſingulos interrogat ſilentis cuſtodes & cap. 21. noctis: *Cuſtos quid de nocte?* Quæ pars ſupereſt, poſt quot horas noſtro erumpet aurora in hemiſphærio, ſolque ſuos apparebit profundẽs radios. His & conſimilibus ardentiſſimum Patres, quo de Chriſti aduentu flagraſſent, deſiderium pandebant. Qui vero ceteris præcellentes hac in re fuere, hi extiterunt Iacob, Dauid, & Iſaias. Iacob Geneſis 49. vltimam concludens vitæ periodum in hæc prorupit de Gen. 49. ſiderio æſtuans verba: *Spectabo ſalutare tuum Domine.* Ac ſi diceret, en certe vita ſucciditur mea: at Saluatoris aduentus, donec in mundum venerit, in me viua virens ſeruabitur ſpes. Chaldæus Paraphraſtes pulchrum ad Chal. Paraph. hæc verba addit commentum: *Non expecto Saluatorem Gedeon, filij Ioas, qua eſt ſalus temporalis; nec ſalutare Samſon, filij Manue, quæ eſt ſalus tranſitoria: ſed expecto redemptionem Chriſti, Filij Dauid.* Regius quoque vates Dauid ardentibus huius aduentus replebat aerem ſuſpirijs, ſuique videbantur ſibi feruentiora, quam ceterorum Patrum deſideria. vbi enim Pſ. 129. habet vulgata: *A cuſtodia matutina ſperet Iſrael in Domino,* transfert Chaldaica: *Anima mea ardentius ſperauit aduentum Domini, quam vigiles nocturni aduentum matutinum.* Ac ſi dicat, ſicut qui vigilias cuſtodiunt nocturnas, integram noctem ducunt inſomnem, nec oculos quidem occludunt, ne eorum dux dormitantes eos inueniens, in lethalem eos tranſferat ſomnum, qua de re ſolis ortum exoptant auidiſſime, vt perbreui ſaltem tempore ſomnum valeant arripere: ita non minus ardens de ortu ſolis iuſtitiæ Chriſti Dauid profitebatur eſſe ipſius deſiderium. Iſaias etiã maximo animi exarauit affectu, dum ad Patrem æternum dirigens eloquium, proclama- Iſai. 16. bat: *Emitte agnum Domine, dominatorem terræ, de petra deſerti, ad montem filiæ Sion, & eris quaſi auis fugiens in tranſcenſu Arnon.* Patris Filium vult emitti, vt Agnum mitem ſcilicet, & vſque ad mortem Paternis obtemperantem præceptis; vt dominatorem, qui ſciat imperare, & eiuſdem mortis dominium habeat, obtineatque principatum, ſic erit quaſi auis fugiens, in tranſcenſu torrentis Arnon. Aues vbi diſcriminoſum remeare debent riuum, aut maris partem aliquam, illud natura edocente ſolent præſtare, vt vnam præmittant, velut itineris ducem, quæ tutum ſequentibus præbeat tranſitum, vt de marinis anſeribus la- Pier. in Hieroglyphicis. Alc. in Emb. te refert Pierius ſuis in Hieroglyphicis, cuius etiam meminit Alciatus in ſuis Emblematibus. Dum ergo Iſaias optabat Filium Dei, vt auem riui Arnon aduentare, eum, vt ducem expetere videbatur fortiſſimum aduerſus communem humani generis hoſtem, qui nobis iter ad ſalutis portum nitebatur præcludere. Denique ſic ardebant antiqui Patres deſiderio, ſanctoque flagrabant affectu, quod vt magis deſiderij creſceret flamma, & recentior in eis viueret Chriſti aduentus memoria: quidam laminis inſculptum aureis, & alij argenteis, quidam expreſſum tabellis, alij ſuarum manuum in gemmis anulorum eius geſtabant effigiem; vt non obſcure indicant, quæ diuinum Verbum edixit verba Oſeæ 12. *Ego* Oſea 12. *in manibus Prophetarum aſſimilatus ſum.* Iacob quoque in Ioſeph filij ſui eum effinxit virga, atq. hac eam adorauit de cauſa, vt dixit Paulus ad Hebræos: *Adorauit faſtigium virgæ eius.* & Ad Heb. 11. clarius Chryſoſtomus: *Adorauit Chriſtũ in ſuo typo.* S. etiam Iob in teſta, qua ſcalpebat vlcera, Saluatoris effigurauit imaginem, vt teſtatur Gregorius in ſuis moralibus, dicens: *Teſta* Greg. in lib. 3. Mor. c. 21 *ſaniem radebat. Quid enim aliud in manu Domini teſta eſt, niſi caro ex noſtræ ſubſtantiæ luto ſumpta?* Præcipua quoque, quæ in lege ſcripta offerebantur ſacrificia, imagines erant, ac veluti in hominum excitantes memoriam Saluatoris in hunc modum aduentum. Non irrita quidem Deus fecit hæc vota, nec incaſſum diſtulit hæc deſideria: aduenit etenim denique tempus, quo adimpletum fuit, quod præcinebat Dauid: *Reſpexit in orationem humi-* Pſal. 18. *lium, & non ſpreuit preces eorum.* Hunc locum quidam intelligunt de Patribus antiquis, quorum audiuit Deus orationes, vt Filij ſui in mundum accelleraret aduentum: quod quidem recte varijs huius loci concinit tranſlationibus. etenim Chaldæus habet: *Reſpexit in orationem deſolatorum.* alij: *In orationem ſolitariorum.* Sanctus Hieronymus: *In oratione* D. Hieron. *vacui.* Originale Hebræum: *In oratione myrica,* quæ eſt herba quædam valde parua: Hebr. orig. quas quidem omnes vniẽs tranſlationes, idem fuit, ac dicere, audiuit antiquorum Patrum orationes, qui ſine Chriſto omni iacebant conſolatione deſtituti, ſolitarij, humiliati, ac veluti vacui, ac ſuis carentes bonis. Neque ab hoc diſonat intellectu, immo & ei mirum concinit in modũ Ammonij tranſlatio, legentis: *Reſpexit in orationem cicadæ.* Mirifico ci- Ammonius. cadas antiquos appellat Patres myſterio: ſicut enim cicadæ Virgilio referente cæli paſcuntur rore:

Dumq; thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ: Virgil.

Sic & Patres antiqui rorem à Deo cæleſtem diuini Verbi poſcebant in cibum, tamquã eorum abunde expleturum famem: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum.* Vnde ſicut Iſai. 45. iuxta diuerſitatem nationum ſunt diuerſa ſalutationum genera, ita à tempore Moyſis, & deinceps illa erat frequenter vſitata ſalutatio, quam reuelauerat amico ſuo Moyſi, Numeri cap. 6. *Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi,* id Num. 6. eſt, Filium ſuum, quem apte ſatis faciem vocat, quia ſicut per faciem vnum ab alio ſe cernimus, & dignoſcimus; ita per Filium nobis innoteſcit Pater, & à Filio, & Spiritu

ſancto realiter diſtinctum profitemur. Verum quamuis in antiquis ſcriptæ legis Patribus efferbuerit magis Chriſti aduentus deſiderium, ſi tamen res attentius expendatur, late in omnes diffundebatur homines, qui aliqua diuinæ fidei erant colluſtrati ſcintilla, cupiditas Deum viſibili ſub ſpecie videndi, palpandique. Vnde toto tempore, quo ſub viſibilia nubeculæ ſpecie, aut igneæ
Exod. 13. columnæ Deus præibat Iſraelitas, numquam alium tentarunt venerari Deum. At cum primum in monte ſeceſſit, vt legem eis indiceret, quam ſeruarent, eorumque ſe ſubtraxit oculis, importune inſtare cœperunt Aaron, vt Deum ſibi conficeret, quem eis præ-
Exod. 32. uium cernerent oculis: *Fac nobis Deos, qui præcedant nos*. Qua in re ſic enixe agebant, quod licet Aaron rem adeo arduam, ac perdifficilem poſtulaſſet, monilia videlicet, murænulas aureas, & ſimilia, illud ſibi perſuadens, maioris illis futuram mœroris cauſam, monilibus, quam Dijs ſuis expoliari: hanc tamen ſuperantes difficultatem, ac omnibus ſpretis monilibus omnia ei tradiderunt, modo oculis ſpectabilem habuiſſent aliquem Deum. Viros quoque religioſos, ac pios teſtatur Paulus in Actis Apoſtolorum, hoc eo-
Act. 17. dem affici deſiderio: *Si forte attrectent eum, & inueniant*. Hunc denique communem, ac per omnes diffuſum homines affectum cernens Deus, Filium ſuum humana induere carne, ac in terras mittere decreuit, ita vt eum viderent, & manibus contrectent, vt Ioannes
1. Ioan. 1. dixit; *Quod vidimus, & perſpeximus oculis noſtris, & manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ*. Quod igitur his exultans commemorat Eccleſia diebus, augusta ſunt, quæ nobis cælitus mittantur internuncia: iam iam, breue poſt tempus diuinum exequendum fore decretum, humanumque videndi Dei explendum deſiderium: ac ita Eccleſiam ſacris his contemplor diebus ea perfuſam lætitia, qua ſolent Hiſpana regna repleri, dum ex remotiſſimis Indorum Inſulis ingentem auri, & argenti quantitatem, & magnum, maximeque opulentum expectant mercium cumulum, in quo omnes ſuam habent collocatam ſpem: Vt enim tunc magna exultant, ac geſtiunt lætitia, ſcientes iam eſſe diuitias illas inimicis immunes manibus: quod ſi præcedens aliqua portum appellat carinula, iam iam litus attingere opimis nauigium mercibus prænuncians onuſtum, tunc iubilus augetur, magiſque in omnes diffunditur gaudium. Non longe ab hoc diuerſa ratione ſancta Mater Eccleſia his diebus inæſtimabilem theſaurum orientalibus cæli è regionibus aduentantem ſperat, vnde ſuum omne deuenit remedium, æternum videlicet Dei Verbum humana veſtitum carne, eoque nomine nunc maiori exultat gaudio, quia mox duo de eius aduentu læta habuit nuncia. Alterum eſt: *Veniens veniet, & non tardabit*. Al-
terum vero: *Prope eſt iam Dominus*. Quaſi Heb. 10.
dicat, prope eſt iam locupletiſſima Mariæ nauis, ac mane in Bethlehem portum attinget, & è naui ad terras deſiliet gloriæ Dominus. Refert non parum ad rem hanc elucidandam, quod narrat Fabius Pictor, vt extat apud Pierium Valerianum, quod cum Iugurthi- Pier. Val.
ni caſtra diſpoſuiſſent circa Romanorum lib. 13. fol.
Capitolium, illud obſidentes, Romani ſche- 110.
dulam è collo hirundinis ſuſpendentes, in qua modum & rationem clam illis ſubminiſtrandi victum, & potum reddebant, tandem hac inedia ſubuentum eſt illis. Compertum eſt Ezechiam in religioſo ſuo illo cantico Eccleſiam vocaſſe hirundinem, & ſe hirundinis fi-
lium: *Sicut pullus hirundinis, ſic clamabo*. Nunc Isai. 38.
ergo ſacra hæc hirundo à longe clamans dulci melo concinit Regem venturum: *Venite adoremus*: poſtea vero aduentui Chriſti pro-
ximior: *Prope eſt (ait) iam Dominus, ve- Offic. Eccl. in
nite adoremus*. Ac tandem in vigilia Natalis vigil. Natal.
in hæc verba prorumpit: *Hodie ſcietis, quia Domini.*
veniet Dominus, & mane videbitis gloriam eius*. Felix nuncium, quod aduentum Chriſti prædicit, ſed felicior eius aduentus. Vt e-
nim egregie dixit ſanctus Chryſologus: *Dul- D. Pet. Chr.
cis epiſtola, ſed vſque dum veniat, qui miſit, ne- ſer. de Nat.
ceſſarium chirographum; ſed vſque ad debiti red- Chriſti.*
ditionem optimi flores, ſed vſque dum veniant poma*. Vnde quanto Sponſæ gratior eſt dilecti Sponſi præſentia, quam epiſtola, & gratior eſt omnibus creditoribus debiti ſolutio, quam chirographum, & fructus, quã flores; ita amabilior eſt aduentus Chriſti, quam nuncium illius; tamen dum ipſe aduentare differt, gratiſſima eſt illa, quæ noſtris auribus perſonat vox; *Hodie ſcietis, quia veniet Dominus*. Sic enim facile ab eo opprobrio, cuius meminit Dauid, liberabimur, quo gentes nobis tarditatem aduentus Chriſti obiectabant: nam vbi vulgata
noſtra legit: *Exprobrauerunt commutationem Pſ. 88.
Chriſti tui*. alij vertunt: *Exprobrauerunt tarditatem pedum tuorum*. At iam omnino ceſſabit huius opprobrij occaſio, cum cæli nunciũ Dei in carne aduentum præ foribus ſtare, Eccleſia id promulgante, aperte indicet: *Hodie ſcietis, quia veniet Dominus, & mane videbitis gloriam eius*. Non prætermittam hoc loco illorum curioſæ, ſed piæ interrogationi ſatisfacere, qui quærunt, quare cum ſecundus Adam primi Adami iacturam reſarcire venturus, & genus humanum à tyrannica Satanæ ſeruitute crepturus, id per quinque millia annorum diſtulerit, cum tamen prudentis medici ſit graſſanti morbo citiſſime mederi, quod nec negotij difficultas illum deterrere, cum apud Deum non ſit impoſſibile omne verbum; nec notitia, ac limpida cognitio, qua ſe humili atque abiecti ſtabuli hoſpitio recipiendum fore prævidebat, animũ eius auocare potuit, cum videamus eo tem-

pore

pore conſulto veniſſe, quo pauperibus propter multitudinem aduentantium, vt tradit Diuus Lucas, difficilius eſſet hoſpitij receptaculum aliquod inuenire. Diuus Auguſtinus verſans illa verba Pauli, ad Galatas ſcribentis: *Vbi venit plenitudo temporis*, reſpondet ad Dei maieſtatem ſpectare per longiſſima temporum interualla felicem eius aduentum differre, vt ſic amplius diuulgatus, feruentius deſideratus, precioſior, & elatior haberetur. S. Leo Papa exiſtimat Chriſtum Dominum aduentum ſuum in carne diſtuliſſe, vt copioſius tempus mundo ſuppeteret ad præparanda, quæ tãto principi cõſentanea forent, aptiorque, & capacior tanti beneficij, & in Prophetarum oraculis illum prænunciantibus inſtructior mundus redderetur: *Hac ſaluiferi*, inquit, *operis mora capaciores nos ſuæ vocationis effecit, vt quod multis ſignis, multis vocibus, multiſque myſterijs per tot fuerat ſæcula prænunciatum, in his diebus Euangelij non eſſet ambiguum.* Itaque ſicut in religione datur annus probationis, ſeu nouitiatus, qui profeſsionem anteuertit, & ad baptiſmum recipiendum, qui eſt quædam catholicæ fidei profeſsio, præcedit catechiſmus; ita oportuit ante Verbi diuini Incarnationem, & temporalem eius natiuitatem longum temporis interuallum antecedere, vt eo mundus quaſi nouitius, & catechumenus in fide Chriſti venturi inſtrueretur, & vt ex Diuo Leone nuper retulimus, diuinorum arcanorum capacior, & ad profeſsionem fidei pronior redderetur. Cum enim huiuſmodi profundiſsima myſteria, & maxime Dei in carne abditiſsimum ſacramẽtum facultatem naturæ longe excellat, oportuit mentẽ humanam paulatim, ac pedetẽtim, diuina opitulante gratia, rei difficultatem ſuperare. Atq. huc mirifice faciunt verba Cardinalis Caietani, dicentis: *Initiabatur genus humanũ ad futurũ illud in ara Crucis ſacrificiũ*, ac ſi diceret, mundus, quaſi ad diuina capeſſenda hebetis ingenij oportuit vt diu edoceretur, & fidei ſcholam per plures frequentaret annos, vt mortalis naturę aſſumptionẽ ad hypoſtaſim Verbi diuini ſibi facilius perſuaderet. Deinde aliter ad interrogationem factam reſpondere poſſumus, ſi dicamus, Deum non eundem, quem nos vſurpare temporis computum, quia iuxta eius numerationem mille anni ſunt dies vna, vt dixit Dauid: *Mille anni ante oculos eius, quaſi dies heſterna, quæ præterijt.* Vnde diſtuliſſe aduentũ ſuum per quinque annorum millia, quinque dumtaxat dierum, iuxta Dei computum dilatio fuit. Atque in hoc ſenſu non immerito expoſuerim verba Prophetæ Abacuch: *Si moram fecerit expecta eum, quia veniet, & non tardabit.* Videtur hęc duo ſecum pugnare, & moram facere, & non tardare; at non pugnant, quia perinde fuit, ac ſi diceret, ſi iuxta noſtrum temporis computum moram facere videatur: at iuxta diuinum non tardabit, maxime quod Latinum prouerbium habet: ſat cito, ſi ſat bene. [illegible]n ergo de Chriſto Domino dictum ſit, bene omnia fecit, non ſero, ſed ſat cito veniſſe, non immerito dicemus, qui alioquin aduentum ſuum per annorum cẽtena milliaria differre potuiſſet. Gratis tamen conceſſo, quod ſero veniſſet, ſane tarditatẽ temporis celeritate expeditionis tãti negotij, quale toti erat, generis humani redẽptio, ad amuſſim cõpenſauit. vnde egregie illi quadrat cognomẽ illud, quod referẽte Mutiano, vt tradit Pierius, impoſitũ fuit cuidã duci Murice nomine, quẽ cognominarunt Remorã ſalutarem, ſumpta metaphora à piſce maris Remora nominato, de quo Plinius refert, quod tametſi quantitate paruus, tantæ virtutis eſt, vt nauim celeri nauigatione pergẽtem facile ſiſtere faciat. Ratio autem, ob quã illo honorifico nomine ducem illum donarunt, ea certe fuit, quod cum miſſus eſſet à Rege in ciuitatem Guido ad iuuenes omnes eunuchos reddendos (volebat enim Rex gentem illam penitus extinguere) ipſe quantũ potuit in itinere moratus fuit, vt ſufficiens eis ſuppeteret tẽpus ad placandũ Regẽ, & ſententię reuocationẽ obtinendũ: quod quia ita contigit, ſalutarem Remoram illũ vocitabãt, vtpote qui ſua mora eorũ vitæ, & ſalutis cauſa extitiſſet. Cũ ergo moroſa illa aduentus Chriſti dilatio iuxta diuinum decretum nobis proficua fuerit, & in noſtrã ſalutem ceſſerit potiori iure, quam Murice: *Remoram ſalutarem* illum compellabimus. Hac tanta celeritate fuit præditus Saluator noſter, vt Spõſa, quæ ingenium, & indolem eius probe nouerat, ceruo illum compararit, dicens: *Veniet ſaliens in montibus, tranſiliens colles.* Contemplatur hic Sponſa hominem, quaſi ceruum fugitiuũ, Deum autem eius Dominum celeri curſu eum inſequentem, à quo, quouſque illum apprehendit, nec per momentum inſequi deſtitit. Quem figuratum loquendi modũ verba D. Pauli redolent: *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Aufugit Angelus à Deo per peccatum ſuperbiæ, aufugit homo per peccatum inobedientiæ; illum dimittit, hunc inſequitur; illum a ſe abijcit, hunc tenacius, quam dici poſſit, apprehendit, ita vt quod ſemel aſſumpſit, numquam dimiſerit, nec vnquam dimittet. Inter Prophetas etiam hanc Chriſti celeritatem vaticinati ſunt in primis Dauid, dicens: *Exultauit vt gigas ad currendam viam: à ſummo cælo egreſſio eius.* deinde Iſaias ait: *Voca nomen eius accelera.* Cognomen ſane valde illi conſentaneũ, cum breuiori tempore, quam Alexander, non partem, ſed vniuerſum mundum Crucis vexillo in ſublime erecto ſuæ ditioni, quaſi in ictu oculi ſubiugarit. Tandem Malachias præſcius Chriſti celeritatem prænunciauit: *Et ſanitas*, inquit, *in pennis eius*, quaſi dicat, ad ſalutem, & vitam nobis impertiendam non deambulans, non currens, ſed volans venit. Atque ex his præmiſſis hanc, tamquam concluſionẽ elicio, quod cum non tantum Incarnatio Verbi diuini, & natiuitas Chriſti, ſed ſingulæ temporis illius circumſtantiæ, quo dignatus eſt viſitare nos oriẽs

Luc. 2. — Aug. tract. 31. in Ioan. — Ad Gal. 4. — Leo Pap. ser. 3. de Natiu. — Card. Caiet. 1. p. q. 1. a. 5. — Pſal. 89. — Abacuch. 2. — Pier. lib. 10. fol. 177. — Plin. lib. 32. c. 1. — Cant. 2. — Hebr. 2. — Pſal. 18. — Iſai. 8. — Malach. 4.

Digitized by Google

ex alto, in noſtram redundauerint vtilitatem, ac ſingulare commodum, nobis certe incumbit gratum illi hoſpitium præparare, ſed non hac ſolum ratione, ob noſtram vtilitatẽ, ſed propter eximiam eius maieſtatem: ob hanc enim priſci illi Romani vrbanitatis iurium obſeruantiſſimi, Imperatores excepturi, triumphales arcus, variaque ſimulachra ingenti pecuniarum ſumptu elaborata erigebant, & pleraque alia honoris, & reuerentiæ argumenta illis dabant. Sed & Abrahã in hoc hoſpitandi genere omniũ præſtantiſſimus extitit, cuius eximia cura, ac ſollicitudo, quam adhibuit, cum tres Angelos ſub ſpecie peregrinorum in domum ſuam hoſpitio recepit, nos ſtimulare debet, vt excepturi non mortales Imperatores, non ſpiritus Angelicos, ſed ipſum Angelorum Dominum, cæli, terræque ſupremum monarcham, dignum habitaculum diligentiſſime præparemus: quod qua ratione præſtandum ſit, egregie nos edocuit per Prophetam, dicentem: *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei*. Quaſi dicat, offerat mihi orationis ſacrificium, & oratio viam illi aperiet ad fruendum dilecto Filio meo. Vt tamen clare cõſtet, hoc orationis ſacrificium cordis puritatem, tamquam indiuiduum comitem habere debere, vt indicant verba Diui Pauli: *Leuantes puras manus*. obſeruanda eſt tranſlatio Theodoreti, legentis: *Sacrificium ſuper faciem honorificauit me modeſte, & diuinam ſalutem oſtendam ei*. Illud enim verbum, *modeſte*, non ſolum corporis, ſed & morum compoſitionem, & animi rectitudinem indicat, qua præcellere debet, qui orationis ſacrificio vacat. Sed quia nõ ſolum hoc præcipue tempore natalis Chriſti Domini orandũ, ſed mortificatione, & bonis operibus inſiſtendum eſt, ideo Paraphraſtes Chaldæus in commentario huius loci ait: *Domanti fomitem veluti ſacrificium laudis imputabitur ei, & auertet ſe à ſemitis prauis, & oſtendam illi ſalutare Dei*. Cui Paraphraſtis cõſonat verſio Complutenſis Bibliæ, in hæc verba legentis: *Qui honorificat me, corrigit vitam ſuam, & oſtendam illi ſalutare Dei*. Vt hanc autem vitæ correctionem amplectamur, audiamus Prophetam dicentem: *Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum*. quidam legunt, *ſcobebam*, quod idem eſt, ac ſi diceret, cor dolabam, velut ligneam tabulam, vt planum redderem: alij: *Purgabam ſpiritum meum*. Marginalis gloſſa vertit: *Excutiebam ſpiritum meum*, alludens in modum emundandi pallium, excutiendo virga puluerem ab eo: gloſſa Interlinearis, & ordinaria transferunt: *Ventilabam ſpiritum meum*, vt in altum erigens ſpiritum, inordinata deſideria, velut paleæ, à grano bonæ cogitationis, & ſanctæ operationis ſecernerentur, & longius abigerentur. Genebrardus legit: *Vexabam ſpiritum meum*, quaſi diceret, comprimebam dolore, velut ſpongiam cor meum, vt paruos quos genuerat humores diſtillaret, idque vi tanta præſtabat regius Vates, vt continuo diceret: *Defecit ſpiritus meus*. Sane qui huiuſmodi ſibi violentiam infert, maxime his diebus, quibus caro propter ciborum copiam, & frequentem ludorum vſum, confabulationis longioris conſuetudinem, & alia huiuſcemodi, quæ concupiſcentiæ arrident, laſciuire ſolet, & recalcitrare, hic ſine dubio Chriſtum inueniet, quia vt dixit Iob: *Sapientia non inuenitur in terra ſuauiter viuentium*. Si ergo fratres ſapientiam Patris incarnatam inuenire cupitis, non in lautis conuiuijs, non in profanis ludis, non in execrandis choreis, ſed in oratione, in temperantia, in modeſtia, in vitæ probitate, & morum compoſitione, & cum recens nato conformitate inuenietis. Qui cum Patre, & ſancto Spiritu viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Gen. 18. — Pſal. 49. — Ad Tim. 1. — Theod. ſup. pſ 49. — Parap. Cald in pſ. 49. — Bibl. Comp. ſup pſ 49. — Pſal. 76. — Gloſſ. in margin. in pſal. 76. — Gloſſ. Interl. ibidem. — Gloſſ. ordin. ibidem. — Genb. ſup. pſal. 49. — Pſal. 142. — Iob 28.

Homilia Quinta.

Quam lætum fuerit nuncium, quo fuit mundo nunciata Chriſti Natiuitas, & quæ ad illam digne celebrandam neceſſaria ſit mentis noſtræ præparatio.

IN hoc tam proximo Natiuitatis Chriſti die, quo cum pariter noſtra omnium ſalus apparere incipit, dicere iure optimo potero, quod gaudio exultantes quondam illi dixerunt, qui caſtra Regis Syriæ ſpoliauerunt: *Hæc dies boni nuncij eſt, ſi tacuerimus, ſceleris arguemur*. Id enim maxime pertinet ad ſacri verbi præcones, qui merito reprehendendi viderentur, ſi lætis vocibus, & ſummis encomijs tantum Dei beneficium non extollerent, & promulgarent. Hæc tam læta nunciatio ab æterno Patre hominibus mittitur per epiſtolam, cuius candida papyrus eſt Chriſti humanitas, papyrus quidem auguſta, & hieratica, à Deo affabre facta, & quod in ea continetur Verbum eſt æternum, diuinum illud *Alpha, & Omega*, pluſquam aureis characteribus in candidiſſima humanitatis Chriſti charta Spiritus ſancti adumbratione impreſſum. Dies igitur hæc boni nuncij vere eſt, in qua Virgo pariter, & Mater ſicut aurora pulchra, & rutilãs egreditur, humani generis Redemptorẽ, ſplẽdidũ iubar, promiſſumq. ſolem iuſtitiæ parturiens.

4. Reg. 7. — Apoc. 1.

Nam

Nam ſicut ſolis ortus ſine auroræ aliquo detrimento fit, immo auratis illius radijs multo magis decoratur, & ſplendeſcit: ſic Virginis partus ſine aliqua integerrimæ ſuæ virginitatis læſione, vel damno peractus fuit. Quoniam, vt ait Concilium Epheſinum, (Conc. Epheſ.) ſicut intelligendi facultas habet conceptionem, & partum à Verbo intellectuali, ſine aliquo ſuæ integritatis detrimento, ſed potius per illud perficitur; ſic etiam Mariæ Virginis partus non aliquid in ea deterit, ſed multum addit puritatis, & ornamenti. Quod in vitro ſolaribus radijs percuſſo patere aliquo modo poteſt: nam quemadmodum ſol radijs ſuis illud peruadens non frangit, ſed exornat, & magis reddit ſplendidum; ita etiam Chriſtus Ieſus, radius ſplendidiſſimus à Patre luminum progreſſus, in cryſtallina puriſſimæ Virginis viſcera thalamumque penetrans, non diuidit, aut frangit, ſed noua integritate firmat, & nouo ſplendore, ac pulchritudine condecorat. *Dies boni nuncij*, & ſummæ felicitatis eſt hodiernus, ſiquidem per illum nunciatur futura ſalus in xenodochio terrarum, quoniam facta in cælis coniunctio planetarum eſt, quorum felici aſpectu portenditur omnium ægrotantium feliciſſima valetudo; hoc eſt in cælo virginei ventris conſociatio, & inaudita vnio facta eſt duorum mirabilium, & ſupremorum planetarum, videlicet diuini ſuppoſiti, & humanæ naturæ copulatio, qua ægroti peccatores ſceleribus inueterati ſanabuntur. Nam vt omne damnum ſuum à ventre matris hauſerunt, ſicut ſcriptum eſt: (Pſal. 57.) *Errauerunt ab vtero*; ſic etiam remedium illorum, & ſalus ab vtero Mariæ Virginis expectanda erat: illa enim (Matth. 1.) *Inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto.* Certe *dies boni nuncij*, quo nobis nunciatur iam ad litus appellere nauim virgineam, onuſtam auro precioſiore, quam quod produxit Arabia, ac multo etiam excellentiore, quam quod Salomon à regione Ophir tranſuehi iubebat. Iam proxima litori eſt nauis, ſancta Maria, in porticu Bethlehem adeſt, & (Luc. 2.) inde felici aura flante progreditur Nazareth ſoluere tributum à Cæſare impoſitum: quod quidem facile præſtabit, cum opes eius ſint immenſæ, & theſaurus infinitus, propter vnum, & ſolum inæſtimabilis precij numiſma, quod ſecum habet duplici vultu ſignatum, quod eſt Chriſtus, qui licet ſit vnus ſuppoſito, Dei tamen, & hominis habet vultum, illo Patri, hoc Matri ſimillimum. Satis ſuperque profecto valebit adeo locuples Virgo Cæſaris tributi impoſitioni ſatisfacere, cum intra viſcera ſua, tamquam intra maritimum conchyle geſtet vnionem fulgentiſſimam, & margaritum illud precioſiſſimum, Verbum Patris æterni, cui perquam optime conuenit nomen margaritæ, ſicut ipſe Chriſtus in Euangelio ſe nominauit, quam vt comparare poſſimus, vendere nos iubet, (Matth. 13.) quæcumque habeamus: *Inuenta vna precioſa margarita, abijt, & vendidit quæ habuit omnia, & emit eam.* Quod margaritæ nomen ſatis conuenienter Chriſto aptatur: nam vt margarita ex rore cæli in conchyle fluente coaleſcit, ita in Mariæ Virginis ventrem defluente cæleſti rore Verbo æterno (vnde dictum: *Rorate cæli deſuper*) (Iſai. 45.) conflata fuit inæſtimabilis margarita, nempe Chriſtus, non quidem his ſubiectus incommodis, quæ de margaritis ſcribit Geminianus, dicens: *Margaritas, cum intra conchylia morantur, ſi tempeſtas tonitruum, & fulgurum ingruat, ſolitas pati abortum.* (Gemin. lib. 2 de metal. c. 7) Quod in Chriſto nequaquam habet locum, cum ſemel incluſus precioſiſſimo conchylio virginei ventris, & peracta diuini Verbi cum natura hominum vnione, nulla poteſt eſſe tanta procella, nullum tam aduerſum ſidus, nulla cæli intemperies tanta, qua hic amoris nexus tam ineffabilis conceptionis, atque vnionis diuinum ſacramentum diſſolui queat: *Hæc dies boni nuncij eſt*, (Hierem. 31.) quam præuidens Hieremias annunciabat, dicens: *Nouum creauit Dominus ſuper terram, mulier circumdabit virum.* Quid mirum, ô ſancte Propheta, ſi mulier circumdet virum? hoc ne nouum tibi videtur? Nihil certe magis vſitatum, aut commune, quam à prægnante muliere filium proprijs viſceribus circumdari, & ſepiri. ſed re vera magna in his verbis myſteria reconduntur. Primum enim, etſi nouum non ſit, ſed frequenter accidit, vt qui amans eſt, amatæ puellæ domum circumuagetur, & repetitis greſſibus pererret (id enim quotidie cernimus) inuſitatum tamen eſt, vt puella ipſa, ſi modo honeſta eſt, domum amantis adeat, & circum illam deambulet. Hoc autem ſacratiſſima Virgo vnicum, & ſummum honeſtatis exemplum ita præſtat, vt non ſolum domum amantis circumdet, ſed ipſum captiuum abducat, & illum quaſi in vincula conijciens intra viſcera ſua clauſum cuſtodiat, quod cum hactenus ſit inauditum, & ab ipſa tantummodo adumbrante Spiritu ſancto factum, merito dixit Propheta Hieremias: (Ibidem.) *Nouum creauit Dominus ſuper terram, mulier circumdabit virum.* Præterea quod mulier tenellum infantem ſuis viſceribus cingat, & circumſepiat, quotidianum, vt docet prægnantium experimentum: quod autem contineat, & includat virum à momento ſuæ conceptionis integritate mentis, & iudicij perfectum, qualis erat Chriſtus, id certe adeo eſt præter vſum, & conſuetudinem, vt à ſæculo non ſit auditum. Iure igitur inquit Hieremias: *Nouum creauit Dominus, &c.* Qua in re Virgo Deo gratiſſima, Prophetis omnibus, & Patriarchis antiquis longiſſime præſtitit, & antecelluit: nã ipſa ſola poſſedit, quod illi tantũ ſperauerũt, & præſentẽ intuita eſt Dominum, quem ipſi luce quadam ſubluſtri & tenui præuiderunt abſentem, vt dixit Apoſtolus: *Iuxta fidem defuncti ſunt omnes acceptis repromiſſionibus, ſed à longe eas aſpicientes, & ſalutantes.* (Ad Heb. 11) Quod certe veriſſimum eſt, quippe illos ſola ſpes aluit promiſſorum, & flore tantũ, atque odore futuri fructus, qui per Incarnationem Verbi prouenire debebat, læti fruebantur

Virgo autem hunc ipſum optatiſſimum fructũ accepit, & à ſe ipſa legit, vt in eius Angelica ſalutatione fatemur, ab Elizabeth verba mutuantes: *Benedictus fructus ventris tui*. Præclara, & mirabilia fuerunt Abrahami, Iſaac, & Iacob deſideria videndi Chriſtum, ſed præcurrit Virgo illis, & præcelluit. Pendebat hoc vellus aureum, diuinum nempe Verbum, tamquam precioſiſſima gemma ad pectus Patris æterni, & vinculo Spiritus ſancti, quod à ſancto Thoma vocatur nexus Patris, & Filij, tenebatur illigatum, ad quod videndum, & apprehendendũ, quoad fieri potuit, antiqui Patres per fidem cucurrerunt.
Gen. 22. Cucurrit quidem Abraham veloci raptus greſſu, & in montem aſcendens filium ſuum ſacrificaturus, in eius non vulgarem gratiam fuit amotum velamen, quo tantum arcanum operiebatur.
Ioan. 8. Vnde eſt de illo ſcriptum: *Vidit, & gauſus eſt*. Non tamen eo Abrahã peruenit, vt quod viderat acciperet, & poſſideret. Cucurrit quo-
Ibidem. que dilectus filius eius Iſaac, etſi onuſtus faſcina lignorum, quę Pater humeris impoſuerat, ſed tantum vidit Chriſti vmbram, quippe ſe ipſum intuens, Chriſti noſtri Saluatoris Crucem pro
Gen. 32. nobis portantis videbat imaginem. Cucurrit tandem Iacob cum Angelo luctatus, ſed ei ſolũ lucta diuini amoris, cum ipſo Deo adumbrata fuit. Sola vero ſanctiſſima Virgo, quod omnino careret affectibus inordinatis, quibus tamquam pondere grauiſsimo in curſu, & progreſſu cognitionis Dei retardamur, præ ceteris cucurrit, & propoſitum certaminis brauium, quod erat Verbum diuinum, apprehendit, & ſcrinio ſui ſanctiſſimi corporis incluſit, impleto quod Paulus di-
1. Cor. 9. xit: *Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit bra-*
Plutarchus. *uium*. Antiquitas, vt refert Plutarchus, ſignificatura feminam prægnantem, ſolem, & in medio eius ſtellam pingere ſolebat, vt innueret, quod quemadmodum ſtella lucem, qua ſplendet, accipit a ſole mutuam, ſic infans à materna viſceribus vitam, qua fruitur, mutuatur. Egregie accommodatur hęc figura cuiuis mulieri prægnanti, ſed vt ſacratiſsimæ Virgini conueniat, mutanda, & inuertenda eſt: non enim ſtella in vmbilico ſolis, ſed ſol in gremio ſtellæ depingendus eſt. Quæ autem hæc ſtella eſt, niſi Maria? Quis iſte ſol, niſi iuſtitiæ ſol Chriſtus, qui in medija eius viſceribus deliteſcit? Intrauerat antehic ſol alia ſigna Zodiaci, preſſerat iã ſcorpionem, & leonem, tuncque ſui furoris potentibus vnguibus magnam ſtragem fecerat, & ſuæ iuſtitiæ dentes exacuens, ac defigens in peccatores, horribilem edebat carnificinam. Nunc autem poſtquam feliciter hic iuſtitiæ ſol Virginis ſignum occupauit, viſcera Mariæ ingreſſus, cum illa ſit benigna ouis, & manſueta, factus quoq. Agnus eſt benigniſsimus, & ſũme placabilis. Hoc intelligere poteritis, ſi memineritis, quod contigit Dauidi, qui vt ſacra pagina memorat, dum ciuitas Bethlehem Philiſtæorũ obſidione tene-
2. Reg. 23. batur, ſiti laborans, dixit: *O ſi quis mihi daret potum aquæ de ciſterna quæ eſt in Bethlehem?* Quibus auditis verbis milites tres per mediã Philiſtium phalangem irruẽtes aquam arripuerunt, quam Regi oblatam ille bibere recuſauit. Cur autem hoc? niſi quod non illa erat aqua, cuius potiendæ ſiti ardebat: aqua enim, quam Dauid exoptabat, illa prorſus erat, quam ad Bethlehẽ Mariæ reperiet; hæc ſola eſt, quam qui biberit, non ſitiet iterum, ſola, quæ ſitim humani generis, nedum Dauidis explere poterit. Vnde eleganter Sophronius orat. in natalitia Chriſti, ſic loquitur: *Etenim Dauid in Regem a Deo aſſumptus, cum Philiſtæorum acie vndique coerceretur, ſpiritualis ſiti arens, ardenſque, ſalutarem aquam ex ciſterna, quæ erat in Bethlehem, bibere deſiderabat: Aqua autem, quã myſtice ille expectabat, & viua erat, & omnes, qui ex ea bibebant, diuina virtute viuos efficiebat. Ciſterna autem hæc ſacra ſacratiſſimam Virginem deſignabat, quæ Deum paritura erat; Propheta enim erat, & figura de Chriſto qui eſt aqua viua, omnibus vitam infundens, deque myſtica, & ſpirituali ciſterna, quæ aquam illã, quæ numquam deficit, vtero comprehenſam in lucẽ edidit*, hæc Sophronius. Verum vt ea cum reliquis, quæ de aqua Bethlehemiticę ciſternę dixi, facilius intelligatis, notandum eſt, aquam nubibus recẽs lapſam aſperam eſſe ſolere, ac ſtomacho parum aptam ad ciborum decoctionem, vt medicorum doctrina, & ipſa experientia docet: at ſi per aliquod tempus intra ciſternam commoretur, amittit acerbitatem, & guſtui, atque ſtomacho melior effecta ſanitati corporis magis accõmodata eſt. Deus noſter in ſacris Biblijs, ſicut aliquando ignis, ita & aliquando pluuia nuncupatur: *Deſcendit ſicut pluuia in vellus*. & Pſal. 71.
alibi: *Nubes pluant iuſtum*. Erat Deus noſter Isai. 45.
aſpera olim aqua, atque ita vehemens, vt eius impetu, & exundatione fuerit obrutus terrarum orbis, ruptis cæli cataractis. Erat tunc aqua minus grata bibentibus: at poſtquam à cælo lapſa in ciſternam Spiritus ſancti, hoc eſt, in Mariæ viſcera defluxit, & ibi conſedit, inſuauis, & aſpera eſſe deſijt, redditaque eſt grata, & ſalutifera, quam regius Propheta bibere cupiebat, cum dixit: *Quis mihi dabit potum aquæ de ciſterna, quæ eſt in Bethlehem?* Hanc autem obtinere cum non potuiſſet, bibere renuit à militibus oblatam. Quam popule Chriſtiane, ſi, vt olim Dauid, expetiſ, ſi illius ſiti teneris, corripe greſſum tuum, & accede Bethlehem, bibe aquam de ciſterna ſalutis, auidius extingue ſitim, oreque pleno fauces prolue: cras enim vitæ fluuius alueum egreſſus Chriſtus Dominus à maternis viſceribus proſiliet, & verus fons aquarum viuentium, terram animarum noſtrarum infœcundam ſuo fluxu reddet fertilem, & inſtar Aegyptij Nili, ſteriles peccatorum animas gratiæ irrigatione faciet fœcundiſſimas. Vtar libenter in hac re verbis Ioſue: *Sanctificamini, cras enim* Ioſue 3.
faciet Dominus inter vos mirabilia. ſed quæ hæc ſunt mirabilia? *Ecce arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos*. Hæc arca myſtica Virgo Ibidem.
eſt ſacratiſſima, quæ portauit in ſino dulciſſimum illud manna cælo delapſum. Huius veſtigia ſequamur, ſi aberrare nolumus, ipſa nobis

 præ-

prælucebit, quippe mundi lucem geſtat. Pergamus, precor omnes, profunda, & ardenti contemplatione Virginem comitãtes, vt Bethlehem vſque peruenientes feliciter intereſſe pulcherrimæ Rachelis partui feliciſſimo, & optatiſſimo valeamus. Ne patiamur noſtram illic deſiderari pręſentiam, adeſſe properemus diuinæ Saræ partui, quæ nobis pariet filium, de quo melius, & verius dicere illa poterit, quod Sara de filio ſuo dixerat: *Riſum fecit mihi Dominus*, quaſi dicat, lætitia me affecit Dominus, filium mihi præbens eum, qui eſt Angelorum gaudium, & Dei ſumma lætitia, ac delectatio. Quare hiſce diebus de hoc myſterio cogitare, de hoc loqui debemus, hæc ſit corporum, & animorum oblectatio, non conuiuia, non tripudia, non choreæ, aut minus honeſti ludi, quibus parum pij, & religioſi homines ita dant operam, vt magis Bacchi, & Epicuri, quam Chriſti natalem diem celebrare videantur. Legimus in ſacris litteris Tobiam ſuam pietatem eo potiſſimum oſtendiſſe, quod omnibus ad idola, quæ fieri iuſſerat Ieroboam, adoranda currentibus, ſe ipſe ſurripuerit, & fugiens impietatem, in Dei templum, vt precibus, & receſſui vacaret, feſtinauerit. Incumbat igitur quiſque veſtrum, ſi ex animo Chriſtianus eſt, in ſancta, & pia opera per hos potiſſimũ dies, in quibus diabolus nomine ſignificatus Ieroboam, id eſt impugnans populum, animas piorum diligentius expugnat, ab operibus honeſtis, & rerũ diuinarum contemplatione quibuſcumque poteſt artibus, & dolis auocans: cui facile reſiſtemus, ſi carnis illecebras, & ludorum delectamenta fugiamus. Nunc tempus eſt, vt Tobiæ ſectantes exemplum, religioſis precibus, & pijs occupationibus animum intendamus: æquum enim eſt, vt tãtum feſtum expectantes, quale craſtina die celebrabitur ad Bethlehem, reliqua omnia, quæ corporis delectationem afferre poſſunt, negligantur. Quanta vero opus ſit puritate mentis ad hunc diem feſtum digne peragendum, vel inde poteritis conijcere, quod huius feſti ſpectatores eſſe voluerant ſpiritus cæleſtes, hymnis, & canticis exultantes. Scriptum eſt in libro Regum, a Saule ſplendidum, & lautum conuiuiũ factũ ſuæ Regiæ proceribus, ad quod illi debito tempore venientes præter vnum Dauid, & aſſignatis locis conſidentes menſis accubuerunt. Saul autem locum Dauidis vacuum intuitus, interrogauit Ionatham, cur Dauid non adeſſet? cui reſpondit: *Rogauit me, vt iret in Bethlehem. Dimitte me, quia ſacrificiũ ſolemne eſt in ciuitate mea.* Hæc ipſa verba quiſque veſtrum his temporibus dicere deberet amicis, familiaribus, & vicinis, cum ad ludum, conuiuia, choreas, & minus honeſtam mulierum confabulationem hortantur, vbi manifeſto Deum offendendi periculo exponimur: quod facile repellemus, ſi precibus illorum abnuentes reſponderimus: Dimitte me, quia ſacrificium ſolemne eſt in ciuitate mea. Quod ſi adeo, ô Chriſtiane, duceris voluptatibus, & gaudijs abſtinere doles, animaduerte hæc ipſa multo cumulatiora, & ſuauiora inueniri ad Bethlehem, vbi ſi muſicis delectaris, Angelorum audies voces dulciſſimas in porticu reſonantes: ſi rerum pulchro afficeris aſpectu, ecce aderit Virgo honeſtiſſima, cuius pulchritudinem ſol, & luna mirantur, & quæ in te miros caſtitatis amores excitabit. At ſi conuiuiorum accubationes delectãt, & dapes expetis regales, quid ſplendidius, vel quod ciborum genus ſuauius, quam quod Deus in hoc Paſchate ex carne, & ſanguine ſuo in altaris menſa omnibus proponit? Si tandem frui ſtudes diuitijs, atque theſauris, quos ſecum diuinus hic infans affert, accede, quæſo, probans tamen te prius, atque diiudicans, ad illam Angelorum menſam, quæ cunctis expoſita eſt in Bethlehem. nam ſi Bethlehem idẽ eſt, quod domus panis, nihil profecto magis dici poterit Bethlehem, quã ſacrũ iſtud Euchariſtię tabernaculum, vbi pro animarum cibo, & delectatione poſitus eſt Angelorum panis Chriſtus Ieſus. cui ſit honor, & gloria, &c.

Gen. 21.

Tobie 1.

1. Reg. 20.

Homilia Sexta.

Multis ſacræ Scripturæ locis pulchre explicatis, Chriſti Domini feliciſſima natiuitas illuſtratur, multiplices eius fructus egregia Patrum teſtimonia oſtentant.

AVREVM eloquentiæ flumen S. Chryſoſtomus in perelegauti, quam ſcripſit pro Philogono oratione, maieſtatem, ac celſitudinem huius feſtiuitatis contemplans, ait: *Feſtum eſt omnium feſtorum maxime venerandum. quod ſi quis appellet omnium feſtorum metropolim, haudquaquam aberrat.* Apte ſane vocat hoc celeberrimum natiuitatis Domini feſtum aliorum feſtorum metropolim; nam ſicut Græce vrbs illa, quæ matrix eſt, & potiſſima ceterarum, metropolis nuncupatur; ita veneranda natalis Domini feſtiuitas, quia radix eſt, & origo ceterarũ. Si enim Chriſtus natus non fuiſſet, certe nec circumciſus, nec à Regibus adoratus, nec in Thabore transfiguratus, nec in cibum, & paſtum datus, nec in Crucem actus, nec à morte ſuſcitatus, nec in cęlum aſſumptus fuiſſet; ideo Chryſoſtomus feſtiuitatem natalis reliquarum metropolim merito vocitauit. Verum quantumuis præcellens, ac ineffabile ſit hoc ſacramentum, effari non deſinam, quę diuino afflante Spiritu concepi: ad id enim egregia Diui Cyrilli verba me non modo excitant, ſed

Chryſoſt. in oratione pro Philogono.

D. Cyrillus.

ſed ſtimulant, ſed prouocant, immo & compel-
lũt: *Nunquid, ait, quia totum flumen bibere nequeo,
id quod mihi commodum eſt, ſub menſuram non bi-
bam? Cum ſolem comprehendere nequeam, nunquid
illius lucis vſum quantum ſufficit non aſpiciam? &
ſi in hortulum magnum ingreſſus fuero, & omne fru-
ctuum genus comedere non potero, vis vt eſuriens
inde exeam?* quaſi dicat, minime id rationi con-
ſentaneum arbitror. Pelagus ſane eſt profundiſ-
ſimum hodiernę feſtiuitatis myſterium, vnde
qui illud totum bibendo exhaurire tentarit, fa-
cile ſuffocabitur. At quantum ad ſobrietatem
opus eſt ebibere nobis nequaquam interdicitur.
Exod. 3. Scio Moyſem in typo flammæ ardentis in ru-
bo, qui nõ cõburebatur, huius myſterij vmbram
agnoſcentem, legationem Domini recuſaſſe, &
tardioris, ac imperitioris linguæ ſe confeſſum
fuiſſe; at tunc non miror eum diſerta lingua non
eſſe præditum ad diuina myſteria, cæleſtiaque
ſacramenta referenda, quia tametſi Deus ſplen-
didiſſimũ lumen ſit, & tenebræ in eo non ſint vl
læ, tamen vt ait Apoſtolus, lucem habitabat
1. Tim. 6. inacceſſibilem, *Quam nullus hominum vidit, ſed
nec videre poteſt.* Nunc autem in aurea, ac ſplen
Ioan. 8. denti lege gratiæ adeſt Chriſtus lux vera: *Ego
ſum lux mundi*; lux, quæ nobiſcum habitat, *Et ha-*
Ioan. 1. *bitauit in nobis*: lux, quæ, vt ait Ioan. *Illuminat
omnem hominem venientẽ in hunc mundum.* Certe
tanto lumine irradiati ad contemplationem
huius myſterij mentis aciem conuertere, non au
daciæ, ſed pietati aſcribendum eſſe reor. Adum-
bratam in primis reperio Chriſti Domini in
eximia paupertate ſingularem natiuitatem, tum
Exo. 2. in Moyſe, qui in ciſtella bitumine linita, tanquã
in cunabulo infans poſitus, fluminis aquis com-
mendatus fuit, quem ancilla quædam videns di-
xit, de pueris Hebræorum eſt hic: tum in Rege
Theodoret. Cyro, qui, vt Theodoretus teſtatur, in nemora,
priuſquam adoleſceret, proiectus, ſumma cum
inopia educatus eſt. Chriſtus Dominus, de quo
2. Cor. 8. D. Paulus ait: *Qui cum diues eſſet, pro nobis ege-
nus factus eſt*, hanc egeſtatem ab infantia ſuſti-
nere non recuſauit, vt nobiſcum, habitu inuen-
tus vt homo conuerſaretur, quia vt ipſe ait, lu-
dens in orbe terrarum, delitiæ meæ eſſe cum fi-
lijs hominum. Quem locum vt explicemus, ob-
ſeruandum eſt, verbum illud, *ludens*, idem hoc lo
co eſſe, quod *pugnans*: licet enim ludere volupta
tem, pugnare vero laborem præſeferre videa-
tur, ſacrorum tamen voluminum monumentis
apertum ſit, ludere pro pugnare non ſemel in ſa
2. Paral. 2. cra Scriptura accipi. Libro namque Paralipom.
habetur: *Surgant pueri, & ludant*, & ſurrexerunt
viginti quatuor iuuenes inter ſe acerrime digla
diantes, grauiſſimeque inuicem percutientes.
Eccle. 47. Eccleſiaſticus etiam cap. 47. loquens de Dauid,
ait, *luſit cum leonibus tanquam cum agnis*: id eſt, ita
facile leones expugnabat, ac ſi agni eſſent. Cum
ergo Sapientia Dei increata ait, quod ludebat
in orbe terrarum, indicat olim cruento bello or
bem expugnaſſe; nunc millia millium hominum
eadem nocte interficiens; nunc fame, & peſte ve-
xans, atq. integra regna deuaſtans; nunc grandi-
nem, ſulphur, & ignem de cælo proijciens, &
pene innumeris alijs supplicijs orbem contri-
ſtans. Si tamen Deum interrogemus, quem in his
ſenpum conſpexerit, quem finem ſibi præfi-
xerit, reſpondet hunc fuiſſe, vt hominibus ditio-
ni, ac dominio ſuo plene ſubiectis, facilius eorũ,
quę ſibi gratiſſima erat, ſocietate potiretur, quia
delitiæ eius, eſſe cum filijs hominum. At cum
homines blãditijs magis, quã minis, & terrori-
bus alliciantur, noua bella elegit Dominus, vt di
xerunt Debbora, & Barac Iud. 5. non iã enſe tru- Iud. 5.
cidante, non grandine deuaſtante, non igne ab-
ſumente, ſed oſculis, & amplexibus gratiſſimus
omnium oculis factus infans, obſtinatos animos
expugnat. Memini olim, cũ Alexander nobiliſſi-
mã Byzantij vrbẽ dominari cupiens, eam obſi-
dere ĩgẽti armatorum militum exercitu pro-
peraret, philoſophus quidam obuiam ei venit,
dicens, quare, ô inuictiſſime Alexander, cum te,
nec tuos vlla vnquam iniuria affecerimus, ita
nos expugnare tentas? reſpondit ille: pulchritu-
dinem, ac nobilitatem illius inclytę ciuitatis mi
rabiles in ſuo animo amores excitaſſe, & hanc
ſolã extitiſſe cauſam, vt eam ſuo dominio ſubiu-
gãdã pro viribus curaret. At tunc philoſophus:
non igitur (inquit) ſi amor te cõpellit, enſe eua-
ginato opus eſt, arma ęrea depone, & dulci tua lo
quela, ac priſtina tuę beneficẽtiæ cõſuetudine pu
gna, & abſque dubio eã expugnabis. Præſtitit ita
Alexander, & Byzantij dominus factus eſt. Non
diſſimiliter videns Deus, quod innumeris ab eo
illatis in genus humanum ſupplicijs adhuc ho-
mines recalcitrantes, ac rebelles perſiſtebant,
bellica diuinæ iuſtitiæ tormenta in muſica in-
ſtrumenta, quibus hodie Angeli concinunt, com
mutat, vt nos omnes ad amorem ſuum alliciat,
quia delitiæ eius ſunt, ipſo atteſtante, eſſe cum
filijs hominum. Hoc ipſum perſpicue ſatis no-
bis ob oculos ponit mirabilis illa Danielis vi-
ſio, huic argumento mirifice conſentanea: cum
enim apparuit ei Angelus chryſolitho indutus,
æreiſque brachijs compactus, exanimis in ter-
ram cecidit, & diſſoluta ſunt oſſa eius, *In viſione
tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil in me
remanſit virium, & quomodo poterit ſeruus do-
mini mei loqui cum domino meo?* Poſtmodum
vero Angelo ſibi iterum apparente non priſtina
Angeli ſpecie, ſed in forma hominis, fatetur ſe
ſumma alacritate perfuſum vires reſumpſiſſe:
*Rurſum, ait, tetigit me quaſi viſio hominis, & con-
fortauit me, cumque loqueretur mecum conualui, &
dixi, loquere domine mi, quia confortaſti me.* Ita
proculdubio intuens Deus, quod nõ ſolũ viſione
eius ſub ſpecie Angeli, ſed ſermone tantũ ipſius
homines deterrerentur, & ad illũ accedere per-
timeſcerent, hoc ſtupendũ mediũ, vt eos ſibi con
ciliaret, quia delitiæ eius ſunt eſſe cum filijs ho
minum, diuina eius adinuenit ſapientia, vt ſub
forma hominis, neruis, oſſibus, & carne, inſtar
illorum compacti, oculis omnium ſe conſpicabi
lem obijceret. Huc etiam facit illud Abacuch: Abacuch. 3.
*Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pha-
ran*: quem locum licet libro precedenti expoſue-
rimus,

rimus, aliter tamen nunc eundem elucidabimus ex illo Deuter. 33. (Deuter. 33.) *Dominus de Sinai venit, & de Segor ortus eſt nobis apparuit de monte Pharã.* Non abſque myſterio Abacuch prætermiſit montem Sinai: nam cum in illo cælo tonante, & fulgurante ſummo cum audientium ſtupore Dominus legem ſuam dediſſet, conſulto illum prætermiſit, de incarnatione Verbi diuini agens, quod ſuauiſſimam gratiæ legem ſecum afferebat. Meminit tamen duplicis montis: vnius, qui erat ab Auſtro, ſcilicet Segor, & alterius, qui vocabatur Pharan, quia in his duo potiſſima Verbi incarnati beneficia non obſcure adumbrata fuere. (Num. 21) In monte enim Segor iuſſit Deus æneum colubrum exaltari, cuius aſpectu infirmi ſanabantur, quod ſatis aperte ſanitatem, quam per Crucis myſterium peccatores habituri erãt, præfigurabat; & victoriam, quam de antiquo ſerpente obtenturi eramus, perſpicue delineabat. (Numer. 11.) In monte autem Pharan, vt habetur lib. Numerorum, religioſi illi ſeptuaginta ſenes Spiritus ſancti gratia repleti fuere, quod Spiritus ſancti aduentum (Act. 2.) ſuper ſeptuaginta Chriſti diſcipulos, de quibus ait Lucas: *Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto*, ſatis ad viuum exprimit. Non prætermittam ad idem inſignem Iſaiæ locum: (Iſaiæ 62.) *Propter Sion non tacebo, & propter Hieruſalem non quieſcam, donec egrediatur, vt ſplendor, iuſtus eius, & Saluator eius, vt lampas accendatur, & videbunt gentes iuſtum ſuum.* Loquitur aperte Propheta de Chriſti natiuitate in carne humana, ſummiſque precibus a Deo efflagitat, vt egrediatur Filius e ſinu Patris in viſceribus Virginis carnem aſſumpturus; ſed non vtique poſtulat, vt deſcendat, vt ignis, cũcta comburens, iuxta illud Moyſis: (Deuteron. 4.) *Audi Iſrael, quia Deus tuus ignis conſumens eſt*: ſed quod egrediatur, vt ſplendor, qui illuminat, confouet, & delectat, & vitrum, quod penetrat, non lædit, nec frangit, ſed pulchrius, & ſplendidius reddit, vt perſimilem huic intelligamus fuiſſe egreſſum Chriſti ex thalamo virginali, non ſolũ illæſa permanẽte, ſed illuſtriori facta Deiparæ Mariæ virginitate. Petit etiam, vt egrediatur velut lampas accenſa. Lampas enim quid aliud eſt niſi vas vitreum, in quo oleum, & aqua infunditur, vt ardeat, & lucem reddat? Optabat ſane Iſaias videre Filium Dei intra vas fragile, & vitreum noſtræ humanitatis concluſum, & in templo Eccleſiæ catholicæ ad illuſtrandas mortalium mentes, quæ caliginoſis peccatorum tenebris obſcuratæ erant, exiſtẽs. In lampade quidem accenſa quatuor præcipue inuenies, vas vitreum, oleum, aquam, & lucem; hæc eadem contuere in Chriſto recens nato, corpus tenerum, & infantile, ecce vas vitreum, & fragile; lacrymas ex oculis fluentes, ecce aquam ſingularem; ac inauditam miſericordiam, quam nobiſcum habitans impertitur, ecce oleum miſericordiæ ſymbolum; ſplendentes radios, quos e vultu ſuo emittebat infans, ecce lucem, ſed non inacceſſibilem: ſiquidem ad eam non ſolum Reges, ſed & humiles paſtores, immo & animalia rationis expertia acceſſere. Vocat tandem Iſaias Chriſtum Dominum iuſtum, quia ipſe iuſtus eſt per antonomaſiam, & auctor iuſtitiæ, immo vt ibidem habet Hebraica lectio, ipſe eſt iuſtitia, & ſalus Dei.

His omnibus egregium alium Zachariæ locum (Zachar. 1.) natiuitatis Chriſti myſterium adumbrantem ſubnectam, quem licet hoc libro iterum explicẽ, aliter tamen, quam nunc: *Vidi*, ait, *per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter myrteta, quæ erant in profunda.* Virum hunc aſcendentem Verbum diuinum intelligo; equus autem rufus, rufa Chriſti caro eſt, ſuper quam diuinum Verbum aſcendens per noctem, dum medium ſilentium tenerent omnia, vt ait Sapiens, & nox in ſuo curſu medium iter habe- (Sapient. 18.) ret, omnipotens ſermo tuus Domine exiliens de cælo a regalibus ſedibus tamquam fortiſſimus debellator in ciuitatem Bethlehem proſiliuit. Ait autem illum ſtare inter myrteta, vt ſignificaret, amorem fuiſſe, qui illum e ſinu Patris in præſepe deiecit. eſt enim myrtus arbor amoris Deæ dicata. Vel dicamus, quod & ſingulare arcanũ tãgit, inter myrteta eſſe, vt ſignificaret, quod ex vtero materno egrediens virginale clauſtrum non aperuit. Eſt enim hæc ſingularis virtus olei myrtini ab ipſa ſola myrto mutuata, quod conſtipat, & comprimit corporis partes. At tandem ait, myrteta illa fuiſſe in profundo, vt & profundiſſimam Chriſti humilitatem, ad abiectiſſimum ſtabuli locum eum deiicientem aperte indicaret.

Sed iam, quæ nobis ex ortu Chriſti bona orta fuerint, ex ſanctorum Patrum teſtimonijs expendere tentemus. Gregorius Nyſſenus: (Gregor. Nyſſ. orat. in natal. Dom.) *Quid ſibi vult*, ait, *Domini in antro ſedes? hæc in præſepi declinatio? cur tempore deſcriptionis tributorum in vitam ingreditur? An perſpicuum eſt eum, quemadmodum a legis execratione nos eripit, factus ipſe pro nobis execratio, & liuores noſtros in ſe transfert, vt eius liuore ſanemur; ſic etiam vectigalem fieri, vt nos a grauiſſimo vectigali, quod ab homine mors exigit liberaret? Quod vero ſpeluncam vides, in qua naſcitur Dominus, cæcam hominum vitam, & in terra demerſam cogita, in qua ſe oſtendit ſedentibus in vmbra mortis. Pannis vero obuoluitur, & faſcijs cõſtringitur, qui peccatorum noſtrorum catenas ſubit, & vincula. præſepe vero, in qua verbum gignitur, beſtiarum eſt domus, vt cognoſcat bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. E cælo delapſus panis in præſepi ponitur, vt animalia expertia rationis cibo nutriamur.* Hæc Diuus Gregorius Nyſſenus. D. Ambroſius de virginitate ait: (Ambros. li. de Virgin.) *Omnia Chriſtus eſt nobis; ſi vulnus curare deſideras, medicus eſt; ſi febribus æſtuas, fons eſt; ſi grauaris iniquitate iuſtitia eſt; ſi auxilio indiges, virtus eſt; ſi mortem times, vita eſt; ſi cælum deſideras, via eſt; ſi tenebras fugis, lux eſt; ſi cibum quæris, alimentum eſt. guſtate igitur, & videte, quoniam Dominus ſuauis eſt.* D. Bernardus: (D. Bernard. ſermon. 1. de Epiph.) *Quanto*, ait, *te fecit Deus, ex his quæ pro te paſſus eſt, agnoſce, vt appareat tibi benignitas eius in humanitate. quanto enim minorem ſe fecit in humilitate, tanto ſe maiorem exhibuit in bonitate. & quanto pro me vilior, tanto mihi charior. Attende homo, quia limus es, & non ſis ſuperbus, &*

quia

quia Deo iunctus, non ſis ingratus. His Patrum teſtimonijs aliud ex Incognito ſuper Pſal. 48. vtpote mulriplici erudirione refertum hic adſcribere non pigebit. Poſtquam enim docuerat, recte comparari Chriſtum Dominũ lapidi Chalcedonio, quia ſicut ille in plenilunio inuenitur, ita Chriſtus Dominus in plenitudine temporum natus eſt, Apoſtolo dicente: *At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filiũ ſuum*: quærit quare tempus natiuitatis Chriſti dicatur plenitudo temporis, & reſpondet his verbis: *Primo propter plenitudinem pacis, & bonorum temporalium, iuxta illud Iſaiæ 2. Conflabunt gladios ſuos in vomeres. &c. Pſal. 71. Orietur in diebus eius iuſtitia, & abũdantia pacis. Secundo propter plenitudinem gratiarũ. Io. 1. De plenitudine eius omnes accepimus gratiã pro gratia. Tertio propter ad impletionem figurarum, & legalium Matth. 25. Non veni legem ſoluere ſed adimplere. Quarto propter plenitudinem diuinarum promiſſionum. 2. Corint. 1. Quotquot enim promiſſiones Dei ſunt, in illa eſt, immo per ipſum. Quinto propter impletionem propheticarum viſionum. Dan. 9. Vt impleatur viſio, & prophetia, &c. Sexto propter impletionem temporis. 1. Corint. 10. Nos ſumus, in quos fines ſæculorum deuenerunt. Septimo propter impletionem ruinæ Angelorum Pſal. 109. Implebit ruinas. Octauo propter plenitudinem præmiorum. Iſaiæ. 58. Implebit ſplendoribus animam tuam, &c. Nono propter plenitudinem vniuerſarũ. Ephes. 1. Propoſuit in ipſo in diſpenſatione plenitudinis ipſius inſtaurare omnia, & quæ in cælis, & quæ in terra.* Sed iam audiamus id genus argumenti alia, quę cõcinne ſatis ediſſerit D. Bernardus his verbis: *Noli fugere, noli timere, non venit cum armis: non puniendum, ſed ſaluandum requirit. Et ne forte dicas etiam nunc: vocem tuam audiui, & abſcondi me: ecce infans eſt, & ſine voce. Nam vagientis vox magis miſeranda eſt, quam tremenda. At ſi cui forte terribilis, nõ tibi. Paruulus factus eſt, tenera membra Virgo mater pannis alligat, & adhuc timore trepidas? Vel in hoc ſcies, quia non venit perdere te, ſed ſaluare: eripere, & non ligare. Iam aduerſus hoſtes tuos dimicat, iam ſuperborum, & ſublimium colla, tanquam Dei virtus, & ſapientia calcat. Duo ſunt tibi hoſtes, peccatum, & mors, id eſt mors corporis, & animæ: vtrumque debellaturus aduenit, & ab vtroque ſaluabit te noli timere. Et iam quidem peccatum in propria perſona vicit, quando humanam naturam ſine vlla contagione ſuſcepit. Grandis enim peccato facta eſt violentia, & reuera expugnatum eſſe cognoſcitur, quando natura, quam ſe totam infeciſſe, & occupaſſe gloriabatur, & ab eo penitus in Chriſto aliena inuenta eſt. Dehinc proſequitur inimicos tuos, & comprehendit eos, nec conuertitur donec deficiant.* hæc D. Bernardus. Quibus alia, quæ tam pie, quam erudite ſcripſit ſapientiſſimus Salmeron, adiungere non dubitabo: *Ciuitatem, ait, Bethlehem in natale ſolum ſibi elegit, partim, vt Michææ oraculum adimpleret; partim, vt inſinuaret in ea natum eſſe panem cæleſtem, quem, qui ederit, non morietur in æternum. Et pulchre huic rei nomina conueniunt: nam Bethlehem domus panis interpretatur, quæ alio nomine Ephrata dicitur, quæ fructiferam, ſeu fertilem ſignificat: omnis enim animorum noſtrorum ſatietas ex hoc vno Chriſto in Bethlehem nato, tanquam vero pane dependet. Nam cum ad edendum diuinitatis panem, illoque fruendum homo procreatus ſit, qui ad veſcendũ tanto pane propter infirmitatem edentulus erat, diuinæ bonitatis artificium fuit, vt panis ille durus noſtræ carni coniunctus merum lac fieret, quod homo ſugere commode cœpiſſet, atque comedere.* Hic addamus & nos mirificos alios natiuitatis Chriſti fructus: nam præterquam, quod in vtero Virginis clauſus delituit, vt clauſos, & incarceratos liberaret, & per nouem menſes ibi permãſit, vt nouem Angelorum ordinibus nos aggregaret: certe mox natus cenſui ſubditur exactoris, vt nos ab inimico exactore eriperet: ortus media nocte, vt nos ab erroris nocte, & ignorãtię tenebris immunes ſeruaret. Nõ fuit ei locus in diuerſorio, vt nobis in domo Patris ſui plures manſiones conferret: peregre naſci voluit, & in viæ tranſitu, vt nos per viam veritatis ad patriam noſtram reduceret: pãnis inuolutus, & faſcia obligatus, vt nos a peccatorũ ligaminibus, & ęternę damnationis laqueis abſolueret: reclinatus in præſepio, vt nos collocaret in cælo: egenus, cum diues eſſet, pro nobis factus eſt, vt nos inopia ſua ditaret: in ſtabulo verus Iob ſedit, vt hic olim in ſterquilinio, vt teſta infantilis, ac fragilis ſui corporis ſaniem peccatorum noſtrorum abraderet. Ac tandem, vt paucis plura comprehendam, illius paupertas noſtrum eſt patrimonium, eius infirmitas noſtra virtus, infantiæ Illius vagientis fletus noſtrarum eſt ablutio ſordiũ: lacrymarum eius effuſio noſtrorum delictorum lotio: ac demum vita mortalis illius immortalem vitam nobis promeruit, vt cum ipſo in æternum felices viuamus. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Incognitus in Pſal. 48. — Ad Galat. 4 — Pſalm. 71. — Ioannem. 1. — Matth. 25. — 2. Corint. 1 — Dan. 9. — 1. Corint. 10 — Pſal. 109. — Iſaia 58. — Ephes. 1. — D. Ber. ſer. 1. de natiuitate Chri. — Salmeron. 3 de infant. Chri. tract. 11.

Homilia Septima.

De circumſtantijs loci, & temporis, quando natus in terris eſt Dei Filius, in cuius natalem diem alia ſacra Scripturæ loca explicantur, & facto ad Filium, & Matrem colloquio pronus vſus perperam lætantium reprehenditur.

TAM eſt plena myſterijs Chriſti natiuitas, vt quod ipſam circumſtat tempus, & locus, myſterio non careant, quemadmodum Prophetæ, & poſt illos Eccleſiæ Patres accurate animaduerterunt. S. Ioannes

Ioan. Damaſ. l. 2. c. 1.

nes Damaſcenus in libro de fide ſcribit, ſicut in homine diuerſæ ſunt ætates, videlicet infantia, pueritia, iuuentus, & reliquæ; ita mundi eſſe varias ætates, quæ, vt ipſe cenſet, numero ſeptenario comprehenduntur, idque Clotouæus in ſuis

Clotouæus Neclantus

commentarijs, & Neclantus in Medulla Scripturæ comprobant. Iuxta quorum ſententiam prima mundi ætas infantia nuncupata, fuit ab Adamo vſque vniuerſalem aquarum eluuionem; Secunda, pueritia, ab hac eluuione vſque ad Abraham, cui fuit datum à Deo præceptum circumciſionis. Tertia, adoleſcentia, poſt Abrahami tempora vſque ad Moyſem. Quarta, iuuentus, à Moſaicæ legis promulgatione vſque ad Dauidem. Quinta, vocata virilis, poſt Dauidem vſque ad Babylonis captiuitatem. Sexta, matura, poſt Babylonicam ſeruitutem vſque ad Chriſti aduentum, & libertatem. Perfecta ætas, quæ ſeptima eſt, cœpit a Chriſto, & vſque ad vniuerſale Iudicium propagabitur. Quam demum octaua, & vltima æternitatis conſequetur. Ego tamē

Aug. l. 1. Gen. c. 23. & contra Fauſtum li. 3. c. 8.

veriorem puto magni Patris ſancti Auguſtini de hac re ſententiam, & temporum partitionē, qui loquens contra Manichæos, & contra Fauſtum, arbitratur has mundi ætates numerari debere iuxta numerum dierum, quibus vniuerſa natura condita fuit, ac propterea ſex eſſe oportere mundi ætates, quoniam ſex dies conditor rerum Deus illis creandis inſumpſit. Ad quam numerandi rationem prima mundi ætas erit ab Adam vſque ad diluuium; ſecunda a diluuio vſque ad Abraham, tertia ab Abraham ad Dauidem; quarta poſt Dauidem vſque ad tranſmigrationem Babylonis; quinta poſt Babylonis captiuitatem vſque ad Chriſti natalem; ſexta poſt Chriſtum natum, vſque ad rerum humanarum exitum, quando Filius Dei veniet poteſtate magna homines iudicaturus: quibus tranſactis ætatibus, ait Auguſtinus, futurum eſſe ſabbatum, id eſt, requiem iuſtorum. Hanc Auguſtini rationem ætates mundi numerantes ſequuntur Ioannes Chryſoſtomus in homilia de Iephte. S. Iſidorus in Etymologijs, & Beda lib. de ratione tēporum, vnde conſtat Chriſtum in ſexta mundi ætate natum eſſe, quemadmodū idem Auguſtinus in ſermone de natalitijs Chriſti obſeruat.

Chryſ. tom. 10. Bed. cap. 14. Iſido. l. 5. ca. 38.

Bed. ca. 19. Lucidus l. 7 cap. 2.

Præterea in libro de natura rerum; Beda, & Lucidus inſignis mathematicus aiunt, Chriſti natalem contigiſſe in ſolſtitio hiemali; quod certe ſingulari myſterio non caruit. Nam quemadmodum eo tempore ſol ad infimum cæli punctum deſcendit, ita iuſtitiæ ſol Chriſtus ad humiliorem, & inferiorem terræ locum acceſſit, videlicet ad præſepe porticus Bethlehē, quod Paulus Apoſtolus loquens de Chriſti aduentu aperuit his verbis: *deſcendit in inferiores partes terræ.* Et ſicut ſolſtitij hiemalis tempore ſol incipit vultum ſuum ad nos conuertere, & dies incipiunt augeri; ita ſol iuſtitiæ Chriſtus hiberno naſcens tempore nobis apparens incipit mentem noſtram perfundere luce veritatis, vnde vere dixit Auguſtinus: *Naſcente vera luce, lucis, & dies augmentum accipiunt.* Quod etiam clarius

Aug. ſuper Pſal. 31.

alibi teſtatur in hunc modum: *Natus eſt Ioannes ſicut tradit Eccleſia, octauo Kal. Iulias. cū iā incipiunt minui dies: Dominus natus eſt Kal. Ianuarias quando iam dies incipiunt creſcere. Audi ipſum Ioannem confitentem. Illum oportet creſcere, me autē minui. & paſſiones eorum hoc indicant, Dominus in Cruce exaltatus eſt, Ioannes caſo capite diminutus.* Hoc etiam venerabilis Beda notauit, alia tamen vtens allegoria nō minus ingenioſa, ita inquiēs: *Non vacat myſterio Ioannis natiuitas, cum dies decreſcere, Domini autem cum dies creſcere inchoāt facta memoratur. Creuit quippe Dominus, quia per totum orbem, quod Chriſtus eſſet, innotuit; decreuit Ioannes, quia qui Chriſtus exiſtimabatur, quod non Chriſtus, ſed præco Chriſti eſſet, aperuit.*

Quod ſi quærere volumus, quota hora hæc Chriſti natiuitas tot vndique cumulata myſterijs acciderit, audiamus Auguſt. & Tertullianum, poſt medium noctis tempus contigiſſe teſtantes, in cuius rei teſtimonium adducunt Pſalmi verba; *Ante luciferum genui te.* Quod noctis tempus huic myſterio conuenientiſſimum fuit, quoniam dum quis grauitate perſonæ, & auctoritate pollens verba facit, conticere ſolent omnes, qui adſunt, vt de Æneа loquente dixit Virg.

Auguſtinus in pſal. 109. Tertullian. contra Marcionem c. 9.

> *Conticuere omnes, intentique ora tenebant.*
> *Inde thoro pater Æneas ſic orſus ab alto,*

Vir. 2. Æne.

Silentium hoc nunquam maius eſt, quam nocturno tempore, quo ſolent mortales a diurnis laboribus, & exercitationibus abſtinere: vnde Salomon inquit: *Dum medium ſilentium tenerent omnia, omnipotens ſermo tuus de regalibus ſedibus venit.* Duplex autem eſt Dei ſermo, ſeu verbum: primum enim ipſe ſolus, remotis arbitris, & nullo audiente locutus eſt, non lingua, ſed mēte, & intellectu ſuo intra ſe Verbum producens æternum, quo tanquam in compendio diuinæ ſcientiæ, quidquid ipſe dicere poterat, comprehendit, & de hoc dictum eſt: *ſemel loquutus eſt Deus.* Secundum verbum, quo nos eſt alloquutus, Filius eius eſt, carnis mortalitate indutus, dicēte Paulo: *Loquutus eſt nobis in Filio ſuo.* Nam ſicut nos ad ſignificandum noſtræ mentis verbū, externa voce proferimus, vt quod animo habemus, ab alijs percipiatur; ſic Deus locuturus nobiſcum, vt ipſum audiremus, & intelligeremus, æternum Verbum ſuum carne veſtiuit, & noſtro ſenſui, ac viſui ſubiecit: *Et Verbum caro factum eſt,* quod vt melius audiretur a mundo, tempus expectauit, quo *medium ſilentium tenerent omnia,* ſignificaturus etiam in hac re nobis, quod anima, quæ Deo vacare deſiderat, ſilentium; & receſsū quærere, & ab ſtrepitu curarum, & affectuum tumultibus abhorrere debet. Voluit etiam tempore nocturno naſci, indicaturus, ſe amore noſtri teneri, & ſtimulis illius actum ad hominum feſtinare contubernium. Nam vt qui pulchræ puellæ amore ardet, ſolet media nocte vagari perſonatus, & eius domum circuire, vi amoris cogente; ſic Chriſtus media nocte naſcens humano amictu tectus, reſonantibus Angelorum voci-

Sap. c. 18.

Ioan. 1.

vocibus indicat nimium ſuum, & ardentiſſimũ amorem animarum noſtrarum, quas vt ſibi conciliet, & ad ſe attrahat, vigiles agit noctes, & irrequietas, frigori noctis expoſitus.

Sed iam de loco, in quo Chriſtus natus eſt, ſermonem inſtituamus: multis enim antea ſæculis id fuerat a Propheta Michæa nuntatũ: *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael.* (Mich. 5.) Quæ vna dignitas a Chriſti natiuitate proueniens, adeo prȩſtat, vt reliquas terrarum vrbes longo interuallo ſuperet. Gloriari quidem poterit Hieruſalem templi maieſtate, Babylon murorum fortitudine, Athenæ litterarum ſtudio, Memphis pyramidum, & ædificiorum altitudine, Tyrus, & Sidon mercium permutatione, Roma triũphis, Damaſcus artificibus; Niniue magnitudine; Bethlehem autem ſolo Chriſti natali his omnibus longe præſtat, & antecellit, quod & Prudentius Poeta ſic memorauit:

O ſola magnarum vrbium maior Bethlehem,
Cui contigit ducem ſalutis
Cælitus incorporatum gignere.

(Greg. Naz.) Hanc etiam ob cauſam Gregorius Nazianzenus Bethlehem mundi metropolim, & caput, atque inter omnes vrbes ſolam immunem merito appellat. Quoniam etſi Bethlehem non præterfluat Aegypti fœcundus Nilus, nec Germaniæ Danubius, nec Ganges Orientis, nec Tygris, vel Euphrates Chaldæorum, nec aurifer Hiſpanorũ Tagus, nec ibi exurgat Græcorum mons Olympus, nec Aſiæ Taurus, nec Mauritaniæ Atlas, nec illic adſint dromedarij Madian, elephantes Taprobanæ, Indiæ rhinocerotes, Hyrcaniæ leones, ac demum quamuis non reperiantur in ea, vt apud Liguriam bombycum copia, & affluentia, nec auro intexta ornamenta Venetorum, nec Flandrorum periſtromata, nec Italorũ ſimulachra, nec Arabum odores, vel margaritæ, nec Aethiopum precioſi lapides, nec Alexãdriæ balſamus, nec montis Libani cedri, nec platani Hierico; omnibus tamen his locis gloriæ felicitate præcellit, quod intra eius fines Chriſtus ſit natus, ex qua vna re tantum accepit ſplendoris, & dignitatis, vt multo magis, quam ſi prædictis omnibus rebus affluẽret, ſit effecta glorioſior. Non inficior ante Chriſtum natum inclytam fuiſſe Bethlehem, quoniam patria erat Regis Dauidis; nunc autem nobilior multo eſt, quoniã ibi nõ ſolum Dauid, qui fuit Chriſti figura, ſed ipſemet Dei Filius natus ex Virgine in lucẽ prodijt. (Bern. ser. 3. de nat. D.) Hinc S. Bernardus in vigilia Natiuitatis inquit: *O Bethlehem parua, ſed magnificata a Domino, magnificat te, qui factus eſt in te paruus ex magno; quæ tibi ciuitas non inuideat precioſiſſimum illud ſtabulum, & illius præſepis gloriam? in vniuerſa ſiquidem terra iã celebre eſt nomen tuũ, & beatam te dicent omnes generationes, vbique glorioſa dicuntur de te ciuitas Dei.* Nihil amplius dicam de circumſtantia loci, in quo natus eſt Chriſtus, ſi addidero ei conuenire perquam optime nomen vtrumque, quo vocatur Bethlehem, & Ephrata: illud enim idem eſt, quod *domus panis*: hoc autem *fructiferam*, ſignificat. Quis autem panis verior, vel diuinior, quam Chriſtus, qui de ſe dixit: *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi?* Quæ vero terra fertilior, vel fœcundior, quam Bethlehem, quæ produxit panem vniuerſo mundo alimentum? nec tamen id precio cõparandũ, ſicut olim Ioſeph prouidit in Aegypto frumentũ, ſed vltro, & gratis datur omnibus famelicis accedere volentibus, vt prædixerat Dauid: *Ex adipe frumenti ſatiauit.* (Pſal. 80.) Hoc ipſum meditari videbatur Eccleſiæ inſignis ille doctor Hieronymus, quando in commentario ſuper Michȩam ita ſcripſit: (Hieron.) *Cuiusnam telluris fœcunditas cum Bethlehem vbertate conferri poteſt? cęteræ regiones frumentum ferunt, oleum, vinum, fructuumq. copiam aliorum, at Bethlehem panem cæli protulit.*

Sed vt diuini huius myſterij circumſtantias omittamus, acceſſuri propius ad eius tractationem, operęprecium erit in memoriam reuocare myſticam Zachariæ viſionem, ita dicentis: (Zach. 1.) *Vidi per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter myrteta, quæ erãt in profundo.* Hunc locum de Chriſti natali Hieronymus interpretatur, vnde per virum a Propheta viſum intelligit Dei Filium, & per equum rufum illius humanitatem: nam quemadmodum qui equum aſcendit, illum, ſi fræno facile paret, quo vult agit; ita diuinum Verbum ſuam humanitatẽ, (quæ ſemper eius imperio in omnibus actionibus, & motibus paruit) aliter tamen, quam reliquos Sanctos, moderabatur, vt notauit Auguſtinus, inquiens: *Non quomodo alios Sanctos, regebat illum hominem, sed gerebat.* Quoniam viros iuſtos, & ſanctos externo fauore regit, cælitus eis auxilium infundens; ſed humanitati, quam induit, ſeipſum præbuit rectorem, ſupponens propriam Dei perſonam: vnde regulam ita certam ad bene operandum homo, quem geſtabat, accepit, vt nec tranſuerſum, vt aiũt, vnguem a recto deflectere valeret. Quod ait Propheta, vidi per noctem, &c. præſenti myſterio aperte conuenire cernimus: nocturno enim tempore Chriſti fuit natiuitas, vt præuiderat Salomon: *Nox in ſuo curſu medium iter perageret*, &c. ſubdit Propheta, virum illum *ſtare inter myrteta*, hoc eſt in loco amœno, & ſtatim ſubiungit, myrteta illa, ſeu viridarium poſitum eſſe in profundo. Quibus verbis aperit totã illam amœnitatem, hoc eſt, totam Dei gloriam, & maieſtatem in locum humilem, in præſepe videlicet Bethlehem eſſe demiſſam.

Fuit Euangeliſtæ Ioanni alia eiuſdem myſterij facta reuelatio: (Apoc. 10.) *Vidi Angelum deſcendentem de cælo amictum nube, & iris erat in capite eius.* Hic Angelus Filius Dei eſt, qui vocatur ab Iſaia *magni conſilij Angelus*: (Iſai. 9.) nubes, qua erat amictus & tectus, Chriſti humanitas eſt, quam valde proprie nubem appellat. Quoniam ſicut nubes ex cæli calore, & ex vaporibus terræ generatur, ita Chriſti caro formata fuit ex puriſsimo ſacratiſ-

ſimæ

Digitized by Google

ſimæ Virginis ſanguine, quem Spiritus ſancti calor fouit, & cuius illa adumbratione concepit. Ad hæc, vt nubes, quæ ab aqua marina ſurgens nihil retinet amaritudinis, & nullũ in ea manet ſalis contagiũ, vel ſapor, quoniã radio ſolis per cuſſa, & expurgata illũ amittit; ita myſtica humanitatis Chriſti nubes, quãuis ortũ habeat ab aqua marina, hoc eſt ab antiquis patribus, vnde propagata fuit, quoniã tamen iuſtitię ſol Dei Filius illam occupauit, nulla in ea delituit amaritudo, nullum peccati veſtigium, iuxta id quod de Chriſto ſcriptum eſt: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* Cernimus etiã, quando vrgente tempeſtate nubes ſcinditur, & dirumpitur, magnum protinus audiri fragorẽ: quod etiam nubi corporis Chriſti, quando rupta fuit, contigiſſe traditum ab Euangeliſtis eſt. Nam cum humanitas illius diuiſa fuit per animæ, & corporis ſeparationem, tantum huius nubis diuiſio, & diſſipatio ſtrepitũ, & horribilem ſonum fecit in orbe terrarum, vt lapides ipſi

Matth. 27. mutuo colliſi fuerint, dicente Euangeliſta: *Et petræ ſciſſæ ſunt.* Pręterea cum nubes in pluuiã ſoluitur, ſolet eſſe terris vtilis ad fœcunditatem, at ſi vertatur in turbinem, & procellam, offendit agros, & vineas, ac ſegetes vaſtat; ita nubes hæc myſtica humanitatis Chriſti, cum in hoc eius aduentu inſtar pluuiæ apparuerit placidæ, & mollis: *Sicut pluuia in vellus deſcendens*, omnes agros noſtræ regionis reddidit fœcundiores, & vbertate bonorum locupletauit. Sed in ſecundo aduentu quãdo mundum iudicaturus adueniet, tunc inſtar venti Aquilonis, & horriſonæ tempeſtatis late vagabitur, & ſęuiet in peccatores. Ait

Apoc. 10. etiam Ioannes: *Et iris in capite eius*, per quæ verba diadema, quo ille coronabatur, intelligo: nam Chriſtus inaudita nouitate ab ipſo matris vtero regalibus decoratus inſignibus, vel potius Rex verus, & Dominus dominantium prodijt. Poteſt etiam iris in capite eius fulgens aliter explicari, ſi dicamus inde inſinuari pacem, quã vniuerſo mundo prænunciabat, quam tam in ſacris, quam humanis litteris diſcolor cęleſtis arcus ſignificare conſueuit. Relictis autem nunc cõmunibus alijs rationibus, quibus hoc firmari poterat, illa eſt notatu dignior, quod ſicut in iride duplex præfulget color, vnus rubeus, quo notatur iuſtitia, & ira: alter viridis ſmaragdo ſimilis, quo ſpes ſignificatur, & venia: ea tamen colorum diſpoſitione, vt color purpureus ſupernam, & à nobis magis remotam partem, viridis autem infimam, & nobis magis vicinam occupet, atque ideo concordiæ, & pacis magis, quam iuſtitiæ, vel iræ ſignũ eſſe ſolet arcus cæleſtis; ita etiam in hoc myſtico arcu, qui eſt Chriſtus, fulget pariter color rubeus, & viridis, quo iuſtitia, & miſericordia indicãtur, eo tamen loci ſitu, vt iuſtitiæ color præemineat, & à nobis diſtet; miſericordiæ vero magis depreſſus, nobiſque vicinior eluceat. Hinc ergo Angeli hodierna die annunciant mundo quietem, et miſericordiam, concinentes: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

Verum hæc, & alia plura loca ſacrarum litterarum tantum ſunt quædam vmbra veritatis, quam nobis perſpicuis verbis Euangeliſta narrauit: *Factum eſt cum eſſet ibi, peperit filium ſuum* Luca 2. *primogenitũ, & pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio.* Primum omnium iterum admiror, cur Euangeliſta myſterium tantum, & tam ſublime verbis ita breuibus percurrat. Nunquid o diuine hiſtorice tam facile dictu, & tam credibile putas, quod narras prodigium, vt ſatis eſſe cenſeas dicere: *Peperit filium, pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio?* Tam parum eſt naſci Deum, pannis inuolui, & in præſepio recumbere Verbi æterni maieſtatem? Quid mirabilius, quam ad animalium pedes in præſepio poſitum illum audire vagientem, qui pedibus ſuis non modo cæli culmina, ſed Cherubin, & Seraphin capita perambulat? Non ita quidem abrupto ſermone Angelus eius natiuitatem paſtoribus annunciauit, ſed a rei vtilitate, & magnitudine audientium cõciliauit animos, & captauit attentionem, inquiens: *Ecce euangelizo* Luca 2. *vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis Saluator.* Cauſam eſſe putauerim, quod Euangeliſta quamuis myſterij altitudinem, & excellentiam optime nouerat, ideo voluit breuibus verbis illud perſtringere, vt veritati, quam ſcribebat, ſe conformaret, vtens verborum breuitate in explicando Verbo abbreuiato, quod notauit Ber- Bernard. in ſerm de circumciſione. nardus, aſſerens, ideo breuem eſſe Euangelij lectionem in die circumciſionis, quia *Verbum abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram.* Poſſumus etiam dicere, præſentis diei ſacramentum tam eſſe ſupremum, & explicatu difficile, vt antiqui Prophetæ multo rerum diuinarum lumine illuſtrati, & qui ſingulari apud Deum gratia in cognoſcendis myſterijs pollebant, illud aſſidue meditantes, & quibus maxime poterant verbis, & figuris oſtendere volentes, id aſſequi non valuerint, atque ideo etiam Euangeliſtam hac ipſa de re tantum voluiſſe recenſere, quod erat omnino neceſſarium, omni amoto verborum ornamento, quoniam non ſolum humana, ſed Angelica eloquentia tanti myſterij explicationi impar eſt. Moyſes admiratione olim plenus interrogabat in hæc verba: *Si ſutura eſt aliquando res talis, vt audiat populus vocem Domini loquentis de medio ignis?* quid vero hoc eſt, ſi cum præſenti myſterio conferatur? Nam ſi admiratione dignum cenſebat Moyſes audire Dominum in igni loquentem, nonne multo mirabilius eſt illum nunc in præſepio audire, & videre plorantem? *Primam vocem emiſi plorans.* O felicißi- Sap. 7. ma noſtræ ætatis tempora, quibus Deus non à throno ignis, quo terror incuti ſolet accedentibus, ſed ab humili præſepio populũ ſuũ alloquitur, ad ſe ipſum videndum vagitibus inuitat, & lacrymis hortatur! Non igitur patiar benigniſſime redemptor interlabi mihi occaſionẽ tã opportunã, accurro libens ad te, venio licet indignus pauca tecũ locuturus. Quomodo per hoſce ante dies intra Virginis, & Matris thalamum te habebas? Bene quidem; nam poſt Patris mei

ſinum nullus mihi quam matris gratior eſt. Cur amantiſſime puer voluiſti nouem menſium ſpatio illic eſſe concluſus, cum poſſes multo citius facere, vt virginea ſacratiſſimæ Matris tuæ terra exoptatum mundo fructum produceeret? Cauſa eſt, quoniam ego de cælo veni, vt hominū numero adſcriberer, & amictu illorum induerer, ideoque placuit per menſes nouem agere nouitium, antequam humanitatis officium in ſimilitudinem hominis factus profiterer. Dic etiam ſi placet, quid illo nouem menſium ſpatio feceris, nunquid in otio degebas? Non vtique, nam præterquam Dei viſione anima mea fruebatur, amor otium non permittit amantibus, atque ideo dum illic latebam, humanitatis meę texebam regium, & purpureum tegumentum, quo veſtitus in hominum cōſpectum prodirem: illic tanquam in armamentario me ipſum omni armaturæ genere circumcinxi, vt in arenam cū hoſte præliaturus deſcenderem, non quidem paribus, ſed infirmioribus armis munitus, vt inſignior victoria haberetur. Reſponde plura, ſi placet, dulciſſime Domine, nec enim ab interrogationibus poſſum abſtinere, ductus gratiſſima, & ſuauiſſima dulcedine tuarum reſponſionum. Cum tu adeo immenſitate præcellas, vt iuxta verba tua, cælum, & terram impleas, qui fieri poteſt, vt intra anguſtum præſepe tanta magnitudo comprimatur, & circumſcribatur immenſitas? Quoniam mater mea his me anguſtijs *Prou. 31.* coercuit, iuxta illud: *Cingulum tradidit Chananæo:* cinxit enim me balteo militari humanitatis, quo ita magnitudinem meam demiſit, & paruitate conſtrinxit, vt meo corpuſculo ampliſſimus locus præſepij ſit. Dic Domine, niſi forte moleſtus ſum interrogando, cum a ditiſſima Orientis regione Indica veneris, quas tecum diuitias, quosve affers theſauros, quibus noſtram inopiam locupletes? *Ioan. 1.* Meus dicat Euangeliſta: *Plenum gratiæ, & veritatis:* hoc enim eſt meum ærarium, ex quo gratia, & veritas prodeunt. Nam cum duæ ſint facultates præcipuæ in homine poſt peccatum corruptæ, videlicet intellectus, & voluntas, ideo intellectui veritatem, & voluntati gratiam affero, & charitatem, vt meus di- *Ibidem.* cit Apoſtolus: *Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Itaque venit ad nos Chriſtus bonis abundans ſpiritualibus, ſed a temporalibus adeo inops, & egenus, vt de illo dixerit Euange- *Luc. 2.* liſta, *Non erat ei locus in diuerſorio.* Inuenerunt in domo Abraham tres illi Angeli hoſpitium; Eliſeus a vidua receptus fuit; & exploratores a Rahab: Chriſtus autem quo diuerteat nō habet. Sed id maiori me afficit admiratione, quod mater eius non illum in ſinu, ſed in præſepio depoſuit. Quid hoc eſt Virgo ſapientiſſima? nonne optime ſcis hunc infantulum Dei eſſe Filium? Quomodo igitur, cum tu pio, & pluſquam materno ardeas affectu in eum quem genuiſti, illum via ab vtero prodeuntem in duro pręſepio frigoribus exponis? Puer hic, ò Domina Regina cæli, tuus certe eſt: cur ergo adeo in eum rigidā te geris, vt illum a te repellere videaris, ac quaſi pudori ducere, quod illum pepereris? Tu ſola profecto mater eius es: nec enim id inficiaberis: at ſi mater cum ſis, eum amoues abs te, & aeris, acque temporia iniurijs obijcis. Memini dixiſſe *Thren. 4.* Hieremiam: *Sed & lamiæ nudauerunt mammas, lactauerunt catulos ſuos:* cur ergo ipſa vbera Chriſto non porrigis, ſed in præſepio iacere plo- *Exod. 2.* rantem pateris? Moyſem mater eius ſpatio triū menſium domi tenuit occultum, vt ei vitam ſeruaret: cum vero amplius celare illum non poſſet, impoſitum caniſtro aquis commiſit, nec ſtatim tamen à partu, ſed, vt dixi, poſt menſes tres; tu Virgo ſanctiſſima vix illum enixa proijcis in mare laborum, & dolorum, & quaſi moleſtū ducens eius amplexum, tenerrimum filij tui corpuſculum in præſepio collocas. Decentius, & melius quidem inter brachia tua ab vbere pēdens, quam in duro præſepis lectulo dolens, & vagiēs quieſceret. Melius certe ſibi, non autem nobis, pro quibus homo factus, omnibus his incommodis obnoxius eſt. Vnde mater eius noſtræ vtilitatis amantiſſima, filium obtulit, tanquam diuina ſacerdos æterno Patri, eū in ara præſepij collocans, vt ſtatim a puero incipiat pro nobis ſatisfacere: nam licet ſit infantulus, opera eius immenſi, & infiniti valoris ſunt.

Ex dictis colligo cum S. Bernardo, dum Chri- *Bern. ſer. de natiu.* ſtus plorat in præſepio, & frigore in ſtabulo tremit, dum illum mater vilibus pannis inuoluit, mundum deſipere, delitias, choreas, conuiuia, & alia corporis oblectamenta hoc tempore quærentem. Non eſt mirandum, ſi alijs temporibus mortales delitijs indulſerint: videbant enim velle Deum in menſa ſui altaris meliores fructus, pinguiorem hœdum, & fertilius frumentū offerri. Nō miror, ſi homines olim diuitias quęrerent, & paupertatem fugerent, cum cernerent Deo vaſis argenteis, & aureis, precioſe, & eleganter elaboratis miniſtrari. Nec admirationi mihi eſt, quod præteritis tēporibus delectati fuerint amplis, & ſumptuoſis ædificijs; nam Deo placere domum, & tēplum elegantibus marmoribus, & lignorum precioſa materia, qualis cedrorum eſt, affabre factum, ornamenta ſacerdotum templo miniſtrātium byſſina, & purpurea, & tabernaculi precioſa ornamenta probari videbant. Nunc autem Deo in præſepio iacente, quæ ratio eſt, vel potius excuſatio, vt auarus diuitijs inhiet, & inuigilet? Cur Deo in ſtabulo recumbente, ſplendidum, magnificumq. palatium vix capit animum ambitioſum? Quid cauſæ eſt, vt Rex Regum in præſepij thalamo iaceat, tu autē in lecto aureo damaſcenis, & auro intextis conopæis circumtectus recumbas? Quomodo in tanta Dei paupertate, ac nuditate eo proceſſit muliebris vanitas, vt dū ille pannis inuoluitur, ſericis, aureis, & ſegmētatis veſtibus ornari ſtudeant, quibus non tā corpori decus, quā animę labē cōparare ſolēt? Hic certe abuſus ratione caret, & excuſatione. Nā ſi indumentorū genera Regiæ curiæ morem, & vſum ſequuntur, & nunc

fit.

in

in curia Bethlehẽ cõtrarius noſtris moribus viget vſus. Cũ ibi pro regio palatio adſit ſtabulũ; pro thalamo præſepiũ; pro aulæis telæ araneorũ; pro ſumptuoſis tegumentis panni, & faſciæ viles; pro equis eleganter ſtratis, & ornatis humilis bos, & aſinus: quorſum tam ſacro tempore conuiuiorum, & ornamentorũ tantus exceſſus, & argenti, atque auri apparatus ſaluti animarũ

Magiſt. Hebrai in cap. 11. Gen. inutilis? Eo enim quorundam eſt prouecta licentia debacchãdi Chriſto naſcente, vt per eos renouari mihi videatur confuſio Babylonicam turrim ædificantium, quibus, ſi lateres petebãt, miniſtrabatur aqua, ſi aquam poſtulabant, lapides præbebantur. Non aliter nunc vani homines auctori vitæ Chriſto recens nato, & lacrymas à nobis poſtulanti, riſum, ludum, & chorearum ſaltus rependunt. Chriſtus in ſtabulo algec, & præ frigore tremit; tu pauperum oblitus luculento igni caleſcis: ille pannis obſitus humilibus, & deſpectis; tu ſplẽdide, & magnifice ornatus incedis: ille inanem mundi gloriam, & pompam aſpernatur; tu illam nunc magis, quam antea, & intemperantius affectas. Qui certe rerum abuſus nõ alium, quam Diabolum habet auctorem. Nam ſicut olim gentes idolorum cultrices, cupientes abolere piam Chriſtianorum memoriam, qua vrbem ſanctam Hieruſalem, & loca illa diuini Verbi pedibus calcata, & precioſiſſimo eius irrigata ſanguine venerabantur, ſtatuerunt in Chriſti ſepulchro Iouem, in Caluario

Niceph. l. 8. cap. 8. Venerem, in præſepio Bethlehem Cupidinẽ falſum amoris Deum, ſeu Veneris amatium Adonidem (quemadmodum teſtatur Hieronymus

Hieronym. Epiſtola 13. his verbis. *Vbi quondam Chriſtus paruulus vagijt, Veneris amaſius plangebatur*; quæ impietas, vt idem ait, ab Adriano Imperatore vſque ad Conſtantinum annos fere centum octuaginta permãſit:) Non aliter nunc Diabolus cœpto ſacrilegio inſiſtens, licet nõ idola ærea, vel marmorea erigat, pro illis tamen mores ab omni pietate, & religione alienos animis piorum inducit, vt ignem charitatis, & deuotionis, qua Chriſti natalitia colere deberẽt, minuat, & extinguat. Vnde factum, vt incauti, & immemores propriæ ſalutis, multi pro ſãctis, pijs, & honeſtis exercitationibus ſectentur profanam, irreligioſam, & tam pio, ac ſancto tempore indigniſſimam vitæ conſuetudinem, magiſque natalem Bacchi, Cupidinis, aut Veneris, quam ſanctiſſimam Chriſti natiuitatem celebrare videantur. Cui ſit honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Lib.iij.

Homilia Octaua.

Proſequimur circumſtantias natiuitatis Chriſti Domini: prodigia, quæ tunc tam in cælo, quam in terris viſa, quæ in porticu Bethlehem facta ſunt, copioſe enarrantes, inſignemque locum Iob Chriſti natiuitati pulchre adaptamus.

DOCTISSIMVS Petrus Damianus explicans illa verba, quæ ab Euang. Luca in Actibus Apoſtolorum referũtur, ex Proheta Ioele mutuata: *Dabo prodigia in cælo, & in terra*, præſenti myſterio Incarnationis, & natiuitatis accommodat. *Actum. c. 2.* Tot enim, ac tanta, Chriſto in lucem prodeunte, contigere portenta, vt vniuerſa rerum natura illum legitimum, verumque omnium creaturarum Dominum, & conditorem profiteri videretur. Quo enim tẽpore mortales fere omnes Auguſtũ Cæſarẽ dominum ſuum, ac Imperatorem agnoſcebant, edicto cogente: *Exijt edictum a Cæſare Auguſto*, vniuerſus quoque omnium rerum creatarum ordo Chriſtum colit, & adorat: tunc, vt Petri Damiani vtar verbis, vniuerſa in ſuum iurauerunt creatorem. Inter hæc autem, quæ Chriſto naſcente prodigia facta narrantur, primo loco

Europ. Innocen. Sermon. 2. de natiuit. Antonin. pr. par. hiſtor. tit 4. cap. 6. ſet. 10. conſtituere placet, quod Eutropius, & Innocentius Tertius, nec non S. Antoninus retulerunt. Romani quidquid terrarum ſuo parebat Imperio, ſecura, & læta pace frui animaduertentes, & frequentibus antea, grauiſſimiſque aſſueti bellis inexpectatam pacem, & inſolitã vniuerſi Imperij quietem admirantes, id Octauiani Imperatoris induſtriæ, atque prudentiæ in Imperio gerendo attribuebant, ideoque tanto beneficio grati illum tanquam Deum colere, & venerari decreuerunt. Ille vero non minus pius, quam prudens illorum votis refragabatur: quibus tamen vrgentibus, & flagitantibus ſatisfacturus, Sibyllam ea tempeſtate in oraculis reddendis nobilem, quid ſibi faciendum foret, conſulit. Illa pollicita reſponſum, cum intra Imperatoris ædes, tempore quo Chriſtus naſcebatur, moraretur, quod Imperator quæſierat attente contemplans, ſublatis repente in cælum oculis vidit prope Solem aureum circulum, in cuius medio intuita quoque eſt pulcherrimam Virginem, intra brachia fouẽtem infantulum. Tunc accer-

ſito Imperatori quod viderat in cælo miraculum indicauit, & puerum illum omnino futurum Dominum, cui Reges omnes parerent, prophetico ſpiritu afflata prædixit, auditaque de cælo protinus vox fuit: Hæc eſt ara cæli (quod ita factum adhuc teſtatur ex Imperatoris palatio conſtructa, & dicata Deo eccleſia cum monaſterio ſub titulo, Ara Cæli, quod a mei Patris S. Franciſci Religioſis incolitur) Sibyllæque audito reſponſo Octauianus mandauit, vt eum nemo vocaret Dominum: quandoquidem iam, qui omnium erat verus, & legitimus Dominus, natus aderat. Magnos etiam philoſophus Calcidius ſuper Platonis Timæum affirmat, ſidus eſſe in cælo, quo Dei hominis natiuitas notetur, cuius verba ſunt: *Eſt alia ſanctior, & venerabilior hiſtoria, quæ perhibet ortu ſtellæ deſcenſum Dei venerabilis ad humanæ conuerſationis rerumque mortalium gratiam.* quod etiam Magiſter Piſanus in libro de conformitatibus, tanquam verum approbat. Crediderim tamen, quod ſi tale ſidus adfuiſſet, ſupernaturaliter factum ſit; nam Dominus ſiderum naturalibus ſideribus minime ſubiectus fuit quantum ad hypoſtaticam vnionem, & incarnationis myſteriũ. Huc etiam reſpicit, quod periti notant Aſtrologi, ſicut Albumazar in ſuo introductorio aſtronomico, & Io. Stophlerinus in Procli ſphæram, aientes, inter Perſas, Chaldæos, & Aegyptios cõmuni opinione vulgatum haberi, inter ſigna Zodiaci, ſub ſigno Virginis figuram eſſe ex varijs ſtellis compoſitam, quæ Perſarum idiomate vocatur Seclenidos de Barzana, & per illam repræſentari puellam pulcherrimã teneræ adhuc ætatis, cultu, & habitu honeſtam, crinibus oblongis, & ſolutis, in ſolio precioſe, & eleganter exculto puerum gremio, & manu ſpicas duas tenẽtem, quibus duplex eius natura, diuina, & humana ad animæ, & corporis cibum innuebatur.

Calcidius in Timæo fol. 36. — *Piſan. fol. 15* — *Albumazar lib. 1. c. 6. Ioan. Stophlerinus in Procl. ſphær.*

Hinc nonnulli arbitrati ſunt, per huiuſmodi ſtellam Magos illos, qui ab Oriente Chriſtum adoraturi venerunt, quod Aſtrologiæ peritia valerent, præuidiſſe Chriſti natalem, vnde dixerunt: *Vidimus ſtellã eius in Oriẽte, & venimus adorare eum.* Hoc autem certe verum non eſt; nam ſtella, quam Magi viderunt, non ex antiquis aſtris, ſed nouiter facta fuit in illud miniſterium, Auguſtino his verbis affirmante: *Nouam ſtellam creauit natus, qui antiquum ſolem obſcurauit occiſus.* Plinius, & poſt illum S. Thomas memorat in Hiſpania tres in cælo apparuiſſe ſoles, qui poſtea in vnum paulatim coiuerint. Quod certe quid aliud fuit, niſi manifeſtum ſignum Incarnationis Dei? vbi tres ſimul ſubſtantiæ, nempe diuinitas, anima, & corpus, quæ inter ſe diſtinctæ, in vnum, idemque conuenere ſuppoſitum, quale eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Ieſus, tribus illis compoſitus naturis. Lucas Tudenſis viſam ait in Hiſpania ea nocte, qua Chriſtus naſcebatur, nubẽ lucis ſplendore ita mirabilem, vt inſtar diei noctem illuſtrauerit. His cęleſtibus ſignis ſubiũgit aliud D. Ambr. quod nec poſſũ pręterire, nec debeo:

Matth. 2. — *Plinius l. 2. cap. 31. S. Tho. par. 3 q. 36. ar. 3.* — *Lucas Tuden. in hiſtor. Hiſp.*

ait enim: *Si ſol obſcuratur cum Chriſtus patitur, neceſſe eſt illum ſplendidius lucere cum naſcitur.* & ibidem: *Si ſol ad Ieſu Naue orationem deſixus ſtetit, cur non ad Chriſti natiuitatem feſtinus promoueret in noctem?*

Aug. ſer. 16 de natiuit. — *Ibid.*

Hæc in cælo prodigia: ſed quæ in terra viſa ſunt, non minus mirabilia fuerunt. Sanctus Bonauentura in opuſculo, quod de feſtiuitatibus pueri Ieſu ſcripſit, ait vineas Engaddi eadem nocte floruiſſe, vt animaduerteretur, tunc impletum, quod fuerat prædictum: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*: nec non ad indicandum, Virginem Matrem poſt partum non amiſiſſe florem virginitatis. Bartholomæus Angles addit, non ſolum vineas illo nocturno tempore, quando Chriſtus in lucem editus fuit, floruiſſe, verum etiam fructum produxiſſe. Euſebius Cęſarienſis in Chronico temporum, & Eutropius in hiſtoria Romanorum, nec non Platina de vitis Romanorum Pontificum, tradiderunt. Romæ in Regione Tranſtiberina tunc ortum fuiſſe olei fontẽ, quo ſignificabatur fons ille miſericordiæ vberrimus Chriſtus, de cuius nomine dictum fuerat, *Oleum effuſum nomen tuũ.* Quem fontem ait Paulus Oroſius, ſancti Auguſtini diſcipulus, erupiſſe prope Tabernam meritoriam, ex qua poſtea Romanus Pontifex Caliſtus Primus eccleſiam, quæ ſanctiſſimæ Virginis nomini dicata eſt, ædificauit. Præterea ſanctus Antoninus diuerſis in locis, & Petrus Damianus in quadam homilia de Natiuitate Chriſti a Lipomano allegata, & ſanctus Bonauentura loco iam citato aliud non minus dignum ſtupore miraculum memorarunt, videlicet nobile illud & ſumptuoſum templum, quod Romanorũ religio Paci dicauerat (de cuius perpetuitate Apollo conſultus reſponderat duraturum donec Virgo pariens integra remaneret, & incorrupta: *Non cadet donec Virgo pariet*: quo illi admoniti oraculo, hanc tẽplo præfixerunt inſcriptionem: *Templum perpetuum Pacis*) eum primum ſacratiſſima Virgo Chriſtum peperit, repente cecidiſſe, vt ruente Templo Virgineus partus, & eius puritas, atq. integritas cognoſceretur. Nicephorus quoque narrat, naſcente Verbo diuino protinus idola concidiſſe, neque vlla deinceps ab eis data reſponſa præter vnum, quod Imperator Auguſtus, de ſilentij cauſa oraculum interrogans, accepit in hunc modum.

Bonauent. — *Iſaia. 11.* — *Barth. Ang.* — *Euſeb. Cæſ. Eutropius. Platina.* — *Paulus Oro. l. 6. c. 18. & 20.* — *S. Anto. par. 4. Theol. tit. 15 c. 10. paragraph. 2. & c. 4. paragraph. 14. Petr. Dam. Lipoman. tom. 1. Niceph. l. 1. c. 17.*

Me puer Hebræus, Diuos Deus ipſe gubernans,
Cedere ſede iubet, triſtemque redire ſub Orcum:
Aris ergo dehinc tacitus abſcedite noſtris.

Simillimum huic prodigio eſt, quod recenſet martyr Dorotheus, inquiens Prophetam Hieremiam ſacerdotibus Aegyptijs pro ſigno natiuitatis Chriſti prædixiſſe omnium Deorum inanium ruinam, & vaſtitatem, à quo tempore illos coluiſſe dicit imaginem pulchræ Virginis, quæ puerum inter brachia teneret, quo poſtea na-

Doroth. in Synopſ.

ſcente

ſcente omnia Aegypti ſimulachra, & Deorum imagines conciderunt.

Luc. Tuden. in Chron. Hiſpan. Ang. de Paſ. li. 5. in Symb. cap. 17.

Quod ſi placeat etiam ſingula elementa conſiderare, inueniemus huius ſacræ natiuitatis celebratione nullum eorum abſtinuiſſe, immo aliquid præter naturæ ordinẽ, & vſum feciſſe mirabile, vt de igni refert Lucas Tudẽſis in Chron. Hiſp. relatus à Fr. Angelo de Pas li. 5. in Symb. c. 17. ea nocte, qua Chriſtus fuit natus, Sodomitas omnes ardore flammarum exuſtos, & in cinerem conuerſos. Et de aere ſcribit Anſelmus ſuper Euangelium Matthæi, in aerea regione Regibus Magis ſtellam apparuiſſe: quod etiã de aqua tradit Beda, referens fontem in porticu Bethlehẽ erupiſſe, ad inopis illius familię cõmoditatẽ. Nec minus eſt admirãdũ prodigium Sibyllarum illuminata mens, ſiquidem Spiritu afflante diuino magis hiſtoriam rei iam tranſactæ, quam futuræ vaticinium tractantes, de tam occulto myſterio texere videantur. Nam Erythræa dixit: *Exurget mulier de ſtirpe Iudæorum nomine Maria, & procreabitur ex ea ſine commixtione viri de Spiritu Sancto Filius Dei nomine Ieſus, & ipſa erit Virgo ante partum, & Virgo poſt partũ, qui vero ex ea naſcetur erit verus Deus, verusque homo.* De loco in quo naſci Chriſtus debebat, ita Sibylla Tiburtina memorauit: *Naſcetur Chriſtus in Bethlehem, annunciabitur in Nazareth.* Et Cumana inquit: *In vltima ætate humiliabitur Deus, humiliabitur proles diuina.* Vnde Poeta Virgilius.

Beda c. 8. de locis ſanctis.

Iam noua progenies cælo demittitur alto.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.
Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.

Præterea, quæ a loco Tiburis dicta fuit Tiburtina, cuius meminit Plinius, hæc verba de Chriſto protulit: *Naſcetur Chriſtus in Bethlehem, felix mater cuius vbera lactabit.*

Quãuis autẽ quæ hactenus memorauimus mirabilia ſint, multo magis quæ in porticu Bethlehẽ acciderunt, videntur mihi admiranda. Hęc enim ſunt eiuſmodi, vt cælum, & terram, atque Angelos ipſos in admirationem rapiant, & ſtupore defigant. Primum quis non obſtupeſcat, intuens ſtabulum in cælum conuerſum? nam ſi fulget ſol in cælo, Chriſtus Ieſus verus iuſtitiæ ſol recumbens in præſepio multo pulchrius, & fulgentius, quam æthereus Phœbus orbẽ terrarũ illuſtrat. Si luna cælum condecorat, porticum Bethlehem exornat Virgo pulcherrima, de qua dixit Spiritus ſanctus: *Pulchra, vt luna.* Si cælum ſtellis ornatur, ex illis non paucæ ſunt errantes; at in porticu Bethlehem aſtra fulgentia ſunt, & fixa, ſpiritus videlicet angelici, qui nunquam a clara Dei viſione vel puncto temporis ſeparantur. Si cælum muſicis reſonat concentibus, & hymnis angelicis concrepat, non vtique huiuſmodi harmonia in Bethlehem deſideratur, ad quam naſcente Chriſto conuolans Angelorum chorus ſuaui voce concinuit: *Gloria in excelſis*

Luc. 2.

Deo: facta enim eſt cum Angelo multitudo cæleſtis exercitus laudantium, & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo. Quem etiam non afficiet admiratione, contemplantem, illud prodigium, quod tanquam huius myſterij figura Moyſi contigit, nunc in Chriſto renouatum, immo & impletum? Ait enim Scriptura, quod quando Moyſes manum ſuam intra ſinum claudebat, & calefaciebat, valida erat, & ſana; cum autem illam educebat à pectore, ſtatim debilitari, & infici lepra incipiebat. Notum omnibus eſt, diuinum Verbum vocari manũ, vt conſtat ex Dauide, dicente: *Emitte manum tuam, & eripe me:* quæ manus dum latuit in ſinu Patris (nam de illa dictum fuit, Vnigenitum, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrabit) ſana admodum erat, atque ita fortis, & valida, vt non facile tractari, tangi, vel inflecti poſſet: *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo* ſed hãc ipſã ita potẽrẽ Pater ex ſinu extraxit, atq. ita, poſtquã Filius eius *exiuit a Patre, & venit in mundum*, illico reddita fuit infirma, quæ prius erat inuicta. Vnde Iſaias de hoc myſterio loquens dixit: *Vidimus eum quaſi leproſum*, ſubiectum nempe doloribus, & laboribus. Hoc prodigium optime declarant Beniamini, & Benoni duo illa nomina, quibus puer hic præſignatus fuit, quorum primum nomen idem eſt, quod *filius dexteræ*, & ſecundũ idem, quod *filius doloris*, illudque à Patre, hoc à Matre ſuſcepit. Si Chriſtum meditamur in ſinu Patris, agnoſcemus illum eius eſſe Beniaminum, quem ſinu foueat, amet, & amplectatur, ex eaq. ratione optime illi conuenit nomen, quo *filius dexteræ* nuncupatur. Verum ſi eum à Patre iam egreſſum, & in præſepio poſitum conſideremus, fatebimur proculdubio iure optimo vocari Benoni, ſeu *filium doloris*, quandoquidem omnibus temporis, & rerum iniurijs expoſitus, frigore læditur, & paupertatis fatigatur incommodis. Meminit Iob alterius non minus admirandi prodigij, quod his verbis proponit, dum ita interrogat: *Vbi eras, cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? quis concluſit oſtijs mare quãdo erũpebat quaſi de vulua procedẽs: cũ ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pãnis infantiæ obuoluerem?* Per aſtra matutina innuit Angelos, qui nato infantulo Chriſto cæleſtes hymnos cecinerunt: per filios Dei intelligit homines, id eſt paſtores illos, qui audito Angelorũ cãtu Bethlehẽ cucurrerũt Angelis accinẽtes. Interrogans autem cauſam tanti cõcentus ſubijcit: *Quis concluſit oſtijs mare?* quoniam ſi ingens prodigium eſt mare magnum, & ſpacioſum certis limitibus tanquam oſtijs coerceri: quanto mirabilius erit diuinitatis oceanum immenſum intra vaſculum ita paruum, & anguſtum includere, quale Chriſti naſcentis corpuſculum habebatur? Claudebatur quidem Deus antequã hominem indueret, noſtram accipiens naturam, tanquam feruidum, & æſtuans mare intra ſuorum attributorum ſyrtes, & ſcopuloſa loca, ad quæ negabatur acceſ-

Pſal. 43. Pſal. 90. Gen. 35. Iob. cap. 38.

acceſſus nauibus potentiſſimis,atque optime,& fortiter inſtructis : illuc enim ſi accedere tentabant,ad ſcopulos affigi , & naufragium facere ſolebant. Verum poſtquam Dei Filius homo factus ſuæ matris vbera cœpit ſugere, illud antea procellis plenum mare,iam placidum eſt,& lacteum , atque ita facile , ac ſecurum ad nauigandum,vt quauis humili cymba,lintre,aut lembo quilibet rudis nauta illud ingredi,& percurrere valeat.Hinc agreſtis colonus,anus ruſtica, & incultus Arabs, ſola Chriſti fide ſecuriores, quam ſi nauticæ chartæ ductu regātur, pelagus tantorum myſteriorum adeuntes nullam experiuntur procellam , nullo fluctuũ aut ventorum turbine aguntur,diuina ſacramenta,& fidei arcana facili aſſenſu , & conſtanti piæ voluntatis firmitate credentes.Addit etiā Deus alloquens
Iob 38. Iob ; *Vbi eras cum ponerem nubem veſtimentum eius,& caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem?* Quid hoc eſt, niſi , quod Lucas dixit : *Et pannis eum inuoluit?* Nam qui erat immenſus, vnius faſciolæ anguſtijs adſtrictus tenebatur. Quo munere dum Virgo fungitur,auroræ mihi videtur ſimilis; illa enim eum peperiſſet nobis Ieſum fulgentiſſimum iuſtitiæ ſolē, pannis quaſi nubis caligine illum obuoluit, ne eximia eius claritas , & ſplendor infinitus intuentium oculos perſtringeret.Quod ſi plura quęriris prodigia,quid eſſe poteſt maius , quam Dei Verbum videre,quaſi mutum,rugientem leonem de tribu Iuda cernere manſuetũ agnum,& cuius olim erat inſcriptio propria : *Regi ſæculorum immor-*
1. Tim. 1. *tali, & inuiſibili*,iam eſſe hominem viſui , & tactui ſubiectum, & mortalem? Sed , vt omnia ſemel dicam, quid mirificum magis excogitari poteſt,quam eodem tempore Filium Dei æternum,qui eſt in Patris ſinu cęlum implens,a materno vbere in terris contemplari pendentem? Illic volitat ſuper pennas ventorum, & thronis diuinæ maieſtatis, & magnitudinis inſidet ; hic inter animalia in ſtabulo humiliter, & abiecte recumbit; illic in cæleſti ſolio,hic in vili præſepio;illic tonans,& fulgurans,hic tremens,& lacrymans;illic gubernans,& conſeruans vniuerſa,hic aeris,& temporis patiens iniurias;& qui tandem cælum , & terram creauit , nunc inſtar aliorum infantium tremit, eget,ſingultit. Hæc profecto ſunt tam plena ſtuporis, vt iure dicere cũ Iſaia poſſimus: *Ne memineritis priorum, & an-*
Iſai. 43. *tiqua ne intueamini*. Idē etiā etſi alijs verbis dixit Hierem. *Arca teſtamenti non aſcendat ſuper*
Hierem. *cor*,id eſt poſtquam Dei Filius noſtra veſtitus humanitate in pręſepio iacere cœpit,nec Moyſem, nec arcam myſticam , ſeu illius virgam prodigiorum effectricem recordemini,ſiquidem omnia illa tanquam figura, & vmbra fuerunt præſentis catholicæ veritatis . Sed,vt alia omittam mirabilia , quæ Deus ad huius rei confirmationem operatus eſt,vnum tantum , quod mihi viſum eſt ſingulare,& memorandum,apponam.
Raph. Raz. p. 1. hiſt. Tradit Raphael Razius, vitam deſcribens ſanctæ Margaritæ, cognomento de Caſtello , quæ fuit ex ordine ſancti Dominici monialis,(idque refert etiam Frater Ferdinandus a Caſtello in ſecunda ſuæ hiſtoriæ parte, libro primo , capite quadrageſimo primo) cadauer beatæ Margaritæ,cum illa præſentis vitæ munere perfuncta deceſſiſſet ſumma laude , & opinione ſanctitatis,a chirurgis fuiſſe diſſectum , & apertum, vt balſamo, & odoribus imbueretur : Id vero dum fieret, viſu , & dictu mirabile , intra illius cor repertæ fuerunt ex carne formatæ imagines tres, quarum vna præſeferebat pulchram valde Virginem aureo coronatam diademate, altera puerum inter duo animalia iacentem, tertia venerabilem ſenem barba candida,reiecto in humerum palliolo: quibus ſimulachris , vt vides , ſatis aperte Virgo Maria, puer Ieſus, & ſanctus Ioſeph notabātur. Hæ tam mirabiles effigies vſque ad hanc diem in ciuitate Caſtellana in conuentu glorioſi Patris ſancti Dominici pro teſtimonio , & exemplo natiuitatis Chriſti cuſtodiuntur. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Fr. Ferd. 2. p. l. 1. c. 41.

Homilia Nona.

Multiplici priſcorum Patrum eruditione aurea contexitur catena,natiuitatis Chriſti Domini dulciſſimam narrationem ad amuſſim explicans, in illa verba : Factum eſt autem cum eſſent ibi , impleti ſunt dies , vt pareret, & peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio. Luca 2.

CVM Chriſtus Dominus,Deus pariter,& verus homo ſit, orthodoxa fides docet, duplicem in eo agnoſcendam eſſe natiuitatem : Primam , æternam à Patre ſine Matre , de qua Michæas ; *Egreſſus eius*
Mich. 5. *à diebus æternitatis* : Alteram temporalem ex matre, abſque humano patre, cuius meminit Oſeas,dicens: *Quaſi diluculo præparatus eſt egreſ-*
Oſee 6. *ſus eius*. Apte ſatis egreſſum Chriſti ex vtero materno

terno

terno diluculo comparat, quia ſicut cum erumpit aurora, ſol egrediens auroram non lædit, ſed illuſtrat magis; ita Chriſtus è viſceribus matris oriens Virginem Matrem per auroram ſignificatam ortu ſuo non violauit, ſed clariorem reddidit. Verum, quia de æterna Chriſti natiuitate longum ſupra texuimus ſermonem, nunc de temporali tantum diſſeremus. Ait ergo ſacer Euangeliſta: *Impleti ſunt dies, vt pareret.* [Luc. 2.] Merito quiſpiam interrogabit, quare cum de Saræ partu in ſacra Scriptura mentio fiat, Moyſes non meminerit dierum, ſed temporis tantum, dicens, peperit filium tempore, quo prædixerat ei Deus. [Gen. 21.] Simile etiam legimus de Eliſabeth, quod D. Lucas refert: *Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi.* Cur, inquam, Euangeliſta ait, impleti ſunt dies, & non impleti ſunt menſes? vel impletum eſt tempus pariendi? Arbitror quidem rationem huius eſſe, vt ſingula temporis momenta huius conceptæ prolis attente conſideranda eſſe edoceret, nedum dies tantum. Non defuerũt, qui dicerent Chriſtum Dominum ſeptimo à ſua conceptione menſe fuiſſe natum. Alij vero geſtatum in vtero per nouem menſes, & fere decem, & ſeptem dies effutierunt. Vtramque tamen hanc ſententiam Eccleſiaſtica damnat traditio, vt antiqui Patres annotarunt, D. Chryſoſtomus, & Auguſtinus, nec non Sophronius, & D. Damaſcenus. [Chryſ. ho. 1. in Luc. Aug. li. 4. de Trin. c. 5. & lib. 83. q. q. 56. Sophr. in ep. qua refertur in 6. ſyn. act. 11. Damaſ. li. 4. c. 15.] Hi omnes Patres conueniunt, Chriſtum Dominum nouem menſes expleuiſſe, ac decimum iam ingreſſum ſtatim in lucẽ prodijſſe, ea ratione ducti, quia id eſt legitimum tempus, & maxime connaturale ad perfectam hominis natiuitatẽ, quod proinde Chriſti natiuitati negandum non eſt, cum in his, quæ indecentiam non redolent, fratribus per omnia aſſimilari voluerit. Scio Theorianum in legatione ad Armenos dixiſſe, nouẽ menſibus, & quinque diebus Chriſtum Dominum in materno vtero delituiſſe. [Theorianus in legat. ad Armenos.] Ceterum in hoc nihil præcitatis Patribus aduerſum tradit: nam D. Auguſtinus in allegato loco etiam dicit nouem menſes, & ſex dies inter conceptionem, & natiuitatem interceſſiſſe; loquitur autem de menſibus æqualibus, qui ex triginta diebus coaleſcunt: ſi enim numerentur menſes inæquales, prout ſunt in cõmuni acceptione hominum, ſolum nouem integri menſes interfuerunt, qui omnes ducentos ſeptuaginta ſex dies complectuntur, vt ipſe etiã D. Auguſtinus ibidem animaduertit.

Ait præterea Euangeliſta: *Et peperit filium ſuum primogenitum.* Obſerua, quæſo, in primis, quod ſicut natiuitas Chriſti Domini citra omnem faſtum mundanum contigit, ita B. Lucas omnem verborum laſciuiam, atque pompam in deſcribenda ipſa natiuitate vitauit: non enim ſimplicioribus, atque humilioribus verbis vti potuiſſet, quam iſtis: *Peperit Filium ſuum primogenitum.* Modus huius partus illuſtriſſimus omnium fuit; nam qui virginitatem docendam venerat, Matris virginitatem non violauit, ſed illibatam, atque illæſam ſeruauit. Vt enim ſine corruptione ſuum edit fructum arbor, ſuumque fulgorem ſtella; ita ſacra Virgo, quæ mirifica arbor, & fulgentiſſima ſtella maris eſt, benedictum ventris ſui fructum, & mundi lucem nobis peperit. Quod ſi apes mellis, ceræq. naturam ſine læſione floris colligunt, quidni Dei Verbũ corpus, & animam ſine læſione, detrimentove Mariæ Virginis, quæ flos eſt virginitatis, acciperet? Nos filij Adæ in peccato concepti, vt genimina viperarum viſcera materna rumpimus; ſecus autem Chriſtus, qui cum ſuapte natura Sanctus Sanctorum ſit, virgineum Matris clauſtrum taliter ſanctificauit, vt virginitatis ſigillũ non modo naſcens non violarit, ſed firmiſſime vltra quam dici poſſit, eius integritatem ſtabiliuerit. Vnde D. Damaſcenus lib. de orth. fide, ait: [Damaſc. li. 4. de ort. fid. c. 15.] *Quemadmodum Eua ſine commixtione ex Adam plaſmata eſt, ſic iſta nouum Adam lege partus in vterum tulit, quem peperit ſupra natiuitatis naturam: natus eſt enim ſine patre, & ex patre ſine matre. Et quoniam ex muliere, lege partus; quoniam ſine patre, ſuper natiuitatis naturam: & quoniam cõſueto in tempore (nam nouẽ menſes complens, & decimum attingens naſcitur) id fit lege partus. Quod autem ſine dolore, ſupra legem partus eſt. Cuius enim voluptas non præceſſit, neque pariendi dolor ſubſecutus eſt, ſecundum Prophetam dicentem: Antequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius peperit maſculum.* Et Diuus Auguſtinus ſermone decimoquinto de tempore: [Aug. ser. 15. de temp.] *Creuit,* inquit, *in eius partu integritas corporis potius quam decreuit, & virginitas ampliata potius quam fugata.* Conſonant his, quæ lepidè Chryſologus ſcripſit, dicens: [Chryſol. ſer. 140.] *Qui ingreditur, & egreditur, & introitus ſui, & exitus nulla veſtigia relinquit, diuinus habitator eſt, non humanus.* Et infra: *In tuo conceptu in tuo partu creuit pudor, aucta eſt caſtitas, integritas collocata.* Cum autem Euangeliſta ait, *peperit*, intelligendum eſt, tanquam veram matrem filium parientem, illum foras actiue impuliſſe, vt catholica Eccleſia canit: *Enixa puerpera Regem.* Verbum enim illud, *enixa*, impulſum indicat, ſed non cum dolore, vt contingit alijs parturientibus, vt egregie docuit D. Damaſcen. ſupra citatus, & teſtantur communiter Patres, Gregorius Nazianz. & Nyſſenus, D. Auguſt. D. Bernardus, & Fulgentius, [Greg. Naz. in trag. de Chriſto pat. Nyſ. ora. 1. de reſurr. Damaſc. l. 4. de fid. c. 15. Aug. ser. 14. de nat. & ser. 1. de aſſ. Bern. ho. 2. in Miſſus eſt & ser. 4. in vigil. nat. Fulg. serm. de lau. Vir. D. Tho. 3. p. q. 35. a. 6. in corp.] cuius præclara verba non licet ſilentio præterire. ait enim: *Nulla fieri grauedo potuit concipienti, nulla triſtitia parturienti: qui enim venerat triſte lætificare ſæculum, ventris non contriſtauit hoſpitium.* Ac tandẽ Eccleſia catholica id confirmans, canit: *Neſciens Virgo virum, peperit ſine dolore Saluatorem ſæculorum.* Duplici etiam ratione id ipſum ſtabilire poſſumus. Prima philoſophica, quã adducit D. Thom. quia dolor parturientis cauſatur ex diuiſione, aut violenta compreſſione partium. Chriſtus autem egreſſus eſt ex clauſo vtero Matris, & nulla facta virginalis clauſtri ruptione, igitur ille partus fuit ſine dolore; immo cum ſpirituali animi iucunditate, quia natus eſt homo Deus in mundo, vt ſapienter annotauit D. Tho. ibidẽ. Secũdã rationẽ tradũt precitati Patres, quia dolor partus reſpõdet libidini cõceptionis: quia ergo

Digitized by Google

in conceptione libido non anteiuit, ideo nec dolor in partu ſubſecutus eſt. Nec me latet auulſionē infantis vulua matris, cui cū per vmbilicarem neruum velut inſertus, & infixus eſt, dolorem in parturientibus cauſare: tamen licet veriſſimum ſit, Chriſtū in vtero, ſicut ceteros infantes, matris vuluę cohærentem extitiſſe, vt ſic de matris ſanguinibus aleretur (vt his verbis eleganter docuit D. Hilarius: *Inenarrabilis adeo originis vnus vnigenitus Deus in corpuſculi humani formam ſanctæ Virginis vtero inſertus accreſcit.* Ecce inſertionis verbo ſatis explicat cohærentiam Chriſti infantis cum Matre) nihilominus tamen virtute Chriſti naſcentis factum eſt, vt eius auulſio, & ex vtero materno extractio nullum prorſus matri dolorem inferret, vt egregia ſimilitudine annotauit Cyprianus, dum dixit: *Vltro maturus ab arbore baiula fructus elapſus eſt, nec oportuit vellicari, quod ſponte prodibat.* Quod & Dauid non obſcure mihi indicaſſe videtur, cum in perſona Chriſti loquentis dixit: *Tu es, qui extraxiſti me de ventre.* Alij extrahuntur ab obſtetrice, ſed Chriſto hoc fuit ſingulare, vt extraheretur à Deo ex vtero materno, vel quod in idem recidit, ipſe virtute diuina ſe extraheret. Vnde eleganter D. Auguſtinus ſermone ſecundo de Natiuitate, ait: *Non hic cogitetur parientis conditio, ſed naſcentis arbitrium, qui ſic homo natus eſt, vt volebat, & poterat.* Hæc omnia his elegātiſſimis verbis perſtrinxit antiquiſſimus Tertullianus: *Accipe Dauid Domino Patri loquentem, quia tu es, qui auulſiſti me ab vtero matris meæ: Auulſiſti, inquit, ex vtero: quid auellitur, niſi quod inhæret, quod infixum eſt ei, à quo vt auferatur, auellitur? Si non adhæſit vtero, quomodo auulſus eſt? ſi adhæſit, qui auulſus eſt, quando adhæſiſſet, niſi dum ex vtero eſt, per illum neruum vmbilicarem, quaſi folliculi ſui traduce annexus origini vuluæ? etiam cū quid extraneum extraneo adglutinatur, ita concarnatur, & conuiſceratur cum eo, cui adglutinatur, vt cum auellitur, rapiat ſecum ex corpore aliquid, à quo auellitur, quaſi ſequelam quandam corruptæ vnitatis*, hæc Tertullianus. Similiter etiam Patres docent Virginem in partu non emiſiſſe ſecundinas inſtar aliarum parturientium, vt Doctores omnes, & Magiſtri in Trullo congregati vnanimi conſenſu conſcripſerunt, in hæc verba, canone 29. *Abſque vllis ſecundinis ex Virgine partum eſſe confitentes, vt qui ſine ſemine conſtitutus ſit, idque toti gregi annunciantes, eos, qui propter ignorantiam aliquid faciunt, quod non decet, correctioni ſubijcimus.* & infra ſubdit, *Non licere ex communibus, & ijs, quæ in nobis fiunt, inenarrabilem Virginis partum, quæ ſupra mentem, & ſermonem Verbum peperit, definire, metiri, ac deſcribere.* Quę definitio magni facienda eſt, & ingentem habet auctoritatem, quoniam illi canones, præterquā quod plus quā à ducentis viginti Patribus editi ſunt, in ſeptima Synodo actione 7. canon. 11. approbati videntur, vt Surius annotauit, qui etiam aduertit, Michaelem Adrianum ſummum Pontificem, & alios horum canonum auctoritate vſos fuiſſe. Atque hinc eſt, quod cum Beatiſſima Virgo, & dolore, & ſecundinis caruerit, opus non habuit in ſuo partu obſtetrice, vt aduerſus Heluidium docuit D. Hieronymus, his verbis: *Nulla ibi obſtetrix, nulla muliercularum ſedulitas interceſſit: ipſa pannis inuoluit infantem, ipſa & mater, & obſtetrix fuit.* Et D. Gregorius Nazianzenus, Epiphanius, D. Auguſtinus, & Cyprianus idem omnino dicendum, diſertis verbis docent. Nam Auguſtinus libro de quinque hæreſibus inquit: *Vnde ſordes in Virgine matre, vbi non eſt concubitus cum nemine patre?* Quod ſi ſordibus puerperij B. Virgo obnoxia non fuit, opus nō erat obſtetricum miniſterio, vt colligit D. Thomas ex Hieronymo. Cyprianus autem ſic ait: *Maria genitrix, & obſtetrix, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio.* Vnde in ſexta Synodo actione vndecima, Sophronius partum Virginis vocat incorruptibilem, quia ſine fluxu ſanguinis, aut ſine paſſione perfectus fuit. Adde quod ſi obſtetrices adfuiſſent partui virgineo, perſpicuo vidiſſent Chriſtum Dominū egreſſum illæſo clauſtro virginali: *Sacramentum autem Regis abſcondere, bonum eſt*, vt dixit Tobias. Loco autem obſtetricum Angeli adfuerūt, vt teſtatur D. Auguſtinus ſermone de Natiuitate. Cruentum autem Chriſtum Dominum egreſſum fuiſſe ex viſceribus maternis, his verbis ſcripſit D. Hieronymus: *Dei Filius pro noſtra ſalute hominis factus eſt filius: nouem menſibus in vtero, vt naſcatur, expectat, faſtidia ſuſtinet, cruentus egreditur, pannis inuoluitur, blanditiis deluditur, & ille pugillo mundū includens præſepis continetur anguſtijs.* Caute tamen legenda ſunt hæc verba Hieronymi, dum ait, cruentum prodijſſe corpus Chriſti ex vtero materno: nam vel loquitur per tropum, vel ſolum vult, quod ſicut alij infantes recens nati ita purpurei ex maternis viſceribus egrediuntur, vt quaſi cruēti appareant; ita ſimiliter contigerit Chriſto Domino naſcenti. Scio Alphonſum Salmeronem negligere hanc cautę lectionis obſeruationem in verba Diui Hieronymi; ſic enim ait: *Reuera non video quæ ſit ſolida cauſa illius annotationis caute legendi Hieronymum, cum conſtet Chriſtum eo modo, quo ceteri, conceptum, & cruentum egreſſum de vtero matris, cum etiam cruentatus ſuo ſanguine, è mundo hinc diſceſſerit, & lotus à Ioſeph, & Nicodemo (vt teſtis eſt Chryſoſtomus) ſepulturæ traditus ſit.* Et B. Bonauentura lib. medit. vitæ Chriſti cap. 7. *ex reuelatione facta cuidam Sancto ſui ordinis fide digno aſſerit. Vbi primum natus eſt, matrem ſe inclinaſſe, eumque recollegiſſe, & dulciter amplexatum poſuiſſe in gremio ſuo, vbere de cælo pleno, & Spiritu ſancto edoctam cœpiſſe ipſum lauare per totum, cum lacte ſuo, quo facto inuoluiſſe eum in velo ſuo, & poſuiſſe eum in præſepio.* hæc ille. Quidquid tamen ſit de hoc, omnino dicendum arbitror, Beatam Virginem peperiſſe Filium ſuum abſque vllis cruoris inquinamentis, vt ait D. Epiphanius, mundiſſimum, omnique ex parte nitidum, & elegantem, ſoliſque iubare ſplendidiorem. Quod autem annotat Caietanus

in

Margin notes:
D. Hil. 2. de Trinit.
Cypr. orat. de Natiuit. Chriſti.
Patres cong. in Trull. in can. 29.
Syn. 7. act. 7. can. 11.
S. Hier. lib. aduers. Heluidium c. 2. tom. 1.
Greg. Naz. in tragœdia Chriſto patiente colum. 10. & 11.
Epiph. lib. 3. cont. hæreſ. in fine
D. Aug. lib. 5. de hæreſ. c. 5.
Cyp. orat. de Natiu. Chr.
D. Th. 3. p. q. 35. a. 6. ad 3.
Tob. 12.
Hier. in Ep. ad Euſtoch. de virginit. ſeruan. to. 1.
Alph. Salm. tom. 3. de infantia Chriſti tract. 13.
D. Bon. libr. medit. vitæ Chriſti c. 7.
Epiph. contr. Arrian. hæreſ. 69.

in tertiam partem D. Thomæ, Chriſtum infantem, cum primum editus eſt in lucem, lotum ab Angelis fuiſſe abſque vlla aqua, firmum fundamentum non habet, maxime quod cum Chriſtus Dominus totus mundus natus ſit, lotione non indigebat: quod ſi humectatum corpus ex maternis viſceribus naſcens pannis exſiccari oportuit: certe Beatæ Virgini, quæ pannis eũ inuoluit (vt ait Euãgeliſta) illud officium præſtare incumbebat; & quanto dignior erat B. Virgo ipſis ſpiritibus Angelicis, tãto Chriſto honorabilius, & charius erat hęc officia ab ea ſuſcipere. Sed percontabitur & merito quiſpiam, quis locus Chriſtum Dominum recens natum primus exceperit: num terra ipſa, vel pauimentum, an manus Virginis, vel Angelorum? Quidam exiſtimant in terram ipſam, propter ſummã eius humilitatem immediate concidiſſe, quibus fauere videtur illud Sapientiæ 7. *Ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factam decidi terram.* Sap. 7. Sed de amore Beatæ Virginis erga Chriſtum, ac de ſingulari eius prouidentia circa ortum Domini minime crediderim, pannum, aut linteolũ non ſuppoſuiſſe, vt nõ in nudam, ſed ornatã pro ſuo modulo, vnigenitus Dei Filius, ex ea naſcens deſcenderet terram. Alij opinantur Virginem Filium ſuum ex ſe naſcentem primam ſuis manibus ſuſcepiſſe: alij contemplantes vix id fieri potuiſſe, aſſerunt, Angelorum miniſterio fuiſſe ſuſceptum, & in manibus Virginis hoc eodem tempore poſitum, quo ipſa feruentiſſime ad eum clamabat; manifeſta, æterne Pater, theſaurum tuum in agro corporis mei abſcõditum, & precioſam margaritam in concha carnis meæ latitãtem; reuela mundo imaginẽ tuam, vt te agnoſcat: egrediatur de creatura tua creator omniũ, ex paruo riuo fons magnus; ex vaſculo figulus; ex ramo radix virgulti; ex palmite vitis vera: ſol ex ſtella oriatur; Sponſus de ſuo tabernaculo: ex nube mortalitatis ſol iuſtitiæ: ex cẽtro infinita ſphæra, in qua mũdus videat factorẽ ſuũ, Angelus Regem, & caput ſuum diademate humanitatis coronatum; peccator redemptorem, iuſtus iuſtificatorem, & tribulatus conſolatorem.

Sed iam ſequentia verba explicemus: *Peperit Filium ſuum primogenitum.* Recte quidem ait, ſuum: nam vere magis Filius ſuus erat, quã quicumque alius filius reſpectu ſuæ matris, cũ alij à patre, & matre ſint; Chriſtus autem à ſola Matre, ſine humano patre, Spiritu ſancto cooperante genitus fuerit. Memini Iobum dixiſſe: *Habet argentum venarum ſuarum principia, & auro locus eſt, in quo conflatur.* Iob 28. Chriſtum Dominum ex diuina, & humana natura compactum, ex auro, & argento non incongrue dicemus componi, auro ſcilicet diuinitatis, quod præſtantiſſimum eſt omnium metallorum, & in virtute fere omnia continet, cum auro omnia emantur; argento vero puriſſimę humanitatis, cuius precio ineſtimabili redempti ſumus. Huius autem auri, & argenti mirabilis copulatio, ſi quæras, vbi facta ſit, ecce reſpondeo, in viſceribus Virginis *Argentum venarum ſuarum principia habet.* Cum autẽ dicit Euangeliſta, quod *peperit Filiũ ſuum primogenitum*, obſeruandum eſt, in ſacris litteris primogenitũ vocari, qui primus natus eſt, quãuis nullus poſtea naſcatur. Vnde primus dicitur, nõ quia ſequatur alius, ſed quia nullus præceſſit, ad eum modum, quo Numerorum 18. dicitur: *Quidquid primum erumpit è vulua, ſiue ex hominibus, ſiue ex pecoribus fuerit, ſui iuris erit.* Num. 18. Lege etiam Moyſis præcipiẽte, omnem primogenitum debere in templo offerri, manifeſtum eſt, parentes teneri ad offerendum vnigenitum, quia ille etiam eſt primogenitus, cum ante illũ nullus alius natus eſſet. Dixit etiam Euangeliſta nõ abſque myſterio primogenitũ, quia ſemper primogeniturę magna dignitas fuit in lege veteri, immo & in lege naturæ primogenituræ annexũ erat ſacerdotium. Vt hunc ergo honorem Euangeliſta Chriſto deferret, primogenitũ eum vocitauit; vel, ſi placet, dicamus cum Cyrillo, vocatum fuiſſe primogenitum, quia noſtrã naturam aſſumens multos habuit fratres eiuſdem naturæ participes: *Nominatus eſt*, inquit, *primogenitus vnigenitus Dei Verbum: nam particeps fuit carnis, & ſanguinis, & ſocietatem nobiſcũ habuit.* Cyr. lib. de recta fide. Vel tandem dicamus, quod ſicut Eua dicta eſt mater omnium viuentium, ita Beata Virgo ſpiritualis Mater eſt omnium fidelium: habuit quidem Chriſtum primogenitum ſecundum carnem, fideles vero ſecundogenitos ſecundum ſpiritum, vt ſatis indicant verba Pauli, dicentis: *Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Ad Rom. 8.

Ceterum iam verba illa myſterijs plena: *Et pannis eum inuoluit*, Patrum doctrina exornare aggrediamur, ſed prius obſeruare oportet, quod vbi noſtra vulgata legit: *Pannis inuoluit*, Græcus interpres vertit: *Infaſciauit*, quia Beata Virgo Chriſtum pannis inuoluens, & faſcia obligans, matris, & obſtetricis ſimul officia recens nato filio exhibuit, vt dulciſſimis his verbis ediſſerit D. Cyprianus: *Panniculi*, inquit, *pro purpura pro byſſino in ornatu regio lacinia cõgeruntur. Genitrix eſt, & obſtetrix, & deuotam dilectæ ſoboli exhibet clientelam, attrectat, amplectitur, iungit oſcula, porrigit mammam: totum negocium plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio.* Cyp. orat. de Nat. Chriſti. D. Bernardus myſterium hoc contemplans, ait: *Neque enim ſine certa ratione myſterij pannis Saluator obuoluitur, & ponitur in præſepio, quando id manifeſte in ſignum nobis commendatur ab Angelo. Hoc inquit vobis ſignum: inuenietis infantem pannis inuolutum: in ſignum poſiti ſunt panni tui Domine Ieſu, ſed in ſignum, cui à multis vſque hodie contradicitur; multi quippe vocati, ſed non multi electi, ideo nec ſignati. Agnoſco certe, agnoſco Ieſum magnum, ſordidis opertum veſtibus, dum altercaretur cum Diabolo*, hæc Bernardus. Ber. ser. 4. de Natiu. Venerabilis Beda in eundẽ locum Lucæ ſic ait: *Notandum, inquit, ſolertius, quod ſignum nati Saluatoris datur non Tyrio exceptum oſtro, ſed pannis inuolutum, non in ornatis auro ſtratoriis, ſic in præſepibus inueniendum.* Beda in 2. Lucæ. Ad hæc Patrum teſtimo-

nia

nia ſubiungamus & nos, primum parentem in ſtatu innocentiæ nudum extitiſſe, nec ob id erubuiſſe: poſtquam tamen diuinum præceptum violauit, fecit illi Dominus tunicas pelliceas, & induit eum. Gen. 3. Ex quo aperte inſero, veſtimentum maniſeſtum fuiſſe peccati indicium: nã ſi homo nõ peccaret, veſte, qua tegeretur, nõ indigeret: Cum ergo Chriſtus Dominus pannis inuoluitur, peccatoris inſignibus induitur, qui ſpeculum eſt ſine macula, & imago bonitatis illius, vt ſic velut alter Iacob, veſtibus Eſau peccatoris indutus, Gen. 27. æterni Patris benedictionem multis fratribus poſt illũ výturis obtineat, de quibus D. Paulus ad Hebræos: Ad Heb. 2. *Nõ cõfunditur fratres eos vocare, dicens, nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Deinde ex prædictis verbis: *Et pannis eum inuoluit*, perpulchram doctrinam moralem aduerſus hypocritas eruere poſſumus. Volunt quidem hi Filium Dei geſtare nudum, & cunctis illum oſtendere, ſed non ſic Beata Virgo, non paſſa eſt illum nudum exiſtere, ſed pãnis ſtatim inuoluit, vt doceat nos opera noſtra abſcondere, & quaſi pannis contegere. quod præcipue obſeruare debent hi, in quibus Chriſtus recens natus eſt. Nam quemadmodum vetus Aquilo fructus arboris, dum in flore ſunt, facile adurit, & exſiccat; non ſecus, cum Chriſtus in recens iuſtificati anima naſcitur, veluti in flore eſt, & ideo facile ventus vrens inanis iactantiæ, libidinis, aut ſimilis alterius peccati florem marcidum reddit. Expectandum igitur eſt, vt Chriſtus adoleſcat, & fiat vir, hoc eſt, vt anima in virtute progreſſus aliquos faciat, tunc enim tempus erit oſtendendi Chriſtum nudum, antea vero nõ, niſi ſeruandi illum pannis humilitatis, & ſilentij inuolutum. Quam doctrinam nõ obſcure indicatã arbitror à Chriſto Domino, cum recens natus pannis inuolui, adoleſcens iam, & in ætate prouectus nudus in Cruce pendere voluit. Ac tandem cum B. Virginẽ intueor, pannis Filium inuoluentẽ, & faſcia velut vinculis ligantem, myſtice impletum cerno, quod de vnicorni D. Iſidorus commemorat, ait enim: D. Iſid. libr. 12 etym. c. 2. *Tantæ eſt fortitudinis, vt nulla venantium virtute capiatur: ſed ſicut aſſerunt, qui naturas animalium ſcripſerũt, virgo puella præponitur, quæ venienti ſinum aperit; in qua ille omni ferocitate depoſita caput ponit: ſicque ſoporatus velut inermis capitur.* hactenus S. Iſidorus. Venatores vnicornem hac deludunt arte, opponentes ei virginem decoram, & mundo muliebri ornatam, cuius decore ita capitur, vt depoſita ferocitate, velut mãſuetiſſimus agnus, virginis pedibus prouoluatur, atque ſe tractandum beneuole exhibeat: quę dum leniter ei blãditur, eumq. permulcet, collo eius laqueum furtiue immittit, quo à venatoribus prope deliteſcentibus fortiter retinetur. Mirum ſane vnicornis ingenium, ac vis naturæ eximia, quæ feroci bruto puellarum gratiã ſic conciliat. Quid Filio Dei ſimilius, quam filius vnicornium? maxime Dauide dicente: Pſ. 28. *Dilectus quemadmodum filius vnicornium* Captus & ipſe viſus eſt amore Virginis, & maieſtatis ſuę veluti oblitus, carneis vinculis irretitur, vnde factum eſt, vt cum antea in lege veteri eſſet Deus vltionum, & cornu ſuæ iuſtitiæ acriter feriret, in viſceribus tamen Matris incarnatus, Pater miſericordiarum, ac Deus totius conſolationis merito appellatur.

Illud autem, antequam ad ſequentia verba elucidanda accedamus, ſilentio præterire nõ licet, quare Euangeliſta, cum Matrem pannis Filium inuoluentem commemorarit, eiuſdem & lactantis non meminerit, cum hoc commune ſit omnibus infantibus, cum primum naſcuntur, vbera lactantis ſugere. Opinor ſane conſulto Euangeliſtã id prætermiſiſſe, quia Chriſtus antequã lacte nutriri inciperet, voluit ſacrificiũ abſtinẽtiæ Deo offerre in compenſationem immoderati cibi, quem primus parens contra diuinum præceptum comedit. Itaque ſicut primum hominis peccatum fuit cibi ingluuies, primum etiam externum ſacrificium in eius ſatisfactionem voluit Chriſtus eſſe lactis abſtinentiam. Poſtmodum vero, vt ait D. Cyprianus ſermone de Natiuitate Chriſti, Cypr. ſerm. de Natiuit. Chriſti. Virgo ſanctiſſima Chriſto recens nato porrexit mammam; an vero lac illud fuerit naturale, vel miraculoſum, non eſt vna omnium ſententia: nam eruditiſſimus Salmeron putat naturale fuiſſe, ea ductus ratione, quia Salm. tom. 3 de infantia Chriſti tract. 13. naturale omni puerperæ, vt ſanguinem menſtruũ confeſtim ad mammillas mittat ad alimentum foetus: alij vero, quibus aſſentior, miraculoſum fuiſſe autumant: quia ſi naturali ſolum ratione ducamur, nõ dat lac femina, niſi cognita à viro; deinde quia Chriſtus Dominus, ſicut ex puriſſimis ſanguinibus Virginis genitus fuit, ita ex puriſſimo lacte, non ex menſtruo ſanguine confecto nutriri debebat. Id quod non obſcure edocet Eccleſia catholica, dum canit: *Sola Virgo lactabat vbere de cælo pleno*. Quæ verba ſatis indicant, miraculoſum, ac diuinitus miſſum lac ad vbera Deiparæ Virginis.

Porro ad ſequentia verba iam veniamus: *Et reclinauit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio.* Satis hæc verba humilitatem, & abiectionem loci natalis Domini præ ſe ferunt, quam vt explicent Patres, quidam ſtabulum vocitant, alij ſpeluncam appellant. D. Auguſtinus ſermone ſecundo de Epiphania: D. Aug. ſer. 2. de Epiph. *Abſcondebatur*, inquit, *in ſtabulo, & agnoſcebatur in cælo, vt agnitus in cælo manifeſtaretur in ſtabulo* Diuus Cyprianus: D. Cyp. orat. de Natiuit. Chriſti. *Nulla*, inquit, *domus ambitio, niſi reclinatorium in ſtabulo, Mater in fœno, Filius in præſepio*. At Gregorius Nyſſenus ſpeluncam, illum vocat locum: Greg. Nyſ. orat. de Natiu. Domini. *Quid ſibi vult, quod Dominus in ſpelunca diuerſatur? quod in ſpelunca decumbit? cum ſpeluncam videris, in qua naſcitur Dominus ſubterraneam, ac lucis expertem, hominum cogita vitã, in qua verſatur ie, qui illuceſcit, et apparet his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent.* Et Iuſtinus Martyr in dialogo cum Tryphone, Iuſt. Mart. dial. cũ Tryphone. ait Ioſephũ, cum non haberet in vico locum, in quo diuerſaretur, in ſpelunca diuerſatum eſſe. Eodem modo loquuntur Epiphanius, & Theodoretus, quorum doctrinam pulchre ſatis illuſtrare poſſumus ex illo Iſaiæ 33. Epip. hær. 51 Theod. lib. 8 de cur. Græc. affect. vbi de Chriſto ſermonem

agens

agens inquit: *Iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius erit*, quem locum Septuaginta ſic legunt: *Hic in excelſa petræ fortis ſpelunca habitabit*. Illud tamen, quod hæretici figmentum Chriſtianorum nuncupant, bouem, & aſinum natiuitati Chriſti adfuiſſe, commentũ non eſt, ſed veriſſima traditio Scripturæ, & Patrum teſtimonijs ſtabilita: nam D. Ambroſius ſuper c. 2. Lucæ, & Gregorius Nyſſenus oratione de Natiuitate Chriſti, & Origenes homilia 13. affirmant, impletam eſſe tunc prophetiam Abacuch: nam vbi vulgatus interpres legit: *In medio annorum viuifica illud*, Septuaginta interpretes verterunt: *In medio duorũ animalium cognoſceris*. & magnus Pater Auguſtinus ſermone de Natiuitate agẽs, de loco Natalis Domini ait: *Illic cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui* (quæ ſunt verba Iſaiæ c. 1.) *Circumciſio ſcilicet, & præputium cohærendo lapidi angulari, quorum primitiæ fuerunt paſtores*. Sane aſinus gentilem populum ſignificat, quia veluti totius rationis expertes vitam agebant gentiles. Bos vero populum Hebræum, qui iugum durum veteris legis ſuper ſe portabat, egregie præfigurat. Non igitur eſt figmentum Chriſtianorum, Chriſtum recens natum iacuiſſe inter duo animalia. Immo D. Gregorius Nyſſenus, quod in hoc ſingulare adinuenit myſterium, his verbis ſcripſit: *Medius inter bouem, & aſinum in præſepio vtriuſque Dominus eſt, vt ſoluto interſtitio ſepis ambos in ſeſe creet in vnum nouum hominem, & ab hoc graue legis iugum auferat, & illum ſimulachrorum cultus onere leuet*. Stupẽdum ſane prodigium, ineffabile ſacramẽtum, portentum à ſeculo numquam auditum! Filius Dei, qui eſt in ſinu Patris, vagiens iacet in præſepio. quid altius ſinu Patris, & quid humilius ſtabuli præſepio! Vere quidem *In propria venit, & ſui eum nõ receperunt*. Memini Plinium commemorare infantem Sagunti recens natum, protinus reuerſum in vterum matris, anno, quo ab Annibale deleta fuit, quaſi refugiens videre ſuæ ciuitatis tam lamentabilem cladem. Certe ſi amor huius diuini infantis, quo nos mirifice proſequitur, nobis non innotuiſſet: nõ immerito tunc poterat timeri, ne recens natus iterato in matris ventrem introiret, in ſacraque matris viſcera reuerteretur, ne in tam abiectum, atque ſqualentem locum deſcenderet, ac tantam in creaturis à ſuis ingratitudinem experiretur. at id alienum ſatis fuit à Chriſto Domino. Nam ſicut olim Ariſtippus, referente Laertio, percontante Dionyſio, cur in Siciliam veniſſet relicto Socrate, reſpondit, vt quæ habeo, impertiam; quæ non habeo accipiam: ita procul dubio Filius Dei de Patris ſinu in vile præſepium deſcendit, vt gratiæ bona nobis impenderet, & à nobis mala pœnæ mutuaret. Vnde deſcenſus iſte Deo gratus, hominibus vtilis, Angelis iucundus, Chriſto acerbus, Diabolo vero infeſtus valde fuit. Nam ſicut natura, vt quidam Doctores referunt, quendam vermiculum producit, qui non alio, quam pluuiæ tempore naſcitur, & cum à nullo fouetur, ipſe quærens cibum naturali inſtinctu in caput draconis conſcẽdit, & aculeo ſuo ita graue vulnus eiinfligit, vt continuo mortuus in terrã concidat, vnde *ſerpentis ſpoliator*, vocatus eſt: non diſſimiliter Chriſtus Dominus, qui ſe vermem vocauit: *Ego autem ſum vermis, & non homo*, tempore illo pluuiæ natus (de quo Iſaias: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum*) cum primum naſcitur in Bethlehem, & quaſi quodãmodo deſertus à matre reclinatur in præſepio, ſtatim antiquum ſerpentem quærit, & caput eius confringit, & ſpolia, quæ tyrannice occupauerat, ab eo glorioſe eripit. Vnde merito ſicut vermis ille, *ſerpentis ſpoliator*, vocari poteſt, & tanto quidem glorioſior, quanto in infantili adeo ætate tam ferocem, ac horrendum ſerpentem in præſepio iacens, & faſcia inuolutus, non extendens brachium, nec haſtã vibrans, haud ex cælo fulgura mittens, fortiter contriuit. Id quod aperte pronunciauerat Iſaias, cum dixit: *Antequam puer ſciat vocare patrem, auferetur fortitudo Damaſci*.

D. Amb. ſup c. 2. Luca. — Greg. Nyſſ. orat. de Natiuit. Domini. — Orig. hom. 13. — Abacuch 3. — D. Aug. ſer. de Natiu. 1. — Iſai. 1. — Greg. Nyſſ. orat. de Nat. — Ioan. 1. — Plin. lib. 7. — Laer. l. 2. c. 8 — Vin. Bellua. — Pſ. 21. — Iſai. 45. — Iſai. 8.

Tandem ſubiungit Euangeliſta: *Et non erat ei locus in diuerſorio*. Diuino conſilio factum eſt, vt Chriſtus Dominus non in hoſpitio aliquo priuato, ſed in loco patulo, & omnibus communi naſceretur, vt oſtenderet pro omnibus naſci, & ad omnibus ſubueniendũ venire. Hac enim de cauſa conſulto etiã extra portã paſſus eſt, & ex monte Oliueti extra ciuitatem Hieruſalem in cęlum aſcendit, vt ſe pro omnibus Patri mortis ſacrificiũ offerre, & pro cũctis ad poſſeſſionem regni accipiendam conſcendere manifeſtaret, quam ipſe nobis donare dignetur, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſęcula ſæculorum. Amen.

Homilia Decima.

Singulari quadam, ac erudita expoſitione elucidantur verba Eccleſiæ catholicæ, in ſacro Chriſti Domini natalitio: Rex pacificus magnificatus eſt, cuius vultum deſiderat vniuerſa terra: & illa alia his ſimilia: Magnificatus eſt Rex magnificus ſuper omnes Reges vniuerſæ terræ. 3. Reg. 10.

Eccl. in off. Natiuit. ad Veſper.

ECCLESIA catholica diuino Spiritu afflata mutuauit fere omnia propoſita verba ex lib. 3 Reg. vbi ſacra Scriptura de Salomone Chriſtum adumbrante in hunc modũ loquitur: *Magnificatus eſt Rex Salomon ſuper omnes Reges terræ diuitijs, & ſapientia,*

tia, & vniuerſa terra deſiderauit vultum Salomo-nis. Et licet Eccleſia verba hæc alterauerit, & mutauerit, talis mutatio verborum compoſitionem illuſtriorem reddit, & fortiorem, vt auctor eſt D. Bernardus in hæc verba: *Cum Eccleſia in Scripturis diuinis verba vel alterat, vel alternat, fortior eſt illa compoſitio, quam poſitiua prima verborũ*. cuius eã ſatis cõgruentẽ poſſumus reddere rationẽ, quia tũc Spiritus ſanctus, qui antea verba compoſuerat, eorundem etiam per Eccleſiam, tanquam per diuinum eius oraculũ, applicationem docet. Id tamen difficile videtur in verbis Eccleſiæ, qua ratione verificentur. In primis aiunt, quod vultum eius deſiderat vniuerſa terra, & tamen Ioan. teſtatur: *In propria venit, & ſui eum non receperunt*: nec infantulo recens nato hoſpitiolum aliquod exhibuere, ſed inter animalia potius commorari, & in prçſepe reclinari permiſerunt. Deinde ſequentia verba habent: *Quod magnificatus eſt ſuper omnes Reges vniuerſæ terræ*, cum tamen humiliatus, & eiectus videatur non ſolum præ omnibus Regibus terræ, ſed prç omnibus hominibus, ipſo dicente: *Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, abiectis plebis*. Nihil ſane commune habere videtur vilitas vermis cum maieſtate Regis; nihil opprobrium cum Principum magnificentia, & regio ſplendore: nihil tandem abiectio cum gloria, præter quod cum primum Chriſtus Dominus naſcitur, Auguſto Cæſari tributũ impendit. Tributũ autẽ exhibere inferioris eſt, nõ ſuperioris. Regis etiã proprium eſt purpura indui, & ſericis, atque aureis veſtibus ornari; at Chriſtus pauperculis pannis inuolutus matris vbera ſugit. Princeps recens natus auratis, vel eburneis in cunabulis iacet; Chriſtus vero in humili prçſepio reclinatur. Qui ergo fieri poteſt, quod cum hæc omnia eximiam redoleant vilitatem, & abiectionem, nihilominus Eccleſia Catholica dicat Chriſtum Dominum in ſua natiuitate magnificatum fuiſſe ſuper omnes Reges vniuerſæ terræ? Ad huius difficultatis ſolutionem præmittere oportet, quod licet Deus opt. maximus excellentiæ, & magnitudinis incrementum ſuſcipere nõ poſſit, vtpote infinitæ, dicente Dauid: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis*; tunc tamen dicimus Deum magnificari, cum per excellentiſſima eius opera mira eius celſitudo, & magnificentia clarius nobis innoteſcit. In quo ſenſu dixit Dauid: *Domine Deus meus, magnificatus es vehementer*. Et rationem huius ſubdit, quod cælos fabricauerit, & aquas cryſtallinas produxerit: *Extendens cælum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius*. Hæc enim opera Dei maieſtatem, & potentiam mirum in modum commendant. Cum ergo magnificari Deum nihil aliud ſit, quam in effectibus ab eo dimanantibus magnificentiam, ac mirabilem eius virtutem detegi, inde facile deprehendemus, quam veraciter Eccleſia dicat catholica, Chriſtum in humili ſuo ortu magnificatum fuiſſe ſuper omnes Reges vniuerſæ terræ. In primis enim magnificatus fuit in Matre, virginitatem eius minime lædens, ſed magis illuſtrans, & clariorem illam reddẽs. Vnde ipſa cecinit: *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius*. Deinde infans ſic recens natus in ſe ipſo valde magnificatus eſt, cum alioquin habens corporis molem naturaliter impenetrabilem cum alio corpore, tanquam ſi corpus glorioſum eſſet, cum reuera eſſet mortale, clauſa vteri virginei porta, vt Ezechiel prędixerat (*Porta hæc clauſa erit*) ex viſceribus maternis ineffabili modo egreſſus eſt. Quod ſi cunabula regia inſpiciamus, præſtantiam, atque excellentiam præſepis Chriſti non ſolum non ſuperant, ſed longo ab eo ſuperantur interuallo, cum illa omnia tandem putrefacta in viliſſimum puluerem abierint, præſepe autem Chriſti Domini, quaſi immortale eſſet, hanc gloriam ſibi vendicauit, vt incorruptum adhuc Romæ perſeueret in inſigni, ac miraculoſo templo ſanctæ Mariæ Maioris, in magnificentiſſimo noſtri Sixti Quinti felicis recordationis ſacello, & ſumma fidelium religione, ac veneratione colitur, & à ſummis Imperatoribus, ac Regibus in genua procũbentibus adoratur. Quid de pauperculis pãnis dicam? hi magnificentiæ non fuere expertes, dulciſſimo Bernardo dicente: *Ipſi panni Saluatoris diuitiæ noſtræ ſunt, precioſiores omni purpura, & glorioſius hoc præſepe Regum ſolijs deauratis; ditior denique Chriſti paupertas cunctis opibus, cunctiſque ſæculi theſauris*. Quod ſi reliqua, quæ indigẽtiam, & paupertatem Chriſti redolent, inſpiciamus, hæc eadem tantis ſunt referta diuitijs, vt non dubitarit Apoſtolus dicere: *Propter vos egenus factus eſt cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis*. Quis vnquam fuit, etſi potentiſſimus Rex, qui paupertate ditare aliquem potuerit? Cum ergo Chriſtus Dominus inopia ſua totam locupletarit Eccleſiam, non parum eius magnificentiam oſtentat. Vnde recte D. Bernardus id conſiderans dixit: *Quanto minorem ſe fecit in humanitate, tanto ſe maiorem exhibuit in bonitate*. Reges quidem dignitatis ſuę manifeſtant ſplendorem, cum ſumptuoſiſſima palatia conſtruunt, ingenti ſtipantium caterua eos cõcomitante incedunt, precioſiſſimis veſtibus induuntur (his enim omnibus illi proculdubio opus habent, vt ab eis maieſtatem, & ſplendorem regium emendicent: abſque illis enim pompatica illa maieſtas prorſus corrueret) at Chriſti Domini ea eſt magnificentia, ea ſuper vniuerſis terræ Regibus excellentia, vt opus non habeat maieſtatẽ, & ſplendorem a corruptibilibus creaturis mutuare: immo omnes, quidquid boni habent, ab eo participant, tamquam a perenni omnium bonorum fonte. Itaque Reges a palatijs, a famulis, a veſtibus, & alijs huiuſcemodi honorantur, & decorantur; Chriſtus autẽ his e contra, quidquid decoris, & ſplendoris habent, ipſe tribuit, ipſe ea exornat, nõ exornatur ab eis. Merito igitur canit ſancta mater Eccle-

ſia:

Marginal notes: D. Ber. ſer. 3 de vigil. natiu. — Io. 1. — 3. Reg. 1. 10. — Pſal. 21. — Pſal. 47. — Pſal. 103. — Ibid. — Luc. 1. — Ezech. 44. — Bern. ſerm. 4 in vig. nati. — 2. Corin. 8. — Ber. ſerm. 1. de Epiph.

3. Reg. 10. ſia: *Magnificatus eſt Rex pacificus ſuper omnes Reges vniuerſæ terræ*. Si olim Rex Salomon in eo valde fuit magnificatus, quod Regina Saba de longinquis regionibus ad eum venerit, & precioſa munera obtulerit, nonne maiorem arguit in noſtro infante recens nato magnificentiam, *Ibidem.* quod non Regina vna, ſed Reges tres ad pedes eius adorandos de longinquis regionibus aduentantes in genua procubuerint, & auri, myrrhæ, & thuris precioſa tributa, tamquam Deo, homini, Regi obtulerint? Sed non ſolum Reges, verum & Angelici ſpiritus ab empyreo cælo deſcendentes eius gloriam de- *Luc. 2.* clamantes, ad porticum Bethlehem deſcenderunt. Quibus omnibus adeo illuſtrata, ac magnificata Chriſti Domini natiuitas fuit, vt merito Eccleſiæ catholicæ liceat dicere, non ſolum: *Magnificatus eſt Rex pacificus ſuper omnes Reges vniuerſæ terræ*; ſed & illud Paralipo- *1. Paral. 29.* menon: *Tua eſt Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus. Cuncta enim, quæ in cælo ſunt, & terra, tua ſunt*. Recte quidem ait (omnia tua ſunt) quia dominium regium Chriſti non ſolum in quantum Deus, ſed in quantum homo, ad vniuerſas creaturas protenditur, vt non obſcure ſignificant verba illa, à paucis ad hoc propoſitum obſer- *Luc. 1.* uata: *Regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis*. Videntur quidem prima facie hæc vltima verba ſuperfluere, ſcilicet, *Ibidem.* *non erit finis*: nam ſi regnum eius erat æternum, ſatis vtique conſtabat non habiturum finem, cum rei æternæ hoc proprium ſit, vt fine omnino careat. Sed reuera Angelus, cuius hæc ſunt verba, non ſuperflue, ſed apte, & concinne illa addidit. Nam cum ait, non erit finis, non loquitur de duratione Regni, de quo iam prædixerat futurum eſſe æternum, ſed ſignificare intendit, quod Regnum illius non erat limitatum futurum inſtar aliorum Regnorum, quę certis finibus, præfixiſque terminis circum- *Ibidem.* ſcribuntur, & hoc ſibi volunt verba illa: *Et Regni eius non erit finis*, id eſt, regni eius non erit limes, aut terminus aliquis, quia dominabitur à mari, vſq. ad mare; immo in cæleſtibus, & ter- *Matt. 28.* reſtribus, iuxta illud: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra*. Quo etiam modo loquendi video vſum fuiſſe Virgilium, vt ſignificaret, Romanorum Imperium ad omnes nationes protendendum eſſe ſine aliquo fine:

1. Aeneid. *His ego non metas rerum, nec tempora pono.*
Imperium ſine fine dedi.

Deinde ex eo magnificentia, maieſtas, & potentia Chriſti in eius natiuitate mirifice detegitur, quod potentiſſimum hoſtem, dæmonem intelligo, cuius potentiam miratus Iob, dixit: *Iob 41.* *Non eſt poteſtas in terra, quæ valeat ei comparari*, ipſe non alijs armis, quam infantilis corporis humilitate exterminauit, & profligauit: *Io. 12.* *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras*. Procurauerat ſemper in omni ſæculo, & in omni ætate crudelis hic humani generis hoſtis hominum animas multis ſceleribus deturpare, vt ſic in odio à Deo habitæ, Deus Filium ſuum ad nos mittere indignaretur: ſed fefellit illum falſa eius ſpes, quia non eſt conſilium, non eſt prudentia, non eſt ſapientia aduerſus Deum. Diabulus per omnia ordinationi diuinæ reſiſtere nititur, & in omnibus vijs ſupplantator, ruinam Angelorum de hominum genere reparare volente Deo, Diabolus hominem Deo inobedientem reddit, non obſtante cuſtodia Angeli boni, atque eouſque hominum excreſcit iniquitas, vt diluuio vniuerſali genus hominum deleat Deus, ſolo Noe cum vxore, *Gen. 6.* liberis, eorumque vxoribus ab ipſo diluuio præſeruatis. Ante autem Eccleſia militante in Abel initium habente, Cainum aduerſum fra- *Gen. 4.* trem ſuſcitarat, diluuio extinctis hominibus, è tribus fratribus vnum in patrem Noe exci- *Gen. 9.* tat, quem vituperati patris arguentes cereri, nihil proficiunt: ſic nouit Diabolus ex Eccleſia ſeducere, qui ipſi Eccleſiæ inſidias moliantur. Deuenitur ad Abraham, Iſaac, & Iacob, quorum greſſus ſic Deus dirigit, vt de ijs merito per Dauidem dixiſſe perhibeatur: *Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis* *Psal. 104.* *nolite malignari*: pro talibus enim corripuit *Gen. 20. & 26.* Reges. Ex tribus illis populus Iſrael deſcendit, qui in Aegypto multa paſſus tandem liberatur, Pharaone cum ſuo exercitu in aquis extincto, & ijs, qui nondum mare ingreſſi erant, fulmine percuſſis. Egreſſo Iſraeli ſuſcitat Diabolus Amalech, cum quo præliator, *Exod. 17.* & victor exiſtit, ne vno quidem nuncio cladis relicto ex Amalech exercitu. Denique infinitos prope labores ſuſtinet hic populus in terra deſerta, dum ingreſſum in terram promiſſionis accelerare cogitat, dum ad opus contra gentilem ſe accingit, dum occupare incipit Hai, & Hiericho ciuitates gentium, dum in potenti manu Dei, & brachio excelſo Reges gentium debellat, & ſuſpendit in patibulis, dum ſub ducibus, & ſacerdotibus à Ioſue ad Samuelem vſque varios caſus experitur, modo exaltatus ſupra hoſtem, modo per eundem diuino iudicio humiliatus. Regem ſibi poſtulat, Saulem obtinet, ſub quo, & Dauide, ac Salomone pariter vnicum eſt regnum, quod poſtea diſſēſione ciuili diuiditur inter Roboam, & Hieroboam. Sic pericula, quæ vnitus Iſrael ſuſtinuerat ab hoſte externo, diuiſus in cauſa religionis, partim à diſſenſione ciuili, partim à violentia externi hoſtis, ſibi duplicati experitur deſerto ſuo Deo. Multis enim incurſionibus, direptionibus hoſtilibus, & tandem captiuitate miſere vexatus in omnes fines terræ diſpergitur, pœnitens ſuæ libertati reſtituitur: ſed cum in poteſtatem Romanorũ Iudaica gens redacta eſſet, ſuique amplius non eſſet iuris, Dei Filius extremam illius crudelitatem experturus (etſi iam in Prophetas armata fuerat, in eoſque deſęuierat) periti medici inſtar, qui apoſtemati, non niſi in ſummo tumore ſuo exiſtenti medicamentum adhibere ſolet, vt ait Diuus Gregorius Nyſſenus, cum ſu- *Greg. Nyſ.*

premum ſuæ malitiæ, & obſtinationis apicē attigiſſet, extremo morbo extremum adhibiturus remedium.

Ad hæc ex fine, propter quem Chriſtus naſcitur, ſingularē eius magnificentiam haud difficile venabimur: [Iſai. 9.] *Puer enim natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis*, vt dixit Iſaias, non vt primordium, vt olim Adam, naturalis vitæ humano generi conferret, ſed vt vitam ſupernaturalem, & diuinam hominibus donaret: [Ioan. 10.] *Veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant*. Sicut enim primus homo de terra terrenus per naturalem propagationem terrenam hominis imaginem communicabat; ita ſecundus homo de cælo cæleſtis per ſpiritualem generationem, cæleſtem, adeo & diuinam nobis contulit imaginem, vt Chriſtum ipſum exprimas, iuxta Pauli ſententiam, dicentis: [Galat. 4.] *Donec formetur Chriſtus in vobis*. Naſcitur velut alter Iacob, vt ſupplantet dæmonem, & ſcalam in terra collocet, qua homines in cælum conſcendere poſſint, [Gen. 27.] & Angeli hominibus miniſtraturi cælitus deſcendant. Naſcitur velut alter Moyſes, [Exod. 2.] vt populum ſuum non à Pharaonis dura ſeruitute, ſed à tyrannica Satanæ poteſtate eriperet, & infeſtiſſimos hoſtes in dies nobis magis, ac magis inſidiantes in rubro ſui ſanguinis mari ſubmergeret. Naſcitur [4. Reg. 2.] velut alter Eliſeus, non vt in dulces amaras aquas Marath conuertat, ſed vt labores paupertatis dedecoris, & ſimiles felle, & abſynthio amariores, melle, & ſaccharo dulciores redderet. [Exod. 31.] Naſcitur, non vt in lapideis tabulis veterem illam legem ſculperet, laborioſam adeo, [Act. 15.] vt dixerit Diuus Petrus: *Quam nec Patres, nec nos portare potuimus*: ſed vt charitatis legem in cordibus noſtris ſcriberet, ſuauem adeo, vt [Matth. 11.] Chriſtus ipſe legislator dixerit: *Iugum meum ſuaue, & onus meum leue*. Natus eſt, vt virium noſtrarum imbecillitatem adeo corroboret, vt facile de infeſtiſſimis noſtris inimicis glorioſam victoriam infirmitas noſtra reportet. Naſcitur tandem, non vt, velut antiqui Prophetæ, futura ſolum polliceatur, ſed vt ab eis promiſſa ſuperabundanter compleat, & in cæleſtem demum patriam omnibus bonis ſcaturientem, non in terram promiſſionis lacte, & melle manantem introducat. Hæc, quæ fuſius diximus, his paucis verbis eleganter perſtrinxit Diuus [D. Max. ſer. de Natiuit. Chriſti.] Maximus, dicens: *Si tibi panni, quibus infans Chriſtus inuoluitur, fortaſſe vileſcunt, Angelos collaudantes admirare: ſi præſepe deſpicis: erige parumper oculos, & nouam in cælo ſtellam proteſtantem mundo natiuitatem Dominicam contuere: ſi credis vilia, crede mirifica: ſi de his, quæ humilitatis ſunt diſputas, quæ alta ſunt, & cæleſtia, venerare*.

Verum quia Chriſtus Dominus hanc ſuam magnificentiam primitus paſtoribus, deinde Regibus reuelauit, id, antequam ad alia me conuertam, percontari placet, cum Deus decreuerit, vt ad Chriſtum adorandum paſtores, & Reges properarent, cur prius paſtores, quam Reges, & cur etiam ex Iudæis paſtores, ex gentibus Reges elegerit. Potuiſſet enim è contra ex iſtis paſtores, ex illis vero Reges vocaſſe. Huic prudenti interrogationi, quantum ad primam eius partem, conſentaneam ſatis eſſe reor Diui Cypriani martyris reſponſionem, in hæc verba dicentis: [Cypr. ſer. de Nat. Dom.] *Electa eſt perſonarum humilium ſimplicitas, vt poneretur regula, & indiſſolubilis daretur forma, quod niſi pauperibus ſpiritu Chriſti pateret humanitas, nec ſuperbos ad intuitum ſui poſſit admittere veritas*. Sicut enim cum ſol in inferiore, ac humili loco oritur, inferiora, & humiliora neceſſe eſt prius illuminet: ita nunc cum fulgentiſsimus ſol iuſtitiæ Chriſtus Dominus in abiectiſsimo ſtabuli loco ortus fuerit, paſtoribus abiectis hominibus prius ſplendeſcere cœpit, ſupernis fidei diuinæ radijs præ omnibus mundi magnatibus eos illuminans. Secundæ autem parti propoſitæ interrogationis apte ſatis reſpondetur, ſi dicamus, Chriſtum Dominum ex populo Iſraelitico ignobiles, ex gentili vero Principes vocaſſe: quia præuidebat ex illo credituros, & conuertendos fore, non nobiles, ſed abiectiores: ex iſto vero nobiliores, & potentiores. Ioannis enim ſeptimo dicitur: *Numquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? ſed turba hæc, quæ non nouit legem*. [Ioan. 7.] E contra vero Iſaias prædixerat: *Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui*. [Iſai. cap. 60.] & ſubdit: *Suges lac gentium, & mammilla Regum lactaberis*. Quibus verbis aperte ſignificat, tunc ex gentibus primates eſſe conuertendos, & principes eorum Chriſtianæ religionis augmenti ſingularem curam habituros.

De loco autē, vbi prædicti paſtores cuſtodias noctis agētes ſeruabant à lupis, leonibus, alijſq. feris in illa regione frequentibus greges ſuos, ait beatus Hieronymus: Erat turris Ader, id eſt gregia, iuxta quam Iacob pauit greges ſuos, [In Epitaph. Paulæ.] vbi audire meruerunt: *Gloria in excelſis Deo*. [Et in trad. Hebræa.] Dumque ſeruant oues, inuenerunt Agnum Dei, puro, & mundiſsimo vellere, quod in ariditate totius terræ cæleſti rore complutum eſt. De eodem loco, & paſtorum numero addit Beda: Ad Orientem in turre Ader, id eſt [Lib. de locis Sanct. c. 8.] gregis, mille paſſus à ciuitate Bethlehem ſegregata eſt eccleſia, trium paſtorum diuinæ natiuitatis conſciorum monumenta continens. Dē hac turri intelligi volunt Aymon, & Beda in [Aymon, & Beda in c. 2. Luca.] capite ſecundo Lucæ, verba Michææ quarto: [Mich. 4.] *Et tu turris gregis nebuloſa filia Sion vſque ad te veniet: & veniet poteſtas prima, regnum filiæ Hieruſalem*. Silentio deinde non præteribo, quod ſtupentes, & trementes paſtores Angelus mox conſolatur; dicens: *Nolite timere &c.* [Luc. 2.] Nolite timere ſpectrum, en veritas adeſt. Nolite timere mortem, vitam vobis præſentem annuncio. Nolite inferos timere, cælum vobis apertum prędico. Nolite timere captiuitatem, ecce redemptorem vobis denuncio: *Natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus* [Ibidem.]

Domi-

Dominus in ciuitate Dauid. Saluauit quidem Moyſes populum ex Aegypto, Ioſue de Regibus Ghananæorum, Dauid de tyrannide Palæſtinorum, Eſdras, & Hieremias de Babylone: ſed hic, quem annuncio, liberabit totum genus hominum, quantum in ſe erit, ab omnibus peccatis eorũ, ab ira Dei, & inferorum æternis ſupplicijs, ac crudeliſſima ſeruitute dæmonum. Liberabit animas à delictis ſuis, cum per ſacramenta remittet ea, & corpora à communis incinerationis contumelia, quando excitabit illa, & conformia reddet corpori claritatis, & immortalitatis ſuæ.

Tandem vt ad id, vnde nonnihil digreſſi ſumus, reuertatur oratio, ac finis noſtri ſermonis principio conſentiat, in memoriam (quæſo) reuocemus Eccleſiaſtici verba: *Innoua ſigna, & immuta mirabilia, glorifica manum, & brachium dextrum, tolle aduerſarium, & affige inimicum.* hanc petitionem perfectiſſime Chriſtus Dominus adimpleuit. Nam ſi ad priſtina illa, quæ in lege naturali, & ſcripta patrauit mirabilia, mentis aciem conuertamus, longe his ſane inferiora, quæ in lege gratiæ oſtentauit, facile detegemus, ex quo manifeſte conſtabit, quomodo ſigna innouarit, immutauerit mirabilia, & glorificauerit manum, & brachium dextrum, & aduerſarium generis humani deuicerit. Si in lege naturæ apparuit arcus, quem vidit Noe, tribus coloribus inſignitus, in ſignum fœderis, & pacis; ecce nunc in præſepio ſplendidiorem arcum, tribus ſubſtantijs compactum, diuinitate, anima, & corpore. Fecit olim Ezechias ſolem retrocedere decem lineis; ecce ſolem iuſtitiæ, qui carnem noſtram aſſumens, vſque ad decimam lineam retroceſſit. Natura enim humana decimum locum habet poſt nouem choros Angelorum. vnde Dauid dixit: *Minuiſti eum paulo minus ab Angelis*. Nouitatem huius operis contẽplans Damaſcenus libro 2. de fide capit. 3. dixit: *Opus hoc eſt nouum nouorum maximum, & quod ſolum nouum ſub ſole eſt, per quod infinita Dei apparet virtus*. Floruit quondam ſicca virga Aaron: at nunc ecce virgam de radice Ieſſe, (intemeratam intelligo Deiparam Mariam) quæ concipiens, grauida, & parturiens virginitate ſemper floruit. Ac tandem, vt plura paucis comprehendam, quia omnia perſequi impoſſibile eſſet, Deus olim Babylonicos ædificatores irriſit, & linguas eorum confudit; Sodomam, & Gomorrham igni deuorante extinxit; Datan, & Abiron à terra deglutiri mandauit; Aegyptiaca flumina in ſanguinem conuertit; infeſtiſſimis ranis, & muſcis Pharaonis terram impleuit, ac tandem ipſum, eiuſque equitatum in mare demerſit. Ecce hęc omnia ſigna, Chriſto recens nato, innouata, & immutata cernimus iterum: qui antea Deus erat vltionum, nunc adeſt Deus miſericordiarum, & totius conſolationis, vt ait Paulus: ecce tunc manifeſtabat Deus omnipotentiam ſuam in puniendo: at Chriſto recens nato, oſtendit illam in parcendo. Vnde catholica Eccleſia canit: Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo, & & miſerando maxime manifeſtas, & cæt. Olim maieſtatem de cælo tonando, & fulgurando detegebat; nunc autem vagiendo, & in præſepio lacrymando apertius illam nobis demonſtrat. Vere ergo Chriſtus Dominus ad amuſſim impleuit in ortu ſuo, quod Eccleſiaſticus poſtulauerat: *Innoua ſigna, & immuta mirabilia, glorifica manum, & affige inimicum.*

Homilia Vndecima.

Ex antiqua humani amoris figura poſitus in præſepio Chriſtus amoris verus eſſe Deus oſtenditur.

INTER alia ſimulachra, quibus veteres amoris Deum exprimebant, illud eſt ſingulare, & noſtro propoſito valde conueniens, quo depingebatur ætate florens, & pulcher, veſte aſpera indutus, aperto capite, pectore nudo, inſtar vitri, corde conſpicuo, vna manu calceamẽta, altera tenens hãc epigraphen: *Ius meum alteri tribuo.* Cuius figuræ partes explicabo ſigillatim, & diuini amoris artifici Chriſto Domino mirabiliter cõuenire declarabo. Pingebatur in primis adoleſcẽs, & pulcher, quoniam illa ætas potiſſimũ amoribus inſeruire ſolet, corporiſq. venuſtas illecebra eſt; immo & arcus ipſe, vnde ſagittæ prodeũt, quib⁹ amantium corda ſauciãtur. Detectum habebat caput, quoniam amans nullis debet temporum iniurijs ab amore deterreri; cor autem vitreum, quoniam nulla eſſe debet inter amantes ſimulatio, vel occultatio cõſiliorum: calcei denique, & inſcriptio iam relata proprij iuris ceſsionem indicabat. Calceamenti datio id etiã apud Hebræos ſignificabat, vt ex libro Ruth conſtat, vbi legitur: *Hic autem erat mos inter propinquos, ſi aliquando alter alteri iuri ſuo cedebat, ſoluebat calceamentum ſuum, & dabat proximo ſuo.* Hæc amoris, vt ſuperius deſcripta eſt, effigies amori tantum humano conueniebat, ſed multo profecto excellentius amoris vero Deo Chriſto Ieſu aptabitur, dum in porticu Bethlehẽ iacet humilis, qui eſt in ſinu Patris altiſsimus. Nam ſi gentium antiquitas falſum amoris Deum vultu pulchrum figurabat; quæ vnquam pulchritudo potuit æquari Chriſti pulchritudini, cum ſit, quatenus Dei Filius, viuũ exemplar, & naturale ſimulachrum Patris, vel, vt dicit Apoſtolus: *Figura ſubſtantiæ eius?* Quatenus autem homo, adeo formæ dignitate, & venuſtate pręſtat, vt a Dauide fuerit appellatus *Speciosus forma præ filijs hominũ.* Duplex pulchritudinis genus poſſumus in hoc diuino infantulo contẽplari, vnũ corporis,

alterum mentis: vtroq. mirabiliter cunctis mortalibus præcellit. Nam ſi de corporis forma loqui velimus, non eſt cum illo Moyſes, ab omnibus habitus pulcherrimus, cōparandus. Quoniam ſi adhuc puer faſcijs inuolutus, & caniſtro impoſitus Moyſes nimia vultus elegantia filiam
Exod. 2. Pharaonis in amorem ſuum pertraxit, & cum iam adoleuiſſet, dum per viam incedebat, vt re-
Ioſephus. fert Ioſephus, eius admirantes venuſtatem opifices ab operibus abſtinebant, vt eius gratiſſimo aſpectu fruerentur: quis non fatebitur multo maiorem, & excellentiorem eſſe formā Chri-
Hiero. 9. ſu per Matth. ſti naſcentis? de quo dixit Hieronymus: *Fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ſe videntes trahere poterat aſpectu*. At ſi de ſpiritus pulchritudine loquamur, infinitus ſermo noſter erit; ſatis vero nunc ſit dicere, illius eleganti ſpecie ipſos cæleſtes ſpiritus, & tam Eccleſiæ militantis, quam triumphantis iuſtos, & Sanctos decorari, ac pulcherrimos reddi. Cuius pulchritudinis in Chriſto mirifice fulgentis egregia figura ca-
2. Reg. 14. pilli Abſalonis fuerunt, quos ab Iſraeliticis puellis vſurpatos, & proprijs crinibus intextos ad maius ſuorum ornamentum, non obſcure ſacra pagina indicat, cum dicat Abſalonem ſingulis annis illos vendere ſolitum centum ſiclis. Itaque ſicut venuſtas Abſalonis non tantum ſibi vtilis, & decora erat, ſed etiam alijs; ſic etiam pulchritudo ſpiritus in Chriſto tanta fuit, vt capitis ſui capillis, id eſt ſuis meritis, multo decentius, & pulchrius, quam Iſraeliticæ virgines, animæ piorum exornentur. Ad cuius rei intelligentiam notandum eſt, triplicem eſſe in Chriſto gratiam: ex quibus prima, & præcipua eſt Verbi diuini hypoſtatica vnio, per quam Chriſto quatenus homini increata Dei pulchritudo communicata fuit. Secunda gratia eſt, quæ vocatur habitualis, qua tamquam ſupernaturali qualitate anima noſtra illuſtratur, vt diuinis oculis grata ſit, & amabilis. Tertia gratia à Theologis dicitur gratia capitis Eccleſiæ, quæ gratia eadem eſt, quæ vnionis, & habitualis, prout in huius myſtici corporis mēbra influit, quorum caput eſt Chriſtus, vt dixit Paulus:
Ad Epheſ. 1. *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam*. Cum igitur gratia ſecundum naturam ſuam ſit animæ noſtræ decus, & ornamentum, ſequitur inde manifeſte, per eius communicationem, & transfuſionem in iuſtos ex influxu capitis ad membra, pulchritudinem Chriſti tantam, & talem eſſe, vt per illam animæ ornentur multo melius, & pulchrius, quam auratis Abſalonis crinibus Iſraelitæ cohoneſtabantur.

Erat Amoris indumentum ex panno forti, & aſpero, quoniam amor non ad breue tempus, ſed in longum duraturus eſt. Quod certe Chriſti amori optime conuenit, quandoquidem ſicut ipſe, ita & amor eius æternus eſt, vnde in-
Hierem 31. quit: *In charitate perpetua dilexi* &c. Nam ſimul cum natura, quam à Patre per æternam accepit generationem, communicata ei fuit ſingularis in humanum genus voluntas, & charitas, qua ſemper noſtra commoda perquirit: vnde quamuis poſt mundi creationem ſemper ab homine reflauit in Deum humanarum culparum Aquilo, non tamen potuit extinguere huius diuini amoris incendium; immo poſt innumerabilia hominum peccata, vt eis remedium afferret, voluit tandem homo fieri, & puer naſci, proprijs doloribus nobis quærens ſalutem, & ſuo ſanguine animarum parans redemptionem.

Amoris caput apertum, & expoſitum cæli, ac temporis incommodis, inſinuabat nihil arduū, aut difficile futurum amantibus, ſed potius pericula quæuis fortiter ſubeunda, vt quem amant tueantur. Non minus id Chriſto accommodabitur, cum dicat Euangeliſta, illum naſcentem, non purpureis ornamentis, ſed pannis obuolutum: *Et pannis eum inuoluit*: cuius fuerunt cu- Luc. 2.
nabula præſepium: *Et poſuit eum in præſepio*, vbi frigore dolens, & nuditate, ac præſepij duritie afflictus in fœno recumbere dignatus eſt, vt cantat Eccleſiæ Hymnus: Hymn. Eccl.

Fœno iacere pertulit
Præſepe non abhorruit.

Quieſcamus hic aliquantulum: nam Deus, & in præſepio, cui non inijciet ſtuporem? Contemplemur quæſo myſterium, rem tantam profunda meditatione pendentes, vt ſummam Dei in nos charitatem cognoſcamus. Memoria teneo, quod notatu dignum cenſui, tamquā huic myſterio aptiſſimum, referri à Pierio Valeria- Pier. Valer.
no, Mercurium effingi à veteribus ſolitū in baſi lib. 32.
ſaxea poſitum, pedibus carentem, & manus faſcijs inuolutas habentem, cum hac inſcriptione: *Pro verbo ſolido, & firmo*. Quoniam, quemadmodum qui pedibus caret, & manus habet impeditas, ſi alicui loco ſit affixus, mouere ſe propria ope non valens eodem loco ſemper manet; ſic verbum noſtrum non mutari, ſed certum, & conſtans eſſe his debet, quibus ſemel promiſimus. vnde dixiſſe videtur Poeta Ouidius:

Verba ligant homines, taurorum cornua funes. Ouidius.

Sed vt monuit Auguſtinus, capiamus ab Ethnicis, tamquam iniuſtis poſſeſſoribus, quæ ad fidei noſtræ declaranda ſacramenta magis apta videbuntur, ideoque Mercurij ſimulachrum hodierno myſterio applicemus. Eſt enim Mercurius non ſolum, vt modo dixi, figura firmi verbi hominum, vt putabat antiquitas, ſed imago etiā haud inepta eſſe poteſt Verbi naſcentis in præſepio, cum ſingula quæ de Mercurio dici ſolent, excellentius, & verius de Chriſto dicantur. Nā ſi Mercurius Deus ſcientiæ, & eloquentiæ habebatur, falſo id & mendaciter; Chriſtus autem, vt veritas catholica docet, eſt diſertiſſimum Patris Verbū, eiuſq. ſumma, & vnica ſapientia, in quo Ioan 1.
ſūt *Omnes theſauri ſapiētiæ, & ſcientiæ Dei*. Si Mer Ad Coloſſ. 2.
curius iuxta gentium vanā opinionem tā ſuperorum, quā inferorum numinum nuncius erat; Chriſtus æterni Patris eſt nuncius, & quaſi de latere eius legatus Apoſtolicus, propterea dictus ab Iſaia *Magni conſilij Angelus*, cuius tam
plena

Digitized by Google

plena eſt iuriſdictio, et facultas, vt in qnibuſcūq; caſibus ipſimet Deo reſeruatis diſpēſare queat, vt feciſſe vidimus in ortu ſuo, dum naſcens ex Virgine, ab omni labe, & dolore immunem, et illæſam illam præſeruauit. Mercurius nullos, Chriſtus adeo teneros pedes babet, vt illis adhuc infantulus vti minime poſſit. Mercurio manus erant alligatæ, et Chriſto pannis inuolutæ, & vt canit Eccleſia:

Hymnus Eccleſiæ in natali Dom.

Manus, pedes, & crura
Stricta cingit faſcia.

Si deniqoe inſcriptio appoſita Mercurio dicebat: *Pro verbo ſolido, & firmo*, aden hæc firmitas, et ſolidiras Chriſto euenit, vt ipſe ſolus ſir Verbū æternū, de quo Propheta dixit: *In æternum Domine permanet Verbū tuū.* Sed illud eſt longe mirabilius, quod exiſtens Chriſtus Verbum æternum, in quo omnia Patris arcana reconduntur, et ipſamet Dei ſapientia, quæ cælum tot ſtellarum fulgore decorum fabricauit; quæ intra terræ viſcera auri mineralia, et intra maritimas conchas creauit vniones; quæ folijs arbores, herbis prata, floribus viridaria, meſſibus agros, velleribus oues, pellibus precioſis mures ponticos, et marres, plumis volucres veſtiuit, vult pannis vilibus obuolui, et humili in præſepio collocari. Quis igitur tantam non admirabitur pauperiem? Quid de frigore, quod paſſus eſt, loquar? Elegit natali ſuo mediū hiemis tempus, et noctem præ ceteris frigidam, cumque facile poſſet aeris temperare ſæuitiam, et igneæ ſphæræ imperare, vt propius accederet ſuum calefactura conditorem, vel mutare, et tranſmittere ſolem à Capricorno in Arietem, vt olim ad Ioſue preces illum morari, et decem lineas retrocedere iuſſerat Ezechiæ tempore, vel frigoris cohibere virturem, et vehementiā, quemadmodum igni quondam vim comburendi abſtulerat, ne tres pueros in fornace Babylonis abſumeret: hæc inquam, etſi facere poterat tanquam vniuerſæ naturæ moderator, et Dominus, noluit tamen tranſgredi vſum naturæ communem, nec eius violare leges, ſed abſqoe vllo priuilegio naturæ ordini ſubijci elegit, et alia temporis, et aeris incommoda pati voluit, inopiam, ſummamque paupertatem, quam vt fugiant mortales, nullis ſe non difficultatibus objiciunt. quod Poeta Venuſinus eleganter expreſſit his verbis.

Pſal. 118. — *4. Reg. 20.* — *Dan. 3.* — *Horat.*

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare, pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

Nec mirum, ſi reliquis hominibus tam moleſta cenſeatur pauperies, cum & Salomon ipſe omnium ſapientiſſimus illam exhorruerit, vt indicant eius hæc verba Deum alloquentis: *Paupertatem ne dederis mihi;* Chriſtus autem dilexit eam; *Vt ſua inopia diuites eſſemus*, atque ita dilexit, vt ab incunabulis, & cum lacte materno illam ſuxiſſe videatur, ſicut de ſe ipſo teſtatus eſt: *Pauper ego ſum, & in laboribus a iuuentute mea.* Quæ paupertas Chriſto fuit non ſolum toto vitæ ſpatio, ſed in ipſo mortis tempore chariſſima: nam & moriens ſindonem, qua tegeretur, non habuit, niſi quam vir quidam nobilis miſericordia motus obtulit ad ipſum ſepeliendum. Quæ omnia Hieremias Propheta multo ante cognouit, quoniā vbi noſtra vulgata legit: *Quare colonus futurus es in terra?* alij vertunt: *Quare peregrinus futurus es in terra?* ac ſi dicat, quare tu Domine, cum ſis princeps æternitatis, & primogenitus, hereſque vniuerſalis Dei Patris, eſſe vis pauper, & videri mendicus more peregrinorum, trito, & pannoſo palliolo humanitatis indutus? Cauſa eſt, o Propheta ſancte, quod puer hic Deus eſt, peregre veniens, atque ideo ritu peregrinantium geſtat centonē, & pannoſus apparet, cinctus vndequaque humanitatis amiculo, quod impetit frigus, tempus offendit, & atterit: quæ detrimenta, etſi humanæ naturæ propria, quoniam illa Deus homo ſubire voluit, & illis quaſi pannis inuolui, plurimum tamen inde accepere decoris, & ornamenti. Quamobrem licet olim paupertas iam contemneretur, & tanto apud homines odio haberetur, vt Propheta Dauid illam fuerit malis, & peccatoribus imprecatus, cum dixit: *Transferantur filij eius, & mendicent*: nunc iam poſtquam Dei Filius illam amplexus eſt, reddita eſt precioſa in conſpectu eius, & tamquam ſancta colitur, exemplo, & iuſſu ſummi Pontificis Chriſti, qui amans, et venerans paupertatē, quanto eā in honore habere debeamus, edocuit. Adeſt enim ipſe hoc tempore poſitus in præſepio tam egenus, et inops, vt ſicut olim Deus ironice dixit de Adamo, illum irridens; *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt*, ſic etiam nunc aſſeueranter, et abſque vlla ironia dicere de Dei Filio iure poſſimus: *Ecce quaſi vnus ex nobis factus eſt.* Nam ſi patimur incommoda, et his ipſe ſubijcitur; ſi paupertate vexamur, pauper ipſe, et mendicus eſt; ac tandem ſi morimur, ille quoque mortalis eſt. Quod ſi percunteris, cur Dei maieſtas his ſe difficultatibus, et laboribus ſubmiſerit? idem nobis hiſce verbis reſpondet: *Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus.* Quæ verba, vt mea ſententia eſt, aptiſſima ſunt ad omnem de hac re quæſtionem diſſoluendam, et quibuſuis ambiguitatibus ſatiſfaciendum. Cur Domine natus ab æterno in ſinu Patris, vis in tempore de Matre naſci in ſtabulo? *Quoniam ego ſum Deus.* Cur exiſtens vbertatis auctor, et ipſamet copia, paupertatem elegiſti, et inopiam? *Quoniam ego ſum Deus.* Cur gaudium, et delectatio Angelorum cum ſis, nunc in præſepio recubans lacrymaris? *Quoniam ego ſum Deus.* Cur cælum, et terram implens tua immenſitate, hanc ipſam nunc intra pueri recens nati paruitatem includis? *Quoniam ego ſum Deus.* Cur demum fons exiſtens omnium bonorum, ita indiges, vt omnia deeſſe tibi videantur? *Quoniam ego ſum Deus.* Sed quamuis his verbis, tamquam vniuerſali ratione omnibus ijs, et

Prou. 30. — *Pſal. 87.* — *Hierem. 14.* — *Pſal. 108.* — *Gen. 3.* — *Pſal. 45.*

al:js id genus dubitationibus ſatisfiat, nequeo tamen ad alia progredi, quin Dominum, & Redemptorem noſtrum interrogem in hunc modum. Cur benignitiſime Ieſu, ſi tu dixiſti; *Beatius* Actor. 20. *eſt dare, quam accipere*, illam modo vis inire, & amplecti vitæ rationem, quæ te non dare, ſed ab alijs accipere cogat? Nam ſi homo naſceris, indiges aere, quo reſpires, lacte quo nutriaris, pannis quibus veſtiaris, & præſepio, in quo recumbas. Memini dixiſſe de te Prophetam, inter alia, quibus emines, illud eſſe ſingulare, quod bonorum noſtrorũ non egeas: *Tu es Deus meus,* Pſal. 15. *quoniam bonorum meorum non eges*: quomodo igitur nunc tanta laboras egeſtate, vt bona, quibus nos fruimur, mendicare compellaris? Ego putauerim Chriſtum velle a ſuis creaturis aliquid accipere propter nimiam voluntatem, & amorem, quo tenetur eiſdē benefaciendi, & donandi multo plura, quã accipit, ideoq; ſibi gratã eſſe propriã egeſtatē, vt aliquid ab hominibus recipiens ex bonis noſtris terreſtribus, & caducis, teneatur quodammodo eiſdem aperire theſauros beneficentiæ ſuæ, diuina, & æterna largiēdo. Quare licet inter homines verum ſit: *Beatius eſſe dare, quam accipere*, Actor. 20. in Chriſto tamen accipere, & dare, nõ diuerſa cēſentur. Quoniam ſiue ille præbeat, ſiue recipiat, eo ſemper intendit, vt ſe magis, ac magis hominibus faciat cõmunem, quod maximum eſt diuinæ charitatis, & profuſæ liberalitatis argumentum.

Pingebatur quoque Amor corde inſtar cryſtalli lucido, quoniam nihil inter amantem, & amatum oportet eſſe ſecretum. Quod, vt faceret Chriſtus, venit in orbem terrarum, quæ à Patre nouerat nobis reuelaturus, vt ipſe teſtatus eſt: Ioan. 15. *Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, quia quæcumque audiui a Patre meo nota feci vobis*. Hæc humano generi à Dei Filio data notitia diuinorum, proprium, & manifeſtum eius in nos amoris indicium fuit: vnde crediderim tam in ſacris, quam in profanis litteris ignem propterea fuiſſe amoris figuram, & ſignum, quoniam flamma, & calor illius difficile occultitur. Quod Ouidius atteſtatur hoc carmine. Ouid. ep. ad Medeam.

—— quis enim bene celet amorem?
Eminet indicio prodita flamma ſuo.

Geneſ. c. 8. Sed præclariſſime id nos docent Dei ipſius verba, qui vt memoratur in Geneſi, Sodomam deuaſtaturus, ſibi videbatur iniuriã facere amico ſuo Abraham, niſi prius ei, quod facere meditabatur, aperiret. Gen. 8. Ait enim; *Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum?* Hinc etiam potiſ- Iud. 15. ſima Dalidæ querela erat de Samſone, quod ille ſecretum ſuæ fortitudinis ſibi non reuelaret; opinabatur enim ſe ab illo non amari, dum qua corporis parte valebat, ſe ipſum celabat. Sed procul nos abſumus à huiuſmodi querela, cum pectus illius erga nos nudum ſit, mens aperta, & cor cryſtallo lucidius, cuius pręfulgente luce quaſi conſpicillis orthodoxæ fidei, inſpicimus diuini pectoris arcana iam ita perſpicua, & omnibus nota, vt à pueris de ludo egredientibus via prima litterarum rudimenta edoctis per vias cantantibus promulgentur. Calceos denique, & inſcriptionem manu gerere diximus Amorem, & ab vtraque re propriæ voluntatis negationem ſignificari, ex ſacra hiſtoria notauimus, quod Chriſto optime conuenire nunc breuiter monſtremus. Fuit Dominus noſter Ieſus viator pariter, & comprehenſor, atque ita, licet verum ſit, quod quatenus comprehenſor, nullum gratiæ, vel gloriæ accipiebat augmentũ, vt tamen erat viator, operibus ſuis non ſibi, ſed nobis vtrũque merebatur, ob idq. cantat Eccleſia: *Nobis datus, nobis natus*. Hymnus Eccleſiæ. Quare ab inſtanti ſuæ conceptionis omne ius, quod propter opera ſua ad eſſentiale præmium ſibi debitum habebat, nobis integre ceſſit, ſibique factum ſatis putauit, ſi nobis, quæ ille promeruit, præmia donauerit Deus, & deſtinata ſuis laboribus, & doloribus mercede locupletauerit. Tantam mutuæ voluntatis, & verę beneuolentiæ cõiunctionem inter Alexandrum, & Hephæſtionē viguiſſe hiſtoriæ commemorãt, Quint. Curtius de vita Alex. vt poſt ſuperatum deuictumque Darium, cum mater eius, & filiæ ad tētorium Alexandri, Hephæſtione præſente veniſſent, & ad Hephæſtionis pedes, Alexandrum eſſe putantes, procubuiſſent, ac mox agnito errore ſe apud Alexãdrũ excuſarent, ille reſpõderit: *Nihil intereſt, nã Hephæſtion eſt Alexãder, & Alexãder Hephæſtion*: quibus verbis inſinuaſſe videtur dictũ Platonis: *Amicus alter ego*. Plato. Si ergo Chriſtus dixit: *Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos*, Ioan 15. merito dicemus tantam eius in nos eſſe charitatem, vt quem nobis Pater æternus honorem, vel cõmodum impartitur, non ſecus habere ſoleat, ac proprium, quod non aliunde eſt, quam ab amore, vt dixi, & ceſſione bonorum, quæ ſibi cum debeantur, nobis donari gaudet, ac procurat. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homi-

Homilia Duodecima.

De vniuerſa lætitia, & magna pace, quam Chriſti Domini attulit natiuitas, & quanto ille precio vtramque parauerit.

Iſaias c.9.

DESIDERANS Propheta Iſaias ſingularem, & ingentem lætitiam, Chriſto naſcente futuram, quam iam ipſe animo conceptam præuiderat, quibus maxime poſſet verbis exprimere, illam cum triumphantium gaudio, & meſſem colligentium alacritate, & oblectamento comparauit. Prophetæ verba ſunt: *Lætabuntur in te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia.* Gaudet quidem agricola dum ſementem facit; gaudet ſegetem iam videns luxuriantem, ac ſpicas vberes granis onuſtas; ſed plane multo magis gaudet, cum manipulos colligit iniecta falce, cupidus congeſtos ducit in aream, terit, ventilat, & aggerat, ac tandem lætus, & glorioſus in horrea deducit. Non ſecus antiqui Patres Chriſto, tamquam ſementis, tempore in ſpe fruentes, gaudium non ſunt adepti perfectum; nos autem tempore meſſis, quod illi ſperauerunt, habemus carne indutum Dei Verbum, & quaſi frumentum pluſquã ſiligineum, granario Bethlehem, quæ ſignificat domum panis, incluſum poſſidemus, ideoque noſtra lætitia longe maior, & cumulatior eſt. Confert etiam idem Propheta hanc lætitiam cum exultatione præliantium, quando confecto iam feliciter prælio victores exultant, & hoſtilia caſtra diripientes, ſpolia, & exuuias partiuntur. Quod gaudium cum omnium ſit maximum, facile inde patere poteſt, quanta vniuerſæ naturæ Chriſto naſcente fuerit exultatio. Sed non tam mihi eſt huius gaudij magnitudo, quam vniuerſitas mirabilis: nam ſi de Baptiſta Ioanne dictum eſt: *Multi in natiuitate eius gaudebunt*, de Chriſto dixit Angelus: *Gaudium magnum erit omni populo*. Hoc enim gaudium non ſolum ſe in omnes prouincias, & nationes diffudit, ſed ad ipſum vſque cælum, & triumphantem Eccleſiam, nec tantum ad res creatas, ſed ad earum auctorem penetrauit. Vt autem hinc incipiam, ſi iuxta magnitudinem amoris, quo proprius genitor filium proſequitur, gaudium eius eſt in die quo filius natus fuit, cum æterni Patris amor, quo naturalem ſibi Filium Chriſtum amplectitur, ſummus ſit, & infinitus, dubium certe non eſt, parem huic amori fuiſſe lætitiam, dum illum in terris natum intueretur. In cuius rei figuram legimus gaudium Abraham fuiſſe maximum, ac pene incredibile ex nato ſibi filio Iſaac, qui riſus interpretatur, ſicut mater eius dixit: *Riſum fecit mihi Dominus*. De hoc gaudio multi explicant illa verba Chriſti: *Abraham deſiderauit videre diem meum, vidit, & gauiſus eſt*. Quid vero deſiderabat Abraham videre niſi Chriſtum natum, quem mente vidit, & lætatus eſt? Angeli quoque magno ſunt gaudio perfuſi, vt illorum indicant ſuauiſſimæ voces, & cæleſtes hymni, quos in tenelli infantis laudem cecinerunt: *Facta eſt cum Angelo multitudo cæleſtium ſpirituum, laudantium, & benedicentium Deum.* Fuerunt & paſtores eiuſdem lætitiæ participes, ab Angelo audientes: *Ecce annuncio vobis gaudium magnum*. Reges quoque ab Oriente in porticum Bethlehem feſtinantes magna lætitia affectos memorat Euangeliſta, dicens: *Gauiſi ſunt gaudio magno.* De Virgine autem Chriſti Matre quis in hac re digne loqui poterit? quis eius cogitare nedum explicare lætitiam valebit, quam ex tam felici partu percepit? Nam ſi quælibet mulier tantum concipit gaudij, cum peperit filium, vt dolores, & cruciatus, quos antea ſuſtinuit, pene non recordetur, ſicut dixit Chriſtus: *Nõ meminit preſſuræ propter gaudium*; quanto maius, & excellentius Virginis gaudium eſſe credemus, quæ a doloribus, quos aliæ matres tolerare ſolent, alieniſſima fuit? Philippũ Macedoniæ Regem hiſtoriarum monumẽta referunt, cum audiuiſſet natum ſibi filium Alexandrum, tanto fuiſſe gaudio correptum, vt a Dijs poſtulauerit aliquid aduerſi, quo ſuæ lætitiæ ex tam felici nuncio acceptæ vehementia, & exceſſus temperaretur. Quod ſi Alexandri natiuitas tantam attulit delectationem Philippo patri, qui tamen neſciebat qualis futurus eſſet Alexander; quis dubitet Virgini Matri Chriſtum naſcentem multo plus attuliſſe iucunditatis, & exultationis, cum iam ab Angelo audiuiſſet: *Hic erit magnus, & Filius Altiſsimi vocabitur*? Præterea ſi matrem generis humani Euam legimus gauiſam propter partum, quoniam dicere poterat: *Poſſedi hominem per Deum*, præſtãtius, & iuſtius poterit Virgo ſanctiſſima de partu ſuo lætari, cũ vere dicere poſſit: *Poſſedi hominem Deũ.* Ex quo etiã videmus Ioſephũ Virginis ſpõſum dũ anxius erat, & mœrebat, de prægnãti ſponſa ſollicitus, fuiſſe lætitia recreatũ ab Angelo dicente: *Pariet filium*, &c. Ad hæc, ſi, vt refert Porphyrius in vita Platonis, diẽ, quo ille natus fuerat, magno, & ſingulari gaudio eius diſcipuli celebrabant, rationi conſonum eſt, & æquiſſimum, vt qui diſciplinam Chriſti ſequuntur, natalitia eius colant, & venerentur puritate mentis, & ſtudio ſanctitatis. Fuit denique natiuitatis Chriſti lætitia per omnes mundi partes tam propagata, vt illius quoque fuerint participes antiqui Patres: eos enim ſuauis hic odor floris

Luc.1. Ibid.2. Gene.21 Ioan.8. Luc.2. Ibid.2. Ibidem. Ioan.16. Luc.1. Porphi.in vita Platon.

de radice Ieſſe, etſi longe remotos exhilaranit. Ad cuius rei confirmationem adducam Zenonis docti auctoris adagium: *Lupus circa puteum choream agit*: quod vt intelligatur, notandum eſt, lupum ſiti fatigatum ad putenm accedere, & circa illum vagari ſolitnm, vt aſpectu aquæ, quam haurire non poteſt, ſaltem delectetur. Chriſtus in ſacris litteris putens vocatur,
Gen.4. vnde illod, *Puteus aquarum viuentiũ*, quæ aquæ ante illius incarnationem, & natiuitatem tangi, vel hauriri non poterant, quoniam in profundo æterni Patris ſinu erant: *Apud te eſt fons vitæ*, quem antiqui Patres ſiti laborantes cum adirene, aquam exoptatam haurire non valentes, eius intuitu gaudebant, & a longe ſalutabant iuxta Pauli verbum, *a longe aſpicientes, & ſalutantes*. Ex quo infero, tantum inter nos, & illos eſſe diſcriminis, quantum eſt inter bibentem aquæ poculum, & eum, qui tantummodo bibere optat, ac ſolo aſpectu delectatur. Patres noſtri hunc fontem aquarum a longe, vt diait Apoſtolus, aſpexerunt, nos antem dulciſſimum eius potum guſtauimus, & experti ſumus; illi Chriſto tamquam flore, nos tamquam fructu potiti; ſpe illi, nos poſſeſſione gaudentes; illis Chriſtus promiſſus, nobis datus, & natus; illis facta ſponſio theſauri, nobis repræſentata ſolutio, & tanquam in tabella nummularia eſt hodie in præſepio exhibitum, quod ſpopõderat Pater æternus. Fuit denique hæc iucuoditas tam vniuerſalis, vt ad mortuos ipſos, & profundum ſinum Abrahæ penetrauerit, cuius gratiſſimo nũcio primus viuentium pater ſumme gauiſus eſt, quippe nouerat per hunc ſecundum Adamum Dei natum in terris Filium, quidquid humana natura detrimenti à primo genitore ſuſceperat, fore reſarciendum. Lætatus eſt Noe, contemplans non amplius eſſe opus arca, qua mortale genus à diuinæ iræ inundatione liberaretur, cũ iam gratiæ arcus pacis inſigne mundo apparuiſſet, Verbũ nempe humanitate indutũ, cuius figuram geſſerat arcus, quem ipſe tranſacta iam aquarum multitudine viderat. Lætatus eſt Patriarcha Abraham, videns, quod Deus ſibi promiſerat, impletum in Chriſto, quem de ſemine ſuo futurum expectabat. Lætatus eſt & Iſaac, cuius olim aperti fuerunt oculi ad videndum lucem à Deo promiſſam, & cognoſcendum ſacrificij myſterium, cuius ipſe puer figuram ſuſtinuerat. Lætatus eſt Iacob, viſurus diuinum Ioſeph, non quidem ſuum, ſed Dei Filium, cuius ſalutarem aſpectum vehementius, & ardentius, quam olim filij ſui Ioſephi præſentiam, deſiderabat. Lætatus eſt diuinus ille poeta, & citharœdus ſuauiſſimus Dauid quoniam Chriſto naſcente dubius, vel anxius eſſe non poterat,
Pſal.41. quomodo reſponderet interrogantibus: *Vbi eſt Deus tuus?* poterat enim dicere veriſſime, Deus meus eſt in præſepio porticus Bethlehem. Lætati demum fuerunt omnes antiqui Patres, ob Chriſtum natum gaudio triumphantes; nouerant enim ab illo longum ipſorum exilium terminandum, & ab ipſo obſcuris carceribus eductos, & caligine liberatos, in lucem, & libertatem perpetuam reducendos. Hæc omnia irritamenta lætitiæ videtur mihi contemplatus Papa Leo ſanctiſſimus, cum de Chriſto naſcente loquens, hæc aurea, & digna eius eloquio, ac pietate verba protulit: S. Leo Papa ſer. de Nat. *Saluator natus eſt hodie, gaudeamus dilectiſſimi; nec enim fas eſt locum eſſe triſtitiæ, vbi natalis eſt vitæ. Exultet Sanctus, quia appropinquat ad palmam; gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam; animentur gentiles, quia vocantur ad vitam.* Et alibi inquit: *Exultemus in Domino dilectiſſimi, & ſpirituali iucunditate lætemur, quia illuxit nobis dies redemptionis nouæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ.* Cuius verbis Aug. ſer. 13. de tem. 10.10 mirifice conſonat Auguſtinus in hunc modum: *Merito hodie lætati ſunt cæli, gratulati ſunt Angeli, paſtores iucundati, Magi mutati, Reges turbati, Martyres coronati, Dæmones effugati. Dicamus ergo cum gaudia ſanctæ Virginis, lacta mater Chriſtum, lacta panem de cælo venientem.* Bernardus etiam Bernard. in ſermone de vigilia natiuitatis inuitans omnes ad lætitiam inquit: *Vox exultationis audita eſt in terra noſtra*; quæ verba ex Canticis canticorum deſumpta ſunt; poſuit tamen ſanctus Cant. cap. 2. Bernardus nomen vnum pro alio, nam pro turture ſubſtituit exultationem, nec diait: *Vox turturis audita eſt*, ſed, *Vox exultationis audita eſt in terra noſtra*, quod non temere, ſed conſiderate, & magno cum myſterio mutatum à viro tanto credendum eſt. Quid enim vox turturis cum voce lætitiæ commune habet? Nam vox, & cantus turturis ſuſpiria ſunt, & gemitus, ideoq. turtur triſtitiæ gerit ſymbolum: vnde ſicut gaudium, & mœror non bene conueniunt, ſic turturis, & exultationis nulla eſſe conuenientia videtur. At reuera, vt dixi, non ſine cauſa id mutauit Bernardus: nam in die natiuitatis Chriſti gemitus turturis in lætitiæ cantum commutati fuerunt, quod, vt doceret Bernardus, vocẽ gemebundę turturis in vocem exultationis commutauit, dicens: *Vox exultationis audita eſt in terra noſtra.*

Si tamen ſcire geſtimus cauſam tantæ, ac tã eximiæ lætitiæ, quamuis prima eius cauſa ſit Chriſti aduentus, ego tamen puto hoc ipſum gaudium multũ accepiſſe incrementi ex duplici cauſa. Prima ex prodigijs, & mirabilibus, quæ diuina operante virtute tunc acciderunt, de quibus licet permulta in ſuperioribus diaerim, pleraque alia mihi dicenda ſuperſunt. Si miraris populo Iſraelitico diuiſum fuiſſe mare rubrum, modicum eſt: ecce infinitus oceanus; plenitudo nempe diuinitatis habitantis in Chriſto, Coloſſ. 2. corporaliter, & modico corpuſculi vaſe concluditur. Miraris, quod rubus arſerit incombuſtus? Exod. 3. parum eſt, ecce Virgo parit intacta. Miraris, quod virga Aaron abſque alio humore fronduerit? Num. 17. nihil eſt præ hoc ſingulari portento, ac prodigio omnium maximo: quia ecce Virgo regia ſine virili opere Deum, & hominem parit. Miraris eximium Prophetam Moyſem poſitum Exod. 2. in fiſcella, & flumini Niliaco expoſitum? &

hoc

hoc quidem parum eſt. Miraris amplius Regem cælorum poſitum in præſepi. Miraris columnam ignis,& nubem populum per deſer- *Exodi. 13.* ta ducentem? mirare potius ignem Deitatis flagrantiſſimum,tenui nubecula clauſum, ducem,& magiſtrum orbis exortum. Quid dicam *Ioſ. 10.* amplius? Miraris retroactum ſolem mandato Ioſue in Gabaonitarum defenſionem? mirare *Io. 1.* potius humiliatum Deum, Verbumque illud *3. Reg. 17.* Patri coæternum carnem factum. Miraris Eliã Prophetam magnum puero viduæ hoſpitis *4. Reg. 4.* ſuæ filio cõmenſuratum? Miraris etiam Eliſeũ eius diſcipulum ſuper defunctum Sunamitidis puerum incubantem, ponentemque os ſuũ ſuper os eius,& oculos ſuos ſuper oculos eius, vt illum reſuſcitaret? mirare potius diuinam illam maieſtatem in exiguo puero incuruatam, vt ad vitam per æterni Verbi incarnationem reuocemur. Sed quid moror? dies me deficeret ad dicendum, ſi ſingula ſingulis applicarem. Vmbra quidem illa erant: at veritas in Bethlehem adeſt: in huius typum, & figu- *Ioan. 1.* ram illa facta ſunt: *Lex per Moyſem data eſt,& 1. Cor. 10.* *veritas per Chriſtum facta eſt*, *omnia in figura cõtingebãt eis*. Hæc in natiuitate noua, inaudi- *Pſal. 95.& 97.* ta, & inſolita viſa ſunt: *Cantate ergo canticũ nouum, cantate Domino omnis terra*. & iterum: *Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit*. Pro nouo natali, & nouo naſcendi modo merito Dauid nouum canticum expoſtulat. *Iſa 43.* Iſaię nunc implentur oracula: *Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoſcetis ea*. *Eccleſ. 6. Apoc. 21.* Ad hæc Ioannes, *dixit, qui ſedebat in throno, ecce noua facio omnia*. Noua mater, ſeu puerpera, *Iſa. 7.* quia mater,& virgo. *Ecce Virgo concipiet,& pariet filium*. Nouus Filius, quia Deus, & homo: *Ibid.* *Vocabitur nomen eius Emmanuel*, hoc eſt, nobiſcũ Deus. Nouum gaudium, quia gaudium ange- *Luc. 2.* licũ: *Facta eſt cum Angelo multitudo militiæ*. No- *Ibid.* uum canticum cũ iubilo: *Gloria in excelſis Deo*. Nouus infans, natus innocens,& ſanctus: *Quod Luc. 1.* *ex te naſcetur ſanctum, vocabitur Filius Dei*. No- *Iſa. 9. & Matt. 1.* uus Princeps, *princeps pacis*. Nouus Rex æternus: *Regni eius non erit finis*. Nouus pugnator, *Exod. 15.* nempe omnipotens: *Dominus quaſi pugnator, omnipotens nomen eius*. Noua pugna, nempe profundiſſima humilitas, ac ſui ipſius exi- *2. Corint. 8.* nanitio, vt ait Apoſtolus. Arma vagiẽtis lacrymæ, altiſſima eius paupertas contra ſuper- *Iud. 5. Iſa 9* biam, & auaritiam: *Noua bella elegit Dominus*. *Iud. 7.* Noua victoria ſicut in die Madian: *Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti ſicut in die Madian*. Nouus teſtator, noui teſtamenti mediator, *Ad Heb. 9.* vt ait Paulus: *Noua lex, lex amoris. Mandatum Io. 13.* *nouum do vobis, vt diligatis inuicem*. Noua conſilia Euangelicæ perfectionis; *Si vis perfe- Matt. 19.* *ctus eſſe, vẽde omnia, quæ habes, & da pauperibus*. *Matt. 5. Luc. 10.* Noua denique præmia, nimirum cæleſtia: *Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælo*.

His adiungam, triplicem eſſe natiuitatem: Ex Patre ſine matre naſcitur Deus ęternaliter: de matre ſine patre naſcitur homo temporaliter: de mente etiam iuſti naſcitur ſpiritualiter. In mente enim concipitur per affectum, naſcitur per effectum, nutritur per profectum. De Patre naſcitur Deus creator, de matre naſcitur Deus redemptor, de mente naſcitur Deus iuſtificator: de Patre naſcitur ſublimitas, de matre naſcitur humilitas, de mente naſcitur miſericordia, & veritas. Verbum æternum naſcitur ex Patre, Verbum ſupernum ex matre, Verbum internum ex mente. Prima natiuitas ex Patre mirabilis,& incomprehenſibilis, ſicut ſcriptum eſt: *Generationem eius quis enarrabit?* *Luca 2.* Vnde prima Miſſa cantatur nocte, in qua agitur de hac occulta generatione, ſcilicet: *Dominus dixit ad me*. Aperte autem eſt natus ex matre, licet mirabiliter, & miraculoſe. Paſtoribus enim, & multis alijs manifeſta eſt eius natiuitas: vnde Miſſa tertia, quæ de hac natiuitate inchoatur, ſcilicet; *Puer natus eſt nobis*, cãtatur aperta, & clara die. Natiuitas autem illa, qua naſcitur ſpiritualiter in mente, vel ex mente, non eſt ita occulta ſicut prima, nec ita aperta ſicut corporalis natiuitas ex matre: vnde ſecunda Miſſa, ſcilicet: *Lux fulgebit*, quæ agit de mentis illuminatione per gratiam, in diluculo decantatur, de qua ſcriptum eſt; *Vobis timentibus Deum orietur ſol iuſtitiæ*. ſequitur *Malach. 3.* *Filius datus eſt nobis*. igitur diuites facti ſumus. Qui enim poſſeſſorem omnium habet, in illo cuncta poſſidet. Auarus autem, cui omnium poſſeſſor non ſufficit, numquam alia poſſeſſione contentus erit. Hæc ſummi gaudij cauſam eſſe, nemo ſanæ mentis inficiabitur, cum tot, ac tantis, diuitijs feliciſſimum Chriſti natale nos omnes locupletauerit. Sed præter hanc eſt & alia a pacis promulgatione orta, quam Angelus publicauit, inquiens: *Et in terra pax hominibus*. Pax enim mater lætitiæ eſt, & ſpiritualis gaudij origo; ſicut contra diſſenſio, & diſcordia innumerabilium pœnarum, & dolorum, quibus anima torquetur, maxima cauſa eſt. Plinius de naturali hiſtoria ſcribit, dum *Plin. lib. 10. cap. 32.* maritimæ volucres alcyones prope litus maris nidificant, oua fouent,& pullos excludunt, mare dies quatuordecim, per quos hæ aues fœtui vacant, eſſe tranquillum, & nullis procellis obnoxium. Hinc inter antiquos pro ſigno pacis alcyones vſurpari ſolebant, & propterea Plautus vacuum a litibus,& contro- *Plautus.* uerſijs forum ſignificaturus dixit: *Alcyones ſunt in foro*. Ad hunc quoque modum Virgo puriſſima quaſi cæleſtis alcyon nidum faciens ſibi in porticu Bethlehem, peperit nobis vitæ auctorem, quo interim tempore omnes mundi tempeſtates conquieuerunt, & pax, atque tranquillitas orta eſt, ſicut Dauid prędixerat: *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia Pſal. 71.* *pacis*. Sed antequam ad alia me conferam, notare placet, vt ingenioſe animaduertit Pic-

cius

rius, temporis rationem, & numerum excutiens, quãdo Chriſtus naſcebatur, alcyones ad maris litus nidificaſſe, & pullos fouiſſe; vnde ſicut illis pręſentibus nulla erat in mari tempeſtas, ita Chriſtus in porticu naſcens omnes fugauit priſcorum temporum in mundo procellas, & cælum, & terram pace compoſuit,

Coloſ. 1. ex quo Paulus ad Theſſ. *Complacuit per eũ reconciliare omnia in ipſum pacificans, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.* Tres eſſe poſſunt horum verborum interpretationes, quarum

Nicol. Lyra. prima eſt Lyrenſis, in ſuo commentario dicentis, quod ideo dicitur de Chriſto: *Pacificãs ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt,* quoniam an-

Auguſt. c. 61 gelorum ſedes hominibus inſtaurauit. Auguſtinus in Enchiridio ait, ideo dici per Chriſtum reconciliata fuiſſe, *quæ in terris, & quæ in cælis ſunt,* quod grauis erat inter Angelos, & homines diſſenſio, & ſimultas, quæ tamen in gratiam Dei receptis hominibus ſublata, & pax vtrinque inita fuit. Poſſumus etiam Pauli verba interpretari de pace, quam Chriſtus inter Deum, & homines fecit: Deus enim habitator eſt cæli præcipuus, homo vero iure hereditario terrę colonus. Sed conſiderandum eſt, non ſolum ad Chriſtum huius pacis gloriam pertinere, ſed ad ipſius quoque Matrem ſanctiſſimam, quæ ſicut incarnationis, & natiuitatis, ita etiam huius vniuerſo mundo datæ pacis cauſa non exigua fuit. Quod vt facilius perſuadeam, ſcriptam in Romanorum annalibus de Populo Romano, & Sabinis feminis hiſtoriam breuiter apponam. Romulus poſtquam vrbem Romam condiderat, cum feminarum numerus ad prolem idoneus non adeſſet, publicos ludos indixit, ad quorum ſpectaculum Sabinorum populis confluentibus muliebri comitatu, Romani, dum ſpectaculo erant intenti Sabini, illorum puellas arripuerunt, & ſibi matrimonio copularunt. Id iniquo animo Sabini ferentes, paucis poſt menſibus arma in Romanos capiunt, & infeſtum, atque crudele vtrinque prælium commiſſum fuit, ſed dum illi mutuo ſæuiebant, quæ fuerant Romanis nuptæ, filios inter brachia geſtantes, pacem Sabinis ita ſuadebant. Quid in veſtra viſcera ruitis? arma ponite ſi ſapitis, nam Romanos ſi occiditis, filiarũ veſtrarũ viros, veſtroſq. nepotes de medio tollitis; & ad Romanos conuerſæ aiebant: iam ſatis furoris, & cædis, nam ſi interficitis Sabinos, auis veſtrorum filiorum, & vxorum parentibus vitam eripitis. Quæ verba animos eorum ita permouerunt, vt reiectis armis, odijſque depoſitis amicitiæ fœdus inierint, eiſdem legibus, eidẽque imperio obtemperantes. Sed vna de re tantum inter ipſos diſſenſio fuit, quod Romani aquilam pro inſigni, Sabini illos adhuc celebres characteres S. P. Q. R. elegerunt; quæ tamen diſcordia facile fuit conſopita Romani cuiuſdam prudentis viri ratione, in Senatu dicentis, litteras illas tam à Romanis, quam à Sabinis facere, nã ſi populus Sabinus illo compẽdio inſcriptionis litterarũ glorioſus innuere volebat: *Sabinis Populis Quis Reſiſtet?* poſſe quoq. Romanos eaſdem ſic interpretando illis reſpondere: *Senatus Populus Que Romanus.* Adumbrare hæc hiſtoria videtur aliquantulum, quod Chriſto naſcente mortalibus contigit. Indictum enim ab ipſa mundi origine bellum inter Deum, & homines fuerat, quod vſque ad Chriſti feliciſſima tempora ſæuierat; proſpiciens tamen beata Virgo Maria, quanta in humanum genus mala ex hac Dei, & hominum ſimultate prouenirent, Deum alloquens, inquit: Quouſque Domine non miſereberis? gladium quæſo recondes, & iuſtitiæ tuæ dexteram coerce: nam ſi in genus humanum ictum deſtinas tui furoris, meos quoque parentes, & Filij tui auos interimes: & ad homines conuertens ſermonem ait; Quid o miſeri ruitis in vos ipſos tamquam maceries: ne precor amplius male agendo miſericordiæ Patrem Deum veſtrum irritetis: vobis enim, non ei futurus eſt diſcordiæ huius exitus pernicioſus. Quæ Virginis, & Matris verba tantæ virtutis fuerunt, vt ilico cælum, & terra ſe pacis oſculo ſalutauerint, factuſque fuerit, non vt antea dixi, ex Romanis, & Sabinis populus vnus, ſed vnum Dei, & hominis, vtriuſque naturæ coniunctione ſuppoſitum. Quatuor autem characteribus, Senatus Populus Que Romanus, ſi Deus ſignificare velit: *Sanctus Potens Qui Regnat,* vt innuat hominibus, ſibi eſſe potentiam ad vindictam de peccatis ſumendam; nos quoque reſpondebimus per eaſdem litteras intelligi debere: *Salua Populum Quem Redemiſti.* Ex hac Dei, & humani generis pace ſingulare admodum beneficium in homines deriuatum animaduerto; nam ſi quondam in lege ſcripta ſolus Deus penes ſe habebat miſericordiæ claues, vnde Phariſæi, quando Chriſtum audiuerunt Magdalenæ dicentem, remiſſa ſibi eſſe peccata, dixerunt: *Quis eſt iſte, qui etiam peccata dimittit?* Luca 7.

at poſtquam cælũ, & terra mutuã pacẽ acceperunt, dimittendi peccati auctoritas, & clauium facultas Dei miniſtris conceſſa eſt, aiente Chriſto: *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.* Ioan. 20.

Dum bellum viget, & timetur hoſtis, qui arcis alicuius cuſtodiendæ curam habet, ſolet claues ſub ceruicali habere dum dormit, nec patitur ſe inconſulto oſtium arcis aperiri; immo ipſe manu ſua claudit, & reſerat; pacis tamen tempore adueniente cuiuis cura, & ſollicitudo cuſtodiendæ arcis mandatur. Hoc in lege gratiæ contingere cernimus, nam ante Chriſtum natum propter aſſidua inter cælum, & terram ſemina diſcordiarum claues ianuæ cęli a ſolo Dei cingulo pendebant: ſed poſtquam ad nos veniens Dei Filius pacem promulgauit, dicens per Angelum: *Et in terra pax hominibus,* iam vbique locorum adſunt Luc. 2.

ſacer-

ſacerdotes, penes quos auctoritas eſt clauium, a quibus porta cæli reſeratur, & beatæ vitæ theſaurus aperitur. Huius denique vniuerſalis pacis figuram fuiſſe narrant hiſtorici, Iani templum, cuius portę, vt ſcribit Plutarch. tempore belli aperiebantur, & adueniẽte pace claudebantur, quod factum eſſe in natiuitate Chriſti Roſius his verbis teſtatur: *Natiuitas Chriſti fuit anno Imperij Cæſaris quadrageſimo ſecundo, cum facta pace cum Parthis Iani portæ clauſæ ſunt, & bella toto orbe ceſſauerunt.*

Plutarch. in vita Numæ Pompilij.
Roſius. lib. 3. cap. 10.

Sed, vt pluris faciamus hanc pacem, atque lætitiam, quam admiranda Chriſti natiuitas mundo attulit, perpendendum nobis eſt, quanto precio vtrumque comparauerit. Nam ſi lætamur, & in pace viuimus, id certe lacrymis eius, & laboribus debemus, qui Angelo annunciante paſtoribus, & dicente: *Euangelizo vobis gaudium magnum*, in præſepio tenellus dolet, & plorat, iuxta Eccleſiæ Hymnum:

Vagit infans inter arcta,
Conditus præſepia.

Quæ autem hæc eſt tam noua, & tam inuſitata nouitas, quod dum in propugnaculo dux excubat, milites eius diem feſtum agunt, quaſi victoriam adepti? Inſpiciamus, quomodo dum rex lacrymas fundit, qui eius imperio parent, in riſum profuſi, atque lætitiam, carmina, & hymnos concinunt. Inaudita certe hæc mihi res eſt, ac minime videtur decens: nam & Sapiens dixit; *Muſica in luctu importuna narratio.* Quid igitur ſibi vult, ô clementiſſime puer, eorum quos tu creaſti tam inſolita, & importuna te plorante iucunditas, & exultatio? Si canendum nobis eſt, cane nobiſcum, vel plora nobiſcum ſi plorandum. Huius difficultatis ſolutio, & reſponſio eſt id, quod tamquam in huius rei figura accidit domui Abrahæ, vbi numquam maior fuit lætitia, quam cum fuit Iſaac ablactatus, & pane familiari, & cibis cœpit veſci communibus: vnde quoniam diuinus noſter Iſaac, a ſinu æterni Patris auulſus, & quaſi ablactatus, ad matris vbera ſugenda venit inſtar mortalis, qui eſt æternus, & pane noſtro veſcens, qui panis eſt Angelorum, ideo iure optimo vniuerſa Abrahami familia, cui promiſſus fuerat, & omnes eius contubernales, dum plorat ipſe, lætantur, dum dolet, gaudent, & eius vagitus, & lacrymas angelici quoque ſpiritus mulcent, concinentes: *Gloria in excelſis Deo.*

Eccle. 22.
Gen. 21.

Supereſt videamus, quam fuerit ei grauis, & moleſta hæc noſtræ pacis adeptio, quod nobis Moyſis viſio partim indicabit. Vidit enim rubum ardentem, & non combuſtum, in cuius medio Deum quoque vidit, qui erat cauſa, ne rubus combureretur, vel aliquod ab igni detrimentum acciperet. Notum eſt in ſacris litteris, per ignem intelligi iram Dei, & furorem, ſicut per ſpinas inſinuantur peccatores: vnde cum vellet iræ diuinæ ignis aduerſus peccatores vim ſuam, & virtutem exercere, illam comprimit, & retardat Dei Filius humanitate indutus, inter ſpinas, & ignem, id eſt, inter iram Dei, & genus hominum concilians amicitiam, & pacem inter vtrumque promulgans per Angelum: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quod autem ex hac pace lucrum reportauit, vulnus fuit, quod ab ſpinis in capite accepit, percutiente illum Deo Patre, vt a nobis ictum auerteret: *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.* Æquo tamen animo tantum ſumptum, & laborem fert diuinus infantulus, vt mundo præbeat pacem, & lætitiam exoptatam.

Exod. 3.
Luca 2.
Iſai. 53.

Quoniam vero hoc maxime tempore lætitiæ prætextu ſolent multi pluſquam æquum eſt, gaudijs, & ludis indulgere, monuit nos gentium Apoſtolus, quomodo gaudere debeamus: *Gaudete*, inquit, *in Domino, iterum dico gaudete*, & ſtatim ſubiungit: *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* Ecce quale tuum futurum ſit gaudium, modeſtiæ nempe coniunctum, & religioni conforme, non ſolutum legibus, non profanum, nec ad vana profuſum. Quod idem Apoſtolus his verbis præſcribit: *Abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobrie, iuſte, & pie viuamus.* Primum eſt Pauli præceptum, omnem mortiferi peccati maculam ex animo delere; ſecundum, ſobrietatem amplecti; tertium, iuſtitiam, & pietatem colere, precibus, & bonis operibus vacantes; quæ ſi obſeruauerimus, fructum percipiemus vberrimum ex ſanctiſſimo Chriſti Natali.

ad Philip. 4.
ad Titum. 2.

DE CIRCVMCISIONE CRISTI ET EIVS ARCANIS. LIBER QVARTVS.

Homilia Prima.

Perpulchræ aperiuntur cauſæ, ob quas Chriſtus voluit circumcidi.

Pier. Valer. CONSVETVDO apud veteres fuit (vt refert Pierius Valerianus) & frequens vſus Silenorum, qui externa ſpecie deformes, interna pulchri, & mirabiles formabantur. Extrinſecus enim vel colubri, aut horridi lacerti effigiem intuentibus offerebant; intrinſecus autem excellens aliqua imago, ſeu quid aliud, precio, & admiratione dignum latebat. Dum Chriſtum circumciſum intueor, atque contemplor, videor mihi videre Silenum quendam, diuinum tamen, & myſticum; nam, quod obijcitur corporeis oculis, coluber videtur peccati veneno infectus, quippe circũciſionem accipit, quæ peccatoris nota eſt: at fidei oculis illum mihi conſideranti fulget interno, & diuino ſplendore; eſt enim figura, & expreſſa Paternæ

Ad Heb. 1. ſubſtantiæ imago, dicente Paulo: *Qui cum ſit ſplendor Patris, & figura ſubſtantiæ eius.* Et ſicut cõmuni eſt conſuetudine cõprobatum, vt precioſioribus Saluatoris, Deiparæ Virginis, aut aliorum Sanctorum imaginibus velum aliquod obtendatur, tam ad incutiendã animis hominum reuerentiam, quam ad augendum deuotionis affectum, dũ nõ ita frequenter aſpiciendæ adeuntib. exhibentur: adueniente autem die, quo Sancti eius, cuius eſt illa imago, memoria recolitur, ſolet velum amoueri, vt omnes illius aſpectu perfruantur: ſic in die, quo Chriſtus circumciditur, nobis oſtenditur imago veriſſima, & ad viuum expreſſum æterni Patris ſimulachrum, iuxta illud: *Speculũ ſine macula, & imago bonitatis illius.*

Sap. 7. Oſtenditur omnibus fidelibus viui Saluatoris effigies, oleo Spiritus ſancti, & penicillo depicta, proprijq. ſanguinis rubore rubricata, velamine tamen contegitur, & occultatur, quod non alio certe, quam fidei lumine poteſt penetrari. Quod enim tegumentum magis clauſum, quæ cortina denſior, quæ pulchritudinem imaginis intus latentis magis valeat abſcondere, quã ſtigma circumciſionis, & peccati ſignum, quod accipere dignatus eſt Chriſtus, vt ſaluos faceret circumciſos! Eſt certe Chriſtus verus mundi Saluator, immo ipſamet ſalus; plurimum tamen ſub huiuſmodi velo, & nota circumciſionis occulitur. Cũ igitur hodierna dies ipſius ſit feſtiuitati dicata, conſonum rationi eſt, cortinam retrahi, & velum aperiri: ita enim gloria eius ab intus elucebit, & credẽtium oculis circumciſionis nequaquam indigens eſſe cernetur. Nam ſi rem de qua loquimur, ſcholaſtico velimus rigore diſcutere, notum omnibus eſt, circumciſionem ſignum eſſe quoddam, & proteſtationem fidei, quam de Meſſiæ aduentu circumciſus profitebatur: cum autẽ Chriſtus ſit ipſe Meſſias in lege promiſſus, circumciſione proculdubio non egere manifeſtiſſimum eſt. Secundo, quia dubium non eſt, hanc circumciſionis cęrimoniam eo fuiſſe fine inſtitutam, vt media fide, quam circumciſus profitebatur, peccati originalis macula deleretur, & cum Criſtus, Spiritus ſancti operatione conceptus, omnino eſſet huiuſmodi peccati expers, quin Dei Filius natura exiſtens, ſubiectum in ſe ipſo non poterat præbere peccato: ſatis liquet nequaquam illi neceſſariã fuiſſe circumciſionem. His etiam ſi addimus, Chriſtum ipſum legis, quę circũcidi iubebat, fuiſſe latorem, facile intelligemus, etiã ſi ſtabilitæ ab ipſo legi parere teneretur, potuiſſe ſi libuiſſet parcere ſibi, aut, vt dicũt, diſpẽſare. Cũ aũt ea lege nõ teneretur, videamus nunc, & perpendamus cauſas, ob quas ille ſe circumcidi permiſit. Nam ſi rerum euẽtus inſoliti, & præter ordinem contingentes effectus hominum ingenia ſolent excitare ad inueſtigandas cauſas, vnde illi fluxerunt; æquum ſane eſt, vt vigili ſtudio quæramus, quas ob res Seruator noſter Chriſtus voluerit cultrum ſubire circũciſionis, induens peccatoris habitum, qui gratiæ fons eſt, mãcipij ſtigma recipiens, qui auctor eſt libertatis, vtens medicina, a quo eſt ſanitas, tantum ſatisfactionis põdus ſuſtinens, qui nullo propriæ culpæ pondere premitur, ac tandem, quæ non rapuerat, exoluens. Quæ omnia adeo ſunt mirabilia, vt iure quodam flagitare videantur, vt ad ex-

exquirendas tantarum rerum cauſas, & euentorum originem indagandam, omnes animi vires, & ingenij aciem intendamus. Non me latet *Bern. ſer. 2. de circum.* dixiſſe Bernardum, cum de circumciſione Domini loqueretur, haud quaquam opus eſſe interrogare, cur Chriſtus fuerit circumciſus, cum ſe ob eaſdem cauſas circumciſioni ſubiecerit, ob quas de Virgine naſci, pati, ac mori dignatus eſt. Verba Bernardi ſunt: *Nec enim quærere eſt, cur voluerit Chriſtus Dominus circumcidi: propter hoc ſiquidem circumciſus eſt, propter quod natus, propter quod paſſus.* Huius autem rei cauſas dum aperit, omnes ad vnam noſtrum omnium referre vtilitatem, ait enim: *Nil propter ſe, ſed omnia propter electos*, Oĩa ergo nobis, & pro nobis. Cælo egrediens, pro nobis deſcendit in terram, vt ſancta cantat Eccleſia: *Propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcēdit de cælis.* *Eccl. cathol. in ſymbolo Nyceno.* Si naſcitur, nobis naſcitur: *Nobis datus, nobis natus.* *Iſai.* Viuit pauper, ideo id facit, vt nos ditet: *Qui pro nobis egenus factus eſt, vt nos eius inopia diuites eſſemus.* *2. Cor. 8.* Moritur, vt nobis vitam largiatur, & mortem ipſam perimat: *Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit.* *In praef. miſ.* Reſurgit vt nos iuſtificet, *Surrexit propter iuſtificationem noſtram.* Cælum conſcendit, vt nos hoſpitio recipiat, & ſedem præparet: *Vado parare vobis locum.* *Ad Rom. 4. Ioan. 14.* Sedet in cælo à dextris Patris, vt pro nobis ſemper apud ipſum agat aduocatum: *Aduocatum habemus apud Patrem.* *1. Ioan. 2. Ioan. 6. Matth. 28.* Manet pariter in terris, vt ſe nobis det in cibum, *Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum.* Fit tandē noſtræ peregrinationis vſque ad finem ſeculi ſocius indiuiſus; vnde ait: *ecce vobiscũ ſum vſq; ad conſũmationem ſeculi.* Optime nouerat Sponſa, quæ diximus: illa enim Sponſi amoribus æſtuans, dicebat, *Dilectus meus mihi, & ego illi.* *Cant. 2.* Propoſitio hæc ſine verbo, eſt contra regulas in libro de interpretatione ab Ariſtot. ſtabilitas, & contra eius dialecticas præceptiones. *Ariſt. li. de periher. ſeu de interpr.* At ſi percontemur Sponſam, cur verbum non appoſuerit, reſpōdebit, nullo verbo poſſe vacuũ illud impleri, ideoq. ſubticuiſſe verbum, vt oĩa, quæ ad noſtrã ſalutem pertinent, apponantur: quaſi diceret: Dilectus meus mihi naſcitur, mihi circũciditur, mihi moritur, & reſurgit, ac deniq. cũcta, & ſingula verba, quæ Chriſto poſſunt aptari, ſi Spōſæ verbis adijciãtur, mẽs, & animus Spōſæ dicẽtis, *Dilectus meus mihi, & ego illi*, quodãmodo percipietur.

Sed quamuis certa, & vera ſit hæc doctrina Bernardi, dubium tamen non eſt, peculiares aliquas eſſe rationes, quibus motus Chriſtus voluit circumcidi. Prima ſit, quam affert Auguſtinus de ciuitate Dei, his verbis: *Aug. de ciuit. Dei.* *Quid aliud circumciſio ſignificat vetuſtate exuta, niſi naturam renouatam?* & concludit, dicens: *Omnia reſonant nouitatem.* Circumciditur itaque Chriſtus ex mente Auguſtini, quoniã magno tenerat deſiderio Eccleſiam ſuam renouandi. Vnde ait: *Ecce noua facio omnia*, *Iſai. 43.* quod exequi ille cœpit, circumciſionē accipiens. Id vero vt facilius, & clarius intelligatur ſumptum ab his, quæ vſu venire ſolent, apponam exemplum. Cum vir aliquis nobilis hereditatem patris adit, ſi paternas ædes vetuſtate collabentes aut deformes videt, id primum agit, vt veteri abiecta ędificij forma, quidquid minus decorũ eſt, nouo, ac pulchriore modo inſtauretur. Portã anguſtam, qua via curras trãſire poterat, & quæ in vicum arctum ducebat, in primis occludit, aliamq. latiorem, & vertice ſublimiorem aperit, quæ non modo latam aliquam viã, ſed totum quoque ſpatioſum proſpiciat. Feneſtras, quę olim humiliori ſitu diſpoſitę, atria, vel poſticam domus partem occupabant, apertiore loco, & nobiliori ſtructura iubet ædificari, vt cancellis, & vectibus ferreis ornatæ delectent tranſeuntes, & qui domum incolunt, dum inde proſpiciunt, alto, & longo aliorum ædificiorum, & agrorum aſpectu reficiantur. Non aliter gloria noſtra Chriſtus, exiſtens æterni Patris heres, dicente Apoſtolo: *Quem conſtituit heredem vniuerſorum*, *Ad Heb. 1.* veniens in orbem terrarum, reperit ſuę primogenituræ domum, nempe Hebręorum gentem male affectam, & ruinæ iam fere proximam, ac propterea cum primum iniji illius poſſeſſionem, id maxime curat, vt antiquo illius ritu, & forma mutata, nouo ędificij genere decorata renouetur. Anguſta quidem prius illius porta erat, circumciſio nempe, cuius aditus adeo erat laborioſus, vt nemini illuc liceret accedere quin læderetur, ac ſanguinem funderet, cum gladiũ circumciſionis, quæ porta erat, pertranſire deberet. Chriſtus ergo portam mutauit, & effecit ampliorem, inſtituens baptiſmum, quem vocant Theologi, *Ianuam ſacramentorum.* Porta hęc in Eccleſia catholica prima, & præcipua eſt, quã licet cuilibet abſque vlla difficultate intrare, vbi nullus adeſt ianitor, aut cuſtos, qui aditum prohibeat. Porta illa circumciſionis arcta erat, & breuibus circumſcripta limitibus, quæ pergebat in angiportum anguſtum, nempe ad populum Iſraeliticum, iuxta illud: *Notus in Iſrael Deus.* Hanc igitur portam Chriſtus hodie claudit, & baptiſmatis ianuam aperit, quæ non in viam anguſtam, ſed in ampliſſimam vniuerſi orbis plateam proſpectat, & protenditur. Non enim vni, aut alteri populo, ſed omnibus patet gentibus, & nationibus, de illa ſic Chriſto loquente: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* *Matth. 28.* Quod inſtaurationis, & renouationis ædificium Chriſtus proſequens, vniuerſam veteris ædificij partem, quæ Moſaico ritu fuerat conſtructa, varijs cærimonijs Iudaicis ornatam continuo diſturbari, & ſolo æquari mandat, Romanoque cultu, Eccleſiæ videlicet Romanæ ritu inſtaurari, & reædificari præcipit: qua vna re Eccleſia Dei adeo pulchre conſtructa, & cæleſti ſimilis ſeſe erexit, vt Ioanni non iam a terra egrediens, ſed a cælo ipſo deſcendēs in Apocalypſi viſa fuerit: *Vidi ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendentem de cælo.* *Apoc. 21.*

Hinc etiam placet cauſam reddere ſecundam priori non abſimilem, vnde magis pateat, quamobrem Chriſtus circumcidi voluerit. Ea vero eſt, vt quemadmodum Catholicæ Eccleſiæ Chriſtus dabat initium, ita pariter ſynagogæ finē imponeret, & circumciſionem omnino termina-

ret,

ret,ſicut Auguſtinus, & Ambroſius docuerunt. Ad huius veritatis intelligentiam ſupponi prius debet, diuinum Verbum antequam humanæ naturæ habitum acciperet, id cum Abrahamo iniiſſe fœdus, vt Abrahamus circumciſioni principium, ipſe vero carne indutus finem afferret, vt Gen. 17. indicant illa verba: *Statuam pactum meum inter me, & te, &c.* quod reipſa completum cernimus: circumciſus enim Chriſtus, ceſſare fecit circum- Eccleſiaſ. 44. ciſionem, vt dictum eſt per Eccleſiaſticum: *In carne eius ſtare fecit teſtamentum*: quaſi dicat, in carne Chriſti non ſolum circumciſionis, ſed reliquas omnes veteris Teſtamenti cærimonias Deus abrogauit. Conſonat his quoque verbis, quæ Sephora dixit in Exodo, filium ſuum circū- Exod. c. 4. cidens; nam vbi noſtra vulgata legit: *Sponſus ſan-* Sept. interp. *guinum tu mihi es*, Septuaginta vertunt: *Stetit ſanguis circumciſionis filij mei*; quam lectionem, & Epiph. li. 1. interpretationem Epiphanius cõtra Aeuioneos, Cyrill. lib. 2. & Cyrillus in libro de adoratione in ſpiritu, & veritate, amplectuntur.

Sed vt, quod de Sephora dixi, clarius intelligatur, placet breuiter rem perſtringere. Dum Se- Exod. 4. iux. 70. verſion. phora filium ſuum circumcidebat, vix cœperat ſanguis egredi, cum repente ſubſtitit: vnde illa D. Aug. lib. q. ſup. Exod. quæſt. 12. admirans inquit: *Stetit ſanguis filij mei.* S. Auguſtinus in lib. quæſt. ſuper Exodum ait, fieri non poſſe, vt huiuſmodi res careat aliquo magno myſterio, quod etſi Auguſtinus non aperuerit, magnus tamen ille Pater Epiphanius, loco ſuperius citato, declarauit: ait enim Sephoram parentibus genitam idololatris, figuram eſſe Eccleſiæ Catholicæ, quæ ex gentibus idololatris fundata coaluit: infantulum autem Sephoræ filium, imaginem fuiſſe pueri Ieſu, infra octo dies circumciſi. Cum vero ait Sephora, *ſtetit ſanguis circumciſionis*, manifeſte prædixit, quod Eccleſia catholica veriſſime poſtea dictura, & aſſertura erat Chriſto iam circumciſo, quippe vere tunc omnino ſtetit ſanguis circumciſionis. Qua in re Cyrill. li. 4. in Io. c. 31. eſt animaduerſione dignum, quod Cyrillus in Ioannem iure optimo notauit, videlicet, dum Ioſue, qui figura noſtri Redemptoris fuit, humo mãdabatur, pariter cum ipſo cultros, quibus Iſraelitæ circumcidebantur, fuiſſe ſepultos. Id vero non aliam ob cauſam factum intelligo, niſi vt in circumciſione, & morte Chriſti, cuius figura fuit Ioſue, mortua, & ſepulta legalis circumciſio ſignificaretur. Habemus etiam in Deutero- Deuter. 27. nomio huius rei optimum typum, iubente Deo Iſraelitis, vt dum intra terminos terræ promiſſionis morarentur, altare conderent lapideum, & calcem ſuperinducentes, verba legis inſcriberẽt. Poterant non immerito Iſraelitæ dicere: Domine, firmior erit inſcriptio, ſi non calci imprimatur, ſed ipſi calci incidatur; ſicut cernimus Iob optaſſe, vt verba eius longiore tempore Iob. 19. permanerent, cum dixit: *Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det, vt exarentur in libro ſtylo ferreo, vel plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice?* Optime quidem id nouerat Deus, veruntamen non abſque peculiari ſacramento legem ſuam iubet in ſuperficie calcis deſcribi, vbi quidquid exaratur, non admodum difficulter abraditur, & deletur. Significare nanq; volebat, legem illam non eſſe perpetuam, & adueniente tempore delendam, cum lapis angularis, qui illic ſuberat, hoc eſt Chriſtus, detegeretur, in quo lex gratiæ firmiter ſcripta foret permãſura. S. Auguſtinus, cui etiam Hugo, & Ly- Auguſtinus Hugo. Lyra. ra adſtipulãtur, autumat fractionem lapidis, vbi lex Dei erat deſcripta, quod Moyſi a monte deſcendenti contigit, portendiſſe, & ſignificaſſe duritiam, atque rigorem Moſaicæ legis rumpẽ- Exod. 32. dam, & emolliendam in Chriſto vniuerſæ Eccle- Ad Eph. 2. ſiæ lapide angulari, & fundamentali, vt Paulus appellat. Præterea, ſi Poetarum mihi liceat vti figmentis, dum humani generis Redemptorem Moſaicum ritum, & moleſtam circumciſionis cærimoniam deprimentem, & morti tradentem aſpicio, mente concipio, & recordor, quem finxere Poetæ fortiſſimum, & inuictum Herculem, qui terræ filium Antheum fortiter amplexus, & a terra ſublimem eleuans, inter brachia vehemẽter aſtrictũ, animã efflare compulit. Extulit quidem Chriſtus circũciſionẽ in altiſſimũ locũ, nempe ſuper carnem ſuam innocentiſſimam; vnde factum, vt omnis eius virtus fuerit in poſterum eneruata, nemini profutura poſt Euangelij promulgationẽ. Et quemadmodum ſi acuto cultro leuem materiam ſecamus, acies eius nõ obtunditur; ſi vero lapidem ſcindere velimus, protinus hebeſcit: ſic ante Chriſti aduentum, quando circumciſionis gladius carnem conceptam peccato ſecabat, acumen eius non inuertebatur, ſed eum lapidem, qui erat Chriſtus, *Petra autem* 1. Cor. 10. *erat Chriſtus*, tangere auſus eſt, protinus aciem amiſit, & adeo vires eius defecerunt, vt in lege gratiæ noxia omnino illius obſeruantia ſit. Et quemadmodum ſplendente ſole ignis ſcintilla non emicat, immo quæ illo abſente lucebat, eius irradiante fulgore tenebreſcit; ita adueniente iuſtitiæ ſole Chriſto, vmbra circumciſionis (ita enim vocat Paulus, *vmbra futurorum bonorum*) Ad Heb. 10. protinus diſparuit, & diſiecta fuit. Eſt tamen ad bonam noſtrorum morum inſtitutionẽ plurimum aduertendum, quod quamuis Chriſtus oppreſſerit, ac proſtrauerit circumciſionẽ materialẽ, vult tamẽ ſtare, & in nobis vigere ſpiritualem, quã Apoſt. appellat *circũciſionem cordis*: & Rom. cap. 2. alibi, *circũciſionẽ non manufactã*, illã .ſ. circũciſionẽ, quã non manus operatur, ſed libera voluntas ſemetipſam abnegãs, turpes oẽs rerũ appetitus Aug. tract. 30. in Ioan ſedulo coercens. Quæ doctrina S. Auguſt. verbis conſona eſt, dicentis: *Quid eſt circũciſio niſi carnis* Phil. lib. de circumciſ. *expoliatio?* Quod etiã ante Auguſtinũ, Philo Hebræus ſcripſit his verbis: *Per circũciſionem ſignificari arbitror exciſionem voluptatũ, quæ mentẽ faſcinãt.* Pertinent etiã huc illa Chriſti verba: *Si ma-* Matth. 5. *nus tua, vel pes ſcãdalizat te, abſcinde eam.* Quam ob rẽ ſi ipſemet Chriſtus, qui nihil habebat in ſacratiſſ. ſua carne ſuperfluũ, illã circũcidit, & amputat, æquiſſimũ profecto eſt, vt qui in mundo degunt, tot, tãtiſq. imperfectionibus pleni, & ſuperfluitatibus redũdãtes, eas amputẽt, & radicitus euellãt. Oportet vt nobilis immodicas expẽ-

ſas moderetur, mulieres ornamenta, potentes faſtum, regius miniſter ſeueritatem, Eccleſiaſticus vagationes, & viſitationes, mercator, & tabellio lucra, ac denique omnes quotquot impuro, & incircumciſo ſunt corde, vel opere, cultrum circumciſionis huiuſmodi nunquam manu deponant. Nam cum effræni, & inordinato appetitus impulſu mens hominis ſemper ſollicitetur, & præceps in malum rapiatur, timendum nobis ſemper eſt, ne parum cauti vincamur, neue, vt Abſaloni, ſic etiam nobis accidat, (2. Reg. 18.) cum ille, quod capillos non abſcidiſſet, à quercu pependerit, donec à Ioab Duce lancea trãſfixus interijt. Ipſa rerum experientia plane demonſtrat, quod & philoſophia docet, in motu corporeo, quando violenter fit, neceſſarium omnino eſſe, vt rei motæ auctor motionis, vel eius virtus aſſiſtat: altero enim deficiente protinus ſubſiſtere, & cœptum rei motæ interrumpi motum, immo & retrolabi neceſſe eſt. Probat id inter alia natantis exemplum, dum contra torrentem aquarum obnititur, qui vbi primum contra niti deſinit, alieno rapitur, & ſecundo flumine abducitur: quod etiam lapis in altum miſſus oſtendit, quem licet multo robore iaculemur, ceſſante tamẽ impetu, quem primus ei excuſſor impreſſit, non ſolũ non progreditur, ſed impetu non paruo ad ima delabitur. Qui ex animo Chriſtianus eſt, ſemper aduerſo flumine nauigat, opponens ſe fortiter vitiorum omnium ſiue paſſionum torrẽti; & cum hic motus ſit violentus, quippe ſenſus inclinationi aduerſus, & rationi rebellis, cum primum fortitudo illa animi, & vis, quam ſibi facit, paſſionibus per ſpiritualem circumciſionem obluctans, ſi forte cultrum mortificationis, qua vitia tolluntur, manu dimittat, illico mens eius ab incepto bono opere reſilit, & quæ prius ad diuina ſurrexerat, exciſione vitiorum ingraueſcente, rurſus eorundem renaſcentium pondere, non ſecus, ac lapis ad ima, & terrena detruditur. Tunc enim non ſolum non proficit dum ceſſat, ſed deficit, & fit quodãmodo, quod factum erat, infectum, dum hominis mens iterum limo defixa malorum morum ſordibus inquinatur, vitioſis habitibus hinc atque inde multiplici veterum affectuum germine repullulantibus. Nam protinus ab oculis prodit laſciuus aſpectus, a lingua turpis confabulatio, a manibus alea, a pedibus vagatio periculoſa: quæ omnia, & alia multa incommoda, & æternæ ſalutis detrimenta ſi optatis effugere, oportet omnino, vt quiſque veſtrum ſuos caſtiget appetitus circumciſione omnium voluptatum. Nam quemadmodum diligens, & ingenioſus alicuius viridarij, vel horti cultor, & cuſtos, ſi forte in myrto, hyſſopo, vel alijs herbis nomina Ieſus, vel Maria figurauit, ſolet frequenter accreſcentes herbas auellere, & amputare; nã ſi id intermittat, character et figura ſilueſceret, & herbis prouenientibus obrueretur: ſic etiam mens noſtra, quam humano corpori tanquam eius moderatricem, & animati horti cultricem Deus infudit, vt quemadmodum Adam olim paradiſum, ſic ipſa ſilueſcentem noſtri corporis terram colat, & expurget, ſpinaſque ac tribulos vitiorum euellens, virtutum inſerat germina, & impreſſum ſibi Ieſum, & Mariam diligenter curet, colat, & veneretur. Hoc enim ſi facere deſiſtat, cum typus ille per artificium a viuente materia, & rebelli carne libero arbitrio gaudente ſit receptus, perpetuuſque in ea paſſionum æſtus fluctuet: manifeſtum adeſt periculum, ne priſtinæ reſurgãt actiones, & cardis, vepribus, & vrticis renaſcentibus, quam efformauerat ſedulus labor virtutum, imago cooperiatur. Quamobrem vigilanter nobis ſemper agendum eſt, a mortificatione nunquam abſtinendum, vt herbis nocentibus auulſis, quæ animæ afferunt ſalutem inſerantur. Aduertendum tamen eſt, vt quemadmodum horti cultori non ſatis eſſet, ſi partem ſupercreſcentium herbarum amputaret, & partem omitteret; ſic etiam non ſatis eſt, ſi quatuor vitijs laborans tria tantũ amputes, ſed prorſus neceſſe eſt omnia excindas, & mortificationis cultro ſubijcias. quod inſinuare videntur hæc Pauli verba: *Mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes*; (2. Cor. 4.) ac ſi diceret: Mortificatio Chriſti debet nos vndequaque circumdare, & omnes tam corporis, quam animi partes cingere, ac munire, quod etiam nomen ipſum circumciſionis indicat; eſt enim circumciſio quaſi in circulo facta cęſio, & amputatio, ita vt viſus, guſtus, tactus, & reliquorum ſenſuum fiat reformatio, & nulla inclinatio ſiniſtra in nobis vigere permittatur: vnam enim ſi reliqueris integram, tibi afferre potes interitum. Cuius rei figura (Exod. 2.) extitit Pharao, qui primogenitos Iſraelitarum cum interfeciſſet, vnus ſolus ab eo relictus Moyſes non ſolum ei ſceptrum, & regni poteſtatem eripuit: ſed vniuerſum eius equitatum, ipſumque Regem rubri maris fluctibus inuoluit. Huc facit, quod optime dixit ſanctus Dorotheus in (Doroth. in quod. ſerm.) quodam ſermone, parum ſcilicet aucupem curare, ſi aquila caput, alas, pedes, ac reliquum corpus habeat liberum, dum tamen vngue ſaltem fortiter laqueo capta teneatur: ſatis enim id eſt, vt de aquila fiat ad irretientis arbitrium. Similiter quando Diabolus vno ſolo vinculo animam peccatoris irretiuit, vnius ſaltem vitij ſeruituti illam ſubijciens, id ſatis ſuperque eſt ad eius excidium, & omnimodam calamitatem. Et quemadmodum parum vrbis incolumitati prodeſſent munimenta, arces, & grandia tormenta, militũq. lectiſsimorum copiæ, ſi forſan aliqua parte muri diſsipata aditus hoſtibus pateret, nec præſto eſſet prõpta defenſio, ita parum intereſt, ſi tuarũ affectionũ incõmodis occurras, & vectibus portas obſeres, quas aduerſus te Diabolus frequẽtius inuadebat, ſi tamẽ incautus rimulã aliquã relinquas apertã, qua in te ille ſerpẽs veneficus virus ſuũ queat expuere. Reducat oportet in memoriã, quiſquis ſuæ ſalutis amãs eſt, q olim Regi Achab cõtigiſſe diuina Scriptura cõmemorat, q. prælitũ ingreſſus, etſi bene armatus, (3. Reg. 22.) q a tñ forte armãtis incuria parua corporis pars inermis erat, hoſtili iaculo cõfoſſus occubuit.

Homi-

Homilia Secunda.

Declarantur aliæ egregiæ cauſæ ob quas Chriſtus circumcidi voluit.

EST adeo locuples minerale, & copioſa vena cauſarũ, propter quas Chriſtus ſe circumciſioni ſubiecit, vt quem huius declarationi myſterij adhibeo laborẽ, arbitrer feliciſſimum; quippe quo altius hanc precioſiſſimi auri venam fodio, & diligentius perſcrutor, eo maiores diuitiæ, & theſauri myſteriorum vberiores eruuntur. Receptum vſu eſt, vt quoties ſanguineus cometa cælo fulget, ab eis, qui aſtrologiæ præſtant cognitione, cauſæ protinus exquirãtur, & multis propoſitis rationibus multiplicia quoque, & varia de illius ſignificatione prædicẽtur, & prænotentur. Apparet hodie nobis non in cælo, ſed in terris cometa ſanguineus Chriſtus IESVS, octo dierum infantulus, proprium ſanguinem in templo fundens: conſonum ergo eſt, vt myſtici aſtrologi catholicæ Eccleſię, qui ſunt magiſtri eius, & prædicatores, cauſas quæramus tanti portenti, quale eſt ſanguinem ab ipſomet Deo in tenera adeo ætate fundi. Conſtat inter aſtrologiæ magiſtros, & auctores ſanguineo apparente cometa mortem principis alicuius, aut Regis prænunciari, quorum ſententia & prędictio multo verior quam vnquam ante, hodierno die cenſenda eſt: ſanguinem enim fundi a Chriſto adhuc infantulo indicium eſt manifeſtum, & certiſſima coniectura multo copioſius pro nobis moriendo poſtea fuſurum. Conuenienter applicabitur rei, de qua loquimur quod apud Matth. Chriſtus dixit his verbis: *Facto veſpere dicitis ſerenum erit, rubicundum eſt enim cælum: & mane, hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cælum.* Hoc cum ita ſe habeat, ſi cælum mane, id eſt Chriſtus in infantia ſanguine rutilat, quid inde coniiciemus niſi abundantiſſimam ſui ſanguinis pluuiam, quam a nube ſui corporis facto iam veſpere, nempe inſtante iam morte, pro humani generis redemptione profundet? Cuius rei figuram fuiſſe cernimus, quod lib. 3. Regum ita legimus: *Ecce nubecula parua facta eſt pluuia grandis*: ſic hæ paucæ guttæ ſanguinis, quẽ Chriſtus in circumciſione hodie fundit, aperte prænunciant pluuiam in Cruce copioſam, dicente Dauid: *Et copioſa apud eum redemptio*. Vt ergo Chriſtus lætum noſtræ redemptionis nuncium nobis afferret, vult, tanto ſuo ſumptu iam inde a puero ſanguinem fundens, precium dare noſtræ redemptionis.

Matth. c. 16. — 3. Reg. c. 18. — Psal. 129.

Secunda cauſa circumciſionis Chriſti eſt, vt oſtenderet magnum, quod habebat noſtræ ſalutis deſiderium, ac propterea vix vtero matris egreſſus æterno Patri ſatisfacturus, illud exequi feſtinat. Narratur in Geneſi, cum primum arca fuerat egreſſus Noe, ſacrificium obtuliſſe tam gratũ Deo, vt ab eo tempore inita inter Deum, & homines pax fuerit, in cuius rei ſignũ & cõfirmationẽ arcus in nubibus datus a Deo fuit: noſter Noe Chriſtus; *Qui ventris ſub arca clauſus erat*, vix inde prodierat, cum ſtatim cruẽtum ſui ſanguinis Deo Patri immolat ſacrificiũ. quod ei adeo placuit, vt qui Noe dixerat: *Non vltra maledicam terram*, Chriſto dixerit: *In ipſo benedicentur omnes gentes*. Vere igitur dictum ab hiſtorico eſt: *Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur*. Vix enim Chriſtus pedem in orbe terrarum fixerat, immo vix fœni in quo iacebat ſentire calorem, & materno lacte nutriri cœperat, cum proprium ſanguinem Patri offert, tanquam pignus ſuæ fideiuſſionis, cui poſtea adueniente tempore ſe facturũ ſatis pollicetur. Qua in re Chriſtus ſe geſsiſſe videtur, vt ſolet induſtrius, & lucri amãs mercator, qui ad nundinas profectus ſi merces quas emere cupit adeſſe nouit, nil moratus cum domino mercium de precio conuenit, & ne forſan alteri vendantur, arrham prębet, donec reliquam pecuniæ ſummam aperto ſacculo in menſa numeret, & ſoluat; ita Chriſtus Redemptor noſter & Deus: *Qui diues eſt in miſericordia*, quaſi locuples mercator a cælorum Indijs orientalibus ad occidentales terrarum veniens, nundinas humani generis ingreſſus animas hominum quantocunq. precio redẽpturus, illico guttas aliquot ſui ſanguinis offerre incipit, tanquam pignus certiſſimũ integræ poſtea ſolutionis, quæ in Caluariæ nundinis apertis miſericordiæ ſuæ theſauris, & ſacculo corporeo in mẽſa Crucis facienda erat. Videor mihi in hoc principio ſolutionis, quæ fit in ſanctiſſima eius circumciſione, audire Chriſtum in Patre ita loquentem: Pater æterne, ne forſan homines ignari fallantur, exiſtimantes ſi totum meum tibi offeram ſanguinem pro animarum precio, id a me agi pueriliter, ſuſpicenturq. vſurum me poſtea exceptione, quod ætate minor ſim, dignare quæſo accipere nunc haſce ſanguinis guttas, tanquam pignus ſatisfactionis, quæ tempore meæ paſsionis tibi copioſiſsima reddetur. Nam cum glorioſum putem ſtare promiſsis, & boni ſolutoris nomen retinere, pignora etiam proprij ſanguinis dare non piget. O amantiſsime Ieſu, cur ita propere, & quaſi ante tempus tuum vis fundere ſanguinem? Quorſum tanta feſtinatio? Cur non expectas tempus, quo validior, & grandior iam factus, commodius queas tanti vulneris pati dolorem? Patere precor, vt quod ſuxiſti lac, ſaltẽ vertatur in ſanguinem, quem opportuno Paſsionis tempore fundas pro precio noſtræ redemptionis. O amor, quam moræ impatiens

Gen. 8. — Hymn. Eccl. — Gen. 8. — Gen. 12. — Tit. Liuius. — Ad Eph. 2.

tiens es, quam durus promiſſorum exactor! vix dies octo natus Deus, adeſt in terris, & tu iam illum tibi reddere vis tributarium, nec ſatis tibi cautum putas, niſi proprium eius ſanguinem multis lacrymis, & dolore fuſum pro pignore accipias? Sancta refert Scriptura, Sichem principem amore filiæ Iacob captum circumcidi ſe permiſiſſe; ita Chriſtus animarum amantiſſimus, vt eis ſalutem afferret, circumciſionem tolerauit: & quemadmodum princeps ille manibus filiorum Iacob fuit occiſus, ita Chriſtus à ſynagogæ filijs mortem paſſus eſt acerbiſſimam. Optimè ergo dixit Dauid nomine Chriſti: *Pauper ego ſũ, & in laboribus à iuuentute mea.* Cur o bone Ieſu nõ ais in laboribus, à pueritia tua ſẽper te fuiſſe verſatum? Nõne paupertas maxima eſt deficiente domo naſci in ſtabulo? Nõne ſumma egeſtas eſt, pro cunis vti præſepio? Nonne labor eſt frigore tremere, & aprico loco carere, neque aliud tibi eſſe diuerſorium, quam beſtiarum? Nonne dolor eſt acerbiſſimus, quem tibi vulnus circũciſionis inflixit? Nõne grauis tibi fuit perſecutio, qua te crudelis carnifex Herodes vrgebat tuæ mortis auidiſſimus? Quomodo igitur nõ ais labores tuos cepiſſe ab infantia, vel ſaltem à pueritia, ſed à iuuentute? Ego arbitror hoc loco agere Chriſtum nobiſcum tanquam cum ingratis, & malæ fidei debitoribus. Videmus enim quotidie accidere, vt ſi pecunia mutuo data ſit alicui, qui nõ eſt ſoluendo, creditor id animaduertens, ne tota ſumma pereat, de mille nummis aureis remittat quingentos, vt ſaltẽ dimidium mutuatæ pecuniæ recipiat: Non aliter Chriſtus, cui omnes tenemur, debitoreſque ſumus, tam propter labores, quos in infantia, & pueritia, quam quos in iuuentute pro nobis ſubiuit; quoniam cognoſcit nos nequaquam eſſe ſoluendo, & incertos eſſe, atque mendaces debitores, non exigit à nobis omnium ſuorum laborum ſummam, ſed tantum ſolutionem poſtulat propter labores ſaltem, quos in iuuentute ſuſtinuit, licet alioquin reliquis in infantia, & pueritia toleratis debitores ſimus.

Sed ad aliam rationem properemus, quam affert S. Bernardus, de Chriſti circumciſione loquens; ait enim circumcidi, & ſigno, quod proprium eſt peccatoris, notari voluiſſe Chriſtum, vt nobis profundiſſimæ ſuæ humilitatis præberet exemplum. Nam etiam ſi multis in rebus Chriſtus oſtenderit, quantum virtute humilitatis excelleret, nunquam tamen alibi ita ſe, vt in circumciſione demiſit. Multum Dei maieſtas, & altitudo inclinata fuit, cum habitum hominis induit, vel, vt vtar verbis Apoſtoli, quando *in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo*: at in circumciſione figuram ſubit, & habitum induit peccatoris, ſiue, vt idem inquit Apoſtolus: *In ſimilitudinem carnis peccati*, quippe tanquam peccator ſinit ſe notari ſtigmate peccatoris. Scimus in eius incarnatione non defuiſſe, qui nouerit verum eſſe Deum, vt conſtat ex Propheta Abachuc; nam vbi noſtra vulgata legit: *In medio annorum notum facies*: Septuaginta vertunt, *In medio duarum vitarum agnoſceris*; quæ verba interprete Euſebio Cæſarienſi in libro de demonſtratione Euangelica, ſignificant Chriſtum Dominum quantumuis ſe ipſum ſimularet, ac tegeret, in ipſo tamen vitas duas, humanam ſcilicet, & diuinam in vno, eodemque ſubiecto cognoſcendas. Oſtendit mirabilem ſuam diuinitatem Chriſtus in porticu, & in ſtabulo inter animalia naſcens; veruntamen illic ab Angelis tanquam eorum Deus agnoſcitur, & cæleſti concentu natalis eius celebratur, concinentibus Angelis: *Gloria in altiſſimis Deo*, paſtoreſque cælitus admoniti in porticum, vbi natus fuerit, feſtinarunt, calamis, & fiſtulis feſtum eiuſdem agentes, & quod mirabilius eſt, ipſi quoque Arabiæ Reges ab Oriente profecti eum adoraturi venerunt, purpuram in eius conſpectu trahentes, coronis, & ſceptris depoſitis, ad Chriſti pedes procumbentes, tanquam eius vectigales pretioſa munera thuris, auri, & myrrhæ humiliter offerunt, vt thure Deum, auro Regem, myrrha hominem proteſtentur. Plurimum etiam Chriſtus ſuam deprimẽs maieſtatem oſtẽtauit humilitatem, quando baptizatus in Iordane fuit, ſiquidem exiſtens ipſamet puritas, & innocentia, voluit aqua baptiſmatis ablui, & Ioanni ſubijci, tãquã parocho ſuo, & miniſtro baptiſmatis, ſed interim cælitus audita eſt vox æterni Patris aiẽtis: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui.* Affuit tũc & ipſe Spiritus ſanctus ſub ſpecie columbæ, vt de columbina eius innocentia teſtimonium perhiberet inſidens eius capiti tanquam Doctoris inſigne, quo declararetur eius dignitas, quam inter diuinas perſonas tanquam verus Dei Filius, & ſumma ſapientia Patris obtinet. Accidit præterea dum Chriſtus baptizatur, quod refert S. Iuſtinus Martyr, mirabile, ingenſque prodigium, quando a Iordanis aquis flammarum incendia conſurgere viſa ſunt. Non parua eius fuit humilitas in deſerto ſatanæ tentationi ſe permittentis, non ſecus ac ſi homo eſſet imbecillus, de quo poſſet expectari victoria, veruntamen poſt longũ illud quadraginta dierum ieiunium mittitur cælitus ei cibus, & adſunt Angeli ei deſeruientes: *Et ecce Angeli miniſtrabant ei.* Plurimum ſe demiſit Chriſtus, permittens ſe à Iudæis capi, & tanquam latronem tractari, vt ipſe dixit: *Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus cõprehendere me.* Sed tamen illic ſuam omnipotẽtiam tam verbis, quam opere detexit; verbis quidem, quoniam ſolo verbo, quod ſumma placabilitate protulit, inquiens, *Ego ſum*, totam cohortem, & ſatellitium comprehendere feſtinantium terruit, & humi proſtrauit. Nec opere minus id monſtrauit, quam Malcho Petrus amputauit auriculam, ita mirabiliter reſtituẽs, vt abſciſſa nunquam fuiſſe videretur. Et ne plura dicam, Chriſtus ſuæ humilitatis, maximum omnium præbuit documentum pro nobis moriens adeo ignominioſa morte, vt inter duos latrones, ac ſi caput, & eorum princeps eſſet, crucifigeretur, illic tamen creator omnium eſſe dignoſcitur. Nam

Gen. 34. — Ibidem. — Pſam. 87. — Luc. 2. — Bernardus ſerm. de circumciſione. — Ad Phil. 2. — Ad Rom. 8. — Abacuch. 3. — Euſeb. lib. 5. & 15. demonſtra. — Luc. 2. — Matth. 2. — Matth. 3. — Iuſt. in dial. contra Tripho. — Matth. 4. — Luca 22. — Ioan. 18. — Ibidem.

tur. Nam eius mortis dolore, & miſeratione
velum templi ſcinditur, ſaxa congrediuntur,
& rumpuntur, terra contremiſcit, ſepulchra pan
duntur, ſol obſcuratur, aer tenebreſcit, vt tan-
Gen. 9. quam olim filij Noe, ſuper nudum Chriſtum pal-
lium inijcerent, quo ignominioſa eius nuditas
tegeretur. Nec defuit inter tot, & tanta oppro-
Luc. 23. bria, qui eum fateretur Regem, dicens: *Memento
mei Domine, cum fueris in regno tuo.* Et alius, qui
Marc. 15. ſimiliter admiratione correptus dixerit: *Vere hic
homo Filius Dei erat.* Fuit etiam, dum hæc age-
bantur, erecta Chriſto ara in Athenienſi vrbe,
cum hac inſcriptione, *Ignoto Deo*, quoniam vt
Mart. Polon in Chron. Eccleſiaſt. l. 4. ſcribit Martinus Polonus, grauiſſimus hiſtori-
cus, cum Athenis tantum portentum eclipſis,
in die quo Chriſtus patiebatur, cõtingentis ani-
maduerteretur, & magnis denſiſque tenebris
terra occuparetur, poſt cauſam tantæ noui-
tatis diligenter excuſſam, decretum denique ab
Areopagitis fuit, auctorem vitæ pati vel mor-
tem, vel grauem ignominiam, ideoque huic vi-
tæ auctori ab Athenienſibus ara conſecrata fuit,
adiecta, vt dixi, inſcriptione, *Ignoto Deo*: cuius
Act. 17. meminit Paulus in Actis Apoſtolorum à Luca
relatus. Ecce igitur etſi Chriſtus moritur, ſum-
mo dedecore, & ignominia affectus, interim ta-
men eius diuinitas ab omnibus creaturis, etiam
ſenſu carentibus agnoſcitur, & acclamatur; quã
maieſtatem in circumciſione ita abſcondit, vt
vix aliqua ſuperſit rimula, per quam ignari ho-
mines poſſint excellentię diuinę radios aliquan-
Pſ. 88. tulum intueri. Quamobrem Propheta Dauid
protendẽs oculos in hunc vſque diem, quo Chri
ſtus erat circumcidendus, videnſque illum pec-
catoris nota inſignitum, alloquens æternum Pa-
trem inquit: *Repuliſti, & deſpexiſti Chriſtum
tuum.* Quę verba ſanctus Hieronymus ita vertit:
Hieron. ſup. Pſ. 88. *Quieſcere feciſti munditiã eius*, & alius interpres
in hunc modum: *Retrocedere feciſti eum.* Qua-
ſi dicat Propheta; feciſti, ò Pater æterne per
circumciſionem Filij tui, vt nomen, & opinio,
quæ de illius innocentia, & puritate percepta
erat, apud homines minueretur, dum eum cir-
cumciſum intuentes (his paucis exceptis, qui
fide illum nouerant) iudicabant eum alijs ſimi-
lem, & peccatorem. Quare qui te Chriſtiane
circumciſione liberum, & Chriſtum circumci-
ſum videret, non vtique te, ſed illum eſſe pec-
catorem putaret. Quemadmodum enim ſi duo
ſimul per viam incedant, & vnus in lutum ca-
dens pallium fœdet, tu autem honoris gratia
pallium tuum ei mutuares, qui te aſpiceret lu-
to conſperſum, proculdubio iudicaret, non alte-
rum, ſed te, qui pallium ſordidum haberes, in lu-
tum fuiſſe prolapſum. cum tamen contra ſe res
habeat. Qui ergo te à circumciſionis vulnere li-
berum, Chriſtum autem gladio eius ſubiectum
ſolo lumine rationis proſpiceret, nõ te, ſed illum
circumciſione indigentem iudicaret.

Ex hac Chriſti humilitate naſcitur alia cauſa,
ob quam circumcidi voluit, nempe ad tollen-
dum ſcandalum, quod inter Hebræos oriri po-
terat, ſi circumciſionis præcepto illum, vt cete-
ros non cerneret obedientem. Promiſerat olim
Deus venturum ex ſemine Abraham, qui ſaluum
faceret Iſrael, quando ei dixit: *In ſemine tuo be-* Gen. 22.
nedicentur omnes gentes; adiecerat que, poſteri-
tatem eius vniuerſam circumcidendam: & pro-
pterea Chriſtus voluit circumciſionis legi pare
re, quippe nouerat negotium ſibi eſſe cũ diſco-
lis, & moroſis, qui ſi eam circumſtantiam deeſſe
Chriſto animaduertiſſet, illico te aduerſus ipſũ
argumentarentur. Meſſias futurus eſt de ſtirpe
Abraham, & circumciſus, quemadmodum &
ille fuit; tu non habes ſignum circumciſionis;
ergo verus Meſſias non es. Nam ſi concurrenti-
bus in Chriſto omnibus etiam paruis quibuſq;
circumſtantijs, prout Pater æternus cum Iudæis
conuenerat, cernimus publice, & coram iudice
auſos profiteri, ſe nec habere, nec velle Regem,
quando dixerunt: *Non habemus Regem, niſi Cæ-* Ioan. 19.
ſarem: quid facerent ſi Chriſto circumciſio de-
fuiſſet, quæ propria erat poſteritatis Abraham,
ex cuius propagatione Meſſias expectabatur?

Si autem adhuc placet profundius adigere li-
gonem in hoc minerale cauſarum, ob quas Chri
ſtus circumciſus fuit, tam eſt locuples, vt princi
pio dixi, & tam abundans vena myſteriorum, vt
non minus nunc, quã cum fodi cœptum à nobis
eſt, noua genera cauſarum, nouæq. rationes hu-
ius myſterij prodeant, & ſcaturiant. Inter quas
non eſt minoris momenti, quod ſemper Chriſtus
plurimi fecit Dauid patris ſui manſuetudinem,
& clementiam, in qua Dauid mirabiliter excel-
luit. Nam cum primum regnare cœpit, per om- 2. Reg. 19.
nes prouincias Regni mandauit promulgari ve-
niam, & remiſsionem vniuerſæ domui Saul, obli
tus omnium iniuriarum, quibus ab eo fuerat af-
fectus. Erat enim Saul infeſtus adeo, & capita-
lis hoſtis Dauidi, vt niſi Dauid ictum inuadentis Ibidem.
Saul opportune declinaſſet, fuiſſet lancea transfi
xus: iterumq. niſi ſponſa Michol per feneſtrã di-
miſiſſet eum, à cohortibus eiuſdem Saul interce-
ptus occubuiſſet. Ita Chriſtus hereditatem ani-
marum iniens, quaſi regnum, quod Pater ei pro-
miſerat: *Dabo tibi gentes hereditatẽ tuã*, non cõ-
tentus nuncium miſiſſe paſtoribus, qui diceret: Pſ. 2.
Annuncio vobis gaudium magnũ; nec contentus Luc. 2.
Angelos gloriæ atque pacis feciſſe præcones, di
centes: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax ho-* Ibidem.
minibus: nec tandem ſatis putans ſtellam miſiſ-
ſe ad publicandam in Arabia miſericordiam ſuã:
nũc octauo poſt eius natiuitatem die poſſeſſio-
nem regni Dauidis ingreſſurus in throno præ-
ſepij, vt olim Dauid, clamat: *Numquid supereſt ali* 2. Reg. 9.
quis de domo Saul, vt faciã miſericordiã? eſtne ali-
quis capitalis hoſtis meus, qui mihi reconcilia-
ri cupiat? Accedat ſecurus, & ſanguinem meum
amicitiæ pignus accipere nõ dubitet, pro ipſius
ſalute hodie in templo fluentem. Accedat om-
nia peccator, quoniam veterum culparum am-
plius non recordabor, vt puniam, ſed vt condo-
nem: nam tanquam Pater amantiſsimus ſcele-
ra, & peccata non, vt iniurias meas, ſed vt pec-
catoris vulnera medicinæ egentia cõſidero: quæ
non alio pharmaco, quam proprij ſanguinis bal

ſamo

ſamo veni curaturus. Hæc mihi ſcribenti venit in mentem, quod ab hac re non alienum ſcribit *Marſ. Ficin. lib. de ſanit. tuend. c. 11.* magnus ille philoſophus Matſilius Ficinus, probans ingenioſis multiſq. rationibus ſenem, ſi pueri alicuius ſanguinem ſugat, recuperare poſſe vires, & robur iuuentutis. Quid veritatis hæc Marſilij philoſophia contineat, diſcutere prætermitto, cum id magis ad medicos, quorum propria ea tractatio eſt, pertinere videatur; illud tamen Chriſtiane tibi audeo promittere, aliam magis certam, & experimento comprobatam in renouatione animæ inueniri philoſophiam. Nam etſi in peccatis tantum ſis progreſſus, vt lõga, & mala vitæ cõſuetudine in eis incanueris; ſi velis nouum robur, nouamque virtutis accipere iuuentutem, non alia tibi propinabo pharmaca, ſed more medicorum loquens dicam: *Recipe guttam sãguinis Chriſti*. Id enim ſi medio dolore, & pœnitencia culparum ductus facies, ſanitati mentis, & valetudini reſtitueris, & vt ait Dauid: *Pſ. 102.* *Renouabitur vt aquila iuuentus tua.*

Voluit quoque Chriſtus circumcidi, vt monſtraret, mores, quos ſequi vir Chriſtianus debet, longe alios eſſe oportere, quam qui mundo probantur. Mundus enim ſpiritum minuit, & carnem auget; Chriſtus contra ſpiritui vires addit, & carni ſuæ alias ſanctæ detrahit, quod adeo verum, vt ſuę ipſius humanitati negauerit ſuppoſitum humanum, & pro illo diuinum tantum ſubſtituerit, hodieq. impleto tempore octo dierum circumcidens eandem ſanctiſſimam humanitatem, innocentiſſimæ carnis particulam ſibi auferri tolerauerit. Itaque mundus ſpiritũ eneruat, & carnem præmunit; at Chriſtus ſpiritum roborat, & carnem debilitat: mundus amat ſenſus illecebras, & voluptates; Chriſtus afflictione ſpiritus, & dolore lętatur: mundus incrementa delitiarum quærit; Chriſtus earum detrimenta complectitur. Vt igitur ſuperflua, & obnoxia doceret excindenda, voluit hodie carnem ſuam minui per circumcitionem.

Præterea circumciſionis legi obediuit, quoniã fideiuſſor hominum exiſtens, æterno Patri ſatisfacturum ſe pro illis promiſit: vnde hodie ſanguine ſuo, quod cum Patre conuenerat, ratum facere incipit, differens reliquam ſatisfactionẽ ad ſuæ mortis tempus, quando clauis affixus è Cruce pendens ad exhibitionem Chirographi, quidquid in eo fuerat adſtipulatus, exſoluet. Hoc Salomon ſpiritu præuidens, nos, vt tanto benefactori grati ſimus, hortatur his verbis: *Eccl. 29.* *Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit animam ſuã pro te.* Ipſe namq. etſi eum, pro quo fideiubebat, haud poſſe ſoluere, & totum ſolutionis pondus ad ſe vnum pertinere, optime quidem ſciebat (quod fuit eximium genus munificentiæ, quippe fideiuſſores vt plurimum ab his, pro quibus pollicentur, ſatisfactum iri putant) hoc tamen tam graue noſtræ redemptionis onus ſuis humeris impoſuit voluntarius. Hinc volo aliam cauſam circumciſionis Chriſti vobis detegere, quæ non alia fuit, niſi vt homines animaduertant, Deo carnem Filij ſui, quoniam ſe pro peccatoribus fideiuſſorem conſtituit, ita lædente atque acriter caſtigante, quamuis peccati expertem, immo & impeccabilem, quid ab illo in die Iudicij ſperandum ſit fieri aduerſus ipſos peccatores. Nam ſi tãti ſtetit ſatisfactio fideiuſſori, quis nõ credet debitori non minoris futuram? Circumciditur denique Chriſtus propter magnum odium, quo proſequitur peccatum, quod ne in hominibus puniat, in ſua carne caſtigat, iuxta illud: *Tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei.* *1. Petri 4.* Aduertant igitur Iudices, & Prælati optimum, quod eis hodie Chriſtus proponit exemplum; nempe, vt vitia punituri, & inſtauraturi mores aliorum, à domo ſua, à familia, immo à ſeipſis incipiant correctionem; ne de ipſis dici poſſit prouerbium: *Iuſtitia placet, non tamen in domum meam.*

Homilia Tertia.

Exponuntur latius cauſæ, propter quas Chriſtus fuit circumciſus.

INTER multiplices alias cauſas, ob quas Chriſtus voluit die prima Ianuarij cultrum ſubire circumciſionis ea non vltima fuit, vt felix ineuntis anni principium nobis annunciaret opere, ipſo eum verbo non poſſet, propter linguæ impedimentum, volens hac etiã in re reliquis ſuæ ætatis infantulis conformari, ſicut ſcriptum eſt: *oportet per omnia fratribus aſſimilari.* Concipi animo certe non poteſt felicius anni principium, quam quod inchoatur Chriſti ſanguine; vnde ſi tã felix, & fauſtum annunciatur exordium, quanta labentis anni felicitas nobis erit expectãda? Initium nãque anni, quale futurum ſit reliquum tempus, indicat. Vnde antiquorum nonnulli cenſuerunt menſem Auguſtum eſſe anni principiũ, quia qualis erat Auguſtus, tale futurum totius anni tẽpus ſperabãt. Veritas tamen eſt, annum à Ianuario inchoari, ideoq. Poeta Ouidius loqñes de Iano, ſeu Ianuario, & explicans quamobrẽ duas facies haberet *Ouid. de Faſt.* (quippe præteriti anni vltimã partem vna facie reſpicit, altera futuri principiũ) interrogansque illum, cur homines Kalendis Ianuarij ſe mutuo ſalutarent, & bonos annos augurarentur, reſpondiſſe ait in hæc verba:

Omnia principijs, inquit, ineſſe ſolent. *Ouid. de Faſt.*
Proſpera lux oritur, linguis, animiſq. fauete,
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

Ad hanc rẽ facit, quod ego non ſemel notaui ab agricolis obſeruatũ, qui vt futuri tẽporis, & ingredientis anni notitiã aſſequantur, primos Ianuarij dies, quos illi appellant vulgo præcipue Hiſpanè *Cabañuelas*, obſeruare conſueuerunt. Nã ſi (aiunt ipſi) Ianuarij prima die pluit, ſignum eſt pluuioſum fore Februarium, ſi autem dies ſecundus fuerit ſerenus, Martium ſimili tẽperie futurum oſtẽdit, atque ita deinceps computatis diebus

bus de reliquis menſibus iudicant. Ita Chriſtus felicitatem in principio anni nobis annuncians, incipit in ipſo ingreſſu Ianuarij ſanguinem fundere in circumciſione, quod aperte nobis indicat, & prædicit copioſam illam ſanguinis pluuiam in Cruce fundendam, vt terram aridam, & ſterilem renouaret, redderetq. fœcundam. Nam ſi, vt rerum naturalium tractatores aſſerunt, humano ſanguine fit terra fertilior, quid facere nõ poterit Dei ſanguine perfuſa? Impoſitio quoque nominis, quod hodie inditur, ſignificat idipſum poſtea nomen in Crucis culmine locandum, quando ibi ſcriberetur: *IESVS Nazarenus, Rex Iudæorum*. Regum aduentus ipſum in præſepio adorantium, oſtendit manifeſte, eundem in throno Crucis poſitum, tanquam totius mundi Saluatorem, fore ab omnibus gentibus colendum, & adorandum. Quod autẽ a tam longinquis regionibus venerint, argumento, & indicio eſt, illum qui myſticus magnes eſt, ſublatum in Crucẽ tracturum ad ſe ferrea omnium corda, iuxta,
Ioan. 12. quod ipſe dixerat: *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me.* Sed vt ad propoſitum redeã, nunciatur nobis Chriſtus, proſperum anni principium, incipit nunc ſanguinis guttulas ſpargere, vt certiſſimo indicio ſint illius imbris, quem in ſacratiſſima eius paſſione, ſui corporis venis exhauſtis, Caluariæ rupibus ſanguine tinctis, & Cruce ipſa eius cruore perfuſa, pro noſtra ſalute fundere properabat. Nec ignorabat Chri-
Prou. Latin. ſtus prouerbio dici: *Dimidium facti qui bene cœpit habet*; ideoque nunc aggrediens præclariſſimum opus, quouis prodigio, & portento mirabilius, humani ſcilicet generis redemptionem, id potiſſimũ agit, vt conueniens huic operi præbeat exordium, partem ſanguinis ſpargens, quoniam non alio precio quam ſanguinis rem tantã perficere ſatagebat. Fuit & alia Chriſto cauſa admodum ſingularis, vt ſe circumcideret, ardẽs nempe deſiderium, quo pro nobis patiendi tenebatur. Qui amoris ſtimulus adeo vehemens in eo fuit, vt nullus carnificum per totum vitę ſpatium magis eum torſerit, quam immenſa illa charitas, qua nos proſequebatur. vnde nullam patiendi pro nobis occaſionem ſibi abire permittebat. Et quamuis verum ſit, hodiernam circumciſionem Chriſto maximam doloris præbuiſſe materiam, cũ eius vulneris acutiſſimus eſſet dolor, præſertim in carne tenerrima, qualis erat Chriſti; cauſa tamen maioris angoris, & acerbiſſimi cruciatus fuit, notari ſtigmate, & imagine peccatoris. Contẽplemur quæſo, hunc innocentiſſimũ infantulum inter Mariã, & Ioſephum vagientẽ: nam fortaſſe Ioſeph miniſter fuit circũciſionis, & qui ſanguinẽ elicuit, quẽ fluentem Mater tanquã ſuũ excepit, Chriſtũ inter brachia fouens, & vbera ei præbẽs, vt ſingultus reprimeret, & dolorẽ vulneris dulcedine lactis placeret. At ille nõ tã vulnere, quã ſigno, & turpi habitu peccatoris dolebat. Quod vt aſſequi aliquãtulũ poſſitis, perpẽdite precor, quo animo ferre poſſet vir aliquis regio ſãguine natus, ita ſincere catholicus, & orthodoxus, vt facili’ ſe in mille fruſta ſecari ſineret, quã à catholica fide, & religione vel tranſuerſum, vt aiunt, vnguẽ, aliquando deflecteret, ſi falſis oppreſſus teſtibus turpẽ defectionis, vel hęreſeos notam publice deferre cogeretur. Nemo certe dubitabit, grauiſſimo animi dolore, & acerbiſſimo cruciatu ſortẽ ſuã his verbis deploraturũ. Fieri ne poteſt, vt cũ ego ſim re, & animo catholic’, tracter vt hęreticus? Qui fit, vt cũ heri inſigni S. Iacobi, hodie iã Andreæ habitu induar, & tã ſubito, ac immerito turpibus honeſta mutentur? Hinc poterit aliquantulum cognoſci poenæ acerbitas, quã tener hic infantulus in circumciſione tolerauit. Nã licet quidẽ corpore, nõ tñ mente, & iudicio puer erat, optime nãq. nouerat ſuã innocentiam, & æſtimare circumciſionis ignominiã, quã vt mereretur, longiſſimo, & infinito aberat interuallo. Deficiunt hic ſane verba, quibus ſufficienter queat ſanctiſſimũ hoc myſterium explicari: ſi tamen aliqua ſunt, quæ hoc nobis ob oculos ponere poſſunt, ea profecto ſũt, quę
Paul. in Epiſt. ad Rom. ita ſcripſit: *Nã quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnẽ: Deus Filiũ ſuũ mittens in ſimilitudinẽ carnis peccati, & de peccato dãnauit peccatũ in carne, vt iuſtificatio legis impleretur.* Exaggerat hoc loco Apoſtolus acerbitatẽ antiquæ legis, quæ nec animæ gratiã, nec peccato mortẽ ex opere operato, ſicut ſacramenta nouæ legis, largiebatur, ſed tantum erat ſignũ illius, ideoq. ſuppoſito Patris decreto neceſſarijſſimus erat Chriſti aduẽtus, vt mortẽ inferret peccato, ob idq. in ſimilitudinẽ peccati venit, ſicut hodie in eius circumciſione cognoſcimus. Carnẽ autẽ circumciſam paucis exceptis, qui fidei lumine illuſtrati erãt, nemo nõ iudicaret peccatricẽ. Videns ergo ſe Chriſtus aſſimilatum peccato, quod ipſe ſummo proſequitur odio; quemadmodum ſcriptum eſt: *Odio ſunt impius, & impietas eius*, hac vna peccati fœditate multo grauius, quam ſanguinis effuſione torquebatur. Ad Rom. 8.

Id vt radicitus percipiatur, & obiter ſciri poſſit, quantũ quiſq. veſtrũ vnius peccati mortalis maculã formidare debeat, qd ea de re diuina Scriptura cenſuerit, proponamus. Narrãt ſacræ litteræ in Geneſi, Iacob, dũ in terra Chanaã multa fama premeretur, à filijs iterum poſtulaſſe, vt frumentũ empturi in Ægyptũ deſcenderẽt. Cui illi reſpõdiſſe dicuntur, ſe nequaquã ituros ſine comite Beniamino, qui ſenio cõfecti Patris ſolamen vnicũ erat, & delitiæ, ideoq. filiorũ voluntatẽ audiens inquit: *Abſq. liberis me eſſe feciſtis, Ioſeph non eſt ſuper, Simeõ tenetur in vinculis, & Beniamin auferetur*. Quaſi diceret, minime id patiar. Cui rationi vt ſatisfaceret Ruben, obtulit duos filios ſuos pignora promiſſionis, quos ille vita priuaret, ſi Beniaminus ſanus, & incolumis in patriã nõ reduceretur. Nõ acquieuit huic promiſſioni S. Senex, neq. alijs ſimilibus verbis, quæ de ſecuro Beniamini reditu ceteri fratres adijciebãt. Iudas autem, qui reliquis fratribus ſapiẽtia, & iudicio præſtabat, vt Iacob patrẽ facilius in ſua vota pertraheret ait: *Ego ſuſcipio puerũ, de manu mea require illũ, niſi reduxero, & reddidero eũ tibi, ero peccati reus in te omni tẽpore*. His auditis verbis aduertẽs Iacob, filiũ ſuum Iudã ſub Gen. 43. Gen. 43.

pec-

peccati poenaſe obligauiſſe, quę multo grauior erat, quã quæ à Ruben,& reliquis fratribus fuerat appoſita, diſceſſui Beniamini amplius nõ reluctatus, illũ cũ reliquis fratribus abire permiſit. Nã vt bene aduertit Origenes : *Nullũ crudelius poteſt concipi animo ſuppliciũ, quam ipſummet peccatũ.* Scimus præterea in Leuitico ei, qui maledixiſſet Deo, poenã impoſitã fuiſſe, vt proprio peccato, tanquã grauiſsimo pondere premeretur. ait enim ſacer textus: *Qui maledixerit Deo portabit peccatũ, & qui blaſphemauerit nomen Domini, lapidibus obruent eũ* (iuxta tranſlationẽ, quã ſecutus eſt Origenes) *qui autẽ nominat nomẽ Domini morte moriatur.* Origenes loco citato inquit, putaſſe nonnullos ei, qui Deo maledixiſſet, nullũ à Deo conſtitutũ fuiſſe ſuppliciũ, cum blaſphemanti, & periuranti tã graue Deus ſanxiſſet. Falluntur tamen, quoniã eum, qui Deo maledicit, quod grauius, quã blaſphemus,& periurus peccet, acerbius etiã ſupplicium,& poenã acerbiorem, quã periurum, aut blaſphemum, ſubire Deus iubet; ſiquidẽ blaſphemum lapidibus obrui, maledicentẽ Deo peccatum ſuũ portare imperat. Et cũ exploratum ſit, in ratione mali incõparabiliter maius eſſe malũ culpæ, quã poenę, conſequenter infertur grauius eſſe ſuppliciũ maledicẽtis Deo, cum ei dicitur, *portabit peccatũ*, quã blaſphemi, aut periuri, quos lapidibus obrui,& morte mori Dominus præcipit. Exiſtente igitur peccato quodã malo oculis Dei infeſto, & quod ſumme abominatur, & exhorret, ſatis inde liquet, quantum Chriſtus acceperit cruciatum,& quanto affectus fuerit angore, videns ſe circumciſione notatum,& ſtigmate peccatoris inuſtum, & vt dixit Apoſtolus: *In ſimilitudinẽ carnis peccati.* Quę verba alijs ab eodẽ Paulo ſcriptis nõ parum difficilibus in eadẽ Epiſt. declarantur: *Eũ, qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit*, id eſt Chriſtum, qui erat ab omni peccato alienus, fecit Pater æternus peccatum propter noſtram ſalutem. Sed ad pleniorẽ huius loci intelligentiam ſupponendum eſt, naturam ſẽper velle producere ſibi ſimile, & perfectiſsimum. ait enim Philoſophus: *Agens naturale non impeditum agit quantũ poteſt*. Quando vero accidit, vt homo perfectua generet imperfectam prolẽ, ita vel deſint pedes, vel manuum digiti ſuperſint, vocatur mõſtrum, idque alio nomine Philoſophi vocauerunt naturæ peccatum. Natura enim intendit hominem generare perfectum, omnibus mẽbris ornatum; ſi autẽ vel exceſſu, vel defectu deformatum producat monſtrum, id peccatum à Philoſophis nuncupatur. Ad hunc modum philoſophari poſſumus, dicentes, diuina, & naturali lege præſcriptum eſſe, vt quicumque peccauerit, poenam peccati luat, & ſopplicium ſubeat, ſicut ad Cain dixit Deus: *Nõne ſi bene egeris recipies, ſi autem male, ſtatim in foribus peccatũ aderit?* Quoniã ipſum malum opus, quod patraſti, tibi carnifex erit,& clamabit aduerſus te, poſtulans tuo crimini vindictam, immo & qñ tu minus ſuſpicaberis, quod erat occultum, promulgabitur, id enim ſibi volunt illa verba: *Statim in foribus aderit.* Peccatum enim, quod occulte intra remota conclauia commiſſum fuit, nõ raro in forum publicum educitur,& patibulo ſuſpenditur. Itaq. neceſſario peccatum poena conſequitur. Intuens igitur Chriſtũ Apoſtolus Paulus, cõſideranſq. illum omni culpa carentem tanta poenæ grauitate puniri, cenſuit id eſſe monſtro ſimile, ideoque inquit factum eſſe peccatum, dum culpa carẽs poenę ſubijcitur, *Eũ, qui nõ nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit.* Hinc etiã intelligẽtur alia eiuſdẽ Pauli verba, ita loquẽtis: *Et de peccato dãnauit peccatum in carne.* Quaſi dicat peccati audaciã eo progreſſam, vt in Chriſtum exapuerit, non quidem venenum culpæ, quod facere non poterat, ſed poenæ virus euomuerit, & manus in ipſum, ac ſi eſſet vere peccator, iniecerit, quoniam eum vidit in ſimilitudinem carnis peccati, id eſt habitu peccatoris indutum. Nam velut milites,& lictores Saul, putantes mortẽ inferre Dauid, omnia vulnera non Dauid, ſed eius tantum ſtatuæ infligere; ſic peccatum ſuos omnes ictus in Chriſtum direxit, non ſecus, ac ſi peccator exiſteret, cum tamen nõ eſſet, ſed ſolum ſimulachrum,& imago peccati, ſeu vt ait Apoſtolus: *In ſimilitudinem carnis peccati.* Quæ ſimilitudo domeſtico inducto exemplo non difficulter patebit. Vulneratur equiti alicui, aut viro illuſtri brachium, illudque pectori appoſitum,& ſubtili ſerico de collo appenſum, vt facilius ſanetur, geſtare ſolet: accidit autẽ vt alius ſimiliter quoque brachium gerat ſerico appenſum, non iam neceſſitate vulneris, aut doloris, ſed ornamenti gratia, ita vt quod ille vulnere coactus faciebat, hic decori indulgẽs vſurpet,& quod in vno neceſsitatis, in altero voluntatis ſit. Sic eo tẽpore, quo Deus tulerat præceptum circumciſionis, omnes in poſterum, vſq. ad Chriſti aduentum circumciſionis egebant ad peccati originalis remiſsionẽ; at in Chriſto nouę legis auctore circũciſio non erat neceſsitatis, ſed voluntatis, ſicut & ipſa mors, quã pro nobis paſſus eſt, voluntaria fuit, dicẽte Iſaia: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit.* Quare ſicut ille, qui ad ornamentum appendit collo brachium ſerico inuolutum, videri quidẽ poteſt brachium habere læſum, etſi reuera habeat illæſum; ita Chriſtus rubeum portans inſigne circumciſionis, quod peccatoris eſt proprium, verus peccator videbatur, cum tamen eſſet ipſa puritas,& Agnus innocentiſsimus. Attamen peccatum, & Diabolus illa peccatoris ſpecie decepti omnes peccato debitas poenas in Chriſtum cõiecerunt, ſed vt vulgo dici ſolet, lucrum eorum abſq. inuidia, cum pro lucro dãnum graue tulerint, meritas poenas audaciæ ſuæ, ac temeritatis reportantes, cõpleto, quod dixit Paulus: *De peccato damnauit peccatum*: id eſt ex ipſa poena, quam ſibi peccatum inflixit, Deus flagellum aduerſus ipſum peccatum fecit,& eiſdem tormẽtis, quibus ipſe fuit excruciatus, peccatum damnauit, & deſtruxit. Hoc enim ſignificat: *De peccato dãnauit peccatũ.* Et ita licet verum ſit, peccatum Chriſti circumciſionis, & crucifixionis cauſam extitiſse, id tamen breui tempore abſoluit, ipſum autem peccatum Cruci manſit affixum per omnem æternitatẽ, adeo vt numquã amplius caput extollere, aut vexillum erigere potuerit aduerſus ſuæ cladis

Orig. ho. 24. ſup. Leuit.

Leuit. 24.

Ad Rom. 8.

Ariſt. in lib. phyſ.

Gen. 4.

Ad Rom. 8.

1. Reg. 19.

Iſai. 53.

Ad Rom. 8.

dis,& mortis auctorem. Accidit hac in re Diabolo,& peccato, quod litigantibus ſolet euenire: nam qui victoriam aſſequitur, viciſſe non cõtentus,aduerſarium pro expenſis ſubinde perſequitur,& bonis eiſdem,quæ ab ipſo extorſit, auctus,acerba,& noua lite inſtat;eo modo Chriſtus eiſdem peccati armis, ſcilicet pœnis, quas paſſus eſt,peccatum deſtruxit;ſiue,vt dixit Paulus, *de peccato damnauit peccatum*. Quod triumphi genus nobiliſſimum certe fuit inter omnes victorias,quas ab humani generis hoſte Chriſtus Dominus noſter aſſecutus eſt. Cui ſit honor,& gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ad Rom. 8.

Homilia Quarta.

Proſequimur cauſas Circumciſionis Chriſti, ſitq. breuis, & ingenioſa explicatio Euangelij, quod in feſtiuitate Circumciſionis Catholica Eccleſia cantare ſolet, ex Luca 2.

TEXTVS, ac littera ſacri Euangelij, quod hodierno die canitur, res duas ſpecie ſibi contrarias,& vt videntur,inuicem repugnantes comprehendit. Agit enim de tam paruo ætatis infantulo, vt dies eius per digitos manuum ipſius numerare poſſimus, neque tamen natiuitatis dies manuum digitis æquabuntur: octo enim tantum dies natus eſt. At ſi aliter contemplemur, hodiernum tractat Euangelium de puero tam magno, & antiquo, vt cum ipſa Dei æternitate concurrat. Eſt enim non minus quam Pater eius,æternus. Agit de puero ſic tenello,vt præ frigore tremat, & horreat;qui tamen & pariter tam validus eſt,vt in cælo tonet,& horribilis fulminet. Agit de putro adeo paruulo,vt ſtricta faſcia teneatur, canente Eccleſiæ hymno, *Stricta cingit faſcia*: & tamen puer eſt ita immenſus,vt cælum, & terram tranſcendat,dicente ipſo: *Cælum, & terram ego impleo.* Agit tandem de infirmo, qui duplici pulſu noſcendus eſt,vno valentis,& altero ægrotantis. Quem autem medicum, etſi peritiſſimum, hęc pulſus varietas non conturbet? Naſcitur enim hic tener infantulus mortalis, & doloribus expoſitus;pulſus iſte ægrotantis eſt:at naſcitur de matre Virgine;pulſus eſt iſte bene valentis: recumbit in præſepe,& inter duo iacet animalia; pulſus iſte morbo laborantis;at chorus interim Angelorum cælitus deſcendit natalem eius concelebrans;pulſus iſte optime valentis eſt:ſanguis ei in circumciſione educitur, & peccatoris ſigno notatur,pulſus iſte conuenit ægrotanti: ſanguinis enim extractio adeſſe indicat morbum;

Hymn. Eccl.

Hier. 23.

ſed quo tempore circumciditur, de cælo mittitur ſanctum nomen IESVS, quod ſignificat Saluatorem; pulſus iſte non iam male ſe habentis,ſed ipſius medici, immo & ipſiuſmet ſalutis indicium eſt. De his itaque duabus rebus,vt dixi,præſens tractat Euangelium,& de illis præſentem homiliam texemus,breue quoddam gloſſema ſuper eius verba meditantes. Prima verba Euangelij ſunt: *Poſtquam impleti ſunt dies octo, vt circumcideretur puer.* Cur Euangeliſta ſancte circumciſionem Chriſti ſimpliciter nobis non ſcribis? non enim tam clare,& aperte, quod facere potuiſſes,ais, Chriſtum circumciſum, ſed circuitione vtens, ac tempore circumciſionis præmiſſo,inquis impletum fuiſſe tẽpus, vt puer circumcideretur. Hoc mihi contemplanti videtur,nec Euangeliſtam quodammodo potuiſſe dicere;quin & calamum recuſaſſe atramentum miniſtrare ad ſcribendum, Deum fuiſſe circumciſum. Poterat enim vtique tempus impleri,nec tamen circumcidi,vt filio Sephoræ,& Moyſi cõtigit, qui non cum primum impletum fuit tempus, circumciſionẽ ſubijt: ſanguinem enim fundere tam alienum a Deo eſt, vt Alexander ille Magnus,cum ab adulatoribus deceptus ſe filiũ Iouis arbitraretur,cum poſtea in prælio ſagitta percuſſus,plurimum ſanguinis fudiſſet. illico reſipuit,& errorem ſuum agnoſcens, elata voce contra domeſticos clamauit: O fallaces adulatores,& impoſtores iniqui, ſanguis hic me non eſſe Deum manifeſte clamat; Dij enim nec habent,nec fundunt ſanguinem. Quid autem de Alexandro loquor,cum & inferioris ordinis Angeli cæleſtes,Chriſto in cælum conſcendente talia verba protulerunt,vt illum non agnoſcere, nec pro ipſorum Deo habere viderentur? idque non aliam ob cauſam,quam quod eius veſtem ſanguine conſperſam intuerentur: *Quis eſt iſte,* aiunt, *qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra?* S. Hieronymus,inquit Edom idem eſſe, quod rubrum; vnde idem eſt,ac ſi dixiſſent: quis eſt iſte,qui in noſtra diuertit palatia,habitu purpureo, & amictu ſanguineo? Quibus reſpondit Chriſtus: *Ego qui loquor iuſtitiam*, ego ſcilicet, qui de cælo deſcendi, a ſinu Patris egreſſus ad docendam in orbe terrarum iuſtitiæ obſeruantiam. Cui illi ſubijciunt,dicentes: *Quare rubrum eſt veſtimentum tuum?* id eſt, quomodo ſi Filius Dei es, tantum fudiſti cruoris, vt veſtimenta tua ſanguine madeant? Fundere nanque ſanguinem nequaquam Dei maieſtati, & fortitudini conuenire videtur. Itaque quod Angelos retardauit, ne Chriſtum primo aſpectu tanquam verum Deum ſuum recognoſcerent,ſola fuit ſanguinis effuſio. Vt ergo ſignificaret Euangeliſta,quam prodigioſum eſſet, ſanguinẽ a Deo fudi,noluit dicere ſimpliciter,& plane,puerũ fuiſſe circũciſum,ſed impletos eſſe dies, vt circũcideretur. *Poſtquam impleti ſunt dies, vt circumcideretur puer.* Mellifluus ille Bernard. de Chriſti circumciſione agens Chriſtum his verbis interrogat: *Ad quid tibi Domine Ieſu circumciſio,qui nec peccatum feciſti,nec contraxiſti? quod*

Isai. 63.

Hier. de nomine Hebr.

Isai. 63.

D. Bern. ser. de circum.

non

BIBLIOTECA NAZ. ...

non feceris. ætas manifeſtat, quod non contraxeris, multo certius probat Patris diuinitas, & matris integritas. Huic interrogationi ſatiſfacit Doctor Angelicus S. Thomas, & Euſebius Emiſenus, dicendo Chriſtum voluiſſe circumciſionis gladio legis ſeueritati ſubmitti, vt nos doceret, quam æſtimationem, & obedientiam diuinæ legi exhibere teneamur.

D. Thom. 3. p. q. 37. ar. 6. Euſeb. Homilia 8. natiuitatis.

Sed vt melius intelligatur, quam apta, & conueniens hæc ratio D. Thomæ ſit, altius rem ipſam repetamus, aduertendo primum inter Theologos grauem verſari quæſtionem, vtrum Dei Filius Adamo non peccante humanam naturam induiſſet. Quibuſdam enim videtur minime conueniſſe tantum fieri ſumptum, & tam precioſum adhibere medium, vbi nulla aderat cauſa morbi, qui aduenientis medici præſentia, & pharmaeis ſanaretur. Alij contrariæ ſunt opinionis, exiſtimantes ipſo etiā non peccante Adamo Filium Dei carnem noſtram accepturum, vt ſe quoad poſſet homini communicaret, ac genus illuſtraret, & exaltaret humanum. Veruntamen etſi illi ita diſſentiant, illud certe omni caret dubitatione, videlicet, quod non peccante Adamo, non veniſſet paſſibili, & mortali carne indutus, ſed triumphans, & glorioſus, quemadmodum nunc in cælo regnat, & triumphat. Venit autem pœnarum, & laborum incommodis expoſitus, quin etiam ipſi morti ſubiectus, vt peccatum aboleret, ac morti mortem inferret. In hanc ſententiam Bernardus interpretatur hiſtoriam Ionæ, qui cælum nubibus, & imbribus turbidum, tumentes maris vndas, furenteſq; ventorum flatus aſpiciēs, omnibus nautis inſtātis naufragij metu conſternatis, & animo deficientibus dixit: *ſi propter me orta eſt tempeſtas, proijcite me in mare*: ſtatim enim ſedabitur ventus, & furentis maris impetus conquieſcet. Affirmat ſanctus Bernardus, id quod homo in Paradiſo, à Diabolo deceptus appetijt, fuiſſe ſapientiam, Angelum autem inuidiſſe, quod Deus fieret homo, & non Angelus: ergo Dei Filius non ſolum cælorum, verum etiam terrarum orbem peccato tumultuantem, & conturbatum videns, ne calamitati adderetur calamitas, & poſt vnum ſequeretur aliud incommodum, ſi tot deperditis Angelorum ordinibus, homines etiam neceſſario remedio priuarentur, dicit æterno Patri: Si propter me orta eſt hęc tēpeſtas, proijciar ego in mare laborum, & pœnarum tam animæ, quā corporis, ne genus humanum abſorbeatur. Si tamen horrida peccati tempeſtas prius orta nō fuiſſet, Dei Filius immortalis, & glorioſus forte veniſſet: at quoniam peccati fluctus inualuerāt, venire voluit mortalitati, & paſſionibus obnoxius, vt in dolorum ampliſſimū mare proiectus nos a profundo miſeriarum, & calamitatum pelago erutos cuſtodiret. Et quoniā, vt docent medici, contraria contrarijs curantur, cum humani generis morbus ab inobedientia legis, & diuini precepti præuaricatione duxiſſet originē, propterea Chriſtus opus ſuum ab obediētia legis incipit, ſubijciens ſe circumciſioni, quam legis

Bernardus.

obſeruantiam in Chriſto futuram prænotauit Iſaias: nam vbi noſtra vulgata legit: *Et factus eſt principatus ſuper humerū eius*, Paraphraſis Chaldaica vertit: *Et recipiet ſuper ſe legē ad obſeruandum eam.* Nec voluit Chriſtus, etſi auctor, & princeps legis erat, ſequi conſuetudinem Principum mundi, qui legibus non tenentur, vt ab ipſis Iuriſconſultis deciſum, & definitū eſt, his verbis: Princeps legibus ſolutus eſt; immo voluit ſtatim obſeruare, quod ipſe in Deuteronomio Regibus quondam imperauerat, inquiens: *Cum Rex ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis in volumine.* Rex enim quantumuis potentiſſimus deſcriptam habere debet Dei legē, vt eius ſit obſeruantiſſimus, & diſcat timere Dominum. Videtur ex his verbis Chriſtianiſſimus Imper. Iuſtinianus didiciſſe, quod ſcriptum reliquit in codice de legibus, & conſtitutionibus Principis: *Digna vox eſt maieſtate regnātis legibus alligatū ſe Principē profiteri.* Quod magiſter veritatis Chriſtus, etſi princeps cæli, & terrę, in mundum veniens, nouo, & mirabili præſtat exemplo, nec vt Adam legem Dei violans orbem terrarum intrat, ſed illam obſeruans, & deſcribēs, nō in volumine, ſicut Reges Iſrael, ſed in ſemetipſo, carnē ſuam puriſiſmam pro papyro, ſanguinem pro atramento, cultrum circumciſionis pro calamo ad ſcribendū accipiēs, cuius acuto mucrone non ſolum inſignita, ſed grauiter quoque læſa eius tenerrima caro fuit. Et quoniam de Adami inobedientia mentionem feci, non poſſum non animaduertere, primum, quod ei præcepit Deus, fuiſſe diuini præcepti obſeruātiam, cum dixit: *Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas.* S. Auguſtinus hæc verba explicans, ita Deum interrogat: *Dic mihi obſecro Domine, arbor quam creaſti, aut bona erat, aut mala: ſi mala, cur creaſti? ſi bona, cur vetuiſti?* Cui interrogationi reſpondet idem Pater doctiſſimus, Deum, qui eſt in omnibus ſuis operibus perfectiſſimus, cum dediſſet corpori cibum, voluiſſe etiam animæ nō denegare alimentum, & ideo ait Deum hæc verba dixiſſe: *Ex omni ligno paradiſi comede*, vt Adam, qui eſſet corporis cibus, cognoſceret, (nam, vt inquit Paulus: *Prius quod animale eſt, deinde quod ſpirituale*) poſteaque Deum oſtendiſſe, quis, & qualis futurus eſſet animæ cibus, cum prohibuit dicens: *De ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas.* Ecce huius præcepti obediētiam Adamo aſſignat, tanquā animæ nutrimentum, quæ obedientiæ obſeruantia fuit Chriſto perpetuus ille cibus, quo dicebat ſe ſuſtentari, & cui ſtomachum à principio ſuæ conceptionis aſſueuerat; vnde ipſe de ſe inquit: *In capite libri ſcriptū eſt de me, vt facerem voluntatem tuam Deus meus: volui te, lex tua in medio cordis mei.* Vix enim matris vtero fuerat egreſſus, cum ſtatim de obſeruantia legis, & Patris implenda voluntate agit, obſeruans circumciſionem, quod & reliquo ſuę vitæ tempore ita curauit, vt iam grandior effectus, cum poſſet cibis vti ſolidioribus, & pane veſci duriore, eundem cibum amaret, & ſibi gratiſ-

Iſaiæ cap. 9. *Leg. 3. paragrapho de legibus.* *Deuter. cap. 17.* *Leg. 4. cod. de legibus.* *Gen. 2.* *D. Auguſt. ſuper gen.* *Gen. 2.* *1. cor. 15.* *Pſal. 39.*

Ioan. 4. gratiſſimum teſtaretur inquiens: *Cibus meus eſt facera voluntatem Patris mei*. Ac tandem tanquam obedientiæ dux amore faucius, & ęger in thalamo Crucis recumbens, eãdem retinuit obedienciam præceptorũ Patris, ſicut Paulus ait: Philipp. 2. *Obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis*.

Secunda ratio potiſſima, ob quã voluit Chriſtus circumcidi, fuit, quoniam ipſe præuiderat futurum aliquando Valentinum hæreticum, qui contenderet, Chriſti carnem non ex humana, ſed ex cæleſti materia compoſitam, & Apollinarẽ etiam, qui deſiperet, dicendo diuinitati conſubſtantialem, & impaſſibilem, nec non Manichęũ, qui blateraret Chriſti corpus eſſe phãtaſticum. Vt ergo huiuſmodi hæreſiarchas mẽdaciſſimos oſtenderet, & illorum damnaret errores, voluit Chriſtus ſanguinem fundere, & circumciſionis ſubiacere doloribus, vt hac via ſuæ carnis veritatem probatam, & exploratã relinqueret. Hoc Ep. hæreſ. 30 Ber. ſer. 1. de circumciſ. ipſum affirmant Epiphanius, & Bernardus, aſſerentes Chriſti circumciſionẽ fuiſſe tanquam lapidem, ad cuius tactum auri veritas exploratur: nã per circumciſionẽ humanitas Chriſti, eiuſq. perfectio, & veritas cognita, & perſpecta primũ fuit. Nemo eſt qui neſciat, eſſe duplicem in Chriſto naturam, diuinam, ſcilicet, & humanam; diuina aurum probatum fuit, tanquam lapide, quãdo ipſo moriente petræ ſciſſæ fuerunt, Creatoris mortem dolentes, atteſtantibus pariter eius Marc. 15. hoſtibus, & dicentibus: *Vere hic homo Filius Dei erat*. Perfectio carnis ſanctiſſimæ cognita, & detecta fuit ad lapidei cultri ictũ, quo Chriſtus fuit circũciſus. Gladius nãq. ille, iuxta magis cõmunẽ, & receptã opinionẽ, non ferreus, ſed lapideꝰ fuit, ſicut latius vltima declarabit Homilia.

Tertia ratio, qua motus Chriſtus carnem ſuã voluit circumcidi, fuit, vt hominibus perſuaderet, quantum interſit carnis frænare appetitus, & ſenſuum omnium libidinem habere ſubiectã. Ambr. lib. 1. de Abrah. c. 17. Nã vt notauit Ambroſius his verbis: *Euidenter circumciſio carnis præceptum eſt caſtimoniæ*. quod Th in 4. diſt 1. q. 2. a. 3. etiam S. Thomas affirmauit. Voluit autem Chriſtus in tenera adhuc ætate hanc nos docere virtutem, quoniam vitæ morumq. correctio, & reformatio inde inchoanda eſt. In cuius rei figuram ſcriptum eſt in ſacris litteris, ciuitatem Gen. 10. Suſan fuiſſe caput regni Aſſueri: *Suſan ciuitas regni eius exordium fuit*; Suſan idem eſt, quod liliũ, id vero ſymbolum eſt caſtitatis, & ideo optime conuenit caſtiſſimæ Suſannæ nomẽ inde deductum; ſiquidem vt caſtitatem tueretur, manifeſto ſe periculo vitę, & honoris expoſuit. Qui ergo cupit, vt in ſe regnare Chriſtus incipiat, à caſtitate debet incipere; quoniam cum difficilis eius ſit obſeruantia perfecta, oportet illam cum primo, vt aiunt, lacte ſugere, & à teneris vnguiculis caſtis moribus aſſueſcere. Nam ob eius rei incuriam graſſatur in iuuentute voluptas, & frequentes prædas, ac miſerabiles ab incautis reportat, ſicut Danielis Prophetæ viſio confirmat, cum narrat à ſe viſam belluam crudelem, Dan. 7. & audiuiſſe vocem dicentem ſibi: *Surge comede carnes multas*, id eſt, carnes hominum voluptatibus deditorum. Vbi valde notandum eſt primum, quod ait belluam illam eſſe ſimilem vrſo, cuius ea natura eſt, vt melle plurimum delectetur, quo ſignificatur carnis vitio deditũ, & voluptatibus indulgẽtem cibis gaudere ſuauibus, & recreari delitijs, quoniam intemperantia luxuriæ fomes, & incitamentum eſt. Secundum addit Propheta, tres huic beſtię adeſſe dentium ordines, quibus maxime ſæuiebat, vt oſtendat in tribus potiſſimum ætatibus carnis dominari laſciuiem, in pueritia, iuuentute, & ſenecta, ad quas reducuntur eorum ætates, qui venereis delectantur. Quamobrem vt Chriſtus nos doceret gerere bellum à pueritia contra tã crudelem aduerſarium, incipit infantulus innocentiſſimam carnẽ ſuam cultro punire circumciſionis. Hoc opus tam gratum Patri fuit, vt illico acceperit ab eo cõpenſationem impoſitione glorioſi nominis IESV, vt dicit Euangeliſta: *Vocatum eſt nomen eius IESVS*. De cuius nominis excellentia, & immenſis theſauris, qui in hoc ſacratiſſimo nomine recõduntur, fieri quidem nõ poteſt, quin antiqui Patres aliquid ſubolfecerint, cum tam ardenter illud ſibi reuelari flagitarent. Abraham nihil vehementius expetebat, quod non aſſecutus, ſaltem obtinuit, tanquam rem magnam, huius nominis litteram vnam proprio nomini adiungi, idque nõ abſq. compenſatione, & commutatione ſanguinis filij ſui Iſaac, quem Deus ſibi ſacrificari mandauit: *Tolle*, inquit, *quem diligis filium tuum Iſaac*. Gen. 22. Iacob etiam in hoc deſiderio inſignis fuit, ſiquidem nõ contentus integrã noctem cum Angelo luctari, vt antequam diſcederet, benediceret ſibi, ſummis precibus ab eo poſtulauit, arbi- Gen. 32. trans Angelum eſſe diuinum Verbum, humano habitu, ita tunc præludens, vt poſtea vere homo fieret, ſicut aduertit Theodoretus. Theodor. Curauit etiam Iacob, dum ita luctabatur, ſcire nomen Angeli, idque ſedulo annixus eſt, fruſtra tamen dicente Angelo: *Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* Gen. 32. Id eſt, noli eſſe curioſus, nomen meum percontans, eſt enim ineffabile, nec ſciri nunc opus eſt. Iſaias ardentiſsimo tenebatur deſiderio eiuſdem nominis cognoſcendi, vnde dicebat: *Nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ meæ*. Iſai 26. Aduertenſque ſibi non reſpondere Deum, clamat iterum, & cæli portas quaſi pulſans, intento clamore ait: *Vtinam dirumperes cælos, & deſcenderes, & notum faceres nomen tuum*. Iſa 64. Quod tamen etſi pium & ſanctum deſiderium Deus non impleuerit, ſicut ipſe ſignificauit: *Et nomen meum non indicaui eis*: in noſtro Exod. 6. tamen ſæculo vere aureo, quod in lege gratiæ cœpit, inter diuitias, quas Deus Eccleſiæ ſuæ liberaliter communicauit, ſacratiſsimi ſui nominis theſaurus omnibus manifeſtus, & cõmunis habetur: *Vocatum eſt nomen eius IESVS, quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in vtero conciperetur*. Luc. 2. Quod eximiæ dignitatis nomen ſolus Pater æternus dare nouit, & ideo per Angelum

de cælo miſſum: nam ad imponenda rebus conuenientia nomina, opus eſt plurima ſapientia. Hinc videmus Dauidem, qui prædicandis Dei perfectionibus excelluit, vt hominibus perſuaderet ſummam Dei, & mirabilem eſſe ſapientiam, de illo dixit: *Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Pſ. 146. Hoc eſt, non ſolum præſtae Deus numerandi arte omnibus Arithmeticis, dum multitudinẽ ſtellarum numerat, ſed omnibus etiam ſapientiſſimis quibuſque Philoſophis antecellit, dum ſiderum omnium, & ſtellarum exactam habet notitiam, vt ſingulis earum nomina propria, & naturæ conuenientiſſima indiderit, ac propterea ab eo vocatæ, tamquam prompta, & ad nutum obedientia mancipia præſto ſunt, iuxta illud: *Stellæ vocatæ ſunt, & dixerunt adſumus.* Baruch. 3. Cum igitur nemo alicui rei nomen dare valeat, quin naturam eius, & dignitatem exacte cognoſcat (quod in Chriſto Pater ſolus comprehendit) planum vtique eſt, ſolum ipſum, quale conueniebat, nomen imponere potuiſſe: quod vt notaret Euãgeliſta, ſubiunxit, dicẽs *Quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in vtero conciperetur.* Luc. 2. Non igitur inuentum ab hominibus hoc nomen eſt, ſed à Deo, iuxta illud: *Quod os Domini nominauit.* Iſai. 62. Hoc præter Euangeliſtæ teſtimonium, quo præcipuè hæc veritas oſtenditur, indicat etiam varietas nominum, quæ ſolo nomine I E S V continentur, licet ſit tam paruis ſyllabis contractum, vt duas non excedat. Ingenij, & ſapientiæ proprium ſemper fuit multa paucis comprehendere, & claudere paruis maxima, ob idque horologium omnibus rotis, & inſtrumentis perfectum, ita tamen exiguum, vt annlo manu geſtando queat affigi, multo pluris habetur, & cenſetur artificij maioris, quam quod adeo magnum, & ſonorum eſt, vt per totam ciuitatem audiatur. Tabula etiam exigua, vbi omnes prouinciæ, & regna, quæ hactenus inuenta ſunt, exarata cernuntur, pluris eſt, quam quæ amplior, & longior eiſdem prouinciarum, & vniuerſi orbis deſcriptionibus exaratur. Præterea ſacrarum litterarum illa non minor eſt excellentia, quod paucis verbis grauiſſima ſententiarum pondera, & altiſſima myſteria recondant. Numiſma etiam, quo precioſius, eo minoris eſt quantitatis, & maiori precio, & valore, quam reliqui nummi, licet quantitate maiores, æſtimatur. Hinc recte infertur, ſummam eſſe huius nominis dignitatem, & eius qui illud impoſuit, ſapientiam infinitam, cum nomen vnum exiſtens, alia quamplurima, ac pene infinita Dei nomina contineat. Nam quemadmodum omnia fere nomina, & tituli, qui Philippo III. adſcribuntur, dum Rex Caſtellæ, Portugalliæ, Legionis, Aragoniæ, Nauarræ, & aliarum prouinciarum appellatur, latent & continentur ſub vno nomine Regis Hiſpaniarum; ita in hoc ſacratiſſimo nomine I E S V, cum Deus ſit ſapiens, omnipotens, iuſtus, bonus, & miſericors, omnia hæc, & alia nomina deliteſcunt. I E S V S enim idem eſt, quod Saluator, ſaluum autem populum ſuum facere non poteſt, niſi ad tantum opus omnia hæc Dei attributa concurrant. Quapropter vere diximus nomen hoc ſacratiſſimum, quod ſyllabis duabus tot ac tanta comprehendat ſacramenta, cælitus delatum, & Deum ſolum habuiſſe auctorem. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Quinta.

Magnitudo amoris oſtenditur, quo Chriſtus homines proſecutus eſt, ter pro eis ſanguinem fundens, in Circumciſione, in Horto, & in Cruce.

INTER ea, quæ Chriſtus pro nobis fecit, præſertim excelluit amor flagrantiſſimus, quo nos complectebatur, cuius amoris ſigna, & teſtimonia, etſi varia, multaque ſint, illud certe perſpicuum, & magni ponderis eſt, cum amans proprio diſpendio, & graui ſumptu rem amatam tuetur. Quam ob cauſam Chriſtus noſtræ ſalutis amantiſſimus, vt ſuum erga nos amorem oſtenderet, in noſtra ſalute, & incolumitate curanda ita ſe exercuit, quaſi immemor ſui, noſtris ſua poſtpoſuerit. Hoc nobis inſinuare volens, comparat ſe gallinæ, dicens: *Quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina?* Matth. 23. Nam gallina ad ſui defenſionem mitis exiſtens, & inſtar columbæ manſueta, in pullorum protectione admodum iraſcitur, & quaſi leæna furere ſolet. Non aliter Chriſtus in repellendis proprijs iniurijs Agnus erat benigniſſimus: *Tãquam agnus coram tondente ſe obmutuit:* ſed quando ſuos iniuriam pati cernit, acriter inſurgit, & ſpiritum iramque leonis induit, vt ſanctus Auguſtinus aduertit. Aſpera enim ſibi, mollia, & ſuauia filijs ſuis reſeruat. Aug. c. 4. in Matth. Vnde hic magnus Eccleſiæ Pater contemplatus, Chriſtum noluiſſe lapides in panem commutare, iuxta dæmonis petitionem, vt propriæ fami ſatisfaceret: ſurarem ego, inquit, id à Chriſto non factum iri, quoniam ſibi vtile, aut gratum eſſe poterat; at ſi foret amicorum ſuorum fami ſatisfaciendum, non dubitarem hoc magnum

gnum miraculum ab eo patrandum, quemadmodum factum cernimus in nuptijs Canæ Ga-
Ioan. 2. lilææ, vbi quia vinum defecerat, aquam in vinum nil cunctatus conuertit. Nec obſcurum
Dan. 14. eſt, olim in lacu leonum Danieli famelico per Angelum a Deo miſſum cibum, & populo ſuo
Deut. 8. Iud. 15. ſitienti de petra perennem aquæ fontem apertum, & Samſoni de aſini mandibula aquam eductam non ignoramus. Huc etiam ſpectat, quod in horto iam a ſuis hoſtibus capiendus fecit, quippe comprehenſioni ſuæ non reſtitit, ſed volentibus Iudæorum ſatellitibus ſuos capere diſcipulos, eos continuo defendit, aitque,
Ioan. 18. *Sinite hos abire*. Quin iam in cælo glorioſus, & triumphans, perſecutionem, quam Paulus aduerſus amicos ſuos vrgebat, adeo propriam iu-
Act. 9. dicat, vt dicat: *Quid me perſequeris?* Ecce ait ſe, non ſuos, pati perſecutionem. Quæ hæc miſeratio eſt, ò bone IESV? quæ tanta in homines charitas? Video namque te, dum quinque mille verberibus crudeliter quateris, tamquam agnum coram tondente obmuteſcere: at ſi multo pauciores plagas tui patiantur, protinus accurris ſedulus & fortis ad tuos protegendos. Quam aperte ſe prodit tui amoris ardor, & perfectio, cuius proprium eſt non procraſtinari? amori enim omnis mora longa eſt, vt quod amat, ab iniurijs, & laboribus eripiat.
Aug. loco ſupra citato in Matth. Ad hoc roborandum ſanctus Auguſtinus loco citato digna ſuo ingenio adducit teſtimonia duo, vnum quando Chriſtus a Cruce pendens, dixit: *In manus tuas commendo ſpiritum meum*. Quæ neceſſitas erat, inquit Diuus Auguſtinus, animam ſuam Patri commendare, cum ſciret perſonaliter diuino Verbo vnitam, & a momento ſuæ conceptionis beatam? Reſpondet Auguſtinus his verbis a Chriſto commendari Patri fideles, quos vocat ſpiritum, & animam ſuam, propter amoris exceſſum, quo illos complectebatur, conformans ſe vulgari dicendi generi, quo matres vtuntur, dum nimio in filios amore correptæ, eos animam ſuam, & vitam nominant. Secundus locus, quem Do-
Zach. 2. ctor idem allegat, ſumitur a Zacharia, nomine Chriſti dicente: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*. Itaque Chriſtus ait, amicos ſuos non ſecus, quam animam ſuam, & oculos, ſibi eſſe charos. Nemo autem eſt, qui neſciat, nihil eſſe anima charius, & nihil diligentius, quam oculos cuſtodiri, quorum dolor moleſtus, & admodum grauis eſt. Propterea inquit Chriſtus, verbera, ſpinæ, claui, & tormenta Crucis corpus mihi læſerunt, ſed quæ amici mei patiuntur, ad meam vſque animam penetrant, & oculorum pupillam offendunt: ideoque dum ego patiebar obmutui, at amicis meis dolentibus, etſi iam ſim in cælo glorioſus, conqueror. Omnia tamen hæc amoris ſigna imparia ſunt ſigno circumciſionis, cum infantulus tenerrimæ adhuc ætatis elici ſibi ſanguinem permittit. Solet enim vſu venire, vt manus, pedes, & reliqua corporis membra protegant caput, ac tan-

quam ſcutum ſe opponant ad recipiendos ictus capiti minantes; ſed caput fieri clypeum, vt proprio diſcrimine pedes ab ictu liberet, & vulnus, quod eis erat infligendum, excipiat, res eſt profecto inaudita, neque fieri poteſt, vt naturalis amoris vis huc procedere valeat. Amor vero Chriſti talis eſt, vt caput exiſtens, velit membrorum ſuorum eſſe propugnaculum, & ſcutum, omneſque diuinæ iuſtitiæ dextros, & ſiniſtros ictus excipiés, ſanguinem pro ſuis membris libentiſſime profundat. Qua in re ille præſtitit, quod fieri ſolet ad curandum puellum ægrotantem adhuc matris vbera ſugentem, quem ob vrgentem morbum ſi oporteat pharmacis, aut venæ ſciſſione iuuari, quoniam parum ſanguinis, & multum imbecillitatis in infantulo eſt, vena nutrici aperitur, & pharmaca propinantur, vt ſic lac redditum purius, & malis qualitatibus expurgatum, tamquam medelam morbi ſugens puer, optatam valetudinem conſequatur. Noſtra erat ægritudo, noſter lethifer peccati lethargus, noſtræ culpæ intemperies, & noſtram pariter eſſe pœnam oportebat; deerat tamen capax ſubiectum, in quo illa poſſet eſſe fructifera: nam puri hominis pœna ad Patris æterni ſatisfactionem haud ſatis erat. Quamobrem ſummus Chriſti amor modum tandem inuenit, quo hic defectus ſuppleretur. Nam tamquam ſedula nutrix nos vbere lactans, & inter brachia baiulans, vt ipſe
dixit: *Quaſi nutritius Ephraim portabam vos in* Oſee 11.
brachijs meis, ad noſtram omnium ſalutem ſanguinem ſibi circumciſionis gladio educi permittit. Regius Propheta Dauid hunc Chriſti ſanguinē in circumciſione manantem iam an-
tea præuiderat, cum dixit: *Myrrha gutta, & caſia a veſtimentis tuis*. Veſtimentum Chriſti hu- Pſal. 44.
manitas erat, quam diuinum Verbum ſuſcepit:
nam vt ait Paulus: *Habitu inuentus vt homo*; Philip. 2.
liquor myrrhæ ſanguis illius eſt. Nam quemadmodum myrrha, etſi amara quidem, ſalutifera tamen eſt, & præſeruans, vt ars medica, & experientia docet; ſic ſanguis Chriſti, etſi ei amarus propter ſummum dolorem, quo illum fudit nobis tamen fuit cauſa ſalutis, & vnica medela, quæ nos ab innumeris peccatorum morbis liberauit, & in poſterum præmuniuit. Atqui vt clarius appareat, quam proprie Dauid myrrham appellet Chriſti ſanguinem in cir-
cumciſione fuſum, conſiderandum eſt, quod Pli- Plin. lib. de nat. hiſt. c. 15.
nius, & Nicetas de myrrha ſcripſerunt. Scri- Nic. in Can-
bunt enim hi auctores, de myrrhæ arbore loquē- tic. c. 5.
tes, quod dum myrrhæ arbor contrarijs ventorum flatibus agitatur, oportet illam acuto lapide perforari, ita vt rimula fiat, per quam liquor ille precioſus diſtilletur. Alludens igitur Dauid ad hanc myrrhæ proprietatem, ſanguinem diuini huius infantuli appellat myrrham, quoniam Chriſtus, qui vitæ arbor eſt, in paradiſo Eccleſiæ vario ventorum impulſu concuſſus, iuſtitia nempe, & miſericordia motus, ſciſſionem ſuſcipit lapideo cul-

tro ictus, vnde precioſiſsimus ſanguinis liquor effluxit. Poſt myrrham addit Propheta, *guttam, & caſiam*, quoniã videbat in ſpiritu, fore vt Chriſtus, quem in circumciſione fundebat ſanguinẽ, in horto quoque ſudaret, & poſtea tandem in Cruce multo abundantius effunderet. Nam gutta, vt idem teſtatur Plinius, eſt myrrhæ liquor, ſponte ſua fluens, nec vlla vi a myrrha eductus: ac propterea ſatis conuenienter Dauid per guttam ſignificauit ſanguineum in horto Chriſti ſudorem quem emiſit, nullo eum tangente, aut percutiente. *Gloſ. ſuper Pſ. 44.* Caſia tandem (quæ iuxta Gloſſæ ſententiam ſpecies eſt aromatica, & vt Gloſſę verbis vtar, in aquis naſcitur, & creſcit in immenſum) optime denotat Chriſti ſanguinem, quem in Cruce pendens ex omnibus ſacratiſsimi corporis membris effudit, tanto cum fructu, & vniuerſæ catholicæ Eccleſiæ cõmodo, vt per Baptiſmum peccata lauet, & Filios Dei generet: per Confirmationis ſacramentum præbeat fortitudinem, & arma ſubminiſtret; per Pœnitentiam morbos expellat; per Euchariſtiam animam nutriat; per Ordinem ſacerdotes, & Chriſti Vicarios efficiat ad aperiendum regnum cælorum; per Matrimonium largiatur fructum benedictionis, familias augens, & gubernans; per extremam Vnctionem peccatorum reliquias deleat: ac tandem quæcumque bona ſupernaturalia Deus mortalibus communicat, vna ſui ſanguinis virtute donantur. Conſiderandum etiam eſt, præterquam Chriſti precioſus ſanguis, Eccleſię Dei plurimum profuit, fuiſſe quoque magni momenti ad probandam ſuæ humanitatis veritatem. Nam inter teſtimonia, quæ Ioannes Euangeliſta recenſet, ſanguis quoque annumeratur: *1. Ioan. 5.* *Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis.* Quæ verba acutiſsime, & diffuſe interpretatur Epiphanius martyr, in libro quem inſcripſit de duplici Martyrio: *Epiph lib. de duplici Martyrio.* *Spiritus*, inquit, *eſt flatus, ſeu halitus, quo Chriſtus ipſe, ſicut ceteri mortales, reſpirabat.* Quo etiam ſenſu Iſaias eandem vocem vſurpauit, dicens: *Iſai. 2.* *Cauete ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius, quia excelſus reputatus eſt.* Non deerit, qui dicat, per verba Prophetæ velle Spiritum ſanctum docere, vt fugiamus hominem, cui facile ira, & bilis in naſum concitantur, id enim ſignum eſt animi ſuperbientis; veruntamen proculdubio Iſaiæ mens alia eſt: nam loquitur de Chriſto, & idem eſt, ac ſi dicat: cauete ne malum aliquod inferatis huic homini, qui naribus, vt alij homines, ſpirat, quoniam quamuis videatur vobis homo ceteris ſimilis, excelſus reputatus eſt, videlicet dignitate ſublimis, & natura diuinus, immo & Dei Filius. Hic igitur ſpiritus, ſeu halitus Chriſti, iuxta Ioannis relata verba, fuit teſtis integerrimus, quo probata fuit vera eius humanitas. Quin & Centurioni idem fuit argumento verum eſſe Deum, vnde Chriſto animam efflante, animaduertens Centurio illam a corpore cum magno clamore, & gemitu egreſſam, ſeu vt Euangeliſtæ referam verba: *Videns quod ſic cum clamore ſpiraſſet*, continuo Centurio exclamauit, dicens: *Marc. 15.* *Vere hic homo Filius Dei erat.* Vox enim ita potens, & penetrans fieri minime poteſt, vt a corpore exangui, & ſpiritu iam fere carente prodeat, niſi diuina in eo eſſet virtus, quæ a tam debili corpore clamorem tam magnum eduxiſſet. Aqua præterea teſtimonium humanitatis Chriſti præbuit, non tam aqua illa, quæ ab eius latere mirabiliter fluxit, quam illa, quæ ab oculis eius reliquorum hominum more manauit. Nam in natiuitate, & circumciſione plorauit, & ſæpe toto vitæ ſuæ ſpatio lacrymatus eſt, vt in reſurrectione Lazari, dicente Euangeliſta: *Lacrymatus eſt IESVS*: *Ioan. 11.* & in ingreſſu Hieruſalem, quando muros eius, & turres contemplatus, vaſtitatem, direptionem, & ruinam ingratæ vrbis præuidit. ita enim ſcriptum eſt: *Videns ciuitatem, fleuit ſuper illam.* *Luc. 19.* Demumque in Caluariæ monte, vbi cum lacrymis, & ſingultibus, ſeu, vt dixit Paulus, *cum clamore valido*, *Heb. 5.* & lacrymis vitam finiuit. Quo manifeſte monſtratum eſt, Chriſtum verum eſſe hominem; lacrymari namque naturæ humanæ proprium eſt. Tertium teſtimonium, quo veritas carnis Chriſti, & humanitatis probatur, ſanguis fuit in circumciſione, in horto, & in Cruce fuſus, quo Manichæus, veram in Chriſto eſſe carnem ſtultiſſime negans, conuincitur. Addit Ioannes: *Et hi tres vnum ſunt.* *1. Ioan. 5.* Ac ſi dicat, ſpiritus, lacrymæ, & ſanguis teſtes ſunt fide digniſſimi, qui vna, & eadem voce Chriſtum hominem verum conteſtantur. Hinc accepta occaſione proponere volo mirabilem quandam ſanguinis in circumciſione fuſi conuenientiam cum illo, qui poſtea ab eius ſanctiſsimis membris in Cruce profluxit: illud tamen prius, tamquam verum ſuppono, Chriſtum eſſe vitem, ipſo dicente: *Ego ſum vitis vera.* *Ioan. 15.* Quemadmodum ergo, quando putatur vitis, plorat, ita quando in circumciſione hæc ſacra, & vera vitis putata fuit, non ſolum ſanguinem venis, ſed & lacrymas ab oculis fudit. Quod etiam Chriſto accidit, quando in torculari Crucis, tamquam botrus contortus, & compreſſus non ſolum è toto corpore ſanguinem, ſed a latere, & oculis aquam emiſit, ideoque vere dicere poſſumus tam de circumciſione, quam de paſſione verba illa: *Exiuit ſanguis, & aqua.* *Ioan. 19.*

Sed iam reuertamur ad propoſitam tractationem amoris, quem Chriſtus pro noſtra ſalute, ſanguinem ter fundens, declarauit. Notandum tamen in primis eſt, tam in rebus naturalibus, quam moralibus, & artificioſis ſæpe contingere, vt modus, & rerum circumſtantia pluris æſtimetur, quam res ipſæ habeantur. Excellens fuit creationis mundi opus, non tam propter eius præſtantiam (etſi magnitudine, & pulchritudine ceteris præcellat operibus) quam propter modum

ipſum

ipſum, quo omnia ex nihilo creauit. Quoniam circumſtantia hęc indicat manifeſte Dei omnipotentiam, & infinitam eius virtutem, qua ex nihilo aliquid facere, & ipſum nihilum ſibi vt obediret, cogere valuit. Hinc enim dixit Paul.:
Rom.4. *Vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt.* Illis
Matth.20. quoque, qui in vineam Domini conducti fuerunt, etſi quidam oriente ſole, alij iam ad occaſum vergente venerant, parem tamen vtrique mercedem tulerunt, quoniam meritum non tam a longitudine temporis, aut laboris, quam ab ipſo operandi modo, & voluntate pendebat. Poterant enim maioris eſſe valoris, & meriti foſſiones eorum, qui ſero ad vineam venerant, quam quæ ab his, qui mane vineam intrauerant, inculcatæ, & multiplicatæ fuerant. Idem quoque cernimus in rebus arte factis, non enim raro contingit, vt anuli cælatura, vel alterius cuiuſuis materiæ ſculptura, ſeu ornamentum imaginis maiorem, quam aurum ipſum, vel alia materia, ex qua opus factum eſt, æſtimetur. vnde dixit Ouidius.
Ouid lib.Metamor.

Materiam ſuperabat opus: nam Mulciber ipſe Cælarat, &c.

Ad hunc modum ſi contemplemur opus noſtræ redemptionis, & modum, quo nos redemit, meditemur, iudicabimus plus nos debere modo, quo nos liberauit, quam ipſi redemptioni, & libertati per eum nobis allatæ. Quis dubitat potuiſſe Deum genus redimere humanum, ſuſcipiẽdo naturam hominis nullis aduerſitatibus, aut paſſionibus obnoxiam, atque ita potentem, vt imperio, & diuitiarũ affluentia omnes Reges, & Imperatores ſuperaret? Voluit tamen de matre naſci paupercula, doloribus expoſitus tam intolerabilibus, vt hæc vna circumſtantiã, & hic redemptionis modus ipſam antecellat redemptionẽ. Sed vt, quę dixi, præſenti aptẽtur myſterio poterat quidem Chriſtus nullo ſui detrimento, vel incommodo nos cruento circumciſionis cultro liberare, noluit tamen id facere abſque propriæ carnis ſumptu illam circumcidendo, quoniam circumciſo ipſo, omnes manſimus circumciſi tã
Ad Coloſ.2 quam in capite, ſecundum verba Pauli ad Hebræos: *Quoniam eſt caput omnis principatus, & poteſtatis, in quo circumciſi eſtis.* O vos felices, qui graui legis iugo iam liberi eſtis, nec id Angelorum, vel Archangelorum miniſterio, ſed proprio Filij Dei labore, & impendio ſanguinis, per quẽ circumciſi eſtis circumciſione ſibi graui, & difficili, vobis autem leui iam, & facillima, quippe iam ſanguinis balneum, quod pro vobis ille ſubiuit, in ſalutiferam aquam ſancti baptiſmatis commutauit. Video hac in re inſtauratum priuilegium, quod exploratores Hierico dederunt ho
Ioſue 2. ſpiti ſuæ Rahab, cuius domum in ciuitatis direptione fore liberam dixerunt, ſi rubeus funis feneſtræ appenderetur. Video quoque renouatum & illud, quod Iſraelitis Deus indulſit, quando Aegypti primogenitus gladio perempturus iuſſit, vt oſtium ædium ſanguine paſchalis agni con

ſpergerent, ſi proprijs filijs, ac domibus parci vo Exod.12.
lebant: *Et videbo ſanguinem, & tranſibo vos.* Sic Eccleſia catholica tanquam altera Rahab mirabilem, & myſticum habet funiculum coccineum, ſeu purpureum, Chriſtum nempe, tribus compoſitũ ſubſtantijs, anima, corpore, & diuinitate, quod ſuæ circumciſionis cruore delibutum rubeo, & purpureo fulget colore, eoque permanet ſecura, nequaquam ad ſe peruenturam terræ Hierico miſeriam, & vaſtitatem. Et cum Eccleſia ſit conſperſa ſanguine, quem Agnus benigniſ
ſimus Chriſtus adhuc puer fudit, audit ab æterno Idem.12.
Patre, quod olim Iſraelitæ: *Videbo ſanguinem, & tranſibo vos:* quaſi dicat, videns ſanguinem Filij mei placor, & factum mihi ſatis puto, ne vos amplius circumciſionis gladio ſubiacere permittam.

Sed vt præſentem claudam homiliam, oſtendam breuiter, quantæ ſit dignitatis modus, quo
Pater æternus filium ſuum honorat, dum nota Luc.2.
peccatoris ab eo inſignitur. ait Euangeliſta: *Et vocatum eſt nomen eius IESVS, id eſt Saluator.* Conſueuit Deus requiei premittere laborem, & poſt
ignominiam dare gloriam, vnde ſæpe contin- 3.Reg.22.
git, vt calamitati ſuccedat felicitas. Propheta Michæas, quod liberius Regi ſuo fuerat locutus,
alapa percutitur, & in carcerem detruditur, inde Gen.39.
tamen Deus maiore, quam ignominia fuerat, honore affectum eduxit. Abijt Ioſeph in Ægyptum, & falſo teſtimonio circumuentus in vincula cõiectus fuit, ſed hanc iniuriam, & dedecus in tantam Deus conuertit dignitatem, vt a Pharaone fuerit omnium ſuarum prouinciarum moderator, ac Prorex conſtitutus. Quid Mardocheo ſucceſſerit, nemo eſt qui neſciat. Vir erat virtute clarus, atque iden ab Amane, qui plurimũ gratia
valebat, apud Regẽ neglectus, illiq. infeſtus, at- Eſther.7.
que odioſus, vt ipſo auctore fuerit capite damnatus: ſed mutata fuit ſors Dei conſilio; Mardochæus enim iuſſu Regis eundem locum auctoritatis, & gratiæ, qua pollebat Aman, apud Regem obtinuit, & Aman patibulo affixus fuit. Sic Pater æternus erga Filium ſuum hodierno die ſe habuit: vidit eum ſanguine fluentem, & ſtigmate peccatoris notatum, quale circumciſionis erat ſignum, ſed ſtatim ignominiam honore compenſat impoſitione nominis, quo nullum, nec in cælo, neque in terris preciuſius, aut mirabilius eſt. Haud eſt diſſimile, quod in eius natiuitate, baptiſmo, & Cruce præſtitit: nam Chriſtũ in ſtabulo, & inter animalia naſcenti mittit Angelorum choros, vt in eius laudem hymnos gloriæ concinant more nutricum, quæ plorantes infantulos crebris mulcent, ac placant cantilenis. Accedit Chriſtus ad Iordanem, & dum illic baptizatur, vt peccator, de cælo vox Patris au-
ditur: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi com-* Matth.3.
placui, ipſum audite. In Cruce deniq. pendit latronibus medius, & tunc eorum vnus profitetur eius innocentiam: *Hic autem nihil mali geſſit,* vo-
catque illum Regem, dicens: *Memento mei cum* Luca.23.
fueris in regno tuo: quod & Pilatus aſſeruit, iu-
bens Cruci titulum inſcribi: *Ieſus Nazarenus* Rex Ioan.19.

Ioan. 19. *Iudæorum*, quo latam contra Chriſtum mortis damnat ſententiam, & quod prius dixerat: *Ego in eo nullam inuenio cauſam*, confirmat. Poſt hæc Chriſto iam animam efflante, & innumeris doloribus, & opprobrijs affecto, cęlum obſcuratur, ſol defectum patitur, velum Templi ſcinditur, & Marci 15. multi, qui aderant, conclamant: *Vere Filius Dei erat*: qua voce nihil eſſe poterat honorabilius; nihil enim eſt neque præſtantius, nec animo quid maius intelligi poteſt, quam Dei eſſe Filium. Ex quibus omnibus vellem hāc à nobis inferri concluſionem veriſſimam, multis, grauibusque probatam exemplis, Deum iuxta laborum menſuram conſueuiſſe dare ſolatium, vt teſtatus eſt Dauid, inquiens: *Secundum multitu-* Pſal. 93. *dinem dolorum meorum conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam*. Parum mihi videtur Dauid hoc loco extuliſſe diuina ſolatia, ſiquidem nonſolum pati, ſed maiore cumulo redduntur, ſecundum quod Tobias dixit: *Qui poſt tem-* Tobiæ 3. *peſtatem tranquillum facis; & poſt fletum exultationem infundis*. Vbi perpendēdum verbū *Infundit*. Scimus enim lacrymas exire guttatim, at ſolatia Dei Propheta dicit infundi, quippe non vt guttæ ſtillantur, ſed fluunt, & perfunduntur, ita vt præteriti labores præſentibus abundantiſſimis bonis compēſentur. Magnus fuit Iſraelita- Gen. 14. rum mœror, ac dolor, Pharaone cum ſuis militibus, & curribus eos hoſtiliter infeſtante: nam Iſraelitæ numero pauci, Aegyptiorum copioſiſſimus exercitus erat; inermes illi, hi omni armorum genere muniti; illi denique a patriæ finibus exules, hi intra proprios limites exiſtentes. Sed inter has rerum anguſtias Deus aperit fugienti populo ſuo viam per mare rubrum, & obiter hoſtibus excidium in medijs fluctibus præparat. Nam poſtquam ſicco pede Iſraelitæ mare tranſierant, eos perſequentes Aegyptij vndis aquarum repente coeuntibus obruti, & & ſubmerſi fuerunt. Atque vt vno verbo dicam, longa rerum experientia amicos Dei certos fecit, miſſos à Deo labores magis eſſe beneuoli Patris delicias, quam iudicis ſęuientis verbera, & cruciatus. Poterit hoc facile percipi domeſtico exemplo; quatit quis fuſte pallium ſuum, vel togam, non quia ſua veſtimenta odio habeat, vel atterere velit, ſed vt excuſſo puluere meliora, ac magis munda faciat; ita Deus ſuæ correctionis virga noſtrorum defectuū, & libidinum à terra in nos prouenientem puluerem excutit, ne fortaſſe nobis adhęreſcat, & ex puluere fiat lutum, quo anima, & conſcientia fœdetur. Quam optime hoc ſibi perſuaſerat Dauid, cum dixit: *Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata* Pſal. 22. *ſunt*. quę verba Chaldaica paraphraſis vertit: *Cōſolationes tuæ, & lex tua ipſa me conſolata ſunt*. Verumtamen nomen baculus, vt vertit noſtra vulgata, doctrinam meam magis exprimit. Baculus enim innitentem ſuſtentat, & impedit ne offendat. Si *virgam* dixiſſet Dauid, & non appoſuiſſet *baculum*, timendum foret, ne virga pulſatus, caderet; diuina tamen bonitas id amouit incōmodum; nam etſi virga laborum nos caſtigat, præbet baculum patientiæ, & conſolationis; vt afflictorum mens eo baculo innixa non corruat, immo validior, & conſtantior ſubſiſtat. Quā de re mihi agenti venit in mentem Samaritanus ille apud Lucam, qui ęgrotantis vulneribus vinum, & oleum applicuit: vini enim vir- Luc. cap. 10. tus eſt, vt mordeat, & rodat; oleo autem eſt proprium vlcera fouere, & placare doloris vehementiam; quod à Deo præſtitum amicis ſuis cernimus, quibus ſi mala mittit, bona promittit, & præſtat; vtens miſſione laborum tanquam vino mordaci ſuæ correctionis, nō oblitus interim proſperis aduerſa penſare, applicās dolentibus oleum ſuauitatis, & conſolationis, quemadmodum cum Chriſto hodie factum eſt, qui poſtquam fuit cultro circumciſionis afflictus, ſuaui, & gratiſſimo fouetur oleo nominis Ieſu, de quo ſcriptum eſt: *Oleum effuſum nomen tuum*. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Sexta.

Continet breuem aliam cum multiplici doctrina expoſitionem Euangelij, quod in die Circumciſionis cantatur.

IVRE optimo in quodam ſermone de circumciſione miratur S. Bernardus hodierni Euangelij breuitatē; fieri enim non poteſt, vt alto careat myſterio, tam breuem Euangelij lectionem Bern. ſer. de circumciſ. aſſignatam illi, cuius magnitudo tanta eſt, vt terras, cælumq; tranſcendat, ipſo id atteſtante: *Cælum, & terram ego impleo*. At ſi conſideremus, Hier. 23. hanc Dei magnitudinem contractam, & circūſcriptam eſſe intra infantuli recens nati paruitatem, ſtatim cognoſcemus ſatis vtrique eſſe, tā paruo puero paruum Euangelium, & abbreuiato Verbo (ſic enim Dei Filius vocatur: *Verbum* Ad Rom. 9. *abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram*) bene conuenire, vt ait Bernardus, Euangelium abbreuiatum. Nam ſi Pater æternus rem adeo nouam fecit, vt Verbum ſuum immenſum, & infinitum intra viſcera Mariæ Virginis clauſerit, mirum non eſt, ſi ſancta mater Eccleſia rem quoque nouam faciat, eidem Verbo abbreuiatam Euangelij lectionem aſſignans. Et cum ſacratiſſima Virgo Filium ſuum circumcidi gaudeat, vt magnæ diuitiæ, & eximia ornamenta, quæ in eo latent, per circumciſionis vulnus, tanquam per rimulam cernantur, æquum etiam eſt, vt ſponſa eius Eccleſia ſponſo ſuo Euangelium attribuat, quaſi circumciſum in littera, in ſpiritu autem copioſiſſimum, & multis myſterijs admirabile.

Ex

Luc. 2. Ex quibus non minus excellit, quod in primis Euangelij verbis ita legitur: *Poſtquam impleti ſunt dies octo, vt circumcideretur puer.* Vellem ò ſanctiſſime Euangeliſta, quam nobis narras, tecum diſcutere veritatem. Nam Philoſophorum
Ariſt. li. 4. phyſ. princeps cum omnibus Peripateticis ait: *Tempus eſt numerus motus ſecundum prius, & poſterius.* Deus autem capax motionis non eſt, ipſe
Malach. 3. namque ait: *Ego Dominus, & non mutor*; principiu carens, & fine, vtpote æternus a parte ante, & a parte poſt, vt illi loquuntur, nullasq. habens partes, indiuiſus, & actus ſimpliciſſimus abſque ordine prioris, & poſterioris, quoniam ſicut Pater, ita Filius antiquus, & ſempiternus eſt. Quomodo ergo eſſe poteſt, vt eum metiatur tempus, præſertim ita breue, vt octo dies non excedat? Deus vnius hebdomadis portento eſt ſimilis;
D. Thom. 1. p. & in 2. ſent. nam & Angelo (vt inquit ſanctus Thomas) non æqua eſt menſura temporis, ac propterea idem Thomas ei attribuit æuiternam. Sed vt philoſophica relinquam, quomodo menſura capiet immenſum, præſertim, quæ adeo breuis eſt, vt intra dies octo claudatur? *Poſtquã impleti ſunt dies octo &c.* Quod ſi ipſe de ſe loquens
Iſai. 48. apud Iſaiam dixit: *Manus quoque mea fundauit terram, & dextra mea menſa eſt cælos*: qui fieri poteſt, Deum cæli ſpatia metientem cæli motu definiri? idque per minimam eius menſuram, qualis dies eſt. Hora enim non eſt menſura naturalis ſed artificioſa. Hac autem in re ſi libet conſulere Dauidem (cuius eximium eſt in diuinis myſterijs iudicium) noſtræ ſatisfaciens interrogationi reſpondebit, per verba, quæ de Chriſto lo-
Pſal. 89. quens ita ſcripſit: *Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, a ſæculo in ſæ.* Quod ita cum ſit, quomodo cum ſis æternus, & immenſus amãtiſſime Ieſu, octo dierum eſſe diceris? Hoc certe non alterius quam amoris eſt opus, & eximiæ tuæ charitatis effectus, qui maximus exiſtens, exiguo hoc compendio, & octo dierum breuitate claudi narraris, cum tamen dubium non ſit, totam illam, quam Deo aſcribit Dauid, & Iſaias antiquitatem, tibi pariter tanquam naturali eius Filio, & ſempiterno Verbo Patris conueni-
Ioan. 1. re. Hinc enim ait Ioannes: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Sed poſtquam (vt idem Ioannes inquit) *Verbum caro factum eſt, &*
Ad Heb. 2. *habitauit in nobis*, debuit, vt loquitur Paulus: *Per omnia fratribus aſſimilari*: in his ſcilicet, quæ regiam eius maieſtatem non dedecerent: inter quæ illud quoque eſt, quod menſuram, & modulum, qui reliquos homines metitur, ipſe quoque ſubit, & tanquam noſtri ruris incola horologio ſolis regitur more ruſticorum. Nec mirandum, ſi frigore, & calore, alijſque aeris impreſſionibus ipſum lædentibus, & affligentibus, ſol etiam reliquorum luminum dux, & planetarum princeps menſuratione motus, & temporis metiri audeat immenſum. Nunc agnoſces o dilectiſſime Ieſu, quanta res ſit, cum Deus exiſtas, fieri hominem: nunc experieris lucrum, quod ex tuo in noſtrum exilium aduentu reportas: ſunt enim noſtri municipij priuilegia plena laboris, & miſeriæ; vnde ſi hominum vis numero adſcribi, pa-tere leges noſtræ mortalitatis. Ne igitur mireris, ſi dierum octo eſſe dicaris, & te, ſicut nos omnes, tempus metiatur. Aſſueſce nunc ſubire temporis menſuram: eluceſcet enim aliquando ille nobis feliciſsimus dies, quo non iam tempus, ſed Crucis duriſsima virga te propter nos metietur, & quoniam breuior inuenieris, brachia tibi, & crura, vt cruci aptaris, ab his, quos ſaluos facere veniſti, crudeliter extendentur.

Completo igitur octo dierum ſpatio, ſatisfecit Chriſtus legi circumciſionis, vt reliquis infãtibus aſſimiletur. Quę res admiratione digna nõ foret, ſi Chriſtus, vt reliqui, purus homo eſſet: at exiſtentem hominem pariter, & Deum pati dolorem, & fundere ſanguinem, omnem hominum, & Angelorum ſuperat admirationem. Qui naſcuntur filij iræ, ſi circumciſionis gladio lædãtur, mirabile non eſt; nam vbi culpa, pœnam quoque adeſſe neceſſe eſt: at Filio Dei omnis iuſtitiæ auctori cur pœna imponenda, vel dolor inijciendus, cum potius omnibus delitijs, & amoribus foret excipiendus, & fouendus? Ita certe, ſi mundi legibus ſtandum; ſed cum longe aliter diuina, quam humana ſe habeant, vult Pater æternus Filium ſuum circumciſionis ſubire rigorem, vt delitias non expetant, qui adoptionem filiorum Dei aſſequi procurant. Filij homi- *Matt. 11.*
num mollibus veſtiuntur, ornati ſericis, & byſſinis incedunt, ſaginato corpore voluptatibus in- *Luc. 2.*
ſeruientes: at qui Dei Filius eſt, pannis inuoluitur, frigori, & gelu eſt ſubiectus, & hodie caro illius circumciſione læditur, vt noſtra ſanetur. Qua in re completum eſt mundi deſiderium ita loquentis: *Deſiderauimus eum virum dolorum.* Viri *Iſai. 53.*
dolorum pauci ſunt in mundo, & noſtra præſertim ætate rariſsimi; viri autem odorum tot vbique ſunt, vt pauciores vtinam reperirentur. Quid enim hi ſunt, niſi irritamenta veneris, inſtrumenta libidinum, & maleolentia coram Deo mancipia voluptatum? Quod ſi grauitatem, & vehementiam doloris, quem ſuſtinuit diuinus hic infans, intelligere aliquo modo curatis, reminiſci oportet, quod ſacra memorat Scriptura in Geneſi, vbi ſcribitur, ciues, & habitatores Si- *Geneſ. 34.*
chem acerbiſsime doluiſſe, quando circumciſi fuerunt: ſic enim ibi legitur: *Et erat grauiſſimus vulnerum dolor.* Si ergo fortes, & validi iuuenes tantum doloris in circumciſione ſentiebant, cõſtat certe multo acerbiorem fuiſſe cruciatum, quem octo dierum infantulus circumciſus carne ſuſtinuit: ætas enim illius mollior, delicatior, & cultri dolor, quem circumciſio inferebat, acerrimus.

Quoniam hactenus tamen vidimus fidei oculis rem mirabili affectu, & miſeratione plenam, qualis eſt Chriſtus infantulus proprium fundens ſanguinem; operæprecium erit, dolorem ſacratiſſimæ Virginis matris, & fluentes ab eius oculis lacrymas contemplari. De Sephora in ſa- *Exod. 4.*
cris litteris legimus, quando ſanguinem filij ſui in circumciſione vidit, dolore animi, & miſeratione cogente ad virum ſuum conuerſam dixiſ-

ſe:

ſe: *Sponſus ſanguinum tu mihi es*, quaſi diceret, dediſti mihi tui amoris pignus mei filij mortem, ergo tu homicida es: hoc enim ſibi volunt verba illa: *Sponſus ſanguinum, &c.* quemadmodum, & illud Dauidis: *Viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos.* Quare ſi mater hæc, quæ filium illum medio marito ſuſceperat, ideoque non integra pueri, ſed dimidia poſſeſſio ad eam ſpectabat, quippe ab vtroque fuerat genitus, tanto dolore affecta eſt, proprij filij carnem ſecari, & ſanguinem fluere cernens: quo animi angore ſanctiſsimam Virginem, Chriſti matrem affectam fuiſſe credemus, dum vnicum filium ſuũ in tam tenera ætate ſanguine conſperſum intuebatur? Ille namque quatenus homo, totus erat matris, cum particeps eius generationis nullo modo fuerit pater humanus. Videor mihi hac in re Spiritum ſanctum audire in canticis ita dicentem: *Vox turturis audita eſt in terra noſtra, flores apparuerunt, &c.* Quæ verba ſic explico; adueniente iam noſtræ redemptionis optatiſsimo vere, & eius ſignis iam prodeuntibus, incipiunt pariter amœniſſimi flores paſſionis Chriſti erumpere, ac tanquã ſuauia garyophylacia ſancta illius vulnera rubere, atque odorem mittere fragrantiſſimum. *Vox turturis audita eſt, &c.* poteſt ſic declarari: caſtiſſima turtur Virgo mater gemere, & plangere incipit propter dolorem, quem filius eius dilectiſſimus, in circumciſione proprij ſanguinis effuſione primitias Patri offerens, tolerat. O miſericordiarum Pater, fieri ne poteſt, vt tua infinita clementia æquo animo ferat Filium abs te genitum, &, vt dixit Dauid, *ex vtero tuo*, id eſt ex tua ſubſtantia productum, videre ſic læſum, & grauiter dolentem? Quomodo Angeli cæleſtes aliquis veſtrum, ſicut olim Abrahamo, ad impediendum circumciſionis miniſtrum non occurrit, ne circumciſionis gladium in Iſaac ſanctiſſimum Chriſtum Ieſum defigat? Quomodo etiam tu o clementiſſima Virgo, cum tanta in te doloris pars redundet, & ſummo, ac perfectiſſimo tui filij amore inflammeris, illum non foues, ac defendis, ne tam duro circumciſionis cultro lædatur? Sed video o Redemptor clementiſſime, non modo curiæ tuæ Angelos, ſed etiam Patrẽ æternum, & ipſam matrem tuam quodammodo videri conſpiraſſe, ac velle rem diſſimulare, tuis doloribus aſſentientes. Aeternus enim Pater ait, quod te pro humano genere fideiuſſorem obtuleris, vſque ad vltimum quadrantem abs te precium redemptionis exacturum. Angeli ſe excuſant, dicentes, hanc eſſe Dei, & Domini ſui voluntatem, neque poſſe aliquo modo ab eo diſſentiri: immo & ipſa benigniſſima, & iuſtiſſima mater tua videns ſuppoſito diuino decreto, quod nulla eſſe poteſt peccatorum remiſſio, niſi tu proprium ſanguinem pro precio dederis, ſecundum illa verba: *Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio*; approbat dolorem tuum, atque triſtitiam, quod ab ea omnium hominum quies, ſalus, & lætitia dependeat. Penetret igitur o benigne Domine acies cultri, quem aduerſus mũdum euaginaueras, innocentiſſimam carnem tuam, vt nos filij tui à tam duro, & graui cruentę circumciſionis iugo liberemur.

Exodi.4. Ps.54. Can.2. Ps.106. Gene.22. ad Heb.9.

Progredi vlterius non valeo, quin prius diſcutiam, quænã fuerit cauſa, ob quam Chriſtus cum poſſet in ictu oculi vniuerſum humanum genus a miſerijs liberare (quippe quoduis ex eius operibus infiniti valoris erat, ita vt cum æqualitate, immo & cum exceſſu pro omnibus peccatis mundi ſatisfacere poſſet) voluerit ſui precioſiſſimi ſanguinis, & vitæ impendio operari hominum redemptionem, & libertatem. Plures poſſem huius quęſtionis rationes afferre, duabus tamen nunc ero contentus. Prima ſit, quando ad nundinas mercator accedit, merces vel empturus, vel commutaturus ſollicitam curam gerit vt multo vendat, & vili emat, quoniam ſcopus illius non alienum, ſed proprium lucrum eſt: at Chriſto contra euenit, multo pluris emit, quam vendit, quoniam non præcipue ad ſuam ſed ad noſtram vtilitatem exercet officium Redemptoris, ac propterea omnia gratiæ bona ſummo precio comparat, vt paruo illa nobis largiatur. Nã vnum cordis ſuſpirium, pectoris percuſsio vna, dicentis ex animo: *Peccaui*, ſatis eſt ad reuocandum a morte peccatorem, & vitæ atque gratiæ reſtituẽdum. Secunda cauſa eſt, qua ductus Chriſtus tanti noſtram ſalutem redemit, vt teſte Auguſtino, *Agnoſcat homo quantum valeat, & dum cogitat precium ſuum, vilis ſibi eſſe deſinat.* Aeſtimet ergo ſe in poſterum Chriſtianus homo pro dignitate redemptionis, & plurimi faciens animam ſuam, illam pro quouis precio vendi, & alienari non permittat. Dolendum enim valde eſt redemptam Chriſti ſanguine animam (ipſe enim nobis dicit: *Empti enim eſtis precio magno*) abs te vendi pro tam humili, & vili precio; exigua nempe delectatione, & breui ſenſus voluptate, vel pro leui honoris æſtimatione, quæ tam breui terminatur, & euaneſcit. Quando ruſticus aliquis precioſam forte gemmam, aliumue magni pretij lapidem reperit, dum precium neſcit, non tanti illum facit, donec lapidario vendendum porrigit, pro quo ſi videt magnam ſibi promitti pecuniæ ſummam, eundem æſtimari pluris lapidem incipit, nec illum iam niſi maximi vendere vult. Vt igitur Chriſtianus ab hac die ſe magno æſtimet, nec tam humili, & paruo precio vendat animam ſuam, vult diuinus Lapidarius Chriſtus animam eius tanti emere, quanti ſanguis, honor, vita, & mors Dei æſtimanda eſt.

August. 1.ad.cor.6

Sed inſpiciamus modo, quæ neceſsitas fuerit, vt cælitus miſſo nomine diuinus hic infãs nominaretur, ſiquidem in ſacris legimus litteris nonnullos hoc nomine etiam vocatos, nec paucos fuiſſe olim, qui ſeruatoris, & liberatoris officio functi, ſuam patriam ſaluam reddiderint, & ſeruauerint. Verum id quidem eſt, at multum inter hunc, & illos ſeruatores intereſt. Nam illi corpora tantum ſeruarunt; Chriſtus autem tam corporibus, quam animabus attulit ſalutem. Illi tanquam e terra formati grauiores erant, quam vt tantum peccati hiatum tranſilire poſſent, im-

petum

Digitized by Google

petum ſuum, & curſum ab humanis viribus inchoantes, exiguo, & imbecillo ſaltu non ad animæ ſalutem, ſed ad corporis tantum incolumitatem tranſgredi valebant: at Redemptor noſter, & generis humani Saluator non a terra, id eſt ab humana potentia, ſed a cælo ipſo, æterno ſcilicet Patre ſuo ſui curſus, & egreſſionis impetum exorſus, iuxta illud Dauidis:
Pſal. 8. *Exultauit, vt gigas ad currendam uiam*, non ſolum ad corporum, ſed animarum etiam dandam ſalutem proceſſit, & inſtar fortiſſimi gigantis omnia ſuperans interualla, & diſcrimina, qualia peccatum induxerat, omnis ipſe expers peccati, immo ipſa ſanctitas exiſtens, peccatum profligauit, & humanis mentibus ſanctitatem afferens, ſalutem præbuit æternam. Ne autem quis ſtulte putare poſſet, ipſum a tam alto, & longo principio itineris profectum in via defecturum, neque fore, vt quem ſibi propoſuerat ſui curſus terminum aliquando attingeret, ſubiungit præcedentibus verbis Dauid: *Et occurſus eius vſque ad ſummum eius*, id eſt, tantum aberat, vt ab incepto curſu deſiſteret, aut retro recederet, vt eadem curſus celeritate qua cœperat, ad locum vnde prodierat, fuerit reuerſus, ſubigens, & debellans omne peccatum, ita vt, quo ad ipſum, nec vnum ſolum quantumuis minimum potuerit eius impetum, & curſus potentiam effugere,
Ibidem. vt indicant verba Dauidis: *Neque eſt, qui ſe abſcondat a calore eius*.

Conſonum autem nõ eſt inuolui ſilentio, cur Deus circumciſionem, & nominis Ieſu impoſitionem ſimul fieri voluerit. Quid enim commune habet circumciſio cum Ieſu? Circumciſio morbi eſt remedium; Ieſus autem ipſamet ſalus, & vita eſt. Experimur quotidie, valetudinem ægrotantis ab opportuna ſanguinis miſſione interdum pendere; bis Chriſto ſanguis fuit extractus, ſemel in circumciſione cum lanceola, & iterum cum lancea, dum in Cruce pendebat: ex quo duplici ſanguinis fluxu noſtra omnium ſalus deriuata eſt, ac propterea hodie dum circumciditur, Ieſus, id eſt Saluator nũcupatur. Præterea ſanguinis effuſi, & impoſiti nominis Ieſu coniunctio te docet pie Chriſtiane, fundente Chriſto ſuum ſanguinem, vt Saluator ſit, oportere te, vt ſaluus fias, carnis fugere blanditias, & vitia tua circumciſionis cultro ita reſecare, vt omnes inordinati appetitus exſcindantur, arctam pœnitentiæ viam ingrediendo, quam Chriſtus caput noſtrum primus omnium intrauit. Ait enim Diuus
Bernardus. Bernardus: *Caput noſtrum per tribulationes, & anguſtias intrare videmus, & nos membra eius nobis alia itinera ſomniamus? monſtruoſa res eſt, ſi per unum foramen tranſire caput videamus, & per aliud corpus*. Pudeat ergo, ſi ex animo Chriſtiani ſumus, capite noſtro vulneribus ſpinarum confoſſo, delitias ſectari, & voluptatibus affluere, immemores eorum, quæ pro nobis tanto cum dolore paſſus eſt Chriſtus. Quamplurima in Sanctis legimus, & plura nobis a ſacri verbi præconibus proponuntur, quibus nos alliciant, vt pro Chriſto ſubire labores non recuſemus, eius veſtigijs inſiſtentes: ſed quod vehementius, ſi bene perpendatur, animos noſtros ad id præſtandum poterit commouere, illud certe eſt, quod ab Ezechiele ſcribitur, nomine Dei loquente, videlicet magnum eſſe argumentum, non eſſe Deo gratam animam, quam laboribus exercere Deus intermittit. verba Prophetæ ſunt: *Requieſcet indignatio mea, & auferetur zelus meus a te, & quieſcam, nec iraſcar amplius, eo quod prouocaſti me in omnibus his*; quaſi dicat: ceſ- Ezech. 16.
ſabo a correctione tua, quod meliorem in te mentem deſperauerim: eſto ſecurus, nullo iam me tui amore tangi, neque dolere, quod me reliqueris, & poſt tuarum voluptatum illecebras abieris: *Et auferetur zelus meus a te*, id eſt, non fatigabor, floccique faciam ſi damneris: *Et quieſcam*, & tandem dolores, & labores tibi non mittam: *Nec iraſcar amplius*; id enim ſi tecum facerem, magno te beneficio cumularem, vt meus dixit Apoſtolus: *Vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolum, vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini*. Sed conſi- Ad Phil. 3.
derandum eſt in hac re, quod ſicut Ius ciuile, & canonicum tria filiorum genera diſtinguit (aio enim quoſdam eſſe legitimos, alios naturales, & nothos alios, inter quos ea differentia eſt, quod legitimi in bonis parentum integra hereditate ſuccedunt, filij naturales quintam bonorum partem aſſequũtur; at nothi, vel ſpurij vniuerſæ hereditatis expertes, & pauperes relinquũtur, &c.) ſic etiam tria ſunt laborũ genera: quidam enim poſſunt vocari legitimi, quales ſunt, in quibus Deus tamquam Pater, & noſtra voluntas tãquã fœcunda Chriſti ſponſa conueniunt, ipſa actiue eligente ex diuina gratia ieiunium, flagella, ſolitudinem, & ſimiles alias carnis afflictiones: huiuſmodi labores tamquam legitimi, paternorum bonorum hereditatem iure optimo adibunt; iure inquam iuſtitiæ, vt dixit Diuus Paulus: *Repoſita eſt* 2. ad Tim. 4.
mihi corona iuſtitiæ, non ſolum mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius. Sunt & alij labores naturales, id eſt, qui ab ipſa natura proueniunt abſque noſtra electione, qualis eſt corporis morbus, aeris aduerſa tempeſtas, quæ agrorum ſata vaſtat, & alia his ſimilia. Tales ſane aduerſi ſucceſſus, etſi ſint naturales, & voluntate noſtra inconſulta eueniant, ſi tamen referantur ad eorum auctorem Deum, & patienter diuina gratia adiuuante ſuſtineantur, cæleſtibus alimentis gaudebunt: ius enim ad paternam Dei hereditatem acquirunt, & legitimi redduntur non ſecus ac primi. Alij tandem labores ſunt ſpurij, id eſt in letahli peccato, & inimicitia Dei tolerati, & hi omnimoda carebunt hereditate, quoniam nec minima pars cæleſtiũ bonorũ ad eos perueniet. Duiuni non

eſt,

eſt, qui patiatur iniurias, dum illas vlciſci noctes, dieſque inuigilat, & qui in ſucceſſu rerum ſuis votis aduerſo indignatur, in cælum execrationes, & blaſphemias retorquens, maiores ab eo ſuſtineri labores, quam a viro iuſto, qui libenter, & vt æquum eſt, illos patitur; at cum eiuſmodi labores ſpurij ſint, in peccato, & pro peccato tolerati, cæleſtem hereditatem, aut vllam eius partem habere non poſſunt. Has laborum memoratas ſpecies ad viuum in tribus montis Caluariæ crucibus expreſſas, & mirabiliter deſignatas inuenio. Nam Chriſti Crux ſymbolum eſt laborum, qui legitimi dicuntur; Iſai.53. Ad Phil.2. eos enim ſua ſponte a principio ſuſtinuit: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit*; & vt Patri obediret: *obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis.* Crux boni latronis labores naturales repræſentat, ſiquidem non voluntarie fuit crucifixus, poſtea tamen laborem illum patienter tulit, & Luc.23. ad Deum retulit, dicens: *Nos quidem iuſte, nam digna factis recipimus*. atque ideo reſponſum accepit: *Hodie mecum eris in paradiſo*, id eſt, hodie bonorum gloriæ meæ partitioni intereris, & in hereditatem meam admiſſus non exiguam eius partem accipies. Crux tandem mali latronis docet, quam ſint infelices labores, qui extra Dei gratiam ſuſtinentur; nam ſimili crucifixionis dolore, quo bonus latro cælum emit, ille perdidit, quoniam labor fuit ſpurius, in peccato toleratus, ideoque nulla ad ipſum hereditas bonorum Dei peruenire potuit. Ne vero quis putet meam eſſe hanc meditationem, dico fuiſſe prius Apoſtoli Pauli, vt inſinuatur per illa eius verba, ſæpe a multis repetita, partim tamen 2.Timo.2. diſcuſſa, & recogitata: *Non coronabitur niſi qui legitime certauerit*. Si ergo (vt ait Paulus) ſunt certamina illegitima, & legitima, erũt & labores illegitimi, & legitimi, & ad hos corona, & hereditas bonorum tanquam ad præcipuos heredes pertinebit, dicente Apoſtolo: *Non coronabitur, niſi qui legitime certauerit*. Hoc ipſum clarius olim docuit Salo- Sap.10. mon, de viro iuſto ita loquens: *Honeſtauit illum in laboribus. & compleuit labores eius*. Quid autem aliud eſt honeſtare in laboribus, niſi eius labores facere decoros, & honeſtos, id eſt legitimos, tamquam filios honeſto matrimonio natos, qui ſine aliquo pudoris dedecore in publicum prodirent? Huiuſmodi labores ſunt, qui Deo probantur, & quibus honorantur illis oppreſſi: id enim proprie ſignificat: *Honeſtauit eum laboribus*, id eſt, decorauit, vel honorauit iuſtum laboribus. Sunt aliqui labores, qui dedecus patientibus, alij autem glo- Plutarch. riam afferunt, vt inſinuauit apud Plutarchum Dux ille, qui militi glorianti, quod non in tergo, ſed in fronte haberet vulnus, ita dixit: *Caue ne aliquando fugiens retroſpexeris*, ſignificans vulnus illud, de quo ipſe ſic gloriabatur, poſſe in eius ignominiam retorqueri. Iuſtorum autem labores ſemper ſunt ipſis honeſti, & honorifici, quoniam bellum contra hoſtem aduerſa fronte gerunt, neque vmquam terga vertunt; ideoque tamquam legitime certantes coronantur a Chriſto Ieſu. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum.

Homilia Septima.

De eximia liberalitate, quam Chriſtus Dominus in Circumciſione oſtentat, ac de varijs myſterijs in ea reconditis, in illa eadem verba: Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Lucæ 2.

CIRCVMCISIONIS Chriſti Domini duplicem imaginem egregie eam adumbrantem reperio. Primã lego duodecimo cap. lib. Exodi, vbi ſacra narrat hiſtoria, Exod.12. primo die menſis primi Niſan annum inchoari, & in eo menſe ſanguinem ſpargi agni Paſchalis, liberantis populum a captiuitate. Sic ſane apud catholicos primus dies anni, in quo Saluator circumciditur, ſumma religione colitur, quia innocẽtiſſimi Agni Chriſti Ieſu ſanguis ſacratus in eius cruenta circumciſione ſpargitur, vt nos a miſera peccati ſeruitute liberaret. Secundã figurã, eamque præſtantiſſimam omnium Abrahæ circumciſionem putauerim: Geneſ.17. licet enim Abraham ſenex, Chriſtus vero infantulus circumcidatur; at ipſe grandior effectus, *antequam Abraham fieret, ego ſum* dixit: in eo ta- Ioan.8. men egregie Abrahæ circumciſio Chriſti circumciſionem præſignificauit, quia ſicut Abrahã ſe ipſum actiue circumcidit, ita & Chriſtus; ille proprijs manibus, hic etſi alienis, ſed propria virtute Verbi, per quod facta ſunt omnia. In hac autem Chriſti circumciſione inter alia multa obſeruatione digna, ſumma liberalitas, ac magnificentiſſima Chriſti largitas mirum in modum effulget: ſicut enim mos inoleuit apud pleraſque nationes, vt amici initio anni fauſta exordia ſibi deprecantes, officioſe ſe inuicem ſalutent, viciſſimq. munera impendant; ita Chriſtus Dñs coaptans ſe vrbanæ huic conſuetudini; nos omnes in capite anni ſalutat, nomen Saluatoris aſſumens, a quo omnis noſtra ſalus dependet: nobis etiam ſummi precij munus donauit, dum proprium ſanguinem in infantiæ illius tenella ætate libentiſſime prufudit, & partem

inno-

innocentiſſimæ carnis ſuæ nobis exhibuit. Verũ ſi rem hanc altius contemplemur, ſingulare in hac carnis abſciſſione detegemus myſterium. Sponſus enim ſanguinum erat Dominus IESVS, & ſpirituali ſponſalitio animas ſibi copulare venerat: eſt autem vniuerſalis, & vetuſtiſſima conſuetudo, vt ſponſus anulum aureum ſpõſæ donet, & ideo cæleſtis Sponſus Chriſtus anulum proculdubio nobis donauit, ex materia, omni auro Arabiæ longe precioſiori, pelliculam ſcilicet circularem carnis ſuæ, cultro circumciſionis ei detractam. Hic eſt ſacer anulus, ingẽti labore huius diuini aurificis mirifice elaboratus; cuius materies quia caro Dei erat, nullus quantumcunque precioſiſſimus anulus valet ei comparari, omnes Salomonis, Alexandri, Darij, & quoſcumq. alios, quorũ tam profanæ, quã ſacræ litteræ reminiſcuntur, annlos longo interuallo ſuperat. Conſueuerunt ſummi Pontifices, ac Reges in exordio ſui Pontificatus, & regni aurea, vel argentea numiſmata proijcere, & precioſa pleraque munera in ſignum lętitiæ liberaliter elargiri; non diſſimiliter Chriſtus Dominus ſummus Sacerdos, & ſupremus Rex recens mundum ingreſſus, loco numiſmatum, & ceterorum donorum, propriam carnem, & ſanguinem munificentiſſime primi anni die nobis donauit. Commemorat Suetonius, Caium Caligulam a ſubditis ſuis donatiuum poſtulaſſe, offerendum ſibi primo die Ianuarij, quod liberaliter adeo ſubditi præſtitere, vt facili negotio Rex ingentem pecuniæ quantitatem coaceruaret, adeoq. iubilaſſe teſtatur, vt tripudians inter pecunias nudis pedibus incederet. E contra nũc contigiſſe video, longe enim aliud eſt ab illo ingenium noſtri Regis recẽs nati: Caius Caligula, vt ſe ditaret, inopes reddebat ſubditos die prima Ianuarij; Chriſtus autem, vt nos ditet, eadem die pauperior, quam antea, efficitur, precium ſanguinis pro nobis exſoluens, & partem carnis ſuæ detrahens: nec temporalia bona a nobis extorquet, ſed ea nobis ingratis liberaliter donat, vt iure Dauid dixerit: *Deus meus es tu, quia bonorũ meorum non eges*, vel vt habet originale Hebręũ: *Bonum meum non ſuper te cadit*; ac ſi dicat, non cedit in vſum, & vtilitatem tuam. quod & Epicurus agnouit teſte Lucretio, cum dixit:

Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri.

Tertio etiam Regum 18. falſi illi Dij, quibus Idolorum cultores incenſum adolebant, ſacra narrat hiſtoria ab eis ſanguinis minutionem efflagitaſſe, vnde ait: *Incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine.* At noſter Deus, non ſicut Dij eorum, ipſe noſtrum iubet effundere ſanguinem, ſed ſuum cultro circumciſionis extractum in medicinam vulnerum noſtrorum profundit, quod manifeſtũ liberalitatis indicium eſſe nemo ſanę mentis ambigere poteſt.

Verum duæ præcipue circumſtantiæ huius largitatis excellentiam non ſolum commendãt, ſed mirifice augent. Prima, quod præterquam inauditum erat, & in cor hominis numquam aſcenderat, ſanguinem, & carnem Dei dono dari, certe celeritas, qua munus hoc precioſi ſanguinis in infantili adeo ętate nobis donauit, mirum in modum illam extollit, vulgari prouerbio dicente: *Qui cito dat, bis dat.* Hinc eſt, quod licet 1. lib. Paralip. inter ſtrenuos Dauidis milites multi illuſtres, & inſignes connumerentur: *Hi principes virorum fortium Dauid, & iſte numerus robuſtorum*, quorum primum refert Ieſbaam, de quo ait: *Iſte leuauit haſtam ſuam ſuper trecentos.* Secundo quendam Eleazarum, de quo inquit: *Dedit Dominus ſalutem magnam in populo ſuo.* Tertio annumerat tres illos viros, qui audiẽtes Dauidem dicentem: *O ſi quis mihi daret aquam de ciſterna Bethlehem, quæ eſt in porta*, ſtatim irrũpentes per medias hoſtium turmas ad hauriendum aquam ſe contulerunt, & illam in manus Dauidi dederunt. His etiam annectit Abiſai, qui haſtã leuauit contra ingentem hoſtium multitudinẽ, quos grauiter percuſſit. Quarto Banaiam, qui leonem in media ciſterna in tempore niuis, & gigantem quinque cubitorum interemit: licet, inquam, horum omnium præclara videantur geſta, ſacer tamen textus omnibus eis illos viros, qui hauſerunt aquam, præponit, dicens: *Verumtamen ad tres illos non peruenerãt.* Sane in hoc non poteſt non ſingulare latere ſacramentum, quia ſi magnalia, quæ illi patrarunt, cum opere trium illorum virorum conferamus, longe maiora, & excellentiora videbuntur; nã quidam in trecentos armatos milites intrepidus irruit, alter integrũ exercitum inuaſit, alter leonem fortiſſimum omnium beſtiarum in fruſta concidit tempore niuis, quo leones præ fame, quam patiuntur, maiori ferocitate excandeſcũt, & in homines ſęuiũt: quomodo ergo Spiritus ſãctus his omnibus tres illos viros præfert? Eam ſufficientem arbitror huius rationem, quod hi omnibus alijs expeditiores ſe exhibuerunt: Dauidis enim audita voce, aquã ciſternæ Bethlehẽ bibere deſiderãtis, continuo nulla mora interpoſita, & vt dici ſolet, in ictu oculi per media caſtra Philiſtinorũ perrexerunt: *Hauſerunt aquã de ciſterna, & attulerunt ad Dauid, vt biberet.* Huius facti celeritas, ac animi promptitudo, qua vitæ periculo expoſiti aquam Dauidi aſportarunt, palmam inter reliqua commemorata reportat, & longo interuallo illa antecedit, & ideo ſacer textus ceteris eos anteponit, dicens: *Verũ ad tres illos non peruenerãt.* Ad rẽ igitur noſtrã hæc accommodans, ſi celeritatis circumſtantiæ in executione eorum, quæ deſiderantur, adeo operis ſubſtantiam commendant, & teſte Iſaia nos deſiderauimus eum *Virum dolorum, & ſcientem infirmitatem*: munus hoc ſanguinis adeo feſtinanter effuſi, vt vix temporis ſpatium virtute naturali ſuperfuiſſet ad conuertendum lac quod ſuxerat, in ſanguinem, eximiam eius liberalitatem apertiſſime manifeſtat. Secundum, quod non modicum idipſum detegit, eſt, quod tunc nemine diſſentiente magis ſplendet libe-

Suet. in Calig. c. 42.

Pſ. 15.

3. Reg. 18.

1. Paral. 11

liberalitas, cum quis, vt in alium liberalis exiſtat, graue documentum, ſibi inferr. Ita proculdubio contigit Chriſto, qui ſingulari munificentia erga nos vſus, vt ſpiritaliter nos augeret, carnem ſuam cultro circumciſionis ingenti dolore diminuit. Bernardus id contem-

Ber. ſerm. 1. de circumc.

plans, acute dixit: *Audiamus paucis expreſſum magnũ pietatis ſacramentum, audiuimus congruam lectionẽ Verba abbreuiata, quod fecit Dominus ſuper terram. Abbreuiatum enim in carne, amplius abbreuiatur ſuſcepta etiam carnis circumciſione.*

Pier. Val. C. de boue.

Varij hiſtoriographi, Valeriano referente, narrant, Veſpaſiano in loco quo pranſus fuerat ſedente, repente bouem ad eum ingreſſum, & ad pedes continuo in genua procumbẽtẽ extendiſſe collum, quaſi ſignificaret, ex iugo tam diu portato vehementer defatigatum eſſe. hoc tantum admirans prodigium conſuluit augures, & Pythones, qui reſponderunt, per id ſignificari, iugum, quod Imperatores ſubditis impoſuerant, intolerabile eſſe, vnde oportere dixerunt grauitatẽ, ac pondus eius multum imminui. Erat quidem Apoſtolorum Principe teſte circumciſio intolerabile iugum: *Quod nec nos, nec Patres noſtri portare potuimus*: Rex autem noſter, cum primum

Act. 15.

regni poſſeſſionem in infantia ſua accepit, non vt Roboam, qui ſupra patris tributa alia grauiora, cum regnare cœpit, ſubditis impoſuit, nõ ſic inquam Rex noſter, ſed veteris legis grauitatem, ac intolerabile circumciſionis iugum alleuiauit, & rigorem eius, grandior effectus, in ſacri baptiſmatis ſuauitatem commutauit. Ne autem circumciſionem de medio tollens, videretur in ſui gratiam effeciſſe, vt dolorem eius fugeret, ideo ipſe antequam illam aboleret, in tenerrima ſua carne eandẽ ſuſtinuit, ſacrũ cruorem pro nobis effundens, ne vltra iam in Euangelica lege tanti oneris ſarcina nobis imponeretur. vnde Diuus Auguſtinus ait: *Dominus ſuſcepit circumciſionem, ablaturus ipſam circumciſionem, ſuſcepit vmbram, daturus lucem, ſuſcepit figuram, impleturus veritatem.*

O Aug. ſer. 9. in nat. Domini c. 5. to. 10.

Sed iam propoſita verba aliter enucleare properemus: *Poſtquam autem impleti ſunt dies octo, vt circumcideretur puer.* Circumciſionem olim datam fuiſſe in ſignum, quo populus Dei ab alijs gentibus ſecerneretur, nemo ambigit, cum id expreſſe doceãt verba Geneſ. ſicut enim gregis

Gen. 7.

dominus ſolet ſpeciali rubri coloris nota omnes oues inſignire, vt ab alijs facile dignoſcantur, & mancipijs etiam character in maxilla, & mento imprimi ſolet, quo ſeruitutem, & captiuitatem profitentur, quam minime liceat effugere; ita Deus voluit eos, qui oues diuini gregis ſunt, & mancipia ſeruituti eius ſacrata, rubra cruentæ circumciſionis nota deſignari, vt ab alijs gentibus diſcriminarentur. At non poſſum cum D. Hieronymo non obijcere: *Si data fuit circumciſio in ſignum, cur non fuit in parte manifeſtiori præcepta?* Quondam enim volens Deus ſignare quoſdam famulos ſuos, in frontibus ſignaculum fieri præcepit, vt teſtatur D. Ioannes: *Nolite nocere terræ, & mari, quoad vſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.* Deinde

Apoc. 17.

experimur dominos ſeruis ſuis empticijs in facie inurere notam, non autem in ſecretiori aliqua corporis parte, quia ſi eſſet abſcondita, & occulta, minime eos dignoſcere poſſemus. Huic difficultati non aliam aptiorem reſponſionem adhiberi poſſe putaui, quã ab eodẽ Hieronymo præcitato loco traditam, nempe: *Vt hinc colligamus, iuſtificationes noſtras eſſe celandas, & abſcondendas: quo enim ſecretiores ſunt, eo tutiores exiſtunt.* Poſſet etiam dici, quod Hebræi, tum

Hieron. vbi ſupra.

delectu ciborum, tum multis exterioribus ritibus, diuerſitate habitus exterius, poterant ab alijs dignoſci. Cur autem hoc cruentum ſignum in infantili ætate fieri præceperit Deus, egregiam rationem his verbis tradit Diuus Ambroſius: *Quoniam pulchrum eſt, vt ipſis in cunabulis inſigne religionis adoleſceret, & puderet vnumquemque ætatis prouectioris, vel labori, vel dolori cedere, quorum vtrumque tenera ætas, & infantia viciſſet.*

Amb. ep. 77 tom. 3 & ep. 2 ad Conſtãtium.

Sed cur tandem octauo die ſignum hoc exhiberi voluerit Dominus, myſterio, & ratione non caret. Non quidem ratione, quia ante illum diẽ periculum erat teneros infantes inciſionem pati: teſtatur enim Ariſtoteles in problematibus,

Ariſt. in problematibus.

ſeptimum diem illis maxime periculoſum eſſe, ſi vexentur, ante illum vero terminum nondum præciditur vmbilicus, ante quẽ homo propinquior eſt plantæ, quam animali. Vnde etiam Romani ſeptimum diem obſeruabant, poſt quem

Refer. Salm. tract. 36 de circumc. Do. & Ianſen. in ſua conc.

apud eos ſequebantur dies luſtrici, quibus infantes luſtrabantur, & nomina eis imponebantur, maribus quidem nono die, vnde Nundina Dea apud eos colebatur, femina vero in octauo, vt teſtatur Macrobius. Non etiam caret myſterio, quia in octaua ætate, quæ erit reſurgentium, quaſi in octauo die perficietur per Chri-

Macr. lib. 1. c. 16. in fin.

ſtum ſpiritualis circumciſio, tunc namque euacuabitur, quod imperfectum eſt, & quia nihil deinceps ſuperfluum erit, nihil vltra oportebit reſecari. Hanc rationem late proſequitur Beda ſuper caput ſecundum Lucæ, & inter alia dicit: *Octaui autem numerum reſurrectionis gloriæ conuenire, pene omnibus claret: nam & Dominus octaua die poſt ſeptimam ſabbati reſurrexit, & ipſi poſt ſex huius ſæculi ætates, & ſeptimam ſabbati, quaſi octauo tempore reſurgemus, tunc veriſſime circumciſi, hoc eſt ab omnibus carnalis concupiſcentiæ vitijs, & corruptionibus, in quibus maxime luxuria regnat, expoliati.*

Beda c. 2. in Lucam.

Deinde exiſtimauerim, tam cito voluiſſe Deum infantem ſibi per circumciſionem conſecrari, vt quantopere celeritas, ac feſtinatio in obſequijs ſibi exhibendis placeat, aperte indicaret. Sicut enim multi malæ indolis equi, licet acerrimis calcaribus puncti, lento paſſu gradiuntur, alij vero ècontra generoſiores ſola virgæ inſinuatione curſum continuo accelerant; ita inuenies quoſdam homines ſegnes, & praeduros ad diuina præcepta complenda, de quibus Dauid: *In chamo, & fræno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant*

Pſ. 31.

mant

mant ad te. Hi tametſi infirmitatis, paupertatis, & ſimilium laborum aculeis à Deo ad bonũ ſtimulẽtur, ſemper in malo perſeuerant; alios vero è contra nobilioris conditionis inuenies, qui ſolo nutu, & inſinuata Dei volũtate, ad eius executionem celeri curſu properant, ad anteriora cũ D. Paulo ſe extendentes. hos Sponſus in Canticis equis Pharaonis comparat: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea*. (Cant. 1.) Egregia ſane comparatio: nam ſicut Regis Pharaonis currum trahebant equæ celeres, quæ ſolo aurigę ſibilo velociſſimo curſu agebãtur; ita hi, qui ſpiritu Dei aguntur, cum tarda molimina neſciat Spiritus ſancti gratia, audito Dei ſibilo, de quo Zacharias: *Et ſibilabo eis*, (Zach. 10.) continuo non acquieſcunt carni, & ſanguini, ſed in exequenda Dei voluntate non modo feſtine ambulant, ſed currunt, immo & cum Dauide volant, dicentes: *Quis dabit mihi pennas columbæ, & volabo?* Cur autem ante Abraham, cui primo præcepta fuit circũciſio, noluerit Deus eius vſũ in populo vigere, etſi curioſitatem quãdam redolere videatur, hæc Dei conſilia ſcrutari; pie tamen, & religioſe ſacra myſteria venerans, cum pietate coniunctũ arbitror dicere, rationẽ huius fuiſſe, ꝙ decreuerat Deus ex ſemine Abrahæ Filiũ ſuũ in humana carne venturũ. Sicut autẽ ſolẽt agricultores, qui varia ſemina ſeruant, ſingulis ſignacula quædam, vel titulos apponere, quibus facile inter ſe, & ab illis, quæ proprio vſui deſtinarũt, diſcernuntur; ita cum Deus Filium ſuum decreuiſſet ex ſemine Abrahæ per Virginẽ propagandum: (Gen. 22.) *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes*, ſemen Abrahæ ſignauit ſpeciali circumciſionis nota, quam poſtea Chriſtus Dominus, tanquam verus filius Abrahæ, qui obedientia inſignis fuit, in ſeipſo Patri obediens, ſuſcipere non fuit dedignatus. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Octaua.

Reſpondetur nonnullis quæſtionibus circa myſterium Circumciſionis, & impoſitionem ſacroſancti nominis IESV.

INSTITVTI mei non eſt in hac homilia Theologicis ſatiſfacere difficultatibus, quæ in ſcholis tractantur, quoniam iam de illis peculiares diſputationes in meis quæſtionibus ſelectis inſtituto, quæ auxiliãte Deo ſuper vniuerſam Theologiam, quatuor voluminibus diuiſam, in lucem proferentur: & ideo tantummodo nunc eas perſtringam, quæ diuini Verbi concionatoribus aptiores eſſe videbuntur. Quarum prima ſit: Vnde, & quando circumciſio accepit originem? Reſpondeo, ſicut ex Geneſi conſtat, (Gen. 17.) ab Abrahamo cœpiſſe, cũ eſſet ætatis ſuę nonaginta & nouẽ annorũ, peculiari eius rei à Deo impoſito præcepto, cui ipſe, & poſteritas eius obedire tenerentur: *Circumcidetur*, inquit, *ex vobis omne maſculum &c.* Statimq. ſe circumcidit ſanctus ſenex Abraham, & cum ipſo tota eius familia, quoniam reformato capite, membra etiam, vt vxor, filij, & ſerui corrigũtur. Et quamuis, vt ſcribit Cyprianus, Gẽtiles hanc circũciſionis cærimoniam irriderent, quod eis nimis rigida, ac ſæua videretur (nõ enim raro cõtingebat mori propter circumciſionẽ) imprudenter tamen id cenſebant: quippe ſicut crudelitati non eſt tribuendum, pulcherrimæ arboris ramum, vt magis illa creſcat, amputari, vel digitum vnum, vt reliquo corpori quæratur ſanitas, abſcindi; ita quoque crudele nõ eſt, particulam carnis reſecari, vt ſpiritus ſaluus fiat, & anima hominis morte liberetur æterna. Et quãuis verum ſit, potuiſſe Deum ad hoc ipſum ſalutis æternę remedium aliam inuenire cærimoniam ſuauiorem, elegit tamen hanc tã propter varias myſticas eius ſignificationes, quã vt circumciſionem cum baptiſmo comparantes, manifeſte cognoſcamus Euangelicæ legis ſuauitatem; ſiquidem quod olim præſtabat ſeuerus culter circumciſionis, nunc multo cumulatius, & benignius aqua baptiſmatis, cum debita forma verborum impartitur.

Secũda quæſtio eſt, numquid præter Hebræorum gentem, aliæ quoque nationes vſæ circumciſione fuerint, & an Hebræi primi omnium circumcidi cœperint? S. Hieronymus in Hieremiã (Hieronym. in Hierem. 9.) teſtatur, Aegyptios, Ammonitas, & Sarracenorũ Reges ſolitos fuiſſe circumcidi, idemq. affirmat Diodorus, (Diodor. l. 4.) qui addit hac etiam cærimonia vſos Tragloditas, cuius ſententiæ Herodotus aſſentitur. (Herod. lib. 3.) Nec obſtant huic veritati Hieremiæ verba, ſcribentis: *Omnes gentes habent præputium*, (Hier. 9.) id eſt, non circumciduntur: nam vt explicat Hieronymus, dicere voluit, maiorem gentium partẽ non circumcidi, ſicut dicere ſolemus, quando in aliqua ciuitate plurimi ſunt vſurarij, omnes hic vſurarij ſunt, ſignificando his verbis, multos nõ tamen omnes eſſe in ea ciuitate vſurarios. Quæ veritas expoſitionis ex eodem Hieremiæ loco manifeſte colligitur, quandoquidem eius tempore multi alij præter Hebræos erant circumciſi, vt ex his verbis conſtat: *Viſitabo ſuper omnẽ, qui circumciſum habet præputium, & ſuper Aegyptum, & Iudam, & ſuper Edom, & Idumæos.* Quæſtioni autem interroganti: Vtrum Hebræi ante omnes gentes circumciſionem vſurpauerint, reſpondet Celſus, quem refert Origenes in libro contra ipſum compoſito, (Orig. lib. cõt. Celſum.) per hæc verba: *Nõ ideo ſanctiores ſunt ceteris Iudæi, quia circumciduntur, hoc enim priores fecerunt Colchi, & Aegyptij.* Sed addẽdum eſt his verbis Origenis, quod tẽpore, quo apud Hebręos viguit circũciſio, nulla alia gentiũ Reſpublica vſa fuit circumciſione: ſiquidẽ, vt antiqui Patres docent, & præſertim S. Irineus contra hereſes, (Iren. lib. 4. c. 30.) Chryſoſtomus ſuper Geneſim, (Ioan. Chryſ. homil. 4.) & Ioãnes Damaſcenus, (Dam. lib. 4. fidei c. 26.) circũciſio fuit à Deo inſti-

inſtituta, vt Iſraelitę hoc ſigno ab alijs gentibus diſcernerentur, ſeu vt legitur apud Chryſoſtomũ, vt ab alijs nationibus ſequeſtrarentur. Quę verba ſatis indicant, circumciſionem ab alijs gẽtibus non vſurpatam.

Tertia quæſtio vt tractetur, duo ſupponenda ſunt. Primũ eſt, circumciſionẽ ante octauum diẽ fieri non licuiſſe per legẽ, vt conſtat ex Geneſi: *Gen. 17.* *Infans octauo die circumcidetur in vobis.* Alterum eſt, quod teſte Auguſtino Patres antiqui circumciſione vtebantur pro baptiſmate: *Circumciſionem* (ait ille) *Patres noſtri pro Baptiſmo habebant.* Nam vt S. Bernardus, Hugo Victorinus lib. 1. de ſacramẽtis, & Papa Innocẽtius Tertius affirmãt, per *Ber. ſerm. 2. Aſſumption. Hugo p. 12. c. 2. Inn. PP. cap. maiores.* circũciſionem olim peccatum originale remittebatur, quidquid ſit de modo, quo id cauſabat. His ita pręmiſſis, dubium eſt, ſi antequã octauus dies adeſſet, infanti mortis immineret periculũ, quonã remedio antiqui Patres ad ſpiritualẽ regenerationẽ vterentur. Communis Theologorũ ſententia reſpõdet, idem adhiberi ſolitum, quod in lege naturæ, videlicet parentum fidẽ de venturo Meſſia expreſſam, per aliquod ſacrificiũ, vel ſignũ, quod ſenſibus perciperetur. Quæ fides proteſtatio idem eis, quod circumciſio præſtabat, & non ſecus, ac ſi circumciſi fuiſſent, ſalui fiebãt. Quod ſi poſt factã huiuſmodi cærimoniam, qua venturi Meſſiæ fidẽ profitebantur, conualeſcere contingebat, circumcidi non excuſabantur, vt eo ſigno à gentibus diſtinguerentur. Quẽadmodum nunc in lege gratiæ, quãuis ſanctiſſima Virgo Chriſti Mater baptiſmatis non egebat, vt ſe peccato originali expiaret, quod nunquã contraxit; ratione tamen diuini præcepti baptiſmo indiguit, quoniam præceptũ de ſuſcipiendo baptiſmo fuerat omnibus impoſitũ, & per baptiſmum ianua patet ad reliqua ſacramenta, illoq; ſignati, tamquam charactere proprio fideles ſequeſtrantur ab infidelibus.

Quarta quæſtio percõtatur, quomodo, ſi præceptum circumciſionis erat indiſpẽſabile, Iſraelitę annorum quadraginta ſpatio deſerta peregrantes circumciſionẽ intermiſerunt? Rupertus *Rup. in com. in Ioſue.* reſpondet fuiſſe patrum inobedientiam, immo, quod plus eſt, S. Auguſtinus eidẽ adhæret: cõmu- *Aug. q. 6. ſuper Ioſue.* nis autẽ Patrum ſententia eſt, omiſſionem illã circũciſionis per annos quadraginta fuiſſe Dei diſpẽſatione permiſſam, idque Patres aiunt hoc niti fundamento, quoniã Iſraelitæ non erant eo tẽpore gentibus, aut alijs nationibus cõmiſti, & conſequenter nõ egebant ſigno, quo ab alijs diuiderentur. Huc etiam accedit, quoniã ſi ad iter agendum ſemper eſſe in procinctu debebãt, ituri ſtatim quocunq; illos præuia nubis lux duceret, grauiſſimum erat incõmodum, & impedimẽtum ad viam peragendam, ſi circumciderentur. Quã ſententiam Ioan. Damaſc. Theodor. & Nic. *Ioan. Dam. libr. 4. fidei cap. 26. Theod. sup. Ioſue. Nic. Lyra.* Lyra ſequuntur. Quibus rationibus, & auctoritatibus addere quoq; poſſumus, Moyſem tã graue peccatum annorum quadraginta ſpatio cõmiſſum nequaquam diſſimulaturum, ſi illa circumciſionis intermiſſio culpabilis fuiſſet.

Quinta quæſtio ſit, quæ ad Chriſti circũciſionẽ propius accedit, vbinã ille fuerit circũciſus? Cui dubio ſatisfaciẽs S. Epiphanius, ait Bethle- *Epi. hæreſ. 2.* hem, vbi fuerat natus, fuiſſe quoque circumciſum. Hilarius autem in templo id factũ eſſe con- *Hil. pſ. 118.* tendit. Mihi magis placet Epiphanij ſententia; parẽtes enim infantẽ non deferebant in tẽplum, vſque ad diẽ, quo mater purificabatur, neq; ipſa tẽplum ingredi poterat, donec purificationis tẽpus aduenitet. Mater autem Chriſti diligentiſſima fuit legis obſeruatrix, quæ cum circumciſioni interfuerit, vt Patres cõmuniter ſentiũt, euidenti colligimus conſequentia, non in tẽplo, ſed vt veriſimilius cenſet Epiphanius, in Bethlehem factam Chriſti circumciſionem.

Sexta quæſtio eſt, quis circumciderit Chriſtũ? Ad cuius dubij ſatisfactionẽ ſtatuo, vt notat A- *Abul. c. 5.* bulenſis ſuper Ioſue, circumciſionis miniſtrum non fuiſſe certum, ſicut infertur ex c. 4. Exodi, & ex c. 1. libri 1. Machab. vbi legimus à multis matribus proprios filios impune fuiſſe circumciſos. Et quamuis circumciſione exiſtenti in veteri lege præſtantiſſimo omnium ſacramento, videri poſſit, eius adminiſtrationem ad ſacerdotes pertinuiſſe; nullus tamen in ſacris litteris locus eſt, qui nos id cogat aſſerere; vnde non cõuenit, vt à nobis hęc neceſſitas certi miniſtri præcepto circumciſionis imponatur. Hieronymus in *Hier. tom. 4. Opt. Maxim.* paruulo quodã tractatu, & doctiſſimus Optatus Maximus Chriſtũ cenſet à Ioſepho circumciſũ: Bernardũ vero putaſſe, ſanctiſſimã Virginẽ hoc functam officio, contendunt nonnulli, eo quod dicat: *Virgo Chriſtum genuit, lactauit; & octaua die* *Ber. ſer. de Circumciſ.* *circumcidit.* Itaque ſicut olim Sephora nõ timuit filium ſuum circumcidere, quẽadmodum in Exo- *Exod. 4.* do narratur, vt præcepto Dei ſatisfaceret; ſic etiam Virgo ſacratiſſima multo minus exhorruit Filium ſuum circumcidere, quẽ etiam ſacrificare non dubitaſſet, ſi Deus ei tamquam olim Abrahamo, id præcepiſſet. Nec deſunt auctores, qui cenſeant à matribus maiori ex parte ſolitos circumcidi filios, quoniam cum natura piæ, & animo ſint teneriores, circumciſionẽ, quo blãdius, & ſuauius poterãt, adminiſtrabant, reſecãtes tantulam particulã, quantola ſatis eſſet ad ritus, & legis ſatisfactionem. Id autem non dubium eſt à Virgine præſtitum, quę Filij ſui illam particulam, tamquã ſacratiſſimi corporis Chriſti reliquias precioſiſſimas ſemper aſſeruauit.

Septima quæſtio, an Chriſtus reſurgens, ablatam ſibi in circumciſione præputij partem receperit? Sed vt vniuerſalior ſit hæc quæſtio, interrogo prius, numquid Chriſtus, quando reſurrexit, effuſum ſanguinem tam in circumciſione, quam in Cruce ita recuperauerit, & reſumpſerit, vt nec guttula vna in ſpinis, vel in ſudario, ſeu in alijs eius reliquijs remanſerit? S. Th. 3. p. q. 54. *S. Th. in reſponſione ad 3. argumen.* ar. 2. ait Chriſti ſanguinem, qui Mantuę, & alijs in locis oſtenditur, non eſſe ſanguinem verum, & naturalem, qui fuit in Chriſti corpore, ſed à Saluatoris ſanctiſſima quadam imagine cum miraculo fluxiſſe: quã ſentẽtiam S. Athan. vt refertur *Athan. ref. in 7. Synod. act. 4.* in ſeptima Synodo act. 4. pariter amplectitur. Quamobrem nonnulli Doctores his teſtimonijs

inni-

innitentes non admittunt aliquã nunc eſſe extra Chriſtum ſuæ carnis particulã, vel ſanguinis guttulam, vnde aiunt illum ſanguinem, qui apparet in eius ſpinis, & in ſudario, non eſſe verum ſanguinem, ſed relictum illic à ſanguine colorẽ. Attamen hoc vltimum bonæ Philoſophiæ conſentaneum non eſt: nã cum color accidens ſit, nõ poterat de vno in aliud migrare ſubiectũ; quare ſi illic ſanguinis color manſit, pariter etiã manſit ſubſtantia, quæ illius coloris erat ſubiectum. Duplici modo poſſumus huic difficultati ſatisfacere. Primus eſt, ſi ponamus ante oculos Papæ

Pij II. extrauag.

Pij II. extrauagãtem, quam ille anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimoprimo vulgauit, vbi cenſet non contradicere fidei veritati, qui dicit relictam à Chriſto in terris aliquam ſui ſanguinis partem ad ſuæ paſſionis memoriam excitandam, & reuerentiam fidelibus inferendam, ſicut à Silueſtro refertur: iuxta cuius doctrinæ

Silu. in Ref. aur. c. 10.

tenorem fatentur non pauci, nullum eſſe inconueniens, neque à veritate alienum, credere particulã, quæ in circumciſione ablata Chriſto fuit, nunc adhuc reperiri, quã S. Bonauentura in Baſilica Lateranenſi Romæ cuſtodiri ſcribit. Innocentius quoque III. in lib. de myſterijs Miſſæ refert hanc particulam ab Angelo fuiſſe delatam ad Carolum Magnum, quã ille Aquiſgrani in templo collocauit, quæ poſtea ſub Carolo Caluo inde Romam ad Lateranenſem Eccleſiam trãſlata fuit, & poſita ad Sanctaſanctorum, quę propter reliquiarum, quæ ibi ſunt, multitudinem, ita vocantur. In reuelationibus etiam S. Brigittæ legimus, Virginem Matrem reuelaſſe ſanctæ Brigittæ particulam illam, vſque ad mortem à ſe diligenter conſeruatam, & illam inſtante morte S. Ioanni Euangeliſtæ datam, quę in hunc vſque diem, traditione cõmuni id etiã perſuadente, in eo quem dixi, Lateranenſis Baſilicæ loco cuſtoditur. Nec aduerſatur huic traditioni veritas catholica, qua credimus Chriſtum reſurrexiſſe integrum, & omnibus partibus vndequaq; perfectum: ad id enim ſatis eſt reſurrexiſſe his partibus, quæ ad perfectionem, & integritatem ſui corporis pertinebant, inter quas annumerari non poteſt, propter minimam eius quantitatem, particula præputij, quæ ei in circumciſione fuit ablata; nec quæuis alia ſanguinis gutta, maxime ſi erat ex ſanguine nutriente. Hinc infero, ſanguinem, quem ex Chriſti vulneribus in Cruce pendentis manantem à Virgine ſanctiſſi-

S. Bon. in 4. diſtinct. 12. Innoc. Pap. lib. 4.

Niceph. c. 30

ma, & Ioanne vaſe collectum tradit Nicephorus, ab eodem Chriſto, à mortuis reſurgente fuiſſe reſumptum, tanquam partem ſanctiſſimæ humanitatis integralem, & notabilis quantitatis. Idem quoque dicendum de ſanguine, quem ſudauit orãs, ſuppoſito, quod ille ſudor fuerit vere ſanguineus, vt communis opinio Patrum cõtra Euthymium, & Theophylactum arbitratur. Ego tamen S. Thomæ doctrinam loco ſuperiori ſectatus, & S. Bonauenturę, & Theophylacto in Lucam aſſentiens, necnon ſententiam ab omnibus magis receptam amplexus, aio, ad perfectionẽ, & integritatem corporis Chriſti pertinuiſſe, ha-

Euthymus. Theophyl. S. Th. 3. p. q. 54. ar. 2. S. Bon. in 4. diſt. 12. Theophyl. in c. 2.

bere particulam illam inſtauratam, & integrã cum omni perfectione, qua illam Spiritus ſanctus à principio formauerat: Hoc enim verba S. Thomæ ſignificant loco citato, vbi loquens de partibus integralibus corporis Chriſti, inquit: *Omnia iſta fuere in corpore Chriſti reſurgẽtis abſq; omni diminutione.* Conſpicuum autem eſt, ſi Chriſto deeſſet illa particula, aliquã in eo nunc eſſe corporis diminutionẽ. Præterea ſi loquens Chriſtus de prædeſtinatis dixit: *Capillus de capite veſtro non peribit*, quod cum illis forent à mortuis auulſa, dubium mihi non eſt, Chriſtum cum integritate ablatæ ſibi particulæ reſurrexiſſe.

Luc. 21.

Nec propterea falſam S. Brigittæ reuelationem iudicare, vel Romanam traditionem debemus habere ſuſpectam, qua docetur, & communiter creditur, in Eccleſia Lateranenſi aſſeruari, id enim duobus modis tueri poſſumus. Primus deſumitur ex ſupplemento Gabrielis in 4. vbi ait peculiari miraculo illam præputij particulam in corpore Chriſti eſſe nunc animatam, & in Eccleſia Lateranenſi anima, & vita carentem. Secundus modus, & planior hanc ſententiam defendendi ſumit pro fundamento doctrinã S. Auguſtini in Enchiridio, & in lib. 22. de Ciuit. Dei; quod etiam tenet Anſelmus ſuper Epiſtolam ad Epheſios. Ait ergo Auguſtinus, ad veritatem reſurrectionis eiuſdem corporis non eſſe neceſſarium, vt omnes eius partes habeant eandem, quam antea, materiam, ſiquidem variatio huius vel alterius particulæ corpus, & eius præcipuas partes, quoad ſubſtantiã, non variat, aut mutat. Hac igitur fundatus doctrina, illam in Chriſto particulam dico fuiſſe integre reſtitutam, non quidem eandem numero, quæ ei fuit in circumciſione abſciſſa, quãdoquidem in Eccleſia Lateranenſi, (vt dixi) cuſtoditur, ſed aliam, quæ illius defectum ſuppleat; ſicut etiam neceſſario faciendũ erat aliquod ſupplementum, quamuis eadẽmet, quæ illi ablata erat, reſtitueretur. Nam cum habere nõ poſſet eadem particula totã illam quantitatem, quam nutritione, & augmento poſtea recepiſſet, ſi Chriſto non fuiſſet ablata, neceſſario totus ille defectus per aliam materiam ſupplendus erat.

Gabr. diſt. 44 q. 1.

Aug. Ench. cap. 59. Aug. de Ciu. Dei lib. 22. cap. 14. Anſ. in c. 4. Ep. ad Eph.

Octaua quæſtio, vtrum culter, quo Chriſtus fuit circumciſus, ferreus eſſet, aut lapideus. Sanctus Thomas, & Hugo Victorinus, & S. Iuſtinus Martyr aiunt non fuiſſe præceptum, vt cultro lapideo fieret circumciſio, ſed incœpiſſe, quando Deus poſt annos quadraginta in deſertis conſumptos præcepit Ioſue, vt omnes lapideo cultro circumciderentur. ſic enim legimus Deum ei dixiſſe: *Fac tibi cultros lapideos, & circumcide filios Iſrael.* Hinc patet fuiſſe penes Virginis Matris arbitrium, Chriſtum Filium ſuum circumcidere cultro lapideo, vel ferreo; quem autem illa elegerit, videtur incertum. Bernardus ſẽtit Chriſtum lapideo cultro fuiſſe circumciſum: *Non repulit Chriſtus cultrum lapideum.* Auguſtinus etiã ſimiliter in lib. de gratia ait: *Petra erat Chriſtus, vnde circumciſionis cultellus petrinus fuit.* Quod etiam Beda, Aymon, & Magiſter ſententiarum con-

Th. 3. p. q. 37. ar. 2. Hugo lib. 1. de Sacram. p. 12. c. 2. Iuſt. in dialog. contra Tryphonem

Ioſue c. 5.

Ber. serm. 1. de circumc. Aug. lib. 1. c. 3. Beda. Aymon. Mag. lib. 4. diſt. 1.

DE SANCTISSIMI

NOMINIS IESV EXCELLENTIA, ET ARCANIS IN EO RECONDITIS.

LIBER QVINTVS.

Homilia Prima.

Quas ob cauſas Chriſtus Dominus, inter alia multa nomina, quæ poterat accipere, nomen IESV elegerit, pulchre diſſeritur.

DIVINÆ munificentiæ, & liberalitatis ea conditio eſt, vt in diſtributione bonorum, ſibi honorem, & gloriam, hominibus autem (*Quoniam bonorum noſtrorum non eget*) Pſal. 15. procuret ſemper vtilitatem. Hinc eſt, quod Chriſto naſcente, Angelus à Deo miſſus, paſtoribus annunciaturus bona, quæ Chriſti natalis dies ſecum afferebat, gloriam Deo, & hominibus pacem attribuit, dicens: Luc. 2. *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Ad eundem reſpexiſſe ſcopum videtur mihi diuina ſapientia, Redemptori noſtro hodierna die nomen imponens IESV, vt inde futura Deo gloria, & humano generi vtilitas ſignificaretur. Ad hæc enim duo cuncta Dei opera referuntur, & in his tamquam cardinibus præſentis homiliæ ſermo vertetur. Primum nemini obſcurum apud eos, qui bene ſentiunt, crediderim, pluris ſemper fuiſſe habita nomina, quæ proprio marte, ac bene agendo parantur, quam quæ à parentibus accipiuntur. Hæc enim iure ſanguinis ad nos perueniunt, illa proprio robore, & virtute quæruntur. Gen. 32. Vnde cernimus Patriarcham Iacob, poſtquam fuerat cum Angelo fortiter luctatus, accepiſſe nomen Iſrael, quoniam Angelo non ſuccubuerat. Act. 13. Apoſtolorum princeps Paulus nomine Sauli relicto, Paulus appellatus fuit, quod Sergium Paulum ad fidem conuertiſſet. Matt. 4. Caput Eccleſiæ Simon Petrus, relicto nomine Simonis, quo prius vocabatur, Petri nomen à Chriſto impoſitum accepit, propter firmitatem fidei, qua inter alios Apoſtolos excelluit. Nec ſolum in ſacris, ſed in profanis quoque litteris huius rei inueniuntur exempla. Scipio enim, quod Africam ſubiugaſſet, Africanus, & Iuſtinianus debellata Germania, meruit nuncupari Germanicus. Reliqua Dei nomina Heloim, Adonai, & ineffabile Iehoua, à diuina natura habent originem, & Chriſto ab ipſa origine, ſtirpe diuinitatis conueniunt, cum ſit *Deus de Deo, & lumen de lumine*: Sym. Nic. at præclariſſimum IESV nomen proprio merito, & virtute quæſiuit, ob idque ceterorum immemor hoc potiſſimum gaudet appellari. Hanc arbitror eſſe cauſam, cur, etſi reliqua nomina reliquerit, hoc numquam dimiſerit, quin Cruce pendens, illud tamquam ignominiæ ſuæ gloriam dolorumque ſolatium retinuerit. Potuit hoſtium ſuorum immane odium veſtibus eum ſpoliare, potuit Iudæorum malitia obſcurare honorem, potuit crudelitas ſanguinem exhaurire, ac tandem mortem inferre acerbiſſimam; nomen autem IESV, quod vocatum fuerat ab Angelo, antequam in vtero conciperetur, eripere, aut delere non potuit. Quod ſi aliquis percontetur, quam ob cauſam voluerit Redemptor in tanta omnium deſertione, & ſolitudine retinere nomen IESV, id eſt Saluatoris: reſpondeo tantam huius nominis gloriam eſſe, & ſplendorem tantum, vt eo ſolo quæuis Chriſti opprobria, & dedecora amouerentur, immo & honeſtarentur. Id ita eſſe conſtabit contemplantibus, quanti Chriſtianorum appellationem ſancti Martyres fecerint. Gregorius Nazianzenus in funere Baſilij, eum laudans, inquit: *Alijs alia cognomenta ſint vel* Greg. Naz. in orat. fun. *à parentibus accepta, vel proprijs ſtudiis comparata: nobis, hoc eſt Baſilio, & mihi, magna res, magnumque nomen erat Chriſtianos & eſſe, & nominari*. Idemque Gregorius in funebri ſui fratris Cæſarei oratione ait: *Cum multa, & magna ſuppeterent ei ad dignitatem, tamen hoc primum erat, quod Chriſtianus eſſet, & nominaretur, cum omnia cum hoc vno collata ludus, & nugæ quædam ipſi eſſent*. Euſebius Cæſarienſis Euſ. Cæſ. lib. 5. c. 1. in hiſtoria Eccleſiaſtica refert illuſtrem quendã

Martyrem adeo Chriſtiani nomine gloriatum, vt cum interrogaretur varijs etiam coactus tormentis, quo nomine vocaretur, ex cujus origine gentis, patriæ, & parentum eſſet, ac tandem liber ne an ſeruus? omnibus his interrogationibus, hanc vnam vocem ſæpe repetens, ſatiſfecerit: *Chriſtianus ſum*. De inclyto, & maximo Chriſti milite Sebaſtiano tradunt hiſtoriarum monumenta, vt iniurias, & ignominias, quibus in fidei Chriſtianæ ludibrium afficiebatur, monſtraret ſibi eſſe glorioſas, capiti, vel ve alij putant, pectori, tamquam precioſam gemmam hanc affixiſſe inſcriptionem: *Quia Chriſtianus ſum*: quaſi diceret, ſi cauſa meæ perſecutionis ita honeſta eſt, non poteſt non, quidquid patior, eſſe mihi honeſtiſſimum. Quamobrem omnis cuſtodia mihi eſt, quaſi aula regia; tetra loca carcerum, quaſi ditioſi Regum thalami; vincula, & ferreæ catenæ aurea ſunt mihi, & gemmis fulgentia ornamenta. Si ergo Chriſtiani nomen tanto cumulabat honore Sebaſtiani contumelias, & opprobria decorabat, perſpicuum vtique eſt, nomine Ieſu Crucis vertici appoſito omnes eius iniurias, & dedecora multo præſtantius illuſtrari, & honeſtari. Solent ciuilium officiorum, & magiſtratuum nomina, qualia ſunt Prętorum, Aedilium, Proregum, quando ab officio amouentur, pariter & ipſa deponi: at Ieſu, id eſt Saluatoris, etſi officij nomen eſſe concedamus, non tamen poſt

Ioan. 19. redemptionis opus, dicente ipſo: *Conſummatum eſt*, ab eo depoſitum, aut relictum videmus. Hinc quando Paulum equo deiecit in terram, vt ad tertium vſque cælum poſtea illum tolleret, cum humi ab eo qui ſe proſtrauerat, percon-

Act. 9. taretur: *Quis es Domine?* non reſpondit (vt alia

Exod. 3. Apoc. 1. Iſai. 9. eius nomina modo ſileam) *Ego ſum, qui ſum: Ego ſum Alpha, & Omega; Magni conſilij Angelus, Princeps pacis, Pater futuri ſaculi*, quibus titulis Propheta Iſaias cælitus edoctus illum honorauerat; ſed relictis his omnibus, tam amplis, &

Act. 9. honorificis cognomentis, inquit: *Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris*. Cauſa vero, ob quam Chriſtus antiquiſſimis, & glorioſis admodum alijs Dei titulis relictis, quibus poterat nominari, Ieſu nomen prætulerit, ea certe eſt, quam in principio propoſui, videlicet generoſi animi eſſe proprium pluris æſtimare, quod propria fortitudine, quam quod iure hereditario parauit. Vnde ſapienter Ouidius:

Ouidius.

Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco.

Plutarc. de Agathocle. Propterea magnus ille Dux Agathocles, qui, vt ſcribit Plutarchus, ex figulo factus fuit Imperator, illam generis humilitatem alijs celare conantibus, tantum ipſe ab ea vanitate aberat, vt inter argentea, & aurea vaſa, quæ in abaco Imperatoris diſponi ſolebant, terrea quoque locari iuberet, ſignificare volens ſe non maiorum meritis, ſed ſua virtute, & ſolertia ad tantum Imperij conſcendiſſe faſtigium. Quare etiam ratione ductos cernimus milites, ac Duces inſignes, qui de ſignis hoſti ereptis, de verſis in fugam copijs, de ſuperato vallo, & facta feliciter, ac fortiter impreſſione, alijſque à ſe geſtis in bello præclaris facinoribus libentius, & ſæpius, quam de maiorum ſtemmatibus, & imaginibus gloriari conſueuerunt. Ita Dominus noſter Chriſtus glorioſiſſimum Ieſu nomen multo pluris ducit, quam reliqua omnia quantumuis illuſtria, & glorioſa. Vnde non ſolum dum in terris fuit, ſed iam ſedens ad Patris dextram, hoc vno nomine vocari gloriatur. Reliquos enim titulos iure diuinitatis accepit, hunc, quo humani generis Saluator appellatur, & eſt, cum immaniſſimo hoſte congrediens, et eo deuicto, pro nobis tandē moriens comparauit. Quare multo verius de Chriſto, quam de Machabæo Eleazaro dici illa

verba poſſunt: *Dedit ſe, vt liberaret populum ſuum,* 1. Mach. 6.
& acquireret ſibi nomen æternum. Voluit quoque hoc ipſum nomen capiti ſuo, dum Cruce pendebat, imponi, non ſolum, vt illud tamquam à Rege Regum, et Patre ſuo æterno ſibi miſſum, velut Regum miniſtri ſolent regia mandata, veneraretur, ſed vt etiam, quod lege veteri cautum erat, obſeruaret. Iubebat enim Dei lex, vt quando ſummus ſacerdos offerre deberet ſacrificium, pontificalibus indutus ornamentis caput tegeret tiara, ex qua penderet ineffabile Dei nomen aureæ laminæ inciſum: propterea

Chriſtus, qui *Sacerdos in æternum eſt ſecun-* Pſ. 9.
dum ordinem Melchiſedech, quando pontificalibus innocentiæ ſuæ candidis veſtibus tectus, purpureo ſui ſanguinis colore fulgidus, coronamque ſpineam pro tiara geſtans, venit ad

Caluariæ montem, vt *Agni ab origine mundi oc-* Apoc. 13.
ciſi, promiſſam hoſtiam Patri offerret, voluit pro maiori excellentia, et auctoritate deferre honorificentiſſimum nomen Ieſu, vt quod per Spiritum ſanctum fuerat prædictum, impleretur: *Et magnificentia illius in diademate capitis illius*. Nec deeſt, qui dicat, quamuis deſiderarē firmius aliquod fundamentum, Chriſtum Dominum noſtrum, ſicut in manibus, pedibus, et latere vulnerum ſuorum nunc habet cicatrices, ita etiam fronti habere inſcriptum ſanctiſſimū hoc nomen, tanquam ſuæ victoriæ triumphum.

Cui opinioni fauet Vincentius in Speculo, refe- Vin. 4. par. lib. 32.
rens, Cadmundo, qui poſtea fuit Archiepiſcopus Cantuarienſis, apparuiſſe Chriſtum infantulum cum hac aurea in fronte inſcriptione. *Ieſus Nazarenus*, et Cadmundo dixiſſe: *Hoc nomen erit decus tuum, & memoriale*. Aliam cau-

ſam ſuo ingenio dignam tradit Euſebius, in- Euſebius. Matth. 27. Ioan. 19.
quiens de Pilato: *Poſuit cauſam ipſius ſcriptam, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. Qua

de re loquens Euthymius, ait Pilatum partim Euthymius.
attigiſſe veritatis ſcopum, et partim deflexiſſe, quando titulum illum in Cruce poni iuſſit: nam deceptus fuit (ait ille) mortis cauſam aſſignans, quod Rex eſſet Iudæorum, quippe ille nec habuit in mundo temporale regnum,

nec regium apparatum, ſicut ipſe dixit: Ioan. 18.

Re-

Regnum meum non eſt de hoc mundo. At vere
dixit, cauſam mortis inſinuans, quod eſſet IE-
SVS, id eſt Saluator, Nam quoniam erat I E-
S V S, Cruce pendebat, non præcipue, quod cla-
uis teneretur; quoniam IESVS erat, ſanguinem
fundebat, non præcipue quod vulneribus lęderε-
tur; quoniam IESVS, erat, latroni pepercit, non
præcipuè, quod ab eo Rex acclamaretur.

Sit altera ratio, nec minus præcipua, in
eam curam, & ſtudium omnes fere excubare
mortales, vt nomen ſuum ab omni poſteritatis
obliuione vindicetur. Vnde Romani ducti cupi-
ditate immortalitatis, erexerunt triumphales
arcus, pyramides, obeliſcos, ampla palatia,
& alia multa monumenta, quæ tamen iniu-
Ouidius. ria temporis (de quo Poeta vere dixit: *Tem-
pus edax rerum, tuq. inuidioſa vetuſtas*) tandem
corruerunt, extinctis fere iam pariter auctorum
nominibus, & impleto, quod Eccleſiaſticus di-
Eccl. 42. xit: *Nomen ipſorum peribit*. Malorum enim
nomina etſi ſtatuis inciſa marmoreis, & altis
inſculpta ædificijs fuerint, delebit Omnipotens,
Pſ. 9. vnde merito de illis ait Dauid: *Perijt memoria
eorum cum ſonitu*. At nomen ſanctum I E S V
vult Deus eſſe perpetuum, & æternum, ideo-
que pyramidi, & columnæ Crucis imponi vo-
Ioan. 19. luit titulum: *I E S V S Nazarenus*. Quod ita
feliciter factum eſt, vt huius tituli, & nominis
gloriam, nec longa temporum ſeries obruerit,
nec obliuio depreſſerit, vel inimicorum ſuorum
infeſtus animus de illo triumphauerit; immo
reluctantibus ipſis per omnia ætatum, & ſæcu-
lorum tempora manebit glorioſum, & cælo, &
terræ, atque inferno venerandum, vt dixit Pau-
Philip. 2. lus: *In nomine I E S V omne genu flectatur, cæle-
ſtium, terreſtrium, & infernorum*. Procumbant
in genua Seraphim, hoc nomen audientes, pro-
ſternantur homines ad tanti nominis prolatio-
nem, Reges ſceptra, Imperatores diademata,
Pontifices ſubmittant tiaras: quin & obſcuræ
regionis infelices habitatores, tartareique ſpi-
ritus, audito IESV nomine tremant, horreant,
& confundantur.

Secundus ſcopus, ſeu finis, quem in princi-
pio dixi Deum reſpexiſſe in impoſitione nomi-
nis IESV, noſtrum commodum, & vtilitas eſt;
hâc vero maximam ex hoc nomine ad nos per-
ueniſſe, non minus, quam primum conſtat. Nam
vt vno verbo dicam, ſacratiſſimum hoc nomen
omnis noſtræ inopiæ vnicum remedium, & the-
ſaurus eſt. Si enim IESVS idem eſt, quod ſalus,
& hæc eſt omnium bonorum aggregatio, quo-
niam inde bonus color corporis prouenit, ſan-
guis augetur pariter, & temperatur, ne ſuper-
fluat, aut deficiat, humores moderatur, & æqua
portione diſponit, ne bilis præualeat flegmati,
aut flegma bilem ſuperet, & alia ſimilia præ-
ſtat, vt Hippocrates, & Galenus docuerunt: iure
optimo à tanta nominis virtute omnia bona,
vitamque ipſam ſperare poterimus. Propterea
Ambroſ. namque dixit Ambroſius de nomine IESV lo-
quens: *Si mortem times, vita eſt: ſi in cælum ten-
dis, via eſt; ſi febribus æſtuas, ſalus eſt; ſi alimento
indiges cibus eſt; ſi ſitis, aqua eſt; ſi labore opprime-
ris, requies eſt; ſi in certamine verſaris, corona eſt*.
Dicere tãdem poſſumus illud Iſaiæ, de hoc ipſo
nomine, cum Deo ita loquentis: *Nomen tuum* Iſai. 26.
memoriale tuum in deſiderio animæ meæ. Quæ ver
ba placet explicare, deſumpto à Pharmacopolis
exemplo; hi enim ſolent ſua vaſa inſcribere:
Aqua roſea, Sirupium violarum &c. Quem mo-
rem Librarij quoque, ſeu Bibliopolæ ſequuntur,
libris nomina auctorum, & res, de quibus tra-
ctant, ita ſuperſcribentes. Chryſoſtomus ſuper
Matthæum. Ambroſ. ſuper Luc. Hieronym. ſup.
Proph. &c. Chriſtum ergo nomine notari quid
aliud eſt, quam inſcribi quaſi titulo, vt eo bre-
uiter inſinuentur omnia bonorum genera, quæ
pro remedio humanæ ægritudinis, ignorantiæ,
& paupertatis nobis per ipſum promittuntur,
& exhibentur. Nomen IESVS epigraphe eſt,
ſeu titulus aquæ roſeæ, qua concupiſcentiæ ar-
dor refrigeſcat; titulus eſt Rhabarbari, aduer-
ſus bilem, et vindictæ cupiditatem; titulus eſt
Theriacæ, qua peccati venenum expellitur. Cer
nimus impletum in hoc nomine multo quidem
melius, quam in Tobia, quod de illo parentes
eius dixerunt: *In te vno omnia habentes non de* Tobia 10.
buimus dimittere te. Ne igitur et nos tam ſalu-
tiferum nomen dimittamus, cum ab eo ſola no
ſtra ſalus, et vita pendeat, et omnia in ipſo, et
per ipſum habeamus. Eſt præterea nomen Chri
ſti titulus materiarum, quas Chriſtus in cathe-
dra ſuæ Crucis prælegit: ibi enim docuit chari-
tatem, ibi patientiam, ibi miſericordiam, ibi
obedientiam, et reliquas virtutes.

Hæc ſunt, quæ ſanctiſſimo Chriſti IESV nomi
ne ſignificantur; nunc reliquum eſt, quid Chri-
ſtiani appellatione notetur, declaremus, ne quis
excuſetur ignoratione rerum, quas Chriſtianus
exiſtens obſeruare debet. Si mihi nunc defi-
niendus eſſet verus Chriſtianus, dicerem eſſe vi-
uam Dei legem, Angelum carne indutum, for-
matum diuinitus Stoicum animi affectionibus
carentem; ſed cum prius ab Auguſtino optime
fuerit definitus, eius placet apponere definitio-
nem. Chriſtianus eſt (inquit ille) qui omni-
bus miſericordiam facit, qui nulla omnino mo-
uetur iniuria, qui terrena contemnit, vt poſſit
habere cæleſtia. Hæc ſunt quæ Chriſtiani no-
men pollicetur, quibus nos teneri, et ſatisfa-
cere tam ſancta iubet appellatio. Interrogo
igitur te ò Chriſtiane, hiſne obligationibus
ſatisfacias, ſicut Chriſtus ſui nominis officio
ſatisfecit? Crediderim nullius rei te magis,
quam huius immemorem, ſiquidem opera tua
te magis indicãt Paganum, quam Chriſtianum.
Conuenienter huic propoſito inquit S. Chryſo-
ſtomus: *Dic mihi vnde potero comprehendere te* S. Chryſ.
*Chriſtianum eſſe? à loco, à veſte, à ſermone, à cibo,
à negotijs?* A loco non certe, quandoquidem
Chriſtiani locus eſt Dei domus; tua autem ha-
bitatio frequentiſſima ludus, et platea eſt:
non à veſte, cum indumenta tua profana ſint,
neque alia induas, quam ſerica, et auro con-
texta, tanto paranda ſumptu, vt nec Satra-

Lib. v. A 2 pa

pa (vt Terentius dixit) ferre ſumptum poſſit: non à ſermone, ſiquidem perpetuo gaudes periurio, & detractione, & adulatione paſceris. Non à cibo te Chriſtianum eſſe cognoſco, cum in menſa propter ingluuiem, & intemperiem magis Epicuri, quam Chriſti videatis eſſe diſcipulus. Vnde igitur te coniiciam eſſe Chriſtianum? à negotijs ne? minime; quæ enim geris, & tractas plena ſunt dolis, plena fraudibus, & iniurijs, quibus proximum tuum circumuenire ſoles, honori eius, vel diuitijs inſidians. Merito ergo interrogat Chryſoſtomus, vnde potero deprehendere te Chriſtianũ eſſe? Ego enim non video cur nomineris Chriſtianus, cum tam ſancto nomini peſſima tua opera penitus aduerſentur. Quamobrem quid tibi dicam, niſi verba illa, quibus ſanctus Ioannes quendam

Apoc. 3. Epiſcopum allocutus eſt: *Nomen habet, quod viuas, & mortuus es.* Quaſi diceret, nomen quidem Chriſtiani, ſed vita Pagani eſt. Videmus nonnullos appellari Duces, etſi nũquam hoſtem deuicerint, immo vix gladium lateri appoſuerint, & doctores etiam, ac Licentiatos, quos non promouit ad illam dignitatem parta in ſcholis doctrina, ſed indulgentia Comitis Palatini: ſic etiam cernimus non paucos Chriſtianos, qui hac tam honorifica appellatione, ſine aliquo eorum merito nominantur, cum procul abſint ab eo vitæ genere, quod Chriſtiani ſancta nuncupatio pollicetur. His dicere poterimus, quod quidam Dux ignauiſſimo militi nomine Alexandro dixit: *Vel nomen muta, vel te gere, vt Alexander.* Erubeſce igitur dici Chriſtianus, ſi moribus Paganum exprimis, ne quæſo, tam inclytum nomen tuæ vitæ fœditate deturpes. Venit mihi in mentem à Platone in Cratillo dictũ:

Plat. in Cratillo. *Cum ex bono pioque viro impius generatur, genitus non genitoris nomen ſortiri debet.* Ergo qui Chriſtum non imitatur, ab altitudine mentis, quæ tali parente natis cõuenit, turpiter degenerans, indignus profecto eſt nomine, quod à Chriſto ſuſcepit, & à tanta dignitate, & honorifica appellatione deponi meretur. Si vis autem boni Chriſtiani noſſe conditiones, & mores, & illis imbui, audi D. Chryſoſt. in hæc verba loquentẽ:

D. Chryſoſt. in c. 8. Matt hom. 10. in principio. *Qui vult eſſe Chriſtianus verus, non ſolum non occidat, ſed nec iraſcatur; non ſolum periuret, ſed nec iuret, non ſolum non fornicetur, ſed nec vſque ad oculum concupiſcat; non ſolum non percutiat, ſed nec percuſſus repercutiat, non ſolum aliena non tollat, ſed etiam cogenti dimittat; non ſolum amicos ſincere diligat, ſed etiam inimicos:* ac tandem ſubdit, *petat, quærat, pulſet, & accipiet, attendat autem à falſis prophetis.*

Homilia Secunda.

Quantum maieſtas, & altitudo Dei ſe demiſerit, nomen accipiens, & quantum impoſitione illius Pater eum extulerit.

SVBLIMI non caret conſilio, temporum curſum, & ordinẽ à Domino ita eſſe diſpoſitum, vt myſterium circumciſionis, & impoſitio ſuauiſſimi nominis IESV celebrentur in ipſo anni ingreſſu, quo tempore pariter annus terminatur, & incipit. Nam quemadmodum ſolaris annus circulum peragit menſium, dierum, & horarum reuolutione, ita etiam annus Eccleſiaſticus curſum conficit, & dierum feſtorum, ſacrarumque ſolemnitatum tempora ducit, ac reducit. Quemadmodum enim pulchro anulo excellentis, & eximiæ cælaturæ ſmaragdus, vel diamas inſeritur, qui ſit tamquam principium, & finis illius; ſic in anulo myſtico anni Eccleſiaſtici ponitur, tamquam fulgentiſſimus chryſolitus caro Chriſti, ſanguine circumciſionis rubricata, & huic precioſo lapidi, qui eſt Chriſtus, inſculpitur nomen IESV, cuius nominis inſcriptio ſola quodam compendio reliqua omnia myſteria, quæ in hoc anulo latent, continet, & inſinuat. IESVS enim idem eſt, quod Saluator, quod nomen ſolum ſatis ſuperque eſt ad omnia noſtræ ſalutis indicanda ſacramenta, quorum nobis in eo ſumma proponitur ad annum inchoandum, ſicut rubrica in iure ciuili, & canonico, quæ breuiter docet, quidquid textus comprehendit. Nam in ipſa nominis IESV acceptione ſita eſt mirabilis illa coniunctio magnitudinis, & paruitatis, qua Deus hominem induens ſe demiſit pariter & extulit; ſe circumſcripſit, & ampliauit, & multo magis ſe oſtendit glorioſum. Incipiens ergo ab eius humilitate, & deiectione, quæ via certior eſt, ad maieſtatem eius, & excellentiam, & magnitudinem in hoc nomine latentem explicandam, affirmo in primis Dei, nomen accipientis, humilitatem fuiſſe quam maximam: nam vt ſanctus docet Bernardus, Gregorius Nazianzenus, & alij viri ſanctitate præſtantes, qui hac in re Dionyſium de diuinis nominib' ſequuntur, inter excelſa Dei, & magna opera cõnumeratur, quod nõ habeat nomẽ, quo poſſit appellari. Excellentia hæc multum certe diffe-

Bas. contra Eunomium. Greg. Naz. 2. orat. Theolog. Dion. de d. n.

Digitized by Google

differens ad ea, quæ placet mortalibus, quorum gloria tunc iudicatur eſſe magna, cum eorum nomen in ore omnium verſatur; gloria autem Dei tam magna eſt, & excellens, vt nomen proprium habere nequeat, quod à creaturis vſurpetur. Nam iuxta doctrinam Philoſophi, quam late tradit ſanctus Thomas 1. part. quæſt. 13. ea res proprio nomine vocatur, de qua fieri poteſt mentis propria conceptio; vnde quod nequit vndequaque intelligi, multo minus poterit nominari. Si ergo fieri non poteſt, vt intellectus creatus vndequaque Dei aſſequatur cognitionē, nec poterit nomen proprium Deo, ſicuti ipſe in ſe eſt, à creaturis inueniri, aut aſſignari. Hinc eſt quod Platonici, Iamblicus, & Apuleius eidem Platoni in dialogo, quem de nominibus compoſuit, adhærentes, & lumine rationis ducti, fatentur hanc in Deo excellentiam, vt cum comprehendi non poſſit, ſit pariter ineffabilis, & vt ita dicam, innominabilis. Auctor etiam libri cauſarum de hac Dei magnitudine ita breuiter vere tamen ſcripſit: *Prima cauſa eſt ſupra omne, quod de ipſa nominatur.* Quaſi diceret, humanæ mentis, immo & Angelicæ captum non ſatis eſſe, ad nominandum, vel intelligendum, quid ſit ille, à quo cuncta procedunt. Nec inepte, qui nomina rebus, ſicut corporibus veſtimenta debere aptari dixit: quod vt fiat, neceſſe eſt, vt corporis latitudinem, & longitudinem ſartor metiatur, & comprehendat, & iuxta illius modulum conficiat amictum: Deus autem cum ſit immenſus, menſuræ capax non eſt, atque ideo nequaquam poterit ei conueniens & adæquatum nomen reperiri. Hebræi dicebant nomen Tetragrammaton, ſiue quatuor litterarum ſignificare Dei eſſentiam: verum enim vero, etſi quatuor millium litterarum illud nomen eſſet, naturam Dei complecti, & capere nequiret, ac propterea minime poteſt, vt ipſe in ſe eſt, nominari. Huius rei cauſa eſt, quoniam quidquid de Deo loquimur, conforme eſt cognitioni, quam de illo habemus: Deus autem longe altior, & excellentior eſt cognitione, quam de ipſo noſter aſſequitur intellectus, vt egregie annotauit his verbis D. Th. 1. p. q. 13. art. 11. *Intellectus noſter non poteſt ipſam Dei eſſentiam cognoſcere in ſtatu viæ, ſecundum quod in ſe eſt, ſed quemcumque modum determinet, circa id, quod de Deo intelligit, deficit à modo quo Deus in ſe eſt*: ideo nullum ei proprium, & verum nomen poteſt à nobis aptari. Hinc Plato inquit: *Maieſtas eius nec mente comprehendi, nec lingua exprimi, nec ab hominibus nominari poteſt, vnde vt nomen ſibi imponat, neceſſe eſt.* Immenſitatis enim diuinæ capax nomen creatum non eſt, quoniam nomen eſt quaſi rei definitio, qua quid ſit res, vna voce declaratur: voce autem vna, aut verbo vno exprimere, quid ſit Deus, non alterius, quam ipſius Dei eſt, qui ſcit & poteſt, immo opus habet, ſi velit dicere totum illud, quod ipſe eſt, verbum formare, & magnitudine, & potentia ſibi compar, aliter enim non æquabitur nomen ſignificato. Quare

S. Tho. 1 p. q. 13.

Iamblicus. Apuleius. Plat. in Cratilo.

Auctor lib. de cauſis propoſitione 21.

D. Th. 1. p. q. 13. a. 11.

Plato in dialog. Theag.

cum tale Verbum ſit Deus: *In principio erat*, & vt ait Ioannes: *manet apud Deum*, ob eamque cauſam ſolus Pater, & Spiritus illud comprehendunt; homines vero nec audiunt, nec ſolo lumine naturæ percipere valent, quippe quod magis reconditum ſit, quam ipſemet Deus. Nam lumine naturæ de Dei natura, & magnitudine aliquid attingimus; at de huius Verbi perſona ſcintilla nulla in tāta caligine prælucebat, atque ideo natura Dei nobis quidem erat obſcura; Verbum autem, quod illam declarare poterat, multo erat obſcurius. Sed poſtquam vt inquit Ioannes: *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*, Deum habemus manifeſtum: illum enim videre, & tangere poſſumus, quoniam ita ſe demiſit, vt non ſolum intellectu, ſed etiam ſenſu (cuius exigua vis eſt) facile percipiatur. Eum enim iam videt oculus, audiunt aures, manus tangunt, & palpant, ita vt quemadmodum Deus factus eſt Verbum abbreniatum, naturam ſuſcipiens humanam, ita quoque hominum verbo capiatur, & circumſcribatur; & ſicut corpus habens oculis cernitur, ſic etiam nomen habet proprium, & ita dulce, vt ſola eius pronunciatio animam, & os proferentis incredibili ſuauitate, & dulcedine perfundat. Propterea namque Deus factus eſt homo, & nomen accepit, vt viſum, guſtum, & auditum tibi reficiat, & delectet, idque ſuo tanto ſumptu, vt ſuppoſito Patris decreto neceſſe fuerit, contrahi, & coerceri magnitudinem eius infinitam.

Ex hac prima Dei humilitate naſcitur ſecunda, videlicet ſubiectum eſſe his miſerijs, & egeſtatibus, quæ neceſſario naturam comitantur humanam, vnde factum eſt, vt quemadmodum infantulus faſcijs, & pannis, quibus calefieret, & lacte quo nutriretur, ita etiam nomine, quo ab alijs hominibus diſtingueretur, indiguerit, quo certe non eguiſſet, ſi purus manſiſſet Deus: nomen enim eſt, quaſi notamen, quo tamquam ſigno priuatæ cuiuſque rei natura, & perfectio declarantur. Aer alterius qualitatis eſt, quam ignis, & ignis alterius, quam terra, & alia indiuidua conditio Ioanni, alia Petro eſt: quorum omnium vt diſtinguantur naturæ, & perfectiones, nominum diuerſitate opus eſt. Deus autem non res vna particularis, & finita, ſed eſt natura infinita, omne eſſe complectens, perfectio immenſa, omnibus accumulata perfectionibus, ideo nomine non eget, quo eius perfectio ab alijs perfectionibus diſtinguatur: nam quidquid boni, & perfecti in rebus eſt, in ipſo excellenter, & eminenter prælucet. Hinc Lactantius de diuinis inſtitutionibus refert mirabilem ſententiam Triſmegiſti, dicentis: *Deo nomen non eſt, nec opus eſt proprio vocabulo, niſi cum diſcrimen poſtulat multitudo, vt vnumquamque perſonam ſua nota, & appellatione deſignes.* Nomen enim proprium, vt iam dixi, nota eſt, ſiue character, quo huius, & illius perfectio diſtinguuntur. Hinc Deus interrogatus, quod ſibi nomen eſſet, reſpondit: *Ego ſum, qui ſum.*

Ioan. 1.

Ibidem.

Lact. lib. 1 c. 6.

Exod. 3.

Io. Damaſc. lib. 1. orth. c. 1.

quæ verba, vt explicat Ioannes Damaſcenus, idem ſignificant ac ſi dixiſſet: Ego ſum abyſſus interminabilis, quæ capit omnes perfectiones creaturarum, quæ fuerunt, ſunt, aut futuræ ſperantur. Huc accedunt aliæ ipſiuſmet Dei perfectiones, quæ numero ſunt infinitæ, ac propterea fieri non poteſt, vt immenſus, & infinitus nomine comprehendatur: natura namque nominis, & proprietas eſt notare rem finitam, & terminatã. Nec eſt abs re, de qua loquimur, quod refert Euſebius Cæſarienſis de quodã Martyre, qui rogatus, vt diceret nomen Dei illius, qui aliorum Deorum prohibebat adorationem, reſpondit: *Solus eſt*, ac ſi diceret non eſſe alium Deum præter ipſum, ſicut ille de ſe dixit: *Nec enim eſt alius Deus in cælo, neque in terra*. Non ergo Deo eſt opus nomine, quo ab alio Deo diuidatur: nam vbi multitudo non eſt, fruſtra nomen adhibetur. Quibus non obſtantibus incõmodis, Deus ſumere dignatus eſt nomen, quod natura finita, & determinata conſequitur, vnde videtur inter alia particularia Deus cenſeri, dum inſignitur nomine, quo ab alijs hominibus diſtinguatur.

Euſeb. Cæſ.

Deut. 4.

Ex hac ſecunda humilitate, ſi attente rimemur, oritur quoque tertia, quoniam nominis neceſſitas ab imperfectione, & defectu rerum teſte Ariſtotele naſcitur: Quia res ad ſcholas (inquit ille) adducere non poſſumus, vtimur vocibus pro rebus. Quando enim loqui volumus de aliquo, neceſſe nobis eſt nomen eius vſurpare, vt de quo ſermo eſt, intelligatur. Itaque paruitas, & anguſtia rerum facit, vt tempori ſubſint, nam aliquando ſunt, & interdum eſſe deſinunt, & modo hic modo illic reperiuntur, quæ cauſa nos cogit, vt ait Ariſtoteles, vocibus vti pro rebus. Deus autem tempore non clauditur, ſemper fuit, & eſt, nec vnquam non erit, nec loco, nec tempore coercitus, vnde non eget nomine, quo ſuam ſuppleat præſentiam: non enim aliquando, aut alicubi deeſſe potuit. Attamen poſtquam, *Non deſinens eſſe, quod erat*, vt ait Gregorius, *cæpit eſſe, quod non erat*, & cęlorum curſui ſubiacere, ac in anguſto, & humili præſepio naſci, pannis inuolui, & quod mirabilius eſt, mori voluit, nomine indiget, quod pro illo, ſicut pro ceteris hominibus, de Deo loquentes vſurpemus. Vnde Euangeliſtis dicentibus: *Quia natus eſt in Bethlehem*, & poſtea; *Cũ implerentur dies octo*, quod dicat menſuram Dei iam eſſe locum, & tẽpus, quibus dignatus eſt ſubijci, nomen ei pariter datum aiunt: *Et vocatum eſt nomen eius Ieſus*, quo nomine ſuppletur eius præſentia, quatenus homo, in his locis vbi nõ eſt. Quoniam etſi quatenus Deus, eſt vbique, non tamen, vt homo, quid quid hæretici Vbiquitæ contra deblaterent.

Ariſt. lib. de interpret.

Matth. 2.
Luc. 2.
Idem. 2.

Deriuatur etiam ex tertia quarta Dei humilitas, nam impoſitio nominis indicat dominium imponentis, & ipſum nomen recipientis ſubiectionem, ſicut Chryſoſtomus, & Hieronymus ſuper Iſaiam annotarunt. Vnde legimus Deum, poſt hominem creatum, *Vt præeſſet volatilibus cæli, & animãtibus terræ*, in ſignũ poſſeſſionis, & dominij, cui præficiebatur, oĩbus rebus dari ab ipſo nomina voluiſſe, ſicut Scriptura teſtatur: *Quod vocauit Adam ipſum eſt nomen eius*. Super cuius loci expoſitionem ait idem Hieronymus, Regibus Chaldæorum vſu receptum, vt in bello capti in ſeruitutẽ tegnum nouis nominibus appellarẽtur, ideoque à Nabuchodonoſor adoleſcentes Hebræos, qui Daniel, Miſael, & Azarias antea dicebãtur, poſtea fuiſſe Miſach, Sidrach, & Abdenago ab ipſo nuncupatos, vt ita ſibi eſſe ſubiectos, & ſeruos manifeſtius oſtenderet. Cum igitur diuina maieſtas tanta ſit, vt nullo modo poſſit habere ſuperiorem, dubitari non poteſt, penes nullum alium, quam penes ipſum Deum, imponendi ſibi nomen eſſe potuiſſe imperium, vel auctoritatẽ. Sed poſtquam homo factus eſt, nomen quoque iam habet, & ſeruis aſſimilatur, ſecundum quod Paulus de ipſo dixit: *formam ſerui accipiens*, & vt Euangeliſta de Chriſto parentibus obediente inquit: *ſubditus erat illis*. Primus homo peccato conſentiens amiſit libertatem, factuſque eſt peccati ſeruus: vnde propter culpam Deus tamquam Iudex admiſſi delicti legitimum nouum ius acquiſiuit ad ipſum puniendum, ac propterea legem tulit, qua iuſſit populum Iſraeliticum, tamquam ſeruum ſuum ſtigmate circumciſionis inſigniri. Quoniam ergo Chriſtus venerat, vt culpæ noſtræ ſufferret pœnam, ſe legis huius præcepto ſubmiſit, & notam ſe permittens, ac ſi eſſet ſeruus, pœnæ noſtris peccatis debitæ obnoxius, nomen quoque accepit: *Et vocatum eſt nomen eius Ieſus*, id eſt Saluator. Plurimum differt Dominus, & Saluator noſter a reliquis mundi Principibus, et dominis, in quibus noſtram ſpem locare prohibet Dauid, inquiens: *Nolite confidere in principibus, nec in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus*: hi enim non ſubditorum, ſed propriam quærunt ſalutem, & quod pernicioſius eſt, ſuorum incommodis, & diſcrimine locupletantur, & conquieſcunt.

Gen. 2.

Philipp. 2.
Luc. 2.

Luc. 2.

Solent domini, quorum potus, aut cibus prælibatur, nominari (vt vulgari vtar voce) domini de ſalua, quoniam fercula, & pocula eorum prælibantur a famulis non ſolum honoris gratia, ſed vt ſerui prægustãtis periculo, ſi quid forte veneni fuerit cibo, aut potioni admixtũ, ſalus dominorum quęratur, & ſalua fiat: at Saluator noſter longe aliter, quam mundi domini, eſt Dominus de ſalua, quippe *Saluum fecit populum ſuum a peccatis eorum*: quod ipſe dum præſtat, ex Domino fit ſeruus, ipſo dicente: *Seruire me feciſti in peccatis*, & ideo fungi officio Saluatoris incipiens, nobis præbibit, & prægustat in circumciſione calicẽ ſuę paſſionis, vt inde nobis poſtea guſtãtibus anima noſtra ſalua fiat ſanguine, ac morte tanti Saluatoris. Videtiſne quãtum ſit diſcriminis inter mundi Principes, & hunc hominum Saluatorẽ, cum ipſi ſuam, hic alienam quęrat ſalutẽ, prælibans hodie ſanguinis calicem, quem poſtea pro nobis in Cruce moriens noſtram ſitiens ſalutem auidius erat exhauſturus? Magna igitur fuit Dei humilitas nomen accipientis, ſed cum ille

Iſai. 43.

Io. Chryſ. de laud. Pauli.
Hieron. in c. Iſaia.

ſoleat

ſoleat ſuperbos deponere, & humiles exaltare, & humanæ Redemptionis opus duobus his condiatur extremis ſublimitatis, & humilitatis, voluit Deus vtrumque coniungere, nomen Filio ſuo imponens, ex quo magis eluceret in hac pueri Ieſu paruitate magnitudo Dei, & maieſtas. & ideo Paulus dixit: *Donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.*

Ad Phil. 2.

Et ne à propoſito ſcopo digrediar, explicabo breuiter, & probabo Deum Patrem Filij ſui honorem impoſitione nominis auxiſſe quamplurimũ per illa quatuor humilitatis genera, quæ in deſumptione nominis continentur. Quarum prima fuit, magnitudinem Dei contrahi, & Verbum Dei abbreuiari intra infantis corpuſculum, vt non ſolum intellectus, verum etiam ſenſus percipiat, & vox humana ſignificet eum, qui antea erat ineffabilis, & incomprehenſibilis, quod ſumma Dei maieſtate videtur quodammodo indignum. At ſi diligenter hoc velimus ſcrutari myſterium, inueniemus in hac humilitate, dum, qui Deus eſt naſcitur, dum circũciditur, dum nominatur, oſtendi mirabiliorem. Nam antequam homo fieret, etſi erat incõprehẽſibilis, Angeli tamẽ aliquas eius perfectiones percallebant; opus autem noſtræ redemptionis in ſe ipſo ineffabile, & incomprehenſibile ſacramentum eſt, & vt docuit Paulus: *Ab omnibus ſæculis abſcõditum*: immo & ipſis Angelis incognitum, quoad modũ, variaſque circumſtantias: ob idque nomen Ieſu, quo Deus ſignificatur, prout eſt noſtræ ſalutis auctor, animarumque redemptor, tot continet ſacramenta, vt nec lingua fari, nec mens capere valeat, ſic ſcribente Hieremia: *Magnus conſilio & incomprehenſibilis cogitatu.* Præterea cunctis patet, omniumque Patrum aſſertione firmatum, inter ſublimia Dei opera iam facta, vel quæ in poſterum facere poteſt, primum locum tenere diuini Verbi incarnationem: hæc enim longiſſimo interuallo omnia Dei opera, vel beneficia ſuperat, vt ſcribit Auguſtinus de Ciuitate Dei, inquiens *Gratia Dei non potuit gratius cõmendari, quam quod Dei Filius indueret hominem.* Vnde Ieſu nomine, quo ſignificatur verbum incarnatum, quoniam docet nos Dei cognitionem, per opus tam excellens, quale fuit incarnationis, noſtrum erigit intellectum ad cogitandum, & ſentiendũ tam ſublimiter de Dei omnipotentia, vt altius mens humana conſurgere, aut euolare non valeat. Quo etiam nomine multo magis, quam quibuſuis alijs ſapientia Dei, & bonitas inſinuatur: ſiquidem vtraque in opere redemptionis clarius quam in cæteris Dei operibus reſplendet; immo ſi bene cõtẽplemur, hoc factum nomen omnium eſt glorioſiſſimum, quoniam ſumitur à miſericordia, quam Deus gloriam ſuam vocat iuxta verba Pauli ad Romanos ſcribentis: *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.*

Hiere. 32.

Aug lib. 10. cap. 26.

Paul. ad Ro. cap. 4.

Secunda humilitas Verbi diuini nomen accipientis fuit, reliquis hominibus annumerari, & vt ipſi ſolent, nomine proprio diſtingui; id enim ſignum eſt finitæ naturæ, & anguſtæ perfectionis. Hanc vero humilitatem per impoſitionem nominis Ieſu Deus honorauit, & extulit, impartiens huic ſanctiſſimo nomini ampliſſimam, infinitamque virtutem operandi mirabilia ad eius inuocationẽ, cuius rei innumera ſunt in ſacris litteris, & quotidie varia, & magna exẽpla cernuntur. Huius veritatis magnum extat teſtimonium animis omnium fidelium impreſſa, & veluti innata fiducia in quouis periculo hoc ſanctiſſimum nomen abſque aliqua præuia ratiocinatione inuocantium, qui animorum motus rationem occupans, etſi natura duce ſit, ipſa tamen nominis inuocatio ab oculto, & iam quaſi innato fidei diuinæ aſſenſu elicitur. Hoc vnum denique nomen eſt, quo diuina prouidentia noſtris conſulit neceſſitatibus, & cuius medio, & merito quod à Deo petimus, nobis, ſi animarum ſaluti expediat, liberaliter conceditur.

Tertia humilitas, quæ ab acceptione nominis fluit, vnde ſe declarauit hominem, cuius eſt proprium certo loco, & tempore circumſcribi, & vbi non adeſt nomine ſuppleri Id autem tantum abeſt, vt Dei coerceat amplitudinem, vt admiratione nominis Ieſu totus fuerit orbis impletus dicente Dauide: *Quam admirabile nomen tuũ in vniuerſa terra.* Cui cõſonat Paulus inquiens: *In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum.* Præuiderat enim vterque Ieſu nomen vbique honorandum, ita vt nullus locus ſiue cæleſtis, ſiue terreſtris, ſeu inferorum foret, vbi ad eius reuerentiam genua non flecterentur. Auditur in cælo, reſonat in inferno, quin & principes tenebrarum inter horrificum catenarum, & compedum fragorem Ieſu nomine cõtremiſcunt, eſtque adeo in illo miſeriarum lacu potens atque horribile, vt Ieſu nomine tamquã clauis Dauidica, & indelebili ſigillo inferorũ portæ claudantur, ne tartareæ regionis habitatores hominibus damna illaturi ruptis carceribus erũpant: Vnde ait in ſua oratione Manaſſes: *Concluſiſti abyſſum & ſignaſti eam terribili & laudabili nomine tuo* Quemadmodum autem malis nomen Ieſu eſt horribile, ſic bonis, & iuſtis amabile, & præſidium tutiſſimum, ad quod afflicti confugiunt, vt ab hoſtibus ſe infeſtantibus incolumes euadãt: nam ſcriptum eſt: *Turris fortiſſima nomẽ Domini, ad ipſum currit iuſtus & exaltabitur.* Quare nemo eſt in eccleſia militante, qui nomen hoc non colat, ſuſpiciat, & adoret, ab ipſo enim cuncta bonorum genera in nos deriuari quotidie experimur, cuius nominis gloria, & decus per omnia loca propagatum ad omnia etiam tempora, immo ad ipſam perueniet æternitatẽ. Tempore nãque legis naturalis iam colebatur, vt conſtat ex Geneſi: *Enoch cœpit inuocare nomen Domini*, hoc eſt nomen Ieſu, quẽ per fidẽ inuocabat, ſperans ipſũ inter Deũ, & homines mediatorẽ. Poſt hæc lege ſcripta vigente ſũmo in honore à cunctis mortalibus habitum fuit: nam vt ſcribit Iuſtinus Martyr, ideo voluit Deus nõ per Moyſem, ſed per Ioſue temporalia adminiſtrari (quem Deus elegerat, vt populum ſuum in terram promiſſionis perduceret) quoniam Ioſue, cui nomen etiam fuit Ieſus Naue, figura fuit Do-

Pſ. 8.
Ad Phil. 2.

Prouer. 18.

Gen. 4.

Iuſtin. in Apolog. contra Tryphonem

mini

mini, & Saluatoris noſtri Ieſu, qui nos exules in cæleſtem patriam, vt duceret, homo fieri, & nominari dignatus eſt. Hinc denique liquet in lege gratiæ multo vberiora, & maiora bona nobis per hoc nomen aſportari, cum non aliunde, quã ab ipſo ſalus quæratur æterna, dicente Apoſtolorum Principe: *Nec aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Act. Apoſt. cap. 4. Ipſi ſit gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Tertia.

Quantum ineffabile Nomen Ieſu reliquis præſtet nominibus, in illa verba Pauli: Donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ. ad Philip. 2.

SACRARVM litterarum monumenta commemorant, ſapientiſſimum Salomonem, dum plurimum angeretur in perquirenda quarundam quæſtionum veritate, & præſertim in cognoſcendo nomine Filij Dei, adeo de ſapientia ſua parum ſperaſſe, vt in hæc verba tandem proruperit: *Stultiſſimus ſum omnium virorũ, & ſapientia hominum non eſt mecum.* Prouer. c. 30. Et quãuis verum ſit, difficiles aliquot ab eo propoſitas fuiſſe quæſtiones, vltimo tamen loco tamquam omnium maximã proponit eam, quæ de ſancto Dei nomine ſe magis ſollicitum habebat. Prima quæſtio eſt: *Quis aſcendit in cælum?* quaſi dicat, vnde ſciam, quis cæleſtibus orbibus tam certum, perẽnemque motum, ſoli pulchritudinem, & ſideribus, atque planetis virtutem impertiuit, vt ſuo influxu inferiora moderẽtur? Altera quæſtio eſt: *Quis deſcendit de cælo?* hoc eſt, quis pacem, & cõcordiam elementis inter ſe contrarijs conciliauit? quis terram tot argenti, & auri mineralibus locupletauit, & tanta decorauit varietate arborum, & florum? vt iuxta Chriſti verba: *Nec Salomon in omni gloria veſtiebatur ſicut vnum ex iſtis.* Luca. 12. Tertia quæſtio: *Quis conſtituit ſpiritum in manibus ſuis?* Id eſt, quis ita potens eſt, & ingenioſus, vt ventum pugno conſtringat, clauſumque teneat, donec ipſe velit dimittere? Poſt has, & alias interrogationes, & difficultates perſcrutatur aliam omnium obſcuriſſimam, & difficillimam per hæc verba: *Quod nomen eſt eius, & quod nomen filij eius ſi noſti?* Huic quæſtioni reſpondent Gentiles, nõ eſſe vnum, & ſolum nomen Dei, quoniam non vnus tantum, ſed multi Dij ab ipſis colebantur. Nam maris Deus habetur Neptunus, bellorum Mars, ventorum Æolus, fluminum Iupiter, & eloquentiæ Mercurius. Romanorum ſenatus, vt aiunt, ſuper hac ipſa re, videlicet de vero Dei nomine ſollicitus, in varias ſententias, & opiniones diſtrahebatur, dum apud ipſum quæreretur quo nomine ſummus omnium Deorum eſſet appellandus: nam militares homines cenſuerunt vocari debere *Deum potentiæ*, quod proprium Dei eſſe videretur ſuis viribus, & poteſtate regna, prouinciaſque ſuperare: ſapientes, & docti, nominari oportere *Deum ſapientiæ*, dicebant, quod ſapientiæ ſuæ magnitudine vniuerſam mundi molem Deus regeret, eſſetq. omnium iudex, in quo ſapientia, & prudentia maxime neceſſaria eſt ad bene gubernandum, & iudicandum: mercatores, & lucro dediti aiebant, dici oportere *Deum pecuniæ*, quoniam Deo ab omnibus præſtari debet obedientia, nihilque ſit, quod pecuniæ non obediat, dicente Scriptura: *Pecuniæ obediunt omnia.* Eccleſ. 10. Nam & auarus diues arcam, vbi theſaurum habet incluſum, aperturus, in genua procumbit, quaſi pecuniam adorãs. His dum certabatur ſententijs, adfuit pauperum aduocatus grauiter quærẽs, quod ſe inconſulto res tanta tractaretur, nec ex propoſitis iam in ſenatu ſententijs aliquam ſibi placere dixit: nam ſi vocaretur Deus potentiæ, ſolos diligeret potentes, & odio haberet infirmos; ſi Deus ſcientiæ, nihil æſtimandi forent indocti; ſi denique Deus pecuniæ appellaretur, pauperum, quod nihil ei offerre poſſent, nullam ei curam futuram. His auditis cauſis, Romanorum ſenatus decreuit, vt Dei nomen eſſet *Deus clementiæ*, quæ res, ſeu vera, ſiue fabuloſa ſit, docet ſaltem ſapientius, & prudentius cenſuiſſe, qui nomen Deo à clementia, & miſericordia imponendũ iudicarũt. Nã ſi Deus clementiæ erat, ſecuri eſſe poterant homines, illũ non fore factioſum, vel perſonarum acceptatorem, potentibus, ſapientibus, vel diuitibus fauentem, ſed in omnes pari vſurum benignitate, vt de noſtro vero Deo Paulus dixit: *Diues in omnes, qui inuocant eum.* Ad Rom. 10.

Quid autem in nominibus inueſtigandis, quibus gentes Deum vocauerunt, immoramur? cum in ſacris litteris excellentiſſima omnium, & quæ magis eius naturam explicant, habeamus. Iſaias Iſai. cap. 9. enim ſex ei nomina præbet, quorum primum eſt *Admirabilis*, quod ei perquam optime conuenit: fuit enim Deus admirabilis in rerum creatione, admirabilis in iuſtificatione, admirabilis in redemptione, glorificatione, & oſtenſione potentis brachij ſui, iuſtitiam pariter, & miſericordiam operatus. Quid autem admirabilius, quam Dei maieſtatem, & magnitudinẽ inter anguſta vnius Virginis viſcera circũſcribi, & noſtræ ſuſceptione naturæ, qui erat immenſus, arctari, ac denique infantulo æquari, *Quem cæli cælorum capere non poterant?* Lucæ. 2. Nonne admirabilis, quando annum agens duodecimum diſputabat? nam, vt dicit Lucas: *Stupebant omnes, qui eum audiebant ſuper prudentia, & reſponſis eius.* Angeli, ipſo in cælum conſcendẽte, correpti admiratione, & ſtupore percontabantur: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra?* Iſai. 63. Admirabilis non ſolum in ſe ipſo, ſed etiam in ſeruis ſuis, vt ait Dauid: Pſ. 67. *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis.* Secundum eius nomen apud Iſaiam eſt *Conſiliarius*, tum quia tam-

quam

[Ioan. 1.] quam ſapientia Dei æterna eſt conſilio Patris, & nobis myſteria reuelat. vnde Ioaunes: *Qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit*: tum quia, vt aduertit Lactantius Firmianus, omnia Deus per ſapientiam [Heb. 1. Prouer. 8.] fecit, dicente Paulo: *Per quem fecit & ſæcula*, & ipſa Dei ſapientia dixit de ſe loquens: *Cum ipſa eram cuncta componens*. Nomen rertium illi eſt, [Hieron. Caſſ. in lib. de incarn. Theod. li. de principijs. Damaſc. li. fid. orth. Greg. Naz. li. 4. theol. Plato in Crat.] *Deus*, ex quo nomine probat Hieronymus, & Ioannes Caſſianus Chriſti diuinitatem; vnde & nos poſſumus vniuerſalem eius prouidentiã cognoſcere, vt aduertuut Theodoretus, S. Ioannes Damaſcenus, S. Gregorius Nazianzenus, & ante ipſos Plato in Cratillo, qui ſcribit nomen Dei apud Græcos deriuari a verbo, quod ſignificat diſponere: nam vt Sapiens dixit: *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*. Vnde D. Tho. 1. p. q. 13. a. 9. dixit, hoc [S. Thom.] nomen, Deus, eſt nomen operationis, quantum ad id, a quo imponitur, ad ſignificandum, imponitur enim hoc nomen ab vniuerſali rerum prouidentia. Quartum nomen eſt, *Fortis*, quod eum de infante recens nato, & pannis inuoluto, ac præ frigore ſingultiente, Propheta dixerit, videri fortaſſe alicui poterit, dictum per ironiam; ſed contra ſe rea habet: nam aſſeueranter vocat eum Propheta *fortem*, quippe ab incunabulis præſepij timore concutit Herodem, & omnẽ [Matth. 2.] Hieroſolymam: *Turbatus eſt Herodes, & omnis Hieruſalem cum illo*, efficiens pariter potentis brachij ſui virtute, vt cæleſtes Angeli, & Arabię Reges eum adoraturi feſtinent: ac tandẽ dum tremit, ac plorat, metum, & luctum affert inferno, lacrymiſq. ſuis aduerſarium humani generis perpetuo planctui, doloribuſq. ſempiternis addixit. Quintum nomen eſt, *Pater futuri ſæculi*, ſiue vt vertit Hieronymus, Symmachus, & Theodotion, *Pater æternitatis*. Hinc patet Ariſt. nõ omnino attigiſſe ſcopum veritatis, quando de Deo loquens eum vocat Patrem temporis, ſiquidem quantum tẽpori præſtat ęternitas, tantum ab illa hæc diſtat appellatio. Vltimo tandem nomine concludit Iſaias, Deum vocans *Principem pacis*, non ſolum quoniam, vt ait D. Paulus: *Ipſe* [Eph. 2.] *eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum*, iungens humanam, & diuinam naturam ſub vno ſuppoſito, quo pacem cælo, & terris, Angelis, & hominibus attulit; ſed etiam, quoniam bona omnia ipſo ad nos aduenieute nobis prouenerunt: *Omnia bona* [Sap. 7.] *venerunt nobis pariter cum illa*. Id enim ſignificat uomen illud: *princeps pacis*. Nã pax non eſt tantummodo vnum bonum, ſed omnium bonorum ſumma, & compendium: ideoque Petrus, & [Rom. 1. 1. Pet. 1. 2. Pet. 1. Eph. 1.] Paulus Apoſtoli, vt vno verbo ſignificarent plura bona, vtuntur in ſuis Epiſtolis hoc genere locutionis, & ſalutationis: *gratia, & pax*, &c. Omnium horum nominum, quæ ſuperius ex Iſaia memoraui, epilogum conficit S. Bernardus, addi[Bern. in ſer. 10.]ta breui, & ſingulari eorum explicatione, cuius verba ſunt: *Admirabilis Chriſtus in natiuitate, conſiliarius in prædicatione, Deus in operatione, fortis in paſſione, Pater futuri ſæculi in Reſurrectione, Princeps pacis in beatitudine*.

6. His Iſaiæ nominibus addit alia duo Ioannes Euangeliſta in Apocalypſi, quæ magnæ ſunt au[Apoc. 19.]ctoritatis: ait enim a ſe viſum hominem indutũ veſtibus rubeis, albo equo inſidentem, qui duo gerebat nomina, vnum, quod nemo ſciebat, niſi ipſe, videlicet *Verbum Dei*; alterum *Rex Regum, & Dominus dominantium*. Communia Patrum ſententia hunc, qui equo vehebatur, intelligit eſſe Dei Filium, *fidelem, & veracem* (vt ibi ſcribitur) in promiſſionibus ſuis: equum autem candidum, caſtiſſimam eius humanitatem, quam quoniam vidit proprio ſanguine conſperſam, veſtimenta illius coloris ſanguinei, & rubei eſſe dixit. Duo vero nomina, per quæ duplex natura declaratur, diuina nempe, & humana, ſic explicantur. Verbum Dei, quod ibi primum nomen ponitur, innuit diuinitatem, & ideo ait Euangeliſta, *Quod nemo nouit, niſi ipſe*. Quod adeo verũ [Ibidem.] nonnulli putant (licet id non crediderim) vt apud ipſum multa gratia pollentibus, amiciſſimiſq. ſibi viris ſanctis, quales fuere Abraham, [Exod. 6.] Iſaac, & Iacob, nomen hoc non reuelarit; *& nomen meum Adonai non indicabo eis*: vbi animaduertendum eſt cum Clemente Alexandrino, in [Clem. Ale li. 5 Strom. Theod. q. in Exod.] exemplari Hebræo pro Adonai, legi Iehoua, id eſt, *Qui eſt, & fuit*. Theodoretus Epiſcopus Lirinenſis in quæſtionibus ſuper Exodum, eidem accedit opinioni, inquiens, nomen, quod in prædicto loco ſacræ Scripturæ legitur, eſſe illud, quod Græci vocant *Tetragrammaton*, ſiue quatuor literarum, quod eſt ineffabile Iehoua, de quo Philon Iudæus in libro de vita Moyſis ſcribit, idem [Phil. lib. de vita Moyſis] eſſe, quod Latine *ens, ſeu qui eſt*, idque maxime propriũ eſſe nomen Dei, qui omniũ rerũ principium, & fons eſt. Auguſt. Engubin. in annot. ſuper [Aug. Eug.] Exodum docuit, dicens, nomen Iehoua ſignificare Dei eſſentiam, & quidditatẽ, idemque valere, quod Latine: *Qui eſt, & qui erat*, quoniã per naturam æternus eſt. Eximius Eccleſię doctor Hie[Hieron.]ronymus ſic veneratur nomen Iehoua, vt quoties ei occurrat ſacra Biblia Hebraice legenti, tamquam ineffabile non pronunciet, ſed loco illius legat Adonai, ideoque verba illa: *Et nomen* [Exod. 6.] *meum non indicaui eis*, de hoc ineffabili nomine videntur intelligenda. Nam propterea Ioannes Euangeliſta nemini præterquam Deo diuinum Verbum notum eſſe dixit: *Nemo nouit niſi ipſe*. Ad hanc enim cognitionem mens hominis propria ſolum virtute peruenire non poteſt. Nomen ſecundum inſcriptum femori, & ſanguineum indumentum equo ſedentis, quem à ſe viſum teſtatur Ioannes, nomen videlicet, *Rex Regum, & Dominus dominantium*, ſacratam Chriſti exprimit humanitatem, quemadmodum S. Gregorius ſu[Gre. hom. 3.]per Ezechielem interpretatur. Præterea Chriſtus ſanguine pro nobis effuſo, & Crucis tolerãs tormentum, ſceptrum, & coronam regiam ſibi parauit, ſicut David prædixerat: *Regnauit à ligno Deus*, idque poſt eum teſtatus eſt Apoſtolus ad [Heb. 2.] Hebręos ſcribens: *Videmus Ieſum propter paſſionẽ mortis gloria, & honore coronatum*. Ob quam etiã cauſam Crucis culmini fuit titulus affixus: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*.

Ex dictis infero, nec gentibus, nec Prophetis,

nec

nec alijs, qui apud Deũ amicitiæ, & gratiæ multum obtinuerunt, notum fuiſſe ſanctum Ieſu nomen, quo vno magis, qnid ille ſit, exprimitur: reliqua enim nomina, vel ennueniunt ei quatenus eſt Deus, vel quatenns eſt homo; at nomen Ieſu vtrumque ſignificat, quemadmodum dneuit Bernardus ſuper Cantica, his verbis: *Cum nomino Ieſum, hominem mihi propono mitem, humilem corde, benignum, ſobrium, caſtum, miſericordem, & omni ſanctitate conſpicuum, denique ipſum Deum omnipotentem, qui ſuomet exemplo ſanet, & roboret adiutorio*. Ne autem cui videatur hæc doctrina plus pia, quam vera, animaduertat iuxta ſinceræ, ac veræ Theologiæ regulas eſſe veriſſimam: Ieſus enim cum ſit idem quod Saluator, nec poſſet genus humanum ſanguine ſuo Deus redimere (eſt enim in ſe ipſo purus ſpiritus, carne, ſanguine, & oſſibus carens, iuxta Chriſti verba: *Videte quod ſpiritus carnem, & oſſa non habet*) multo autem minus valeret afferre nobis ſalutem, ſi purus homo fuiſſet noſter redemptor, quoniam tunc opera eius infiniti valoris eſſe non poterant, ac propterea non cum æqualitate, nec cum rigore iuſtitiæ pro mundi peccatis æterno Patri ſatisfeciſſet. Ergo ſi Ieſus idem eſt quod Saluator, planum eſt hoc ſacro nomine altiſſimum vnionis hypoſtaticæ declarari myſterium, quo diuina, & humana natura in vno, eodemque ſuppoſito iunguntur.

Bern. ſuper Cant.

Idem ſer. 15

Luc. 14.

Quam etiam ob cauſam exiſtimo Apoſtolum Paulum de huius nominis excellẽtia loquentem dixiſſe: *Donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*. Nam rei nomẽ tunc dicitur eſſe perfectum, quando naturam rei exprimit: cum autem Chriſtus duabus ſit compoſitus naturis, diuina ſcilicet, & humana, nomen, quod hanc declarat vnionem, reliquis omnibus nominibus anteferendũ conſtat. vnde merito inquit Apoſtolus: *Donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*. Sunt tamen & aliæ cauſæ, quibus motus Paulus ſcripſit donatum Chriſto nomen, *quod eſt ſuper omne nomen*. Ad qnas explicandas ſuppono, quod quamuis Ianſenius cum plurimis alijs interpretibus in huius loci commentarijs ſentiat Paulum per illa verba: *Donauit illi nomen*, non locutum de nomine Ieſu, quoniam huiuſmodi nomen inditum Chriſto in circumciſione fuerit, nomen autem, de quo illic agit Paulus, impoſitum in aſcenſione, fuit pro præmio obediẽtiæ, quã in Cruce moriẽs exhibuit, ꝙ ex ipſo textu narrationis colligitur (nã cũ dixiſſet, *Obediẽs vſque ad mortẽ, mortẽ autem Crucis*, illico Paulus ſubiunxit, *propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*: percõtantibus autem, quod nomen ſit hoc, reſpondent per illa verba Ioannis in Apocalypſi: *Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem*, hoc eſt, vocari *fortem*, & appellari *Deum*, quibus nominibus eum quõdam Iſaias vocauerat:) ego tamen, etſi hanc ſententiam multi doctores ampleɛtantur, libentius Origenem, S. Bernardum, & Aymonem ſecutus, verba Pauli de nomine Ieſu interpretanda cenſeo, ſicut etiam intelligit Bernardus in declaratione ſuper illa verba: *Ecce nos reliquimus omnia*, & ſerm. 1. de circumciſione, vbi ait: *Circumciſio veritatem ſuſceptæ probat humanitatis, & nomen Ieſus, quod eſt ſuper omne nomen, gloriam indicat maieſtatis*. Hanc interpretationem eſſe Pauli menti conformem ex verbis illius, ex eo colligimus, nam poſtquam dixerat: *Donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*, addidit ſtatim, *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur*. Neque obſtat, quod contra ſit argumentum: nam præterquam, quod Pater æternus potuit tamquam anticipato præmio laboris dare Chriſto infanti nomẽ Ieſum in præmium paſſionis, quam ab eo ſubeundam præuiderat, poſſumus etiam reſpondere, verba Pauli: *Donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*, ita eſſe intelligẽda, vt poſt ſuam mortem in præmium illius nomen, *Ieſus*, quod prius habebat, eſſet deinde glorioſum ſuper omne nomen, dum per omnes terrarum regiones propagatum ab omnibus coleretur. His ſic ſtatutis, videamus præter allegatam ſuperius rationem, quare Apoſtolus illud appellauerit *Nomen ſuper omne nomen*: cuius rei varias, & multiplices cauſas huius loci interpretes aſſignant. Quæ tamen magis mihi probantur, huiuſmodi ſunt. Prima eſt, quia ſacrum hoc nomen ita excellit, vt reliquis omnibus longe præſtet, & quemadmodũ oleum ſuper omnes liquores natat, & ſuperſtat, ita & ipſum eminet, dicente Sponſa de ipſo: *Oleum effuſum nomen tuum*. Nullus enim eſt principatus, nulla poteſtas, & gloria, quæ cum hoc potentiſſimo, & glorioſo nomine conferri queat, aiente eodem Apoſtolo: *Supra omnem principatum, & poteſtatem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed & in futuro*. Ecce ſacrum hoc nomen non ſolum præſtat hominum nominibus, ſed etiam cæleſtium in cælo, terraque pariter illuſtre, honorificum, & glorioſum. Multi ſunt, qui tam in Hiſpania, quam Italia, & Gallia vocantur Magnates, aut proceres propter dignitatis excellentiam, & poteſtatem, & Regem aliquẽ vocari maximi honoris eſt, vt legimus li. 2. Regum: *Feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorum, qui ſunt in terra*: hanc tamen magnatum, & Regum præſtantiam ſuperat nomen, de quo loquimur, qnod ab omnibus Regibus, & populis iubet idem Propheta adorari, his verbis: *Reges populi, Reges terræ laudent nomen Domini, quia exaltatum eſt nomen eius ſolius*. Sũt & in cælo illuſtriſſima nomina Angelorum, Archangelorũ, Cherubim, & Seraphim, & nomẽ Angeli qui apparuit Iacob, tam excellens fuiſſe ſcribitur, vt quærenti eius nomen Angelus reſponderit: *Quid quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* omnia tamen hæc nomina ita glorioſa nomini Ieſu cedunt, dicente Apoſtolo: *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit*. quaſi dicat, ſicut excedit Angelicam naturam, quæ in Chriſto eſt, diuinitas, ita ſanctiſſimum nomen Ieſu reliquas appellationes, & nomina Angelorum ſuperat omnia, & cæleſtium quorumcumque ſpirituum antecellit. Secunda ratio, ob quam Paulus dixit hoc nomen

Phil. 2.

Ianſen. & alij ſuper hunc locum.

Phil. 2.

Apoc. 5.

Iſai. 9. Orig. ho. 1. in Ieſum. Bern. ſe. 4. ſer. 1. circum. Aym. in huius loc. exp. Bernard.

Cant. 1.

Eph. 1.

2. Reg. 7.

Pſ. 148.

Gen. 32.

Heb. 1.

eſſe

Digitized by Google

eſſe ſuper omne nomen, eſt, quoniam nunquam opera tanti prodigij, & portenti viſa ſunt, quanta huius ſacri nominis inuocatio patrauit; vnde Act. Apoſt. cap. 4. dixerunt Apoſtoli *ſanitatis ſigna, & prodigia fieri* Chryſ. ho. 5. *per nomen ſanctum filij tui Ieſu*; & S. Chryſoſtomus ſuper Lucam inquit: *Semper Ieſus nominatur, quando a ſanctis viris miracula fiunt.* Quamobrem merito ſoror Moyſis in ſpiritu proſpiciens nominum Dei virtutem, & excellentiam; Exod. 15. inquit, *Omnipotens nomen eius.* Inficiari non poſſumus, quæ olim Deus per virgam Moyſis operatus eſt, magnæ fuiſſe admirationis; nam & aquam eduxit de ſilice, aperuit mare rubrum, vt liberum tranſitum Iſraelitis, & Aegyptijs ſubmerſionem pararet & interitum, manna pluit, & coturnices, ſolis frænatus fuit curſus, Ioſue 10. Ioſue flagitante, & per multos gradus Ezechiæ tempore ſol retroceſſit. Mirabilia certe ſunt hæc, ſed multo mirabiliora, quæ in nomine Ieſu faciebant Apoſtoli, quibus, vt ſcripſit D. Marcus, virtutem operandi mirabilia ad inuocationem ſui nominis Chriſtus Dominus impertiuit: Mar. 16. *In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Quæ ſi parua forſan alicui videntur, audiat quid ipſe dicat: *Quidquid petieritis* Ioan. 15. *Patrem in nomine meo dabit vobis.* Et vt vno verbo dicam, hoc ſacratiſſimum nomen reliqua omnia mundi nomina, quantumuis honorifica, & glorioſa tanto ſuperat interuallo, vt de illo dixerit Princeps Apoſtolorum Petrus: Act. 4. *Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in nomine Domini Ieſu.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Quarta.

Proſequimur excellentiam Nominis IESV, quod nouum ſit, & cælitus delatum, perſpicue oſtendentes.

DVPLEX in huius argumenti confirmatione mihi occurrit enodãda difficultas; prima eſt, quod, vt refert noſter Galatinus, nonnulli cenſuere doctores, nomen Ieſus Galat. li. 3. de arcanis cathol. verit. idem eſſe quod *Iehoua*, quondam ab Hebraicis plurimũ celebratum. Quã opinionem ſequitur Chriſtopolitanus Epiſcopus, ductus ea ratione, quod lit- Iac. a Val. Chriſt. epiſ. in com. pſ. 8. teræ, quibus ſcribebatur nomen Iehoua, ſi bene componantur, & debitis punctis iungantur, efficiunt nomen Ieſuah, quod Latine dicimus Ieſus; vnde Hieremias nomen Chriſti prędicens, Hier. 23. vbi noſtra vulgata legit: *Hoc nomen eſt, quod vocabunt eum, Dominus*: originale Hebræum habet, *Hoc eſt nomen meum, & vocabunt eum Iehoua.* Quibus conſonat Burgenſis ſuper Exodum, inquiens Paulum dicentem: *Donauit illi nomen, quod eſt super omne nomen*, intellexiſſe de nomine *Iehoua*, quod fuit nomen præ ceteris admirabile, ac propterea dictum ineffabile. Burg. in c. 3. Exod. Phil. 2. Ergo ſi Paulus ibi agit de nomine *Ieſu*, vt communis Patrũ opinio eſt, minime dubium videtur, nomen *Ieſus* idem eſſe, quod *Iehoua*. Attamen ſi credendum eſt, vt credere debemus, Hebraicę linguę peritis, plurimum nomen *Ieſuah*, differt a nomine *Iehoua*, ſiquidem illius litteræ ſunt *Iod. ſin, vau, hain*, huius autem characteres ſunt *Iod, he, vau he.* Pręterea ſignificatio vtriuſque non eſt eadem: nam *Iehoua*, ſignificat eſſentiam, & *Ieſuah*, ſalutem. Quando autem Hieremias, vt paulo ante dixi, prophetauit, vocandum fore *Iehoua*, non loquitur de nomine proprio, ſed de appellationibus honorificis, quibus poſtea erat appellandus: vnde ad hoc alludens noſtra vulgata tranſtulit Hieremię verba, *vocabunt eum, Dominus*, quod eſt nomen honoris, & auctoritatis. Hier. 23. Burgen. vbi sup. Nec ſequitur etiã, ſi Burgenſi demus quidquid cõtendit ſuper Pauli locum, nomen Ieſus idem eſſe, quod Iehoua: locus enim Pauli, duplicem ſenſum myſterio, de quo agitur, valde conuenientem reddere poteſt. Primus eſt, Patrem æternum dediſſe Filio ſuo, vt poſt mortem ipſius cognoſceretur, & tamquam verus Deus adoraretur. Secundus eſt, a Patre ſuper omnes fuiſſe ſumma auctoritate, & honore cumulatum.

Secunda difficultas eſt, quod cum olim hoc nomine Ieſu fuerint nonnulli vocati, ſicut *Ieſus Naue* (qui fuit Ioſue filius Ioſedech) & *Ieſus filius Sirach*, nomen, Ieſus, in noſtro Redemptore nouum eſſe non videatur. Galat. li. 3. c. 10. Reſpondet noſter Galatinus, hoc errore multos fuiſſe deceptos propter Hebraicæ linguæ ignorantiam, cuius ille fuit peritiſſimus: vnde ait: *Nomine Ieſu alios vocatos fuiſſe omnino nego.* Idem affirmat Pagninus Pagn. in interp. nomin. Hebr. in interpretatione nominum Hebræorum, cui adſtipulatur Ianſenius. Ianſ. lib. 7. concord. Horum ratio eſt, quoniã nomen, quo illi vocabantur, Hebraice dicitur *Ieſuah*, quod ſignificat ſaluauit; nomẽ autem Chriſti eſt *Ieſua*, quod ſignificat ſaluatorem. Quam ſententiam Iſaias videtur innuere, inquiens: Iſai. cap. 6. *Vocabit eum nomen nouum, quod os Domini nominauit*, quoniã cum eſſet homo cæleſtis, ſicut ſcriptum eſt, *ſecundus homo de cælo cæleſtis*, æquum 1. Cor. 15. erat nomen eius cælitus mitti, & ab Angelo deferri, quod Archangelus Gabriel reuelauit Ioſepho, inquiens: *Vocabis nomen eius Ieſum.* & ita Luc. 1. impletum fuit, quod prædixerat Iſaias: *Ecce nomen Domini venit de longinquo*, id eſt de cælo, Iſai. 30. quod a terrarum orbe longiſſime diſtat. Quod ſi diligentius id conſideremus, inueniemus rationi conſonum, vt Chriſto nomen Pater æternus inderet; nam ad imponenda rebus nomina opus eſt, vt earum natura cognita, & perſpecta ſit nomen imponenti; ideo namque ſacra Scriptura narrat, Adam nomina rebus conuenientia Gen. 2. dediſſe, vt conſtat ex his verbis: *Omne quod vocanit*

uit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius, nam propter ſcientiam, quam ei Deus infuderat, omnium rerum creatarum exactiſſimam habebat cognitionem. Cum igitur Chriſtum nemo cognoſceret comprehendente cognitione, præter æternum Patrem, dicente ipſo: *Et Filium quis nouit niſi Pater?*

Matth. 11.

nomen quoque eius dignitati, & perſonæ conueniens indere, ad ſolum Patrem pertinebat. Quoniam tamē parentes ius habent imponendi ſuis liberis nomina, ideo Pater æternus miſit de cælo nomen, quo Filius eius vocaretur, rei tamen executionem, & ipſam nominis impoſitionem ſanctiſſimæ Virgini Matri delegauit, ne illa priuaretur iure ſuo, quod Chriſto tāquam filio legitimo ex ſacris ſuis viſceribus nato nomen imponendi habebat. Sed ad propoſitū reuertentes, etſi daremus alios viros armis, litteris, & ſanctitate florentes nomine, Ieſu, nominatos, reperiemus tamen rebus geſtis, diuiniſq. myſterijs nequaquam eſſe cum noſtro Ieſu conferendos. Verum quidem eſt, Ioſue, qui appellatus fuit *Ieſus Naue*, validum, & ſtrenuum fuiſſe ducē; Dei enim populum liberauit, & Chananæorum Reges occidit, effecitque, vt Iſraelitæ Chananæorum ora calcarent, qui aduerſus Iſraelitas tam ſuperbe inſultauerant. Non inficior Ieſum Sirach doctorem fuiſſe ſapientiſſimum, & libri, qui inſcribitur Eccleſiaſticus, auctorem, de quo dictum: *Renouauit ſcientiam de corde ſuo*; qui etiā myſticam Theologiam illuſtrauit.

Eccleſ. 50.

Fuit etiam *Ieſus Ioſedech* ſummus Sacerdos, vir magnæ auctoritatis, & religionis, ſed nec hic, aut ille perfecte impleuerunt, quod nomine *Ieſu* ſignificabatur. Nam qui erat dux, non erat ſacerdos, & qui ſacerdos non erat dux; & ſiquis ſacerdotio, & militia erat inſignis, carebat honore doctoris: at in Chriſto omnia hæc; & alia plura ſimul inueniemus. Nam dux fuit inſignior, & fortior, quam Ioſue, ſiue Ieſus Naue, quippe hic primum prælium ijt contra Amalech, qui interpretatur *Populus lābens*, in quo fuit figura noſtræ carnis debilis, & labilis.

Hier. in ex. pſ. nomin. Hebr.

Chriſtus etiam terrarum orbem ingreſſus, ſtatim cum hoc eodem hoſte, videlicet cum carne bellum geſſit, permittēs in tenera ætate ſanctiſſimam carnem ſuam circumcidi, vt noſtræ carnis delicias condemnaret. Ieſus Naue fortitudine ſua fecit, vt ſui milites aduerſariorum Regum ora contererent; at Ieſus Chriſtus ſuis præſtitit virtutem, & fortitudinem, qua veneficos ſerpentes calcarent: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones.*

Luc. 10.

Quod ſi Ieſus Naue, ſiue Ioſue, vt ait Chryſoſtomus ſuper Epiſtol. ad Hebræos, currentem cælo ſolem detinuit; Ieſus Chriſtus fulmen perſecutionis Paulū ita compreſſit, & ſubegit, vt illico dixerit: *Domine, quid me vis facere?*

Chryſ. ho. 27

Act. 9.

Idque non aliam ob cauſā, niſi quoniam audierat: *Ego ſum Ieſus Nazarenus quem tu perſequeris.* Et tandem ſi Ieſus Naue in terra promiſſionis Iſraelitas induxit, & ſingulis partem aſſignauit: noſter Ieſus prædeſtinatos ad beatitudinem perducit, & omnibus pro cuiuſuis merito præmia largitur, quemadmodum ipſe dixit: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Si vero Ieſus Sirach inſigni adeo ſapientia floruit, vt de illo ſacra Scriptura teſtetur: *Renouauit ſapientiam de corde ſuo*: noſter Ieſus eruens ſapientiam de pectore ſuo, *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei*, renouauit nouitate doctrinæ, & prædicationis Euangelicæ mundum peccatis inueteratum.

Eccl. 50.

Coloſſ. 2.

Fuit Ieſus Ioſedech magnus ſacerdos, & templum poſt captiuitatem Babylonis inſtaurauit: noſter Ieſus fuit etiam ſacerdos omnium maximus, de quo Dauid: *Tu es ſacerdos in æternum*, & ideo nouam condidit Eccleſiam, quam noua luce, nouoque ſplendore decorauit.

Pſ. 109.

Ad hæc ſicut ille populi ſui fuit aduocatus, ita Dominus noſter Ieſus noſtram cauſam agit apud Patrem, dicente Ioanne: *Aduocatum habemus apud Patrem.*

1. Ioan. 2.

Et quemadmodum olim Aaron rebellātibus militibus aduerſus capita exercitus, poſitus in medio mortuorum, & viuentium, cæleſtem ignem compreſſit, qui aduerſus exercitū graſſabatur, placauitque iram Dei oblatione ſacrificij, thuribulum manu gerens, & preces adijciens, quibus tanquam ſcuto ab ira Dei protegerentur; ita Dominus noſter Ieſus intuens Deum ira ſuccenſum: *Ignis eſt ſuccenſus in furore meo*, ne peccatores illo igne abſumerentur, ſeipſum oppoſuit, & hominum apud Deum factus mediator, offert ſacrificium Patri in thuribulo ſacri ſui corporis, multis vulneribus confoſſi, cuius oblationis, & orationis virtute diuinus placatur furor, & ignis ſuccenſus deferueſcit.

Deut. 32.

Propterea quotquot nomine Ieſu vocati fuerunt, non id tulerunt immunes: nam cuidam impoſita fuit vincendi neceſſitas, alteri, vt inſtaurationi templi animum intenderet, alteri, vt Eccleſiaſtici librum ſcriberet: at Domino noſtro Ieſu multo grauiora onera pariter cum nomine fuerunt impoſita; ſiquidem vitam propriam ſummo dolore, & ignominia, vt populum ſuum ſaluum faceret, in Cruce pendens amiſit. Ex quibus omnibus ſatis aperte cognoſcitur, quanto verius, & excellentius Chriſto Domino, quam alijs hoc nomen *Ieſus* debeatur, & conueniat. Experientia conſtat, nomina propria vt plurimum imponi ob aliquā peculiarem rei circumſtantiam; vnde accidit, vt qui in diē S. Petri naſcitur, vocetur Petrus, & qui auum habet nomine Ioannem, eodem etiam nomine nepos aſſignetur: vnde quia pater Ioannis Baptiſtæ dicebatur Zacharias, conſanguinei poſtulabant, vt ſimili quoque nomine filius vocaretur.

Luc. 1.

Hanc pariter ob cauſam Ioſeph, quoniam poſt vincula, & ſeruitutem, cum iam Aegypti prorex eſſet, filiū ſuſcepiſſet, voluit eū vocari Manaſſen, quod ſignificat *præteritorum laborum obliuionem*: & quoniam Eſau de ventre matris prodijt rubeus, vel rufus, vt ait ſacer textus, accepit nomen Eſau, quod rubrum, ſiue purpureum ſignificat.

Gen. 41.

Idem 25.

Sed hoc diſcrimen eſt inter nomina ab hominibus impoſita, & inter ea, quæ Deus indidit, quoniam homines ad id mouentur rebus plerūque humilibus, nec aliquod myſterium indicantibus; at Deus nomina rebus imponens gratuita ſua dona communicat, ſicut fecit cum Abraham, quem ita vocauit, quoniam ipſum multarum

gen-

gentium patrem conſtituerat, Abraham enim
idem eſt, quod pater multarum gentium. Sic &
Iacob prius appellatus accepit nomen Iſrael,
quod ſignificat fortem, & potentem ſicut Deus,
quoniam cum ipſo luctans, ita validus perſtitit,
vt dubia, & anceps vtrimque victoria videre-
tur. Cum ergo Pater æternus miſiſſet Filium
ſuum mundi ſeruatorem, & animarum redem-
ptorem, indidit ei nomen Ieſu, quod ſignificat
ſalutem, & quoniam noſtræ redemptionis opus
ſingulare, & nouum erat, nomen quoque ſingula
re, & nouum impoſuit. Quod facile patebit, ſi ſin
gula Chriſti myſteria perſcrutemur. & contem-
plemur, in omnibus enim aliquid nouum & ex-
cellens reperiemus.

Noua fuit hypoſtatica vnio duarum natura-
rum, noua illius ſine viri operatione conceptio,
noua ex virgine matre natiuitas, noua eius vita
& doctrina, mandatum nouum do vobis, noua
eius mors, dum vitæ auctor moritur, quæ eſt om
nium maxima nouitas, noua denique reſurre-
ctio: nemo enim præter ipſum propria virtute
Iſai 43. ſurrexit. Nomini ergo tam nouo non ſolum in
ſe ipſo, ſed etiam in operibus ſuis, *Ecce noua fa-
cio omnia*, nouum imponatur nomen Ieſu, quod
iure poſſumus nouũ appellare, ſiquidem reliqua
nomina, quibus vocatur Verbũ, vel Filius Dei,
aut Patris ſapientia, & alia ſimilia, nõ ſunt noua,
ſed antiquiſſima, & ei conuenientia ab æterno.
Itaque quemadmodum in terris, quando quis
creatur ſummus Pontifex, nouo accepto nomine
vocatur, Pius Clemens, vel Paulus; ſic Filius Dei
ingreſſus poſſeſſionem Pontificatus, cui Pater
ęternus illum præfecerat, vocatur Ieſus, quo reli
qua nomina Pij, Clemẽtis, & Pauli claudũtur. Nã
iuxta ſui nominis ſignificationem tranſibat, om-
Act.10. nibus, & ſingulis benefaciens, iuxta quod ſcri-
ptum eſt: *Pertranſiit benefaciendo, & ſanando om
nes.* Concludo igitur, notans in noſtræ ſententiæ
confirmationem rem animaduerſione digniſſi-
Iſaia.43. mam, videlicet vbicunque in vulgata interpreta
tione reperitur hæc vox, *Salutare, ſalus, ſaluator*,
ſanctum Hieronymum, & ſeptuaginta interpre
tes Latine vertiſſe *Ieſum*, vnde illa verba apud
Iſaiam: *Non eſt abſque me ſaluator*, ipſi transfe-
runt, *non eſt abſque me Ieſus*. Fateri ergo debe-
mus, neminem vnquam nomen Ieſu habuiſſe,
quoad formale ſignificationis eius (vt ita lo-
quar) quamuis illud quoad materiale vo-
cis habuerit. Quamuis hoc vltimum
etiam negent auctores ſuperius
relati, aientes non idem eſ-
ſe nomen, quippe di-
uerſis characte-
ribus
nomen Domini noſtri
Ieſu ſcribitur, vt
iam ſupra an-
notauimus.

Lib. v.

Homilia Quinta.

*Referuntur, & explicantur non-
nulla, quibus ſacrum nomen
IESV præ ceteris oſtenditur
excellere, & quanta illud ſit
reuerentia, colendum iterum
edocetur.*

QVATVOR præclariſſima ſi-
gna partim in ſacris litteris,
partim in Sãctæ Matris Eccleſię
traditionib' inuenio, quibus di
uina maieſtas non abſque ſin-
gulari ſuæ prudentiæ myſterio
hominibus voluit innuere præ
ſtantiam ſanctiſſimi nominis Ieſu, & cultũ, atq.
adorationem ei ab omnibus exhibendam. Quæ
vt debito ordine recenſeam, primum mihi venit
explicandum, quando magnus ille Patriarcha
Iacob, vt Apoſtoli Pauli verbis vtar: *Moriens ſin-* Paul. epiſt.
gulos filios Ioſeph benedixit, & adorauit faſtigium ad Hebræ.
virgæ eius. Sanctus Ephręm ait, virgam illam, cap.11
ſeu ſceptrum, quod Ioſeph tamquam Ægypti S. Ephr in
prorex manu gerebat, Crucis fuiſſe figuram, & cõment. hu-
faſtigium ſignificaſſe tabellam, in qua ſuit ſan- ius loci.
ctum nomen Ieſus exaratum, hincque Iacob mo
riens cum fide futuri Redemptoris, itruit oſcu-
laturus, & veneraturus ſanctum nomen illius,
cuius aſpectu frui non poterat, vt ſicut apud nos
ſolent boni Chriſtiani, nomen Ieſu corde colens,
& ore pronuncians de vita diſcederet. Huic fa-
uẽt expoſitioni verba, quæ capitulo 47. legun-
tur: *Adorauit Iacob dominum*, quæ non poſſunt
de Ioſepho intelligi: non enim ſacra Scriptura Gen.47.
vocaſſet *dominum* eum, qui Iacob erat filius, at-
que multo minus hanc etiam ob cauſam a patre
filius erat adorandus. Rationem ergo nunc inea
mus: nam ſi huius nominis vmbræ, ac figuræ
tantam reuerentiam ſanctus ille Patriarcha deſe
rebat, indicium eſt manifeſtum, pręſenſiſſe Dei
lumine prælucente, quanto in honore ſanctum
Ieſu nomen ab omnibus foret habendum pro-
pter ſingularem eius excellentiam, & dignita-
tem.

Secundum ſignum in Chriſto ipſo cernimus,
quãdo Pilatus eũ morte Crucis dãnauit; nã tunc,
etſi præter eorum intentionem, tã ab ipſis perfi-
dis Hebræis, quam a Græcis, & Latinis nomen
eius fuit concelebratum, dum Hebraice, Græce,

& Latine illa inſignis facta fuit inſcriptio, & Chriſti capiti impoſita: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. Qua in re mihi videtur, ſicut olim ineffabile nomen *Iehouah*, ſublimi in loco, ſuper caput ſcilicet ſummi ſacerdotis locabatur, ſic voluiſſe Deum nomen quoque Ieſu ſuper caput æterni ſacerdotis Chriſti, dum in Cruce erat, affigi, quod inde, ipſis etiam eius hoſtibus reclamantibus, & flagitantibus, tolli, aut deleri non permiſit, reſpondente illis Pilato, quod ſcripſi ſcripſi. Completa tunc ipſis inuitis fuerunt verba Dauidis in titulo Pſalmi 57. *Ne corrumpas, aut ne diſperdas tituli inſcriptionem*, id eſt, ne deleas titulum Crucis: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. Quod autem hoc ſanctiſſimum nomē ampliori cumulat honore, eſt, quod Deus ſumme munificus, liberalis, & profuſus in laboribus, & officijs, quibuſque ſuorum amicorum compenſandis, adeo vt pro aquæ frigidæ potu vitam polliceatur æternam, ſicut ſcribit B. Matthęus, volēs Chriſti laboribus, & obedientiæ vſque ad mortem Crucis debita præmia largiri, nomen ei imponit Ieſu, ab omnibus adorandum, vt docuit Paulus: *Propter quod donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum*. Nulla certe maior dici poteſt hyperbole, per quam huius nominis excellentia magis pateat, quam ſi dicamus, nomen *Ieſu* Deo eſſe viſum dignum, quo Filius eius nominaretur, & pro omnibus laboribus, quos in Cruce ſuſtinere debebat, tamquam glorioſus triumphator honoraretur. Veruntamen ſi rem attentius meditamur, aliud etiam non contemnendum excellentiæ ſanctiſſimi nominis argumentum licebit adiungere. Voluit Chriſtus Dominus illud venerando ſuo capiti apponi, tum vt eo tamquam precioſiſſimo diademate coronaretur, tum vt tanti nomen Ieſu facere videretur, vt illud tamquam regium patris diploma humani generis Saluatorem crucifixum teſtificans, quaſi religioſe ipſe deoſculans, ſuper caput poneret, & mandato, quod per ipſum dederat, promptiſſima voluntate obtemperaret, cuius obſequentis voluntatis, tu Ioannes, tamquam vnus eorum, qui mihi à ſecretis ſunt, fidem vt facias peto. Fecit ſane diſertis verbis dicens, ſuper caput Ieſu è Cruce pendentis poſitum fuiſſe hunc titulum: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. Quæ hactenus dixi, breui hac ratiocinatione concludam. Magnum olim fuit odium, quo mortales nomen Ieſu inſectabantur, vt Dauid in perſona Chriſti prædixit: *Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur, & peribit nomen eius?* Hieremias quoque nomine Hebræorum inquit: *Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius*. Non tamen Deus vota illorum impleri permiſit, immo nomen Filij ſui ad omnem propagauit æternitatem, & ab vniuerſis creaturis in ſummo haberi cultu honoris, & maieſtatis effecit. Quod vt faceret, trophęum Crucis erexit, vbi maneret inſcriptum, nulla vnquam obliuione delendum: vt ſicut quæ ſunt ſublimi loco poſita ab omnibus cernuntur, ſic nomen Ieſu nō in porphyreticis columnis, obeliſcis Aegyptiorum, æneis ſtatuis, vel altis pyramidibus; ſed in culmine, ac throno Crucis locauit. Cui vt mundus vniuerſus genua flecteret, voluit ante omnes capiti ſuo, illud honorās, ſuperimponere, vt exemplo ſuo ad præſtandam ei reuerentiam excitarentur, cui redemptor mundi tantum honoris deferret.

Matth. 27. Ioan. 19. — Ibidem. — Pſ. 57. — Ad Phil. 2. — Ioan. 19. — Pſ. 4. — Hierem. 11.

Tertium ſignum, quo huius nominis gloria ſingulari edito miraculo celebrata fuit, accipere poſſumus ab Apoſtoli Pauli morte, cuius caput, vt referunt hiſtorici, cum fuit ceruice reſeſſum, clamitabat, & repetebat nomē ſanctum Ieſu, ita vt, qui animam à corpore, & caput à ceruice ſeparauerat gladius, tam dulcē compellationem ab ore Pauli amouere non potuerit. Quemadmodum enim vas, quod vnguento fuit odorifero imbutum, quamuis in parua fragmenta cōminuatur, ſemper odorem conſeruat, iuxta illud Horatianum:

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu. Horatius.

Ita Paulus vas electionis, vt de illo dixerat Chriſtus: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filijs Iſrael.* (Act. 9.) Vas, inquam, rota tertij cæli elaboratum, vas quidem terreum, & fragile, coctum tamen in fornace tribulationum, quas pro Ieſu nomine patienter fortiterque tolerauit: *Ego oſtendam illi quanta oporteet eum pro nomine meo pati.* (Ibidem.) Tantam, inquam, Paulus recepit fortitudinem, & conſtantiam, vt quamuis tyranni in ipſum deſæuientes huc caput, & illuc proiecerint corpus, nunquam nomen Ieſu, pro quo moriebatur, dimiſerit, immo tamquam vas, quod ſuauiſſimum toties continuerat liquorem (nam & ſolum in ſuis Epiſtolis nomen Ieſu ſexcenties, & amplius nominat) quamuis ita percuſſum, & diſtractum bonum eius odorem retinens ſuauitatē exhalabat. Nec minus mirabile prodigium fuit, ter ſaliente Pauli capite poſtquam fuerat abſciſſum, tres in eodem loco fōtes aquarum erupiſſe, impleto non ſolum in ſpiritu, ſed re ipſa, quod Iſaias dixerat: *Haurietis aquas de fontibus Ieſu.* (Iſai. 12.) Quod noſtra vulgata vertit: *Haurietis aquas de fontibus Saluatoris*. Non enim ſolum Chriſti perſona, ſed nominis ipſius inuocatio, & prolatio tantæ virtutis eſt, vt Moyſis virga in operatione miraculorum eo ſit infirmior, & impotentior, illa enim fontem vnum, nomen autem Ieſu, à Paulo repetitum, tres fecit ſcaturire.

Quartum, & vltimū ſignum, quo nominis huius excellentia ſingulari ſucceſſu ſeſe prodidit, fuit, quādo inclytus, & validiſſim⁹ martyr Ignatius (Sur. in vita S. Ignat., & alij.)

Digitized by Google

tius, qui beſtiarũ morſibus obiectus a famelicis diſceptus facile quidem fuit, cor tamen illius manſit intactum, leonibus inuadere, aut illud tãgere non audentibus, quoniam forti armatura ſalutis, & precioſo illo nominis Ieſu diamante præmunitum, & fulgidum aureiſque characteribus inſculptum habebat, vt poſtea compertum fuit. Itaque quemadmodum lictores in Regia curia capere, & in vincula ducere illum non audẽt, qui ad alicuius magnatis, Apoſtolici Nũtij, vel Regum, principumve legati domum, vel ad Eccleſiam confugit, ſic leones illi, quaſi rationis participes, nomini Ieſu reuerentiam exhibẽtes, non auſi ſunt martyris cor offendere, tam ſacro aſylo munitum, ſuo docentes exemplo, non ſolum hominibus, ſed ipſis quoque iudicij expertibus animantibus ſanctiſſimum Ieſu nomen eſſe debere venerabile, & omni cultu ſuſpiciendum. Cui ſic honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Sexta.

Quæ ſit vtilitas, ſuauitas, & maieſtas nominis Ieſu, & quanta ei reuerentia debeat exhiberi.

Pſ. 98. & 110.

REX & Propheta Dauid, quam fructuoſum, dulce, magnum, & verendum eſſet Ieſu nomen, contemplatus, breuiter id ſignificauit, dicens: *Sanctum, & terribile nomen eius*. Sanctum vocat propter virtutem, quam habet ad ſanctificandas hominum mentes, vnde innoteſcit prima huius nominis dignitas, nempe vtilitas, quoniam ab eo cunctis animarum noſtrarum morbis medicina, & ſalus prouenit. Hanc vtilitatem ſacri Doctores multis laudibus efferunt. Vnde Auguſtinus de Ciuitate Dei explicans verba Dauidis, Pſalmo 67. *Deus ſaluos faciẽdi, & Dñi, Domini exitus mortis,* inquit, *Deus ſaluos faciendi, Dominus eſt Ieſus ipſe enim ſaluum fecit populum ſuum à peccatis eorum; in quorum promiſſionem, quondam ſanguis eius fuſus eſt, non vtique oportuit alios exitus habere, quam mortis, & ideo cum dictum eſſet Deus noſter, Deus ſaluos faciendi, continuo ſubiungit, & Domini, Domini exitus mortis, vt oſtenderetur, moriendo ſaluos eſſe facturum.* Poſſumus etiam interpretari verba Dauidis: *Domini, Domini exitus mortis*, de iuſtificatione hominis; nã ſicut iuſtificatio eſt quidam motus ſupernaturalis, & diuinus, quo peccator a morte transfertur ad vitam (*Tranſlati ſumus de morte ad vitam*) atque ita homo exẽptus, ac liberatus poteſtate peccati traducitur ad gratiam Chriſti, qui eſt cauſa efficiens, & meritoria introitus ad vitam, quæ datur per eandem gratiam, ſic etiã eadem iuſtificatio cauſa eſt exitus a morte per peccatum illata. Cõſideratione etiam dignum, nunquam a gentium ſapientibus, nec à Poetis, etſi varia Dija eorum nomina dederint, hunc belli, illum maris, alium eloquentiæ Deum vocantes, nunquam aliquem Deorum appellatum *Deum ſaluos faciendi*, quoniam tam honorificam appellationem diuina maieſtas ſolo Filio ſuo ab æterno decreuerat. Cognouit hoc magnus Patriarcha Iacob, qui morti proximus, vt in Geneſi ſcribitur, vltimum quod emiſit ſuſpirium, & vltima iam morientis verba cum nomine Ieſu ſociauit. Nam vbi Latinus interpres inquit: *Saluatorem tuum expectabo Domine*, alij cum Procopio transferunt: *Ieſum tuum expectabo Domine*; quæ verba Chaldaicus Paraphraſtea ſingulari expoſitione ita declarat: *Salutare tuum expectabo dixit Iacob, non expecto ſalutare Gedeon, quæ eſt ſalus temporalis, nec ſalutare Sampſon, quæ eſt ſalus tranſitoria, ſed expecto redemptorem Chriſtum filij Dauid, cuius redemptionem deſiderat anima mea*. Nunquam viſus inter homines fuit medicus, qui perpetuam ſalutem ęgrotantibus afferret. Auicẽna, Galenus, Hippocrates, etſi medendi arte præſtantiſſimi, multorum morbos depulerunt, non tamen ita valetudinem confirmarunt, vt ijdẽ ægroti ab ipſis ſanati in alios morbos poſtea nõ inciderint, ac tandẽ mortẽ obierint. Vnde ſalus ab ipſis allata (cuius nõ, tã ipſi, quã Deus, & medicina erat cauſa) non ꝑpetua, ſed ad tẽpus, erat nouis expoſita periculis, & incerta; ſalus autem a Deo data, vel danda prędeſtinatis, ſecura, & ęterna eſt, vt dixit Iſaias: *Iſrael ſaluatus eſt ſalute æterna.* Incognitus ſuper Pſalmos interpretans hæc verba: *Salutare tuum*, refert ex Auicenna, eſſe quoddam pharmacum, quod vocatur, *Vita compoſita de confectionibus magnis*, quæ medicina eſt adeo eodem teſte Auicenna ſalutifera, vt rationem illuminet, mentem lętificet, vires roboret, linguę tollat impedimenta, & loquelam reſtituat, quæ omnia idem Incognitus nomini Ieſu optime conuenire, loco iam citato demonſtrat. Audiamus quid hac de re ſanctus Bernardus, & ſanctus Laurentius Iuſtinianus dixerint; hi enim, tam practica, quam theorica cognitione certi, vtilitatem ab hoc ſacro nomine prouenientem experti, breuibus verbis ſingulare illius commodum, & virtutem teſtatam reliquerunt. Ait igitur Bernardus: *Cui in periculis palpitanti, & trepidanti inuocatum virtutis nomen non ſtatim fiduciam præſtitit, depulit metũ? cui in aduerſis diffidẽti, iã iamq. ſi nomẽ adiutorij ſonuit, defuit fortitudo? triſtatur aliquis veſtrũ? veniat in cor Ieſus, & inde ſaliat in os, ecce ad exortum nominis lumen redit ſerenum*. his Bernar-

Aug. lib. 7. c. 18.

Gen. 49.

Procop. ſup. c. 49 Gen. Paraphr. Chald. ibid.

Iſai. 45. Incogn. in pſal.

Bern. ſer. 5. in Cant.

di verbis alia ſubdit ſanctus Laurentius Iuſti-
Laur. Iuſt. de ſincam. nianus in hunc modum: *Si tentaris à Diabolo,*
ſi ab hominibus opprimeris, ſi conficeris ægritudine,
ſi doloribus fatigaris ſi deſperationis agitaris ſpiritu,
ſi concuteris formidine, ſi dubietate pulſaris, Ieſu no
men edito, in arduis, in periculis, in terroribus, in do
mo, in via, in ſolitudine, in fluctibus, vbicumque ex-
titeris, Saluatoris profer nomen. Ad hunc etiam fi-
nem nos monet Paulus Apoſtolus Coloſſenſibus
Paul. ad Coloſ. cap. 3. Epiſtolam ſcribẽs, his verbis: *Omne quodcumque*
facitis in verbo, aut in opere: omnia in nomine Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti facite. Vnde cernimus ab
Eccleſia, vt feliciter incipiat annum, & finiat, il-
lum inchoari nomine Ieſu: primo enim anni die
Redemptor noſter nomẽ in circumciſione acce
pit. Atque horum Patrum teſtimonijs ipſe adij-
cio, tam eſſe proprium Chriſti noſtram ſalutem
curare, vt cuilibet noſtrum iam dicere liceat;
quod olim quædam famelica mulier grauiſſima
graſſante fame Regi Iſrael dixiſſe narratur. *Salua*
4. Reg. 6. *me domine mi Rex*: non enim quod illa tunc, au-
diemus reſponſum: *non te ſoluat Deus, vnde te poſ-*
ſum ſaluare, de area, an de torculari? quaſi diceret,
quæ mihi ſunt frumenti horrea, vel quas habeo
vini cellas, vt tuæ fami, & ſiti valeam ſatisface-
re? Non vtique reſpõdebit hoc nobis miſericors
noſter Dominus: nouit enim in manu nobis eſſe
reſponſum. Nam ſi tempore Patriarchæ Ioſeph
tanta fuit (vt ait Scriptura) abundantia tritici, *vt*
arena maris coæquaretur, nemo poteſt ambigere,
Gen. 41. multo maiorem in lege gratiæ adeſſe affluentiã,
vbi cernimus aperta horrea ſacramentorum, &
angelici panis, vinique cæleſtis menſam vni-
uerſis paratam, & expoſitam, videlicet carnem,
& ſanguinem Chriſti, ad cuius eſum, & potum
inuitat, immo & omnes quodammodo compel-
lit, iuxta illud: *Compelle illos intrare*: Pergamus
Luc. 14 igitur vlterius, & inueniemus hoc ſacrum no-
men ſi propter vtilitatem, vt docuimus, eſt ſan-
ctum, non minus ſanctitate fulgere propter eius
dulcedinem. Nam cum ſanctũ idem ſit, quod ſi-
ne terra, omnis huius nominis dulcedo eſt pura
& ſincera, ſine admixtione amaritudinis, maio-
riſque, quã reliqua Dei nomina, ſuauitatis. Quod
teſtatur Auguſtinus de Ciuitate Dei; interpre-
Aug. li. 18. de ciuit. Dei tans enim locum Abacuch: *Ego autem in Domi-*
no gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo, ait non
ita ſibi placere alterius verſionem interpretis,
qui tranſtulit in hunc modum; *Et exultabo in Deo*
Pſ. 52. *ſalutari meo*, quamuis verum ſit, idem per vtrũ-
que nomen ſignificari. cuius rei adijcit ratio-
nem, dicens: *Nobis enim dulcius, & amicius eſt no*
minare Ieſum, quam ſaluatorem. Et alibi ait: *nomẽ*
Dei iucundum eſt amantibus Deum ſuper omnes iu
cũditates. Et quamuis verum quidem eſt, dulciſ-
ſimum eſſe nomen Dei, Patris, Spõſi, & amici, a-
liorumque ſimilium, quibus Dei Filius inſigni-
tur, & vocatur: o[m]nia tamẽ Ieſu nomẽ ſuauitate, ac
dulcedine ſuperat. Quoniam ſicut *Cæleſte manna*
Sap. 16. *omne delectamentum, & omnem ſaporis ſuauitatem*
in ſe habebat, ſic ſacrum hoc nomen a cælo miſ-
ſum omnem ſuauitatem, & declarationem nomi-
num Dei continet, & includit. Hinc eſt, quod Spi
ritus ſanctus in Apocalypſi loquens de hoc no-
mine, inquit: *Vincenti dabo manna abſconditum,* Apoc. 2.
& nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui
accipit. Primum hoc ſacrum nomen vocatur a
Ioanne *Manna*, ac deinde *nouum* appellatur, quo
niam Pater æternus illud in nouo Teſtamento Fi
lio ſuo tamquam proprium dedit, & impoſuit,
& quia ipſe ſolus hoc nomine vocatus fuit, vt
iam homilia quinta probauimus. Dicitur quoq.
nomen ſcriptum; nam cordibus iuſtorum eſt in-
ſcriptum, immo & in corde martyris Ignatij au Eur. in vita S. Ignat. mart.
reis litteris fuit expreſſum, vt ſuperius receſui-
mus. Id ſi id clarius intueri velimus, in memo-
riam reuocemus verba Bernardi, quæ ſuperius
quaſi per tranſennam retulimus, aliquantulum D. Bern. vbi ſupra.
latius a nobis nũc explicanda. Vocat ille ſanctũ
nomen Ieſu mel, vocat melos, ſignificans ori, at-
que auribus eſſe gratiſſimum; mel eſt in ore, quo
niam ſicut mel amaritudinem palati depellit, ita
nominis Ieſu inuocatio, quidquid in anima inſi-
pidi, aut amari eſt, gratum, & dulce reddit, om-
niſque noſtra mens illo præſente dulceſcit: & ſi-
cut lignum, quod olim Moyſes in aquas Marath Exod. c. 15.
proiecit, illas continuò dulces effecit; ita dulce
hoc nomen talem habet virtutem, & poteſtatem,
vt immiſſum aquis amaris tribulationum, qui-
bus anima contriſtatur eas, dulces reddat, &
iucundas, quam ob cauſam fortaſſe Dauid Chri
ſtum vocauit vnicornem; *Dilectus quemadmodum* Pſ. 28.
filius vnicornium, quoniam vt ſcribunt, qui de
eorum natura memorant auctores, huius ani-
malis cornu, ſi aquæ veneno infectę tangantur,
protinus expurgantur, fiuntque bibentibus ſalu-
bres. Nec mirum, ſi tantam Ieſu nomen afferat
animo dulcedinem, cum fructus ſit illius arbo-
ris, in qua Dei Filius perpendit, qui morte ſua Ad Phil. 2.
meruit Ieſu nomine inſigniri, vt Apoſtolus gen-
tium teſtatus eſt. Vnde bene infertur, ſi claui,
quoniam Crucis lignum terebrarunt, tantæ dul
cedinis participes facti ſunt, quantum Eccleſiæ
hymnus canit: *Dulce lignum, dulces claues*; maior Hymn. Eccl.
profecto erit dulcedo nominis Ieſu: legitimus eſt
enim arboris ſanctiſſimæ fructus, nempe Crucis,
omniũ ſuatum qualitatum particeps. Vnde il-
lum deguſtans Sponſa, tantam habere ſuanita-
tem iudicauit, quantam ipſa Crucis arbor, ex
qua dulcis ille fructus prouenerat. verba Spon-
ſæ ſunt: *fructus eius dulces gutturi meo*. Secundo
inquit Bernardus, inuocationem nominis Ieſu eſ Cant. 2.
ſe melos in aure, quoniam muſicus concentus,
tamquam mẽtis quidam cibus peculiarem con
tinet ſuauitatem, & dulcedinem, hincque dixit
Iſaias; *Conticuit dulcedo citharæ*. Ad huius noſtrę
ſententiæ probandam veritatem ſuppono, ſi- Iſai. cap. 24
cut animaduerterunt Ioſephus in libro de Anti
quit. & doctiſſimus Burgenſis, Dauidem, quan- Ioſeph. li. 6. Burg. ſup. c. 76. ı. Reg.
do Rex Saul ſeruos miſit ſatellites eum captu-
ros, ab ipſis inuentum fuiſſe canentem, & citha
ram pulſantem, ob cuius harmoniæ ſuauitatem
ſtupore correpti, et impediti fuerunt, ne il-
lum caperent. Id tamen vbi cognouit Saul,
alios

alios ſubinde legauit, qui non minori dulciſſimi concentus affectu permoti pariter abſtinuerunt, ac propterea Rex indignatus capturus Dauidem perrexit, qui ſimul Dauidici ſoni, & cantus admiratione affectus ita fuit, vt de illo ſacra Scriptura dixerit: *Cecinit nudus tota die illa, & nocte.* (1. Reg. 19.) Hinc, quoniam illo tempore Saulem Prophetæ alij comitabantur, manauit prouerbium: (1. Reg. 19.) *Num & Saul inter Prophetas?* At licet verum ſit, quod narrauimus, magnumque ſit argumentum ad vim, atque virtutem muſici concentus indicādam, multo tamen magis eius potentia noſcetur, ſi conſideremus, non ſolum homines numeris muſicis attrahi, & placari, verum etiam, quæ aerem, terram, vel aquam incolunt animalia affici, & mulceri. Experimēto docemur, volucres audito aucupis cantu in retia ruere, & de ceruo narrat Ariſtoteles muſica delectari, eamque ob cauſam ſæpe in venatorum manus incidere, & vt piſci eſt illecebra lumbricus, ita ceruo muſicus concentus. (Ariſt. lib. 9. de hiſt. an.) Plinius de naturali hiſtoria ſcribit muſicis valde gaudere delphinum, vnde narrat Herodotus proiectum a nautis in mare citharœdum eximium Arionem à delphino, qui eius cantui prius interfuerat, humeris fuiſſe ſuſceptum, & ad litus deductum incolumem. (Plin. lib. 9. cap. 8.) (Herod. li. 1.) Ac tandem Alexander ab Alexandro, tamquam oculatus teſtis affirmat, morſus quorundam animalculorum, quæ vulgo tarantolæ ab Italis vocantur, cantu, & ſoni ſuauitate ſanari, nec aliud vſque in præſentem diem inuentum ait remedium, quo huiuſmodi venefici tarantolarum ictus curētur. (Alexan. ab Alex. lib. 2. cap. 16.) Quod ſi tantarum virium muſica eſt harmonia etiam apud ferocia, & mentis expertia animalia: quid quæſo in animo pio, ac deuoto ſuauitas, ac dulcedo huius iucundiſſimæ vocis, ac nominis poterit operari? Ieſus magiſter meus, Ieſus meus Pater, Ieſus meus paſtor, Ieſus meum pabulū, Ieſus meus Redēptor, Ieſus meę redēptionis preciū, Ieſus prēmiū, & corona meorum laborum eſt. (Baſil. ho. 14.) Memini ſcribi a Baſilio, magno illo Monarchæ Alexandro fuiſſe a muſicis quendam nomine Timotheum cuius tanta erat dexteritas, & ſuauitas ad varios animis audientium affectus ſono, & voce inferendos, vt eum accumbenti ad menſam Alexandro Timotheus claſſicum caneret, & modularetur, protinus ille Martio correptus furore arma flagitans proſilierit, moxque mutato cantu, & placabili ſono pacis edito conquieuerit, non ſecus, quam aquæ infuſione accenſus ignis extinguitur. Experientia nos docuit, idem noſtris animabus præſtare dulciſſimi nominis Ieſu inuocationē: ſiquidē afflictum humanum cor, & laborū tribulationūq. fluctibus tamquam ęſtuans mare conturbatum, ſi nomen Ieſu inuocet: *Adeſto mihi Ieſu*, illico recreatur, & quieſcit, ac repentina cælitus miſſa tranquillitate nouam pacem experitur. Fortaſſe igitur hæc vox eſt, quam in canticis Sponſa ſuis auribus perſonare cupiebat, dicēs: *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* (Cantic. cap.) (Bernar. vbi ſup.) Hincq. dixit Bernardus loco iam adducto: *Aridus eſt omnis cibus, ſi non oleo iſto infunditur, inſipidus, ſi non hoc ſale conditur, ſi ſcribis, non ſapit mihi niſi legem ibi Ieſum, ſi diſputes, aut conferas, non ſapit mihi, niſi ſonuerit Ieſus.* Quæ omnia hymnus, quem Seraphica S. Franciſci noſtra religio in die huic ſanctiſsimo nomini dicato canere conſueuit, his verbis breuiter complectitur.

Nihil canitur ſuauius,
Nihil auditur iucundius,
Nihil cogitatur dulcius,
Quam Ieſus Dei Filius.

Si ergo tantæ vtilitatis, ac ſuauitatis eſt hoc ſacrum nomen, optime ei conueniet, quod de Poetarum cantu dixit Horatius.

Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci. (Hor. in art. poet.)

Ne tamen totus noſter ſermo in declaranda huius nominis vtilitate, ac dulcedine inſumatur, oculos, orationemque reuocemus ad gloriam, & maieſtatem, qua inter reliqua nomina reſplendet: non enim Dauid tantummodo ſanctum, ſed *terribile* quoque illud appellauit: *Sanctum, & terribile nomen eius.* Terribile in primis fuit ipſimet Chriſto; nam vt prouerbio dicitur: *Pueris ſanguine doctrina paratur*, id eſt ſeueritate diſciplinæ, & verberibus, vſque ad ſanguinis effuſionem, ſi opus ſit ita: ſanguine diuinus hic puer nomen Ieſu parauit, & precio ſui ſanguinis emit; quem circumciſus, & poſtea moriens profudit. Ac propterea verba illa Iſaiæ: *Cuius principatus ſuper humerum eius*, quæ ſanctus Ambroſius libro de fide, ita vertit: *Cuius principium ſuper humerum eius*, optime intelliguntur de principatu Chriſti, quem per Crucem humeris impoſitam fuit adeptus, vt ſanctus Auguſtinus interpretatur. (Iſai. cap. 9.) (Ambr. li. 3. cap. 4.) (Aug. 7. de temp.) Quod autem vertit Ambroſius: *Cuius principium ſuper humerum eius*, indicat Chriſtum a principio vitæ ſuæ, & vt dici ſolet, a teneris vnguiculis Crucem ſuſtinuiſſe; nam & octauo die, poſtquam natus fuerat, ſanguinem cœpit fundere circumciſus. Vnde licet vere dixerit Eccleſiaſticus: *Tempus naſcendi, & tempus moriendi:* (Eccleſ. c. 3.) in hoc tamen infantulo vita, & mors inchoata ſimul natæ ſunt, & tamquam gemellæ ſorores vno partu editę, quaſi iunctis dextris, & inito amicitiæ fœdere conformes prodierunt: quippe vix natus fuerat, cum pati cœpit labores vſque ad ſanguinis effuſionem, ac propterea Dauid, ipſi, cui terribile fuiſſe ait nomen Ieſu, ſtetit magno precio prolixę, & continuatæ mortis, quæ à præſepio incipiens in Cruce fuit terminata.

Appellat ſecundo terribile propter tormenta, quæ tot, & tam illuſtres Martyres pro hoc ſacratiſſimo nomine pertulerunt, quibus certe fuit nomen hoc terribile: ſiquidem illorum quilibet dicere poterat, quod olim Paulus Apoſtolus: (Act. 21.) *Non ſolum alligari, ſed & mori paratus ſum propter nomen Domini Ieſu*, ſicut vere mortem ſubierunt pro huius nominis confeſſione, omniaque tormenta, & propriam vitam neglexerunt: vt pro gloria eius viriliter decertarent.

Tertio dicitur terribile, quoniā manu potēti

cuncta nomina Deorum, quos adorabat cæca gentilitas, deleuit, & obſcurauit, ſicut prædixerat Oſeas: *Oſeas cap. 2.* *Auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltra nominis eorum*, quaſi dicat, nó iá nominabitur Iupiter, Bacchus, Mars, Apollo, Mercurius, vel Saturnus, ſed quemadmodum ſolaribus radijs orientibus nubes diffugiunt, & omnis caligo depellitur, ſic affulgente ſacratiſſimi nominis Ieſu ſplendore, & radijs coruſcantibus omnis idolorum gloria obſcurata fuit, & ab ijs ipſis, qui falſa nomina tantopere, colebant, nó ſolum neglecta, & obliuioni tradita, ſed æquata ſolo, & conculcata fuerunt, *Iſai. cap. 7.* ſicut prius Iſaias ſignificauerat: *In illa die proijciet homo idola argenti ſui, & ſimulachra auri, quæ fecerat, vt adoraret talpas, & veſpertiliones.* Vbi animaduerſione digniſſimum eſt in rem noſtram, non abſque myſterio Prophetam potius talparum, & veſpertilionum, quam aliorum animalium, quæ a gentibus colebantur, feciſſe mentionem, quoniam talpa animal eſt cæcum, veſpertilio debili adeo viſu eſt, vt noctu ſemper volitet, & oriente ſole diſpareat. Nam iuſtitiæ ſole Chriſto in terris oriente, & ſanctiſſimi ſui nominis irradiante fulgore, protinus tamquam veſpertiliones omnes dij, & eorum nomina latuerunt, & veterem ſplendorem, & famam indebite vſurpatam amiſerunt.

Quarto vocat Dauid nomen Ieſu terribile, propter metum, & terrorem, quem ſola eius auditio infert dæmonibus, vt contigit in prælio ſancti Michaelis, & Luciferi, vbi exiſtente ancipiti vtrinque victoria, ſicut Hiſpani ſolent prælia ineuntes Apoſtolum inclamare Iacobum, ſic ſanctus Michael Archangelus, & vniuerſæ illius cohortes nomen ſanctum Ieſu proferentes in malos Angelos irruerunt, quo potenti clamore aduerſa factio ſubacta, & deuicta fuit, vt innuit *Ioan. cap. 12* Ioannes in Apocalypſi his verbis: *Ipſi autem vicerunt propter verbum teſtimonij ſui*: multo igitur melius, & verius dici hic poterit de tam potenti nomine, quod olim de Hectoreo dixit *Ouidius.* Ouidius.

Nomine in Hectoreo pallida ſemper erant.

Quotieſcumque namque ſacrum Ieſu nomen ad aures defertur eorum, qui vel maxime ei aduerſantur, tremor artus, & vultum pallor occupat, quod non aliunde eſt, quam ab eius efficaciſſima virtute, vt Chriſti ſignificauere diſcipuli, dicentes: *Matth. 7.* *In nomine tuo dæmonia eijcimus*, quod etiã præmonuerat Dauid, dicẽs: *Pſ. 43.* *In nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nos.* Cuius rei ſi cauſas inueſtigare velimus, prima occurret, quod ſanctum Ieſu nomen eandem habet, quam ipſemet Deus, fortitudinem, & omnipotentiam, ſibi iure hereditario aſſociatam, *Pſ. 71.* vt Propheta Dauid verbis licet aliquantulum obſcuris ſignificauit, quoniam vbi noſtra vulgata legit: *Ante ſolem permanet nomen eius*, alij legunt: *Ante ſolem filiabitur nomen eius*, id eſt Filius erit ſimilis Patri, quoniam ſicut effectus aſſimilatur cauſę, ita nomen Ieſu a ſimilitudine operum, quæ ipſemet Ieſus Chriſtus fecit, non diſcedet, ſed illum operibus ſuis imitans memoriam retinebit, & conſeruabit.

Hinc ergo eſt, quod licet nemo vnquam, quamuis fortis, & intrepidus fuerit, tamen perpetuo robore valuit, ſed ipſo moriente pariter, & fortitudo eius, & potentia deſijt, nulla in eius nomine antiqui roboris manente virtute, ſicut Hectori, Achilli, & alijs accidiſſe legimus, quibus de vita migrantibus, illorum quoque fortitudo extincta fuit, non enim ipſis abſentibus ad pręſentiam, vel prolationem nominis eorum aliquod præclarum facinus editum vnquam fuit. Sed Ieſu nomen hereditariam, & moraliter inſitam ſibi eandem, quam Chriſtus habet virtutem, & efficaciam, & ſui genitoris opera tamquam bonus, & legitime natus filius imitatur. Bene igitur Dauid: *Ante ſolem filiabitur nomen eius*. Secunda ratio eſt, quam noſter Bernardinus affert, *Bern. tom. 4 ſerm. 48.* inquiens: *Nomen Ieſu ſignum eſt repræſentans omnia, quæ Deus vndique fecit propter ſalutem humanæ naturæ*, eamq. ob cauſam, ſicut Diabolus valde timet Chriſtum, pariter etiam ad nomen illius exhorreſcit, & illo audito fugit, quoniam imago eſt illum exprimẽs, & lingua diuina eius opera promulgans, pręſertimque victoriam, quã in Cruce moriens adeptus eſt, vnde maxima in Chriſtum gloria, & honor infinitus redundauit. Vnde arbitror præter alias cauſas hac vna Chriſtum mortuum voluiſſe in Cruce, de qua pendebat, ſanctiſſimum hoc nomen locari, quemadmodum artifices, quando inſigne aliquod & egregium opus faciunt, nomen ſuum illic inſculpũt, qualis eſt illa inſcriptio: *Apelles me fecit*, vt tam præclari operis, quod omnium eſt glorioſiſſimum, & cui omnia, quæ facta ſunt, vel in poſterum fient, propter ſummam illius excellentiam omnino cedunt, auctor notaretur, & ſuper thronũ Crucis quaſi deſcriberetur: *Ieſus me fecit*, niſi forte dicere velimus, quæ non minus pia meditatio eſt, vulgoque id paſſim fieri cernimus, vt quemadmodum opificum tabernæ, & officinæ inſcriptione notantur earum mercium, vel rerum, quæ illic venduntur: ita Chriſtum ſuper Crucis officinam voluiſſe ponere titulum, & nomen Ieſu, quod ſignificat ſalutem, vt indicaret illic vendi animabus noſtris ſalutem, emite abſque argento, & auro, illic veniam dari peccatorum, illic laborum, & afflictionum donari victoriam, illic adeſſe denique, quidquid mens noſtra poteſt deſiderare pro vtilitate ſua, & obſequio Chriſti. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homi-

Homilia Septima.

Quanta ſit nominis I E S V celſitudo, & quæ illi veneratio debeatur, latius oſtenditur multiplici eruditione, tam à ſacra Scriptura, quam à ſanctis Patribus accepta, vnde multa, & magna, quæ in eo latent myſteria, reſerantur.

Greg. Naz. orat. 36.

QVAMQVAM veriſſimum ſit, tantam Dei eſſe præſtantiam, tamque immenſam eius perfectionem, vt nullo nomine integre, atque perfecte valeat explicari, vt tradit Gregorius Naaianzenus, dicens: *Deus nullo nomine exprimi poteſt, quoniam quemadmodum nemo eſt, qui aerem totum vnquam hauſerit, ita Dei naturam nec mens, nec vox vlla complexa eſt.* Et noſter etiã inſignis Eccleſiæ doctor

Bon. libr. 1. diſt. 22.

Bonauẽtura inquit: *Sicut Deus ſoli ſibi eſt intelligibilis, ita ſoli ſibi eſt effabilis, & nominabilis, non alio nomine, nec alio verbo, quam ipſe ſit, & ſicut nobis eſt incomprehenſibilis, ita & innominabilis.* Quam ſententiam vterque à ſancto Dionyſio libro de diuinis nominibus didicit, ſic ea de re

Dion. c. 1.

loquente: *Nec ſenſus Dei eſt, nec phantaſia, nec nomen, nec ſcientia.* Et tandem Gregorius Nyſſenus ſuper Cantica explicans Sponſæ verba: Vocaui eum, & non reſpondit mihi, eandem ob cauſam ita ſcripſit: *Quomodo qui eſt ſupra omne nomen, efferri poteſt per vocationem nominis?* protinus ſubiungit: *Vocaui quidem quãtum potui excogitando voces, quibus ineffabilis ille commõſtraretur, at ille maior erat, quam qui per has ſignificationes indicari poſſit.* Nihilominus tamen idem

Dion. de diuin. nomin.

S. Dionyſius de nomine Dei ita cenſet: *Innominabilis eſt Deus, ſed multa habet nomina.* Quibus verbis innuit ſapientiſſimus Dionyſius, Deum non poſſe aliquo nomine appellari, quo tota eius perfectio adæquetur, poſſe tamen aliqua dari, quibus aliquid ſũmæ eius excellentiæ monſtretur. Inter quæ celebria, & inſignia fuerunt nomina Hebræorum, quale eſt *Heloim*, quod ſi-

Arias Mõt.

gnificat Iudices, vt Arias Montanus in ſuo Apparatu notat, & *Cados*, id eſt Sanctus, *Adonai*, Dominus meus, *Sadai*, ſufficiens ad omnia, vt do-

Epi. hær. 40

cet Epiphanius, *Sabaoth*, Sanctus, & fortis, vt explicat S. Hieronymus in epiſtola ad Marcellinam, *Iah*, Deus, quo nomine frequẽter vtimur in nomine *Hallelu iah*, id eſt, laudate Deũ, & tandem nomen Tetragrammaton *Iehouah*, quod iu-

Ibidem. Abul. ſuper Ex. q. 4.

xta Epiphanij, & Abulenſis ſententiam ſignificat ſummam eſſentiam, vel vt alij putant, idem eſt, quod vnum, & omnia. Hoc nomen *Iehouah*, præcipuum erat inter Hebræos. Vnde S. Gregorio Nazianzeno, & D. Thomæ videtur Dei

D. Th. 1. p. q. 13. ar. 11.

nomen magis propriũ eſſe, *Qui eſt.* Quæ ſententia fulciri poteſt, quod à Moyſe interrogatus Deus, quomodo vocaretur, vel quod eſſet ei nomen, reſpondit. *Qui eſt miſit me.* Sicut ergo inter

Exod. 3.

omnia diuina nomina præſertim excedit *Iehouah*, ſic omnium eſt excellentiſſimum euiſdem Dei carne induti nomen Ieſu. Vnde quoniam nomen *Iehouah*, idem eſt, quod Ieſus, vel eius ſaltem figura, & typus, iuxta quorundam opinionem, placet in hac homilia maieſtatem nominis *Iehouah.* breuiter aperire, vt inde, quantus ſit huius nominis ſplendor, appareat. Primum diſcutiamus litteras ipſas, ſiue characteres, quibus exaratur, ſinguli namque plurimis ſunt referti myſterijs. Titus Liuius ſingulare refert parado-

Tit. Liuius dec. 4.

xon Pythagoricum, ait enim Pythagoram ſenſiſſe, quorum nomina conſtarent ſyllabis paribus, frequentius latere ſiniſtro laborare ſolitos: quod licet ipſe Liuius ſomnium cenſeat eſſe Pythagoricũ, addit tamen ita contingere vt plurimum, qua in re non minus, quam Pythagoram, reor fuiſſe deceptum, ſiquidem nulla eſt morborum cum nominibus hominum conuenientia, atque ita error eſt manifeſtus, myſterium quærere in nominibus, quæ à terra fiunt, quod in his ſolum, quæ cælitus imponuntur, tantũmodo ſoleat reperiri: tunc enim cum Deus ſit auctor illorum, ſinguli etiam apices non carent ſacramento. Vnde nomen, quod à Deo datur, ſemper eſt inſtar tituli, qui paucis verbis, quid res ſit, oſtendit. Examinemus igitur ſingulos nominis *Iehoua*, characteres: nam primus, ait Hierony-

Hier in prolog. Thren.

mus, ſignificat principium, in quo denotatur Pater, qui reliquarum perſonarum in diuinis principium eſt: ſecundus ſignificat, eſſe, quod cõuenit Filio, per quem facta ſunt omnia, & à quo, vt ait Ioannes, tam naturalia, quam ſupernatu-

Ioannes 1.

ralia ſuum eſſe receperunt: tertia littera ſignificat coniunctionem, vel copulam, quæ optime repræſentat perſonam Spiritus ſancti, qui eſt nexus amborum. Sic etiã litteræ nominis Ieſu innumerabilibus ſcatent myſterijs: nam prima littera, vt affirmat Epiphanius, eſt inter Græcos *Iota*, magna includens ſacramenta, quæ declarãs

D. Clemens.

S. Clemens, inquit, primam litteram nominis Ieſu ſignificare decem, ob idque non carere myſterio, quod ſancta Mater Eccleſia preces ſuas, & orationes hoc ſanctiſſimo nomine terminet, dicens: Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ &c. Id enim facit, vt oſtendat, & proteſtetur, huius nominis merito, atque virtute, decem à Deo impoſita præcepta fore per nos implenda, & quidquid in nomine eius à Patre petierimus, quod ſaluti animarum noſtrarum expediat, obtinendum. Et S. Epiphanius prædicto loco addit,

Eph. vbi ſup.

mandatum Dei, quo agnum paſchalem adduci decima die iubebat, figuram fuiſſe innocentiſſimi Agni *Ieſu*, cuius prima littera, vt dixi, decẽ ſignificat. Si ergo in ipſo huius nominis principio, primaque littera tot ac tam magna ſacri

Do-

Doctores detegunt ſacramenta, qoid faeerent, ſi quæ in alijs litteris deliteſcunt, perſcrutarentur? [Beda.] Venerabilis Beda aliud notatu digniſſimũ in litteris, quibus nomen Ieſu ſcribitur, indicat myſterium, ad quod intelligendum ſupponere debemus, tam inter Hebræos, quam Græcos alphabeti litteras pro numeris vſurpari, nec eſſe aliã apud eos numerandi rationem. Vnde Ioannes [Ioan. 13.] in Apocalypſi dixit fore, vt Antichriſti nomẽ litteris componeretur, quibus numerus ſexcentorum ſexaginta ſex conficeretur, iuxta quam Græcorum numerandi rationem litteræ nominis Ieſu numerum faciunt octingenteſimũ octuageſimom octauum, vt Sixtus Senẽſis in ſua [Cit. Sen. l. 2.] bibliotheca commemorat ex Sibylla Cumana, eiuſdem verſus ibi deſcribens. Hoc igitur myſterium, vt dicere cœpi, Beda notauit, his verbis: [Bed. ſup. ... c. 2.] *Sacroſancti nominis Ieſu non tantum etymologia, ſed ipſæ quoque litteræ cõprehendunt, numerus perpetuæ ſalutis myſterium redolet*. Myſterium autẽ hoc dies octauus eſt, qui gloriæ, & requiei eſt ſymbolum, vt Hieronymus, & Auguſtinus notauerunt, quibus addere poſſumus, numerum octauũ ſignum eſſe ſalutis, & libertatis, iuxta id quod contigit in Arca Noe, vbi teſte Scriptura, *Octo animæ ſaluæ factæ ſunt*, ſicut Apoſtolorum princeps [1. Petr. 3.] Petrus in ſua Canonica memorauit. Eſt tãdem numerus octauus æternitatis ſymbolum, vt docent Auguſtinus, & Gregorius Naaianaenus, [Aug ſup. Pſ. 6. 11.] [Greg. Naz. orat. 43.] vel vt notat Hieronymus ſuper Ezechielẽ, figura eſt noui Teſtamenti, ſicut veteris typus fuit numerus ſeptenarius, quoniã inter Hebræos dies ſeptimus erat feſtus, inter Chriſtianos autem octauus. Vt ergo Deus ſignificaret omnia hæc myſteria, videlicet Chriſtum eſſe noſtræ ſalutis auctorem, Dominum æternitatis, Teſtamẽti noui principium, gloriæ datorem, voluit nomen Ieſu habere triplicatum numerum octauũ, qui omnium harum rerum ſymbolum eſt. Idemque Beda loco iam citato inquit, numerum ex triplici octauo numero conflatum, qui conficit, vt ſuperius dixi, octingenteſimum octuageſimũ octauum, ſignificare triplicem reſurrectionem, quam Chriſtus operatur: nam ille cauſa eſt reſurrectionis, qua anima reſurgit ad gratiam, & reſurrectionis corporis ad vitam corpoream, ac tandem reſurrectionis Chriſti ad immortalem, iuxta illud, quod de ſe ipſo loquens, per Ioannẽ [Ioan. 5.] dixit: *Sicut Pater habet vitam in ſemet ipſo, ſic dedit & Filio vitam habere in ſemet ipſo*. Tertullianus [Tertullian.] illa verba diſcutiens: *Ego ſum Alpha, & Omega*, poſtquam dixerat Græcos inter omnes mortales ſapientiæ laude gloriatos, vnde de illis [1. Corinth. 1.] Paulus Apoſtolus: *Iudæi ſigna petũt, & Græci ſapientiam quærunt*: ſubdit Alphabetum Græcorum diuiſum eſſe in triplicem numerum octauum, multiplicando ab vnitatibus ad decadem, & ſubinde ad centum; ſunt enim in alphabeto monades octo, decades octo, & hecatõdę octo, ita vt ſicut iã dixi, numerus ex his fiat octingenteſimus octuageſimus octauus, quẽ numerum continet nomen *Ieſu*, ad ſignificandum, vt ait Tertullianus, *Ieſum* eſſe, qui omnia ſcit, immo & ipſammet ſapientiam, qua cum ſi conferatur Græcorum eruditio, & Athenarum doctrina, vel doctiſſimorũ Metaphyſica ſciẽtia, ludus, & delirium cenſebuntur, & ſicut nomen *Iehoua*, vt multi autumant Doctores, idem eſt, quod generans, quæ actio eſt ita excellens, vt nulla extrã ex his, quæ à Deo fiunt ad intra, vt loquuntur, queat eſſe perfectior, vel excellẽtior, nihil enim poteſt cogitari maius, ſeu perfectius, quam à Patre generari Filium: ita quoque ſanctiſſimũ Ieſu nomen, ſignificans Saluatorẽ, innuit nobis Chriſtum, quaſi in ſpiritu generãtem, ſiquidem non aliter nos facit ſaluos, quam per Spiritũ gignẽs, & nos filios Dei conſtituens, ſecundum Iacobi verba: *Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis*. [Iacob. 1.] & alibi; *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*. [Ioan. 1.] Nomen *Iehoua*, tam fuit Hebræis venerabile, [Exod. 28.] vt non ſolum ſuper nomina duodecim tribuũ aureæ laminæ inciſum, & ſuper caput ſacerdotis illud poſuerint, ſed quemadmodum Romani teſte Plutarcho in ſuis Emblematibus nomen Dei [Plut. in ſuis Emblem.] ſui tutelaris, & quidam quoq. gentiles nomen primi Dei eorum magorum proferre nõ audebant, vt alij referunt auctores, ita & Hebræi ſãctum nomen, *Iehoua*, pronunciare non tentabãt, excepto ſacerdote, nec tamen omni tempore, ſed in tẽplo, & quando ſacerdotalibus amictus erat ornamentis, vt Burgenſis atteſtatur. [Burg. de ſi...] Si vero ſacerdos non bene, vel cum debita reuerentia illud proferebat, mala inde augurabantur. Cõſtat etiam ex eorundem auctorum teſtimonijs, Hebræos, dum ſacra Biblia publice legebant, nomẽ *Iehoua*, ſi occurreret inter legendum, minime proferre, ſed pro illo legere ſolitos *Adonai*. Quibus addit Gregorius Nazianzenus, [Greg. Naz. orat. 36.] cautum fuiſſe apud Hebræos, ne quid exararetur litteris, & punctis, ſeu vocalibus, quibus nomen *Iehoua*, deſcribebatur. Quas ob cauſas nomen dicebatur admirabile, & ineffabile, tametſi noſter Galatinus [Gal. lib. de arcanis catholicæ veritatis.] libro de arcanis ſacræ Scripturæ affirmet dictum ineffabile, propter altiſſimum Trinitatis myſterium, vt iam expoſuimus. Sed non minus, quam *Iehoua*, nomen Ieſu cunctis gentibus, & nationibus verendum habetur, nec ſolum in principio libri vitæ poſitum fuit: *In capite libri ſcriptum eſt de me*, [Pſ. 39.] ſed tamquam regium diadema, ſuper caput ſũmi ſacerdotis Chriſti, quãdo æterno Patri in Crucis ara ſacrificiũ ſui corporis offerebat: vnde tantam accepit dignitatẽ, & excellentiam, vt ſuperet venerationem, quæ Dei nomini deferri conſueuit. Nemo enim eſt tam deſpectæ pietatis, qui, quantumuis ſoleat iurare per Deum, iuret per Ieſum, quod apertum eſt indicium, quam inſita ſit hominum animis huius ſãctiſſimi nominis veneratio. Quotidie in choris Eccleſiarum, tam cathedralium, quam conuentualium nomen Dei nominari videmus, nec tamen aliqua ei fit peculiaris reuerentia; cũ autem nomen Ieſu auditur, confeſtim ab omnibus capita inclinantur, & externis ſignis oſtenditur, quanto ſit tam ſanctum humanæ ſalutis nomen cultu, & quanta omnium adoratione ſuſcipiendum. Hinc dixit Abulenſis ſuper Exodũ, [Abul. Exo. 20. q. 7.]

Eccle-

Eccleſiam magis nomen Ieſu, quam Dei vene-
rari, affertque nonnullas rationes, quarum pri-
ma eſt humilitas Chriſti, quam Pater æternus
tam glorioſo nomine voluit extollere, vt Paulus
Ad Phil. 2. dixerit: *Propter quod & Deus exaltauit illum, &*
donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt
in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terre-
ſtrium, & infernorum. Secunda ratio eſt, quoniam
de ſolo *Ieſu* nomine dictum eſt, per ipſum fieri
Act. 4. nos ſaluos debere: *Non eſt aliud nomen ſub cælo da-*
tum hominibus, in quo nos oporteat ſaluos fieri. Ter-
tia eſt, quoniam nobis repræſentat noſtræ redē-
ptionis beneficium, quod omnium eſt maximū;
vnde ſancti Pontifices grauiſſimis, & valde pijs
verbis catholicos omnes admonuerunt, vt huic
nomini, quantam poſſent, ſemper deferrent ex
animo reuerentiam, vt in lib. Decret. tit. de im-
Lib. 6. decr. de immun. Eccleſiaſt. mun. Eccl. c. *Decet.* legitur; in cuius veneratione
Papa Clemens VII. diem feſtum inſtituit, quo
nominis Ieſu celebraretur ſolemnitas, illamq;
agentibus, & adeūtibus varias, & vberrimas in-
dulgentias donauit. Seraphicus noſtræ Religio-
S. Franc. in teſtam. ſuo. nis inſtitutor Pater ſanctus Franciſcus, ſancti-
taris portentum, tam erat huic nomini addi-
ctus, & deuotus, vt inter alia, quæ ſuis Religio-
ſis, & in ſpiritu filijs moriens teſtamento man-
dat, fuerit nominum Dei ſancta, & pia venera-
tio: *Sāctiſſima, inquit, nomina vbicūq inuenero, volo*
colligere, & rogo, quod colligātur, & in loco honeſto
S. Bernard. ſer. 2. quad. hebd. ſer. 49 *collocētur.* Noſter quoq. Pater S. Bernardinus tā-
quā legitimus S. Franciſci filius, & ſicut Eliſeus
Eliæ, ſic ille ſui Patris in zelo heres, verbum Dei
prædicans per Italiam, nomen Ieſu ſublime ge-
ſtabat, vt ab hominibus ſibi obuijs adoraretur,
Ad phil. 2. iuxta Pauli verba: *In nomine Ieſu omne genu fle-*
ctatur. In cuius expoſitione loci idem ait, Apo-
ſtolū Paulum, quando fuit raptus vſque ad ter-
tiū cælum, quod aliqui intelligunt, empyreum,
tranſiuiſſe per nouē choros Angelorum, & hic
vidiſſe Archāgelos, illic Poteſtates, hic Thronos,
& Dominationes, illic Cherubim, & Seraphim, &
poſtquā ad ſolium, in quo erat Chriſtus, perue-
nerat, amore, & ſtupore affectū dicere ſolū po-
tuiſſe, *Ieſus, Ieſus*, quod vbi Spiritus illi cæleſtes
audiuerunt, protinus, nullo excepto, ad tā ſan-
cti nominis adorationē in genua procubuiſſe,
hincq. factum, vt inde rediens Paulus eodē atte-
Ibidem. ſtāte S. Bernardin. illa verba ſcripſerit: *In nomine*
Ieſu omne genu flectatur. Sed vt iam deſinam, hoc
ſolum adiungam, q quemadmodū in Hiſpaniæ
academijs varia ſunt ab Epiſcopis, Archiepiſco-
pis, & Cardinalib. inſtituta collegia, ex quibus,
tāquā ex equo Troiano, multi viri litteris, & vir-
tute pręſtātes ad reipublicę Chriſtianæ diuerſos
grauesq. regēdos magiſtratus prodeūt, qui tāta
reuerētia proſequūtur ſui collegij cōditores, vt
me teſte, audito illorū nomine, ſtatim capita de-
tegāt, & demittāt; ſic oēs peculiaris gratitudinis
lege tenemur venerari nomē Ieſu, qui fundator
fuit, & extructor pulcherrimi, & sāctiſſimi col-
legij, quod eſt Eccleſia catholica, quam ille non
auri, vel argēti cenſu, ſed proprij ſanguinis ſū-
ptu cōſtruxit, & locupletauit. Cui ſit honor &c.

Homilia Octaua.

Quam apte Chriſto Domino impoſitum fuerit nomen IESV, in quo pleraque alia, quæ latent myſteria, deteguntur.

NON ſolum nationes fidei lumine
illuſtratæ, ſed etiam & gentiles
hanc ſemper curam habuerunt,
vt conuenientia rebus nomina
imponerent. Vnde Pharao Ioſe- Gen. 41.
pho nomen Saluatoris dedit, de-
notans, quod lingua Aegyptiaca reuelatorem
ſecretorum, vt nonnulli volunt cum noſtro Ly- Lyr ſup. c. 41. Gen.
rano, ſignificabat, quæ duo ſibi vtique ſatis con-
uenire, nullus ignorat. Babylonij Danielem, qui Dan. 1.
in lacum leonum miſſus fuit, Balthaſar ē nomi-
narūt, quod Chaldæo idiomate ſuſtinentem an-
guſtias ſignificat. Hinc eſt Platonem dixiſſe, Rho- Cal. Rhodig lib. 13. c. 3.
digino id referente, nomina imponenda eſſe re-
bus, non ſolum ad diſtinguēdum, ſed ad definiē-
dum ea. Cum ergo nomen *Ieſu* non à Pharaone,
non à Babylonijs, non à Platone, ſed ab ipſomet
Deo inditum, & de cælo delatū fuerit, quis Chri-
ſto aptiſſimū eſſe dubitare poterit? Id ſane ſi co-
gnouiſſet Plato, minime dubitaſſet, cum in Cra-
tillo dicat: *Certe ſi ſi qua Dij vocant, recte admo-* Plat. in Cr.
dum eos nominare. Vnde & ibidem ait: *Orandus*
eſt nobis Deus, vt nomen ſuum patefaciat. Ita cer-
ta oraſſe conſtat viros inſignes: nam Iacob ora-
uit, dicēs: *Dic mihi, quo appellaris nomine?* Et Moy- Gen. 32.
ſes interrogauit Dominū: *Si dixerint mihi quod* Exod. 3.
eſt nomen eius, quid dicam eis? Huius petitionis
nobis facta eſt conceſſio, Luca dicente: *Vocatum* Luc. 1.
eſt nomen eius Ieſus. Cuius ſacratiſſimi nomi-
nis tametſi multa arcana detexerimus, plura
detegenda nobis reſtant. Et quidem in primis
aperire oportet, quare Dominus nominis ſui
chariſſimi impoſitionem cum obſcura, & humi-
li circumciſionis nota coniungere voluerit: quæ
enim conuentio lucis ad tenebras, quęnam con-
nexio ſalutis cum infirmitate, honoris cum de-
decore, maieſtatis cum ſeruitute? multum certe
per omnem modum. Quia cum Chriſtus Domi-
nus non purus homo, ſed Deus pariter, & homo
eſſet, circumciſio humanitatis, nomen vero Ieſu
diuinitatis certum teſtimonium perhibet; con-
iunctio vero impoſitionis nominis Ieſu cum cir-
cumciſione, diuinitatis, cum humanitate hypo-
ſtaticam vnionem indicat. Quæ omnia ad amuſ-
ſim olim adumbrauit lamina illa ſummi ſacer-
dotis, de qua in Exodo dicitur: *Facies laminam* Exod. 28.
de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris ſā-
ctum Domino, ligabiſq. eam vitta hyacinthina, & erit
ſuper tiaram imminens fronti pontificis. Lamina
hæc ex auro puriſſima opere cęlatoris ſculpta
carnem Chriſti, ex puriſſimis ſanguinibus Spi-
ritus

ritus ſancti operatione productam ad viuum exprimit, vitta hyacinthina, quæ cæleſtẽ colorẽ refert, vnionem hypoſtaticam ſignificat, quæ ligat laminam tiaræ, hoc eſt humanitatem diuinitati. Sanctum autem Domino, quod ſuperimponi iubetur, nomen ſanctum Ieſu adumbrat, quod eodem tẽpore, quo ferrum circumciſionis carnis laminam incidebat, à Patre impoſitum declarabatur. Eſt autem altius obſeruandũ, quod licet, vt recte annotarunt Euthymius, & Theophylactus, ſolitum eſſet, vt circumciſio præcederet nominis impoſitionem, tum quia decebat, vt prius externus character, & ſignaculum Dei, quam ſignum imponeretur humanum; tum quia non cenſebatur inter fideles dignus nomine, qui nondum fuerat Deo conſecratus (vnde Lucas nomen Lazari proferens, diuitis auari nomẽ reticuit, quia nomine indignus erat) in Chriſto tamen Domino, qui character, & imago Patris erat, nec ſanctificatione, quæ per circumciſionem dabatur, indigebat, econtra ſe res habuit: prius namque fuit impoſitum à Patre nomen, & per Angelum delatum, quam circumciſionis notam ſuſciperet, dicente Luca, nomen hoc prius vocatum ab Angelo, quam in vtero conciperetur. Sicut autem, vt referunt nonnulli hiſtoriographi, magnus Tamerlanus Ianuarij primum diem celebrare ſolebat, iubẽs, vt ſacerdos nomen ipſius Principis aurea tabula inſcriptum coram omni populo alta voce pronunciaret: cui cũcti audiẽtes in genua procũbebãt: ita ſancta Mater Eccleſia, vt primum hunc anni diem religioſa commemoratione celebret; non ſolum euangelicam lectionem, ſacrum Ieſu nomen continentem, publice cantari, ſed & diuini verbi præcones ad cælum vſque ſacratiſſimum hoc nomen extollere iubet.

Euthym. & Theoph. in c. 2. Luc.

Verum ad rem noſtram iam iam propius accedentes, nomen antiquum *Ieſuag*, ſanctiſſimum *Ieſu* nomen præfiguraſſe, ex ſuperioribus ſatis ſuperq. notum arbitror, cuius ſingulare myſterium ſilentio præterire non licet: aiunt enim periti linguæ ſanctæ, quatuor litteris ſcribi, Trinitatis perſonarum, & Vnitatis eſſentiæ ſtupẽdum arcanum denotans. Prima namque littera eſt, *Iod*, quæ quia, vt ait Hieronymus, principium ſignificat, & prima eſt illius, Patrem, qui prima perſona eſt ſecundum ordinem originis, & principium ceterarũ, apte repræſentat. Secunda *Sin*, quę dentem ſignificat, ad amuſſim Filium refert, tum quia ipſe fortitudo Patris eſt, dentis duritie ſignificata; tum quia inter diuinas perſonas ſolus Filius dẽtibus, ſicut & alijs oſſibus, & carne compactus fuit. Tertia littera *Vau*, ligamen ſignificans Spiritum ſanctum, qui ligamen, & nexus Patris, & Filij eſt, congrue ſatis exprimit. Quarta tandem littera *Gain*, quæ idem valet, ac fons, vel oculus, vnitatem diuinę eſſentiæ, quę vnicus, & perennis eſt fons totius eſſe; & oculus lucidiſſimus, omnia tam præterita, quam præſentia, & futura limpidiſſima cognitione perluſtrans, apertiſſime demonſtrat. Addunt prætera peritiſſimi eiuſdem linguæ Hebraicæ, quod in loco illo Geneſis: *Donec veniat, qui mittendus eſt*, litteræ primæ Hebraicarum vocum nomen Ieſu expreſſe continent. Et D. Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. c. 23. tomo 3. refert à Proconſule Flacciano accepiſſe libellum quendam Græcum, in quo Sibylla Erythręa, vel vt alij volũt, Cumana quædam carmina compoſuerat, quorum primæ litteræ reddebant hanc ſententiam: *Ieſus Chriſtus Filius Dei viui*. Sed omiſſis Hebræorum, & Græcorum arcanis, de quibus in ſuperioribus multa diſſeruimus, locus ille Ioannis: *Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptũ, quod nemo ſcit, niſi qui accipit*, huic argumento valde congruere videtur: nam tametſi nonnulli dicant, ſub nomine calculi candidi promitti victori in hoc loco libertatem, in præmium ei dandam, quia olim, qui liberi dimittebantur, albo lapillo deſignari conſueuerant; qui vero ſeruituti addicebantur, nigro. Et quamuis etiam alij velint nomine candidi calculi Ioannem ſignificare voluiſſe, Deum felices fortunatoſque dies victori ſe daturum polliceri: nam apud antiquos mos inoleuerat dies gratos lapillo denotari, vnde eſt illud:

Hieron. ſuper præf. in Lamentat.

Gen. 49.

Aug. lib. 18 de Ciuit. c. 23 tom. 3.

Apoc. 2.

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo:

tamen eam in prædictis lapillis nullum prorſus nomen ſculperetur, aptius id intelligendum arbitror de Chriſto Domino, & nomine eius *Ieſu*. Eſſe enim Chriſtum Dominum calculum, D. Paulus atteſtatur, dicens: *Petra autem erat Chriſtus*. Eſſe vero candidum, duplici potiſſimum ratione ei congruit, & quia candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula; & quia eximiæ puritatis candore inter omnes Sanctos præluxit. Nomen autem nouum ſcriptum in eo, nomen eſt Ieſus, capiti eius ſuperpoſitum. Idipſum figuratum reperio in lapide illo candido adamãti ſimillimo, qui vnus erat ex lapidibus, rationale ſummi ſacerdotis ornantibus, vt ex ſapientiſſimis Hebræis tradit Pierius Valerianus, per quem Deus oracula dabat, & indigentium neceſſitatibus occurrebat. Quod quidem mirabilẽ virtutem nominis Ieſu perſpicue ſatis exprimit, Chriſto Domino dicente: *Amen, ſi quid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Vſque modo non petiſtis quidquã in nomine meo. petite, vt gaudium veſtrum ſit plenum*.

1. Corint. 10

Sapient. 7.

Pier. Val.

Ioan. 16.

Apud Iuſtinum, Dialogo contra Tryphonem Iudæũ, lego ſingulare quoddam arcanum, excellentiam ſacratiſſimi huius nominis non parum oſtentans. Ait enim, quod licet Deus quibuſdam ex antiquiſſimis illis Patribus nomen, Ieſus, non reuelaſſet, obſcure tamen Moyſi illud manifeſtaſſe, quãdo ei apparuit in rubo. Contigit tunc, quod cum Moyſes appropinquaſſet, vt videret portentum illud, quod arderet rubus, & non cõbureretur, dixit ei: *Solue calceamẽta de pedib⁹ tuis, terra enim in qua ſtas, ſancta eſt*. Vt intelligamus cauſam huius cærimoniæ, obſeruandum eſt, inter nonnullas nationes morem fuiſſe, diſcalceatos ad prandendum accedere, vt tradit Plutarchus: vnde cum Deus Moyſem inuitaſſet

Iuſt. Mart. Dial. contr. Tryphonem

Exod. 3.

ad

ad ſpirituale ſui colloquij conuiuium, quia *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*; ideo iuſſit diſcalceatis pedibus accedere. In hoc ergo ſpiritali conuiuio cum Deus Moyſem inſtrueret, quomodo erga Pharaonem ſe gerere, & qua ratione ſtrenuum, ac diligentem in exequenda eius voluntate ſe exhibere deberet, cuius obedientia præcipuus eſt animi cibus, Chriſto dicente: *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei*: Moyſes rei difficultatem præuidens, nomen propriũ ab eo poſtulauit, vt interrogatus, quis eſſet, qui mitteret illum, conuenienter ei reſpondere poſſet. tunc ait Iuſtinus, reuelaſſe ei nomen Ieſu. Nec putandum eſt, extra rem fuiſſe, de nomine hoc, in conuiuio illo pertractari: nam præterquã olim inueterata fuit cõſuetudo, cuius hucuſque in Italia, Germania, & Gallia, alijſq. nationibus indicia non pauca intuemur, vt in conuiuijs, dũ bibitur, chari amici nominentur, immo & olim, quot litteras nomen continebat, toties conuiua vini calicem ſibi propinabat, vt teſtatur Martialis:

Matth. 4.

Ioan. 4.

Mart. lib. 1.

Omnis ab infuſo numeratur amica Falerno:

ad eundem modum poſſet quiſpiam exiſtimare, voluiſſe Deum, profana in ſacra commutando, vt in illo ſpiritali conuiuio Iaſus nomen, quod ſibi, & Moyſi chariſſimum erat, in memoriam reuocaretur: præter hoc inquam (quia forte cuipiam non probabitur) apte ſane tunc induxit Deus nomen Ieſus: nam cum tunc temporis mitteret Moyſem, vt eſſet ſaluator populi Hebræi ſub captiuitate Pharaonis degentis, oportebat Saluatorem generis humani ante oculos velut exemplar ſibi proponeret, ad cuius imitationem populum Dei à dura Pharaonis ſeruitute eriperet. quod ita feciſſe, ex eo facile liquet. Nam ſicut primum ſignorum Chriſti fuit, conuerſio aquæ in vinum: *hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ*; vltimum vero, & potiſſimum, vt cum primogenitus Dei eſſet, in Cruce moreretur: ſic primum, quod patrauit Moyſes prodigium, cum è manu Pharaonis educere tentauit filios Iſrael, conuerſio fuit aquarum fluminis in ſanguinem, vltimum vero portentum primogenitorum Ægyptiorum mors. Atque hinc facile erit intelligere, quod alioquin difficile eſt, verba illa Deuteronomij: *Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem Nazareni*. Eſt enim in primis notiſſimum, de Ioſepho intelligi nõ poſſe, cum multis retro annis mortuus eſſet. Vnde D. Ambroſius, & Procopius exponunt locum hunc de Chriſto Domino, ita vt ſenſus ſit, quod benedictio illa, qua Deus in rubo benedixit Moyſi, illum efficiens ſaluatorem populi Iſraelitici, tamquam vmbra, & figura fuit benedictionis, quam Chriſtus à Patre, & per eum vniuerſus mundus erat accepturus, vt totius generis humani Saluator eſſet, & ideo *Super caput Ioſeph, in vertice Nazareni*, hoc eſt ſuper caput Chriſti in faſtigio Crucis apponetur nomen, & ſacrum illud epitaphium, benedictionem hanc exprimens: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. Quam etiam benedictionem, cum diuinum hoc nomen Angelus reuelaret, diſertis verbis prædixerat, dicens: *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*.

Ioan. 2.

Gen. 7.

Gen. 12.

Deut. 33.

Ambroſ. & Procop. de ben. Patriar.

Ioan. 19.

Luc. 2.

Sed & aliud arcanum nobis reſtat reſerandũ, quid ſit, quod cum Iſaias vaticinatus fuerat futurũ eſſe, vt nomen eius eſſet Emmanuel: *Vocabitur nomen eius Emmanuel*, quod & Matthæus eiſdem verbis poſtea confirmauit: nihilominus Chriſtus Dominus, Ieſus voluit appellari. Quæſtionem hanc mouent D. Chryſoſtomus, & Auguſtinus, qui & reſpondent rationem huius eſſe, quod cum Deo propter eximiam, & incomprehenſibilem eius excellentiam, nullum proprium nomen imponi poſſet, naturam eius vndequaq. explicãs, oportuit nomine officij inſigniri, quod potiſſimum eius munus exprimeret, & quia hoc erat ſaluare, ideo cõgnre Ieſus vocatus eſt, quod Saluatorem ſignificat. Verum ad idem etiam aliam egregiam rationem ſubnectere poſſumus, quam licet ſupra tetigerimus, aliter eam nunc illuſtrabimus. Illud certe nomen glorioſius cenſetur, quod quis non tam ab origine maiorum, quam proprijs egregijs factis ſibi comparat: nomen autem *Ieſus*, heroicis ſuis, ac portentoſis operibus ſibi ipſe comparauit, Paulo dicente: *Humiliauit ſemet ipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*. Cæſar Auguſti nomine inſigniri præcipue voluit, quo innuebat, augmentum Imperij Romani ſibi adſcribendum eſſe; & Titus Manilius Romanus, Torquatus dici, & nominari voluit, quoniam torquem auream à fortiſſimo milite extorſerat, quam proprio collo impoſuit. Merito igitur Chriſtus Dominus nomen Ieſus elegit, qui Saluatoris munus perfectiſsime exercens, & catholicam rempublicam à fundamentis extruxit, ornauit, & amplificauit, & torquem, atque catenas, quibus humani generis hoſtis tyrannice nos deuinxerat, mirabili ſui nominis virtute confregit. Memini olim Socratem dixiſſe, id referente Platone, oportere viros inſignes inſignibus nominibus inſigniri. Vnde celebris Iuriſconſultus Ioannes Andreas ſuper decretalem Innocentij Tertij ad Epiſcopum Zamorenſem. c. *cum ſecundum Apoſtolum. de præb.* refert vxorem ſuam nomine Milanciam ſapienter dixiſſe, ſi egregia nomina, ſicut aliæ merces, venderentur, quocumq. etiam ingenti precio clariora, & illuſtriora à parentibus emenda fore, vt ea filijs imponerẽt. Ac tandem ipſi etiam homines alioquin turpiſſimi turpia nomina habere dedignantur, & illa ſæpe in meliora commutare procurant. vt enim refert D. Auguſtinus, diſcipuli impij Manichæi conſiderantes, quia *Mania*, idiomate Perſico ſignificabat ſtultitiam, atque ineptiam, addiderũt ad nomen Manichæi aliam litteram. n. & vocauerunt illum Mannichæum, quaſi *Manna fundentem*. Cum igitur apud omnes, tam pios, quã impios honorifico nomine decorari, tamquam

Iſai. 7.

Matth. 1.

Chryſ. hom. 5. in Matth. Aug. ſer. 8. de temp. & ſerm. 4. de Natiuit.

Ad Ph. 2.

Plat. dial. de Sap.

Innoc. III. c. cum ſecundum de præb.

D. Aug. lib. de Hæreſ. c. 46 tom. 6.

quoddam

quoddã felicitatis genus habitum ſit, facile erit inde deprehendere, quam Chriſto Domino honorificum fuerit, celeberrimo Ieſu nomine inſigniri, (Ad Ph. 2.) quod iuxta Pauli ſententiam nomen eſt, ſuper omne nomen. Certe omnibus gentibus videtur quaſi à natura inſitum, & congenitum deſiderium, nomina ſua æternitate donare. Vnde antiqui illi Babyloniæ arcis erectores dicebãt: (Gen. 11.) *Faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur in vniuerſas terras.* Quam hiſtoriam (Philo Iud. l. 6. de antiq.) Philo Iudæus de Antiquitatibus referens, tradit lapides turris illius plenos fuiſſe ædificantium nominibus, ſingulis eorum ſingula nomina in illis exarantibus. Famoſa etiã illa Athenienſis meretrix, Phryne nomine, quæ cum videret vrbis mœnia ab Alexandro ſolo ęquata, Athenienſium ſenatui pollicita fuit, ſe illa proprijs expenſis inſtauraturam hac ſola conditione, vt nomen ſuum; tamquam eorum erectricis in eis inſculperetur. Tam erat illius meretricis nominis ſui extollẽdi inſatiabilis cupiditas. Impius item Seron Princeps exercitus Syriæ ſuperbe dicebat: (1. Mach. 3.) *Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno.* Abſalonem demum ſecundo Regum (2. Reg. 18.) legimus erexiſſe ſibi titulum, de quo dixit: *Hoc erit ornamentum nominis mei, vocauitq. titulum nomine ſuo.* Hæc ſatis iudicant, quam omnibus commune ſit de nominis ſui celebritate ſolicitos eſſe. Et quidem, cum ſapiens dicat: (Prou. 2. Eccl. 4.) *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ;* & Eccleſiaſticus aſſerat: *Melius eſt nomen bonum, quam vnguenta precioſa;* auidius ſane illud, quam iſta, curandum eſſet, verum quia omnes illi ſupra commemorati ad celebre reddendum nomen ſuum debita, & religioſa media minime adhibuerunt, in eorum numero relati ſunt, de quibus (Prou. 10.) Salomon: *Nomen impiorum putreſcet.* Quia ſicut ea quæ putreſcunt in deterius commutantur, ita omnium iſtorum nomina turpiora facta ſunt. Babylonici enim ſuperbi, & ſtulti reputati, & diuino ſupplicio mulctati fuere. Impius Seron attritus, & exercitus eius deuictus. Phryne illa femina contumelioſam repulſam ab Athenienſium ſenatu ſuſtinens, non aliud, quam infame meretricis nomen memoriæ mandauit. Abſalon tandẽ, (2. Reg. 18.) qui, vt ſacra refert hiſtoria, *Erexerat ſibi titulum cum adhuc viueret,* in humilem foueã, ſuper quam multi lapides miſsi fuerunt, proiectus fuit, non aliud quam inobedientis, & rebellis filij turpiſsimum nomen ſibi comparans. E contra iuſti, & amici Dei diuinæ voluntati obſequentiſsimi, viã mandatorum eius ingredientes, apta adinuenerunt media, quibus nomen ſuum æternitatis honore decorarẽt, ac in omni natione celebre illud redderẽt. Sic Dauid obtinuit, (Ibidem.) de quo ſacra Scriptura ait: *Celebre factũ eſt nomẽ eius.* Sic Ioſue, (Ioan. 6.) de quo: *Et nomẽ eius diuulgatũ eſt in omni terra.* Sic Rex Ozias, dũ Dei amicus erat: (2. Paral. 26) *Diuulgatum eſt nomen eius vſque ad introitum Ægypti propter crebras victorias.* Sic tãdem Chriſtus Dominus, cuius clariſsimum, Ieſus, nomẽ manet in æternum, & incolis cæli, terræ, & inferni venerabile eſt, Apoſtolo dicente: *In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* (Ad Ph. 2.) Duplici potiſſimum ratione Principes magnũ, & immortale ſibi cõparant nomen, bello, aut pace. Dauid bello, Salomon pace nomen grande ſibi acquiſiuit. Chriſtus autem Dominus vtroque modo, & debellans dæmonem: *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras,* (Ioan. 12. Ad Coloſſ. 1) & pacificans per ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſũt, omnium celeberrimum Ieſu nomen ſibi comparauit.

His omnibus, quæ hucuſque dixi, non pigebit apponere, quæ tam erudite, quam pie in laudem nominis, Ieſu, Incognitus ſcripſit, verſans verba illa Pſalmi: *Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius.* (Inc. in Pſal.) In quibus ſi verum eſt, quod omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci, vere ipſe attigit illud, vtrumq. id ad amuſſim præſtans in hæc verba: *Narratur in Chronicis, & etiam hoc tangit B. Auguſtinus,* (Aug. 5. de Ciuit. Dei.) *quod Romulus, qui Romam conſtruxit, fecit ibi templum, quod aſylum nominatur, cunctis ibi confugientibus impunitatem pollicitans, quam ob cauſam multitudinem fugitiuorum, qui apud ſuos ciues offenſam contraxerant, tunc ad ſe confugientem habuit, & recepit, & ſic aucta fuit ciuitas illa, quæ domina futura erat orbis. Sic & ſpiritualiter Deus Eccleſiam fundaturus, in ea poſuit templum, dicitur enim templum, ſecundum Iſidorũ* (Iſid. 15. ety.) *15. etymol. quaſi tectum amplum, quod huic nomini Ieſu aptiſſime conuenit, eſt enim hoc nomen tectum, à tegendo, id eſt protegendo dictum, Pſalm 90* (Pſ. 90.) *Protegam eum quoniam cognouit nomen meum, & hoc tectum amplum, quia in Iſrael magnum nomen, Ieſus. In hac autem ciuitate, ſcilicet Eccleſiæ, poſitum eſt hoc templum, ſcilicet nomen Ieſu: elegi Hieruſalem,* (2. Par. 6.) *vt ſit ibi nomen meum. Huic autem templo cõceſſum eſt, vt omnes ad illud confugientes impunitatem conſequantur, ideo dicitur turris fortiſſima nomen Domini:* (Prou. 18.) *ad ipſam currit iuſtus, id eſt, qui vult iuſtificari, & ſaluabitur. Ideo orat Pſalmiſta dicta: In nomine tuo ſaluum me fac. & hinc eſt, quod ſpem ſalutis multi ad hoc nomen confugientes ciuitatẽ Eccleſiæ fecerunt populoſam, vnde Bernardus ſuper Cantica: Vnde putas in toto orbe tanta, & tam* (Ber. in Cã.) *ſubita lux fidei, niſi de nomine Ieſu? Secundo hoc nomen eſt remedium infirmorum, vnde Petrus Rab.* (Petr. Rab.) *de hoc nomine dicit, hoc eſt nomẽ, quod ſurdis dedit auditum, claudis greſſum, mutis ſermonem, vitam mortuis, totamq. Diaboli poteſtatem de obſeſſis fugauit corporibus, vnde hoc nomen videtur, quaſi eſſe illa theriaca, de qua dicit Auicenna 2. can quod eſt* (Auic. can. 2) *ſublimior medicinarum, & melior propter multitudinem ſui medicamenti, & addit, quod illis, qui ea vtuntur in hora ſanitatis, non nocent venena, & ſũt ſecuri ab ægritudinibus peſtilentialibus. Reuera ſic eſt hoc nomen Ieſu, quod non ſolum circa præſentia mala expellenda, ſed etiam contra futura refellenda, & vniuerſaliter contra omnia mala valet. Vnde Bernardus ſuper Cantica:* (Ber. ſup. Cã.) *Electuarium habes, ô anima mea reconditum in vaſculo nominis huius, quod eſt Ieſus, ſalutiferum certe, quodque nulli inuenitur peſtilentia inefficax, & ideo de hoc nomine dicitur*

Act. 4. *tur Actuum 4. Neque enim eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Tertio hoc nomen eſt ſolatium mæſtorum: dicit enim Iſidorus, quod oleaſter, & arbor inculta eſt amara, & infructuoſa, cui tamẽ inſertus ramus oliuæ vim radicis mutat, & conuertit eam in proprietatem ſuam, id eſt, illius rami, ſic & in propoſito: nam arbor inculta, & infructuoſa erat humana natura peccatrix, quæ & amara dicitur, quoties in amaritudine, & dolore recogitat annos ſuos, attendens illud Hieremiæ 2. *Scito & vide, quam amarum eſt, & malum, te dereliquiſſe Dominum Deum tuum &c.* Sic igitur oportet quod radici amaricatæ, & dolenti inſeratur ramus oliuæ, ille ſcilicet, quem columba in ore ſuo deferens ad arcam reuerſa eſt, ſcilicet nomen Ieſu. eſt enim Pater oliua fructifera, duos ramos producens, ſcilicet Filium, & Spiritum ſanctum; iſte autem ramus inſertus conuertet radicem amaram, id eſt cor pœnitentis in ſui qualitatẽ, & ſuauitatem. hæc eſt enim proprietas huius rami. vnde Richardus de ſancto Victore, *Ieſus nomen dulce, & nomen delectabile, nomen confortans peccatorem, & nomen beatæ ſpei. Igitur Ieſu, eſto mihi Ieſus.* Cant. 1. *Oleum effuſum nomen tuum,* oleum inquam, de quo Pſalm. *Vt exhiberet faciem eius in oleo, quia in eo lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperabimus.* Quibus conſideratis, non immerito nunc dicit Pſalm. *Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius &c.*

Iſidor. 17. etymol. — *Hierem. 2.* — *Richardus.* — *Cant. 5.*

Homilia Nona.

Multiplici ſanctorum Patrum expoſitione elucidantur verba illa: Oleum effuſum nomen tuum. Cant. 1.

INTER multa verba, tam dulcia, quam myſtica, quæ in Canticis dixit Sponſa, inſignia ſunt illa, quæ dum Sponſum amanter alloquebatur, nomen eius admirata dixit: *Oleum effuſum nomen tuum*, ſeu vt Septuaginta interpretantur: *Vnguentum euacuatum nomen tuũ.* Sacrarum litterarum interpretes multiplici expoſitione præſentia verba declarant: nam cum myſterijs admodum plena ſint, non mirum eſt, ſi expoſitionum admittãt varietatem. Prima expoſitio ſit Hebræorum, qui teſte Rabbi Dauid Chimich hoc in loco nomen accipi pro fama cenſent, iuxta Eccleſiaſtici verba: *Curam habe de bono nomine*, id eſt de bona opinione, & fama. Vnde Sponſa dicente de Sponſo ſuo, *Oleum effuſum nomen tuum*, idem eſt ac ſi dixiſſet, fama tua per vniuerſum terrarum orbem propagata eſt. Nam quemadmodum precioſo effuſo liquore odor eius longe diffunditur, ita Sponſi nomen, & famam omniũ hominum ora peruaſiſſe Sponſa dicebat. Qua de re aduertit Theodoretus, non abſque myſterio ab Sponſa vocatum fuiſſe nomen Sponſi, non ſolum oleum, ſed oleum effuſum. Nam quemadmodum oleum roſarum, vel alterius odoriferi liquoris, dum vaſe clauditur, quaſi nullum exhalat odorem, vbi autem diffunditur, & præſertim, ſi vas in quo erat, rumpitur, protinus fragrans odor, & ſuauitas ad omnium olfactus transmittitur; ita Chriſtus ante ſuam paſſionẽ paucis erat notus, erantque rariſſimi, quibus ille odorem ſuum communicauerat, ſed poſtquam ſacri ſui corporis vas in circumciſione cœpit hiſcere, & clauorum fixione, & lanceæ impreſſione perforari, vnde ſuauiſſimi duo liquores ſanguinis, & aquæ fluxerunt, vt ſcriptum eſt: *Exiuit ſanguis, & aqua*, ſtatim à multis fuit cognitus, dicente Centurione: *Vere Filius Dei erat iſte.* Et alij tanquam pœnitẽtia ducti, quod hominem tantæ dignitatis tam indigne tractaſſent, reuertebantur, *percutientes pectora ſua.* Quod manifeſtum erat indicium, odorem ſuæ diuinitatis illo ſacratiſſimo corpore latentis iã diffuſum ad ipſos perueniſſe. Hæc omnia S. Ambroſius lib. de Spiritu ſancto breuiter ita explicuit: *Chriſti nomen ante eius aduentum quaſi vaſe claudebatur: Notus in Iudæa Deus, poſtea vero diuinum ſuum nomen extendit, vt eſſet admirabile in vniuerſa terra.*

Cant. 1. — *Dauid Chimich.* — *Eccl. 41.* — *Ioan. 19.* — *Matth. 27.* — *Luc. 23.* — *Ambr. lib. de Spiritu ſancto c. 9.* — *Pſ. 75.* — *Pſ. 8.*

Idem tamen Ambroſius aliter explicat verba hæc: *Oleum effuſum nomen tuum.* Ait enim intelligenda eſſe de incarnatione Verbi æterni, in hunc modũ: *Semper vnguentum hoc erat, ſed erat apud Patrem, erat in Patre, olebat tantum Angelis, & Archangelis: deſcendit Filius, & repleta ſunt omnia nouo odore Verbi.* Euſebius Cæſarienſis de demonſtratione Euangelica aliam ſectatur viã: inquit enim nomen ſæpe accipi in ſacris litteris, pro perſona, cuius eſt nomen, vt conſtat ex Apocalypſi apud Ioannem: *Habes pauca nomina*, id eſt paucas perſonas. Et S. Lucas in Actis Apoſtolorum ſignificaturus, quodam in loco magnum numerum conueniſſe perſonarum, dixit: *Erat turba nominum.* Quo ſuppoſito aſſerit magnus hic Doctor, voluiſſe Sponſam per illa verba *Oleum effuſum nomen tuum*, dicere: Sponſe mi, adeo munificus, liberalis, & profuſus es, vt tuorum bonorum particeps omnis creatura ſit: nam elementis eſſe impartiris, plantis viuere, animantibus ſentire, hominibus intelligere, Angelis ſimplici, & comprehendenti cognitione percipere naturalia, & tam his, quam illis ſupernaturalium intelligentiam; ac tandem cũ ſis ſũme bonus, cuius natura eſt, vt dixit Dionyſius, eſſe ſui diffuſiuum, eo progreſſa eſt tua liberalitas, vt proprium funderis ſanguinem, tãquam precioſum, & probatiſſimum balſamum, quo noſtra omnium vulnera ſanarentur. Magnus Pater Bernardus alio diuertit, explicat enim Sponſæ verba: *Oleum effuſum nomen tuum*, de humilitate, & contemptu, quem Filius Dei elegit, noſtram induens naturam. *Quid mirum,*

Ambr. lib. 3 de virgin. — *Euſeb. Cæſ. lib. 5 c. 1.* — *Apoc. 3.* — *Act. 1.* — *Bern. ſer. 15 in Cant.*

quoddã felicitatis genus habitum ſit, facile erit
inde deprehendere, quam Chriſto Domino ho-
norificum fuerit, celeberrimo Ieſu nomine inſi-
Ad Ph. 2. gniri, quod iuxta Pauli ſententiam nomen eſt,
ſuper omne nomen. Certe omnibus gentibus
videtur quaſi à natura inſitum, & congenitum
deſiderium, nomina ſua æternitate donare. Vnde
antiqui illi Babyloniæ arcis erectores dicebãt:
Gen. 11. *Faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen
pertingat ad cælum, & celebremus nomen noſtrum,
antequam diuidamur in vniuerſas terras.* Quam
Philo Iud. l. 6. de antiq. hiſtoriam Philo Iudæus de Antiquitatibus refe-
rens, tradit lapides turris illius plenos fuiſſe
ædificantium nominibus, ſingulis eorum ſingu-
la nomina in illis exarantibus. Famoſa etiã illa
Athenienſis meretrix, Phryne nomine, quæ cum
videret vrbis mœnia ab Alexandro ſolo ęquata,
Athenienſium ſenatui pollicita fuit, ſe illa pro-
prijs expenſis inſtauraturam hac ſola conditio-
ne, vt nomen ſuum, tamquam eorum erectricis
in eis inſculperetur. Tam erat illius meretri-
cis nominis ſui ex ſtãdi inſatiabilis cupiditas.
Impius item Seron Princeps exercitus Syriæ ſu-
1. Mach. 3. perbe dicebat: *Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno.* Abſalonem demum ſecundo Regum
2. Reg. 18. legimus erexiſſe ſibi titulum, de quo dixit: *Hoc
erit ornamentum nominis mei, vocauitq. titulum
nomine ſuo.* Hæc facis indicant, quam omnibus
commune ſit de nominis ſui celebritate ſolicitos
Prou. 2. eſſe. Et quidem, cum ſapiens dicat: *Melius eſt
Eccl. 4. nomen bonum, quam diuitiæ multæ*; & Eccleſia-
ſticus aſſerat: *Melius eſt nomen bonum, quam vnguenta pretioſa*; auidius ſane illud, quam iſta
curandum eſſet, verum quia omnes iſti ſupra
commemorati ad celebre reddendum nomen
ſuum debita, & religioſa media minime adhi-
buerunt, in eorum numero relati ſunt, de quibus
Prou. 10. Salomon: *Nomen impiorum putreſcet.* Quia ſicut
ea quæ putreſcunt in deterius commutantur, ita
omnium iſtorum nomina turpiora facta ſunt.
Babylonici enim ſuperbi, & ſtulti reputati, &
diuino ſupplicio mulctati fuere. Impius Seron
attritus, & exercitus eius deuictus. Phryne illa
femina contumelioſam repulſam ab Athenien-
ſium ſenatu ſuſtinens, non aliud, quam infame
meretricis nomen memoriæ mandauit. Abſa-
2. Reg. 18. lon tandẽ, qui, vt ſacra refert hiſtoria, *Erexerat
ſibi titulum cum adhuc viueret*, in humilem foueã,
ſuper quam multi lapides miſſi fuerunt, proie-
ctus fuit, non aliud quam inobedientis, & rebel-
lis filij turpiſsimum nomen ſibi comparans. E
contra iuſti, & amici Dei diuinæ voluntati ob-
ſequentiſsimi, viã mandatorum eius ingredien
tes, apta adinuenerunt media, quibus nomen
ſuum æternitatis honore decorarẽt, ac in omni
natione celebre illud redderẽt. Sic Dauid obti-
Ibidem. nuit, de quo ſacra Scriptura ait: *Celebre factũ eſt
Ioan. 6. nomẽ eius.* Sic Ioſue, de quo: *Et nomẽ eius diuulgatũ eſt in omni terra.* Sic Rex Ozias, dũ Dei ami-
2. Paral. 26 cus erat: *Diuulgatum eſt nomen eius vſque ad introitum Ægypti propter crebras victorias.* Sic tã-
dem Chriſtus Dominus, cuius clariſsimum, Ie-
ſus, nomẽ manet in æternum, & incolis cæli, ter-
ræ, & inferni venerabile eſt, Apoſtolo dicente:
In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, ter- Ad Ph. 2.
reſtrium, & infernorum. Duplici potiſſimum
ratione Principes magnũ, & immortale ſibi cõ-
parant nomen, bello, aut pace. Dauid bello, Sa-
lomon pace nomen grande ſibi acquiſiuit. Chri-
ſtus autem Dominus vtroque modo, & debel-
lans dæmonem: *Nunc princeps huius mundi eij-* Ioan. 12.
cietur foras, & pacificans per ſanguinem Cru- Ad Coloſ. 1
cis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſũt,
omnium celeberrimum Ieſu nomen ſibi com-
parauit.

His omnibus, quæ hucuſque dixi, non pigebit
apponere, quæ tam erudite, quam pie in laudem
nominis, Ieſu, Incognitus ſcripſit, verſans ver-
ba illa Pſalmi: *Beatus vir cuius eſt nomen Domi* Inc. in Pſ. 39
ni ſpes eius. In quibus ſi verum eſt, quod omne
tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci, vere ipſe
attigit illud, verumq. id ad amuſſim præſtans in
hæc verba: *Narratur in Chronicis, & etiam hoc* Aug. 5. de Ciuit. Dei.
*tangit B. Auguſtinus, quod Romulus, qui Romam
conſtruxit, fecit ibi templum, quod aſylum nominatur, cunctis ibi confugientibus impunitatem pollicitans, quam ob cauſam multitudinem fugitiuorum,
qui apud ſuos ciues offenſam contraxerant, tunc ad
ſe confugientem habuit, & recepit, & ſic aucta fuit
ciuitas illa, quæ domina futura erat orbis. Sic & ſpiritualiter Deus Eccleſiam fundaturus, in ea poſuit
templum, dicitur enim templum, ſecundum Iſidorũ* Iſid. 15. ety.
*15. etymol. quaſi tectum amplum, quod huic nomini
Ieſu aptiſſime conuenit, eſt enim hoc nomen tectum,
à tegendo, id eſt protegendo dictum, Pſalm 90 Pro-* Pſ. 90.
*tegam eum quoniam cognouit nomen meum, & hoc
tectum amplum, quia in Iſrael magnum nomen, Ieſus. In hac autem ciuitate, ſcilicet Eccleſiæ, poſitum
eſt hoc templum, ſcilicet nomen Ieſu: elegi Hieruſa-* 2. Par. 6.
*lem, vt ſit ibi nomen meum. Huic autem templo cõ-
ceſſum eſt, vt omnes ad illud confugientes impunitatem conſequantur, ideo dicitur turris fortiſſima* Prou. 18.
*nomen Domini: ad ipſam currit iuſtus, id eſt, qui vult
iuſtificari, & ſaluabitur. Ideo erat Pſalmo dicta: In
nomine tuo ſaluum me fac. & hinc eſt, quod ſpem ſalutis multi ad hoc nomen confugientes ciuitatẽ Eccleſiæ fecerunt populoſam, vnde Bernardus ſuper
Cantico: Vnde putas in toto orbe tanta, & tam* Ber. in Cãt.
*ſubita lux fidei, niſi de nomine Ieſu? Secundo hoc
nomen eſt remedium infirmorum, vnde Petrus Rab.* Petr. Rabin
*de hoc nomine dicit, hoc eſt nomẽ, quod ſurdis dedit
auditum, claudis greſſum, mutis ſermonem, vitam
mortuis, totamq Diaboli poteſtatem de obſeſſis fugauit corporibus, vnde hoc nomen videtur, quaſi eſſe
illa theriaca, de qua dicit Auicenna 2. can quod eſt* Auic. can. 2
*ſublimior medicinarum, & melior propter multitudinem ſui medicamenti, & addit, quod illis, qui ea
vtuntur in hora ſanitatis, non nocent venena, & ſũt
ſecuri ab ægritudinibus peſtilentialibus. Reuero ſic
eſt hoc nomen Ieſu, quod non ſolum circa præſentia
mala expellenda, ſed etiam contra futura refellendo, & vniuerſaliter contra omnia mala valet. Vnde
Bernardus ſuper Cantico: Electuarium habes, ô ani-* Ber. ſup. Cãt
*mo mea reconditum in vaſculo nominis huius, quod
eſt Ieſus, ſalutiferum certe, quodque nulli inuenitur peſtilentiæ inefficax, & ideo de hoc nomine dici-*
tur

Act. 4. *tur Actuum 4. Neque enim eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Tertio hoc nomen eſt ſolatium mæſtorum: dixit* *Iſidor. 17. etymol.* *enim Iſidorus, quod oleaſter, & arbor inculta eſt amara, & infructuoſa, cui tamē inſertus ramus oliuæ vim radicis mutat, & conuertit eam in proprietatem ſuam, id eſt, illius rami, ſic & in propoſito: nam arbor inculta, & infructuoſa erat humana natura peccatrix, quæ & amara dicitur, quoties in amaritudine, & dolore recogitat annos ſuos, atten-* *Hierem. 2.* *dens illud Hieremiæ 2. Scito & vide, quam amarum eſt, & malum, te dereliquiſſe Dominum Deum tuum &c. Sic igitur oportet quod radici amaricatæ, & dolenti inſeratur ramus oliuæ, ille ſcilicet, quem columba in ore ſuo deferens ad arcam reuerſa eſt, ſcilicet nomen Ieſu. eſt enim Pater oliua fructifera, duos ramos producens, ſcilicet Filium, & Spiritum ſanctum; iſte autem ramus inſertus conuertit radicem amaram, id eſt cor pœnitentis in ſui qualitatē, & ſuauitatem. hæc eſt enim proprietas huius rami.* *Richardus.* *vnde Richardus de ſancto Victore, Ieſus nomen dulce, & nomen delectabile, nomen confortans peccatorem, & nomen beatæ ſpei. Igitur Ieſu, eſto mihi* *Cant. 1.* *Ieſus. Cant. 1. Oleum effuſum nomen tuum, oleum, inquam, de quo Pſalm. Vt exhiberet faciem eius in oleo, quia in eo lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperabimus. Quibus conſideratis, non immerito nunc dixit Pſalm. Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius &c.*

Homilia Nona.

Multiplici ſanctorum Patrum expoſitione elucidantur verba illa: Oleum effuſum nomen tuum. Cant. 1.

INTER multa verba, tam dulcia, quam myſtica, quæ in Canticis dixit Sponſa, inſignia ſunt illa, quæ dum Sponſum amanter alloquebatur, nomen *Cant. 1.* eius admirata dixit: *Oleum effuſum nomen tuum*, ſeu vt Septuaginta interpretantur: *Vnguentum euacuatum nomen tuū.* Sacrarum litterarum interpretes multiplici expoſitione præſentia verba declarant: nam cum myſterijs admodum plena ſint, non mirum eſt, ſi expoſitionum admittāt varietatem. Prima expoſitio ſit Hebræorum, qui te- *Dauid Chimch.* ſte Rabbi Dauid Chimich hoc in loco nomen accipi pro fama cenſent, iuxta Eccleſiaſtici ver- *Eccl. 41.* ba: *Curam habe de bono nomine*, id eſt de bona opinione, & fama. Vnde Sponſa dicente de Sponſo ſuo, *Oleum effuſum nomen tuum*, idem eſt ac ſi dixiſſet, fama tua per vniuerſum terrarum orbem propagata eſt. Nam quemadmodum pretioſo effuſo liquore odor eius longe diffunditur, ita Sponſi nomen, & famam omniū hominum ora peruaſiſſe Sponſa dicebat. Qua de re aduertit Theodoretus, non abſque myſterio ab Sponſa vocatum fuiſſe nomen Sponſi, non ſolum oleum, ſed oleum effuſum. Nam quemadmodum oleum roſarum, vel alterius odoriferi liquoris, dum vaſe clauditur, quaſi nullum exhalat odorem, vbi autem diffunditur, & præſertim, ſi vas in quo erat, rumpitur, protinus fragrans odor, & ſuauitas ad omnium olfactus transmittitur; ita Chriſtus ante ſuam paſſionē paucis erat notus, erantque rariſſimi, quibus ille odorem ſuum communicauerat, ſed poſtquam ſacri ſui corporis vas in circumciſione cœpit hiſcere, & clauorum fixione, & lanceæ impreſſione perforari, vnde ſuauiſſimi duo liquores ſanguinis, & aquæ fluxerunt, vt ſcriptum eſt: *Exiuit ſanguis, & aqua*, ſtatim à multis fuit cognitus, dicente Centurione: *Vere Filius Dei erat iſte.* *Ioan. 19. Matth. 27.* Et alij tanquam pœnitētia ducti, quod hominem tantæ dignitatis tam indigne tractaſſent, reuertebantur, *percutientes pectora ſua.* *Luc. 23.* Quod manifeſtum erat indicium, odorem ſuæ diuinitatis illo ſacratiſſimo corpore latentis iā diffuſum ad ipſos perueniſſe. Hæc omnia S. Am- *Ambr. lib. de Spiritu ſancto c. 7.* broſius lib. de Spiritu ſancto breuiter ita explicuit: *Chriſti nomen ante eius aduentum quaſi vaſe claudebatur: Notus in Iudæa Deus*, *Pſ. 75.* *poſtea vero diuinum ſuum nomen extendit, vt eſſet admirabile in vniuerſa terra.* *Pſ. 8.*

Idem tamen Ambroſius aliter explicat ver- *Ambr. lib. 3 de virgin.* ba hæc: *Oleum effuſum nomen tuum.* Ait enim intelligenda eſſe de incarnatione Verbi æterni, in hunc modū: *Semper vnguentum hoc erat, ſed erat apud Patrem, erat in Patre, olebat tantum Angelis, & Archangelis: deſcendit Filius, & repleta ſunt omnia nouo odore Verbi.* Euſebius Cæſarienſis de *Euſeb. Cæſ. lib. 5. c. 2.* demonſtratione Euangelica aliam ſectatur viā: inquit enim nomen ſæpe accipi in ſacris litteris, pro perſona, cuius eſt nomen, vt conſtat ex Apocalypſi apud Ioannem: *Habes pauca nomi-* *Apoc. 3.* *na*, id eſt paucas perſonas. Et S. Lucas in Actis *Act. 1.* Apoſtolorum ſignificaturus, quodam in loco magnum numerum conueniſſe perſonarum, dixit: *Erat turba nominum.* Quo ſuppoſito aſſerit magnus hic Doctor, voluiſſe Sponſam per illa verba. *Oleum effuſum nomen tuum*, dicere: Sponſe mi, adeo munificus, liberalis, & profuſus es, vt tuorum bonorum particeps omnis creatura ſit: nam elementis eſſe impartiris, plantis viuere, animantibus ſentire, hominibus intelligere, Angelis ſimplici, & comprehendenti cognitione percipere naturalia, & tam his, quam illis ſupernaturalium intelligentiam; ac tandem cū ſis ſūme bonus, cuius natura eſt, vt dixit Dionyſius, eſſe ſui diffuſiuum, eo progreſſa eſt tua liberalitas, vt proprium ſuderis ſanguinem, tāquam pretioſum, & probatiſſimum balſamum, quo noſtra omnium vulnera ſanarentur. Magnus Pater Bernardus alio diuertit, explicat *Bern. ſer. 15 in Cant.* enim Sponſæ verba: *Oleum effuſum nomen tuum*, de humilitate, & contemptu, quem Filius Dei elegit, noſtram induens naturam. *Quid mirum,*

Digitized by Google

inquit, *ſi Sponſi effuſum eſt nomen, cum ipſe quoque effuſus ſit: nam ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens.* *Philip. 2.* Videtur Bernardo, quod in ſpiritu præuidens Sponſa nomen Ieſu neglectum, & male affectum ab his, quorum lingua ſacrilega peierat, dixerit: *Oleum effuſum nomen tuum.* Oleum enim effuſum parui facimus, & tamquam inutile contemnimus. Idque meditatus Bernardus merito dicit: *Quid mirum ſi Sponſi neglectum, & contemptum eſt nomen, ſi ipſe quoque contemni voluit, formam ſerui accipiens?* Tacitus præterire non poſſum, quamuis obiter, Gregorij Nazianz. verba notatu digna: *Greg. Naz. in orat. ſup. Baan. Mart.* *Ira, & mœrore impleor, cũ cerno Ieſum hac de cauſa contemni, ob quam eum maxime honorare æquũ erat.* Alij noſtræ ætatis auctores doctrina graues interpretantur, *Oleum effuſum nomen tuum*, de benignitate, & ſuauitate morum Chriſti, nõ diſſimilium oleo, molliter, ſuauiter, & abſque aliquo ſtrepitu fluenti. Qua metaphora vſus eſt *Plato.* Plato, vbi laudans cuiuſdam viri ſuauiſſimos mores, inquit: *Olei fluxu mollior, ſuauiorque.* Poteſt & hæc expoſitio fulciri verbis Iſaiæ, qui ſignificaturus ſuauitatem Chriſti, vt aduertit Incognitus, vocat eum filium olei, his verbis: *Iſai. 5.* *Vinea facta eſt dilecto meo, in cornu filij olei.* Conſonat cum hac ſententia Targum: nam vbi noſtra vulgata apud Iſaiã vertit: *Iſai. 10.* *Computreſcet iugũ à facie olei*, legit Targum: *Targum.* *Computreſcet iugum à facie Chriſti.* Quod vidimus completum in eius circumciſione, ſiquidem Chriſtus circumciſus duritiem, & aſperitatem iugi veteris legis emolliuit, de qua dicit Petrus: *Act. 15.* *Nec nos, nec patres noſtri portare potuerunt.* Impletumq. pariter fuit per Chriſtum, quod de ipſo dictum fuerat à Propheta Oſea: *Oſea 11.* *Ego quaſi exaltans iugum*, id eſt, ego amouebo tam graue iugum, & aliud imponam ſuaue, atque mite, de quo ipſe dixerat: *Matth. 11.* *Iugum meum ſuaue eſt & onus meum leue.* Id autem à Deo præſtitum, nemo eſt qui ambigat, cũ in lege veteri eſſet ingens numerus præceptorum, nunc autem decem tantum, quę ad duo reducuntur. Nec tunc ſacramenta gratiam, vt nũc ex opere operato largiebantur: nam ſacramentum Euchariſtiæ non erat aliud, quam figura per manna expreſſa; nunc verum ſacramentum eſt, Chriſti corpus, & ſanguinem vere continẽs. Tunc dum ſacrificia Deo immolebantur, omnia plena verubus, mortarijs, fumo, & animalium cruore; nunc autem aqua, oleo, balſamo, verbis, carne, & ſanguine Dei omnia perfluunt. Quæ non aliũde, quam à mitiſſimo Chriſti ingenio, & viſceribus eius oleo mollioribus, & ſuauioribus manarunt.

Interpretes alij conſideratis olei tribus proprietatibus, quas recenſuit Bernardus, dicens: *Lucet, nutrit, & ſanat*, inquiunt voluiſſe Sponſam ſignificare, nomen Ieſu triplici præſtare excellentia, lucis, alimenti, & ſanitatis. Eſt enim ſanctum nomen Ieſu vnica, & ſplendidiſſima noſtræ animæ lux, ob idque varijs vndequaque radijs cinctum figuratur, vnde Paulus non alia, quam Ieſu ſcientia illuminari volebat: *Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum.* *1. Cor. 2.* Atque huius occaſionem inquirere placet, cur nomen Ieſu depingi ſolet intra circulum radijs circumfuſũ, in cuius vertice Crux, vel Chriſti imago Cruci affixa cernitur? Reſpõdeo circularem figuram ſemper fuiſſe ſymbolũ puritatis, vt ait Virgilius in Epigrammate de viro bono. Cauſa vero eſt, quoniam circulus caret angulis, quibus ſordes adhæreſcere, & abſcõdi poſſint: eſtque pariter Hieroglyphicum æternitatis, vt notat Pierius Valerianus, *Pier. Val.* quoniam circulus nec principium, nec finem habet. Vt ergo ſignificaret Eccleſia æternitatẽ Chriſti, quatenus Deus eſt, qui principio caret, & fine, vtque notaret pariter humanitatis eius ſanctitatem, Ieſu nomẽ depingit intra circulum, vt per illum, tamquam vtriuſque rei ſymbolum æternitas Dei, & ſanctitas hominis ſignificaretur. Quod autem multis circumdatur radijs, non caret myſterio: nam præterquam quod ita radijs ornatum ſpeciem præ ſe fert diadematis, vel coronæ, qua hoc ſacrum nomen decoratur, reducit etiam in memoriam coronam illam ſpinarum, quibus Chriſtus, ſicut olim à Moyſe viſus fuit, adhærebat. Præterea declarant hi radij, quibus ambitur nomen Ieſu, ab eius claritate, & fulgore nominis tenebras fuiſſe depulſas, quæ totum terrarum orbem occupauerant; quod ſancta Mater Eccleſia in Dominica prima Aduentus ita canit: *Ecce nomen Domini venit de longinquo, & claritas eius replet orbem terrarum.* *In offic. pro Dominic. 1. Aduentus.* Inſinuat etiam circumfuſus ille radiorum fulgor eum, qui illo nomine vocatur, eſſe Patris æterni ſplendorem, dicente Paulo: *Qui cum ſit ſplendor gloriæ:* *Hebr. 1.* ipſo quoque de ſe atteſtante: *Ego ſum lux mundi.* Præterea radijs ornatum pingitur ſurſum & deorſum; dextrorſum, & ſiniſtrorum, quoniam ſuperno ſplendore radiorum; & lumine ſuæ diuinitatis beatos illuminat, imis radijs infernum inhabitantes flammis exuſtos obſcurat; radijs à dextra erumpentibus iuſtorum intellectus illuſtrat: ſiniſtris denique peccatoribus lumen præbet, ne viam ſalutis amittant, ſed tamquam ſidus ſplendidiſſimum Ieſu nomen reſpicientes, ab illo in ſalutis portum deducantur. Titulus autem, vel crux, quæ huic nomini imponitur, indicat amorem Chriſti adeo magnum, & tanto cum exceſſu charitatis fuiſſe, vt quamuis ſummæ admirationis, & charitatis extiterit, Deum pro hominibus mori, id tamen totum eſt inſtar puncti, & breuis tituli, ſi eum his, quæ nomen Ieſu continet, & cum ſummo amore, quo nos proſecutus eſt, conferantur. Eſt etiam præter hæc nomen Ieſu cibus mentis dulciſſimus, ac propterea in Canticis de illo dixit Bernardus: *Mel eſt in ore, in aure melos, in corde iubilus.* Eſt quoque ... noſtræ ſalutis, immo & ipſa ſalus, & ita cern... eum à Petro claudus ille peteret eleemoſynam, reſpondiſſe: *Argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo tibi do, in nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.* *Act. 3.* Vix hæc protulerat Apo-

Apoſtolus, cum ſubito pauper ille conualuit, vt ibi legitur: *Conſolidatæ ſunt baſes eius*. Referunt Galatinus, & Iacobus à Valentia, opinionem fuiſſe inter Hebræorum magiſtros valde receptam, tantam eſſe virtutem, & poteſtatem nominis ineffabilis Dei, vt qui proferret illud Hebraice, iuxta eius linguæ proprietates, grandia poſſet facere prodigia, & miracula edere, adeo vt ſanaret ægrotos, & mortuos excitaret. Nec deſunt Hebræorum aliqui, putantes ſigna, quę Moyſes in Aegypto fecit, ab hoc vno nomine habuiſſe virtutem. Cuius rei ego quærens fundamentum, reperi apud Abulenſem interpretantem verba illa: *Moyſes portans virgam Dei in manu ſua*, ideo vocari virgam Dei, quoniam litteras nominis Dei circumſcriptas haberet; refertque idem Abulenſis ex aliorum ſententia, quod hæc virga, qua operatus eſt Moyſes mirabilia, in horto Ietro, qui erat Moyſis ſocer, nata fuerat, & à nullo potuerat auelli, donec Moyſes acceſſit, cui illam Deus ad tot, & tanta miracula deſtinauerat. Sunt denique alij, non minus graues, quam in ſacris litteris verſati, qui ſentiant per hæc verba: *Oleum effuſum nomen tuum*, non intelligi præcipue nomen, Ieſus, quod proprium nomen Sponſi eſt, ſed potius inſinuari, & ſignificari nomẽ, Chriſtus, quod eſt nomen appellatiuum, vt ſuper Ioannem aduertit Auguſtinus, dicens: *Ieſus proprium nomen eſt, quomodo Moyſes, Elias, Abraham; Chriſtus autem ſacramenti nomen eſt, quomodo ſi dicatur, Propheta, vel Sacerdos*. Lactantius perſcrutatus, quid myſterij in eo nomine lateat, ſcribit nomen, Chriſtus, quod ſignificat vnctum, præ ſe ferre ſceptrum, & poteſtatem regiam noſtri Saluatoris. Olim enim inualuit conſuetudo vngendi eos, qui Reges creabantur. Vnde legimus libro 3. Regum à ſacerdote Sadoc vnctũ fuiſſe Salomonem: *Sumpſit Sadoc cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem*. Et libro 1. Regum ſcriptum eſt, à Samuele vnctum fuiſſe Dauidem. Hinc ergo eſt, quod in ſacra Scriptura cenſeantur ſynonyma, Chriſtus, & Rex, vt liquet ex primo Regum: *Non mittam manum meam in Chriſtum Domini*, id eſt Regem Saul. Et Iſaias, inquit: *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro*, hoc eſt Regi meo Cyro. His ita præmiſſis, ſciendum, ſicut Dauid ter fuit vnctus, primũ in Bethlehem à Samuele, ſecundo à tribu Iuda, tertio ab omnibus Iſraelitis; ſic etiam ter fuiſſe vnctum Chriſtum Dominum, videlicet intra matris viſcera, vt ipſe per Iſaiam dixerat: *Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxit me*. Quæ vnctio quamuis intelligi poſſit de gratijs, & donis ſpiritualibus, quæ illi communicata fuerãt multo excellentius, quam reliquis eius conſortibus, quemadmodum Dauid teſtatus eſt: *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*: vnctio tamen præcipua fuit hypoſtatica vnio ſacræ humanitatis, ſicut Gregorius Nazianzenus declarauit: *Dicitur Chriſtus*, inquit ille, *propter diuinitatem, ea enim humanitatis vnctio eſt non operatione, vt in alijs Chriſti, ſed totius vnguenti præſentia, cuius hic effectus eſt, vt id quod vnxit, homo vocetur, & quod vngitur, Deus fiat*. Alludens ergo Sponſa ad hanc vnctionem nomine Chriſti ſignificatam (nam Chriſtus idẽ eſt, quod vnctus) dixit Sponſo ſuo: *Oleum effuſum nomen tuum*. Huic expoſitioni aſſentiri videtur Paraphraſtes Chaldaicus, qui prædicta verba ſic Latine vertit: *Vnguentum, quo vnguntur Reges, & Sacerdotes, eſt nomen meum*. Alijs autem videtur, quod quemadmodum vnguentum, quo Reges, & Sacerdotes vngebantur, erat miſtum varijs ſpeciebus aromaticis, myrrha, aloe, & ſtorace: ideo Sponſa ſignificatura nomen Ieſu eſſe mixtionem quandam, & confectionem myſticam aliorum plurium nominum, quæ in hoc vno clauduntur, comparauit Sponſum ſuum vnguento, quo Reges, & Sacerdotes vngi ſolebant. Attamen ſacri doctores, & Patres hæc ipſa verba de nomine Ieſu intelligenda docent, & ideo Gregorius Nyſſenus acute, vt ſolet, dicit, quod quemadmodum, quando rumpitur vas oleo odorifero, vel alio quouis aromate plenum, eius ſentientes odorem ſtatim conijcimus qualis ſit liquor ille, olei ne vel balſami; ita per odorem, quem Chriſtus in mundo reliquit, ſanctitatis vitæ, excellentium miraculorum, & veritatis in docendo, coniectamus, & vere cognoſcimus ipſum eſſe verum Meſſiam in lege promiſſum. Quod vt ſignificaret Sponſa, dixit: *Oleum effuſum nomen tuum*. Niſi forte dicere velimus, quod Sponſa Chriſto ſacrum nomen Ieſu imponi conſiderans, dum à corpore illius tamquam à mirabili fonte fluebat liquor olei ſancti, & precioſi balſami, nempe ſanguis illius, vocauit nomen illud *Oleum effuſum* ſuper vulnera noſtrarum miſeriarum. Propterea namque illum fudit, vt nobis ſalus, & vita pararetur. Potuit etiam vocare nomen Sponſi oleum effuſum, vt excellentiam illius oſtenderet: nam ſicut oleum alijs liquoribus admixtum non ipſis confunditur, ſed innatat, & eminet, locum occupans ſuperiorem; ita ſacrum hoc nomen omnia nomina antecellit, & ſedem primam tenet dignitatis, & honoris, vt dixit Paulus: *Donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*. Quæ verba ſequens Homilia latius explicabit.

Gal. libr. 8. de ſecr. c. 5. Iac. à Val. in pſ. 8. & 107.

Abul. ſuper 3. Exod.

Aug. c. 3.

Lact. libr 4. de vera ſap. cap. 7.

3. Reg. 1.

1. Reg. 16.

1. Reg. 26.

Iſai. 45.

Iſai. 61.

Pſ. 44.

Greg. Naz. lib. 4.

Greg. Nyſſ.

Philip. 2.

Homilia Decima.

Conditiones, & circumſtantiæ, quæ in ſancto Dei nomine iurando neceſſariæ ſunt, erudite explicantur.

INTER ea, quæ ad cultum venerationemque nominis Dei pertinent, non vltimum locum obtinet iuramentũ: nam ſi debitis eũ circumſtantijs fiat, actus eſt virtutis, quæ inter morales tenet principatum religionis, videlicet, vt docet *Th. 2.2. q. 89* Angelicus Doctor, ante quem id prædixerat Dauid, inquiens: *Laudabuntur omnes qui iurant in eo*. Cuius rei ratio ab ipſa iuramenti natura deſumitur: nam vt communiter tradunt Doctores cũ S. Thoma, qui ab Auguſtino id *Th. vbi ſup. ar. 1.* accepit: *Iurare eſt adducere Deum in teſtem*. Id vero dum facimus, Deum colimus, dicta noſtra eius auctoritate roborantes, quippe ipſe ſolus eſt pura veritas omni oppoſita mẽdacio. Vnde *Paul. 6.* Paulus Apoſtolus ad Hebræos: *Omnis controuerſiæ finis ad comprobationem eſt iuramentum*. *S. Hieron.* S. Hieronymus ſuper Matthæum inquit: *Qui iurat, aut veneratur, aut diligit, per quem iurat*. Et quod plus eſt, ipſemet Deus iuramento eſt *Geneſ. 22.* vſus, vt conſtat ex Geneſi: *Per memet ipſum iuraui*. *Pſalm. 9.* Et in Pſalmis iuraſſe legimus: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum*. Ex quibus omnibus liquet, iuramẽtum ea ſe bonum, & actũ eſſe religionis, niſi ob aliquam circumſtantiam deprauetur. Quamobrem vt in re tanti ponderis non erraremus, voluit Deus nobis prælucere, per Hieremiam docens omnia illa, quę in præſtando iuramento requiruntur, vt debita cũ reuerentia ſui nominis præſtari poſſet. *Hier. 4.* Hieremiæ verba ſunt: *Iurabis, viuit Dominus, in veritate, in iudicio, & in iuſtitia*. Quas conditiones *S. Th. 2.2. q. 89. art. 4.* Doctor Angelicus, hac ipſa de re loquens, propoſuit, & diſcuſſit, noſterq. Bonauẽtura doctiſſime *S. Bon. libr. 3. ſent. diſt. 39. nu. 1.* perſequitur harum cõditionum naturam atque virtutem. Nam iuramentum ad vnum ex tribus referri poteſt; vel ad eum qui iurat, & ita opus eſt iudicio, & prudentia; vel ad id quod iuratur, & ſic neceſſaria eſt veritas; vel denique ad cauſam, ob quam iuratur, & tunc oportet adeſſe iuſtitiam. Perpendamus ergo ſingulas conditiones, ordine quo illas idem Eccleſiæ Doctor Bonauentura declarauit. Prima lex eſt, vt cum iudicio, & conſiderate fiat iuramentum: ex hac enim conditione reliquæ dependent, vt doctiſſimus Philo de legis diuinæ præceptis agens ani*Phil. in libr. decalogi.*maduertit, his verbis: *Iurans debet omnes rei circumſtantias diligenter perſpicere, quanta ſit, quam vera, quam bene à ſe percepta*. Et S. Ambroſius idem quoque ſẽtiens, dixit: *Nemo bene iurat, niſi qui poteſt ſcire quid iurat*. *Amb. in Pſ. 118. Oct. 14.* Perſpicuum autem eſt, neminem ſcire poſſe, quod iurat, niſi qui rem iurãdam conſiderat, & diiudicat. Ad hæc melius *Exod. 28.* intelligenda exquiramus cauſas, ob quas Deus in Exodo præceperit ſummum ſacerdotem ſanctum Dei nomen portare capiti ſuperpoſitum; hinc enim nonnulla, quæ noſtro propoſito cõueniant, eliciemus. Beda inquit, Deum illo præ*Bed. c. 9.*cepto ſignificare voluiſſe, ſicut Dei excellentia omnia tranſcẽdit: *Excelſus ſuper omnes gentes Dominus*; *Pſal. 112.* ita pariter illius nomine omnia alia quæcumque nomina ſuperari. Hieronymus aliã excogitauit rationem, quæ huiuſmodi eſt. *Vt to*-*Hieron. ibid.* *tam Pontificis pulchritudinem coronet, & protegat*. Nomẽ enim Dei non ſolum eſt honoris diadema, ſed galea ſalutis, ornans pariter, & muniẽs catholicæ Eccleſiæ caput Pontificem Romanũ. Aliorum opinio fuit, nomen Dei capiti ſacerdotis impoſitum, vt tam profani, quam ſacri Principes intelligant, ſe ſubditos eſſe Deo, cui caput ſuum, & animum voluntarie ſubmittere debeãt, præceptis illius obtẽperantes. Philo antiquus *Philo.* & doctus auctor aliam ſectatur viam; ait enim: quoniam caput humanum vanum eſt, ac leue, voluiſſe Deum pondere ſanctiſſimi ſui nominis illud fulcire, ne fluctibus, ac ventis affectuũ raperetur. Cui expoſitioni conſonat aliorum ſententia, hac ipſa de re differentium, qui contendunt, ideo nomen Dei ſuper caput ſacerdotis locari iuſſum, quod ſemper debeat membro grauius laboranti, & magis periclitãti adhiberi remedium; caput autem humanum maxime laborat ægritudine, quam à primis parentibus accepimus, vnde eſt illud: *Capus meum doleo*. *4. Reg. 4.* Sed animaduerſione dignum eſt (quæ vltima erit ratio, & expoſitio) quod quamuis varia ornamẽta præcipuis humani corporis partibus attribuerit; collo videlicet torquem obedientiæ; auribus fidei inaures; renibus, & lũbis cingulum caſtitatis; capiti ſoli ſacrum ſuum nomen præbuit, quoniã vigentibus in capite omnibus ſenſibus, voluit ea re oſtendere, quanto cum iudicio, & maturitate animi accedere deberet ad iuſiurandum. Hoc etiam innuere voluit manifeſtius diuina iuſtitia, ita præcipiens: *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*. *Exod. 20.* Vbi notandum eſt, verbum, aſſumere, aliquando in ſacra Scriptura accipi pro, in altum tollere, qua ſignificatione vſus eſt Euangeliſta de Chriſto loquens: *Aſſumptus eſt in cælum*. *Marc. 16.* Hæc autem aſſumptio, ſeu eleuatio duplici, eoque multũ diuerſo fine contingere ſolet: nam aliquid tollimus in altum, vt honoremus, ſicut Apoſtolicas, & Regias litteras, quas venerantes capiti ſolemus imponere; vel etiam in contemptum, & deiectionem, ſicut ea quæ frangere intẽdimus, prius eleuamus, vt maiori cum impetu decidant in terram, & diſrumpantur. Hoc idem diſcrimen eſt inter eũ, qui temere, vel conſiderate iurat: vnus enim Dei nomen in ſublime tollit, vt ponat ſuper caput ſuum, & illud veneretur; alter in os aſſumit non vt honoret, ſed vt dehoneſtet, & deijciat.

Theo-

S. Theodor. quæſt. 41. Theodoretus ſuper Exodum ſapienter ſatis, & acute eadem verba explicat in hunc modum: *Quid ſibi vult, non aſſumes nomen Dei tui in vanum? Quidam prohiberi dicunt, ne quis res vanas, hoc eſt idola, nomine Dei vocet; alij, ne quis iurando mentiatur; ego autem puto diuinam legem ſtatuere, ne quis nomen Dei pronunciet ſine aliqua ratione, & neceſſitate.* Hinc eſt, quod in iure non admittuntur ad iuſiurandum anno quartodecimo minores, quoniam eis nō adeſſe illam iudicij maturitatem, quæ in iurando Dei nomine neceſſaria eſt, a iure præſumitur. *Corn. Papa Conc. Aurel.* Romanus Pontifex Cornelius, & poſt eum Concilium Aurelianenſe conſtituit, vt in iudicio nemini iurare liceret, niſi eſſet ieiunus, ne fortaſſe cibi, & vini vaporibus in caput ſalientibus turbaretur ratio, aut conſideratio impediretur, quæ omnino neceſſaria eſt. Hanc Papæ Cornelij non indecoram, immo valde conuenientem iuramento cærimoniam obſeruauit olim Iſaac, qui cum eſſet iuraturus, facere diſtulit in auroram, quod paulo antea a cœna *Gen. 1.41.* ſurrexiſſet, vt in Geneſi narratur. Cernimus gentium Apoſtolum non verbo, ſed ſcripto iuraſſe, nam quod ſcribitur, attentius, quam quod dicitur, perpendi ſolet. quæ doctrina tam eſt rationi conſona, vt ſolo naturæ lumine illam fuerint *Plut. in ſuis emblem.* adepti gentiles. Vnde Plutarchus in ſuis Emblematibus memorat, ab ipſis lege cautum, vt ſi quis per Cererem iurare deberet, eius templum adiret, & chlamyde indutus facē manu teneret, vt his omnibus admonitus animum excitaret ad conſiderandum, quanta cum reuerentia illud fieri iuramētū oporteret. Narrat quo*Cyrill.*que S. Cyrillus, ſanxiſſe Romanos, ne cui liceret iurare per deum Ianum, niſi ad ſenatus Romani præſentiam, ad homines hac lege, tamquam fræno coercendos, vt non niſi conſiderate, & neceſ*D. Thom. 7. opuſculo.*ſario iurarent. Huc reſpexiſſe videtur S. Thomas in ſuis opuſculis, ita de iuramento loquens: *Iuramentum* eſt *ſicut medicina, quæ non ſemper accipitur, ſed in neceſſitate:* Vnde & Auguſtinus dixerat: *Iuro, ſed quantum mihi videtur, magna neceſſitate compulſus, cum videro non mihi credi, & ei, qui non credit, expedire, quod credat.* Quæ verba grauiſſima quidem ſunt, & ponderanda; quia tamen ad ſecundam propero iuramenti conditionem, latius illa nunc aperire prætermitto.

Secunda iuramenti conditio, eſt veritas, quæ adeo neceſſaria eſt, vt illa abſente iuramentum, quod alias foret ſanctum, fiat deteſtabile, atque ſacrilegum. Nollem vero quempiam decipi, putantem non committi peccatum mortale, ſi medio iuramento aliquid quantumuis leue ſine veritate firmemus: nec enim hic materiæ paruitas locum habet; quoniam etſi pennam vnam ex atramentario ſurripias, & iurato Dei nomine a te non ſublatā affirmes, periurus vtique es, & ſacrilegium committis. Ratio autem in promptu eſt, nam licet res furto ſublata parui momenti & pretij ſit, magni tamen eſt ponderis adducere Deum in teſtem mendacij tui, & falſitatis, quæ grauiſſima eſt in Deum iniuria, vt ſequens homilia fuſius edocebit. Nūc interim referā, quod Diogenes Laertius in vita Ariſtotelis de illo narrauit. *Diog. Laer. lib. 5.* Hic enim aliquādo interrogatus, quid lucri mendaces haberent ex mendacio, reſpondit: *Vt cum vera dixerint eis non credatur.* Quod lucrum mentientibus vberrimum, & vſura pluſquam centeſima eſt, quippe ſi ſemel mentiti reperiātur, poſtea millies vera dicentibus eiſdem non immerito negatur aſſenſus. Sed ea natura mendacij eſt, vt alia multa ſecum ferat, quippe ad primum colorandum, & fulciendum mendacium ſemper alia noua contingunt. Nam vt quidam dixit, mendacia ceraſis ſunt ſimillima, quæ fere nunquam ſingula trahuntur, ſed mutuo cohæreſcunt. Quod in Apoſtolorum Principe verum eſſe vidimus, negante Chriſtum, ſemel, iterum, ac tertio id etiam per iuramentum confirmante: qui etiam (vt Ambroſius ait) niſi Deus mendacio, & iuramentis illius clementer obſti*Ambr. ser. 41.*tiſſet, ſicut ter, ita trecenties illum negauiſſet. Sed hac in re memorabile eſt, quod Zonaras de *Zonar in vita Theo. iun.* Eudoxia Imperatoris Theodoſij vxore commemorat, cui miſſum ait a marito pulchrum, & raræ magnitudinis pomum, quod accipiens Eudoxia, ſincero, & ſimplici animo miſit Paulino, viro doctrina, & virtute claro: qui mox pomi excellentiam admiratus, & menſa Imperatoris dignum iudicans Theodoſio remiſit, qui inſpecto, & cognito pomo cœpit de Eudoxia etſi re vera honeſta, & fida vxore male ſuſpicari. Quamobrē in cubile vxoris protinus migrans, quod timebat exploraturus, de pomo Eudoxiam interrogat, quæ donatum Paulino dicere non audens, ſemel, & ſæpius reſpondit a ſe comeſtum, id eſt, pluribus iuramentis, vt fidem Imperator haberet affirmabat. Nihil tamen iurando profecit, immo plus ſibi nocuit: nam Theodoſius pomum ſtatim oſtendit erubeſcente plurimum Eudoxia, ingenſque inter ipſos in poſterum fuit orta diſſenſio, & Paulino parata mors, quæ quidem mala, ſi verum illa faſſa fuiſſet a principio, forſan non eueniſſent.

Tertia conditio eſt iuſtitia, quā in iuramento Deus ſeruari pręcepit, vt quod iurare debemus, licitum ſit, & honeſtum. Hæc circumſtantia defuit Dauidi, iuranti Nabal Carmelum a ſe truci*1. Reg. 25.*dandum, & impiæ Iexabel, mortem Eliæ minanti, & Nabuchodonoſor Iſraelitarū vindictam ex*3. Reg. 19.*petenti, & Iudæis, qui cibum ſe nō capturos iurarunt, niſi prius Paulum vita priuarent. Ac tandem impio quoque defuit Herodi, iuranti ſe filiæ ſuæ daturum quidquid illa petijſſet, quæ poterat rem poſtulare iniuſtam, vt fecit, flagitans iniuſtiſſime caput Ioannis Baptiſtæ ſacrilegum præmium ſuæ ſaltationis. Veruntamen de his ſatis, ſi verba Hieronymi ſubiunxero, quæ referuntur in 2.2. quæſt. 2. vbi ſic legitur. *Animad*22. q. 2. c. animaduer.*uertendum eſt, quod iuſiurandum hos habeat comites,* veritatem, iudicium, & iuſtitiam; ſi iſta defuerint, nequaquam iuramentum erit, ſed periurium.

Homi-

Homilia Vndecima.

De grauitate culpæ, ac pœna, quã ſine veritate nomen Dei temere iurans incurrit.

Eutych. 22. cauſ. q. 1 c. vltimo.

PLACET in præſenti homilia præcepto ſanctiſſimi Pontificis Eutychiani diuini honoris zelo ardẽtiſſimi ſatisfacere, qui cũctis Euangelici verbi concionatoribus præcepit, vt omnes fideles docerent diligenter, quanta falſi iuramenti eſſet grauitas, & fœditas, vt falſo iurantium ſacrilegas linguas ab omni periurio facilius coercerent. Hoc enim inter alia præſtiturum ſuo aduentu Chriſtum dixit Iſaias:

Iſai. 3.

Deſolabit Dominus linguam maris Aegypti, quod certe noſtra nunc ætate, & noſtrum moribus valde neceſſarium eſt; tot enim de animæ ſuæ ſalute parum, vel potius nihil cogitantes, ita periurijs aſſuefacti ſunt, vt dũ illorum ſingulos contemplor, videar mihi videre illam, quam Ioannes vidit ſeptem capitum beſtiam, cuius frons multas aduerſus

Ioan. 13.

Deum blaſphemias habebat inſcriptas. Quid enim aliud eſt, qui multum iurat, niſi ferox, & rationis expers beſtia, quę non in fronte, ſed in ſermone, & ore mille blaſphemias aduerſus Altiſſimum gerit, cuius ſi vitã, & mores inſpiciamus, inueniemus ei non deeſſe ſeptem beſtiæ illius capita, quę ſunt ſeptem peccata, quæ dicuntur capitalia: vitium enim aſſidue iurandi non modo ſeptem, ſed alia plurima comitantur. Quæ vna cauſa ſatis eſſe deberet, vt iuratores a tam deteſtabili, & noxio vitio reuocarentur, illudque de medio tollerent: nam illo ſublato innumera alia tollerentur, & perirent. Sed vt vehementius obſtinatum horum ſacrilegorum cor a conſuetudine iurandi deterream, libet fuſius oſtendere, quã tum falſi iuramenti pondus, quantaque fœditas

S. Tho. q. 18 in quodlib.

ſit. Sanctus Thomas in quadã quæſtione, quodlibetica inquit: *Periurium grauius peccatum eſt quam homicidium*, idemque in 2. 2. profitetur. Ne tamẽ alicui hæc Thomæ verba videantur hyperbolica, ſciat oportet non ſolum ſancti Thomæ,

Idem q. 2. q. 10. a. 3. q. 2. art. 2.

ſed omnium Theologorum eſſe doctrinam, tanto maius, & fœdius haberi vitium, quanto excellentiori, & altiori virtuti repugnat. Hinc eſt, quod Deus maiori odio proſequitur peccata, quæ virtuti magis excellenti contraria ſunt. Quẽadmodum igitur charitas inter Theologicas virtutes occupat principatum, dicente Pau-

1. Cor. 13.

lo: *maior autem horum eſt charitas*, ita etiam, ex virtutibus moralibus maxima virtus religio eſt, quippe maieſtatem, & excellentiam Dei tam quam proprium ſcopum intuetur, & in eius cultum omnem curam, & actiones deſtinat, ac dirigit. Vnde fit, vt falſum iuſiurandum, quod virtuti religionis opponitur, ſit ex ſuo genere maius peccatum, quam homicidium adulterium furtum, & alia ſimilia, quæ iuſtitiæ virtuti aduerſantur. Ad cuius rei cõfirmationem apta verba videntur, quæ ſcribuntur in cap. Ille qui. 2 2. q.

2. 2. q. q. 5 c. illi qui.

5. vbi ſic legitur: *Qui hominẽ prouocat ad iurandũ vincit homicidã, quia homicida occidit corpus, iſte vero animã.* Et Aug. ſuper Matthęum id ipſum

Aug. ſuper Matt. c. 26.

multo magis exaggerat, dicens: *Non minus peccant, qui blaſphemant Chriſtum regnantem in cælis, quam qui crucifixerunt ambulantem in terris.* Verba quidem ſunt hæc tanto digna doctore, & Eccleſiæ Patre, nam qui Chriſtum crucifixerunt, pœnæ tantummodo, & doloris malum intulerunt, in mendacijs tamen teſtem non adduxerunt; at qui falſo iurat, Chriſtum adducit in falſitatis ſuę teſtem, & vt approbet, quod ipſe mentitur, & quod falſum eſt, ſuo quaſi nomine ſubſcribat, quo intrinſece malum eſſet, & primæ veritati omnino repugnãs. Vnde maior multo quam mortis, & crucis iniuria ab huiuſmodi periuris Chriſto irrogatur. Id autem maxime dolendum cenſeo, quod cum vendiderit Iudas Chriſtum triginta argẽteis, ij, qui falſo iurãt, minori, & viliori precio, atque ſępe gratis illum vendunt. Quod ſi grauiſſimum delictum eſt, & in quauis bene ordinata republica puniri acriter ſolitum, ſi quis Regum, vel Romanorum Pontificum diplomata piſcatoris annulo ſignata falſo ſupponere audeat, quo genere ſupplicij puniendum periurium cenſebitur? Nam ſi bene, ac pie conſideretur iuramentum, quid aliud eſt, niſi regium Dei ſignum, diuino nomine inſcriptum, ad inferendam eius verbis auctoritatem, & eorum veritatem ſtabiliẽdã! Vnde eo ſæpe vſi ſunt Prophetæ, dicentes: *viuit Dominus*, &c. Qui ergo falſa iurat, hoc regium ſigillum furatur, & eius auctoritate mendacium ſuum roborat, fraudi, ac dolo ſuo nomen Dei prætexens, vt facilius voti compos euadat. Præterea ſi adulterare monetam, vbicumque terrarum fiat, crimen eſt læſę maieſtatis: quid iudicandum de illo, qui rem adeo ſacram, quale eſt iuramentum, temere, ac leuiter illud vſurpans, peierat? Vt tamen huius peccati grauitas innoteſcat, magis obſeruare oportebit, ipſos etiam ſpiritus immundos ſolo nomine Ieſu compulſos fateri veritatem, & ſigna dare ſolitos nomen ſanctum Ieſu verentes, quod incauti periuri tam parui ducunt, ipſo Diabolo inſolentiores, vt nõ ſecus, quam ſi Deus noſter eſſet ex ligno formatus, vt vana gentilium ſimulacra, eum aſpernari videantur. Quid de tam vecordibus, & deſperatę cõſcientię hominibus dicemus, niſi eos numero reproborum adſcriptos, & ſtigmate perditionis, ac mortis æternæ notatos? Nam ſi loquela cuiuſque docet, ſit ne Gręcus, Gallus, vel Italus, qui blaſphemias, & iuramenta ſemper eructant, proprium idioma præſcitorum, & reproborum, vt de illis loquens ſcripſit Ioannes, vere dicere de omni peierante poſſumus, quod ancilla oſtiaria Petro, *loquela tua manifeſtum te fecit*: vnde *Matth. 26.*

vt

vt iam dixi, gregi illorum annumerabuntur, qui nunquam perituris cruciatibus, & inferni flammis torquendi, & comburendi reſeruantur. Non enim tam indicat pulſus ęgrotantis morbum, quam ſermo loquentis animum, ob idque dici ſolet: *Qualis vir talis oratio*. Hinc etiam infero, huiuſmodi conditionis homines linguas eſſe Satanæ, quoniam ſicuti qui Deum honorant, ſunt Dei linguæ, ſiue per quos Deus loquitur: Non eſtis vos qui loquimini ſed ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis; ſic etiam qui ſanctum nomen Dei periurio violant, inſtrumenta ſunt Satanæ, quibus ille tamquam proprijs linguis, & quaſi interpretibus vtitur. Nec dici quidem poteſt, ita iurantes aliqua voluptatis illecebra ad vitium trahi; nam quamuis reliqua peccata aliquid habeant irritamenti, & delectamenti, quo illectus noſter appetitus in illa feratur (nam ad venerea accēdit libido, ad odiū & vindictam inflammat iracundia, ad lucrum iniuſtum prouocat auaritia, ad honorē impellit ambitio) ſola peruerſa conſuetudo iurandi omni caret etiam apparenti excuſatione, & nullam poteſt huius peſſimi vitij prætexere delectationem. Quam ob cauſam ipſe ſoleo in talia monſtra verba Iob vſurpare: *Bibis iniquitatem ſicut aquam*; aqua enim ſi bona, expers omnis coloris, odoris, & ſaporis eſſe debet. Dicturus ergo Iob, nonnullos eo licentiæ, & temeritatis proceſſiſſe peccando, vt nulla illecebra, nullo colore, vel prætextu ſuauitatis attracti in peccata ruant, ſicut in ſacrilega, & execranda aſſidue iurandi cōſuetudine quotidie cernimus, ideo inquit eos ſicut aquam bibere iniquitatem. Hinc colligo, indebite iurantes nullo modo, aut cauſa vlla excuſari poſſe, licet ipſi ſoleant prætextere fidem, quam verbis ſuis per iuramentum haberi procurant. Verumtamen horum excuſationi ſanctus Chryſoſtomus in hūc modum occurrit: *Hoc interdum a nonnullis audiui, niſi iurauero non credit ille: tu es horum cauſa, qui facile iuras, quoniam ſi id non faceres, ſed omnibus conſtaret, quod non iuras mihi crede dicenti, maiorem ipſe fidem ſolo nutu inuenires*. Doctiſſimus Philo irridet eos, qui per iuramenta verbis ſuis fidem quærunt. *Fatui, qui non intelligunt* (inquit ille) *conſuetudinem crebro iurandi argumentum eſſe perfidiæ, non fidei*. Itaque qua putat via multum iurans ſe apud homines fidem conciliaturum, eadem fidei ſuæ iacturam facit: nā ſicut iuramentum eſt infirmę fidei remediū, & medicina; pharmaca vero crebro recepta valetudinem ſæpe infirmant, & corporis firmitatem deſtruunt; ita etiam frequens iurandi vſus animam iurantis male afficit, & fidem imminuit, ita vt dubia magis reddatur eiꝰ fides, qui iurare conſueuit. Vnde conijci poteſt, viros nobiles multo magis hoc vitium dedecere, eſt enim paruæ auctoritatis ille, cuius verbo non creditur, ita vt illius aſſertio alterius teſtimonio egeat, immo & ipſius Dei auctoritate fulciri indigeat. Socrates in tractatu de regno ſcribit, ſolum Principis verbum tantæ fuiſſe apud Ethnicos fidei, & auctoritatis, quantæ iuſiurandum.

Iob cap. 13.

Chryſ. hom. 16.

Philo lib. 1.

Socr. tract. de reg. or. 1.

Quintilianus quoque recenſet, apud viros illuſtres, & nobiles in contemptu eſſe iurantes, & ideo flamines, nempe ſacerdotes a iuramento ſemper abſtinuiſſe, ſicut etiam noſtris ſacerdotibus prohibetur, quoniam vt inquit S. Thomas, tanta eſt dignitas ſacerdotum, vt rationi non ſit conſonum, de illorum verbis ambigere.

Quint. lib. de reg.

S. Thomas.

Quod ſi, quæ hactenus dixi, te a iurandi conſuetudine frænare non poſſunt, inijciant ſaltem linguæ ſacrilegæ frænum varia, & multa ſupplicia, quæ Deus blaſphemis, & aſſidue iurantibus minatus eſt, quorum nonnulla per Zachariam Prophetam ita memorantur: *Quid vides?* cui reſpondit Zacharias: *Ego video volumen volans, longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem*. Non deſunt interpretes, qui aſſerant volumen iſtud eſſe falcē, ſicut Septuaginta trāſtulerunt; *Vidi falcem volantem*: ſed verior, & magis communis expoſitio eſt, volumen illud eſſe librum, quod ex ipſo textu colligitur; inquit enim in eo libro ſcriptas maledictiones, & execrationes, quas Deus male iurantibus minabatur, inter quas non minor eſt, quæ illic his verbis deſcribitur: *Veniet ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & cōſumet eum, & ligna, & lapides eius*. Cum qua expoſitione poſſumus & nos Septuaginta Interpretum conformare tranſlationem, dicentem: *vidi falcem volantem*, quoniam etſi volumen illud liber erat, quia tamen plenus maledictionibus, & ſupplicijs, vocatur, falx illarum nempe ſpicarum ſublimium, & humilium, cuius ſupplitij partem aliquam cognouit Ioannes in Apocalypſi, cum dicit a ſe viſos blaſphemos, & mendaciter iurantes ſanctum nomen Dei, proprijs dentibus ſibi linguas transfigere pro ſacrilego, & temerario auſu iurandi, quas grauiſſimo dolore proſcindentes manducabant. Verba Ioannis ſunt: *Commanducauerunt linguas ſuas præ dolore*. Et in Leuitico legimus, cum quidam Dei nomen blaſphemaſſet, accurriſſe protinus Moyſem ad diuinum oraculum, vt qua pœna ille puniēdus eſſet, addiſceret. Cui Deus reſpondit, vt *in agrum eductus lapidibus obrueretur*. Iouem etiam omnium Deorum maximum, vt cæca putabat antiquitas, pingi ſolitus fuit manibus fulmina tenēs, ita vt vna manus aduerſus malos, vtraque contra periuros fulminaret, ad ſignificandum, quanto furore Deus contra impie lædentes per iuramentum numina efferueſcere ſoleat. Quin & natura ipſa videtur odium ſuum contra tam peſtilentem morbum, vitiumque deteſtandum indicare voluiſſe: ſiquidem, vt refert Ariſtoteles in libro, quem de rebus mirabilibus compoſuit, in Cappadociæ vrbe Trana fons olim fuit tam miræ proprietatis, vt ſi, qui peierarat, fonti adſiſteret, protinus aduerſus eum quaſi indignatus commoueretur, & in vultum illius aqua proſiliente ora perfunderet, & l. ſi duo. ff. de iure iur. legitur, conſueuiſſe Romanos iurare per Cæſaris genium, qui erat illius cuſtos, id tamen poſtea iniurioſum ſibi putantes Imperatores, genij iuramentum ſub pœna verberum prohibuerunt.

Zach. cap. 5.

Io. ap. cap. 16.

Leuit. c. 24.

Ariſt. in lib. mir.

L. duo ff. de iuriur.

Ipſi

Pauſanias.

Ipſi quoque Romani, vt refert Pauſanias, cum in ludis olympicis concertaturi erant interiurãdo ſe aſtringebãt, gladio quoq. animal aliquod mediũ ſecãtes, innuere volentes, illius, qui fraudem aut dolũ in certamine olympico machinaretur, ita etiam viſcera proſcindẽda. De quodã Galliæ Rege hiſtoriæ commemorant, tuliſſe aduerſus periuros legem, qua cauebatur, vt qui falſo iuraſſe compertus fuiſſet, cauterio in fronte notaretur; quod ſupplicij genus magni doloris, & non minoris ignominiæ ſi noſtra ætate foret obſeruandum, crediderim profecto, & flammigero Ætnæ ignem, & Cantabriæ ferrum defuturũ, ſi omnium peierantium frontes eo ſtigmate, ignitaque nota inſigniri deberent, adeo hic morbus inualuit, & mortifera hæc conſuetudo innumerabilium hominum animos peruaſit. Sed licet hæc, & alia ſupplicia in vſu eſſẽt, multo minora, & mitiora ſunt, quam quæ Deus tanti delicti proprius vltor, & iudex infligit, vt Imperator Iuſtinianus dixit: *Iuſiurandi contempta religio ſolum Deum habet vltorem*: illa enim eſt omnium acerbiſſima punitio, quam proponit Eccleſiaſticus: *Vir multum iurans implebitur iniquitate*; nam Deus peccantis animam grauiori ſupplicij genere punire non poteſt, quam ſi in alia plura crimina pro veterum ſcelerum vindicta illum prolabi permittat. Quæ in eum ita creuerunt, vt numerum impleant peccatorum, & iniquitatum, quas Deus ab ipſo per totum vitæ curriculum patrandas prænouit, quod indicat verbum *implebitur*, nihil miſerius, nihil fœdius, & infelicius eo peccatore poſſe excogitari: tunc enim per vltimum impœnitentiæ peccatum properat, & adeſt dies illa, qua Dñs ei ſicut fatuis virginibus dicet: *Clauſa eſt ianua*, quam pœnam Deus in nomine ſuo mentientibus comminatur. Addit: *non recedet plaga a domo eius*, quoniam falſo crebro iurantibus nunquam deerunt infortunia, nũquam calamitates, nunquam pericula, & honoris, diuitiarum, ſalutis, ac vitæ varia detrimẽta. Concludo igitur, monens eos Auguſtini verbis: *Maior conſuetudo maiorem efflagitat intentionem linguæ: facilitatem habet motus, facile labitur in lubrica, ſed quanto illa citius, & facilius mouetur, tanto aduerſus illã fixus eſto: domabis, ſi vigilabis, vigilabis, ſi timebis, timebis, ſi Chriſtianum te eſſe cogitaueris.* Ego vero adijcio ad verba Auguſtini, non modo ſatis eſſe debere, vt a iurandi conſuetudine abſterreamur, ſed vt illos etiam, quos tali vitio laborantes viderimus, quoties nobis audientibus iurare contingat admonitione frænemus, & ſermone, vel ſaltem toruo vultu, ac minus placabili aſpectu coerceamus. Nam ſi de Crœſi filio traditum eſt, tanta in parentem pietate affectũ, vt licet a natali die ſemper mutus fuiſſet, intuitus tamen in patrem ſuum gladio ruentem militem, repente ſolutis impeditæ linguæ retinaculis clamarit: *Ne patrem meum Crœſum occidas*; quid æquum erit facere Chriſtianum, dum videt contemni, & dehoneſtari ſanctum nomen Chriſti, omnium viuentium Patris clementiſſimi, in quem tot vulnera, & ictus iniuſte iurantes dirigunt, quot iuramenta illi non minus aceruatim, quam temere frequentant? Si Crœſi filium naturalis ille erga patrem amor compulit, vt in ſermonẽ ſibi antea a natura prohibitum indignatione prorumperet, patrem defenſurus, nos qui non ſolum naturali, ſed ſupernaturali lege tenemur, Chriſto Domino amorem, & honorem deferre conſentaneum profecto erit, vt aduerſus eos, qui iuſiurandi ſanctam religionem contemnunt, inſurgamus, & ſi quando non liceat opere, ſaltem externis ſignis quantum nobis impia iurandi crebritas diſpliceat, oſtendamus. Auctoritas reprehendendi, ac reprimendi tam turpem, & ſtultam iurandi conſuetudinem penes patres familiarum, & dominos præcipue deſideratur, qui vigilanter debẽt animũ intendere, omnemq. diligentiam adhibere, vt eorum liberi, ac ſerui pie viuant, mẽdacia fugiant, & omnino, niſi in veritate, iudicio, & neceſſitate, vt iam dixi, a iuramentis abſtineant. At hi, quod certe dolendum eſt, non raro ſolent vitio, quod carpimus, laborare, quippe nunquam fere, vel Dei, vel Chriſti, & aliorum Sanctorum nomina ore deponunt, nõ quidem ad illa, vt par erat, honoranda, ſed periurio violanda, & dedecoranda. Quomodo igitur alius reprehendet reprehẽdendus? quomodo patrem filius, inferior non imitabitur ſuperiorem? Deploranda quidem horum conditio eſt, ſiquidem eorum exemplo ceteri ſimiliter delinquunt, præſertim pueri, qui paternos malos mores facile induunt, & tamquã hereditario iure ſuſcipiunt. Quamobrem in memoriam reuocent parentes, atq. maiores, quod S. refert Gregorius, a Dæmone videlicet puerum quendam ætatis annum quintum non excedentem, quod frequenter iuraret, ex ſinu amplexuque paterno intuentibus his, qui aderant, miſerabiliter, & violenter fuiſſe ſublatum.

In cod. Iuſt.

Eccleſiaſt. 23

Aug. ſer. 28 de verb. Domini.

Greg. lib. 4. dial. c. 18.

Digitized by Google

I 1

DE FELICISSIMA CHRISTI EPIPHANIA, ET REGVM MAGORVM ADVENTV,

Ac de varijs Arcanis in vtriſque reconditis.

LIBER SEXTVS.

Homilia Prima.

Fit ſatis præcipuis interrogationibus, quæ ab humano ingenio de aduentu Magorum Regum ad porticum Bethlehem fieri poſſunt.

QVantumcũque ingenij ſui aciem ſapientiſſimus quiſq. inueſtigator acuat, ac diſcurſũ altius extollat: quæcumque ſuper re de qua agitur, noſſe deſiderat, ad hæc præſertim capita ea reuocare neceſſe erit: qui ſcilicet fuerint tres hi Legati, vnde profecti, quis duxerit eos, quo peruenerint, quid quæſierint, vbi quieuerint, quid inuenerint, quid reuerentiæ viſo lactymanti infantulo exhibuerint, quid ei obtulerint, quid è contra oblatum acceperint. Veniens ergo ad primum quæſitum de tribus Legatis, quos tam feſtiua celebritate catholica veneratur Eccleſia, ſacer Chriſti Euangeliſta Matthæus Magos illos eſſe docet, vulgatus tamen ſermo idem ſibi velle ac *Sapientes*, interpretatur. ita volunt D. Auſelmos, Beda, Rupertus, alijq. multi. Sanctus tamen Baſilius oratione de Chriſti ortu idem ac *Silentes* ſignificare expouit. Olim namque ſapientes, vt philoſophiæ ſtudio acrius incumberent, a conuictu hominum ſemoti, ac aliorum conſuetudine extorres viuebant, iuxta Ariſtotelicam doctrinam, *Anima quieſcendo fit ſapiens*. Quapropter philoſophiam ſectantes quinque integris annis, monente Pythagora, aliorum cõmercio carebant. S. Hieronym. tradit Perſarum Magos (quales hi tres fuere, qui Chriſtum Dominum inoiſere aduenerunt) herbis tantummodo, hordeaceiſq. panibus veſci, ac humi quieſcere ſolitos, vt ad philoſophiæ ſtudium aptiores, & expeditiores inuenirentur. Teſtatur etiam Apuleius ex Platone, Magos ſacerdotes, ac Deorum interpretes fuiſſe. Quia tamen duo ſunt magicæ artis genera, vt Cęlius Rhodiginus aduertit, vnum honeſtum, & laudabile, philoſophia ſcilicet naturalis: alterum turpe, & indecorũ (ita enim illud appellat) ſuperſtitionibus plenum, & dæmoniacis pactis admixtum: dubitant hic Doctores, an hi Magi ex eorum numero eſſent, qui magiam ſuperſtitioſam ſectarentur. Negant aliqui pietatem inſinuantes. Hi ſunt, Nicephorus, Innocentius III. Beda, & auctor Imperfecti, necnon S. Anſelmus, ac tandem Gloſſa ordinaria in hunc locum ait: Magi non malefici, ſed Philoſophi Chaldæorum erant: communis tamen Patrum contrarium ſentit. S. enim Auguſtinus ſer. 2. de Epiph. S. Tho. 3. p. S. Hieronym. ſup. cap. 19. Iſaiæ. S. Ambroſ. ſup. Lucam cap. de Magis, & Iuſtinus Martyr Dial. contra Tryphonem, volunt fuiſſe incantatores, & ſuperſtitioſos magos, & præcipue S. Baſilius orat. de Chriſti generat. ait: *Incantationibus vacabant*. Et Theophylactus cap. 2. ſup. Matth. *Chriſto teſtimonium perhibent magi, qui maxime aduerſarij erant Deo, & obnoxij dæmonijs*. Duo reperio, quæ hanc ſententiam valde confirmant. Vnum, quod in ſacra Scriptura magorum nomẽ in malam ſæpiſſime partem ſumitur: nam Leuit. c. 20. ait: *Anima quæ declinauerit ad magos, vel ariolos, ponam faciem meã contra eam*. Et cap. 19. *Non declinetis ad magos*. Alterum, quod quanto magis a Deo diſtabant, tanto magis vna ex parte tenerrimi infantis emicat clementia, qui ita ſibi aduerſos vocare dignatus eſt: & ex alia omnipotentia, & brachij fortitudo, cuius virtute rebelles animos idolorum cultu inueteratos ſuę dictioni ſubiugauit, magis euitet.

Sed maior adhuc extat difficultas, an fuerint Reges. S. Hieronymus, Iãſenius, & egregius poeta Mantuanus Reges fuiſſe negant. quam opinionẽ duæ validæ rationes nõ parũ corroborãt. Prima, quia cum id ad Chriſti maieſtatem, & honorẽ valde cõferret, minime ſilẽtio id prętetijſſet Euangeliſta, maxime cum Herodem, alioquin tyrannum, Regis nomine donarit, ea ſola ratione, quod regia dignitate gauderet. Altera, quia ſi fuiſ-

Margin notes: Matth. 2. — Anſel. Beda Ruper. — S. Baſ. orat. de Chriſti ortu. — Ariſt. ſententia. — Pythagora document. — S. Hier. in c. 2. Dan. — Apul. ex Plato. — Cælius Rhod. lib. 6. antiq. lect. — Niceph. lib. 3 cap. 13. — Innoc. ſer. de Epiph. — beda. — Auctor. imperf. — S. Anſelm. — Gloſ. ord. — D. Auguſt. — S. Thom. 3. p. q. 36. ar. 2. — S. Hierony. — D. Ambroſ. — Iuſt. Mart. — S. Baſilius. — Theophil. c. 2. ſup. Matt. — Leuit. 20. — D. Hier. in c. 2. Dan. — Ianſ. lib. 9. de concord. — Mant. Poe. 3. car. de Epiphania.

fuiſ-

fuiſſent Reges, nemini dubiū, quin Herodes regali faſtu incedens obuiā eis veniſſet, aut regia aula excepiſſet, nec tandē tam ſeuere illis imperaſſet, vt reperto iam infantulo Rege illac iterū reuerterentur. E cōtra tamen magnos Auguſtinus de mirabilibus ſacræ Scripturæ, S. Athanaſius, Anſelmus, Aymon, Cyprianus, Chryſoſtomus, Robertus, & Gloſſa ordinaria dicunt veros Reges fuiſſe, quam veritatē probant ex verbis Dauidis: *Reges Tharſis & Inſulæ munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducent.* Et ex Iſai. *Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui: omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes.* Sed Ianſenius dicit firmam non videri hanc probationem, quia opinatur Reges hoſce neque ex Saba, neque ex Arabia profectos fuiſſe, cum Hieruſalem ad orientalem plagā ſita nō ſit, ſed ad meridionalē tantūmodo: cōmemorat autem Euangeliſta ex Oriente illos adueniſſe. Verum non id adeo perſpicuum eſt, vt Ianſenio videtur. Nā magnus Pater S. Epiphanius, Iuſtinus Martyr, S. Cyprianus, & doctiſſimus Card. Baronius ex Arabia profectos teſtantur, eo magis, quod ea regio thure, & myrrha abundat plurimum, quæ in munus oblata fuerunt. Incognitus quoque explicans verba Dauidis: *Reges Tharſis, ait, ad litteram hoc exponitur de illis tribus Regibus, de quibus dicitur Matth. 2. Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Denique cōmunis vox Patrū, atque omnium catholicorum, Reges fuiſſe conteſtatur: nec video rationē firmam, quæ ab hac ſententia nos poſſit dimouere. Illum autem difficultatis nodum, cur eos Euangeliſta (quandoquidem vere Reges erant) Reges nō appellarit, ſolutiones non paucæ enodant. Prima, quia amici quoque, qui Iobum inuiſerunt, Reges erant, & tamen integro Iob libro Reges numquam appellantur: immo Iob, vt conſtat ex c. 2. ſecundum ſeptuagintā Interpretum verſionem, vere fuit Rex, & tamen in toto eius libro numquam Rex nuncupatur. Secundo, quia videbatur Euangeliſtæ, quod quēadmodum coram ſole non elucent ſtellæ: ita coram ſummo Rege Chriſto nemini licet regio fulgore ſplendere, caput ſuum regia corona redimire, aut magnitudinē aliquam præſeferre. Vnde ſtatim atque ad thronum Dei peruenere quatuor & viginti illi ſenes, inſtar Regū coronati, ſubito quas ferebant coronas deponētes ad pedes eius proiecerunt. Quod autem in cōſpectu Chriſti Herodes regis nomine inſignitur, nihil mirum, cū tyrannus eſſet. Tertia, quia magis cedit in diuinum honorē, quod ratio, quæ in ſapientibus prædominatur, ei ſubdatur, quam quod potentia, quæ in Regibus eminet, ei ſubiugetur. Euangeliſtæ n. compertum erat pluris a Deo fieri ſcientiam, quam imperium: & idcirco maluit Magos illos vocitare, hoc eſt *Sapientes*, quam Reges: niſi dicamus, quod vocans eos ſapientes, vocauit ſimul & Reges. Licet enim ex Rege ad ſapientem infirma ſit conſequentia, cū Reges multi fuerint inſipientes: irrefragabilis tamen eſt, & neceſſaria conſequutio: Sapiēs, ergo Rex, non quidem hereditario iure, ſed naturali: quia vt recte obſeruauit Philo lib. quem inſcripſit: *Quod omnis ſapiens eſt liber:* natura ipſa ſceptrum, & coronam ſapientibus impertitur, vnde quaſi naturali iure reliqui ignari, & illitterati inferiores illis ſe fateri debent. Atque huc facit illud, quod Diogeni quōdam ſapiēti Philoſopho contigit, qui cum in atrociſſimas deprædatorum manus incidiſſet, & illū cum ceteris ſimul mancipijs in forum venundandum duxiſſent, interrogantibus mercatoribus de eorum arte, aut officio, Diogenes reſpondit: Officium meū eſt alijs præcipiendi. Quid eſt hoc Diogenes? ſeruus es, & ferream collo catenam defers, & non vereris ore proferre, officium tuum eſſe imperandi? at ille: *Iure,* inquit, *debetur hoc mihi, qui ſapiens ſum.* Nec enim tam Regem conſtituunt purpura, & ſceptrum, aula ſplendida, numeroſa ſtipantium caterua, ingentes auri, atque argenti theſauri, quam prudentia, & ſapientia cum cordis ſinceritate coniuncta. Denique Euangeliſta Reges eos nō appellauit, quia ſemper Spiritus Domini horruit omne, quod profanitatem, & mundanam gloriam redoleret, adeo vt ab omnibus Euangeliſtis, narrari Chriſti opprobria; honores ab vno tantum voluerit: per Iudā venditum, a quatuor; Lazarum reſuſcitaſſe a ſolo Ioanne: crucifixum inter latrones, ab omnibus Euangeliſtis; Regem tamen ab altero latronum acclamatum, ab vno tantum Luca; ab Hebræis deſpectum, & vilipenſum, nullus ſilentio prætermiſit; in Regem optatū vnus dumtaxat refert: eius denique mortem & paſſionem quatuor omnes hiſtoriographi recitarunt; adorationis tamen Regum ab Oriente, ſolus Matthæus meminit. Itaque vt ſignificaret Euangeliſta, quam paruifaciat Deus humanum honorem, Reges illos dicere conſulto prætermiſit. Non inficior tamen potentes adeo nō fuiſſe, velut hodie Hiſpanorum, & Gallorū Reges, ſed vt olim erant Neapolis in Italia, Granatæ, vel Cordubæ in Hiſpania regnantes, vt doctiſſimus Simon de Caſſia annotauit, dicens: *Erant in regione aliqua orientalis plagæ tres viri nobiles, parui tamen Reges. Magi a ſapientibus dicti.*

Verum ad ſecundum quæſitum accedētes, vnde ſcilicet tres hi Reges venerint: certe ex oriētali quadam regione, inquit Euangeliſta: *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Sed cum regionis, quæ multiplex eſt ad orientalem plagam, mentionē non faciat, Doctores in varias abierunt opiniones: quia Hilarius Arelatenſis dicit eos veniſſe è poſtremis Aethiopiæ finibus, S. Maximus ex Chaldæa, S. Iuſtinus Martyr ex Arabia, S. Ioannes Chryſoſtomus ex Perſia, celebris Doctor Nauarrus ex Indijs regni *Calecucio* nuncupati: Abulenſis ex Meſopotamia opinatur: in hac tamen re id certū eſt, nihil eſſe certū. Inter relatas tamen ſententias Abulenſis illa probabilior mihi videtur: quia vt cōmuniter ſentiunt Patres, Reges hi Balaā ſucceſſores fuere, qui Meſopotamiā incolebat. Vnde rationi valde conſentaneum eſt cogitare, illos etiā in ea regione vixiſſe. Atque hic obſeruatione dignū arbitror, quā pie, ac ſapienter Dn̄s mala vertat in bonū, cum

ex

D. Aug. l. 3. de mirab. ſacra Scrip. & serm. 41. ad fratres in Eremo. S. Athan. q. 8. ad Reges Antiochia. Cyprian. de bap. Chriſti. S. Chryſ. ho. de Nat. Chr. Rob. de diu. off. lib. 3. c. 24. Glo. ord. hic. Pſal. 71. Iſai. 60.

S. Epiph. in comp. doct. Iuſt. Mart. dial. contra Tryphonem. S. Cyprian. Card. Baronius. Incognitus ſup. Ps 71. Matth. 2. Iob c. 2. Apoc. 4.

Philo lib. qd omnis ſapiens eſt liber. Diogenis ſententia. Matt 27. Mar. 15. Luc 23. Ioan. 19. Ioan. 11. Matt 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioan 19. Luc 23. Omnes in eiſdem locis. Ioan 5. Matt. 27. Marc 15. Luc. 23. Ioan. 19. Matth 2. Simon de Caſſia lib. 2. cap. 22. Matt. 2. Hilar. hic. S. Maximus ser. de Ep. S. Iuſt. dial. contra Trypo. S. Chryſ. ho. 9. in Matth. Nauarr. de orat. c. 16. nu. 22. Abulen ſup. cap 2.

ex Oriente,vnde primũ peccatum originem duxit. Abel enim mors ex Oriente proceſſit:idololatria in Oriente initium habuit: Balaã de montibus Orientis populo electo maledicturus venit:ex eadem Orientis parte venire iubet Dominus tres hoſce Reges,vt benedicant, & venerentur Filium ſuum, & ſanctificationis totius Gentilitatis primitiæ ſint.

Gen. 4.
2. Iſa. 13.

Quod ſi noſſe optamus,quis illos in hoc itinere duxerit, ſtellam ijdẽ dixere: *Vidimus ſtellam eius in Oriente.* Vbi Dñs adimpleuit,quod pollicitus fuerat per Iſaiam: *Leuabo ad gentes manum meã,& exaltabo ad populos ſignum meum*. Primo dicit,quod leuabit manum ſuã ad gentes,hoc eſt, vocabit eas. Alludit enim ad modũ, quo nos illũ vocamus,verſus quẽ manus admouemus. Secundo ait,quod extollet ſignũ quoddã: *Et exaltabo ad populos ſignum*. Hoc ſignum pro Iudaico populo fuere ſine dubio infantuli panni, vt paſtoribus nunciauit Angelus: *Et hoc vobis ſignum, inuenietis infantem pannis inuolutum*. pro gentili tamen populo ſtella extitit ſignũ,vt ipſi confeſſi ſunt: *Videntes ſtellã Magi dixerunt ad inuicem,hoc ſignum magni Regis eſt.* Ideo pro maiori huius aſtronomici portenti annoto intelligẽtia cũ S.Chryſoſtomo, Seth filium Noe reliquiſſe ſcripturam de hac ſtella tractantẽ,quæ iure hereditario ex parentibus ad filios deuoluebatur:cũ tamen numquã ſtella illa pateficeret,& eluceſcere inciperet,electi ſunt duodecim ex proſapię illius præcipuis,qui vigiles ſtabãt, velut ſpeculatores,vt ſtellã hanc præſtolarẽtur. Quod ſi forte quis eorũ moriebatur,ſuccedebat eius in locum filius aliquis,aut proximior cõſanguineus, & hi Magi dicebãtur, ſolebantq. ſingulis annis ſimul ad montẽ conſcendere,quẽ vocabant *victorialẽ*, vbi tribus integris diebus ſacrificia Deo reddebant,rogãtes,ne ab eis inuiſam ſtellã abire permitteret, atque in hac petitione perſiſtentes,apparuit illis in cælo Virgo pulcherrima, filiũ inter brachia tenens,qui Crucẽ ſuper caput geſtabat. Et addit S.Chryſoſtomus,illos ſe alloquutã fuiſſe,ſeq. illis in ducẽ obtuliſſe, atque ita fuit. Anteiuit enim eos ſtella,quæ per noctem, veluti olim ignea columna Iſraelitas,eos illuminabat. Vnde ſicut cum illa ſiſtebat,populus itidem Dei quieſcebat,cumq. ambulabat,etiã populus Dei pergebat: ita Regibus his cõtigit, nã quieſcẽte ſtella ipſi ſiſtebant,& eunte ibant. Ex quo patet, nõ fuiſſe ex ſtellis,quas in firmamento intuemur, nec ex planetis orbi inferiori fixis,nec ex cometis terræ ab exhalatione in ſuprema aeris regione procreatis,ſed nouã ſtellã miraculoſe formatã,vt annotauerunt Origenes,S.Io.Damaſcenus, Nicephorus,& præcipue Auguſtinus cõtra Fauſtum,vbi ait: *Nõ ex illis hæc erat ſtellis,quæ ab initio creaturæ itinerum ſuorum ordinem ſub Creatoris lege cuſtodiunt,ſed nouo Virginis partu nouũ ſidus apparuit.* Atque hoc loco ita egregius quidã doctor erupit: *O fratres,cum noua homine nouiſſima hora nata, nouus Angelorum cantus auditur, noua ſtella,nouo ſitu,nouo curſu,noua materia,nouo motu, nouo lumine circumfulgens videtur.* Et Prudẽtius

Matth. 2.
Iſai. 49.
Ibidem.
Luc. 2.
Eccleſ. Rom. in off. Epiph.
Chryſ. opere imperf. c. 2. ſup. Matth.
Orig. lib. 1. cont. Celſũ. S. Io. Damaſ. lib. 2. c. 7. Niceph. lib. 1. c. 13. D. Aug. li. 2. cont. Fauſt.

in ſuo hymno bene ſtellæ huiuſce nouitatẽ ſignificauit,dicens ſolis lucem claritate antecellere: *Stella quæ ſolis rotã vincit ſplendore,ac lumine.* Et ſi quiſquã petat,a quo illa moueretur ſtella; reſpondent Euthymius,& Theophylactus,ab Angelo,qui in illa erat. S.Auguſtinus ait, a Spiritu ſancto,qui quemadmodum poſtea in Chriſti baptiſmo in columbæ forma apparuit, & die Pentecoſtes in ſpecie ignis ſplendentis; ita hic in ſtellæ figura ſe contuendum obiecit. Præterea quæ narrat Aymon egregius ſcriptor ſerm. de Epiph. vbi refert ex Gregorio Turonenſi, quod peracto iã ſtellæ munere,illa cecidit in puteum, iuxta Bethlehẽ, vbi tũc omnes, q virgines erãt, in illud vſque tẽpus illã conſpiciebant. Cõſulto, inquã hæc prætereo,quia vt admonuit S.Anſelmus,fabularum figmenta redolent. Ad rem tñ noſtrã redeuntes,ſiue tres Reges ſtellæ notitiam habuerint ex Seth ſcriptura,quã S.Chryſoſtom. refert,ſiue ex illo Balaã vaticinio: *Orietur ſtella ex Iacob*, vnde deſcendebant,ac de manu in manum, de lingua in linguã ad poſteros vſque traduceretur, vt attente obſeruarent ſidus hoc, vt affirmant S.Ambroſ.S.Hieronym.Greg.Nyſſen. & Baſilius: certum tamen eſt,ſolo illius ſtellæ aſpectu natiuitatis myſterium nõ cognouiſſe, ſed ſpeciali cæli lumine,quo interius illuminati fuere,vt S.Leo Papa in hæc verba tradit: *Dedit aſpicientibus intellectum,qui præſtitit ſignum, & quod fecit intelligi,fecit inquiri*. Itaque Dominus,qui illis ſtellam dedit,in ſignum dedit ſimul & intellectum,quo eam cognoſcerent, poſſentq. inquirere,quid per eam ſignificaret:& idcirco Hieruſalem ingreſſi ſunt: *Venerunt Hieroſolymam.*

Prudentius in hymnis.
S. Auguſt. de mirab. ſacr. ſcrip. tom. 3. lib. 3. c. 40.
Aymon ſer. de Epiphan. Greg. Turon. ab eod. relatus.
Num. 24.
S. Amb. ſup. 2. Luca. S. Hier. ſup. 2. Matth. S. Greg. Nyſ. orat. de Nat. S. Baſil. orat. de Christi generat. S. Leo I. de Epiph.
Matt. 2.

His verbis reſpõdet Euãgeliſta quęſito quarto,quo videlicet venerint. Venerũt,ait,in Hieruſalẽ. Fuit ingreſſus hic cæleſti conſilio diuinitus ordinatus:tum vt in præcipua illa ciuitate,quæ populi Hebræi metropolis erat,primo diuulgaretur Chriſti aduentus, & inde per vniuerſum regnum propagaretur,ne quiſquã huius natalis inſcium & ignarum ſe effingere poſſet: tum vt ſtellæ miraculum ſacræ Scripturæ, quæ apud Hebræos erat, authenticis teſtimonijs conſonũ comprobaretur. Eſt enim ſacra Scriptura veluti lapis Lydius, ſiue index, qui doctrinæ, aut reuelationis veritatẽ,aut falſitatem detegit. Quod ſi quis forte quærat, cur in ingreſſu Regum in Hieruſalem ſtella ſe abſconderit? Reſpondeo, illam, vt S.Auguſtinus annotauit, fuiſſe magnificam cæli linguam, vnde quemadmodum Principe, aut viro aliquo grauiſſimo loquente, ceteri venerationis cauſa ſilent, ita modo,quia ingredientibus Regibus in Hieruſalem, loquuturum erat teſtimonium propheticum de aduẽtu Chriſti: *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquã minima es,&c.* Quod ſupra modum maioris erat auctoritatis,& ponderis, quam viſibile ſtellæ ſignum, vt non obſcure indicant verba D. Petri, dicentis: *Sed habemus firmiorem propheticum ſermonem,cui benefacitis attendentes*,ideo obmutuit ſtatim lingua illa cæleſtis, & ab eorum oculis aufugit, & euanuit.

Ibidem.
Matt. 2.
2. Petri 1.

Porro iam videamus, quid ſacri hi Reges in Hieruſalem quæſierint: interrogarunt quidem: Matth. 2. *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum?* quaſi dicerent: Regem quærimus, qui natus eſt Rex. Sane illud inter alia intereſt diſcrimen inter Chriſtũ, & alios Reges, quod hi quamquam ad hoc, vt ſint Reges, nati ſint, non tamen ex viſceribus Matris prodeunt Reges, non regio diademate redimiti naſcuntur, ſed vt ceteri homines in hãc lucem veniunt, regiamq. dignitatem armis, electione, aut hereditate ſibi comparant. At Chriſtus natus eſt Rex, nec quomodolibet Rex, ſed Apocal. 19. Rex Regum, vt in eius femore exaratum ſe vidiſſe teſtatur Ioannes his characteribus, *Rex Regũ, & Dominus dominantium.* Quibus conſonant verba illa: Prou. 8. *Primogenitum ponam illum excelſum præ Regib⁹ terræ.* Hinc eſt, quod ſi ceteri Reges coronam poſsident, ab ipſo eam mutuauerunt: *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* In huius veritatis figura reperio Deum iuſsiſſe fieri duas coronas Ioſedech, *Facies coronas,* Zachar. 6. *& pones in capite Ieſu Ioſedech.* non iuſsit coronam vnam fieri, ſed multas: tum quia Chriſtus vnam merebatur, quatenus Rex, alteram quatenus Sacerdos ſummus: tum vt ſignificaret, Chriſtum diadematum Dominum eſſe, qui non ſolum ſibi, ſed & aliis coronas habeat, aliiſq; eas impertiatur. Illud tamẽ, quod in hoc genere mirabilius arbitror eſt, quod cum proſapiæ nobilitas, & generis ſplẽdor a patribus in filios deſcẽdat: e contra hic accidat: nam a Chriſto aſcendit ad progenitores eius; non ipſe ab eis, ſed illi ab ipſo ingenuitatem, & nobilitatem mutuatam habẽt, vt egregie ſub radicis metaphora id explicauit D. Ioannes, vocans Chriſtum radicem Dauid: Ioan. 5. *Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid.* Videbatur ſane debuiſſe Dauidem, & non Chriſtum vocare radicem, cum Chriſtus ex illo deſcenderet, nõ e cõtra Dauid ex Chriſto: at myſterio ſe ſic loquutus eſt: tum vt palam faceret quod tametſi Chriſtus, vt homo a Dauide deſcenderet, ipſe tñ Dauid a Chriſto, ſecundum quod Deus per creationem prodierat: tũ vt ſignificaret, quod ſicut rami a radicis virtute virorem, & venuſtatem ſuã participant, nõ ſecus patres illos Chriſti ꝓgenitores, & proauos totũ ſuæ nobilitatis virorem, & ingenuitatis venuſtatem, ac ſplendorem a Chriſto Domino accepiſſe. Itaque cõcludim⁹, Chriſtũ non ſolũ naſci Regem, ſed adeo per excellentiam, & antonomaſiam Regem eſſe, vt coram eo terreni Reges non aliter vocari mereantur, quam Reges vmbratiles, aut comici, quia eorũ regna non ſecus caduca ſunt, quam vmbræ, aut Comicorum regna, vel, vt aptius dicam, ſomniãtium principatus, qui facilius quam fumus euaneſcunt. Chriſtus autem cum Rex naſcatur, naturaliq. iure Princeps ſit Regum terræ, in præſepe Rex eſt, pannis inuolutus Rex eſt, tremẽs frigore Rex eſt, per Herodem perſequutus Rex eſt, in Crucẽ actus inter latrones Rex eſt. Hincque eſt, quod qui Reges nõ naſcuntur, morte Reges eſſe definũt: at Chriſtus, qui natus eſt Rex: Matth. 2. *Vbi eſt qui natus eſt Rex?* mortuus etiã Rex nõ deſinit eſſe, Ioan. 19. vt aperte Crucis titulus oſtentabat: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* O Honorifica inſcriptio! o inſigne glorioſum! quod vt delerent, potentiam omnem adhibuere Chriſti hoſtes, nec tamen iudicis animum mutare potuerunt, vt prædixerat Dauid: qui præuidens ſpiritu inſtantiam, quam Pſal. 58. apud Pilatum Hebræi facturi erant, vt titulum illum tolleret, dixit: *In tituli inſcriptione, ne tollas:* ita factum. Sic enim tenaciter ſuæ Pilatus adheſit ſententiæ, vt iuberet titulum tribus pręcipuis orbis terrarum linguis deſcribi, Hebręa, Græca, & Latina, vt intelligeretur, vt obſeruat S. Cyrillus, S. Cyrillus in cap. 19. Ioannis. Chriſtum Regem eſſe non vnius nationis, ſed vniuerſi terrarum orbis. Titulus iſte per præcipuas linguas Ieſum futurum Principem omniũ linguarum prædicabat. Iuſſit deinde titulũ hunc in vertice Crucis affigi, quod tametſi ignorans, quid faceret, Chriſti regni firmitatem, & immobilitatem præſignificauit. Certe ſi homines Chriſtum Regem acclamaſſent, quando illum Pater in Filium ſuum prædicabat: *Hic eſt Filius meus* Matth. 17. *dilectus, in quo mihi bene complacui;* vel quãdo ſuper thronum montis Thabor glorioſis ſplendoribus Matth. 17. Ibidem. emicabat; vel quando omnipotentiæ ſuæ virtute aquam vertebat in vinum; Ioan. 2. vel quando quinque panibus quinque millia hominũ aluit; Ioan. 6. vel denique quando furẽtes maris vortices coercebat, ventorum turbines quaſſabat, cæcos illu- Matth. 8. Marc. 4. minabat, mortuos ad vitam reuocabat, adeo mirarer, quod tunc Hebræi de Chriſti regni firmi- Ioan. 6. Ioan. 9. Luc. 7. tate vacillarent: at eum infantulũ trementẽ in præſepe, & iuuenẽ morientẽ inter latrones hoſtes eius Regem eum confiteri coguntur, liquet aperte, ipſum Regem conſtitutum a Patre, eius regnũ ſumma perennitate ſtabilitum, cum & mors ipſa, quæ ſceptra ligonibus æquat, imperii ſceptrũ e manu eius diuellere nõ potuerit. Quod ſi altius rem hanc contemplemur, inueniemus, rigoroſe loquendo, Chriſtum ſolum eſſe Regem, reliquos vero non Reges, ſed Proreges, hoc eſt eius vices gerentes. Videmus Deum Moyſis tempore miniſtros varios miſiſſe, qui Proregũ munere fungerentur, quouſque ipſe Rex adueniret. atque hinc eſt, quod Salomon dicebat: *Steti pro patre meo:* 3. Reg. 8. quaſi diceret: ego in Regis throno ꝓ patre meo ſedeo, & pater meus ꝓ Saule occupauit, & Saul pro Samuele, nec vllus pro ſe ipſo, verum omnes pro infantulo recens nato Rege. Sed iam tempus eſt, vt videamus, vbi religioſi iſti Reges ſtiterint poſt diſceſſum ex Hieruſalem. Euangeliſta Matthæus reſpondet ibi eos ſtitiſſe, vbi & ſtellæ eorũ ductrix, quã dicit quieuiſſe, *Supra vbi erat puer,* Matth. 2. id eſt, in ſuperiori æris parte, q̃ cõtra Bethlehẽ porticum reſpiciebat, vbi tenellus erat infans, vt ait ſacer Euangeliſta: *Inuenerunt puerum cum* Ibidem. *Maria,* iureq. optimo ſibi vſurpare potuiſſent illud regii Vatis: *Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Dei noſtri,* tunc ſane ad litterã adimpletũ Pſal. 47. illud Pſ. 47. *Deus in domibus eius cognoſcetur,* quãquam vnica eſſet, eaq. paruula domuncula illa Ibidem. Bethlehem: vocat tamen illam Propheta plures domos, quia intuebatur illam tamquam principium, & caput pluriũ aliarum, quas Deus

in aurea lege gratiæ ſtruendas nomini ſuo dicatas habiturus erat, & ideo pluraliter loquutus eſt, non ſecus ac in Pſalm. 50. dum peccati originalis ſui meminit, cum alioquin vnicum eſſet, Pſal. 50. multa eſſe dixit: *Et in peccatis concepit me mater mea*. Illud enim tamquam principium, originem, & radicem, vnde pleraque alia pullularũt, contemplabatur. Antiquiſſimus Arnobius, vbi Arnobius in Pſal. 47. noſtra vulgata legit: *Deus in domibus eius cognoſcetur*, ita transfert: *Deus in grauibus eius cognoſcetur*, quæ verba ſacramentis plena ad rem, de qua agimus, plurimum faciunt. Grauia enim dicimus ea, quæ maximi ſunt ponderis, iuxta quod dixit Eccleſiaſticus: Eccleſ. 33. *Sine iudicio nihil facias graue*. Sane in hoc myſterio grauia multa, & maximi ponderis, ac momenti apparent; Luc. 2. Angelorum dulces auribus noſtris perſonant Matt. 2. concentus; cæli ſtella infantis recens nati index cæleſtis ſuper Bethlehem porticum rutilat; Ibidem. Eccleſia ad laud. Natiu. regia adeſt puella, gaudia matris habens cum virginitate pudoris; Eccleſia in veſp. 2. o. Noctur. Natiu. animalia rationis expertia vident Deum creatorem cæli, & terræ; Matt. 2. Reges ex longinqua regionibus venientes, ad pedes infantis in genua procũbunt, coronas demittunt. Hæc quia grauia, grauiſſimaque ſunt, & per illa ſacri huius infantuli maieſtas innoteſcit, ideo Pſal. 47. iux. ta tranſl. D. Amb. ibid. Propheta ait: *Deus in grauibus eius cognoſcetur*. Conſueuit etiam ſacra Scriptura ea, quæ moleſtiam inferunt, grauia vocitare. In quo ſenſu Matt. 23. Chriſtus dixit: *Alligant onera grauia, & importabilia*. Perpendamus, quæſo, quot grauia in Chriſti ortu conuenerunt: ſtabuli incommoditas, præſepis aſperitas, temporis rigor, frigoris inclementia, pecuniæ egeſtas. In medio ergo horum omnium, quæ adeo grauia, & moleſta ſunt, voluit Deus agnoſci, & a Regibus adorari: *In grauibus eius cognoſcetur*. Denique viros magnæ auctoritatis ſacræ litteræ graues appellãt; Pſal. 34. *In populo graui* (ait Dauid) *laudabo te*. Quos mundus vmquam habuit inter puras creaturas grauiores Maria & Ioſepho? nullos duos inueniri poſſe merito exiſtimarem: aſpectu enim decoro, vultus ſerenitate, verborum prudentia, totius corporis compoſitione, ac ſingulari modeſtia gratam quandam redolebant grauitatem, amorem pariter, & venerationem conciliantes. Ex his ergo ſanctitatis argumentis Reges hi tres fidei lumine illuſtrati cognouerunt, quem ſecum habebant infantulum, non hominem tantum, ſed Deum eſſe, qui tantam matrem, tantumq. nutritium haberet. Igitur hac quoque ratione merito Propheta ait: *In grauibus eius cognoſcetur*. Cognouerunt certe Reges, ſiquidem flexis genibus infantulum ſupremo adorationis Matt. 2. genere, latria ſcilicet, coluerunt: *Et procidentes adorauerunt*, monitis Dauid obtemperantes, qui prophetico ſpiritu eos præuidens, dixit: Pſal. 2. *Apprehendite diſciplinam*: ſeu, vt vertit Felix: *Oſculamini filiũ*: & S. Hieronym. *Adorate filium*. Ecce im- Pſal. 101. pletum illud Dauid: *Populus qui creabitur laudabit Dominũ*. Gẽtilis populus, vt Theodoretus exponit: *Qui creabitur, laudabit, atque adorabit Domi-* Hierem. 16. *nũ*. & illud Hierem. *Ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent, vere mendatum poſſederunt patres noſtri*. id eſt: ex Oriẽtis patribus, quę quaſi extremæ ſunt terrarum, venient gentiles, mendacium, falſitatemq. deorum ſuorũ, ac veritatem Dei noſtri prædicantes, atq. ita dicent: *Ecce nos* Hierem. 3. *venimus ad te, tu enim es Deus noſter. Vere mẽdaces erant colles, & multitudo montiũ*. Debebatur ſummopere Chriſto, vt illum non ſolũ adorarẽt paſtores, verum etiã Reges: quia quemadmodũ Paſtor erat: *Ego ſũ Paſtor bonus*, ſimiliter & Rex: Io. 10. & 14 vnde cum ab eo quondã peterent, an Rex eſſet: *Ego*, inquit, *in hoc natus ſum*. Ideo inuiſere illum Ioan. 18. veniunt paſtores, & Reges. Contigit tunc, quod apud nos in ingreſſu Principis in regnum ſuum; veniunt enim proceres, & ciuitatum capita, vt fidem Principi ſeruaturos ſe polliceãtur. Ab initio Pater æternus Filio ſuo Angelos propoſuerat, qui adorarent eũ: *Vt adorent eũ omnes Ange-* Pſal. 96. *li eius*. Sed ſupererat, vt cõmunis gentiũ caterua demiſſionẽ polliceretur, & propter hoc apparuit hodie Regibus, vt tamquã vniuerſę Gẽtilitatis capita verũ Regem adorent, & venerentur. Atque huc ſpectat ſapiens illa D. Bernardi admi D. Bern. ſer. 1. Epiph. ratio: Vnde vobis hoc alienigenæ? nec enim tantam inuenimus fidẽ in Iſrael: ſic vos nõ offendit vilis habitatio ſtabuli, nõ pauperies præſepij, nõ indigentia matris, non lactentis infantia ſcandalizat? ſi Saluatorẽ quæritis, prædictũ erat: *Veniet* Pſal. 3. *ad templum ſanctum ſuũ*. Vt quid ergo in ſtabulo illũ quæritis? & ſi tamquã Regem illum veneramini, dicite (quæſo) mihi, quænã intuemini regiæ dignitatis indicia? vbi obſecro regia domus? vbi regalis thronus? vbi armati cuſtodes? vbi ſtipãtium caterua? vbi aurea, & argentea vaſa? vbi ſerica, & auro contexta ſedilia? vbi proceres regni? eritne forte regia domus ſtabulũ? præſepe thronus? ſerica ornamenta aranearũ telæ? comitatus, Maria & Ioſeph? Quomodo ergo ſapientiſſimi alioquin homines humilem infantulum tamquã Regem & Deum venerãtur, & ad pedes eius in genua procũbunt? S. Leo Papa ait, idcirco S. Leo ſerm. de Epiph. ſcilicet, quia ſapientia cõſpicui erant, *Adorãt in carne Chriſtum, in infantia ſapientiam, in infirmitate virtutẽ, & in hominis veritate Dominum maieſtatis*, Deinde putauerim ipſum aſpectũ, mirãq. eius pulchritudinem, amorẽ pariter, & venerationẽ in his Regibus conciliaſſe: quia cum Chriſtus eſſet *ſplendor Patris, & figura ſubſtãtiæ eius*, Heb. 1. etiam ad externam faciem diuinitatis quędam indicia prodibant: ſicut enim, vt teſtatur Plinius Plinius. de egregio illo ac inſigni pictore Parrhaſio, qui ea pingẽdi arte pollebat, vt externis vultus delineamentis internos animi affectus, ac prototypi ingenium & conditionem exprimeret: vnde ait Athenarũ ciuitatem tali arte depinxiſſe, vt non ſolũ ciuiũ domus, vrbis mœnia, viæ, arx, horti, flumina, riui, ſed conditiones Athenienſium, & mores in ea imagine deſcriberentur; ita Spiritus ſanctus omnipotentiæ ſuæ penicillo talem Chriſti vultum efformauit, vt in infantili illo corpore tanta venuſtas & elegantia effulgeret, vt religioſe illum intuentibus, non leue poſſet eſſe latentis diuinitatis argumentum. Vnde

Digitized by Google

Nic. de Lyr. quemadmodum, vt aduertit Nicolaus de Lyra, Patres Moyſis, cum puer eſſet, ex ſerenitate vultus præſagiebant virtutem quandam diuinitus collatam illi ineſſe ad liberandum populum ſuum, & ob id contra Regis iuſſum, *Exod. 2.* primogenitos interficientis, illum abſconderunt, & illæſum ſeruarunt: ita ſanè Chriſti facies quaſi per rimulas quaſdam internæ diuinitatis ſpecimen quodammodo dabat. Hanc igitur Chriſti faciem Reges hi intuentes, facile diuino Spiritu afflati, imperio eorum tamquam homini Deo Regi colla ſubiugarunt. Itaque ſicut olim magnus ille, ac prudentiſſimus ſacerdos Ioiadas, *4. Reg. 11.* vt in adorationem pueri Regis Ioſiæ vniuerſum eius populum traheret, ab omnibus videndum omnium oculis illum obiecit, cuius aſpectu omnes mirifice recreati continuo in Regem, dominumq. illum acceperunt: ita æternus Pater, vt Gentiles ad filij ſui cultum, & adorationem fortiter, ac ſuauiter permoueret, tenellum hunc infantem contuendum propoſuit, ſciens ſola præſentia vultus illius amore eius allectos ſe, & bona ſua ſtatim illi conſecraturos. quod re ipſa ita contigit; ſe enim ipſos, aurum, myrrham, & thus ei obtulerunt. *Matth. 2.* *Venimus*, ait Euangeliſta, *cum muneribus adorare eum*. Super quæ verba inquit Aymon, *Aymon sup. Matt. 2.* valde inter antiquos conſuetum fuiſſe, a ſubditis munera offerri Regibus ſuis. Vnde Seneca: *Senec ep. 17.* Reges Parthos nemo poteſt ſalutare ſine munere: & Cælius Rhodiginus refert, *Cælius Rhod. lib. 10. Ant. quar.* legem inuiolabilem fuiſſe, vt quando Perſarum Reges ſua regna viſitabant, ſubditi varijs muneribus eis obuiam irent: & idcirco narrant quidam Hiſtorici de quodam ruſtico, qui vidẽs Regi Cyro a ſubditis omnibus munera aliqua offerri, nec aliquid, quod ipſe ei offerret, ſuppeteret, aquam manibus colligens, Regi illam obtulit, quam ipſe tanti fecit, vt iuſſerit ſtatim pro munere illo aureũ poculum, ac mille nummos aureos illi reddi. Quod ſi diuinas litteras conſulamus, morem hunc valde viguiſſe inueniemus. *3. Reg. 10.* Nam quando Regina Saba inuiſit Salomonem, diuerſa munerum genera ei obtulit: *Gen. 43.* & quando Patriarcha Iacob miſit filios ſuos in Aegyptum, iuſſit eos pinguiores fructus terræ aſportare, vt Proregi illos offerrent: *Sumite*, inquit, *de optimis terræ fructibus, & deferte viro munera*. Immo quod mirabilius eſt, Deus ipſe nos admonet, ne coram eo nihil deferentes appareamus: *Exod. 23.* *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*. Clariſſimi igitur hi Reges veterem hunc morem ſeruantes, abſque muneribus infantem Regem, quem venerant adorare, viſitare noluerunt. Omiſſa tamen myſtica, quam illa habebant, ſignificatione, de qua loquuntur S. Ambroſius, S. Leo, S. Bernardus, S. Hieronymus, & Iuuenci carmen:

S. Amb. Luc. 2. S. Leo ser. in Epip. S. Bern. ser. 2. S. Hier. super cap. 2. Matth.

> *Thus, aurum, myrrham, Regiq. hominiq. Deoq. Dona ferunt.*

Ac ſi diceret: Thus tamquam Deo, aurum tamquam Regi, myrrham tamquam homini obtulerunt, illud animaduertendum eſt, quod S. Epiphanius narrat ex auctoritate antiquiſſimorum Hebræorum, *S. Epiph. in compend. doctr.* Patriarcham Abraham in typo, & figura munerum, quæ oblaturi erant Chriſto hi Reges, accepiſſe dona quædam a Sodomæ, & Gomorrhæ Rege, quando ex inſigni illa quinque Regum victoria rediit; *Gen. 14.* & quamuis verum ſit nihil eorum ab initio accipere voluiſſe, vt habetur Gen. 14. ea diuino tamen conſilio, aurum, thus, & myrrham tandem accepit. Cum enim illa eſſent parui precij, non poterat dicere Rex Sodomorum: *Ego ditaui Abraham*, mittenſq. ea in ſaccis, tradidit filijs ſuis Zeturæ, vt ea ſeruarent: ac tandem ex traditione patrum in filios ad hos ſacros Reges ex Abraham deſcendentes illorum munerum notitia deuenit, qui ſimilia Chriſto obtulerunt, vero Deo Abraham, Iſaac, & Iacob.

Ceterum videamus iam, quid hi Reges pro ijs quæ obtulerunt, acceperint, quod poſtremum erat propoſitum quæſitum. *Ar. 5. eth.* Ariſt. ait, Reges, & ſubditos mutuis obligationibus ad inuicem eſſe deuinctos. Nam ſubditis Regem venerari, dominium eius profiteri, tributa impendere incumbit: ad Regem verò ſpectat iuſtitiæ iura inuiolata conſeruare, & liberalem, ac magnificum ſe illis præbere. Hanc Ariſtotelis theoricã ad praxim in curia Bethlehemitica reductã intueor. Chriſtus enim libertatis eorum iura minime violans, Reges hos ad ſe trahit, illi vt tributa penderent ei, auri, thuris, & myrrhæ, feſtinanter ad præſepe confluunt; ſed tria maiora munera ab eo accepere, fidem, ſpem, & charitatem. Vnde cum Gentiles ante, & idolorum cultores eſſent, nunc catholici, ac vere Chriſtifideles redduntur. Quod ſi ſententia S. Chryſoſtomi vera eſt, *Chryſos. ubi ſupra ſuper Matth.* dicentis eos fuiſſe Perſas; videtur ſane eis contigiſſe, quod arboribus illius regionis, poma perſica ferentibus, quæ apud Perſas venenoſos fructus producunt, in Italiam tamen, Hiſpaniãve, vel alias lõginquas regiones tranſlatæ, venenum deponunt, & ſuauia perſica poma ferunt. Ita hi Perſici, ſeu Perſiani Reges, infidelitatis, ac idololatriç veneno infecti erant, ſed tranſlati ex inculta gentilitate per diuinum hortulanũ Chriſtum in amœniſſimum Eccleſiæ ſuæ hortum, venenum, & peſſimam priſcæ infidelitatis amaritudinem penitus amiſerunt, ſuauitatemq. catholicæ Fidei in ſe imbiberunt. Denique narrat ſacra Scriptura, *3. Reg. 10.* maiora fuiſſe munera, quæ Rex Salomon Reginæ Sabæ obtulit, quam quæ illa ei donauerat: *Dedit ei omnia quæ voluit, & petiuit ab eo*, quę, vt tradũt magiſtri Hebræi, multo plura fuerunt, quam quæ attulerat. Ita quidem incomparabiliter maiora fuere munera, quæ a Chriſto tres hi digniſſimi Reges ſuſceperunt, quam quæ obtulerunt, cum hæc humana, illa diuina: illa hominum, hæc Spiritus ſancti dona ſint. Tandem donans ſe Chriſtus his Regibus, vt re ipſa ſe donauit, perennemq. omnium bonorum fõtem eis dedit, ita vt quidquid pie deſiderarent, haud difficulter ex eo haurire poſſent. Vnde merito illud Auguſtini

ſibi

Digitized by Google

ſibi vſurpare potuiſſent: *Chriſtus eſt dilectus noſter, requies noſtra, ſanitas noſtra, gaudium noſtrum, felicitas noſtra, refrigerium noſtrum, amœ-*
D. Aug. ſer. 30. ad fratres. *nitas noſtra, & quidquid ſancte poteſt deſiderare anima noſtra, hoc totum nobis Chriſtus eſt. Et Apoſtolus dicit: Erit Deus omnia in omnibus: amare, quid tibi ſufficies, ſi Deus tibi non ſufficiet?* Hæc magnus pater Auguſtinus in laudem Dei. Cui ſic honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Secunda.

Varia gloſſemata incipiunt in Euangelium Epiphaniæ, in quibus multiplici ſacræ Scripturæ eruditione trium Regum feliciſſimus aduentus ad infantem recens natum adorandum pulchrè illuſtratur, ab illis verbis: Ecce Magi ab Oriente venerunt: Inuenerunt puerum
Matt. 2. *cum Maria: &, Procidentes adorauerunt eum.*

CVM ſacros hos Reges nomine totius Gentilitatis ad infantis recēs nati pedes in genua procumbentes contemplor, ingentem figurarum, & vaticiniorum multitudinem impleri video. Ecce enim exploratores
Num. 13. terræ promiſſionis, qui fidei, ſpei, & charitatis Gentibus deferunt primordia. Ecce templum Salomonis, ex lapidibus Iudaicis conſtructum,
3. Reg. 6. quod ex Libano gentilitatis cedrinis lignis adductis perficitur, & abſoluitur. Ecce cæleſtem
Iud. 6. rorem in vellere Iudaico arcam gentiliſmi per-
Num. 12. fundentem. Ecce coniugium Moyſis cum Ae-
Iud. 14. 16. thiopiſſa, Samſonis cum alienigena, & iterum cum meretrice apud Gazam. Ecce matrimo-
Oſe. 2. nium cum fornicaria, quod Oſeas contrahere præcipitur. Ecce repudiata vxore Vaſthi feli-
Eſth. 1. 2. ces nuptias Aſſueri cum Eſther. Ecce quod præ-
Gen. 29. dicta omnia præceſſit connubium Iacob cum
Exod. 2. Lia, quæ lippis erat oculis. Ecce Moyſem in aquam proiectum in filium filiæ Pharaonis ado-
Gen. 4. ptatum. Ecce primogenitum Cain, ſed Abel
Gen. 16. 21. electum: primogenitum Iſmael, ſed Iſaac here-
Gen. 27. ditatem accipientem: primogenitum Eſau, ſed
Gen. 48. Iacob, qui benedictionem præripuit: primogenitum Manaſſem, ſed Ephraim dextera Iacob
Gen. 37. 41. commutata prius benedictum. Ecce Ioſephum a fratribus repulſum, in ſceptrum regni a gentibus exaltatum. Ecce impletum quod Dauid
prædixit: *Poſtula a me, & dabo tibi gentes here-* Pſal. 2.
ditatem tuam. Et quod vaticinatus fuerat Iſa-
ias: *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lu-* Iſa. 9.
cem magnam: habitantibus in regione vmbræ mor-
tis lux orta eſt eis. Et illud: *Exultabit ſolitudo,* Iſa. 35.
& florebit quaſi lilium. In quæ verba eleganter
Gregorius Nyſſenus dixit: *Hæc numquam ſenſu* refert Euthym. 1 par. Panopliæ tit. 8
facta ſunt, neque fient: ſpiritu autem plane contige-
runt. Nam gentium Eccleſia nullos antea fructus ferentium erat veluti quædam ſolitudo, in qua degebant vitiorum feræ: hæc Dei cognitionem, ſalutemq. ſitiens lætatur, & exultat & floret fructuum
pulchritudine, & ſuauitate decorata. Data eſt illi Iſa. 35.
gloria Libani.

Verum in elucidandis ſingularibus quibuſdā, ac parum tritis ſacræ Scripturæ locis hoc myſterium præludentibus parumper, ſi placet, immoremur. In primis celebris eſt locus Iſaiæ, in
hæc verba loquentis: *Hæc dicit Dominus, labor* Iſa. 45.
Aegypti, & negociatio Aethiopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erunt, poſt te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teq. deprecabuntur. Tantum in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus. Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael ſaluator. Verba hæc licet perfidi Hebræi de Cyro Rege Perſarum intelligenda contendant, meridiana luce tamen clarius conſtat ad Chriſtum Dominum referenda eſſe, qui verus Deus eſt, & abſque quo nullus alius eſt. Aegyptias etiam opes, & Aethiopicas, ac Sabæorum potentiam, imperiaq. gentium plurimarum relictis dominis priſcis Chriſto ceſſura, & eum habiturum Regem; Duces quoque, ac Principes ſupplices ad Chriſtum humana delitеſcētem forma venturos, vt in hodierno Magorum aduentu plane factitatum intuemur, aperte id demonſtrant. Hi enim Reges ex diuerſis gentium prouincijs ſe Chriſti ſeruos profeſſi ſunt, adorantes eum in cunabulis, & proſtrati ante eum, non ferro vincti, ſed, quod fortius eſt, charitatis vinculis obſtricti, ſe, & ſua infanti recens nato obtulerunt. In hoc ſenſu explicat hunc
locum D. Hilarius, dum ait: *Et qui tandem æſti-* D. Hilar. li. 4. de Trinit. paulo ante fin.
mandus labor Aegypti, & mercatus Aethiopum, & Sabaim? Recordemur Orientis Magos adorantes Dominum, & munerantes, & laborem veniendi vſque in Bethlehem Iudæ tanti itineris metiamur. Egregius etiam eſt locus ille eiuſdem Iſaiæ, qui
præcedentem amplius elucidauit: *In illa die* Iſai. 19.
erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaam, & iurantes per Dominum exercituum, & ciuitas Solis vocabitur vna. & infra: *In die illa erit altare Domino in medio terræ Aegypti.* Vaticinatus fuit Iſaias hoc loco vnionem gentilitatis cum Eccleſia, quam aperte ſignificauit, dicens, quod in Aegypto, quæ a gentilibus incolebatur, vera Dei cognitio habenda erat: tum quod omnes eodem idiomate vſuri erant, quod linguam vocat Chananæam, quia in terra Chanaam exiſtentes illo vtebantur: tum quod quinque ciuitates, in quas velut in Tetrarchias totam Aegyptum diuidit, illud idem

idioma

idioma accepturas eſſe ait, quod vnitatem re-
ligionis præſeferebat, idque expreſſius ſequen-
Iſai. 19. tia, quæ ſubdit, verba indicant: *In die illa erit*
altare Domino in medio terræ Aegypti. Medium
enim locum, velut centrum, tenebat altare, vt
omnes vndequaque poſſent illud intueri, & in
illud reſpicientes Deum adorare. Vnde apud
Ioſue legimus, in proteſtationem eiuſdem reli-
Ioſue 22. gionis erectum fuiſſe quoddam altare: *In teſti-*
monium, ait, *inter nos, & vos, & ſobolem noſtram,*
veſtramq. progeniem, vt ſeruiamus Domino, & iu-
ris noſtri ſit offerre holocauſta, &c. *Ecce altare Do-*
mini, quod fecerunt Patres. Verum illa alia ver-
ba eiuſdem loci maiorem difficultatem inferũt:
Ibidem. *Et ciuitas Solis vocabitur vna*. Licet enim poſſet
quiſpiam conſequenter ad ſuperius dicta exiſti-
mare, totam Gentilitatem diuini Solis fulgori-
bus irradiatam Solis ciuitatem appellare, longe
alius germanus eius ſenſus eſt. Nam, vt perdo-
Arias Montanus in 19. Iſai. cte annotauit noſter Hiſpanus Arias Montanus
Hebraicæ linguæ peritiſſimus, in Originali He-
bræo habetur; *Ciuitas anathema vocabitur*. Vn-
de perinde eſt, ac ſi diceret; quæcumque ciuitas
ex Aegypto non adorauerit verum Deum, & ſe
vtræ, & catholicæ religioni aggregauerit, ana-
thematis ſpiculo ferietur, hoc eſt, deſolatione,
deſertione, & infelicitate, non ſecus ac priſca
illa ciuitas Solis, quam ſolo æquatam ſe vidiſſe
Strabo l. 17. teſtatur Strabo. Cuius hæc deſolationis cauſa
fuit, quod deſpiciebat, ac execrabatur religionẽ,
quam ceteræ ciuitates colebant, earumq. in-
cultu ſocietatem non admittebat. Alludens er-
go Propheta ad antiquam hanc hiſtoriam, vati-
cinatur ciuitatem, Chriſti Domini religionem
non ſuſcipientem, & ſocietatem eius repudian-
tem, deſertionis, ac deſolationis crudeli anathe-
mate, non ſecus ac olim ciuitatem Solis, tandem
tandem percutiendam, ac deuaſtandam fore.

Extat etiam apud Iſaiam illuſtris alius lo-
cus, in quo Propheta ſanctus ardentiſſimum
deſiderium, quo animus eius æſtuabat videndi
ex duobus populis Iudaico, & Gentilitio popu-
lum vnum coaleſcentem, explicuit: *Propter Sion*
Iſai. 62. *non tacebo, & propter Hieruſalem non quieſcam,*
donec oriatur vt ſplendor iuſtus eius, & ſaluator
eius tamquam lampas accendatur. Id non modi-
cam difficultatem in hoc loco ingerit, quod lo
quitur Propheta de Sion, & Hieruſalem, tamquã
de locis diuerſis, cum idem eſſet. Verum ad eius
intelligentiam obſeruare oportet, quod quando
2 Reg. 5. Dauid ſibi ciuitatem Hieroſolymitanam ſubie-
cit, Iebuſæi, qui gentiles erant, confugerunt ad
arcem montis Sion, qui intra ciuitatis ambitum
erat. Tunc ergo in eadem vrbe Iudæi, & Gen-
tiles commorabantur, ſumma tamen inter eos
inerat inimicitia. Deſiderans ergo Propheta,
vt hi amicitiæ fœdere inter ſe, & cum Deo vin-
cirentur, aduentum Meſſiæ velut ſplendorem
& lampadem poſtulabat, quia frequenter Deus,
cum fœdus aliquod inibat, ſplendidiſſimos ful-
goris radios præmittere ſolebat. Cum enim
pactum illud celebrauit cum Abrahamo, quo
Genes. 15. pollicitus ei fuit, poſt quartam generationem
terram promiſſionis ei daturum, perlucentem
lampadem ante ſe euntem ferebat. Et quando
in monte Sinai cæleſtem legem promulgauit, *Exod. 19.*
fulgoris & ſplendoris lucidiſſimis radijs aerem
repleuit. Senſus ergo germanus prædicti loci
eſt, nõ quieſcam, donec adueniat verus Meſſias,
qui amoris fœdere populum Iudaicum, & Gen-
tilem in vnum connectat cum ſimili promiſ-
ſione ei, quam olim Abrahæ fecit, promittens
introducere illum in terram ſanctam pro-
miſſionis; hoc eſt, in cæleſtem Hieruſalem, pa-
triam noſtram, & donec, velut quondam tempo-
re Moyſis, eandem legem vtrique populo ob-
ſeruandam proponat, & vterque vnanimi con-
ſenſu illam obſeruandam ſuſcipiat.

Expleuit ſane Deus in aduentu Chriſti ſan-
ctum hoc deſiderium Prophetæ Iſaiæ, vocans pa- *Luc. 2.*
ſtores ex populo Iudaico non abſque præceden-
tibus fulgoribus, cum Lucas dicat: *Claritas Dei* *Luc. 2.*
circumfulſit illos: nec non etiam Reges Magos
ad ſe perducens præuijs ſimiliter ſtellæ ſplendo-
ribus, qui velut lucidiſſima fax illis præibant: *Et*
ecce ſtella, quam viderant in Oriente, antecedebat *Matth. 2.*
eos. Tunc ſane factũ eſt, quod prædixerat Oſeas
cap. 1. *Et congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael* *Oſee 1.*
pariter, & ponent ſibimet caput vnum. Hæc om-
nia non parum illuſtrari poſſe arbitror ex viſio-
ne illa Zachariæ, videntis candelabrum ſingulas *Zach. 4.*
oliuas a ſingulis lateribus habens. Candela-
brum hoc lucens Chriſtum Dominum aperte
ſignificat, Ioanne dicente: *Erat lux vera, quæ il-* *Ioan. 1.*
luminat omnem hominem venientem in hunc mun-
dum. Oliuæ vero vtrique lateri aſſiſtentes, po-
pulum Iudaicum, & Gentilem adumbrant. Vn-
de Zacharia interrogante: *Quid ſunt duo oliuæ*
iſtæ ad dexteram candelabri, & ad ſiniſtram eius?
Reſpondit Angelus, qui miniſter illius viſionis
erat: *Iſti ſunt duo filij olei, qui aſſiſtunt domina-* *Zach. 4.*
tori vniuerſæ terræ. Dixerat antea, quod aſſiſte-
bant illæ oliuæ candelabro, nũc vero dicit, quod
aſſiſtunt dominatori vniuerſæ terræ, vt ſignifi-
caret eundem eſſe, nempe Chriſtum Dominum,
qui & candelabri munus, & dominatoris vni-
uerſæ terræ gerit. Obſeruatione etiam digniſ-
ſimum eſt, non dixiſſe Prophetam dominatorem
hunc bellicis tormentis, aut armorum vi vtrũ-
que illum populum dominio ſuo ſubiugaſſe, non
in exercitu, nec in robore, ſed in ſpiritu meo,
dicit Dominus; hoc eſt, candelabri dumtaxat
munus exercente, quod per lucernam, quam
ſuſtinet, radiorum ſplendorem in varias partes
diffundit: nec enim Chriſtus per vim, & coactio-
nem ab eis obedientiam extorſit, ſed externis,
& internis fulgoribus mentes eorum irradians,
fortiter, ac ſuauiter eos ad ſe pertraxit, & ex
vtriſque populum vnum denuo creauit, imple-
tumq. eſt illud eiuſdem Oſeæ, cuius ad hoc pro-
poſitum meminit D. Paulus ad Romanos nono:
Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non *Rom. 9.*
dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſecu-
tam, miſericordiam conſecutam: & erit in loco, vbi
dictum eſt ei, non plebs mea vos. Apoſtolus ad
Epheſios ſecundo, aptiſſima quadam metapho- *Ephes. 2.*
ra my-

Digitized by Google

[Epheſ. 2.] ra myſterium hoc elucidauit, dicens: *Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua, legem mandatorum decretis euacuans.* Manifeſtum eſt parietem diuidere domos, ſoluto tamen pariete ex duplici domo fit vna. Volens ergo Chriſtus ex duplici illa domo Iudaica, & Gentili efficere vnam, & eandem, ſoluit parietem veteris legis, oneroſis illis cęrimonijs illam expolians (*legem mandatorum decretis euacuans,* [Ibid.] vt ait Paulus) qui non abſque myſterio parietem illum maceriem vocauit, & non murum. Nam hoc intereſt inter parietem muri, & maceriem, quod ille profundo mittitur fundamēto, & calcis bitumine ſtabilitur, vt diu perdurare poſſit: maceries autem abſque fundamento, & calce erigitur, ſæpeq. ex ſolis ſaxis in vnum coaceruatis, nulloq. prorſus calce deuinctis efficitur, vnde facile deſtruitur, & non difficulter corruit. Agnoſcens ergo D. Paulus legem illam veterem aduentu Chriſti, & morte eius quoad cærimonialia penitus delendam, nec amplius duraturam, proprijſſime illam maceriem, & non parietem muri appellauit. Diuus Auguſtinus myſterium hoc conſiderans, in hæc verba prorupit: [Auguſt. ho. 4 Epiphan.] *Suſcipite ergo deuotiſſime hunc diem celebrandum vniuerſa Eccleſia gentium, quia illi Magi, quid iam fuerunt, niſi primitiæ gentium? Iſraelitæ paſtores, Magi Gentiles: illi prope, iſti longe; vtrique tamen ad angularem lapidem concurrerunt. Veniens* [Epheſ. 2.] *quippe, ſicut Apoſtolus dixit, euangelizauit pacem vobis, qui eramus longe, & pacem ijs, qui prope. Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & duos condidit in ſe faciens pacem, inimicitias interficiens in ſemetipſo.* Propheta Iſaias præuidens in ſpiritu, quanta animi, & corporis celeritate, ac feſtinatione tres iſti Reges gentilitatem adumbrantes ad Bethlehemiticam porticū properarent, admirās dixit: [Iſa. 6.] *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & ſicut colūbæ ad feneſtras?* Non ambulantes eos, aut currētes, ſed volantes ſe præuidiſſe ait. Primū vt nubes, quia ſicut iſtæ flante vento incredibili celeritate mouentur; ita tres iſti Reges, diuino Spiritu afflante, ſimili celeritate pergebant, quia neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia. Secundo volaſſe inquit vt columbas ad feneſtras. Hoc eſt ingenium, & conditio columbarum, quod licet cum è colūbario egrediuntur ad quærendum cibum, mediocri velocitate conuolent; attamen cum ad illud redeunt, partim ſuæ conſortis, partim filiorum amore allectæ, atque ſtimulatæ, ſumma velocitate, & pene incredibili conatu in domicilium ſuum reuolant. Vt ergo Propheta ſignificaret tum velocitatem horum Regum, cum ad Chriſtum optimum maximum inuiſendum, atque illius Eccleſiæ ſe aggregādum conuenerunt; tum cauſam tantæ huius velocitatis diuinum fuiſſe amoris ignem, quo erga Chriſtum recens natum æſtuabant: idcirco diuinus ille Vates merito columbis ad columbarium conuolātibus ſacros hos Reges comparauit. Huius ardentis amoris non leue inditium arbitror fuiſſe, quod ingreſſi ſunt in Hieruſalem, dicentes: *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum?* [Matth. 2.] Illum certe, quem poſtea coram Pilato inualeſcentibus vocibus Hebræi negauerunt, dicentes: *Non habemus Regem, niſi Cæſarem,* [Ioan. 19.] hi tres ſapientiſſimi viri, pueri amore ſuccenſi, in faciem tyranni Regis Herodis Chriſtum Regem proclamare non exhorreſcunt. [Matth. 2.] Sanè ſi rex Herodes illius egregiæ indolis fuiſſet, qualis fuerat Princeps Zorobabel, de quo diuinæ litteræ commemorant, quod cum [Zach. 6.] ex diuino præcepto ex pecunia oblata in templo duplex fieret corona, & ſummi Sacerdotis Ieſu capiti imponeretur, ipſe id non ægre tulit, quamuis alioquin rationi conſentaneum videretur, vt ex duplici illa corona vna Eccleſiaſtico Principi, alia ſæculari donaretur, ſed ſummam cum eo pacem, & amicitiam habuit, vt ſacer textus annotat: *Et conſilium pacis erit inter illos duos:* Si Rex, inquam, Herodes ea Zorobabelis modeſtia præditus fuiſſet, non adeo mirabile eſſet, Reges hos alium Regem in præſentia euulgare auſos fuiſſe; at cum ſumma tyrannice regnandi libidine inardeſceret, vt infantium a bimatu, & infra occiſio poſtea euidentiſſime commonſtrauit, incredibilem horum Regum audaciam, ac ſingularem fortitudinem, illa noui Regis acclamatio arguit, quam certe non niſi infantis amor facere compulit: *Quia fortis eſt vt mors, dilectio: dura vt infernus, æmulatio.* [Cant. 8.]

Sed iam reliqua verba, quæ propoſuimos, exponere aggrediamur. *Inuenerunt* (ait D. Matthæus) *puerum cum Maria matre eius.* [Matt. 2.] Puerum quidem, quem multi ante Reges & Prophetæ videre quæſierunt. Inuenerunt illum, qui erat expectatio gentium, & deſiderium collium æternorum. [Gen. 49.] [Ibid.] Inuenerunt dominatorē Dominum, quē vos quæritis, & Angelum teſtamenti, quem vos vultis. [Malach. 3.] Inuenerunt Meſſiam, quem ſe inueniſſe Philippus gaudebat, dicens: *Inuenimus Meſſiam, qui vocatur Chriſtus.* [Ioan. 1.] Inuenerunt tandem, & non abſque ſpeciali myſterio, ait Euangeliſta, *puerum cum Maria,* [Matth. 2.] & non dixit cum Ioſeph. Id enim ob triplicem rationem dixiſſe arbitror. Prima, nam vt ait doctiſſimus Rabanus, diuino conſilio factum eſt, quod abeſſet tunc Ioſeph, ne aliqua prauę ſuſpicionis occaſio daretur gentibus, [Raban. ſup c. 2. Matth.] communi generationis ratione hunc paruulum progenitum fuiſſe: ex Sibyllinis namque libris conſtare poterat eis, ex intacta Virgine Chriſtū naſciturum. Verum quia difficile mihi creditu eſt, Ioſephum ibi non adfuiſſe, congruentius dici poſſe exiſtimo, conſulto Euangeliſtam ſolam cōmemoraſſe Mariam adeſſe cum Ieſu, vt ſignificaret, recens natum puerum matrem ſolam habere in terris, Patrem vero non niſi in cælis; vel tandem cum Maria dicit inuentū fuiſſe puerum a Magis, vt omnium Chriſti myſteriorum ſociam, ac indiuiduam comitem ſemper Mariā extitiſſe oſtenderet. Si enim rem altius contemplemur: ſi prædeſtinatus eſt Ieſus ab æterno, ſed non abſque Maria: ſi concipitur in tempore in Nazareth, ſed non niſi in Maria conce- [Luc. 1.]

ptioni

ptioni aſſenſum,& viſcera præſtante. Naſcitur in
Luc. 2 Bethlehem,ſed non niſi ex Maria Virgine. Si ado-
Ibidem. ratur a militia cœleſtis exercitus,ſed in brachiis
Ibidem. *Ibidem.* Mariæ, quæ infantem lactabat,atque fouebat. Si
Matth. 2. inuenitur a paſtoribus,& inuiſitur a Magis,ſem-
per tamen adeſt Maria, quæ *Conſeruabat omnia*
Luc. 2. *Ibidem.* *verba, conferens in corde ſuo*. Si præſentatur in
Matth. 2. templo,at nō ſine Maria illum offerente. Si pro-
ficiſcitur in Aegyptum impij Herodis crudeli-
tatem fugiens, tunc in Mariæ vlnis geſtatur. Si
Ioan. 2. in nuptiis Canæ Galilææ primum edit miracu-
Ibidem. lum,ſed certe poſtulante Maria illud produxit.
Si aſcendit in templum, Maria illum aſſociat:
Luc. 2. quod ſi cum a templo reuerſus eſt ab ea diſceſ-
Ioan. 19. ſit, ſed confeſtim Maria adeſt, illum inter Do-
ctores de rebus diuinis diſſerentem inueniens.
Cū etiā Chriſtus pendet in Cruce, prima adeſt
Maria iuxta Crucem velut immobilis colūna. Si
deponitur de Cruce, adeſt Maria,in gremio ſuo
Luc. 23. dilectum Filium ſuſcipiens. Si ſepelitur in ſepul-
chro nouo, quod exciſum fuerat de petra, adeſt
Maria, quæ pariter cū Ioſepho ab Arimathæa
ſindone illum inuoluit. Si reſurgit ex tumulo,cō-
tinuo glorioſus primo apparet Mariæ. Si aſcen-
dit in cælum,in conſpectu Mariæ eleuatur. Si in
cœnaculo exiſtentibus Apoſtolis diuinum Spi-
Act. 1. & 2. ritum ſuper eos mittit, ibi adeſt Maria, quæ
Ibidem. *Marc. vlt.* maioribus diuinæ gratiæ chariſmatibus præ om
nibus donata fuit. Et ſi Filius ſedet ad dexteram
Pſal. 44. Patris, ſecum conſidere fecit & matrem velut
cæli Reginam in veſtitu de aurato,circumdatam
varietate. Ac tandem ſi Ieſus ſperatur venturus
ad iudicandum viuos,& mortuos,quis non con-
templetur eius lateri adfuturam eſſe Mariam?
Memini,quod & huic argumento aptare placet,
Sambucus lib. emblematum. profana in ſacra conuertens, Sambucum in
ſuis emblematibus quoddam emblema,cuius ti-
tulus erat, *Imperatoris virtutes*, in hunc modum
cōfinxiſſe. Depinxit Principem equo inſidentē,
qui in manu globum geſtabat,e a collo equi del-
phinus pendebat, in extremitate vero dorſi ca-
put bouis aderat: in altera vero manu vexillum
portabat,in quo varia hieroglyphica,& inſignia
exarata erant. Ibi enim Mercurii galerus cerne-
batur, & caduceum cum duplici angue,& iuxta
illum liber,& pyramis quædam. Ac tandem de-
pingit Principem hunc non ſtipantibus famulis,
ſed quem ſola Virgo vnica aſſociebat. Scio co
tendiſſe auctorem huius emblematis, vt ſignifi-
caret,quantumcumque animi dotibus, ac cor-
poris bonis Rex affluat, niſi eum proſpera co-
mitetur fortuna per virginem adumbrata, nul-
lam in rebus humanis ſibi poſſe felicitatem
polliceri. Verum quia quæ de fortuna antiqui
dixere, merum commentum eſt,cum nullam
aliam catholica fides agnoſcat fortunam, quam
diuinam prouidentiam,congruentius ſane Prin-
cipem illū virgine aſſociatum, Principem pacis
Chriſtū Dñm,cū Maria Virgine adumbrare poſſe
dixerim. Nam in primis globus in manu vniuer-
ſū orbē ſignificat,cuius machina ex manu Chri-
Iſa. 40. ſti pendet, Iſaia dicēte: *Qui tribus digitis appēdit*
molē terræ. Delphinus,qui velociſſimus eſt,cele-

ritatem Chriſti, quam prædixit Iſaias, vocans
illum, *Accelera*,non obſcure denotat. Caput bo- *Iſa. 8.*
uis,qui aſſiduis laboribus aſſuefactus eſt, varios
labores, quos ab infantia paruulus noſter per-
ferre cœpit,& vſque ad extremum vitæ halitum
pertulit, clare exprimit. Galerus Mercurii, quē
eloquentiæ parentem antiquitas colebat,ſapien
tiam Patris in paruulo deliteſcentem non incō-
grue ſignificat. Vexillum,quod vna manu porta-
bat,Crucē portendit,mirabile Reipublicæ Chri
ſtianæ vexillum,quo fortiſſimus Princeps noſter
ab ipſis præſepii incunabulis dæmoni, morti,
mundo,& inferno minabatur. Caduceum cum
duplici angue, quod propterea pacis ſymbolum
erat,qa Mercurius,vt gētilitas falſo putabat,diſ
ſidētes angues, & ſecum pugnantes compoſuit,
ac conciliauit,pacem,quam Chriſtus Dominus
aduentu ſuo mundo impertiuit Angelo dicente: *Luc. 2.*
Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus,
apte ſatis nobis ob oculos ponit. Liber,quem
in altera manu geſtabat,quid niſi Euangelii cæ-
leſtis librū, quo Chriſtus Dominus mundū eru-
dire venerat,ſignificat? Pyramis vero, quæ im-
mortalitatis argumentum ſemper extitit, Regē
hunc recens natum mortalitate ſua,immortali-
tatem nobis donaturum, haud obſcure indicat.
Tandem ſi Princeps ille virginis præſentia, &
ſocietate mirifice gaudebat, & eam ſibi indiui-
duam comitem elegerat;Chriſtus etiam Domi-
nus Virginis præſentia adeo reficiebatur, vt in
præcipuis ſuis operibus ſemper illam adfuiſſe
voluerit,vt late nuper facta inductione compro-
bauimus. Ad hæc igitur omnia ſignificanda no-
tanter Euangeliſta dixit, hos Reges inueniſſe
puerum *Cum Maria matre eius*. Quid plura? qua- *Matth. 2.*
tuor de cauſis olim homines de Deo conquere-
bantur. Primo,quod ea,qua voluiſſent facilita-
te,eum inuenire non poterant. Plorabat Dauid:
Fuerunt mihi lacrymæ panes die, ac nocte,dum di- *Pſal. 41.*
citur mihi quotidie,vbi eſt Deus tuus. Sciebat qui-
dem Deum eſſe in cælis, & vbique eſſe præſen-
tem,ſed deſiderabat illum in terris humana car-
ne indutum,vt illum digito indicare poſſet;ſicut
indicauit Ioannes, dicens: *Ecce Agnus Dei, ecce* *Ioan. 1.*
qui tollit peccata mundi. Secundo conquereba-
tur Iob Deum manus habere graues, graui-
terque punire. *Manum tuam longe fac a me*. Ter- *Iob. 13.*
tio conquerebātur,quod aſpere loqueretur. Di-
xerunt Iudæi ad Moyſen: *Loquere tu nobis, non* *Exod. 20.*
loquatur nobis Dominus,ne forte moriamur. Quar- *Ibidem.*
to querebantur homines, quod quamuis ſuaui-
ter, & blande quandoque loqueretur,ſedebat tñ
in throno tantæ maieſtatis,vt cū eo confabulari
minime auderent: *Vidi Dominum ſedentem ſuper*
ſolium excelſum,& Seraphim clamabant: *Sanctus,* *Iſa. 6.* *Matth. 2.*
Sanctus,Sanctus. Nunc vero Euangeliſta ait: *Inue-*
nerunt puerum cum Maria matre eius, quaſi dicat: *Pſal. 45.*
ceſſent ergo iam veteres illæ querelæ: nam ſi *Matth. 2.*
querebamini, quod Deus inueniri non poſſet,
nunc iam inuentus eſt a Magis. Si,quod verba
eius aſpera, & terribilia eſſent,vagitus nunc ſo-
lum promit,nec alia, quam vagientis vox audi-
tur. Si,quod manus haberet graues,nunc illas fa- *Iob 11.* *Luc. 2.*
ſcia

ſcia vinctas, & paonicnlis inuolutas habet. Si cóquerebamini, quod in ſublimi throno ſederet, ecce inuenitur modo poſitus in præſepio. Hic thronus, hoc ſolium huius Regis, hæc leuis culcita, hoc ſuaue puluinar inſtar Patriarchæ Iacob, qui lapidem capiti ſuo poſuit dormiturus. Si Seraphinorum tandem multitudine Iſaias eum circumdatum vidit, nunc brutis animalibus, boue nimirum, & aſino aſſociatum inuenietis. Illic omnis terra plena erat gloria eius, hic vice verſa omnis gloria eius plena eſt terra, hoc eſt frigore, & nuditate: quia cum diues eſſet, pro nobis egenus factus eſt, vt ait Apoſtolus. Referunt autem Chryſoſtomus, Theophylactus, & Euthymius, quod cum primum ſacrum illud domicilium ingreſſi fuere Magi, beatam Virginem Chriſtum iuliſſe, & ipſum in gremio ſuo collocaſſe, vt quem religioſe adorare venerãt, melius intueri poſſent. Hanc adorationem referens ſubdit Euãgeliſta: *Procidentes adorauerunt eum.* Gręcus interpres vertit: *Proſtrati adorauerunt*. Vnde conijcere licet, non ſolum in genua procubuiſſe, ſed animo, & corpore toto in terram ſe proieciſſe. Mos enim inoleuerat, vt Reges a Perſis, non niſi proſtratis adorarentur. Vnde, vt auctor eſt Quintus Curtius, Alexander Magnus cum eum honorem a Macedonibus ſibi exhiberi tẽtaret, ægerrime id Græci tulerunt. Imitati ſunt in hac adoratione hi Reges non ſolum Salomonem, de quo ait Scriptura: *Vtrumque genu in terram fixerat, & manus expanderat ad cælum*, ſed & religioſos illos viros, de quibus ſecundo Paralipomenon libro dicitur: *Corruentes primi in terram ſuper pauimentum ſtratum lapide, adorauerunt, & laudauerunt Dominum.* Adorationem hanc D. Chryſoſtomus contemplans pariter & admirans, in hæc verba erumpit: *Numquid viderunt palatium marmoribus ſplendidum? Numquid matrem eius diademate coronatã? aut in lecto aureo recumbentem? Nũquid puerum auro, & purpura inuolutum? Sed quid? Diuerſorium tenebroſum, & ſordidum, et animalibus potius, quam hominibus aptum, in quo nemo erat cõtentus ſecedere, niſi itineris neceſſitate coactus. Matrem eius vix tunicam vnam habentem non ad ornamentum corporis, ſed ad tegumentum nuditatis, quam habere poterat vxor fabri peregre conſtituta. Puerum pannis viliſſimis inuolutum, & ſordidiore in præſepio poſitum, quia locus ille ſic erat anguſtus, vt nec ponendi infantem ſpatium inuenirent. Si ergo Regem terrarum quærentes ſic inueniſſent, magis confuſi eſſent, quia tanti itineris laborem ſine cauſa ſuſcepiſſent. Nunc autem quia cæleſtem Regem quærebant, etſi nihil regale videbant in eo, tamen ſolius ſtellæ teſtimonio contenti gaudebant. Oculi eorum cõtemptibilem puerum aſpicere non poterunt, quem ſpiritus in corde eorum terribilem demonſtrabat.* hæc ille. Hanc eandem adorationem cõtemplatus attentiſsime D. Bernardus ait: *O feliciſſimi Reges, cui procidistis? quem adoratis? fallimini, Vbinam regalis cuſtodiæ ſatellitium? Vbi aulæa cortinæ, vbi thronus, vbi diadema regium? Pro cuſtodia beſtias video, pro throno ſtabulum & præſepe: pro oſtro, & purpura pannos: pro diademate paleas. Quis eſt iſte Rex Iudæorum, pauper, & diues, humilis, & ſublimis, paruulus, & immenſus, vilis in pannis, precioſus in ſtellis?* Huic admirantis diui Bernardi interrogationi Magnus Leo Papa his verbis ſapienter reſpondit: *O perfectæ ſcientiæ mirabilem fidem, quam non terrena ſapientia erudiuit, ſed Spiritus ſanctus inſtituit. Viderunt, & adorauerunt puerum, quantitate paruulum, alienæ opis indigum, fandi impotentem, & in nullo ab humanæ infantiæ generalitate diſsimilem. Quia ſicut fidelia erant teſtimonia, quæ in eo maieſtatem indiuiſibilis diuinitatis aſſererent, ita probatiſsimum eſſe decebat, Verbum carnem factam, & ſempiternam illam eſſentiam Filij Dei hominis veram ſuccepiſſe naturam.* Tandem, vt iam huic homiliæ vltimum colophonem imponamus, *Obtulerunt ei munera*, ait diuus Matthæus, *aurum*, ſcilicet, *thus, & myrrham.* Non munera vilia tradiderunt, vt olim Cain, ſed præſtantiora, vt alter Abel. Abel quidem idem eſt, quod luctus, & paupertas, & tamen obtulit alacriter meliora: Cain vero, quod interpretatur poſſeſsio, obtulit cum dolore viliora. Rem ſane lacrymandam, & hac noſtra tempeſtate non parum inuleſcentem: diuites vilia Deo donant, & ſi aliquando, quod raro fit, magna, ex corde impuro illa proferunt, quo exigua & vilia illa reddunt: at pauperes offerunt magna licet exigua, quia totum offerunt quod poſſunt. Vnde Chriſtus de vidua illa paupercula duo æra minuta in gazophylacium mittente, ait: *Vidua hæc pauper plus quam omnes miſit.* Adeo procul dubio hominum malitia excreuit, vt Deo ſemper deteriora deferant, vitæ quidem decrepitam ſenectutem, temporis horas inutiles, & ſęcularibus negociis ineptas; veſtium, quas longo vſu detritas floccipendunt: tandem ex ſuis liberis, quos ob vultus turpitudinem, corporis inelegantiam, vel ingenii hebetudinem mundus execratur, & a ſe longe abiicit, hos Dei obſequio in monialium, & monachorum monaſteriis dicant, maledictionem illam diuinam non pertimeſcentes: *Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino, quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum.*

Cui ſit honor & gloria
in ſæcula ſæculorum.
Amen.

Isa. 6. Luc. 2. — Gen. 28. — Isa. 6. Isa. 1. — Isa. 6. 2. Cor. 8. — Chrysost. Theophyl. Euthym. — Matth. 2. — Quint. Curtius lib. de Alex. — 3. Reg. 8. — Paralip. 2. — Chrysost. seu Auct. imperfect. in cap. Matt. 2. — D. Bernar. serm. de Epiph. — D. Leo serm. 4 de Epiph. — Matth. 2. — Genes. 4. Hebr. 11. — Luc. 21 — Malach. 1

Homi-

Homilia Tertia.

Alia Pulchra gloſſemata in Euãgelium, quod Eccleſia catholica in die Epiphaniæ canit, ab illis verbis, quæ iterũ varijs animi conceptionibus locupletantur: Ecce Magi ab Oriente venerunt.

[Matth. 2.] ECCE *Magi.* Vox iſta, *Ecce*, index eſt, quo nobis præcipuum aliquod myſterium intuendũ pponitur, ad qood ſæpius vſurpatur: *Ecce Virgo concipiet: ecce ſomniator venit: ecce quomodo computoti ſunt inter filios Dei: ecce Agnus Dei: ecce qui tollit peccato mundi.* [Iſa. 9. Gen. 37. Eccl. in com mun. apoſt. emp. paſc. Ioan. 1.] Magnum igitur aliquid hĩc nobis Euangeliſta proponit, magnum quidem, quod Magi veneruot ad Ieſum. *Quæ enim conuenentia lucis ad tenebras? quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate?* quid ſãcto cum cane? quid iofidelitatis renebræ cum fidei catholicæ luce? quid iuſtitia cum idolorum cultu? quid ſãctitas cum gentilitatis canibus? quid magica ars cum ſacra Theologia? quid ſuperſtitio cum religione? quid augures cum Prophetis? quid phautaſticæ illuſiones cum catholicis reuelationibus? diuinum profecto myſterium, ad quod nos attendere Euangeliſta deſiderat, cum ait: *Ecce Magi*, ac ſi diceret: attendant catholici, [Matth. 2.] quomodo magicæ artis ſectatores, artem qua Deo ſeruire addiſcãt, amplectuntur, & qui docẽtẽ dæmonem audierãt, vt dixit B. Hieronymus: *Magi de Oriente docti a dæmonibus venerũt in Bethlehem*, [Hier. ſuper Matth.] ad præſepe veniunt, vt a cæleſti infante, non in cathedra ſedente, ſed in cunis iacente doceantur: *Ecce Magi*, qoaſi diceret: quamuis admiratione dignum ſit, Angelos e cælo dilapſos ad tenelli infantis pedes prouolutos: quamuis mirum ſit, rudes paſtores ſupernorum antea ignaros myſteriorum, Deum humana carne contectũ agnouiſſe: mirabilius tamen eſt ſacrilegos, & maleficos, publicos diuini nominis hoſtes, manifeſtos idolorum coltores diuino ſeſe imperio ſubdidiſſe. Atque hinc coepit adimpleri, quod dixit Apoſtolus: *In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* [Philip. 2.] Etenim e cælis ſancti Angeli deſcenderunt; e terra paſtores; ex inferno infidelitatis magi, viri, qui tartareas vmbras incolebant. Mirabile ſane prodigium, ad quod iure optimo nos attendere iubet Euangeliſta: *Ecce Magi*; ac ſi diceret: admiramini olei illius virtutem, de quo dixit Sponſa: *Oleum effuſum nomen tuum*, [Matth. 2. Cant. 1.] cuius fragrantia ex Hieruſalem ad Perſiam vſque peruenit. Quis vmquam crederet liquorem Romæ effuſum ad Indicas vſqoe plagas peruenturum? Hoc hodie accidit: etenim tanta fuit huius diuini vnguenti vis, vt e Bethlehem ad extremas vſque mundi plagas pertingeret; indeque ſanctos Reges ad præſepe adorandum attraheret. Mirum in modum huius vnguenti virtus enituit in Cruce effuſa, ſed eius fragrantiam ad vnicum tantum Chriſto proximum latronem, & ad paucos, [Luc. 23] qui reuertebantur percutientes pectora ſua, legimus tunc perueniſſe. Sed hac die adeo mirabilis extitit, vt e præſepii cunis non proximum latronem tantum, & Centurionem, ſed tres orientales Reges, remotiſſimas regiones incolentes, odoris illius ſuauitate attraxerit. Hoc præfigurauit triom Regum aduentus, qui Iobi patientiæ in ſterquilinio ſedentis, odore allecti ad eum cõſolandum aduenere: *Audientes tres amici Iob omne malum, quod accidiſſet, venerunt ſinguli de loco ſuo, vt viſitarent eum, & conſolarentur.* [Iob 2.] Sic Chriſtus in ſtabuli præſepe a tribus Regibus inuiſus fuit: de quibus nequaquam illud de amicis Iobi dici potuit: *Oneroſi conſolatores omnes vos eſtis*, [Iob. 16] ſed diuitias ſuas impertientes, precioſa ei munera obtulere: *Ecce Magi.* [Matth. 2.] Aciẽ oculorũ intẽdite, intueamini teneri infantis virtutẽ, qua effrænem gentilitatis feram proterit, & regias purpuras, regia ſceptra, & coronas deiecit, nec vexillum reliquit, quod non ad eius pedes prouolueretur. Heroicum hoc Regis noſtri geſtum victoriã illam præſignauit, quam lapis modicus de excelſa Regis Babyloniæ ſtatua reportauit. [Dan. 2.] Vidit in ſomnis Nabuchodonoſor excelſam molem, caput aureum, brachia, pectuſq. argenteum, ventrem æneum, terreos habentem pedes: hanc irruens e monte paruus lapis contriuit, quæ in fruſta concidit. Quatuor illæ metalli ſpecies, quatuor inſignia figurabant Imperia, Chaldæorũ, Perſarum, Græeorum, & Romanorũ. Aureũ caput Chaldæos denotabat diuitijs abundantes. Pectus, & brachia argentea, Perſas, qoi prius in duo diuiſi fuerint Imperia, Perſarum, & Medorum, poſtea in vnum collecti indiuiſum Imperiũ conſtruxere. ſonorum ventris æs, Græcorum tũ in armis fragorem, tum in dicendo eloquentiã. Ferrea crura Romanorum monarchiã, qoi vniuerſa dominia ſuo iuri ſubegerant. Terrei pedes, qui ferro difficile adhærebant, ſimulata Romanorom foedera denotabãt: lapis tandem e monte delapſus Chriſtus fuit e Mariæ excelſo monte egreſſus. *Petra autem erat Chriſtus*, [1. Cor. 10] qui ſuperbam gentilitatem in verum Deum inſorgentem contriuit: *Ecce Magi.* [Matth. 2.] Quaſi diceret, ſapientes hi, quos Græci Philoſophos dicunt, Galli, Druidas, Indici Brachmanes, Aethiopes Gymnoſophiſtas, Chaldæi Magos, non ſapientia tantum pollebant, ſed regia etiam dignitate erant inſignes. Etenim voluit Deus gentilitatis primitias Reges eſſe, vt ſeruire Deo regnare eſſe omnibus compertum eſſet. [Apoc 19.] Hæc D. Ioannis viſio figurauit, cum Chriſtũ ſanguinolenta indutum veſte conſpexit, in cuius femore verba illa expreſſa apparebant: *Rex Regum, & Dominus dominantium.* Sanguineum veſtis colorem, & Regis inſignia perpendamus:

con-

Digitized by Google

conſuetum hinc Dei morem intuebimur, qui nec præmia elargitur, nec titulis inſignit, niſi qui ad ſanguinem vſque reſiſtunt, vel pro eius amore aduerſaria ſuſtinēt, vel cum antiquo hoſte dimicant. *Homer.* Homerus Regibus hoc ſalutare exhibuit conſilium, vt herbam *Moli* dictam contemplarētur, quæ nigras ꝓfert radices, ſed cādidos flores, ſignificare volēs, nulli vnquā candidos præmij flores elargiendos, niſi prius nigram laborum radicem prægustaſſent. *Gen. 17.* Nouimus Abraham, ſanguine effuſo in circumciſione, auctum fuiſſe nomen ex Abram in Abrahā, multaq; bona illi fuiſſe promiſſa: Sara vero è contra, quia ſanguinem non effuderat, nequaquam nominis augmentum, ſed diminutionem, & decremētum accepit: vna namque littera ab eius nomine dempta fuit, & quę prius Sarai nominabatur, Sara deinceps dicta eſt. Hoc eodem modo ſemper æternus Pater ſe geſſit erga Chriſtum: *Luc. 2.* ſanguinem enim poſt octo dies circumciſus effundit, continuo vero glorioſo Saluatoris nomine inſignitur. Sanguinem iterum in horto effundit, *Luc. 22* cū factæ ſunt guttæ ſanguinis decurrētis in terram; ſtatimq. nominis creſcunt inſignia, & ab Euangeliſta Ioanne, *Ioan. 17.* *Ieſus Nazarenus*, id eſt floridus, nūcupatur, quo nomine nūquam prius fuerat ab eo appellatus. Tandem in Cruce exanguis pendens, ſanguine, & cum eo vita, effuſo, *Leuit. 17* *Anima enim carnis in ſanguine eſt*, denuo nouis cumulatur nominum titulis, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. *Ioan. 19.* Cum igitur Ioannes vidit Chriſtum regijs ornatum titulis, ſanguinolenta tamen veſte, certe id aperte denotabat, Chriſtum nominis ſui exaltationem per effuſionem ſanguinis cōparaſſe, nec alia via cæleſtia præmia a nobis eſſe promerenda, & obtinenda niſi magnis laboribus. Illud etiam in hac Ioannis viſione noſtro inſtituto aptiſſimum perpendendum eſt, regium Chriſti nomen in extremis fere fimbriæ partibus expreſſum eſſe, ꝙ alioquin vel in diademate, vel in pectore, vel in alia eminentiori corporis parte, vt moris eſſe ſolet, geſtandum videbatur. bene quidem, ſed altius tendebat diuinum conſilium: foemore enim in ſacris litteris generationis humanę ſeries deſignatur: *Exod. 1.* *Omnes animæ eorum qui egreſſi ſunt de foemore.* *Gen. 24* Hinc eſt, quod Abraham ſeruum ſuum mittens, vt mulierem ſuo filio tradēdam adduceret, iurauit in foemore. Volens igitur Chriſtus Dominus aperire nobis ſpiritualem ſuorum generationem ita propagandā, vt nati filij regia dignitate præcellerēt, *Apoc. 19.* in foemore regios deſcribit titulos: *Rex Regum, & Dominus dominantium.* quod rei probauit euentus. hi nāque inter primos Chriſti filios regia dignitate pollebant. Noſcamus hinc Deo exhibitā ſeruitutem regnandi nomen promereri: Seruire Deo regnare eſt. Sicut e conuerſo, ſeruire hominibus remigare (dixerim) Quod non obſcure docuit Deus, *Iſa. 22.* cū dixit: *Mittam te ſicut pilam.* Intorquetur crebris ictibus pila, & nunc ad parietem offendit, nunc ad lapidem alliditur, nunc hinc, nūc inde retunditur, vſque dum diſciſſa, ab omnibus neglecta in ſterquilinium abijcitur. Hoc ergo eſt, quod Dominus mi- *Ibidem.* nabatur, dicēs: *Mittam te ſicut pilam*, quaſi diceret: a regiæ dignitatis culmine deturbatus concides, & in ſeruitutem infimam redigeris, & veluti inſtabilis pila mox abijciēda hinc inde retuſus diſijcieris.

Huc priſci illi reſpicientes, cum pro liberis hominibus ſacra faciebāt, cereū hominis ſimulachrum offerebant; cum pro ſeruis, ceream pilam, vt oſtenderēt exhibitam hominibus ſeruitutem innumera incommoda comitari. Quod ſi hominibus parere, & inſeruire tā eſt moleſtum, quid erit proprijs & inordinatis obedire nutibus, qui veluti inhumana monſtra in auctorem ſuum inſurgētia cōtinuis cruciatibus torquent animos? *Seruietis*, ait Scriptu- *Hierem. 16.* ra) *dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem.* An nō experitur hoc ambitionis ſectator, honorū cupiditate captus? carnalis ab inhoneſti amoris flammis exuſtus? auarus pecuniarum ſiti inflammatus? qui ne per momentum quidem temporis requieſcūt. Præſignabant hoc tradita ab Aegyptijs Iſraeliticis penſa, quæ niſi perfeciſſent, vt ait Cyrillus, verberi- *Cyrillus lib. 1. in Ioann. c. 14.* bus afficiebāt: additque aliud inauditū tyrannidis genus, quod præcipiebant eis paleas quæritare, q. b', ignis ad coquēdos lateres nutriretur. Nō abſq. diuino conſilio id factū putandū eſt, ſed cōſulto, vt immani illa tyrānide ea, qua mundus ſuos aſſeclas infeſtat, ad viuū exprimeretur: ſic. n. erga eos ſe gerit, vt non ſolū importabilia onera humeris eorum imponat, ſed ab eis precium onerū propter illa poſtulet & extorqueat. Opus. n. eſt, vt ꝓ obtinēdis officijs, aut dignitatibus ingentes argenti, & auri ſūptus faciant, vt in eorum perſona prædixerat Hieremias: *Aquā noſtrā pecunia bibimus.* *Hierem. Thren. 5.* Verū tametſi demos inſanis huius ſæculi cultoribus, benigne ab eo pertractari, nec quidquā moleſtū ab eo ſuſtinere, ſed omnia ad nutū ſibi liberaliter donari: quid hæc ꝓderunt ei, quē voraces inferni flāmæ in æternum exurēdum ſpectant? Reuocate, quæſo, in memoriā Cainū pluſquā per quinque millia annorū inter ardentes ignis flāmas ſe volutātem, quod tn̄ tempus quaſi momentum eſt reſpectu æternitatis, quæ finem nō nouit: & perpendite illud Iſaiæ: *Quis* *Iſai. 33.* *habitabit cum ardoribus ſempiternis?* facileq. a mūdi illecebris abducemini. *Ecce Magi*, ac ſi diceret, *Matth. 2.* aduertite eos, quos ad Chriſti pedes ſuppliciter ꝓuolutos intuemini, nequaquā infimæ conditionis, ſed regiæ dignitatis, ſapiētes, & viros clariſſimos eſſe. Verum quid quæſo myſterij in hoc latet, cur acētos nos voluerit Euāgeliſta? Nouū ne videtur nobiles viros debitū cultū Chriſto exhibere? nouū ſane nō eſt, ſed bene rarū, & minus vſitatū: iſtiuſmodi. n. vt plurimū ſunt, q liberius vitijs ſe dedunt; & quos iure optimo ambitionis, vindictæ, ſenſualitatis, & profanitatis ſeminarium dixeris, quæ tn̄ facinora nobilitati minime adſcribenda ſunt, quippe qui natiua ſanguinis generoſitate pollentes ad diuina charismata ſuſcipiēda ruſticis & incultis hominib' minime ineptiores ſunt, maxime cū Iob dicat: *De'* *Iob. 1.* *potētes non abijcit, cum & ipſe ſit potens.* Sūt ergo nobilium delicta liberæ & effrenatæ ipſorū viuēdi cōſuetudini imputāda, non generis nobilitati, & ſanguinis ſplēdori. Aegyptios olim plagis afflixit De' inter quas non minima omniū fuit, ꝙ flumina cōuertit in ſanguinē, ſed illud in hoc extulſit mirabili diſcrimine, ꝙ hauriēte Aegyptio aquā ſanguis ap- *Exod. 7.* parebat, hauriente vero Iſraelita aquā, liquor cryſtallinus prodibat, itaque pro hauriētis manus diſcrimine, vel aqua, vel ſanguis hauriebatur. Nō diſſimiliter, ꝙ nobilitas, vel diuitiarum affluētia, aut

nocius, vel proficua ſit, ex diſcrimine manus illis vtentis valde dependet: nã ſi vir probus, nobilis, & diues ſit, nobilitate non intumeſcit, diuitijs nõ ſuperbit, iniuſtũ nemini infert: at ſi impius ſit, ignobiliores ſe vilipendit, diuitias in libidine explenda, ac in profana pompa nutrienda abſumit. Exprobrauit hoc Deus, cũ iuſſit Ezechieli abraſos e capite pilos, alios ventorũ ludibrio cõmittẽdos, alios igni tradendos, alios ad diuerſas mũdi plagas ſpargendos. Symbolum hoc egregie ob oculos ponit nobiliũ huius tempeſtatis more, quorum facultates vel honorũ venti abſumunt, vel ſenſualitatis ignis cõburit, vel in alendis canibus venaticis, aut in lautis & ſplendidis celebrandis conuiuijs, necnon in profanis ludis eas expendunt. Heu ſummam nobilium & diuitũ in Deum ingratitudinem, dum bona animi, & corporis, quibus Deus Opt. Max. eos locupletauit, in varias Dei offenſas intorquent, & cõtra Omnipotentẽ, quaſi bellũ contra illũ mouẽtes, ſuperbiũt. Hanc ingratitudinẽ ad viuum deſcripſit Aleiatus quodam Emblemate de capra lactante catulum lupæ. Depingit capram lupo præbentem vbera; q poſtquã creuit, ꝓprio ore, quo lac ſuxerat, nutrici vitam ademit. Inſcriptio Emblematis erat: *En mea me poſt vbera paſcet.* Attendãt diuites, & quã fabulã audierunt, in ipſis veriſſimam hiſtoriam eſſe comperient. Emittit continue Deus in diuites vndantes beneficiorum imbres, titulis, honoribus, ceteriſq; bonis extollit: ipſi tñ ad ſæculi pompas, ad violandas virgines, ad pauperes opprimendos eis abutuntur. An non eſt hoc beneficiorũ viribus veluti armis in munificentiſſimum donatorẽ Deum inſurgere? Iure optimo queri poſſet, & exclamare: *Mea me poſt vbera paſcet,* beneficiorum vbera ipſis admoueo, quorum tñ lacte nutriti in me ipſum inſurgent: *Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autẽ ſpreuerunt me.* Reuocẽt quæſo hi in memoriam mirabilẽ illa viſionem B. Ioannis in ſua Apocalypſi. Vidit virum equo inſidentem, & qui comitabantur, mors & infernus apparebant. Epulentur nobiles & diuites, honoribus & diuitijs ſuis intumeſcant, coronẽt ſe roſis antequã marceſcant, non ſit pratum, ꝙ non pertranſeat luxuria eorum, exultent & lætentur in rebus peſſimis, ſciãt tñ a morte, & inferno mulctãdos. Potentes, ſubdit Propheta, potenter tormenta patientur. Temporalis igitur dignitas, & nobilitas oportet vt Chriſtianæ militiæ conſortiũ ſemper habeat. Etenim, vt annotauit D. Thomas, ſacerdotalis dignitas antiquitus ſolis primogenitis concedebatur, vt diſceremus, militiã numquã a religione ſecernendã. Certe Moyſes Iſraelitarum dux, & Aaron ſummus Sacerdos germani erant, vt noſceremus tẽporale dominium cum ſpirituali poteſtate quadã affinitate cõiunctã. Hinc eſt, quod ſemper ſummus Pontifex Petrus claues geſtãs, & ei proximus Paulus Tarſenſis eques nudato gladio in imaginibus exprimitur, vt militiæ & nobilitatis exercitiũ cum religionis operibus copulandos dignoſcamus. Vnde ſi animi generoſitatem eques præſefert, vel cum equum domat, vel in palæſtra viriliter decertat, nõ minoribus præconijs extollẽdus eſt, ſi vel eccleſias frequentet, vel reluctantes animi paſſiones domet. Hoc exequebatur Salomon: nam cum templũ Deo ædificare cœpiſſet, ſibi proximam templo domum extruxit, vt paries tantum vnus intereſſet. Atque hac ratione Ezechias Rex cum ægrotaret, mortis nuncio audito, vt Hebræi doctores aſſerunt, ad parietem ſeſe conuertit, vt ad templum, quod verſus illam partem erat, dirigeret orationem. Immo & Dauid ea proximitate domus ſuæ cum tẽplo non cõtẽtus, oſtiũ aperiri iuſſit, quo e domo facilis eſſet in tẽplum ingreſſus, ꝙ deinde Rex Achaz occludi mãdauit, Regis cuiuſdã gẽtilis eũ Achaz cõfœderati, q Theglath Phalaſar dicebatur, importunis precibus rogatus. Hæc ſunt, quæ mũdani homines Regibus conſilia adhibent, quibus limen benefaciendi occludunt, vt pecunia non offeratur, niſi Veneris templo, nec diuitias largiantur, niſi ad iniurias vlciſcendas, nec dignitates poſſideant, niſi ad inſolẽter ſuperbiendum. His aditus Principibus occluditur ad orandum, ad eleemoſynas elargiendas, ad infirmos viſitandos, ad captiuos redimendos, & ad pauperes ſubleuandos, latiſſimumque patet oſtiũ, quo ad epulas, ad obſcoena ſpectacula, ad ludos, ad adulteria tendant: hoc numquam occluditur, ſemper patet, immo & in dies magis, ac magis patefit, vt latior ſit ad inferos via, vt Chriſtus Dominus edixit: *Lata eſt porta, & ſpacioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem.* Cum igitur a Principibus, & nobilibus viris non ſatis vſitatum ſit Deo debitum cultum & obedientiam exhibere, & bona ſua in diuinum obſequium expendere, attentos nos vult Euãgeliſta, & ideo ait: *Ecce Magi,* q tametſi nobiles, & Principes, ad Chriſti pedes prouoluũtur & precioſiora quæ habẽt, ea offerunt. Ab Oriente venerunt. D. Ioannes Chryſoſtomus ſolito ſuo dicendi more miris effert laudibus Abraham, e natiuo ſolo ad Oriẽtis vſque plagas peregrinantem, a Deo vocatum. Difficillime tunc, vt ipſe annotat, itinera huiuſmodi peragebantur. Neque enim in longiſſimis illis viarum ſpacijs ciuitates, aut loca iſtiuſmodi extabant, a quorum incolis viatores peregrinantes reciperentur, ſed per horrida, & deſerta loca ꝑagrandum erat, flumina traijcienda, alpeſtreſque montes tranſiliendi, immo, quod maius eſt, inter efferas, & barbaras nationes degere præcipiebatur. *Vocans,* ait Iſaias, *ab Oriente iuſtum, & de terra longinqua virum voluntatis meæ.* Idem ergo Deus eſt, qui hodie ſanctos hos Reges per difficillima viarũ ſpatia ad natum infantẽ in cunabulis adorandum adducit. Pudeat Chriſtifideles, ait Chryſoſtomus, qui vel æſtiui ſolis radios, vel cadentes imbres formidantes, a miſericordiæ, & religionis operibus abſtinẽt. Pudeat Hebræos, dũ Perſas ab Oriente ad Deum adorandum aduentantes vident, quem illi nec ſibi ipſis proximum venerati ſunt. *Erubeſce Sidon, ait mare.* Mare continuis fluctibus agitatur, atque adeo nunc vndoſis motibus intumeſcit, nunc profundis vorticibus ſubmerſionem minatur: quam tamen vt vitent nautæ, portuum confugia petunt, vt ventorum incurſus effugiant. Mare Sidonem portum alloquitur: *Erubeſce Sidon, ait mare,* ac ſi diceret: Quod in inſtabilibus vndantis maris fluctibus, continuis ventorum flatibus agitata ligna immergantur, mirum non eſt, ſed quod Sidonis portus montibus vallatus, ven-

torum

Ezech. 5.
Alciat. Emblemat. de Capra Lupũ lactante.
Iſa. 1.
Apoc. 6.
D. Th. ſuper epiſtola ad Hebræos c. 7. lect. 1.
3. Reg. 5.
4. Reg. 20.
4. Reg. 16.
Matth. 7.
Matth. 2.
Gen. 12.
Iſai. 46
Iſai. 23
Ibidem

torum flatibus nõ ſubiacens,naufragium patia-
Ibidem. tur,hoc omnem ſuperat animi admirationem.
Erubeſce Sidon,ait mare. Diſcrimen itaque,quod
inter mare, & portum intercedit,idem inter gẽ-
tiles populos,& catholicos crediderim reperiri.
Gentiles namque , & infideles turbatum mare
præſeferunt,malignorũ ſpirituum incurſibus in-
feſtatum,& vitiorum flatibus agitatum , quibus
immortalium animarum naues demerguntur.
Verum catholica Eccleſia tutum exhibet naui-
gantibus portum, ab excelſis Angelorum mon-
tibus protectum, quem innumeri bonorũ exem-
plorum,legum, ſacramentorum fortiſſimi ſatel-
lites muniunt. Nec tamen Hebræi mentis aciem
intendebãt,vt Chriſtum ſibi ipſis proximũ quæ-
rerent,quem Perſæ è remotiſſimis regionibus a-
doraturi anxie quæritant. *Erubeſce Sidon, ait ma-
re*. Copioſa proculdubio ſuppetit erubeſcẽdi ma-
Ibidem. teria,cũ hodie in idololatris ipſis tanta Dei co-
gnitio effulſit, vt gentiles Reges diuinæ legis iu-
go colla ſubdere nõ exhorruerint,& tñ catholici
Dei militiæ adſcripti Chriſtum non ſolum non
venerari,ſed & eius militiã, cui nomen dederãt,
deſerere non erubeſcũt. A ſæculo cõfregiſti iugũ,
rupiſti vincula,dixiſti non ſeruiam. Hoc eſt quod
Ibidem. erubeſcere deberes. *Erubeſce Sidon,ait mare*, niſi
Dei horribilem vindictam in te experiri velis.
Cui ſit honor,& gloria in ſæcula ſeculorũ. Amen.

Homilia Quarta.

Proſequimur incepta gloſſemata Euangelij Epiphaniæ, illa verba illuſtrãtes: Venerunt Hieroſolymam: Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum: Vidimus ſtellã eius in Oriente.

Matth. 2. VEnerunt *Hieroſolymam*. Petunt non-
nulli,cur intrãtibus Hieroſolymã
Magis continuo ſtella diſparuit.
tria occurrũt,quibus hæc quæſtio
dirimatur. Primum eſt:ciuitas illa
ſacerdotibus , & in ſacris litteris
verſatis abundabat viris, quibus poſſent de nato
Domino admoneri:& ideo cum in terris iam ha
berent quos conſulerent, nouæ ſtellæ debuit ceſ-
ſare miraculũ : vult enim Deus homines ab ho-
minibus edoceri. Vnde quamuis D. Paulo di-
uinitatis ſuæ vultum detegeret, nihilominus ad
Ananiam illum miſit, vt ab eo inſtrueretur: *Va-
Act. 22 de Damaſcum , & ibi dicetur tibi,quid te oportet fa-
Act. 10. cere*. Angelus etiã Cornelio apparens , vt legitur
in Actis Apoſtolorum ad D.Petrũ mittit,vt doce
retur. Poterãt equidẽ Deus & Angelus ex ſeipſis
Paulum & Corneliũ, fidei rudimenta docere : ſed
cum Doctores ſuppetant in terris, quibus erudi-
rentur, nõ opus erat diuinis miraculis,ſed quod
nouiſſent,homines ab hominibus fore edocẽdos.
Apoc. 5. Id ob oculos nobis ponit B. Ioannis viſio,cum li-
brum illum vidit ſeptem munitũ ſignaculis, cui
nemo aſtãtium Angelorum reuelauit,a quo ape-
riendus erat liber,ſed vnus ex ſenioribus illis, q
illic aderãt,id ſibi manifeſtauit: vt ſciamus reue-
lationes non petendas ab Angelis, ſed a ſeniori-
bus nos debere edoceri,in quibus eſt prudentia,
quia *Cani*, vt ait Salomon, *ſunt ſenſus hominis*. Sap. 4.
Hoc idem docuit nos D. Gregorius,qui exponẽs, D. Gregor.
cur Samuel a Deo vocatus,ſacerdotem Eli con- 1. Reg. c. 3.
ſulebat,ait,quia in occultis noſtris viſionibus do
ctos,& ſapiẽtes viros oportet conſulere. Secũda
ratio eſt,quia ſtella illa lumen fidei præſignabat,
quæ quia in hac noſtra peregrinatione ſolũ ne-
ceſſaria eſt, donec ad cæleſtem illam Hieruſalem
perueniamus,in qua clara Dei viſione perfruen-
tes illa non indigebimus,vt dixit Apoſtolus : *Cũ* 1. Cor. 13.
*veneris quod perfectum eſt,euacuabitur quod ex par-
te eſt*. Idcirco ſanctos illos Reges ad Hieruſalem
vſque peregrinantes perduxit, ibique diſparuit.
Duo Deus vnicuique noſtrũ pſtat ſpecula. Primũ
in hac vita,de quo dixit Apoſtolus. *Videmus nunc* Ibidem.
per ſpeculum,fidem ſcilicet : alterum in beata vi-
ta,lumen ſcilicet gloriæ,de quo Pſalmiſta : *Et in* Pſal. 35.
lumine tuo videbimus lumen. Quæ quidem ſpecula
quãuis in eo conueniant,quod ſingula præterita,
quã plurima præſentia , & futura repræſentant:
quapropter D. Bernardus fidem æternitatis exẽ
plar vocauit,præſentia.n.præterita,& futura my
ſteria complectitur: in eo tñ diſcõueniunt, quod
fidei ſpeculum maculas lethales etiam mortalis
culpæ admittit , immo per hæreſim in fruſta cõ-
fringi,& penitus euaneſcere põt: at diuinæ gloriæ
ſpeculum incorruptibile eſt, nec venialẽ maculã
ſecũ cõpatitur. Cum igitur hæc duo ſpecula cõ-
trariis prædita ſint qualitatibus,& vtroq. ſimul
vti nõ poſſimus,idcirco cum ſanctam illam Hie-
ruſalem ingredimur,frangitur fidei vitreum ſpe-
culum; & aliud incorruptibile luminis fidei loco
eius ſubſtituitur,q in Magis nobis adumbratur,
quibus Hieruſalem intrantibus cæleſte Hieru-
ſalẽ repræſentans,ſtella,quæ fidei imago erat,di-
ſparuit. Tertiam huius rationẽ ſubdamus. Stella
hæc,vt multorũ eſt Doctorum placitum,non fidẽ
tantum,quam numquã ſancti illi Reges deſerue-
runt,ſignificabat,ſed particulares inſpirationes,
quibus a Deo inuiſimur,denotabat. Volens igi-
tur Dñs,vt in reuelationibus ſanctos, doctoſque
viros conſulamus , ſtellã prohibet tũc apparere,
vt ſic Reges cogerẽtur de nouo Rege interrogã-
tes a doctis viris in Hieruſalẽ degentibus admo-
neri. Vtinam his noſtris tẽporibus huic ſano cõ-
ſilio ſpirituales quidã viri, & deuotæ feminæ ob-
ſecũdaſſent! Multos certe in ſuis falſis viſionibus
deluſos accepimus, confeſſorum, & Theologorũ
cõſilia reſpuentes,a qbus tãquã in Lydio lapide
diuinas viſiones,& dæmonũ illuſiones dignoſce-
re potuiſſent. Edocuit hoc admirabilis illa D.Pe Act. 10
tri viſio,cũ linteũ e cælo delapſum venenatis ple
nũ animalibus conſpexit, vocemq; audiuit: *Occi
de & manduca*. Perplexus Petrus,qd ageret,igno-
rabat: etenim hinc venenata animalia natura ab-
horrebat ; inde cæleſtis vocis vrgebat imperiũ:
vt comederet illud , auocabat animum , & faſti-

dium ingerebat, iſtud ſtimulabat appetitum, & famem excitabat. In tanta ergo perplexitate quid faciẽdum, quo vtendum conſilio, vt melius eligatur? Illud ſane cęlitus delapſa viſio præbuit, *Ibidem.* nimirũ, quod Petrus probet, & examinet: *Occide, & mãduca.* Ergo quamuis nobis cælitus delapſa inſpiratio videatur, quia tum facile decipi poſſumus ab antiquo illo ſerpente, qui venenũ ſub dulci lacte nobis propinat, manifeſtetur illa Petro, detegatur docto confeſſori, pio & erudito theologo, a quo tamquam a diuino oraculo ſalutare reſponſum accipietur. Tandem ſi verũ eſt, quod autumant, ſtellam diſparuiſſe, intrantibus Magis Herodis domum, inde noſcere poſſumus, bonis nos innumeris priuari in Regum aulis: quod expertus eſt Petrus, cum aulam Caiphæ ingre- *Ioan. 18.* diens charitate deſtitutus Chriſtum abnegauit. *Matth. 2.* *Vbi eſt, qui natus eſt Rex?* Admirabilẽ ſancti Magi animi cõſtantiam præſeferũt, in Herodis Regis domo de nouo Rege interrogantes: ſignificabãt enim Herodem tyrãnice regnum occupaſ- *D. Aug.* ſe. D. Auguſtinus refert legem Romanos ſanxiſſe, nullum vmquam denuo aut Deum, aut Regem dicendum abſque Senatus poteſtate. Sed quamuis hæc lex in Hieruſalem non ſeruaretur, tamen *Eccl. in feſt. Epiph.* cum nouus Rex ibi acclamatur, Herodes deſtituendus videbatur: nec enim Hebræi ſciebant, *Quod non eripit mortalia, qui regna dat cæleſtia.* Sancti ergo Reges natum Deum videndi cupidi- *Matth. 2.* tate inflammati, non dubitarunt acclamare, *vbi eſt, qui natus eſt Rex?* quorum exempla nos prouocant, vt virtutibus inſtantes per medias haſtas ad Deum inueniendum irrumpamus. Inter cetera ſacri eloquij exempla, quibus animi fortitudinem fortium virorum extollit, admirabile *2. Reg. 23.* extitit illud Banaiæ geſtum, de quo legimus tẽpore niuis hiemali tempeſtate leonem occidiſſe. Non abſque myſterio aduertit Scriptura hoc brumali tempore contigiſſe, & tempore niuis. Animalia enim, cum nix decidit, in latebris ſeſe abdunt: leo quia nihil inuenit, quo famem expellat, ardentiori ira efferueſcit, & ideo eo tempore illum interficere maximum fuit fortitudinis argumentum: ideoque ſignanter ſacra Scriptura id hiemali tempore contigiſſe narrat. Ad eundem certe modum, cum mœroris niuibus premimur, cum cæli ſidera in nos coniurata videntur, cum perſecutionum grandines, difficultatum imbres in nos irruunt, tunc fortiſſimũ Banaiã imitemur, illas omnes viriliter ſuperãtes. Id ipſum figurauit Sponſa, cum diuino amore *Cant. 3.* æſtuans aiebat: *Surgam, & circuibo ciuitatem, per vicos, & plateas, quæram quem diligit anima mea. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatẽ, percuſſerunt me, & tulerunt pallium meũ cuſtodes murorum.* Surgam anxia, præ amoris igne impatiẽs, noctis inclementiam nõ formidans, abditiſſimas quaſque ciuitatis latebras perueſtigabo, vt dilectum adinueniã. Quod ſi ciuitatis cuſtodes manus in me violenter iniecerint, ab incepto itinere non deſiſtam, ſed pallium fugiens in manibus eorũ derelinquã, ac vulnera, quæ pro dilecto meo mihi intulerint, libenter feram: immo & moleſti incurſus grati & dulces; incommoda, commoda; difficilia, & aſpera ſuauia videbuntur. Quod ſane Crucis amatores per ſe experiuntur, dulcedinem maximam in ea inueniẽtes. Certe Moyſis *Exod. 4.* virga venenoſus anguis prima facie videbatur, adeo vt fugeret Moyſes, ſed illam viriliter deinde capiens, nouit virgam eſſe, tãtaque per illum prodigia patrauit, tantam ſibi attulit, & vniuerſo populo lætitiam, vt iure optimo Dauidicũ illud pronunciare potuiſſet: *Virga tua, & baculus tuus* *Pſal. 22.* *ipſa me conſolata ſunt.* Virtus quęcumque propter difficultatem, quam præſefert, quia virtus verſatur circa difficile, venenat⁹ coluber videtur; ſi tñ ei manus admoueatur, baculus eſt, cui inniti quiſque poteſt. Leonem, quem Samſon intereme- *Iudic 14.* rat, ecquis nõ reformidaſſet? Crederet vnuſquiſq; a longe illum videns viuum eſſe, & voracibus dẽtibus os habere armatũ, ſed re vera iacebat exanimis, & dulciſſimum mellis fauũ in ore tenebat. Eundem terrorem immanis ille, quem Tobias *Tob. 6.* vidit, piſcis incutiebat, ſed manibus tentus viſceribus diuulſis cæco patri attulit medicamen. Immanis beſtię, & irati leonis faciem præſefert virtus, ſi a longe eam intueamur, ſed proximius inſpecta medelam affert. Effera videntur monſtra ieiunia, & eleemoſynę, ſed guſtata mellis ſuperãt dulcedinem, medicamina ſunt, quibus cæcutientia noſtræ aciei lumina inclareſcunt.

Vbi eſt, qui natus eſt Rex? Crediderim miſeri- *Matth. 2.* cordem Deum his ſui nominis præconibus in Hieruſalem Hebræorum metropoli clamãtibus, ſomnolentos ad veri Dei cognitionem excitaſſe, atque ex alio capite gentem illam voluiſſe confundere, qui illum nequaquam perquirere voluiſſent, quamuis proximas regiones incolerẽt, quas Magi tam anxie perquirebant. Adimpleuiſſe videtur Deus, quod in Deuteronomio minat⁹ fue- *Deuter. 32.* rat: *Ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus.* Pulchre figuratum hoc cerno in eo, quod Aſina Ba- *Num. 22.* laam vidit, quod ipſe Balaam non videbat: ſic inculta gẽtilitas Regibus his ſignificata e cęlo edocta didicit, quod nec doctiſſimi Hieroſolymorũ Satrapæ noſcere potuerunt. Cõparauit Hebræos D. Gregorius cæco Iſaac, qui filium ſuum, quem *D. Greg.* tenebat, de quo vaticinabatur, lumine captus no- *Gen. 27.* ſcere non potuit: ſic populus ille noui Regis aduentum audiens credere noluit, immo nec illis quiſquam eorum ſe adiunxit, vt Chriſtum quæreret. huc facit, quod de Dauid Scriptura teſtatur. *2. Reg. 23.* Hic cũ ſitiens ciſternæ Bethlehem aquã ſummopere concupiſceret, tres milites per medios hoſtes irrumpentes aquam attulere, quã deinde guſtare noluit, immo & effudit in terram. hoc populo Hebræo accidit. Cõcupierat anxie incarnari Verbi aquas, quibus terra fœcundaretur, frequẽter exclamans: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluãt iu-* *Iſa. 45.* *ſtum.* Tres generoſi Reges tot diſcrimina perpeſſi aquam in Bethlehem inueniendam nun- *1. Reg. 8.* tiant, ipſi tamen Iudæi bibere recuſarunt. Legimus etiam populum enixe efflagitaſſe Regem, qui ſibi imperaret, adeo vt nec Samuelis precibus, nec portentis cælitus immiſſis ab incepta deſiſterent petitione, cumque Deus tandem

dem eorum precibus fatigatus Saul Regem vnxiſſet, adeo eum neglexerunt, vt continuo diacerent: 1. Reg. 10. *Num iſte poterit ſaluare nos*? numquid qui dudum paſtorali indutus ſtrophio gregem regebat, regia decor⁹ chlamyde, coronatuſq. incedẽs populis dabit leges? quonam pacto ruſticus poterit politica iura dignoſcere? Efflagitarat Hebræus populus continuis precibus ab æterno Patre Chriſtum Regem: Iſa. 16. *Emitte Agnũ Domine dominatorem terræ*: Luc. 19. quo deinde in carne miſſo, ſtatim exclamare cœperunt: *Nolumus hunc regnare ſuper nos*. Accidit Hebræis, quod de Heli diuinum narrat eloquium, cuius tam hebes erat acies oculorum, vt in accenſam lucernam oculos nequiret intendere, ſed extinctam tantum potuiſſet intueri: 1. Reg. 3. *Non poterat videre lucernã Dei antequam extingueretur*. Sic Hebræi viuentem Chriſtum Dei Filium non cognouerunt, ſed eius luce in Crucis candelabro extincta diuinitatem eius multi cõfeſſi ſunt: Ioan. 8. *Cũ exaltaueritis Filiũ hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum*. quod ꝓbauit euentus: Matth. 27. etenim exclamauit Centurio: *Vere Filius Dei erat iſte*, & quamplures eum Deo æqualem dicentes, reuertebantur pœnitentes, & percutiẽtes pectora ſua.

Matth. 2. *Vbi eſt qui natus eſt*. Sãcti hi Reges doctos viros ſollicite cõſulẽtes præſentiſſimo vſi fuere remedio ad Chriſtum inueniendũ: aliorum enim ad propria negocia adhibere conſilia maximum eſt ſapientis indicium: Prou. 8. 3. Reg. 3. *Ego ſapientia* (ait Scriptura) *in conſilio habito, & eruditis interſum cogitationibus*. Hinc eſt quod Salomon cor docile a Domino flagitabat: *Dabis ſeruo tuo cor docile*, alij transferunt, *cor cum auribus*, hoc eſt doctrinam, & conſilia aliorũ libenter auſcultãs. D. Aug. epiſt. ad Auxent. D. Auguſtinus a D. Hieronymo conſilia petebat, ex Africa Oroſium diſcipulum ad eum mittens: & in epiſtola ad Auxentium fatetur ſe non erubeſcere, quamuis Epiſcopali dignitate fulgeret, alios in eo, quod ſe poſſent docere, conſulere. Chriſtus etiam ſapientia Patris, quem nihil poterat latere, vt nos inſtrueret, multa ſæpe interrogabat, cumque in templo cum doctoribus ageret inuentus eſt a Ioſepho, & beata Virgine interrogans: Luc. 2. *Inuenerunt audientem, & interrogantem*: & cum panis ad turbas reficiendas non ſuppeteret, conſuluit Philippum: Ioan. 6. *Philippe vnde ememus panes*? Apoc. 4. Ioannes etiam regalem Domini thronũ vigintiquatuor ſenioribus, in quibus conſiliũ eſt, & ſapientia, circumdatum vidit, vt diſcerent Principes, nihil vnquam efficere debere niſi cõſilio adhibito, & thronum eorum non ſcurris, & mimis, ſed viris prudentibus, & maturi conſilij circundari eſſe oportere. 4. Reg. 5. Certe Naaman Syriæ princeps ſi, vt facere cœperat, ſeruorum conſilia ſpreuiſſet, q̃ Eliſeo Prophetæ obediẽdũ dicebãt, leproſus remanſiſſet: *Etſi*, aiebant illi, *rem grandẽ tibi dixiſſet Propheta, certe facere debueras: quanto magis, quia nunc dixit tibi, lauare, & mundaberis*? acquieuit ſano illorũ cõſilio, & lauatus eſt. Verũ in adhibendis in noſtris negociis, cõſiliariis ſanctos hos Reges imitari debemus, non indoctos, ſed ſapientes viros conſulentes. Eccle. 9. *Ne ſubijcias te*, ait Eccleſiaſticus, *omni homini pro peccato*, quod Græca lectio tranſtulit: Ne ſubijcias te ſtulto cõfeſſori pro peccato; ne indoctis viris cõſcientiæ tuæ arcana reueles, admonere enim neſciet; ſed prudentibus, de quibus dicitur: *Acceptus eſt Regi miniſter intelligens*. Prou. 14. Quod ſancti Reges intellexerunt Hieruſalem ingredientes, vbi legis peritos nouerant, interrogãtes: *Vbi eſt, qui natus eſt Rex*? Matth. 2.

Vidimus ſtellam eius in Oriente. Tria ſunt in verbis his perpẽdenda. Primum eſt, quod S. Leo hic aduertit ſtellam hanc, quæ Magis apparuit, inter illas connumerandam eſſe, de quibus dixit Dominus ad Abraham: *Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas, & ſicut arenam, quæ eſt in litore maris*. Gen. 22. Duo videtur Deus innuiſſe filiorum Abraham genera, primum cæleſte, *Sicut ſtellas*, alterum terreſtre, *vt arenã, quæ eſt in litore maris*: dicens ergo Euangeliſta, cæleſti ſtella ductos Magos: *Vidimus ſtellam eius*, ſignificare voluit, ſanctos hos Reges nõ pertinere ad filios Abrahæ terreſtres, ſed ad cæleſtes. Secundum perpendamus oportet, diuerſum in vocãdis gẽtibus Dei morẽ eſſe. Rudes paſtores angelicis vocibus vocauit, ſanctos vero hos Reges, quaſi generoſo pollentes animo, tametſi e remotiſſimis regionibus, & maximis incommodis, ſolo nutu vnius ſtellæ, diuino Spiritu intus operante, adduxit. Elucet in hoc Dei diuerſa ſe gerẽdi ratio, qua cũ perfectis & imperfectis vtitur, quam explicuit D. Bernardus, verba illi⁹ Cãtici expunẽs: *Trahe me poſt te, curremus in odorẽ vnguentorũ tuorum* D. Bern in cant. 10. ait enim q̃ cum de ſe loquitur Sponſa, trahendi vtitur verbo, petitq; vi quadam attrahi; cũ vero de adoleſcẽtulis alijs ſermonẽ facit, eas odoris fragrãtia allectas currere dicit. verba Bernardi ſunt: *Quid enim! fortene Sponſa indiget trahi, & adoleſcentulæ nõ indigent? Sed duplicẽ oſtendit Deus vocandi modum; quoſdã tribulationibus, quoſdam ſuauitate quadam attrahit*, & ſubdit D. Bernardus: *Trahimur, cũ tribulationibus exercemur, currimus cũ terrenis conſolationibus viſitati tamquã in ſuaue olentibus vnguentis reſpiramus*. Ait igitur Spõſa ſe, quia in diligẽdo Deo fortiſſima erat, ideo aſperitate quadã ꝑ tribulationes attractã, ceteras vero adoleſcentulas recentia virtutum germina, ſuauitate odoris allici. Diſcrimen hoc innuit Iſaias verbis illis: Iſa. 60. *Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent*. D. Hierony. ibid. B. Hieronymus tranſtulit: *Filiæ tuæ lac ſugent*: 70. ibid. Septuaginta: *Filiæ tuæ ſuper humeros portabuntur*. Vltimum in Euangeliſtæ verbis notandũ eſt, quod videntes ſtellam Magi, illico e Hieroſolyma diſceſſerunt, nec aliquid inter, *vidimus*, & *venimus*, interceſſit, fideiq. bona opera adiunxerunt: quod eos admonet, qui diuina luce irradiati, ſtimuliſq. conſcientiæ agitati ad melioris vitæ ſectandam normam procraſtinantes manus admouere differunt, quos ſimiles dixerim, vel ianuis, quæ quamuis hinc inde moueantur, ſemper tamen in eodem cardine voluuntur; vel ſphæræ, quæ ſemper in eodem centro immobiliter manens circum mouetur. In hos inuehitur Iſaias: Iſa. 14. *Ponã eam in poſſeſsionem hericij*, hoc eſt eos, qui ad me conuerti differunt, hericij pœna mulctabo: quæ verba ſatis quidem difficilia, vt exponamus,

Pierius Valerianus de Vertero. recolamus memoria, quæ Picrius Valerianus de hoc animali ſcripſit. Veteres inquit, vt procraſtinationis damna in meliori vita ſectanda exprimerent, hericium depinxiſſe iu partu crepantem, his ſubſcriptis verbis: *Procraſtinationis damna*. Animal hoc partus tempore adueniente, quia filiorum ſuorum aculeis, cum e maternis viſceribus egrediūtur, acriter pungitur, differt partum: at creſcentibus fœtibus, & prodire conantibus, groſſioribus effectis, tandē aculeis matris viſcera acrius dilacerant. Idem prorſus accidit peccatoribus pœnitentiā procraſtinātibus: dum enim cōuerſionem differunt, augentur in dies peccatorū aculei, magisq. ac magis proprijs ſuccumbunt paſſionibus, & ad extremum diuinis inſpirationibus ſpretis, infeliciſſimo mortis genere præ multitudine peccatorum crepantes, miſere intereunt. Cum quis fraudulētis cum luſoribus aleis ludit, a quibus vniuerſa ſubſtantia facile diripietur, amicus vt a ludo deſiſtat, iterum & iterum admonet; illo tamen non acquieſcente, ſi caſu contingat lucem extingui, nec iterum accendi poſſe, inuitus a ludo ceſſat: ita ſane accidit ei, qui cum tribus fraudulentis luſoribus ludit, mundo, carne, & dæmone. Admonet Deus continuis inſpirationibus, deterret minis, æterna ſupplicia proponit, mortem ad memoriam reuocat: ſed tandem illo hæc omnia ſpernente, vitæ lumen ei extinguit, & velit nolit, a lautis conuiuijs, a male partis pecunijs, a meretricio concubitu, & his ſimilibus abſtinere compellitur. De his dixit Auguſtinus in Speculo miſeriæ humanæ: *Forte dices tibi, cum ad ſenectutem venero, aut aliqua infirmitate detentus fuero, tunc pœnitentiam petam: promiſit mihi Deus veniam, quando me correxero, ſecurus ſum de promiſſione: ecce conſentio, quod peccatori pœnitenti promiſit Deus veniam, ſed tamen diem craſtinum non tibi promiſit*. Cum igitur, fratres, incerti ſitis de die craſtino, inceſſanter vigilate, vt ſi mors pulſauerit ianuam, dignos vos inueniat ad comparendum læto animo ante ſupremum tribunal Chriſti. Cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. *August.*

Homilia Quinta.

Proſequimur idem argumentum, elucidantes verba illa: Audiens autem Herodes turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. & illa alia: Interrogate diligenter de puero, vt & ego veniens adorem eum.

AVDIENS *autem Herodes* *Matt. 2.*
turbatus eſt. Mirum videtur, quod ad Chriſti Domini aduentum turbetur Herodes, cum ipſe ſit, quem Iſaias excelſo illo nomine inſignivit: *Princeps pacis*. Cum *Isai 9.*
in mundum venit, pacem acclamauit: *Et in terra* *Luc. 2.*
pax hominibus: nec in terris ſolum, ſed & in cęlis: *Coloss. 1.*
Pacificans quæ ſunt in cælis, & quæ ſunt in terra.
Viuens, pacem prędicauit, immo & turbatos diſcipulos exprobrauit: *Non turbetur cor veſtrum*. *Ioan 14.*
Moriens pacem teſtatus eſt, quam donauit ſuis
heredibus: *Pacem meam do vobis, pacem meam* *Ibidem.*
relinquo vobis. Reſurgens pacem donat: *Pax* *Ioan. 20.*
vobis. Tandem ipſe eſt pax ipſa: *Ipſe eſt pax no-* *Eph 2.*
ſtra. Cum igitur pax ſit, cur Herodem turbat?
Reſponſio in promptu eſt: Chriſti pax tantum
pijs promittitur hominibus: *In terra pax homi-* *Luc. 2.*
nibus bonæ voluntatis. Herodi, quia peruerſæ
erat voluntatis, pax non debebatur, & ideo
Chriſti audito nomine turbatur: *Audiens au-* *Matth. 2.*
tem Herodes turbatus eſt. Minime quidem a regno ſe deturbandum formidare debuerat: nam
vt cecinit Sedulius: *Non eripit mortalia, qui re-* *Sedul.*
gna dat cæleſtia. Et S. Hilarius Arelatenſis:
Non venerat, vt alienam inuaderet gloriam, ſed *D. Hilar. Arelaten.*
vt donaret ſuam; nec vt regnum terreſtre præripe-
ret, ſed vt cæleſte conferret: non caput ad gemmarum diadema, ſed ad ſpineam coronam præparauit.
Sed quia tyrannice regnū illud occupabat, ſicut
& Romani, ex quorum cōmiſſione Herodes Galilææ dominabatur, a regno deponi formidabat.
Nam vt dixit Sapiens: *Semper præſumit ſæua per-* *Sap. 17.*
turbata conſcientia. Cauſā Herodianæ huius perturbationis ſi noſſe velimus, illam egregie ante
oculos ponit Achan hiſtoria. Præcepit Deus
in deſtruenda Hierico nihil a militibus de inimicorum ſpolijs reportandum: *Cauete*, ait illis *Iosue 6.*
Ioſue, *ne de ijs, quæ præcepta ſunt, quidpiam contingatis, & ſitis præuaricationis rei, & omnia caſtra Iſrael ſub peccato ſint, atque turbentur*. Sed
Achan purpuream veſtem, & virgam auream *Iosue 7.*
furto ſurripuit. Pergentibus deinde tribus millibus militum, vt ciuitate potirentur, exterriti cum ſummo dedecore terga dederunt, adeoq.
euen-

euentus hic eos turbauit, vt de illis dicat ſacra Ioſue 7. Scriptura: *Pertimuit cor populi, & ad inſtar aquæ liquidum factum eſt*. Huius tantæ turbationis vnicum dumtaxat Achan furtum cauſa fuit, cui Ibidem. dixit Ioſue: *Quia turbaſti nos, exturbabit te Deus in die hac*. Nunc igitur ad rem noſtram. Si Herodis turbationis cauſam inueſtigemus, certe non aliam adinueniemus, niſi quod regiam purpuram, & aureum ſceptrum ſurripuerat, tyrannice regnum occupans, & ideo mala conſcientia turbatus, tenerum infantem pertimeſcit. Accidit Herodi, quod furi ſolet accidere. Hic ſi argenteum aliquod vas abſtulerit, infantis etiam lactentis voces pertimeſcens turbatur. Occupabat Herodes Galilæam iniuſtè, atque adeo nati Matt. 2. infantis voces formidans, *turbatus eſt*. Huc accedit innata Herodis crudelitas, quia vt ſcri- Egeſip. de excid. Hieroſ. lib. 1. c. 3. Ioſeph. lib. 14. 15. 16. 17. antiq. & li. 1. de bello Iud. bunt Egeſippus, & Ioſephus, Hyrcanum Regem ſimul & Sacerdotem interfecit, vt regno potiretur: Pheronam fratrem, & Ioſippum cognatum interemit: Marianam vxorem leui ſuſpicione actus decollauit: immo eo peruenit eius immanitas, vt proprios filios Ariſtobulum, & Alexandrum occiderit. Cum tot igitur ſceleribus eius conſcientia premeretur, quid mirum quod turbaretur? Etenim turbatio prauæ conſcientiæ propria affectio eſt. Iob. 15. *Sonitus terroris*, ait Iob de impio, *ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur, circumſpectans vndique gladium*. Duo hoc loco de impio dicuntur: primum eſt, ſemper in ſe proditiones ordiri, continuo armatam inimicorum manum Valer. Max. lib. 9. c. 13. formidans. Quod in Dionyſio Syracuſano experientia compertum eſt, qui, vt ſcribit Valerius Maximus, tanta turbatione angebatur, vt proprios etiam filios expaueſceret, & vt ſecurius dormiret, ligneum pontem, quo tranſitus erat ad regiam aulam, nocturno tempore amo- Plutarch. ueri præcipiebat. De quodam parricida legimus apud Plutarchum, qui cum parentem intremiſſet, domus formidans hirundines, ne ignotum crimen detegerent, eas occidit. Quod manifeſte etiam in Cain occidente Abel perſpeximus, cuius caput hinc inde præ nimia turba- Lyr. in Gen. 4. tione nutabat, & tremebat, vt narrat Lyranus. De impio etiam ſanctus Iob dixit, quod quocumque oculos conuertat, videtur ſibi, minacem gladiorum aciem in ſe conuerti, *circum-* Iob 15. *ſpectans vndique gladium*. Ad quod reſpexiſſe videtur Paradinus, qui vt formidoloſum hominem ſignificaret, roſam expreſſit nouaculis vndique cinctam, & in interioribus roſæ partibus leporem illis confoſſum. Cui perſimile eſt Ibidem. quod dicit Iob: *Circumſpectans vndique gladium*. Praua enim conſcientia omnia aduerſa ſupra dorſum eius caſura ſuſpicatur, & ſicut vulneratam manum habens, quidquid iuxta ſe moueatur, ne in illam tendat reformidat; ſic qui læſam ac vulneratam habet conſcientiam, quidquid aduerſum mouetur, in eum irruere pertimeſcit. Hinc eſt, quod Heli ſacerdos, vt nonnulli exiſtimant, a Samuele, quę a Domino accepiſſet, noſſe cupiebat, quia de ſeipſo, ac de ipſius culpa Dominum locuturū ſuſpicabatur. Hinc etiam eſt, ꝙ cum Chriſtus Dominus in Cruce exclamaſſet, *Eli, Eli lammazabacthani*, exiſtimarunt Iudæi Matth. 27. Eliam a Chriſto inuocatum: vnde clamarunt: *Eliam vocat iſte*. Ibidem. Vbi acute annotat D. Auguſtinus, id dixiſſe, quaſi pertimeſcentes, ne iterum D. Aug. in eund. loc. 4. Reg. 1. Elias ignem faceret deſcendere de cælo, vt omnes combureret, vt olim fecerat, prout legimus libro quarto Regum cap. primo.

Tandem praua conſcientia adeo formidoloſa eſt, vt de ea dictum ſit: *Terrebit eos ſonitus* Leuit. 26. *folij volantis, & cadent nullo perſequente*. Quod accidit Ioab, qui, cum Salomon ad regiam di- 3. Reg. 2. gnitatem eueheretur, nemine illum perſequente ad templum confugit: immo & terræ puluis in huiuſmodi viros phalanges inſtruit. quod figurauit illud Exodi. Exod. 8. Nā cum percuſſiſſet Aaron terræ puluerem, ſciniphes innumeri prodierunt, quos exercitus conſtruxiſſe iure optimo dixeris, cum illis lanceam, & tubam, vt Tertullianus annotauit, natura conceſſerit. D. Auguſti- Auguſt. epi. 119. c. 16. nus moraliter hunc locum exponens, vult animalia hæc aculeos habentia, prauæ conſcientiæ ſtimulos ſignificare, quibus impius veluti pungentiſſimis aculeis transfigitur: & quia ſicut ſciniphes importuno illo ſuo rumore nocturnam quietem dormientibus impediunt, ita praua conſcientia peccatorem quieſcere non ſinit.

Et omnis Hieroſolyma cum illo. Turbato He- Matt. 2. rode, ſubditi omnes conturbati ſunt. Hoc eſt proprium adulatorum, crimen Principum ingenio, & moribus cōformari, ideoq. Echo merito comparantur, prolatas voces repetenti: ſi expedire aliquid Principes aſſerunt, annuunt ipſi; ſi negant Principes, non diffitentur & illi. Comparantur etiam ſpeculis, & vmbris corporum, quæ ſi lætum, aut triſte, longum, aut breue corpus fuerit, longam, aut breuem; lætam, vel triſtem effigiem repræſentant. Comparantur Chamæleonti, de quo ſcribit Plinius, omnibus ve- Plin. lib. 28. hiſtor. natural. c. 8. ſtiri coloribus, albo excepto, quod animal Deus abhorrens ſibi immolari in Leuitico prohibuit. Leuit. 11. Sic adulatores vitia Principum laudantes, omnibus induuntur mendaciorum coloribus, nunquā tamen veritatis candore, ſemper fallacibus eorum dictis ſe conſentire callide ſimulantes. Deteſtandum hoc vitium exſecratur D. Gregorius his elegantibus verbis: D. Greg. ho. 12. *Adulatio blanda applaudit omnibus, omnibus ſalue dicit, prodigos vocat liberales, auaros ſapientes, laſciuos curiales, garrulos affabiles*. Sigiſmundus Imperator adeo execrabatur illud, quod vt refert Æneas Sil- Aen. Silu. de dict. & fact. Imp. uius, alloquens quadam die adulatorem, qui fucatis, & dulcibus verbis eum demulcere tentauit, iratus colapho illum cecidit: cui dicenti cur me cædis? reſpondit Imperator dignam tali viro ſententiam: *Cur me mordes?* vt enim Hiſpanum habet prouerbiū; *De perro que muerde y no ladra, de eſe te guarda*. Significauit illis verbis Imperator, adulationem morſum dilacerantem iudicandum eſſe, nam ſub exteriori verborum ſuauitate, & lepore canini latent den- Paulus Manutius in adag. tes. Et hinc eſt quod Paulus Manutius in ſuis

ada-

Digitized by Google

adagijs adulatinnem *lethale mulſum* antiquitus appellatam commemorat. Et Diogenes in ſuis prouerbijs adulationem *melleam præfocationem* dicebat, quia qoi adulationi acquieſcit, dulci eius melle immerſus ſuffocatur. Huc facit, quod enarrat Plinius, Heracleæ in Ponto auem quandam reperiri, quæ venenatum mel conficit, illudq. comedentes dulcedine capti vita priuantur. Id ſane ad viuum exprimit, quod adulatoribus accidit: hi adulationis dulcem fauum conficiunt, ſed mortifero veneno infectum, vt prædixit Dauid: *Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.* Felix tranſtolit: *Et ipſi ſunt gladij, vel maledictiones.* Aquila: *Ipſi ſunt doli.* Hinc eſt, quod idem Dauid excedi potius a iuſto viro expetebat, quam a ſimulatoribus demulceri: *Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Adulationem olei nomine apte deſignauit ob multiplicem cum illo ſimilitudinem. Eteoim ſicut oleum varijs pollet virtutibus, iuxta herbarum, ex quibus conficitur, varietatem, quod deinde per male affecta membra diſcurrens olei virtutem effundit: ſic adulationis oleum adulatorijs verbis imbibitum tamdio permeat, quamdiu ad intima vſque præcordia deueniat, vt dixit Caſſiodorus: *Noſtras mentes velut olei pinguedo libenter ingreditur, liuorem vanitatis emolliens.* Et ſicut oleum in herbis diu infuſum, etiam ſi inde extrahantur, herbarum latentem vim in ſe continet: ſic adolationis oleum quamuis exterius veritatem patefacere videatur, intus tamẽ mendacij vim celat, qua corda dilacerat, ſicq. vbi vulgata editione legimus: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum*, in Hebræo eſt: *Oleum veneni*, vel vt alij legunt: *Oleum amaritudinis non impinguet caput meum.*

Diog. in ſuis prouerbijs. — *Plin. de hiſt. nat.* — *Pſal. 54.* — *Pſal. 140.* — *Ibidem in originali Hebræo.* — *Alia tranſlatio ibid.*

Et omnis Hieroſolyma cum illo. Adeo efficax eſt maiorum exemplum ad ſubditorum animos euertendos, vt turbato Herode vnioerſus populus fuerit concitatus. Non immerito exclamat D. Bernardos: *Miſera ciuitas, in qua regnat Herodes, quoniam Herodianæ ſine dubio particeps erit malitiæ.* quod rei probauit euentus. Etenim turbato Herode, vniuerſa ciuitas cum illo turbata eſt: *Et omnis Hieroſolyma cum illo.* Atque ex hoc licet dignoſcere, maiorum crimina ſemper grauiora eſſe, & grauioris ac vniuerſalioris detrimenti originem. Prælati enim norma ſunt, per quam vniuerſa ſubditorum geſta diriguntur: ipſi ſunt horologiom, quo ſubditorum motus regulantur: ipſi ſunt originalis ſcriptura, quæ ſubditis reſcribenda proponitur, quam ſi erroribus labefactatam eſſe contigerit, reliquũ eſt, vt eius errores in tranſlatione prodeant, qoia tranſcriptum, originale refert. Certe ſi faber ſimulachrum conficit, quod reliquorum artificum norma eſſe debeat, vires omnes adhibet, ne qoid imperfecti in eo appareat. Etenim ſi hoc fuerit imperfectum, reliqua omnia ad eius normam elaborata imperfecta extabũt: propterea grauiora ſemper ſunt maiorum crimina; originales enim ſunt imagines, aut ſcripturæ, quibus ſe ſubditi aſſimilant. quod in Herode perſpicue paret, cum eo torbato vniuerſus etiam populus turbatus eſt: *Et omnis Hieroſolyma cum illo.* In quæ verba hæc habet D. Bernardus: *Videte fratres quantum moueat iniqua poteſtas, quomodo caput impium ſubiectos quoque ſuæ confirmet impietati.*

Matth. 2. — *D. Bernard. de Epiph. Domini.* — *D. Bernard. ibid.*

Congregans omnes principes Sacerdotum, &c. Conſuluit Herodes doctos viros, vt locum, vbi Chriſtus naſciturus erat, aperirent. Verum dum conſilium hoc adhibet, vt noui Regis impediret aduentum, ſtolticiam ſuam manifeſte oſtendit. Vel enim nouæ ſtellæ, & Prophetarum vaticinijs fidem præſtabat, vel non: ſi non, nihil ſibi pertimeſcendum ſuiſſet: ſi vero eis credebat, quid inſanius, quam diuinis ſeſe opponere conſilijs, & diuina tentare corrumpere oracula, quæ Chriſti Ieſu aduentum prænunciabant? Sed reſponderunt principes Sacerdotum, in Bethlehem naſciturum. Qnod ſane ſilere debuiſſent: tum qoia, vt ipſi nouerant, Herodes de Chriſto id ſciſcitabatur, vt eum occideret: *Sacramentum autem Regis abſcondere bonum eſt*, vt dixit S. Tobias; tum quia è verbis, quæ ſacra Scriptura profert, præcipua retineuerunt, quibus Chriſtus Dominus denuo natus, æterno Patri coæqualis, ab æterno genitus pronunciabatur: *Egreſſus eius a diebus æternitatis.* Quod deinde origo & cauſa fuit, vt fugeret Chriſtus in Aegyptum ob perſecutionem Herodis, & vt innocẽtes infantes interimerentur. Atq. ex hoc antiquorum illorum Rabbinorum facto etiam in poſterum Hebræi didicere, a ſacris Scripturis ea demere, quæ ſibi non congrua videntur, vt falſa ſua dogmata aſtruant. Vnde vt tradit Iuſtinus Martyr e Pſalmo 95. *Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit*, vocem illam (*è ligno*) abſtuliſſe, vt qui è Cruce titulum auferre non potuerant (*Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*) ſaltẽ ab ſcriptura Pſalmi illũ demerent. Hunc morẽ truncandi ſacræ Scripturæ teſtimonia olim docuit eos pater mendacij, cum, vt perſuaderet Chriſto Domino, vt è templi pinnaculo præcipitem ſe daret, Pſalmi verba afferens: *Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te*, reticuit verba ſequentia, *in vijs tuis*: nouerat enim vias ibi oon eſſe, ſed præcipitia.

Matth. 2. — *Tob. 12.* — *Mich. 5.* — *Iuſt. Mar. in Pſal. 95.* — *Ioan. 19.* — *Pſ. 90.*

Interrogate diligenter de puero. Gloſſa in his verbis hæc habet: *Herodes deuotionem promittit, ſed gladium acuit, malitiam cordis depingens colore humilitatis.* Callide Herodes deuotionem in Chriſtum ſimulabat, illudq. quod Ioab in Amaſam præſtabat, quem pacifice amplectens, pugione confodit: illud quoque quod Abſalon erga patrem Dauid, a quo in Hebron ſe ſacrificaturum ſimulans diſceſſit, cum in eum proditionem moliretur. De Iacob ſacra Scriptura teſtatur: *Vox quidem, vox Iacob eſt, ſed manus, manus ſunt Eſau.* Non diſſimiliter hic vox Herodis deuoti quidem hominis vox erat: *Vt & ego veniens adorem eum*: ſed cor eius praua intentione corruptum erat, vt Ieſum occideret,

Matth. 2. Gloſſ. ord. — *2. Reg. 20.* — *2. Reg. 15.* — *Gen. 27.* — *Matt. 2.*

Egit

Egit tunc Herodes, quod in accipitre experimur: hic autem inſequens non ſtatim vnguibus diſcerpit, ſed circa eam leuiter circumuolans, ſuam in volando pernicitatem ſimulat, vt in illam poſtea maiori impetu irruere poſſit. Cupiebat Herodes infernalis accipiter recens natum infantem deprædari, verumtamen non ſtatim ſe eius mortem machinari detegit, ſed potius deuotionem erga eum ſimulabat: *Vt & ego* (Matth. 2.) *veniens adorem eum*: ſed diabolica calliditate id efficiebat, vt natum infantem præ manibus habens crudeliter interimeret. Contemplor Herodem in hac ſua verſutia miluo ſimillimum. Hic quamuis regiæ aquilæ volatum imitans, altius per aera feratur, oculos tamen a terra, e qua pullũ rapacibus vnguibus deprędari machinator, non auertit. Simulabat Herodes cæli ſuperna tranare, verba illa proferens: *Vt &* (Ibidem.) *ego veniens adorem eum*; ſed ad tenerum infantem occidendum totam mentis aciem intendebat. Infernalis proculdubio verſutia tanto quidem deteſtabilior, quanto pretextu religionis & piæ Chriſti adorationis fuco tegebatur: *Vt & ego veniens adorem eum*. Nihil ſane vehementius diuinã irã prouocare arbitror, quam deuotionem ſimulare, vt media illa diuina maieſtas offendatur. In Deum enim tartareis armis, ira, ſuperbia, ceteriſq. peccati telis inſurgere, graue quidem eſt facinus; ſed aduerſus illum proprijs ipſius Dei armis, deuotione, diuinoq. cultu bellum mouere, diuinum vltra quam dici poteſt excitat furorem. Id enim eſt velut gladium è Chriſti latere euaginare, & eo in illum immaniter irruere. De Naboth legimus, quod (3. Reg. 21.) cum Regi vineã ſuam tradere noller, adeo grauiter læſum ſe credidit Rex, ac ſi crimen læſæ maieſtatis patratum fuiſſet in eum, iuſſitq. populum ieiunare, vt cælitus acciperet, qua pœna mulctandus eſſet Naboth, quem blaſphemaſſe falſo criminabatur. Adeo id abominatus eſt Dominus, cernens arma ſacra, quibus diuina eius ira placanda erat, ad eum offendendum eſſe cõuerſa, vt iuſſerit Eliæ Achab enunciare, illum ibidem a canibus diſcerpendum, vbi ſanguinem Naboth effuderat. Caueant, qui vt praua ſua deſideria compleant, ſacrificijs, ſacramentis, templis, ceteriſq. huiuſmodi Deo ſacris abutuntur: hæc enim execranda ſacrilegia non ſolum in futura, ſed in præſenti etiam vita grauiter ſolet Deus punire.

(Matth. 2.) *Ecce ſtella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer*. Sanctus Maximus affirmat, ſtellam hanc, (S. Maximus hom. de Epiphan.) vt ad ſtabulum peruenit, clariores lucis radios effudiſſe, quibus velut indice oſtendebat, ibi delitescere infantulum Regem quem quærebant. Mos apud typographos inoleuit, vt quando in libro aliquid dignius notatu, & obſeruatione occurrit, ſtellæ ſignum ſuperponant, vt verbum, vel ſententia illa ſingolari attentione perpendatur. Quod, quæſo verbũ, diuino Verbo præſtantius, quo Deus excellentius nullum proferre potuit? ſupra hoc ergo verbum ſumma obſeruatione dignum, illud ſtellæ ſignum conuenienter appoſitum fuit, vt ſacri Reges admonerentur ibi ſiſtendum eſſe, nec vlterius progrediendum, donec cæleſte, ac diuinum illud Verbum attente perpenderent.

Accidiſſe contemplor his ſacris Regibus, quod venantibus accidere ſolet. Accipiter eum perdicem inſequitur, ſi illa inter vepres ſe abſcondat, ita vt inde nec roſtro, nec vnguibus eam extrahere queat, vepres circumuolat, vt ſaltem locũ, in quo perdix latet, venatoribus deſignet, vt ſic eam aucupari poſſint: ita miraculoſa illa ſtella, vt ait Beda, Bethlehemiticam porticum (Beda de Natiu. Christi.) cingebat, quaſi deſignans Regibus locum, vbi diuina præda, quam ex tam longinquis regionibus venari venerant, inuenirent.

Ecce ſtella, quam viderant in Oriente. (Matth. 2.) adinuento ſacro infantulo ſtatim ſtella diſparuit. Creaturarum enim munus eſt, ſi Creatori ſuo, vt oportet inſeruiant, ad Deum nos perducere, deinde impedimento nobis non eſſe ad illum vſque in finem nobiſcum retinendum. Sane ſi Confeſſarius, poſtquam honeſtam feminam, ſiue nuptam, ſiue innuptam, bonis conſilijs in confeſſione imbuit, continuo ab eius oculis vſque ad aliam confeſſionem ſe ſubtraheret, & crebras viſitationes, & pia etiam munuſcula, (quia latet anguis in herba) vitaret, non parua incommoda, quæ & Deo & hominibus vehementer diſplicent, de medio tollerentur: alioquin ſæpe extra confeſſionem fient, quæ neceſſariam materiam confeſſionis opus erit eſſe, vt experientia ipſa non ſemel comprobauit.

Vt tamen ad id, vnde nõnihil digreſſa eſt oratio, reuertatur, ſane creaturis tamquam portatili quadam ſcala vti debemus, quam cum ad aliquid apprehendendum adhibuerimus, illico abijcimus. Hoc in illo Eliſei mẽtis exceſſu figuratum cernimus, qui rogatus vt vaticinaretur: *Adducite*, inquit, *mihi pſaltem*. Citharæ ſo- (4. Reg. 3.) num flagitauit, vt ſonus ſuauitate ad Deum erigeret, ſed mente ad Deum erecta de pſalte amplius non curauit; ita & nos creaturis eatenus vti debemus, quatenus tamquam media ad vltimum noſtrum finem Deum optimum Maximum deſeruire poſſint. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homi-

Homilia Sexta.

Varijs animi conceptibus, & ratiocinationibus moralibus finitur cœpta ſuperius interpretatio Euangelij, quod in feſto Epiphaniæ ab Eccleſia cantatur in illa verba: Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius: Obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham: Et reuerſi ſunt per aliam viam.

Matth. 2. INtrantes domum inuenerunt puerum cum Maria, &c. Sunt hæc Euangeliſtæ verba tam ſublimibus referta myſterijs, vt non ſolũ in eo quod dicunt, ſed in eo etiam quod tacent, mirabilia mihi, & ſuauiſſima videantur. Quis enim eſt, qui non miretur ab Euangeliſta narrari, hos ſanctos Reges valde fuiſſe gauiſos, quando ſtel- Ibidem. lam, quæ diſparuerat, viderunt? *Gauiſi ſunt gaudio magno*. Nunc vero cum inueniunt ſolem, & lunam, Chriſtum nempe & Mariam, nihil dici de gaudio, quod proculdubio maximum ſuſceperunt. Verumtamen id ab Euangeliſta factum eſt, non quod minori gaudio affecti Reges fuerint, ſolem, & lunam intuentes, quam cum ſtellam viderunt; ſed quoniam verba defuerunt ad illud ſignificandum & exaggerandum. Talis enim eſt rerum magnarum conditio, vt plus de illis ſilentio, quam ſermone dicatur. Vnde plu- 2.Cor.12. ra de beatitudine dixit Apoſtolus, inquiens: *Quæ non licet homini loqui*, quam ſi de illa multa librorum volumina confeciſſet. Samnitem Ægypti Regem tradũt hiſtoriographi captum apud Cambiſem, quod quendam è regno ſuo mendicitatem pati vidiſſet, in lacrymas prorupiſſe; eundem autem paulopoſt cum filium ſuum capite truncatum fuiſſet intuitus, nihil ſudiſſe lacrymarum: qui rogatus a Cambiſe, quare cum defleuiſſet alienum laborem ſubditi ſui ſtipem colligentis, lacrymas in morte filij continuiſſet? Reſpondit, parua mala plorari poſſe, maximis ſiccari fontem lacrymarum. Nimia enim affectus vehementia infert ſtuporem, & eripit loquelam: ſicut Hieremiæ accidit, qui ſuã profeſſus infantiam ad explicanda diuina, dice- Hierem. 1. bat: *A, a, a, Domine neſcio loqui*. Quamobrem vt Euangeliſta magnum fuiſſe Regum gaudium, Chriſtum & Matrem eius videntium oſtenderet, illud ſilentio præterijt, quod verba deficerent, quibus illorum exultatio explicari ſatis valeret. Magna fuit lætitia mulieris illius, quæ in Euangelio narratur perditam drachmam in- Luc. 15. ueniſſe, quam vt inueniret (vt textus vnus dicit) *Euertit domum*, ſeu vt alij legunt, *euerrit domum*: vtraque lectio eius in quærendo innuit diligentiam: *euertit totam domum*, id eſt ſolicita & anxia nihil in ſuis ædibus reliquit intactum, omnia reuoluit, ima ſummis, & ſumma imis commutans: cumq. illam non inueniſſet, ſcopis domum verrit, & ſingulos eius angulos luſtrauit, ac deni que inter rudera reperiens tanto gaudio correpta fuit, vt ad vicinas egreſſa dixerit: *Congra-* Ibidem. *tulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram.* Amiſerant gentiles per hos Reges repræſentati drachmam, ſeu margaritam omniũ preciosiſſimam, ipſum videlicet verũ Deum: veniũt nunc vt illum inueniant, totamque Hieruſalem perlustrantes cũ nõ reperiſſent, pergũt ad ſtabulũ Bethlehem, in cuius lætaminibus & ruderibus Chriſtum inuenerunt Orientis margaritum, tantoque affecti ſunt gaudio, vt mulierẽ de drachmæ inuentione lætantem longiſſimè ſuperauerint: illa enim gaudio non obſtupuit, Reges lætitia exultantes & admiratione impediti obmutuerunt, ob idq. quantus horum Regum fuerit iubilus, & quam profuſa lætitia, non verbis ab Euangeliſta, ſed ſilentio fuit expreſſum.

Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Ingreſſi porticum Bethlehem, viderunt tenellum infantem in brachiis pulcherrimæ Virginis iacentem; viderunt ſtellam Iacob, Gen. 49. quæ in cryſtallino Mariæ ſinu tamquam in cælo ſuo thronum locauerat; viderũt florem egreſ- Iſai. 11. ſum de radice Ieſſe, preciosum margaritum ſuo quaſi inſculptum conchylio, adamantem inæſtimabilem anulo affixum, fructum iam ab arbore auulſum, ſed ab illa pendentem, triticum in Bethlehẽ, ideſt in domo panis, tamquã horreo incluſum, fortiſſimum vnicornem in gremio Virgi- Exod. 25. nis, panem propoſitionis ſuper menſam, alterũ Samſonem in ſinu pulcherrimæ Dalilæ recum- Iud. 16. bentem, viderunt tandem ſapientiam æternam in domo propria, quæ ſanctiſſima Virgo eſt: *Sa-* Prouer. 9. *pientia ædificauit ſibi domum*. Sed contemplemur, quid myſterij ſit, quod paſtores puerum inuenerint in præſepio: *Inuenerunt infantem poſi-* Matth. 2. *tum in præſepio*; Reges autem, quando ad illum venerunt, in brachijs ſuæ matris repererint: *In-* Ibidem. *uenerunt puerum cum matre eius*. Iudico quidem voluiſſe Deum ſignificare, quòd ſe omni hominum generi & conditioni accommodat, ſublimibus ſe, atq; humilibus, magnis & paruis attemperans, ideoq; paſtoribus apparuit in præſepio tamquam in tuguriolo ſuo; Regibus vero tanquam & ipſe Rex in throno poſitus Virgineo, maioris quidem pleno maieſtatis, quam olim thronus erat Salomonis; in throno inquam, quo 3.Reg. 10. numquam Chriſtus poſt ſinum Patris, in cælo, vel in terris habuit precioſiorem. Quam Dei conſuetudinem imitata Virgo ſacratiſſima non in paſtorum, ſed in Regum aduentum, qui erant hoſpites honoratiores, ſeipſam ornauit aureo

ſuo

ſuo monili, Dei videlicet Agno pendente a pectore Patris, vt ſicut præcipua pulchritudo, & decus mulieris, quam vidit Ioannes in Apoca-
Apoc. 12. lypſi, erat ſol, ita quoque ornamentum ſuum erit Chriſtus iuſtitiæ ſol fulgentiſſimus.

Matt. 2. *Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Inter multa, quæ contra Deũ ſcelera patrabantur, nihil magis eius deterebat auctoritatem, & minuebat magnitudinem, quã quod ab omnibus, non vt verus Deus, haberetur & coleretur: nam etſi adorabatur ab Iſrael, anguſtus ille cultus erat, & exiguus terrarum angulus; genteſq. illum Hebræorum Deum confitentes, non melius aut altius quam de ſuis idolis ſentiebant, immo deterius, quoniam iudicabant eum nimis acrem & rigidum, acceptarũq.
Pſal 93. iniuriarum vltorem, vnde vocabatur, *Deus vltionum.* Hoc damnum reſarciri non ita bene poterat, Deo Filio intra Patris pectus abſcondito, ſicut carnem noſtram induente, & ſe hominibus indicante, vt videntes homines tenero infanti cantari ab Angelis hymnos, & ſubijci Reges, inde colligerent eſſe Deum, videnteſq. pannis inuolutum, placabilem, & amabilem, mutarent veterem de illo opinionem, & Deum eſſe cognoſcerent non vltionum, ſed miſericor-
2. Cor. 1. diarum, ſicut ſcriptum eſt: *Deus miſericordiarũ, & totius conſolationis.* Ob idq. ſe reuelauit Regibus & paſtoribus, & ab eis voluit inueniri:
Matt. 2. *Inuenerunt puerum cum Maria matre.*

Ibid. *Et intrantes domum inuenerunt, &c.* De tribus perſonarum generibus mentionem facit Euangelium hodiernum, quæ Chriſtum, etſi diuerſo fine ac intentione, quæſierunt. Primus omnium quæſiuit Herodes, vt ei vitam eriperet, typus ſatis expreſſus eorum, qui malis conſilijs, dolis, ac fraudibus Chriſtum perſequuntur recens natum in cordibus eorum, qui ad ipſum recenter conuerſi ſunt, deducentes eos vel ad malæ contractationis domum, vel ad ludum, & laſciuam deambulationem, aliave periculoſa commercia, & profana contubernia, quibus a concepto perſeuerantiæ propoſito reuocati, infeliciter abortiunt. De id genus hominibus dixit
Amos 1. Deus: *Super tribus ſceleribus, & ſuper quartum non conuertar, eo quod diſſecuerit pregnantes.* S.
S. Gregor. Gregorius inquit voluntatem eſſe animæ ventrem; ipſa enim eſt, quæ bona concipit deſideria: impediens ergo ne illa feliter edantur partu, ſed curans potius vt abortiantur, hic profecto diſſecat animas, bonis deſiderijs prægnantes. Quod adeo grauiter Deus fert, vt de hoc
Amos 2. ſcelere dicat: *Super quartũ non conuertar:* id eſt, difficulter veniam indulgebo. Sunt improbi hi
Exodi 1. conſiliarij ſimiles Pharaoni; nam ſicut ille Hebræorum occidit primogenitos; ſic iſti peruerſæ ſuæ doctrinæ conſilijs animæ primogenitos, id eſt prima & ſancta eius deſideria tollunt, & extinguunt, ſimiles impio Herodi: nam ſicut per illum Diabolus voluit Chriſtum adhuc infantulum de medio tollere; ita per iſtos animam interimere annititur eorum, qui adhuc in virtute ſunt infantes, & lactantes, ſicut dixit S. Leo Pa-
S. Leo. pa: *Et quandam tenerã fidei infantiæ ſcintillam*
Apoc. 12. *tentat extinguere.* Similes draconi tartareo, expectanti mulieris partum, vt illum deuoraret; cuius caput horrendum, & vaſtum, ac crudeles, ſi non ſunt iſti, ſunt ſaltem collum illius, vt
Iob c. 41. dixit Iob: *In collo eius demorabitur fortitudo.* Quoniam ſicut collum eſt via, & quaſi aquæductus, per quem quidquid a capite procedit in membra corporis influit; ita iſti ſunt aquæductus, per quos Diabolus in animas hominum ſuas veneno infectas aquas immittit. Subdens
Ibid. autẽ, quod *in collo demorabitur eius fortitudo*, peculiare ad noſtram intentionem habet myſterium; indicat enim ſæpe Diabolum, quod per ſe conficere non potuit, per huiuſmodi malos interceſſores & fraudulentos conſiliarios, & conſiliorum eius geſtores ad exitum perducere; nam in horum induſtria, ſollicitudine, & interuentu vniuerſa eius fortitudo poſita eſt. Secundum genus hominum eſt Sacerdotum, Scribarum, & Doctorum legis, qui ſolum quæſiuerunt Chriſtum ſcrutando, & legendo ſacras Scripturas, de illius aduentu tractantes, & locum natiuitatis eius indagantes. Sed ſubſtiterunt intra harum rerum meditationem, ad opus & praxim non pergentes, quoniam Chriſtum non adorauerunt, nec vt naturalem Regem, & legitimum eorum Dominum receperunt. Ex quo patet magnum & virulentum vlcus, & grauiſſimus morbus plurium hominum eruditione præſtantium, qui cum alijs lumen præbeant, ipſi perpetuis inuoluuntur tenebris, vnde illos Augusti-
Aug ſer. 1. nus in ſermone Epiphaniæ comparat columnis in triuio poſitis, quæ viam oſtendentes iter agẽtibus, ipſæ manent immobiles. Confert etiam eoſdem cum illis, qui arcam Noe fabricarunt, nam facientes nauigium, intra quod alij vitam retinuerunt, ipſi foris manentes aquis obruti
1. Cor. 13. perierunt. Apoſtolus Paulus huiuſmodi homines eſſe dicit *velut cymbalum tinniens.* Nam quemadmodum tintinnabulum extra eccleſiam ſemper manens ad eam conuocat abſentes: ita qui ſcientiæ rerum non adiungunt vitæ ſanctitatem, docent, & conuertunt alios, & interim ipſi vitiorum laqueis irretiri perſiſtunt: ſubtiliter de iuſtificatione diſſerunt, & numquam ipſi iuſtificantur: diſputant de contritione ſublimiter, & numquam cor ipſorum pro peccatis, vt par erat, indoluit; impleturq. in illis quod
Malach. 6. dixit Malachias: *Calcabis oliuam, & non vngeris oleo, & muſtum, & non bibes vinum.* Ab his enim ſacramenta cum tractentur, & alijs adminiſtrentur, nullum inde fructum experiuntur. Sed in hoc genere mali, vt mihi videtur, peſſimum eſt, quod viri ſapientes, ſiquando a virtute declinant, malitiam ſumme ſectantur, & in ea maxime excellunt, vt experimento conſtat Luciferi in cælo, & Adami in terris, qui mentis perſpicacitate, & excellentia omnes alias puras creaturas, vna Deipara excepta, præcelluerunt, atque ita pariter in malitia excedentes, peccata commiſerunt magis vniuerſalia, & omnium quæ in mundo patrata ſunt maxima, &

perni-

pernicioſiſſima: quandoquidem Lucifer peccans
ſecum traxit tertiam angelicarum ſtellarum
partem, & Adam ſimiliter Deo non obediens
peccati ſui labe totum humanum genus fœda-
uit. Huius veritatis figuram egregiam inuenio
Geneſ. 6. in Geneſi, vbi ſcribit Moyſes filios Seth captos
pulchritudine filiarum a Cain propagatarum,
quæ malis & corruptis moribus erant. Nam
etſi earum progenitores boni erant, ita malæ
fuerunt, vt ab illis ſit orta portentoſa progenies
immanium gigantum: *Gigantes erant ſuper ter-
ram in diebus illis*. Idem quoque accidit in re-
bus ſpiritualibus: nam cum bona mens quaſi
nubit & conformatur deprauatæ voluntati, gi-
gnuntur portenta peccatorum, & immanium
ſcelerum, dum mentis acumen eo totum inten-
ditur, vt modum inueniat, quo voluntatis deſi-
deria illicita, & effrænis cupiditas expleatur.

Matt. 2. *Et procidentes adorauerunt eum*. Narrat ſacra
Gen. 24. pagina Rebeccā, vt nuberet Patriarchæ Iſaac,
veniſſe ad illum camelo inſidentem, quæ videns
Iſaac in agro peditem, protinus a camelo de-
ſcendit, & ad eius pedes procubuit. Ita genti-
litas per hos Reges (vt dixi) figurata veniens
in dromedarijs, contractura cum Chriſto nu-
ptias, vbi primum ad portienm Bethlehem ap-
Matth. 2. propinquauit, Chriſti pedibus aduoluta fuit: *Et
procidentes adorauerunt eum*. Tuncq. impletum
fuit quod prædixerat Iſaias; nam vbi vulgata
Iſai. 42. editio legit: *Dabis in conſpectu eius Reges, & gen-
Septuag. Interpretes in c. 41. Iſai. tes obtinebit*, ſeptuaginta Interpretes vertunt:
Vocauit eam ad pedes ſuos: id eſt, gentium mul-
titudinem, & Origenes addit, *per incarnationem*;
hoc eſt, quando noſtra indutus carne Chriſtus,
ſe faciet hominibus manifeſtum. Quod autem
hoc in loco Propheta non de Abraham, vel Cy-
ro, vt nonnullis viſum eſt, ſed de Chriſto loqua-
tur, aperte conſtat: quoniam vbi vulgata legit:
Ibidem. *Qui ſuſcitauit iuſtum ab Oriente*, Hebræum exem-
plar habet: *Qui ſuſcitauit ab Oriente iuſtitiam*.
Quod nomen ſoli Chriſto conuenit: tum quia
ipſe eſt iuſtitia & ſanctitas per eſſentiam; tum
quia Scriptura ſacra viros ſanctos vocare ſolet
iuſtos, non iuſtitiam. Hæc enim appellatio pro-
1 Cor. 1. pria Chriſti eſt: *Qui factus eſt nobis iuſtitia, & ſan
ctificatio*, ſicut dixit Apoſtolus.

Et procidentes adorauerunt eum. Tria mihi ſe
in hac adoratione offerunt. Primo video my-
ſticum fidelitatis iuramentum principi Chriſto
exhiberi: nam quemadmodum apud homines
vſitatum eſt, nouo electo, vel ſuccedenti Principi
ab omnibus regni primatibus in ipſo regnandi
principio obedientiæ iuſiurandum præſtari;
ita in orbem terrarum principe æternitatum
adueniente, vult Pater æternus in eius verba, &
obſequium terram, cælumq. iurare, ideoq. cæli-
tus miſſi ſunt Angeli tamquam curiæ cæleſtis
procuratores, & a populo Hebræo paſtores, &
a gentibus hi ſancti Reges legati properarunt:
immo & ipſe Pater æternus medio iuramento,
ſceptrum, & coronam regiam, ſummiq. Sacer-
dotij tiaram Filio ſuo imponit. Secundo poſt
hoc vniuerſale obedientiæ iuramentum Chriſto
tamquam omnium principi præſtito, videor mi-
hi videre Patrem æternum ordinantem Filij ſui
domum, redditus ei aſſignantem, & famulos,
implentē factam promiſſionem: *Dabo tibi gentes* Pſal. 2.
*hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos
terræ*. Scio chariſſime Fili, te valde cupere, vt
hominum animas dem tibi hereditatē: id quan-
do ita placet, faciam libenter, pro cuius promiſ-
ſionis ſigno, ac pignore proficiſcantur ab Oriē-
te Reges, Bethlehem vſque veniant, te Domi-
num ac Regem ſuum adoraturi. Tertio conſi-
dero in hac ſolemnitate verba illa, quæ poſtea
Chriſtus dixit, impleta: *Vbi fuerit corpus, ibi* Luc. 17.
congregabuntur & aquilæ. Hoc eſt, cum Deus
corpus aſſumpſerit humanum & mortale, ſta-
tim accurrent aquilæ angelicæ, ſpiritus nempe
cæleſtes, qui acuta ſuæ mentis acie ab ipſo cæli
vertice recens natum infantem in præſepio po-
ſitum proſpicientes, accorrent: quos & imitati
ſunt hi ſacri Reges, qui tamquam aquilæ regiæ,
firmo ac penetrante fidei lumine Deū agnoſcen
tes, & in ipſum velut in verum iuſtitiæ ſolem
oculos figentes, minime conniuendo, ſed oculos
firmando, perſpicacius viderunt & cognoue-
runt in ipſa eius paupertate diuitias, in infan-
tia ſapientiam, in humilitate altitudinem, in
puerili imbecillitate diuinam fortitudinem, in
animalium præſepio Dei thronum ſublimem, ac
denique inter viles pannos, quibus diuinus il-
le infantulus tegebatur, detexerunt diuinum il-
lud baſilicum triplici aureo filo textum, vide-
licet Chriſti perſonā, in vnitate ſuppoſiti vnius
triplici ſubſtantia corporis, animæ, ac diuinita-
tis conſtantem. Oculi ergo ita perſpicaces, ac
penetrantes, quales horum Regum fuerunt, a-
quilarum proculdubio erant, atque ideo, vt ta-
les, ad mortale Chriſti corpus, vt illo paſceren-
tur, conuolarunt. Nam *vbi corpus fuerit, ibi con-* Luc. 17.
gregabuntur & aquilæ. Video tandem nunc,
quod in myſtico Salomonis templo præfiguratū 1. Reg. 6.
fuerat, impletum: nam ſicut illud ex lapidibus
Iudææ, ac lignis Gentium ædificatum erat; ſic
magnum hoc Eccleſiæ templum a ſapientiſſimo
Salomone Chriſto, ex Iudæis & Gentibus con-
ſtructum eſt, in cuius rei teſtimonium paſtores
a Iudæa, & Reges a gentium regionibus illum
adorare conuenerunt.

Obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham. Cum Matth. 2.
dixiſſet Euangeliſta, de his Regibus loquens:
Inuenerunt puerum, ſubdidit ſtatim ab eis fuiſſe
dona oblata ob rei inuentæ lætitiam. Vſitatum
eſt, vt inuenientibus rem perditam donum ali-
quod præbeatur propter eius inuentionem; ſed
hic contra fit, nam Reges qui inueniunt, ipſi
pro re inuenta dona largiuntur: *Obtulerunt ei
munera, aurum, &c.* Reſpondemus id ita factum,
quoniam quod inuenerunt, retinere ſibi volue-
runt. Nam apud plures nationes iura diſponunt,
vt bona mobilia, vel ſtabilia ab aliquo deſerta,
vel perdita, in dominium veniant occupantis,
ac prius illa ſibi vindicantis, quod magis habet
locum, quando poſt factam bonorum amiſſo-
rum promulgationem, nullus illorum dominus
accur-

accurrit. Intrauerant hi ſacri Reges, per totam Iudæam promulgantes infantulum, & dicentes: *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum*? Ad (Matth. 2.) quem populus ille, qui eum iure poterat vocare ſuum (nam intra eius agrum, & iuriſdictionem natus erat fructus ille, & ei præſertim promiſſus fuerat) non veniſſet, immo ad propria venientem non recepiſſet, vt ſcribit Ioannes: (Ioan. 1.) *Et ſui eum non receperunt*. Idcirco ipſe ad porticum diuertit communem, ſignificans ſui legitimum heredem & poſſeſſorem fore quicumque ſe communi hominum vſui expoſitum inueniſſet. Quoniam ergo ab his ſanctis Regibus prius inuentus Chriſtus fuit, & ab ipſis tamquam ſuus retentus, precium inuentionis iure optimo ſoluunt: (Matth. 2.) *Obtulerunt munera aurum, thus, & myrrham*. Scimus etiam, quando quis reperit in publica via margaritam, non ideo inuenientis eſſe, ſed quandocumque dominus eius comparuerit, ei reſtitui debere: at ſi ad litus maris, & prope conchyle, intra quod generatum fuit, reperiatur, proculdubio inuentoris eſt. Nam locus in quo erat, fidem facit nullum hactenus eius proprium eſſe dominum: ita vnionem, ſeu margaritum Orientis inuenientes hi Reges prope Mariam, quaſi eius mare & conchyle, in quo coaluerat, iure ſibi retinent; ob idque pro inuentione tanti theſauri munera perſoluunt.

(Ibidem.) *Obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham*, tamquam cæli, terræq. vniuerſali Domino. Tria munera magnæ æſtimationis hi Reges offerunt, *aurum, thus, myrrham*: quibus adiungunt alia tria precioſiora, purum ſcilicet aurum charitatis, cuius vi omnes itineris difficultates ſuperarunt: myrrham mortificationis & laboris, quem paſſi ſunt, donec ad porticum Bethlehem acceſſerunt; odoriferum thus orationis, quando procidentes, tenerum infantem in brachijs Mariæ matris adorauerunt. Qua de re id ſolum dicam, auri, myrrhæ, & thuris oblatione ſignificari opera noſtra, vt grata ſint Deo, & vitam æternam mereantur, oportere ornari (Num. 16.) auro charitatis; nã etſi duceenti & quinquaginta viri thus obtulerunt in tabernaculo (quod opus ex ſe bonum erat) quia thuri non adiunxerunt aurum charitatis, adeo indignatus contra eos fuit Deus, vt ignem cælitus miſerit, quo miſere conflagrarunt. Ad hoc docendum iubebat Deus, quæcumque ſibi offerenda eſſent, igni admoueri, & torreri ipſas quoque ſpicas, & a ſa- (Leuitic. 2. Exod. 13. Num. 6. Num. 29. Leui. 22. 2. Paral. 29.) cerdotibus offerentibus panes, aues, & animalia, adiungi volebat libamenta, quæ erant quaſi condimentum & illecebra, vt illis magis Deus delectaretur. Huius cerimoniæ nonnihil videntur olfeciſſe Romani, apud quos lege cautum erat, vt quoties dijs ſacrificaretur, id cum ornatu fieret; vnde ab ipſis animalia parua immolanda coronabantur ramis arborum, quæ Deo, cui fiebat ſacrificium, ſacratæ erant: vt ſi Apollini ſacrificandum foret, lauro, ſi Mineruæ, oliua, ſi Veneri, myrto decorabantur: & quando animalia erant grandiora, ducebantur ad ſacrificium fronte & cornibus auratis, vt meminit Virgilius:

Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum. (Virg. Aen.)

Igitur ſicut hi Gentiles grata ſuis Dijs ſacrificia faciebant per aurum, ſine quo ipſis non fore grata perſuaſum habebant; ſic etiam credendum nobis eſt, vt noſtrorum operum ſacrificia Deo placere queant, opus omnino eſſe ornari auro charitatis, quemadmodum hi ſacri Reges fecerunt, qui ſimul cum myrrha, & thure aurum obtulerunt: *Obtulerunt aurum,* (Matth. 2.) *thus, & myrrham*. Animaduertendum etiam eſt, hos ſanctos Reges intraſſe in Eccleſiam, bona ſua ei offerentes, quos minime imitantur, immo contra faciunt multi, qui ad illam veniunt, & eccleſiaſticam vitam profitentur, vt bona Eccleſiæ, & eius annuos redditus adipiſcantur: his moribus ſimiles certe Sichimiſtis, (Iudic. 9.) qui libenter admiſerunt Hebræorum circumciſionem, vt illorum bona, & cenſus obtinere poſſent: *Si circumcidamus maſculos noſtros, ritum gentis imitantes, ſubſtantiam eorum, & pecora, & cuncta quæ poſſident, noſtra erunt*. (Gen. 34.) Id genus Eccleſiaſticorum non ingreditur in Eccleſiam per oſtium, ſed per caminum, & ita videbitis in hoc fumare ignem concupiſcentiæ, in altero ambitionis; in illo auaritiæ, in alio iracundiæ: vnde grauiter dolendum eſt, ſacratos Deo, quos vitam agere ſanctam oportebat, nonnullos quandoque eorum ſupra ceteros ſæculi homines moribus eſſe magis profanis & licentioſis. Ego exiſtimo peculiari dæmonis aſtutia fieri, ad ſuum regnum augendum, vt Eccleſiaſtici quidam male viuant: quoniam quemadmodum olim multorum animas ad inferorum barathrum detruſit, perſuadens mortalibus deorum malæ vitæ adorationem, vt ſæui Martis, Iouis adulteri, laſciuæ atque inhoneſtæ Veneris, vt illorum exemplo ceteri promptius ſectarentur, quæ a dijs approbata cernebant; ita noſtris temporibus ſimili vtitur dolo ad multorum conſcientias deprauandas, efficiens, vt non pauci ſacerdotum (qui Dij terræ ſunt: *Ego dixi Dij eſtis*) libere ac licentioſe viuant. (Psal. 81.) Sic enim ſperat ſæculares vitia in Eccleſiaſticis quaſi honeſtata & commendata, cernentes illa, facilius & libentius imitaturos. Quod ſi volumus huius damni cauſam inueſtigare, inueniemus inde eſſe, quod non ſicut hi Reges ingrediuntur eccleſiam religioſe, & lucri non appetentes, ſed potius propter eccleſiaſticos redditus, & honores obtinendos: vnde illos accumulantes ligna igni addunt, quo ipſorum auiditas, & vitioſi affectus magis accenduntur.

Et reuerſi ſunt per aliam viam, &c. (Matth. 2.) Ab Angelo moniti Reges, per aliam viam in regionem ſuam remigrarunt, atque ita impium Herodem eluſerunt. Duo hic inuenio notabilia:

Digitized by Google

lia: primum a Deo eſſe, vt humana contra Deum conſilia, & ſtudia exitum non ſortiantur. Dixit Herodes: *Ite, & interrogate diligenter de puero, &c. & renunciate mihi.* (Matth. 2.) Sed ne ita fiat, ait Deus; veniat Angelus diſturbaturus conſilium Herodis, moneat Reges, vt alio digredientes ad Herodem non redeant, ne quod optabat exequeretur. Putabant fratres Ioſeph, ſi eum Iſmaelitis venderent, perditum iri Ioſeph, (Gen. 37.) ſed inuertit Deus conſilium eorum; nam quia venditus Ioſeph fuit, ad Aegypti aſcendit imperium, Prorexq. conſtitutus in fratres (Gen. 41.) ſuos dominatus eſt: itaque qua via illi arbitrabantur ab eius dominio liberari, per eam ſe multo magis ei ſubiecerunt. Excogitat Aman modum, quo Mardochæus patibulo affixus (Esther. 5.) pereat, vt totam Regis gratiam ſibi arrogaret, ſed mutat ſortes Deus; nam Aman ſu- (Esther 7.) ſpenditur, & Regis gratiam occupat Mardochæus. Procurat Saul in poteſtatem ſuam redigere Dauidem, & diuinum impedire conſilium, ne regnum adipiſcatur, quod vt efficiat, mittit Dauidem capturos milites, quem inter (1. Reg. 19.) Prophetas inuentum minime capiunt, ſed ipſi potius capti & ſubiecti apud ipſum manent. Submittit alios Rex, qui Prophetarum chorum ingreſſi ceteros imitati, ad Saul non redierunt. Id vbi nouit Saul, vt caperet Dauidem ipſemet feſtinauit, qui pariter ad locum, in quo erat cum Prophetis Dauid, accedens, apud eos prophetans manſit; vnde ortum prouerbium: *Num Saul inter Prophetas?* (1. Reg. 10. & 19.) Quod eiuſmodi fuit, ac ſi hoſtes monaſterium Religioſorum ingrederentur animo deprædandi, & argenteam eccleſiæ ſupellectilem auferendi, illos tamen in choro Pſalmis decantandis intentos reperiendo, ad librum recto tramite pergerent, & cum ipſis canere inciperent. Saul denique nil reliquit intentatum, vt Dauidem impediret in (1. Reg. 18.) obtinendo regno, ſed contra factum a Deo, qui Saulem regno priuauit, & aduerſarium ſuum ad idem ſceptrum prouexit, ſicut Samuel ei prophetauerat, quando Saul volens ipſum retinere, pallium eius rupit: tunc enim dixit Samuel: *Scidit Dominus regnum Iſrael a te, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* (1. Reg. 15. & 28.) Itaque omnes conatus, & ſtudia Saulis diuina prouidentia in alium finem deduxit, mittens omnibus eius deſiderijs contrarios rerum ſucceſſus. Iuuare poteſt ad hoc declarandum Poetarum fabula, dicentium infelices illos amantes Pyramum & Thisben ſub arbore moro fuiſſe vita functos, & mori fructum, vt ipſi fabulantur, candidum exiſtentem fuiſſe nigrum factum, vt inde ſignificaretur, illorum conſilium longe alium obtinuiſſe finem quam propoſuerant. Regius Propheta in Pſalmo 77. metaphorice, & ingenioſe id quoque ſignificauit, inquiens: *Percuſſit in grandine ficulneas eorum, & moros eorum in pruina.* (Pſal. 77.) Non poteſt eſſe abſque myſterio, dici a Dauide, opus eſſe diuinæ prouidentiæ, morum pruina, & gelu lædi, cum id commune ſit cunctis arboribus: quare ad huius loci intelligentiam eſt notandum ex Pierij Valeriani hieroglyphicis, inter veteres, (Pier. Valer. fol. 313.) ſicut columba iuſtitiam, ilex fortitudinem, ſalix temperantiam ſignificabat, ita morum ſignificaſſe prudentiam, quoniam folia & fructum non producit, donec hiberni temporis aſperitas miteſcere, & ſæuus flatus Aquilonum, ac lapſus pruinarum ceſſare cœpit, qua ceterarum arborum flores, ac frondes vruntur: hanc tarditatem morus poſtea opportuno tempore germinans breuitate compenſat. Nam germinare ac florere cum cœpit, in tantum vniuerſa germinatio erumpit, vt vna nocte videatur perfeciſſe opus ſuum, quaſi non ignara Saluſtij conſilij, admonentis: *Prius quam incipias conſulto, & vbi conſulueris, mature facto opus eſt.* (Saluſtius.) Ait igitur Dauid, conſiderate quod quemadmodum morum non iuuat prudentia ſua, ne a gelu hiemis lædatur interdum: ſic nulla eſt hominum ſapientia, quæ diuinæ præualeat: *Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.* (Prouer. 21.) Vtatur vulpinis ſuis moribus Herodes, congregans ſapientes: *Congregans Principes Sacerdotum, & Scribas populi;* (Matth. 2.) clam accerſat Magos, dicatque ſe cupere videre Chriſtum vt adoret: *Vt & ego veniens adorem eum;* (Ibidem.) non tamen his omnibus technis, & fraudibus perficiet quod optat, ſed eius eludens voluntatem Deus, propriam explebit. Hoc ipſum Zacharias per aliam metaphoram non minus acutam expreſſit, inquiens: (Zachar. 12.) *Ponam Hieruſalem lapidem oneris cunctis populis, omnes qui leuabunt eam conciſione lacerabuntur.* Super cuius loci expoſitionem notat Hieronymus, genus fuiſſe quondam ludi, quo vires exercebantur, tollendo lapidem ponderoſum, ſicut & apud nos nonnulli robora ſua experiuntur ferrei vectis iactu longiori. ait igitur Deus: Ego ponam Filium meum in Hieruſalem tamquam magni ponderis lapidem: *Petra autem erat Chriſtus,* (1. Cor. 10.) & in illo vires ſuas experientur Herodes, Pilatus, & alij tyranni ſimiles, ſed ipſi pondere illius contere
ntur, & grauitate frangentur. Non enim contra Deum valet ſapientium prudentia, non humana fortitudo; nec brachium vllum ita potens eſt, quod valeat inflectere diuinum: *Non eſt qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati.* (Eſther. 13.) Poſtremo, quod inuenio notandum ſuper hæc verba: *Et reuerſi ſunt per aliam viam;* (Matth. 2.) eſt, quod vnum ex melioribus ſignis, quibus anima Deum inueniſſe cognoſcitur, eſt deſertio viarum antiquarum, ſicut illarum repetitio, & inculcatio ad priſtinos deprauatæ vitæ mores redeundo manifeſtum eſt inditium perditionis. quod teſtatur Hieremias, nomine Dei animam his verbis alloquens: *Quam vilis facta es, nimis iterans vias tuas.* (Hierem. 2.) Pro qua iteratione, & frequentatione culparum eidem animæ ſic ad vomitum redeunti dicit Deus: *Nihil habebis proſperum in ea:* (Ibidem.) immo ſicut tu bellum

contra

contra Deum indixiſti, ita & ipſe te bello perſequetur, claſſicum aduerſus te canet, & vt ſcriptum eſt: *Armabit creaturas ad vltionem inimicorum.* Nam ſicut belli duce gladium è vagina educente, milites quoque ſuos diſtringunt; ita vindictæ ac punitionis haſtam vibrantem Creatorem imitantur creaturæ, arma ſumentes, & dirigentes in peccatores vſque ad iuſtam illorum internecionem, ſicut ait David, in ſeipſo id expertus: *Dixerunt inimici mei, Deus dereliquit eum, perſequimini & comprehendite.* Quamobrem amens omnino eſt, qui præſidio Dei deſtitutus, proſperum rerum ſuarum, aut conſiliorum ſperat euentum: nam (vt ex Hieremia nuper dicebam) *Sine Deo nihil habebis proſperum.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſal. 70. — *Hierem. 2.*

Homilia Septima.

In qua diſertè oſtenditur, in die Epiphaniæ diuinum Verbum ſe nobis manifeſtaſſe: quamuis alioquin ſub humanæ carnis velo videretur abſcondi, & occultari; itaque aperitur, quomodo ſe occultans Verbum diuinum, ſe manifeſtarit.

CVM compertum ſit, Epiphaniæ voce manifeſtationem deſignari, propoſitum ſermonis noſtri argumentum feſtiuitati, quam Eccleſia Catholica celebrat, valde cōſentaneū eſt, de quo loquens Apoſtolus, ait: *Manifeſte magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne.* Sacramentum ſactum ſecretum denotat. Ait igitur Paulus, occultiſſimum aliquid in incarnato Verbo deliteſcens, in Chriſti carne apparere, & manifeſtari. vnde Pagninus transfert: *Deus manifeſtus eſt in carne.* Mirum profectò: etenim antea abſconditus latitabat, ita vt eum Iſaias abſconditum dixerit: *Et quaſi abſconditus vultus eius.* & alibi: *Vere tu es Deus abſconditus.* Sanctus etiam Lucas in Actis teſtatur, Athenienſes inter cetera falſorum Deorum ſimulachra, quæ in templo extulerant, erexiſſe aram, cui titulum ſubſcripſerant: IGNOTO DEO. Quærunt ſacri eloquij interpretes, cur Athenienſes diuini cultus haud ignari, ignotum Deum venerarentur. Reſpondent non pauci, eruditos illos viros tenebris conſpectis, quæ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram Chriſto moriente, quas nedum ſacri Euangeliſtæ, ſed Diuus Dionyſius Areopagita ſe vidiſſe teſtatur: quippe qui Philoſophiæ, & Aſtrologiæ peritiſſimi, cognoſcentes eclipſim iuxta conſuetas naturæ leges accidere minime poſſe; in ſupremi alicuius Dei orbem gubernantis confuſam cognitionem deueniſſe, cui aram dicarunt, ſubſcriptis litteris: IGNOTO DEO. Exiſtimant alij, Gentilium Deos non tam nominibus, quam ſuis ſceleribus apud eos notos eſſe; eorum enim crimina nota magis erant, quam nomina: nec enim alijs agnoſcebantur notis, quam his, adulterijs Iupiter: ebrietate Bacchus: rixis Mars: laſciuijs Venus, atque per hæc omnibus innoteſcebant, & hæc erāt clara eorum geſta: at quia Chriſtus ab omni culpa immunis extiterat: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius*, ab Athenienſibus ignorabatur: & ideo aram IGNOTO DEO dicarunt. Verum Diui Chryſoſtomi expoſitio, dignus felicis ingenij eius partus, plenius ſatisfacit; ait enim Athenienſes adeo idololatriæ deditos fuiſſe, vt crediderint nullum Deorum abſque ſacri cultus officio deferendum: quam ſuperſtitionem a Socrate hauſiſſe crediderim, qui, vt ſanctus Auguſtinus teſtatur, docebat Deos omnes colendos, vt omnes in nos benefici exiſterent; neque enim decebat Deum aliquem nobis aduerſari. Vnde ſi quis forte eſſet, quem ignorarent, verbis illis, IGNOTO DEO, colebant, & colendum profitebantur. Quidquid tamen de hoc ſit, id certe ſcimus illis Paulum dixiſſe, ignotum illum, quem Athenienſes celebrabant Deum, eſſe Chriſtum Dominum, quem ipſe prædicabat: *Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis.* Idemque etiam teſtatus eſt alibi: *Loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt.* Adeo equidem, vt dixerit Propheta: *Quaſi abſconditus vultus eius, vnde nec reputauimus eum.* Dauid etiam hunc titulum Pſalmo nono appoſuit: *Pro occultis filij.* quaſi diceret: De occultis Dei Filij ſermonem teximus. Quod communiter Doctores de Verbi incarnatione exponunt, vt notauit Titelmannus. Habacuc nonne idem teſtatur, cum ait: *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius?* hoc eſt, ſub humanæ imbecillitatis velo diuina virtus deliteſcit. Deus etiam nonne hoc idem oſtendit, cum diuinum Verbum manna appellat abſconditum, quod ſub humanæ carnis cortice adſeruatur, vt explicat Primaſius? ac tandem Chriſtus idem ſeſe theſauro abſcondito comparauit, vt explicat Hieronymus, & grano ſub terra abſcondito, vt frequenter Patres

1. Timot. 3. — *Pagnin. exp. c. Thren. 3.* — *Iſai. 53.* — *Iſai. 45.* — *Actor. 17.* — *D. Dion. ep. 7. & ep. 11. Euſeb. Cæſ. in Chron. Suidas de vita S. Dionyſii.* — *1. Petri 2.* — *D. Chryſoſt. hom. ſup. c. 17. Act.* — *1. Cor. 2.* — *Ibidem.* — *Iſai. 53.* — *Pſal. 9.* — *Titelman. in pſal. 9.* — *Habac. 3.* — *Apocal. 2.* — *Hieron. in Matth. 13.*

interpretantur. Exponamus igitur, qua ratione Chriſtum in carne abſconditum manifeſte apparuiſſe dicat Apoſtolus: *Quod manifeſtatum eſt in carne*. Diuinum proculdubio arcanum, quomodo deliteſcendo manifeſtatus eſt, aut qua ratione ſeſe abſcondendo detegit, & conſpicuus fit. Carnem certe aſſumens humanam, pro homine, quem redimere decreuerat, moriturus, omnipotentiam, bonitatem, ſuamque oſtendit ſapientiam; iuſtitiam, & miſericordiam notam fecit, quibus ſuam deitatem mundo propalauit. Itaque ſicut cum in meridie ardentes ſol radios effundit, oculorum acie in eum intueri non valemus, niſi nube aliqua contegatur: ſic cum diuinum Verbum maximo claritatis exceſſu fulgeret, hebetes noſtri oculi neceſſe erat vt retunderentur, tantam lucem non ſuſtinentes; humanæ tamen carnis nube poſtmodum contectus, omnium oculis contuendus apparuit. Ideoque cum dixiſſet Ioannes Verbum humana carne contectum: *Et Verbum caro factum eſt*, ſubdit ſtatim: *Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a Patre*. In quibus verbis notatu digniſſimum illud eſt, quod quamuis Euangeliſta multas Chriſti perfectiones enarrauerat: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, &c.* numquam tamen dixerat, nobis manifeſtatum, & detectum, donec carnis nube contegeretur: qua indutus, manifeſte nobis innotuit: *Et vidimus gloriam eius*. Huc facit ſancti Thomæ expoſitio, qui explicans Apoſtoli verba: *Habitu inuentus vt homo*, vim faciens in metaphora, *habitus*, quo Deus indutus fuit, ait; quod ſicut veſte perſæpe homines dignoſcuntur, purpura Cardinales, rocheto Epiſcopi, toga regij Conſiliarij, diuerſiq. Religioſorum Ordines diuerſis habitibus innoteſcunt; ita etiam Diuini Verbi perſona humanæ naturæ habitu, quo induebatur, mundo innotuit. Etenim continuis laboribus, frigoribus, nuditati, fami, ſiti, varijs opprobrijs, mortiq. ipſi ſubiacere pro inimicis ipſis, infinitæ bonitatis opus, non humanum diiudicandum eſt. Hinc elucet, cur Moyſes diuinum Verbum *Dei faciem* nuncuparit. Aeternum enim Patrem de Filij in carne aduentu alloquens: *Si inueni*, inquit, *gratiam in oculis tuis, oſtende mihi faciem tuam*, vultum Dei Verbum dicit: quia ſicut vultu homines dignoſcuntur, ſic nihil vmquam fuit, quo Deus melius cognoſceretur, quam Chriſto Domino; tum propter eximiam eius ſanctitatem multis argumentis comprobatam; tum propter portentoſa opera, quæ, niſi Deus fuiſſet, efficere minime potuiſſet. Hinc eſt ante humanatum Verbum veram Dei cognitionem anguſtos Iſraelis terminos non exceſſiſſe: *Notus in Iudæa Deus*: at illo incarnato, nullis contentam finibus, per vniuerſas mundi plagas diffuſam, teſtatur Dauid, dicens: *Admirabile eſt nomen eius in vniuerſa terra*; vel vt in Hebræo habetur: *Præclarum, illuſtre, & ſplendidum eſt nomen eius in vniuerſa terra*. Vnde beatus Gregorius verba illa Pſalmi exponens: *Tu exurgens miſereberis Sion*, ait: *Per Filium Deus Pater exurrexit; qui enim ante non cognoſcebatur, per eum in hominum notitiam venit: vnde & Verbum Patris, & ſplendor dicitur, quia per ipſum & voluntas Dei cognoſcitur, & diuinitatis eſſentia declaratur*. Hinc etiam eſt, quod naſcente Chriſto, dignoſcitur Deus non a familiaribus tantum ſuis, ſanctis ſcilicet Angelis, eum in præſepe colentibus; ſed a Iudæis etiam paſtoribus, & gentilibus Regibus, qui eum vt legitimum Regem venerati ſunt. Vbi Rupertus aduertit, tres Reges aduenifſe, vt triplicem orbis plagam, Europam, Aſiam, Africam, qua mundus diuiditur, deſignarent. *Tres Magi*, ait ipſe, *tribus partibus orbis, Europæ, Aſiæ, atque Africæ Fidei exemplar exiſtere meruerunt*. Tunc impletum eſt, quod vaticinatus fuerat Iſaias: *In illa die ſibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremis fluminum Aegypti; & api, quæ eſt in terra Aſſur: & venientes requieſcent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis*. Quænam ſunt muſcæ, & quæ apes, quas hic Iſaias enumerat? Gentiles proculdubio deſignantur, qui velut importunæ muſcæ dilectum Dei populum continuis prælijs vexabant. Apes etiam dicuntur, quia quamuis hæ aculeis feriant, mel tamen efficientes, non modicum afferunt emolumentum. Sic Gentiles, quamuis prius idololatriæ ſuæ aculeis infeſti eſſent Eccleſiæ, poſtmodum tamen mirum in modum proficui extitere, dum ad præſepis cunam dulcem diuini amoris fauum deferunt. Idem Iſaias alibi de Chriſti aduentu loquens, ait: *Hæc dicit Dominus, labor Aegypti, & negociatio Aethiopiæ, & viri ſublimes tui erunt, ad te tranſibunt, vincti manicis pergent*. Verba hæc de Chriſti Domini in carne aduentu, exponunt Lactantius Firmianus, Euſebius, & Tertullianus, ſed præſertim Hilarius, qui dubitanti de hoc, Reges Orientales proponit inſpiciendos: *Recordemur*, ait, *Orientis Magos adorantes Dominum*. De his, inquam, loquitur Propheta, quos ad tenellum infantem venturos prædicit, rogantes, vt ſub eius vexillo admittat, quod idem Propheta paulo ante prædixerat: *Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi*. Gentiles ipſi diuini nominis hoſtes, Chriſtum vt verum Deum humiles colunt. Hoſtium autem teſtimonium non modicam rei auctoritatem confert, vt prædixerat Moyſes: *Non eſt Deus noſter, vt Dij eorum, & inimici noſtri ſunt iudices*: Non vulgaris eſt Dei noſtri diuinitas, ſed talis, vt hoſtes ipſi rei veritate conuicti, eam colendam iudicent, & vnanimi conſenſu conteſtentur: *Et inimici noſtri ſunt iudices*. Vnde Reges illi in infidelitatis ſilua enutriti, vagien-

tem

Marginal notes:

1. Tim. 3.

Ioan. 1.

D. Tho. ſup. 1. Timot. 3.

Exod. 33.

Pſal. 75.

S. Greg. in Pſal. 101.

Rupertus de Epiphan.

Iſai. 7.

Iſai. 45.

Lact. Firm. lib. 4. c. 13. Euſeb. lib. 9. de dem. Euang. Tertul. ad. uer. Prax. Hilar. lib. 4. de Trinit.

Iſai. 60.

Deuter. 32.

tem infantem, ab illius maieſtate Bethlehem vſque adducti, tamquam legitimum Dominum venerati ſunt. Quod Erythræa Sibylla prædixerat: *Lib. 8. oraculorum.*

Diuinam Magi ſtellam coluere recentem,
Muneribus cumulant, & ſanctum ſidus adorant.

Quæ verba, vt Proſper Aquitanus aduertit, Virgilianis illis ſunt quam ſimillima. *Proſper Aquitanus.*

Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit, *Virgil.*
Muneribus cumulant, & ſanctum ſidus adorant.

Quis autem in his diuinam Christi omnipotentiam non admirabitur? A Mundi Regibus colitur in præſepij cunis reclinatus: purpuras ſternunt Principes, deponunt coronas, maieſtatis pompam omittunt. Admirabilis ſane infantis huius fortitudo elucet, qua veluti diuinus magnes ne dum obſtinatæ Gentilitatis ferrea corda attrahit, ſed tanta virtute ab ærugine emundat, vt quolibet Arabiæ auro præcioſiora reddat. Nonne mirum eſt, effrænes Gentilitatis feras vnico noſtri infantis ſpirituali intuitu proprias cauernas deſeruiſſe? Id ni fallor, metaphorico illo ſermone expoſuit Sponſa, cum dixit: *Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloq. ceruorum.* *Cant. 2.* Caprea, vt Theodoretus ait, maxima eſt oculorum acie prædita, qua ad remotiſſima quæque pertingit. *Theodoretus ibid.* Ceruus adeo venenata animalia inſectatur, vt vix in lucem erumpens, ea a ſpeluncis eijciat. Hæc eſt, ait Sponſa, diuini huius Infantis virtus, vt ſubtiliſſima oculorum acie ad extraneas mundi plagas intendens, diuinis luminibus remotos Reges attraxerit, & veluti ceruus hinnulus ex Gentilitatis, & infidelitatis ſpecubus, in quibus velut in caliginoſis tenebris detinebantur, vt ſibi ſubijcerentur, eduxerit. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Lib. vj.

Homilia Octaua.

Chriſtus Dominus in die Epiphaniæ, Soli, Fluuio, & Leoni aſſimilatur.

INTER cetera ſacri eloquii nomina, quibus ad incarnati Verbi perfectiones explicandas vtitur, illa in primis maximis featēt myſterijs, quæ Solis, Fluminis, & Leonis vocibus deſignantur. Soli comparatur apud Malachiam: *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ.* *Malach. 4.* Riuulo alibi: *Ego quaſi fluuius exiui de paradiſo.* *Eccl. 24.* Leoni etiam: *Vicit Leo de tribu Iuda.* *Apoc. 5.* Solis ſimilitudo apprimè Chriſto cōgruit, & ideo Catholica Eccleſia ſanctiſſimæ Virgini congaudens, quod feliciſſimum partum in lucem ediderit, quo vniuerſus orbis irradiatus ſplendeſceret, ait: *Felix namque es ſacra Virgo Maria, quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ.* Diuinum Verbum, quia per intellectionem procedit, lux eſt: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem.* Lux quidem inſtar ſolis. Etenim ſicut ſolis lux, iuxta Platonicorum ſententiam, fons eſt, & origo ſplendoris lunæ, & ſiderum reliquorum; ſic Chriſtus fons eſt, per quem creaturæ omnes, quidquid lucis & boni habent, participant. Et ſicut ſol tenebras expellit; ſic Chriſtus caliginem mentis eliminat: *Sol, & homo*, ait Philoſophus, *generant hominem.* Quod etiam de leone, auibus, & plantis poterat dicere, cum ſol vniuerſalis ſit ſublunarium omnium parens. Hoc etiam Verbo diuino non incongruit: per ipſum enim vniuerſa conſiſtunt: *Omnia per ipſum facta ſunt.* *Ioan. 1.* Sol inter ceteros cæleſtium orbium Planetas medium locum occupat: Chriſtus inter diuinas perſonas eſt medius, ſecundum originis ordinem. Sol pulcherrimus inter aſtra: Chriſtus formoſiſſimus inter omnia creata: *Speciosus forma præ filijs hominum.* *Pſal. 44.* Sol grandior eſt, quam apparet: etenim quamuis palmaris videatur, ſepties & ſeptuagies maior eſt terra, vt Ptolemæus docuit: Chriſtus humanis oculis ſimilis alijs videbatur, maior tamen dignitate erat, quam humanus queat, & Angelicus capere cogitatus. Sole terra regitur, eiuſq. circulationibus horologiorum errata corriguntur: Chriſto Domino catholicæ Eccleſiæ ſpiritualis regitur orbis, & hæreticorum irregulares motus apparēt, & corriguntur. Sole frigidiſſimus aer nocturnis pruinis madidus caleſit: Chriſtus oriens ardentiſſimis ſuæ charitatis radijs mundum infidelitatis imbre rigentem accendit. Quod ſi rē attentius perſcrutemur, comperiemus ſolem, cum oriens horizōtem noſtrum irradiat, omnia ſublunaria ſimul colluſtrare. Aues primum hilares concinunt, nouam radiorum lucem ſalutantes; quippe qui in arborum cacumine degentes, primæ a ſolis radijs excitantur.

C 3 Tum

Tum a ſomno expergefacti paſtores, ruſtica carmina modulantes, cantus auium æmulantur. Itinerantes demum patriæ videndæ deſiderio allecti, itinerisque incommodis fatigati, ſollicite inceptum iter arripiunt. Hæc omnia in diuini ſolis manifeſtatione facile eſt reperire. Primum enim in eius ortu a cæleſtibus auibus, ſanctis ſcilicet Angelis ſalutatur, qui Domini natalem diem cæleſtibus concentibus ſuauiſſime celebrarunt; deinde gregum cuſtodes ab Angelis admoniti feſtinantes ad præſepe confluxerunt; demum ſancti illi peregrini Magi Reges, quos ſtella ducebat, quam præuiam auroram dixerim, diuinum ſolem nunciantem, debitum cultũ lætanti exhibere venerunt. Et ſicut adueniente nocte vniuerſa animalia è ſpeluncis proſiliunt, vt paſtum ſuum quærant, leo prædæ inhiat, lupus agnum, vrſus fauum apiarij quærit, oriente tamen ſole ſpecus repetunt, & agrorum cultores abſque periculo opus exercent ſuum: *Ortus eſt* Psal. 103. *ſol*, ait Propheta, *& congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur: exibit homo ad opus ſuum*; ita toto tempore ante diuini Verbi ortum & in carne apparitionem, per vniuerſum orbem denſiſſimæ diffuſæ erant tenebræ, adeo vt priſci illi, charique Deo ſancti Patres continue exclama- Isa. 21. rent: *Quid cuſtos de nocte?* quaſi dicerẽt, eſt ne iam vltima hora noctis, propeeſt iam dies, & ortus ſolis? Huic interrogationi reſpõdebat Deus, mittens ſcintillantia quædam aſtra: miſit innocentiæ ſidus Abel, ſpei Noe, patientiæ Iob, obedientiæ Abraham, caſtitatis Ioſeph. Sideribus his apparentibus nouerunt venturum ſolem, multo tamen poſt tempore: at media nocte aduentante, ſicut in cælis ſeptem quædam ſpeciales ſtellæ apparent, ita tunc Dauid, Salomon, cæterique ſcriptæ legis Reges comparuerunt. Verum adhuc terra iacebat in tenebris, labentibus tamẽ annis in deſerti cacumine diuinus Lucifer Baptiſta oriri viſus eſt, ſplendidiſſimos radios pœnitentiæ, & vitæ aſperitatis effundens. Poſt hunc tandem lucidiſſimum mane, fulgentiſſimaque aurora Maria diuinum ſolem peperit, ſacris his Regibus, & in ipſis, vniuerſis fidelibus illum oſtendens: quemadmodum etiam compertum eſt, duodecim in cælis ſigna in æquinoctiali plaga, in linea, quam vocant eclipticam, Aſtrologos deſignare, qua ſol pertranſit, inter quæ Leonem vnum, Virginem alterum nominant. Conſtatque experientia, quod cum in Leone commoratur ſol, veluti iratum in terram efferueſcere; cum autem Virginis ſignum ingreditur, ira depoſita manſueſcere, & placido radiorum aſpectu in terris multa producere bona: ita Chriſtus Dominus diuinæ iuſtitiæ ſol cum in leonis ſigno, hoc eſt, in Patris ſinu commoraretur, ira ſidebatur accenſus, nihil impunitum relinquens; ſed poſtmodum Virginem intrans, tanta vultus ſerenitate terram intuitus eſt, vt in Magorum Regum cordibus, alioquin infidelium, inaniumque ſimulachra deorum colentium, veluti in inculto ſolo, non niſi peccatorum ferrum, & obſtinationis plumbum gignente, ſui vultus virente ſplendoretem fidei carbunculum, viridem ſpei ſmaragdum, igneum charitatis pyropum, inuincibilis fortitudinis adamantem, aliaſque moralium virtutum gemmas produxerit. Sol etiam trahendi præditus virtute terreſtres, maximoſque vapores ad aeris vſque regionem eleuatos in lucidiſſimas conuertit nubes, vnde, quæ antea pedibus terebamus, ſupra capita noſtra eminent. Diuino noſtro ſoli virtus hæc nequaquam defuit, etenim ſãctos illos Reges alioqui infideles, & obſcenos infectæ gentilitatis terreſtres vapores, ita peccatorum mole alleuauit, & fidei luce illuſtrauit, vt velut nubes, videantur ſplendidi, ac leues, a ſancti Spiritus flamine in ſublime delati, meritoq; cum Iſaia dicere liceat: *Qui ſunt iſti,* Isa. 60. *qui vt nubes volant?* Quænam hæ ſunt animatæ nubes, quæ munerum, & donorum imbrem ſuper porticum Bethlehemiticum effundunt? Sol iuxta ſubiectam ſibi materiam, & iuxta planetæ, cui adiungitur, temperiem, diuerſos producit effectus. De diuino ſole idem pronunciauit Pſalmiſta: *Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro* Psal. 17. *innocente innocens eris.* quod probauit euentus. Etenim Hebræi in ſua duritie conſtantiſſimi perſtiterunt: gentiles ad veri Dei cognitionem nato Domino peruenerunt. Sole abſente nox aduenit, præſente diſcedit. Domino abſente, longa illa Chriſti aduentum præcedentia tempora nocturnis ſuffuſa tenebris extitere; eodem adueniente, euaneſcentibus tenebris clariſſimus dies effulſit. Quod explicauit Apoſtolus: *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.* Rom. 13 Sol primo mane purpureo colore ſuffunditur, poſtmodum nitidior, in meridie fulgentiſſimus, veſpere pallidus, quod fabulandi anſam Poetis tribuit, fingentibus quatuor equis ſolis quadrigam vehi: quorum primus purpureus eſſet, ſecundus candidus, accenſus tertius appareret, nouiſſimus terras inſpiceret. Chriſtus in primo ſuæ infantiæ ortu guttis ſanguinis in Circũciſione aſperſus, purpureus apparuit; poſtmodum Luc. 2. clarus enituit pueritiæ annis, cum in templo legis difficilia mira ingenij ſui claritate expoſuit: in iuuentutis meridie adeo effulſit in Thabor monte, vt de eo Euangeliſta dixerit: *Reſplenduit* Matth. 17 *facies eius ſicut ſol*: tandem veſpere in mortis occaſu pallido ſuffuſus colore viſus eſt; hoc enim colore mors captiuos ſuos ornat, vt cecinit Poeta: *Pallida mors æquo pulſat pede.* Sol per Horat. lib. 1. Od. aliquod temporis interuallum obſcuratur eclipſi: Chriſtus in Cruce moriens, veluti eclipſatus apparuit. Adeo ſoli ſimillimus Chriſtus extitit, vt depicta etiam ab antiquis ſolis effigies ipſi per omnia congruere videatur. Vete- Bartholom. Ang. de Sole res, vt ſolem deſcriberent, vt refert Bartholomæus Anglicus, formoſum puerum, accenſis alis præditum depingebant, quem Phœbum, id eſt pulchrum dicebant. Quis formoſior infante Ieſu? quæ magis ignitæ alæ, quam illæ, quibus diuinis his Regibus ſalutem attulit? vt dixit Malachias: *Et ſanitas in pennis eius.* Malach. 4 iure igitur optimo ſol Chriſtus nuncupatur.

Porro fluuij epithetum Chriſto apte conue-

nire

nire, iam oſtendamus. Fluuium à fluendo Latini deduxere, eo quod continue nulla interpoſita mora effluat. Chriſti influxus nonne continue ad creaturas vniuerſas dimanauit? Certe Ipſemet de ſe id teſtatur: (Ioan. 5) *Pater meus operatur vſque modo, & ego operor.* Flumina à mari prodeuntia eodem regrediuntur. (Eccl. 1) *Ad mare, vnde exeunt, flumina reuertuntur.* Sic Chriſtus è Patre, humanam carnem aſſumens, prodijt: aſcendens eundem repetit. (Ioan. 16) *Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Fluminis vndæ, cum mites ſunt, ſi quis ſeſe in illis inſpexerit, ad inſtar nitidiſſimi ſpeculi intuentium vultus referunt. Quiſnam quæſo eſt diuini Patris ſpeculum, niſi Chriſtus Dominus, quem (Sap. 7) *Speculum ſine macula*, Sapiens appellauit? ſpeculum ſane adeo ſplendidum & expolitum, vt Pater ſe in illo intuens, ita perfecte propriam in eo impreſſit ſpeciem, vt Apoſtolus viuam patris effigiem illum appellarit: (Hebr. 1) *Figura ſubſtantiæ eius.* Fluminũ aquæ maritimæ, quæ à mari progrediuntur, quamuis ſalſæ, & inſipidæ ſint, terræ tamen viſcera peruadendo dulces, & gratæ redduntur. Diuinum Verbum ante aſſumptam carnem (Pſal. 93) Deus vltionum dicebatur, ſed per virginalis deinde terræ viſcera tranſiens: (2. Cor. 1) *Deus miſericordiarum, & Deus totius conſolationis* dicitur, & antiquæ iræ amaritudine derelicta, poſt ſuam in carne manifeſtationem, in ſuauem clementiæ dulcedinem illam conuertit. Inter ceteros celebres fontes (Ambroſ. Calep. verbo Caſtalium.) Caſtalium fontẽ in Phocide ad radices montis Parnaſſi nõ procul à Delphis exiſtentem veteres dicebant. Hic montem, à quo dimanabat, adeo foecundabat, vt aquarum eius virtute myrti, roſæ, violæ, liguſtra, & innumeri ſuaues floſculi erumperẽt, quibus Phoebi ſorores, ſacri chori Nymphæ, redimiebantur. Chriſtus Dominus cęleſtis fluuius, è caſtaleo caſtæ Mariæ Virginis fonte dimanans, quã Sponſus fontem dixit: (Cant. 4) *Fons ſignatus*, adeo infoecundam terram ſuæ doctrinæ riuulis, & cruoris imbris foecundauit, vt inde innumeri floſculi eruperint: hinc purpurei Martyrũ roſæ, hinc cãdida Virginum lilia, hinc odoriferæ Confeſſorum violæ, hinc odoratiſſimi Doctorũ flores prodierunt, quibus non Apollinei chori nymphæ, ſed ſancta militans Chriſti Eccleſia coronatur, & empyreum exornatur cælum. Fluuius, cum ex alueo exundans prodit, non terram tantum, quam rapido curſu pertranſit, foecundat, ſed arbores etiam quandoque diuellit, & ædificia diſſoluit. Chriſtus Dominus, è Virginis alueo erumpens, foecundata Eccleſię terra iuxta Dauidicum (Pſal. 64) vaticinium: *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam*, ſiluestres illas ſanctorum Regum arbores in gentilitatis ſolo plantatas eradicauit, atque idolorum templa euertit: completumque eſt, quod dixerat Iſaias: (Iſa. 59) *Cum venerit, quaſi fluuius violentus, quem ſpiritus Domini cogit*, ac ſi dicat: Cum è Virginis alueo cæleſtis ille fluuius rapidiſſime eruperit, mirabiles fructus ſua foecũditate producet, à diuino Spiritu vehementer excitabitur: *Quem ſpiritus Domini cogit.*

Tandem tertium cognomen, quo leo nuncupatur, aptiſſimum Chriſto eſt. Leo Rex dicitur animantium: Chriſtus Angelorum, & hominum. Leo maxima fortitudine præditus eſt: Chriſtus ob robur, Patris & brachium nuncupatur: *Brachium Domini cui reuelatum eſt?* (Iſa. 53) Leo cum humilibus, natiuæ oblitus ferocitatis, manſueſcit: Chriſtus humiles benigne ſuſcipit, vt in ſanctis his Regibus ad ſuos pedes peruolutis oſtendit, quos ex infidelibus inanium deorum cultoribus, immobiles Chriſtianæ religionis columnas effecit. Priſci olim Aegyptij leonis ſimulachrũ, vt verum Deum venerabãtur, ad eum confluentes, vt futuros prædiceret bellorum exitus: reſponſa autem taliter exhibebat, vt ſi ad illud confugientes leoninam ferociam præferens inuenirent, pro comperto haberent, ſanguinolentum prælium ipſis deuictis imminere; quod ſi manſuetum vultum inſpicerent, feliciſſimum belli exitum deuictis hoſtibus expectandum cenſerent. Nos veræ fidei cultores non Aegyptium, ſed de tribu Iuda colimus leonem, manſueti agni vultum præſeferentẽ, vt dixit Ioannes: *Ecce Agnus Dei*, vnde merito hoſtium victoriã nobis polliceri poſſumus. Refert Ariſtoteles de mirabilibus naturæ (Ariſt. lib. de mirab. nat.) in quadã prouincia ouem quãdam leonem peperiſſe, ſed agni manſuetudine præditum. Ita manſueta Mariæ ouis leonem peperit, ſed agnis manſuetiorem, adeo vt a ſtulta gentilitatis incredulitate irritatus, ne dum in eam ſæuierit, ſed cæleſtibus præconibus pacem nunciauerit: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, quam Magi Reges totius gentilitatis nomine acceptarunt, Chriſto Domino pro tanto beneficio gratias exhibentes. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Nona.

De contractis ſponſalitijs Chriſti Domini cum Eccleſia catholica, per ſacros Reges adumbrata, in cuius figura præceſſerunt ſponſalitia Samſonis cum Dalila, in illa verba: Hodie cæleſti Sponſo iuncta eſt Eccleſia.

APTISSIMVM eſt hodiernę feſtiuitati propoſitum argumentũ; Chriſti enim cõnubium cum ſua Sponſa initum celebrat Eccleſia: *Hodie cæleſti Sponſo iuncta eſt Eccleſia*, (Eccl. in offic. Epiph.) quam e medijs leonibus, & efferatis gentilitatis belluis euocauit, iuxta illud (Cant. 4.) Canticorum: *Veni Sponſa mea de cubilibus leonum, de montibus pardorum*, eamque vt coronet,

net, vocat? Veni coronaberis: coronauit certe, ſe ipſum illi in Sponſum donans, quia vir corona eſt vxoris. (Oſeæ 2.) Vaticinatus id fuerat Oſeas: *Sponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & ſpõſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego Dominus.* in-ibo, ait Dominus, tecum cæleſte connubiũ, nec libellum repudij formidabis, *Sponſabo te mihi in iuſtitia*, quia iuſtificabo te: *in iudicio*, quia in fauorem tuum ſententiam proferam, & aduerſarium tuum condemnabo: *in miſericordia*, quia nullis tuis ſuffragantibus meritis, gratiam conferam: *in fide, & charitate*, quibus intellectus illuminetur, & voluntas accendatur: *& ſcies, quia ego Dominus*, non ſpeculatiue ſolum, ſed practice. Verum non poſſum non mirari infantule recens nate, quomodo tam cito ſponſam accipere velis, tam mature ne ſagittis ſuis te percuſſit amor? dierum quindecim ætatem non attigiſti, & amore caperis? non amplius quam hebdomadam cum dimidia compleuiſti, & tenerrimus infans es, qui matris inter brachia ſuſtinearis, & lac ad eius vbera ſugas, matrimonij tamen onera ſuſcipere audes? vix e thalamo matris egreſſus es, & ſponſalitia animum tuum ſollicitant? Hoc ſane diuini amoris ſtupendum argumentum eſt, cum vix Chriſtus Dominus inter homines verſatus fuerit, & iam de ſponſalitijs cũ Eccleſia ſua pertractat, in lecto Crucis poſtea matrimonium conſummaturus, cũ dicet: *Cõſummatum eſt.* Connubium hoc in Scriptura præfiguratum reperio. (Iud. 13. & 14.) Legimus enim in libro Iudicum, Samſonẽ Spiritu ſancto plenũ eum in Dan loco inter medias ciuitates Saraa, & Eſthaol degeret, in Thamnata vrbem deſcẽdiſſe, ibique Philiſtææ cuiuſdam mulieris amore captum illius connubium a ſuis parentibus petijſſe, eoſque a propoſito iuuenis animum reuocare conatos; indecens enim exiſtimabant idololatræ vxori coniungi, cũ ſibi paris nobilitatis mulieres non defuiſſent, verum quia amoris igne æſtuabat, conſtanter decreuit illam ſibi in vxorẽ accepturum, dixitq; patri: (Ibidem.) *Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis*: quod deinde patre annuente opere compleuit. Sed hac figura quid figuratum ſit, intueamur. Samſon Dan incolens, cæleſtem infantem præfigurat in ſinu Patris recumbentem, qui certe ita eminens eſt, vt cælum ipſum tranſcendat, iuxta illud Iob: *Excelſior cælo eſt.* Eſſe autem Dan inter duas ciuitates, diuinum Verbũ præſignat, quod iuxta originis ordinem medium eſt inter Patrẽ, & Spiritum ſanctum, immo & mediatoris munus oſtenditur, quo Chriſtus Dominus fungebatur. (Num. 7.) Quod etiam Moyſes indicauit, cum Arcam in medijs Cherubinis conſtituit. Quod autem Samſon ex edito illo loco in Thamnata deſcẽderet, (Iud. 14) quæ interpretatur *imago, vel figura*, Chriſtum ſignificat, qui vt conſubſtantialis Patri erat, humana carens figura, eam incarnatus aſſumpſit, vt dixit Apoſtolus: (Philip. 2.) *Habitu inuentus vt homo.* Hinc mirũ in modum elucet, quantũ diſtet Verbi celſitudo, a qua deſcẽdit, ab inferiori loco, ad quem venit: quæ numquam melius poterit innoteſcere, quamuis omnes ad id coſmographiæ regulæ adhibeantur, quam quatuor illis gradibus, quos Euangeliſta proſequitur. Primus eſt, quod cum immortalis eſſet, mortalis efficeretur in viſceribus Virginis: *Cum natus eſſet Ieſus.* (Matth. 2.) Secundus eſt, qui cum immẽſitatẽ paterni pectoris, a quo vniuerſa creata prodeunt, incoleret, in anguſtum Bethlehem ſtabulum deſcendit: *In Bethlehem Iudæ.* Tertius eſt, quod qui æternus erat, tempore menſuretur: *In diebus.* (Ibidem) Quartus tandem, vt qui omnium dominabatur, tyranno ſubderetur: *In diebus Herodis Regis.* His gradibus excelſam cel- (Gen. 28.) ſitudinem, & infimam Chriſti humilitatem poterimus dimetiri, qui gradus longe præſtantiorem ſcalam conſtituunt ea, quam vidit Iacob, tanto ſane admirabiliorem, quanto per eam Angeli deſcendebant, per hanc autem Deus deſcendit. Primum huius ſcalæ gradum, quem Euangeliſta propoſuit: *Cum natus eſſet Ieſus*, ſi cõtemplemur, (Matth. 2.) duas in Chriſto natiuitates reperiemus Primam (Mich. 5.) æternam: *Et egreſsio eius a diebus æternitatis*, qua (Pſal. 109.) generanti Patri coæternus eſt: *Tecum principium in die virtutis tuæ*; tecum eſt rerum omnium principium & exemplar, quo omnia formantur: *Omnia per ipſum facta ſunt.* Dies virtutis Dei æternitatis dies eſt, in quo generandi virtus prodijt. Secundam videmus *In Bethlehem Iudæ*: vbi ille, de quo dixit Salomon: *Cæli cælorum te capere non poſſunt*, (3. Reg. 8.) in præſepij anguſtijs detinetur. Relinquit diuinus Samſon oppidi celſitudinem, & in Thamnata deſcendit, ſuamque immenſitatem quodammodo coarctauit. Vere quidem de Chriſto Domino Pſalmiſta cecinit: *Dominus regnauit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtute.* (Pſal. 92.) Certum eſt Deũ propter ſuam immenſitatem per vniuerſas mundi plagas diffundi, at præcinxit ſe cingulo a matre accepto: *Cingulum fecit, & tradidit Chananæo*, (Prouerb. 31) & vt canit Eccleſia: *Stricta cingit faſcia*, qua ſeſe adeo coarctauit, vt breui præſepio caperetur. Quod in illo Exodi præfiguratum videmus, cum Legis tabula, manna, & Aaronis virga in breui (Exod. 16.) Arca clauſa erãt, infantulus Moyſes populi Dei (Exod. 2.) liberator fiſcella concluſus; Rex Dauid in ſpelunca Odollam latitabat. (1. Reg. 22. Eccl. Rom.) Tertius huius ſcalæ gradus eſt, quod naſcatur in tempore: *In diebus.* Mirum profecto eſt, quod qui auctor eſt annorum, & menſium, horis menſuretur: *Antequam Abraham fieret*, dixit ipſe, *ego ſum.* (Ioan. 8) Certe, vt Philoſophi docent, menſura debet æquari menſurato: qui igitur fieri poteſt, vt æternus tempore menſuretur? Hoc ſane prodigiũ cernitur hodie in Bethlehẽ, dum qui immenſæ celſitudinis erat, ad noſtram declinãs humilitatẽ menſuratur. Quartus eſt tyranno ſubijci: *In diebus Herodis Regis.* (Matth. 2.) Nihil profecto grauius excogitari poteſt, quam a Turcis captiuum fieri Principem alioquin potẽtiſſimũ. Chriſtus ſane adeo ſe demiſit, vt tyranno Regi ſeſe ſubijceret. Quod ſi petas, quidnam ad hoc Chriſtum Dominum ſollicitauerit, nõ aliud profecto, quam ipſius in ſuam Sponſam dilectio, reſpondebo: quæ quia vera & non ſimulata erat, operibus comprobata eſt: id enim proprium eſt veri amoris, vt illa antiquorum figura demonſtrabat,

ſtrabat, quam in Academia Athenienſes expreſſere. Hi amoris Deum, medium inter Mercurium, & Herculem eloquentiæ, & fortitudinis Deos depingebant, vt oſtenderent, verum amorem non ſolum facundis verbis manifeſtandum, ſed operibus etiam confirmandum adeo, vt pro dilecto omnibus audeat ſe diſcriminibus opponere: quod ad amuſſim compleuit Chriſtus Dominus, cũ tyrãni ſe Herodis dominio ſubijceret, vt dilectam Sponſam a Satanæ tyrannica ſeruitute erueret. Hinc eſt, quod ſancta mater Eccleſia hac die Iordanis baptiſmum, & miraculum de aqua in vinum conuerſa recolit: Chriſti enim baptiſmate Sponſæ maculæ delentur, iuxta illud Apoſtoli: *Vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ.* Aquam in vinum conuertens, charitatis tepiditatem, & ſpiritualẽ glaciem aquis expreſſam diſſoluit, & tepida corda ſuæ charitatis igne accendit, completurque Iſaiæ vaticinium: *Aquæ arderent igni.* Ideoque canit Eccleſia: *Hodie cælesti Sponſo iuncta eſt Eccleſia, Quoniã in Iordane lauit eius crimina.* De hac die loquebatur Ioannes: *Venerunt nuptiæ Agni*: quo etiam nomine eum vocauerat Baptiſta: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Sponſa quidem Eccleſia eſt, Sponſus Agnus, connubij miniſter Ioannes, pronubus Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie apparẽs. Nec defuerunt in hac ſolemnitate dona, quibus Sponſa donata eſt; accepit enim ab Sponſo precioſas fidei diuinæ inaures, inæſtimabilem obedientiæ torquem, charitatis auream catenam, & alia permulta virtutum monilia. Hæc tam precioſa munera Sponſa prçuidens in hoc connubio ſibi tribuenda, anxie has nuptias deſiderãs dicebat: *Oleum effuſum nomen tuum.* Quç verba, vt exponamus, ſupponendum, olim mulieres virorum nominibus fuiſſe ſolitas nominari: vt enim colligitur ex Iſaia, feminæ maximis donis viros cumulabant, vt illorum nominibus vocarentur: *Tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos, eſto vir noſter.* vnde in ſacra Scriptura virorum nominibus eas legimus appellatas, *vt Maria Iacobi, Maria Salome.* Hoc ergo expetens caſta Chriſti Sponſa, efflagitabat oleum diuini nominis effundi ſuper eam, quaſi diceret: nullis alijs gemmis ornari peto, quam quod Sponſa Chriſti ſim: *Tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper me, eſto vir & ſponſus meus.* Compleuit Deus Sponſæ ſuæ hoc ſanctum deſiderium, efferam gentilitatem a remotiſſimis mundi plagis reuocans, ſeq; illi in Sponſum donans: immo paſſus non eſt diuini Sponſi verax amor a Sponſa rogari, ſed ipſe eam præuenit, ſtellamq. nunciam miſit, qua ad caſtum thalamum dilecta Sponſa duceretur.

Sancti Patres Auguſtinus & Cyprianus exiſtimant Adam effotmatũ, non vt putauit Ioſephus, ex terra ſolius campi Damaſceni, ſed ex terra a quatuor mundi partibus deſumpta, vt omnium parens eſſe deſignaretur. Immo & Adam nomen, vt ait ſanctus Cyprianus, ipſi mirifice congruebat ad hoc idem ſignificandum; Adam enim quatuor conſtat litteris, quæ quatuor ſidera in quatuor cæli partibus fixa ſignificant: ex *Anatole*, quæ eſt ad partem orientalem, deſumit A, ex *Dyſi*, quæ a parte occidentali eſt, aſſumit D, ex A rctos, quæ eſt in aquilonari, ſecundum A, accipit, ac tandem ex *Meſembria*, quæ eſt in meridie, mutuat M. ſic enim denotabatur, Adamum, dum omnes mundi regiones complectebatur, vniuerſalem eſſe omnium mortalium parẽtem. Sic ſecundus Adamus Chriſtus Dominus ex quatuor humoribus, quatuorque qualitatibus corpus conſtans habuit, quarum ſingulæ in ſingulis nationibus prædominantur, vt ad omnes procliuis eſſet, & omnes ſingulari dilectione proſequeretur, ſiue gentiles, ſiue barbaros, ſiue Perſas, ſiue Arabes. Hæc ardentiſſima Chriſti dilectio, qua nos omnes complecti deſiderat, cuius quæſo fratres, etiam ingrati animi amorem non conciliabit? cuius cor tametſi æneum non emolliet? cuius tandem obſtinationem non deuincet? ſane etiam efferç & incultæ gentes illi ſubijcientur, vt prædixerat Dauid: *Sagitta tua acuta, populi ſub te cadent*, hoc eſt, efferata gentilium monſtra tuæ legis iugo colla ſubmittent, & illi, qui antea inimici erant, ſtrictiſſimo amicitiæ vinculo tibi deuincientur. Vaticinatus hoc idem fuerat ſub eleganti quadam metaphora ſanctus Iob: *Numquid volet rhinoceros ſeruire tibi, aut morabitur ad præſepe tuum? numquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo?* certe nemo vmquam id præſtare potuit: at infantuli huius virtus tanta eſt, vt tres illos indomitos, atque effrçnes rhinocerotes, tres Reges Magos intelligo, idolorum cultores ad præſepe Bethlehemiticũ diuinç legis mãdatis velut funibus alligatos in brachio potenti perduxerit, vt ab inanium deorũ ſacrilego cultu auulſi ſolum vnum & verum Deum colerent. Sed quid iam de hac Magorum conuerſione Patres edixerint, in medium producamus. S. Maximus homilia 5. in Epiphania ait [Quæ tãta permutatio, fratres, quæue iſta conuerſio eſt? apud Iudæos Propheta loquitur, nec auditur, apud gẽtiles ſtella tacet, & ſuadet. Vere, ſicut ſcriptũ eſt, *Quibus non eſt nunciatum de eo videbunt, & qui nõ audierunt intelligent.* Ecce enim Chaldæi, quibus nihil vmquã fuerat de huiuſmodi myſterijs prædicatum, intellexerunt natiuitatem Chriſti, ipſumq. Chriſtum ſollicite perquirentes, cælu mõſtratæ ſtellæ ducatu inuenire meruerunt. Nec ſane a quibuſcumque vilibus, obſcuris, abiectiſq; hominibus hæc ſunt vel intellecta, vel viſa, ſed a Chaldçis, id eſt, apud quos ſuperſtitionũ regnabat error, in his ingreſſus mundum Chriſtus primitias fidei ſalutaris inuenit, & factum eſt inter Iudæos, atque gentiles quoddam perfidiç, fideiq; certamen. Nato enim Chriſto exultabat Chaldçа, & tota cum ſuis principibus Hieroſolyma torquebatur: inſectabatur Iudæus, Magus adorabat: Herodes acuebat gladium, Chaldæus munera præparabat]. hæc ille. D. autem Ioãnes Chryſoſtomus hæc ſcribit [De his Magis idẽ Dauid ſignificare monſtratur, cum dicit: *Venient legati ex Aegypto, Aethiopia præueniet manus eius.* Nã, quia mundũ iſtum ſæpe Scriptura diuina Aegyptum nuncupat, recte Magos illos intelligimus Aegypti

Marginal notes: Ephe 5. — Iſa. 64 — Eccl. Com. in off. Epiph. — Apoc. 19 Ioan. 1. — Cant. 1. — Iſa. 4. — Marci 16 — Iſa. 4. — Auguſt. in Ioan. tract. 9. Cypr. tract. de Sina, & Sion. — Pſal. 44. — Iob. 39 — S. Maximus homil. 5. in Epiph. — Iſa. 52 — D. Ioan. Chryſ. vel quicumque eſt auctor imperfecti ſuper Matth. hom. 4. Matth. 68.

Aegypti legatos, qui quaſi totius mundi legati electi, in muneribus, quę obtulerunt, credulitatẽ omnium gentium, ac fidei initia dedicauerunt. Poſt oblata itaque munera admonentur Magi, ne redeant ad Herodem Regem, & ſic *Per aliã viam reuerſi ſunt in regionem ſuam*: exemplum nobis pudicitiæ, ac fidei perferentes, vt cognito ſemel adoratoque Chriſto Rege, viam prioris itineris, id eſt, erroris veteris relinquentes, & per aliam viam, in qua nobis dux Chriſtus, incedentes, ad regionem noſtram, id eſt Paradiſum, de quo Adam pulſus eſt, redeamus. De qua regione dicitur in Pſalmo: *Placebo Domino in regione viuorum*. Redeunt igitur Magi commoniti per aliam viam, fruſtrata tyranni crudelitate: atque hoc modo per Magos & puer Rex natus agnoſcitur, & Herodis tyranni verſutia ſuperatur. Hunc autem triumphum Dominum, ac Saluatorem noſtrum paruulum, & in ipſo corpore natiuitatis ſuæ exordio habiturum olim Iſaias prænunciauerat, dicendo: *Quoniam priuſquã ſciat puer vocare patrem, vel matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ aduerſus Regem Aſſyriorum*. Virtus Damaſci, quam puer natus Filius Dei accepit, aurum intelligitur, quod a Magis oblatum eſt. Spolia autem Samariæ, eoſdem Magos, quos de errore ſuperſtitionis Samariæ, hoc eſt de cultura idolorum abſtraxit. Qui cum ante ſpolia Diaboli eſſent per falſam religionẽ, poſtea ſpolia Dei facti ſunt per Chriſti cognitionem. Per Regem autẽ Aſſyriorũ, Herodem ſignificat, vel certe Diabolũ, contra quem Magi ipſi aduerſarij extiterũt, adorando ſcilicet Filiũ Dei Dõm & Saluatorem noſtrum] hactenus Chryſoſtom. qui homilia 6. in Matthæum, alia de hac conuerſione Magorum pulchra edifferit in hæc verba. [Illud inquiſitione dignum puto, vnde hunc Magi illi potuerunt intellectũ inuenire, & quis eos in hoc ſuſcitaſſe credatur: non enim hoc mihi ſolius eſſe ſtellæ videtur, verum etiam Dei, per quẽ illorum ad hoc anima cõmota eſt. Qui tale etiã aliquid in Cyro legitur Rege feciſſe, præparans eum, vt Iudæorum populum a iugo captiuitatis abſolueret, non tamen ſic iſtud operando, vt liberi arbitrij iura perfringeret. Siquidem etiam cum Paulum vocauit e cælo, non ſuam tantummodo gratiam, ſed etiam illius fecit obedientiã relucere. Et cur, inquiens, non hoc magis omnibus reuelauit? quia ſcilicet, non omnes fuerant credituri; erant quippe iſti cunctis, qui in illa verſabantur arte, ad fidem paratiores. Nam & cum plurimæ aliæ gentes perirent, ad ſolos tamen Niniuitas Propheta directus eſt. Et duo latrones iuxta Dominum pependerunt, ſed vnus tantum electus eſt in ſalutem. Conſidera igitur horum, & admirare virtutem, non modo, quia tam longi itineris ſubiere laborem, ſed etiam, quia tam ſimpliciter & libere egere cum Rege. Venimus, inquiunt, adorare eum, & neque tumultum populi, neque clamorem, nec poteſtatem formidant tyranni. Vnde mihi videntur iſti etiam in regione propria facti eſſe poſtea ciuium ſuorũ magiſtri. Qui enim hic nequaquam iſta dicere timuerunt, multo hæc ipſa liberius patriæ ſuæ hominibus prædicarunt.] S. Fulgentius ſermone de Epiphania, loquens de muneribus, quæ Sponſo ſuo noua Sponſa obtulit, eleganter hæc ſcripſit [Attende quid obtulerunt, & agnoſce quid crediderunt. Refert enim Euangeliſta, quia intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, thus, aurum, & myrrham. Per iſta tria munerum genera, in vno eodemq. Chriſto & diuina maieſtas, & regia poteſtas, & humana mortalitas intimatur. Thus enim ad ſacrificium, aurum ad tributum, myrrha pertinet ad ſepulturam mortuorum. Omnia ſancta fides Chriſto veraciter offerre nõ deſinit, dum vnum eundemq. verum Deum, verum Regem, verumq. hominem credidit, vt vere pro nobis mortuum veraciter recognoſcat. In oblatione thuris confunditur Arrianus, qui ſoli Patri ſacrificium offerri debere contendit. In oblatione myrrhæ confunditur Manichęus, qui Chriſtum vere mortuum pro noſtra ſalute nõ credit. In auro vero ſimul vterque confunditur, quia & Manichæus de ſemine Dauid ſecundum carnem natum non credit Regem, & Arrianus Deo vnigenito naturalem aſſignare nititur ſeruitutem. Proinde vterque non experietur Regem, a quo per fidem regatur, ſed a quo infidelitatis crimine puniatur, quia ab vno diuinitatis, ab altero carnis veritas denegatur. In iiſdem muneribus confunditur etiam Neſtorius, qui nititur Chriſtum in duas perſonas diuidere, cum videat Magos non alia Deo, & alia homini, ſed vni Deo homini eadem munera obtuliſſe ſuppliciter. Non ergo diuidatur in perſonis, qui non inuenitur diuiſus in donis. Propterea quippe vnus idemq. iſtis muneribus honoratur, vt vnus idẽq. Deus & homo cognoſcatur. hactenus S. Fulgẽtius] Quod ſi quiſpiã interroget, quare Chriſt' in infantili ætate voluerit Regibus apparere: huic interrogationi tam eleganter, quam pie reſpondit S. Chryſologus ſerm. 3. de Epiph. [Sæpe quęrimus, quare ſic mundum Chriſtus intrat, vt ventris experiatur anguſtias, partus patiatur iniuriam, ſuſtineat vincula pannorum, cunabula toleret imbecilla, lacrymis vberum nutrimenta diſquirat, ętatum gradus, neceſſitateſq. perſentiat. Et qualiter venire debuit, qui voluit apportare gratiam, timorem pellere, quærere charitatem? Natura docet omnes, quid valeat, quid mereatur infantia. Infantia quam barbariẽ non vincit? quam feritatem non mitigat? quam crudelitatem non comprimit? quem non compeſcit furorem? quam non poteſtatem deponit? quẽ non inflectit rigorem? quam duritiam non reſoluit? quid non amoris expoſtulat? quid non affectionis extorquet? quam non imponit gratiam? quam nõ impetrat charitatem? Hoc ita eſſe ſciũt patres, matres ſentiunt, probant omnes, viſcera humana teſtantur. Sic enim naſci voluit, quia amari voluit, non timeri.] Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſal. 26.

Iſai. 8.

Io. Chryſoſt. hom. 6. in Matth.

2. Paral. 36. & 1. Eſdrae & 2.

Act. 9.

Luc. 23

S. Fulg. ſerm. de Epiph.

S. Chryſolog. ſerm. 3. de Epiph.

DE BAPTISMO
A CHRISTO DOMINO
IN IORDANE SVSCEPTO,
ET EIVS ARCANIS.

LIBER SEPTIMVS.

Homilia Prima.

Elucidantur verba illa: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; vbi multiplex cauſa ſignatur, ob quam Chriſtus Dominus Agnus a Ioanne vocatus eſt.

ANTEQVAM de Chriſti Domini baptiſmo diſſerere incipiam, oportet verba propoſita, quæ præuie ad illum Ioannes dixit, ante eius tractationem diſcutienda præmittere. Sanctus Cyrillus, & Theophylactus ſuper cap. 1. Ioannis, illa enucleantes, obſeruant, & merito, quod in Græco non ſine ſpeciali emphaſi dicitur Agnus ille, hoc eſt, Agnus ille, quem Prophetæ prænunciarunt: *Quaſi agnus coram tondente obmuteſcet*. Agnus ille, quem antiqui Patres enixe expoſtulabant: *Emitte Agnum Domine, dominatorem terræ*. Agnus ille, quem lex præſignauit, præcipiens bis offerri in templo, quia diuinus iſte Agnus bis ſacrificandus erat, matutino, & veſpertino tempore, in infantia ſcilicet, & iuuentute: ſiquidem in vtraque pro nobis ſanguinem effudit. Eſtque maxima obſeruatione dignum, quod illud ſacrificium ſignificabat perpetuitatem beatitudinis, quam per huius Agni ſanguinem conſecuturi ſumus: *Agnos anniculos duos quotidie in holocauſtum ſempiternum, vnum offeretis mane, & alterum ad veſperum*. Quem tandem Moyſes præfigurauit, præcipiens filijs Iſrael, vt in egreſſu ex Pharaonis captiuitate agnum Deo immolarent. Vt enim olim illi è ſeruitute Aegyptiaca non ante fuere liberati, quam agnus fuit immolatus; ita nos a tyrannica peccatorum ſeruitute non ante ſumus erepti, quam innocentiſſimus Agnus filius Mariæ in victimam Deo Patri in ara Crucis ſe offerret. Hæc perpendens Diuus Auguſtinus tractatu ſeptimo in Ioannem, ait: *Vtique ſingulariter iſte Agnus (nam & diſcipuli dicti ſunt agni: Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos) Agnus ſingulariter ſine macula, ſine peccato: non cuius macula abſterſa ſunt, ſed cuius macula nulla fuerit. Ipſe Ioannes non erat agnus? non erat vir ſanctus? non erat amicus ſponſi? Ergo ſingulariter ille hic eſt Agnus Dei, quia ſingulariter huius Agni ſanguine ſolo homines redimi potuerunt*. Duplicem autem ob cauſam docent Patres vocaſſe Ioannem Chriſtum Dominum Agnum. Primo ad ſignificandam eximiam eius innocentiam. Præcipiebat olim Deus, vt agnus ſibi immolandus, qui Chriſti figuram gerebat, abſque macula eſſet, maſculus, & anniculus. Abſque macula, vt innocentiam; maſculus, vt fortitudinem: anniculus, vt perfectionem

Cyrillus, & Theoph. ſup. c. 1. Ioann.
Iſa. 53.
Idem 16.
Exod. 29.
Exod. 12.
D. Aug. tr. 7. in Ioan.
Luc. 10.
Exod. 12.

Digitized by Google

adnmbraret. Quam interpretationem docuit me Gregnrius Nazianzenus in hæc verba: (Greg. Naz. orat. 41.) *Immaculotus agnus eſt, & incorruptus, vt qui næuos, ac vitia ac ſordes a peccato manantes curet. Quamuis enim peccata noſtra ſuſceperit, & morbos portauerit, ipſe tamen nihil eorum, quæ curationis indigent, perpeſſus eſt.* Tentatus eſt enim per omnia pro ſimilitudine noſtra, cæterum abſque peccato. Ille enim, id eſt dæmon, qui lucem in tenebris lucentem perſecutus eſt, id eſt Chriſtum, eum nequaquam comprehendit. Maſculus eſt, qui Adam fortitudine, ac robore ſuperet, nihil muliebre, nihil molle, atque effeminatnm geſtet. Perfectus non modo propter diuinitatem, qua nihil eſt perfectius, ſed etiam propter humanitatem. Hinc eſt, quod cum Ioannem non lateret præcellens Chriſti Domini ſanctitas, ac innocentia, non baptizauit eum eiſdem cærimonijs, quibus alios. Eſt enim conſtans Patrum ſententia, vt ſnpra eſt oſtenſum, Ioannem baptizaſſe in nomine Chriſti venturi, ſub qua forma manifeſtum eſt non baptizaſſe illum. Deinde Euthymius (Euth. c. 3 super Matth.) capite tertio ſuper Matthęum refert ex multorum ſententia, quod Ioannes vnumquemque baptizatorum in aquam ad collum vſque immiſſum detinebat, qnonſque peccata ſua confeſſus eſſet, & poſt confeſſionem aſcendebat de aqua baptizatus. At Chriſtus Dominns cum peccatum non haberet, nnn fuit a Ioanne detentus in aqua; vnde notanter Euangeliſta dixit de Chriſto: *Confeſtim aſcendens de aqua* (Matth. 3. S. Io. Chryſo.) *vidit cælos apertos.* Scio Diuum Chryſoſtomum aliter hæc verba explicare: ait enim: *Omnes, qui digne, ſecundum omnia membra iuſtitia formati, & conſummati, baptizantur in Chriſto, confeſtim de aqua aſcendunt, id eſt proficiunt ad virtutes, & ad cæleſtem dignitatem ſubleuantur: qui enim ingreſſi fuerint in aquam carnales, & filij Adam peccatores, confeſtim de aqua aſcendunt ſpirituales, & filij Dei facti.* Optimus ſenſus, ſed myſticus, litteralior vero, quem ex Euthymio tradidimus, ad Chriſti innocentiam manifeſtandam; quam non ſolum D. Ioannes, ſed & Diuus Petrus (1. Pet. 1.) contemplans, Agnum immaculatum vocauit Chriſtum Dominum. Hinc etiam eſt, vt refert (Opt. Mileuit. lib. 3. contra Donatist.) Optatus Mileuitanus libro tertio contra Donatiſtas, quod olim ſingulis catechumenis ſacri baptiſmatis fonte iam ablutis ſingulæ imagines ex maſſa cerea candida confectæ dabantur, in quibus agni ſpecies expreſſa cernebatur. Cuius cærimoniæ vſus non tunc adhuc vigebat, niſi vt cederet in teſtimonium, & argumentum, quod catechumeni illi virtute Agni immaculati Chriſti Domini, ſacramentali aquæ lotione mundati, ſanctitatis candore, & agnina manſuetudine decorati, ex ſacro fonte prodibant: vnde tum ſancta Mater Eccleſia dulci concentu canebat: *Iſti ſunt agni nouelli, qui venerunt ad fontes, & repleti ſunt claritate.* Licet enim peccatores Aethiopibus Guineæ turpiores, ac nigriores exiſtant, & Propheta Hieremias dixerit: *Numquid poterit Aethiops mutare pellem ſuam?* (Hier. 13.) mira tamen, ac inaudita virtus, & efficacitas innocentiæ huius Agni eo peruenit, vt nigerrimos coruos in candidiſſimos cygnos conuertat, veluti olim expertus fuit Aethiops Eunuchus Candacis Reginæ, qui a Philippo baptizatus, agninum candorem induens, animo candidus egreſſus eſt.

Secundo docent Patres, Baptiſtam Chriſtum Dominum Agnum vocitaſſe, vt raram, ac inauditam eius manſuetudinem demonſtraret: vt enim docet Papa Innocentius Tertius, agnus (Innoc. lib. 3. de sac. Euch myst.) a quodam nomine Græco deriuatur, quod idem pollet, quod Latine, pius. Chriſtus Dominus tanta manſuetudine præditus fuit, vt non ſolum in ſeipſo manſuetus extiterit, ſed homines leonina ferocitate indutos, in manſuetiſſimos agnos conuerterit: ſed neque id ſolum, verum etiam ipſum mare, cum tumentibus vndis inſæuit, atque fremit, ſolo verbo manſueſcere compellit, ac aquarum vortices compeſcere facit. Vnde cum ſemel ingentem tempeſtatem ſolo imperio ſedaſſet, quidam dixerunt: *Quis eſt hic, quia mare, & venti obediunt ei?* (Matth. 8.) Plerumque Chriſtiani nautæ ingruente tempeſtate, & imminenti nauis ſubmerſionis periculo hoc præſentiſſimo vti conſueuere remedio, vt Agnum Dei ex cera benedictum in maris vndas proijciant, vt mirabili eius virtute intumeſcentes maris fluctus, ac periculoſiſſimas eius elationes coerceat. Non ſecus Deus Pater velut ſupremus huius mundi nauta, ex eminentiſſima empyrei cæli puppi graſſantem peccatorum calamitatem, vniuerſum genus humanum iam prope funditus obruentem, clariſſime intuens, immiſit in medias turbulenti huius maris vndas Agnum Dei ſibi conſubſtantialem, Chriſtum ſcilicet Dominum, qui perfecte adeo tempeſtatem ſedauit, vt aquæ, quæ olim tempore Noe in interitum (Gen. 7.) dabant homines, modo Chriſto in eis baptizato mirabili ſuæ carnis contactu ſanctificatæ, ac ſacramentali baptiſmatis inſtitutione ſupernaturaliter eleuatæ, peccata occidant, animam viuificent, dæmones abigant, Spiritus ſancti gratiam nobis concilient, & obſeratam regni cælorum ianuam aperiant. Antiquiſſimæ referunt hiſtoriæ, quod cum quidam Romani milites duci conſulerent, ne die, quo ille bellum indicere tentabat, hoſtes aggrederetur, quia infelix, & infauſtus dies ille erat, ipſe reſpondit: *Nos hunc diē ex infauſto fauſtū reddemus.* Ita ſane diuinus iſte Agnus aquas, quæ adeo ingratæ, & infeſtæ hominibus extiterant, ſalutares toti humano generi, ac peccati morbo medendo vtiles reddidit, de quibus ita Iſaias prædixerat: *Haurietis aquas de fontibus Saluatoris.* Sed pergo iam aliter expendere agninam Chriſti manſuetudinem; multa quidem animalia dentibus, cornibus, pedum pernicitate, alia calliditate, & ſolertia, alia tandem veneno armata experimur. At Agnus inermis incedit nihil

hil

hil ferocitatis, nihil calliditatis, nihil veneni ſecum gerit, vt qui agnum videt, ipſam manſuetudinem intueri videatur. Ecce ergo agnum Dei Chriſtum Dominum manſuetiſſimum: non excandeſcit, non bilis paſſione ardet, fulmina ponit, pharetram ſuſpendit, tela relinquit, non fulminat, nõ tonat, non vibrat haſtam, nõ euaginat gladiũ, immo nec vociferatur: *Non clamabit* (ait Iſaias) *nec audietur vox eius foris, calamũ quaſ-*
Iſa. c. 42.
ſatum non conteret. quibus conſonant alia eiuſdem Iſaiæ: *Tamquam agnus coram tondente ſe*
Iſa. 53.
obmuteſcet. Falſis quidem teſtimonijs tondebatur eius honor, agnus vero reticebat: tondebatur ſacrum corpus, agnus ſilebat: ſanguis eius in terram immaniter fundebatur, & os ſuum non aperiebat. Olim quidem ſacra Regum narrac
3 Reg. 19.
hiſtoria, quod poſt horribilem vẽtum, poſt terribilem terræmotum, poſt voraciſſimum ignem miſit Dominus auræ tenuis ſibilum, & cum Elia locutus eſt: non ſecus poſt legem Moyſis horribili in igne datam, non flammis ardẽtibus vt in monte Sinai, non nubibus, non tonitruis, & fulgoribus ſeptus, ſed in ſibilo auræ tenuis manſuetiſſimus Agnus venit, vt ait Diuus Irenæus:
Irenæus l. 4. c. 37.
Per hæc, inquit, *quæ Eliæ oſtenſa ſunt, ſecundum hominem aduentus Domini ſignificabatur futurus poſt illam legem, quæ data eſt ad Moyſen, mitis, & tranquillus.* Olim quidem diuerſis valde nominibus Deus appellabatur. Leonem, pardum, & vrſam vocauit illum Oſeas: *Ero eis quaſi leæna, ſicut*
Oſe. 13.
pardus in via Aſſyriorum: occurram eis quaſi vrſa raptis catulis, & conſumam eos ibi quaſi leo: at modo in aurea lege gratię vocatur Deus Agnus, cuius tanta eſt manſuetudo, & humilitas, quod referunt hiſtorici rerum naturalium coram lupo in genua procũbere, & obmuteſcere, neq. iræ minimum aliquod oſtendere inditium. quod & de Chriſto Iſaias prædixerat: *Non erit triſtis,*
Eſa. 42.
nec turbulentus. Periti linguæ ſanctę hæc verba ex Hebræo vertunt in hunc modum: *Non fumigabit, & non curret.* Fumigare irati eſt, iuxta illud Pſalmi: *Aſcendit fumus in ira eius.* Noſter quidem agnus non fumigauit, vt iratus leo, nec
Pſal. 17.
ad laniandos homines furibundus, vt vrſa raptis catulis cucurrit, admirabili manſuetudine inflicta tormenta, & illatas iniurias pertulit, & rugientes leones, immaneſque lupos non alijs, quam manſuetudinis armis ſuperauit. Vnde egregie D. Auguſtinus ait: *Agnus eſt, quem lupi timent; Agnus eſt, qui leonem occiſus occidit. San-*
Aug. tract. 7. in Ioan.
guine agni victus eſt leo. & Pſal. 131. *Rex*, inquit,
Pſal. 131.
noſter manſuetudine vicit Diabolũ. Sæuiebat ille, iſte ſufferebat; victus eſt, qui ſæuiebat; vicit, qui ſufferebat. In iſta manſuetudine Eccleſia vicit inimicos, &c. Manſuetudine vicit Agnus, manſuetudine vicere Martyres, manſuetudine vincit Chriſtianus; ira, animique excandeſcentia vincitur: *Paſce agnos meos* (ait Petro Dominus, Ioannis vltimo capite) videlicet, agnos nos eſſe
Ioan. vlt.
vult, ſuique imitatores mitiſſimus agnus. Hanc eandem manſuetudinem idem Iſaias ſingulari quadam metaphora prædixit: *Habitauit,*
Iſa. 11.
Lib. vij.

inquit, *lupus cum agno.* Inſolitum quidẽ, lupũ cũ agno velle habitare, quem feſtinat occidere, ac deuorare: ſed agnus Dei hoc habuit præ omnibus alijs ſingulare, ac proprium, vt cum ipſo voluerint habitare lupi rapaces. Nonne lupus rapax erat Saulus? & tamen cum agno iſto habitauit in cælo, dum arcana diuina conſpexit. Nõne cum ipſo habitauit Matthæus alienorum bonorum lupus rapax? Nõne tandem multi alij lupi rapaces depoſita ferocitate facti agni cum
2. Cor. 12.
Matt. 9.
Agno habitauerunt? quotquot enim, quæ ſua ſunt, quærunt, lupi rapaces ſunt, ſed cum reſipiſcunt ad bona conuerſi, facti agni nouelli, cum Agno Dei in terris prius, deinde in cælis cohabitãt. Hunc eundem agnum in ſimilitudine agni multis ænigmatibus circumſepti præuidit alias Ioannes, dum ait: *Vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum*
Apoc. 5.
ſtantem tamquam occiſum, & habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei miſſi in omnem terram. Quam mirabilem viſionẽ non aliter explicare annitar, quam pulchra, ac erudita Fr. Simonis Caſſiani elucidatione, qui in hæc verba eam interpretatur: *In medio ſtabat*
Simon Caſſian. de proceſſu præmitend. 5.
agnus tamquam occiſus, quia quamuis reſurrexit, tamquam occiſus ſtat cum merito mortis vſque ad finem ſæculi pro omnibus, qui vnam fidem de Chriſto tenuerunt. Animalia vero ad Euangelicos viros; Seniores ad eos, qui in gratia, ſiue in lege naturæ, ſiue in Moſaica deceſſerunt, pertinent. Omnium ſane iſtorum agnus occiſus peccata in ſe purgaturus accepit, in quem Ioannes Baptiſta intendens, digito indicauit. Et cornua ſeptem videbatur habere, vniuerſalem videlicet poteſtatem ad repugnandas omnes aduerſarias poteſtates. Et oculos ſeptem vniuerſæ viſionis, vt eius ſcientiam nihil poſſit effugere. Qui ſpiritus Dei dicuntur improbabiles, atque inuiſibiles ad agenda nec non & ſeptem dona ſpiritus, quæ, vt mundus poſſit accipere, ipſe meruit agnus, qui Eccleſiam orthodoxam accepit vxorem. Et nuptiæ agni venerunt, & vxor eius præparauit ſe, quam cooperuit byſſino ſplendido, & candida: quod nequaquam feciſſet, niſi prius eius peccata lauanda in ſuo ſanguine abſtuliſſet, vt iuſtificari à Domino mereretur. Quod idem Ioannes ſecutus adiunxit: Byſſinum eius iuſtificationes Sãctorum ſunt. Et ipſe agnus huius mundi conſũmato
Apoc. 19.
myſterio, lucerna eius erit in gloria æternæ claritatis. hæc ille. His addamus, quod etiam Ioannes dixit (*Ecce agnus Dei*) ſignificauit Chriſtum
Ioa. 1.
Dominum agnum eſſe ex candida virginalis ſuę carnis maſſa confectum, multiſque virtutum gemmis, & margaritis ornatum, quo Eccleſia, vt eius ſponſa, tamquam monili quodam, ac torque ornatur, ac decoratur.

His omnibus duplicem aliam rationem adiungamus, ob quã Ioannes apte ſatis Chriſtum Dominum agnum vocauit. Prima, quia agnus ab agnoſcendo dicitur, ſi credimus D. Iſidoro libro etymologiarum: tum quod matrem ſuam
Iſidor l. etymologiarum
inter mille oues omnino ſimiles ſola eius voce audita facile dignoſcat; tum quod lupum, quem

Digitized by Google

antea minime nouerat, cum primum videt, illum execratur, & ab eo diſcedic. Quæ duo mirifice Chriſto conſentiunt. Primo cum Verbum Patris ſit, per potentiam cognoſcitiuam, & ex comprehenſiua Dei cognitione neceſſe erat generari. Secundo, quia nō ſolum, vt agnus, præſentem, ſed futuram ſuam matrem ab ęterno agnouit, vnde cum primum vocem audiuit (*Ecce ancilla Domini*) Luc. 1. non ſecus, ac agnus, cum ad vbera matris ſugenda celeri curſu accurrit, ipſe in virginalem Mariæ thalamum cōtinuo deſcendit. Tertio, quia Chriſtus Dominus ita claram, ac limpidam dęmonis truculenti, ac infeſtiſſimi lupi cognitionem habuit, vt de eo diceret: Ioan. 8. *Ille homicida fuit à principio*; quia cum primum me agnouit, velut immaniſſimus lupus ſanguinem meum ebibere, ac me penitus perdere ardentiſſime deſiderauit. Tandem ſecundam cauſam ſubnectamus. Appellauit Chriſtum Agnum, vt ſummam vtilitatem ex eo in nos emergentem præſignificaret. Agni omnia ſunt vtilia, caro, & ſanguis eius nos cibant, lana, & pellis induunt, cornua, & vngues, immo & viliora eius excrementa in medicina nonnullis morbis curādis deſeruiunt, vt tradit noſter Anglicus. Bart. Angl. de prop. rer. l. 18. c. 9. & 96. Omnia etiā, & ſingula huius diuini Agni, ſi attente contēpleris, proficua, ac ſalubria reperies. Ioan. 14. Caro eius noſter eſt cibus, ſanguiſque potus; oculi eius intuitu ſanctificant, manus tactu ſanāt, ſaliua cæcos illuminat, vox mari, & vētis tranquilltatē donat, mortuos reſuſcitat, dæmones torquet, peccatores conuertit. quid plura! reſpiratio, ſeu inſufflatio eius Spiritum ſanctum præbet: Ioan. 20. *Inſufflauit, & dixit: Accipite Spiritum ſanctum*: ac tandem ſolius fimbriæ illius veſtimenti contactus fluxum ſanguinis cōpreſſit. Vt autem Ioannes eximiam huius Agni virtutem expreſſius deſcriberet, ſubiungit, talem, ac tam mirificam eſſe eius poteſtatem, vt ipſe ſolus exiſtens ſine peccato, poſſet omnium peccata delere: Ioan. 1. *Ecce qui tollit peccata mundi*: quæ tamen vniuerſa veteris Teſtamenti, tam cruenta, quam incruenta ſacrificia præſtare minime potuerunt. Vt enim dicit Apoſtolus: Heb. 10. *Impoſſibile eſt ſanguine taurorum, & hircorum auferri peccata*. quod Sedulius perpulchro cecinit carmine, dicens:

Sedulius.

—— Mox prædicat Agnus
Ecce Dei veniens peccatum tollere mundi:
Tollere cum dicit, quod nō habet, hoc mihi tollit.

Sed melius illo Diuus Chryſoſtomus ſolita ſua ſic ait eloquentia: Chryſ. ho. 3. ad Neph. 1. 3 *Quid ait Moyſes? ſanguiſne ouis rationalem hominem liberare conſueuit? Valde*, inquit, *Moyſes, non eo, quod ſanguis ſit, ſed quia Dominici ſanguinis per eum demonſtratur exemplum. Nam ſicut regnantium ſtatua nonnumquam ad ſe confugientibus hominibus ſubuenire conſueuerunt: ita & ſanguis ille homines liberauit; non quia ſanguis fuit, ſed quia Chriſti ſanguinis oſtendebat aduentum*. hæc ille. Tollit autē non certum genus peccatorum, aut vnius hominis, vel gentis: vnde in Apocalypſi dicitur: *Agnus occiſus eſt ab origine mundi*; Apoc. 5. eo quod peccata quæcumque in omni ſæculo, & ætate deleta, ac delenda mirabili huius Agni, & ſanguinis ſui virtute expiata, & expianda ſunt. Licet enim ad Hebræos miſſus fuerit, ſed non tamen propter ſolos illos, ſed propter vniuerſum mundum. In Occidentem enim, Orientem, Septentrionem, Auſtrumque eius redemptio pertingit: quas mundi quatuor plagas, Crucis quatuor partes adumbrant, in qua immaculatus Agnus eſt immolatus. Vnde Ioannes inquit: *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi*. Ioan. 1. c. 2. Scio Græcum interpretem tranſtuliſſe in ſingulari (*Ecce qui tollit peccatū mundi*) vt Diuus Cyprianus, Beda, & Theophylactus obſeruarunt. quam lectionem ſequuntur Euangelium Syrum, Diuus Ambroſius, Irenęus, & Hieronymus: tamen nomine peccati illud antiquum peccatum intelligitur, de quo Diuus Paulus: *Per vnum hominem peccatum introiuit in mundum*. Cyp. l. 3. de dupl. Mart. Beda apud D. Th. in cat. Euā. ſup. Euangel. Tranſ. Græc. D. Amb. in pſ. 118. & ser. 22. & l. 5. ep. 31. ad Simp. & lib. 9. ep. 73. ad Clem. & ep. 79. ad Irenæum. Ire. l. 3. c. 33. D. Ambr. in c. 65. Ezech. Rom. 5. Exod. 8. Quia illud fuit radix, & origo omnium peccatorum; atque adeo licet fuerit vnum formaliter, multiplex tamen virtualiter. Mihi tamen magis placet, non ſignificari ibi peccatum originale ſolum: quam ſingulari numero ſolet in ſacra Scriptura tota rei natura, & ingens copia ſignificari. Vnde in Exod. 8. dicitur: *Venit muſca grauiſſima*, hoc eſt, magna multitudo muſcarum, vt ibidem verſiculo 21. declaratur. Tollit autem Agnus iſte peccata efficienter, quatenus Deus, quatenus autem homo multipliciter: tum efficienter per ſacramenta tamquam per inſtrumenta effectiua gratiæ, tum via meriti, & ſatisfactionis, tum tandem per modum ſacrificij, non ſolum cruenti in Cruce, ſed incruenti in Euchariſtia. Tollit vero illa cum ſumma ſapientia; quia in adultis præparationem exigit, ex diuinæ gratiæ auxilio procedentem, qua ſine peccata decenter, & congrue non condonarentur. Egregie autem Diuus Chryſoſtomus annotauit, Euangeliſtam non dixiſſe, *qui* tollet, ſed *qui tollit peccata mundi*, Chryſ. hom. 17. vt præſenti vſus tempore vim connaturalem, qua pollebat Agnus, ad tollenda peccata ſignificaret, eo modo, quo non conſueuit dici (ignis calefaciet) ſed (ignis calefacit) vt ſignificemus natura quidem ſua omni tempore, omni loco, omnemque ſibi ſubiectam materiam, niſi quid obſtet, calefacere. Vſus eſt autem Ioannes verbo ad eam naturalem virtutem exprimendam accommodatiſſimo, quia non dicit, qui remittit, qui tegit, qui nō imputat (vt Caluiniani, & Lutherani finxere) ſed *Qui tollit peccata mundi*; id eſt, qui penitus aufert, & radicitus euellit, vt perdocte Theophylactus animaduertit. Quamuis enim in iuſtificatis plerūq. maneat reatus, ſeu obligatio

ad

pedibuſque fruges terit, mercedem laboris habet præſentem, & ori paſtum proximum, adeo vt ad libitũ collum protẽdere, ceruicem demittere, & ſpicas in cibum, & laboris leuamen aſſumere facile poſſit: vnde re vera in labore ipſo pręſenti pręmio potiri permittitur, iuxta illud: (Deut. 25.) *Non ligabis os bouis triturantis*. Perſimilis huic eſt hominum conditio, atque ingenium: horrent homines pro Chriſto laborem ſubire, & arare, quia æternum præmium præſens non adeſt, ſed futurum promittitur, vnde laborare oportet in fide, & ſpe futuræ retributionis. Aſt mundus, quia delitias, & voluptates exhibet præſentes, appetitum oblectantes, ideo multi hoc præſenti præmio allecti malunt ei, quam Chriſto inſeruire: ad amuſſim tamen re perpenſa mendax omnino eſt mundus, omnes ſeruorum Dei voluptates in futurum aſſerens dilatas: complures namque ſuauiſſimas experiuntur in terra. Nam præterquam teſtimonio potiuntur conſcientiæ, quod maiori valet animum perfundere gaudio, quam omnia ſimul totius mundi oblectamenta: Paulus in carcerem detruſus, fuſtibuſque acriter cæſus diuinas delicias prælibans in hæc (2. Cor. 7.) verba erupit: *Repletus ſum conſolatione: ſuperabundo gaudio*. Itaque ſicut cum in vaſe pleno, ex nimia copia aqua per latera ſupereffluere ſolet; ita vas electionis Paulus tanto gaudio, & conſolatione repletus erat, vt ex eo, quod redundabat, alios exhilarare, & conſolari poſſet, (2. Cor. 1.) ipſo dicente: *Vt poſſimus, & nos conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt*. At vero ſi quis ſe numquã hæc experiri ſubmurmuret gaudia, equidem hoc plane crediderim: nam ſicut, qui cibum aliquem non probat, ſuauem eius ſaporem perſentire nequit; ita qui ſpiritualem alimoniam ſumere renuit, qui nauſeat ſuper confeſſione, communione, oratione, ieiunio, eleemoſyna, & ſimilibus virtutum operibus, dulcedinem, ac ſuauitatem in eis latentem minime gentium deguſtabit. Olim Syrię princeps Naaman, antequam Iordanis aquas experiretur, videbantur (4. Reg. 5.) ei aquæ Abana illis præſtantiores eſſe: at experientia facta dum Iordanis aquæ lotione a le(Psal. 33.)pra mundatus fuit, ſententiam mutauit. *Guſtate*, ergo fratres, *& videte, quoniam ſuauis eſt Dominus*: experimini peccatorum pœnitentiam, compunctionẽ anteactæ vitæ, diſcite effrænatis ſenſibus reſiſtere, laſciuientem appetitum compeſcere, culpas præcipue lethales vitare, & ab illis abſtinendi tali, ac tam inuincibili propoſito cõmuniri, vt omnibus rebus, quæ cæli ambitus cõtinet, & terræ, mariſq. ſinus in ſe claudit, vobis ſimul oblatis, illis omnibus deſpectis, ac floccipẽſis diuina præcepta illæſa, atq; inuiolata ſeruare velitis: quod ſi præſtiteritis, vobis nõ ſolum ſpirituales in hac vita delitias, ſed futu(Matth. 19.)ras nomine eius, qui dixit: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*, certiſſima ſponſione polliceor. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Secunda.

De regalibus comitijs habitis in aula montis Thabor, vt fidelitatis iuramentum principi Chriſto præſtaretur.

DIuinus ille Chriſti Chroniſtes Matthæus Euãgelicæ ſuæ hiſtoriæ 17. (Matth. 17.) cap. quædã celeberrima comitia, quibus Deus ipſe præfuit, & in quibus fidelitatis iuramentum Principi præſtitum, & grauiſſima alia, ac ſummi ponderis negocia pertractata fuerunt, nobis fideliter recenſet. In primis Deus ipſe in omnem imperij ſui ditionem promulgare fecit comitia celebranda fore, præcipiens, vt hi, quibus comitijs adeſſe incumbebat, abſque mora in altiſſima illa, atq; ampliſſima montis Thabor aula conuenirent. Confeſtim ibidẽ totius regni ſui tam veteris, quã noui Teſtamenti procuratores, ac omnium vndiq; ſollicitatores conſtituti comparuere. Et quidem veteris Teſtamenti viuentium nomine Elias adfuit, tamquã ille, qui mortalitatis carne veſtitus adhuc viuebat, & vſq; ad Antichriſti aduentum ſuperſtes permanebit. Vir ſane tanta animi fortitu(3. Reg. 22. 4. Reg. 20. 3. Reg. 18.)dine pręditus, vt Regẽ Achab expugnarit, & ſeptuaginta illius filios, quadringentoſque falſi Baal prophetas interire fecerit: tãta apud Deũ virtute valebat, vt veluti claues cæli ſecum ferret ad emittendã, vel continendam cæleſtẽ pluuiam. Defunctorũ autẽ nomine generalis populi Dei dux Moyſes aduenit, qui Aegypti fluuios ſanguine infecerat, maris vndas diuiſerat, ac (Exod. 7. Exod. 14. Exod. 8. 9. & 10.) demum ipſi Pharaoni formidinem, metumq. incuſſerat, & illum cum exercitu ſuo in mari ſubmerſerat. Hic, quamuis iam huiuſce mortalitatis veſte exutus eſſet; quia tamen ibi etiã mortuorum res agebatur, in corpore proprio, vt vo(S. August. S. Hieron. S. Hilarius. S. Tho. 3. p. q. 45. art. 3. ad ſecundũ.)lunt S. Auguſtinus, Hieronymus, & Hilarius, vel alieno, vt placet S. Thomæ, comparuit. D. Petrus Eccleſiæ nomine, tamquam illius caput, & celeſtium bonorum theſaurarius ſimiliter adfuit. Nec defuit ex equitum, potẽtiumq. cœtu D. Iacobus: ex pauperum vero D. Ioannes, qui præ ardenti, atq; eximia eius charitate proximorũ vtilitati conſulens, partes eorum egit. Deniq; diuina hæc comitia tanto honoris ſplendore celebrata fuerũt, vt præcipui quiq; cæli, & terræ, ac lucidiſſimi legis ſcriptę, ac gratiæ viri ibidẽ reperirentur. Aderant enim tres diuinæ perſonæ beatiſſimæ Trinitatis, Pater in voce ſonora, Filius in carne mortali, Spiritus ſanctus in lucidiſsima quadã nube. E terra quoq; clariſsimi viri adfuere, veteris Teſtamẽti Moyſes, & Elias: noui vero immobiles illæ Eccleſiæ columnæ Petrus, Iacobus, & Ioãnes. Locus autem ad huiuſmodi comitia celebrãda, altiſsimi montis faſtigiũ fuit. Fabius Stapulenſis in cap. 9. S. Marci, (Stapul in c. 9. S. Marci.)

Digitized by Google

dicit fuiſſe montem Libanum: at Diuus Hieronymus, Auguſtinus, ceteriq. ſancti Patres montem Thabor fuiſſe aſſeruerunt; cui nomini conſentaneus ſatis eſt ſplendor, & claritas, quæ in eo viſa fuit. Thabor enim idem prorſus ſignificat, quod *veniat lux*. Et quidem conſideratione valde dignū eſt, Deum ſemper in terris ad quaſlibet ſingulares eius actiones exercendas, altiſ-
Exod 34. ſima montium cacumina elegiſſe. Vt Moyſi legem traderet, ad montis Sinai verticem a-
Marc. 3. ſcendere iuſſit. Vt Euangelicæ doctrinæ documentis diſcipulos ſuos erudiret, montis faſti-
Ioan. 6. gio velut ſuggeſto eminenti viſus fuit, Apoſtolorum Eccleſiæ principum electio, & quinq; panum celeberrimum illud conuiuium, quinq; millibus hominum factum, in monte quidē ac-
Ioan. 19. *Matth. 28.* *Act. 1.* *Actor. 2.* ciderūt. Tandem in monte Caluario crucifixus fuit. E monte Oliueti ad cælos tranſuolauit. Et Spiritum ſanctum in diſcipulos in monte Sion miſiſſe nullus ignorat. Id non putauerim abſq; ſingulari cauſa ſic factitatum. Vt enim Chriſtus Dominus celſitudinem diuinorum myſteriorū, quæ in illis operabatur, ſignificaret, altitudinē montium ad illa exequenda eligebat: niſi forte dicere placeat, voluiſſe nos docere, bona illa æterna in monte gloriæ ſuæ depoſita, quo Dauid aſcendere cum ardenti animo exoptabat,
Psal. 23. dicens: *Quis aſcendet in montem Domini?* immo cū aſcenſus labore acquirenda nobis eſſe. prout & Poetarum deſcriptio illa ſignificauit, qui montem quendam altiſsimum aſcenſu arduum, ac difficillimum depingebant, in cuius vertice palma erat, & ſuper eam virgo quædam extremæ pulchritudinis conſidebat. Per altitudinem montis, difficultatem aſcenſus: per palmā, quæ in plures annos durat, perſeuerantiam, & animi conſtantiam: per pulchram virginem, pulchritudinem cæleſtis patriæ ſignificabant; quaſi dicerent, illam non niſi labore, & ſudore fore obtinendam.

His iam prælibatis, de loco comitiorum, ac regni proceribus ad illum conuocatis, vt iuramentum fidelitatis Principi præſtarēt contēplemur. Intueamur Principē Chriſtū, qua pōpa, qua corporis elegantia, quo veſtium ornatu ad recipiendum huiuſmodi iuramentum prodeat. Aeternus Pater Filium ſuum in monte Thabor throno lucidiſsimæ cuiuſdam nubis conſidentē, contuendum proponit; cuius ſplendor aulæorū vice totam illā aulam ornare cernebatur. Chriſtus antiquis illis ſuis aulicis Moyſe, & Elia ſtipatus aderat: in quorum conſpectu maieſtatē ſuā oſtentans, immēſæ gloriæ, qua a Conceptionis inſtanti fruebatur, externos radios emiſit,
Cant. 5. quibus & facies, & veſtimenta ſole rutilantio-
Matth 17. ra, & ſplendidiora facta ſunt: *Reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix* Sedente itaq; Principe in ſolio ſuo regali coram regni, ac imperij ſui proceribus, &
Psal. 46. primatibus, impletum eſt illud: *Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham*. Et continuo tractare cœperunt omnes de primo, ac potiſsimo illorum comitiorum capite, de præſtando ſcilicet eidem fidelitatis iuſiurando; in quo omnes abſq; vlla ſuffragantium diſcrepantia concordes extitere, decernentes, vt Chriſto tāquam ſupremo eorum Principi, ac cæli, & terræ dominatori fidelitatis iuramentum præſtaretur. Olim homines mitem, ac manſuetum Principem deſiderantes, ſummis precibus a Deo il-
lum effiagitabant, clamantes: *Emitte agnum Do-* *Isai. 16.*
mine dominatorem terræ; quaſi dicerent: concede nobis Principem pacificum, ac inſtar agni manſuetum, ac tractabilem; hucuſque iuſtitiæ, & furoris tui ſagittis ſæpe cōfoſſi ſumus, etiā
vſq; ad quartam generationem: *Deus zelotes* *Exod. 20.*
viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem. Homines itaque, in quorum peccata Deus ſumma cum ſeueritate, ac rigore animaduerterat, ſummopere deſiderabāt, vt regni regimē Filio ſuo carne humana induto
traderet: *Iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuā* *Psal 71.*
filio Regis Ipſe enim *habitu inuentus vt homo*, ita *Philip. 2.* *Heb 4.*
vt poſsit compati infirmitatibus noſtris, nobiſcum mitius aget. Et iam non Deus vltionum, ſed Deus miſericordiarum, & totius cōſolationis vocaberis, & tribunal iuſtitię in thronū mi-
ſericordiæ cōmutabitur, vt dixit Diuus Paulus: *2. Cor 1.* *Heb. 4.*
Adeamus cum fiducia ad thronū gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur. Hanc ſane adeo Deus *Psal. 55.*
oſtentauit, & diceret Dauid: *Pro nihilo ſaluos faciet eos*. Tanta erat clementia huius Principis recens iurati, vt pro nihilo, pro vnico actu contritionis, pro debita eorum confeſsione, quę nihil ſunt, ſi cum ſummo gloriæ pondere comparentur, ſaluos eos, felices, ac beatos faciet. So-
lemni iam Principi præſtito iuramento, regni *Ibidem.*
Procuratores cum eo æternum Patrē adiuere, vt illud cōfirmaret, vt ſtabiliret: idq; adeo pergratum Patri fuit, quod Chriſtū in Principē ſuum iuraſſent, vt continuo cælitus delapſa vox audi-
ta fuerit: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi* *Matth. 17.*
bene complacui, ipſum audite; quaſi diceret: ad concordiæ veſtræ cōfirmationem notum ſit omnibus vobis, Principem, cuius obſequio iureiurando vos adſtrinxiſtis, Filiū meū eſſe legitimū, non adoptiuum, ſed naturalem: vnde regimini
eius vos omnes ſubeſſe volo: *Ipſum audite*. Quem- *Ibidem.*
admodum autem in more poſitum eſt, fidelitatis iuramenta, quæ Principibus præſtantur, vt maiori cum religione, & ſolemnitate fiant, ante Crucem impoſita ſuper eam manu, præſtari: ita quoq; religioſæ huius cæremoniæ genus neutiquam hic defuit. Etenim duo illi veteres Prophetæ Moyſes, & Elias de Chriſti morte loquentes crucem ei repræſentarunt, vt his verbis
teſtatur Euangeliſta: *Dicebant exceſſum, quem com-* *Luc. 9.*
pleturus erat. vel, vt alij vertunt, *Loquebantur de exceſſu* amoris, quem in Cruce pro hominibus moriens oſtenſurus erat. Propriiſsime quidem Chriſti mortem exceſſum appellat ſacer Euangeliſta: nam cum vna Chriſti lacryma, immo vel vnicum eius ſuſpirium ſufficeret ad peccata non modo vnius mundi, ſed infinitæ multitudinis delēda; cætera reliqua omnia, quæ ſuper hæc Chriſtus paſſus eſt, & quibus fecit, vt vbi abundauit

dauit delictum, ſuperabundaret & gratia, exceſſus fuerc. Hinc iam anſam ſumamus ad perpēdendum ſecūdum caput principale, in comitijs pertractatum, nempe mortem Chriſti. Sane in comitijs, quæ inter homines celebrari conſueuere, inauditum eſt, vt de morte Principis agatur, ad hoc, vt ſubditi vitam habeāt; ibi enim ad regios redditus repignorandos, vectigalia, nouaq. tributa, & onera ſubditis imponenda, & perſæpe grauia adeo, vt nec ipſi, nec patres eorum portare potuerint, perlongus ſolet inſtitui ſermo: Regem autem mori pro regni repignoratione, ſemel auditum eſt in comitijs habitis in monte Thabor, Euangeliſta dicente: *exceſſum dicebant.* Huc Chriſti verba tendebant, iſthæc erant eius generoſæ cogitationes, dignæ profecto tanto Principe, vt dixit Iſaias: *Princeps ea, quæ ſunt digna Principe, tractabit, & ipſe ſuper Duces ſtabit.* Tractabit quidem tamquam munificentiſſimus Princeps de exercenda erga Regnum ſuum maiore largitate, qua numquam Princeps, aut Monarcha erga ſuos vſus fuit, atque hac ratione ſubditorū animos deuinciet, ſibiq. conciliabit. Sicut & Magnus ille Alexāder ob ſummam eius erga omnes magnificentiam ab omnibus diligebatur: Scipio Africanus a cunctis colebatur: Darius omnium animos ſibi ſubiugabat: Antoninus Pius ab omnib' in ſumma veneratione habebatur: immo, & Titus Veſpaſianus fuit a ſuis valde dilectus, eo quod erga eos liberalis adeo exiſteret, vt cogitante illo diem quendam præteriſſe abſque beneficio in aliquem collato, dixiſſet: *Perdidimus diem hunc.* Celeberrimus etiam ille Zeno Athenienſis liberalitate, & munificētia inſignis adeo fuit, vt numquam vel minimum ex belli ſpolijs ſibi retineret, ſed omnia in milites diſtribuebat: quin neque vineas, aut prædia ſua ſepibus, aut vallo circumdari permittebat, ne aditum volentibus ingredi præcluderet, ſed ea omnia viatoribus paterent. Verum omnem liberalitatem hanc a Chriſti magnificentia longe ſuperari, non obſcure tradit Euangeliſta, cum vt vitam nobis daret, mortem acceptauit, a qua humani generis communis ſalus dependebat.

Luc. 9.

Iſaias. 32.

Ceterum in hoc ſecundo puncto ad mortem ſpectante concors omnium ſuffragantium ſententia non fuit. Licet enim Elias tamquam honoris diuini zelo ęſtuans Chriſtum mori oportere diceret, vt diuini iuris læſioni ſaceret ſatis: & quamuis Moyſes eiuſdem cum Helia eſſet ſententiæ, vtpote, qui non ignorabat Chriſti mortem vnicum fore remedium ad iram æterni Patris ſedandam: verum Petrus ſuffragiū ſuum expreſſurus, interrogatus quæ eſſet eius ſententia: *Reſpondens autem Petrus.* Præſupponit enim Euangeliſta eum interrogatum fuiſſe, vt vocem ſuam daret, quandoquidem dicit eum reſpondiſſe: quia reſponſio interrogationem præſupponit. Quid tibi videtur Petre, explica ſententiam tuam; videtur ne tibi conuenire, vt ego moriturus in Hieroſolymā abeam? *Domine,* ait, *bonum eſt nos hic eſſe.* Ego alterius ac diuerſæ omnino præ ceteris ſum opinionis, immo conſulo vt hic maneamus; melius enim nobis eſt hic in monte Thabor cum animi iucunditate commorari, quam in monte Caluario varijs doloribus, & tormentis affligi. Hæc Petri ſententia improbata ab omnibus fuit; procedebat enim ex puro humano affectu, iuxta quem Chriſto volenti ſe morti tradere antea dixerat: *Abſit a te Domine, non erit tibi hoc.* Verum ex Chriſti acri increpatione, quam ibi ſuſtinuerat, didiciſſe debuerat Petrus, minime ſuffragio ſuo voluntati Chriſti aduerſandum eſſe, ne pro redemptione generis humani moreretur. audierat enim tunc a Chriſto: *Vade Satana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis quæ Dei ſunt, ſed ea, quæ hominum.* Sed liceat mihi ad Petrum ſermonem conuertere. Itane Petre Reipublicæ tuæ publico bono conſulis? itane ſociorum tuorum in montis calce te expectantium inuaſit obliuio? ita ne fratris tui Andreæ, cuius interceſſione Deus te a retibus ad futurā tiaram Pōtificiam euocauit, immemor factus es? itane tuę tantū proſpicis vtilitati, vt dicas, *bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula: quid dicis Petre?* inquit ſanctus Auguſtinus: *Mundus perit, & tu requiem quæris?* Plane amor ſui, propriumque cuiuſq; commodum, cum cor tyrānice dominatur, communi omnium bono ſe præfert, & reliqua ſpernit, vt propia iura inuiolata permaneant. Verum Petri ſententia adeo omnibus diſplicuit, vt eo reſpondente interrupta fuerit eius reſponſio. *Adhuc eo loquente, ecce vox de nube dicens: Hic eſt Filius meus dilectus.* Petri reſpuite ſententiam, longe aberrat a ſcopo, *Neſciebat quid diceret.* Attendite Filio meo, *Ipſum audite.* Demum vt his, quæ in illis comitijs peracta ſunt, finem imponamus, id ſolum obſeruandum duxi, nouas ibi pragmaticas, nouaque ſtatuta condita fuiſſe ad Rempublicam informandā, vt fieri conſueuit in regijs comitijs, ibi enim terreſtres voluptates, carnis illecebras, ac inanes huius ſæculi delitias execrari, & cæleſtes ac æternas totis animi viribus exquirere monemur: iſtæ enim veræ, & ſolidę ſunt; illæ vero futiles, & falſæ. Nam ſub ſuaui eius dulcedine latitat mortiferum venenum, & poſt gaudium continuo ſequitur luctus, vt eleganter nobis ſignificauit Hieremias, dicens: *Vitula elegans & formoſa Aegyptus.* quibus verbis ſtatim ſubiunxit. *Stimulator ab Aquilone eueniet ei.* Recenſuit quidem primo loco ſuperbiſſimas veſtes, quibus Aegyptij induebantur: & ſtatim ſubdit veſtes lugubres, ac perſecutionem in eoſdem venturam. Etenim, vt ait D. Paulus. *Stipendia peccati mors*: fructus, quem percipit peccator ex voluptate, dolor, pœna, atque tormentum eſt. Prohibentur etiam in illis comitijs ſuperba fieri ædificia, quæ licet firmitatem pręſeferant, omni tamen carent ſtabilitate, prout & illa, quæ Petrus extruere moliebatur, dicens: *Faciamus hic tria tabernacula,* Filij *Cedar* antiquitus pulcherrimis quibuſdam tabernaculis ad vitam ſuam in terris delitioſe degendam fabri-

4. Reg. 2.

Matt. 17.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

S. Aug. hic

Matt. 17.

Matt. 17.

Hierem. 46.

Roman. 6.

Matt. 17.

Iſaia 22. fabricandis inſudabant: Deus autem curam illam nimiam, & ſuperuacaneam ſollicitudinẽ execratus, ignita iræ ſuæ iacula in campos, vbi illa fabricabantur, immiſit, quæ illa penitus abſumpſere. Si ergo ita cum filijs Cedar actum fuiſſe legimus; quãto acrius Deus in vos, qui Euangelicis documentis inſtructi, atq; edocti eſtis, inſurget, qui noctes, atque dies fabricãdis vanis tabernaculis impenditis, immemores eorum, quorum memor Dauid dicebat: *Quã dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini*. Pſ. 83. Ad extremum peractis comitijs Moyſes, & Elias ad proprium cuiuſque locum reuerſi ſunt, & Chriſtus Dominus ſplendidum illud veſtimentum, quo pro ſolemnitate tãti feſti ſe induerat, exuens, e monte deſcendit, æterno Patri gratias referens pro gloria, & honore, quo illum in regijs illis comitijs illuſtrauerat, irrefragabile diuinitatis ſuæ teſtimonium exhibens, vt tamquam Filio eius naturali fidelitatis iuramentum omnes præſtarent. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Tertia.

Quam vtiles ſint bonæ electiones; & quam Reipublicæ nociuæ prauæ multiplici ſacræ Scripturæ eruditione, varijſque animi conceptibus oſtenditur in illa verba: Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Ioannem, & Iacobum. Matth. 17.

ANTEQVAM examinemus cauſam, ob quam Chriſtus Dominus potius tres iſtos diſcipulos, quam alios ad gloriæ illius trãsfigurationis cõtemplationem delegerit, operæpretium duxi oſtendere, horum, & non aliorum in montẽ Thabor aſcenſum omnibus vtilem fuiſſe: non enim minus beneficium cenſeri debet conferri ei, cui nociua futura denegantur, quam cui profutura cõceduntur. Rerum enim experientia docuit, Patrem duos habentem filios, vnum bonæ indolis, & virtutis amantiſſimum, alterum diſcolum, ludo, & libidini deditum; non minori beneficio afficere hunc hereditate priuando, quam illum heredem inſtituendo, ſubtrahendo enim diſcolo diuitias perinde eſt, ac ſi furenti gladiũ, quo ſe interficere tentabat, auferret. Id etiam natura nos docet, vt obſeruauit D. Chryſoſtomus homilia 9. ad populum, D. Chryſoſt. hom. 9. ad Pop. dum teneras adhuc hiemali tempore, ac ſubnaſcentes fructuum ſegetes non feruenti calore, vt in æſtiuo tempore, cum iam in ſpicã eruperunt, ſed modico, & temperato illas fouet, ne teneræ adhuc, & veluti pubeſcentes nimio ſolis ardore exurantur; eadem quoque ratione, vt etiam ſapienter annotauit idem ſanctus Chryſoſtomus, Ibidem. nubes denſas, & coagulatas minime patitur totũ aquarum, quem continent, imbrem ſimul, & ſemel in terram proijcere, ſed guttatim, ne herbæ, ceteræque terræ plantæ decidentis plouiæ impetu corruant. Idem omnino in fauoribus, & gratijs diſtribuendis obſeruat ſapientiſſima Dei prouidentia: cum enim præuidet quempiã beneficijs culpa ſua male vſurum, largitatem ſuam continet; cum vero bene ex diuina gratia, eidem munificentiſſima manu munera impertitur. Nec nimis ſane a veritatis ſcopo aberraret, qui putaret non minori beneficentia illum affici, cui beneficia nocitura denegantur, quam cui profutura conceduntur.

Porro iam videamus, quare Chriſtus Dominus hos tres diſcipulos ſibi eligere præ alijs ſatius eſſe duxerit. De Petro facilis, & in promptu eſt reſponſio. Quemadmodum enim cum quis in aulam alicuius Principis in monilium cuſtodem, aut in aliquam cathedralem eccleſiam in theſaurarium recipitur, illi torques precioſi, zonæ varijs gemmis diſtinctæ, aureæ catenæ, gemmæ, & margaritę, hinc vaſa aurea, & argentea, thuribula, cruces, & alia ſimilia ex auro, & argento contexta, quorum cuſtodiam ſibi aſſumit, oſtenduntur, vt eorum curam habeat, & rationem reddere valeat: ita ſimiliter cum D. Petrus in theſaurariũ Eccleſię catholicæ, & in cuſtodem cæleſtium monilium eligendus fuerat, æquum erat, vt præ alijs eidẽ diuitiæ gloriæ, de quibus & diſponere, ac diſpenſare Pontificiam facultatẽ habiturus erat, demonſtrarentur. Socios etiam Ioannem, ac Iacobum aſſumpſit Chriſtus Dominus, imitatus Patriarcham Ioſeph, qui vt ſacræ tradunt litteræ, ante Regem cum duobus fratribus ſuis, maiori videlicet, & minori natu ſe conſtituit: *Extremoſque fratrum ſuorum conſtituit coram Rege*. Gen. 47. Ita etiam Dominus in monte Thabor coram æterno ſuo Patre inter Petri ſenectutem, ac Ioannis, & Iacobi iuuentutem, qui totius collegij Apoſtolici ętate erant extremi, ſe conſtituit; a ſenibus enim, iunioribuſque coli vult Deus, & collaudari, vt ait Propheta Dauid: *Senes cum iunioribus laudent nomen Domini*. Pſal. 148. Verum ratio D. Ioannis Chryſoſtomi, quam tradit homilia. 7. in S. Matthæum, Chryſoſt. homil. 7. in Matth. mihi vti verior, & ſolidior magis arridet: ait enim Chriſtum ſingularem illum fauorem ſecum ducendi in montẽ Thabor præ omnibus alijs Petrum, Ioannem, & Iacobũ, eis impertiſſe; propterea quod ceteros diſcipulos virtute, & meritis præcellerent vt diuino hoc documento edocerentur Reipublicæ capita, hoc eſt tam ſæcularium, quam Eccleſiaſticorum

Prin-

ſtum baptizat, magis eluceſcat, obſecro contẽpleris, Chriſtum non ſolum, vt priuatum hominem, ſed in eo omne genus humanum, tamquam in capite conſtitutum. quod enim celebrius, aut admiratione dignius ſpectaculum, excogitari poteſt, quam Chriſtum verum Deũ, & hominem, totumq. genus humanum ſupplex à Ioanne lotionis cærimoniam, mundationem ſignificantem, poſtulare? Plane poſtulauit Chriſtus, ſed etiam homines in Chriſto: quia nec Deus ex ſe poſtulare mundationem poterat, nec homo ex ſe ſolo eam impetrare. Deus ergo exiſtit in homine, vt poſſit poſtulare, & homo poſtulat in Deo, vt poſſit impetrare. non erat Deitatis aliquo egere, non erat humanitatis gratiam promereri: iungitur tamen Deitas cum humanitate, vt Deus petat, & homo promereatur.

Homilia Tertia.

De excellentia huius myſterij mira in Patribus dicuntur, & varia eius circumſtantia multiplici eorundem Patrum eruditione illuſtrantur.

EXCELLENTIAM huius feſtiuitatis contemplatus D. Auguſtinus, ſingularem quandam, ac inauditam ad eius commendationem excogitauit ſimilitudinẽ. Comparat enim baptiſmum Chriſti cum eius

Aug. ser. 34. Natiuitate, in hæc verba: *Natalis hodie alter eſt quodammodo Saluatoris. Nam iiſdem eum ſignis, iiſdem miraculis cognoſcimus eum genitum, ſed nũc maiori myſteria baptizatum. Denique Spiritus ſanctus, qui tunc illi in vtero affuit, modo eum in gurgite circumfulſit: qui tunc Mariam caſtificauit, nunc fluenta ſanctificat. Pater, qui tunc obumbrauit in virtute, nunc clamat in voce: & quaſi maturiore conſilio qui tunc vmbram præſtitit Natiuitati, modo teſtimonium perhibet veritati. Ait enim Deus:* Matth. 17. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complaui.* hæc ille. Quod ſi quæras ab Auguſtino, vtra natiuitas præclarior fuerit? his

Aug. vbi sup. verbis reſpondet: *Præclarior eſt ſecunda, quam prima natiuitas.* Probat ſic: *Illa enim ſine teſte, ſilentio Chriſtum genuit: iſta cum diuinitatis profeſſione Dominum baptizauit. Ab illa ſe Ioſeph, qui pater putabatur, excuſat; in hac ſe Pater, qui non credebatur, inſinuat: ibi laborat ſuſpicionibus mater, quia profeſſioni deerat pater; hic honoratur genitrix, quia diuinitas Filium proteſtatur. Honoratior, inquam, ſecunda, quam prima natiuitas: ſiquidem Pater hic Deus maieſtatis inſcribitur; illic Ioſeph artifex æſtimatur. Et licet in vtraque Dominus per Spiritum ſanctũ & natus ſit, & baptizatus: tamen honoratior eſt, qui de cælis clamat, quam qui in terris laborat, id eſt Ioſeph.* hæc Auguſtinus. Hanc comparationem videtur mihi ſanctus Auguſtinus didiciſſe à magiſtro ſuo D. Ambroſio, qui ad catholicam religionem eum conuertit. Ille enim ſermone primo de Epiphania ait: *Hanc feſtiuitatem natalem appellandum puto; tunc enim natus hominibus, hodie renatus eſt ſacramentis: tunc per Virginem editus, hodie per myſterium generatus. Cum ſecundum hominem naſcitur, mater eum ſinu circumfouet: cum ſecundum myſterium gignitur, Pater eum Deus voce complectitur.* Ambr. ser. 1. de Epiph. hęc Diuus Ambroſius. Verum & aliunde etiam excellentiam huius myſterij venari poſſumus: nam antea Filius Patris in ſinu deliteſcebat, & in humana etiam natura iam aſſumpta abſconditus adeo erat, vt etiam inter homines degens ab eis non agnoſceretur, Ioanne dicente: *Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.* Ioan. 1. Latebat quidem ſub carne Deus, ſub nube ſol, ſub concha precioſiſſima margarita, ſub agro theſaurus, ſub modio lucerna ardẽs, & lucens. Ait autem Spiritus ſanctus: *Sapientia abſconſa, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque?* Eccl. 20. Hinc igitur excellentia huius feſtiuitatis nobis innoteſcit, quod vniuerſus terrarum orbis nihil fidei, ſpei, charitatis, gratiæ, & aliorũ ſupernaturalium donorum percepiſſet ex Chriſti mira ſapientia, theſauroque opulentiſſimo, ſi hominibus ignotus ſẽper in terris latuiſſet. Baptizatur ergo Chriſtus in publico, vt publicam ſui manifeſtationem faciat, vt non obſcure indicant verba D. Ioannis, dum ait: *Vt manifeſtetur in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans.* Ioan. 1. Vnde quemadmodum prius lucifer reſplendet, deinde ſol lucis ſuæ radios in orbem diffundit; ſic prius Ioannes luciferi inſtar fulſit, poſt eum vero ſol ſplendidiſſimus Chriſtus fulgorem ſuum per Iudæam ſparſit, ſummo ſplendore illam irradians. Qui enim ſplendidiores radij eſſe poſſunt portentis illis, quæ in Iordane viſa ſunt? Matth. 3. obſeratæ cæli portæ panduntur, niuea columba Spiritum ſanctum demonſtrans è cælo in Chriſtum deuolat, & verticí capitis eius inſidet, Ibidem. vox admirabilis inſonat: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Ibidem. Hi omnes radij ſunt fulgentiſſimi: nam licet baptizatus humilitatẽ non modicam præ ſe ferebat, diuinitatis tamen ſuæ indubitata inditia, veriſſimaque ſigna nobis patefecit. Vnde ſi ſignum petunt de Luc. 11. cælo Iudæi, non ſignum vnum, ſed plura habent cęlitus demiſſa, quæ tamquam radij ſplendidiſſimi ſolem, qui obſcura carnis nube tegebatur, demonſtrarunt. Latuerat hactenus ſummus mũdi doctor, & ad trigeſimum vſque annum ſiluerat, exceptis paucis verbis, quæ, cum eſſet duodecim annorum, inter Doctores à Matre repertus locutus eſt. Luc. 2. Quamobrem rogat eum Bernardus ſerm. 1. de Epiphania: D. Bernard. *Quouſque diſsimules? quamdiu virtus, & Dei ſapientia quaſi infirmus aliquis, & inſipiens lates in populo? quamdiu nobilis Rex cæli fabri filium te poteris appellari,*

lari, pariter & reputari? Magno Bernardo reſpondemus, ſiluiſſe Dominum vſque ad ætatem triginta annorum, vt hanc nobis prædicationi congruentem eſſe doceret, vt grauiſſimi Patres atteſtantur. [*Cyp. vel quicumq. Auct. eſt de operib. card. Chriſti tract. de iei. & tentat.*] Cyprianus enim, vel quicumque eſt antiquiſſimus ille Auctor de operibus cardinalibus Chriſti, ait trigeſimi anni ętate tempus doctrinę inſinuatum eſſe rationabile, & ante has metas perperam inuadi magiſterium: data eſt forma, quia non competit impubibus ſedere in cathedra. In primogenitis namque aratio lege eſt interdicta. Et D. Gregorius Nazianzenus huic eidem ſententiæ ſubſcribens, inquit: [*Gregor. Naz. de Bap. Chr.*] *Chriſtus baptizatur annum agens trigeſimum, & tu ante lanuginem ſenes doces, aut docere te poſſe credis, nec ab ætate, nec à moribus fortaſſe auctoritatem habens? Ac deinde hic Daniel profertur, ac nonnulli alij in iuuenili ætate iudices, atque in lingua exempla verſantur. Quiſquis enim iniquè agit, ad ſui defenſionem promptus, & paratus eſt. At pro Eccleſiæ lege nequaquam cenſendum eſt, quod raro accidit, quandoquidem nec hirundo vna ver efficit, nec geometram vna linea, nec nautam vna nauigatio &c.* [*Greg. ho. 1 in Ezech. to. 2.*] Hinc tandem eſt, quod D. Gregorius Papa homil. 1. in Ezechielem, docet, nullum debere eſſe prædicatorem, vel Epiſcopum minorem triginta annorum, niſi euidētiſſima ſanctitas, aut prudentia ſuperaret ætatem, ſicut accidit Ioanni Euangeliſtæ, Tito, & Timotheo.

Porro iam nonnullas huius myſterij circūſtantias attente ſcrutemur. Loci prima occurrit diſcutenda: [*Luc. 3.*] *Venit enim*, Ioannes ait, *euangelizans in omnem regionem Iordanis.* Potuiſſet ſane Ioannes diuertire ad fontem aliquem, vt homines baptizaret. Si enim in Actis Apoſtolicis [*Act. 8.*] legimus Eunuchum Reginæ Candacis Aethiopum à Philippo baptizatum eum veniſſent ad quandam aquam: manifeſtum eſt, ſatis vtique fuiſſe fontem, vt Ioannes quoſcumque ad ſe venientes baptizaret. Sapienter tamen copioſum Iordanis flumen elegit. Primo, vt ingentem eſſe ſordium cumulum populi Hebræi manifeſtaret, adeo vt non quæcumque quantitas aquæ, ſed magna copia opus eſſet; quia quanto plures ſordes, tanto maiori aquæ abūdantia ad eas delendas neceſſaria eſt. Vnde optime D. Petrus [*Petr. Chryſ.*] Chryſologus ait: *Venit Ioannes ad Iordanem, quia Iudaicas ſordes non poterat hydria iam lauare, ſed flumen per pœnitentiam, & fidem.* Secundo, vt ingenti illa aquarum exuberantia pręſignificaret, diuinorum chariſmatū copiam per aquam baptiſmi Chriſti in lege gratiæ communicādam, iuxta illud, quod dixerat Ezechiel: [*Ezech. 36.*] *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Tertio, quia locus ille congruebat myſterio: ait enim [*Ioan. 3.*] Ioannes c. 3. quod baptizabat *in Ennon, iuxta Salim.* Hæc enim verba explicans doctiſſimus [*Simon Caſſ. de proceſſu præcurſoris lib. 2.*] Simon Caſſianus ait: *Solertius etiam locum Euangeliſta diſſeruit, qui iuxta Salim erat oppidum, & trans Iordanem, vbi Melchiſedech ſacerdos Dei ſummi longe ante regnauerat, qui panem, & vinum Abrahæ à cæde Regum reuertenti obtulit, & ab ipſo decimas oblatas accepit, vt ſacramenta in vnum cōuenire credātur, & expedire omnia in ſalutem, & veteres figuræ, detectæque veritates ad ſe inuicem verſa vice conueniant.* hæc ille. Quarto Iordanis flumē Ioannes prudenter elegit, quia vt ſcribit eruditus Adrichomius in deſcriptione tribus [*Adric. in deſcript. trib. Beniamin. nu. 117.*] Beniamin, ille locus erat, per quem in terram promiſſam Iſraelitæ introierunt. Vnde ait, cum Ioannes dixit (*Potens eſt Deus de lapidibus iſtis* [*Matth. 3.*] *ſuſcitare filios Abrahæ*) ad lapides illos reſpexiſſe, quos Ioſue ex flumine Iordane extrahi iuſſit, vt habetur Ioſue quarto. [*Ioſ. 4.*] Manifeſte ergo conſtat, Iordanis locum ob hanc præcipue rationē mirifice quadrare, tum reſpectu Chriſti, tum noſtri: nā vt Ioſue in Iordane extitit c. 4. & ſimili- [*Ioſ. 4. & 3.*] ter ſacerdotes, ita in Iordane Ieſus, & Ioannes extiterunt. Ioannes quidem vetus, & vltimus ſacerdos, Chriſtus primus, & nouus. Et ſicut in alueo Iordanis duodecim lapides poſiti erant, Prophetas omnes vſque ad Chriſtum præfigurantes, ita & alij duodecim erant vltra Iordanem, qui duodecim Apoſtolos, poſt baptiſmum Chriſti in Cruce, apertionem cæli ante obſerati prædicaturos prænunciabant. Deinde etiam reſpectu noſtri conſentaneus erat ille Iordanis locus: tum quia ſicut in illo olim Naaman Sy- [*Luc. 4.*] rus iuſſu Eliſei ſepties lotus à lepra mundatus fuit; ita nos in Iordane baptiſmi, quem diuinus Eliſeus Chriſtus Dominus ſuſcipiendum pręcepit, à peccati lepra mundamur, & ſeptiformi Spiritus ſancti gratia decoramur, ſeptena Naamanis lotione figurata. Tandem ſicut perijt Pharao, & exercitus eius in mari rubro, antequā populus Hebræus tranſiret Iordanem: ſic in ba- [*Exod. 14.*] ptiſmo torquetur Diabolus, & perit eius imperiū, & peccata noſtra ſuffocantur.

Sed iam hucuſque dicta Patrum teſtimonijs illuſtremus, & confirmemus. D. Ambroſius ſermone 21. *Iordanis*, inquit, *conuerſus eſt retrorſū.* [*Amb. ſer. 21. ps. 113.*] *Puto mirabilius eſſe, quod Domino ibi conſiſtnta factum eſt. Ante enim aquæ retrorſum conuerſæ fuerunt, modo peccata conuerſa ſunt. Et ſicut tunc impetum fluminis alueus ſui curſus perdidit, ita & nunc impetus peccatorum dominium erroris ſui amiſit. Quod quidem in Propheta Elia illo tempore factum puto. Sicut enim Elias in Iordane di-* [*4. Reg. 2.*] *uiſionem fecit vndarum, ita & Spiritus Domini in eodem Iordane ſeparationem operatus eſt peccatorum. Ille ſtare fluenta præcepit, hic crimina.* hæc D. Ambroſius. Audiamus nunc angelicum doctorem Thomam in hunc modum loquentē: *Fluuius Iordanis fuit, per quem filij Iſrael in ter-* [*D. Th. 3. p. q. 39. a. 4. Exod. 14.*] *ram promiſſionis intrauerunt, hoc autem habet baptiſmus Chriſti, quod introducit in regnum Dei, quod per terram promiſſionis ſignificatur. Vnde dicitur Ioannis 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua,* [*Ioan. 3.*] *& Spiritu ſancto, non poterit introire in regnum Dei. Ad quod pertinet, quod Elias 4. Reg. 2. di-* [*4. Reg. 2.*] *uiſit aquas Iordanis, quando erat in curru igneo rapiendus in cælum, quia ſcilicet tranſeuntibus per aquam baptiſmi per ignem Spiritus ſancti patet aditus.* Tandem de eodem loco baptiſmi annotare placet, quod ſcribit Beda de locis ſanctis in

hæc

Beda de locis ſan. c. 13

hæc verba: *In loco, in quo Dominus eſt baptizatus, crux lignea eſt vſque ad collum alta, quæ aliquoties aqua tranſcendente abſconditur, a quo loco ripa vlterior, ideſt Orientalis, in iactu fundæ eſt; ſuperior vera ripa, in ſupercilio monticuli, grande monaſterium geſtat, beati Ioannis Baptiſtæ eccleſia clarum, de quo per pontem arcubus ſuffultum aſcendere ſolent ad illam crucem, & orare. In extrema fluminis parte quadrata eccleſia quatuor lapidibus cancris ſuperpoſita eſt, coctilis erecta deſuper poſita, vbi veſtimenta Domini cum baptizaretur, repoſita eſſe dicuntur: hanc omnes non intrare, ſed vndique cingere ſolent.* Hactenus venerabilis Beda.

Luc. 3.

Secundam circumſtantiam nobis indicant verba illa Lucæ: *Ieſus autem erat quaſi incipiens triginta annorum.* In quorum expoſitione quot capita, tot video Patrum ſententias. Diuus Hieronymus, Auguſtinus, Nazianzenus, Epiphanius, Thomas, Theophylactus, Euſebius, Abulenſis, & Lyranus, hi omnes Patres dicunt verbum illud, *quaſi*, pro *fere*, poſitum eſſe, ſicut apud Ioannem ſumitur, dum ait: *Diſcubuerunt viri numero quaſi quinque millia:* quod autem dicitur, *erat incipiens*, continuationem quandã inuoluit, vnde perinde aiunt fuiſſe, ac ſi diceret: nondum attigerat annum trigeſimum completum, cum baptizatus fuit; decurrerat tamen aliqua pars illius trigeſimi anni, vt aliqui volunt ex præcitatis. vnde Irenæus dixit: *Ad baptiſmum venit, qui nondum triginta annos suppleuerat, ſed qui incipere eſſe tamquam triginta annorum.* Fundantur autem omnes iſti Patres in voce illa, *quaſi*, qua proprius, & frequentius ad diminuendum, quam ad augendum vtimur; ergo cum dicitur Chriſtus *quaſi triginta annorum*, ſenſus erit, quod nondum illos expleuerat: immo exiſtimat noſter Lyranus, quod de trigeſimo anno ſolum tunc natus fuiſſet Chriſtus Dominus treſdecim dies, licet Epiphanius dicat attigiſſe decimum menſem trigeſimi anni.

Hier. Ez. 1. Aug. lib 3. de mirab. ſa. ſcrip. c. 5. Naz. or. 39. & 40. Epiph. hær. 51. D. Tho. 3 p. q. 39. a. 3. Theoph. hic. Euſeb. lib. 1. hiſt. c. 10. Abul. ſuper Matth. 3. Lyran. in hunc locum. Irenæus lib. 2. c. 39.

Secundam ſententiam tuentur Beda, Ignatius, Chryſoſtomus, Euthymius, & Bernardus, dicentes, Chriſtum iam impleuiſſe trigeſimum annum, & incepiſſe trigeſimum primum per aliquot menſes, aut ſaltem dies, quando Chriſtus venit ad baptiſmum Ioannis. ſic enim ait D. Ignatius. *Expletis tribus annorum decadibus vere baptizatus eſt.* Nec iuuat quorundam recentiorum expoſitio, dicentium hos Patres non voluiſſe ſignificare trigeſimum annum iam perfecte eſſe completum, ſed loquutos fuiſſe iuxta vulgarem loquendi rationem, ſecundum quam proprie dicitur aliquid actum eſſe expletis triginta annis, etiam ſi durante anno trigeſimo factum ſit, ſicut apud Lucam dicitur. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer*, cum tamen durante octauo die fuerit circumciſus. ſic & Chriſtus dixit: *poſt tres dies reſurgam*, cum tamen ipſa die tertia eſſet reſurrecturus: hęc enim ſolutio licet verum dicat, non tamen poteſt hic habere locum, quia Patres præcitati diſertis verbis trigeſimũ annum eſſe iam expletum edocent contra ſententiam aliorum, qui non expletum eſſe autumabant.

Beda lib. de loc. ſan. c. 45. Ignat. ep. 3. ad Trall. Chryſ. ho. 2. in Matth. Euthym. c. 3 Matth. Bern. ſer. 1. Epiph.

Luc. 2.

Matth. 27.

Caiet. hic.

Tertiam ſententiam docent alij, cum Caietano aientes, Chriſtum ad baptiſmum Ioannis anno vigeſimo nono ſuæ ætatis, antequam illum expleret, prope finem tamẽ illius veniſſe; videturque fauere huic opinioni forma ipſa locutionis, nempe ipſe erat incipiens quaſi annorum triginta, quæ ſignificare videtur, nondum incepiſſe trigeſimum, ſed iam iam prope ad illum acceſſiſſe.

Orig. ho. 28 in Luc.

Quartam ſententiam docuit Origenes, qui aliam viam ingreſſus, poſt verbum illud, *incipiẽs*, ponit punctum, & ſeparatim legit, *quaſi annorum triginta*, vt videri poſſit, Lucam verbum, *incipiens*, non retuliſſe ad annos, ſed ad prædicationis, & oſtenſionis ſuæ exordium, vt hoc reſpondeat illis, quæ dicuntur, Act. 1. & 10. Ieſum cepiſſe prædicandi munus a baptiſmo Ioannis, cum erat triginta circiter annorum. In tanta ſententiarum varietate duo mihi videntur certiora. Primum, quod quomodocumque legantur illa verba, ſenſus eſt, quod non præciſe, & abſolute Chriſtus Dominus haberet tunc triginta annos, ſed aliquid minus, vel amplius, hoc eſt dies tredecim, vt Caietanus, & Lyranus annotant. Secundum eſt, conformius rationi eſſe, quod tunc nondum completos haberet triginta annos, ſed per aliquot dies diſtitiſſe ab inceptione trigeſimi primi. Moueor ad hoc, tum propter verba D. Lucæ, quæ hoc manifeſte indicant, dum ait: *Ieſus autem erat quaſi incipiens triginta annorum*; præſupponit ergo non habere illos expletos; tum quia Eccleſia Romana in Rituali, quod Ordinarium Romanum appellant, ait: *Expletis namque Chriſtus quaſi triginta annorum curriculis, venit vt baptizaretur.* ita etiam videtur Euſebio, Onuphrio, & Lyrano.

Act. 1. & 10.

Luc. 3.

Ord. Rom.

Euſ. l. 1. hiſt. c. 10. Onuphr. in Faſt. anno orbis 986. Lyran. in Luc. 3.

Tertia Chriſti baptiſmi circumſtantia fuit, quod ei aperti fuere cæli: *Ecce cæli aperti ſunt ei.* In quorum verborum elucidatione antequam vlterius progrediar, breuiter examinare oportet, quomodo hæc cælorum apertio intelligenda veniat, cum reuera cæli tunc nullam prorſus diuiſionem, aut partium diſcontinuationem receperint: cum enim in ſacris litteris ſæpe repetatur, apertos fuiſſe cælos, ſi huiuſmodi apertio diuiſionem indicaret, oportuiſſet ſæpiſſime fuiſſe diuiſos. D. Hieronymus in Matthæum, & Ezechielem ait, diuiſionem quidem tunc fuiſſe, ſed non in cælis, ſed in eorum effectu: quia ſicut ingenti aquarum imbre de cælo decidente dixit ſacra Scriptura, *Cataractæ cæli apertæ ſunt*: ſic quia columba Spiritum ſanctum referens deſcendit de cælo, aerem ipſum, per quem deſcendebat, diuidens, ideo ait Euangeliſta apertos fuiſſe cælos. Super Ezechielis autẽ primũ caput aliã omnino diuerſam expoſitionẽ adhibuit: ait enim in tantum cælos fuiſſe tũc apertos, in quantum fide vera credimus, Chriſtum Dominum per baptiſmum, & mortem ſuam cælos, quos peccata noſtra obſerarant, aperuiſſe. Hanc interpretationem ſequutus eſt D. Thomas 3. parte, & in eandem recidit aliorum expoſitio, qui dicunt apertionem illam fuiſſe

Hier. in c. 3. Matth. & cap. 1. Ezec.

Gen. 7.

Matt. 3.

D. Tho. 3. p. q. 39. a. 5.

ima-

imaginariam, non realem. Alij autem exiſtimant nomine cælorum intelligi ibi aerem, vt non ſemel in ſacra Scriptura accipitur: ſic enim ea voce Chriſtus vſus eſt in parabola ſeminis, cum ait: *volucres cæli rapiunt illud.* (Luc. 8.) Aperiri ergo cælos aeris apertionem denotat, non quia reuera partes aeris diſcontinuarentur, ſed quia partibus dextris, & ſiniſtris magis condenſatis intermediæ rariores factæ, & magis diaphanæ, clariores apparebant, vnde partes dexteræ videbantur à ſiniſtris diuiſæ. Alij opinantur, quod tunc temporis, cum Chriſtus baptizabatur, ſuperuenit nubes, quæ propria ſui diuiſione, & ruptione, cælorum apertionem per Chriſtum, in baptiſmo illam facere incipientem indicabat. Olim enim cæli clauſi erant, & ſolus Deus clauiſer erat: ad quod ſignificandum ipſe in Leuit. (Leuit. 26.) dixit: *Dabo vobis cælum ferreum*, id eſt, quaſi ſerreis ſeris obſeratum: & D. Lucas inquit: (Luc 4.) *Temporibus Eliæ clauſum eſt cælum*. Et hinc eſt, quod non ignorantes antiqui Patres hanc cælorum clauſuram, frequenter clamabant, vtinam diſrumperes cælos, & deſcenderes. Petitio hæc impleri cœpit in Chriſti aduentu, ſed latẽter; in baptiſmo vero manifeſtius, dum cæli aperti dicuntur. Non abſque ſingulari myſterio exiſtimo factum, (Gen. 3.) vt Deus cuſtodem ad fores paradiſi non conſtituerit tigrim, leonẽ, leopardum, vel certe angelicum aliquem ſpiritum, æreum ensẽ diſtrictum in manu tenentem, ſed igneum, & flammigerum gladium, quia cum ignis, tametſi ſumma actiuitate vigeat, tandem aquarum inundatione vincitur, certe per id ſignificabat, omnem ignem peccatorum noſtrorum cælum nobis penitus occludentem baptiſmi aqua per Chriſti baptiſmum ſanctificata omnino ſuperandum, & extinguendum fore. Vnde ſicut tunc elementum ignis paradiſum clauſit, nunc elementum aquæ per Chriſti gratiam illum aperit. Vnde D. Ioannes dicit ſe vidiſſe cælum apertum; *Vidi oſtium apertum in cælo*, & audiſſe (Apoc. 4.) vocem inde ſibi dicentem: *aſcende huc*; & capite vigeſimo primo ait, ciuitatem illam ſanctam duodecim patentes portas habere nũquam deinceps obſerãdas: *& portæ eius non concludentur*. Sed interrogabit quiſpiam, & merito, quid eſt, quod in baptiſmo Chriſti cæli cernuntur aperti, in morte vero eius, non niſi noua obſcuritate clauſi? cum è contra videretur conſentaneum magis rationi eſſe, vt tẽpore mortis Chriſti, quo Chriſtus etiam latroni aperuit paradiſum, cæli aperti apparerent. Bifariam reſponderi poſſe arbitror. Primo, quod in baptiſmo aperti ſunt cæli ad manifeſtandum ius, & meritum Chriſti, ratione cuius prædeſtinatis omnibus aperiendi erant. In die vero mortis licet reuera cælorum ianua patere inciperet, quia tamen dies iræ, & vltionis erat, vt prædixerat Iſaias 63. quo Deus de peccatis noſtris in Filio ſuo vindictam ſumebat, ideo non oportebat, vt cælorum apertio aliqua appareret, ſed potius via, qua iter ad illud caliginoſis tenebris occluderetur. Secundo ex eodem textu facere ſatis poſſumus propoſitæ interrogationi. Ait enim, aperti ſunt ei cæli. At cum Dominus moritur, dicit: hodie mecum eris in paradiſo. Igitur cum baptizatur, alius ei cælos aperire dicitur: at cum moritur, ipſe aperit, non ſibi, quia ſibi iam erant aperti, ſed omnibus peccatoribus verè pœnitentibus.

Quarta circumſtantia fuit deſcenſus Spiritus ſancti in ſpecie columbæ ſuper Chriſti caput. (Matth. 3.) Prius tamen, quam ſacramenta, quæ in hac deſcendente columba delitеſcunt, aperire incipiã, operæpretium duxi, verane, an apparens fuerit illa columba, enucleare. Angelicus Doct. 3. p. quæſt. 39. art. 7. docet veram fuiſſe: (D. Thom. 3. p. q. 39. a. 7.) cuius ſententiæ fuit etiam D. Anſelmus ſuper caput tertium Matthæi, (D. Anſel.) & prius illis D. Auguſtinus li. 2. (D. Aug.) de agone Chriſtiano cap. 22. vbi tradit, quod ſicut indecens fuiſſet Verbum diuinum in corpore apparuiſſe ficto, nõ vero (id enim alienum videbatur ab eius veritate) propter eandem etiã rationem non decebat Spiritum ſanctum, quia Spiritus veritatis eſt, in ficta columba, ſimulataq; deſcendiſſe. Vnde exiſtimat miraculoſe creatam fuiſſe columbam, quæ ſuo munere functa continuo in eandem, ex qua coaluit, materiam conuerſa euanuit. Tamen ipſe D. Auguſtinus epiſtola 102. latiſſime probat ſimulatam, (D. Aug.) non veram fuiſſe columbam: quã ſententiam ſecuti etiam fuere D. Ambroſius. D. Chryſoſtomus, & Theophylactus ſuper cap. tertium Matthæi, (D. Amb. l. de sac. c. 5.) nec non doctiſſimus Ianſenius. Et videtur plane hæc ſententia conformior ſacro textui, dum non vocat illam abſolute columbam, ſed quaſi, vel tãquam columbam, licet inficias non eam, particulam (quaſi) diminutionem non ſemper ſignificare, vt cõſtat ex verbis Ioannis: *Vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti à Patre*. (Ioan 1.) Nouimus etiam ſæpe olim Angelos in ſpecie humana comparuiſſe, & nullus vnquam dixit carnem illam fuiſſe veram, ſed apparentem: eadem igitur ratio eſt de columba. Deinde, quia cum columba illa Spiritus ſancti perſonam repræſentauerat, & pedibus ſuis verticem capitis Chriſti tetigerat, vt tradit Optatus Mileuitanus contra Parmenianum, (Opt. Mile. l. 4. con Par.) indecens ſanè erat, quod in conſortio maneret reliquarum, turpiſſima quæque contingere expoſita. Nec enim eſt quod dicamus, cum primum munere ſuo functa fuit, occiſam à Deo: corruptio enim, ſicut & generatio rerum ab auctore naturæ naturalibus cauſis credita eſt. Ac tandem, quia cum munus illius columbæ eſſet perſonam Spiritus ſancti, & Chriſti innocentiam referre, ad quod ſatis erat eſſe apparentem, nulla nos cogit ratio, vt veram fuiſſe arbitremur. His prælibatis ad rem propius accedentes, magnus Pater Hieronymus, nec nõ (Hier. et Aug. ſuper cap. 3. Matth.) & Chryſoſtomus, & D. Antoninus tradunt, propter egregias proprietates, quibus prædita eſt (D. Ant. 3. p. tit. 18.) columba, Spiritum ſanctum in eius ſpecie deſcendiſſe: quia tamen de his copioſus nos ſpectat ſermo, in ſequenti homilia habendus, de ea ſolum diſſerere nunc contentus ero, cuius me-

minit

Ariſt. lib 6. de hiſt. animal.

minic Ariſtoteles de hiſtoria animalium, quæ ad rem noſtram mirum in modum facit. Ait enim columbam fœcundiſſimam eſſe, vnde decies in anno filiorum procreationi vacat, & ſæpe pluries, ſi regionis temperamentum calidum ſit. Apparuit ergo Spiritus ſanctus tempore baptiſmi ſub ſpecie columbæ, vt vndarum aquæ baptiſmi ad filios Dei regenerandos fœcundiſſimam virtutem præmõſtraret. Ita id interpretatur D. Thomas in caput ſecundum Ioannis, & fauet non parum illud Geneſis. nam vbi noſtra vulgata vertit, *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, alia verſio habet; *Spiritus ſanctus incubabat ſuper aquas*, ſũpta metaphora ab auibus, qui ſuis incubantes ouis filiorum prolem in lucem edunt. Vnde D. Baſilius in ſuo Hexamero inquit, *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, quibus vitalem fœcunditatem præbebat.* Et S. Hieronymus: *Naſcentem*, inquit, *mundum in figura mundi parturiebat*. De hac filiorum multitudine, quam ſancta mater Eccleſia ad baptiſmi aquas procreatura erat, intelligenda ſunt, verba illa Prophetæ Habacuc: *Exurge Hieruſalem, & circumſpice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente vſque ad Occidentem, & Septentrionem, & Meridiem*: quia reuera per has omnes regiones baptiſmatis fons aquas per Chriſtum in Iordane ſanctificatas late, & copioſe diffundit. Tandem in ſacro hoc baptiſmi myſterio illud etiam obſeruandum venit, quod plane videtur Deus voluiſſe purificationem minoris mundi, hoc eſt hominis, perſimilem fore purificationi maioris mundi, per diluuium ſactæ. Sicut enim in illa hæc tria concurriſſe nouimus, aquã, columbam, & ramum, ita totidẽ in hac concurrant, nempe baptiſmi aqua, ramus myſterioſæ oliuæ (crucem intelligo, vnde virtutẽ abluendi mũtuat) & abſq. felle columba Spiritus ſancti, qui per ſuam ſubſtantiam menti baptizati illabitur. Vnde D. Hieronymus in epiſtola ad Oceanum ſapienter admodum dixit: *Peccat mundus, & ſine aquarum diluuio non purgatur, ſtatimque columba Spiritus ſancti, quaſi ad Noe, ad Chriſtum in Iordane deuolat, & ramo refectionis, ac luminis pacem orbi annunciat.* & D. Ambroſius inquit: *Intelligo myſterium, agnoſco ſacramentum: columba enim ipſa eſt, quæ nunc ad Eccleſiam Chriſti in baptiſmo venit, quæ quondam ad arcam Noe in diluuio properauit.* Quod ſi quiſpiam interrogauerit, vt quid columba illa non manibus, non brachijs, non humeris, ſed Chriſti capiti inſederit: duplex huic quæſito adhiberi poteſt reſponſio. Prima, quia Chriſtus Dominus decreuerat peracto baptiſmo in deſertum pergere, vt ibi ieiunio, & orationi vacans, & tamquam in palæſtram hoſteni vt deſcenderet, prouocaturus, de quo ſibi glorioſe triumphandum erat, ſuperaret. Spiritus ergo ſanctus quaſi has Chriſti generoſas cogitationes approbans, capiti, quod cogitationum officina eſt, inſedit. Secunda, quia cum æternus Pater dediſſet nobis in præceptorem, & magiſtrum Chriſtum Dominum, dicens, *ipſum audite*, voluit ipſe (vt ſolent decani in academijs) doctoratus, & magiſterij gradum illi conferens, inſigne candidum, candidam ſcilicet Spiritus ſancti columbam ſuper caput eius apponere.

D. Thom. in 1. Ioan. — *Gen. 1.* — *Baſil. hom. 1 hexam.* — *Hier. ep. 83. ad Ocean.* — *Habac. c. 3.* — *Gen. 6.* — *Gen. 8.* — *Hier ep. 83 ad Ocean.* — *Amb. ſer. 11.* — *Gen. 1.* — *Matth. 4. Luc. 4. Marc. 1.* — *Matth. 17.*

Vltima baptiſmi circumſtãtia vox cælo delapſa illa fuit: *Hic eſt Filius meus dilectus*. Diuus Baſilius ſuper Pſalmum vigeſimum octauum verba illa, *vox Domini ſuper aquas, vox maieſtatis intonuit*, huic myſterio in hunc aptat modum. *Ioannes baptizans illum, & Deus maieſtatis intonuit. Venit enim vox è cælo, dicens: hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Euſebius Cæſarien. libro nono de demõſtratione Euangelica cap. 6. illud Iſaiæ 35. *Ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri*: & iuxta ſeptuaginta Interpretes, *Populus meus videbit gloriam Domini, & altitudinem Dei*, in hæc explicat verba: *Puto Saluatoris noſtri ad baptiſmum acceſſum ſignificari illis verbis: & populus meus videbit gloriam Domini, & altitudinem Dei.* Tunc enim viſa eſt Saluatoris noſtri gloria, cum aſcendit de aqua, & aperti ſunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem quaſi columbam, cum vox quoque de cælo audita eſt. Verum iam duo illa honorificentiſſima epitheta, Filij, & Dilecti (*hic eſt Filius meus dilectus*) altius contemplemur. D. Paulus filij nominis dignitatem contemplans, de Chriſto loquens ad Hebræos ait: *Tanto maior Angelis effectus, quanto præ illis excellentius nomen hereditauit. Cui enim vnquam Angelorum dixit, Filius meus es tu?* Licet autẽ aliquando Angelos filios vocauerit, vt habetur Iob primo, *cum veniſſent filij Dei* (id eſt Angeli) *vt aſſiſterent coram Domino*: necnon etiam homines eadem nominis appellatione honorauerit, dicente Ioanne. *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*; longe tamen diuerſa eſt hæc filiatio ab illa: hæc enim adoptionis, illa naturalis eſt, in qua nec ſimilem viſus eſt, nec habere ſequẽtem. Quod vt magis innoteſcat, obſeruare oportet, illum proprie dici naturalem filium, qui de ſubſtantia Patris, & in ſimilitudinem naturæ illius gignitur: vnde cum ſolus Chriſtus Dominus *ſit ſplendor Patris, & figura ſubſtantiæ eius*, vt Pauli verbis vtar, ac proinde ſicut per figuram prototypus cognoſcitur, ita per Chriſtum Pater, ipſo dicente (*Philippe, qui videt me, videt Patrem meum*) manifeſte liquet, ipſum ſolum naturalem Patris filium eſſe, alios vero adoptiuos, vt qui naturæ non conſubſtantiales, vt ille, ſed participes, & conſortes tantum ſint, vt Diuus Petrus loquitur: *diuinæ conſortes facti naturæ*. Secundum nomẽ, Dilecti, quo Pater filium cognominauit, conſentaneum adeo ei eſt, vt ſæpiſſime Sponſa illud vſurpet. Canticorum enim cap. 1. ait, *dilectus meus mihi, & ego illi*. & c. 4. *veniat dilectus meus*. & c. 7. *veni dilecte mi*. & Iſaiæ cap. 26. *cantabo dilecto canticum patruelis*. & regius Vates pſ. 28. *dilectus quemadmodum filius vnicornium*: & pſ. 44. ſecundum ſeptuaginta Interpretum verſionem hunc præfixit titulum: *canti-*

Matth. 3. — *Pſal. 28.* — *Matth. 3.* — *Euſeb. Cæſa.* — *Iſa. 35.* — *Matth. 3.* — *Ibidem* — *Heb. 1.* — *Pſal. 109.* — *Iob. 1.* — *Ioan. 1.* — *Heb. 1.* — *Ioan. 14.* — *2. Pet. 1.* — *Cant. 1. 4. et 7.* — *Iſai. 26.* — *Pſal. 28.* — *Pſal. 44.*

eum pro dilecto. Vocatur in primis dilectus Patris, quia infinito amore ab eo diligitur. Pro cuius maiori intelligentia præſupponere oportet, in Chriſto multiplicem vitæ differentiam conſiderari poſſe: viuit enim vita diuina, & increata, quam Pater ei per æternam generationem communicauit: viuit vita gratiæ vnionis hypoſtaticæ, per quam vita ipſa Dei increata, hoc eſt, Filius humanitati eius illapſus fuit, de qua ipſe loquens ait: *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem*: viuit vita gratiæ habitualis, quā præ omnibus copioſiſſimā obtinuit, dicente Dauid: *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*: viuit vita beatifica, & glorioſa, qua frui cœpit ab inſtāti ſuæ immaculatæ conceptionis. Cum ergo æternus Pater ſit eſſentialiter vita, & fons totius vitæ: *apud te eſt fons vitæ*, hinc eſt, quod cū in Chriſto Domino tantam vitarum multiplicitatem ſplendeſcere cernat, ſingulari dilectionis pondere propter omnes, & ſingulas illas in eum fertur, & ideo merito Chriſtus dilecti nomine præ omnibus donari merebatur, adeo vt cū dilecti vox auditur, vt quæ pro famoſiori ſignificato ſtare debeat, de Chriſto ſermonem fieri intelligendum ſit. Immo auſim dicere, ipſum ſolum eſſe dilectum à Patre: nam licet reuera iuſti, & ſācti viri à Deo ingenti amore diligantur, tamen cum non diligantur ab ipſo niſi propter Chriſtum, & in Chriſto, vt docet Diuus Paulus prima ad Corinthios, magis certe ipſe Chriſtus diligitur in eis, quam ipſi diligantur. Secundo dilecti nomen mirifice Chriſtum decet, quia per multa retro ſæcula ab omnibus creaturis vehementer dilectus fuit. Angeli ab exordio non ſolum dilexerunt, ſed & eum adorarunt, iuxta illud Pauli: *Et cum iterum introduceret Filium ſuum in orbem terrarū, dixit: & adorent eum omnes Angeli eius*. Homines etiam vitę integritate inſignes tam in lege naturæ, quam ſcripta ſingulari amore illum proſecuti ſunt, vt Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Dauid, & alij pene innumeri, qui in argumentum amoris varijs vſi fuere ſacrificijs, quæ velut expreſſæ quędam imagines Chriſtum Dominum ad viuum exprimebant, oſtendentes in hoc gratam eſſe ſibi imaginem, vt amantibus conſueuit in prototypi abſentia. Vnde crediderim, quod ſicut Ioannes in ſua Apocalypſi Chriſtum Dominum agnum occiſum ab origine mūdi appellauit, etiam Agnum dilectum ab origine mundi vocitare potuiſſet. Quod ſi ad viros, qui in lege gratiæ Chriſti ardentiſſimo amore flagrarunt, mētis aciem conuertere velimus, audiamus Sponſæ verba in Canticis, Apoſtoli Pauli in Epiſtola ad Romanos, Ignatij in ea, quam ad eoſdem ſcripſit, ac tandem Diui Auguſtini in ſuis confeſſionibus, quorum ardentiſſima verba amoris flammas, quibus exæſtuabant, apertiſſime detegunt. Quid de Virginibus, & Martyribus dicam, qui Chriſti amore capti vincula ſpreuerunt, & ſanguinem ſuum pro eius honore libentiſſime profuderunt? Et quidem non pauci, ſed adeo innumeri, vt Ioannes, tametſi arithmetices non ignarus, dicat: *Vidi turbā magnam, quam dinumerare nemo poterat*. Tandem erga Chriſtū amor adeo creaturas omnes accendit, vt & inſenſibiles eodem pondere naturæ, quo ſe metaphorice amant, ſuamque conſeruationem appetunt, in Chriſtum Dominum ferantur, in quem omnes illæ ſunt à Deo ordinatæ, vt teſtatus eſt Paulus, dicens: *omnia propter eum*. Vnde factum eſt, quod ſol in cælo, & ſaxa in terra non ſecus ac ſi rationis participes eſſent, propter mortem Chriſti doloris inditia exhibuere. Sol caliginoſis tenebris aerē obſcurauit, ſaxa ad inuicem ſe collidentia fragorē quaſi clamorē emiſerunt. Sed liceat mihi, Pater æterne, te interrogare, cur affirmas Chriſtū tibi placere, tibiq. dilectū eſſe? an non vides hos illi coniunctos, eiuſque membra eſſe? obliuioni ne tradidiſti, quod tu ipſe, vt ait Iſaias, iniquitates omnium noſtrum in eo poſuiſti? *Numquid adhæret tibi ſedes iniquitatis*, vt Dauidicis verbis vtar? Equidem tantus eſt in Filium Patris amor, vt hanc amoris abyſſum iniquitatum noſtrarū abyſſus inuocare, nō exiccare poſſit. Fluit certe in Filium amor, quaſi fluminis impetus, quem ſcelera noſtra minime retardare poſſunt: tantus eſt odor Filij ad inſtar odoris agri pleni, vt de quibus doluimus iniquitatibus, peſtilentem atque execrandum odorem penitus ſopiat, ne Dei olfactum offendant: tanta eſt Filij claritas, tantus Chriſti ſplendor, vt tenebras peccatorū noſtrorum facili negotio euaneſcere faciat. Si ergo omnium noſtrum iniquitates robur non habent, vt beneuolos Dei Patris oculos à Filio auertere queant, cur ego peccator timeo, ſi in Chriſto reperior? Certus ſum, quod ſi illi vnitus inuenior, non mihi meæ, quarum pœnitet, nocebunt iniquitates. Illud autem ſilentio prætermittendum non cenſeo, tria hæc non abſq. ſpeciali ſacramēto in Chriſti baptiſmo cōcurriſſe, Patris vocem, Spiritus ſancti columbam, & in Iordanis aqua corporis Chriſti ablutionem, ſed vt indicaretur videlicet, in baptiſmo ſāctiſſimæ Trinitatis fidei profeſſionem fieri debere: erat enim Chriſti baptiſmus Baptiſmi à Deo inſtituendi ſimulachrum quoddam, ac expreſſa imago. Materia eius elucet in aqua Iordanis. Forma cum inuocatione ſanctiſſimæ Triadis, Patris, Filij, & Spiritus ſancti ſatis, ſuperque innotuit in Patris voce, Filij præſentia, Spiritus ſancti deſcenſione in forma columbæ. Triplex etiam baptiſmi effectus egregie ibi adumbratus fuit. Nam ſicut Chriſtus Dominus Iordanis aqua ablutus fuit, & Spiritus ſanctus in eū deſcendit, & cæli ei aperti ſunt; ita recens baptizati interius aqua diuinæ gratiæ abluuntur, Spiritum ſanctum re ipſa recipiunt, qui ſpeciali ratione in eos habitare incipit, ac tandem cælos, quos peccatum obturauerat, meritum Chriſti reſerat. Vnde Sponſus in Canticis iuxta expoſitionem gloſsæ loquens de baptiſmatis gratia regeneratis, ait: *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcendunt de lauacro*. Hi enim ſunt, de quibus verba Ioannis non incongrue intel-

Margin notes: Ioan. 6. — Pſal. 44. — Pſal. 35. — 1. ad Cor. 8. — Heb. 1. — Ioan. Apoc. 13. — Cant. 1. 4. & 7. ad Rom 8. — Aug. lib. 4. confeſ. cap. 5. — Ioan. 7. — 1. Cor. 8. — Pſal. 93. — Cantic. 4.

intelligi poſſunt: *Lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.* Porro reliquum eſt, antequã finẽ dicendi faciam, hoc loco verba illa Ioannis elucidare: *Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igne.*

Luc. 3.

Ex illis enim perperam hæretici Hermiani, & Seleuciani inferebant, ſacramenti Baptiſmi materiam non ſolam aquam, ſed & ignem pariter eſſe. Vnde quoties aliquem baptiaabant, non ſolum abluebant, ſed candente ferro ſignabant, vt mancipijs fieri ſolet: & in hoc ſenſu verba illa Diui Pauli interpretantur: *Ego enim ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto:* nam verbum, *ſtigmata*, ſecundum Græcum idioma ſignum candenti ferro impreſſum ſignificat, vt tradit Diuus Thomas in commentario huius loci.

Gal. 6.

D. Thom.

Itaque aiebant Diuum Paulum velut Chriſti mancipium exteriora ſigna geſtaſſe, quæ ſeruitutem eius erga Chriſtum indicabant. Verum exploſa commentitia hac interpretatione, verba Diui Pauli nihil aliud ſibi vendicant, quam quod paupertas, nuditas, fames, vincula, catenæ, cõuicia, opprobria, quę propter Chriſtum patienter perferebat, quaſi inſignia, & ſtemmata clariſſima ſibi eſſent, per quæ cunctis, ſe Chriſti diſcipulum eſſe, innoteſcebat.

Ad expoſitionem tamen loci Diui Ioannis redeuntes: *Ipſe vos baptizabit in Spiritu, & igne*, Diuus Cyprianus nomine ignis, tribulationem intelligit, quæ velut ignis iuſtum exurens puriorem reddit. Diuus Baſilius exponit de verbo diuino, quod veluti ignis ardens audientium corda inflammat, vt experti fuere diſcipuli illi, qui dixerunt: *Nonne cor noſtrum erat ardens in nobis, dum loqueretur nobis in via?* D. Hilarius Ioannem loquutum eſſe autumat de igne extremi Iudicij, de quo regius Vates: *Ignis ante ipſum praecedet.* D. Ioannes Chryſoſtomus intelligi debere exiſtimat de igne, qui deſcendit in die Pentecoſtes, quo Chriſti diſcipuli ſolaribus radijs puriores redditi ſunt.

Cyprian. in hunc locum.

D. Baſil. ho. 11. ſup. Ma.

Luc. 24.

D. Hila. ſer. 3. de Bapt.

D. Io. Chryſoſt. in hunc locum Ps. 96 Act. 2.

Verum etſi omnes has expoſitiones minime abijciendas, ſed venerandas ſentiam, liceat mihi interpretari, D. Ioannẽ ſub nomine *aquæ, & ignis*, duplicem baptiſmum deſignaſſe, Chriſto Domino aſcribendum; primũ aquæ vniuerſaliorem, qui tam ad adultos, quam ad infantes, & alios rationis vſu a natiuitate priuatos late extenditur; alium vero ſingularem, a Theologis vocatum baptiſmum flaminis, paucioribus conceſſum, cum diuini amoris igne inflammati, de peccatis dolent propter Deum ſumme dilectum. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Lib. vij.

Homilia Quarta.

Explicantur varia, ac multiplici eruditione, tam ex rebus naturalibus, quam ex humanis, & diuinis litteris myſteria recondita in deſcenſu Spiritus ſancti ſub ſpecie columbæ.

HODIE impletum cernimus illud Iſaiæ: *Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit me, ad euangelizandum pauperibus miſit me.* Et quidem ſi in Adam veterem inſpirauit Deus ſpiraculum vitæ, vt eſſet in animam viuentem; multo præcellentius Pater æternus inſpirauit in Iordane in Filium Spiritum ſuum, vt ſit in ſpiritum viuificantem.

Iſai. 61.

Genes. 2.

Non quod in ſuo Dominus baptiſmo nouo quodam ſpiritu plenus fuerit (etenim ab inſtanti ſuæ incarnationis pleniſſimus erat) ſed quod ita teſtari voluerit Deus omnibus hominibus, Chriſtum plenum eſſe columbino ſpiritu; & alios mirificos effectus per columbæ proprietates adumbratos in iuſtificatis ab Spiritu ſancto cauſari, vt magni illi Patres, Hieronymus, & Auguſtinus, quos ſequutus eſt Diuus Antoninus, vnanimi conſenſu docent; itaque propter egregias, ac laudabiles proprietates, quibus hoc animal præ ceteris viget, voluit Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie deſcendere.

D. Aug. & D. Hieron. ſuper ca. 3. Matthæi D. Anton. 3. par. tit. 18.

Diabolus Euæ apparuit in ſerpentis forma: ſic enim qualis ſit Diabolus, qualis etiam ſit Spiritus ſanctus, nobis clarius innoteſcit. Diabolus quidem ſerpens calidiſſimus, ac ſæuiſſimus; Spiritus ſanctus mitiſſimus, & velut columba omni felle carens. Sumpſiſſet quidem tartareus hoſtis placidi, & grati alicuius animalis effigiem, ſi Deus ei permiſiſſet: attamen non permiſit, vt Diuus Auguſtinus docet, his verbis: *Non debemus opinari, quod ſerpentem Diabolus elegerit: ſed cum eſſet in illo decipiendi cupiditas, non niſi per illud animal potuit, per quod poſſe permiſſus eſt.*

D. Aug. l. 11 de Geneſ. ad litteram

Par enim erat, vt inter inſtrumentum, & eius motorem debita proportio ſeruaretur. Motor erat Satan verſutus, & veneno peccati plenus; inſtrumentum quoque ſerpens fuit callidus, & veneficus. Columba autem, vt inſtrumento ſuæ diabolicæ nequitiæ vti, non decuiſſe tradit ſapientiſſimus Hugo Victorinus lib. primo de ſacramentis p. 7. c. 2. in hæc verba:

Hugo Vict.

Fortaſſis ſi permiſſus fuiſſet Diabolus, in forma columbæ venire voluiſſet ſed hoc vas Spiritus ſanctus ſibi reſeruauit, quia profecto dignum non erat, vt ſpiritus malignus illam formam homini odioſam faceret, in qua poſtmodum ipſe Spiritus ſanctus apparere debebat.

Porro antequam varias columbæ proprietates referamus, & elucidemus, vtpote præſenti argumento valde conſentaneas, operæprecium duxi prius præmittere, columbam olim in tanto honore habitam, vt teſte Xenophonte, Babylonici tamquam rem ſacrā eam colerent, nec non Aſſyrij, & Palæſtini, vt cecinit Tibullus:

Xenoph. l. 1. de Cyri minoris expeditione. Tibull. elegia 7. l. 1.

Quid referam vt volitet crebras intacta per vrbes
Alba Palæſtino ſancta columba Syro

Diodor Sicul. l. 3.

Diodorus etiam Siculus libro tertio ſcribit, fabulatos quoſdam auctores eſſe, Semiramidem Aſſyriorum Reginam in columbam eſſe conuerſam. Quo factum eſt, inquit, vt Syri id verum exiſtimantes, columbam, vt Deam colerent, immortalem Reginam arbitrati. Xenoph. lib. 1. de expeditione Cyri minoris paulo ante libri medium: *Amnis*, ait, *Chalon, huius latitudo eſt paſſuum 20. magnis, ac manſuetis piſcibus eſt refertiſſimus, quos Syri ſacroſanctos habent, eoſque violare æque, ac columbas nefas putant*. Hinc recens quædam emanauit interpretatio illius Pſal. 67. *Si dormiatis inter medios cleros, pēnæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri*, Id eſt, etſi inſtar dormientium ſegnes, & languidi inter medias hoſtiū turmas degatis, Palæſtinis tamen timori eritis, ac religioni, non ſecus ac alba columba, cuius plumas nullus eorum audet euellere. Verum ſimplicior, & probabilior ſenſus eſt, cleros ſumi eo loco pro ſortibus Iſraelitarum, clerus enim Græce ſortem ſignificat. Appellatur autem clerus, ſiue ſors Terræ promiſſionis pars, quæ cuique Tribui ſorte obuenit. Vnde D. Petrus Eccleſias appellauit cleros, id eſt ſortes Dei: *Non dominantes* (inquit) *in cleris*, id eſt Eccleſijs. & Geneſis 49. dicitur: *Iſſachar aſinus fortis occubans inter terminos*, id eſt accubans, ſiue quieſcens inter medios cleros, id eſt inter medias ſortes Palæſtinæ. Ait ergo Dauid: *Si dormiatis*, vel, *dormieritis*, vt vertit Hieronymus, id eſt, ſi quieſcatis, vel quieueritis inter medios cleros, id eſt in medio ſortitæ Terræ promiſſionis, ſi in illis quiete habitaueritis, pennæ columbæ erunt deargentatæ, id eſt candidiſſimæ, dorſumque illius aureum, hoc eſt, diues erit populo, argento, auroque abundans, felix, & ſimilis columbæ argenteo candore præſtanti, aureoque dorſi pallore pulcherrimæ, in ſuo habitanti columbario. De Eccleſia vero hic eſt ſenſus. Si in Eccleſiam Meſſiæ Regis per Baptiſmi ianuam ingrediamini, atque in ea conquieſcatis, ſimilis fiet per fidem charitate rutilantem anima columbæ innocentiſſimæ, felle carenti, ac pulcherrimæ, cuius pennæ candore candidum argentum, poſteriora vero dorſi pallore aurum imitantur. Qui extra Eccleſiam ſunt, corui ſunt: coruus enim Geneſis 1. *Egrediebatur, & non reuertebatur*. Ita hæretici inſtar corui illius, extra Arcam teterrimis hæreſeon alis euolant, ex Eccleſia egrediuntur, & multi non reuertuntur. Qui intra Eccleſiam ſunt, & gratia Dei illuſtrantur, columbæ ſunt, quarum pennæ ſunt deargentatæ, & poſteriora dorſi aureo colore rutilant. Alios loci huius ſenſus nunc omitto, hic ſit ſatis, vtpote huic argumento conſentaneus. Nonnulli exiſtimarūt Nabuchodonoſor Babyloniorum Regem columbæ effigiem in vexillo pictam geſtaſſe, id quod ex his verbis colligitur Hier. 25. *Facta eſt terra eorum in deſolationem a facie iræ columbæ*, id eſt à facie exercitus Nabuchodonoſor. D. Hieronymus hoc loco: *Non mirabitur, inquit, columbā Domini intelligi Nabuchodonoſor, qui ſupra eodem capite eum vocari ſeruum Domini legerit*. Cur autem columba dicatur, non reddit rationem. Hugo vero Cardinalis inquit: *Forte idea, quia in vexillis Nabuchodonoſor, & exercitus eius erat ſignū columbæ depictum*. Simili modo loquitur Hieremias c. 46. *Ceciditq. vir, quæ ait, ad proximum ſuum, & dicent: ſurge, & reuertamur ad populum noſtrum, & ad terram natiuitatis noſtræ à facie gladij columbæ*. Quo loco ſcribit Lyranus, *à facie columbæ id eſt exercitus Chaldæorum, ſic nominatis, quia in antiqua eius vexillo erat ſignum columbæ, vt expoſitores noſtri dicunt*. Non inficior tamen, quod aliquando gladius Perſarum gladius columbæ appellatur, iuxta illud Hieremiæ: *Diſperdet ſatorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore meſſis*. Quo loco agit Propheta de expugnatione Babylonis. Vnde perinde eſt, ac ſi dixiſſet, diſperdite o Perſæ, ipſos etiam agricolas, & meſſores Babylonis a facie gladij columbæ, ſcilicet Perſarum. Sed retenta priori expoſitione, alia inde ſupra explicati loci explicatio in hunc modum deducitur. Etſi dormiatis inter medios hoſtium terminos, & columba deargentatis, & aureis pennis in hoſtium vexillo picta vos adoriatur, tamen Dominus ſpeciei domus, id eſt ad pulchritudinem domus dabit hoſtium diuidere ſpolia. His prælibatis, vt ad id, vnde nonnihil digreſſi ſumus, reuertamur, non ob aliam rationem in tanto honore habita fuit olim columba, quam ob multitudinem mirabilium proprietatum, quæ in illa enitent, quarum quidem licet varij ſcriptores varias, ac multiplices commemorent, omnes fere tamen ad eas, quas modo ſubijciam, facile reuocari poſſunt. Eſt in volatu perſeuerans, & conſtantiſſima, gemitum pro cantu habet, mirifice eſt beneuola, & mitiſſima, meliora grana ſeligit, putrida reſpuit, integra deglutit, ſed de ſubtus terram non illa extrahit: diſſimilis in hoc valde gallinæ, quæ vnguibus terram quatit, ſi forte conſentaneum ſibi latentem cibum reperiat. Quando grana ſumit, oculos ad cælum leuat, quaſi referens gratias ſuo Auctori propter cibū ſibi præſtitū; mortua corpora execratur, in foraminibus

Pſal. 67. — *D. Petrus epiſto. 1. c. 5.* — *Genes. 49.* — *Genes. 8.* — *Hierem. 25.* — *Hier. c. 46.*

minibus

minibus petræ gaudens deliteſcit, alienos filios alit, conſortij, & ſocietatis amantiſſima; circa aquarum fluenta verſari ſibi gratiſſimum eſt, & in illis, velut in fulgentiſſimo ſpeculo inimici accipitris impreſſam figuram conſpiciens, rapaces eius vngues fugit; ſinceritate, & ſimplicitate prædita eſt; felle caret, timore, & pauore facile concutitur; carnibus non veſcitur, nec immundis alitur; ſanguis eius ex latere ſub dextra ala latente eductus, oculis ſalutifer, & proficuus eſt. Illa tam Aegyptij, quam Aſſyrij velut nuncio, plerumque vſi fuere, epiſtolam filo alligatam ſub ala ei apponentes, vt refert noſter Angles, qui permultas ex prędictis proprietatibus auctoritate D. Iſidori, Gregorij, & Hieronymi conſtabilit. Nonnullas etiam ſingulari eruditione collegit D. Thomas 3. parte, Spiritus ſancti donis eas applicans; quæ ſacri Baptiſmatis aqua renatis mirifice congruunt. Eius verba, tametſi non pauca, quia lectu digniſſima, & præſenti argumento illuſtrando aptiſſima cenſeo, libet hic deſcribere: *Spiritus*, ait, *in ſpecie columbæ ſuper Chriſtum baptizatum apparuit propter tria. Prima propter diſpoſitionem, quæ requiritur in baptizato, vt ſcilicet non fictus accedat, quia dicitur Sapientiæ 1. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Columba autem eſt animal ſimplex, aſtutia, & dolo carens, vnde dicitur Matthæi 10. Eſtote ſimplices, ſicut columbæ. Secundo apparuit ad ſignificandum ſeptem dona Spiritus ſancti, quæ columba ſuis proprietatibus ſignificat. Columba enim ſecus fluenta habitat, vt inde viſo accipitre mergat ſe, & euadat, quod pertinet ad donũ ſapiẽtiæ, per quã Sancti ſecus Scripturæ diuinæ fluenta reſident, vt Diaboli incurſum euadant. Item columba meliora grana eligit, quod pertinet ad donum ſcientiæ; quia Sancti ſententias ſanas, quibus paſcantur, eligunt. Columba alienos pullos nutrit, quod pertinet ad donum conſilij, quo Sancti illos homines, qui fuerunt pulli, id eſt imitatores Diaboli, doctrina nutriunt, & exemplo. Columba non lacerat roſtro, quod pertinet ad donum intellectus, quo Sancti bonas ſententias lacerando non peruertũt hæreticorum more. Columba felle caret, quod pertinet ad donum pietatis, per quam Sancti ira irrationabili carent. Columba in cauernis petræ nidificat, quod pertinet ad donum fortitudinis, qua Sancti in plagis Chriſti, qui eſt petra firma, nidum, id eſt refugium, & ſpem ponunt. Columba gemitum pro cantu habet, quod pertinet ad donum timoris, qua Sancti delectantur in gemitu pro peccatis. Tertia apparuit Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ propter effectum proprium Baptiſmi, qui eſt remiſſio peccatorum, & reconciliatio ad Deum. Columba enim eſt animal manſuetum, & ideo, ſicut Chryſoſtomus dicit homilia 12. in Matthæum, in diluuio apparuit hoc animal, ramum ferens oliuæ, & communem orbis terrarum tranquillitatem annuncians. Et nunc etiam columba apparet in baptiſmo, liberatorem nobis demonſtrans. Quarta apparuit ad deſignandum communem effectum Baptiſmi, qui eſt coniunctio Eccleſiaſticæ vnitatis. Vnde dicitur ad Epheſios prima, quod Chriſtus tradidit ſemetipſum, vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam, nõ habentem maculam, aut aliquid huiuſmodi, lauans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, & ideo conuenienter Spiritus ſanctus in baptiſmo demonſtratus eſt in ſpeciem columbæ, quæ eſt animal amicabile, & gregale.* hactenus Diuus Thomas.

Bartho. Angles l. 12. c. 2. — *D. Thom. 3. par. qu. 39. ar. 6.* — *cap. 1.* — *Matt. 10. 2.* — *Chryſos. ho. 12. in Mat.* — *Paulus ad Ephes. 2.*

Ceterum, quia omnes, & ſingulas columbæ proprietates longiori ſermone proſequi, nimium nos compelleret in hoc genere argumenti immorari, de nonnullis tantum latius diſſeremus, reliquas breui oratione perſtringentes. Ex prædictis proprietatibus eam, cuius Chriſtus Dominus meminit, primo loco aſcribere placet, ſimplicitatem ſcilicet: *Eſtote ſimplices, ſicut columbæ.* Bifariam hæc ſimplicitas intelligi poteſt. Primo, vt cum Euthymio, & Theophylacto dicamus, ſimplicitatis argumentũ in columba eſſe, quod quamuis ſæpe ſæpius dominus ab ea pullos ſurripiat, nec à columbario eius aufugiat, nec domicilij nidum mutet; imo moleſtiæ illatæ omnino oblita, iterum, atque iterum nouos ſuo domino progenerat filios. Hic ſane proprius eſt Spiritus ſancti effectus; nam cum eſſentialiter, & perſonaliter ipſe ſit amor, proximi amorem, & iniuriarum obliuionem infundit. Hanc ſolo lumine naturæ rationi conſentaneam adeo iudicauit Alexander, Plutarcho id referente, vt ſubditum quendam perperam de eo loquentem multis muneribus cumularet, quibus gratiam eius adeo conciliauit, vt, qui antea fuerat eius obtrectator, poſtea in laudem eius orator fieret: vnde Alexander, id agnoſcens, dicebat: *Hæc eſt gloria Alexandri, inimicos reddere amicos.* Eadem Plutarchus in apophthegmatibus refert, quod cum quidam iuuenis ira percitus contra Lycurgum, ei oculum erueret, ſenatus Lycurgo illum tradidit, vt ex propria ſententia, & ad libitum illatę iniuriæ iuſtam de illo vindictam ſumeret. At ipſe in domum ſuam illum recipiens aluit, bonis moribus imbuit: & poſtea in virum alterum mutatum, ad ſenatum illum remiſit, certiorem eum faciens, non aliam, quam illam ab inimico deſideraſſe vindictam. Vnde in prouerbium abijt: *Vindicta Lycurgi.* Hæc gentilium hominum manſuetudo, & iniuriarum obliuio aperte condemnat efferatos quoſdam Chriſtianorum hominum animos, inimici vindictam adeo ſitientes, vt tenacius, quam lupus in ouem, inimicitiam conſeruent. Refert Alciatus in ſuis Emblematibus, inter hęc duo animalia diuturnam, ac perſeuerantem adeo inimicitiam eſſe, vt etiam ipſis pereuntibus, ipſa non pereat, vt experientia compertum eſt. Nam inſonante tympano ex lupi pelle confecto, reliqua ex ouina pelle contexta raueſcunt, & quaſi ſonitu priuantur.

Matt. 10. — *Euthym. & Theoph. ſup. c. 10. Matt.* — *Plutarchus de Alexan.* — *Plutarch in apophthegmatibus Laconum.* — *Alciatus l. emblemat.*

Cetera muteſcunt, coriumq. ſilebit ouilum,
Si confecta lupi tympana pelle ſonent.

Huius efferæ antipathię, heu, plures video inter nos participes, qui ad vocem inimicum laudantis obmuteſcunt: immo eo proceſſit non ſemel inter hoſtes exorta inimicitia, quo inter lupum, & ouem odiom numquam pertingit.

Sabelli. decade 1. L. 7.

Nam, vt refert Sabellicus, cũ Polynices, & Eteocles ſe mutuo pugione confodiſſent, & in ardentem rogum poſtea iniecti fuiſſent, priſtinæ inimicitiæ tenaces adeo extiterunt, vt flammæ, quibus eorum corpora comburebantur, ad inuicem diuiſæ cernerentur, quaſi odio vnionem, ſymbolum amicitiæ habentes. Diuus Paulus tamquam Chriſtianæ militiæ veteranus miles, Polynicis, & Eteoclis ęmulatoribus, vt de inimico triumphẽt, hoc præſentiſſimũ exhibet remedium: *Vince in bono malum: ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum; ſi ſitit, potum da illi; hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius.*

Ad Rom. 12.

Nicolaus de Lyra ad Roman. 12.

Noſter Lyranus explicans hunc locum ait: *Congeres occaſiones accendendi ignem dilectionis in ea:* & additio ad gloſſam eiuſdem Lyrani: *Induces*, inquit, *ad pœnitentiam de malo, quod tibi facit, aut facere tentauit.* Vtraque expoſitio ad eundẽ tendit ſcopũ, & ex fictione Plutarchi in Apophthegmatibus nõnihil videtur illuſtrari poſſe: ait enim inter ſolem, & ventum Aquilonem ortam fuiſſe contentionem, quis prius altero viatorem veſtibus expoliare poſſet: cœpit ventus Aquilo pedeſtrem viatorem vehementer impetere, vt fere galerus è capite, & pallium ex humeris decideret; quanto tamen ipſe acrius flabat, tanto viator diligentius galerum capiti, & pallium ſcapulis aptabat, & tenacius illud apprehendebat: vnde nõ ventus Aquilo de viatore, ſed viator de Aquilone victor euaſit. Sol autem poſtea potentiam ſuam oſtentans, cœpit ardentes ſuos radios viatori immittere, quibus adeo ille etiã incaleſcere cœpit, vt ad deponendum pallium cogeretur, deinde inualeſcente ſolis calore, & illum acrius vexante, exteriori tunica, & thorace ſe expoliauit, atque hoc modo Phœbus de Aquilone victoriam reportauit. Narratio hæc tametſi mera fabella ſit, Paulinæ doctrinæ veritatem confirmat, dum docet, inimicum non irę, & vindictæ Aquilone flante, non iniurijs, & contumelioſis verbis, ſed beneficiorum calore illum fouente, facile vinci, ac ſuperari. Quam doctrinam vt doceret nos Spiritus ſanctus, voluit in columbæ ſpecie comparere: nam cum animal hoc felle careat, vt tradit gloſſa ſuper caput primum Canticorum, & beneuolum ſit, & moleſtias ſibi illatas obliuioni penitus tradat, recte per columbæ naturam, & ingenium prædicta omnia ſpiritualiter deſignantur.

Plutarchus in apophte.

Glo. in Can.

Secundo modo columbæ ſimplicitatem explicare poſſumus, ſecundum quod vulpinæ duplicitati opponitur, quam Diuus Paulus Corinthijs ſuadebat, dicens: *Non in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis.* In quo ſenſu ſimplicitas, ſpecialis, & proprius eſt effectus Spiritus ſancti, quem Chriſtus Dominus *Spiritum veritatis, qui a Patre procedit,* vocitauit; vnde hominem fictum, & hypocritã valde ille deteſtatur, vt his verbis docuit Salomon: *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictũ, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſũt ſine intellectu.* Cũ enim fictio, & hypocriſis quoddam mendacij genus ſit, veritati ex diametro oppoſitum, neceſſe eſt Spiritum veritatis fictum hominem valde execrari. Diuus Gregorius Nazianzenus hypocritam comparat fœminæ turpi, quæ, vt ſe pulchram reddat, fuco vtitur. Apta ſane comparatio: nam ſicut illa, vt vultus turpitudinem tegat, pigmentis eum colorat, vt pulchritudinem, quam reuera non habet, oſtentet: ita hypocrita fictæ ſanctitatis fuco & turpitudinem ſuam tegit, & apparentem ſanctimoniam, cum vera omnino careat, venditat. Atque huc mirifice facit, quod diuus Gregorius ſuper cap. Iob 39. necnon Theophylactus Patriarcha Antiochenus ibidem, explicantes verba illa: *Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij* obſeruarunt, tã ſtruthionem alas perſimiles habere alis velociſſimæ omnium auis herodij, alio nomine vocati ardeæ, vt Dauid eius velocitatem denotans reliquarum auium ducem illum vocarit: *herodij domus dux eſt eorũ.* Aiunt tamen hi Patres, quod ſtruthio quantumuis pennas herodij pẽnis perſimiles habeat, altius euolare minime poteſt, adeo vt a terra nec per palmum erigatur: vnde pennæ illæ non ad volatum, ſed ad ornatum potius ei conferunt. Perpulchrè hæc auis hypocritas adumbrat, quorum quidem pennæ perſimiles ſunt Sanctorum pennis, hoc eſt opera eorum Iuſtorum geſta imitari videntur: orant, ſacris interſunt, eleemoſynã largiuntur, immo & Euchariſtiam frequentant. Sane iſtæ pennæ videntur ad volandum, reuera tamen non ad volatum, ſed ad ornatum, & ad ſanctitatem ſimulandam illis vtuntur, cum licet extrinſecus agni, intrinſecus lupi rapaces exiſtant, & cum exterius vſque ad tertium cælum per contemplationem cum Diuo Paulo rapi videantur, attamen reipſa libidinoſæ carnis pondere grauati, terreniſque affectionibus adhærentes, a terra ne minimum quidem eleuantur. Secundum, quod obſeruant præcitati Patres in commentario huius loci, eſt (quod prædicta non parum confirmat) ea propter ſtruthionem altius euolare non poſſe, quia tametſi pennis non careat, illæ curtæ, & breues, carnis autem moles magna ſit; vnde cum plus habeat ponderis quod deprimit, quam alarum velocitatis, quæ eleuat, & erigit; hinc eſt, quod ſurſum volitare non poteſt, ſed terræ quaſi fixus hærere cogitur. Non diſſimiliter hypocritæ contingit, cuius cum alæ deuotionis, vtpote apparentis, & non veræ, ſint breuiſſimæ, interioris vero malitiæ pondus graue; hac grauitate præpeditus, limo depreſſus ſemper iacet. Tandem cum diuinus hic Spiritus duplicitatem, & fictionem valde execretur, iuſtos, quibus illabitur, id inter alia edocet, vt inter interiorem, & exteriorem hominem ſumma ſit conformatio, vt non ob-

1. Cor. 5.

Io. 15.

Sap. 1.

Greg. Naz. in quodd. or. funerali

D. Gre. ſup. Iob cap. 39. Theoph.

Psal. 103.

2. Corint. 12.

ſcure

ſeute Salomon ſignificauit, cum de muliere illa forti, iuſti animam adumbrante loquens, dixit:

Prouerb. 31.

Quæſiuit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum. Linum, ſatis conſtat, ad interiorem tunicam; lanam vero ad exteriorem pertinere. Vnde peridem fuerit ac ſi diceret, mulierem illam fortem interiori, & exteriori ſanctitate conſpicuam eſſe. quod & ſequentia, quæ ſubdit verba, ſatis explicant:

Ibidem.

Et operata eſt conſilio manuum ſuarum. Videtur quidem conſilium, opus intellectus eſſe, non manuum. Sane ſi vera fuiſſet quorundam Philoſophorum ſententia, qui exiſtimarunt, quod habilitas, ſeu dexteritas manus in exarandis characteribus, depingendis imaginibus, & pulſandis muſicis inſtrumentis ſunt habitus quidam ipſi manui inhærentes, qui illam non ſecus, ac habitus intellectuales intellectum expeditiorem ad ſuas operationes reddunt; poſſet quiſpiam arbitrari, operari conſilio manuum ſuarum ſignificare operationes elicitas ab illis habitibus in manibus ipſis ſedem habentibus: tamen planus, & verus ſenſus eſt, animam iuſti non eſſe in ſuis operationibus, vt ita loquar, quaſi diuiſam, vt alio cordis intentio, alio manus operatio tendat; ſeruat enim conformitatem exterioris cum interiori ho-

Prouerb. 31.

mine, ad quam ſignificandam Salomon coniunxit conſilium, opus internum, cum externo manuum opere, dicẽs, mulierem illam fortem operatam fuiſſe cõſilio manuum ſuarum. Quamuis non inficiar, poſſe intelligi hęc verba de prudentia dirigente operationes, vel de ſanctitate non ſolum theorica, ſed ad praxim reducta. Quidquid tamen horum ſit, ſemper elucet in muliere illa forti mira conformitas exterioris conuerſationis cum interiori mentis conditione.

Plinius. Ariſt. D. Iſidorus.

Plinius, Ariſtoteles, & S. Iſidorus, & permulti alij inter columbæ proprietates commemorãt, quod gemitum pro cantu habet, vnde ab omnibus vocatur gemebunda. Hunc etiam proprium eſſe Spiritus ſancti effectum, vt quos inhabitat, gemebundos reddat, diſertis verbis dixit D. Pau-

D. Paul. ad Rom. 8.

lus: *Poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, id eſt, *poſtulare facit*, vt omnes interpretes exponunt. Mouet enim ad fletum, ad dolorem, & cõ-

Prouerb. 14.

tritionem peccatorum, de qua Salomon loquẽs ait: *Cor, quod nouit amaritudinẽ animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus*. Gloſſa ordina-

Gloſſa. Lyranus D. Ambroſ. Num. 9.

ria, & noſter Lyranus per cordis amaritudinem intelligunt hoc loco peccatorum contritionem. Vnde D. Ambroſius per lactucas amaras, quibus olim agnus comedendus præcipiebatur, dolorem de peccatis intelligit. verum nullius rei amaritodo melius, quam fellis, contritionis naturam exprimit. Nam in primis, ſicut fel ad eruendas maculas panni, experientia id comprobante, confert, ita contritio maculas cordis delet: & ſicut potiſſima ratio, ob quam fel tanta amaritudine viget, ea quidem eſt, quod exceſſiuum calorem habeat, qui cum bili coniunctus, nimiam illam amaritudinem cauſat: ita contritionis amaritudo non aliunde ortum habet, niſi ex ardenti calore diuini amoris, & ex bili, & ira, quam peccator contra ſe ipſum concipit: contritio enim eſt dolor de peccatis propter Deũ ſumme dilectum, qua de ſe ipſo peccator vindictam ſumit. Et ſicut fel, prout anatomiſtę, & medici teſtantur, in veſica illa, in qua reſidet, duplicem habet aditum, ſeu duplex orificium, per quod ad varias partes effluens communicatur; expulſiuas enim adiuuat ad nociuos humores foras mittendos, ſtomachum vero ad melius, & citius alimentum digerendum; non diſſimiliter contemplari licet voluntatem veluti veſicam, & receptaculum, in quo contritionis fel reſidet, cuius hæc eſt natura, vt quatenus dolor de peccatis eſt, nociuos animæ humores foras expellat: vt vero firmum, ac efficax non reincidendi propoſitum includit, iuuet non parum ad eas difficultates digerendas, quibus anima à bono deterreri, & auocari ſolet. Et ſicut fel innatam habet virtutem viſum clarificandi, vt Raphael Angelus Tobiæ reuelauit, dicens: *Fel valet ad*

Tob. 6.

vngendos oculos, in quibus fuerit albugo; ita contritio eſt veluti quoddam cæleſte animæ collyrium, quod cæcitatis cataractas, quæ Dei, & ſui cognitionem impediebant, facile expellit. Licet enim contritio in voluntate ſedem habeat, & non in intellectu, illum tamẽ mouet, & ſtimulat, & imperio ſuo ad meditationes earum rerum, quæ illum illuminare valent, diuina gratia adiuuante efficaciter applicat. Hinc eſt, peccatorem pœnitẽtem ob huiuſmodi cognitionem, honorem, diuitias, voluptates velut ſtercora reputare, & cum Apoſtolo dicere: *Omnia vt ſtercora*

Philippen. 4.

arbitratus ſum, vt Chriſtum lucrifaciam. E contra vero impœnitẽs peccator omnia illa, quę a iuſto pedibus conculcantur, ipſe ſuper caput apponit,

Sapientiæ 2.

iuxta illud Sapientis: *Coronemus nos roſis antequam marceſcant*. D. Ioannes in ſua Apocalypſi

Apocalyp. 3.

hanc contritionis virtutem ad albuginem animæ ſanandam proficuam eſſe agnoſcens, cuidã Epiſcopo dixit: *Collyrio inunge oculos tuos, vt videas*. Ne autem ignoraret, quodnam genus collyrij hoc eſſet, continuo, nullo verbo interpoſito, ſubdit: *Et age pœnitentiam*. Vt ergo ſignificaret Spiritus ſanctus, proprium effectum eius eſſe animam permouere ad pœnitentiæ, & contritionis gemitum, in forma columbæ, quæ gemebunda eſt, deſcendere ei libuit.

Tertiam columbæ proprietatem, vtpote præteritæ perſimilem iam ſubijciamus, non aliunde eam mutantes, quam ex diuinis litteris. Nam Cantic. 5. legimus, pergratum illi eſſe,

Cantic. 5.

iuxta aquarum fluxus verſari: *Quæ reſident iuxta fluenta*. Per has enim aquas fluentes apte intelligo lacrymas ex dolore peccatorum ab oculis fluentes, de quibus ſane non inepte dicam,

Geneſ. 1.

quod olim Moyſes de aquis: *Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*. Non ait ſuper terram, quia terrena corda diuinus hic Spiritus execratur. Nõ ait, ſuper aerem, quia ſuperbiæ aere inflatos odio habet. Non tandem ait, ſuper ignem, quia concupiſcentiæ igne ardentes ſibi valde infeſti,

& ingra.

Digitized by Google

& ingrati ſunt: ſed ſolum ait, quod ferebatur ſuper aquas, quia inundantes aquarum lacrymæ dignum ſibi præparant habitaculũ. E cõtra vero ſpiritus malignus ſuper terrã fertur, terrenis affectibus deturpata corda inhabitans; ſuper aerem moratur, ſuperbientium mentibus inſidens; ſuper ignem deambulat, in libidinoſis hominibus perpetuum domicilium habens: at ſuper lacrymarum aquas ex vera contritione fluentes ſuffocari pertimeſcens numquam fertur. Nec enim ignorat contra illum dictum eſſe: *Pſal. 73.* *Contribulaſti capita draconum in aquis*. Sicut enim Aegyptij in mari rubro naufragium paſſi *Exod. 15.* ſunt: *Submerſi ſunt in aquis vehementibus*; ita & dæmones contritionis aquis ſuffocantur. Atque hinc liceat mihi anſam ſumere ad Dauidica illa verba, noſtro argumento non parum conſentanea, exponenda: *Pſ. 54.* *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo?* Non poſtulat regius Vates pennas velut aquilæ, licet velociſſimæ ſint, quia cum aquila rapaces vngues habeat, & inimicas aues vſque ad trucidationem inſectetur, crudelitatis ſymbolum eſt. Non petit Dauid alas miluij, quia cum miluius ad prædam ſibi gratam capiendam ſuprema loca deſerens, ad terram ſe deijciat, terrenos homines adumbrat, qui, vt honores venentur, omnibus ſe ſubmittunt. Non efflagitat candidas cygni alas ſibi dari; quia cum cygnus ſub candidis pennis tetram carnem latenter gerat, expreſſa hypocritarum imago eſt. Rogabat ergo Dauid pennas columbæ ſibi donari, quę circa aquarum fluenta frequenter reſidet. neque id abſque ſingulari myſterio. *Plin. lib. 10. cap. 8.* Nam, vt tradit Plin. l. 10. c. 8. hoc eſt ingenium columbæ, vt a rapacibus auibus ſe tueatur, quod quando inimica auis prædam facit in terra, ipſa ſurſum aſcendit per aera: e contra vero ſi in aere prædari aſſueſcat, ipſa in terram ſe demittit. Et hinc eſt, quod columba libenter iuxta aquarum fluenta reſidet, quia in illis, velut in fulgentiſſimo ſpeculo inimicæ auis ſpecies, & figura imprimitur, quam ipſa intuens, & conditionẽ, cuius eſt, agnoſcens, infeſtationẽ eius cauet. *Lyranus in commentario ſuper hunc locum* Vnde Nicolaus de Lyra propterea ait columbas libenter circa aquas circumuerſari: *Vt volantium auium vmbras videant, & ſic vngues vitent.* Dauid igitur pennas colũbæ poſtulabat, vt quãdo ſuperbiæ tentatio, quæ inſtar rapacis auis prædam in aere inſectatur, inſurgeret, ipſe ſe humiliare, & in terrã demittere noſſet, terrã, & puluerem ſe eſſe non diffitens; & quando laſciua, & libidinoſa illum infeſtaret tentatio, quæ inſtar rapacis auis in terra prædam facientis ad terrenas voluptates animum allicit, tunc columbæ induſtria vtens, per orationem in altum ſe erigeret, Deum inuocans in auxilium ſuum: *Iſa. 38.* *Domine vim patior, reſponde pro me*. Hinc lacrymarum eximius fructus innoteſcit, cum iuſtis circa illarum fluenta velut columbis reſidentibus Spiritus ſanctus hanc ab infeſtiſſimis hoſtibus ſe tuendi induſtriam indiderit, quam Dauid *Pſ. 54.* poſtulabat, dicens: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo?*

Quartam columbæ proprietatem ſatis omnibus compertam eſſe arbitror: eſt enim mirum in modum munda, quod ex ſacra Scriptura non obſcure colligitur. Nam, vt refert Moyſes Geneſis 8. *Geneſ. 8.* columba non inueniens vbi requieſceret, quando finito diluuio a Noe foras miſſa fuit, reuerſa eſt in Arcam, vnde exierat, & vt obſeruat hiſtoria Eccleſiaſtica, id fuit, ne ſe inquinaret, quia terra erat luto, fæcibus, & cadaueribus ſpurcata. & hinc eſt, quod columba ſemper munditiæ, & puritatis ſymbolum extitit. Quare ſuper caput Chriſti deſcendens, puritatem, quam Chriſtus Dominus aquis impertiri venerat ad purificandas animas, aperte præſignificauit. Hæc puritas eſt, quæ dignum præparat Spiritui ſancto habitaculum, & ideo Dauid multis in locis, vt eam ſibi Dominus infundere dignaretur, enixe deprecabatur, Primo enim dicit: *Pſal. 50.* *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Quæ verba, vt melius intelligantur, obſeruare oportet, moris eſſe in ſacris litteris, nomine cordis quandoque voluntatem deſignari. Vnde D. Paulus dixit: *Corde creditur ad iuſtitiam*. Ecce Apoſtolus voce nomine cordis intellectum, cuius officium eſt credere: & Chriſtus Dominus charitatis præceptum in memoriam reuocãs, inquit: *Deut. 6.* *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*. Ecce voluntatem, cuius actus eſt amare, appellatam cor. Poſtulans ergo Dauid cordis munditiam, eam pariter, quæ ad intellectum, & ad voluntatem pertinet, nomine cordis intellexit: cupiebat enim intellectum purificari per fidei illuſtrationem: *Act. 15.* *Fide purificans corda*; & voluntatem emundari charitatis igne: quia ſicut ignis metalla purificat; ita amoris ignis animam cælo puriorem reddit. His ſic prælibatis, prima expoſitio huius Dauidici loci ſit, quod Dauid quærens cor ſuum, & non inueniens, quia Bethſabee pulchritudo illud ſibi deprædata fuerat, vt & ipſe fatetur, dicens: *Pſ. 39.* *Cor meum dereliquit me*, perinde eſt, ac ſi dixiſſet, cor meum diſceſſit à me, & ad Bethſabee ſe tranſtulit. Nã, vt dixit Philoſophus, anima plus eſt vbi amat, quam vbi animat. & clarius Oſeas: *Oſeas ca. 4.* *Fornicatio, & ebrietas auferunt cor*. Cum ergo Dauid corde proprio ſe ſpoliatum animaduerteret, cordis reſtitutionem, & emundationem à Deo poſtulabat: ablatum fuerat immundum, volebat reſtitui mundum, dicens: *Pſ. 50.* *Cor mundum crea in me Deus*. Secundam expoſitionem docet nos Diuus Baſilius, qui *D. Baſil. ſuper hunc locũ Pſ. 50.* explicans verba illa Iſaiæ cap. 45. *Dominus faciens pacem, & creans malum*, ait tunc Deum dici malum creare, quando conuertit illud in bonum, prout fecit in primi Parentis peccato, ex eo occaſionem ſumens, vt mitteret ad nos Filiũ ſuũ humana carne indutũ. vnde Eccleſia cathol. culpã illam felicem vocitat, canens: *Felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere redemptorem*. In hoc ergo ſenſu dicit Diuus Baſilius, quod cum Dauid orabat, *Cor mundum crea in me Deus*, poſtulabat, vt impurum cor ſuum dignaretur conuertere in cor purum, & mundum: ſic enim

con-

Digitized by Google

conuertebat malum in bonum. Tertiam alij adhibent explicationem, vim facientes in verbo illo, creare, quod in rigore Theologico loquendo, eſt aliquid de nihilo producere, hoc eſt, nulla materia, forma, aut priuatione præſuppoſita. Cum ergo ex vna parte peccatum ſit nihil iuxta expoſitionem Diui Auguſtini, qui exponens verba illa Diui Ioãnis: *Sine ipſo factum eſt nihil*, ait, *id eſt peccatũ*; & ex alia parte peccãs ad peccatũ ſe cõuertens, ad nihilũ conuertatur, vt ipſe Dauid fatetur, dicẽs: *ad nihilũ redactus ſũ, & neſciui*: hinc eſt, quod Dauid bonæ philoſophiæ & Theologiæ non ignarus indicabat, iuſtificationem eſſe quandam ſpiritualem, & myſticam creationẽ, in qua, ſicut in illa, inuenitur nihil, id eſt peccatũ, quod velut terminus à quo, excludi, & expelli debet, & terminus ad quẽ, qui eſt puritas, & munditia cordis, ideo ſapienter vtens verbo, creare, dixit: *Cor mundum crea in me Deus*. Sic enim poſtulabat expulſionem peccati, & introductionem gratiæ animã mundantis. Inſinuauit etiam Dauid, vtens verbo illo, creare, quod ſicut in creatione nihil præſupponitur, cui iure iuſtitiæ debeatur id, quod creatur: ita ex parte cordis, cum Spiritus ſanctus illud per primam gratiam purificat, nihil ſane præſupponitur, quantumcumque contritum ſit, cui iure iuſtitiæ primæ gratiæ infuſio debita ſit, alias gratia non eſſet, vt recte intulit Diuus Paulus, ad Romanos ſcribens: *Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſſet gratia*. Quartam expoſitionem in eodem verbo, creare, fundare poſſumus. Nam inter alia in hoc præcipue differt ſecundum bonam philoſophiam generatio a creatione, quod hæc eſt productio totius entis, non illa: in generatione enim ſemper præſupponitur materia, quæ pars futura eſt rei generandæ: rei vero, quæ creatur, nulla pars præſupponitur, ſed ſecundum ſe totam, & totalis ſit. Cum ergo Dauid animaduerteret, omnes partes ſui cordis infectas, & munditia carentes eſſe, poſtulabat à Deo cor quaſi de nouo creatum ſecundum ſe totum, vt nihil cordis haberet, quod nouum non eſſet, & ideo dixit: *Cor mundum crea in me Deus*. Pertimeſcebat ſane Dauid, quod ſi aliqua pars antiqui cordis ſibi remaneret, forſan immunditiæ aliquæ ibidem deliteſcerent, & idcirco enixe deprecabatur Deum, vtens verbo, creare, quod totius rei productionem importat, vt nouum totum cor ſibi exhiberet. Secundus locus, vnde Dauid emundationis ſui cordis ſollicitam curam geſſiſſe facile deprehenditur, habetur Pſalmo 76. *Et meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meũ*. Cardinalis Caietanus legit: *Loquebar cum corde meo*, quaſi diceret, rationem petebam ei eorum, quibus aſſenſum ſuum præbuerat, ſiue re ipſa executioni mandata fuiſſent, ſiue non: *Et ſcopebam ſpiritum meum*, id eſt verrebam angulos cordis mei. Gloſſa marginalis legit: *Excutiebam ſpiritum meum*, ac ſi diceret, quaſi a pallio puluere inquinato, ex quo puluis virgæ percuſſione excuti ſolet, venialium culparum puluerem a corde meo excutiebam. Alij transferunt: *Scobebam ſpiritum meum*, quaſi diceret, ſicut faber lignarius ſcobendo tabulam ſuperflua detrahit, & planam illam reddit: ita ſuperflua cordis mei detrahebam, & quæ aſpera ibi videbantur, plana reddebam. Genebrardus tranſtulit: *vexabã ſpiritum meum*, id eſt, quaſi ſpongiã comprimebam cor meum, vt per oculos contritionis lacrymæ effluerent. Gloſſa interlinearis legit: *Ventilabam ſpiritum meum*, quaſi dicat, quemadmodum agricola granum tritici cum ventilat, in altum erigit, & vento flante granum a palea ſecernit; ita ſurſum ad Deum cor meum eleuans, Spiritus ſancti vento flante etiam leues culparum paleas, quaſi ventilans, ſeparabam, & ſanctis cogitationibus cor imbuebam. Eidem verſioni perſimilis eſt alia, dicens: *purgabam ſpiritum meum*; quod tanto animi conatu ſe feciſſe fatetur Dauid, vt ſæpe pene animo deficeret: *Defecit ſpiritus meus*. Nec miremini fratres, totam hanc puritatem à vobis poſtulare diuinum hunc Spiritum, vt in vobis inhabitet; nam cum ab æterno aſſuetus ſit in puriſſimo illo ſinu Patris, & Filij habitare, certe, ſicut olim columba ab Arca egrediens, in locis immundis non requieuit; ita Spiritus ſanctus, ſicut & ſapientia Patris, in inquinatam animam non introibit.

D. Aug. ſuper cap. 1. Ioan.

Pſ. 50.

Ad Rom. 10

pſal. 50.

Pſal. 67.

Tandem dicamus, quod (vt & ex alia ſingulariſſima colũbæ proprietate colligo) Spiritus ſanctus ſuper verticẽ capitis Chriſti deſcendit in ſpecie columbæ, vt ſignificaret, Chriſtum Dominum legatum eſſe a Deo Patre in mundum miſſum, litteras ſecum deferentem, quibus eius voluntas nobis innoteſceret. Pro cuius maiori intelligẽtia præmittere oportet, Plinium lib. 10. cap. 37. tradere, quod columbæ non ſemel internunciæ fuere in rebus magnis, ferentes ſecum epiſtolas ad pedes ligatas: cuius etiam meminit Diuus Ambroſius, relatus a Vercorio in ſuo reductorio morali. vnde Plutarchus lib. 10. ait, quod in obſidione Decij Bruti columbæ epiſtolas detulerunt. Nec mihi videtur Noe hoc columbæ ingenium, & induſtriam ignoraſſe, cum inter tot, ac tantas auium ſpecies, quæ in ampliſſima illa Arca continebantur, nullam aliam elegit in internunciam terræ, & exploratricem, niſi columbam. illa enim egreſſa eſt, & impleta legatione rediit ad Noe, muneris ſibi commiſſi rationem reddens, ſi non lingua, & voce, vere tamen ore, & roſtro, viridem oliuæ ramum in eo deferens. Vt ergo ſignificaret Spiritus ſanctus, Chriſtum Dominum tamquam legatum à Patre miſſum, vt ipſe teſtatur: *Ad euangelizandum miſit me*: idcirco ſuper illum in ſpecie columbæ deſcendit. Quid plura? Certe ſicut Diuo Ambroſio teſtante, contingere ſolet, vt dum columba, velut nuncius, litteras defert,

Plin. l. 10. cap. 37.

D. Amb. relatus a Vercorio in ſuo reduct. mor. Plutarchus lib. 10.

D. Ambroſ. vbi ſup.

in

in itinere ab aucupe ſagitta conſoditur; ita Chriſtus Dominus, dũ legationis ſuæ munere fungeretur, & reconciliationis litteras nobis afferret, clauis cõfixus, & lãcea confoſſus fuit: cuius in Vria expreſſa præceſſerat figura, qui

2. Regum 11.

propter litteras, quas à Danid Rege attulit, crudeliter in prœlio occiſus fuit. Hactenus de proprietatibus colũbę, quas polliciti fuimus fuſius pertractare; nunc de reliquis breuiter, & compendioſe dicamus. Sicut columba in foraminibus petræ nidificat, iuxta illud Hie-

Hierem. 48.

remiæ: *Quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis*; ita ille, in quo inhabitat Spiritus ſanctus, in foraminibus plagarum Chriſti, quem petram vocauit Diuus Paulus, *Petra autem erat Chriſtus*, libenter deliteſcit. Et ſicut columba grana ſeligit meliora; ita iuſtus ad anteriora ſe extendens cum Diuo Paulo, ad opera maioris perfectionis auidus anhelat, implens illud eiuſdem Apoſtoli conſilium:

1. Corin. 13.

Eligite chariſmata meliora. Et quemadmodum columba, quæ immunda ſunt, execratur; ita & iuſtus iuxta illud Leuitici 11. *Immunda non*

Leuit. 11.

comedetis, neque tangetis. Et ſicut ſanguis ex latere dextero columbæ oculis medicinalis eſſe fertur; ita ſanguis ex latere dextero Chriſti effuſus Longini oculos non ſolum internos,

Vincent. vbi ſup.

ſed externos illuminauit. Et ſicut varijs auctoribus id atteſtãtibus, colũba domeſticatur ab aucupe, & melle nutritur, & dulci hoc liquore roſtro intincto dimittitur ad ſilueſtres colũbas, quæ mellis ſuauitate attractæ, illam vſque ad colũbariũ concomitantur, vel in reti aucupis capiuntur; ita Deus Pater melle beatitudinis Filium ſuum ab inſtanti conceptionis enutriens, iuxta illud Iſaiæ: *Butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum*, miſit illum ad columbas ſilueſtres, ad huius ſcilicet ſęculi incolas, qui dulcedine mellis, quod in ore ferebat, hoc eſt dulcore æternæ beatitudinis per prædicationem eius illis promiſſæ, ſub Eccleſiæ reti facile inuoluuntur, iuxta illud Ezechielis: *Extendam ſuper te rete meũ, & capieris in ſagena mea*, & vſq ad cæleſtis

Ezech. 12.

paradiſi columbariũ ipſum ſequuntur. Tandẽ ſi omnes columbæ proprietates perſequi vellem, prius mihi tempus, quam dicendi materia deficeret. Nam præter omnes ſupra relatas rerum naturalium auctores referunt, feminam fidelitatem ſemper ſeruare maſculo, quæ animæ erga Deum ſponſum ſuum fidelitatem manifeſte adumbrat: quando bibit, caput non erigit, quouſque totum, quod ſibi ſufficit, ebiberit, quod perſeuerantiam in bonis operibus nõ obſcure docet: alias columbas errantes ad columbariũ reducit, quod fraternã errantium correctionem clare deſignat. Maſculus, quando femina non parit, eam percutit, vt citius pariat, quod curam, quam Prælati adhibere debent, vt ſubditi eorum bonorum operum partus non differant, ſed in eis frequentius ſe exerceant, apte ſatis indicat. Pullos geminos parit, quod geminos amores Dei, & proximi nõ incongrue ſignificat. Demum, vt finem iam dicendi faciam, ſi olim, vt refert Iuſtinus, cum aquila deſcendit ſuper ſcutum Hieronis, ætatis illius Philoſophi feliciſſimi alicuius euentus præſagium eſſe vaticinati ſunt, quod rei exitus probauit, qua poſtea regni ſceptrũ obtinuit: certe cum modo non aquila, ſed Spiritus ſanctus, non fortuito, ſed ſummo conſilio, & ſpecialiſſima Dei prouidentia, nõ ſuper ſcutũ, ſed ſuper verticem capitis Chriſti deſcenderit, quis negabit feliciſſimos ſucceſſus eo ſignari? feliciſſimos quidem tam Chriſto, quam nobis: quia futurũ erat, vt a fidelibus agnoſceretur Patri, & Spiritui ſancto conſubſtantialis, & nos columbarum ſimplicitatem, puritatem, manſuetudinem, & reliquas egregias eius proprietates ad imitationem Chriſti induerèmus. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

DE

Digitized by Google

DE GLORIOSA
CHRISTI DOMINI
TRANSFIGVRATIONE
ET VARIIS EIVS ARCANIS,
LIBER OCTAVVS
Homilia Prima.

De contrapoſitione duplicis montis, in quorum vnum Chriſtus transfigurandus aſſumpſit tres diſcipulos, in alterum Diabolus aſſumpſit Chriſtum, vt ambo diuitias gloriæ ſuæ oſtentantes, ille veras, hic falſas, mortalium animos ad ſe allicerent.

AScenſuri ſumus hodierna die in verticē montis Thabor, vt quam Chriſtus Dominus cæleſtis Patris æternam felicitatem delineat, intueamur pariter, & deguſtemus. Eorum quidem, qui cum Domino montem ſcandere, Dauid videbatur ſancta liueſcere inuidia,
Psal.23. cum dicebat: *Quis aſcendet in montem Domini?* In Thabor inquam, montem, in quo aperit, & reuelat veluti hactenus obductam velo, & opertam gloriæ ſuæ imaginem, viuamque effigiem, qua ſummopere oblectati fuere Moyſes, &
Matth.17. Elias, ac tres Eccleſiæ principes, Petrus, Ioannes, & Iacobus, nec non & B. Virgo, quæ licet glorioſæ Filij ſui transfigurationi corporea nō
Ioan.19. adſtiterit præsētia, vt Caluariæ interfuit acerbæ paſſioni, de monte tamen celſiſſimæ contempla-
Psal.10. tionis euolauit ſpiritu ad montē Thabor: *Transmigra in montem ſicut paſſer*. ibique de Chriſti gloria congaudebat, & collætabatur mater, eaque vbertate in eius animam Chriſtus effudit gratiam, vt vel minimum eius radiolum ſuperabūdare mihi exiſtimarem, vt de hoc tanto myſterio permulta digna digne effundere valerē. Duos nobis proponit Euangelium Matthæi montes, nec parum inter ſe diſtantes: vnum, in
Matth.4. quem Chriſtum Diabolus aſſumpſit: *Aſſumpſit eum Diabolus in montem excelſum valde*. Alterum,
Matth.17. vbi Chriſtus ſpeciem ſuā transfiguraturus, tres diſcipulos aſſumpſit: in vno tentat Diabolus,
Matth.4. petitque adorari vti Deus: in altero expetit Chriſtus manifeſtari omnibus, tamquam æterni Patris Filius. Diabolus, vt quod intendebat, aſſequeretur, nimirum vt homo ſuæ ſubijceretur ditioni, inanem mundi gloriam oſtentat, & ad elargiendum ſe demonſtrat procliuem ſatis, ac liberalem: *Hæc omnia tibi dabo. ſi cadens adoraueris me*. At Chriſtus, vt ſuæ par erat dignita- Ibidem.
ti, ſui corporis radiante gloria ſpecimen edit cæleſtium bonorum. Et ſicut Diabolus mendaci dicebat ſponſione: *Hæc omnia tibi dabo*: ſic ē cō- Ibidem.
tra Chriſtus cum illo concertans, veraci edicit pollicitatione: *Leua oculos tuos, omnem terram, quam vides, tibi dabo*. Expreſſam quam cernis Gen.13.
in monte Thabor feliciſſimā promiſſionis terrā poſſidebis, pede illam calcabis, dominaberis illius. Chriſtus igitur, & dæmon eundē ſibi propoſuere conſequendū finem: vterque enim tamquam Deus coli contendebat: media vero non alia eligunt, quam gloriæ, diuitiarum, & bonorū oſtentationem. Hæc, quæſo, conferamus bona, vt quæ nobis nouerimus magis conducere, ſeligamus. *Primo enim*, ait Spiritus ſanctus, de homine prudenti loquens, *conſiderauit agrum, & emit il-* Prou.31.
lum: ſi ferax ſcilicet ſit, & felix, an vero ſterilis, & infructuoſus. Illud ſane ſat erat ad explicandā bonorū, quam Diabolus ſpondet, vilitatē, ac turpitudinem, quod diabolica dona eſſe neceſſe ſit, quæ e manibus Diaboli egrediuntur. Multa obtulit, precioſaq. munera Abrahæ Sodomorū Rex: at S. Patriarcha minime ea accepit, dicēs: *A filo ſubtegminis vſq; ad corrigiā caligæ non accipiā ex oībus, quæ tua ſunt*. Sed, quæſo, quare Abra- Gen.14.
hā tā ſpōte, ac lęta oblata frōte accipere renuis? *ne dicas*, ait, *ego ditaui Abrahā*. hoc dedecori mihi maximo eſſet adſcribendū, ab homine impio locupletari. Vtinam religioſam pariter, & generoſam hanc Abrahæ reſponſionem addiſcerēt mercatores, ſcribæ, atque aduocati, vt nec poſtularent oblatas, nec indebitas mercedes reci-

perent. hæc enim dona, non Deus, ſed Diabolus, vt illis decipiat, elargitur. Mundus equidem Chriſtum Dominum in Regem tentauit eligere, ſed renuit: *Cum cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus*; quaſi diceret: Quem mundus mihi offert honorem, reſpuo, & recuſo. Hac teneri deberemus ſancta elatione, huic cordis in centro locum præbere, vbi reliquæ caduci honoris reſident præſumptiones. Verum præterquam ad deſpicienda male parta, ea ſufficiens eſſe deberet, quod dæmonis infenſiſſimi noſtri hoſtis munera ſunt, ac proinde ſuſpecta, (ſiquidem latet anguis in herba) reuera cuncta, quæ impertitur, bona futilia, vana, & caduca ſunt. Hanc mirifice explicat veritatem ſomnium pincernæ Pharaonis. Carcere enim detentus videbatur ſibi poculum Regi offerre vna manu; altera vero racemum in craterem exprimere, atque inde expreſſum in potum præbere liquorem. Ecce, fratres, expreſſam diabolicæ imaginem munificentiæ; non vinum nobis effundit in poculum, ſed contuſis ex vuis muſtum, ſanitati ſcilicet communi omnium opinione medicorum valde contrarium, cuius exhalatio caput peruertit, iudicium perturbat, rationis excæcat oculos, & de quo Salomon ait: *Ingreditur blande, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber*. Nonne diuitiæ, vt Chriſtus teſtatur, *ſpinæ ſunt*, & ſentes acutiſſimæ? eas ergo homines dum in corde ſeruant, capitique imponunt; præcordia, & caput penetrantes, pungunt. Senſuales voluptates quot modis non excruciant, atque diuexant? Expleta cupidinis libido continuo certe perſoluit pœnas: infirmat enim corpus, capiti dolorem infert, oculorum debilitat aciem, dentibus putredinem inducit, nec non potionum, & vnguentorum ingrata medicamenta ſumere compellit; ac totum demum hominem exſiccat, eneruat, & penitus abſumit. Contemplemur deinde, quam parce caduca deliciarum bona dæmon præbeat: non enim poculum Regi propinans, lautiorem potum, & copioſiorem alium porrexit, quam liquorem racemo vi compreſſionis expreſſum. Quid hoc aliud eſt, quam delicias, & voluptates parciſſima manu elargiri? In drachmas eas comminuit, & in minutiſſima elibrat pondera, adeo vt vix ſumma attingant labia. Si ita parce erga Pharaonē ſe geſſit regia dignitate præfulgentē; parcius ſane ſe geret vobiſcum, qui Reges non eſtis. Hanc dæmonis parſimoniam peregregie explicat Ioannes in libro ſuarum reuelationum. Mulierem ait ſe vidiſſe laſciuientem, aureum manu geſtantem poculum, omneſq. terrarum orbis idololatras, vt biberent, inuitantem. Attendite, quæſo, quam exhauſta ſit mundi cella vinaria, cum perexiguum vas totum eius vinum capiat. Quod ſi tot bibituri ſint, quot ipſe ad bibendum inuitat, vix vnica danda ſingulis ſufficiet gutta, ex quo ſumma eius inopia, parcitas, & auaritia plane innoteſcit. Illud vero vlterius ponderandū, quod Pharaoni deguſtandus in ſomnis offerebatur potus, vt intelligamus eius delicias, nec ſolida, nec vera eſſe bona, ſed phantaſtica, & illuſoria, velut ea, quæ dormientes fabricamus in ſomnijs, quæ poſtquam expergiſcimur, fallaciam eſſe, & mendacia cōperimus. Nec ſilentio prætereo immanis huius tyranni feritatem, dum fame ſuos opprimit ſectatores, atque ſiti conficit, Tantalique ab antiquis fictum illis re ipſa tormentum infert. Tantalus ad fauces vſque cibum habebat appoſitum, & ad labia ſcaturiētem potum: ſed cum ille reficere ſe cupiebat, obiecta illa euaneſcebant. Complures ſic hodie degunt ſimilibus cruciati tormentis, vt ſuis numquam ſatisfacere poſſint cupiditatibus: quibus id proculdubio accidit, quod Attalico opere contextis figuris. Multos videres lautiſsimo conſidentes conuiuio: manum ille ad lancē habet extenſam, ille ad pocula, ſed numquam potus, aut cibus ori admouetur. Quot, bone Deus, in regijs curijs, quot in Præſulum palatijs commorantur aulici, qui poſt innumeros labores cum iam ſibi putant ad os appoſitas dignitates, reipſa numquam illas deguſtant: quod ſi aliquando obtinent frequenter, vel morte, vel aduerſo aliquo euentu facile euaneſcunt. Vnde non immerito dixerim eam ſubire pœnam hos mundi cultores, quam Deus Moyſi propter eius vacillationem in eductione aquæ ex ſilice intulit. Illum in montem arduum conſcendere fecit, ex quo terræ promiſſæ amœnitas, & pulchritudo cernebatur. Hinc prata virentia, varijſque diſtincta floribus; fontes limpidiſsimi profluentes aquis; pomaria miro artificio conſita conſpiciebantur. Dixit autem Deus Moyſi: *Vidiſti eam oculis tuis, non tranſibis ad illam*. Perſimilis hęc pœna illi, quā prædixi Tantalū pertuliſſe. Ita mundi aſſeclis perſæpe contingit, cogitatione dęmon erigit illos ad montem honorum, & deliciarum, eorumq. ponit ob oculos dignitatem mitræ nitore præfulgentem, prælaturæ æſtimationem, & ſingulis ait: *Vidiſti eam, non tranſibis ad illam*. Dimittit ergo illos famelicos, & perpetuo ſitientes. Sane hoc conuiuium nemo confictum non iudicabit. Veritatem hanc aperte cognouit Salomon, qui poſt deguſtatas huius mundi voluptates: *Vidi*, inquit, *in omnibus vanitatem, & afflictionem animi*. quaſi diceret; iā experientia doceor, quæ & ſuis tenacius adhærentes opinionibus dedocere ſolet, diuitias, honores, auctoritates, magiſtratus, inanes velut nugas exiſtimandos. Huc tendebat Sponſa cum dixit: *Deſcendi in hortum nucum*. Mundus quidem hortus nucum ferax, fertiliſq. eſt: nuces etſi perpaucæ ſi tantiſper moueantur, continuo rumor magnus auditur; ita certe honorum, dignitatum, & diuitiarum magnus rumor, & fragor auribus noſtris perſtrepit. Sed minor proculdubio ex eis capitur voluptas, quam fallax mundi gloria promulgat. Hoc ipſum indicauit Deus Zachariæ, dum e medijs duobus montibus egredi vidit equitum cohortem. Equi rufi, equi nigri, equi albi, equi varij gradiebantur ceruicibus erectis, buccis deſpuman-

Marginal notes: Ioan. 6. — Gen. 40. — Prou. 3. — Matth. 13. — Apoc. 17. — Gen. 41. — Deut. 34. — Eccle. 1. — Cant. 6. — Zach. 6.

mantes,pedibus terram quatientes.Quatuor hi equi quatuor indicabant Imperia: nigri Aſſyriorum dominatũ præ mœrore cordis,quo Regis Aſſueri affecerat præcordia: rufi Perſarum oſtẽtabant ſceptrũ: multus enim ea dominatione fuit ſubditorũ effuſus ſanguis: albi Græcos prӕſeferebãt.Etenim Alexander nimia erga ipſos vſus eſt clementia. Varij Romanorũ poteſtatẽ ſignabãt: quos enim habuit Roma Imperatores nõ vnius moris, ingenijq. ſed diuerſorum ſe oſtendebant,mitiores alij,alij crudeliores.Sub-
Dan.6. dit mox: *Iſti ſunt quatuor venti*. Ventus regni Perſarum amœnitas: ventus Aſſyriorum dominium: ventus regnũ,quod acquiſiuit, ſuæq. ſubdidit Alexander ditioni: ventus Romanorũ Imperium,ventus inanis, concuſſusq. aër vniuerſa mundi gloria. Futilem igitur, ac inanem, ventoq. inſtabiliorem mundi gloriã oſtentat Dia-
Matth.4. bolus,cum ait: *Hæc omnia tibi dabo,ſi cadens adoraueris me*.

Sed iam cuius ſint conditionis, quæ Deus ſuis ſpondet bona,diligenter examinemus. Egregio nobis ea ſtylo deſcribit S. Euangeliſta, Chriſti Dñi in ſua transfiguratione venuſtatẽ, ac ſplendorem,veſtium elegantiã,ac nitorem explicãs:
Matt.17. *Reſplenduit*, inquit, *facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix*. Perdocte quidam Doctores edixere hac præcipue de cauſa Chriſti celebratam transfigurationem, vt irrefragabili,ac firmiſsimo ipſe oſtenderet hominibus argumento hanc catholicam fidei veritatẽ, quod Dei viuentis naturalis Filius eſſet: hanc enim transfigurationis maieſtate creditu faciliorem reddebat. Siquidem gloriæ ſplẽdor,quẽ vultus,& veſtis ex ſe emittebant,non alteri,quã Filio Dei poſſe competere Ioannes, vt oculatus
Ioan.1. teſtis, Apoſtolico docuit eloquio: *Vidimus gloriã eius,gloriam quaſi vnigeniti a Patre*. Quæ doctrina
2.Paral.3. ex eo non parum illuſtrari poteſt,quod cum Dauid,vt diuinæ teſtantur litteræ,in vxorem duxiſſet Abigail,ſtatim ex ea ſuſcepit filium,quẽ appellauit Danielem. Ex ſententia autem grauiſ-
Nicol. ibid. ſimorum Hebræorum refert Nicolaus de Lyra, quod cum ſciret filium hunc Danielem paruipẽdi,& ab aulicis omnibus obmurmurari,quod filius Regis non eſſet, nec regia ortus proſapia, ſed ruſtica cuiuſdam Nabal Carmeli, cuius antea vxor fuerat Abigail (ſexcentis etenim aiebãt indicijs ruſticitatẽ generis illius patefieri) ægre ſatis ferebat Dauid hunc populi frequẽtẽ ſuſurrum; vnde ſupplex ad Deum cõuerſus,petebat inſtanter, vt filij ſui conſuleret honori. Deus autem orationem eius exaudiẽs,transfigurauit faciẽ filij,perſimilemq. vultus patris Dauid illam reddidit: vnde commutata facie, nomen etiam mutari voluit; & qui antea Daniel, deinceps perilluſtre nomen Cheleab, quod interpretatur patri ſimilis, ei indidit. eius men-
2.Reg.3. tio fit 2. Reg. 3. Non diſſimiliter de Chriſto Dño ſubmurmurabant Hebrӕi,eum non eſſe na-
Marc.6. turalem Dei Filium: *Nonne*,aiebant, *hic eſt filius fabri?* nouimus eum progenitum inter montes Nazareth. Vt ergo de hominum mentibus hunc euelleret errorẽ, in monte Thabor transfiguratus ſpecioſo vultu ira apparuit, vt Patris ſui pulchritudinem, & gloriam exprimere vi- Heb.1.
deretur: *Figura ſubſtantiæ eius*, vt inquit Paulus. quæ verba maxime obſeruanda ſunt. Nullus enim ab orbe terrarum condito ex pictoribus,quos peruetuſta fama celebrat,non Prothogenes, non Apelles, non Zeuxis pingendi arte conſpicuus adeo fuit, vt rei ſubſtantiam ductis mirifice penicillo coloribus exprimere valuerit; accidentia tantum depingunt, qualitatem, figuram, externaque vultus, & corporis lineamenta. At Deus,vt primus, ſupremusque pictor, & nouit, & potuit mentis penicillo propriæ ſubſtantiæ figuram exprimere Filium ſuũ. Chriſtus ergo Dominus hac mirabili transfiguratione ſpecimen exhibere intendit, & veſtigium aliquod ſuæ,quam Pater illi communicauit,gloriæ, ac ſimilitudinis maieſtatem, vt altius fidelium animis ſuæ diuinitatis radiaret fidem. Vnde ad eandem veritatem magis ſolidandam paterna tunc intonuit vox, dicens: Matth.17.
Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Verum his ſuperſedens,quæ tamen minime inficiamur,ſed tamquam pulchra amplectimur, illud negari non poteſt,inter præcipuos, quos Chriſtus in ſua transfiguratione habuit fines,ad hunc etiã reſpexiſſe, vt hominum cordibus cæleſtium insereret deſiderium bonorum. Hac ergo motus de cauſa ſpecimen veſtimentorum exhibet, quibus in patria aulicos ſummo induet decore. Conſimili enim induemur amictu,atteſtante id D.Paulo: *Reformabit corpus hu-* Philip.3.
militatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Intuendam nobis proponit gloriæ claritatem, vt oculis conſpectantes veſtigium aliquod æterni præmij,ad expugnandos infeſtiſſimos hoſtes accendamur, & virtutis amore inflammemur. Homerus Priamum, ſuosque deſcribit conſpi- Hom. lib.9. Iliads
cientes Græcorum hinc, illinc Teucrorum caſtra inter ſe inuicem maximo impetu irruentia, ſummo armorũ ſtrepitu cõcertantia, audiebant militũ clamores, ſonitus funeſtos, percuſſorum gemitus, lugubrem tibiarum,& tympanorũ ſtrepitum. At aliò conuertentes oculos,Helenam intuiti Reginam, pro qua veluti inæſtimabili pignore acerrime pugnabant,& incredibilẽ eius contemplantes pulchritudinem, non immerito, nec fruſtra tam cruentum bellum exiſtimarunt initum. Sed quid opus nobis eſt profanas hiſtorias,aut fallaces in medium afferre fabellas, edicente hodie Apoſtolo: *Non indoctas fabulas* 2.Petr.1.
ſecuti? Recolite,quæſo,quod Aſſyrij ad Holofernem eorum ducem, eximiam Iudith admirantes pulchritudinem, locuti fuere: *Quis contemnat* Iud.10.
populum Hebræum, qui tam decoras mulieres habet, vt nõ pro his merito pugnare contra eos debeamus? Sic ergo Chriſtus,tum vt corda cæleſtiũ afficiat amore bonorũ,tum vt ad acerrimã pœnitentiæ pugnam, cruentumq. cum hoſtibus bellum ineundum inflammet;in quo militare vallum cinis eſt; armilla,cilicium,lancea,diſciplina;igneus puluis, ieiunium; Crux, inſigne vexillum nobis

quidem, non Helenæ, Lucretiæ, aut Iudith pulchritudinem reuelat; ſed eximium vultus ſui oſtendit decorem, ac inauditam pulchritudinem, qua adeo excelluit, vt pręfulgentem ſolis claritatem, ac ſplendorem facile ſuperaret, atq; hic eſt, quem in ſua Transfiguratione Chriſtus Dominus ſibi præfixit ſcopum. Inter memoranda,
Gen. 41.
quæ de Ioſeph Patriarcha diuina habet Hiſtoria, illud inſigne eſt, quod vt penuriæ, & fami, quæ per tot prouincias graſſabatur, aliqua conſuleretur via, eius conſilio magna frumenti copia in Aegypti horreis coaceruata fuit: atquia id nō omnibus famelicis innotuerat nationib', hac vſus eſt induſtria, ingenio eius digna. Iuſſit
Magiſtri Hebræi ſuper cap. 41. Gen.
(vt Hebræa quædam narrat hiſtoria) proijci in flumina, & riuos per diuerſas gentium decurrētes regiones, frumenti ſpicas, quę vt tamquā teſtes, pinguem illius regionis, vnde procedebant, annonam indicarent, earumq. aſpectu permoti populi vrgerentur eo properare, vnde tam feraces profluebant tritici reliquiæ. Et quidē remediū hoc inualuit adeo, quod hac ratione eorū indigētia ſubleuata fuit. Hoc idem hodierna die adhibet Chriſtus Dn̄s conſilium: eximiam ſuo cæleſti in Palatio habet ſupernorum copiā bonorum, in quæ anhelat rationalis animæ appetitus, & quibus vndequaq; valet expleri: illudque ſummopere deſiderans, vt famelici eo properent, ſuam vt expleant famem, hodie æternæ beatitudinis inditia quædam, hoc eſt, grauidas, fluenteſq; feliciſſimæ illius regionis exhibet ſpicas, ſupernorum reliquias bonorum, quę in horreo cæleſtis Hieruſalem ſuis retinet ciuibus accumulatas, vt his gloriæ ſuæ ducti veſtigijs, quæ nobis ibi parantur bona agnoſcamus, ac veluti Chriſtianæ dialecticæ non ignari, in hunc modū ſyllogizemur, ac diſcurramus: Si talia ſunt, quæ nobis hic indicantur bona, ſi pulchræ adeo ſunt ſpicæ, in quibus farina furfure permixta eſt; quid erit qn̄ farina nulla furfuris admiſtione eā obſcurāte libabimur? Si talia ſunt bona, q̄ Chriſtus corporeis oculis intuenda præbet in terris: quanta erunt, quæ reuelata facie manifeſtabit in cælis? Petrus conſpecta ſolum Chriſti humanitate præ gaudio geſtiens hæc in verba prorupit:
Matth. 17.
Bonum eſt nos hic eſſe, quaſi condignam exiſtimans mercedē, corpoream Chriſti pulchritudinē intueri. Si ergo Petrus ex hoc intuitu adeo exhilaratur; quis quæſo mentis erit exceſſus, quæ animi iubilatio, cum Dei eſſentiam, prout in ſe eſt, cōſpectabimus, & cōtēplabimur? Quod ſi Moyſes, & Elias ſplendoris effundentes radios in Petrū, tanto illum repleuere gaudio; quanto maiori afficiemur lætitia, innumeras cæleſtium
Dan. 7.
ſpirituum copias intuentes? *Millia millium miniſtrabant ei*: quorū qui minori ſplendore rutilat, vel ipſo lōge nitidior ſole coruſcat. Quod ſi mutuo illorum Prophetarum colloquio ſic oblectatur Petrus, quanto perfundemur gaudio angelicum audientes concentum, ac eam harmoniæ ſuauitatem percipientes, qua cōcinunt ſummi Regis in aula cæleſti illi muſici, eo ſemper reſonantes modulo, quem iubilans audiuit Iſaias:
Sanctus, Sanctus, Sanctus? Si Petrus cęleſtis ciuita- *Iſai. 6.*
tis quaſi ſuburbia, ac mœnia ſolum conſpiciens ita admiratione rapitur; quid erit cum ſanctam Hieruſalem ingrediemur, cum videbimus ædificiorum celſitudinem, vias nitidiſſimas adamantibus, ac topazijs, alijſq. conſitas margaritis, prout eam vidit, ac depinxit Ioannes? Si deniq; *Apoc. 21.*
viſio nitentis humanitatis Chriſti D. Petrū tāta affecit alacritate; quid boni non poſſidebimus, cum diuinitatē eius, attributorum infinitatem, perſonarum Trinitatem, innaſcibilitatē Patris, generationem Filij, proceſſionē Spiritus ſancti, & eorum conſubſtantialitatem clare conſpexerimus? Sane ad hoc explicandū verba deficiunt, lingua obmuteſcit, areſcit eloquium: neque mirum, cum & ipſe Paulus, cui ſemel hęc intueri licuit, cum raptus fuit ad tertium cælum, teſtetur ſe vidiſſe, *quæ non licet homini loqui*. Denique af- *2. Cor. 12.*
fluens adeo eſt, ac redundās æterna illa merces, vt animæ deſideria, ac vota vndequaque perfectiſsime expleat. Reuela quæſo mihi, quid cupias: honores? habes ibi eximios: *Nimis honorati* *Pſal. 138.*
ſunt amici tui Deus. Si diuitias: *Gloria, & diuitiæ* *Pſal. 111.*
in domo eius. Si vitam longæuam: *Longitudine* *Pſal. 90.*
dierum replebo eum. Si delicias: *De torrente volu-* *Pſal. 35.*
ptatis potabis eos. Si pacem, ac tranquillitatem: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in* *Iſai. 32.*
requie opulenta. Omnia denique, ad quæ tuum ſe valet protendere deſiderium, copioſiſsime, vltra quam dici poſsit ſuppetent tibi: *Tunc videbis, &* *Iſai. 60.*
affiues, & dilectabitur cor tuum. Ex his præmiſsis eam concluſionē inferamus, quod ſi quam offert Diabolus, gloria ſic breuis eſt, ac parū ſubſiſtēs; ea vero quam Chriſtus pollicetur, tot bonis redundat, & ſcaturit; dementiæ ſane cuiuſdam genus eſt merito lacrymandū, quod tātus ſit eorū, qui deſudantes, & laborantes mundo inſeruiant, numerus; tam exiguus vero, ac modicus eorum, qui pro Chriſti honore, ac pro tantæ gloriæ lucro, vel minimū velint ſubire laboris. Eam proculdubio arbitror huius cauſam, quod mundus præſens bonorum ſuorum cumulum ante oculos ponit, & veluti numerata ſoluit pecunia mercedem ſuam: at vero Deus in futurum danda promittit æterna ſua bona; in præſenti vero ſpem illorum prębet: miſera autem peccatoris anima magis allicitur præſentibus bonis, quā futuris. Vnde Deus conqueritur de Ephraim per Oſeam Prophetam, dicens: *Ephraim vitula docta diligere* *Oſee 10.*
trituram: vertit ex Hebræo Lyranus: *Ephraim vi-* *Nicolaus lyran. in prædicto loco Oſee.*
tula ſtimulata diligit trituram. quaſi diceret, ſimilis mihi videris Ephraim teneræ vitulæ, quæ ſenſualis ſui appetitus ſtimulata aculeis trituram diligit, & aratrum exhorreſcit. D. Gregorius in ſuis moralibus, Rupertus, Lyranus, & Gloſſa in *D. Greg. lib. 22. cap. 16. Rupert. lyr. Gloſſa.*
horum verborum cōmentario illud diſcrimen aſſerunt indicari, quod intereſt inter *arare, & triturare*: cum enim arat bos, abſens habet laboris ſui præmiū, vnde ſi paruo cibo leuare cupit laſſitudinem, non alium quam glebulas præruptæ aratro terræ reperit; munus namque arandi in ſolo ſpei cardine voluitur, vt Paulus edixit: *De-* *Cor. 10.*
bet in ſpe, qui arat, arare. At vbi triturat bos,
pedi-

Digitized by Google

ad pœnam aliquam ſoluendam,& licet etiã maneant priſtini vitioſi habitus, tamen illa per Chriſti gratiam exhibita ſatisfactione deletur, iſti vero iteratis virtutum actibus abiguntur. Vnde Agnus iſte non tollit peccata, velut chirurgus vulnera,qui non nouit cicatrices delere. Tollit Agnus peccata mundi,ſed non ſolum illa; verum & eorum cicatrices,& reliquias. Vnde D. Chryſoſtomus dixit: *Ita Deus peccata delet, vt nec eorum remaneat veſtigium. In corporibus quidem hoc non licet, quin etiam ſi millies laboret medicus,& imponat vulneri remedia, vulnus quidem tollit. cicatrix vero permanet. Deus autem cum delet peccata,neque cicatricem relinquit, nec permittit remanere veſtigium,ſed cum ſanitata pulchritudinem quoque reſtituit.* Apta quidem metaphora id explicuit Iſaias, cum in perſona Dei loquentis dixit: *Deleuit vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua.* Quemadmodum enim, cum vehementiſſimo flante vento, toto æthere nubes depellũtur,& nullum illorum relinquitur veſtigium: ita cum diuina operante miſericordia, toto animo peccata fugantur,fitque perfecte pro illis diuinæ iuſtitiæ ſatis, nulla prorſus illorum remanet macula,nulluſque pœnæ reatus. Dicit etiam, *tollit*, in præſenti, ad ſignificandam perpetuitatem quandam, quia non ſolum immaculatus Agnus in Cruce ſanguine ſuo abſtulit peccata, ſed virtute illius hactenus tollit. Vnde Theophylactus præcitato loco ait: *Non dicit,qui abſtulit peccata,ſed qui tollit,in præſenti: quotidie enim tollit peccata noſtra.* Verum,quia verbum Latinum, *tollo*, & verbum etiam Græcum ei correſpondens, duo habet ſignificata,rei,de qua agimus,valde conſentanea; ideo ſecundum ſignificationem bifariam prædicta verba, *Ecce qui tollit peccata mundi*, intelligenda arbitror: ſignificat enim tum portare, iuxta illud Io.5. *Tolle grabatum tuum*: tum auferre,iuxta illud Matth. 25. *Tollite ab ea talentum.* Duplex igitur erit illorum verborum ſenſus: alter eſt,*Ecce Agnus Dei,qui tollit*,id eſt,qui portat ſuper ſe onus grauiſſimum omnium peccatorum mundi,vt illa ſanguine ſuo eluat: vnde Iſaias dixit: *Iniquitates eorum ipſe portauit*: & Princeps Apoſtolorum: *Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.* Alter ſenſus eſt, *Ecce qui tollit*,hoc eſt,qui aufert peccata mundi: portando enim peccata abſtulit, & auferendo portauit. Suo Iſaaco Abrahamus lignorum pondus impoſuit ad holocauſtũ: at Agno ſuo Deus ponderoſiora alia ligna impoſuit,omnia ſcilicet mundi ſcelera. Ceterum ſilentio minime prætereribo,quam diuerſimode Deus olim, & tunc abſtulerit peccata. Olim quidem, & tempore Noe velut leo peccata abſtulit mundi, immittens in omnem terrarum orbem inundantẽ aquarum copiã cunctos homines obruentem, paucis exceptis,quos diuinitus arca ſeruauit: & nunc peccata tollit, tamquam Agnus, proprio cruore in ara crucis effuſo hominum peccata expians. Aquarum diluuium non omnes homines inundauit: *Octo enim animæ in arca ſaluæ factæ ſunt*, vt teſtatur D. Petrus. Sanguinis vero Agni diluuiũ quantum eſt,ex ſe omnium peccata occidit,&,vt aiunt Theologi,quantum ad ſufficiẽtiam, Agnus hic immaculatus, pro omnibus, nemine excepto,copioſe ſatisfecit. Cui propterea ſit honor, & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

D. Chryſoſt. vbi ſupra.
Iſa. 44.
Theophylactus loco præcitato
Ioan. 5.
Matt. 25.
Ioan. 1.
Iſa. 53.
1. Pet. 2.
Gen. 12.
1. Pet. 3.

Homilia Secunda.

Proponuntur nonnullæ cauſæ, ob quas Chriſtus Dominus baptiſmum Ioannis ſuſcepit: prius tamen de natura huius baptiſmi concionatorio more diſſeritur.

CHRISTI Domini baptiſmi difficilem prouinciam aggrediens, Magni Baſilij verba, quæ de baptiſmate differturus protulit, mihi in præſentiarum vſurpare non dubitabo: *Præceptum de euangelizando baptiſmate promptoſuſcepi animo,non tamquam, qui pro rei maieſtate quidquam dicere queam,ſed cum vidua illa, quæ ænea minuta duo miſit, ipſe pro mea mediocritate aliquid conferam.* Hæc D. Baſilius, hæc & ego: diuino namque inſpirante flamine argumentum parum tritum,& a paucis elucidatum nonnihil illuſtrare conabor. Licet enim Theologi nonnulla differant de baptiſmo a Chriſto ſuſcepto,more tamen,vt aiunt,ſcholaſtico, concionatorio vero muneri conſentanea pauciſſima doctores, leniuſque edixere. In primis ergo Angelicus Doctor D. Thomas docet, baptiſmi Ioannis inſtitutorem Deum fuiſſe, Ioannem vero promulgatorem: quod colligitur non obſcure ex verbis eius, dum ait: *Qui miſit me baptizare in aqua.* Cum vero ait Chriſtum baptizaturum in Spiritu ſancto,aperte indicat,baptiſmum ſuum non contuliſſe gratiam: ideo enim condiſtinguens illum contra baptiſmum Chriſti, ingenue faſſus eſt,ſe baptizare in aqua, Chriſtum vero in Spiritu ſancto: ſic enim ait: *Ego baptizo vos in aqua. qui autem poſt me venturus eſt, ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto.* Vnde D. Thomas 3. p. q.88.ar. 3. ingenioſe dixit: *Sicut miniſtri,& inferioris artificis eſt præparare materiam ad formam,quam inducit principalis artifex: gratia autem conferenda erat hominibus per Chriſtum,ſecundum illud Ioan.1. gratia,& veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: & ideo baptiſmus Ioannis gratiam non conferebat,ſed ſolum ad gratiam præparabat tripliciter. Vno quidẽ modo per doctrinam Ioannis, inducentem homines ad fidem Chriſti: alio modo aſſuefaciendo homines* ba-

D. Baſilius.
3. Par. quæ. 38. art. 2.
Mat. 3. Luc. 3. Ioan. 1. Mat. 1.
Ibid.
D. Tho. 3 P. q. 38. a. 3.
Ioa. 1.

ad ritum baptiſmi Chriſti: tertio modo per pœnitentiam præparando homines ad ſuſcipiendum effectū baptiſmi Chriſti. Vnde falſa etiam eſt Donatiſtarum ſententia, vt refert D. Auguſtinus contra litteras Petiliani c. 32. aſſerentium, Ioannem baptizare in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, maxime, quod in Actis Apoſtolorum refertur, baptizatos baptiſmo Ioannis negaſſe Spiritus ſancti perſonam vnquam audiuiſſe, quod ſecus fuiſſet, ſi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti baptizarentur a Ioanne. Hinc etiam conſtat, baptiſmum Ioannis ſacramentum non fuiſſe, cum gratiam non conferret. Patres tamen honorificis nominibus, quibus naturam eius explicant, illum cohoneſtant. D. Cyrillus appellat illum *Introductorium ad perfectionem*. Iuſtinus Martyr *Præludium ſeu procemium Euangelicæ gratiæ*. D Thomas *Sacramentale diſponens ad baptiſmum*. Theophylact. *Præparationem ad illum*. Origenes tandem *Diſpoſitionem ad eundem*. Qua autem verborum forma Ioannes vſus fuerit, incertum eſt, ex doctrina tamē colligitur grauiſſimorum Patrum, hanc vſurpaſſe: *Ego te baptizo in nomine Chriſti venturi.* Ita docent Aug. dum ait: *Baptiſmum Ioannis non fuiſſe ſine mentione* Saluatoris, & D. Ambroſius *Ioannes quidem*, inquit, *aduenientis Ieſu, non in ſuo baptizabat nomine*. Subſcribunt eidem ſententiæ D. Hieronymus, D. Thomas, noſter S. Bonauentura, & noſter Alexander Aleuſis, & alij ſcholaſtici, poteſtque hęc ſententia non parum fulciri ex inſigni teſtimonio Act. 19. vbi habetur: *Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ populū, dicens in eū, qui venturus eſſet poſt ipſum, vt crederent.* Fateor tamen huic Patrū ſententiæ obſtare, quod cum miſerunt Iudæi ſacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, an eſſet Chriſtus, minime id interrogaſſent, ſi Ioannes in nomine Chriſti baptizaſſet; ſatis enim tunc eis conſtitiſſet, eum non eſſe Chriſtum. Poteſt tamen huic obiectioni reſponderi, quod etiam ſacerdotes, & legis periti ſciebant Chriſtum naſciturum in Bethlehem, iuxta illud: *Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam es minima, &c. Ex te enim exiet Dux, &c.* Probe etiam agnoſcebant Ioannem non eſſe natum in Bethlehem, ſed in mōtanis Iudæ. Vnde non obſcure conſtabat illis ex ſacra Scriptura, illū non eſſe Chriſtū, & nihilominus ab ea interrogatione minime ſe abſtinuerunt. Odium enim, quo perſequebantur Chriſtum, excitabat illos, & ad multa ſtulte agenda ſtimulabat. Sed iam pulſat animum varias cauſas inquirere, ob quas Chriſtus Dominus baptizari voluerit. Nam ſi cum rem mirabilem cernimus, continuo eius admiratio ad indagandas tantæ rei cauſas animum ſollicitat: quid quæſo mirabilius, quam quod qui Deus erat, & fons ſanctitatis, & gratię, ad Ioannem diuertat diuina gratia indigentem, & ad illam donandam omnino impotentem, quia gratiam, & gloriam ſolus dat Dominus? quid deinde mirabilius, quam ipſam munditiam ad baptiſmum aquæ quaſi mundandam properare! ac tandem quid admiratione, & ſtupore dignius, quā Chriſtum Dominum omnis peccati expertem baptiſmum recipere, quem nō, niſi qui ſe peccatores profitebantur, ſuſcipiebant? Accedit ad hæc, quod primum mouens in quolibet genere eſt immobile ſecundum illum motum: ſicut cælum, quod eſt primum alterans, non eſt alterabile, vt verbis D. Thomæ vtar. At Chriſtus eſt primum baptizans, ſecundum illud Ioannis 1. *Super quem videris Spiritum deſcendentem & manentem, hic eſt qui baptizat.* Admiratione igitur dignum eſt illum baptizari. Huius igitur tam admirandi euentus par eſt diligenti indagine cauſas perſcrutari. Primam dicamus fuiſſe, quod ſicut auidus mercator, vbi lucrum latere animaduertit, continuo accurrens properat, nec vllum lapidē immotum relinquit, vt illud ſibi acquirat: ita Chriſtus Dominus noſtri lucri, & vtilitatis ſpiritualis, non ſuæ, quæ nulla ei accreſcebat, cupidiſsimus, occaſionem nullam humiliationis, vt nobis humilitatem doceret, prætermiſit. Et ideo in ſimilitudinem carnis peccati veniens, ſine omni tamen labe peccati a Ioanne coram multis baptizari voluit. Vnde non abſque myſterio ſacrum Euangeliſtam dixiſſe crediderim, Chriſtum ad ſuſcipiendum baptiſmum a Galilęa veniſſe. Cum enim Galilæa reuolutionem & rotationem ſignificet, non obſcure innuit, quod cum Deus ipſe in Chriſto latens in ſimilitudinem peccatoris, venit ad Ioannem ab eo baptizandus, tota mundi machina rotari, ac vniuerſus inuerti, ac reuolui mundus videatur. Cum abyſſus bonitatis, & gratiæ baptiſmum poſtulat ab homine, qui abyſſus eſt totius miſeriæ, plane rotatur orbis, & quę ſuperius eſſe debuerant, in inferius deijciuntur. at hoc totum factum eſt, vt Dominus ſe humilians nos exaltaret. Vt enim rotę ima ſubleues, neceſſe eſt eiuſdem rotæ ſumma deprimere, cum infima non aſcendant, niſi eiuſdem ſumma deſcendant. Ita quidem vt homo peccati labe iam ablutus aſcendat ad Deum: Deus baptiſmi aquam poſtulans deſcendit ad hominem: quod & Iordanis nomen pręfefert, deſcenſum ſignificans, diſertiſque verbis teſtatur D. Ambr. lib. 2. in Luc. dum ait: *Vnus Chriſtus merſit, ſed lauit omnes: vnus deſcendit vt aſcenderemus omnes: vnus omnium peccata ſuſcepit, vt in illo omnia peccata morerentur.* Secundam cauſam arbitror fuiſſe, vt baptiſmo ſuo aquas ſanctificaret, & ad ſacramenti baptiſmum quaſi præpararet. Hanc tradunt multi Patres ſuper c. 3. Matt. & Luc. & ſuper c. 1. Io. & Mar. eandem exhibent Chryſoſtomus homil. 1. in Mat. Hilarius in c. 2. eiuſdem Euangeliſtæ. Ambr. ſer. 4. in Epiph. Nazianzenus in homilia eiuſdem feſtiuitatis. Origen. homil. 7. in Lucam. Hieronymus in cap. 3. Matth. & Theologi in 4. d. 2. Ad hanc rationem illuſtrandam memini me legiſſe apud Philonē, quod tria Reges ac regna firmant, & perennant, maieſtas nimirum, grauitas, & beneficentia, idque ratione comprobat. Maieſtas enim reuerentiam parit, grauitas timorem, beneficentia amorem: validius vero & efficacius medium ad finem illum aſſequendum clementiam, & li-

beralis

D. Au. l. 2. cont. litt. Pe. Act. 19. Mat. 3. Luc 3. Ioan. 1. Marc. 1.

Cyrill. in Io. l. 2. c. 57. Iust. qu. 37.

D. Tho. 3. p. q. 38. art. 1. Raban. l. 2. de inſtit. cleric. c. 26. Theop. ſup. Matt.

Aug. l. q. no. test. q. 29. Ambr. li. 2. d. 55. c. 7. Hieron. c. 2. Io. D. Tho. 3 par. q. 38. ar. 6. ad 3. Bonau. in 4 d. 2. Magiſt. ibid. Alex. 42. 43. Vgo de S. Vict. lib. 2. de Sacram. act. 19. Ioan. 1.

Mich. 5.

Luc. 1.

D. Th. 3. p. q. 39. ar. 1. Io. 1.

D. Amb. 2. in Luc.

Patres in cap. 3. Mat. th. & Luc. & in c. 1. Io. & Mar. Chryſost. Hilar. Ambr. Nazian. Origen. Hieron.

Philo. lib. de pœnis, & præmijs.

Prouerb. 20. beralitatem eſſe aſſerit, iuxta illud Sapientis: *Iuſtitia & veritas cuſtodiunt Regem, & clementia roboratur thronus eius*. Ab ipſo mundi exurdio vſque nunc triplex legum fuit gradus, naturæ ſcilicet, ſcriptæ legis, & gratiæ. In primo ſuam maieſtatem cæli, terræq. ſator oſtentauit, cæleſtes illos ſpiritus creans, cælos, & elementa firmans, aliaque ad extra ſuis locis collocans. Patefecit grauitatem in ſecundo, potentiſſimos Reges acriter plectens, magnamq. ac difficilem in templo ſeruitutem, ac ſacrificiorum varietatem efflagitans: at in tertio clementiam, ac liberalitatem palam fecit. Gen. 7. 4. Reg. 2. 4. Reg. 6. Exod. 15. Vnde videmus, quod ſicut olim aqua generalis diluuij mundum perdens, iram manifeſtauit: ita in aquis Iordanis ſua miſericordiæ viſcera detexit in reparationem generis humani, illas ſanctificans. Sicut enim Eliſeus ſale fertiles reddidit vndas Hierico; ferrum ſuper aquas natare fecit; & Moyſes ligno aquas Marath dulces reddidit; ſuique cornu tactu vnicornis veneno facit immunes: non diſſimiliter Chriſtus ſuæ puriſſimæ carnis contactu aquas purificauit, virtutemque talem impertiuit, vt qui velut alter Naaman leproſus, ſacri baptiſmatis aqua lotus fuerit, cælo purior, & ſole nitidior, & rutilantior prodeat. Confabulantur gentiles, quod Midæ Phrygiæ Regi, quia Bacchum hoſpitio ſuſceperat, conceſſum fuit, vt quidquid contigiſſet in aurum verteretur. quod annuente Baccho, factum eſt; ſed fabula hęc veritati, quam in Chriſto experimur, non ſatis eſt: ſolo namque ſuorum ſacratiſſimorum membrorum contactu aquis virtutem animas ſanctificandi, charitatiſque aurum in ipſas inſerendi dedit. Itaque ſicut aquæ a caliditate mineralium, vnde fluunt, ſaporem recipiunt ſulphuris, ſi ſulphurea; auri, ſi aurea: ſimiliter aquæ in baptiſmo Chriſti carnem eius ſanctiſſimam tangentes, talem, ac tam mirabilem ab eo virtutem mutuarunt, vt peccatores ſanctificent, ac 2. Petri. 1. diuinæ conſortes naturæ faciant, Petro atteſtante, *diuinæ conſortes facti naturæ*. Virtutem hanc Aug. ser. 36 vndis baptiſmi collatam agnouit Diuus Auguſtinus ſermone 36. dum ait: *Ipſa aqua lota eſt, & ſanctificata*, ac ſi dicat: aqua vniuerſalis diluuij immunda, & cæno plena, abluta remanſit, immo & ſanctificata, & ad ſacramenti baptiſmi ma- Ezec. 47. teriam deſtinata. ex quo illud Ezechielis intelligi poteſt: *Erunt piſces multi ſatis, poſtquam venerint illuc aquæ iſtæ, & ſanabuntur, & viuent omnia, ad quæ venerit torrens, & ſtabunt ſuper illa piſcatores*: hoc eſt, venient piſces non pauci ad baptiſmi aquam, ſanitatemque amiſſam recipiēt: piſcatores baptiſmi miniſtri erunt. & ſubdit: *Et in paluſtribus non ſanabuntur, quia in ſalinas dabuntur*, quaſi dicat: Qui in huius baptiſmi aqua non enatauerint, ſalutem minime conſequentur: alienigenarum enim aquæ, gentilium ſcilicet, Aethiopum, & Turcarum immundę plane, ſalſæque, ac putridæ ſunt: è contra vero aquæ poſtquam mundiſſimæ virgineæ carnis Chriſti contacto cohoneſtatæ ſunt, & ad cauſandam gratiam per inſtitutionem baptiſmi ſupernaturaliter eleuatæ, animas emundandi, ſanandi, viuificandi, cæleſtibuſq; diuitiis locupletandi diuinitus communicatam vnitatem habent, vt aperte Zach. c. 13. indicant verba Zachariæ c. 13. *Erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatorum*. Multos quidem fontes & diuinæ, & humanæ recenſent litteræ: omnes tamen hic, in quo Chriſtus baptizatus fuit, obliuione ſempiterno delet. Atque inter illos primum locum ſibi vendicat fons, quem Deus in Paradiſo ita abunde ſcaturire fecit, vt quatuor ab ipſo flumina egrediantur. Gen. 2. Num. 20. Phiſon, Gehon, Tygris: & Euphrates. Alterum etiam memoria dignum fecit fontem, cum in deſerto aquam ſilice eduxit, ex quo non aliud, quam ignis ſperari poterat, adeoque fuit aqua Psal. 80. ſuauis, vt mellis nomen acceperit: *De petra melle ſaturauit eos*. Iud. 15. Inſignis quoque fuit Samſonis fons: ex mandibula namque aſini magna efflu- D. Aug. li. 21 de Ciui. Dei. c. 5. xit aquarum copia. D. Aug. quendam memorat fontem apud Garamantas, qui die tam frigidus eſt, vt non bibatur, tam feruidus nocte, vt non tangatur. Et S. Iſidorus lib. 13. etymologiarum S. Iſid. li. 9. & etymologiarum c. 13 refert in Sardinia inuentum fuiſſe portentoſum adeo fontem, vt ſiquis latro eum delibaret, continuo viſu priuaretur, quo furti reum eſſe omnibus innoteſcebat. Huic fonti ſimilis videtur fuiſſe zelotypiæ potio, quæ in lege veteri feminæ de adulterio ſuſpectæ ad explorandam veritatem porrigebatur, quæ ſi adultera erat, interibat, ſin minus, nihil nocumenti potio ei afferebat. Ariſtoteles etiam libro de mirabilibus naturæ Ariſt. l. de mirab. nat. commemorat, in regno Cappadociæ, in ciuitate nomine Irana, hanc cuidam fonti infuiſſe virtutem, vt ſi ad eum, qui peierauerat, bibiturus accedebat, continuo quaſi in illum inſequiens aqua aſpergebat. Et Tertullianus lib. de anima, Tertul. l. de anima. trium meminit fontium, quorum primus aqua ſua velut vino inebriabat: *Haud aliter*, inquit, *titubat, quam ſi mera vina bibiſſet*. Secundus vero miraculoſæ adeo erat conditionis, vt qui illum bibiſſent, non modicam eloquentiam compararent. Tertius erat in Arcadia, cuius ebibita aqua necem inferebat, eamque bibentē Alexandrum Plin. & Solinus in Polyſtore. c. 11. interijſſe, auctor eſt Plinius. Solinus quoque in Polyſtore Phrygiæ duos fontes narrat, quorum vnus feminę bibenti eius aquam fœcunditatem, alter ſterilitatem conferebat. Et Plinius fon- Plin. li. 2. natur. hist. tem quendam refert mirabilis adeo naturæ, vt fax accenſa in aquam eius immiſſa minime extinguatur. E contra vero Diuus Auguſtinus Aug. l. 2. de Ciuit. Dei cap. 5. lib. 2. de Ciuitate Dei, ait, in Epiro fontem fuiſſe, in quo fax extincta in aquam eius immerſa accendebatur. Et Quintus Curtius tradit in Quin. Cur. lib. 4. luco falſi Dei Ammonis quendam extitiſſe fontem, quem ſolis fontem vocitabant, qui in medij diei feruore aqua ſcaturiebat ſupra modum frigida; matutino tamen, ac Petrus Meſſias l. 2. Siluæ var. lectionis. veſpertino tempore nimis tepida. Et auctor ſiluæ variæ lectionis teſtatur, ſe vidiſſe fontem in ſublimiori Germania, cuius aquæ, quæ in eam proijciebantur, in ſaxa cōuertebat.

Mi-

Mirabiles ſanè fontium,& prodigioſi,ac portentoſi effectus, ſed neutiquam comparari valent cum his, quos vnda Iordanis, contactu Chriſti carnis in ea baptizati ſanctificata,& in materiã ſacri baptiſmatis ab eo ſupernaturaliter eleuata in fidelium animis cauſat. Narrat quidem (*Plin. lib. 2. c. 103.*) Plinius,quod fluuius Amnis nigras oues, quæ in aqua balneantur,mira candore donat. hæc, & alia naturæ mirabilia, quæ præcitati auctores commemorant,mihi incerta ſunt:id tamen certum omnino, hanc raram,ac inauditam ſacri baptiſmatis eſſe virtutem, vt animas turpitudine peccati denigratas,iuxta illud: (*Thren. 4.*) *Denigrata eſt facies eorum ſupra carbones*, cum primum earum corpora ſub debita verborum forma contingit, eximio gratiæ candore, & multiplici virtutum ſplendore condecorat.

His cauſis alias aliorum Patrum adiungamus. (*D. Aug. ser. de Epiphan.*) D.Aug.ſer. de Epiphania ait,propterea baptizari voluiſſe Chriſtum,quia volebat facere, quod omnibus faciendum imperauit: hoc enim eſt,quod ipſe dixit Ioanni: (*Matt. 3.*) *Sic decet nos implere omnem iuſtitiam.* Vt enim auctor Ambroſ. lib. 2. in Luc. hæc eſt iuſtitia, vt quod alios facere velis, prior ipſe incipias,& tu alios horteris exemplo. Difficilis tamen videtur hæc Auguſtini ratio:nam ſi quid congruentiæ habet, probaret vtique,non baptiſmo Ioannis, ſed ſuo eſſe baptizandum Chriſtum,quia non Ioannis, ſed ſuum præcepit. Hanc difficultatem præſentiens Diuus (*Aug. tract. 5 in Ioan.*) Auguſt. ait, auctoritatem dare baptiſmo ſuo indignatus eſt, vt cognoſcerent ſerui ſui, quanta alacritate deberent currere ad baptiſmum Domini,quando ipſe dignatus eſt accipere baptiſmum ſerui, & ſubdit: *Vt accipiens quod inferius erat ab inferiori,ad id quod ſuperius erat, hortaretur inferiorem.* (*Ambr. l. 2. in Luc prope f.*) Similia profert D. Ambroſius in hæc verba: *Quid enim tam diuinum ad populos prouocandos, quam vt nemo refugiat lauacrum gratia, quando Chriſtus lauacrum pœnitentiæ non refugit? nemo ſe dicat exortem eſſe peccati, quando Chriſtus venit ad remedium peccatorum.* (*Homil 4. in op imper aſ fuga prin. to. 2.*) D.Chryſoſtomus aliam aſſignat cauſam ſuſceptionis baptiſmi Chriſti. ait enim: *Quamuis ipſe non eſſet peccator, tamen naturam ſuſcepit in ſimilitudinem carnis peccati,propterea etſi ipſe baptiſmate non indigebat, tamen in alijs carnalis natura opus habebat.* & in idem recidit, quod dicit D. Gregorius (*D. Greg. Nazianz. orat. in sanct. lumina. amed. Beda super Mat. 3.*) Nazianzenus: *Baptizatus eſt Chriſtus, vt totum veteranum Adam immergat aqua.* Venerabilis Beda diuerſam viam ingrediens, diſtinctam aliam adhibet rationem: ait enim Chriſtum fuiſſe baptizatum,vt Ioannis baptiſmum comprobaret,ſicut circumciſus eſt,vt circumciſionẽ ſanctam tunc eſſe exemplo ſuo commonſtraret. D. (*Grego. Nazian. or. 39.*) Gregorius Nazianzenus ſingularem aliam excogitauit cauſam. Chriſtus baptizatus eſt ante ſuæ prædicationis initium,vt ea res nobis documento eſſet,purgationem, animique ſubmiſſionem prius adhibendam eſſe, nec concionandi prouinciam ante ſuſcipi debere, quam ad ſpiritualis,& corporeæ ætatis perfectionem ventum fuerit. D. Auguſtinus egregiam aliam aſſignat (*Aug. l. 3. de mirab. sacr. scrip. c. 5.*) libro 3. de mirabilibus ſacræ Scripturæ,dicens, Chriſtum eſſe baptizatum, vt ſe dæmoni occultaret,exiſtimanti illum ad baptiſmum acceſſiſſe tamquam lauacro,& purgatione indigentem, ſicut olim legitur Samuel feciſſe, (*1. Reg. 16*) qui ſe veniſſe dixit ad ſacrificandum Domino, vt populo interroganti cauſam ſui aduentus, vnctionem Dauidis,quem in Regem facere veniebat, melius occultaret. Tandem aliam adiungamus cauſam,quod baptiſmus Ioannis quædam ſacra fuit cærimonia, baptiſmi Chriſti quaſi præparatoria. Vt autem Chriſtus doceret ſacras cærimonias non eſſe abijciendas,ſed religioſo animo ſuſcipiendas,eas ipſe prius colit,& ſuſcipit. Sunt namque ſacræ cærimoniæ valde neceſſariæ, perinde enim ſe habent reſpectu mandatorum, ac cortices,& folia reſpectu fructus: hæc enim ad illum illæſum ſeruandum natura prouidit: vnde videmus,quod quia ficus mollior, & delicatior eſt,duris admodum folijs illam cooperuit; Amygdalinũ vero fructum non niſi paruiſſimis,& tenuiſſimis,quia cum delicatior eſſet,oportebat illum alio duriori cortice induere, quo indutus folij protectione non indiget. Ceterum iam exploremus,quomodo ſe habuit Ioannes in collatione ſui baptiſmi,& Chriſtus in eius ſuſceptione: *Ioannes autem*, inquit Euangeliſta, (*Matt. 3.*) *prohibebat eum: ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Hic oblatrat impius Brentius, quod imprudenter ſe geſſerit Ioannes, Chriſtum baptizare renuens:ſed ipſe ſane eſt,qui imprudentiæ morbo laborat, digna quæ laude ſunt mordaciter vituperãs. Sicut enim obſtinata reprehendi ſolet importunitas,ita modeſta commendari debet Ioannis vrbanitas: nam vt mater eius à Virgine viſitata, admirabunda prædixit: (*Luc. 1.*) *Et vnde hoc mihi,vt Mater Domini mei veniat ad me?* ita Ioannes Chriſti Domini maieſtatem probe agnoſcens, ab eo in Iordane viſitatus, vt ab eo baptizaretur,ſtupens dixit: *Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Hac enim ratione magis innoteſcere faciebat Chriſtum populo,cui tantum honoris Ioannes deferebat. Ceterum Chriſtus Dominus,quia à Ioanne baptizari decreuerat, reſpondit ei: (*Matt. 3.*) *Sine modo: ſic enim oportet nos implere omnem iuſtitiam*, hoc eſt,verbo,& exemplo, opere, & ſermone humilitatem docere, & ſacras cærimonias,non ſolum,quæ ſunt in præcepto,ſed in conſilio,ad amuſſim obſeruare,& debitum eis honorem deferre. De modo autem, quo Chriſtus ablutus fuit,apud Abulenſem ſuper Matth. reperi, baptizatum fuiſſe per immerſionem: vnde Caietanus ibi infert,non ergo per aſperſionem, aut deſuper infuſionem, ſed per ſolam immerſionem corporis baptizatus eſt Chriſtus a Ioanne. Eſt autem etiam per ſe manifeſtum, quod ſi formæ, ſub qua Ioãnes baptizabat,erat in nomine Chriſti venturi,hanc non exhibuiſſe in baptiſmo Chriſti;an autem forma vſus fuerit,vel qua, ſolus Deus nouit. Vt tamen mira Chriſti humilitas,& ſingularis Ioannis dignitas, dum Chri-

ſtum

Principes,dignitates,officia ac beneficia dignio
ribus eſſe conferenda: indebitæ enim electionis
pu ll. damnum vnum non eſt, ſed multiplex:damnum
electo, damnum officio ad quod eligitur, dam-
num electori ad illud eligenti. In cuius rei ve-
ritate comprobanda,tamquam in re magni mo-
menti,pro bono Reipublicæ Chriſtianę regimi-
ne, tota huius homiliæ verſabitur oratio.

Et quidẽ ad id in primis inſignẽ illum locum
Cant. 1. Canticorum cap. 1. expendere oportet,vbi Spi-
ritus ſanctus Sponſam inducit dicentem: *Noli-
te me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit
me ſol. Filij matris meæ pugnauerunt contra me,po-
ſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non
cuſtodiui. Nolite,* inquit Sponſa,*mirari, quod fu-
ſca ſim,*non enim fuſca nata ſum, aut a natura
color ille mihi innatus eſt; ſol enim offuſcauit
colorem meum: quia *filij matris meæ pugnauerũt
contra me:*fratres mei cuſtodiendæ vineæ Patris
præeſſe me voluerunt: *Poſuerunt me cuſtodem in
vineis;* at quia huiuſce rei penitus ignara erã,
ideo *vineam non cuſtodiui:* itaque cum ad huiuſ-
modi cuſtodis vineæ officium prorſus inepta
eſſem,quę acum ad fila ducenda, nõ lanceam in
manu tenere ad vineæ cuſtodiam addidiceiſſem,
vinea funditus deuaſtata eſt; & ego a nimio ſo-
lis ardore deturpata facie remanſi. Hæc omnia
damna inſipiens fratrum illorum electio pepe-
rit,damnum vineæ, damnum & cuſtodi illius.
Nõ ſecus in Reipublicæ officijs, & dignitatibus
diſtribuendis contingere frequenter videmus.
Etenim imprudens, & iniuſta electio nocumen-
tum officio,& ipſi electo afferre conſueuit;quin
& præcipue etiam ipſis electoribus. Ad cuius
rei comprobationem examinare oportet, qua
2. Reg. 6. de cauſa Deus repentinæ mortis caſu Ozam ex-
tinxerit. Quamuis enim de hac re variæ ſint
ſcribentium opiniones,atque ſententiæ; nõ om-
nes veritatis ſcopum attingunt. Doctiſſimus ille
Abulen. in 2 Regum c. 6. Abulenſis in 2. Regum caput 6. aſſerit Deum
tam acriter caſtigaſſe illum, propterea quod
myſterioſam illam ſacramque Arcam contige-
rat,cum tamen ab vxoris concubitu præceden-
ti nocte ſe non abſtinuerat. At cum id culpa
non eſſet, non videtur pœnã aliquam ob id me-
ruiſſe, cum pœna culpæ ſit correlatiua. Alij
Lyranus. cum Nicolao de Lyra in hunc locum cenſent
diuinæ in Ozam punitionis cauſam fuiſſe,quod
minori reuerentia quam debuerat, Arcam te-
tigiſſet. Verum nec huiuſmodi opinio mihi
multum probatur: etenim exceſſiua nimis
fuiſſet illa pœna ad culpæ illius leuitatem
comparata,quinimmo Arcę cõtactus,ne in ter-
ram decideret, cũ caſus immineret, reuerentiã
potius, & religionem redolebat. Vera igitur
tam repentinę illius mortis cauſa fuit, vt bene
Gloſ. inter. annotauit Gloſſa interlinearis, quod cum Oza
obligatus eſſet Arcam humeris ſuis portare,
ipſe tamen vt ſe ab huiuſmodi onere eximeret,
iunctis duobus ad plauſtrum iuuencis ferendã
Dei Arcam commiſit, & cum declinantibus a
a via iuuencis, & recalcitrantibus, vtpote mi-
nime iugo aſſuefactis,Oza manum ſuam exten-
deret,ne penitus Arca in terrã corrueret: Deus
tunc ira percitus amplius diſſimulare noluit.
nũquid Arcã, hominum humeris ferendã, bru-
tis animantibus commiſiſti? pœnas abſque du-
bio exolues;& continuo graui vulnere humeros
eius percuſſit, quibus Arcam geſtare illi incũ-
bebat, vt egregie annotauit Gloſſa interlinea-
ris,dicens: *Percuſſus eſt in humeris,quibus ſecun-
dum legem Arcam ferre debuit.* Nemo ſanę mentis
erit, qui iam facile non percipiat,quonam hæc
noſtra tendat oratio. Animaduertite vos, ani-
maduertite iterum, quæſo, qui Reipublicæ of-
ficia tam Eccleſiaſtica,quã ſecularia confertis,
ne iuuencis, ne iunioribus inquam minus ex-
pertis,ac indoctis ea credatis; ipſi enim velut
iuuenci Arcam in terram deijcient,officio ſuo
abutentur, & perperam illud adminiſtrabunt,
vt & fabula illa Ouidiana, huic argumẽto val-
de conſentanea,non obſcure oſtendit. Finxit in
ſua Metamorphoſi Ouidius, Phaëtontem hunc Ouid. Metam
obtinuiſſe fauorem, vt vno die ſolis currus ha-
benæ gubernandę ſibi committerentur; auri-
gandi tamen ipſo imperito,deflectentibus ſolis
equis in terram decidiſſe, & totam terram cõ-
buſſiſſe. Fabula hæc id,quod non ſemel (prob
dolor) re ipſa accidit,ad viuum ſane exprimit:
cum enim iuniores litterarum imperiti, & re-
giminis inexperti gubernacula tenent,ſe,& Rẽ-
publicam præcipitant,bona eius diſſipant,con-
cremant,& abſumunt. Summo ergo ſtudio, ſum-
maque cura prouidendum eſt,vt dignis,ac bene
meritis officia, dignitateſque conferantur; niſi
& electores eadẽ,qua Oza,ex Dei indignatione 2. Reg. 6.
pœna mulctari velint, & Rempublicam in rui-
nam, atque præcipitium ire cupiant. Quatuor
autem eſſe reperio, quæ electiones huiuſmodi
officiorum vitiare,atq; corrumpere ſolent, ſub-
ornatio videlicet, conſanguinitas,antiquitas,
& fauor. Inſignem valde locum habemus 3. 3. Reg. 13.
Reg. cap. 13. vbi habetur: *Quicumque volebat, im-
plebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum.*
Hac noſtra tempeſtate in Principum curijs ita
fieri videmus, omnia ſunt venalia, omnia auro
comparantur, & qui plus donat, plus adipiſci-
tur. Alia eiuſdem Ouidij non minus acuta, &
ingenioſa fictio id perſpicue oſtendit: fingit
Atalantam, Iaſij Regis filiam, cum ſingulari
corporis velocitate præſtaret, curſus certamen
publicum propoſuiſſe, in quo victus, mortis
pœnam, victor vero coniugij ſui præmium
obtineret. Pluribus quidem iam ab ea deuictis,
Hippomenes tandem ad certamen venit;qui vt
eam ſuperaret, hac admirabili vſus fuit indu-
ſtria: dum enim curſu certarent, hic mala quę-
dam aurea extra curriculum tractim proijcie-
bat:ipſa autem Atalanta auri cupidine attra-
cta extra curriculum proſiliens, ad colligenda
mala curſum interrumpens ſe inclinabat: inte-
rim vero præcurrens Hippomenes hoc adhi-
bito ſtratagemate victoriam certaminis re-
portauit. Sane pulchra hæc fictio nobis ob o-
culos ponit id, quod hiſce noſtris corruptis
temporibus in maximam Reipublicę perni-
ciem

ciem accidere videmus: qui enim plura mala aurea ſeminat, qui ampliora offert munera, qui precioſiora largitur dona, ille præficitur, ille omnes alios digniores ſe longe antecellit. Sanguinis etiam coniūctio bonę electioni plerumque magnum præbet impedimentum. Vnde ait Exod. 20. Deus Exodi cap. 20. *Non aſcendes per gradus ad altare meum*. Aduertite omnes, ne ad dignitates præſertim Eccleſiaſticas per gradus conſanguinitatis aſcendatis; non enim iure ſanguinis dādæ ſunt, ſed iure meritorum. Vnde Ietro licet gentilis, inter cetera digniſſima conſideratu conſilia per eum Moyſi cognato ſuo tradita, ei- Exod. 18. dem ita cunſuluit: *Prouide autem de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiā* Notanda ſunt verba illa, *de omni plebe*: non enim dicit, prouide ſolū viros ex ſanguine, & ꝓgenie tua; etenim in electionibus ſolius affinitatis, & ſanguinis non eſt habēda ratio virtute ſpreta, ſed attendēda ſunt merita. Alio etiā nō minus dānabili abuſu electiones vitiantur, antiquitate videlicet: quippe ſępius accidere ſolet, vt quia quis litteratioribus ſe antiquior eſt, eis etiam anteponatur, victoriamque indigne referat. Atqui huic prauæ conſuetudini Dei ingenium valde aduerſatur, cum primogenituras non antiquioribus, aut primogenitis, ſed dignioribus, ac virtute præſtantioribus conferre conſueuerit. Natis e- Gen. 4. nim Cain, & Abel filijs Adæ, nō Cain maiorem, Gen. 16. 17. 19 ſed Abel minorem ſibi elegit. Duos habebat filios Abraham, Iſmaelem videlicet natu primū, & Iſaac ſecundum, & huic illuſtrem progeniem promittit Deus. Ac demum Eſau erat primoge- Geneſ. 25. nitus Iſaac; & nihilominus illi tanquam peruerſo, prauiſque imbuto moribus, primogenituram abſtulit, ac Iacob minorem natu hereditatis ſucceſſorem deſignauit, ac fratri ſuo illum prætulit. Alijs innumeris huiuſmodi exemplis diuinę litteræ ſcatent, quibus docemur apud Deum non tam valere annorum multitudinem, quam prudentiam, ac modeſtiam, quę quia quandoque in iunioribus exiſtit, & ſenibus deficit, nō diffitear illos his quandoque præferendos eſſe. Demum nihil eſt bonæ electioni faciendæ adeo contrarium, nihil adeo aduerſum, ſicut hominū fauor, qui arbitrio ſuo, nullo ordine ſeruato, officia ac dignitates inter indignos diſtribuit. Quemadmodum enim olitore cucurbitam prope cupreſſum ſeminante accidere ſolet, vt ipſa propter adhærentis cupreſſi celſitudinē, in plura etiam cubita excreſcat; eodem quoque modo imperiti, ſeu (vt appellantur) idiotæ Principi alicui, aut eius familiari amico adhærentes, eo etiam honoris attingunt, quo vnquam attingere, ne in eorum quidem cogitationem cadere potuerat. Vnde Spiritus ſanctus libro Prouerbiorum admirabili quadam vtitur metaphora, vt eorum detegat dementiā, qui ad officia, aut dignitates indignos promouere præſu- Prou. 26. munt: *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem*. Locus iſte difficilis eſt, in cuius expoſitione quot capita, tot video ſententias. Primum omnium aliorum expoſitiones afferam, quas poſtquam recenſuerim, a nobis excogitatas ſubijciam. Prima ex- 1. exp. S. Hier. poſitio ſit S. Hieronymi, valde obſeruanda, ad cuius intelligentiam præſupponendum eſt, antiquitus gentiles in biuijs, ſeu triuijs viarum Mercurij ſtatuam ponere conſueuiſſe, in qua quo iter tenderet, ſcriptum erat: vnde viatores cultus, & religionis cauſa, & in gratiarum actionem, ſtatuam illam lapidibus circumdabāt; non ſecus ac modo peregrini iuxta cruces varios lapides coaceruare ſolent. Hoc ſuppoſito ſenſus eſt, quod ſicut illi, qui colebant Mercurium, vero Deo iniuriam inferebant, debitum honorem, qui ei ſoli debebatur, falſo Deo deferentes; ita etiam, qui ad dignitatē, aut officiū aliquod indignum eligit, iniuria afficit dignū, & benemeritum, denegans ei honorem ſibi debitum. Alij in hunc modum prædicta verba 2. expoſ. exponunt, quod ſicut ineptum eſſet, gemmam aliquam precioſam, ſmaragdum, vel adamantem in aceruum vilium lapidum mittere; ita ſimiliter ſtultum eſt margaritam precioſam alicuius dignitatis, vel honoris indigno tribuere. Hebræi Doctores aliter ea interpretantur; 3. expoſ. aſſerūt enim in originali linguæ ſanctæ reperiri dictionem hanc *margema*, quæ quamuis aceruum ſignificet, etiam & purpuram denotat, vnde perinde fuit, ac ſi dixiſſet: quemadmodum ſi quis ſaxum aliquod purpura indueret, manifeſtum dementiæ argumentū proderet; non minus ſtultitiæ inditiū reddit, qui dignitates, aut officia homini inſipienti impertitur. Aliam viā ingreſſi ſunt ſeptuaginta Interpretes, & Para- Sept. Inter. & Paraph. 4. expoſi. phraſtes: nam vbi noſtra vulgata legit: *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, &c.* ipſi vertunt, *Sicut qui ligat lapidem in funda; ſic qui dat honorem inſipienti*; nam quemadmodum ſaxum ob eius grauitatem a natura ſibi ingenitam ad inferiora ſemper propendet, & nihilominus in funda poſitum brachij vi, & impetu adeo in altum euolat, vt & aues quandoque tranſcendat: ita etiam imperitum, & idiotam, qui inſcitiæ ſuæ, & indignitatis pondere, & grauitate depreſſus inſtar lapidis humilia, ac inferiora loca petebat, Princeps in funda fauoris ſui collocās, & potentiæ ſuæ impetu eum ſubleuans, ad altiſſimum dignitatis faſtigium præter omnium opinionem prouehit. Vnde nō ſemel factum eſt, quod quemadmodum ſaxum in altum proiectum, ceſſante impetu a proijciente ei impreſſo, grauitatis ſuæ pondere ad ima rurſus deſcendit; ita etiam non ſemel accidit, vt imperitus, officioque indignus, deficiente ſibi Potentum fauore, a dignitate, & honore, ad quem indigne euectus fuerat, miſere decidat: & ſicut etiam imprudenter ſaxum, aut lapidem aliquem proijciens ad illatum damnum inde reſultans tenetur; ita qui perperam officia, aut dignitates prouidet, indignos eligens, ad oīa damna propter electi imperitiam, & indignitatem Reipublicæ illata reficienda tenetur. Vnde videmus ſæpenumero, Deum in ipſos Principes, ob

ſubdi-

Gene. 3. ſubditorum culpas ſeuere animaduertiſſe. Peccat Eua, & illius peccati rationem ab Adamo exigit Deus, & ab eo commiſſi criminis punitio incipit, quãuis ab Eua initiũ ſumpſiſſet peccatum. Exod. 32. 3. Expos. Did. Odyſ. 26. Peccat populus Hebræus, & Moyſem Deus aeriter obiurgat. Alij aliam huiuſce loci expoſitionem tradunt, ad quam ſtabiliendam ſupponũt, quod, ſicuti refert Didymus in Odyſſea, Iuppiter præcepit Mercurio, vt Argum interficeret, qui Iouis mandato obediens, illum occidit: eius tamen mortem ægre admodum ferens Iuno, Mercurium in Deorum tribunali tamquã homicidam accuſauit; illi autem diſcuſſa, ac diligentius cauſa examinata, nigros, candidoſque lapillos accepere; candidis enim ad abſoluendum, nigris vero ad condemnandum vtebãtur, & vnanimes omnes candidos in vrnam immiſere, Mercurium, vti Ioui obtemperantem abſoluentes. Atq; ex huiuſmodi fictione anſam ſumpſit decepta Ethnicorum gentilitas, ad conſtituẽdum Mercurium ſuper aceruum lapidum, vt egregij facinoris illius perpetua memoria eũ Prou. 26. cohoneſtarẽt. Ait igitur Salomon, quod qui honorificum officium, aut dignitatem indigno tribuit, digno, & benemerito illum præponens, ſimilis eſt illis, qui, vt Deæ Iunoni placerent, nigros lapides in vrnam miſerunt ad condemnandum Mercurium; cum alioqui candidos mittere debuiſſent, liberantes eum, qui Iouis mandato obedierat. Demum ea expoſitio non parum conſentanea mihi videtur, quod quemadmodum, licet viatores ſoliti eſſent in aceruum ſtatuæ Mercurij lapides conijcere, cultus, & venerationis gloria, nihilominus tamen plerumq; contingebat manum, brachium, aut pedes eius inuitos percutere; non ſecus, qui inſipienti, & indigno honorem tribuit, ſæpenumero accidit, vt dum ſe illi obſequium, & honorem præſtare putat, non modicum damnum inferat, quippe qui non ſemel in meſſem alienam manus mittens, quandoque brachium iuſtitiæ humano fauori inflectens, ac tandem iniuſtum plerumque faciens, imperitiam, & improbitatem ſuam pariter oſtentat: vnde opus eſt, vt honoris ſui non exiguam, aut contemnendam iacturam patiatur. Accidit certe his, quod contigit coruo, quẽ, Apul. lib. de Socr. cum viderit vulpes, vt refert Apuleius libro de Socrate, fruſtum carnis roſtro tenentem, cupiens, vt prædam è roſtro demitteret, dixit ei: multo melius te canit cygnus. Tunc ipſe volens cygno preferri cœpit canere, vt ſuauiorem cantum ſuum comprobaret. At contra euenit, quia rauca voce cecinit, & prædam, quam roſtro geſtabat, amiſit. Non ſecus accidit eis, qui alijs in dignitate, officio, & honore anteponi cupiunt; qui poſtquam voti compotes facti ſunt, eum prudentia careant, non modo nihil honoris ſibi comparant, ſed magnam illius iacturam faciũt, dum imperitia eorum antea ignota, palam omnibus fit; adeo vt eadem prorſus via, qua apud omnes honorem, ac nominis celebritatẽ aucupari contendebant, eadem procul dubio maximam dedecoris, & ignominiæ notam incurrant.

Ex præmiſſis igitur eam concluſionem vellem erueremus, quã Chriſtus nos docuit; ſecũ enim ducens ad montem Thabor tres illos ſuos diſcipulos, vitę integritate alijs inſigniores, bonæ electionis normam dedit, vt ad officia, ac Reipublicæ munia ſubeunda ſemper digniores, aptioreſque ad gubernandum præficiantur, vt antiquitus apud Romanos in more poſitum fuiſſe legimus. Nam vt refert Trebellius, cũ ad Treb. de geſt Roman. Romani Conſulatus electionẽ accederetur, antiquiores, ac prudentiores Senatores, vt Valerianus eligeretur, vnanimi conſenſu ſuffragati ſunt, ea ſola perſuaſi ratione, vt ipſi atteſtati ſunt: *Quia Valerianus omnibus melior, Valerianus modeſtus, prudens, grauis, tyrannorum hoſtis, & vitiorum multo magis.* Atq; hinc eſt, quod huic bono regimini inſiſtentes Romani, duo illa ſolemnia templa, virtutis ſcilicet, & honoris erigentes, ita ea fabricarunt, vt ad honoris templum ingredi volenti, per virtutis templum tranſcũdum ei eſſet, vt tradit Ioannes Roffenſis, ſignifi- Ioan. Roffen. cantes per hoc, honores, & dignitates non niſi dignis, & benemeritis ab electoribus concedẽdas eſſe. Nec ignorabat huiuſce rei veritatem Ariſtoteles lib. Politicorum 6. dum dixit: *Pra-* Ariſt. Pol. 6. *uos facere dominos non eſt ſecurum, quia ipſi magis indigent cuſtodia aliorum, quam poſſint alios cuſtodire.* Verum ad huiuſmodi veritatis confirmationem non humanis indigemus monumentis, cum diuina ad hanc rem comprobandam non pauca ſuppetant. In primis arbor illa, quam vidit Daniel folijs abundantem cum ſummitate Daniel 4. altiſſima; in cuius altioribus ramis aues morabantur; ſub vmbra vero animalia terræ; manifeſte nos edocet, optimam Reipublicæ compoſitionem eam eſſe, in qua viri litterati, qui altius velut volucres cæli euolant, ſcientiaque, & prudentia conſpicui ſunt, ad Reipublicæ gubernacula tenenda, in ſublimiori, ac eminentiori dignitatum loco collocentur; imperiti autem atque ignari, & qui veluti per diſpenſationem duobus pedibus incedunt, qui alioquin inter quadrupedia computari merebantur, in inferiori, infimoque loco permaneant. Etenim quẽadmodum indecorum eſſet, ſi arboris illius ordo inuerteretur, vt videlicet terreſtria animãtia in eminentioribus eius ramis; aues vero in terra ſub illius vmbra degerent: ita etiam non diſpari ratione inordinata Reipublicæ compoſitio eſt, prauum, atque execrandũ regimen, vt ignari, atque imperiti ſublimentur; perdocti vero, & doctrina inſignes deſpiciantur. Hoc ipſum malum Sapiens deplorabat, dicens: *Eſt malum quod* Eccleſ. 10. *vidi ſub ſole, quaſi per errorem egrediens a facie Principis, ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum: vidi ſeruos in equis, & Principes ambulare ſuper terram, &c.* quaſi diceret: vidi malum execrabile, valde mundum inuerſum, ſtellas in terris iacentes, & animalia in cælis habitantia; vidi mancipia equitantia, Principes vero pedites; litteratos ſine dignitate, idiotas ad faſtigium eius euectos; illos abiectos, hos ſublimes; illos pauperes, hos diuitijs affluentes.

Huc

Ioſue.4. Huc etiam facit illud Ioſue c. 4. cui Dominus dixit: *Elige duodecim viros, ſingulos per ſingulas tribus, & præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueo vbi ſteterunt pedes ſacerdotum, duodecim duriſſimos lapides.* Quid eſt quæſo, quod Dominus ad tollendos lapides è fluuio viros electos voluit, cum ad id ruſticiſſimi quique idonei eſſe cognoſcantur? Nobis hic Deus ſignificare voluit, in Republica, populoque ſuo ad quodlibet illius munus obeundum, viros non quoſcumq; ſed idoneos eligendos eſſe: quemadmodum & Apoſtolos teſtatur nobis S. Lucas feciſſe, qui ad refectorio inſeruiendum ſeptem elegere diaconos, viros inſignes, quamuis alioquin officiũ illud humile erat, neque ſcientiam aliquam exigebat. Lucas.Act. Apoſt.cap.6. Si igitur ad cibum in menſa ſubminiſtrandum viri idonei electi fuere, quid ſcientię, quid peritiæ, quid prudentiæ, & maturitatis ad Reipublicæ gubernacula tenenda opus erit. Vnde illud inter alia Pythagoræ difficultatem in bonis electionibus faciẽdis agnoſcentis notandum eſt præceptũ: *A fabis abſtineto.* Prou Pytha. Alludit ad antiquum eorum morem, & nunc etiam viget, qui fabis nigris, & candidis approbantes, vel reprobantes electiones faciebant. Marcus Varro hoc Pythagoræ præceptũ egregie in hũc modum exponit. Ait fabarum flores quibuſdam maculis nigris tinctos eſſe, Græcos characteres referentes, ex quibus hæc vox, *luctus*, coaleſcit: vnde cum Pythagoras dixit: *A fabis abſtineto*; perinde fuit, ac ſi diceret: electoris etiam imperij munus fuge; etenim ſub electionis grato flore luctus latet ingratus: quippe ſi hominibus places, Deo diſplices, iuxta illud D. Pauli: Gal.1. *Si hominibus placerem, ſeruus Dei non eſſem*; & ſi Deo placueris, hominibus diſplicebis, & inimicos non paucos tibi reddes, vt idem D. Paulus dixit: Gal.4. *Inimicus factus ſum vobis, verum dicens.* vndequaque ergo luctus adeſt. At quia multi ab electionibus faciendis minime ſe abſtinere poſſunt, nec debent, vt Principes, & alij Reipublicæ magiſtratus, vt eligendi munere recte fungantur, id eis ſeruandum eſt, quod in officina monetam cudentium non ſemel ego obſeruaui, qui prius ponderabant auri quantitatem, & ſecundum pondus, ſignum, & figuram ei imprimebant, aureo ſimplici ſimplicis figuram, duplici vero duplicis imaginem dabant; itaque prius pondus obſeruabant, poſtea vero iuxta ponderis quantitatem hanc vel illam figuram imprimebant. Ita quoque in electionibus dignitatum, atque officiorum Reipublicæ faciendum eſt, quippe ante omnia merita perpendenda, ac trutinanda ſunt; poſtea autem hic in Prætorẽ, ille in regium Auditorem eligatur; hic alius eccleſiæ præficiatur; illi regimen Reipublicæ committatur: alij vero, qui in ſtatera poſiti minus habere inuenti ſunt, in minoribus conſtituantur, vt ſic iuxta talenti quantitatem officia deferantur; alioquin innumera damna erumpent tam Reipublicæ, quã electis, & electoribus. Ad quæ vitanda electores imitari Chriſtum Dominum oportet, qui tanquam magis benemeritos, atq; digniores præferendos eſſe duxit ad conſcendendum ſecum in montem Thabor, Petrum, Ioannem, & Iacobum, vt pariter cum illo mira transfigurationis claritate potirentur. Cui ſit honor, & gloria in ſęcula ſæculorum. Amen.

Homilia Quarta.

Oſtenditur in eo, quod Chriſtus Dominus ex multis diſcipulis tres ſolos elegerit, vt transfigurationis gloria potirentur, paucitatem ſaluandorum, & multitudinem reproborum deſignaſſe; pariterque aperitur, ex parte noſtræ prædeſtinationis nullam cauſam, reprobationis vero iuxta multorum Doctorum ſententiam peccatum exiſtere, in illa verba: Aſſumpſit Petrum, & Ioannem, & Iacobum.

SVbnixus grauiſſimis D. Ambroſij verbis, de altiſſimo illo prædeſtinationis myſterio, concionatoris terminos minime tranſiliens, opportuno loco ſermonem inſtituo: quippe magnus iſte S. Ambr. in c.9. S.Luc. Pater in caput 9. ſancti Lucę loquens de Transfiguratione Chriſti, ait: *In eo, quod Dominus paucos ſecum detulit ad inuendam gloriam Transfigurationis, perpaucos oſtendit eſſe eos, qui cæleſtem gloriam ſunt adepturi.* Huic igitur Diui Ambroſij inſigni teſtimonio hærens, de prædeſtinatione, ac reprobatione, non ad intellectum tam grauis argumenti ſubtilitate demulcendum, ſed ad volũtatem potius informandam, & prauos mores coercendos dirigam orationem. Inter ceteras ad cohibendum effrænatum appetitum pias cogitationes, illa, quæ inæquales prędeſtinationis, & reprobationis ſortes glorię, deliciarum, aut inferni flammarum æternitatem in memoriam reuocat, omnium potentiſſima eſt. Eius vtilitatem plane cognouiſſe mihi videtur Dauid, cum dixit: Pſal.67. *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri.* Locus iſte adeo difficilis eſt intellectu, vt doctiſſimus ille Genebrardus Genebrard. in Pſ.67. ingeniorum crucem, ac martyrium appellarit: *Locus, de quo tamquam de cruce pependerunt omnium ingenia.* Verum, vt alias plurimas expoſitiones ſilentio præteream, duas tantummodo

modo recenſebo. Quarum prima eſt eiuſdem
Pſal. 67. Genebrardi. Si *dormiatis inter medios cleros*, inter medias ſortes, inter præſentiſſima pericula: ſi vos adeo afflictos, ſi adeo vita, & capite periclitari videritis, vt velut in bello capti, ſuper quibus ſors per milites iacitur, cuius hic, vel
Ariſtid. ille eſſe debeat, vt Ariſtides Empedocli dicebat: *Vna ſuper omnibus ſors iaciebatur corporibus, vita, pecunijs;* tunc adeo ſereno, ac placido vultu critis, ſicut columba, quæ etiam laqueo innodata, alas candidas, extremitateſq. pennarum aureas retinet, quibus ſolaribus expoſita radijs, coloribus varijs rutilans, intuentium oculos
Felix. exhilarat. Cui explicationi aſſentit etiam Felix, dum interpretatur: *Si dormiatis inter medias ſortes, inter medios focos.* Quia & ipſum Origina-
Orig. Hebr. le Hebraicum dicit: *Si dormiatis inter medios lebetes, inter medios tripodes, inter medios cacabos, & ollas*: hoc eſt, ſi inimici veſtri in captiuitate vos adeo male, acerbeque excipiant, vt ad coquinæ abiectiſſima munia obeunda vos deſtinent, atque inter ollas, & frixoria, aut ſartagines dormire iubeant; tunc vultum elegantem, & formam velut columbæ candidis, aureiſque virtutum pennis fulgentem oſtendetis. Verum noſtro inſtituto ſecunda expoſitio accõmodatiſſima eſt, ſuppoſito quod clerus idem eſt, quod
D. Aug. in Pſal. 67. ſors, vt exponit Diuus Auguſtinus: *Si dormiatis inter medias ſortes, ſimiles eritis columbæ, argenteis, aureiſque pennis ornatæ.* dormire hic ſignificat meditari, & diu cogitare. Vnde tritus eſt loquendi modus, & præcipue apud Hiſpanos, cum de re aliqua ſeria, & conſideratione digna agitur, dicere: *Dormiam prius, quam ſuper re hac deliberem.* quod idem omnino eſt, ac ſi diceretur: *Mature hoc penſitabo.* Dicit igitur Dauid, ſi attente meditaremini duas illas prædeſtinationis, & reprobationis, gloriæ, aut pœnæ æternæ inæquales ſortes, eritis velut columbæ ſine felle; & alæ affectuum veſtrorum puræ erunt ſicut argentum examinatum, & extrema vitæ veſtræ auro charitatis deaurata prodibũt. Aſſidua igitur prædeſtinationis, ac reprobationis cogitatio, ac inæqualium harum ſortium ſedula conſideratio mirum in modum proficua eſt. Vnde Deus eam ad memoriam Prophetæ Hieremiæ reduxit ſub egregia illa calathorum ficis plenorum metaphora, quos in contem-
Hier. 24. plationem raptus intuitus fuit: *Quid tu vides Hieremia?* Reſpondit ille: Domine calathos ficis plenos, ſed diſpares inter ſe valde; vnus continet *ficus bonas, bonas valde*, alter vero *malas, malas valde*: vnus continet ficus ſuaues, ſapidas, bonas, ac optimas; alter autem ficus amaras, inſipidas, malas, atque peſſimas. Hæ ſunt iſtæ duæ ſortes prædeſtinationis, & reprobationis, de quibus proculdubio ibi ad litteram loquitur Hieremias. Statim enim ſubnectit, loquens de prædeſtinatis: *Et erunt mihi in popu-*
Ibidem. *lum, & ego eis in Deum.* & de reprobis: *Mittam in eis gladium, & famem, donec conſumantur de terra.* Et Chriſtus ad duos illos calathos ficuum alludens, meminit de duabus ficis, vna optima, altera autem peſſima, vna, quæ olitoris beneficio, &
Matt. 21. induſtria exculta fructus ſuo tempore producebat, quæ prædeſtinatos adumbrabat, qui diuinæ gratiæ fauore ſuffulti, & induſtria liberi arbitrij cooperantes fructus ferunt in tempore ſuo: altera, quam vti ſterilem, & infœcundam adeo, vt nihil præter frondes, ac folia ferret, maledixit Chriſtus Dominus; quæ ad viuum reprobatos exprimebat, in tremenda illa extremi Iudicij die audituros vocem illam ſupremi
Matth. 25. Iudicis: *Ite maledicti in ignem æternum.* Verum ad rem propius accedens, duo præcipue, quæ apud antiquos Patres, qui non ſemel populo hoc argumenti genus propoſuere, reperiuntur, pertractabo. Vnum eſt ad deterrendum peccatores; melius enim, vt apud Hiſpanos dici ſolet, metus vineam, quam vinitor ipſe cuſtodit. Alterum vero ad conſolandum iuſtos, & eorum animos magis, ac magis ad virtutis ſtudium excitandos. In primo tractatur a Patribus de eorum, qui ſaluantur, paucitate: in ſecundo, quod nullum eorum, qui ad rationis vſum perueniunt, reprobat Deus in æternum puniendum, antequam arbitrij ſui liberi abuſum intueatur; ſed delicta, eorumque opera mala cauſam æternæ damnationis eis præbent. Vt ergo iam primum aggrediamur, Diuus Lucas Euangeliſta cap. 13. refert iuuenem quendam ad Chri-
Luc. 13. ſtum accedentem interrogaſſe: *Domine dic mihi ſi pauci ſunt, qui ſaluantur?* Cui ait Chriſtus: *Contendite intrare per anguſtam portam*, quaſi in memoriam reuocãs id, quod iam dixerat Lucæ 18.
Matth. 7. *Lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi intrant per eam: anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci intrant per eam.* Alibi etiam ſermonem ad diſcipulos
Matt. 22. habens, hoc idẽ his verbis concluſit: *Multi ſunt vocati, pauci vero electi.* Quæ quidem verba ſi de toto humano genere intelligamus, veritas fidei eſt catholica, & irrefragabilis, ex tota hominum vniuerſitate permultos eſſe reprobatos, paucos vero prædeſtinatos. Ad quod re-
Eſdra 4. c. 8. ſpiciens Eſdras, dixit: *Hoc ſæculum fecit Altiſſimus propter multos, futurum autem propter paucos.* Egregiamq. ſubijcit ſimilitudinem, quod quemadmodum vniuerſæ terræ minima pars eſt, ex qua fit aurum; ſic etiam ex vniuerſa natura humana prędeſtinatorum minima pars eſt.
Matt. 22. Verum quod huiuſmodi Chriſti verba: *Multi ſunt vocati, pauci vero electi*, intelligi debeant de Chriſtianis, grauiſsimorum Eccleſiæ Docto-
Greg. hom. 38. in Euan. rum eſt ſententia. Hinc ſanctus Gregorius Papa homilia 38. in Euangelia commentatus dicta verba, dicit: *Tremendum valde, fratres charisſimi, multi ſunt vocati, pauci vero electi.* Per vocatos autem intelligit fideles, vt ex cõtextu ipſo ſatis liquet: vnde ſenſus eſt, Chriſtianorũ multi ſunt vocati, pauci vero electi. Origenes hæc
Orig. Matt. 22. eadem Chriſti verba declarans, ait: *Si quis conſideret multitudinem eorum, qui in Eccleſijs congregantur, & diſcuſſerit, quanti ſunt, qui conuertentur, diſciplinate iudicabit eſſe verum ſermonem Dei dicẽtis: Multi ſunt vocati, pauci vero electi.* Et S. Ioãnes

Chryſ. hom. 40. ad pop. Antioch. hom 5. Chryſoſtomus homilia 40. ad populum Antiochenum, hoc idem argumentum pertractans, hæc memoranda verba protulit: *Quot eſſe putatis in ciuitate noſtra, qui ſalui fiant? Infeſtum quidem eſt, quod dicturus ſum, dicam tamen, non poſſunt in tot millibus centum inueniri, qui ſaluentur, quin & de his dubito*. Quod ſi diuinas litteras conſulere voluerimus, multa, & grauiſsima teſtimonia huic veritati atteſtari inueniemus. Sub illius enim figura ab Aegypto legimus ſexcenta hominum millia præter pueros, ſenes, ac feminas exiuiſſe, & quamuis ſingulari cæli aura adiuti fuere; nihilominus ex ingenti illo numero duo ſolummodo, Ioſue, & Caleb in terram Promiſſionis introierunt. Quid hæc vmbra præſignabat, niſi permultos ad cæleſtem Hieruſalem eſſe vocatos; paucos vero in illam fore ingreſſuros? *1. Cor. 10.* Diuo Paulo dicente: *Hæc omnia in figura contingebant illis*. *Iud. 7.* Libro Iudicum ſacra narrat Scriptura, quod ex viginti duobus millibus militum, quos ſecum ducebat Gedeon, trecenti ſolummodo ad pugnandum, ac victoriæ corona fruendum electi fuere. Quod ſi figura figurato reſpondet, præſignat nec mediam Chriſtianorum partem ſaluari: *Quin & de his dubito*, vt dicebat ſanctus Chryſoſtomus. Nec ignoramus Angelum, ex *Ioſue 6.* diuino præcepto ciuitatem Hierico deſtruentem, ſolam domum Rahab intactam reliquiſſe. *Gen. 19.* In Sodoma vero ſolam familiam Loth cæli ignis non abſorpſit. *Gen. 7.* Et ante hæc omnia legimus in vniuerſali illo terrarum cataclyſmo, atque inundatione ſolum octo ſaluos factos fuiſſe; vt dicit Diuus Petrus: *1. Petr. 3.* *Octa animæ ſaluæ factæ ſunt*, & ſubnectit, Arcam hanc Noe figuram quandam Eccleſiæ fuiſſe, vt intelligamus in ea multos eſſe reprobos, paucos vero electos. Teſtimonia hæc omnia veteris ſunt Teſtamẽti: verum ſi ad nouum nos conuertamus, ibidem quoque alia non minus clara ad idem reperiemus. *Luc. 14.* In illa cœnæ parabola multi erant inuitati, pauci vero ad cœnam venerunt. *Luc. 8.* Et ex quatuor partibus, quas diuinus ille Agricultor Chriſtus in Eccleſia ſeminauit, tres infructiferæ fuerunt, & vna ſola pars ex quatuor fructum produxit. *Matth 3.* Magnus ille Ioannes Baptiſta prædicãs Phariſæis, reprobos paleę, prędeſtinatos autem tritico cõparauit; ſignificans, quod quanto plures ſunt paleę, quã munda tritici grana, tantu maior eſt numerus reprobatorum, quam prędeſtinatorum. *Ibidem.* *Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili*. quaſi diceret; accipiet Deus ventilabrum iuſtitiæ ſuæ, & meſſis tempore, in die nimirum Iudicij, purgabit aream ſuam, & granum prædeſtinatorum, & triticum iuſtorum purgatum in horreo cæleſtis patriæ recondet; at paleas reproborum inferni belluis, & morti paſcendas obijciet, ad æterniq. ignis fomentum faciet deſeruire: *Ibidem.* *Paleas autem comburet igni inextinguibili*. Sanctus Ioãnes Apoſtolus libro ſuarum reuelationũ refert ſe vidiſſe, exhiberi in diuino tribunali proceſſus cauſarum, cum hoc tñ diſcrimine, quod *libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ*: hoc eſt, quod reproborum libri multi erant, & prædeſtinatorum ſolum vnus, quẽ *librũ vitæ* appellat. *Ezech. 9.* Quin & Ezechiel Propheta teſtatur, ſe vidiſſe exeuntes quatuor Angelos ad faciendam internecionem magnam; vnum tñ ad ſignandum ſolum ſignaculo Thau eos, qui a morte liberandi erant. S. Paulus Apoſtolus multifariam, multisq. modis hac nos inſtruxit doctrina. *1. Corin. 9.* Etenim Epiſtola 1. ad Corinthios ſalutis noſtrę negocium antiquis illis Romanorum, Græcorumque ludis comparat, imitantium Herculem, quem referunt vno halitu centum viginti quinq; paſſus confeciſſe: quod S. Paulus ſtadium appellat, vbi præmia quædam currentibus proponebantur; & quamuis multi eſſent curſores, vnus tamen brauium accipiebat: *1. Corint. 9.* *Multi in ſtadio currunt, ſed vnus accipit brauium*, *Roman. 9.* In Epiſtola etiam ad Romanos, reprobos vaſis luteis; prædeſtinatos vero vaſis precioſis, aureis, & argenteis comparat: *In magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed etiam lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam in contumeliam*. Quis autem infieiabitur, nõ ſolum in ſuis ædibus, ſed & in Principum, & Regum plura eſſe vaſa lutea, & fictilia, quam aurea, & argentea? Non ſecus in ampliſſima hac Dei domo ollæ denigratæ multę, ad coquendam carnem concupiſcentiæ ſuę vitijs bullientes; vaſa lutea fragilia pene innumera ſunt; at vaſa aurea, vaſa ornata, & precioſa, vaſa digna, quæ in abaco Dei collocentur, perpauca inueniuntur. Idem D. Paulus in eodem capite aliquantulum inferius præmiſſa omnia clarius explicuit in hæc verba: *Si fuerit numerus filiorum Iſrael tamquã arena maris, reliquiæ ſaluæ fient*. *Ibidem.* Quod idẽ eſt, ac ſi dixiſſet, reprobi multi veluti arena maris; pauci vero ſaluabũtur, vt reliquiarũ exigua eſſe ſolet quantitas. Ad cuius rei cõprobationẽ vitæ D. Bernardi ſcriptores referunt, in die ſui obitus quadraginta tria hominum millia è vita deceſſiſſe, & ex illis tres ſolũmodo ſaluos fuiſſe, ceteros in æternum comburendos, in profundũ inferni barathrum detruſos. Demum adeo certum eſt paucos eſſe electos, quod eũ ſacra Scriptura vtitur duobus iſtis vocabulis, *paucos & electos*, tamquam ſynonymis, & æquipollentibus ea vſurpet. Vnde vbi noſtra vulgata legit: *Pſal. 16.* *Domine a paucis diuide eos*, Paraphraſis Chaldaica interpretatur: *A iuſtis, & electis diuide eos*. quippe in vocabulario diuino idem ſunt pauci, & electi. Vnde etiam in ſacris litteris reproborum non dicitur eſſe numerus: *Ibidem. 39.* *Multiplicati ſunt ſuper numerum*; immo Spiritus ſanctus infinitos eos appellat: *Eccl. 1.* *Stultorum eſt infinitus numerus*. ſecus autẽ de prædeſtinatis loquitur: *Sap. 5.* *Ecce*, ait, *quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt*. vbi autem computum eſt, ibi numerum neceſſe eſt eſſe. vnde Chriſtus Dñs ait: *Matt 10.* *Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt*. Et hinc intelliges illud Chriſti lamentum per Prophetã Michæam. *Michea. 7* *Væ mihi, quia factus ſum ſicut*

qui

Digitized by Google

qui colligit in autumno racemos vindemiæ; non eſt botrus ad comedendum. Dies iudicij diuini, dies eſt vindemiæ, & tunc Dominus conquæretur, ita paucos eſſe racemos, quos colligat: *Sicut qui colligit in autumno*; tunc enim perpauci botri inueniuntur; ſarmenta autem ad comburendum permulta. Meditamini, ô Chriſtiani, ſi vnus ſolum in hoc vniuerſo regno reprobatus exiſteret, omnibus nobis perhorreſcendum eſſet; & ſinguli cum diſcipulis Chriſti eis dicentis: *Vnus veſtrum me tradet*, interrogare deberemus: *Numquid ego ſum?* Ego ne ſum infelix ille reprobus? Verum cum non modo vnus, ſed multa reproborum millia ſint, merito toto animo contremiſcere, pœnitentiam peccatorum agere, vitam in melius commutare deberemus, imitantes Diuum Paulum, dicentem: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.*

Matth. 26.

1. Cor. 9.

Manifeſta hoc loco eſt D. Pauli ſententia, hominis reprobationem à propria eius culpa dependere docentis. Homo namq. inordinatos ſuos non refrænans appetitus, ſuæ æternæ damnationis cauſam ſibi ſubminiſtrat. Atque hoc eſt alterum, quod pertractare polliciti ſumus, non parum & iuſtis, & peccatoribus ſolatio futurum. Pro cuius quidem intellectu ex communi ſanctorum Patrum, ac tam antiquorum, quam etiam neotericorum Theologorum ſententia ſuppono, ex parte noſtra vltimi prædeſtinationis effectus, qui eſt ipſius gloriæ conſecutio, cauſam dari, operibus enim gratia informatis æternam iuſtitiæ coronam promeremur, teſte Diuo Paulo: *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* Atqui prædeſtinationis, quatenus includit vocationem, & iuſtificationem, ſola diuina bonitas, ſola diuina largitas, ſola liberalitas, & munificentia Dei cauſa exiſtit, nullis ex noſtra parte meritis attentis. Ad cuius rei probationem mutuabo ex Ethnicis fictionem illam ingenioſam ſatis, qua ab vnoquoque Deorum pro inſigni electam arborem, cuius ſingularem curam gerebat; à Ioue quercum, ab Apolline laurum, à Neptuno pinum, à Venere myrtum, à Iunone iuniperum, ſabulantur. Verum Dea Minerua electionem huiuſmodi admirata, percontata fuit Iouem, qua de cauſa arbores adeo infructiferas Dij ſibi elegiſſent: cui Iupiter, ita à Dijs factitatum fuiſſe, vt ipſæ arbores intelligerent, non ob earum merita, ſed ex mera Deorum gratia, ac liberalitate in Deorum inſignia fuiſſe electas. Hoc idem prorſus eſt, quod ſanctus Paulus docuit, de prædeſtinationis, & diuinæ electionis cauſa loquens: *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiã ſuam ſaluos nos fecit.* Vnde ipſe Diuus Paulus ad veritatem hanc comprobãdam egregia quadam vtitur ſimilitudine ad Epheſios capite 1. prædeſtinationem ibidem ſortem vocans: *Sorte vocati ſumus.* Egregia ſane metaphora: tum quia, quemadmodum multis hominum millibus ſuper vaſis argenteis, alijſque rebus precioſis ſortem iacientibus (vt non ſemel fieri vidimus in Hiſpania) tres, aut quatuor ſolummodo felici potiuntur euentu, ceteris fruſtratis permanentibus; ita quoque felix prædeſtinationis, & vitæ æternæ ſors paucis contingit, multis vero infelix ſempiternæ damnationis exitus: tum etiam, quia ſicut in ſortibus nulla habetur meritorum ratio illorum, quibus felix euenit ſors: ita etiam Deus non ob eorum propria merita Sanctos prædeſtinauit, ſed ob meram ſummãq. liberalitatem, & gratiam ſuam, & ex beneplacito ſuo, vt etiam dixit Diuus Paulus: *Operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* Non deſunt hæretici, qui hoc loco Diuum Paulum tamquam philoſophiæ imperitum incuſent, quod conſilium non ſit actus voluntatis, ſed intellectus (vnde eloquentiæ, nec non Romanæ philoſophiæ parens dixit: *Conſilium eſt aliquid faciendi, non faciendive excogitata ratio*) Paulus tamen Deum ſecundum voluntatis ſuæ conſilium operari ait: *Operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* Sed aduertere debuerãt, Hebraiſmum eſſe, genitiuum pro adiectiuo non ſemel vſurpari; vnde perinde eſt: *Operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, ac ſi diceret: ſecundum conſilium ſibi voluntarium, ſeu ſecundum conſilium diuinæ ordinationis a diuina voluntate approbatum. Quamuis autem verum ſit, prædeſtinationis nullam ex parte prædeſtinati cauſam dari; nihilominus iuxta grauiſſimorum Doctorum opinionem reprobationis ex parte reprobati cauſa eſt, ob illius delicta, ac extremum impœnitentiæ peccatum. Vnde fit, quod ſicut peccatum eſt actus voluntatis; ita iuxta hanc ſententiam ab eadem dependeat reprobatio, adeo vt Deus antequam videat hominis peccatum, & abſque pœnitentia morientis, non reprobet illum: quare non ſolus Deus, ſed peccator cauſa reprobationis eſt, vt non obſcure dixiſſe videtur Eſdras, vbi reprobationis hominum cauſas indagans, non diuinam voluntatem, ſed hominum peccandi libertatem deſignauit: *Ipſi accipientes libertatem ſpreuerunt Altiſſimum, & leges eius contempſerunt*, quaſi dicat: cauſa reprobationis eorum eſt, quod ſupremum legiſlatorem contempſerunt, & diuinæ legis iugum confregerunt: *Confregiſti iugum, dirupiſti vincula, & dixiſti: non ſeruiam.* Hæc igitur impudentia, hæc libertas, peruicax hic animus, tuæ eſt reprobationis cauſa. Huius etiam ſententiæ fuit magnus ille Pater Diuus Auguſtinus, vt habetur in capite, Nabuchodonoſor. 23. quæſt. 4. vbi conferens Pharaonem damnatum cum Nabuchodonoſor, qui ſecundum eius opinionem ſaluus eſt, dicit: *Quantum ad naturam ambo homines erant, quantum ad dignitatem ambo Reges, quantum ad cauſam peccati ambo Dei populum poſſidebant, quantum ad flagella ambo clementer admoniti ſunt: quid ergo finis diuerſitas, niſi quod vnus manum Dei ſentiens ingemuit, alius vero non!* Verum præ ceteris omnibus præſtantius id D. Paulus declarauit ad Romanos 9. dicens: *Suſtinuit Deus in multa patientia vaſa iræ apta in interitum*, hoc eſt, vt Græcus ex-

2. Tim. 4.

ad Titum 3.

Eph. 1.

Ibidem.

Cicero lib. 1. de inuent.

Eph. 1.

Eſdra 4.

Hier. 2.

D. Aug. in c. Nabuchodonoſor. 23. q. 4.

Rom. 9.

plicat Interpres, quæ ſuis peccatis ſe coaptarunt, & præpararunt ad interitum. Ait itaque Diuus Paulus, quod patienter Deus tolerat in hac vita vaſa iræ, quæ peccatis, ac delictis ſuis ſe in reproborum numero collocarunt. Cui ſententiæ ratio ipſa non parum ſuffragari videtur: hominem enim duobus modis conſiderare poſſumus, aut in eſſe naturali antequam peccauit, aut in eſſe morali poſtquam peccauit: ſi in eſſe naturali, manifeſtum eſt à Deo nullatenus odio haberi; dictum enim eſt: *Nihil odiſti eorum, quæ feciſti*: Sap. 11. ſin autem in eſſe morali, vt cum peccati macula deturpatus fuit, tunc illum reprobans certe odit, quia peccatum eius præuiderat; per hoc enim homo diuini odij obiectũ conſtituitur: peccatum ergo eſt, quod inducit reprobationem, & à cæleſti regno excluſionem. Verum, quia ſcholaſticæ potius diſputationi, quam ſuggeſto aptior eſt huiuſmodi tractatio, omittam modo quid circa hæc ſentiam, ad ſelectas noſtras diſputationes vniuerſę Theologiæ lectorem mittens, quæ cito Deo auſpice prælo dabuntur. Nunc eo contentus ero, vt cõmuni difficultati, quæ multorum fidelium mentes defatigare ſolet, ſatisfaciam. Etenim dicunt illi, ſi prædeſtinatus ſum, proculdubio ſaluus ero, & ſi reprobatus ſum, damnabor: non igitur eſt, quod bonis operibus intenſius inſudemus; certum enim eſt Deum iam ſcire, ſi ſaluus ero, vel damnabor; eius autem ſcientia certiſſima, & decretum immutabile eſt. Ego aliquando hac de re interrogatus a viro quodam, culto quidem, non tamen ingenio agreſti, reſpondi: Numquid Deus iam non præuidit, & determinauit, quod futuræ meſsis tempore triticum collecturus ſis, vel non ſis? ita eſt, ait ille: tunc ego, neceſſarium igitur non erit terram ares, aut agros proſcindas. Si enim Deus ſcit, quod triticum metes, id ſine dubio eueniet; & ſi nouit, quod non colliges, quidquid araueris, aut colueris, incaſſum erit; reſpondit ille: verum quidem id eſt, ſed ſicut Deus ſcit me triticum collecturum, ita etiam ſcit me terram araturum. Prudens ſane fuit reſponſio, & eadem illum conuici, dicens: ſimili ergo ratione ſi Deus ſcit, quod ſaluus eris, ſcit etiam id te per opera bona adepturum; & ſi ſcit, quod damnabere, non ignorat id ob praua opera tua fore venturum. Vnde nulla, nec apparens ſuadet ratio, vt a bonis operibus abſtineamus. Sed ſicut dixit Diuus Petrus: *Satagite, fratres, vt per bona*
2. Petr. 1. *opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis*.
Gen. 31. Narrat ſacra Geneſeos hiſtoria, Angelũ quendam è cælo deſcendiſſe, ac Iacob in ſomnijs demonſtraſſe agnos varijs coloribus inſignitos, quos ouiculæ eius concepturæ erant: at nihilominus ipſe iuxta aquarum fluenta diuerſi coloris virgas appoſuit, vt oues eas conſpicientes, eadem colorum varietate agnos depictos conciperent. Fecit in hoc prudentiſsime, volens cum Deo cooperari, quippe niſi hac vſus fuiſſet induſtria, agnis diuerſicoloribus caruiſſet. Non diſsimiliter ad cõſequendam æternam ſalutem opus eſt, vt cum Deo cooperemur, nec à bonorum exercitatione ceſſemus, vt diſertis verbis edocuit Diuus Paulus, dicens: *Adimpleo ea, quæ* Coloſſ. 1.
deſunt paſſioni Chriſti in carne mea. Poſſet quiſpiam his verbis obijcere, quomodo Diuus Paulus ait ſe ſupplere, quod Chriſti paſsioni defuit, cum hæc ſuperabundans, & infiniti preçij fuerit? Reſpondeo Chriſti paſsionem inæſtimabilis fuiſſe valoris, quoad ſufficientiam, at quoad efficaciam, noſtra ei deeſt cooperatio, vt effectum in nobis ſortiatur. Etenim, vt ait Diuus Augu- D. Auguſt.
ſtinus: *Qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te?* Ad hanc autem cooperationem non deſunt nobis, fratres, continui de cælo fauores, diuina auxilia, ſanctæ Dei inſpirationes, confeſſorum recta conſilia, prædicatorum documenta, Eccleſiæ ſacramenta, in quibus ſacer Chriſti ſanguis ebullit: tua ergo erit, ſi damnabere, non Chriſti culpa; ipſe enim omnia ex parte ſua perfecit, vt prædixit per Iſaiam Prophetam: *Iudicate* Iſai. 5.
te ergo inter me, & vineam meam, quid eſt, quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci ei? ac ſi diceret: te, o anima, in cauſa tua conſtituo iudicem, iudica inter te, & me, ſi quid vltra facere debui, & non feci tibi: ego te creaui, ſuſtento, & conſeruo; nata inter fideles meo beneficio es; in Mauritania te creare potuiſſem, vbi falſum illum, ſicut & Turcæ, Mahometum adoraſſes; ego tamen baptiſmi gratia te condecoraui, & poſtquam illam peccando perdidiſti, per ſacramentum pœnitentiæ copioſiorem reſtitui; ego vitæ meæ precio, & effuſione ſanguinis, quem pro te effudi, Crucis ligno tribus clauis affixus te redemi: iudica ergo inter me, & te, quid eſt, quod debui vltra facere tibi, & non fecerim. Supereſt ergo, ſi æternam felicitatem aſſequi volumus, vt Chriſto Domino cooperemur, & eius vitæ, & moribus vitam, & mores noſtros conformemus.

Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum.

Amen.

Homilia quinta.

In montem cæleſtis Hieruſalem non niſi per labores aſcendendũ, & de vtilitate vitæ ſolitariæ multiplici locorum difficilium ſacræ Scripturæ expoſitione adhibita erudite, & fructuoſe pertractatur, in illa verba: Et duxit illos in montem excelſum ſeorſum.

[S. Leo. serm. de Transf.] SAnctus ille Leo cognomento Magnus, in quodam eius de Transſiguratione Chriſti ſermone, ait ea de cauſa Euangeliſtam vti a ratione alienam reprobaſſe petitionem illam D. Petri Chriſto dicentis: [Matth. 17.] *Bonum eſt nos hic eſſe*, vt videlicet intelligeremus, huius vitæ ærumnas, ac labores prius patienter eſſe tolerandos, quam eorum præmium, ac mercedem conſequendam: at quia Petrus præmium prius aſſequi, quam labores perpeti voluit, idcirco illius poſtulatio tamquã rationi, & æquitati diſſona improbata fuit: *Vt ſciamus*, inquit, *prius tolerantiam eſſe poſtulandam, quam gloriam, quia tempora patiendi non poteſt prævenire felicitas regnandi*. [Iud. 14.] Antequam Samſon tam optatas cum Dalila nuptias celebraret, cum fortiſsimo leone viriliter dimicauit, & illum expugnauit. [3. Reg. 19.] Antequam Elias in montem Oreb aſcenderet, ab Achab, & Iezabel Regibus moleſtiſsimam ſuſtinuit perſecutionem. Antequam Iacob formoſam illam Rachel aſſequeretur, quatuordecim annorum ſeruitutem ſeruiuit. Antequã Ioſeph [Gen. 29.] Aegypti Prorex crearetur, carceris incommoda paſſus eſt, & alia ingrata valde ſuſtinuit. [Cant. 5.] Antequam Sponſa dilecti ſui Sponſi optatas inuenit delicias, cuſtodũ, vigilumque expoſita iniurijs eſt percuſſa, & veſtimentis fuit expoliata. & hinc eſt, quod vbi vulgata noſtra legit: [Num. 14. Iosue 24.] *Ipſe eſt amicus meus*, alia translatio vertit: *Ipſe eſt afflictio mea*. Antequam Iſraelitæ in optatam [Deut. 1.] promiſsionis terram peruenirent, quadraginta [Num. 33.] annorum itinere per aſperrimas deſerti ſolitudines errantes inceſſerunt. Priuſquam dulciſsimis illis palmarum, dactylorumque [Exod. 15.] fructibus Elim veſcerentur, mare rubrum tranſnatarunt, atque ingenti animi ſollicitudine, & anguſtia oppreſsi fuere, dum infeſtiſsimus eorum hoſtis eos inſequebatur. Antequam [Exod. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 14.] Moyſes ad videndum Deum ad montem conſcenderet, Pharaonis, omniumque regni procerum perſecutionem perpeſſus fuit, itaque non abſque ſingulari præuio labore Dei viſionem obtinuit. quod in hunc modum accidit. Videns eum Deus perſeuerantem adeo in illa petitione: *Oſtende mihi gloriam tuam*; reſpondit ei: [Exod. 33.] *Oſtendam tibi omne bonum*, ſub his tamen conditionibus. Prima, [Ibidem.] *eſt locus apud me*; ego huiuſce meæ manifeſtationis locum eligam. Secunda, [Ibidem.] *Stabis ſupra petram*. [Ibidem.] Tertia, in anguſtia rupis te coarctabo, ne quoquam te vertere valeas. [Ibidem.] *Ponam te in foramine petræ*. Quarta, manu occludam tibi foramen, vel os tuum, vt vixdum reſpirare poſsis: [Ibidem.] *Tollamque manum meam*. & demum, [Ibidem.] *Videbis poſteriora mea*. Hæc quidem omnia nobis manifeſte indicant, quod vt Deus faciem gloriæ ſuæ manifeſtet, totidem conditiones ſunt exhibendæ. Prima, quod quis in loco ab omni peccandi occaſione penitus remoto verſetur: [Ibidem.] *Eſt locus apud me*. Secunda, quod ſedeat in rupe pœnitentiæ: [Ibidem.] *Stabis ſupra petram*. Tertia, non vagans, ſed intra clauſtra degens: [Ibidem.] *Ponam te in foramine petræ*. Quarta, quod foramen manu Dei occludetur, ita vt vix reſpirare poſsit: [Ibidem.] *Tollamque manum meam*. Hi ſunt gradus ſcalæ, qua aſcenditur ad Dei gloriam conſequendam, hæc via ad diuinæ maieſtatis faciem contemplandam. Denique conuertamus oculos ad Dauidem, attentiusque conſideremus, quanto illi conſtitit Saul Regis filiæ connubium: ſane priuſquam eam matrimonio copularet, cum fortiſsimo illo gigante Goliath ei dimican- [1. Reg. 17.] dum fuit, ac centum Philiſtæorum præpu- [1. Reg. 19. & 23.] tia amputanda. Simili precio opus eſt diuinæ felicitatis gloriam comparare, nimirum vt gigantis illius Goliath, hoc eſt ſuperbiæ caput, ceterorum omnium vitiorum radicem præſcindatis, &, veſtros effrænatos, libidinoſos, ac indomitos ſenſuum appetitus compeſcatis. Hæc omnia Diuo Ioanni in Apocalypſi reuelata fuiſſe legimus, vbi interrogante eo quendam ex ſenioribus illis: *Qui ſunt iſti, & vnde vene-* [Apoc. 7.] *runt?* hoc eſt, iſti candidis induti veſtibus, ac palmas manibus geſtantes, vnde venere, reſpondit ſenex: *Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione* [Ibidem.] *magna*: venerunt non, vt aiunt, per pontem argenteum, non per viam delicijs affluentem, ſed per altiſsima, & turbulentiſsima maria, vndique ventorum tempeſtatibus conquaſſata. Verum hic attentius perpendere oportet, quid eſt, quod binas faciens Ioannes interrogationes, vnam: *Qui ſunt iſti?* & alteram: *Vnde ve-* [Ibidem.] *nerunt?* ſecundæ tantummodo ſenex reſpondeat? Quidam opinantur primæ reſponſionem ſilentio prætereijſſe, vt nobis manifeſtaret, ad aſſequendas palmas in domo Domini, ſicut nihil nocet humilibus parentibus ortum, ita nihil prodeſſe ex illuſtri, atque generoſa proſapia originem ducere: cum ergo per verba illa: *Qui ſunt iſti?* ſanguinis nobilitas, aut ignobilitas inquiri ſoleant; idcirco quæſtioni primæ minime reſpondendum duxit.

Plutarch. in Apophtheg. cui congruit illud Regis Antigoni, qui (ſi Plutarcho in ſuis Apophthegmatibus id referenti credimus) adoleſcentulo cuidã petenti, vt propter patris ſui claritatem ſibi præmia conferret, reſpondit: Ego, adoleſcentule, non ob parẽtum ingenuitatẽ, ſed ob proprias cuiuſq; virtutes munera dare ſoleo. Verum re attentius cõſiderata, ego plane exiſtimarem, venerabilẽ illũ Apoc. 7. ſenem duabus illis interrogationibus vnica reſponſione ingenioſe ſatisfeciſſe. Pro cuius clariori intelligentia ſuppono, quod quamuis nonnulli exiſtiment ea propter Sanctorum mortem ab Eccleſia celebrari ſub nomine natiuitatis, quod tunc ipſi mundo penitus moriãtur, & Deo glorioſæ vitæ ortu naſci incipiant; nihilominus veriorem eam putarim rationem, quod in domo Domini vnuſquiſq; eſt (vt ita loquar) filius operum ſuorum, & quia in ipſa morte incipiũt Sancti Chriſtianæ nobilitatis, quam laborioſis operibus ſuis comparauerãt, æterna poſſeſſione heredes fieri: ideo ſecundæ interrogationi, *vnde venerunt?* reſpondens, quod venerãt ex magna tribulatione, ad primam etiam ſufficienter ſatisfacit. Quibus aperte docemur, nihil illuſtrius, nihil nobilius, nihil tandẽ glorioſius eſſe, quam proprijs operibus quemquam clarum, & nobilem fieri. Huc faciunt verba illa Sapientis, vbi de ſummo Sacerdote tractans, Sap. 18. dicit: *In veſte poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta.* Magnam, & ſingularem quandam præ ſe fert difficultatem locus iſte: nam in rationali ſummi Sacerdotis nihil aliud præter duodecim tribuum nomina deſcripta erant: quid ergo eſt, quod ait, ibi quoque antiquorum Patrum deſcripta fuiſſe geſta, maxime quod illa perplura fuere; petræ autem precioſæ paucæ, & paruulæ adeo, vt ne per compendium ibidẽ deſcribi, aut notari illa potuiſſent? Huiuſce difficultatis ea eſt, ni fallor, legitima reſponſio, quod in cælo per rationale precioſis lapidibus contextũ ſignificato, idem omnino ſunt nomina, atque virtutes: etenim ij, qui in cælis nomina ſua collocari meruere, id ipſum in eorum virtutis præmium, atque mercedem obtinuere, heroicis enim ſuis operibus nomen magnum ſibi fecerunt. Vnde dum Saluator noſter Chriſtus diſcipulis ſuis prædixit, multa, eaque Luc. 10. grauia ab eiſdem toleranda fore, dicebat: *Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.* Exultate, quia iſtæ veſtræ omnium virtutes glorioſũ, atque æternum in cælis nomen vobis comparabunt. Quia ergo in rationali erant ſcripta nomina illorum Patrum, qui ſuis geſtis clara illa effecerant, idcirco ait ibi magnalia eorum ſculpta fuiſſe. Si igitur ita ſe res habet, magna eorum eſt inſania, atque dementia, qui nullis toleratis calamitatibus, ſed delicijs affluentes in cælos tranſmeare contendunt, ſimiles ſane Num. 32. filijs Ruben, & Gad, qui in terram promiſſionis lacte, & melle manantem introire deſiderabant, Iordanis vero aquas pertranſire, ac inimicos expugnare penitus reſpuebant. Illi proculdubio, quibus acerbitatum huius ſæculi vndas tranſnatandi animus deficit, quibus virtus atque ſtrenuitas effrænes, ac indomitos appetitus coercendi non ſuppetit, ab illius altiſſimi æternæ beatitudinis montis aſcenſu, à ſplendido illius pacifici Salomonis throno longe aberunt, cum aſcenſus illius ſit ſanguine tinctus: *Aſcenſum purpureum.* Cant. 3. Vnde, qui non ſolum vſque ad ſanguinem non reſtiterunt, ſed carnis illecebris dediti nũquam ſibi violentiam inferre nouerũt, cæleſtibus bonis minime fruentur: *Regnum cælorum vim patitur* (ait Chriſtus Dominus) Matt. 11. *& violenti rapiunt illud.* Videtur alludere ad expugnationis impetum, quo milites ſolent altiſſimam arcem debellaturi inuadere, vbi vnus funibus, alius ſociorum humeris ſubnixus conſcendit; alijs lancea, alijs ſariſſa deſeruit; quidam ex aſcendentibus decidunt, & graue vulnus ſibi infligunt, alij depreſſi manus, aut cruris fractiõnẽ patiuntur, & omnes innumeris vitæ diſcriminibus ſe exponunt. Hæc eſt, fratres, cæli expugnatio, hæc cæleſtis Hieruſalem debellatio, quam Sancti velut ſtrenuiſſimi milites exercuere. Machabæum enim legimus capitis cute expoliatũ; *Cute capitis abſtracta*, 2 Mach. 7. Bartholomæum totius corporis ſui pelle nudatum, Andream cruce ſcalas confeciſſe, ſanctum Laurentium ignis calore cõbuſtum. Tandem vt ait Paulus: Heb. 11. *Alij ludibria & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occaſione gladij mortui ſunt &c.* Et vos nihilominus nullis toleratis corporis, aut animi laboribus epulantes, & bibentes, ac huiuſce mũdi voluptatibus, & delicijs affluentes in cælos conſcendere poſſe exiſtimatis; toto (mihi credite) cælo aberratis, veſtra vos fallit opinio. Sicut enim ſi ad mercatorẽ accedas, pergratum tibi erit, ſi eodem quo intimis amicis precio merces tribuit, eas tibi vendiderit, & perperam tibi perſuaderes eaſdem viliori tibi emendas, quam illis; non ſecus fratres cum vitam æternam, qua intimi Dei amici fruuntur, famis, & ſitis, ludibriorum, & verberũ, carcerum, & perſecutionum precio ſibi emerint, atque comparauerint, ſtultum ſane eſt, nedum velle, ſed cogitare eandem vobis viliori precio dandam: mihi credite ſatis erit, ſi eodem precio, quo chariſsimis ſuis amicis, immo & Filio ſuo nominis exaltationem, vobis animæ, & corporis gloriam conceſſerit.

Et duxit illos in montem excelſum ſeorſum. Eduxit Chriſtus diſcipulos ſuos ab huius mundi tumultuantis fragore, eoſque ad locum ſolitariũ, & deſertum duxit, vt ibidem illius gloriæ maieſtatem liberius contemplarentur. Vetuſtiſſima Dei conſuetudo eſt (ſi ita fas eſt loqui) familiares ſuos in ſolitudinem, locaq. deſerta ſegregare, vt abditiſsima cæleſtium rerum arcana eis aperiat, & ſingularia quædam beneficia cõferat. Patriarcham Abraham a patria ſua, ac conſanguineorum cœtu euocauit, vt multarum gentiũ patrẽ illũ cõſtitueret. Eliã ad interiora deſerti

ingre-

ingredi præcepit, vt ibi pectoris ſui ſecreta ei reuelaret. Prophetarum filios nõ abſq; ſollicitudine ad Iordanis fluuij ripas degere voluit, ibiq; Propheticum ſpiritum eiſdem infundebat. Salomoni, & vtriq; S. Ioſepho grãdia myſteria cũ reuelauit, hominũ cõſortio minime vtebantur, hoc eſt, in ſõnis apparuit. Illud etiã Spõſi ad Spõſã:

Cant. 2.

Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna materiæ: quid aliud præ ſe fert, quã ipſam a mũdi, hominumque conuictu extrahere velle, & ad ſolitudinem inuitare? ad quam ſe illam ducturum per Oſeam pollicetur:

Oſee 2.

Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem. Nulla aptiori metaphora explicari poterat, quanta Deus animæ in ſolitudine, ab humana conſuetudine ſe abducenti beneficia conferãt, quam per lactationem; ſi enim Chriſtus Dominus animam lactat, ergo nutrix eius eſt, ergo illã cibat, paſcit, augmentat; ergo millies oſculatur, ergo blanditur, vt dormiat, & dormienti aſſiſtit; ergo in brachijs ſuis eam ſuſtinet, & ab aduerſis protegit, atque cuſtodit: hæc enim cum propria ſint nutricis officia, manifeſtum eſt, quod hoc munere fugens plene eis omnibus ſatisfacit. Eſt tamen obſeruandum iuxta prædictum locum Oſeę (quod & huic argumento non parum cõgruit) quod vbi noſtra vulgata legit, *lactabo eã*, alij vertunt, *ſeducam eam*, quorum fundamentũ eſt, quod lacto originem habet ab antiquo illo verbo, *lacio*, cuius meminit Sextus Põpeius l. 10.

Sextus Pomp. lib. 10.
Prou. 16.

lacit in fraudem, id eſt inducit, in quo ſenſu ſacra Scriptura ait: *Vir iniquus lactat amicum ſuum*; id eſt, ſeducit: & vbi noſtra vulgata legit:

Oſee 7.

Factus eſt Ephraim, quaſi columba ſeducta, D. Hieronymus teſtatur iuxta Hebraicum originale Symmachum, & Aquilam vertere:

Ibid.

Factus eſt Ephraim ſicut columba lactata. In hoc ergo ſenſu dicens Deus, *Ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinẽ*, perinde eſt, ac ſi diceret: mundi cultores eos deceptos ac ſeductos vocitant, qui diuitias, & opes pro paupertate, honores pro cõtemptu, lauta, atque opipara conuiuia pro ieiunio, regales curias pro deſerti ſolitudine deſerunt: at ſi hæc eſt deceptio, ego ſum qui decepi eos, ſed non aliter quam Iſraelitas, qui ab omnibus vnanimi conſenſu putabantur a Deo decepti, & in deſerti ſolitudinem ſeducti; ſed exitus rei falſam ac mendacem eorum opinionem cõmonſtrauit, cũ

Exod. 16.
Num. 20.

ibi dulciſſimum illud de cælo manna eis miſit, ibi e petra virga percuſſa dulciſſimos fontes ſcaturire fecit; ibi cælum tenerrimos coturnices pluebat; ibi eorum veſtes non atterebantur:

Exod. 15.
Exod. 16.
Deut. 29.

veſtimenta veſtra non ſunt attrita; ac tandem ibi innumera alia receperunt beneficia. Huc etiam facit inſignis illa hiſtoria nemini certe ignota, ſed præſenti argumento conſentanea valde, cum Eliſeus abeunti magiſtro ſuo Eliæ dixit:

4. Reg. 2.

Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus: cui ipſe reſpondit, *rem difficilem poſtulaſti: attamen ſi videris me, quando tollar a te, erit tibi, quod petiſti*. Pro huius loci faciliori intelligentia opus eſt prius noſſe, quid ſit illud, quod poſtulabat Eliſeus. Quidam dicunt non adeo arrogantem Eliſeum fuiſſe, vt duplicem Eliæ domini ſui ſpiritum, hoc eſt in duplo ſibi dari efflagitaſſet, ſed poſtulabat ſpiritum non ſimplicem, ſed duplicem, qualis erat ille Eliæ, qui non ſolum prophetia, ſed & portentoſis miraculis inſignis erat. Alij autem, vt Abulenſis, & nonnulli eius opi-

Abul. opin.

nioni adhærentes, aiunt Eliſenm tanto, ac tam ardenti omnibus benefaciendi deſiderio æſtuaſſe, vt Eliam deprecaretur, in populo maiorem, quam ipſe habebat, miraculorum gratiam ſibi impetrare vellet: quod procul dubio, ſi rem attentius perpendamus, re vera impetrauit. Si

3. Reg. 17.

enim Elias filiũ viduæ ſuſcitauit, ter expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum; Eliſeus au-

4. Reg. 4.

tem bis tantum incubuit ſuper alium puerum defunctũ, & continuo reuocauit illum ad vitã; & ſi Elias viuus ſuſcitauit mortuũ, Eliſeus mor-

3. Reg. 17.

tuus mortuũ quendã ſuſcitauit. prodigiũ ſane hucuſque inauditum. Si Elias maxima ſteri-

4. Reg. 13.

litate populum premente pluuiam a Deo obri-

3. Reg. 18.
4. Reg. 2.

nuit, ſepties pro ea rogauit Dominum; at Eliſeus ſemel tantum petijt, vt diſcoli quidam pueri illum illudentes, ab vrſis dilaniarentur, & confeſtim deſcenderunt truculenti vrſi, qui illos in fruſta cõciderunt. Itaque tametſi Deus ad miſericordiam pronior ſit, quam ad iuſtitiã exercendam, Eliſeus tamen oratione ſua magis tunc mouit eum ad iuſtitiam, quam Elias ad miſericordiam. Cardinalis Caietanns aliam viam ingreſſus eſt, pro cuius intelligentia ſupponendum eſt, quod dum antiqui illi Patriarchę ex hac vita migrabant, varijs benedictionibus filios conſolabantur; primogenitum autem duplici donabant benedictionis chariſmate: poſtulans igitur Eliſeus dnplicem ſpiritum ſibi dari, cupiebat, vt Elias filijs ſuis ſpiritualibus benedictionem daturus ceteris eum præferret, ſibique vt Ioſeph Beniamin, duplicem portionem impertiret. Atque hæc Caietani expoſitio videtur ſatis prædicto loco cõſentanea. Agnita igitur petitione Eliſei, reſponſionem illi ab Elia datam, ad rei noſtræ propoſitum diligentius examinemus. Dicebat enim Elias:

4. Reg. 2.

Rem difficilem poſtulaſti: attamen ſi videris me quãdo tollar a te, erit tibi, quod petiſti, ſi autem non videris, non erit. Huius myſterioſæ conditionis cauſam inueſtigans eam ſolum reperio, quod ipſe Deus, vt tam ſingulari fauore, gratiaque Eliſeum afficeret, ab eo poſtulata concedens, nõ ſolum voluit eum ab humano conuictu, & ſæculi huius vanitate auulſum, & in penetralibus deſerti degentem, ſed quod a ſe ipſo ſe ſubduceret. quod in hunc modum contigit. Anima Eliſei amoris igne ſuccenſa, Eliæ currum ſequebatur, adeo vt quãto altius ille ferebatur, tãto Eliſei anima per mentis exceſſum, quaſi mortale corpus deſtituens, leuabatur: vnde cum nudiſſimam vidit Deus eius animam, & terrenis affectibus exutam, iuſſit Eliæ, vt ei pallium dimitteret: qui enim ſe ipſum, terram incolens, terreſtribus ſpoliat affectibus, æquum eſt a cælo cæleſtibus indui chariſmatibus. His, & ſimilibus beneficijs Deus proſequitur eos, qui il-

lius

Digitized by Google

lius amore capti in ſolitudinem ſecedunt: & merito quidem; quia cum homo natura ſua animal ſociabile ſit, neceſſe eſt ſolitariam vitam agens, interruptam naturæ vim atque violentiam ſemper inferre, quod valde prodigioſum & portentoſum eſt, vt dixit Dauid: nam vbi
Pſal. 45. vulgata noſtra legit: *Venite, & videte opera Dñi, quæ poſuit prodigia ſuper terram*; Originale Hebraicum habet: *Videte, quæ poſuit ſolitudines ſuper terram*: quæ lectionum diuerſitas aperte nos docet idem eſſe vitam ſolitariam, ac prodigioſam. Inter alias autem magni momenti vtilitates, quas huius vitæ conditio parit, eam non minorem arbitror, ob quam in illud vitę genus non pauci trahuntur, nimirum, quod de obtinenda æterna ſalute ſecuriores redduntur, vt verba Paraphraſtes Chaldæi perſpicue indicant; nam in commentario illorum verborum:
Pſal. 54. *Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine*; ipſe
Paraphraſt. Chaldæus in eodem pſ. 54. ait: *Ecce longe fugiam, commorabor in deſerto, ſemper feſtinabo, vt ſaluer a ſpiritu tempeſtatis*. In huius rei figuram legimus in Apocalypſi, quod
Apoc. 12. cum mulieris illius partum draco ad eum degluttiendum expectaret, ille ſolitudinis, ac deſerti remedio vtens, ad illud conuolans, a faucibus immanis illius draconis liberatus eſt. Id imitatos videmus Antonios, Paulos, Macharios, Pachomios, Hilariones, tot Anachoretas, tamque innumeros Eremitas, qui Aegypti, & Thebaidis aſperrima deſerta incoluere; nec non etiam noſtris temporibus Patres Carthuſiani, Camaldulenſes, & non pauci Benedictini eremiticæ vitæ amatores, in perpetua ſolitudine ab humano conuictu remoti, contemplationi præcipue, & actioni vacant. Hi ſane internis fidei oculis per totum orbem terrarum expanſa illa dæmonis retia viderunt: quorum
Hieron. in reg. monach. meminit magnus ille Pater S. Hieronymus in in regulis monachorum, de periculo habitandi in vrbe, vbi inquit: *In vrbe vanæ ſunt illecebræ, quibus etiam & rigidiſſimi moliuntur, & Sirenæo cantu ad naufragia pertrahuntur*, Patres illi, ne in huiuſmodi inciderent laqueos, in deſerti ſolitudinem receſſerunt, cantantes cum Propheta
Ps. 123. Dauid: *Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus*:
Ps. 73. quibus omnibus conſonat teſtimonium aliud Dauidis: nam vbi vulgata noſtra legit: *Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi*, alij transferunt: *Ne tradas cœtus hominum animam turturis tuæ*; quaſi dicat; ne tradas humano conſortio, & conuictui animam, ſolitudinis, & compunctionis inſtar turturis gemebundę amatricem. Itaque pro eodem accipit hæc verſio, cum hominibus conuictum, & cum truculentiſſimis beſtijs ſocietatem; & merito quidem, quia, vt vetus prouerbium habet: *Homo homini lupus*. Scio alios dicere, homo homini leo, ſed errant ſine dubio, quia inter leones lupina illa crudelitas, vt tempore famis lupus lupum interficiat, & comedat, a leonum generoſitate aliena eſt: ad quam alludens prouerbium illud ait: *Homo homini lupus*.
D. Greg. lib. Moral. 31. Tandem doctrinam ſingularem S. Gregorij ſolitudinis amatoribus vtilem valde, hoc loco minime prætereibo: ait magnus iſte Pater lib. 31. cap. 8.
Moralium, parum prodeſſe corporalem ſolitudinem, qn̄ deficit ſpiritualis; qui namq; corpore ſolitudinē incolunt, mente vero, & affectu curias Principum ſectantur, in ſolitudine minime degunt. *Quid prodeſt, ait ſolitudo corporis, ſi deficit ſolitudo cordis? qui enim corpore remotus viuit, ſed tumultibus conuerſationis humanæ terrenorum cogitationibus ſe inſerit, non eſt in ſolitudine*.

Matth. 17. *Et duxit illos in montem excelſum*. Conſideranti mihi, altiuſque contemplanti trāsfigurationis Chriſti locū, qui iuxta communem Patrum ſententiam erat mons Thabor, occurrerunt verba illa Ioannis: *In hoc apparet Filius Dei, vt diſſoluat* Ioan. 3.
opera Diaboli. inter quæ turpiſſimum illud fuit, & hominibus valde nociuum, quod laqueum quendam in monte Thabor tetendit, vt multorum ibi animas irretiret, iuxta illud Oſeæ: *Audite quoniam laqueus facti eſtis, & rete expanſum ſuper Thabor, & victimas declinaſtis, ego eruditor omnium eorum*. Ioan. 3. Oſea 5.
Pro huius loci expoſitione obſeruandum eſt, Prophetam hic in memoriam reuocare execrandum quod patrarant facinus ſacerdotes idolorū, dum, vt veri Dei cultores, qui in vertice montis Thabor illum colebant, ab eo cultu, & religione auocare molientes montem aſcendebant, deſiderantes ſacrificia illa in ſuorum Deorum cultum intorquere. Videns igitur Chriſtus Dominus dæmonem loco illo montis Thabor abuſum fuiſſe ad illaqueādum animas, vt a vero Dei cultu eas auerteret, ibi quoque laqueum gloriæ ſuæ expandit, vt omnes ſuauiſſimo ſplendoris ac pulchritudinis ſuæ cibo allecti laqueo illo capiantur, & dæmon erubeſcens magno ſuo dedecore, & inſania in fugam detur. Demum congrue admodum facta videtur in monte Thabor transfiguratio, quia Paladius in comm. ſuper Matth.
quemadmodum olim magnus Sacerdos Melchiſedech Patriarcham Abraham belli labore, in quo Reges quinq; expugnarat, defeſſum venientem pane, & vino alacer in monte Thabor excepit, & refecit, vt quidam atteſtantur interpretes; ita quoque Chriſtus in eodem monte eos, qui aduerſus quinque ſenſus dimicant, & effrænatos animi appetitus compeſcunt, cæleſti conſolationis ſuę pane, & vino lætificat, ac æternæ gloriæ præmio, & mercede laborum ſuorum propoſita ſpem ſecum conregnandi erigit.

Cui ſit honor, &
gloria in ſę
cula
ſęculorum.
Amen.

Ho-

Homilia Sexta.

Matt. 17.

Explicantur verba illa ſancti Matthæi: Et transfiguratus eſt; ac nonnulla huius myſterij ſingulares figuræ afferuntur.

INter quamplurima Dei Optimi Maximi æterna memoria digna opera, tria apprime prodigioſa eſſe reperio: figurationem eius, transfigurationem, & disfigurationem (ſi ita fas eſt loqui.) Filius Dei, qui imago eſt ſubſtantiæ Patris, figuram Dei habens (vt Paulinis verbis vtar) adeo expreſſam, vt ipſe Philippo diceret. ***Qui videt me, videt & Patrem meum***; cum figura hæc ſubſtantiæ Patris eximio adeo ſplendore fulgeret, vt humani oculi minime illam intueri valerent, opus fuit, vt ab eis perciperetur, hominis figuram in viſceribus immaculatæ Virginis aſſumere, qua veluti velo inuolueretur; ſic enim oportebat inacceſſibilē illā lucē humanitatis inuolucris abſconditam eſſe, vt facile humano intuitu ſpectari poſſet. Itaque æternus Pater ſe ipſum in viſceribus Mariæ tamquam in limpidiſſimo quodam ſpeculo intuens, figuram ſuam, hoc eſt Filiū ſuum vnigenitum impreſſit, & quia figura a ſpeculo colorem mutuare videtur, ita vt pro diuerſitate coloris vitri, diuerſum illa referat colorem, idcirco quia ſpeculum thalami virginalis rubeæ carnis erat, rubicunda inde prodijt figura Patris, vt expreſſe dixit Sponſa: ***Dilectus meus candidus, & rubicundus***: vnde etiam quemadmodum in Chriſto duæ continentur naturæ, duæ quoque in eo elucent figuræ Dei, & hominis. Figuratus itaque Dei Filius ſemel in mente Patris, & iterum in ventre matris, hodie in monte Thabor ſe transfigurauit, deinde in monte Caluario ſe disfigurauit (vt ita loquar) in Thabor enim eius facies ſolis inſtar reſplenduit, in Caluario palluit: in Thabor fulgentiſſimis amictus veſtibus, in Caluario denudatus: in Thabor inter duos Eccleſiæ principes, in Caluario inter duos latrones: in Thabor vox Patris auditur: ***Hic eſt filius meus dilectus***, in Caluario Dei Filius eſſe negatur: ***Si Filius Dei es, deſcende de cruce***. Ac demum ibi adeo figura eius obſcurata fuit, vt Iſaias Propheta diceret: ***Non eſt ſpecies ei neque decor***. Iuxta hæc igitur Chriſtus Dominus figuratus, transfiguratus, & disfiguratus fuit: figuratio ad incarnationem, disfiguratio ad paſſionem, quę propria ſibi vendicant loca, ſpectant, vnde illis omiſſis de ijs tantum agemus, quæ ad glorioſam, ac celebrem Chriſti transfigurationem pertinent.

Heb. 1. Ioan. 14.

Cant. 5.

Matth. 17.

Matt. 17.

Matt. 27. Matt. 17. Iſai. 53.

Et transfiguratus eſt. Gloriæ ſplendorem, quem illuc vſque Chriſtus Dominus continuerat in ſuperiori animæ portione, ne in corpus eius efflueret, nunc foras prodire conceſſit, quo adeo effulſit mons Thabor, vt maiori radiorum claritate quam quartum cælum, vbi ſplendidiſſimus Phœbus reſidet, emicaret. Carbuncus, ſeu pyropus lapis quidem eſt precioſus, quem quidam fabulati ſunt, animal quoddam in fronte pelle coopertum geſtare, qui proinde tunc non emicat, verum cum in eminentem locum, aut montis alicuius verticem conſcēdit, partem illam pellis, qua tegebatur, eleuat, & confeſtim totus mons ſingulari quadam luce perfunditur. Pyropus iſte reſplendens beata Chriſti anima eſt, quam tamquam lapidē quendam precioſum mortalis corporis pellis contegebat, & ideo emicare non videbatur; hodierna autem die in montis Thabor cacumen Chriſtus aſcendens, quaſi eleuans pellē, tot claritatis, & ſplendoris radij prodiere, vt non ſolum ſacrum eius corpus, ſed & vniuerſum montem cælo rutilantiorem, & fulgentiorem redderent: vnde quemadmodum dum vberrimi fontis os obturatur, aut fluminis impetus artificioſe reprimitur, ablatis impedimentis celerem curſum retardantibus, aqua libentius, & abundantius erumpit; ita cum ſplendoris radij in glorioſa Chriſti anima retenti deliteſcerēt, cum primum foras egrediendi facultas eſt eis conceſſa, quaſi certatim ad illuminandum ſacrum illud corpus confluxerunt. Accidit etiam hodie Chriſto Domino, quod nobili viatori, qui dum itineri ſe accingit, viatoris more induitur; ornatiores vero veſtes hippopera incluſas ſecum fert; at ſi forte in medio itineris publico aliquo ſpectaculo omnibus conſpicuum intereſſe contingat, ornatiora illa veſtimenta ex hippopera extrahens induit: ita Chriſtus Dominus, qui alioqnin beatus erat, tamquā viator in hac vita degebat, dum in ea iter ſuū conficeret, veſtimenta viatoris induebat corpus mortale, & inglorium, at dum ſe magnis illis Principibus Moyſi, & Elię videndum obtulit, quos ad ſolemne illud montis Thabor ſpectaculum vocauerat, ſplendoris, & gloriæ veſtibus, quæ in beatæ eius animæ hippopera deliteſcebant, ſacrum illud corpus induit. Euenit etiam Chriſto Domino, quod viatori peregrino, qui flumen tranſiturus ne veſtes madeſiant, eas colligit, & complicat, cum primum tamen ad terram peruenit, eas ſoluit, & explicat. Non ſecus Chriſtus Dominus dum flumen laborum, & ærumnarum huius mortalis vitæ pertranſiret, cuius aquæ adeo intumuerunt, vt diceret: ***Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam***; veſtimenta gloriæ ſuę in ſuperiori animæ portione quaſi clauſa, & complicata retinebat, verum perueniens hodierna die in terram montis Thabor, illa explicuit, & expandit, vt ſacrum corpus eius ornarent. Myſterium hoc contemplans cohibere me minime poſſum, quin in admirationem rapiar, ardentiſſimum Chriſti amorem perpendens, cum toto vi-

Matth. 17.

Pſal. 68.

Digitized by Google

to vitæ ſuę curriculo ob noſtram ſalutem, velut viator ſacratiſſimi corporis ſui gloria priuat°, ac veluti expoliatus exiſteret. Deus olim magna amoris erga populum ſuum indicia exhi-
Exod.14.
buit, dum maris rubri aquas diuiſit, duos ve-
Ioſue.10.
lut cryſtallinos ex eis muros conficiens, vt ſicco pede tranſiret: Soli tempore Ioſue in medio ſui velociſſimi curſus ſiſtere præcepit; voraces
Daniel.3.
ignis Babylonici flammas, ne tres illos innocentes Azariam, Miſaelem, & Abdenago abſumerent, compeſcuit. At hæc omnia nihil ſunt, ſi cum ſignis amoris Chriſti conferantur: ipſe continuit, ac repreſſit torrentem gloriæ animæ ſuæ, ad corporis vallem defluere nitentem, ſplẽdoremque, qui iuxta cõmunẽ Dei legẽ corpori ab anima glorioſa animato debetur, ne in illud deriuaretur, prohibuit. Si ignis, quęſo, eſſet ſine calore, niuis ſine frigiditate, ſol ſine luce, cælum ſine motu, ſtellæ ſine influxu, numquid non ſtuperetis? maiori ergo admiratione, & ſtupore dignum eſt, vtpote omni prodigio prodigioſius, Chriſti anima glorioſa exiſtente, corpus, quod illa animabat, inglorium eſſe. Si ſplendidiſſimam lucernam intra laternam vitream incluſam cerneremus caligine obſcuratam, & nullum prorſus lucis radium emittere, magnum eſſe portentum nullus diffiteretur: non ergo minus cenſendum eſt, quod in corpore illo Chriſti ipſo cryſtallo puriori, & ſplendidiori cũ anima eius velut fulgẽtiſſima lucerna deliteſceret, lucidũ illud, & claritate conſpicuũ non redderet. Sed quid, obſecro, o bone Ieſu, eſt, quod huic claritati aditum præcludit, ne foras prodeat? quid eſt, quod pulchritudine hac ſpoliat, & his ſplẽdoribus priuat? Crediderim ſane peccatorum noſtrorum obſcuriſſimam nubem inter animæ tuę gloriã, & mortale corpus tuum interponi, & obſcurum illud nubilum cauſare: quod qui pie, & attente conſiderauerit, non poterit non ardentiſſimo Chriſti amore accendi, & inflammari. Si ergo Chriſtus Dominus ob amorem noſtrum per triginta tres annos corporis ſui gloria orbari voluit, merito nos ob amorem erga illum omnibus voluptatibus, & delicijs, non ſolum illicitis, ſed & licitis nos priuare deberemus, vt quantum in nobis eſt, par pari ei referamus.

Matt.17.
Transfiguratus eſt. Glorioſæ Chriſti transfigurationis figuras varias in diuinis litteris reperio, inter ceteras tamen omnes non infimum
Apocal.6.
locum tenent duæ ex libro Apocalypſis. Prima habetur cap. 6. vbi D. Ioannes ait ſe audiuiſſe vocem quandam, quæ ipſum vocabat: *veni, & vide*; & vidiſſe equum candidum, & qui ſedebat ſuper illũ, habebat arcũ, cui ad præliandum tãta inerat vis, & induſtria, vt in aſperrimo quodam, crudeliq; conflictu ingentẽ hoſtium cateruã expugnaret. huius primæ victoriæ felici ſucceſſu, quam de inimicis tulit, adeo confortatus fuit, vt ſecundum certamen aggredi nõ dubitaret; in quo etiam victor euaſit, & in præmium victorię corona caput eius redimitum fuit. Vt autem omnibus innoteſceret, quis hic eſſet, S. Ioannes dixit vocari nomen eius, *Verbum Dei*. Itaque Chriſtus Dominus Verbum Patris candido ſuæ humanitatis equo inſidens, poſtquã in infantia ſua innumera Aegyptiorũ idola ſolo æquauit, cum infeſtiſſimo hoſte Lucifero in deſerti palæſtra congrediens, illum ſemel, & iterum expugnauit: arcum ſuum contra eum tetendit, & in eo parauit ſagittas mortis; tribus enim ſagittis, ieiunio, oratione, & ſacra Scriptura illum confodit, atque in huius glorioſæ victoriæ præmium triumphum in vertice montis Thabor agit, & a Patre coronam accipit: *Data eſt ei corona*. Vetus fuit apud Romanos conſuetudo, vt eorum Duces profligato aliquo hoſtiũ exercitu, vel prouincia aliqua in ampliſſimi illius Senatus poteſtatem reſtituta, in Vrbem triumphãtes ingrederentur: fiebant arcus triũphales miro artificio affabrefacti: ramis palmarũ, & oliuarum, quæ ſymbolũ victoriæ ſemper extitere, nec non epigrammatum varietate currum, quo victor pulchris veſtibus indutus vehebatur, ornabãt: antiquiores ſenatores Romani obuiam eum recepturi procedebant, varijs cantoribus ſtipati, qui triumphantis encomia ſuauiſſimo concentu decantabant. At ne tantæ gloriæ, & honoris flatu intumeſceret, in eodem curru duo conſulto aderant, quorum vnus hominis caluariam manibus geſtabat, alter vero miſeriam, & volubilitatem conditionis humanæ ad memoriam reuocabat, vt inſtar pauonis foediſſimos ſuos pedes intuentis, non ſuperbiret. Cum igitur Chriſtus Dominus Satanam, infeſtiſſimum hoſtẽ, profligaſſet: cuius Iob.41.
fortitudinẽ Iob admirans dixit: *Non eſt poteſtas, quæ comparetur ei*, rationi conſentaneum erat, ſolemnem fieri huius victoriæ triumphum. Vnde pulchra, & alba veſtimenta induit, *Qualia*, vt ait D. Marcus, *fullo non poteſt ſuper terram can-* D.Marc.9.
didiora facere. Currus huius triumphi nubes erat lucidiſſima, vt teſtatur D. Matthæus: *Nubes* Matt.17.
lucida obumbrauit eos. Bene ait *eos*, quia in curru illo non ſolum triumphator Chriſtus, ſed duo alij aderant, vt moris erat in Romanorum triumpho, Moyſes ſcilicet, & Elias, qui dum loquebantur de acerbiſſimæ mortis exceſſu,
quem completurus erat in Hieruſalem. vt ait Diuus Luc.9.
Lucas, perinde erat, ac defuncti caluariam, & humanæ naturæ illius mortalitatem ob oculos ei ponere, non quidem vt non ſuperbiret, vt Romanis triumphatoribus conſueuerat, ſed vt in memoriã reuocata victoria, quam per mortem in monte Caluario laturus erat, iucundior præſens triumphus redderetur. Ad hæc excepturus eũ proceſſit, non Senatus Romanus, ſed Pater æternus, cælitus intonans voce illa ſonora: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene* Matt.17.
complacui, ipſum audite. Atque vox hæc de cælo delapſa, dum per illam teſtatus eſt Pater Chriſti diuinitatem, fuit honorificentiſſima illa corona, de qua Diuus Ioannes dicit: *Et data eſt ei* Apocal.6.
corona.

Secundam huius myſterij imaginem idem D. Ioannes nobis tradit in ſua Apocalypſi capite Apocal.19.
deci-

decimo, vbi ait: *Vidi alium Angelum fortem, deſcendentem de cælo, & amictum nube, & iris in capite, & facies eius erat, vt ſol, & pedes eius tanquã columna ignis. & habebat in manu ſua libellũ apertum, & poſuit pedem rectum in mare, ſiniſtrum autem in terram, & clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit.* Angelus iſte, quem ſe vidiſſe
Iſai. 9. dicit Diuus Ioãnes, Verbum eſt æternum, quem Iſaias vocauit *Magni conſilij Angelum*. Et de
Aug. 18. de Ciuit. Dei c. 35. quo dicit D. Auguſtinus libro 18. de Ciuitate Dei capite 35. vocari Angelum propter Euangelium, quod nunciauit hominibus. Nam Euangelium bonum nuncium eſt, & Angeli in nuncios a Deo mittuntur. Vocat illum fortem, quia Filius præpotens Dei brachium eſt.
Luc. 1. *Fecit potentiã in brachio ſuo*. Deſcendere, ait de cælo, quia de ſinu Patris ad Virginis thalamum carnem aſſumpturus ſe demiſit. Quod autem ſubiũgit, vidiſſe illum amictum nube, in transfiguratione impletum cernimus, Euangeliſta
Matth. 17. atteſtante: *Nubes lucida obumbrauit eos*. Quod
Apoc. 10. deinde addit: *Et iris erat in capite eius*, ſplendentem coronam, quam in monte Thabor accepit propter victoriam in deſerto de Lucifero reportatam, manifeſte denotat. Quod rurſum ait: *Facies eius erat, vt ſol*, quam apte Chriſto transfigurato congruat, verba eiuſdem Euan-
Matth. 17. geliſtę ſatis indicant: *Reſplenduit facies eius ſicut ſol*. Illud autem, quod pedes eius erant, *ſicut columnæ ignis*, tres illos Apoſtolos Chriſti comites adumbrat: tum quia ipſi velut pedes Chriſti Euangelium per vniuerſum terrarum
Roman. 10. orbem portarunt, de quibus dictum eſt: *Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem*: tum quia illi tres præcipuæ Eccleſiæ columnæ fuerunt,
Gal. 2. teſte D. Paulo: *Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe*. Quod autem Angelus ille librum apertum in manibus teneret, ſignificat, quod ipſe clauſum diuinæ Scripturæ li-
Apoc. 5. brum aperire promeruit. *Dignus eſt Agnus aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius*. Vnde dum duo illi diſcipuli in Emaus proficiſcerentur,
Luc. 24. tur, dicit S. Lucas: *Quod aperuit eis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas*. Et hinc eſt, quod vox Patris nobis præcipit, vt eũ veluti magiſtrum
Matth. 17. inſignẽ audiremus: *Ipſum audite*. Vnius vero pedis ſuper mare, & alterius ſuper terram poſitio non obſcure innuebat eundem, & maris, & ter-
Pſal. 94. ræ Dominum eſſe: *Ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius*: aut quod illius doctrina, & documenta ab æterno Patre ſibi tradita, per mare, & terram diuulganda
Eccleſi. 24. erant, vt prędixerat per Eccleſiaſticum: *In fluctibus maris ambulaui, & in omni terra ſteti*. Demum illud, quod Angelus voce magna exclamabat, quodque eius vox erat inſtar leonis rugientis, congrue Chriſto adaptatur, cum in
Matth. 27. monte Caluario paulo antequam expiraret, *Clamauit voce magna*. Magna quidem, ac tremenda adeo, vt & terram, & ſaxa, dęmones, atque vniuerſum infernum contremiſcere cogeret: vt ſic magis omnibus innoteſceret diuina morientis Maieſtas. Cui ſit honor, & gloria in ſęcula ſęculorum. Amen.

Homilia Septima.

Agitur de magnitudine gloriæ, atque excellentia præmij a Deo iuſtis promiſſi, oſtenditurque, opera noſtra, quamuis ex ſua natura parui momenti ſint; diuina tamen informata gratia, vitam glorioſam, & æternam promereri, in illa verba: Et transfiguratus eſt.

REgius ille ac ſupremus Vates Dauid, librum Pſalmorum, Eccleſiæ ad diuinas laudes decantandas vtilem valde, in lucem editurus; opus ſuum his verbis inchoauit: *Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum*, ac ſi dixiſſet: libri huius argumentum eſt, de ſumma illius felicitate ſermonem texere, qui ab impiorum conſilio ſollicite ſe abſtinet. Sapienter ſatis Propheta in exordio ſui libri felicitatem, quam iuſtus promeretur, propoſuit; ſic enim homines ſuaui illo æternæ felicitatis cibo allectos, legendi illum deſiderio trahendos fore vaticinabatur. Non diſpari ratione Chriſtus, ſapientia Patris, cogitationes ſuas, atque conceptus in ſacro Euangelij volumine, in publicum producturus, ſæpenumero æternæ meminit beatitudinis: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Ecce merces veſtra multa eſt in cælis. Intra in gaudium domini tui*. Nullibi tamen copioſius de ea diſſeruit, quam in monte Thabor: antea enim ſolo verbo de ea pertractauerat: nunc vero opere ipſo quędam æternæ felicitatis indicia nobis exhibet, vt ad eam conſequendam vehementius excitemur, & accendamur. (Pſal. 1.; Matth. 5.; Luc. 6.; Matth. 25.)

Magnus ille Pater D. Auguſtinus libro decimotertio de Ciuitate Dei, refellens dictum circulatoris cuiuſdam, qui in publico emporio in eminenti loco poſitus, dixit: Veſtras omnium qui hic adeſtis, cogitationes penetro; cordis veſtri abſcondita mihi patent: nam quotquot huc confluxiſtis ad vendendum, & emendum, deſideratis vilius emere, & carius vendere. Satius, inquit, & melius dixiſſet, omnes beatitudinem appetitis. Non ignorabat Chriſtus Dominus naturalem hanc mortalium inclinationem, & propenſionem, hunc innatum appetitum æternæ felicitatis homini ineſſe, vt ait Diuus Thomas p. par. quæſt. 2. ar. 1. ad primum, (Aug. 13. de Ciu. Dei c. 3.; D. Tho. 1. p. q. 2. art. 1. ad 1. & alibi.)

& alibi

& alibi: vel ſi hanc non ſequamur opinionem, cognoſcebat quidem Chriſtus Dominus vltimi finis conſequendi intentionem, vt loquuntur ſcholaſtici Theologi, omnibus ſuauem, ac dulcem eſſe: verum quia videbat difficilem mediorum electionem, ad eorumque executionem ſenſus perhorreſcere, idcirco, vt ad has ſuperandas difficultates accingamur, nobis ob oculos ponit quandam æternæ felicitatis imaginem, cuius prototypum, ſi viriliter dimicauerimus, & promerebimur, & nanciſcemur. Sacri Doctores excellentiam huius præmij, quod Deus legi ſuæ obſequentibus pollicitus eſt, declarare deſiderantes, pariterque agnoſcentes, nullo vno nomine, quantumuis præcellenti, dignitatē, & maieſtatē eius exprimi poſſe, varijs, hiſque clariſſimis epithetis, & nominibus illam cohoneſtarunt; vt quod vni deeſt, alia ſuppleant, omniaque ſimul iuncta aliquid vt minimum dicant, cum omnia, quæ in ea latent, aperire minime valeant. Sanctus Ioannes in ſua Apocalypſi æternam beatitudinem requiem vocauit: Apocal. 14. *Vt requieſcāt à laboribus ſuis*. Beatitudo enim eſt tutus portus, quo iuſtus poſt periculoſam, ac turbulentam huius ſæculi nauigationem feliciter quieſcit. D. Paulus ad Galatas libertatem Gal. 4. eam appellat: *Libertatem filiorum.* Iuſtus enim ex huius vitæ tyrannica ſeruitute ad libertatem Pſal. 23. filiorum Dei progreditur. Dauid montem altum illam nominat: *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius?* & alibi: Ibidem. 67. *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons, in quo beneplacitum eſt Deo*. Quandoque fontem Ibidem. 41 perennem: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem vi-* Ibidem. 35. *uum*. quandoque torrentem voluptatis: *De torrente voluptatis tuæ potabis eos*. quandoque ta- Ibidem. 83. bernacula dilecta: *Quam dilecta tabernacula tua* Ibidem. 4. *Domine virtutum*. ac demum non ſemel pacem illam vocitat: *In pace in idipſum, dormiam & re-* Iſai. 66. *quieſcam, &c.* Quo etiam nomine vſus Iſaias ait: Paul. ad Gal. *Ecce declinabo ſuper eam, quaſi fluuium pacis*. Ibi enim crudele illud bellum, de quo D. Paulus: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus ad-* Philip. 4. *uerſus carnem*, penitus terminatur, & pax totam animam incipit occupare: *Pax, quæ exuperat om-* Apoc. 19. *nem ſenſum* Sanctus Ioannes nuptias eam vocat: *Venerunt nuptiæ Agni*, & alibi Ciuitatem ſan- Apocal. 21. Boetius. ctam: *Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem*. Doctiſſimus Boetius illam deſcribens dixit: *Status eſt omnium bonorum aggregatione perfectus*. Quod & Aug. de moribus Eccle. D. Auguſtinus libro de moribus Eccleſiæ alijs verbis docuit: *Vita beata eſt, cum id, quod eſt hominibus optimum, & amatur, & poſſidetur*. Chriſtus Matt. 5. quoque Redemptor noſter varijs eam nominibus appellat. apud S. Matthæum capite quinto, mercedem copioſam vocat: *Ecce merces veſtra* Matth. 25. *copioſa eſt in cælis*. & capite 25. gaudium illā di- Luc. 14. cit: *Intra in gaudium Domini tui*. Apud Lucam Ibidem. 23. cœnā: *Homo quidam fecit cœnam magnam*. & ca- Ioan. 14. pite 23. Paradiſum voluptatum: *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Apud Ioannem capite 14. domum: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*, & capite 17. vitam æternam: *Hæc eſt vita æter-* Ioan. 17. *na, vt cognoſcant te*. apud Lucam regnum: *Ego di-* Luc. 22. *ſpono vobis regnum, vt edatis, &c.* Denique Eccle- Eccl. in miſſa defunctorum ſia catholica a ſancto Spiritu edocta vocat beatitudinem lucem perpetuam: *Et lux perpetuā luceat eis*. Lux, tum quia fidei ca liginem illumi- 1. Corinth. 13. nat, & penitus euacuat, vt ait Paulus: *Cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt*: tum quia peccati tenebras ſecum eſſe non patitur. Perpetuam vero appellat, quia lux inextinguibilis eſt, & æterna, animam impeccabilem reddens. Et ideo ſubiungit: *Sanctis tuis in æternum*. Ex hac multiplici æternę felicitatis nomenclatura magnitudinem illius nonnihil ſubodoramus. Odorauerat quidem Propheta Iſaias, qui conſiderans excellentiam gloriæ, quam Deus iuſtis in præmium, & mercedem Iſai. 64. operum ſuorum daturus erat, dixit: *Oculus non vidit, Deus abſque te, quæ præparaſti expectan-* Luc. 12. *tibus te*. Expectantibus ait inſtar virginum illarum, de quibus D. Lucas: *Expectantes dominum ſuum quando reuertatur a nuptijs*. S. Paulus com- 1. Corint. 2. mētans locum hunc Iſaiæ primæ ad Corinthios capite 2. ſubnectit: *Neque oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe*. Videns D. Paulus, quod ad oſtentandas æternæ gloriæ diuitias affirmatiua non ſufficeret oratio, negatiua vſus fuit, ſicut S. Dionyſius ad Dei perfectionem decla- Ibidem. randam; & ideo ait: *Quod neque oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit*. Tribus vtitur D. Paulus in his verbis omnium ampliſſimis menſuris ad explorandas cæleſtis, ſiue æternæ felicitatis diuitias. Prima eſt oculi: *Quam neque oculus vidit, &c.* Quę quidem capax adeo eſt, vt tametſi ingenti cælum, & terra intercapedine diſtent, tantaque ſit vnius ſtellæ magnitudo, vt vniuerſam longe ſuperet terram; nihilo ſecius tñ cæli, planetæ, & ſtellæ exigua oculorū pupilla capiantur. Secunda menſura eſt audi- Ibidem. tus: *Nec auris audiuit*. Hæc eſt viſu maior; viſu namque non niſi præſentia videmus, auditu autēm præterita, præſentia, & futura percipimus. Vnde D. Paulus eum organum fidei appellauit: Roman. 10. *Fides ex auditu*. Tertia tandem menſura a D. Paulo de humano corde allata reliquas rela- 1. Corint. 2. tas longe antecellit. *Neque in cor hominis aſcendit*. Videmus namque, quod in ictu oculi, immo & in momento cordis cogitatio in cælum aſcendit, & continuo ad inferos deſcendit, Purgatorium viſitat, & gehennam penetrat, ad terram regreditur, montes pertranſit, maria nauigat, per ſeptem mundi regiones vagatur, errat per aeris ſphæram, & nubes tranſcendit, Planetas pertingit, Angelos inſequitur, mundi egreditur limites, graditurque per immenſa illa imaginaria ſpacia, quę permulti referunt Theologi, ac demum in vnico inſtanti mille mundos fabricatur, nec quidquam inueniri poteſt, quod aut naturali, aut ſupernaturali lumine intelligere nequeat; & nihilominus ſupremam illam beatitudinem formalem, & obie-

ctiuam

Ibidem. ętiuam comprehendere minime poteſt: *Neque in cor hominis aſcendit*. Contendit ergo D. Paulus tres iſtas menſuras, tametſi adeo ingentes, ad declarandam æterni gaudij, ac beatorum felicitatis excellentiam neutiquam ſufficere. Illud tamen nonnihil excellentiam eius videtur exprimere, quod Dauid deſiderio eius accen- Pſal.16. ſus, dixit: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*: quaſi diceret: Domine quamuis adeo capaces, ac ſpacioſi ſint animæ meæ ſinus, vt neque vniuerſa elementa, neq; cæli, neq; Angeli, neq; omnes creaturæ præſentes, & in futurum creandæ; immo & creari poſſibiles implere eos vllo modo valeant; ſola clara tui vultus viſio, & ardentiſſimus tui amor eius capacitatē explere, & om- Ibidem. ni ex parte ſatiare poſſunt: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*. Vnde Sponſus in Canticis teſtatus eſt ſe eſſe ipſam ſatietatem. Etenim vbi no- Cant.2. ſtra vulgata vertit: *Ego flos campi*, exemplar Hebræum legit: *Ego flos ſaturitatis*. At dicet quiſ- Eccleſ.24. piam. Si per Eccleſiaſt. ait ipſe: *Qui edunt me adhuc eſurient*, id eſt, qui cibo æternæ beatitudinis reficientur, adhuc eſuriem eius habebunt; quomodo nunc dicit, quod ſatiabuntur? ſi ſatietas ibi eſt, ergo fames adeſſe non poteſt: vel ſi fames eſt, ſatietas non aderit. Reſpondeo hoc eſſe, quod æternæ illius felicitatis excellentiam, præ ceteris declarat. Fames enim duo continet; vnū moleſtum, & ingratum; aliud gratum, & iucundum. Ingratum eſt, quod quamdiu durat, ſtomachus caret ſufficienti alimento: gratum vero eſt, quod excitat appetitum. Vnde abijt pro- D.Bernard. uerbium Diui Bernardi: *Optimum condimentum fames*. Satietas ſimiliter habet aliquid vtile, & aliquid nociuum; vtile eſt, quod indigentiæ naturæ ſatisfacit: nociuum vero, quod faſtidium, & nauſeam parit. Beatorum ergo felicitas eius eſt cōditionis, vt ex ſatietate, & fame, quæ optima ſunt, nociuis dimiſſis, in vnum copulauerit: e fame comedēdi appetitū, & deſideriū mutuat: 1.Petr.1. *In quem deſiderant Angeli proſpicere*. E ſatietate vero accipit explere, ac plene deſiderio ſatisfacere. Et hinc eſt, ꝙ Chriſtus loquens de Angelis Matth.18. 1.Petr.1. cuſtodibus, dixit: *Angeli eorū vident ſemper faciē Patris mei, qui in cælis eſt*. At D. Petrus ait: *In quē deſiderant Angeli proſpicere*: vnde poſſet quiſpiā dicere: ſi vident, quomodo videre deſiderant? nā quod poſſidetur, non deſideratur. Vtraq; ſane hæc in viſione beatifica cōiungūtur. Satiat beatos, eiſq. plene ſatisfacit; & ex hoc fit, vt ab omni moleſtia, & anxietate liberi continuo quodā appetitu, & deſiderio videndi, ac fruendi Deo in æternū, & vltra, auidiſsime trahantur: vnde vtroq; bono, quod in fame, & ſatietate reperitur, feliciter potiuntur. Hæc autē oīa, quæ de æterna illa beatorū felicitate; hucuſq. fratres enarraui, ſi cū his, quę re ipſa beati experiūtur, cōferātur, longe illis inferiora ſunt: vnde vnuſquiſq; beatorū merito ſibi poſſet vſurpare verba illa Sabæ Reginæ, Salomonis maieſtatē, apparatum, 3.Reg.10. & magnificentiā domus illius intuentis: *Vidi oculis meis, & probaui, quod media pars mihi nunciata non fuerit. Maior eſt ſapientia, & opera tua, quam rumor, quem audiui*. Quāuis autē tanta ſit æternę beatitudinis præſtātia, tantū æternæ gloriæ pōdus; nihilominus iuſtus minimo bono opere, etiā calice aquæ ſitienti porrecto, præmium illud ex iuſtitia promeretur, vt loquitur D. Paulus: *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*. Quod adeo 2.Tim.4. verū eſt, ꝙ ſi Deus pro minimo illo bono opere iuſto donaſſet Crœſi diuitias, Romanorū Imperiū, Alexandri regna, aut Hiſpaniarū Regis innumeras Prouincias, ad condignā illius mercedē minime ſufficerent; immo quibuſcumq; alijs ſibi donatis, dum Deus ſe ipſum videndū nō exhiberet, inæquale illius operis præmium eſſent. Vnde Deus ſe ipſum Abrahā in operum ſuorum mercedē promiſit, dicens illi: *Ego ero merces tua* Gen.15. *magna nimis*. Sed videamus, quęſo, quomodo fieri poteſt, vt tam parui momenti opera tanti valeāt. Variæ huiuſce catholicæ veritatis rationes occurrūt. Prima eſt, ꝙ Deus Optimus Maximus iureiurando pollicitus fuerat bonis iuſti operibus præmium hoc exhibere. Vnde ſicut ſi laboranti in vinea, quāuis quatuor argenteorū merces ſufficiens eſſet; ſi tñ paciſcaris cū illo daturū decem, certe opera illius, ſi non ex ſe præciſe ſpectata, ratione tñ pacti cōdigna eſt ſolutionis decē argenteorū. Non ſecus opera noſtra, licet natura ſua exigui præmij digna ſint, & bonis tēporalibus plene Deus ea remunerare potuiſſet: tñ ipſe ſponte ſua voluit iureiurando nobis promittere ſe ipſum in illorū mercedē daturū, ſecundū illud D. Pauli ad Hebr. 6. *Volens Deus* Hebr.6. *oſtendere heredibus immobilitatem conſilij ſui, pollicitationis interpoſuit iuſiurandū*. Vnde eſt ꝙ cum Deus auctoritatē ſuam iuramēto interpoſuerit, cælū, & terra prius diſſoluentur, quā illius pollicitatio, aut iuſiurandū futile reddatur: atque hinc opera iuſti bona, etſi exigua videantur, tāti Matth.24. valoris ſunt, vt vitā promereantur æternā. Secūda ratio fit, quia ob excellentiſsima Chriſti Dñi opera Deus exigua noſtra remunerat. Vnde ſicut ſolēt Principes propter obſequia a patribus exhibita filios eorū beneficijs maximis afficere; non diſſimiliter cū Chriſto Patri noſtro (ſic enim Haias eū vocauit: *Pater futuri ſæculi*.) nullū eſſen- Iſai.9. tialis beatitudinis præmiū ob heroicarū virtutū eius opera Deus impertiuit (animæ enim gloria, quæ naturaliter vnioni hypoſtaticæ debita erat, omnia eius merita anteceſſit, & independēter ab illis ei collata fuit) inde eſt, ꝙ cū magni illius Patris inſignia, atq; memorāda opera nullā eſſentialis gloriæ mercedē recepiſſent, Deus exigua quæq. filiorum illius obſequia æternę beatitudinis præmio intuitu illius remunerat. Tertia, & poſtrema ratio eſt Angelici Doctoris D.Tho. 1.2. q.114. art.3 S. Thomę, felici illius ingenio digna; ait enim: opus bonum alicuius iuſti, quāuis cōſideratum, vt a libero hominis oritur arbitrio, parui momenti ſit; tñ vt ex gratia Spiritus ſancti procedit, magni valoris eſſe. Quod exemplo quodam huic argumento valde cōſentaneo facile intelligetis. Accidit nō ſemel, vt vir illuſtris, ac nobilitate cōſpicuus cū infimę cōditionis puella matrimoniū cōtrahat, tunc filij, qui ex ea naſcūtur, quamuis ex latere materno paruę ęſtimationis ſint; nihilominus tñ quatenus paternę nobilita-

Oſee. 2 tis radijs illuſtrãtur; paternã quoq; nanciſcũtur hereditatẽ, perinde ac ſi ex illo ſolummodo proceſſiſſent; ita ſimiliter deſpõdet ſe Deus animæ, cui ſe in ſponſum exhibet: ***Sponſabo te mihi in fide***. Cumque Deus, & anima velut ſpiri- Iſai. 26. 1. Cor. 15. tuales coniuges copulentur, vt bonorum operum partus progignant, iuxta illud Iſaiæ: ***Omnia opera noſtra operatus es nobis***. & illud Pauli. ***Non ego***, ſcilicet ſolus, ***ſed gratia Dei mecum:*** inde eſt, quod quamuis operum noſtrorum partus, vt a voluntate noſtra, velut a matre procedentes, exigui ſint valoris, maximi tamen, vt a diuino Spiritu, velut Patre prodeunt. Etenim cum gratia, quam infundit diuinus ille Spiritus, ſit æternæ vitæ ſemen, conſequens eſt, vt inde anima meſſem, & fructus ſempiternæ gloriæ colligat. Quam ille nobis dignetur donare, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Octaua.

Proſequimur multiplici ſacra Scripturæ eruditione magnitudinem gloriæ, quam bonis operibus iuſti promerentur: ſed prius aperitur, quantum apud homines valeat huius præmij ſpes, in illa verba: Et transfiguratus eſt.

DEi vetus admodum conſuetudo fuit, quando difficile quidpiam faciendum præcipiebat, præmium laboris proponere, & polliceri, vt illo attracti homines facilius, & promptius diuina iuſſa capeſſerent. Hinc cernimus iubentem Abrahamo, vt a patria ſua egrederetur, & domum, atque affines relinqueret, quoniam aſperum id erat, & factu Gen. 15. non facile, promiſiſſe remunerationem, dicen- Ibidem. 28. do: ***Ego ero merces tua magna nimis***. Qui etiam mittens Patriarcham Iacob ad ſcalam illam, cuius pars vna terram, altera cælum tangebat, vt ipſum ad aſcendendum in tam arduum, & ſublimem locum alliceret, ſe in ſcalæ culmine tamquam præmium aſcenſionis locauit. Vt- Num. 13. que filios Iſrael faceret animoſiores ad ſubeundos in deſerto labores, miſit in terram Promiſſionis exploratores, vt aliquid de fructibus regionis illius afferrent: qui racemum tulerunt tantæ magnitudinis, vt duorum hominum humeris impoſitus pertica ſuſpenſus vix afferri potuerit. Id vero factitare Deus ſemper fuit ſolitus; quoniam homines ſcit tam eſſe ſuæ vtilitatis amantes, vt niſi illa ducantur, & laboris, atque induſtriæ ſuæ ſperent mercedem, humeros oneri nequaquam ſubmittant, & tarde, Pſal. 118. atque ignauiter ſe ad opus accingant. Quod præter alios conſtat ex Dauide, aiente: ***Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem***; vbi debet ponderari verbum, ***Inclinaui***, quod proprium eſt bilancis, ſeu trutinæ, quæ ſemper eo inclinat, vbi pondus eſt grauius. Vnde cum gloriæ præmium, quod nos manet, tantæ ſit grauitatis, vt dixerit Paulus: ***Momentaneum, & leue tribulationis noſtræ æter-*** 2. Corin. 4. ***num gloriæ pondus operatur in nobis***; ideo noſtri cordis ſtatera pondere tanti præmij grauata, ad cuſtodiam diuinæ legis inclinat, ob idque merito dixit Propheta: ***Inclinaui cor meum &c.*** Pſal. 118. Qua etiam de cauſa ſcimus eundem cum immani, & ſæuo illo gigante congreſſurum, voluiſſe ſcire præmium, quod ſibi, ſi Philiſtæum 1. Reg. 17. deieciſſet, erat præbendum: ***Quid dabitur viro, qui percuſſerit Philiſtæum?*** Cui reſponſum fuit: ***Virum, qui percuſſerit eum, ditabit Rex diuitijs*** 1. Reg. 17. ***magnis, & filiam ſuam dabit ei***. Quis eſt, quem Iob. 7. lateat illud Iob: ***Militia eſt vita hominis?*** quoniam gigas Goliath, qui eſt Diabolus, ſemper hominem bello laceſſit, & ad arma prouocat; quare neceſſe prorſus eſt, ne illi tandem cedamus, & ſubmittamur, vigilanter eius conatibus obſiſtere, & pro viribus obluctari fortiter, & cõſtanter. Nam ſi quis, vt Dauid, roget: ***Quid da-*** 1. Reg. 17. ***bitur viro, qui percuſſerit Philiſtæum?*** Reſpondetur ei: ***Virum, qui percuſſerit eum, ditabit Rex diuitijs magnis, & filiam ſuam dabit ei***, id eſt, qui tam præclaram victoriam fuerit adeptus, omnium bonorum cæleſtium obtinebit hereditatem, & filiam Regis accipiet vxorem, ipſam nempe beatæ vitæ affluentem bonis omnibus felicitatem. Talem certe, & tantam pro ſui certaminis, ac victoriæ præmio accipiet ſponſam, regio cultu, & dignitate compoſitam. eo namque habitu dicit Ioannes ſibi viſam ***A Deo*** Apoc. 21. ***paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo***. Varias ſacra Scriptura ſolet vſurpare metaphoras ad indicandum nobis aliquid eorum, quæ maxima & mirabilia Deus abſcondit diligentibus ſe, vt illorum dolores, & afflictiones iuſtis præmijs compenſet, & debitis coronis victoriam aſſecutos cohoneſtet; ſed inter omnes has metaphoras, vel ſimilitudines quatuor ſunt inſigniores; quarum prima eſt, qua vtitur Sponſa in Canticis, vbi ſecundum Bernardi expoſi- D. Bern. ſup. Cant. c. 1. tionem Sponſa declaratura inconſtantiam, & breuitatem temporalium delectationum, & æternarum firmitatem, & perpetuitatem, dixit Sponſum alloquens: ***Meliora ſunt vbera tua vino***; illic enim per ***vinum*** caduca, & breuis in hoc ſæculo intelligitur voluntas, & per ***vbera*** conſtans, perennis, & æterna in altera vita delectatio. Ratio vero huius differentiæ eſt, quoniam ſi racemum vuarum comprimas, aut in torculari conculces, ſemel, aut iterum ſuccum elicies, nec ſupereſt poſtea in racemo plus liquoris, ſed rugoſa vuarum pellicula, & ſordidum vinacium; ſecus autem accidit maternis vberibus, quæ ſunt inſtar fontis perennis, & continuo manantis, quæ puer hodie ſugit, & ſatiatur, & cras itidem, ac ſæpius in eodemmet die, idque toto hebdomadis, & anni curri-

culo

culo factitans; vberum maternorum lacteo liquore, & vbertate non deſtituitur. Hæc igitur differentia eſt, quæ inter bona temporalia, & æterna verſatur; nam illa ſunt ad tempus, nec omnino delectant, & quod ex illis reliquum eſt, vile habetur, & abiectum: bona vero, quæ in cælis ſperamus, perpetua, & omni bono redundantia; quoniam Dei vbera, a quibus beati pendent, numquam non diuino lacte ſcaturiunt, vt Ioanni Euangeliſtæ ſignificatum *Apoc. 1.* fuit, cum Filium hominis vidit *præcinctum ad mammillas zona aurea*. Super quæ verba percunctatur Auguſtinus, *D. Aug.* quomodo Filium hominis viderit Ioannes vbera habentem, cum id muliebre ſit; & quomodo zona præcinctum ad mammillas, cum hæc non mammillas, ſed renes cingere ſoleat. Reſpondet id factum, ad ſignificandum, Chriſtum in cælo, non ſolum vſurum Patris, ſed etiam Matris officio, filijs ſuis duo illa vbera detegendo, naturæ diuinæ, atque humanæ, a qnibus tamquam a fontibus inexhauſtis, & perennibus gloria in beatos exundat: auri autem zona, qua Filius hominis præcingebatur, multitudinem ſignificat beatorum, qui, ſicut zona mammillis adſtringitur, ſic a Dei vberibus magis, quam infantuli a matrum mammillis, dependent. Animaduertens igitur Deus deprauatum hominum guſtum, corruptumque iudicium in electione temporalium delectationum, cum detrimento æternorum, ea de re apud Oſeam ita queritur: *Oſee 3.* *Ipſi diligunt vinacia vuarum*: gaudent futilibus, & inanibus bonis, quorum fructus breuis, & minimus eſt, ſemperque manſura bona inſipienter aſpernantur. Ne autem ab vberum ſimilitudine, ſiue metaphora recedamus, verba Dauidis reuocemus in memoriam: *Pſal. 8.* *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem*: vbi per infantes intelligit Incognitus *Incog. ibi.* iuſtos in hoc ſæculo degentes: nam ſicut pueritia ſeptem clauditur annis; ita quoque totius vitæ curſus ſeptem diebus, quibus hebdomas peragitur, terminatur: per lactentes autem, qui iam ſempiterno æuo fruuntur, beatos interpretatur. Quod ſi cuipiam id minus apte dictum videbitur, ſuadeat ſibi plurimum conuenienter id ita dictum, ad diſcrimen iuſtorum, qui in hoc ſæculo, & in altero ſunt, oſtendendum: nam qui adhuc apud nos ſunt, lac illud diuinæ felicitatis tamquam in vaſe per fidem, & charitatem bibunt; qui autem iam corporis vinculo ſoluti in cælum tranſuolarunt, mentium ſuarum ora diuinis admota habent vberibus, & in ipſomet fonte maiorem diuini lactis experiuntur ſuauitatem. *Auic. can. 2* Nam ſicut dicit Auicenna: *Lac melius eſt, quod ex ipſis vberibus ſugitur*; quoniam dum intra vbera eſt, calore naturali fouetur, quem iam emunctum amittit; ita cæleſtis patriæ dulcedo, dum ex ſuo fonte percipitur, excedit abſque aliqua proportione omnia delectamenta, quæ Deus in hoc vitæ ſtadio commorantibus amicis ſuis communicat, vt Propheta inſinuauit, exclamans: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te!* *Pſal. 30.*

Propheta etiam Iſaias ad huiuſcemodi ſempiterna bona, quibus Sancti in altero ſæculo augebuntur, ſignificanda, & illorum excellentiam aliquo modo declarandam, conuiuij metaphoram vſurpat, dicens: *Et faciet Dominus* *Iſai. 25.* *exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium conuiuium vindemiæ pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ, & præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati ſuper omnes populos, & telam quam orditus eſt ſuper omnes nationes, & præcipitabit mortem in ſempiternum*. Primum, ait Iſaias, hoc conuiuium fieri a Domino exercituum ad innuendum, has diuinas dapes non parari, niſi militibus, qui viriliter, & legitime certauerint; nam ſicut dux tempore belli, ne forte annona deficiat, ſolet panem durum ad pondus, ſalitas carnes in vncias, & aquam turbidam per drachmas ſuis diſtribuere militibus; vbi autem victoriam adeptus eſt, & hoſtem deprædatus, ſpolia partitur, ſolemne conuiuium inſtituit victoribus, & quos in prœlio nouit fuiſſe fortiores, digniorem, & honoratiorem menſæ locum occupare iubet; ita Dominus exercituum, & Deus prœliorum, quamuis dum ſuperſtes vita eſt (quæ vt dixit Iob: Militia eſt ſuper terram) milites ſuos duro pane, & aqua turbida, id eſt, diuerſarum afflictionum, & laborum perpeſſione ſuſtentat, confecto bello, & victoriam iam adeptis epulum apponit opiparum admodum; & delicioſum, quod in monte celebrandum dicit Iſaias, vt oſtendat hoc eius conuiuium ſtabile, firmum, & perpetuum futurum. Nam vt ſacræ Scripturæ mos eſt, nomine montis ſignificatur fortitudo, quæ non inflecti, vel deficere poteſt: *Qui confidit in Domino ſicut mons Sion, non commouebitur*. *Pſal. 124.* Ad explicandum autem huius epuli præſtantiam, vocat illud *conuiuium pinguium, conuiuium medullatorum*, *Iſai. 25.* quoniam huius menſæ dapes ſolidæ ſunt, & adipe, ac ſapore commendabiles, cum ſecus accidat mundi conuiuijs, vbi non pinguia, vel medullata, ſed oſſea, & inania miniſtrantur alimenta, quibus dum paſcitur conuiua miſer, poſtquam tamquam famelicus canis oſſa rodens dentes attriuit, & ora ſanguine polluit; tandem nihil reperit medullæ, nihil pinguedinis, hoc eſt, nihil expetitæ delectationis; quoniam os illud non medullatum, ſed inane, & vacuum erat, ideoque veram, & ſinceram minime poteſt præbere nutritionem, & delectationem. Ait ſecundo conuiuium, *Ibidem.* quod a Domino paratur, eſſe *vindemiæ defæcatæ*, quod etiam conuiuijs, quibus mundus ſuos paſcit amatores, aduerſatur: nam quod conuiuis ſuis vinum apponit, quantumnis ille vobis ſuadeat eſſe purum, & generoſum, plenum quidem eſt fæcibus, plenum ſordibus, & mille dolis, ac fraudibus confectum, quo non delectatio, ſed afflictio, nõ quies ſed pertur-

batio, non bonorum, ſed malorum affluentia paratur. Nam ſi mitram tuo capiti mundus imponit, onus pariter grauiſsimum, & curam animarum iniungit: ſi Reipublicæ magiſtratum te creat, ſollicitudinem tibi, & laborem imperat: ſi affluentiam offert diuitiarum, eam ſollicitudinem pariter, & metum inijcit, vt perpetuo illas conſeruandi ſtudio, & pari timore amittendi torquearis. Vinum autem, quod in hoc ſuo epulo Deus bibendum præbet, vinum eſt defæcatum, & generoſiſſimum, purum ab omni ſorde, ac ſincerum, non dilutum aqua ſollicitudinis, doloris, & miſeriarum, quibus delectatio minuitur, & labefactatur. *Ibidem.* Inquit præterea Propheta: *Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati, & telam quam orditus eſt*; quaſi dicat, in primo conuiuio, quod Diabolus primis humani generis parentibus fecit, cum egregius eſſet technarum magiſter, & dolorum artifex, telam orditus ita longam texuit, vt innumeras inde faſciolas deciderit, quibus hominum oculos obuolueret, & vera videndi aciem obſcuraret; omnis tamen hæc ab illo illata caligo diſſipata fuit, & amota hoc tam felici præſente conuiuio, per quod oculi conuiuarum tanto gloriæ lumine illuſtrantur, vt Deum ipſum non in ſpeculo, vel ænigmate; ſed vere, & ſicuti eſt, feliciſſime aſpiciant. Inquit tandem: *Ibidem.* *Et præcipitabit mortem in ſempiternum*, id eſt, mors, quæ intrauit in mundum, per illud paradiſi conuiuium a Deo mittetur in profundiſſimum inferorum barathrum, neque inde amplius reſurgere, ſeu ad vitales auras redire poterit. Videtur hoc loco Propheta alluſiſſe ad vulgare, & commune mortis ſimulachrum, quæ oſſibus cohærentibus, nulla carne contectis, depingi conſueuit; quam ita formatam ſi quis velit deſtruere, parum proficiet illam percutiens, cum non habeat carnem, cui vulnus poſsit infligi; ſed opus eſt mittat eam in præcipitium, vt oſſa comminuantur. Hoc igitur ait Propheta, facturum Deum aduenicnte cæleſtis *Ibidem.* conuiuij tempore; tunc enim *præcipitabit mortem in ſempiternum*. quibus verbis exprimitur cæleſtis epuli diuturnitas, & perpetuitas, cum illic amplius mors dominari non valeat. Aegyptij ſignificare volentes conuiuia ſua non fore perpetua, ponere inter epulas ſolebant hominis cranium, quo mors ſignificabatur; illa enim eſt omnium deliciarum, & rerum termi- *Horat lib. 1. epist. 17.* nus; nam vt dixit Horatius: *Mors vltima linea rerum eſt*; ſed cum huius conuiuij beatitudinis æternæ delectaměta ſempiterna ſint, mors eis nocere, aut finem afferre non poteſt; ideo- *Isai. 25.* que vere dictum, *præcipitabit mortem in ſempiternum*. Supereſt nunc diſcutienda quæſtio, quam *Hug Card. super cap 2. Apoc.* proponit Hugo Cardinalis, interrogãs, cur ſacra pagina tam frequenter cum victu, & cibo comparet beatitudinem, ſicut quando dixit: *Apoc 2. Luc. 22.* *Vincenti dabo edere de ligno vitæ*. & alibi: *Ego diſpono vobis, vt comedatis, & bibatis ſuper menſam meam*. Idemque innumeris alijs in locis facere paſsim conſueuit. Reſpondet idem Cardinalis, id ita fieri, quoniam qui victoriam aſſequi procurat, ſtrenue præliatur, & fatigatur præliando, adeptuſque victoriam fameſcit; vnde congruum erat, vt optata felicitas, & beatitudo, quæ illum manebat, nomine cibi, & ſatietatis exprimeretur. Ego tamen exiſtimo cauſam eſſe magnitudinem, & vehementiam guſtus, ac delectationis, quam famelicus experitur, dum reficitur cibis, præſertim delicatis, & guſtui iucundis, quorum deguſtatio eſurienti cum ſit gratiſſima, merito ſumma felicitas eiuſmodi refectioni aſſimilatur. Dicere quoque poſſumus (idque forſan conuenientius rationi eſt) quod cum tanta cibi ſit, & comedentis vnio, vt ex vtroque res vna fiat; propterea ad explicandam arctiſſimam Dei cum beato coniunctionem (tam propter gratiam habitualem, quam in ſtatu illo, vnde amplius deijci non poteſt, ſecurus poſsidet, quam propter peculiarem vnionem ipſiuſmet Dei cum intellectu beati, prout eſt in ratione ſpeciei intelligibilis, vt loquuntur Scholaſtici Theologi; necnon propter ipſammet viſionem beatificam) comparatur ſuprema felicitas alimento, quod inter cetera omnia comedenti vnitur, & in ipſum transformatur.

Apoſtolorum princeps Petrus in Epiſtola *Pet. ep. can. cap. 5.* canonica metaphoram aliam adducit, qua ingentia bona, quibus beatitudo cumulatur, maxime ſignificantur, his verbis: *Cum apparuerit princeps Paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam*. Sanctus Auguſtinus in libro de *Aug. lib. de agon. Christiano.* agone Chriſtiano, dicit beatitudinem a Petro vocatam coronam, vt indicaret, illam non dari niſi victoribus; ſicut etiam docuit Gentium Apoſtolus, cum dixit: *Non coronabitur, niſi* *2. Tim. 2.* *qui legitime certauerit*: aſſerere tamen poſſumus, propterea coronam appellatam, ad ſignificandum, quod ſicut figura rotunda præ omnibus alijs capacior eſt, ita beatitudo ſinu ſuo capaciſsimo omnia genera bonorum includit, & omnia mala a ſui conſortio repellit. Illic eſt enim ſine faſtidio ſaturitas, *qui edunt, adhuc eſurient*; illic ſcientia ſine aliquo errore, *Eccl 24.* vel ænigmate: *Videmus nunc per ſpeculum, tunc* *1. Cor. 13.* *autem facie ad faciem*; illic plena animæ delectatio: *Et torrente voluptatis potauit eos*; illic *Psal 35.* pax extra periculum turbationis: *Qui poſuit fines tuos pacem*; illic ſecuritas ab omni malo: *Psal. 147.* *Non timebis a timore nocturno, a ſagitta volante in* *Psal. 90.* *die, &c.* illic ſuauiſsimus vocum, & cithararum concentus: *ſicut citharœdorum citharizantium* *Apoc. 14.* *in citharis ſuis*; illic honor, & vtilitas ſimul, contra mundi opinionem, dicentis, vtilitatem & honorem non eodem capi ſacculo: *Gloria,* *Psal. 111.* *& diuitiæ in domo eius*; illic corona victoribus: *Poſuiſti Domine in capite eius coronam de* *Ibidem. 20.* *lapide precioſo*; illic nulla fames, vel ſitis: *Non eſurient, neque ſitient amplius*; illic nullæ *Apoc. 7.* lacrymæ, nulli gemitus, aut ſingultus:

Non

Digitized by Google

Apoc. 21. *Non erit luctus, neque clamor*; illic non aſpe-
ra temporis hiberni tempeſtas, ſed floridum,
Cant. 2. perpetuum, amœniſsimumque ver: *Iam hiems
tranſijt, imber abijt, & receſſit, flores apparuerunt in
terra noſtra*; illic mortis nulla potentia, immo
1. Cor. 15. nec præſentia: *Abſorpta eſt mors in victoria*; il-
lic demum eſt omnium, quæ iuſtus deſiderat,
perfectiſsimum, & abundantiſsimum comple-
mentum. Hinc igitur Chriſtus ad ſignifican-
dam bonorum vniuerſitatem, quam beata vita
complectitur, confert illam cum diuerſis, ac va-
rijs bonis, quæ in terris reperiuntur, qualia ſunt
Ioan. 18. regnum, nuptiæ, theſaurus, margarita, & aliæ
Matth. 13. res precioſæ, quæ in hominum vſu, & oculis ver-
Matt. 13. ſantur, vt ab omnibus, & ſingulis earum aliquid
Ibidem. nobis ex maximis bonis, quibus ſuprema æter-
næ vitæ felicitas affluit, inſinuetur. Itaque vult
Deus, vt ſemen agri, cultura vineæ, conuiuium,
cœna, nuptiæ, retia, quibus piſcaris, & margari-
ta inſculpta annulo, quem digito geſtas, tibi
ſint tamquam ſimulachra, & imagines bonorum
æternorum, & quaſi mappa, & deſcriptio cæli,
vt earum rerum aſpectu cæleſtia in mentem
reducas, & contempleris. Ad quod etiam ſi-
gnificandum videtur reſpexiſſe Ioel, inquiens:
Ioel. 3. *Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac, &
mel*: his enim verbis indicatur, ipſam rerum
naturam, & quidquid in ea continetur, nobis eſ-
ſe debere documento, vt conijciamus, quam ſpe
ctamus in cælis perennium bonorum dulcedi-
nem, & iucunditatem. Modus hic, quo Deus
nos inſtituit, videtur ſimilis ei, quo Rex quidam
narratur inſtituiſſe filium ſuum adeo ineptũ ad
litteras, vt alphabetũ percipere nequiret, quod
vt addiſceret, non in papyro, vel pergamena
charta, ſed in famulis ei magis familiarib⁹ pręſ-
ſcripſit, vnum vocans A, alterũ B, tertium C, &
ita deinceps; vnde coactus princeps crebro vo-
care famulos, quoniam illorum obſequio ſem-
per egebat; alphabetum, quod antea memoria
retinere non potuerat, breuiter, & facile didi-
cit. Ita Deus noſtram videns ruditatem in co-
gnoſcendis, & percipiendis bonis cæleſtibus;
1. Corin. 3. (nam, vt ait Paulus: *Animalis homo non percipit
ea quæ Dei ſunt*) vult ipſas creaturas, quas con-
tinuo cernimus, nobis eſſe inſtar alphabeti, quo
bonorum æternorum excellentiam addiſcere
valeamus.

Ioan. 3. Ioannes in ſua Canonica ad hanc ipſam bea-
tæ vitæ præſtantiam declarandam dixit, tan-
tam eius eſſe vim, vt per eam beati Deo ſimiles
redderentur: *Similes ei erimus, quia videbimus
eum ſicuti eſt*. Quoniam quemadmodum Deus
eſt beatus, quia ſeipſum cognoſcit, amat-
que, & ſe ipſo fruitur; ita nos quoque beati e-
rimus illum videntes, & amantes, ac pariter
Psal. 26. diuino eius aſpectu perfruentes. Hinc poterit
intelligi petitio Dauidis, dicentis iuxta vulga-
tam interpretationem: *Vnam petij a Domino
hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini*:
quod ſanctus Hieronymus vertit: *vt videam
pulchritudinem Domini*. & Chaldaicus Inter-
pres: *vt probem dulcedinem Domini*. In hoc igi-
tur erimus Deo ſimiles, quia eius pulchritudi-
nem videbimus, & diuinæ gloriæ guſtabimus
dulcedinem. Niſi dicere velimus, noſtram cum
Deo ſimilitudinem fore, quod ſicut Chriſtus
caput noſtrum coronam habebit, & gloriæ in-
ſignibus ornabitur; ſic etiam beati tamquam
ei coniuncta membra coronabuntur, & gloriæ
dotibus inſignientur. Pro cuius rei pleniori
cognitione præmitto, apud Romanos duo ge-
nera ornamentorum inter alia extitiſſe, qui-
bus victores honeſtabantur: primum erat ex
palma, lauro, oliua, ſeu ilice facta corona, quæ
capiti imponebatur; ſecundum ornamentum
erat brachiorum, idque vocabant armillas,
quæ brachio prope humerum alligabantur.
Vnde Titus Liuius refert, eo præmij, & honoris Tit. Liu. lib. 10. Dec.
genere proprium filium, & Centuriones qua-
tuor fuiſſe a Papirio decoratos. Et Plutarchus Plutarc. de Sabinis.
Sabinos in Capitoliũ clam ingreſſos, Tarpeiæ,
qui aditum docuerat, promiſiſſe ſcribit ar-
millas aureas, quas brachijs illigatas geſta-
bant. Hanc etiam conſuetudinem viguiſſe re-
perio apud populum Hebræorum; nam miles,
vt teſtaretur a ſe interfectum Saul, dixit coro- 2. Reg. 1.
nam de capite eius, & armillas de brachijs eri-
puiſſe, quas Regi offerendas ſecum attulerat.
Nec mirum erit, ſi dicamus ad hunc etiam
vſum alluſiſſe Iſaiam, dicendo: *Paruulus datus* Isai. 9.
eſt nobis, cuius principatus ſuper humerum eius:
quaſi dicat: Puer nobis hodie naſcitur, cuius
inſigne eſt armilla Crucis ſuper humerum eius:
nam ſicut nunc inſigne nobilitatis, ſeu equita-
tus in ordine militari crux eſt ad pectus pen-
dens; ita tunc ad humerum alligata brachio
armilla tamquam ornamentum, & argumen-
tum virtutis gerebatur. Quod mirabiliter
Chriſto conuenit; ſiquidem nihil proprius di-
ci poteſt (vt vulgus loquitur) Chriſti commen-
da, quàm ipſius Crux ipſi cælitus præ ceteris
commendata. Quamobrem ſi Chriſtum con-
templemur in Paſſione victorem, agnoſcemus
eum capite coronam, & brachijs geſtantem
armillas humero ſuo adhærentes, quibus victo-
ria eius, tamquam proprijs inſignibus innote-
ſcit. Ex quibus omnibus colligimus, noſtro
propoſito inſeruientes, quod ſicut tunc erat
proportionabiliter ſimile præmium capitis, &
brachij (nam ſi caput vincebat, brachium præ-
liabatur) ita erit ſimilis beatitudo capitis,
quod eſt Chriſtus, & viuentium membrorum, qui
ſunt beati. quod Paulus dixit his verbis: *Refor-* Philip. 3.
*mabit corpus humilitatis noſtræ configuratum cor-
pori claritatis ſuæ*: rationi enim valde conſonum
eſt, vt quoniam iuſti, & beati fuerunt bra-
chia, quibus Chriſtus in terris tot & tan-
ta monſtra vitiorum ſuperauit, ipſo adue-
niente, & in capite ſuo coronam geſtante,
ipſi quoque iuſti tamquam eius inſtrumen-
ta, & brachia, glorioſis armillis, iuxta Ro-
manorum, & Hebræorum conſuetudinem, or-
nentur.

Idem tandem Euangeliſta Ioannes pro- Apoc. 21.
ponit beatitudinis figuram, videlicet ciui-

tatem de qua cum mirabilia narret, quatuor potiſsimum digniora nobis notanda, & explicanda ſunt. Primum ſitus eius in ſublimi monte: *Suſtulit me,* inquit *in montem altum*. Secundum eſt, murus eius iaſpide fabricatus: *Structura muri eius ex lapide iaſpidis*. Tertium, illius magnitudo, quæ duodecim millibus ſtadiorum protendebatur. Quartum portæ, quæ ex ſingulis margaritis erant formatæ: *Singulæ portæ erant ex ſingulis margaritis*. Primum, quod ait ciuitatem illam alto monte innixam, iudicat ipſius firmitatem; quoniam nulla vnquam ciuitas tam profunda iecit fundamenta, ſicut ciuitas Dei, quam nulla poteſt deijcere tempeſtas, nullus caſus affligere, vt ait Dauid: *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*. nihil in ea eſt infirmum, nihil imbecillum, ſed omnia ſunt firma, & æterna; id vero ſi ei deeſſet, nequaquam eſſe poſſet illic beatitudo; ſiquidem ſolus timor amittendi aliquando eam felicitatem fruitionis minueret delectationem, & aulicos eius, ac ciues non paruo mœrore afficeret.

Pſal. 90.

Nec ſolum cæleſtis hæc Hieruſalem fundata eſt in quouis monte, ſed in monte fertili, & amœno, omnibusque bonorum generibus affluente, vt Dauid ſignificauit, dicens: *Mons coagulatus, mons pinguis*: quod alij interpretantur: *Mons caſeus*, ſiue mons ex lacte coagulato; quem ita Propheta vocauit, vt declararet, quantum eius fœcunditas præſtaret fertilitati terræ Promiſſionis. Nam ſi tanta illic erat abundantia, vt lacte, & melle perflueret, huius montis ea fœcunditas eſt, vt lac etiam habeat, non tamen fluens, & decurrens, ſicut fons decurrit & riuulus, quos interdum ſiccari contingit; ſed concretum, & conſtipatum permaneat, quoniam lac eius non tranſit, aut elabitur. Ne autem rudes, & inſipientes intelligerent Spiritum ſanctum loqui proprie de lacte, & caſeo materiali, addidit, ſeipſum explicans: *Vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?* quaſi dicat: iam vos, quod dixi, intelligebatis de montibus lacte coagulato aggeſtis, ſicut veſtrarum pecudum lac coagulari ſolet, id ſane ignorantia craſſior, & denſior eſt, quam coagulatum lac, quo veſci ſoletis; intelligere igitur debetis, quod dixi, non de monte terreſtri, vel de lacte armentorum, ſed de ſublimi, & perpetua dulcedine, quę in cæleſti monte ſita eſt, non aliam ob cauſam, niſi quod illum Deus inhabitabat: *In quo beneplacitum eſt Deo habitare*; idque ſine timore receſſus illius, quoniam ibi ſedem ſibi fixit perpetuam: *Etenim Dominus habitabit in finem*: quod alij vertunt, *in perpetuum* Secunda illius ciuitatis excellentia eſt, quod murus eius eſt ex lapide iaſpidis: vbi mihi aperitur copioſa vena myſteriorũ, quæ in huius lapidis proprietatibus deliteſcunt. In primis enim, qui de rebus naturalibus ſcripſerunt, & præſertim S. Iſidorus, & Bartholomæus Anglicus iaſpidis eã eſſe virtutẽ aiũt, vt viſum corroboret, quod proprium eſt luminis gloriæ opus; per illud enim creatæ mentis imbecillitas conſtabilitur, & vires accipit, vt aciem ſuam non conniuentem, nec offenſam nimio gloriæ ſplendore figat in ſolem iuſtitiæ fulgentiſſimum. Quemadmodum etiam iaſpidi virtus ineſt ſanguinis fluxus firmandi; ſic feliciſsimus ille vitæ ſtatus beatos reddens ab omni peccato prorſus immunes, & impeccabiles, curſum retinet peccatorum, de quibus meminit Oſeas: *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit*. Præterea ſicut iaſpis libidinis refrænat impetum, carniſque laſciuiam coercet; ita etiam ciuitas illa ſancta adeo pura, & ab omni immunditia eſt aliena, vt de ipſa ſit ſcriptum: *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum*: quin etiam velut iaſpis animum ſecum illum deferentis liberat metu, & terróribus propter inſitam ſibi naturam profligandi phantaſmata, quibus abſterreri, & capillis horrere ſolemus; ita quicumque prope cæleſtis Hieruſalem muros iaſpide fabricatos extiterint, timere non poſſunt, vt ſibi phantaſmata, & imagines ſpirituum horribilium accedant, neve damnum aliquod inferant. Ad hæc, quemadmodum iaſpis propter magnam colorum varietatem intuentium animos exhilarat; ita illius ſanctæ ciuitatis, propter varietatem bonorum, quibus vndequaque cumulata eſt, adeo iucundus, & delectabilis eſt aſpectus, vt nulla cum hac poſsit comparari iucunditas. Ac tandem ſicut iaſpis beneuolentiam hominum captat, & diſcordes conciliat animos, vt meminit Virgilius, dicens Aeneam, & eius ſocios geſtaſſe iaſpidem, vt animum ſibi Reginæ Didus conciliarent:

Pſal. 67.

Ibidem.

Ibidem.

S. Iſidorus. Barth. Ang. lib. 16. c. 53.

Oſee 4.

Apoc. 21.

Conſpicit, atque illi ſtellatus iaſpide fulno
Enſis erat.

Virgilius 4. Aeneid.

Sic qui iuxta muros huius ſanctæ ciuitatis habitant, tam propitiam ſibi habent Dei voluntatem, & adeo ei grati, & accepti ſunt, vt omnes diuitias, & theſauros ſuæ domus illis vtendos, & fruendos exhibeat, & faciẽ ſuam oſtendat, quod omnium eſt ſumma felicitas, & maximũ bonum, immo bonorum omnium compendium perfectiſsimum.

Tertia ſanctæ illius ciuitatis excellentia eſt viarum, & platearum amplitudo: nam ſicut longitudo eius, ſic & amplitudo, & altitudo duodecim millia ſtadiorum complectitur; ſingula vero ſtadia, vt placet Plinio, centum viginti quinque paſſibus conſtant: vnde ſi ad paſſus ſtadia duodecim millia redigere velimus, ſumma cõficietur ducentorum quinquaginta milliũ paſſuũ ſupra millionẽ. Hanc ciuitatem in quadro poſitam ait Ioannes: *Ciuitas in quadro poſita eſt*, & dimenſiones eius æquales: *Longitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia ſunt*. Sed Nicolaus Lyra hunc explicans locum acute probat, S. Euangeliſtam Ioannem non dicere, totã illam ciuitatem contineri ſtadiorum duodecim millibus in amplitudinem, ſed ſingulas eius partes, ſiue parietes, qui quatuor erant (nam vt dixit Ioannes, in quadro erat poſita) duodecim millium ſtadiorum ambitu circumſcribi: vnde tota ciuitas quadraginta octo millibus ſtadio-

Plin. lib. 2.

Apoc. 21.

Nic. Lyr. ſuper Ap. 21.

ſtadiorum conſtabit; quę menſura, & ſpatium iuxta ipſius Nicolai computationem ſummam conficit nouem millium leucarum: additque idē Nicolaus cælum empyreum, quod ciuitas eſt beatorum, incomparabiliter eſſe maius, ſed frequens eſſe in ſacris litteris numerum finitum poni pro infinito, quod hoc in loco ab Euangeliſta obſeruatū eſt. Ciuitatis igitur ita ſpacioſæ non dubium eſt quin viæ, & omne forum ſit ſpatioſum, & capax plurimorum, cum ſecus contingat in mundo, vbi nullum officiū ita eſt amplū, vt duos pariter capere poſſit: nam officio ſi quis præeſt auditoris, vel prætoris magiſtratu fugēs, neceſſarium eſt amoueatur officio, vt alter ſuccedere queat; ſecus vero in cæleſti ciuitate, quæ non ſolum admittit indigenas, qui ſunt Angeli, nec ſolum duodecim tribus, quæ ad familiam eius pertinent, ſed etiam recipit alienigenas, externos, & aduenas pariter commorantes: *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopum hi fuerunt illic*; Psal. 86. itaq; ipſi etiam Aethiopes in hac ſancta ciuitate ſedē, domiciliumq; reperiunt, & ciuibus eius adſcripti, cæli etiam principes efficiuntur, vt conſtat ex Prophetæ verbis: *Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea.* Ibidem.

Quarta ciuitatis cæleſtis Hieruſalem excellentia, ſunt portæ ex ſingulis margaritis: ex quo ſignificatur, in ipſo inſignis illius ciuitatis ingreſſu beatis precioſam, & inæſtimabilem æternæ beatitudinis margaritam præberi, & illorum mentibus, tamquam in conchylio aptiſſimo, & digno immitti; quam, vt dixit Chriſtus, ſibi qui vult comparare, debet vēdere omnia, quæ poſſidet: *Abijt, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit illā.* Matt. 13. Quod ſi Plinius narrat, Plin. l. 9. c. 35. tamquam rem ſtupore dignam, dediſſe Cleopatram Marco Antonio margaritā, (quam Latini vocant vnionem) potandam valoris ducentorum quinquaginta millium aureorum; quid vnio, ſeu margarita hæc præ illa, qua beati reficientur, & locupletabuntur? Cleopatræ namque margarita ab vno ſumpta deperit, quę autē beatis datur, æterna eſt; illa vni tantum fuit ſatis, hæc pro numero conuiuarum multiplicatur, & qui maioribus augetur meritis, vnionem accipit precioſiorem. Quamobrem iure optimo dixit Apoſtolus. *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futurā gloriā, quæ reuelabitur in nobis.* Rom. 8. Super quæ verba ſunt animaduerſione digna, quę dicunt Origines, Theophylactus, & Theodoretus. Orig. Theophyl. Theodoret. 3. Reg. 19. Mirum ſane eſt Apoſtole ſancte, quod ais, numquid ſi quis ieiuuaret, ſicut Elias; ſi catenis ferreis corpus ſuum verberando affligeret, vt S. Dominicus; ſi perpetuo ſacco, & cilicio indueretur, vt S. Franciſcus, gloriæ præmio, quod pro laboribus ſperat, non æquari cenſebitur? Rom. 8. Iob. 1. & 2. *Non ſunt condignæ paſſiones, &c.* Numquid ſi fractis carceribus dæmones erumpentes ipſum perſequantur, & pars igni ſegetes vaſtet, abigat armenta, interficiat pecora: pars ventos commoueat, quibus filiorum, & filiarum domicilia concuſſa ipſos incautos miſere opprimāt, ſoluſq; maneat, & inops, in ſtercore nudus, vermibus corroſus, lepra infectus, ab vxore, & amicis derelictus, & irriſus, quod paſſus eſt ſanctus Iob; ſatis non foret, vt præmium ex condigno mereretur æternum? *Non ſunt condignæ paſſiones, &c.* Numquid ſi quis inferorum flammis obruatur, & omnibus tormentorum generibus vexetur, quibus damnati torquentur. Rom. 8. *Non ſunt condignæ paſſiones, &c.* Quare licet perſecutionem quis patiatur a fratribus, vt Abel; afflictionem a diluuio, vt Noe; dolorem a nece filij ſibi præcepta, vt Abraham; labores vt Iacob; pericula, vt Moyſes; filiorum, & amicorum infelicitatem, vt Dauid; inſidias, & vexationes, vt Elias; colaphos, & ciſternas, vt Hieremias; nec deeſſet, qui tempora eius tranſuerberaret ferro, quod paſſus eſt Amon; medium ſecaret, vt Iſaiam; in lacum leonum inijceret, vt Danielem; vel in ardentem fornacem, vt tres pueros Babylonis immitteret; lapidaret, vt Stephanum; craticulis impoſitum torreret, vt Laurentium; Gen. 4. Gen. 7. Geneſ. 22. Genes. 29. Exod. 1. 2. Reg. 1. 3. Reg. 18. & 19. 3. Reg. 19. Ierem. 38. 2. Reg. 21. Hier. in arg. ſuper Iſaiam Daniel. 6. Dan. 3. Act. 7. dubitari ne poteſt hos omnes dolores, & cruciatus eſſe condignos, *ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*, vt dicit Apoſtolus? Omnia hæc, vel quæcumque alia, quæ fieri, vel excogitari grauiſſima poſſunt, Rom. 8. momentanea ſunt, & parui ponderis, ſi conferantur cum felicitate fruitionis diuinæ viſionis, quæ non eſt ad tempus, ſed in omnem cum ipſo Deo protenditur æternitatem. Cui ſit honor, & gloria in ſęcula ſæculorum. Amen.

Homilia Nona.

Varijs animi conceptibus moralibus verba illa elucidantur: Et transfiguratus eſt ante eos, & reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix.

ET *transfiguratus eſt.* Matt. 17. Ante omnia ſupponendum nobis eſt, prout communis Theologorum ſententia fert, cum Angelico Doctore ſancto Thoma de huiuſmodi myſterio tractantium, quod Chriſti transfiguratio eius vultui non intulit figuræ, aut coloris aliquam mutationem, ſed abſque vlla ſpeciei variatione ſole clarius ille reſplenduit, ob claritatis glorioſam dotem, quam ſacro illius corpori anima communicauit. Inter illuſtres titulos, clariſſimaque nomina, quibus Deum coluit D. Paulus, ſingulare illud eſt,

quod

[1. Corint. 2.] quod appellauit eum *Dominum gloriæ*. cognomen iſtud optime Chriſto congruit. Etenim quemadmodum alicuius rei dominio abſolute ille dicitur potiri, qui de re pro libito ſuo diſponere, dare, ac alienare poteſt; ita quoque Chriſtus, cum ſumma illa gloriæ ſuæ bona ad libitũ ſuũ inter beatos diſpenſet, vni plus, alteri minus concedens, iuxta menſuram gratiæ, quã illis prædonauerat, manifeſte Dominus gloriæ eſſe perhibetur. In cuius rei teſtimonium D. Ioannes libro ſuarum reuelationum, refert ſe vidiſſe plures Reges procumbẽtes ante Agnum, offerentes eidem coronas, quaſi recognoſcentes, & ingenue proteſtantes, quod eaſdem ab ipſo *[Apocal. 4.]* vti abſoluto gloriæ Domino accepiſſent: *Quæ de manu tua accepimus, hæc reddimus tibi*. Appellatur etiam Chriſtus gloriæ Dominus; quia eam, quæ ad corpus pertinebat, quando ſibi placebat, aſſumebat; & quando ſibi videbatur, relinquebat; radios internę glorię nunc occultabat, deinde manifeſtabat. Occultauit equidem eam in natiuitate ſua in porticu Bethlehem, nunc vero in eminenti montis Thabor faſtigio eam manifeſtat. Quod optime declarauit Iob, cum *[Iob. 36.]* dixit: *In manibus ſuis abſcondit lucem, & præcepit ei, vt rurſus adueniat, vt annunciet de ea amico ſuo, & quod poſſeſsio eius ſit. & quod ad eam poßit aſcendere*. Occultauit Chriſtus animæ ſuæ gloriam ſub velo ſacratiſſimæ humanitatis ſuæ, doloribus miſerijſque expoſitæ. Atqui pręcepit glorię iſti, vt radios aliquot emitteret, eoſdemque in corpore ſuo manifeſtaret: *[Iob. 36.]* *Præcepit ei, vt rurſus adueniat, vt annunciet de ea amico ſuo, & quod poſſeſsio eius ſit*; hoc eſt, vt communicet eam iuſto, & pœnitenti, & vt intelligat iam Dei viſione perfrui poſſe, vtpote, cui propter merita ſua cęleſtis porta iam pateat. Ad id ergo ſignificandũ Chriſtus Dominus ſe transfigurauit, oſtendens nobis faciem ſuam adeo reſplendentem, vt ipſe ſol cum ea collatus, obſcurus eſſe videretur. At proh dolor, quantum ab hac differunt transfiguratione, quas hac noſtra tempeſtate videmus? Etenim Chriſtus vultus ſui colorem natiuum minime mutauit; verum profana femina adhibitis pigmentis adeo transformatur, vt qui ante fucum eam viderat, iam fucatam non cognoſcat, ſed penitus diuerſam aſſerat. Vnde Salomon videns die quadam fu*[Cant. 1.]*catam ſponſam ſuam, dixit: *Oſtende mihi faciem tuam*: non dixit ſimpliciter: *Oſtende mihi faciem*, ſed, *faciem tuam*, non alienam, quam fucus prębet, non fictitiam, & a pigmentis emendicatam, ſed tuam propriam, hanc mihi oſtende. Miror ſane, quod fucati coloris amatrix non conſideret iniuriam, quam ſibi ipſi infert: ſiquidem fatetur, vt minimum ſe pulchram mendicantem eſſe, cum pulchritudinem ſuam ex ſuppoſititio candore, & aduentitio rubore emendicare opus habeat. Verum ſi iniuriam, quam ſibi infert, floccipendit, conſideret, ait Tertullianus *[Tertull. de cultu fem.]* de cultu feminarum, iniuriam, quam Deo irrogat. Etenim quemadmodum inſigni alicui pictori, vt Apelli, Prothogeni, aut alteri ex illis, quos nominis ſui commendat celebritas, ſumma eſſet iniuria, arrepto penicillo, imaginis ab eiſdem depictæ oculos emendare, aut alio colore vultum depingere velle; eadem quoque ratione maximam Deo infert iniuriam femina ſe fucans, cum ſpeciẽ a Deo ſibi inditam emendare, ac fuco corrigere cõtendat. Sane eiuſmodi audaciæ iuſtum eſt ſupplicium, vt quanto pulchritudinem ſuam his pigmentis augere arbitratur, tanto magis eandem minuat, immo & perſæpe penitus eradat. Docet nos quippe ipſa experientia, fuco dentes putrefieri, os fœtere, natiui coloris viuacitatem extingui, & formæ pulchritudinem, ſi quæ inerat, omnino deperdi. ex quo videntibus abominabilis redditur, vt Spiritus ſanctus per Ezechielem Prophetam teſtatur, dicens: *Abominabilem feciſti decorem tuum*; *[Ezech. 16.]* ac ſi dicat: antequam fuco vtereris, grata, & pulchra omnibus videbaris; atqui poſtquam fuco falſum cãdorem cõparare voluiſti, intuentibus abominabilis facta es, & turpis.

Et reſplenduit facies eius ſicut ſol. Tanta eſt pulchritudinis vis, tantaque potentia, vt (quẽadmodum recenſet Laertius in vita Socratis) *[Laer. in vita Socrat.]* magnus ille Philoſophus eam *exigui temporis tyrannidem* vocaret; quod exiguo tempore, quo durat, cor occupat, inuadit, & in ſeruitutem redigit; ac demum in eo tyrannice dominatur. *[Theophraſt.]* Magnus ille Theophraſtes pulchritudinem acutiſſime nominauit, *ſilentem fraudem*. vtpote quæ tacendo, pluſquam Cicero loquendo perſuadeat. Et de Carneade Philoſopho idem recen*[Laertius de Carneade Vitam.]*ſet Laertius, quod eam *regnum ſine ſatellitio*, vocabat: ſiquidem abſque armorum ſtrepitu facile vincit. Atque hac de cauſa crediderim Ariſtotelem, vel, vt alijs placet, Diogenem dixiſſe: quod pulchritudo litteras commendatitias ſecum portabat. Denique Poetæ, qui ſub fabularum inuolucris non ſemel veritatem docent, Amori matrem Deam aſſignarunt, quæ vti omnium pulcherrima, a Paride iudice conſtituto primas præ Iunone, & Pallade retulit: quo *[Virg. 6. Aeneid.]* ſignificare voluerunt, pulchritudinem amorem gignere. Vt igitur Chriſtus noſtrum omnium corda, menteſque ad amorem ſuum incenderet, atque impelleret, voluit hodierna die tanta cum pulchritudine ſe manifeſtare, vt ipſe D. Petrus, ſola illius viſione omnium laborum ſuorum ſufficiens pręmium, ac mercedem recepiſſe ſibi videretur. Nõ ignorabat Chriſtus Dominus illud, quod refert Ezechiel cap. 8. Iſrae*[Ezech. 8.]*litas videntes pulchras quaſdam Idolorum Babyloniæ imagines, varijſque ornatas coloribus, tanto earum pulchritudinis amore allectos, vt eaſdem adorarint. Abſit igitur, inquit Chriſtus, vt inimici mei venuſtate, aut pulchritudine me pręcellant: formoſum adeo, pulchrũ, ac decorum me in monte Thabor aſpiciendum exhibebo, vt omnis humana pulchritudo decori, ac venuſtati meæ comparata, ne vmbram quidem pulchritudinis præ ſe ferre videatur. quod ita accidiſſe Sponſa teſtatur, dicens: *Sicut* *[Cant. 2.]* *malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus*: ac ſi

dicat

dicat, quantum malus ſapore, & dulcedine quercum, & oleaſtrum, ac alias ſimiles ſilueſtres arbores ſuperat, tantum Chriſti pulchritudo omnem tam terreſtrem, quam cæleſtem pulchritudinem antecellit. Verum animaduerſione digniſſimum arbitror, quod Chriſtus Dominus hanc ſingularem ſuæ ſpeciei venuſtatem ac ſplendorem manifeſtare diſtulerit vſque ad tranſactum quadraginta dierum Ieiunij ſpatium in deſerto: ſane id putauerim feciſſe, ad ſignificandum, adeo illuſtrari animam ieiunio, & abſtinentia, vt & in externam faciem quandoque eius ſplendor effluat, vt contigiſſe legimus illis Babyloniæ pueris, qui poſtquam in leguminibus, & aqua ieiunaſſent, pulchriores, & corpulentiores ceteris delicato cibo enutritis inuenti fuere: (Dan. 1.) *Poſt dies decem apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris qui veſcebantur cibo regio.* Vnde ſicut dixit D. Baſilius (D. Baſil. ser. 2. de ieiun.) ſermone ſecundo de ieiunio: *Quantum carni detrahis, tantum facis animã ſpirituali valetudine relucere*; ita etiam ſubnectere potuiſſet, tantum facis animam pariter, & corpus bona valetudine relucere.

Veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. (D. Dionys.) Dicit S. Dionyſius Areopagita, loquens de immenſo Dei erga nos amore: *Deus amatorum morem inſequitur*; & ideo non ſecus, ac amaſius amore captus, omnia ſua ſtudia, omnes actiones, omnemque induſtriam eo conuertit, vt cuncta opera in eius, quam diligit, obſequium cedant; & innumera perſcrutatur, & inueſtigat inuenta, vt amoris ſui flammas ei aperiat, & eius amorem conciliet: non ſecus Deus, vt corda noſtra occupet, & ea in amorem ſui accendat, mille modis amorem ſuum erga nos manifeſtauit. (Ioan. 10.) Nunc enim quaſi paſtorem intueberis, (Matt. 13.) errantem pecudem inquirentem: *Ego ſum Paſtor bonus*: mox quaſi ſeminantem agricolam: *Exijt, qui ſeminat*: deinde veluti Patremfamilias ante lucem operarios ad laborandum vocantem: (Matth. 20.) *Exijt mane conducere operarios ſuos.* Hodierna tandem die vti animarum ardentiſſimus amator, elegans, atque ornatus egreditur, candidiſſimis gloriæ ſuæ veſtibus amictus, vt habitus dignitati perſonæ reſpondeat: nam ſicut Sapiens eum candorem lucis æternæ appellauit: (Sap. 7.) *candor eſt lucis æternæ*; ita albis quoque indutus (Matt. 17.) eſt veſtimentis: *Veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix.* (Exod. 28. & 39. Leuit. 10.) Tam in Exodo quam in Leuit. præcepit Deus, quod quamuis ſummus Sacerdos cum hominibus agens, panno laneo veſtiretur, in Dei tamen tabernaculum, & Sancta ſanctorum ingrediens, candidiſſimo linteo indueretur. Idipſum adimplet nunc ſummus noſter Sacerdos Chriſtus Dominus, qui tametſi cum hominibus conuerſans ſolitis indumentis veſtiretur; tamen velut ſummus Sacerdos ingrediens ſancta illa Sanctorum montis Thabor, ad ſacratiſſimam humanitatem ſuam exaltandam, candidiſſimis, (Matth. 17.) ſolemnibuſque induitur veſtimentis: *Veſtimenta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix.* Communis hiſtoricorum eſt opinio, atque ſententia, Chriſti veſtimenta non artificioſum aliquem, ſed naturalem ipſius lanæ colorem retinuiſſe; quod aperte damnat ſuperfluam colorum varietatem, ac veſtimentorum luxuriantem profanitatem, quibus perplures nationes, præcipue tamen Hiſpania noſtra laborat, vbi ſingulis annis ſinguli prodeunt veſtium ornatus; nullusque ita gratus eſt, qui breui temporis ſpatio faſtidire nõ incipiat. Hanc noſtræ Hiſpaniæ præ ceteris nationibus effrænatam conſuetudinem obſeruauerat pictor ille, qui varios veſtiendi modos, iuxta populorum varietatem depingens, videnſq. Hiſpanum tamquã chamæleontem, verſipellem, vel vt chimæram quandam ex omni veſtium genere compoſitum, thorace Gallico, caligis Burgundicis, pileo Mediolanenſi, pallio Bohemico, ignorabat penitus, quo genere veſtimenti eum depingeret: vnde in hãc incidit cogitationem; eum ante ſe pannum, & forficem in manibus tenentem depinxit, vt ſignificaret, numquam a nouis veſtium inuentis, varioque earum ſe abſtinere ornatu. Vt tamen magis veſtium cultores erubeſcant, ſilentio præterire earum originem minime poſſum. tunc initium ſumpſerunt, quando primi illi genitores Adam, & Eua in Deum peccauere. Etenim videntes ſe nudos, ad detegendam ſuam nuditatem veſtiendi modum inuenere, nec habentes aliud, vnde ſe inducrent, ficus folijs nuditatem ſuam operuere. Hæ fuerunt Adami (Gen. 3.) caligæ, hi thoraces, hæ Euæ tunicæ, hæc veſtium eius ornamenta. Ex hac origine colligere quidem licebit, veſtimenta nihil aliud fuiſſe, quam vittas quaſdam, ad ſanguinem vulneris peccati cohibendum. Veruntamen conſiderans ipſe Deus veſtimenta huiuſmodi parum hominem aduerſus temporum iniuriam, & aeris inclementiam defendere, eidem veſtimenta ex pellibus animantium geſtanda, conceſſit: *Fecit ei* (Gen. 3.) *Dominus tunicas pelliceas.* Verum eo paulatim creuit hominum inſolentia, eoque peruenit arrogantia, atque profanitas, vt veſtium cultum, atque ornatum peccati fomentum effecerint, & quod ab origine in peccati pœnam datum fuit, in lautitiam, gloriam, & honorem conuerterint. Phrygios omnium primos, acu, filoque farciendi artis inuentores fuiſſe dicit Plinius, (Plinius.) ſed effrenata mortalium libido huic inuento tot ſuperaddidit, vt ſola femoralia tanto, tamque vario cultu confecta ſint, vt ſi ea diſſuta cernas, diuerſarum mercium ſarcinam diſſolui exiſtimes. Ibi enim tela linea, ibi tela cannabina, ibi ſericum gauſapinum, ibi ſericum raſum, aliaque id genus pene innumera, quæ prolixum eſſet recenſere. Atque huiuſce vanitatis cauſam indagans, nullam equidem inuenire queo, niſi hominum inſaniam, tanti facientium hominem precioſis veſtibus indutum. Vetus hic, & antiquus eſt error, quandoquidem, teſte Iſaia, videntes ſe ciues valde oppreſſos ſine Rege, & ſine regimine, quendam eleganti ornatum veſte in ſuum Regem creare voluerunt, dicentes ei: (Iſai. 3.) *Veſtimentum tibi eſt, Princeps eſto noſter*: accipe

ſce-

Innoc. 3. l. de miſer. hum. cond. c. 36.

ſceptrum,& coronam. Huc etiã facit,quod recenſet Papa Innocentius Tertius lib. de miſeria humanæ conditionis, vbi ait: Philoſophum quendam, ſordidis amictum veſtibus, volentem alloqui Principem, a famulis prohibitum fuiſſe; qui animaduertens ob vilem habitum aditum ſibi præcluſum, ſplendido ſe induit veſtimento,& reuerſus abſque mora, ſeu difficultate aliqua, nemine famulorum renitente, ad Principem introiuit. Ingreſſus ergo,cum veſtimenta ſua ſemel, atque iterum deoſcularetur, de oſculorum cauſa interrogatus a Principe, reſpondit:Hunc habitum honoro, quia propter illum a famulis tuis honoror, non propter doctrinam meam;quoniam neque ſcientia,nec vitę, & morum integritas tantum potuere,quantum thorax,& pallium iſtud ſericum. Ac tandẽ ſummus ille Pontifex concludit,improbans, & obiurgans ſtultitiam eorum, qui plus honoris veſtimentorum elegantiæ,quam hominis ſcientiæ, doctrinæque deferunt. Hoc enim inter alia manifeſtum eſt diſcrimen inter illuſtrem, & ignobilem. Illuſtris namque veſtimenta ſua illuſtrat,ac eis ſplendorem impertit; vt contigit Chriſto transfigurato, cum inſignis ille veſtimentorum ſuorum nitor,atque decor a Chriſti faciei claritate eſſlueret; ignobilis vero, & abiectæ conditionis a veſtimentis ſplendorem mutuat, quem tamen ipſa ab ouibus, & vermibus emendicarũt. Atque hoc loco inquirere licebit,quid cauſæ ſit,Chriſti facie, vt ſole reſplẽdente: *Reſplenduit facies eius ſicut ſol*, intuentium diſcipulorum oculos hic fulgor non offuſcauerit, & tamen claritas faciei Moyſis, quæ non erat vt ſolis,ſed potius,vt lunæ, cum inſtar lunæ *facies eius eſſet cornuta*, ita ſplenderet, & coruſcaret,vt Iſraelitæ niſi conniuentibus oculis eũ intueri minime poſſent. Huius difficultatis ſolutionem arbitror deſumendam fore ex diſcrimine, quod verſabatur inter lucem, & ſplẽdorem Chriſti, & Moyſis. Splendor enim ille Chriſti ex propria, & interna eius gloria refulgebat;Moyſis vero alienus, & aduentitius erat, nec a ſubiecto cui inerat, oriebatur; ideoque contemplantium oculos offendebat, quod ſatis ad viuum exprimit, id quod in rebus humanis non ſemel experimur. Dum enim honoris ſplendor ex proprijs cuiuſq; meritis,vt doctrina,vitæ integritate, aut alio iuſto titulo oritur, libenter homines illũ deferunt; cum vero quis ex ſuperbia, & elatione illum ſibi aduentitium affectat,omnium animos offendit, nec ei, quem ſibi cupit exhiberi, honorem deferunt. Verum ne ab inſtituto diuertere videar, placet ad cohibendum veſtimentorum ornatum, nonnulla hic annectere ex multis, quæ in ſacris litteris reperio,quæ non obſcure oſtendãt,quam ſeuere Deus illum puniat. Achan Dei iuſſu lapidatus fuit, eo quod pallium coccineum adornatum ſibi abſcondiſſet. Et quia Rex Saul precioſas veſtes ambiens, ex Amalech cũ alijs ſpolijs illas tulit,Samuel Propheta ex diuino præcepto illum regno priuauit. Giezi Eliſei famulus, quia a Naaman Propheta Eliſei nomine, veſtimentum precioſum mendaciter poſtulauit, cõdigna pœna leprę,qua Naamã laborabat,mulctatus fuit. Quid plura? Veſtimenta Eſau precioſa, & odorifera, primogenitura illum expoliarunt; illis enim Rebeccæ induſtria Iacob indutus, patrem ſefellit, & benedictionem ab eo extorſit, & primogenituræ benedictionem obtinuit. Nec ignoramus D. Lucam diuitis peruerſitatem incuſantem illud præcipue cõmemoraſſe, quod *induebatur purpura, & byſſo*: ac tandem idem D. Lucas refert, Herodem die quadam veſte regia indutum tanta arrogantia elatum fuiſſe, vt tamquam Deus adorari voluerit: Angelo tamen cælitus delapſo, conſumptum vermibus meritas tantæ inſolentiæ pœnas perſoluiſſe. Summa proculdubio fuit ſtultitia, velle ob veſtes honorari, cum potius veſtes ipſæ ab homine honorari debeant, vt in Chriſto Domino accidiſſe ſupra notauimus. Vnde cum dixit: *Quis veſtrum poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?* continuo ſubiunxit: *Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis?* quaſi diceret: ſcitote quod ſi inane eſt primum illud procurare; itidem & ſecundum; ſicut enim ſtaturæ quidquam addi non poteſt,quod illam augeat; ſic neque honorem debitum ornatus veſtium quidquam adaugebit.

Matth. 17. — Exod. 34. — Ioſue 7. — 1. Reg. 15. — 4. Reg. 5. — Geneſ. 27. — Luc. 16. — Luc. in Act. Apoſt. c. 12. — Matth. 6.

Veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Splendor ille, atque decor faciei Chriſti Domini in veſtimenta eius deriuatus, id mihi ob oculos ponit, quod olim Iſaias dixit, Chriſti veſtimenta eſſe iuſtos, dum ait: *His omnibus velut ornamento veſtieris*; communicatio ergo illa claritatis, & candoris Chriſti veſtimentis ſuis, ſignificabat a Chriſto tamquam a capite in hac vița gratiam; in alia vero gloriam in membra eius,qui ſunt iuſti,effluendam. Quin etiam denotabat, vt ſapienter obſeruauit S. Chryſoſtomus, quod quando conſcientia,quæ animæ facies eſt,pura, candida, nulliſque infecta maculis perſeuerat,exteriora hominum opera internam illam puritatem, & candorem indicant; iuxta illud Salomonis: *Amictus corporis, & riſus dentium enunciant de homine.* Et quemadmodum fieri minime poteſt,vt ignem ſinu geſtans diſſimulare poſſit: *Numquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt non ardeant veſtimenta illius?* Et ſicut etiam fieri nequit, vt ſuccino, vel muſco onuſti odorem non emittant; ita nec quod conſcientia pura, atque ſancta bonorum operum partus non pariat, & bonus eius odor non innoteſcat; opera enim hominem manifeſtant, teſte Ariſtotele, dicente: *Qualis quiſque eſt, talia ſunt eius facta, & oratio, & vita.* Quod & ſub metaphora arboris, *Arbor bona bonos fructus facit*, Chriſtus Dominus dixit. Cui ſit honor,& gloria in ſęcula ſæculorum. Amen.

Matth. 17. — Iſai. 49. — Chryſoſt. homil. 13. in perfecti. — Eccl. 19. — Prou. 6. — Ariſt. 4. Eth. cap. 7. — Matth. 7.

Ho-

Homilia Decima.

De cauſis, ob quas Chriſtus Dominus vocauerit in teſtes ſuæ Transfigurationis illos duos Prophetas Moyſem, & Eliam, & de multiplici exceſſu amoris Chriſti, in illa verba: Et apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes: & illa alia: Dicebant exceſſum, quem completurus erat in Hieruſalem.

Matt. 17. Luc. 9.

QVemadmodum, vt memoriæ diuina proditum reliquit Scriptura, admirabilis illa veteris Teſtamenti Arca, dum in deſerti ſolitudine erat, ouium pellibus operta, in templo vero ingenti cum ſplendore inter duos Cherubim ſplendebat; ita quoque Redemptor noſter Chriſtus, cuius humanitatis figuram, & imaginem geſsit, myſterioſa illa teſtamenti Arca inter Hebræos commorans, communi aliorum vtebatur amictu. Atqui nunc in Sanctum ſanctorum montis Thabor conſcendens, cooperto veteri amictu, cæleſtibus gloriæ veſtibus induitur, ac inter duos Cherubim, Moyſem videlicet, & Eliam collocatur. Qua autem de cauſa Chriſtus duos illos aſſumpſerit Prophetas, magna eſt inter ſacros Doctores ſententiarum varietas. Magnus ille Pater D. Hilarius dicit, feciſſe id ad declarandum, ſe vitæ, & mortis dominum eſſe, ac vtriuſque claues tenere, ex quo Moyſem mortuum è ſinu Abrahæ, viuum vero Eliam è paradiſo euocauit. ad quod nonnulli accommodant illud Canticorum: *Ego flos campi, & lilium conuallium*. Etenim iuxta expoſitionem S. Gregorij Nyſſeni, perinde eſt ac ſi dixiſſet: Ego ſum ſpes in altiſſimo paradiſo commorantium, & in profundo limbi habitantium. Ad cuius rei comprobationem Eliam paradiſi, & Moyſem limbi habitatorem conuocauit. Sanctus Hieronymus in aliã abijt ſententiam, dicens: id factum fuiſſe, vt ſacrum Quadrageſimæ ieiunium commendaret, quod ipſe Chriſtus iam in deſerti ſolitudine ante transfigurationẽ ſuã ieiunãs ſacrauerat, & Patrũ iſtorũ Moyſis, & Eliæ quadraginta dierum ieiuniũ præfigurarat. S. Hieronymus pulchrã aliam affert rationem: dicit enim Chriſtum e cęlo Moyſem, e paradiſo Eliam accerſiſſe ad communicandum diſcipulis ſuis, tamquam amicis portentoſum ſignum, quod videre noluerat Rex Achaz: *Pete tibi ſignum a Domino Deo tuo, ſiue in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. Si* (inquit) *impius ille Rex, nec cæli, nec terræ ſigna videre voluit, videant illa dilecti mei diſcipuli, videant inquam, in Moyſe de cælo, quod tunc erat, in Elia e terra egreſſis.* Tertullianus libro 4. contra Marcionem ait Chriſtum ea propter adduxiſſe Moyſem, qui legem, & Eliam, qui Prophetas repræſentabat, vt omnes intelligerent, eorum ſcopum nullum alium fuiſſe, quam Chriſtum ipſum, in quem tamquam in eorum vltimum finem dirigebantur. Perſimilem rationem reddit. S. Thomas dum ait; quod quia lex, & Prophetæ de Chriſto teſtimonium protulerant, & Moyſes fuerat legiſlator, & Elias Propheta inſignis, ab iiſdem aſſociari voluit. Alij dicũnt, quod ſuppoſita opinione, quam refert D. Hilarius can. 20. ſuper Matth. & cui ipſe videtur magis adhærere, Moyſem ſcilicet, & Eliam venturos fore Antichriſti temporibus; ideo Chriſtus cupiens Moyſem, & Eliam fideles diuinitatis ſuæ teſtes eſſe, nunc in gloriæ ſuæ teſtes adhibuit. Alij voluerunt, quod quemadmodum in Chriſto duplex reperitur natura, vna cæleſtis, ſcilicet diuina, altera vero terreſtris, nempe humana, ita quoque in teſtimonium huius voluit Moyſem e cælo illius temporis, quod erat ſinus Abrahæ, & Eliã e terra, hoc eſt ex terreſtri paradiſo vocare. Verum quantumuis præmiſſa omnia videantur rationi conſentanea, quatuor nihilominus præcipuæ cauſæ mihi magis arrident, quarum prima eſt D. Auguſtini lib. de ſacrę Scripturę mirabilibus, cap. 10. aſſerentis eo Moyſem, & Eliam vocatos fuiſſe, *quia ambo luminoſi*, hoc eſt, quia non modo ambo, & zeli, & manſuetudinis Chriſti, ſed etiã glorioſæ ac lucidiſſimę illius transfigurationis figura extitere. Moyſes quippe dum populum alloquebatur, prę nimio ſplendore faciem ſuã velo contegebat: *Habebat velamen ſuper faciem ſuam, quia non poterant intendere in faciem eius.* dum tamen montem, Deum allocuturus, conſcendebat, leuato velamine faciem detegebat. Non ſecus Chriſtus, dum inter mortaliũ cœtus verſabatur, mortalitatis inuolucris ac velaminibus gloriæ ſuæ ſplendorem operiebat; at in monte Thabor partim amicis ſuis manifeſtauit, atque detexit. In Elia quoque admirabilis transfigurationis Chriſti imago præluxit: nam ſicut ipſe ſublimis in curru triumphali ſublatus pallium Eliſæo amico ſuo dimiſit; ita quoque Chriſtus in altiſſimũ montis Thabor faſtigium glorioſiſſimo ſplendidiſſimoque ſacrati corporis ſui curru euectus, videntibus diſcipulis ſuis, ſplendoris, & claritatis glorioſum pallium Moyſi, & Eliæ communicauit, D. Luca dicente, *quod viſi ſunt in maieſtate*. Secunda vero ratio eſt illa magni Patris S. Irenæi lib. 4. contra Valentinum cap. 37. & Origenis homil. 12. ſuper Exod. & hom. 17. ſuper Numeros, vbi dicunt Deum ſe timentium deſiderijs, & peti-

Exod. 39. Exod. 37. — Cant. 2. — D. Greg. Nyſſ. — D. Hieron. 1. par. epiſt. 2. & com. Ion. cap. 40. — D. Hieron. in com. 17. Mat. — 4. Reg. 16. Iſai. 7. — Tertul. lib. 4. — S. Th. 3. p. q. 45. ar. 3. — D. Hila. can. 20 ſup. Matt. — D. Aug. l. de ſac. ſcrip. mirabil. c. 10. — Exod. 34. Ibidem. — 4. Reg. 2. — Luc. 9. — S. Irenæus l. 4. contra Valentin. c. 37. Orig. hom. 12 ſuper Exod. & hom. 17. ſup. Num.

Pſal. 144. & 79. petitionibus libenter annuere: ***Voluntatem timentium ſe faciet***. Quia ergo enixe deprecatus
fuerat Moyſes Deũ, vt faciem ſuam ſibi demon-
Exod. 33. ſtraret: ***Domine oſtende mihi faciem tuam***: ſępius
quidem tecum loquor, ſed numquam te video,
detege mihi, quæſo, ſpeciem tuam, reſpon-
Ibidem. dit ei Deus; ***poſteriora mea videbis***, nunc eſto
contentus terga mea videre; veniet tamen tem-
pus, cum deſiderium tui videndi faciem meam
adimplebitur. Quo audito Moyſes, ſumma ſem-
per cupiditate videndi Deum inardebat. A-
ſcendens igitur Chriſtus in montem Thabor,
contemplantur hi Patres dixiſſe: memini me
olim Moyſi faciem videndi meam deſideranti
pollicitum fuiſſe eam illi oſtenſurũ, nunc pro-
miſſionem illi adimplebo, videbit faciem meã
humanam, ſummi ſplendoris, inauditæq. pul-
chritudinis radijs emicantem; veniat huc Moy-
ſes, placet mihi ipſius deſiderio facere ſatis:
Pſal. 20. ***deſiderium cordis eius tribuiſti ei***. Ob hanc ergo
cauſam glorioſę Chriſti transfigurationi adfuit
Moyſes. Verum videamus modo, quamobrem
& Eliam illi adeſſe etiam voluerit. Arbitror,
quia rationi conſentaneum erat, vt Chriſtus,
qui ſublimiorum virorum exemplar quoddam
eſt, inter Moyſem manſuetum, & Eliam zeloty-
Num. 12. 3. Reg. 19. pum, ſeuerumque conſpiceretur: etenim rerum
publicarum gubernatores manſuetudinis, &
iuſtæ ſeueritatis amatores eſſe debent, ne vel
nimia manſuetudine langueſcant, vel nimia ſe-
ueritate excandeſcant. Obſeruauit id Rex Hen-
ricus huius nominis Quartus, qui loco ſtemma-
tum, & inſignium malum granatum nec penitus
acre, nec omnino dulce accepit, cum hac in-
ſcriptione, ***Subacre***. Ad ſignificandũ igitur rei-
publicę gubernacula tenentes partim manſue-
tudine, & dulcedine; partim iuſtitia, & rigore
Ibidem. vti debere, voluit Chriſtus inter Eliam zeloty-
Num. 12. Horat. 1. epiſ. pum, & Moyſem manſuetum collocari, ***medium enim tenuere beati***. Sed & tertiam rationem non
minus pulchram ſubijciamus, ad quam corro-
borandam ſuppono vnam ex cauſis, propter
quas Chriſtus transfigurari voluit, fuiſſe, vt in-
credulis diuinitatis ſuæ teſtimonium aliquod
exhiberet. In cuius rei figuram tradunt di-
Num. 17. uinæ litteræ præceſſiſſe inſigne illud baculi Aa-
ronis miraculum. Videns enim Deus populi
Iſraelitici in eligendo ſummo Sacerdote maxi-
mam diſcordiam, præcepit, vt quiſque baculum
ſuum aſportaret, & ſummi Sacerdotis dignitas
illius eſſet, cuius baculus floreſceret. Non ſine
miraculo igitur confeſtim aridus Aaronis ba-
culus floruit, virideſque, & odoriferos flores
germinauit, atque ita in officio diuinitus re-
manſit. Non ſecus videns æternus Pater in-
ter Hebræos magnam eſſe diſſenſionem, va-
riaſque ſententias, ***An Chriſtus verus Deus eſſet***,
voluit, vt in teſtimonium diuinitatis ſuæ bacu-
lus humanitatis Chriſti in monte Thabor flo-
reſceret, ac gloriæ ſuæ copioſiſſimos flores pro-
duceret; adeo, vt Petrus in laborũ ſuorum mer-
cedem illius contemplatione contentus vide-
retur. Congruit huic argumento illud, quod
Plinius refert Hiſtoriæ ſuæ naturalis libri 3. Hiſtor. natur. lib. 3. c. 9.
cap. 9. vbi ait, in mari rubro inſulam quandam
eſſe, & in ea ſpeluncam, in cuius latebris ab-
ſconditus erat lapis, cuius mirabilis ſplendor
non effulgebat, quouſque ſolis radij per os ſpe-
luncæ introirent, eundemque percuterent; vnde
veluti cæleſtis quidã nitidiſſimus arcus pacis,
& fœderis ſymbolum reſultabat. Non diſſimili-
ter in medio conflictu illius controuerſiæ, ***An Chriſtus vere Deus eſſet***, ſplendidiſſimũ diuinita-
tis ſuæ lapidẽ intra ſpeluncę mortalis corporis
latebras abſconditũ geſtabat; verũ ſole gloriæ
ſuæ in illius humanitatẽ ***lucis ſuæ radios*** immit-
tente, quãdo ***reſplenduit facies eius, ſicut ſol***, cõti- Matt. 17.
nuo arcus fœderis, ac concordiæ, diuerſa antea
opinantium apparuit, veram Chriſti diuinita-
tem teſtificans. Hoc ergo ſuppoſito Chriſtus du-
cens ſecum in montem Thabor Eliam, & Moy-
ſem, duplex diuinitatis ſuæ teſtimonium dediſ-
ſe mihi videtur. Primum, quia nullus homi-
num Moyſis ſepulturam præter Deum ſciebat:
Non cognouit homo ſepulturam eius vſque in præ- Deut. 34.
ſentem diem: Elias etiam in curru igneo in pa- 4. Reg. 2.
radiſum euectus fuit, locum ſecretum adeo, at-
que ignotum, vt mortalium nemo ſuis viribus
poſt expulſum Adamum eo peruenire potuerit,
ſoluſque Deus, & cui ipſe voluit reuelare, il-
lius ſedem, ſitumque certo agnoſcat. Adducens
igitur Chriſtus ex locis tam incognitis vniuer-
ſo mortalium generi Moyſem, & Eliam, non ob-
ſcurum diuinitatis ſuæ teſtimonium exhibuit.
Secundum, quia cum duo iſti Patriarchæ eum
tamquam verum Deum agnoſcerent, & venera-
rentur, veritas diuinitatis ſuæ omnino certa,
atque indubitata reddebatur: nam cum ipſi
adeo gloriæ Dei amatores, ac zelotypi eſſent,
facile omnes ſibi perſuaderent, diuinos il-
los honores neutiquam ei exhibituros, qui ve-
rus Deus non eſſet. Moyſem quidem non Exod. 32.
ignoramus ægro adeo animo Iſraelitarum
idololatriã tuliſſe, vt quamuis ſingulari man-
ſuetudine preditus eſſet; nihilominus diſtricto
iuſtitię gladio maximam mortalitatis ſtragem
eiſdẽ intulerit; Eliam vero quis tam diuinarum
litterarum ignarus erit, qui neſciat, numquam
illum tam diuini honoris zelotypiæ clariora
ſigna prodidiſſe, quam in Deorum multitudi-
ne profliganda: ob diuinæ enim vnitatis de-
fenſionem, ingentem falſi Baal ſacerdotum 3. Reg. 18.
multitudinem interfecit, nec Regi Achab, aut 3. Reg. 21.
Reginæ etiam Iezabel pepercit, ſed acerrime 3. Reg. 19.
vt par erat, increpauit. Quin etiam apud S. Mat-
thæum legimus, acerrimos illos Chriſti inimi-
cos, dũ in Cruce diceret: ***Eli, Eli, lãma ſabacthani***; Matt. 27.
credidiſſe, quod Eliam inuocaret, eaque de cau-
ſa offerenti ipſi ſpongiam felle, & aceto tinctam
dixiſſe: ***Sine; videamus ſi Elias veniat, qui liberet*** Ibidem.
eum. ac ſi dicerent, cum Elias Deos falſos non
patiatur, ſi iſte falſus eſt; non iuuabit eum;
ſin autem venerit, verus Deus eſſe cognoſcetur.
Tantam omnes zeli Eliæ conceperant opinio-
nem. Agnoſcens igitur hoc Chriſtus, voluit in
glorioſæ illius transfigurationis die, in diui-
nita-

nitatis ſuæ teſtes Moyſem, & Eliam adducere, vt dum ipſi eum in verum Deum reciperent, & colerent, reliqui eum Deum acclamare non dubitarent. Quarta, & poſtrema ratio licet minus a quibuſdam recepta, acceptari tamen meretur: iuſtos enim animare volens, extremi Iudicij diem ad eorum memoriam opportune ſatis reduxit, in quo bona opera præmiabuntur, mala vero æterno igne punientur, iuxta illud — *Eccleſ. 3.* — Eccleſiaſtici: ***Dixi in corde meo, iuſtum, & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit.***

Verũ videamus modo, ſi Moyſes, & Elias ibidẽ cum Chriſto loquebantur, vt ait S. Matthæus: — *Matth. 17.* — ***Apparuerunt Moyſes, & Elias cum eo loquentes:*** quid, quæſo, ibi tractabant? Id nobis ediſſerit S. — *Luc. 9.* — Lucas cap. 9. ***Dicebant exceſſum, quem completurus erat in Hieruſalem.*** Vnde D. Hieronymus lib. 2. — *D. Hier. lib. 2. contra Iou. c. 10. D. Cyr. in c. 7. Iſaiæ. Matt. 17.* — cõtra Iouinianũ c. 10. & S. Cyrillus cap. 7. Iſaię, vbi vulgata noſtra legit: ***cum eo loquentes:*** ipſi interpretantur: ***loquebantur de exceſſu;*** quæ verba ſemper allegãtur tamquã verba Euangelij, licet reuera prædictorum Patrum tranſlatio ſit; itaq; ibi de morte per Chriſtũ Hieroſolymis ſubeũda ſermo fuit. Videbitur fortaſſe cuipiã prima facie id intuenti, importuno tẽpore de morte ſermonẽ tunc habitũ fuiſſe: tempus enim erat gaudij, non doloris: tẽpus voluptatis: non mœſtitię, tẽpus gloriæ, non mortis: non ergo huius ſermo tunc miſcẽdus erat, maxime Spiritu ſancto dicẽte: — *Eccleſ. 3.* — aliud eſſe tempus *ridendi*, & aliud *flendi*, quibus innuit hæc non miſcenda. Verũ ſi rem altius contẽplemur, & mentis aciẽ ad vniuerſa Chriſti vitę opera cõuertamus; inueniemus in omnibus gaudij, & gloriæ ſuæ actionibus, ſemper mortis memoriam immiſcuiſſe. In baptiſmo, vbi audita fuit vox æterni Patris Filium ſuum vnigenitum atteſtantis, & Spiritus ſanctus apparuit ſuper caput eius in forma columbæ delabens, velut corona innocentiam eius redimiens, ibi Euangeliſta annotauit ſtatim dixiſſe: — *Luc. 12.* — ***Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec veniat?*** quaſi diceret: poſt hunc aquę baptiſmũ alius me ſanguinis expectat, quẽ mirũ in modũ cupio. S. Petri publica confeſſione, totius Apoſtolici collegij nomine, Dei viui Filius fuit appellatus: — *Matth. 16.* — ***Tu es Chriſtus Filius Dei viui,*** & tamen in tanto tam eius, quã confitentiũ ipſum gaudio, confeſtim in Hieruſalẽ occidendum fore eis enunciauit: — *Matt. 20.* — ***Ecce aſcendimus Ieroſalymam, & Filius hominis tradetur &c.*** Quin etiam Chriſto in domo Lazari — *Ioan. 12.* — exiſtente, omnes vndique populi ad eum confluebant, domos, & eorum propria bona relinquebant, vt eum viderent, & honorarent, & tunc temporis ait illis: ***Niſi granum frumenti*** — *Ioan. 12.* — ***cadens in terrã mortuũ fuerit, ipſum ſolum manet.*** Ac deniq; hodierna die in mõte Thabor glorioſus exiſtens, duobus illis antiquis Patriarchis Elia, & Moyſe ſtipatus, cũ illis de morte ſermonẽ inſtituit. Tres huiuſce rei cauſas inuenio. Prima eſt, vt Chriſtus nos doceret mortis memoriã gaudijs noſtris intermiſcendam fore: cui doctrinæ etiã Ethnici ipſi ſolo naturę lumine illuſtrati obſequẽtiſſimi fuere. Etenim, teſte D. Hieronymo, ſuo, & antiquis Romanorum temporibus in more poſitum erat, vt Imperatorem Romæ triumphantem, Senatus nomine præcederet aliquis, clamando: ***Reſpice ad eos, qui te præceſſerunt, & memento te eſſe moriturum.*** Quin & Claudius — *Claud. Parad.* — Paradinus recenſet in Imperatorum coronationibus huiuſmodi cærimoniæ genus vſitatum fuiſſe, vt eo tempore, quo capiti corona, manibus vero imperiale ſceptrũ imponebatur, egregius aliquis ſepulchrorum fabricator tres, aut quatuor diuerſos lapides, alabaſtrum, iaſpidem, & porphyrum afferens alta voce diceret:

Elige ab his ſaxis, ex quo, Auguſtiſsime Cæſar
Ipſe tibi tumulum me fabricare velis.

Vt tamen ſilentio prætercam multa, egregiaque excẽpla, ex quibus luce clarius patere poſſet, quantum commodi mortis memoria afferat: duo tantum commemorabo ex diuinarum litterarum monumentis mutuata. Primum eſt ex — *4. Reg. 5.* — quarto Regum, vbi ſacra narrat Hiſtoria, quod poſtquam Naaman fuerat per Eliſeum a lepra curatus, petijt ab eo, vt ſibi permitteret terram aliquam ex eo loco in propriã patriam aſportare: ***Concede mihi ſeruo tuo, vt tollam onus duorũ burdonum de terra.*** Scio Gloſſam ordinariã huius — *Gloſſa. ord. ſup. 4. Reg. 5.* — facti hanc aſſignare rationẽ: ***Partem ſanctæ terræ ſecum tulit Naaman, vt poneret in templo Idolorum, & ſuper eam conſiſtens, Dominum, cuius erat terra, adoraret, ne offenderet dominum ſuum.*** Haud ignoro etiam noſtrum Nicolaum de Lyra exiſtimaſſe, Naaman portaſſe illam terram, quia reputa- — *Nicol. ſuper 4. Reg. 5.* — bat ſanctam, propter cultum Dei ibi vigentem; intendebat enim ex ea facere altare in domo ſua, ſecundum quod dicitur: ***Altare de terra facietis mihi.*** Nec me latet, Abulenſem in — *Baod. 2. Abul. ſuper 4. Reg. c. 5.* — commentario huius loci in ea fuiſſe ſententia, vt putaret, quod poſtquam Naaman firmiſſime propoſuerat ſoli vero Deo cultum exhibere, cõſulto terrã illam ſecum tulit, & in templo collocauit, vt illam intuens, ab idolorũ cultu animũ coerceret, nec alios idolorũ cultores ibidẽ ſacrificia offerentes imitaretur. Verũ hæc oĩa licet ingenioſe dicta ſint, minime inficiabor aliorũ expoſitionẽ noſtro argumento valde cõſentaneã, dum aiunt, terrã illã ſecum tuliſſe Naaman, vt memor leprę, qua tamquã mortalis homo laborauerat, cõſuetudinẽ idololatrandi fortiter cõpeſceret; iudicans quidẽ nihil ſane a tanto ſcelere poſſe illum efficacius auocare, quam mortalitatis, & humanæ conditionis miſeriæ crebram recordationem: vnde poſtquam petierat facultatem aſportandi terram ab Eliſeo, continuo ſubiunxit: ***Non enim faciet vltra ſeruus tuus holocauſtum, aut victimã dijs alienis, niſi Domino.*** Secundum, ad idem, & huic noſtro inſtitu- — *4. Reg. 5.* — to conſentaneũ valde legimus eodem libro 4. Regum, quod & præcedens non parum confirmat. — *4. Reg. 23.* — Refert ſacer textus, quod Rex Ioſias diuini honoris zelo accenſus, non ſolum præcepit omnia vaſa Baal comburi, aruſpices eorum penitus deleri, lucum, ex cuius lignis idola fiebant, in cinerem redigi, altaria Idolorum ſolo æquari: ſed & loca iſta mortuorum oſſibus repleri, putãs ſane nihil magis idololatras deterrere poſſe ab idolorum cultu, quam mortis memoriã. Quibus omnibus aperte nos Spiritus ſanctus docet, ad vniuerſa coercenda vitia, ſuperbiam, libidinem, ambitionem, & ſimilia, mortis recordationem præſentiſsimum remedium eſſe. Quod etiã,

Digitized by Google

vt Chriſtus Dominus admoneret, frequenter mortem in memoriam nobis reuocauit, & trāſfigurationis gaudio illam miſcuit. Sed, proh dolor, quā pauci ſunt, qui hanc diuinā monitionē ſuſcipiūt, & quam immiſſam adeo bonā mortis cogitationē procul abijciūt, & de lōgitudine vitæ, cuius nec momentum vnum certū habent, falſo ſibi blandiuntur, & quodāmodo immortales ſe autumant? Non adeo mirū eſt, q olim Diabolus primis parentibus neutiquā morituros ſuaderet: *Nequaquā morte moriemini*, cum nec mortem, nec eius veſtigiū viderant; tñ nos, qui quotidie parentes, cōſanguineos, amicos, principes, & plebeios interire cernimus, mirabile, immo & incredibile videtur ita facile perſuaderi, non quidē nūquā, ſed non hoc anno, nec ſequēti, & ſic de ſingulis, ſore morituros. Mihi ſane videtur in hoc dæmonē medicorū induſtriā imitari, qui infirmo daturi certā pulpæ caſiæ quantitatē, non totā ſimul accipiendā proponunt, ſed in perexiguas bucellas diuiſam, vt paulatim oēs aſſumēs integrā tandem quantitatē ad corporis purgationē neceſſariā accipiat. Non diſſimiliter humani generis hoſtis, cum haud poſſit fidelibus, numquam morituros, perſuadere: quippe, vt ait D. Paulus: *Statutū eſt hominibus ſemel mori*: ſuadet hoc menſe nō morituros, nec ſequēti, nec hoc anno, nec futuro, & ſic de ſingulis diuiſim: ex quo fit, vt perinde viuant, ac ſi tāquā æterni nūquā eſsēt morituri, inſipiētiores, & inſēſibiliores in hoc quā bruta ipſa animātia: volucres enim eſcā ſumentes, & ſub vmbra arboris tēpore æſtiuo ſe reficientes, ſi accipitrem aduentare animaduertant, oēs continuo relicta eſca, & vmbra quibus refocillabātur, aufugiunt, & in tutū locū ſe recipiunt: vos autē tametſi rationis non expertes, cernētes mortis accipitrē rapacibus ſuis vnguibus fratrē veſtrū, amicū, vicinum, & alios perplures inuadentē, voluptatū eſcā, profani honoris vmbrā, illicitos contractus, peccaminoſa lucra, odiū, & rancorem, & his ſimilia, non modo nō deſeritis, nō aufugitis, nō exceramini, ſed illis tenacius adhæretis. hoc quid eſt, niſi quod practice, & opere ipſo, ſi nō ſpeculatiue, vos æternos eſſe putatis? Hanc mendacē, & noxiam opinionē aperte ſatis refellunt variæ illæ hominis deſcriptiones, quas ſcientiæ ex præcepto Mineruæ in vnū cōgregatæ, vt antiqui cōfinxere, tradiderunt. Dialectica dixit: *Homo eſt breue quoddā enthymema*, id eſt, velut oratio breuis, nō habens aliud, quā antecedens, & conſequēs: pro antecedēti eſt ortus, & p cōſequēti interitus. Aſtrologia illū aliter deſcripſit, dicens: *Homo eſt mutabilis ſicut luna*; quā ſolā nouimus inter oēs planetas creſcere, & decreſcere. Phyſica rñdit: *Homo eſt animal rationale mortale*. Mathematica tandem, & accōmodatius ad noſtrā intētionē ſic eū definiuit: *Homo eſt velut figura ſphærica*, quæ definitio præ ceteris oībus placuit Mineruæ, quia ſicut figura ſphærica in eundē quo incipit punctū, deſinit: & terminatur; ita homo incipiens ex terra eſſe: *Formauit Deus hominē de limo terræ*, in terrā tādē deſiuit: *puluis es, & in puluerē reuerteris*. Huius cogitationis aſſiduitatē tamquā valde vtilē exquirit Deus a nobis per Hieremiam; nam vbi vulgata lectio vertit: *Vide vias tuas in cōualle*, D. Hieronymus trāſtulit: *Vide vias tuas in ſepulchro*. Vtilitas autē eius, reguli exēplo, q adducit D. Ambroſius ſuper Pſalmū 118. & referūt alij Doctores, facile colligi poteſt: aiunt baſiliſcū, ſeu regulū, ſi præuiderit hominē, interfici ab eo: ſin minus ab homine præuidetur, illū continuo interire. Hāc ergo ſecū affert vtilitatē mortis meditatio, q præuidens homo illā non læditur ab ea; præuiſus vero, & abſq; debita diſpoſitione præoccupatus ab eadē, in mortem præcipitatur æternā. Saluator igitur mundi, vt nobis nō ſolū verbo, ſed exemplo mortis aſſiduæ cogitationis vtilitatē doceret, frequēter mortē ſuā ad memoriā reuocabat, & de ea confabulabatur. Secundā cauſam, ob quam Chriſtus in glorioſa Transfigurationis die de morte ſua agi voluit, arbitror fuiſſe, vt ſignificaret, nobis ad gloriæ poſſeſſionem, proprietatemq. conſequendam, certam, & indubitatam viam eſſe paſsionum mortificationem, ac vitiorum acerbam mortem, difficultates omnes ad huiuſce victoriæ palmā reportandam viriliter ſuperando. Quæſiuit Procopius Gazæus in ſuis commentarijs, vt quid Deus ante paradiſi portā potius Cherubim, quā Angelū, Archangelum, Thronum, aut Poteſtatē ad ingreſſum Adamo prohibendum collocarit? Et reſpondit ipſe, quod quia Cherubim ſingulari ſcientia pollet; ideoq. plenitudo ſcientiæ exponitur, & Adam è paradiſo expulſus fuerat fallaci illa ſcientia, quā ſerpens docuit: *Eritis ſicut Dij*, rationi conſentaneum erat, vt in illius locū veræ ſcientiæ magiſter ſubintraret, qui mēdacem illam ſcientiam dedoceret. Perſuaſit dæmon, quod de vetitæ arboris fructibus comedētes, paradiſi domini efficerentur; Cherubim autem flammeo gladio, quem in manu geſtabat, teſtificabatur, per ignem, & ſanguinem in cæleſtis paradiſi gloriā introeundū eſſe, & non per prohibiti fructus delicias. Atq; ad litteram de hac ſcientia intelligendū eſt illud Salomonis: *Dedit illi ſcientiam ſanctorum, & honeſtauit illum in laboribus, & cōpleuit labores illius*: Deus iuſtis dedit propriam ſanctorum ſcientiam, docentem, non aliud cæli iter eſſe, quam crucis, & laborum firmam tolerantiam. Huic adeo Paulus aſſuefactus erat, vt diceret: *Gloriamur in tribulationibus*. Quod licet alijs verbis prædixerat Dauid: *In tribulatione dilataſti mihi*; vel vt legit Pagninus: *In anguſtijs delectationem feciſti mihi*: at oīces, id videtur contra omnem rationem, & contra omnem philoſophiam: anguſtia enim non dilatat, ſed potius comprimit, atq; ſtringit cor; & ideo dolor anguſtia appellatur, quia illud anguſtiat, contrahit, & quodammodo ſuffocat. Verum in hoc detegitur omnipotentia diuina, vt medijs, quibus tam viſibiles, quam inuiſibiles hoſtes nos opprimunt, & præcordia coanguſtant, eiſdem Deus ea dilatet, atq; ampliet, & vnde ipſe dæmon tentandi materiam inuenit, inde Deus patientiæ exercitium iuſto præbet; & vnde dæmon putat libidinis flammas accēdere, inde Deus * cupidinis victoriam prodire ſciens: *Quoniā tribulatio patientiā operatur* (immittit enim plerumq; tentationē acriter adeo humani generis hoſtis, vt Iob illā vocarit ignem deuorantem: *Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans*) in illo tñ igne

nouit

Gen. 3. Hebr. 9. Gen. 2. Gen. 3. Hier. 2. D. Ambroſ. ſup Pſ. 118. Procop. Gaz. in eius comment. Gen. 3. Sap. 10. Rom. 5. Pſal. 4. Pagnin. in eod. pſal. * ſorte Rom. 5. Iob 31.

Digitized by Google

nouit Deus iuſtum emundare,& purificare, iuxta illud: (Ezech. 3.) *Tamquam aurum in fornace probauit electas Dominus*. Atque huc facit locus ille Ezechielis, (Ibidem.) in quo, vbi noſtra vulgata habet. *Et abij amarus in indignatione ſpiritus*. Septuaginta interpretantur: *Et abij ſublimis in impetu ſpiritus mei*. Et quamuis non videantur cohærere illa duo, miſeria, afflictio, & anguſtia, ex vna parte, & ſublimitas ex alia, cum illa potius deijciant, & demittant, quam ſubleuent: multum tamen per omnem modum ſibi conſentiunt. Etenim miſeriæ, quæ ob honorem Dei tolerantur, non ſunt ſicut illæ, quæ ab huiuſmodi mundi martyribus perferuntur. Hæ enim ſicut onera deprimunt, & quandoq; etiam animam præcipitant; illæ vero tamquã alæ ſunt, quibus iuſtorũ animæ eleuantur, ac veluti regales quædã aquilæ ad æternæ felicitatis faſtigiũ tranſcendunt: vnde non diſſentiunt illa duo: *Abij amarus*, & *abij ſublimis*. Tertiã vero huiuſce cum Moyſe, & Elia de ſubeũda Hieroſolymis morte ſermonis cauſſam aſsignare poſſumus, quod ille erat Chriſto alacris, & placidus, & Moyſi, & Eliæ copioſa ſe oblectandi materies. vnde non incongrue tempore lætitiæ illum intermiſcuit. Et quidẽ Moyſem, & Eliã ex mortis Chriſti ſermone exhilaratos fuiſſe, ex eo facile liquet, quod cum ipſi tunc carcere abditi, ille in ſinu Abrahæ, hic in corporis ſui ergaſtulo exiſteret, nec ignorarent per mortẽ libertate donandos, occluſamq. cæli ianuam aperiendã, conſequens erat mortis ſermonem pergratum, & iucundum illis fuiſſe, non minus, quam eſſe ſoleat Turcarũ ſeruituti mancipatis, ſi de ſuo precio, ac redemptione tractari audiant. Chriſto etiam de morte ſua habitum ſermonem ſingularis fuiſſe alacritatis, & oblectationis, euidenter probatur. Primo ex ore (Luc. 12.) eius: *Quomodo coarctor donec veniat!* ſcilicet mors. Cuiuſcumq; enim rei deſiderio tenemur, dulcis illius eſt memoria, & amara dilatio. Secundo, (D.Hier. in trip. Luc. 9.) quia vbi D.Hieronymus legit: *Loquebantur de exceſſu*, alij trãsferunt: *loquebantur de gloria*: ſemper enim amanti glorioſum viſum eſt mori pro amato. Tertio, quia vnicuiq; pergratum eſt de officio, & munere ſuo ſermonẽ facere; mercatori, de mercibus; litterato viro, de litteris; militi, de armis; & agricolæ de agricultura: cũ ergo Chriſti officium, & munus eſſet animas ſaluare, vt nomen ipſum, Ieſus, quod Saluator interpretatur, clare ſignificat, dubitari minime poteſt, quin eum de morte eius ſermo oblectaret, a qua noſtrum omnium pendebat ſalus.

Porro cum Euangeliſta Chriſti paſſionem, & mortem vocauerit exceſſum, diligenter examinemus, in quo exceſſus iſte cõſiſtat. Profecto mille modis illum expendere licet, ad excitandum in nobis exceſſiuum (ſi ita fas eſt loqui) erga Chriſtum amorem. Si enim rem altius contemplemur, inueniemus ſane in Chriſto eos fuiſſe exceſſus, qui non modo naturæ facultatẽ; verum etiam ipſius gratiæ conſuetas metas tranſiliant. Primus itaque exceſſus fuit, quod cum angelicã potuiſſet aſſumere naturam, humanam propter nos ſibi vniuerit; & cum impaſsibilem, aut immortalem, non niſi mortalem. & multis ęrumnis obnoxiam elegerit. Membra ipſa inſtinctu quodam naturali inclinantur, vt caput a quacumq; iniuria, aut ictu defendant, vt experientia docet: nam cum quis in nos ſaxum proijcit, naturali motu manum tamquam clypeum ad capitis defenſionem admouemus; at Chriſtus inclinationem hanc naturæ excedens, cum alioqui caput noſtrum eſſet, ſe ipſum tamquã clypeum quendam expoſuit ad vulnera in ſe recipienda, quæ nobis debebantur.

Natura non patris, ſed matris vberibus lac infundit; at Chriſti amor in hoc etiam exceſsit, nos ſuis nutrit vberibus: *Ad vbera mea portabimini*. (Isai 66.) & per Oſeam: *Ego lactabo eam*: (Osee 11.) & ibidem: *Quaſi nutricius Ephraim portabam eos in brachijs meis*; (Ibidem.) fungar nutricis officio, & amore excedam illam. Nutricis enim ſummum eſt officium tenerum infantulum biennio lactare; verum ego nutrio filios meos in longiſſimum tempus: *Vſque ad ſenectam, & ſenium ego feram, ego portabo*. (Psal. 70.) His accedit rarus, & inauditus amoris exceſſus, vt Creator pro creatura vitam effundat; medicus infirmetur, vt ſanetur infirmus; Dominus tandem intereat, vt vile mancipium viuat. Animalibus, aut cæli auibus non deeſt vbi requieſcant: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habuit, vbi caput ſuum reclinaret*. (Luc. 9.) Quis tam pauper, & inops, vt proximus morti ad ſe operiendum tegumen aliquod deficiat? defuit nihilominus ipſi Chriſto in Cruce pendenti: immo ipſa elementa omnibus tam communia ipſi defuere? defuit illi ignis in præſepio frigore frementi: defuit aer, cum nocte ante mortem ſuam adeo fatigatus, & vexatus eſſet, vt vixdum reſpirandi ſibi ſupereſſet vis; defuit aqua, ſitienti enim fel, & (Matth. 27.) acetum obtulere; defuit terra, In Cruce enim complicatis pedibus mortuus eſt. Exceſſus quoque fuit crudele genus mortis Chriſti, dum tot exceſſiuos dolores pertulit, adeoq. ardenter ſalutem noſtram deſiderabat, vt quamuis æternus Pater ei ne flagrum quidẽ, aut vibicem vnum remitteret, nulla aut pignoris, aut precij magnitudo ipſum deterruit, ſed ſumma munificentia ſummum precium exſoluit, non argentum, non aurum Arabicum, non margaritas, non omnes mundi theſauros, ſed Dei ſanguinem, qui mille mundis, multo etiam eſt precioſior. Dare igitur rem multis mundis precioſiorẽ pro vnius duntaxat mundi libertate, nonne exceſſus fuit? Vnde Iob loquens In perſona Chriſti, ait: *Vtinã appenderentur peccata mea, & calamitas quã patior, in ſtatera, vt arena maris hæc grauior appareret*; (Iob. 6.) ac ſi diceret, vtinam hominum peccata, & calamitates meæ in bilance ponerentur, proculdubio, quælibet illarum omnibus eorum culpis præponderaret: *Omnia*, inquit Sapiens, *quæ Deus fecit, in pondera, & menſura fecit*; (Sap. 11.) ſolum tamen amare, & pati ſine menſura voluit Chri-

Eccl. Rom. in Hym. dou. rue ſtus id, quod in ſtatera Crucis nõ obſcure innotuit (ita enim illã vocat Eccleſia, ***Statera facta corporis***) Quando ſtateræ iuſtum, æquumq; examen eſt, non magis in vnam, quam in alteram partem propendet, quod ſi propendeat, neceſſe eſt maius eſſe pondus vnius lancis, quam alterius: Chriſtus igitur in ſtatera Crucis, & noſtras culpas, & pœnas ſuas collocauit; pœnas quidem ad dexteram, culpas vero ad ſiniſtram. Verum ipſum ſtateræ examen, quod erat Chriſti caput, in dexterã inclinauit: *Ioan. 19.* ***Inclinato capite tradidit ſpiritum***. Quo non obſcure ſignificauit, pœnas eius culpis noſtris præponderare, longoque interuallo illas excedere. Exceſſus ergo fuit calamitatum, dolorum, & meritorum Chriſti super delicta, & demerita noſtra: iure igitur optimo Euangeliſta Chriſti mortem exceſſum vocauit. Denique vocante Euangeliſta mortem exceſſum in die glorioſæ Transfigurationis, immenſus, & exceſſiuus Chriſti amor innoteſcit. Equidem ipſe antea illam baptiſmum vocauerat: *Luc. 12. Matt. 26. Luc. 18. Ioan. 12.* ***Baptiſmo habeo baptizari***; alias calicem: ***Si poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte***; alias traditionem: ***tradetur gentibus***; alias exaltationem; ***Si exaltatus fuero a terra***. Verum exceſſum illam vocare adhunc diem conſulto diſtulit, quo gloriam ſuam in vertice montis Thabor manifeſtauit, quia in hoc maxime ſuum exceſſiuum oſtentat amorem, qui cum Dominus gloriæ eſſet, & omnibus cæleſtibus diuitijs afflueret, pro nobis tamen turpiſsimam Crucis mortem ſubire non dubitaret. Sed, proh dolor, ſi noſtros miſeri exceſſus contemplemur, quam diſpares ac longe diuerſos a Chriſti exceſſibus eſſe comperiemus? illius amoris ſunt, noſtri ingratitudinis; illius bonitatis, noſtri malitiæ; illius patientiæ, noſtri impatientiæ; illius humilitatis, & manſuetudinis, noſtri ſuperbiæ, & elationis. Vult quidem illuſtris, & diues ſemina, tamquam ante ſtatuam Nabuchodonoſor, famulum eam alloquentem in genua procumbere: nonne hic vanitatis exceſſus eſt? Illa etiam, quæ ſtatura puſilla eſt, crepida vnius cubiti vtens, cubito altior fit, vt corporis elegantiã ſimulet: nonne profanitatis hic exceſſus eſſe perhibetur? Quod ſi, qui aureos quingentos in ſingulos annos habet, mille & amplius expendit, & vxoris dotem ludo, & comeſſationibus diſsipat, quis id exceſſum eſſe diffitebitur? Coniugatorum demum exceſſus non eſt, vt quod Deus ad ſobolis procreationem ordinauit: *Hebr. 13.* ***bonorabile connubium***, dicit D. Paulus, ***thorus immaculatus***, ipſi ad laſciuiam, & venerem conuertant, & veluti equi aquam bibituri prius illam turbent, & cæno plenam ebibant? Conſideremus igitur, fratres, exceſſus noſtros, vt eos ploremus, & emendemus: Chriſti autem exceſſus, vt admiremur, veneremur, imitemur, & in amorem eius rapiamur. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Vndecima.

Multiplici moralium animi conceptuum varietate declarantur verba S. Matthæi: Bonum eſt nos hic eſſe: Ceciderunt in facies ſuas; Leuantes oculos neminem viderunt niſi ſolum Ieſum: Nemini dixeritis viſionem, donec Filius hominis a mortuis reſurgat. *Matth. 17.*

B***onum eſt nos hic eſſe***. Rem profecto omni admiratione dignam arbitror, Petrũ, qui vixdum vel vnam æternæ beatitudinis guttulam delibauerat, vſque adeo delectatum fuiſſe, vt præ nimia lætitia Euangeliſta teſtetur: *Matth. 17.* ***Quod neſciebat quid diceret***. Videtur certe, huiuſce guttulæ potentiam non omnino ignoraſſe diuitem illum epulonem: quippe qui in ardentiſsima inferni fornace exiſtens, Abrahamum deprecaretur, vt vnam aquæ guttam ſibi demitteret ad refrigerandam linguam ſuam: ***Vt refrigeret linguam meam***. *Luc. 16.* Aliqui hanc epulonis petitionem, vt ſtultiſſimam improbant, exiſtimantes eum aquam elementarem poſtulaſſe, cuius certum eſt ne innumera etiam vaſa, quin nec torrentes omnes aquarum quidquam illi prodeſſe potuiſſe. Verum arbitror ego infelicem atque infortunatum illum, non aquæ elementaris, ſed cæleſtis gloriæ vel guttulam vnam petiuiſſe: credebat enim vel vnam ſolam illius gloriæ guttam ad vniuerſas inferni ignis flammas extinguendas ſufficere: nec huiuſmodi eius credulitas a veritate quidquam aberrabat. Ex hoc ergo capite ſtulta non fuit eius poſtulatio, ſed quod putaret exiſtenti in inferno refrigerium hoc cælitus illi eſſe dandum.

Matth. 17. ***Bonum eſt nos hic eſſe***. Non quidem diſplicuit Chriſto hæc Petri ad gloriam auiditas: diſſonum tamen, & a ratione alienum iudicauit, vt illam ſibi poſtularet *hic*. Id enim (præterquam intempeſtiua erat hæc petitio) fuit velut Deum obligare, & quodammodo determinato loco adſtringere: vnde non ſemel Chriſtus, offerente

ſe oc-

Digitized by Google

ſe occaſione declarauit quantum, exſecraretur aduerbium iſtud, *hic*, cuius proprium eſt certum determinare locum. Ad cuius rei comprobationem videmus, quod petentibus Hebræis, vt è plurimis miraculis, quæ in Capharnaum fecerat, [Luc. 4.] & ibi aliqua faceret: *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua*, nullatenus annuit, vtpote, qui omnipotentiç ſuæ manus adſtringere voluiſſent, deſignando locum, in quo ea facere deberet: [Ibidem.] *Fac & hic in patria tua.* Quin etiam diſcipuli, cum mortem expugnandi tempus appropinquaret, [Luc. 22.] duos ei gladios obtulere: *Ecce duo gladij hic*: verum tamquam, qui bene noſceret eoſdem ſtatuto tempore promiſſa minime adimpleturos, ſed in fugam ſe daturos, dixit eis: *Satis eſt*; non amplius promittite; neceſſitatis enim tempore & vos, & gladios defuturos eſſe exploratum habeo. Gladij enim ſunt, *hic*, id eſt, in huiuſce mundi officina exacuti: ſi exacuerentur non hic, ſed in cælo, vnus ſolus, vt olim, ad occidendum centum octuaginta quinque millia hominum ſufficeret: illis poſſem defenſionem meam credere, veſtris vero gladijs minime: vnus enim ex his, quos mihi obtuliſtis, ſcindens [Ioan. 18.] auriculam Malchi, continuo hebeſcet, quia factus *hic*; defenſionem enim meam ad finem vſque non perducet; ſed qui diſtrinxit illum, fugiet, & negabit me. Quid plura? illud *hic*, [Marc. 14.] cum Chriſtus dixit diſcipulis ſuis: *Sedete hic donec orem; ſuſtinete hic, & vigilate*, aduerſum illis fuiſſe videmus; obdormierunt enim, ac vigilantiam a Chriſto indictam minime ſeruauere. Ipſe etiam Diuus Paulus fidelem diſpenſatorem ad res diuinas gubernandas diligentius quærens, quia hic illum inquirere opus erat, [1. Corin. 4.] difficulter ait illum inuenire: *Hic quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur*, quaſi dicat, & difficile inuenitur. Ad rem ergo noſtram hæc adaptantes, quia Petrus beatitudinem in hac vita quærebat, *hic*: [Matth. 17.] *Bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula*: idcirco il- [Luc. 9.] lius Chriſto diſplicuit petitio, adeo vt Euangeliſta eam imprudentem vocaret, dicens, *Quod neſciebat, quid diceret.* Verum, vt hanc imprudentiam clarius exponam, vtar exemplo illo ab hiſtoricis de inſigni pictore Parrhaſio commemorato. Referunt enim inter cetera inſignia huius pictoris opera, in ciuitate Rhodo artificioſiſſimum Satyrum columnæ cuidam ſuperpoſitum ſingulari adeo artificio depinxiſſe, vt peritiſſimi quique illius artis auctorem vnicum eſſe facile dijudicarent; ſuper cuius caput perdicem quandam ad viuum adeo expreſſit, vt ceteræ aues eius pulchritudine allectæ, circum circa ſuaui harmonia concinerent. Atqui videns Parrhaſius a vulgo huiuſmodi nugas magis quam artificij ſui præſtantiam æſtimari, licentiam a Senatu eam demoliendi poſtulauit, quod vulgus nugis, iocisque auium nimis intentum oculos ad operis ſui excellentiam contemplandam minime conuerteret. Non diſſimiliter nunc accidit: cum enim Chriſtus in altiſſimo illo montis Thabor theatro, tamquã ſupremus pictor, pulcherrimam quandam æternæ felicitatis imaginem in lucem produxiſſet; Petrus æternorũ bonorum, qui per illam repræſentabantur, ſubſtantiam minime contemplans, ad illius loci claritatem, & ſplendorem, & vultus Chriſti elegantiam, atque pulchritudinem oculos ſolummodo conuertebat. Vnde quia in id quod minus attendendum ſibi erat, amplius ipſe intendebat; idcirco dicit Euangeliſta: *quod neſciebat quid diceret*, dum aiebat: [Luc. 9.] *Bonum eſt nos hic eſſe: Faciamus hic tria tabernacula*; meminiſſe [Matt. 17.] enim debuerat, quod *Non habemus hic ciuitatem permanentẽ*, vt inquit Apoſtolus, *ſed futurã inquirimus.* [Hebr. 13.] Deinde dic mihi obſecro, Petre, quomodo humani generis redẽptionis immemor factus es? qui fieri poteſt, vt antiquorum illorũ Patrum in ſinu Abrahæ depoſitorum liberationem, tuos condiſcipulos, & fratrem tuum Andream, cui tantum debes, vt propter eum ad Apoſtolatus dignitatem aſſumptus fueris, obliuioni tradas? Singularis, & inauditus ſane obliuionis exceſſus. Hinc diſcatis oportet, in homine neutiquam confidendum vobis eſſe: fundamentum enim imbecille eſt, cui ſecure inniti minime quiſpiam poteſt. Origenes explicans hunc locum: [Orig. in comment. huius loci.] *Maledictus, homo qui pendet in ligno*, verba quædam inſigni eius ingenio digna protulit. [Gal. 3.] [Deut. 21.] *Exiſtimo hanc eandem eſſe ſententiam cum illa: Maledictus homo, qui confidit in homine.* [Hierem. 46.] Dependere enim ab homine, qui ad cuiuſque venti flatum mouetur, quique Protheo mutabilior eſt, perinde eſt, ac pendere a ligno clauis confoſſum. Obſeruauit ſanctus Auguſtinus, Ioſephum diuino conſilio carceri biennio mancipatum permanſiſſe, eo quod omnem libertatis ſuç ſpem in pincerna Pharaonis collocauerat: *Memento mei, dum bene tibi fuerit, vt ſuggeras Pharaoni, & educat me de carcere iſto.* [Gen. 40.] Promiſit quidem ſerio pincerna, ſed promiſsio futilis fuit, vt rei exitus probauit: Ioſephi enim immemor, vix dum lapſo biennio eius recordatus fuit.

Hæc omnia probe nouerat Propheta Dauid, dum cæleſti plenus Spiritu dixit: *Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax.* [Psal. 115.] Alij legunt: *Omnis homo mendacium*: non ſolum homo mendax, ſed ipſum mendacium eſt: illius vita, illius ſalus, illius diuitiæ, illius fauor, omnia mendacium ſunt, veritatis colore fucata. Vnde ingenioſe quidam Paraſitus, cum adhærens tapeti aulico, qui caminum tegebat, putans locum eſſe firmum, retrorſum caderet, continuo tam facete, quam vere dixit: *Sic ſe habent fauores palatij*: putat quis ſe adhærens Principi, fauori eius inniti poſſe, ſed fulcimentum futile, & infirmum eſt, non ſecus ac tapes aulicus caminum tegens, cui ſi quis innitatur, neceſſe eſt retrorſum cadat. Ita paſſim contingere videmus: adhæretis huic, quia diuitijs affluit, contingit tamen in egeſtatem venire; ecce mentiuntur tibi illius diuitiæ: adhæretis primo alicui Principi, qui magna pollicetur, ſed nullius rei promiſsionem im-

Digitized by Google

plet : ecce fauor eius tibi mentitur . adhæretis amico etiam fideli, ſed morte præuenitur : ecce vita illius tibi mentita eſt, quam longæuam putabas. Itaque a planta pedis vſque ad verticem capitis, mendacij argumenta mille in homine reperies. *Pſal. 115.* Bene ergo Dauid : *Omnis homo mendax, ſeu mendacium*. Id attentius Iſaias conſiderans, *Iſai 50.* dixit: *Sperent in nomine Domini, & innitantur ſuper Deum ſuum*. Innitantur iuſti, & adhæreant Deo, ne fruſtrentur, ſicut ij, qui tapeto aulico caminum operiente adhærent, & retrorſum cadunt.

Apoc. 21. & 10. Chryſ. *Ceciderunt in facies ſuas*. Sanctus Ioãnes Chryſoſtomus in commentario horum verborũ quærit, quid ſit, quod dum in Chriſti baptiſmo audita fuit eadem vox de cælo, quæ hodie : *Mat. 3. Matt. 17.* *Hic eſt Filius meus dilectus*; tunc diſcipuli in terram non prociderint; hodie vero in transfigurationis Chriſti ſolemnitate cecidere. Reſpondet ipſe, ea de cauſa id ita accidiſſe, quod in Chriſti baptiſmate diſcipuli multos haberent ſocios, in transfiguratione autem ſoli eſſent : timor autem in ſolitudine potius, quam in aliorum ſocietate inuadere ſolet. Verum aliam poſſumus myſterioſam huiuſce rei rationem ſubnectere, nimirum, quod in baptiſmatis ſacramento, per baptiſmum Chriſti repræſentato, filiorum Dei adoptiua filiatio initium accipit : in gloria vero per transfigurationem ſignificata, omnem ſui perfectionem obtinet. ſtare pedibus, vitæ eſt indicium : cadere autem, imbecillitatis, & mortis eſt argumentum. Idcirco ad ſignificandum, hominem in baptiſmate adoptionem filiorum Dei recipere, diſcipuli audita Patris voce in baptiſmo intonante : *Gal. 4. Matth. 3. Matth. 17.* *Hic eſt Filius meus dilectus*, ſtantes pedibus perſtitere; verum in transfiguratione, quæ gloriæ ſymbolum erat, in terram prociderunt, ad ſignificandum nobis, quod ad gloriam, perfectionemque illam filiorum Dei obtinendam in *Exod. 33.* terram cadendum eſt, & moriendum, quia *non videbit me homo, & viuet*. In cuius rei fi- *3. Reg. 19.* guram videmus Deum faciem ſuam Moyſi oſtendere volentem, dixiſſe, vt ſe conſtitueret in foramine petræ; & Eliæ præcepit, vt ad oſtium ſpeluncæ poſitus eum ſpectaret. Certum eſt, quod ſpeluncis pro ſepulturis vtebantur *Gen. 23.* antiqui Patres, vt patet in Patriarcha Abraham, duplicem emente ſpeluncam pro ſepultura ſua. Quibus omnibus diuina ſapientia nos docet, ad clara Dei viſione perfruendum, non ſolum ſpiritualẽ, ac ciuilem animæ paſſionum mortem, ſed & corporis ſubeundam eſſe.

Matth. 17. *Leuantes autem oculos, neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum*. Non leue reformationis animæ indicium, atque argumentum eſt, oculos refrænandi cura, atque ſollicitudo; oculi enim feneſtræ ſunt, de quibus dictum eſt: *Mors aſcendit per feneſtras*. Vt non abſque ingenti generis humani detrimento experta olim fuit *Gen. 3.* mater noſtra Eua, vtpote, quæ vnius pomi pulchritudine illecta, illud appetens, nos omnes in immenſum miſeriarum barathrum, præcipitare cœperit: *Vidit mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit.* *Ibidem.* Vnde & mihi videtur Eua dicere potuiſſe illud Ouidij in epiſtola ad Medeam :

Ouidius.

Tunc ego te vidi, tunc cœpi ſcire quid eſſet:
Illa fuit mentis prima ruina meæ.

S. Petrus Chryſol. ser. 139. S. Petrus Chryſologus ſermone 139. dixit naturam in cuſtodiẽdis oculis ſollicitam fuiſſe, cum eoſdem & ſuperciliorum tegminibus, extremoque ſuperioris genæ ambitu occluſerit, & illius viſum in centro pupillæ celarit. *Gen. 3.* At Eua omnes has ſeras irrumpens, in mortiferæ illius arboris fructus oculos conuertit; & per oculorum eius feneſtras, tam in ipſam, quam in vniuerſum humanum genus ingrata, & infeſta mors irrepſit. Sane priſci illi tam veteris, quã noui Teſtamenti ſanctiſſimi Patres probe agnouerunt, quantum nocumenti effrænata oculorum diſſolutio, nimiaq. licentia ſecum afferret. Miraculum illud patientiæ, & prodigium ſanctitatis Iob adeo diligens oculorum ſuorum cuſtos *Iob. 31.* fuit, vt diceret : *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine* : alij legunt : *Ne cogitarent*. Intellectu difficilis videtur iſte locus, quomodo, cum cogitare non oculorum, ſed cordis ſit officium, fœdus cum oculis iniri poſſit, ne cogitent, cum cogitatio non ipſorum, ſed animæ ſit. Locum hunc mihi declarat pro- *Hiſp. adag.* uerbium illud Hiſpanum : *Oculi non videant, cor non lacrymabitur*. Manifeſtum eſt, cordis non eſſe fundere lacrymas, ſed oculorum : neque etiam oculorum eſſe cogitare, vt dicit Iob, ſed cordis. Vt vtrumq; intelligamus, obſeruandum eſt, quod quia cor fons eſt, & origo doloris, qui cauſa eſt lacrymarum, ideo quoque dicitur & ipſum lacrymari. Et quia etiam oculi feneſtræ ſunt, per quas obiecta cogitationum ad mentem deueniunt, & cordis intima penetrant, ideo dicit Iob oculos cogitare. Vnde fit, quod ſi oculi nociua videndo, cordi praua cogitandi materiam ſubminiſtrant, ipſum quoque viciſſim cor plorandi, & lacrymandi eis præbeat materiam. Hoc igitur ſuppoſito facilis erit illorum verborum Iob intelligentia : *Ibidem.* *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt cogitarent de virgine*. Sunt hic fœdus ineuntes oculi, & cor, & ambo tamquam prudentes litigantes, ne alter alterum conſumat, paciſcuntur inter ſe, ne oculi praua cogitandi anſam cordi præbeant, & ſic cor ipſum ad plorandum minime illos compellet. Et quidem licet verum ſit, oculos ius habere ad videndum; quia tamen eius intuitus ſolet in hominum cordibus excitare cogitationes, quæ lacrymandi cauſa eſſe conſueuere; ideo æquitas, ratioq. ſuadet, vt ne cor ad lacrymandum eoſdem excitare cogatur, ipſi ab inordinato aſpectu ſe abſtineant. Hinc eſt, quod ipſa rerum omnium natura parens quę ad alia prębuit homini diuerſa organa eundem tñ oculum ad videndum, & flendum, ei tribuit, vt ipſe qui perperã videt, ipſe & doleat,

& la-

Digitized by Google

2.Reg.11. & lacrymetur. Proculdubio, ſi Dauid, ſicut & Iob,
fœdus illud cũ oculis ſuis pepigiſſet, minime in
adulteriũ, & homicidiũ prolapſus fuiſſet; intui-
tus eſt Betſabee e ſolario domus ſuæ, eiuſq; pul-
cher aſpectus prauæ cauſa fuit cogitationis, co-
Iacob.1. gitatio deſiderij, deſideriũ operis peccaminoſi,
quia *concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum*;
ac tandem ingentem peccatorum catenam cõ-
pegit, quæ eum diu grauiſſimo ſeruitutis iugo
adſtrictũ tenuit; reſpiciens tamen poſtea dam-
num, quod ab oculis ſibi illatum fuerat, dice-
Pſal.118. bat Deo: *Auerte oculos meos ne videant vanita-
tem*. Verũ in hoc genere argumenti illud mira-
bile eſt, quod antiqui illi gentiles ſolo naturæ
lumine illuſtrati cernẽtes, quantum detrimenti
licentioſa videndi conſuetudo ſecum afferret,
de cuſtodia oculorum ſollicit adeo fuere, vt in
hoc Iobo, & Dauidi comparari poſſe videantur.
Cælius Rhod. l.13.c.6. Cælius enim Rhodiginus libro decimotertio
capite ſexto refert, quod cum Rex Antiochiæ
tertius, die quadam in templo Dianæ Epheſinę
ſacerdotiſſam extremæ pulchritudinis videret,
pertimeſcens, ne illius formę amore caperetur,
Veget.l.2.de continentia Alex. continuo è templo aufugit. Vegetius quoque
libro ſecundo de continentia Alexandri, recen-
ſet, obtenta quadam victoria, dum ei, omnium
pulcherrimam ab hoſtibus captam feminam
eſſe denunciaretur, neutiquam ad ſuam præſen-
tiã illam adduci paſſus eſt, ne captus a captiua
captiuæ ſuæ fieret ipſe captiuus. Tanta laude
D. Baſil. hom 24. de legen. lib. Gentil. digna fuit hæc Alexandri continentia, vt S. Ba-
ſilius homilia 24. de legendis libris gentilium,
in eius laudem longam texuerit orationem. Et
D. Hieron. l. 2. ad Heliodorum. S. Hieronymus libro 1. ad Heliodorum, tradit
Cyrum Regem eo adduci minime potuiſſe, vt
dum Reginam Pantheam ſummæ venuſtatis
feminam bello cepiſſet, eam intuendam ſibi
Hiſt. de Cyro obijci permitteret. Non pauci etiam hiſtorio-
graphi illius matronæ Armeniæ modeſtiæ me-
minere, quæ ab inſigni Cyri Regis conuiuio
domum reuerſa, marito percontanti, quid ſibi
de Rege, eiuſque elegantia videretur, reſpon-
dit: *A te, mi vir, oculos numquam deflexi; ideoque
qualis alieni viri forma ſit, prorſus ignoro*. At iſto-
rum omnium in aſpectu modeſtiam, magni il-
lius Pauli Eremitæ ſingularis oculorum cuſto-
Caſsian. col. 7. cap. 26. dia longe antecedit; de quo refert Caſſianus
collatione ſeptima, quod non ſolum fugeret
mulieris aſpectum; verum etiam illius depictã
elegantiam, aut veſtem; vtpote, qui bene intel-
ligeret, dæmonem ſæpenumero tam ipſa vmbra,
quam corpore; tam phantaſmate, ac imagina-
tione, quã rei veritate homines infeſtare, & non
ſemel ſuperare. Id certe non abſque eorum ma-
ximo detrimento Iſraelitæ experti fuere, quip-
Ezechiel.23. pe, vt legimus Ezechielis capite 23. videntes
depictas in pariete imagines Chaldæorum, va-
rioſque ornatus, quibus vtebantur, tanto femi-
narum illius regionis amore capti fuere, vt
nuncios mitterent ad eos, poſtulantes, vt ſecum
cohabitandum venirent; qui Iſraelitis ruinam
Concil. Conſtant.6.c.10. maximam attulere, Concilium Conſtantino-
politanum agnoſcens laſciuientium imaginum
picturas magnum intuentibus nocumentum
inferre, ſub grauiſſimis pœnis prohibuit effi-
gies depingi, quę turpitudine ſua in ſpectantium
animis prauas poſſent excitare cogitationes.
Hinc ego argumentor: Si turpium imaginum
vita carentium aſpectus fugiendus eſt, quæ (ro-
go) cura, ac ſollicitudo nobis gerenda erit in
cohibendis oculis ab animatis imaginibus? ſi
enim vmbra feminæ comburit, quid viuens eius
ignis non exuret? Et ſi memoriæ proditum eſt,
quod ſola ſandalia Iudith cor Holofernis Iudith. 16.
exulcerarunt, animamque illius captarunt;
Sandalia rapuerunt animam eius; quis veſtrum
dubitabit, pulchritudinis eius aſpectum vim
maiorem habuiſſe ad emolliendum eius animũ?
Ne reſpicias ergo, ait Spiritus ſanctus, *mulierem, Eccl 9.
ne forte incidas in laqueos illius*. Demum ea, quæ
omnes antecellit, ſingularis eſt oculorum Chri-
ſti Domini noſtri modeſtia, quæ adeo rara, adeo
inſignis, adeo ſingularis fuit, vt quoties oculos
eleuaret, toties & Euãgeliſtæ annotarint. Qua-
ter eos eleuaſſe, vt rem inſolitam, & notatu di-
gnam, & admirabilem referunt. Prima fuit in
monte, dum diſcipulis ſuis beatitudines octo
prædicaret: *Eleuatis oculis in diſcipulos ſuos di- Luc.6.
cebat. Beati pauperes, &c.* Secunda in reſuſcita-
tione Lazari: *Ieſus autem eleuatis oculis ſuis dixit*: Ioan.11.
Pater gratias tibi ago, quoniam audiſti me. Tertia
in vltima cœna, dum corpus ſuum conſecrauit,
quod quamuis expreſſe ab Euangeliſtis non
tradatur, tãquam rem antiqua traditione cer-
tam determinauit Innocentius Papa in cap. Innocen. Papa in cap cũ Marthæ de celeb. Miſſ.
Cum Marthę de celebratione Miſſarum. Quar-
ta, dum morti vicinus *Subleuatis oculis in cælum* Ioan. 17.
dixit: Pater venit hora, clarifica Filium tuum.

Verum enim vero, ſi tot egregijs exemplis
tam diuinis, quam humanis edocti, adhuc ocu-
lorum veſtrorum libidinem non compeſcitis,
ſufficiat vobis, precor, ad eoſdem cohibendos
contemplari pene innumera damna, quæ ob
illorum immoderatam licentiam in hunc mun-
dum defluxere. Euæ inordinatus pomi aſpectus, Gen.3.
famis, nuditatis, infirmitatis, ac denique mortis
miſerijs dedit initium. Filij Dei, quos ita
Scriptura ſacra vocat, videntes pulchritudinem
filiarum hominum, confeſtim illas concupie-
runt: *Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent* Gen.6.
pulchræ, acceperunt ſibi vxores. Et poſtea tantæ
concupiſcentiæ flamma excitata eſt, vt ad eam
extinguendam, Deus vniuerſum terrarum or-
bem cataclyſmo obruere decerneret. Sichem Geneſ.34.
Princeps ob laſciuum Dinæ aſpectum vna cum
tota ciuitate interijt. Ammon quoq; ob ince- 2.Reg.13.
ſtuoſos in Thamar ſororem ſuam oculos, pro-
prij ſanguinis violator extitit. Quin & falſi
illi ſenes nimia oculorum ſuorum, ac deſiderij
intemperantia inducti, honeſtiſſimæ Suſannæ Dan.13.
caſtitatem maculare cupientes, ſaxorum turbi- Iudith.13.
ne obruti periere. Denique Holofernes Iudith
captus pulchritudine, proprio gladio ab ea ab-
ſciſſo capite, miſere interijt. Matth 17.

*Nemini dixeritis viſionem hanc, donec Filius
hominis a mortuis reſurgat*. Christus Dominus
ſtupen-

plet: ecce fauor eius tibi mentitur. adhæretis amico etiam fideli, ſed morte præuenitur: ecce vita illius tibi mentita eſt, quam longæuam putabas. Itaque a planta pedis vſque ad verticem capitis, mendacij argumenta mille in homine reperies. Bene ergo Dauid: *Omnis homo mendax, ſeu mendacium*. (Pſal. 115.) Id attentius Iſaias conſiderans dixit: *Sperent in nomine Domini, & innitantur ſuper Deum ſuum*. (Iſai. 50.) Innitantur iuſti, & adhæreant Deo, ne fruſtrentur, ſicut ij, qui tapeto aulico caminum operiente adhærent, & retrorſum cadunt.

Ceciderunt in facies ſuas. (Apoc. 22. S. Io. Chryſ.) Sanctus Ioãnes Chryſoſtomus in commentario horum verborũ quærit, quid ſit, quod dum in Chriſti baptiſmo audita fuit eadem vox de cælo, quæ hodie: *Hic eſt Filius meus dilectus*; (Matt. 3. Matt. 17.) tunc diſcipuli in terram non prociderint; hodie vero in transfigurationis Chriſti ſolemnitate cecidere. Reſpondet ipſe, ea de cauſa id ita accidiſſe, quod in Chriſti baptiſmate diſcipuli multos haberent ſocios, in transfiguratione autem ſoli eſſent; timor autem in ſolitudine potius, quam in aliorum ſocietate inuadere ſolet. Verum aliam poſſumus myſterioſam huiuſce rei rationem ſubnectere, nimirum, quod in baptiſmatis ſacramento, per baptiſmum Chriſti repræſentato, filiorum Dei adoptiua filiatio initium accipit: in gloria vero per transfigurationem ſignificata, omnem ſui perfectionem obtinet. ſtare pedibus, vitæ eſt indicium: cadere autem, imbecillitatis, & mortis eſt argumentum. Idcirco ad ſignificandum, hominem in baptiſmate adoptionem filiorum Dei recipere, diſcipuli audita Patris voce in baptiſmo intonante: *Hic eſt Filius meus dilectus*, (Gal. 4. Matth. 3. Matth. 17.) ſtantes pedibus perſtitere; verum in transfiguratione, quæ gloriæ ſymbolum erat, in terram prociderunt, ad ſignificandum nobis, quod ad gloriam, perfectionemque illam filiorum Dei obtinendam in terram cadendum eſt, & moriendum, quia *non videbit me homo, & viuet*. (Exod. 33.) In cuius rei figuram videmus Deum faciem ſuam Moyſi oſtendere volentem, dixiſſe, vt ſe conſtitueret in foramine petræ; & Eliæ præcepit, vt ad oſtium ſpeluncæ poſitus eum ſpectaret. (3. Reg. 19.) Certum eſt, quod ſpeluncis pro ſepulturis vtebantur antiqui Patres, vt patet in Patriarcha Abraham, (Gen. 23.) duplicem emente ſpeluncam pro ſepultura ſua. Quibus omnibus diuina ſapientia nos docet, ad clara Dei viſione perfruendum, non ſolum ſpiritualẽ, ac ciuilem animæ paſſionum mortem, ſed & corporis ſubeundam eſſe.

Leuantes autem oculos, neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum. (Matth. 17.) Non leue reformationis animæ indicium, atque argumentum eſt, oculos refrænandi cura, atque ſollicitudo; oculi enim feneſtræ ſunt, de quibus dictum eſt: *Mors aſcendit per feneſtras*. Vt non abſque ingenti generis humani detrimento experta olim fuit mater noſtra Eua, (Gen. 3.) vtpote, quæ vnius pomi pulchritudine illecta, illud appetens, nos omnes in immenſum miſeriarum barathrum, præcipitare cœperit: *Vidit mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit*. (Ibidem.) Vnde & mihi videtur Eua dicere potuiſſe illud Ouidij in epiſtola ad Medeam:

Tunc ego te vidi, tunc cœpi ſcire quid eſſet (Ouidius.)
Illa fuit mentis prima ruina meæ.

S. Petrus Chryſologus ſermone 139. (S. Petrus Chryſol. ser. 139.) dixit naturam in cuſtodiẽdis oculis ſollicitam fuiſſe, cum eoſdem & ſuperciliorum tegminibus, extremoque ſuperioris genæ ambitu occluſerit, & illius viſum in centro pupillæ celarit. At Eua (Gen. 3.) omnes has ſeras irrumpens, in mortiferæ illius arboris fructus oculos conuertit; & per oculorum eius feneſtras, tam in ipſam, quam in vniuerſum humanum genus ingrata, & infeſta mors irrepſit. Sane priſci illi tam veteris, quã noui Teſtamenti ſanctiſſimi Patres probe agnouerunt, quantum nocumenti effrænata oculorum diſſolutio, nimiaq. licentia ſecum afferret. Miraculum illud patientiæ, & prodigium ſanctitatis Iob adeo diligens oculorum ſuorum cuſtos fuit, vt diceret: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine*: (Iob. 31.) alij legunt: *Ne cogitarent*. Intellectu difficilis videtur iſte locus, quomodo, cum cogitare non oculorum, ſed cordis ſit officium, fœdus cum oculis iniri poſſit, ne cogitent, cum cogitatio non ipſorum, ſed animæ ſit. Locum hunc mihi declarat prouerbium illud Hiſpanum: *Ocul non vedeant, cor non lacrymabitur*. (Hiſp. adag.) Manifeſtum eſt, cordis non eſſe fundere lacrymas, ſed oculorum: neque etiam oculorum eſſe cogitare, vt dicit Iob, ſed cordis. Vt vtrumq; intelligamus, obſeruandum eſt, quod quia cor fons eſt, & origo doloris, qui cauſa eſt lacrymarum, ideo quoque dicitur & ipſum lacrymari. Et quia etiam oculi feneſtræ ſunt, per quas obiecta cogitationum ad mentem deueniunt, & cordis intima penetrant, ideo dicit Iob oculos cogitare. Vnde fit, quod ſi oculi nociua videndo, cordi praua cogitandi materiam ſubminiſtrant, ipſum quoque viciſſim cor plorandi, & lacrymandi eis præbeat materiam. Hoc igitur ſuppoſito facilis erit illorum verborum Iob intelligentia: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarent de virgine*. (Ibidem.) Sunt hic fœdus ineuntes oculi, & cor, & ambo tamquam prudentes litigantes, ne alter alterum conſumat, paciſcuntur inter ſe, ne oculi praua cogitandi anſam cordi præbeant, & ſic cor ipſum ad plorandum minime illos compellet. Et quidem licet verum ſit, oculos ius habere ad videndum; quia tamen eius intuitus ſolet in hominum cordibus excitare cogitationes, quæ lacrymandi cauſa eſſe conſueuere; ideo æquitas, ratioq. ſuadet, vt ne cor ad lacrymandum eoſdem excitare cogatur, ipſi ab inordinato aſpectu ſe abſtineant. Hinc eſt, quod ipſa rerum omnium natura parens quæ ad alia præbuit homini diuerſa organa eundem tñ oculum ad videndum, & flendum, ei tribuit, vt ipſe qui perperã videt, ipſe & doleat,

& la-

Digitized by Google

2. Reg. 11. & lacrymetur. Proculdubio, ſi Dauid, ſicut & Iob, fœdus illud cũ oculis ſuis pepigiſſet, minime in adulteriũ, & homicidiũ prolapſus fuiſſet; intuitus eſt Betſabee e ſolario domus ſuæ, eiuſq; pulcher aſpectus prauæ cauſa fuit cogitationis, cogitatio deſiderij, deſideriũ operis peccaminoſi, Iacob. 1. quia *concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum*; ac tandem ingentem peccatorum catenam cõpegit, quæ eum diu grauiſſimo ſeruitutis iugo adſtrictũ tenuit; reſpiciens tamen poſtea damnum, quod ab oculis ſibi illatum fuerat, dicebat Deo: Psal. 118. *Auerte oculos meos ne videant vanitatem*. Verũ in hoc genere argumenti illud mirabile eſt, quod antiqui illi gentiles ſolo naturæ lumine illuſtrati cernẽtes, quantum detrimenti licentioſa videndi conſuetudo ſecum afferret, de cuſtodia oculorum ſolliciti adeo fuere, vt in hoc Iobo, & Dauidi comparari poſſe videantur. Cælius Rhod. l. 13. c. 6. Cælius enim Rhodiginus libro decimotertio capite ſexto refert, quod cum Rex Antiochiæ tertius, die quadam in templo Dianæ Epheſinę ſacerdotiſſam extremæ pulchritudinis videret, pertimeſcens, ne illius formę amore caperetur, Veget. l. 2. de continentia Alex. continuo è templo aufugit. Vegetius quoque libro ſecundo de continentia Alexandri, recenſet, obtenta quadam victoria, dum ei, omnium pulcherrimam ab hoſtibus captam feminam eſſe denunciaretur, neutiquam ad ſuam præſentiã illam adduci paſſus eſt, ne captus a captiua captiuæ ſuæ fieret ipſe captiuus. Tanta laude D. Baſil. hom. 24. de legen. lib. gentil. digna fuit hæc Alexandri continentia, vt S. Baſilius homilia 24. de legendis libris gentilium, in eius laudem longam texuerit orationem. Et D. Hieron. l. 2. ad Heliodorum. S. Hieronymus libro 1. ad Heliodorum, tradit Cyrum Regem eo adduci minime potuiſſe, vt dum Reginam Pantheam ſummæ venuſtatis feminam bello cepiſſet, eam intuendam ſibi Hiſt. de Cyro obijci permitteret. Non pauci etiam hiſtoriographi illius matronæ Armenię modeſtiæ meminere, quæ ab inſigni Cyri Regis conuiuio domum reuerſa, marito percontanti, quid ſibi de Rege, eiuſque elegantia videretur, reſpondit: *A te, mi vir, oculos numquam deflexi; ideoque qualis alieni viri forma ſit, prorſus ignora*. At iſtorum omnium in aſpectu modeſtiam, magni illius Pauli Eremitæ ſingularis oculorum cuſto- Caſſian. col. 7. cap. 26. dia longe antecedit; de quo refert Caſſianus collatione ſeptima, quod non ſolum fugeret mulieris aſpectum; verum etiam illius depictã elegantiam, aut veſtem; vtpote, qui bene intelligeret, dęmonem ſæpenumero tam ipſa vmbra, quam corpore; tam phantaſmate, ac imaginatione, quã rei veritate homines infeſtare, & non ſemel ſuperare. Id certe non abſque eorum maximo detrimento Iſraelitæ experti fuere, quip- Ezechiel. 23. pe, vt legimus Ezechielis capite 23. videntes depictas in pariete imagines Chaldæorum, varioſque ornatus, quibus vtebantur, tanto feminarum illius regionis amore capti fuere, vt nuncios mitterent ad eos, poſtulantes, vt ſecum cohabitandum venirent; qui Iſraelitis ruinam Concil. Conſtant. a. c. 10. maximam attulere, Concilium Conſtantinopolitanum agnoſcens laſciuientium imaginum picturas magnum intuentibus nocumentum inferre, ſub grauiſſimis pœnis prohibuit effigies depingi, quę turpitudine ſua in ſpectantium animis prauas poſſent excitare cogitationes. Hinc ego argumentor: Si turpium imaginum vita carentium aſpectus fugiendus eſt, quæ (rogo) cura, ac ſollicitudo nobis gerenda erit in cohibendis oculis ab animatis imaginibus? ſi enim vmbra feminæ comburit, quid viui eius ignis non exuret? Et ſi memoriæ proditum eſt, quod ſola ſandalia Iudith cor Holofernis Iudith. 16. exulcerarunt, animamque illius ceperunt; *Sandalia rapuerunt animam eius*; quis veſtrum dubitabit, pulchritudinis eius aſpectum vim maiorem habuiſſe ad emolliendum eius animũ? *Ne reſpicias* ergo, ait Spiritus ſanctus, *mulierem, ne forte incidas in laqueos illius*. Eccl. 9. Demum ea, quæ omnes antecellit, ſingularis eſt oculorum Chriſti Domini noſtri modeſtia, quæ adeo rara, adeo inſignis, adeo ſingularis fuit, vt quoties oculos eleuaret, toties & Euãgeliſtæ annotarint. Quater eos eleuaſſe, vt rem inſolitam, & notatu dignam, & admirabilem referunt. Prima fuit in monte, dum diſcipulis ſuis beatitudines octo prædicaret: *Eleuatis oculis in diſcipulos ſuos dicebat. Beati pauperes, &c.* Luc. 6. Secunda in reſuſcitatione Lazari: *Ieſus autem eleuatis oculis ſuis dixit; Pater gratias tibi ago, quoniam audiſti me*. Ioan. 11. Tertia in vltima cœna, dum corpus ſuum conſecrauit, quod quamuis expreſſe ab Euangeliſtis non tradatur, tãquam rem antiqua traditione certam determinauit Innocentius Papa in cap. Cum Marthę. de celebratione Miſſarum. Innocen. Papa in cap. cũ Marthe de celeb. Miſ. Quarta, dum morti vicinus *Subleuatis oculis in cælum dixit: Pater venit hora, clarifica Filium tuum*. Ioan. 17.

Verum enim vero, ſi tot egregijs exemplis tam diuinis, quam humanis edocti, adhuc oculorum veſtrorum libidinem non compeſcitis, ſufficiat vobis, precor, ad eoſdem cohibendos contemplari pene innumera dãmna, quæ ob illorum immoderatam licentiam in hunc mundum defluxere. Gen. 3. Euæ inordinatus pomi aſpectus, famis, nuditatis, infirmitatis, ac denique mortis miſerijs dedit initium. Filij Dei, quos ita Scriptura ſacra vocat, videntes pulchritudinem filiarum hominum, confeſtim illas concupierunt: *Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores*. Gen. 6. Et poſtea tantæ concupiſcentiæ flamma excitata eſt, vt ad eam extinguendam, Deus vniuerſum terrarum orbem cataclyſmo obruere decerneret. Sichem Geneſ. 34. Princeps ob laſciuum Dinæ aſpectum vna cum tota ciuitate interijt. Ammon quoq; ob inceſtuoſos in Thamar ſororem ſuam oculos, proprij ſanguinis violator extitit. 2. Reg. 13. Quin & falſi illi ſenes nimia oculorum ſuorum, ac deſiderij intemperantia inducti, honeſtiſſimæ Suſannæ Dan. 13. caſtitatem maculare cupientes, ſaxorum turbine obruti periere. Iudith. 13. Denique Holofernes Iudith captus pulchritudine, proprio gladio ab ea abſciſſo capite, miſere interijt.

Nemini dixeritis viſionem hanc, donec Filius hominis a mortuis reſurgat. Matth. 17. Chriſtus Dominus

ſtupen-

Digitized by Google

ſtupendi miraculi, quod viderant diſcipuli, ſilentium eis indixit, vt doceret nos, opera bona, quę facimus, ſecreta, atque abſcondita hominibus eſſe debere, ne venefici hominum oculi inſtar Baſiliſci ſuo aſpectu illa inficiant. In cuius rei
Exod. 4.
figura videmus, quod dum Moyſes manum in ſinu abſconditam geſtabat, ſana erat; detecta vero confeſtim lepra infecta tumebat. Talia certe ſunt opera bona, quæ abſcondita non inficiuntur, verum ſi in publicum ea produxeris, ex nimio hominum applauſu ſæpe deturpantur. Ideoque ſumma cum diligentia curandum eſt, ne quod dextera manus facit, ſiniſtra agnoſcat. Huius doctrinæ Angeli in cælis, homines vero in terris nobis magiſtri, auctoreſq. fuere. Dicit enim Iſaias, quod quantum-
Isai. 6.
libet Seraphini vna ala volarent, altera tamen ſe operiebant; itaque illis quanta volandi, tanta & operiendi ſe cura erat: quo nobis innuebant, in exercitio bonorum operum non modicam curam eſſe adhibendam, ne palam fiant, vt videantur ab hominibus. Admirabile quoque
Genes. 22.
fuit illud Abrahami exemplum, qui dum præcepto diuino monitus filij caput amputaturus montem aſcenderet, mediam noctem expectauit, & locum ab omni humano conuictu deſtitutum ad ſacrificium peragendum elegit; nedum etiam a ſamulis, ſed nec ab oculis iumenti ſecum euntis videri vllatenus voluit: vnde dixit,
Ibidem.
vt ait ſacer textus, ad pueros ſuos, ***expectate hic cum aſino***; ſolum enim a Deo ſacrificium ſuum videri exoptabat. Sed, quæſo, ſenex prudentiſſime, numquid melius non fuiſſet ad tam perfectæ obedientiæ ſpectaculum plurimos adhibuiſſe teſtes, vt ceteris æterno exemplo eſſet?
Ibidem.
Reſpondit, id tunc neutiquam neceſſarium; ſufficit mihi adeſſe Deum, ſat eſt, illud Deum videre: ***Dominus videbit***, ipſe euulgabit, ipſe re-
Matt. 6.
munerabitur: ***Et Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.*** Verum dicet quiſpiam, qua ratione hæc cohærent cum verbis illis Chriſti
Matt. 5.
Domini: ***Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona***; ſi opera bona a conſpectu hominum abſcondere monemur, quomodo præcipimur hic, vt illa manifeſtemus, & hominibus videnda exponamus? Huiuſce diſficultatis ea eſt ſolutio, quod Chriſtus quandoque loquitur cum viris perfectis, quandoque vero cum imperfectis. Perfectis ait, vt opera ſua bona in publicum prodant: cum enim tenacius Deo adhæreant, virtutumque ſuarum altiores radices egerint, non facile vanæ elationis, aut inanis gloriæ vẽto agitantur: at imperfecti tamquam plantæ quædam teneriores, minuſque radicatæ, bona opera ſua abſcondere monentur, ne fallaci humani applauſus aura velut fumus euaneſcant. Poteſt hoc diſcrimen apta hac comparatione elucidari. Apud pictores illud inter peritos, & imperitos diſcrimen cernimus, quod illi imagines nudas depingunt, in quibus cum mira membrorum proportio, & totius humani corporis egregia cõpago eniteat, excellentia quoque artificis effulget. At tyrones pictores, & in arte pingendi minime periti, ſemper imagines veſtibus ornatas depingere conſueuere, quibus velut pallio quodã ineruditæ manus defectus, qui alioquin innoteſceret, cooperiunt. Hoc igitur intereſt diſcriminis inter perfectos, & imperfectos; quod perfecti opera ſua hominũ oculis nuda, & mani-
Matt. 5.
feſta exponere poſſunt: ***Vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt***; vt alij bono eorum exemplo excitentur, & Deũ collaudent; at imperfecti ſi ab inanis gloriæ vrente vento tuti eſſe deſiderant, operiant opera ſua, atque ſecreti veſtibus illa induant, contenti ſolum Chriſti oculis nuda apparere. Matt. 6.
Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Duodecima.

Sumpta ex Transfiguratione Domini occaſione, monſtratur, animas in monte alto orationis, & contemplationis mutari, & transfigurari; agiturque pariter de conditionibus, quæ orationem comitari debent, vt hæc in nobis transformatio fiat, & quod petimus, adipiſcamur.

QVamuis Chriſtus Dominus, tamquam Dominus gloriæ ſępe alias transfigurari potuiſſet, voluit tamen data opera, & non ſine myſterio id opus in tempus orationis ſuę reſeruare, vt Lucas animaduertit: ***Aſcendit in montem, vt oraret, & facta eſt dum oraret, ſpecies vultus eius altera.*** Luc. 9.
Quod cæleſti quidem factum eſt conſilio, vt doceret Chriſtus, mentes noſtras per orationem, & aſſiduam cum Deo conuerſationem diuinitus immutari, ac transformari; talem enim a Deo tunc accipiunt ſplendorem, vt illo decoratæ, ſpeciem alteram habere videantur. Pro huius rei typo, vt in Exodo legimus, Moyſes ***ex conſortio ſermonis Domini***, prodibat ſplendidus tamquam ſol vndequaque fulgorans: nam vbi vulgata editio legit: ***Et ignorabat, quod cornuta eſſet facies ſua***, Septuaginta interpretantur: ***Apparuit glorificatus vultus eius***: qui ſplendor Moyſi communicatus a Deo tantæ magnitudinis erat, vt vultum eius a monte deſcendentis Iſraelitæ ſpectare non poſſent; & ideo, vt eũ intueri valerẽt, Moyſes ***Ponebat velamen ſuper faciem ſuam***. Hæc nouitas, quæ in vultu Moyſis erat, quotidie acci-

Exod. 34. — Sep. Interp. in c. 34. Exod. — Exod. 34.

dit

dit animabus familiariter per orationem cum
Paul. 2. Cor. ep. 2. cap. 4. Deo tractantibus, ſicut ad Corinthios ſcribens
Paulus teſtatur: *Ipſe illuxit in cordibus noſtris ad*
illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, in facie Chri-
ſti Ieſu. Sed clarius id docuit Apoſtolus cap. 3.
2. Corint. 3. eiuſdem Epiſtolæ: *Nos autem reuelata facie glo-*
riam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem
transformamur. Tres poſſunt horum verborum
aſſignari expoſitiones; ſed notandum prius,
participium illud, *ſpeculantes*, non a *ſpecula*, vt
D. Anſel. in hunc locum. notat Anſelmus ſuper eundem Pauli locum, ſed
Theodor. & Theophylac. ſup. epiſt. 2. Cor. 3. a *ſpeculo*, deriuari: vnde ſenſus erit, iuxta Theo-
doretum, & Theophylactum, noſtram eſſe Iſrae-
litarum ſorte meliorem: nam quod illi tot vm-
bris, & figuris noſcebant futurum; nos iam fa-
1. Cor. 13. ctum, & præſens cernimus in ſpeculo fidei: *Vi-*
demus nunc per ſpeculum in ænigmate: quod etſi
obſcurum, non tamen quantum vmbræ illorum;
immo præ illis ita ſplendidum eſt, vt per illud
facie ad faciem videamus myſteria, vt ſigni-
2. Cor. 3. ficant verba Pauli, dicentis: *Reuelata facie glo-*
riam Domini ſpeculantes. Secunda expoſitio eſt,
hoc non fidei, ſed animæ eſſe ſpeculum, vt ſentit
Caiet. ſuper. 2. ad Cor. 3. Caietanus, qui aſſerit, *ſpeculari*, non ſolum ſi-
gnificare proſpicere, ſed tamquam ſpeculum in
ſe lucem, & ſplendorem accipere; ſecundum,
quam interpretationem idem erit, ſpeculantes,
quod ſpeculum effecti; ita vt in nos tamquam
in ſpeculum diuini vultus radij, & ſplendores
reflectantur: atque idcirco, vt ait Caietanus,
quemadmodũ ſpeculũ ſoli expoſitũ ita recipit
eius imaginem, vt ſpeculi orbis inſtar ſolis eſſe
videatur; ita per orationem meditantes pul-
chritudinem, & excellentiam ſolis iuſtitiæ, qui
eſt Chriſtus, eius imaginem in nos ipſos, tam-
quam in ſpeculum, ſpiritualiter accipimus, &
in ipſum transmutamur; ſeu, vt dicit Apoſtolus:
Ibidem. *in eandem imaginem transformamur*. Tertia inter-
pretatio ſit, quod quemadmodum cognitio tam
per ſenſuum, quã intellectus facultates fit, ac-
cipiendo in ſe ipſam rei intellectæ imaginem,
qua cum vniuntur, vnaque res fiunt intentiona-
liter ipſa facultas, & obiectum; ſic etiam in ſpe-
culatione, & contemplatione Dei recipit ani-
ma ſimilitudinem, & imaginem Verbi diuini,
Sap. 7. de quo ſcriptum eſt: *Imago bonitatis illius*; quod
ſpiritualiter ab æterno Patre in anima genera-
tum, ita ipſa cõplectitur, & adſtringit, vt in ip-
ſum, ne ſocietatẽ eius amittat, transformetur.
Sed vt euidentius, & quaſi ad oculum videatur,
Daniel 4. quanta ſit orationis vis ad animę mutationem,
mirabilem illam Imperatoris Nabuchdonoſor
contemplemur apparẽtem transformationem;
Puniuit Deus impij huius, & tumentis monar-
chæ ſuperbiam, & inſolentiam, faciens illum
inter beſtias plurium annorum ſpatio verſari,
earum herbis paſci, per agros vagari, atque
omnino vitam agere ſilueſtrem, brutiſque ſi-
millimam; qui tandem eleuans ad Deum ocu-
los, ab eius iuſtitia ad miſericordiæ tribunal
appellans, cõfeſtim fuit veteri hominis figuræ,
Dan. 4. imperio, honori, & auctoritati reſtitutus: *Oculos*
meos ad cælum leuaui, & ſenſus meus redditus eſt
mihi: ad honorem regni mei, decoremque perueni, &
figura mea reuerſa eſt ad me. Similis huic tranſ-
formationi fuit illa Pauli Apoſtoli; quando-
quidem ex lupo rapace, atque cruento fecit
illum Deus per orationem agnum manſuetum, *Act. 9.*
vt Chriſtus dixit Ananiæ: *Ecce enim orat*; quaſi
reſpondens obiectioni, quam poſtea ſibi oppo-
ſuit, dicens Paulum eſſe Eccleſiæ perſecutorem.
verum eſt, inquit Deus, ſed oratio illum muta- *Ibidem.*
uit in Euangelij prædicatorem: *Ecce enim orat*.
quod & aſſeruit Auguſtinus: *Cecidit perſecutor,* *Auguſt.*
& ſurrexit prædicator. Sed vt oratio hæc animæ
præſtet, & efficax ſit in petitionibus, multis, &
magni momenti indiget conditionibus, ex qui-
bus ſex admodum ſingulares, iuxta doctrinam
Patrum, referam, & explicabo.

Prima bonæ orationis conditio eſt, vt anima
ab omni labe peccati mortalis ſit pura, &
libera; quoniam, etſi verum eſt, impetratio-
nem eorum, quæ petuntur, in bonitate Dei, &
liberalitate magis, quam in meritis orantis
habere fundari (vnde dixit Auguſtinus igno-
ranter locutum cæcũ, qui dixit: *Deus peccatores* *Ioan. 9.*
non audit) Et licet etiam verum ſit, vt docet S.
Thomas, aliquando a Deo in peccato mortali *Thom. 2. 2. q. 83. art. 16.*
exiſtentes audiri, non ex iuſtitia, ſed ex miſe-
ricordia: vſitatius tamen, & frequentius repul-
ſam patiuntur eius preces, qui manifeſtus eſt
Dei inimicus: idque ita ſentiebat Dauid quan-
do dicebat: *Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non* *Pſal. 65.*
exaudiet; ideoque a Deo petebat: *Dirigatur Do-* *Ibid. 140.*
mine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo:
quoniam thuris ea natura eſt, vt impoſitum
igni, plurimũ, ſine igne parum odoris emittat.
Talem, ait Dauid, eſſe debere orationem, quæ
accenſa igne charitatis, bonum Deo præbet
odorem; ſed abſque illa parum Deum delectat; *Ibidem.*
atque idcirco: *Dirigatur Domine oratio mea ſicut*
incenſum in conſpectu tuo. Filios Aaron thus offe-
rẽtes Deo ignis de cælo lapſus abſumpſit, quo-
niam ſimul cum inobedientia defuit eis ignis
charitatis. & Chriſtus idem nos docuit in ora-
tione, qua nos vti iuſſit orantes; nam primum
eius verbum voluit eſſe: *Pater noſter*, vt intelli- *Matth. 6.*
gat oraturus ſe filium eſſe oportere, alias ne
miretur, ſi quod petit, non impetret, cum
omnibus, ac ſingulis Dominicæ orationis ver-
bis eius preces condemnentur. Nam ſi dicit
Pater noſter, reſpondet & Deus, quomodo tu *Matt. 6.*
non vis eſſe filius obediens? ſi, *ſanctificetur no-*
men tuũ. quomodo peieras, & blaſphemias eru-
ctas? ſi, *adueniat regnum tuum*, quomodo cælo-
rum petis regnum, qui mereris inferorum? ſi,
fiat voluntas tua; quomodo tu ei refragaris, &
eius præcepta nõ ſeruas? ſi, *dimitte debita noſtra*;
quomodo tu inimico tuo non parcis, & ſitis eius
ſanguinem? ſi denique dicis, *& ne nos inducas*
in tentationem; quomodo te tot peccandi occa-
ſionibus, & manifeſtis periculis exponis? Tali
ſi vtaris oratione, ne mireris, ſi Deum inuenias
quaſi æneum, & implacabilem: eſt enim pro-
prius peccati effectus Deum facere inexorabi-
lem, ſicut dixit Hieremias: *Quia peccauimus* *Ierem. 3.*
tibi

Digitized by Google

tibi, ideo inexorabilis es. Prodeant igitur foras, & expellantur a nobis omnia peccata: id enim ſi fecerimus, Deus precibus noſtris, & deſiderijs aequieſcet. Regum. l. 3. c. 18 Recordemur, quod Regum teſtatur hiſtoria, vbi legitur propter culpas, & peccata pſeudoprophetarum tribus annis pluuiam de cælo non miſſam; occiſis tñ falſis prophetis, illico pluiſſe: moriantur igitur in vobis falſi prophetę, hoc eſt inordinata deſideria, quæ vobis promittunt, & prophetizāt delectamenta, & præbent tormenta, & dolores grauiſſimos, atq; illico exaudietur oratio veſtra, & copioſa gratiarum pluuia a Deo mittetur. Huc etiam 1. Reg. 14. facit, quod ſacræ referunt litteræ in lib. 1. Reg. loquentes de Saul, qui Deum conſulens de ſucceſſu belli, quod apparabat, cum animaduerteret Deum differre reſponſum, inquit, videte per quem acciderit peccatum; viuit Dñs ſaluator Iſrael, quia ſi per Ionathā filium meū factū eſt, abſque retractatione morietur, quod ſatis fuit vt a Deo reſponſum impetraret. Vultisne deſiderijs veſtris, ac precibus Deum reſpondere? firmum habetote animi propoſitum de medio tollendi filium magis dilectum, hoc eſt peccatum, quo magis delectamini, & vitium quo magis trahimini, ſtatimque habebitis feliciſſimū votorum veſtrorum, & petitionum complementum. Experientia iaculantium docet, vt ſcopus attingatur, nō ſatis eſſe ſagittæ bonitatem, niſi etiam iaculator pariter bonus, & dexter ſit; ita quamuis oratio ſuapte natura ſit ſagitta, quæ ad cor Dei feriendum directa pergit; ſi iaculator illius conſtans, & dexter in virtute non eſt, ictu, quem deſtinauerat, fruſtrabitur. Iuſtus & ſanctus ſcit bene orare, quoniam cæleſti aulę aſſuetus nouit ſermonem, & ritum cælo conuenientem: peccator tamquam rudis, & agreſtis, aſſuetus huius mundi ſermonibus, & contractationibus neſcit Deo conuerſari.

Secunda bonæ orationis conditio eſt humili- Geneſ. 18. tas, ſicut nos docuit Abraham, qui antequam Deum alloqueretur, ſe puluerem, & cinerem 2. Paral. 33. appellauit: *Cum ſim puluis, & cinis, loquar ad Dominum*. Idemque declarauit Manaſſes: nam peccata ſua coram Deo confeſſus, obtinuit mi- Prou. 18. ſericordiam. Vnde Spiritus ſanctus in Prouerbijs primum orationi gradum aſſignat humilem culparum cognitionem: *Iuſtus in principio orationis accuſator eſt ſui*, Itaque quemadmodum ſpinis, & ſentibus a prædio auulſis ſolet eiſdem prædium, ſeu vinea muniri, & vallari, ne animalia ingrediantur, & quod ſeminatum, & plantatum eſt abſumant, ac deuaſtent; ita ex peccatis, & tribulis peccatorum ab anima extirpatis, vi pœnitentiæ, & humili, ac dolente illorum memoria reuulſis, efficitur quaſi ſepes, & vallum opponitur, ne feroces, & immundi ſpiritus animam noſtram inuadant, & perturbent orantem; neve ſemen bonum, quod Deus plantauerat, arripiant. Huius humilitatis orationi admodum neceſſariæ mirabile in ſacris 3. Reg. 18. libris habemus exemplū de Elia, qui oraturus Deum, vt terram aquarum inopia laborantem imbribus irrigaret; caput inter genua poſuit, & ita inflexus, & incuruatus ad Deum clamabat. Varios orandi modos tam in ſacris, quam in profanis hiſtorijs reperimus, inter quos re- Plutarch. de Numa Pom. fert Plutarchus, Numam Pompilium Deo ſupplicantem, in gyrum ſe vertere, ac deinde ſedere ſolitum, qua priore cærimonia indicabat, huius vitæ curriculum eſſe plenum vanitatis, & nihil in eo eſſe firmum, ſed omnia varia, & mutabilia: ſecunda autem cærimonia docebat, in illo tantum eſſe firmitatem, & ſtabilitatem, qui eam in tranquilla Dei contemplatione quæreret. Notum quoque ex ſacris Biblijs eſt, non- Exod. 17. nullos orauiſſe ſtantes, vt orauit Moyſes, quan- Actor. 7. Matth. 26. do prœliabatur aduerſus Amalechitas; alios genibus flexis, vt S. Stephanus, alios humi iacentes, vt Chriſtus in horto, ſed ea corporis diſpoſitione, qua vſus eſt Elias, caput inter genua ponens, de ſolo ipſo litteris commendatum eſt. Lyra super 3 Reg. 18 Abulen. ſup. 3 Reg. 18. Lyra, & Abulenſis aiunt huius cæremoniæ myſterium alluſiſſe ad conſuetudinem, quæ vigebat apud Hebræos, qui ſeruum de aliquo delicto conuictum punire volentes, iubebant ea eſſe 3. Reg. 18. corporis poſitione, qua melius, & plenius ictus verberantis exciperet: quare cum Elias ita ſe diſpoſuit, & deiecit humiliter, fatebatur ſe tamquam ſeruum, & mancipium ſceleratum, eſſe paratum ad toleranda verbera, quæ Dei irata manus infligeret. Quæ humilis culparum recognitio tantæ virtutis, & ponderis fuit, vt inde preces ſuas fecerit efficaces, mouerit cælum induratum antea, & quaſi ęneum, ad mittendos in terram copioſos imbres aquarum.

Tertia conditio bonæ orationis eſt attentio, 1. Cor. 4. qualem habebat Apoſtolus, dicens. *Pſallam ſpiritu, pſallam & mente*; nam ſi abſque attentione Marc 17. oremus, erimus inſtar pſitacorum, dicetque Pſal. 6. Deus: *Populus iſte labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me*; vel quod dixit Dauid: *Ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant*. Hominum ita orantium ſymbolum proprium ſunt auarus, & lupus, qui, vt quidam finxit, cum intraſſent ſimul templum, vt orarent, auarus dicebat: *aurum aurum*, & lupus: *oues oues*. quod & accidit non paucis Eccleſiam ingredientibus; nam auarus mentem habet diuitijs affixam, & Pſ. 108. S. Th. 2. 2. voluptatum amans addictam voluptatibus; ideoque Dauidis maledictioni ſubſunt: *Oratio eius fiet in peccatum*, S. Thomas agens de atten- D. Tho. 2. 2. tione, tres eius gradus proponit: quorum primus eſt attentio ad pronunciationem, expreſſionemque verborum; ſecundus, ad ſignificationem; tertius ad Deum: & hæc vltima attentio eſt ceteris excellentior, quam omnes orantes deberent habere: nam de illam nō habentibus, vt multis accidit quotidie in choro canētibus, dixit Deus per Amos: *Aufer a me tumultum car-* Amos. 5. *minum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam*. Alij principium horum verborum: *Aufer a me*, verterunt, *aufer deſuper me*, id eſt, ab humeris meis hoc moleſtum pondus carminum tuorum, & confuſam molem canticorum tolle, quibus non ſolum aures meæ, ſed humeri quoque quaſi

pre-

premuntur. Qoamobrem opus eſt, vt ſicut Deus tuæ intendit orationi, ſic & ipſe pariter totum ei animum intendas: ſed, vt ait Dionyſius, cõtra fit: ***nam Deus quidem omnibus adeſt. at ipſi non adſumi omnia.*** Nouerunt & Gentes ſolo naturæ lumine, quaotum diuinis precibus vacantes intereſſet animum habere attentum; vnde ait Plutarchus Apollinis templum ingredientes admoneri ſolitos a quodam ita clamante: ***Hoc age, hoc age.*** Sed io rerum diuinarum attentione Sponſa præcelluit, cum dixit: ***Ego dormio. & cor meum vigilat.*** Quibus verbis quantum Sponſi rebus haberet animum intentum, præclare ſignificauit. Quoniam, vt ſcribit Plinius, nullum terreſtre animal eſt cor habens, quod non dormiat: cuius aſſertionis veritatem dicit experimento conſtare; ſed eius ratio eſt, quia cum in cunctis animantibus cor ſit vitæ principium, & fons, a quo per corpus vitales ſpiritus deriuantur, indiget ſomno, vt per illum reficiatur cor, & noui in eo ſpiritus generẽtur, quod melius inter dormiendum fit animæ facultatibus quieſcentibus, & ab opere ſuo ceſſantibus: nam lingua muteſcit, oculus noo videt, auris non audit, & ſenſus omnes quaſi obſtupeſcunt, & impediuntur. Vode cõijci poteſt, quam beoe Sponſa ſuam exaggerauit vigilantiam, diceos, id quod in cunctis animalibus eſt cauſa dormiendi, ſibi eſſe vigilandi: ***Ego dormio, & cor meum vigilat***: ac ſi dicat, corpus fatigatum ſternitur in thalamo, ſed cor vigilat animo; clauduntur corporis oculi, ſed mentis perpetuo patent; itaque non modo diurnas, ſed nocturnas, & perpetuas excubias ago: nam propter amoris vehementiam, & magnitudinem ſomnus mihi breuis, ac fere nullus eſt, ob idque cunctis ſomno correptis animalibus, cor mihi non obdormiſcit. Nullũ quidem animal eſt quod ſomno non vincatur: agricola diurno labore fatigatus, noctu quieſcit; bos aratro iam liber, dormitat; canis venatoris ſuis latratibus ſilentium indicit; ægrotus clamare ceſſat; Iuris conſultus lucri cupidus ſomno victus, libris indormit; citharœdo tenenti citharam ſomnus obrepit, ac tandem ferociſſimas quaſque belluas, pardos, tigres, & leones ſomnus domat, ac mediæ noctis tempore nihil non occupat, & tenet impeditũ ab vſu rationis, & actionis: attamen rebus omnibus ita quieſcentibus, & dormientibus. ego, inquit Sponſa, vigilo, quoniam cor eius vigilabat. Quare ſi dormiens vigilabat, quid illam facere credendum eſt dum orabat? Tibi contra euenit, nam vigilante corpore, & orante lingua, cor tibi dormit; nam attentione, & conſideratione caret, qua indigeot orantes, ſi quod petunt, impetrare cupiunt; quippe vt docet lex, Pupillus. de his, qui in fraudem creditorum. ***Vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt***; & Chryſoſtomus, inquit: ***Tu non audis orationem tuam, & Deum vis audire petitionem tuam?*** Hinc patres, & magiſtri rerum ſpiritualium conſiderantes, quantum interſit io oratione habere attentionem, & quantum damnum afferat defectus illius, varia prębent remedia ad illam habendam; ex quibus quæ meliora mihi viſa ſunt, hic annumerabo.

Dionyſ. — *Plutarch. de ripla Apoll.* — *Cant. 5.* — *Plin. de hist. anim.* — *Ibidem.* — *Pupil. ff. de his, quæ in fraudẽ creditorum.* — *D. Chryſost.*

Primum remedium eſt locus aptus: nam ſicut tu cum negocium aliquod magni momenti tractare deſideras cum amico, illum a ceteris ſeiungis, tuncque animi tui conſilium, remque communicas; ita cum Deo de ſalute animæ tuæ acturus, abi ad eum ſolus, ne quæras illum in medio tumultu negociorum, ſed in receſſu, iuxta Chriſti conſilium: ***Intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum.*** Iſaac traditur ſacris monumentis eſt egreſſum in agrum fuiſſe ad adorandum, quando a Meſopotamia ſibi ſponſa ducebatur; Iacob poſtquam Iordanem tranſierat, receſſiſſe ad orandum, turbis a ſe remotis, ne ſtrepitu illarum, & tumultu impediri poſſet; Tobiam in ſublime cubiculum aſcendiſſe cum Deo collocuturum; & Iudith io penetralibus domus ſuæ habuiſſe locum occultum tamquam ſacellum, & oratorium, in quo ad Dei colloquia morari ſolebat; ac propterea S Gregorius Nazianzenus conſiderans exempla varia, quæ nobis Patres antiqui de neceſſario ad orandum receſſu præbuerunt, dixit in oratione de fouenda paupertate: ***Hoc me docet mons Carmelus Eliæ, hoc eremus Ioannis Baptiſtæ, hoc & hortus in quo Chriſtus orauit a diſcipulis ſeparatus.*** Addiderunt etiam nonnulli Patres, locum orationis non ſolum eſſe oportere remotum a tumultu, & frequentia, ſed etiam obſcurum, vt magis externi ſeoſus cohibeantur, & attentio maior ſit; quo ſenſu explicant verba illa Dauidis: ***Factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.*** nam nycticorax auis nocturna eſt, & obſcuritatem amat. Moyſe in montem aſcendente ad orandum: ***Operuit nubes montem***, vt aſpectu creaturarum intenta Deo mens eius non diſtraheretur; & Elias qui optime nouerat, quid Deo in hac re placeret, orans in monte Oreb, vt diuino frueretur aſpectu, oculos ſibi velauit; quod, vt Nicolaus Lyra, & gloſſa explicant, fecit, vt oculis clauſis maiorem in oratione haberet attentionem: nam quanto minus externus viſus diſtrahitur, tanto magis interna mentis noſtræ acies intenditur. Hinc ego iudico vnam ex cauſis, propter quas diuina ſapientia voluit Chriſto patiente omnia caligine inuolui: ***Tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram***, fuiſſe, vt in tenebris exiſtentes homines, & viſu per externos ſenſus, quaſi per animæ feneſtras, nõ emiſſo, & diffuſo, melius, & attentius, qui nouerant, Chriſti paſſionem meditarentur, & qui neſciebant, vehementius moueręntur, viſa tam noua, & inſolita vniuerſæ terræ obſcuritate, ad eius cauſam inquirendam, ſicut fecit Dionyſius Areopagita, tunc dicens: ***Aut Deus patitur; aut patienti compatitur***; vel vt alij referunt: ***Aut Deus naturæ patitur: aut tota mundi machina diſſoluetur.*** Scimus tandem inter alia, quibus Deus Paulum diſpoſuit ad contemplationem myſteriorum, quæ ſibi in illo raptu vſque ad tertium cælum reuelata fuerunt, oculorum cæcitatem fuiſſe;

Matt. 6. — *Genes. 24.* — *Tob. 3.* — *Iudith. 9.* — *S. Greg. Naz. in oratione de fouenda paupertate.* — *Pſal. 101.* — *Exod. 24.* — *3. Reg. 19.* — *Nicolaus & gloſſa ſup. 3. Reg. 19.* — *Matt. 27.* — *Suidas in vita S. Dionyſii.*

Erat

Digitized by Google

Ioan. Caſſ. col. 9. c. 31. *Erat tribus diebus non videns*. vnde etiam eſt, qood refert Ioannes Caſſianus de S. Antonio, qui nocturno tempore in receſſu perſiſtens, orabat, eique tam erat diei lux moleſta, vt oriẽte ſole ita quereretur: *Quid me impedis ſol? quid me impedis ſol? qui ad hoc iam oriris, vt me ab huius veri luminis abſtrahas claritate*. Sed præter hoc remediom, eſt aliud maioris momenti ad parandam orationi attentionem, detractio videlicet externarum occupationum, & ſæcularium diminutio negociorum, quibus mens noſtra turbatur, & ſuffocatur ſpiritus: mens enim noſtra ſimilis eſt moletrinę, farinam iuxta frumenti qoalitatem, & naturam reddenti; quoniam ſi lolium accipit moletrina, farinam vtique non faciet triticeam. Si ergo tu varijs contractibus, litibus, rixis, negocijſque ad hoc ſæculum pertinentibus implicaris, & non ſecus, ac ſi Deus non eſſet, rerum diuinarum immemor ea, quam putas ex talibus operibus fieri poſſe farinam, oiſi cogitationum ita infeſtantiũ, vt ne puoctum vnum in oratione te quieſcere permittant? Narrat ſacra Scriptura
Exod. 5. in Exodo, rem huic propoſito valde conoenientem, de Pharaone, & Iſraelitis, qui cum ſacrificijs operam dare vellent, vt ex lege tenebantur, Pharao, vt ab ea voluntate, & ſtudio reuocaret illos, occupari paleis quærendis, & lateribus faciendis imperauit, qua exercitatione omnes ita diſtracti, luto deturpati, & temporis egeores erant, vt reſpirare vix poſſent, ne dum curam habere ſacrificiorum. Simili vtitur aſtutia Diabolus in expugnandis multorum, & præcipue religioſorum mentibua, & ab oratione abducẽdis: onerat enim illos tot occupationibus, & negocijs, vt vix tempus habeãt ad vacandom Deo, & cor ad cæleſtia leuandum; qua in re illud eſt dolendum, quod ſæpe talia negocia, quibus impediuntur, minoris ponderis, quam palea ſont, faxitque Deus ne vere ſint paleæ, quibus cõtra ipſos ignis inferorum accendatur: id ẽn certum eſt, ſi paleæ non ſunt, eſſe luteos lateres, quorum tactu fœdantur, & luteſcunt. Sed breuiua, quam omnes, Manaſſes damnum, quod orationi afferunt occupationes
Paral. l. 2. c. 33. externæ, his verbia explicuit: *Incuruatus ſum multa vinculo ferrea, & non poſſum tollere caput, & non eſt reſpiratio mihi*; ac ſi dicat, multitudo negociorum me grauius premit, quam ferrea catena: nec enim patitur me tollere cor ad cæleſtia, & per orationem alloqui Deum, vt ſpiritus meus recreetur. Sed de hac conditione ora-
Abbas Ioannes in col. patrũ tionis plura non dicam, ſi adiunxero Abbatis Ioannia verba, dicentis: *Quales in oratione inueniri volumus, tales extra orationem eſſe debemus*. nam ſi anima ad orationem accedens attenta, & intenta eſſe cupit, debet ſibi cauere, ne ante orationem negocijs inutilibus, & ad ſe non pertinentibus diſturbetur. Quod ſi percontemini, quod remedium adhibere poſſitis, ne mens veſtra negocijs externis alioquin neceſſarijs ſubmergatur, & confundatur: nullũ arbitror efficacius, iuxta Patrum conſilium, quã Dei recordationẽ, quæ dupliciter fieri poteſt. Primo modo, ſi viuã fidem habeamus de præſentia Dei in omni loco ſecundum propriam ipſius ſubſtantiam, & eſſe diuinum; quod adeo verum eſt, vt ſicut piſcis quocunque ſe vertat aquam ſemper inuenit; ita ad quemcumque locum te conuerteris, Deum inuenies: nam ei magis proximus es, quam aquæ piſcis, cum hunc aqua exterius ambiat, te autẽ foris, & intus Deus occupet, & tibi ac rebus oĩbus pręſentiſſimus, & qoaſi imbibitus ſit.
Hoc exercitationis genere vtebatur S. Suſanna: Dan. 13.
nam frænum quo ſe compeſcuit, ne Deum offenderet, a laſciuis ſenibus ſollicitata, & metu infamiæ perterrita, non aliud quidem fuit, quam
præſentiæ Dei fides; & ita dixit: *Melius eſt in-* Iudith. 13.
cidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Dei. Legimus quoque in vitis Patrum meretrice Thaide Abbatem Paphnotium ſollicitante, ac prouocante ad rem cum ipſa habendam, quod ſoli eſſent, nec ab alioquo videri poſſent, Abbatem reſpondiſſe: Si libidinem tuã frænaret vnius hominis aſpectus, quomodo te ipſiusmet Dei præſentia nõ reprimit, & perterret? qbus verbis adeo vehemẽter fuit cõmota Thaïs, vt vitæ tranſactæ pœnitens, quidquid turpi ſui corporis quæſtu lucrata fuerat, in media ciuitate Alexandriæ combureret, & cellæ vſque ad vltimum vitæ exitum ſe includeret. Optime nouerat Dauid, quantę virtutia eſſet hæc diuinæ præſentiæ meditatio ad animam in officio
continendam; cum aiebat: *Oculi mei ſemper ad* Psal. 32.
Dominum; id eſt, omni tempore, & in omni oegocio ſemper mentis meæ acies in Deum directa eſt, & quod ex hac exercitatione accipio com-
modum maximum eſt: *Quoniam ipſe euellet de* Pſ. 24.
laqueo pedes meos, hoc eſt præſeruabit me, ne cadam in laqueos delictorum. Secundus modus ſemper verſandi in conſpectu Dei eſt conſideratio, & fides, qua credamus, quid-
quid faciunt creaturæ, facere cum ipſis, & Ioan. 5.
per ipſas creatorem: *Pater meus operatur, & vſque modo ega aperor*. Itaque ſi cibus tuo guſtui placet, ſi potus refrigerat, ſi veſtia frigus pellit, ſi ſol illuminat, ſi denique diues, aut Princeps tibi benefacit, aut fauet, Deus horum bonorum cauſa, & auctor eſt, eique ſoli, tamquam primi auctori illa referes accepta; quemadmodum ſi tibi amici domum iogredienti omnes eiua famuli præſto eſſent, & ſeduli ſeruirent, vnus indumenta, alter praberet cibum, & nemo eſſet, qui non tuo nutui pareret, non tam famulis ob huiuſmodi officia, quam eorum domino teneretis. Vnde cum omnes creaturæ Deo ſeruiant, vt ipſum alloquens Dauid teſtatur:
Quoniam omnia ſeruiunt tibi, & cum eiuſdem nu- Pſal. 11.
tu tibi quoque famulentur, quidquid boni ab eis accipis, Deo ſoli debebis. Ex quo fluxit
ſapiens dictũ Ambroſij in lib. de dignitate cõ- Ambroſ. de dignit. cõd. humanæ.
ditionis humanæ, vbi ait: quod ſicut nullum eſt temporia momentũ in quo nõ fruatur homo Dei bonitate, ita eſſe non debet momentum aliquod, in quo illũ non habeat, & meditetur præſentem.

Digitized by Google

ſentem. Non negauerim, hanc perpetuam diuinæ præſentiæ meditationem hominibus negociorum, & commerciorum ſæcularium curam habentibus eſſe difficilem, non tamen difficilis eſt vſus frequens orationum, quas vocant iaculatorias, quibus mens hominis cor Dei ferit, ad quod efficiendum homo pius accipiet occaſionem interdum a perfectionibus creaturam, interdum ab imperfectionibus, aliquando a dictis, & aliquando a factis earundem.

Quarta conditio, & valde præcipua, vt efficax oratio ſit, eſt firmiſſima diuinæ bonitatis, & meritorum Chriſti fiducia, qua ſperemus conſequi, quod petimus: *Fiduciam habeamus ad Deū,*

Ioan. 5.

inquit Iuan. *& quidquid petierimus accipiemus ab*

Marci. 4.

eo. Videtur Ioannes illud *quidquid,* quod omnia complectitur, didiciſſe a Chriſto, cū dixit: *Quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis.* Quæ Chriſti ſentētia fuit quaſi ſubſcriptio facta in papyro, nihil ſuperius ſcriptū habēte, vt poſſemus ſuperſcribere quidquid nobis libuiſſet, ſecuri, & certi ad exhibitionē illius ſummam in ea contentam nobis in menſa diuini, vt ita dicam, collybiſtæ, & nummularij Dei

Iacob. 1.

ſoluendam. Sed, vt dixi, opus eſt fiducia conſequendi, quod petimus, vt S. Iacobus annotauit: *Poſtulet autem in fide nihil hæſitans*: nam ſi dubi-

Num. 20.

tares, iniuriam faceres diuinæ liberalitati, &

Pſal. 105.

omnipotentiæ; ſicut fecit Moyſes, quando virga percutiens petram, dubitauit: *Irritauerunt eum ad aquas contradictionis &c. & diſtinxit in labijs*

Flamin. ſup. Pſ. 105. Remig. ſup. Pſal. 105.

ſuis. Textus Græcus legit: dubius fuit, & ita legūt Flaminius, & Remigius: alij autem interpretantur: *perplexus fuit,* omneſque communiter per illud verbum, *diſtinxit,* arbitrantur Moyſem hæſitaſſe; non tamen dicunt, cur verbum, *diſtinxit,* ſignificet, dubitauit. Ego puto, ni fallor, al-

Paul. leg.

ludi hoc in loco ad ſtylum dialecticorū, qui, ſi proponitur argumentū falſum, reſpondent, *nego,* ſi verum, *concedo,* ſi dubium, *diſtinguo*: & ideo ſumpta metaphora ab hoc dialecticorum vſu, dixit Dauid, loquens de Moyſe: *diſtinxit in labijs ſuis,* id eſt, dubitauit, verba proferens, quibus dubius eius animus indicabatur. quæ diffidentia grauiter Deum offendit, eaq; de cauſa Moyſem puniuit. At licet Moyſes diffideret, habemus tamen in ſacris litteris exēpla aliorū hac

Iudit. 9.

ſancta fiducia adeo inſignium, vt ad culmen, & ſummum eius gradum perueniſſe videantur. Iudith, vt ſacra eius refert hiſtoria, vires, & animi conſtantiam a Deo tanta cum fiducia flagitauit ad amputandum Holoferni caput, vt famulæ ſecum venire, & ſacculum portare præceperit, quo barbari illius Ducis amputandum caput victrix includeret. Sed quomodo iſtud ſācta Iudith? nondum domus tuæ limen egreſſa, nondum vultum Holofernis intuita, & adhuc ignara, ſis ne tam immanis hoſtis aſpectu terrēda, iam ſaccum paras, intra quod eius caput recondas? Ita quidem, quoniam tantam in Deo meo habeo fiduciam, penes me futuram eſſe vi-

Ibid. 10.

ctoriam, vt illam celebratura exuerim me lugubribus viduæ indumentis, & cultu me ornauerim ſplendidiore, non dubitans de triumpho; ideoq; ſaccum defero, quo hoſtis ſpolia, & exuuias reportē. Sed maior certe, vt mihi videtur, fiducia Dauidis fuit, quando perſequente ipſum Rege Saul, ad ſpeluncam confugit, & in ea ſe cū militibus ſuis abſcondit, certo ſciens illac Saul cum exercitu tranſiturum, & poſſe ab illo facile

1. Reg. 23.

occidi; vel intra ſpeluncam, ſi oſtium ei clauderetur, interire: depoſito tamen metu, & ſpe in Deum coniecta, diuinum implorauit auxilium, fidenter ſperans ſe in tantis anguſtijs poſitum liberatum iri; quod vtique vt petierat, præſtitum a Deo fuit. Nam cum per locum, vbi Dauid cum ſuis latebat, Saul ipſum vrgens, ductaret exercitum, ne ille ſpeluncam intrare tentaret, iuſſit Deus ab araneis telam repente texi, quæ totum ſpeluncæ oſtium occuparet, vt Saul crederet neminem intraſſe ſpeluncam, cum araneæ tela integra, & illæſa eſſet. quod ita cum accidiſſet, incolumis Dauid cum ſuis euaſit. Quod ſi quis me interroget, quod habeā tam ſingularis hiſtoriæ fundamentum, cum ea de re nihil in ſacris litteris memoretur: rñdeo Dauidē pro gratiarum actione, quod ſe Deus de manu ſui aduerſarij Saul liberaſſet, compoſuiſſe Pſalmum,

Pſal. 56.

cuius principium eſt: *Miſerere mei Deus, miſerere*

Paraphraſ. Chald. ſup. 1. Reg. 24.

mei, quoniam in te cōfidit anima mea: in cuius Pſalmi explicatione Paraphraſtes Chaldaicus, dum interpretatur illa verba, *qui benefecit mihi*; ait hoc beneficium fuiſſe, cum Deus araneæ præcepit, vt ſpeluncæ ingreſſum tela ſua circūdaret; eius verba ſunt: *Qui præcepit aranea, vt conficeret in ore ſpeluncæ telam ad defenſionem meam.* Re vera in tam euidenti vitæ periculo fidere, illā ſibi poſſe a Deo ſeruari, maxima fiducia fuit: nihilominus tamen parua eſt, ſi cum ea, quam habuit Abraham, conferatur, qui iubente Deo, vt filium Iſaac ſibi ſacrificaret, ſperabat dandam

Gen. 22.

ſibi in eo ita copioſam generis poſteritatem, vt numerum ſtellarum ſuperaret. quod vt ſcribitur in Geneſi, ita ſe habet. Dei præcepto de proprio filio immolando Abraham obtemperans, cultrum, & ignem accepit, ſecumque tulit Iſaac ad montem, iubens ad eius radices manere famulos: *Expectate hic, donec puer, & ego deſcendamus.* Quomodo fieri hoc poteſt S. Patriar-

Deut. 32.

cha? filium tuum cultro vita priuaturus es, & corpus eius in cinerem conuerſurus, & tamen ais ſeruis tuis, *donec puer, & ego deſcendamus.* Ita certe, quoniam tanta mihi ſpes in Deo eſt, implendum ab eo, quod mihi promiſit, tantoq; ardeo deſiderio vidēdi numeroſam filiorum multitudinem, vt confidam filium meum vitæ reſtituendum, ne Deus promiſſioni ſuæ deficiat: ipſe enim eſt qui dixit: *Ego occidam, & ego viuere faciam.* ita expreſſe docet Apoſtolus Paulus

Hebr. 11.

in Epiſtola ad Hebræos, vbi ait: *Obtulit Abraham Iſaac cum tentaretur a Deo, arbitrans quia & a mortuis ſuſcitare potens eſt Deus*: vnde hoc faciens Abraham, vere *in ſpe contra ſpem credidit,* cum a mortuo, in quo nulla eſſe poteſt ſpes progenerationis, ipſe generationem cæli ſtellis

Digitized by Google

ſperauerit copioſiorem : Ex quibus omnibus ſpei, & fiduciæ allatis exemplis infero, quod quantumuis deſperatæ ſint res ab omni humano auxilio, quātumlibet magnæ auerſiones Dei, & protractę noſtrarum petitionum cōceſſiones, non eſſe diffidendum, ſed potius ſpe noſtra erigenda ſemper, & confirmanda : nam ſi conſtans fides noſtra, & ſpes fuerit, proculdubio victoriam conſequemur, vt ſuauia hæc verba Prophetę Habacuc pollicentur: *Si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.* Sacrę litterę memorant rem noſtro propoſito aptiſſimam, nempe diuturnam, & incredibilem famem patienti Samariæ Deum ita copioſe omni genere alimentorum tandem ſuccurriſſe, vt farinæ modius viliſſimo precio venderetur. Sed poſſet quis ita tunc Deum alloqui : Domine, ſi animo tibi eſt oppreſſæ Samariæ, tantamque famem toleranti, liberaliter aliquādo ſuccurrere, quid moraris? quare in tempore non occurris? conſidera tantam eſſe annonæ inopiam, vt aſini caput octuaginta aureis nummis venundetur. nōdum tempus remedij eſt. Conſidera Regem, & aulicos ſuos non habere, quo veſcantur. nondum tempus remedij eſt. Conſidera filios a matribus propter famem deuorari. nondum tempus remedij eſt. Quādo igitur hora erit? Ego ſcio, qui manu tenēs horologium, horas numero ſuorum laborum: ipſi feſtinent petere cōfidentes in me: nam & ego illis ſuccurrere maturabo. Similis huic, quæ Chriſti diſcipulis accidit, res eſt: magna enim orta fuit tempeſtas, vt refert Matthæus, diſcipulis nauigantibus, & Chriſto interim dormiente, nōn tamen ideo diſcipuli eius obruti fuerunt. Intumeſcit vnda, ſibilat ventus, antennę gemunt; *ipſe vero dormiebat* : obliquus inſurgit fluctus, & aquarum vortex metu conſternit; *ipſe vero dormiebat* : nauicula fluctuat, & modo ſidera tangere, modo vſque ad ima deſcendere videtur; *ipſe vero dormiebat* : quia tamen inter hos fluctus, & procellarum metus diſcipuli fidebant ſibi Chriſtum fore adiutorem, vnde in eo confidentes dixerunt : *Salua nos, perimus*, non fefellit eos ſpes, nec preces impetratione caruerunt. Nam illico venti ſopiti, mare placatum, & ſumma tranquillitas orta eſt, atque ideo omnes admiratione affecti, poſtea dixerunt : *Quis eſt iſte, quia mare, & venti obediunt ei?*

Habacuc. 4. Reg. 7. Matt. 8. Matth. ibid. Ibid.

Quinta orationis conditio eſt perſeuerantia: hæc enim eſt, quæ deſideriorum obtinet felicem euentū, eaque deficiente, fit ſæpe bonæ voluntatis abortio. Habemus huius rei in ſacris litteris exempla ſingularia : nam Eliſeum refert Scriptura aquas pallio percuſſiſſe, vt diuiderētur, ac ſibi liberum tranſitum concederent; quæ tamen nō diuiſæ fuerunt, neque tranſgredi Prophetā permiſerūt. Sed quia perſeuerauit in petitione, & iterum percuſſit aquas, obediuerunt, fluuiumq; ſecurus peruaſit. Moyſes cum ſemel myſtica virga petram percuſſiſſet, aqua non fluxit, ſed ictu rurſus inflicto, erupit illico magna & perennis aquarum ſcaturigo. Elias quando a mortuis excitauit viduæ filium, non ſtatim id adeptus eſt orare incipiens, atque ideo ſecundo & tertio Deum precans, quod cupiebat, obtinuit. Ioas, vt in hiſtoria Regum ſcribitur, cum Eliſeum ægrotantem inuiſeret, iuberetque Propheta afferri arcū eius, & ſagittas, vt illas Ioas per feneſtram verſus ad Oriētem mitteret, tres ſagittas iaculatus, ter percuſſit terram; ſed fatigatus, & adhuc Eliſeo petente vt pluries iacularetur, arcum depoſuit; cui Eliſeus iratus dixit : *Si percuſſiſſes quinquies, percuſſiſſes Syriam ad conſummationem*. Sic accidit orantibus; ſæpe namque non impetratur, quod deſideratur, quia deficimus, & non inſtamus, nec perſeueramus flagitando, & vt poſtulauimus ter, ſi id feciſſemus quinquies, non iam tota Syria, ſed totum cælum eſſe noſtrum potuiſſet. Sunt plurimi ſimiles Pardo, qui, vt referunt rerum naturalium ſcriptores, primo, vel ſecundo ſaltu ſi prædam non aſſequitur, illico deſiſtit. Non ita nobis faciendum eſt, ſed quemadmodum cum vis de ſilice ignem educere, quamuis primo, vel ſecundo ictu tactus non ſcintillet, ſæpe pulſando tandem ignem eruis; ſic quamuis Deus tamquam ſilex induruiſſe tibi videatur, percute ſemel, atque iterum igniario orationis, & elicies ignem amoris, & charitatis, qua tuis precibus annuet. Si gallina pullos excluſura ſemel, aut iterum ouis incubaret, fœtum nullum educeret; quia tamen perſeuerat per multos dies proprio calore oua fouens, pullos ingenerat : ſic anima, quæ legitimos ſuæ voluntatis filios, id eſt, ſancta, & bona deſideria, diuina gratia concepta, non abortire vult, illa non ſemel, aut bis orationis feruore tuebitur, ſed nixu continuo, & animo conſtante in illis perſeuerabit : id enim ſi fecerit, quidquid voluerit obtinebit. Qui vult copioſam auri venam reperire, non ſolet ſtatim, ſi non appareat, animo deficere, ſed permanens, & conſtans in propoſito quotidie fodit profundius, nec a cœpto deſiſtit opere quamuis fatigatus, donec, quod optat inuenit aurum; quo inuento præteritos ſolatur labores, & ex paupere diues, ex laborioſo quietus, & ocioſus redditur. Quid vero eſt oratio, niſi precioſiſſimus theſaurus, in quo reperitur aurum charitatis, argentum caſtitatis, adamas fortitudinis, viridis ſmaragdus ſpei, ardens pyropus amoris in proximos, margaritæ lacrymarum, cum alijs animæ bonis, & diuitijs innumerabilibus? Si tamen vultis hanc tanti precij venam inuenire, non ſtatim in ipſa operis aggreſſione deficere animo debetis, ſed potius inſtandum, & perſeuerandum conſtanter, ſi vultis per totum vitæ veſtræ ſpatium viuere diuites, & felices. Eſt hoc in loco valde notandum, tanti a Deo fieri perſeuerantiam, vt etiam ſi alij ad impetrandum tituli, & cauſæ deſint, huic promittat impetrationem, *ſaltem propter importunitatem dabit*; vel vt alij codices habent, *propter improbitatem*, ſed in idem recidit. Id ſane

4. Reg. 2. Num. 20. 4. Reg. 13. 4. Reg. 13. Luc. 11.

conti-

contigit Principi Antigono, qui Abia inſtanter poſtulante quandā pecuniæ ſummam, dixit ęrarij Præfecto: dabis Abiæ, etſi per vim nummos aureos ſexcētos. Tanta in peragendis negocijs perſeuerantiæ virtus, & efficacitas eſt. Sed hic conſiderandum, & valde animaduertendum eſt, tam eſſe benignum Dei pectus, tam nobile, & generoſum ingenium, tam immenſam, & infinitam eius bonitatem, & liberalitatem, vt ſollicitudo, & importunitas, quæ vobis mihi, & omnibus ſolet eſſe moleſta, Deo tam ſit grata, vt moleſti ſimus, quando a petitionibus abſtinemus, & ad ipſum accurrere intermittimus: ſicut docuit Iſaias, dum reprehendebat Achab, & alios Hebræos, quod in petendis a Deo beneficijs ceſſarent: *Vt quid moleſti eſtis & Deo meo?* *Iſai. 7.* Inuſitata profecto res, vocare moleſtos eos, qui nihil petunt, cū contra cōtingere ſoleat apud homines, qui nimis, & nimia flagitātem appellare ſolent moleſtum, & importunum: Deus autem tam eſt procliuis ad benefatiendum, vt non petentes iudicet ſibi moleſtos: immo ducat ſibi iniurioſos, vt verba Achaz ſignificauerunt, cui cum dictum fuiſſet: *Pete tibi ſignum a Domino*; *Ibidem.* iuxta vulgatam editionem reſpondit: *Non petam, & non tentabo Dominum*: ſed iuxta Græcorum tranſlationem dixit: *Non petam; & non glorificabo Dominum.* *Rabbi Samuel in c. 7. Iſai.* vbi Rabbi Samuel ait: *Cum eſſet idololatra, noluit vt aliquid ad Dei gloriam manifeſtaretur.* Cum igitur petere aliquid a Deo ſit illum profiteri potentem ad faciendum, quod petimus, & petita faciendo gloriam, & honorem acquirat apud homines, vt ipſemet dixit: *Inuoca me, & eruam te, & glorificabis me,* *Pſal. 36.* quam gloriam Rex Achaz dare Deo renuebat: certe moleſtum, & iniurioſum eſt Deo, quod non petamus, & non importune flagitemus; idq. eſt quod dixit Iſaias non flagitantibus: *Vt quid moleſti eſtis & Deo meo?* *Iſai. 7.* Qua etiam de cauſa Deus Regem Ochoziam, qui ab alto cœnaculo ædium ſuarum, quas Samariæ habebat, delapſus fuerat, conualeſcere non permiſit, *4. Reg. 1.* quoniam cum potuiſſet verum Deum inuocare, qui ſibi ſanitatem reſtitueret, auxilium Accarontis implorare maluit. Quocirca nemo poteſt excuſari a frequenti ad Deum recurſu, & profugio pro remedio ſuarum calamitatum, & laborum, prætexens importunitatem, cum potius grata ſit Deo importunitas, moleſtumque ducat in noſtra inopia ſilentium: *Vt quid moleſti eſtis & Deo meo?* *Iſai. 7.* Adeſt nobis huius doctrinæ mirificum exemplum in præclara, & inſigni perſeuerantia Chananææ mulieris: cui optime Chananææ nomen conuenit: nam vt interpretatur Hieronymus, *Hier. de nominib. Heb.* idem eſt, quod negociatrix, quia tam dextere, ac prudenter negociata eſt, vt ſępe repulſam paſſa, inſiſtens tamen, & ſancte perſeuerans, quod voluit impetrauit, repetens: *Miſerere mei, filia mea male a dæmonio vexatur.* *Matt. 15.* Mirabile admodum eſt, quod Chriſto ab ea non ſemel auerſo, & petitioni eius non fauente; immo tam aride, & auſtere ſe apud illam gerente, dicat Euangeliſta; non reſpondit ei

Lib. viij.

verbum: quod & mihi mirabilius eſt, cum Chriſtus ſit Patris Verbum, & nihil ſit magis alienū a verbo, quam obmuteſcere. At ipſa perſeuerans diſcipulis vſa eſt interceſſoribus, qui dicerent: Dñe ſaltem ne clamoribus nos obtundat, illam exaudi: quibus Chriſtus reſpondit: *Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.* *Matth. 15.* Sed nec illam retardauit huius reſponſi acerbitas, ſed potius inde vires collegit, & nouam induit animi alacritatem, inquiens: *Domine adiuua me.* *Ibidem.* Cui iterum Chriſtus: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.* Canem me vocaſti, inquit illa, accipio nomen: Domine, vtor conceſſo, & inde quod intendo conuincam. Vnde ſic tunc argumentata eſt: *Etiā Dñe: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa domini ſui.* *Ibidem.* Cadat igitur vnum ſaltem verbum ab ore tuo diuino; illo enim ſolo ero contenta. Qua tam humili, & ſancta reſponſione motus Chriſtus, dixit: *O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.* *Ibidem.* Sed inſpiciamus, quare Chriſtus diſtulit huius mulieris expedire negocium, & quare tali duritie, & aſperitate in eam vſus, qualem numquam antea prætulit? nam ſi id fecit, quia peccatrix erat; ſimili quoque vitio Samaritana, & Magdalena laborabant, & tamen vtramque benigne, & humaniter accepit. Si, quoniam alienigena; eundem habebat defectū Centurio: puerum tamen eius curauit. Si offendebatur, propter filiam a dæmone vexatam, dixit Ioannes: *In hoc apparet Filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli.* *1. Ioan. 3.* Cur igitur tam diu protraxit eius expeditionem? Huius rei multas rationes afferre poſſem, ſed meæ intentioni, & propoſito inſeruiens, ego puto Deum frequentiſsime differre ſolere, quod petimus; quoniam plurimum gaudet animam noſtram ab ipſo ſolo pendere, & ipſa indigentiæ vi ita nos opprimi, vt ad eius opem confugere, & oſtium diuinæ clementiæ pulſare, totamque ſpem noſtram in ſola eius prouidentia, & benignitate poſitam habere compellamur. Hæc etiam cauſa fuit, propter quam, vt ſcribitur in Exodo, *Exod. 6.* Deus etſi maxime liberalis, non ſimul mittebat totum manna Iſraelitis, ſed diuiſum in ſingulos dies hebdomadis, vt quotidie ad eum recurrerent, & remedium ſuum in diuina poſitum liberalitate, & munificentia recognoſcerent, vt Nicolaus Lyra notat. *Nicol. Lyra. ſuper c. 16. Exodi.* Verum dicet aliquis, quæ cauſa eſt, quod ego per multos dies, menſes, & annos petens a Deo certum negocium, eius hactenus non viderim exitum? Reſpondeo id duabus de cauſis frequenter accidere; prima, quoniam quod flagitas, bonum, & iuſtum non eſt, atque ita non petis nomine Chriſti: ipſe namque nihil petit iniuſtum, nec pollicitus eſt nobis dandum a Patre, quidquid peteremus, niſi quod in nomine Chriſti peteretur: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*; *Ioan. 16.* immo ea ratione, qua veſtra petitio eſt iniuſta, non eſt oratio: nam, vt tradit ſanctus Iſidorus, *oratio eſt, quaſi oris ratio.* *Iſid. lib. 6 ethymolog.* vnde ſi petitio non eſt rationi conformis, oratio dicenda non eſt,

E 2 Secun-

Secunda cauſa, propter quam Deus, quod petitur, etiã ſi perſeueranter petatur, non largitur, eſt, quoniã nouit tibi non conuenire, poſſetq. ita flagitanti reſpõdere, quod olim diſcipulis ſuis: Matt. 20. *Neſcitis quid petatis*. Deſiderat Moyſes, vt permitteret Deus ſibi in terram Promiſſionis ingreſſum, & non obtinuit: clamat Iob, & queritur nõ exaudiri: Iob. 30. *Clamo, & non exaudis*: Apoſtolus gentium Paulus ſtimulo carnis vexatus, petit Gal. 4. ſibi auferri: *Ter Dominum rogaui, vt diſcederet a me*, quod tamen Dominus non indulſit. Super Hier. ſup. c. 4. ad Gal. quem locum ſanctus Hieronymus ſcribens ait, petitum fuiſſe ab Apoſtolo, vt ſibi auferretur capitis dolor acerbiſſimus, quo infeſtari ſolebat; Iſid. lib. 3. quod tamen non adeptus eſt. Sanctus Iſidorus in libro de ſummo bono, has, & alias id genus petitiones a Deo non concedi affirmat, quoniam petentibus non ſunt vtiles; idque adeo verum eſt, vt ſæpe humanæ petitionis conceſsio fiat in ſupplicium commiſſi peccati, vt conſtat exemplo Iſraelitarum; 4. Reg. 8. quibus poſtulantibus Regem, cum haberent Samuelem, datus fuit Saul, qui eos acerbiſsime tractauit. Dei populus manna faſtidire cœpit, Num. 21. cum dixit: *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo*: aliumque cibum poſtulantibus annuit Deus, & miſit coturnices, ſed magno illorum diſpendio; ſiquidem, vt ait Scriptura: Ibidem. *Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei deſcendit ſuper eos*. Gen. 30. Rachel aſsidue, & vehementer a Deo petebat ſibi dari filios, inquiens: *Da mihi liberos, alioquin moriar*; dedit Deus, quod petebat, & vnum illorum enixa obijt. Rebecca ſimiliter deſiderauit filium vnum, accepitque duos, qui tanti ſibi ante partum cauſa doloris erant, vt dixerit: Gen. 25. *Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe erat concipere?*

Sexta conditio orationis eſt, vt ſi fieri poſsit, cum eleemoſyna, & ieiunio ſocietur; hæc enim ſunt duo pondera, quibus mouetur ſpirituale, & artificioſum animæ horologium; hæ ſunt rotæ, quib⁹ agitur currus orationis; hæ ſunt axes, quibus & vertitur; hæ denique alæ, quibus ad ipſum vſque Dei cor anima tranſuolat; hæc denique ſunt dona, quæ ei offert ad conciliandam ſibi eius voluntatem. Experimento comprobatum eſt, omnium eſſe remediorum efficaciſſimum ad inueniendos theſauros Dei apertos, aperire manum liberaliter in auxilium pauperis: nam ſi homo intrat ad Deum per oſtium miſericordiæ, illam exercens erga proximum ſuum, videtur quodammodo obligare Deum ad ſimilem ſibi miſericordiam refundendam; non enim Dei viſcera minus, quam humana ad beneficentiam, & miſericordiam procliuia ſunt. 3. Reg. 6. Eſt huius veritatis egregia imago in libris Regum: nam cum Salomon totum templum cedrinis tabulis ornaſſet, ipſam templi portam, quæ pulchrior eſſe, ac precioſiori materia cõſtrui, & ornari ſolet, fabricari iuſsit ex lignis oliuarum; quoniam oliua miſericordiæ ſymbolum eſt. Vnde in ſacra Scriptura homo miſericors fructifera oliua vocatur, vt patet ex verbis Pſalmi: *Fructificaui in Domo Dei*. Pſal. 51. Græcorum Legatos, referunt hiſtorici, ad Reges miſſos, auxilium, vel aliud aliquid petituros manu portare conſueuiſſe oliuæ ramum, vt eius aſpectu ad miſericordiã eos mouerent. Significat igitur templi porta lignis oliuæ compacta, miſericordiam erga proximum, & eleemoſynam, quam ei porrigimus, eſſe portam, per quã anima noſtra, ſi bene cum Deo negociari vult, ingredi debet: immo eſſe quoque certiſsimum pignus impetrationis: nam qui pauperem audit, exaudietur a Deo, quia miſericordiã miſericordia compenſat. At ſi tu acerbus es, & inhumanus in pauperes, & aures tuas claudis clamoribus viduæ, ac inopis, & mendici gemitibus; fide conſtat catholica, Deum quoque tibi aures non præſtiturum benignas, & pulſanti oſtium ſuũ non aperturum, ſicut legitur in Prouerbijs: *Qui obturat aurem ad clamorem pauperis, ipſe clamabit, & non exaudietur*. Prou. 21. Si demum eleemoſynæ adiungatur ieiunium, dici vix poteſt, quam efficax reddatur oratio: nam ex his tribus fit ita fortis funiculus orationis, vt nulla ira Dei, quantumuis magna, rumpatur; ſicut ſcriptum eſt: *Funiculus triplex difficile rumpitur*; Eccleſ. 4. nec ſolum id efficit triplex hic funiculus, ſed hominem quantumlibet inſipientem, & effrænem redigit ad vſum rationis, facitque prudentem: tantaq. demum huius triplicis funiculi, ſeu trium chordarum eſt ſuauitas, vt ſi bene illarum natura temperetur, harmoniam reddant ita iucundam, vt Deum in animam noſtram trahant, & dæmonem ab illa recedere compellant, inſtar citharæ Dauidicæ, quæ illum 1. Reg. 16. a corpore Saul expellebat. Sed, vt iam deſinam, ſunt hi tres funes, vel chordæ, ita neruoſæ, & efficaces, vt illis omnes animæ noſtræ non conuenientes affectiones frænentur, ac ſubigantur; & conſequenter Dei nobis concilietur miſericordia, ne in nos iratus iuſtitiæ ſuæ fulmina iaculetur.

Cui ſit honor, & gloria in
ſæcula ſæculorum.
Amen.

Homil.

Homilia XIII.

Manifeſtantur multiplici ſacra Scriptura eruditione, ingentique animi conceptuum copia inaeſtimabiles diuitiæ, ac ſingulares orationis fructus, qua adhibitis conditionibus, & circumſtantijs iam dictis emittitur.

SVmma orationis ad rerum noſtrarum, cum temporalium, tum ſpiritualium optatos exitus conſequendos neceſsitas, & illud, quo teneor, omnes Chriſtifideles ad ſanctum huiuſmodi exercitiom inflammandi deſiderium, me impulerũt, vt non contentus, quod vos circumſtantias, & condiciones vniuerſas docuerim, qoibus iuxta ſanctorum Patrum documenta bene ornatam, omnibusqne ſnis abſolutam numeris orationem ad altiſsimum ſupremi Dei tribunal proſilire oportet, iam vobis inæſtimabiles diuitias, & fr nctus cogar pene diuinos demonſtrare, qnos ſecum hęc familiaris cum Deo affert conuerſatio. Quos inter operæprecium exiſtimaui, vt is primum ſibi locum vendicet, qui ad trahendum fortius mortalium animos aptior, potentiorque eſſe cognoſcitur, perfectum videlicet omnium orantis deſideriorum complemẽtum, quod teſtatur illud Chriſti: *Quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis*. Matth. 21. Hæc Chriſti verba explicemus. Vſu receptus eſt apud nos iſte dicendi modus: obſtringo tibi fidem meam; at non omnino te ſecurum facit pignus iſtud: fides enim hominis deficere poteſt, at Dei eſt firmiſsima, & indefectibilis: *verbum autem meum ſtabit in æternum*. Isai. 40. Vnde dicente Chriſto: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, Ioan. 16. perinde fuit, ac ſi dixiſſet, fidem meam vobis obſtringo, quod *ſi quid petieritis Patrẽ in nomine meo*, minime negabit. Summũ fauorem Salomoni exhibitum ſacra refert Hiſtoria, 3. Reg. 3. 4. quod Deus ſumptuoſo illo, ſplendidiſsimoque templo ſibi ab illo fabricato, ac diuerſis ibidem ei oblatis ſacrificijs, nocte vocarit illum, ac dixerit: *poſtula quod vis, vt dem tibi*. 2. Paral. 1. Atqui fauor iſte, beneuolentiaque diuina, quamuis ita ſingularis, ſoli tamen Regi facta, noſtris vero temporibus fidelibus vniuerſis, nulla perſonarum, aut conditionis habita ratione. vnde ait: *ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. Ioan. 16. En, inquit Chriſtus, chirographum, en ſchedulam nihil deſuper ſcriptũ

habentem, meo tamen ſubſcriptam nomine, vos ſuperponite ſummam, quam volueritis: in nummularia enim diuinæ liberalitatis menſa, quæ deficere minime poteſt, ea omnia, quæ libuerit vobis, exſoluentur. Miſericordiam petitis? *Benedictus Dominus, qui nõ amouit orationem ſuam, & miſericordiam ſuam a me*. Psal. 65. Spiritualem animi delectationẽ cupitis? *Memor fui Dei, & delectatus ſum*. Ibidem 76. Diuini amoris ignem concupiſcitis? *Et in meditatione mea exardeſcet ignis*. Ibidem 38. Perfectum tandem deſideriorũ veſtrorum complemẽtum expetitis? *Dilata os tuum, & implebo illud*. Ibid. 80. Verum, quia Chriſtum non latebat ad hæc omnia conſequenda nullum a nobis meliorem titulum, quam nominis ſui coram æterno Patre adduci, aut allegari poſſe; idcirco ait: *Amen, amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. Ioan. 16. Dic mihi tu, dum a Deo quidpiam petis, quem allegas titulum? Ego illum Iob: *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmauerunt*: Iob. 10. reſpice Domine, quia creatura tua ſum. bonus quidem iſte titulus, ſed contrarius tibi eſt. Si enim opus manuum Dei es, acceptum debita gratiarum actione referre debuiſſes. Et tu quem allegas titulum? ego, quod imago, & ſimilitudo eius ſim: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*. Gen. 1. Hic quoque titulus te condemnat, cum ſcelerum tuorum lituris deturpaueris imaginem illam, quam admirabili diuinæ omnipotentiæ ſuæ penicillo in te formauerat. Vt igitur congruentiorem coram Deo titulum vſurpetis, ipſe potentiorem, aptioremque vos edocuit, vt videlicet in Chriſti nomine poſtuletis: *quidquid petieritis Patrem in nomine meo, &c.* Ioan. 16. Videtur huic noſtro inſtituto admodum conuenire, quod & illius pulchram figuram eſſe exiſtimo, illud Ioſephi, Gen. 42. ad fratres ſuos dicentis, ne coram eo comparerent, niſi Beniamin fratrem minimum, dilectiſsimum Iacob patri filiũ, ſecum adduxiſſent. Non diſpari ratione iubet Deus, ne noſtra coram eo proſiliat oratio, niſi Chriſtum, qui ſummi Patris dilectiſsimus Beniamin eſt, ſecum adducat; cuius gratia diuinis charismatibus nos cumulabit. Verum nunc etſi obiter conſideremus, qua ratione Chriſtus Dominus ad Patrem nos petituros remittat, cum reuera ad quamlibet ex alijs diuinis perſonis remittere nos potuiſſet. Non ignoro quæſtionem hanc ſolutã penitus eſſe, ſi dixerimus, verbum illud (Patrem) dum ait Chriſtus: *quidquid petieritis Patrem in nomine meo, &c* Ioan. 16. non perſonaliter, ſed eſſentialiter accipi, vt omnibus diuinis perſonis commune eſt; vnde in hoc ſenſu remittens nos ad Patrem, ad Deum trinum, & vnum nos miſit. Verum communis ea eſt interpretum ſententia, illud perſonaliter accipi, & ſolum intelligendum eſſe de perſona Patris in quo ſenſu noſtra oritur dubitatio, ob quam cauſam Chriſtus Dñs, non ad Filium, nec Spiritum ſanctum poſtulaturos nos remittat, cum & ipſi eadem quæ Pater concedere valeant. Ego quidem huiuſce rei rationem eam eſſe arbitrarer, quod

Digitized by Google

Secunda cauſa, propter quam Deus, quod peti-
tur, etiã ſi perſeueranter petatur, non largitur,
eſt, quoniã nouit tibi non conuenire, poſſetq. ita
flagitanti reſpõdere, quod olim diſcipulis ſuis:
Matt. 20. *Neſcitis quid petatis*. Deſiderat Moyſes, vt per-
mitteret Deus ſibi in terram Promiſſionis in-
greſſum, & non obtinuit: clamat Iob, & queri-
Iob. 30. tur nõ exaudiri: *Clamo, & non exaudis*: Apoſtolus
gentium Paulus ſtimulo carnis vexatus, petit
Gal. 4. ſibi auferri: *Ter Dominum rogaui, vt diſcederet a
me*; quod tamen Dominus non indulſit. Super
Hier. ſuper c. 4. ad Gal. quem locum ſanctus Hieronymus ſcribens ait,
petitum fuiſſe ab Apoſtolo, vt ſibi auferretur
capitis dolor acerbiſſimus, quo infeſtari ſole-
Iſid. lib. 3. bat; quod tamen non adeptus eſt. Sanctus Iſi-
dorus in libro de ſummo bono, has, & alias
id genus petitiones a Deo non concedi affir-
mat, quoniam petentibus non ſunt vtiles;
idque adeo verum eſt, vt ſæpe humanæ peti-
tionis conceſſio fiat in ſupplicium commiſ-
ſi peccati, vt conſtat exemplo Iſraelitarum;
4. Reg. 8. quibus poſtulantibus Regem, cum haberent Sa-
muelem, datus fuit Saul, qui eos acerbiſsime
tractauit. Dei populus manna faſtidire cœpit,
Num. 11. cum dixit: *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto
leuiſſimo*: aliumque cibum poſtulantibus annuit
Deus, & miſit coturnices, ſed magno illorum
Ibidem. diſpendio; ſiquidem, vt ait Scriptura: *Adhuc
eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei deſcendit
Gen. 30. ſuper eos*. Rachel aſsidue, & vehementer a Deo
petebat ſibi dari filios, inquiens: *Da mihi libe-
ros, alioquin moriar*; dedit Deus, quod petebat,
& vnum illorum enixa obijt. Rebecca ſimili-
ter deſiderauit filium vnum, accepitque duos,
qui tanti ſibi ante partum cauſa doloris erant,
Gen. 25. vt dixerit: *Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe
erat concipere?*

Sexta conditio orationis eſt, vt ſi fieri poſsit,
cum eleemoſyna, & ieiunio ſocietur; hæc enim
ſunt duo pondera, quibus mouetur ſpirituale,
& artificioſum animæ horologium; hæ ſunt ro-
tæ, quib' agitur currus orationis; hæ ſunt axes,
quibus & vertitur; hæ denique alæ, quibus ad
ipſum vſque Dei cor anima tranſuolat; hæc de-
nique ſunt dona, quæ ei offert ad conciliandam
ſibi eius voluntatem. Experimento comproba-
tum eſt, omnium eſſe remediorum efficaciſſi-
mum ad inueniendos theſauros Dei apertos, a-
perire manum liberaliter in auxilium paupe-
ris: nam ſi homo intrat ad Deum per oſtium
miſericordiæ, illam exercens erga proximum
ſuum, videtur quodammodo obligare Deum ad
ſimilem ſibi miſericordiam refundendam; non
enim Dei viſcera minus, quam humana ad be-
neficentiam, & miſericordiam procliuia ſunt.
3. Reg. 6. Eſt huius veritatis egregia imago in libris Re-
gum: nam cum Salomon totum templum ce-
drinis tabulis ornaſſet, ipſam templi portam,
quæ pulchrior eſſe, ac precioſiori materia
conſtrui, & ornari ſolet, fabricari iuſsit ex lignis
oliuarum; quoniam oliua miſericordiæ ſym-
bolum eſt. Vnde in ſacra Scriptura homo mi-
ſericors fructifera oliua vocatur, vt patet ex
verbis Pſalmi: *Fructificans in Domo Dei*. Græ- Pſal. 51.
corum Legatos, referunt hiſtorici, ad Reges
miſſos, auxilium, vel aliud aliquid petituros
manu portare conſueuiſſe oliuæ ramum, vt eius
aſpectu ad miſericordiã eos mouerent. Signifi-
cat igitur templi porta lignis oliuæ compacta,
miſericordiam erga proximum, & eleemoſy-
nam, quam ei porrigimus, eſſe portam, per quã
anima noſtra, ſi bene cum Deo negociari vult,
ingredi debet: immo eſſe quoque certiſsimum
pignus impetrationis: nam qui pauperem au-
dit, exaudietur a Deo, quia miſericordiã miſe-
ricordia compenſat. At ſi tu acerbus es, & in-
humanus in pauperes, & aures tuas claudis
clamoribus viduæ, ac inopis, & mendici gemiti-
bus; fide conſtat catholica, Deum quoque tibi
aures non præſtiturum benignas, & pulſanti
oſtium ſuũ non aperturum, ſicut legitur in Pro-
uerbijs: *Qui obturat aurem ad clamorem paupe-* Prou. 21.
ris, ipſe clamabit, & non exaudietur. Si demum
eleemoſynæ adiungatur ieiunium, dici vix po-
teſt, quam efficax reddatur oratio: nam ex his
tribus fit ita fortis funiculus orationis, vt nul-
la ira Dei, quantumuis magna, rumpatur; ſi-
cut ſcriptum eſt: *Funiculus triplex difficile rum-* Eccleſ. 4.
pitur; nec ſolum id efficit triplex hic funicu-
lus, ſed hominem quantumlibet inſipientem,
& effrænem redigit ad vſum rationis, facitque
prudentem: tantaq. demum huius triplicis fu-
niculi, ſeu trium chordarum eſt ſuauitas, vt ſi
bene illarum natura temperetur, harmoniam
reddant ita iucundam, vt Deum in animam
noſtram trahant, & dæmonem ab illa recedere
compellant, inſtar citharæ Dauidicæ, quæ illum 1. Reg. 16.
a corpore Saul expellebat. Sed, vt iam deſi-
nam, ſunt hi tres funes, vel chordæ, ita neruoſæ,
& efficaces, vt illis omnes animæ noſtræ non
conuenientes affectiones frænentur, ac ſubigan-
tur; & conſequenter Dei nobis concilie-
tur miſericordia, ne in nos iratus iu-
ſtitiæ ſuæ fulmina iaculetur.

Cui ſit honor, & gloria in
ſæcula ſæculorum.
Amen.

Homil.

Digitized by Google

Homilia XIII.

Manifeſtantur multiplici ſacræ Scripturæ eruditione, ingentique animi conceptuum copia ineſtimabiles diuitiæ, ac ſingulares orationis fructus, quæ adhibitis conditionibus, & circumſtantijs iam dictis emittitur.

SVmma orationis ad rerum noſtrarum, cum temporalium, tum ſpiritualium optatos exitus conſequendos neceſsitas, & illud, quo teneor, omnes Chriſtifideles ad ſanctum huiuſmodi exercitium inflammandi deſiderium, me impulerũt, vt non contentus, quod vos circumſtantias, & conditiones vniuerſas docuerim, quibus iuxta ſanctorum Patrum documenta bene ornatam, omnibusque ſuis abſolutam numeris orationem ad altiſsimum ſupremi Dei tribunal proſilire oportet, iam vobis inæſtimabiles diuitias, & fructus cogar pene diuinos demonſtrare quos ſecum hęc familiaris cum Deo affert conuerſatio. Quos inter operæprecium exiſtimaui, vt is primum ſibi locum vendicet, qui ad trahendum fortius mortalium animos aptior, potentiorque eſſe cognoſcitur, perfectum videlicet omnium orantis deſideriorum complemẽtum, quod teſtatur illud Chriſti: [Matth. 21.] *Quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis*. Hæc Chriſti verba explicemus. Vſu receptus eſt apud nos iſte dicendi modus: obſtringo tibi fidem meam; at non omnino te ſecurum facit pignus iſtud: fides enim hominis deficere poteſt, at Dei eſt firmiſsima, & indefectibilis: [Isai. 40.] *verbum autem meum ſtabit in æternum*. Vnde dicente Chriſto: [Ioan. 16.] *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, perinde fuit, ac ſi dixiſſet, fidem meam vobis obſtringo, quod *ſi quid petieritis Patrẽ in nomine meo*, minime negabit. Summũ fauorem Salomoni exhibitum ſacra refert Hiſtoria, [3. Reg. 3. 4.] quod Deus ſumptuoſo illo, ſplendidiſſimoque templo ſibi ab illo fabricato, ac diuerſis ibidem ei oblatis ſacrificijs, nocte vocarit illum, ac dixerit: [2. Paral. 1.] *poſtula quod vis, vt dem tibi*. Atqui fauor iſte, beneuolentiaque diuina, quamuis ita ſingularis, ſoli tamen Regi facta, noſtris vero temporibus fidelibus vniuerſis, nulla perſonarum, aut conditionis habita ratione. vnde ait: [Ioan. 16.] *ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. En, inquit Chriſtus, chirographum, en ſchedulam nihil deſuper ſcriptũ habentem, meo tamen ſubſcriptam nomine, vos ſuperponite ſummam, quam volueritis: in nummularia enim diuinæ liberalitatis menſa, quæ deficere minime poteſt, ea omnia, quæ libuerit vobis, exſoluentur. Miſericordiam petitis? [Psal. 65.] *Benedictus Dominus, qui nõ amouit orationem ſuam, & miſericordiam ſuam a me*. Spiritualem animi delectationẽ cupitis? [Ibidem 76.] *Memor fui Dei, & delectatus ſum*. Diuini amoris ignem concupiſcitis? [Ibidem 70.] *Et in meditatione mea exardeſcit ignis*. Perfectum tandem deſideriorũ veſtrorum complemẽtum expetitis? [Ibid. 80.] *Dilata os tuum, & implebo illud*. Verum, quia Chriſtum non latebat ad hæc omnia conſequenda nullum a nobis meliorem titulum, quam nominis ſui coram æterno Patre adduci, aut allegari poſſe; idcirco ait: [Ioan. 16.] *Amen, amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. Dic mihi tu, dum a Deo quidpiam petis, quem allegas titulum? Ego illum Iob: [Iob. 10.] *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmauerunt*: reſpice Domine, quia creatura tua ſum. bonus quidem iſte titulus, ſed contrarius tibi eſt. Si enim opus manuum Dei es, acceptum debita gratiarum actione referre debuiſſes. Et tu quem allegas titulum? ego, quod imago, & ſimilitudo eius ſim: [Gen. 1.] *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Hic quoque titulus te condemnat, cum ſcelerum tuorum lituris deturpaueris imaginem illam, quam admirabili diuinæ omnipotentiæ ſuæ penicillo in te formauerat. Vt igitur congruentiorem coram Deo titulum vſurpetis, ipſe potentiorem, aptioremque vos edocuit, vt videlicet in Chriſti nomine poſtuletis: [Ioan. 16.] *quidquid petieritis Patrem in nomine meo, &c.* Videtur huic noſtro inſtituto admodum conuenire, quod & illius pulchram figuram eſſe exiſtimo, illud Ioſephi, [Gen. 42.] ad fratres ſuos dicentis, ne coram eo comparerent, niſi Beniamin fratrem minimum, dilectiſsimum Iacob patri filiũ, ſecum adduxiſſent. Non diſpari ratione iubet Deus, ne noſtra coram eo proſiliat oratio, niſi Chriſtum, qui ſummi Patris dilectiſsimus Beniamin eſt, ſecum adducat; cuius gratia diuinis chariſmatibus nos cumulabit. Verum nunc etſi obiter conſideremus, qua ratione Chriſtus Dominus ad Patrem nos petituros remittat, cum re vera ad quamlibet ex alijs diuinis perſonis remittere nos potuiſſet. Non ignoro quæſtionem hanc ſolutã penitus eſſe, ſi dixerimus, verbum illud (Patrem) dum ait Chriſtus: [Ioan. 16.] *quidquid petieritis Patrem in nomine meo, &c* non perſonaliter, ſed eſſentialiter accipi, vt omnibus diuinis perſonis commune eſt; vnde in hoc ſenſu remittens nos ad Patrem, ad Deum trinum, & vnum nos miſit. Verum communis ea eſt interpretum ſententia, illud perſonaliter accipi, & ſolum intelligendum eſſe de perſona Patris in quo ſenſu noſtra oritur dubitatio, ob quam cauſam Chriſtus Dñs, non ad Filium, nec Spiritum ſanctum poſtulaturos nos remittat, cum & ipſi eadem quæ Pater concedere valeant. Ego quidem huiuſce rei rationem eam eſſe arbitrarer, quod

ipſa eſſentia diuina ſæpius communicatur per Patrem, quam per Filium, aut Spiritum ſanctũ. In primis namque Spiritus ſanctus non ſe communicat alteri quartæ perſonæ, cum in eo diuinæ proceſſiones penitus terminentur: Filius autem quamuis vere Spiritui ſancto communicet diuinam eſſentiam, non tamen ſe ſolo, ſed vna cum Patre illam communicat. At æternus Pater pręterquam Spiritum ſanctum in conſortio Filij producit, aliam quoque diſtinctam communicationem habet, ſe ſolo generans Filium. Quia ergo Pater inter illas tres diuinas perſonas præ ceteris pluries communicatur, & diuinarum perſonarum fons, & origo eſt, ideo Chriſtus ad eum vti perennem fontem, & præ ceteris diuinis perſonis pluribus modis communicantem petituros nos remittit, ſub indubitata fiducia ea ſine vlla exceptione conſequendi, ſi tamen ad animarum ſalutem vtilia conducibiliaque fuerint. Atque hac profecto de cauſa, vt ingenioſe annotauit D. Greg. Papa, addidit Chriſtus, vt *in nomine ſuo*, peteremus. Etenim ſicut ipſe Ieſus eſt, quod interpretatur Saluator; ita ea, quæ petierimus, animę noſtræ ſaluti non conſentanea ſcire nos oportet in nomine Ieſu minime peti: vnde non obſeruantes præſcriptam petendi, orandique formam non erit quod demiremur, ſi petita neutiquam conſequamur.

D. Greg. hi. 27 in euangelia.

Alius orationis fructus is eſt, quod in ea veluti aquæductum quendam habemus, per quem diuina gratia tamquam canalibus quibuſdam ducta, bonaque cæleſtia fiſtulata in nos animamque noſtram cælitus deriuantur. Quod eo facilius intelligemus, ſi attentius metaphoram illam conſiderauerimus, qua in Canticis vſus fuit Sponſus, dum Sponſæ ſuæ congratulabundus dixit: *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis*. Tritus admodum Spiritus ſancti libro Canticorum loquendi modus eſt, per eximiam faciei formam, rectamque membrorum corporis compaginem animæ perfectiones ſignificare. Et quamuis per huiuſmodi verba ſecundum nonnullorum expoſitionem Sponſus Sponſæ dicere voluerit, eam corporis elegantia ceteras omnes ſeminas antecellere, vt turris Dauid cetera omnia propugnacula altitudine ſuperabat: at allegorico ſenſu per collum ſanctiſſimi Patres virtutem orationis intelligendam eſſe aſſeuerant. & quidem illi optime conuenit hæc metaphora ob innumera, in quibus collum, & oratio aſſimilantur. In primis enim quemadmodum collum formãdæ vocis ad humanam confabulationẽ organum eſt, ita quoque ipſa oratio, veluti organum quoddam eſt, vbi vox interior ad familiarem cũ Deo ſermonẽ habendũ formatur. Ibi quippe expoſtulationes, ibi clamores, ibi ſuſpiria, quæ animæ lingua, & idioma ſunt formãtur. Et hinc quoque eſt, quod quemadmodum, dum lupus ouem inſequitur, collo eandem apprehendere procurat, ne balet; etenim querelus eius balatus clamor quidam eſt, canis pecuarij, paſtoriſque auxilium implorans: ita Diabolus tamquam infeſtiſſimus humani generis lupus, orationis collo inſidiatur, in quo omnem curam ſollicitudinemque collocat, ne anima cælum inclamet, paſtoremque ſuum Chriſtum inuocet, vt ei pręſto ſit. Et quemadmodum etiam collum cum corpore caput coniungit, vnit, atque colligat: ita & ipſa oratio adeo cum capite Chriſto iuſtũ coniungit, vt diuina fauente gratia, veluti vnus, & idem cum eo ſpiritus efficiatur; *Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt*, ſcilicet cum illo. Et ſicut influentiæ capitis, vitaleſque ſpiritus, qui a cerebro corpori communicãtur, per aquæductũ colli, veluti per quoddã canale deriuantur; ſic quoque cæleſtes illi Chriſti capitis noſtri diuinæ influentiæ in hoc corpus myſticum Eccleſiæ per orationis collum demittuntur: & hinc illud D. Auguſtini: *Aſcendat deprecatio, & deſcendat miſeratio*. Id quotidie illius amatores experiuntur: etenim oratio eſt, ſicut claſſis illa Salomonis, quã ipſe quotannis varia ſupellectili onuſtam in Ophir dimittebat, quæ tamen auro, argento, margaritis, alijſque rebus precioſiſſimis onerata redibat, quibus vniuerſam Palæſtinæ regionem opulentabat. In hac inſœcunda, ſterilique miſeriarum terra maxima adeſt virtutum inopia, atque ingens ſpiritualium bonorum penuria; illud tamen ſupereſt remedium, vt claſſem orationum, obſecrationum, & gemituum plenam in cælum mittamus, auro enim charitatis fulgentiſſimo, precioſiſſimis virtutum lapidibus, orientalibus lacrymarum margaritis, quibus anima diteſcat, onuſta, plenaque reuertetur. Sicut etiam per collum anhelitus putridus, qui intus compreſſus corpus inficiebat, emittitur, & nouus, & purus aer, quo reſpiramus, attrahitur: ita etiam fœtentem prauorum affectuum noſtrorum anhelitum oratione expellimus, & ſalutarem, ac puriſſimum Spiritus ſancti aerem feliciter attrahimus, quemadmodum teſtatus eſt Propheta Dauid, dum dixit: *Aperui os meum, & attraxi ſpiritum*. Quod, & Sponſa ab Sponſo expoſtulabat, cum dicebat: *Surge Aquilo, veni Auſter, & perfla hortum meum*. Et ſicut corpus ſine reſpiratione viuere nequit, vnde niſi reſpiraremus, continuo expiraremus (qui enim ardentem qui intus deliteſcit aerem non emittit, aliumque nouum ad refrigerandum recipit, ſubito ex reſpirationis defectu ſuffocatur) ita quoque quandoque accidit, quod niſi anima mediante oratione reſpiraret, protinus expiraret; quia flatus, & viuificus Spiritus ſancti aer deeſſet, qui folles ſunt ad diuinum amorem accendendum: cuius defectum deplorabat Hieremias, dum aiebat: *Defecit ſufflatorium*. Præterea quemadmodum a collo ineſtimabiles gemmæ, precioſiſſimi torques, catenæ aureæ, aliave id generis monilia dependent; ſic quoque ab oratione tamquam ab ipſius animæ collo virtutum gemmæ, obedientiæ torques, fidei inaures, aurea charitatis catena, & alia precioſiſſima Spiritus ſancti chariſmata velut

Cant. 4.

1. Cor. 6.

Auguſt.

3 Reg. 10.

Pſal. 118.

Cant. 4.

Ierem. 6.

monilia

Digitized by Google

monilia dependent: orationi enim deditos ſin-
gulari omnium vertutum præſtantia ornatiſſi-
mos experientia. ipſa comprobat. Sicut item
per collum alitur, & nutritur corpus, neceſſa-
riumq. recipit cibum, ne aliòquin fame pereat;
non ſecus per orationem anima quotidie cæle-
ſti refectione paſta vegetatur, & nutritur. Et
quemadmodum ille, qui forti, neruoſoque
collo præditus eſt, ſtrenuus, ac robuſtus exiſtit:
ille autem, qui ſubtili, & debili, exigua forti-
tudine, minoriq. robore pollet; ita quoque for-
titer in oratione perſeuerantes, virtute ſtre-
nui exiſtere dignoſcuntur: e contra vero in
orandi exercitio debiles, & infirmi, in bonis
operibus tardi, & imbecilles exiſtunt. Et ſi-
cut nihil inueniri poteſt collo adeo nociuum,
quã ſi ſpina aliqua ei tenaciter hæreat, quæ re-
ſpirandi auferat facultatem; ita ſane nihil tam
excogitari poteſt orationi noxium, & aduer-
ſum, quam ſi peccati cuiuſdam mortiferi ſpina
animã transfigat; ſic enim illud vocat Dauid:
Pſal. 31. *Conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina.*
Cant. 4. Ait rurſus Sponſus Sponſæ ſuæ: *Collum tuum
ſicut turris Dauid*: quaſi dicat, collum tuum,
quod oratio eſt, ſimile mihi videtur turri
Dauid. Hic alius mirabilis orationis fructus
nobis detegitur, nempe animæ defenſio, atque
contra inimicos ſalutis noſtræ ſecura victoria:
quam peregregiam metaphorã, vt melius per-
cipiamus, obſeruare oportet; quod quemadmo-
dum ex altiſſima quadam turri proſpicienti res
inferiores etiam maximæ, paruæ, vt gigantes
pygmæi, & homines formicæ eſſe vidẽtur: ita in
altam orationis turrim ac faſtigium contem-
plationis aſcendenti omnes huius mundi res
maximæ, dignitates omnes, cuncta officia, om-
nes terræ diuitiæ, omnes Principum, Regum,
atque Imperatorum regna, & imperia qua-
ſi inane, & nihilum eſſe reputantur, vt egre-
D. Greg. de S. Benedicto gie dixit D. Gregorius de ſancto Benedicto lo-
quens: *Videnti Creatorem anguſta fit omnis crea-
tura.* Et quemadmodum turris tamquam locus
eminens, atque elatus ad cuſtodiam ciuitatum,
& ad hoſtium inſidias detegendas non parum
deſeruit: ita quoque ipſa anima ab ipſa oratio-
nis turre inimici Diaboli inſidias, & ſata-
nica ſtratagemata detegit; atque ad ipſius in
ſultus repellendos, & inuerecundam audaciam
retundendam animum capit, & inuincibiles vi-
res comparat. Et ſicut turris Dauidicæ aula
Cantic. 4. quædam armis repleta fuiſſe dicitur: *Mille
clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*, qui-
bus ipſe vicit, deſtruxitq. Iebuſæos: ita quoque
ipſa oratio caſtrum quoddam fortiſſimum eſt
omni armorum genere munitiſſimum, quibus
ſalutis humanę truculentũ hoſtem facile anima
profligat: ibi ſcutũ patientiæ aduerſus irã: ibi
galea ſpei aduerſus diffidentiam: ibi thorax
temperantiæ aduerſus gulam, & ventris inglu-
uiem: ibi gladius humilitatis aduerſus ſuper-
bi:m: ibi denique ad omnium virtutum
protectionem, & ab inimicis tutelam lucidiſſi-
ma tam offenſiua, quam defenſiua arma abun-
de ſuppetunt. Verum, vt ipſius orationis vim,
potentiamque ad inimicorum noſtrorum de-
ſtructionem melius deprehendamus, & mira
eius fortitudo omnibus magis innoteſcat, libet
nonnullas eius victorias in memoriam reuo-
care. Dauidis gladius, ſi bene perpendatur, 1. Reg. 18.
quo giganti caput amputauit, non tamæreus
ille fuit, quem ab ipſo Goliath extorſit, quam
ſpiritualis orationis enſis, vt disertis verbis ip-
ſemet ſignificauit, dum dixit: *Tu venis ad me in* Ibidem.
*haſta, & gladio; ego autem venio ad te in nomine
Domini.* De Iacob quoque tradunt diuinæ litte- Geneſ 32.
ræ, quod duobus exercitibus, vno ipſius, & alte-
ro fratris ſui in modum pugnantium cõpoſitis,
ipſe velut ſui exercitus Dux eſſe volẽs; iuſſit, vt
pecorum gregibus circumdaretur: famuloſ-
que ſuos veluti in duas turmas diuiſit; & lip-
pam Liam, & filios eius in principio, Rachel
autem, vti magis dilectam, nouiſſimam collo-
cauit. Poſtea vero quamuis ſtrenuiſſimus eſ-
ſet Iacob, non tamen ad ferrea, ſed ad orationis
arma ſe conuertit: *Et progrediens. pronus Deum* Ibidem 33.
adorauit. & orans optatos animi ſui exitus fe-
licesque rerum ſuarum euentus obtinuit. Ip-
ſe etiam Iacob cum Angelo perſonam Dei ge-
rente fortiter demicans, illum ſuperauit: vnde
ille dixit: *Si contra Deum fortis fuiſti; quanto ma-* Ibidem.
gis contra homines præualebis! Huiuſce autem ce-
leberrimæ victoriæ arma non alia, quam ora-
tionis fuere teſte Oſea Propheta cap. 12. *Inua-* Oſea. 12.
*luit ad Angelũ. & confortatus eſt, fleuit, & rogauit
eum.* Vbi dignum arbitror tametſi obiter aduer-
tere, obtenta victoria Angelum ei nomen mu-
tauiſſe, & iuſſiſſe, vt *Iſraelem* ſe vocaret, id eſt, Genes. 32.
videntem Deum. Qua nominis mutatione a Spi-
ritu ſancto edocemur, virum orationi deditum
adeo ſedatas paſſiones quandoque habere, vt
licet leues quaſdam culpas contrahat, a quibus
nemo immunem vitam agit; totus tamen in æ-
terni Dei contemplatione ſumma cum animi
tranquillitate certis temporibus quieſcat, vt
expertus eſt Dauid, cum dicebat: *In pace in id-* Pſal. 4.
ipſum dormiam, & requieſcam. Atque hinc intelli-
gemus, quid ipſe Iacob ſignificaret, cum dixit
filio ſuo Ioſeph: *Do tibi partem vnam extra fra-* Gen. 48.
*tres tuos, quã tuli de manu Amorrhæi in gladio, &
arcu meo.* Nullibi ſane diuina Scriptura belli
certamen Iacob cum hoſte inijſſe cõmemorat;
quid ergo eſt, quod Iacob ait, cum Amorrhæo
bellum geſſiſſe? Paraphraſtes Chaldæus diffi- Paraphraſt. Chald. ſup. Gen. 48.
cultatem hanc ſoluit in hunc modum; vbi enim
vulgaris noſtra interpretatio habet: *Quã tuli in
gladio, & arcu meo*, ipſe trãsfert: *Quã tuli oratione,
& deprecatione mea*. Mira eſt ergo & ineffabilis
vis, & potentia orationis ad vincendũ. De Ma-
chabæis diuinæ tradunt litteræ, quod armis o-
rationis pugnauerunt, & vicerunt: *Dominum* 2. Mach. 15.
*cordibus orantes proſtrauerunt non minus trigin-
taquinque millia, præſentia Dei magnifice delectati.*
Ioſue quoque, quãuis validiſſimus, ac ſtrenuiſſi-
mus Dux exiſteret, ac diuina ſuffultus potentia
exercitũ ſuum gubernaret, & protegeret, Ama-
lechitas non deuiciſſet, ſi orantis Moyſis pre-
cibus

cibus adiutus non fuiſſet; rei quidem euentus, & experientia eum docuerat, quod Moyſe ab oratione ceſſante, hoſtium impetum vix ſuſti- Exod. 17. nere poterat; eo autem ad orationem reuertente, continuo præualebat. Quod animaduertens Aaron, & Hur, vt certam victoriæ ſpem haberent, orantis Moyſis brachia, atque manus ſuſtentaculis quibuſdam fulciebant, vt eas ſemper ad Deum haberet eleuatas. Hinc ſanctiſſima quoque illa Iudith, vt populi ſui animos contra ferociſſimum illum Holofernem excitaret, hanc Moyſis hiſtoriam ad memoriam Iudit. 4. eis reduxit: *Memores eſtote Moyſis ſerui Dñi, qui Amalech confidentẽ in virtute ſua nõ ferro pugnando, ſed precibus ſanctorum orando, deiecit.* Ipſa etiã plurimũ in orationis propugnaculo, & fortitudine confidebat, vtpote, quæ ad potentiſſimum illum Holoſernem occidendum, totumque eius exercitum propulſandum, alijs, quam orationis armis vti minime voluit: vnde ad inimici Ibidem 8. caſtra proficiſcens, ſuis dicebat: *Tantummodo pro me fiat oratio.* Hanc orationis potentiam non ignorabat Rex Balac, dũ populi Iſraelitici orationis armis ſe opprimi agnoſcens, Balaam Prophetam ad ſe vocauit, vt populum Dei malediceret; credens per maledictionem vim orationis eorum penitus extinguendam. Atq; hunc fuiſſe huiuſce Regis animum facile colligi poteſt ex eo, quod belli ſui conſiliarijs dicebat: Num. 22. *Ita delebit huiuſmodi populus omnes, qui in noſtris finibus commorantur, ſicut ſolet bos herbas ad radices carpere.* Hac enim metaphora ſignificauit, linguam orationis, qua Dei populus vtebatur, eoſdem in præceps deturbaturam.

Verum ad manifeſtandam mirabilem potentiam, ac eximiam orationis fortitudinem illud ſummopere conferre arbitror, quod tria ſunt omnium, quæ in cælo, & in terra verſantur, fortiſſima, atque inuincibilia, liberum arbitrium, mors, & Deus: & tamen ea eſt orationis potentia, atque vis, vt de omnibus his victricem palmam reportet. Liberum quippe arbitrium importunæ preces vincunt, atque inflectunt; & immanem mortem etiam deprecatio auertit: quandoquidem Ezechias ſententiæ mortis re- 4 Reg. 20. uocationem oratione obtinuit. Et ſancti, vt olim Elias, & Eliſeus, & multi etiam noui Teſtamenti, mortuos inſtanti oratione ad vitam reuocantes mortem ipſam vincebant, dum captiuos eius ab ea extorquebant: immo, quod prædicta omnia ſuperat, oratio vindices Dei omnipotentis manus deuincit, ne vindictæ ſuæ gladium contra nos vibret, vt Moyſem ſuis precibus feciſſe legimus, quibus Deus præpeditus dicebat ei: *Dimitte me vt iraſcatur furor meus.* verum breuis Moyſis ora- Exod. 32. tio: *Cur Domine iraſcitur furor tuus?* diuinam iram cohibuit. Tanta eſt orationis vis atque potentia, vt diſtrictum Dei enſem continuo in vaginam mittat, omnipotentiæ diuinæ effectus impediat, & diuinæ iuſtitiæ gladium hebeſcere faciat. Demum ipſemet Chriſtus ante ſuum Matt. 4. cum dæmonio conflictum orationi ſe dedit, vt miram orationis vim ad inimicos profligandos nobis ſignificaret: cum & ipſe, qui omnium erat fortiſſimus, omniumque ſtrenuiſſimus, ad inimicum ſuum propulſandum oratione vti voluiſſet. Alium quoque ſingulariſſimum fructum ipſa fert oratio, quod iuſto clauis cuiuſdam inſtar eſt ad cæleſtis paradiſi ianuam reſerandam, Deique, ac creaturarum ſuarum penetralia aperienda. Non ignoramus ora- Ionæ 2. tionem cete os, vt Ionam emitteret, aperuiſſe: D. Petro vincula ſoluiſſe, & vt liber abiret Act. 12. carceris portas reſeraſſe: duriſſimum lapidem & mandibulã aſini aperuiſſe, & duplicem ex eis Iud. 15. fontem ſcaturire feciſſe. Quin vt omnibus ma- Iudic. 15. nifeſtum eſſet, orationis illum fuiſſe effectum, voluit Deus, vt vocaretur locus ille: *Fons inuocantis de maxilla.* Aperit quoque ipſa oratio, Ibidem. 2. Reg. 12. tamquam clauis quædam cæleſtis, miſericordiam diuinam, adultero Dauid erranti indulgentiam impetrans: Matthæum fœneratorem Matth. 9. ad Apoſtolatum recipiens. Aperit, & ingredi- Luc. 7. tur arcem diuinæ omnipotentiæ, cum ſemel ad Ezechiæ petitionẽ ſol regreſſus eſt retrorſum, 4. Reg. 20. & iterum iam occaſurus ſtetit ad imperium Ioſuæ, dicentis: *Sol contra Gabaon ne mouearis.* Ioſue 10. Aperit atque ingreditur iuſtitiam Dei, vt ad 4. Reg. 1. Ibidem 2. Eliæ petitionem de cælo demiſſus ignis in po- Pſal. 144. pulũ animaduertat: & ad Eliſei inſtantiam im- 3. Reg. 17. manes ferę diſcolos quoſdã pueros diſcerpant. Aperit diuinæ voluntatis ſeras, quia ſic Deus voluntatẽ timentium ſe facit, vt ipſe Elias orationis ſuę virtute confiſus, cuiuſdã maximæ famis tempore, ob trium annorũ pluuiæ penuriã exortæ, hæc protulerit verba, quibus in vniuerſa ſacra Scriptura ſimilia reperiri minime exi- Ibidem. ſtimarim, quæ orationis efficaciam, ac potentiam clarius oſtentent: *Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, & pluuia, niſi iuxta oris mei verba.* Habebat proculdubio Elias claues fontiũ, aut ciſternarum cęli, vt ita loquar, Deumq. ſibi adeo propitiũ, vt nihil præter eius voluntatẽ, aut determinationẽ efficiendum fore ſibi perſuaderet, vt rei exitus probauit. Siquidem, ne Deus Eliæ videretur deſpicere orationem, quamuis alioquin ad concedendam pluuiam populo procliuis eſſet, continuit ſe: plurimis tamen modis Eliã commonere tentauit, vt ipſe aquam, & pluuiã peteret. Ibidem Vnde primo panem, quem coruus ei portabat, abſtulit; ſecũdo fontem, e quo bibebat, exſiccauit; & demum tantæ penuriæ, ac indigentiæ eum expoſuit, vt orationis clauem apprehenderet ad pluuiam è cælo hauriendam; vnde ipſe poſtulauit eam, & Deus copioſum aquarum imbrem demiſit. Oratio etiam clauis quædam eſt, ſed clauis aurea, digna profecto familiaribus Dei. Clauis eſt, ſed clauis crucis; hominem enim orationi deditum mortificatam, & Galat. 2. crucifixam vitam degere oportet: *Chriſto confixus ſum Cruci.* Ad extremum clauis eſt, ſed clauis, quæ hominum corda mundo obſerat; Deo autem aperit, diuiniſque ſuis influentijs patefacit: ſicut conchylium, quod in inferiori parte ter-

te ter-

te terram attingente obſtructum, in ſuperiori vero apertum eſt, vt rorem de cælo emiſſum, ad precioſam gratiæ margaritam ſuſcipiendam admitrar: pro cuius acquiſitione Chriſtus Do- *Matt. 13.* minus dixir hominem omnia ſua libenter dare debere.

Alium quoque admirabilem orationis fructum reperio, quod videlicet animam & nutriat, atque foueat. Ad cuius rei comprobationem liceat mihi Socratis quãdam vſurpare ſententiam, qui interrogatus, quid eſſet homo, reſpondit: *homo eſt arbor inuerſa.* arbor enim radices terræ defixas, ramos vero elatos habet: ſecus autem, homo radices, qui capilli ſunt, elatas, brachia vero, quę veluti rami quidam ſunt, in terra procliuia habet. Voluit itaque magnus *Socrat. sent.* ille Philoſophus moralis Socrates dicere, quod quemadmodum arbores defixas terræ radices habent, & tamquam terreſtres, & de genere terreno alimenta per radicem, quæ veluti earum os eſt, è terra ſugunt; ita homo cum radices elatas habeat, tamquam de genere cæleſti, immo *Act. 17.* diuino, vt loquitur S. Paulus: *Genus cum ſimus Dei*, idcirco alimentum a cælo, vt plantæ a terra, deſumere deberet. Hoc autem alimentum ipſa oratio eſt, familiariſque cum Deo conuerſatio, quo non minus eget anima, quam corpus nutrimento ſuo. Quemadmodum enim calor natiuus humidum radicale paulatim abſumit, & niſi continuo cibo nutriretur, hominem penitus deſtrueret; ita quoque anima, cui dum corpori eſt immerſa, non deeſt magnus quoque consumptor, calor ſcilicet concupiſcentiæ, certe niſi ſpirituali orationis alimento cibetur, vt quotidiana damna reparet, breui temporis ſpatio antiquum vigorem deperdet, ac ariſta ſiccior reddetur, vt id ſe expertũ teſtatur Dauid, *Psal. 101.* dicens: *Aruit cor meum, quia oblitus ſum come-* *Ibid. 5.* *dere panem meum.* vnde ipſe infirmitatem ſuam agnoſcens, mane ientare decreuit; *Mane adſtabo* *Ibid. 117.* *tibi.* vel vt S. Hieronymi lectio habet: *Mane contemplabor.* Et vbi ipſe dicit: *Exurgam diluculo*, alij legunt: *Excitabo auroram*, auroram non expectabo; deſiderium enim cibandi me illam excitare compellet. Verũ quia Dauidi videbatur frequentiori adhuc ſe egere alimẽto, dicit: quod non modo mane, ſed meridie, & nocte cæleſti illo cibo ſe nutriri oportebat: *Veſpere, &* *Ibid. 54.* *mane, & meridie narrabo opera Domini.* Quinimmo propriam imbecillitatem magis, atq; magis cõſideranti neceſſarium videbatur animam ſuam hoc ſpirituali cibo ſepties in die reficere: *Ibid. 119.* *Septies in die laudem dixi tibi.* Ad cuius imitationem ſeptem horis Canonicis vtitur Eccleſia. Et ſane hic ponderatione ſingulari dignum eſt, huiuſce alimoniæ, cibique defectum adeo firmiſſimam illam Eccleſiæ columnam, ſanctum Petrum infirmaſſe, vt ter Chriſtum Dominum abnegarit. Quemadmodum enim trina fuerat eius in oratione dormitio; trina quoque fuit *Matt. 26* illius Chriſti negatio, vt acute annotauit ſan- *Chryſoſt. in Matth.* ctus Ioannes Chryſoſtomus, dum ait: *Trinæ dormitioni trina negatio reſpondet.* Attentius ergo aduertendum eſt, ne huiuſmodi animæ noſtræ deficiat cibus, aut alimonia, neceſſarium eſſe, vt a Deo ipſum diligentius, ſolliciteque poſtulemus, auiculas imitantes, quæ, vt a parentibus ſuis nutriantur, alas expandunt. & ora aperiunt. Vnde Eccleſiaſt. dixir: *Iuſtus* *Eccl. 39.* *aperiet os ſuum in oratione.* Porro præter iam dictos fructus, alium quoque non minus vtilem, quam delectabilem affert oratio: etenim Chriſtiani hominis vita ſpirituale quoddam animæ cum Chriſto matrimoninm eſt, vt ipſe teſtatur: *Sponſabo te mihi in fide.* Et quemadmodum ma- *Oſee.* trimonium temporale, & onera multa, & delicias quoque ſecum affert: non ſecus ſpirituale iſtud connubium, ſicut & oneribus, ita & voluptatibus minime caret, quas diuinus ille Spõſus in orationis quiete, & pace animæ communicat ſiquidem: longa rerum experientia nos docuit, pauorem, melancholiam, & omnem triſtitiam longe propulſanda. quod agnoſcens S. Iacobus dixit: *Triſtatur aliquis veſtrum,* *Iacob. 5.* *oret.* Quin & ipſe Deus ait: *Lætificabo eos in domo* *Isaia.* *orationis meæ.* Quod ſi lignum a Moyſe in a- *Exod. 15.* quam proiectum illam dulcem reddere potuit: dubitare non licebit, quin multo potentior futura ſit Chriſti memoria ad amariſſimum humanæ triſtitiæ fel in ſuauiſſimum dulcorem cõ- *Psal. 91.* uertendum. Hac enim de cauſa arbitror Dauidem Chriſtũ vnicorni comparaſſe. Nam quẽadmodum vnicornis ſolo ſui cornu tactu aquam dulceſcere facit, & omne veneni genus penitus extinguit; ita quoque Chriſtus ad noſtram memoriam media oratione reductus, nos grauiſſimis oppreſſos miſerijs recreat, & conſolatur, & amara dulceſcere facit. Refert S. Hilarius *S. Hilar. in princ. expoſition. Psal.* in principio expoſitionis Pſalmorum, quod Dauid cum paſtor eſſet, & in ſolitudine degeret, melancholia non ſemel laborabat; ad eã tamen abigendam, paruo pſalterio, quod ſecum ferebat, diuinas decantabat laudes, quibus animum ſuum oblectabat, & hilarem reddebat: qua experientia edoctus ipſe Dauid, hoc eodem *1. Reg. 16.* remedio Saulis animum a dæmone vexatum recreabat, vel, vt alijs placet, graui quadam melancholia oppreſſum, illo pſalterij, aut citharæ ſuæ concentu expellebat. Quod ſi forte quiſpiam dicat, non eius generis ſunt melancholiæ meæ, quæ oratione propulſari valeant, falſa eum fallit opinio: illum precor, vt quemadmodum graui aliqua afflictione affectus amicum conſulit, omniaque cordis ſui arcana ei aperit, vt conſolationis aliquid ab eodem recipiat: ita ad Chriſtum recurrat, & totum cor ſuum ei aperiat, ac dulcem illam orationis citharam pulſet; & ſi perſeuerauerit, experietur illud D. Pauli, dicentis: *Repletus ſum conſolatio-* *2. Cor. 7.* *ne, ſuperabundo gaudio.* Deus enim cum fideliſſimus ſit, complebit, quod promiſit: *clamabit ad* *Psal. 90.* *me, & ego exaudiam eum.* Idque non ſemel experientia compertum eſt, vt cum humana auxilia deficiunt, cæleſtia ſuppetant. Quod ſatis ad viuum exprimit ſingularis illa D. Ioannis *Apocal.* viſio libro ſuarum reuelationum, dum vidit mulie-

mulierem parturientem, & draconem ante eam, vt partum deuoraret: cui cum terra opitulari minime poſſet, e cælo auxilium venit: luna enim ſub eius pedibus poſita eſt, & ſole amicta fuit, vt draconis oculos radijs ſuis obfuſcaret, & corona ſtellarum in capite eius apparuit. Hæc Diui Ioannis viſio quid aliud ſignificat, fratres, quam animam afflictam, omnique humano ſolatio penitus deſtitutam, ad Deum orandô ſe conuertentem, confeſtim a ſole iuſtitiæ Chriſto, & Maria luna, nec non a Sanctis per ſtellas ſignificatis adiutã iri? quinimmo, ſi opus fuerit, tota angelica curia in eius deſcendet auxilium. De Angelis enim dictum

Hebraeor. 1. eſt, quod *omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos, qui hereditatem accipiunt ſalutis.* Tandem ſpirituales viri alium omnium potiſſimũ fructum ex oratione decerpũt, Chriſti videlicet vitæ, & morum imitationem.

D. Baſilius. Quemadmodum enim pictor effigiem quandam depicturus, ſingulari ſtudio, ſummaque ſollicitudine exemplar ſibi imitandum proponit, vt ſimilem illi imaginem conficiat; ita quoque, qui immaculatam Chriſti vitam contemplatur, eam tanto ſtudio, tamque alta conſideratione perpendat oportet, vt ipſius vitæ Chriſti ſimiliorem quoad poſsit imaginem

D. Paul. ad Galat. 4. in ſe efformet, vt dixit Paulus: *Donec formetur Chriſtus in vobis.* Verum quemadmodum varij ſunt pingendi modi, vnus, quo depicta imago facile oblinitur, præſertim ſi aqua intingatur, alius vero firmior, oleo coloribus adhibito: ita quoq; qui Chriſtũ in vobis formare cõtenditis, procurare omni ſtudio debetis ita eum efformare, vt ne quocumque tentationis turbine adueniente imago deformetur; ſed Spiritus ſancti oleo delibuta tali ſtabilitate ſit prædita, vt in æternitatem abſque interruptione permaneat. Ceterum quia ſi vellẽ proſequi copioſiſſimos orationis fructus, innumeraque eius emolumenta, ſermoni numquam finem imponerem: idcirco ſolummodo dicam eam vniuerſalem eſſe morum reformatricem, horologium regulatiſſimum, vitam humanam componens, frandum huiuſce mundi limpidam cognitionem, temporalium rerum contemptum, cæleſtium, & æternarum debitam æſtimationem, certantis animæ armaturam, vitiorum gladium, paſſionum frænum, ad virtutem calcar, compunctionis magiſtram, primum mobile, virtutes omnes mouens, ſplendidiſſimum animæ ſpeculum, cæli rorem, pluuiam cæleſtem animam fœcundantem, manna dulciſſimum illam oblectans, cibum diuinum eam nutrientem, facem illuminantem, ſalem a corruptione præſeruantem, cæleſtem uentum animam refrigerantem, ſtellam in patriam ducentem, flamen Spiritus ſancti, mouens ad portum cęleſtis Hieruſalem, ac tandem diuinum glutinum animarum, cum Sponſo ſuo Chriſto eas vniens. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

DE

DE AVGVSTISSIMO AC INEFFABILI EVCHARISTIAE SACRAMENTO

DIVINI AMORIS INAESTIMABILI pignore, ac de variis in eo reconditis arcanis.

LIBER NONVS:

Homilia Prima.

Matth. 17. *Enucleantur D. Matthæi verba: Cœnantibus eis accepit Ieſus panem, & fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum: explicanturque interim circumſtantiæ quatuor in huius ſacramenti inſtitutione notabiles.*

Chryſipp. HISTORIIS traditum eſt, Chryſippum Philoſophum doctrinæ, atque ingenij laude præſtantē, dū prope locum profundiſſimum, in quem vis aquarum maxima vndequaq. confluebat, verſaretur, capereq. noſſe cauſam tantæ profunditatis, qua tot aquarum alluuiones abſorberentur, & ſtagnarēt, difficultate rei ſuperatum, quoniam ingenio quod optabat capere non potuiſſet, in barathrum ſe præcipitem dediſſe, aientem: *O abyſſe, cum te capere non valeam, tu me recipe.* Sed multo quidem verius id nos dicere poſſumus, ſi diuini huius ſacramenti profunditatē, & abyſſū, in qua immēſi ſunt gurgites myſteriorū, & miraculorū, pſcrutemur, vbi cernuntur accidentia ſine ſubiecto ſubſtantiæ, ſubſtantia panis in carnem Chriſti conuertitur, totus Chriſtus ſub parua hoſtia, immo ſub quouis eius minimo fruſtulo includitur, vt alia nunc ſileam myſteria, quibus ac eorum ſingulis adeo percellimur, & ſuperamur, vt Chryſippi verba vſurpantes dicere de Chriſto tam mirabiliter occulto in hoc ſacramento poſſimus: *O abyſſe, cum te capere non valeam, tu me recipe.* Quamobrem tanti operis ſumme opifex Ieſu, tuo lumine mihi mentē illuſtra, vt quod naturalis ratio non capit, nec ingenium Angelicum, nedum humanum conſequitur, & ſola tua ſapientia comprehendit, digne tractare, & audientibus vtiliter explicare valeam. Hoc lautiſſimum regiumque conuiuium, quod animis Deus per ſui corporis ſacramentum exhibet, ſacræ litteræ frequenter cœnam appellant, nec minus crebro ſacri Doctores eo nomine vtuntur, idq. merito: conſtat enim fide catholica, in vltima Chriſti cum ſuis diſcipulis coena inſtitutum hoc fuiſſe ſacramentum, quemadmodum Euangeliſta Matthæus teſtatus eſt: *Cœnantibus illis accepit Ieſus panem.* Matth. 26. Non mihi nunc animus eſt agere de magnis à Chriſto in hoc cōuiuio factis expenſis; eſſet enim id profundis oceani fluctibus fragilem ingenij mei cimbam committere; ſed litora tantum nunc premam, & nauigans ad terræ cōſpectum, verſabor in tribus huius myſterij circumſtantijs explicandis, quas præſentis homiliæ tractatio dilucide, ac breuiter proſequetur. Prima circumſtantia eſt temporis, quod etſi Matthæus in ſuo Euangelio non annotauerit, Paulus Apoſtolus Dominicæ cœnæ hiſtoriam perſtringens explicuit, coenantem cum diſcipulis nocturno tempore Dominum hoc ſacramentum inſtituiſſe ita teſtatus: *Dominus quidem Ieſus, qua nocte tradebatur, accepit panem &c.* 1. Cor. 11. Quare cum verum ſit, ipſos Scripturæ ſacræ apices non carere myſterio, nec in diuinis litteris iota vnum ocioſum exiſtere, quis ambigat non abſque myſterio fuiſſe nocturno tempore conuiuium hoc à Domino cum diſcipulis celebratum? Primum, quod ego hinc colligo myſterium, eſt, ideo nocturno tempore inſtitutum,

vt indicaretur ſummum prudentiæ conſilium, quo Dominus carnem ſuam nobis cibum,& ſãguinem potum præbere decreuit. Lacedæmonij, vt in hiſtorijs legimus, res apud ipſos grauiores, ac difficiliores noctu tractabant, memores Prouerbij: *In nocte conſilium*; quoniam nocturna quies aptiſſima eſt ad ſapiens, & vtile de rebus conſilium capiendum. Vnde & Athenienſes, qui ſingulari ſapientiæ laude floruerunt, omiſſo aquilarum inſigni, quod Romani vexillis militaribus geſtabant, noctuam, auẽ nocturnam, vſurparunt, quam etiam ſuis numiſmatibus inſculpſerunt. 1.Cor.11. Inquiens ergo Paulus, *In qua nocte &c.* ſignificauit, quanto cum conſilio, & maturitate hoc ſui corporis conuiuium Dominus inſtituerit, ob idq. pariter dilectus eius diſcipulus Ioannes, Ioan.13. de hac ipſa coena loquens, inquit: *Sciens Ieſus*; non enim caſu, ſed data opera, non inconſiderate, ſed ſcienter ad opus tam prodigioſum ſe Chriſtus accinxit, & illud præſentibus diſcipulis peregit. Aliud quoq. in hac temporis circumſtãtia inuenio myſterium, videlicet, quod per tenebras, quæ nomine noctis intelligũtur, voluit Chriſtus admonere, vt ſi aliquid fructuoſum, & vtile animis noſtris percipere, & cõſequi, tam in hoc, quam in alijs noſtræ fidei arcanis optamus, conuenit illa quærere, ac inueſtigare ad obſcuritatem fidei, quæ lumen præbet ſubluſtre: in cuius Exod.26. rei typum olim Deus ſancta ſanctorum velo cõtegi, prope tamẽ adeſſe candelabrum præcipiebat. Sed occurret aliquis, quorſum velum pariter, & candelabrum? nam ſi velo ſancta ſanctorum tegebantur, quid opus erat lumẽ apponere, quo indicarentur? Cauſa eſt, quoniam fides duplici fungitur officio, tegendi, & retegendi: tegendi quidẽ; nam Chriſtum velamine accidentium occulit; retegendi vero, quia inclinat animos noſtros ad credendam Chriſti ſub illis accidentibus præſentiam, quam non oſtendit euidenter, ſed ſubobſcure, dirigens pedes noſtros in viam veritatis, ne cæcutientes cum hæreticis in præcipitia mortis ducamur. Niſi enim imbecillitas humanæ mentis facula diuinæ fidei illuminetur, facillime in perniciſſimos errorum anfractus, & mortifera diuerticula errorum abducetur.

Secunda circumſtantia, & priori notabilior eſt, quod Chriſtus hoc ſuum conuiuium nõ prandẽs, ſed coenans inſtituerit, qua in re nobis mirabiliter declarauit, ſe humano generi dare pignus omnium precioſiſsimum, & quo animi noſtri auiditati prorſus erat ſatisfacturus, regalibus ſui ſanctiſſimi corporis dapibus mentem noſtrã, dum viuimus, exſaturans. Matutino enim ſumpto ientaculo ſupereſt in meridie prandium, & poſt hoc ante coenam alia corporis refectio, merenda ſcilicet, adhiberi ſolet, quam & coena ſubſequitur: coenæ autem nõ cibus ſuccedit, ſed ſõnus. Vnde volens Chriſtus oſtendere, maxima erga homines ſe vsũ munificentia, coenãs inſtituit hoc ſacramentũ, quoniã poſtquã huic diuinæ menſæ, & coenæ Chriſti accubuimus, nil reliquum eſt, niſi vt in Domino feliciter ad vitam æternam obdormiamus. Declarat hoc ipſum Aegyptiorum imago; effingebant enim ad ſignificanda bona vera, & ſolida, adoleſcentem vna manu ſpicas triticeas, altera vini poculum, & de collo pendẽs papauer habentẽ; quoniam quibus panis, & vini copia eſt, ſecuros poſſunt ſõnos carpere, & miſſas facere reliquarum rerum, ac lucrorum tractationes, quibus inuigilantes mortales numquam non curarum æſtu ſollicitãtur. Chriſtus ergo tãquam prouidus, ac benigniſſimus pater, paulo ante mortem teſtamentum condens, alimenta vitæ nobis õmnibus reliquit, fundum promiſſionis aſſignãs carnẽ ſuam, & ſanguinem, quę alimẽta numquam nobis defutura vſque ad mundi finem iuramento Dei roboratum etiam eſt, vt ait Dauid: *Iurauit Dominus, & nõ pænitebit eũ: tu es ſacerdos in æternũ etc.* Pſ.109. Cum ergo ſimus à Chriſto heredes inſtituti ſuę carnis, & ſanguinis, quo victu omnis noſtra inopia locupletata eſt, & famis in poſterum depulſa formido, renunciare debet quiſq. veſtrum mundi voluptatibus, & lucra omnia, & commercia caduca negligens, hoc diuino cibo contentus cũ Propheta dicere: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam.* Pſ.4. Exemplum optimum, & præſtantiſſimum habemus in dilecto Chriſti diſcipulo Ioãne, Ioa.13.et 21. qui poſtquam cæleſtem hunc cibum in coena guſtauit, ſuper Domini pectus obdormiuit. Quid autem Ioannem adduco, ſi Chriſtum ipſum gratiæ auctorem, & inſtitutorem tanti ſacramenti ſcimus, poſtquam illud ad ſalutem noſtram ordinauerat, dormitum abijſſe ad Crucis thalamũ, vt ibi requieſceret? quaſi dicens; iam dormiam ſecurus, & placidus, quoniam filijs meis alimenta legaui corporis mei, quod eſt omnium, quæ à me poterant expectare, beneficium ampliſsimũ. Scribit Plutarchus in Alexandri Magni vita, dũ Plut.de vit. Alex.Mag. innumeras victorias feliciter proſequeretur, vexillis inſculptam geſtaſſe hanc inſcriptionem: *Plus vltra*, vt indicaret, partas victorias, ſe velle nouis cumulare; ſic etiam etſi magnum fuerit, & amplum beneficium, & diuinæ charitatis argumentum, Deum fieri hominem; illic tamẽ locus erat progreſsioni, & expectari poterat *Plus vltra*, videlicet Chriſti mors pro humani generis redemptione: at poſt eius mortem, & reſurrectionẽ locus erat augmento, nempe, vt ſuæ mortis, & ſanguinis precium nobis efficaciter applicaretur; ſed poſtquam Chriſtus ſe præbuit nobis alimentum, faciẽs nos propriæ ſubſtantiæ, ac vitæ ſuæ participes, deleri poteſt *Plus vltra*; quoniam iam nullum ſupereſt excellentius amoris indicium ſperãdum, cum illis diuinus amor terminum, & limitem clauſerit ſuæ in nos immenſæ charitatis. In cuius rei typum videmus petẽti Eſau à patre ſuo Iſaac benedictionem, patrem reſpondiſſe: *Frumento, & vino ſtabiliui eũ, & poſt hæc fili mi quid amplius faciam?* Gen.27. Ad quorum verborum intelligentiam placet pariter explicare, quod olim Deus per Iſaiã animę promiſit, inquiens: *Cibabo te hereditate Iacob*; vbi text. Hebræus ait: Iſ.58. *Comedere faciã te hereditatẽ patris tui.* Quã promiſſionẽ impletã cenſet Proſper in conuiuio, & miraculo, quo Chriſt. quinq. panibus, & duobus piſcibus tot hominum millia ſaturauit: pace tamen

Proſperi

Proſperi crediderim prædicta verba, nõ de corporis alimonia, ſed de illa, quæ fit per hoc ſacramentum, fore interpretãda. vnde cum inquit Deus: *comedere te faciã &c.* promittit nobis carnẽ Filij ſui, mirabili hoc ſui corporis ſacramẽto velatã. Sed vt hanc expoſitionẽ reddamus firmiorem, inquirendum prius eſt, quæ fuerit hæc hereditas Iacob; non enim fuit argenti, vel auri, non opum, vel cenſuum, ſed panis tantũ, & vini, quẽadmodum pater dixit eidẽ Iacob benedictionẽ

Gen.27. accipienti: *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiã frumenti, & vini.* Quam abundantiã hinc videbis eſſe veram hereditatem Iacob à patre promiſſam, quoniã petenti poſtea Eſau, vt ſi reliquam habebat aliã benedictionẽ, ſibi impertiret, & in ea ſe fratri ſuo preferret, re-

Ibidem. ſpondit: *Frumento, & vino ſtabiliui fratrẽ tuum, & poſt hæc fili mi, quid amplius faciã?* Quaſi dixiſſet, nulla mihi ſupereſt impendenda tibi benedictio, nulla tanti precij hereditas, vt te per illam poſſim facere fratre tuo locupletiorẽ. Hoc ipſum

Ezech.16. etiã apud Ezech. verũ eſſe reperiemus, vbi poſtquã Deus multa beneficia, quib⁹ animã locupletauerat, narraſſet, quã à ſe dicit byſſo, & purpura veſtitã, & varij coloris amictu ornatã, inauribus, torque, corona, & anulis honeſtatã, quibus ornamentis nihil iã accedere poſſe videbatur; Deus tamen poſt hæc munera, & dona vltimum adiun-

Ezech.13. xit, tãquam omnium precioſiſſimum, dicens: *Similã, & mel comediſti*; ac ſic dicat, dedi tibi in victum, & alimoniã panẽ ſimilagineum, dulci melle conditum: vbi manifeſtum eſt, nõ loqui Deum de materiali pane, ſiquidem non eſt maioris æſtimationis panis fruſtum, quã torques aureus, vel corona, quibus eam Deus exornauerat. Quãobrem de ſacratiſſimo hoc ſui corporis pane ſermonẽ eſſe dicendum eſt, quo animã noſtram in hunc modum alloquebatur: ecce ego te ò anima laui aqua, quę a latere meo fluxit; ego te ſanguine meo redemi; ego te precioſa gratiæ veſte decoraui, & polymitam, ſiue diuerſorum colorum, ac virtutum veſtem alteram ſuperpoſui; collum tuũ torque obedientiæ, aures tuas inauribus fidei: caput tuum diademate charitatis ornaui, nec his contentus, totum in te profundens amorem faciam, vt ſimilam, & mel comedas: dabo tibi mei corporis ſacramẽtum, vbi panis eſt floreus humanitatis meæ, cum melle diuinę ſuauitatis, omne habens delectamentum, & ſaporem. Itaq. poſtquam Chriſtus carnẽ ſuam, & ſanguinem nobis in victum, & potum reliquit, nihil iã ſupereſt eius amori, quod communicare nobis valeat excellentius, & quod maioris æſtimationis, vel dignitatis eſſe queat. Hinc intelligetis verba chariſſimi eius diſcipuli Ioannis, qui loquens de magno amore, quem Chriſtus præ ſe

Ioan.13 tulit in huius ſacramenti inſtitutione, dixit: *In finẽ dilexit eos.* Cõmunis doctorum in hæc verba expoſitio eſt, diſcipulos Chriſti fuiſſe ab ipſo vſque ad finẽ vitæ dilectos: eſt tamẽ vt mihi videtur, nimis anguſta hæc interpretatio, ſiquidem planum eſt, etiam poſt mortem ab ipſo amatos: quare ſicut ego arbitror, explicatio verior, & ſit terræ conuenientior erit, ſi dicamus diſcipulos à Chriſto dilectos amoris tãta vehementia, vt vis eius, atque efficacitas ad terminum, & vltimam beneuolentiæ lineam peruenerit, explens totam huius amoris capacitatem, quod nullus alius præter Chriſtum facere potuiſſet. Quamobrem etſi verum eſt, quod humani generis indigentia poſita in lance vna, & in altera Chriſti paſſione, vna Chriſti lacryma, vnũ eius ſuſpirium omni noſtræ inopiæ, ac mœrori, & cunctis, ac ſingulis humani generis calamitatibus præponderaret, ſi vero Chriſti amor, mors eius, & dolores omnes ponderentur, putauerim certe, vt lãces æquentur, nec ſatis eſſe verbera, clauos, ſpinas, & crucem eius grauiſſimam, niſi pariter cum his in eadem lance poſueris carnem Chriſti in cibum, & ſanguinem in potum cõuerſum, aliter enim exæquari lances, aut Chriſti amori ſatisfieri non poterit. Quoniam igitur in hoc diuino ſacramẽto id Chriſtus impleuit, & perfecit, ideo diſcipulus eius dilectus inquit: *In finem* Ibidem. *dilexit eos*; id eſt, eo proceſſit Chriſti amor erga ſuos, quo diuinus pariter, & humanus eius amor progredi poterat, ſeipsũ cibũ hominibus dãdo.

Tertia ſupremæ illius cœnæ circumſtantia eſt, quam Euangeliſta Matthæus, vt in principio propoſuimus, recenſuit, dicens: *Fregit, & dixit,* Matth.26. *accipite, & manducate.* Fregit panem, ſub cuius ſpecie corpus ſuum tectum eis præbebat. Sed poſſet aliquis Chriſto panem illum ſic frangenti dicere: Domine, ſi panis iſte eſt ſymbolum amoris, fœderis, & coniunctionis ſpiritualis, cur illum frangis, & diuidis? nam & Pythagoram referunt inter alia eius præcepta hoc etiam ſtatuiſſe: *Panem ne frangas*; vt ſignificaret, eſſe nõ debere inter amicos panem diuiſum, ſed communem. Cum igitur tu Chriſte amantiſſime, verus, & perfectiſſimus amator, amicuſq. ſis fideliſſimus, quomodo in menſa, & coena tua panem frangis, cum per ipſum non diuiſionem, ſed vnitatem animorum inter tuos eſſe deſideres? Sed non eſt huic dubitationi locus, nec enim Chriſtus panem frangens, ſibi retinet aliquid nobis vtile, cum ſe ipſum totum nobis dederit. Et cum frangitur panis, id fit, quoad eius tantum accidentia, vt dixit S. Thomas: *Signi tantũ fit fractura:* D.Thom. ſubſtantia vero accidentibus incluſa, quæ Chriſti caro eſt, nõ frangitur, ſed integra manet, & illæſa, vt canit Eccleſia: *A ſumente non conciſus, nõ* Eccleſ. *confractus, nõ diuiſus, integer accipitur.* Vt tamen in ſacris Biblijs verſatis faciã ſatis, explicabo verbum hoc, *fregit*, ſed prius prę mittendũ cenſui, quod narrat Titus Liuius, memorans pacẽ inter Tit.Liu.l.1. Romanos, & Albanos initã, vbi ait, quod ad ineunda foedera hac ſoliti erãt vti cęrimonia: ſecabatur vitulus in duas partes, & inter eas ita diuiſas foederati tranſibant, iurãntes illum, qui foedus violaſſet, nõ ſecus, ac vitulum illum proſcindendum. Huius cęrimoniæ Poeta Virgilius Virg.8. Aeneid. meminit, immo & apud Hieremiam inuenitur, ſic ea de re ſcribentem: *Non obſeruauerunt verba* Hier.34. *fœderis, quibus aſſenſi ſunt in conſpectu meo, vitulũ, quem conciderunt in duas partes, & tranſierunt in-*

ter diuiſiones eius . Quibus ita conſtitutis,& cognitis,nemo eſt,qui neſciat, ſacramēti huius effectum eſſe,quem Chriſtus dixit: *In me manet,& ego in illo*. (Ioan. 6.) Per quæ verba , coniunctio Chriſti cū anima illum recipientis , & fœdus pacis inter vtrumque ſignificatur . Cum vero pactum hoc, & fœdus pacis ad ambos pertineat , vtitur eo , quem memoraui,ritu, diuidens huius ſacrificij materiam,dum panem frangit, vt doceat,æternæ morti tradendum eius pacis,& initi fœderis violatorem, quemadmodum in proditore Iuda impletum vidimus,qui corpus Chriſti indignus accipiens , *Suſpenſus crepuit medius* . (Act. 1.) Quia tamen Chriſtus à fœdere non defecit , & quoad ipſum inita pax violari non cœpit, etſi vitā amiſit,in Cruce corpus eius manſit integrum,non fractis cruribus more latronum à cruce pendentium,quibus conſuetudo erat,vt crura frangerentur . Tandem poſt fractionem panis , inquit Paulus Chriſtum dixiſſe : *Accipite,& manducate*. (1. Cor. 11.) Res certe mirabilis, & omni ſtupore ſuſpicienda,in qua videtur Deus,quaſi ſuorū oblitus morum , mores velle induere nouos. Deum enim homo ad conuiuium olim ſollicitabat,nec Deus preces eius facile audiebat, vt factum eſt inter Loth,& duos Angelos , qui Deum repræſentabant, quos ille videns protinus in genua procubuit,eos vehemēter orans,vt domum ſuā intrare,& illic comedere dignarentur : qui tamen reſponderunt : *Minime,ſed in platea manebimus* . (Gen. 9.) Qui tandē non niſi compulſi ſancti Loth domum ingredi voluerunt. Itane, Domine, cogari gaudes,nec facile rogātis precibus acquieſcis? Elucebit aliquando dies, quo mundus par pari reddat. Rogabis hominē,& te ipſum ei offeres,nec multū ille abs te rogari curabit. Quod certe hodie completū videmus : Chriſtus enim inuitat: *Accipite, & mãducate,hoc eſt corpus meū*: (1. Cor. 11.) & tamen ea eſt quorundam hominum negligētia,& irreuerentia,vt tam piæ,& liberali Dei ipſius voci obſurdeſcant,& ad eius properare cōuiuium parui pendant,ac negligant. O immenſam Dei liberalitatem! ò eximiam bonitatem! ò inauditam hominum vecordiam! ò exſecrandam ingratitudinem! Fierine poteſt, vt bonorum omnium largitore Deo noſtro nos inuitante,& vocante,non ad eſum agni paſchalis, non ad lactucas amaras,non ad manna,vel coturnices,non ad comedendum librum , quem Angelus Ioanni obtulit,dulcem quidem ori,ſed amarum ſtomacho ; ſed ad conuiuium propriæ carnis,& corporis , in quo dapes offeruntur regiæ, quia Chriſtus Rex eſt;dapes cæleſtes,quia Chriſtus de cælo deſcendit;dapes diuinæ,quia Chriſtus eſt Deus : tamen cum tanta diuini huius conuiuij maieſtas ſit,& vtilitas, pauci admodū ſint, qui tam apparatæ menſæ accumbere ſatagāt,& vt par erat,incumbant? Neſcio certe,quo poſſet modo Chriſtus magis excitare hominum appetentiam ad comedendum, quam cum carnem propriam liberaliſſimus offert : *Accipite, & manducate , hoc eſt corpus meum* . (1. Cor. 11.) Hoc loco non mutare ſermonem non poſſum,& in eos inuehi,qui conſcientia impuri, ad tam purum, & ſanctum accedunt ſacramentum. Dicite, quæſo,ſi aliqua in vobis fides eſt de Chriſti vera in hoc myſterio præſentia,quomodo peccato mortali contaminati ſacratiſſimum corpus ſumere auderis? Quomodo detractor effeminate,atque iniurioſe Chriſtum audes intra fœtidum pectoris ſepulchrū ſepelire,illumque,qui te cælo beare cupit,in turpiſſimum animi tui, motumq. infernum immittere? Et te dubium latet edictū? Et ignoras,cum Ioanni in ſpiritu oſtenſum fuit conuiuiū,quod Chriſtus ſuis miniſtrat fidelibus, (Apoc. 22.) quod exijt præco, qui Dei Angelus erat, alta voce,antequā conuiuantes menſæ accumberēt, ita clamans : *Foris canes,foris impudici* ? Ecce repelluntur ab hoc conuiuio vitæ turpes homines,& qui inſtar canum vix per ſacramentum pœnitentiæ foras emiſſa peccata repetunt ad vomitum . Abiguntur etiam,qui canibus rabidis ſimiles , aliorum virtutibus allatrant, & de proximorum fama,& honore detrahunt. Non enim hic panis canum, ſed filiorum eſt, nec hominum quorumuis,ſed digne accedentium,panis,inquam,Angelorum . Foras igitur impudici,foras illotæ frontis homines, quos nullus tenet pudor accedendi ad hoc verū,& cæleſte manna, memores adhuc Aegypti, & caparum eius, (Num. 11.) turpibus, & inhoneſtis voluptatibus carnis aſſuefacti. Vultis dicam vobis, quid his plane miſeris hominibus accidat ? quod miſero contigit Aman , qui de conuiuio ſublatus fuit in patibulum: (Eſth. 7.) quod Iſraelitis,de quibus ſcriptum eſt: *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum,& ira Dei deſcendit ſuper eos* : (Pſ. 77.) quod ei, de quo in Euangelio (Matth. 22.) nuptiarum,qui veniens ad conuiuium non habens veſtem nuptialem,miſſus fuit in tenebras exteriores:quod fratribus Ioſeph,qui venientes (Gen. 42.) in Aegyptum ,inuenerunt pro frumento vincula,vt dixit Dauid : *Fiat menſa eorum in laqueum, & in ſcandalum* (Pſ. 68.) Quemadmodum tandem hi Iudā imitantur proditorem,qui primus omniū indigne huic ſacramento communicans, poſt acceptā à Chriſto ſacratā panis buccellā fuit à Satana correptus,dicente Ioanne : *Et poſt buccellā introiuit in eū Satanas*; (Ioan. 13.) ſic ab eodē Satana inuaduntur,& occupantur,per indignā Dominici corporis communionē in ipſorū animas penetrante . Accidit his,quod vrſis apiariū intrātibus,& alueos rūpentibus,vt melle veſcātur,qui dū fauos edūt, ſimul etiā deuorāt apes,quarū aculeis læduntur, pariter cū eſu pœnā intemperantiæ ſuæ,& liguritionis ſubeuntes. Ita qui ad hunc fauū dulciſſimum ſanctiſſimi ſacramēti audax, & indignus accedit,credat nō impune ſe id laturum,& ſtatim animā ſuam à Satana corripiendā, & poſſidendā. Deniq. ſicut piſces hamū ſimul cum eſca glutiunt,& vnde vitā ſperabant,mortē accipiūt; ſic imprudentes,& impij homines hunc vitæ cibū aſſumentes,hamumquoq. mortis deuorāt:nā *mors eſt malis, vita bonis*. (Eccleſia in Miſſa.) Quā vtinā nobis digne accedētibus in hoc ſæculo per gratiā,& in futuro per gloriā largiatur ille, qui cū Patre,& Spiritu ſancto viuit , & regnat in ſæcula ſæcul. &c.

Homilia

Digitized by Google

Homilia Secunda.

Explicantur Apoſtoli Pauli verba: Dominus quidem Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate, hoc eſt enim corpus meum. 1.Cor.11.

Cant.4. CONSIDERANS in Canticis Sponſa, quantum referat ad ſinceram, ac certam diuinorum myſteriorum cogoitionem, humanis non aſſentiri ſophiſmatibus (quippe cũ ea, quę ſupra natoram ſunt, intra humanæ rationis, & lucis naturalis terminos non clandantur, fieri non poteſt, quin in illarum inueſtigatione decipiamur, vt ſolent oculotum lumine carentes in coloribus, quos numquam viderunt, dijudicantes) petebat ardenter, & aſſidue à Sponſo ſuo, vt mẽtem ſuam illuſtraret, quæ fidei rebus acquieſceret, & prompte, ac facile Dei voci, ac verbis obtemperaret. Quod à Sponſo conceſſum, & indultum liberaliter indicant verba illa ſuauiſſima, quibus Sponſam alloquẽs reſpondit: *Vulneraſti cor meum ſoror meo in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Vbi manifeſtum eſt non loqui Sponſum de oculis Sponſæ corporis, quibus æque pulchris exiſtentibus, nulla ratio erat, cur magis vno, quam altero caperetur, & vulneraretur. Sermo igitur hoc in loco eſt de oculis ſpiritualibus, quorum vnus rationis, alter fidei eſt, huiuſque oculi pulchritudine Sponſus ait ſe fuiſſe ſauciatum. Prioris enim oculi videlicet, rationis humanæ, venuſtas, communis eſt omnibus, qua non caruere gentiles, non barbari, non idolorum cultores, qua & ipſe tenebrarum princeps Lucifer præ ceteris valet, & præſtat. Poſſumus etiam hos duos oculos ad vnum reuocare, rationem humanam, cum fide myſteriorum ſe conformantem, ita vt dicat Sponſus ſe amore Sponſæ ſuæ captum, eo quod mentem, & intellectum ſuum arcanis fidei adeo ſubiecerit, vt non iam duo, ac diuerſi, ſed vnus, & conformis in ipſa oculus fidei, & rationis eſſe videatur. Quam expoſitionem fulcit, quod ſequitur: *Et in vno crine colli tui.* Perſpicuum enim eſt, non delectari Sponſum vno Sponſæ crine, cum reliqua eius coma nõ minus pulchra, & aurea eſſet: vnde non erat oumeri, ſed conformationis illa vnitas, quæ Sponſo in oculis, & in crinibus Sponſæ placebat. Quare cum ait: *Vulneraſti cor meum ſoror mea in vno oculorum, & cet.* idem eſt, ac ſi dicat, quoniam rationis, & fidei lumen vniter in te lucet, nec turbatur in te, ſed mirabiliter conuenit, ita vt nulla in ipſis repugnantia iudiciorum ſit, *Vulneraſti cor meum*, & animum amore tuo ſauciaſti. Aſſignari quoque poſſet alia interpretatio de crine vno, quo Sponſus capiebatur: nam crinis, ſiue capillus, etſi vitam quidem habet vegetantem, omni tamen ſenſu caret, ideoque admota forfice, vel nouacula, nullus eis adeſt ſenſus doloris. Gratum ergo Sponſo eſt, quod Sponſa tantam habeat fidem, vt non ſolum in ea factus ex duobus oculis vnus fuerit intuitus, ſed etiam inſtar crinis quaſi ſenſum non habens, iam non ſenſuũ indicio, ſed vocis diuinæ præcepto ducatur. Id hodierna die optime præſtat Sponſa, quæ vt melius veritatis ſcopum attingat, iaculatores imitata, vt certior ſit ictus, vnum claodit oculum, qui ad humana diuertere ſolet, & alterum, qui fidei eſt, & diuina proſpicit, ſolum intendens cognoſcit, & fatetur, non eſſe ſub accidentibus panem, ſeu vinum, ſed verum ſui Sponſi corpus, quod ipſa dum credit, ſẽſuum indicio obluctãs, aſpernatur ſaporis, & odoris arbitratum, Sponſi vocem amplexa, dicentis: *Caro mea vere eſt cibus.* Ioan.6. Ardebat illa deſiderio videndi Sponſum ſuum in hoc ſacramento, ideoque melius, & clarius aſpectura amborum oculorum aciem in vnum conijcit, & reiectis, ne viſui obſint, poſt terga crinibus, hoc eſt neglectis, immo & repulſis ſentiendi facultatibus (nam vt canit Eccleſia: *Etſi ſenſus deficit, Ad firmandum cor ſincerum, Sola fides ſufficit*) Eccleſia. arcum intẽdit fidei, & ſcopum, quem deſtinauerat, feliciter attigit: vnde Sponſi animum ita in amorem ſuum illo ictu pertraxit, vt protinus ſaucius dixerit: *Vulneraſti cor meum ſoror mea;* Cant.4. ſeu vt alij vertunt: *Excordaſti cor meum;* id eſt, vitam cordis mei ad te tranſtuliſti. Hinc accepta occaſione incipiam declarare propoſita in principio Pauli verba: *Dominus quidem Ieſus, in qua nocte tradebatur.* 1.Cor.11. Primum notat Apoſtolus tempus nocturnum, in quo diuinum hoc ſacrificium fuit inſtitutum; quoniam cum ſacramentum hoc ſit imago quædam, & memoria paſſionis Chriſti, quo moriente, *Tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram*, Matth.27. oportuit etiam in huius inſtitutione ſacramenti nocturnas adeſſe tenebras, vt figura figurato conueniret. Poteſt pariter dici propterea nocturno tempore id factum, vt attentio monſtraretur, quam opus tam excellens, & admirabile requirebat; nox enim ſilentio gaudet, ac tunc maxime quieſcente rerum externarum ſtrepitu animus ad contemplationem liberius, ac vehementius incumbit. Præterea quemadmodum, cum ſol in noſtrum emergit horizontem, nos lumine, & antipodes caligine perfundit; ſic inſtitutio huius ſacramenti noctem noſtram illuminauit, ſicut diem, & iacentem ſubtus pedes noſtros caliginis regionẽ magis lugobrem reddidit, & obſcuriorem: nã per hoc ſacramentum, & eius auctorẽ pro nobis morientẽ Lucifer dominatũ, & tyrãnidẽ amiſit.

ibidem. ibidem. ibidem.

Sed connenientior inſtitutionis nocturnæ illa ratio eſt, quam ſuperiore homilia coeptam modo perſequar diffuſius, Chriſtum videlicet, tenebris terras occupātibus, ſui corporis inſtituiſſe ſacramentum, vt cognoſceremus, humanæ rationis lumine nequaquam poſſe nos tantum aſſequi myſterium; ſed fidei ſolo auxilio, non tamen dilucide, ſed ad noctem eius, & obſcuritatem, de qua Dauid: *Nox ſicut dies illuminabitur*. quod & docuit Sponſa, inquiens: *Sub vmbra illius, quē deſideraueram, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*. Non enim aliter Angelicus hic panis, & cibus bene comeditur, niſi adumbrante fide, quēadmodum prædictæ Sponſæ verba declarant, vt illo veſcentes, per illum viuamus, & fidei noctē, tamquam iubaris diuini ænigma ſectantes, ad manifeſtam æterni conuiuij gloriam, & viſionē perducamur. Conuenit huic propoſito perquā optime, quod Ioannes vidit in Apocalypſi, & ſcripſit his verbis: *Vidi vnum Angelum ſtantem in ſole, & clamauit voce magna, venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei, vt manducetis carnes Regum*. Angelus ſole innixus, & ſub pedibus ſolem habens oſtendit, lumen noſtræ rationis in diuinorum perſcrutatione ſub pedibus ponendum, & calcandum; ideoque in hoc conuiuio nō ad lucem ſolis, ſed ad faculam fidei nobis eſſe manducandum. quod & nomine indicatur huius ſacramenti. illud enim Paulus coenam vocauit, non prandium, quod meridiei tempore fieri conſueuit. Quare cum intellectus humani oculos claudere, & fidei ſplendente lumine his regalibus, ac cæleſtibus dapibus accumbere debeamus, non venit ad hoc conuiuium curioſus ille, qui villam emerat, de quo legimus in Euangelio: *Villam emi, & eo videre illam*. Nec ille alter rebus intentus humanis, qui boum par experiri volebat: omne namque humanæ rationis experimentum, ac viſus comprobatio abeſſe debet, vt fides habeat meritum, vbi humana ratio non præbet experimentum. quam ob cauſam tantum cæci, & claudi iuſſu Domini ad huiuſmodi conuiuium vocabantur. Solus ad hoc fidei myſterium admittitur auditus, reliquis longe relegatis ſenſibus, vt in perſona Dei locutus eſt Iſaias: *Audite audientes me, & comedite bonum*. quæ verba minime poſſunt de cibo, quo reficitur corpus, intelligi; non enim auditu comedimus. Quod Iſaias docere volens, iubet vt audientes comedamus, id eſt animum præparemus fide, quæ ex auditu eſt, ſub illo ſacramento Chriſti corpus, & animam deliteſcere credentes, & vt monet Paulus: *Intellectum noſtrum in captiuitatem redigentes*. Sed placet nomen illud (captiuitas) diligentius interpretari: iubet enim Paulus, vt intellectum noſtrum non ſecus, ac rebellem, proteruumque ſeruum tractemus, illum in vincula conijcientes. Quia enim veſtrum, ſi mancipium percontaretur veſtri pectoris arcana, non illico contracta fronte, ac toruo ſupercilio reſponderet? O furcifer, cur ad te non pertinentibus rebus te inſeris? Noli plus ſapere, quam oportet, niſi propriam vitam, & ſalutem odio habeas. Non aliter præcipit Apoſtolus inſurgendum contra humanæ mentis acumen, & argumentationes, ſi quando curioſius diuina myſteria tractare præſumat. Dici quoque poteſt: *In captiuitatem redigentes*, idem eſſe, quod illigantes, & irretientes fidei cōpedibus, ne ab officio deficiat, illum vinculis retinentes, quaſi accipitrem, cuius pedibus ſolent aucupes retinacula, & capiti operimentum imponere, vt non altius, quam opus eſt, efferat volatum, ſed intra fidei præſcriptum terminum diuerſetur. Poteſt etiam exponi iuxta bellantium conſuetudinem, qui poſtquam vrbem, vel arcem expugnarunt, cum primum ingrediuntur, vrbis, ſeu arcis capiunt principalem cuſtodem, vt reliquam turbam facilius redigant in poteſtatem. Anima noſtra arx eſt fortiſſima intra corpus, cuius gubernator, & dux eſt intellectus; reliqui ſenſus, quaſi præſidiarij milites; quare cum fides catholica expugnare animum, ac ſibi ſubiugare vult, eius præfectum, & moderatorem intellectum redigi iubet in captiuitatem; ſic enim abſque vllo negocio reliqua eius præſidia, id eſt ſenſus, in obſequium Chriſti rediguntur, & à fide veritatis magiſtra corriguntur, ne labantur in hoc ipſis admodum lubrico myſterio, à quo præter vnum auditum, quoniā ex eo fides eſt, vt docet Apoſtolus, repelluntur. Excellenter hoc nobis inſinuauit Patriarcha Iſaac, qui benedictionem impertiens filio ſuo Iacob, putanſque ſe benedicere Eſau primogenito, deceptus odore fuit, fragrātiam illam, quam in eo ſentiebat, ex agri odoriferis floribus, & herbis tractam exiſtimans. vnde dixit: *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni*. Qui etiam deceptus fuit in tactu, dum manus Iacob pilosis chirothecis tectas putauit eſſe manus Eſau, inquiens: *Manus manus ſunt Eſau*. Eluſus & in guſtu, arbitratus ſe veſci carnibus, quas in venatione cepiſſet Eſau, cū hoedum de grege ſūptum manducaret. Sola denique vox ei non impoſuit, ideo inquit: *Vox quidem vox Iacob*. Simile tibi accidet in hoc ſacramēto: nam ſi quantitatem hoſtiæ tetigeris ſacratæ, decipieris tactu, cum idem ſit, quem antea panis habebat; ſi guſtaueris, idem experieris, quod ante conſecrationem: ſi odoratus fueris, non alium hoſtia ſacra, quam quæ non ſacra, dabit odorem: at ſi ad auditum confugias, & ad Chriſti vocem te conuertas, in viam reduceris veritatis, & ab errore ſenſuum auocatus aſſenties Chriſto dicenti: *Hoc eſt corpus meum*. Quicumque igitur catholicus eſt, vbi primum audierit hanc Chriſti vocem, & verbum potentiſſimum, quo panis ſubſtantia in carnem Chriſti conuertitur, imitetur Ezechielis animalia, quæ vocem de cælo audientia inclinabant capita ſua, & alas contrahebant in ſignum obedientię, & ſubiectionis. Dimittat, qui Chriſtianos eſt, caput, non ſolum corporis, ſed multo magis animi, cum audit: *Hoc eſt corpus meum*; & fidei magiſterio ſubijciens intellectum altiora ne quæſierit. Credat quod non videt, ne ſit formicis deterior, & eius ſtul-

Marginal references (left column): Pſal. 138. — Cant. 2. — Apoc. 19. — Matth. 22. — Luc. 14. — Iſai. 55. — 2. Cor. 10.

Marginal references (right column): ibidem. — Rom. 10. — Gen. 27. — ibidem. — ibidem. — 1. Cor. 11. — Ezec. 1. — 1. Cor. 11.

Digitized by Google

ſtultitiam, & pigritiam Salomon reprehendat, Prou. 6. inquiẽs: *Vade ad formicã, o piger, & conſidera vias eius*. Solent enim formicæ facto agmine à remotis locis properare ad frumenti aceruum, quem numquam antea viderant, odore tamen præſenſerant, quarum ſaltem induſtriam, & diligentiam tu deberes imitari, non commoratus intra humanæ rationis anguſtias, ſed pergens vlterius, ex aliarum rerum veſtigiis ad veritatẽ feſtina, fidei ductu ſecurus, inſtar formicæ, quod non videt, frumentum appetentis. Non ignoras illapſam vitibus aquam in vinum poſtea conuerti; ſublatum de terra vaporem partim defluere in pluuiam, partim in pruinam, & alia id genus tranſmutari; imbribus in terram fluentibus, varia genera fructuum, & arborum gigni: quæ omnia, & alia innumera cum paſſim naturæ ordine fieri videas, cur tã eris piger, & ignauus, vt ad ſublimiora non ſurgas, & his adiutus adminiculis credas, in hoc diuino myſterio ſubſtantiam panis in Chriſti carnem, & vinum in eius ſanguinem transformari?

Quoniam tamen à Pauli verbis aliquantulũ diuerti, ad ea declaranda orationis curſus reuocandus eſt: 1. Cor. 11. *Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem &c.* In nocte ſcilicet, in qua tam male olebat os mundi, vt Ioannes de ipſo dixerit: Apoc. 13. *Aperuit os ſuum in blaſphemias*; ea in nocte præbet clementiſſimus Ieſus buccellam ſuæ carnis, qua peſtilens ille odor depelleretur: erat enim adeo moleſtus, & grauis Deo, vt Chriſtus dixerit: Pſal. 21. *Salua me ex ore leonis*, id eſt, libera me à leonini oris foetore grauiſſimo. Sed quæſo Domine, quomodo leonis iſtius crudeles vngues, & ferociam non reformidans, ſolum à malo eius odore ſaluum te fieri poſtulas? Quoniã reuera tam moleſtus hic foetor erat Deo, vt ad illum tollendum opus fuerit Chriſti carne, quæ omnem ſuperat fragrantiam vnguentorum. Facit ad hanc rem, Iud. 14. quod narratur de Samſone, qui cum leone congrediens illum occidit, ad eundemque poſtea rediens, in ore cadaueris iam corrupti, & foetentis fauum mellis inuenit. S. Aug. serm. 103. Auguſtinus Chriſtum vocat apem, quæ fauum huius ſacramenti diuinitus elaborauit, eo tempore, quo Iudæorum ora ſacrilega in ipſum tanti boni auctorem omne blaſphemiarum, & iniuriarum genus eructabant. Illis tamen tam indigne, & tam impie Chriſtum perſequentibus, & dehoneſtantibus, ait ipſe: 1. Cor. 11. *Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum*. Admiranda profecto, & ineffabilis Chriſti erga nos charitas eſt, qui, dum illum grauius offendimus, magis noſtram curat ſalutem, vt apparet in cæco, quem Ioan. 9. illuminauit, Iudæis ipſum lapidibus obruere volẽtibus; Luc. 22. & Malcho auriculam reſtituit, dumque per tribunalia trahebatur, Luc 23. amicitiam inter Herodem, & Pilatum conciliauit; ac tandem in qua nocte tradebatur, cibum vitæ largitus eſt, & ſudere cupiẽtibus ipſius ſanguinem miniſtrat poculum ſalutiferum, inquiens: Cant. 1. *Accipite, & bibite*. Hinc patet amoris ille exceſſus, quem Sponſa ſignificauit, dicens: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi*; quod alii vertunt: *Faſciculus camphori dilectus meus mihi*. Quod vt intelligatur, notanda eſt camphori natura, cuius gummis igni accenſa ſi conijciatur in aquam, vehementius ardet, & vnde videbatur extinguenda, fouetur, ac magis reſplendet; id circo inquit Sponſa: *Faſciculus camphori dilectus meus mihi*, quoniam nullæ iniuriarum, & opprobriorum inundationes, quas in ea nocte ſuſtinuit Chriſtus, extinguere potuerunt ardentem eius charitatẽ; immo multo magis auxerunt, & excitarunt. Addit poſt hæc Paulus: *Accepit panem*; illum nem- 1. Cor. 11.
pe, cuius accidentibus ſanctiſſimum ſuum corpus celare, vt ſe nobis cibum relinqueret, optabat. Immenſa Chriſti dignatio, inaudita munificentia, quod rerum omnium conditor, & vita ſe voluerit rebus vita, & ſenſu carẽtibus ſubmittere, qualis panis, & vinum eſt. Mirabiliter id nobis præſignificauit Dauid, qui Saulem 1. Reg. 21.
fugiens, venit in ciuitatem Geth, vbi morabatur Achis rex Philiſtæorum, qui Dauidem cognoſcentes, quod ſuo duci Goliath caput amputaſſet, ad Regem adduxerunt; ille vero vt mortem vitaret, fatuum ſe, & amentem ſimulauit, Concutiebat caput, corpus, & latera iactabat, ſputo ianuas pingebat, quem ſimilia facientem Achis cum vidiſſet, ratus non eſſe Dauidẽ, quem prudentiſſimum, & ſapientiſſimum eſſe audierat, dixit ſatellitibus illum afferentibus: *Vidi-* Aug. ſuper
ſtis hominem inſanum, quare adduxiſtis eũ ad me? Pſ. 33.
S. Auguſtinus hunc locum Chriſto applicat Pſ. 33. aitque hanc Dauidis dementiam fuiſſe imaginem rei, quæ Chriſto accidit, qui cum dixiſſet Hebræis: *Panem quem ego dabo, caro mea eſt*: re- Ioan. 6.
iectus fuit, & irriſus ab eis, id minime credentibus, ſicut Dauid à Rege Achis contẽptus fuit; Achis enim Latine idem eſt, quod incredulus, & dubius, quales fuere Iudæi, promiſſionẽ Chriſti irridentes, cum dixerunt: *Quomodo poteſt hic* ibidem.
ſuam carnem dare ad manducandum? quaſi dicerent, amens certe hic eſt: quæ namque poteſt excogitari maior amentia, quam carnem ſuam nobis cibum polliceri? Conſiderate igitur Chriſtiani, quantum ſe Dei altitudo demiſerit, huic ſuppoſita ſacramento: ſiquidem ea de cauſa mũdus illum mente captum iudicat, & diſipientẽ. Sed quid mirum, cum amaret? Vere enim dixit Publius Aemilius: *Amare, & ſapere vix Deo* Publius
conceditur. Et Latini ſignificaturi amorem eſſe Aemilius.
proximum inſaniæ, vna tantum ſyllaba diſtinguitur apud ipſos nomen amantis, & amentis. Quamobrem cum Deus ſit perfectiſſimus amãs, vt amoris, quo nos proſequitur, tã profunda ſe humilitate deiecit, vt mũdi ſapientes illũ inſanire cẽſuerint, qui alioquin ſapientia Patris eſt. Sed ad hiſtoriam Dauidis reuertens, notandum eſt, ſeptuaginta Interpretes vulgatæ interpretationis verba: *Collabebatur inter manus eorum*, 1. Reg. 21.
ita vertiſſe: *Ferebatur in manibus ſuis*. Quod cum videatur eſſe difficile, miratur Auguſtinus, ex- Aug in exp
plicans Pſalmum 33. quomodo Dauid ſuis ma- Pſ. 33.
nibus ferri potuerit. Aliorum enim manibus non paucos honoris, vel imbecillitatis cauſa

geſtari

geſtari contingit, ſuis vero neminem: nec manibus, ſed pedibus incedimus. Quamobrem id non poſſe de Dauide intelligi, Auguſtinus concludit, ideoque de Chriſto Domino verba illa: *Ferebatur in manibus ſuis*, interpretanda eſſe affirmat. Vere namque in ea nocte, quando cum diſcipulis cœnauit, & hoc ſacramentum inſtituit, ſe ipſum tulit, & geſtauit in manibus ſuis. Quod vt ſignificarent Apoſtoli, ſanxerunt (vt do- *S. Clem. l. 8. c. 31.* cet S. Clemens in libro de conſtitutionibus Apoſtol.) vt Chriſtianis Euchariſtiam recipientibus *Psal. 33.* Pſalmus caneretur, cui erat titulus: *Dauidi, cum immutauit vultum ſuum corã Abimelech*. Nam quemadmodum Dauid in illa ſimulatione viſus eſt amens, cum eſſet ſapientiſſimus; ita Chriſtus Patris æterni vera ſapientia voluit mundi ſapientibus videri ſtultus, & inſipiens, nobis ſe ipſum ſub ſpecie panis, & vini ſpirituale præbens alimentum. Poſt hæc cum hoc beneficium tam magnum eſſet, ac ſingulare, neceſſe quidem erat, vt non per alium, quam per ipſummet æterni Patris Filium gratiæ ſoluerentur, *1. Cor. 11.* quod teſtatur Paulus, inquiens: *Gratias agens, &c.* Nam quemadmodum, quando comitia regia, & publiei conuentus habentur, ſi Rex alicui ex regno ciuitati aliquod priuilegium donat, aut alio afficit beneficio, ſtatim ciuitatis illius procurator, ſeu negotiorum geſtor Regi gra- *1. Ioan. 2.* tias agit; ita Chriſtus, quem *habemus aduocatum apud Patrem*, pro tã amplo in genus humanum beneficio gratias ipſi perſoluit. In alijs quidem acceptis a Deo beneficijs creaturæ gratulantur creatori, in hoc autem ipſemet ſibi complacet, & gratulatur. Concipitur intra Vir- *Luc. 1.* ginis Matris vterum, & illico ei Ioannes Eliſabeth filius, adhuc intra genitricis viſcera clau- *Luc. 2. Ibid. Matt. 2.* ſus, aſſurgit. Naſcitur in ſtabulo humilis, & inops, & continuo cælitus labuntur Angeli, accurrunt paſtores, feſtinant Reges, ad eius pedes procumbentes, & congratulantes. Sanguinem pro nobis, & animam in Cruce pendens emittit, adſtat pendenti mater, & diſcipulus dilectus, pro bumani generis redemptione gratias agen- *Ioan. 19.* tes. Sed pro tam diuini ſacramenti inſtitutione, & beneficentia non bomines, non Angeli, non vniuerſa natura, etſi tota in linguas vertatur, agere gratias ſufficit, idcoque ab ipſomet inſti- *1. Corint. 11. Ibidem.* tutore Chriſto agi gratias oportuit: *Gratias agens fregit, & dixit: accipite, & manducate.* Pandite igitur omnes animi veſtri ſinus, aperite os veſtrum, & implebitur Deo, manducate cibum, qui eſurire non patitur comedentes, bibite poculum ſalutare, quod in vitam æternam ſalire facit digne bibentes, quam nobis donare dignetur auctor tanti ſacramẽti. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum Amen.

Homilia Tertia.

Exponuntur myſteria, quæ clauduntur in nomine, quod Chriſtus huic diuino ſacramento indidit, illud vocans myſterium fidei.

EST adeo ſupremum, & ineffabile hoc ſacramentum, vt iure optimo a Chriſto vocatum fuerit myſterium fidei. Quæ verba quamuis in Euangelio non reperiantur ſcripta: illa tamen dixiſſe Chriſtum, quando vinum in ſuum ſanguinem conſecrauit, docet catholicæ Eccleſiæ traditio; quæ his in conſecratione calicis vtitur. Magnus, & ſublimis Deus noſter ſignificaturus hominibus, opera naturæ, & gratiæ ſecundum idem exemplar, id eſt diuinum intellectum, fuiſſe condita, & formata, vnumque, atque eundem eſſe tam naturæ, quã gratiæ auctoré; multa, quæ in cælo ſpirituali Eccleſiæ militantis operatus eſt, conuenire voluit cum his, quæ in cælo materiali creauit. Nam ſicut ornauit cælos ſeptem planetis fulgentiſſimis, inter quos vous præcellit ſol, cui locum præbuit honoratiorem, in medio cælorum eum conſtituens, vt tamquam a corde ceterorum ſiderum virtutem, & fulgoré omnia reciperent: ſic in hoc cryſtallino cælo militantis Eccleſiæ poſuit Deus ſeptem pulcherrimos planetas, id eſt, ſeptem ſacramenta, quorum ſol eſt hoc Altaris ſacramentum, in quo ſol iuſtitiæ Chriſtus Ieſus latet, & a quo, tamquam fonte, ac perenni vena bonorum, virtus, gratia, & efficientia deriuatur reliquorum ſacramentorum, ad puritatem, ſanctitatem, & vitam æternam animis noſtris comparandam. Scribit Ariſtote- *Ariſtot. de animal.* les in hiſtoria de animalibus, quod interdum aquila alterius generis auibus, qualesſunt miluij, coire ſolet; quæ vt legitimum fœtum ab adulterino diſtinguat, pullos radijs ſolaribus exponit, & quos videt ad lucem ſolis conniuentes, roſtro deijcit tamquam illegitimos; quos autem fixo intuitu ſolem proſpectantes animaduertit, tamquam prolem ſuam retinet, fouet, & tuetur. Non aliter Eccleſia mater fidelium, tamquam aquila regia, in præſenti ſeclo filios educit ſuos, vt iuſtitiæ ſolem Chriſtum, æthereo ſole fulgentiorem, ſub rotunda hoſtiæ forma, & intra eius orbẽ radios ſuæ diuinitatis continentem intueantur: quos ſi videt ad Chriſti intuitum conniuere, quod accidit hæreticis ſacramentarijs, notat illos tamquã filios adulterinos, & nothos, & a nido ſuo,

hoc

Google

hoc eſt, ab Eccleſiæ gremio repellit anathemate percuſſos: quibus vero hoc ſacramentum ſpectantibus non præſtringitur acies oculorum ſpiritualiũ, nec hallucinãtur in fide orthodoxæ veritatis, proprios, & legitimos filios agnoſcit, & ſub vmbra alarum ſuarum admiſſos tuetur, ac protegit. Qui ergo cupit eſſe legitimus Eccleſiæ filius, oculos figat conſtanter in iuſtitiæ ſolem Chriſtum, intra illud ſphæricum cælum hoſtiæ conſecratæ concluſum: per fidem namque omnis humani intuitus debilitas roborabitur. E contra vero ij, qui humanæ rationis argutijs, & inutilibus conſequentijs locum præbent, neceſſarium eſt, vt cum res fidei comprehendere, aut examinare tentarint, diuerſis inuoluãtur erroribus, & procul à veritatis ſcopo deflectant. Quamobrem, vt feliciter, & ſublimius exurgat præſentis homiliæ fabrica, opus eſt prius aperire, & iacere fundamenta fidei, quam vocat Paulus ſubſtantiam, inquiens: *Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum*. Sed obijciet aliquis, cum fides ſit accidens, quomodo illam Paulus appellat ſubſtantiam? Ratio eſt, quia ſicut ſubſtantia eſt fundamentum, quo nituntur accidentia; ſic fides vniuerſi ædificij ſpiritualis fundamentum, & baſis eſt. In fide namque ſtat columna Chriſtianæ fortitudinis; in fide ſurgunt ſpei parietes; in fide intelligentia, & cognitio ſupernaturalium, & diuinorũ myſteriorum habet fundamentum. Nam vt dixit Iſaias: *Niſi credideritis, non intelligetis*. Quod non ſolum auditoribus neceſſaria fides ſit, ſed præcipue verbi ſacri præconibus; qui certe nec loqui, vt oportet, ſcient, niſi prius crediderint. fides enim eſt, quæ verba ſuggerit loquentibus. Vnde ait Dauid: *Credidi, propter quod locutus ſum*. Hac fide deficiente ſacramentarij hæretici negauerunt Chriſti præſentiam in hoc ſacramento, reluctantes fidei, & contradicentes veritati, quam nos hodie Chriſtus docet in Euãgelio, inquiens: *Caro mea vere eſt cibus*. Comparauit S. Epiphanius huiuſmodi homines inſipientes cum cane, quem fingit Aeſopus in ſuis apologis flumen tranſeuntem, qui portans in ore magnum carnis fruſtum, videns ſubter aquam vmbram ipſius, putanſque illud, quod apparebat in aqua, grandius eſſe, dimiſit verum, vt apprehenderet fictum; vnde contigit, vt vtroque fuerit deſtitutus. Tales ſunt hæretici ſacramentarij, qui pro figura, & vmbra relinquunt veram Chriſti carnem, vtrumque perdentes: nam nec in figura inueniunt vtilitatem, nec in carne Chriſti ſaporẽ, qui ſe nobis in hoc ſacramento præbet animarum alimentum. Hoc igitur incommodum catholici vt vitent, debent, monente Paulo, redigere intellectum in captiuitatem, non perſcrutantes curioſa inquiſitione myſteria profunda, quæ in hoc mirabili ſacramento velantur. Propterea namque videmus a Deo iuſſum, vt quando ſacerdotes ſupellectilem ſanctuarij de vno loco ad alium tranſportarent, non illam curioſe inſpicerent: *Nulla curioſitate videant, quæ ſunt in ſanctuario*. Vnde quoniam Bethſamitæ ab hac curioſitate abſtinere noluerunt, illa detegentes, intuentes iuſtam ſuæ temeritatis pœnam tulerunt, ſeptuaginta millibus eorum occiſis. Inite igitur vos ipſi fratres rationẽ, quod ſi Deus ſacerdotes, penes quos eſt ſciẽtia, & doctrina rerũ theologicarum, a curioſa inueſtigatione myſteriorum ſanctuarij huius, & reconditi ſacramenti abſtinere iubet; nonne ſtultiſſimus eſt, qui rerum diuinarum imperitus ingenio ſuo tam ſublimia myſteria percipere, & ſuperare tentabit? Non datur præceptum, vt intelligamus, ſed vt credamus: fidei, non experimento præmia promittuntur. Aſſimilantur fidei arcana palmarum Aegypti dactylis, quorum ea natura eſt (teſte Solino) vt ſi ante maturitatem comedantur, ſitim extinguãt, & cordi ſint ſalutares; ſi vero iam maturi, comedentis ſtomacho parum apti vix digerantur, immo inſtar vini cerebroſi in caput fumantes caligine iudicium inuoluant, arce intellectus occupata, imperium rationis eripiãt. Quamobrem Hadrianus Iunior ſignificaturus damnum, quod affert curioſa inquiſitio, & nimiũ examen diuinorum myſteriorũ, pingi fecit palmam Græcam cum hac inſcriptione: *Diuina ſcrutari temerarium*. Nam dactyli, quemadmodum notauit Hugo Theologus antiquus, ſunt myſteriorũ fidei noſtræ ſymbolum: ſi enim illis non aſſentiaris antequam intelligas, ſed menti tuæ velis quaſi matureſcere, & accommodare, non vtique eam illuminabunt, ſed potius contundent, et turbabunt: at ſi eiſdem nondum digeſtis, & intellectis, quaſi dactylis viridibus veſcaris, tibi ad intelligentiam diuinorum mirabiliter adminiculabuntur. Soleo ipſe noſtræ fidei myſteria aſſimilare pilulis, quæ non mandendæ, ſed deglutiendæ ſunt; nam ſi mandantur, os amaritudine implent, nec ad ſtomachum tranſmitti poſſunt. Mens hominis eſt animæ os: *Aperi oſtium, & implebo illud*; intellectus igitur eſt, ad quem ſpectat glutire, vt ita dicam, fidei veritates, quas ſi rationis humanæ dentibus conficere, & minuere volet, ſtatim amareſcent, & mandentibus nauſeam excitabunt, & illas concoquere non valentes, neceſſe eſt euomant. Quod igitur remedium, niſi vt clauſis oculis in ſtomachum, id eſt intellectum tranſmittantur, vbi calore fidei, & charitatis retentæ afferant animo ſalutem? Ezechieli dixit Deus: *Comede volumen iſtud*. Numquid honeſtum foret, vt Propheta Deo reſponderet: Domine, antequam comedam volumen iſtud, ſingula reuoluam, nam omnia perlegere, ac intelligere volo, quæ in eo ſcripta ſunt, id ſi facere non conceditur, librum comedere recuſo. Talia Ezechiel ſi dixiſſet, paruam, aut nullam erga Deum obſeruantiam, & fidem habere iudicaretur, ideoque audita Dei voce ſtatim volumen comedit. Hoc ipſum facere debent catholici, audientes Deum dicentem: *Accipite, & manducate; hoc eſt corpus meum*, non debent difficultates opponere, imitantes Phariſæos, qui dixerunt: *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Quomodo caro poteſt eſſe mentis cibus? Quo-

Marginal notes: *Hebræor. 11.* — *Iſai 7.* — *Pſ. 115.* — *Ioan. 6. Epiph. Aeſopus. li. fabularum* — *1. Corint 10* — *Num 4.* — *Solinus de nat. hiſt.* — *Hadr. Iun. l. 5. ca. 63.* — *Pſal. 18.* — *Ezechiel. 3.* — *1. Cor. 11.* — *Ioan. 6.*

Quomodo totum Chriſti corpus intra paruæ hoſtiæ orbem includitur? Quomodo ad hoſtiæ fractionem corpus eius non frangitur? His, & alijs id genus pius, & catholicus vir locum præbere non debet, ſed captiuans intellectum ſacramenti fidei præbeat aſſenſum, non diſcutiens innolnera myſteriorum; ſed clauſis oculis humanę rationis, lumine fidei ſecurus comedat, vt Ezechiel volumen; credat Chriſto dicenti:

Ioan. 6.

Niſi manducaueritis meam carnem, & biberitis meum ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quorum verborum occultum ſacramentum ſi mente foret, ac non ſenſu percipiendum, non illud Chriſtus per excellentiam appellaſſet, *Myſterium fidei*. Sed cur hoc potius, quam reliqua noſtræ fidei arcana, dictum fidei myſterinm fuit? Nonne myſterinm Incarnationis eſt fidei myſterium? Reſurrectio, & Aſcenſio nõne hoc nomẽ merentur? Qnid vero deeſt altiſſimo Trinitatis myſterio, vt myſterium fidei non ſit, & nominetur? nihil certe. Qnomodo igitur, Domine Ieſn, inter tot, & tam ſublimia myſteria diuino tui corporis ſacramento tam glorioſum nomen impoſniſti, vt ipſum ſupra cetera fidęi myſterinm nominares? Tres huius arcani afferre libet myſticas rationes. Prima eſt, ſacramentum hoc a Chriſto vocatum myſterium fidei, quoniã vna ex cauſis, ob quas illud inſtitnit, fuit, vt Deo primi parentis perfidiam, & incredulitatem, nouo fidei impoſito præcepto, compenſaret. Magna Denm iniuria primus omnium genitor affecerat, dum magis dæmoni, quam Deo credidit; cum tamen hic veritatis, ille omnis mendacij anctor ſit. Credidit miſer homo ſuadente Diabolo aſſequi ſe poſſe immortalitatem, ſi vetitum pomum comediſſet; dixerat

Gen. 3.
Gen. 2.

enim ei Satanas: *eritis ſicut dij*; at non credidit Deo aienti; *In quacumque die comederis, morte morieris*: ac propterea Chriſtus illam infidelitatem huius ſacramenti fide compenſat: vt quod incredulus perdidit homo intra Paradiſum, nunc extra Paradiſnm credendo recipiat. Illic enim nõ credens Deo, amiſit immortalitatem: hic fidei diuinæ præſtans aſſenſum recuperat

Ioan. 6.

beatitudinis æternitatem, dicente Chriſto: *Qui manducat hunc panem, viuit in æternum*: Sed, etſi obiter, oportet admirari ſingularem Dei ſapientiam, qui, qnoniam per cibum mortem intulit Diabolus, per cibum quoque ipſe vitam reſtituit, dæmonem per viam, quam calcauerat, aggrediens, & ſubuertens, hominem per eandem

Iſai. 37.

abigens eundem, ſicut præclare Iſaias in perſona Dei alloqnens ipſum Satanam his metaphoricis verbis prænunciauerat: *Ponam circulum in naribus tuis, & reducam te in viam per quam veniſti.* Ad huius difficilis loci explicationem

Hieron. c. 4. in Iob. Greg. l. 31. moral.

ſtatuendum eſt, vt notat Hieronymus, & Gregorins, per nares dæmonis intelligi in ſacris litteris aſtutiam eius, & ſagacitatem; naribus enim, tamquam canis venaticus, odorat, & inueſtigat prædam, quam expetit. quod ne facere

Iſai. 37.

queat, ait Deus: *Ponam circulum in naribus tuis*, circulum nempe ſacratæ hoſtiæ, in qua inſculptus eſt Agnus Dei, a pectore meo pendens, quẽ ego dolis, & fraudibus tuis opponens: *Reducam te in viam per quam veniſti.* Nam ſi per eſum intraſti, per eſum, & cibum exibis, & exterminaberis. Mortuus eſt homo, qui tibi credidit, & nunc mihi credens vitam recuperabit. *Nam qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Appellat etiam Chriſtus hoc ſacramentum fidei myſterium, quoniam etſi ad omnia ſupernaturalia myſteria fides neceſſaria eſt, multo tamen neceſſarior ad hoc ſacramentum, propter magnas, & memorabiles, quæ in illo ſe offerunt menti noſtræ difficultates, cum ad eius intelligentiam multo minora ſint in rebus naturę veſtigia, quibus ducamur ad veritatem. Id indicat mirabiliter Iſaiæ viſio, cum vidit magnum, & ſumptuoſum templum, argento, & auro cælatum, in cuius throno eburneo Deum vidit ſedentem, Seraphim alis vultum, & pedes eius tegentibus, & pariter concinentibus: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, quo myſtico cantu myſterinm Trinitatis profitebantur. Hoc autem myſterium etſi difficile, promiſit tamen Propheta prædicaturum ſe illud, & perſuaſurum auditoribus, quoniam nil in eo myſterio cernebat, quod magnitudinem Dei non redoleret, ac præſeferret maieſtatem; ob idque ſpęrabat ad eius cognitionem, & reuerentiam homines facile venturos. vnde ait: *Ecce ego, mitte me, &c.* Sed cum poſtea myſterium Incarnationis Filij Dei eidem Prophetæ reuelatnm fuit, videns tantam Dei humilitatem, & inſolitam eius magnitudinis abiectionem, petit a Deo, ne mittat eum huius myſterij præconem, inquiens: *Quis enim credet auditui noſtro?* Si ergo tam difficile viſum eſt Iſaiæ, prædicare Deum hominem, qnanto difficilius iudicaſſet eundem prædicare factnm nobis cibum, & alimentum? Tunc enim ſe demiſit Deus, vt naturam humanam mille donis cæleſtibus cumulatam acciperet, ſed huic ſacramento media vnione ſacramentali vnit ſe vilibus vini, ac panis accidentibus, quæ ſenſu, & dignitate carent. In prima reuelatione Iſaiæ facta Deum ille vidit habentem caput, & pedes velatos, reliquas corporis partes detectas, & apertas; ratio vero eſt, quoniam etſi rationem naturalem lateat Trinitas perſonarum, vnitas tamen patet diuinæ naturæ, quam vniuerſa ſchola Platonica, & Ariſtotelica ſine aliquo fidei lumine adepta eſt: & in ſecunda reuelatione Iſaias videns Deum opertum, & velatum amiculo ſacræ humanitatis, fulgurantibus ſuæ diuinitatis radijs ipſum eſſe Deum admonebatur. In hoc autem diuino ſacramento adeo latet ſub panis, & vini tegumento, vt externo aſpectu nil aliud hoſtia ſacra, & quæ non ſacra eſt, continere videatur, cum tamen vere vna ſubſtantiam panis, altera Chriſti carnem, & ſanguinem includat integerrime cum omnibus corporis Chriſti membris, etſi humanum aſpectum latentibus: cui ſic abſcondito dicere poſſumus: *Vere tu es Deus abſconditus.* Quare ſi *fides eſt argumentum rerum non apparentium*, vt dixit Paulus, iure optimo ſacramentum hoc ſibi aſſumit

Ibidem. — Ioan. 6. — Iſai. cap. 6. — Iſai. c. 53. — Ibidem. — Iſai. 6. — Iſai. 53. — Iſai. 45. — Heb. 11.

tam

tam honorificum titulum, & cognomentum a Chriſto inditum, nempe *myſterium fidei*, ſiquidē, vt dicunt Theologi, *fides eſt de non viſis*. His de cauſis Chriſtus prævidens magnam difficultatē futuram apud homines in hoc myſterio credendo, voluit, vt Euangeliſta eius Ioannes, antequā de tam ſupremi arcani inſtitutione verba facere inciperet, homines excitaret ad diuinæ om-
Ioan.13. nipotentiæ conſiderationem, cum dixit: *Sciens Ieſus, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exiuit*: quibus verbis Chriſtum naturalē Dei Filium, & ſicut Patrem eſſe conſtat omnipotentem, ita & ipſum declarauit. Quod Ioannis prælудium ad huius ſacramenti tractationē fuit meo iudicio quaſi vniuerſalis quædam reſponſio, & generalis ſolutio omnium dubiorum, & difficultatum, quæ humano ingenio hac in re obſtare poterant. Vnde ſi audis Chriſti verbis in hoc ſacramento mutari ſubſtantias, nouum modum exiſtendi dari accidentibus, corpus eius ibi non magis occupare locum, quam purum ſpiritum, ac tandem totum inuerti ordinem naturæ, leges eius violari, & vſum, non debes aſſenſum retardare tuum, ſed pronus, & voluntarius fidē tantarum rerum amplecti, quoniam, vt dictum
Ibidem. eſt: *Omnia dedit ei Pater in manus*: ideoque pari cum ipſo poteſtate, quidquid vult facere, poteſt. In cuius rei teſtimonium videmus Eccleſiam catholicam teſtari, quod Chriſtus conſecraturus panem, & vinum, ſuſtulit ad Patrem ſuum omnipotentem oculos: *Et eleuatis oculis in cælum ad Deum Patrem omnipotentem*. Vbi aduertendum, non dixiſſe, leuatos Chriſti oculos ad Deum miſericordem, ſeu liberalem, etiam ſi Deus pariter miſericordiam ſuam, & liberalitatem in hoc ſacramento mirabiliter oſtenteт, ſed ſublatos fuiſſe oculos ad Deū omnipotentem, quoniā hoc myſteriū ſūma quędā eſt, & cōpendiū omniū mirabiliū, & difficiliū, quæ ſola Dei potētia facere poterat, ac propterea illius quaſi indigus, tantum ad Deum omnipotentem leuaſſe oculos di-
S.Thom.3.p. q.83 art.3. citur. Hanc ob cauſam S. Thomas interrogat, ad quem fidei articulum huius ſacramenti veritas pertineat, reſpondetq. ad omnipotentiam, quam proteſtamur in Symbolo, dicentes: *Credo in Deum Patrem omnipotentem*, quoniam in hoc myſterio ita Deus declarauit omnipotentiam, vt illa Herculea inſcriptione notari poſſit: *Non plus vltra*: hic enim eſt terminus, & vltima linea diuinæ omnipotentiæ, nec alio tranſgredi poteſt. Quare iure optimo inter omnia religionis arcana vocatur hoc ſacramentum myſterium fidei. Ad quod etiam docendum pertinere puto, quod Deus in veteri lege ſanxit, iubens, vt quod non poſſet de agno Paſchali comedi, qui huius ſacramenti fuit typus, in ignem conijceretur:
Exod.12. *Quod reſiduum fuerit igne comburetis*. Quo legis præcepto nos monuit, vt quod aſſequi non poſſemus in tam imperſcrutabili ſacramento, remittamus, & reijciamus ad infinitam Dei potentiam, quæ tamquam ignis abſumat, & vincat omnes difficultates, quæ humanæ rationi ſe oppo-
Luc.1. nent: *Quoniam non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum*. Dicitur præterea myſterium fidei per antonomaſiam, & excellentiam, quoniam etſi verum eſt, quod in veritatibus catholicis intelligendis circa Chriſti diuinitatem ſenſus noſtri non ſe immiſceant, immo procul excludantur, quod ea res ſpiritualis, & incorporea ſit, ipſi vero rudes ſint, & immerſi corporibus, nec efferāt ſuum volatum ſuper res, quæ ſenſu non percipiuntur: ad intelligentiam tamen veritatum, quas catholica fides nos docet circa Chriſti humanitatem, ſenſus humani accerſuntur tamquā teſtes integri, & omni exceptione maiores in huius cauſæ diſcuſſione, & veritatis comproba-
tione: *Palpate*, inquit, *& videte, quod ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere*. Luc.24.
Excellentia ergo huius ſacramenti in eo poſita eſt, quod ab ea re, ad quam maiorem habere actionem, & aditum noſtri ſenſus videbantur, excluduntur per fidem, & ſemel, atque iterum iure ſuo priuantur. In altiſſimo beatiſſimæ Trinitatis myſterio, in vnitate diuinitatis, in Trinitate perſonarum, in conſubſtantialitate diuinarum hypoſtaſeon, in Patris innaſcibilitate, in Filij generatione, in Spiritus ſancti communi ſpiratione, & alijs innumerabilibus myſterijs, quæ in diuinis fiunt ad intra, intellectus noſter non admittitur, ſed iuſſu Pauli captiuandus eſt in obſequium fidei: in hoc autem ſacramento non ſolum intellectus, ſed ſenſus omnes coercentur, & procul abiguntur. Nam ſi guſtus ſentit ſe panē guſtare, fides docet non iam illic eſſe ſubſtantiā panis, ſed Chriſti; ſi olfactus dicit ſe odorari vinum, corrigitur à fide, dicente illic non eſſe vini ſubſtantiam, ſed liquorem illum ſuauiſſimum diuini nectaris, & ambroſiæ, videlicet Chriſti ſanguinem, in quem virtute verborum vini ſubſtantia conuertitur. Quid hoc eſt, niſi non ſolum intellectum captiuare, ſicut in reliquis myſterijs, ſed ipſos quoque ſenſus ablegari? quoniam myſterium eſt non ſenſus, vel intellectus, ſed fidei, qua fateri debent catholici, ſub illis accidētibus vere, & re ipſa Chriſti maieſtatem latere in cibum animarum noſtrarum, ſicut ipſe dixit:
Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Ioan.6.
Sed quid ais, ò Domine, animaduerte benigniſſime Ieſu, tuam dedecere magnitudinem, ſi dicas te Deum eſſe cibi, & potus; ea namque ratione hæreticis præbebitur argumentum ad aſſerendum, te non eſſe Deum, & conſequenter nec Chriſtum: nam homo, qui non eſt Deus, eſſe Chriſtus non poteſt. Viſne, quod aio, videre? re-
cordare artificij, quo vſus eſt Moyſes apud Iſraelitas, perſuaſurus non eſſe Deum vitulum ex auro factum, quem illi tamquam Deum colebant: Exod.32.
fregit vitulum, & in fruſta, ac minutum puluerē comminutum præbuit ipſum bibendum Iſraelitis, ſubiungens: conſiderate o ſtulti, quem adorabatis Deum, eſſe cibum, quem modo bibiſtis, & comediſtis; errorem igitur iſtum linquite, & animaduertite, Deum non eſſe, qui vobis cibi vices suppleuit. Mirabilius autem eſt, quod Deus ipſe hac etiam induſtria erga populum ſuum in exitu Aegypti vſus fuiſſe narratur: nam, vt re-

fert

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Galat. de ar can. cath. ve rit.

fert noſter Galatinus de arcanis fidei catholicæ, deſumpſitque ex libro, qui inſcribitur Fortalitium fidei. Aegyptij pro Deo adorabant agnum flammis circumdatum; Deus autem, vt populo ſuo aperiret, Aegyptiorum agnum nequaquã eſſe Deum, ſed vanum, & inane ſimulachrum, iuſſit ante diſceſſum ab Aegypto agnum ab ipſis per ſingulorum domus comedi, vt ea re Deum Aegyptiorum cognoſcerent non eſſe Deum, cum agnus humanorum corporum eſſet alimentum. Quod ita cum ſit, quomodo te vis eſſe cibum, & potum? dicent namque hinc hæretici, te non eſſe Patri conſubſtantialem, & cõſequenter diuinam non habere naturam. Huius difficultatis ſolutio, & reſponſio expedita eſt, ſi dixerimus, magnum eſſe diſcrimen inter cibum viuum, & mortuum; nam mortuum in noſtram vertimus ſubſtantiam, ac per nos viuit in nobis: cuius generis erat cibus, quem Deus, & Moyſes præbuerunt Iſraelitis, atque ideo validum erat argumentum, nec vitulum, nec agnum veros eſſe Deos, cum Iſraelitæ manducarent, & naturali ſtomachi calore in carnem ipſorum, & ſanguinem conuerterent: quæ omnia prorſus repugnãt immutabilitati Dei, dicentis: *Ego Deus, & non mutor.* Si vero cibus, vel alimentum vitam in ſe habet, contra fiet, quam in mortuo; quippe te in ſe ipſum tranſmutabit: ideoque diuinus hic cibus, cum auctorem vitæ contineat, non illum nos in noſtram ſubſtantiam, ſed ille nos in ſuam ſpiritualiter transformat: ſicut ipſe dixit dilecto ſuo Auguſtino: *Non tu me mutabis in te; ſed tu mutaberis in me.* Hinc etiã colligetis (vt reliquas modo taceam) ſingularem quandam differentiam, qua differt cæleſtis hic cibus ab alijs cibis, quibus mortales veſcuntur, & conuiuium hoc a ceteris conuiuijs, quæ in amicorum accubationibus celebrantur: nam cibo comeſto, diſcus, in quo erat, manet integer, & intactus: in hoc autem mirabili conuiuio dum cibus editur, diſcus manditur, & frangitur, ſcilicet accidentia, vt dixit S. Thomas: *Signi tantum fit fractura:* nec tamen cibus ipſe, qui eſt Chriſti corpus, latens ſub accidentibus, conſcinditur, aut diuiditur, vt ex eodem angelico Doctore canit Eccleſia Catholica.

Malac. 3.

Hymnus. D. Thomæ in offic. Euch.

D. Thom. ib.

A ſumente non conciſus,
Non confractus, non diuiſus,
Integer accipitur,
Nec ſumptus conſumitur.

Mille, & amplius ſunt anni, per quos Dei fideles hoc diuino cibo aluntur, & ſuſtentantur, & tamen numquam deficit, numquam minuitur, aut virtutem amittit, ſed eandem ſemper retinet, quam habebat, quando Chriſtus tam ſalutare, & vſque ad finem ſæculi duraturum ſacramentum inſtituit. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Quarta.

Verba Chriſti, Caro mea vere eſt cibus, &c. declarantur multis allatis Scripturæ locis, & propoſitis efficaciſſimis rationibus, quibus hæreticorum inſania, præſentiã Chriſti in hoc ſacramento negantium exploditur.

COMMVNIS Patrum ſententia ſemper fuit, propoſita verba: *Caro mea vere eſt cibus,* eſſe irrefragabile teſtimoniũ, quo vera præſentia carnis Chriſti in hoc diuo ſacramento confirmatur. Hanc catholicam veritatem multa etiam alia diuinarum litterarum teſtimonia conſtabiliunt; ex quibus nonnulla in hac homilia ſubnectam magis notabilia ad præſentis argumenti confirmationẽ. Quoniam vero in hac re proteruiores ſunt Hebræi, primum teſtimonium deſumamus à locis, in quibus ipſorum magiſtri hanc profitentur, & docent veritatem. Inclytus ipſorum magiſter ſeu Rabbi Kaannana verba Geneſis transfert in hunc modum: *Ligans ad vitem ciuitatem, lauabit in vino veſtem ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.* Quæ verba idem Rabbinus explicãs, inter alia ſic ait: *Hæc verba, ligãs ad vitem ciuitatem, oſtendunt, ſacrificium futurum ex vino, quod tranſmutabitur in ſubſtantiam ſanguinis Meſſiæ: quod autem ſequitur, rubicundiores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores, illud ſignificat, quod in ſacrificio, quod etiam ex pane conficitur, non obſtante, quod album ſit, ſicut lac, conuertetur ſubſtantia in ſubſtantiam corporis Meſſiæ.* Et Rabbi Moyſes doctor inter Hebræos non minus celebratus, explicans verba Pſalmi: *Qui dat eſcam, ſeu panem omni carni, quoniam in æternum miſericordia eius,* ita inquit. *Hoc eſt, quod dicitur Pſal. 33. Guſtate, & videte quam bonus eſt Deus, quia nimirum panis, quem dat omnibus, ipſe eſt Rex Meſſias, & caro eius:* & vbi noſtra vulgata interpretatio vertit: *Erit firmamentum in terra in ſummis montium,* Hebræus legit: *Erit placenta frumenti,* quod interpretans Rabbi Salomon Hebræorum doctiſſimus inquit: *Magiſtri bonæ memoriæ expoſuerunt hoc genus placentarum in diebus Meſſiæ:* quam placentam fore ipſum Meſſiam ſub hoc ſacramento latentem docuit ſatis aperte Rabbi Iſaac per hæc verba: *Sicut redemptor primus, id eſt Moyſes, fecit deſcendere manna; ita redẽptor vltimus, id eſt, Meſſias, erit placenta frumenti in terra.* Secundum teſtimonium, & argumentum

Ioan. 6.

Rabbi Kaannana in ca. 49. Geneſ.

Rab. Moyſes ſup. ps. 135.

Pſ. 33.

Ps. 71.

Originale Hebr. pſ. 71. Rabbi Salo. in ps. 71.

Rabbi Iſaac in ps. 71.

Digitized by Google

tum huius veritatis deſumitur à regio Propheta in Pſalmis, vbi loquens in perſona Dei ait: *Ps. 49.* *Non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos.* cuius rei duas aſſignat rationes. Prima eſt, vt ipſe ait: *Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſiluarum*, ſtatimque ſubiungit rationem aliam magis concludentem: *Et pulchritudo agri mecum eſt.* Sermo quidem obſcurus eſt, veruntamen ad hoc ſignificãdum myſterium aptiſſimus: nam ſi agricolam interroges, quæ ſit agri pulchritudo, reſpondebit, ſegetes in agris, & vites in vineis; frumenta enim, & vina maxime cãpos exornant. Hanc pulchritudinem Deus ait ſecum eſſe, quia hoc ſui corporis ſacramentum inſtituturus erat, & panis ac vini accidentia per ſacramentum erant Chriſti humanitati ſacramentaliter vnienda: quæ duæ res ſupra cæteras omnes fertilem Eccleſiæ campum fecerunt, & condecorarunt, vt dixit Zacharias: *Zachar. c. 9.* *Quid bonum, & quid pulchrum eius niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Quæ verba mirabiliter conſonant Dauidicis: *Psal. 49.* *Pulchritudo agri mecũ eſt. Si eſuriero nõ dicam tibi, meus eſt enim orbis terra, & plenitudo eius: numquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* minime certe, nam cum in Eccleſia ſit caro, & ſanguis Filij mei, ipſum mihi volo immolari, ideoq. *Ibidem.* Propheta ſubijcit: *Immola Deo ſacrificium laudis*: *Nicol. Lyr.* ſuper quæ verba ita loquitur Nicolaus de Lyra: *Immola Deo ſacrificium Euchariſtiæ.* Ad oſtendendam vero puritatem, & ſanctitatem, qua ſacerdos offerre debet diuinũ hoc ſacrificium, adiungit Dauid: *Ps. 49.* *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meũ per os tuum?* vbi per *teſtamentum*, intelligitur Miſſæ ſacrificium, iuxta Lyræ expoſitionem: quoniã ſacrificium liturgiæ, & Euangelium, vt plurimum ad vetus, & nouum pertinent Teſtamentum. *Ibid.* Concludit Dauid Pſalmum, inquiens: *Sacrificium laudis honorificabit me*, ſacrificium ſcilicet Euchariſtiæ, quod non ſolum in honorem meum redundabit, ſed magnam filijs meis afferet vtilitatem: quia *illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei.* Per quæ verba, quemadmodum gloſſa commentarijs Lyræ addita notauit, Dauid veram Chriſti præſentiam in hoc ſacramento declarauit. Nam ſi in eo eſt iter ad beatitudinem, *Ibid.* *Ioan. c. 14.* vt ipſe inquit: *illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei*, & Chriſtus de ſe dixit: *Ego ſum via, veritas, & vita*, aperte colligitur, & neceſſario conſequitur, reuera Chriſtum ſub illo accidentium velamine contineri. Poſſumus etiã his addere, quod illa epitheta viæ, veritatis, & vitæ inſinuata prius à Dauide fuerant in prædictis verbis: *Psal. 49.* *Illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei*; nam viam oſtendit, cum inquit, *illic iter*, & veritatem docet dum ait: *oſtendam*: eſt enim officium veritatis, indicare viam, & dirigere iter agentes: vitam denique illic eſſe dixerat, *Salutare Dei*, ſiquidem Chriſtus animæ ſalus, & vita eſt.

Tertium teſtimonium eſt eiuſdem Dauidis *Psal. 21.* Pſalmo 21. *Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum*, quod Euſebius Cæſarien- *Euſeb. Cæſ. l. 10. c. 8.* ſis in libris de demonſtratione Euangelica intelligit de hoc cæleſti cibo. Quam expoſitionem confirmant verba, quæ ſequuntur, quibus potiſſimum mea nititur ratio: *Psal.* *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ: in conſpectu eius cadent omnes, qui deſcendunt in terram.* Certum enim eſt, in Eccleſia Dei a nemine vnquam fuiſſe adoratum panem materialem, ideoque dicente Dauide: *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ*; id eſt omnes principes, ac Reges in eius adoratione genua flexerunt; inferre inde debemus, ipſos cenſuiſſe in illo pane, vel potius ſub accidentibus Deum latitare. Ad hoc propoſitum S. Auguſtinus vtitur eiſ- *Auguſtin. 120. & ſer. 1. ſup. ps. 2.* dem verbis; quibus etiam conſonant eiuſdem Prophetæ verba in Pſalmo 2. quoniam vbi noſtra vulgata legit (*apprehendite diſciplinam*) quidam interpretes vertunt: *Oſculamini filium*; alij (adorate panem.) Quare vtraque coniuncta interpretatio docet, Filium Dei, qui eſt panis viuus, per hoc ſacramentum nobis exhibitum, *Ioan. 6.* ipſo aiente: *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*, venerandum ab omnibus, & adorandum. Quartum teſtimonium petatur ab Oſea: *Conuertentur ſedentes in vmbra, viuent tritico, & memoriale eius vinũ Libani.* Vmbra, ſub qua Propheta dicit ſedentes conuertendos, non alia, *Chald. Par.* niſi Chriſti vmbra eſt, vt animaduertit Chaldaicus Paraphraſtes, inquiens: *Habitabunt ſub vmbra Chriſti ſui*, quem vocat ſuum valde proprie; non modo quoniam Pater æternus illum donauit humano generi, ſed etiam, quia tunc magis proprie erat ſuus, cum ſe præbebat hominibus cibum, ſe fidelibus, vt ita dicam, incorporans. Addit etiam, quoniam voluerunt ab eo adumbrari, & ſub eius vexillo morari, ſuo ſtipendio, & alimento ſuſtentandi; ait enim (*viuent tritico, & memoriale eius vinum*, &c. Quod vertunt ſeptuaginta Interpretes: *Bibent, & inebriabuntur tritico.* Quis vnquam vidit triticum bibi, vel homines eo inebriari? Id certe conuenire nõ poteſt materiali pani; qui victus eſt hominum ordinarius; conuenit tamen, & mirabiliter adaptatur diuino pani ſanctiſſimi ſacramenti: vbi caro, & ſanguis Chriſti cibus, & potus animarũ *Oſee. 14.* ſunt. Vnde cõuenienter ait Spiritus ſanctus: *Bibent, & inebriabuntur tritico.* Quam interpretationẽ, & declarationẽ cõſtringũt proxima verba: *Et memoriale eius ſicut vinum Libani*, quaſi dicat, panis ille triticeus eiuſmodi naturæ eſt, vt inter ipſũ, & vinũ perpetua ſocietas, & germanitas ſit. Nã in oblatione, & ſacrificio Miſſæ accidentia panis, & vini aſſociãtur ſẽper, & vinũ ſãguinis Chriſti ſẽper cõitatur ſãctiſſimæ carnis panem viuentẽ. vbi valde notabilis eſt Chal. paraphraſis, ita vertẽs: *Super vino veteri, quod libatur in domo ſanctuarij.* Nã vinũ vetus appellatur, quia licet olim fuerit vinũ, iã quidẽ poſt cõſecrationẽ nõ vinũ, ſed Chriſti ſanguis eſt. Vinũ tãdẽ vocauit *Libani*, quoniã talẽ animo noſtro affert effectũ, qualem Libani color præfefert. Libanus enim Hebraice dicitur a cãdore multarũ in eo niuium, & copioſi thuris, quo ſemper albeſcit.

Quamobrem cum albedo puritatis, & caſtitatis ſymbolum ſit, animam noſtram per vinum hoc myſticum, & diuinum puram, & candidam fieri, vere dicemus, vt etiam docuit Zacharias, vocans illud: *Vinum germinans virgines.* Niſi forte dicere velimus, cæleſte hoc vinum vocatum antea vinum, ad eius precium ſignificandum eximium; quoniam vinum, quod in monte Libani legebatur, precioſum admodum, & æſtimabile fuit; ſicut etiam ceteri fructus, qui propter ſolis fœcunditatem vberrimi illic prouenicbãt. Sed, quia parum dixiſſe videtur Iſaias, comparans diuinum hoc vinum cum vino Libani, Dauid Pſal. 71. illud multo præſtantius, & excellentius eſſe dixit, inquiens, ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius.

Zac. 9.

Pſal. 71.

Hactenus aduerſus Hebræos; nunc ſi contra hæreticos ſtylum reuocemus, non minus hi, quã illi conuincentur, quoniam cum ab hæreticis nouum Teſtamentũ admittatur; facilior mihi erit apud eos probatio huius veritatis ex ſacræ Scripturæ locis, quibus vera Chriſti præſentia declaratur. Verum quoniam tractatio hæc magis ad ſcholas pertinet, quam ad conciones, congeram in hanc homiliam, quæ ſacri verbi præconibus magis accõmodata videbuntur. Satis manifeſta ſunt ad huius veritatis probationem Chriſti verba: *Caro mea vere eſt cibus.* ex quibus aperte liquet, Chriſti carnem non eſſe metaphorice, ſed proprie, ac vere animarum alimentum: quod cernere ſi velis, apertius eundem audi dicentem: *Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.* Nec prodeſt reſpondere, vt faciunt hæretici, Chriſtum loqui de carne ſua per fidem apprehenſa; & quod ipſa eſt, quam dabit pro mundi vita: hoc enim modo iam de illa antiqui Patres comederant, in Chriſtum credentes venturum: & cum ipſe panem ab illis comeſtum diſtinxerit a noſtro, quem ſe promiſit nobis daturum, cum dixit: *Non Moyſes dedit vobis panem verum: ſed Pater meus dat vobis panem verum:* liquidum, & validum eſt argumentum, eiuſmodi panem non eſſe carnem ſuam fide tantum acceptam, ſed illam eſſe Chriſti veram carnem, quæ re ipſa ſub panis, & vini velamento deliteſcit. Vnde S. Hilarius prædictis teſtimonijs innixus, loquens de veritate carnis, & ſanguinis Chriſti inquit: *Nõ eſt relictus ambigendi locus.* Sed adhuc clarius, & manifeſtius eſt aliud argumentũ à Chriſti ore deſumptum, in huius altiſſimi ſacramenti inſtitutione diſcipulis ſuis ſuæ carnis eſum, & ſanguinis potum his verbis imperantis: *Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum:* quorũ verborum manifeſtam veritatem vt fugerent hæretici, in varios, & impios ſenſus, & multiplices, vaniſſimaſque interpretationes aberrarunt, vt Cardinalis Bellarminus in lib. de ſacramento Euchariſtiæ recenſuit. Inter quorum deliramenta illud eſt pernicioſiſſimum, quo Carolus Stadius deblaterat: *hoc eſt corpus meum,* idem eſſe, quod hic, ſiue in hoc loco eſt corpus meum. Amentia certe manifeſta hæc eſt: quid enim opus erat dici a Chriſto in eo loco eſſe ſuũ corpus, quod Apoſtoli, & diſcipuli ſui præſens intuebantur? Secundo, quoniam verba hæc: *Hoc eſt enim corpus meum,* aſſignant rationem verborum præcedentium: *Accipite, & comedite;* patetque minime eſſe cõſequens dicere, comedite, quod vobis do, quoniam hic, id eſt hoc loco ſedet corpus meum. Alia expoſitio eſt quorundam Caluiniſtarũ, vt refert Ianſenius, dicentium Chriſtum illic locutum de corpore myſtico, videlicet de ſuis diſcipulis, nõ de ſuo naturali corpore: at ſi ad verba quæ ſequuntur tranſeamus: *Quod pro vobis tradetur,* ſtatim cognoſcemus manifeſtũ huius opinionis errorem: ſiquidem corpus, quod eis præbebat manducandum, ipſummet erat, quod pro ipſis poſtea morti tradi oportebat, naturale ſcilicet, non myſticum. Vnde Concil. Trident. ex allegatis auctoritatibus ſic de hac re decernit: *Sancta Synodus confitetur, poſt panis, & vini conſecrationem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ verum Deum, atque hominem, vere, realiter, & ſubſtantialiter ſub ſpecie illarum rerum ſenſibiliũ contineri.* Quæ verba ſunt tam plena myſterijs, vt ſi diligenter examinentur, in ſingulis ſingulæ pariter hæreſes damnentur. Nã cum dicitur: *S. Synodus,* improbatur hæreſis Proteſtantium, & aliorum hæreticorum, qui Tridentium Concil. non legitimum Concilium, ſed conciliabulum vocitabant. Cum vero ait eadem S. Synodus, *poſt conſecrationem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum* ſub ſpecie panis, & vini vere, realiter, & ſubſtantialiter adeſſe, impugnat, & condemnat hæreſin Vbiquitarum, Chriſtum etiam ante conſecrationem quatenus hominem in omni loco eſſe dicentium. Cum vero ait idem Concilium, virtute conſecrationis in hoc ſacramento eſſe Chriſti corpus, labefactatur error Caluiniſtarum, hanc Chriſti præſentiam attribuentium ipſius promiſſioni, non virtuti verborum: vocanſque eadẽ Synodus Chriſtum, *Deum verum,* refellit hæreſim execrandã Arrij, negantis Chriſtum eſſe Deum, & Patri conſubſtantialem. Cumque ſubijcit pariter eſſe verũ hominem, explodit errorem Manichæi, aientis Chriſti corpus eſſe phantaſticũ: aſſerenſq. *ſub ſpecie rerum ſenſibilium contineri* Chriſtum, eliminat Lutheri blaſphemiam, dubitãtis de cõcomitantia ſanguinis cũ corpore ſub ſpecie panis, & corporis cũ ſanguine ſub ſpecie vini: & docens illic *vere* contineri Chriſtũ, excludit, & profligat hæreticos ſacramentarios, aientes in hoc ſacramento eſſe tantummodo per figuram, & typũ: addenſq; *realiter,* condemnat errorẽ eorũ, qui tantũmodo approbant præſentiam carnis Chriſti intentionalẽ, prout per fidem apprehenditur, negantes realem eius præſentiam ſecundũ proprium, & illius naturale corpus, prout ab impio Caluino didicerunt. Ad extremũ dicens S. Synodus Chriſti corpus *Sub vtraque ſpecie ſubſtantialiter* contineri, refragatur errori quorundã Caluiniſtarum, credentium ſolum in cælo eſſe ſubſtantialiter Chriſtum, in hoc autem ſacramento adeſſe nõ ſubſtantialiter, ſed media quadã qualitate, & virtute, quæ ab eius ſubſtantia deriuetur. Idem etiam aduerbium, *ſubſtantialiter,* docet

Ioan. 6.

Ibidem.

Ibid.

S. Hilar. l. 8

1. Cor. 11.

Card. Bela. l. 1. c. 8.

1. Cor. 11.

Ianſen. c. 39 concord.

1. Cor. 11.

Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 1.

nos quomodo Chriſtus adſit in hoc ſacramento, videlicet per modum ſubſtãtiæ, non quantitatis, nec enim occupat locum, vt extra ſacramentum. Veruntamen quoniam tam patentibus teſtimonijs poteruia, & pertinacia hæreticorũ noſtri temporis nõ cedit, rē agam rationibus, quarum prima ſit, figuras ſemper eſſe viliores, & minus æſtimabiles quam res, quæ ab ipſis figurantur, & indicantur, vnde Paulus ſcribens ad Coloſſēſes, rerum figuras vmbræ, & res figuratas corpori comparauit. Quamobrem ſi, vt volunt hæretici, in hoc ſacramento Chriſtus vere, & realiter non eſſet, proculdubio manna huius ſacramenti figura, vt Chriſtus apud Ioannem, & Paulus ſcribens Corinthijs teſtati ſunt, fuiſſet maioris dignitatis, & æſtimationis, quam ipſum per mãna præfiguratum. Manna enim confectio erat Angelorum manibus elaborata; hoc autē ſacramentum hoſtia eſt, hominum opera ex tritico cõfecta: illud omnem continebat ſaporem, & cuiuſuis guſtui accõmodabatur; hæc ſacra placēta ſapit panem, & quidem azymum, nec tempore maceratum, aut ſale conditum. Quod ſi inſpiciamus, & conſideremus ſignificationem, vtriuſque, perſpicuum eſt, melius Chriſtum per manna repræſentari, quam per panem ſimplicem, & vſualem, cuius non tam præclaræ, & mirabiles, quã mãnę cæleſtis ſunt proprietates, vnde neceſſariũ foret dicere, hoc ſacramentũ dignitate materiæ, & ſignificationis ab imagine ſua, videlicet à manna ſuperari: quod adeo foret erroneũ, & abſurdũ, vt nec ipſi hæretici, in illud impegerint. Præterea nõ ignorant hæretici, dici à Paulo reũ, qui ad hoc ſacramentũ indigne accedit, reũ eſſe mortis æternæ, quia: *Nõ dijudicans corpus Domini iudiciũ ſibi manducat, & bibit*: ergo neceſſario cõtinere debēt, in hoc eſu, & potu vere Chriſti carnē, & ſanguinē includi; alias enim iudiciũ ſibi nõ manducaret, & biberet, qui indignus, & Deo inimicus acciperet. Nam paſchalis agnus, & manna Chriſti carnem in figura, & vmbra cõtinebant, nec tamen, qui veſcebantur illis, etiã ſi Deo grati nõ eſſent, & accepti, peccabant mortaliter. Tertio, quoniã naturæ lumen docet Deũ, qui eſt ſũma veritas, nũquã facere, nec poſſe facere miracula in alicuius falſitatis cõfirmationē: ſed cũ videamus ad huius catholicę veritatis corroborationē oſtēdendã, nēpe Chriſtum in hoc ſacramento eſſe realiter, prodigioſa ab eo miracula fuiſſe facta, quale fuit, cum conuertit in ore cuiuſdam hæretici hoſtiam conſecratam in lapidem, quoniam impius ille, quod de veritate præſentię corporis Chriſti Eccleſia confitetur, non credebat, vt Ioannes Diaconus in vita S. Gregorij refert: & quando canes, quibus obiecta fuerat ſanctiſſima Euchariſtiæ hoſtia, ſuos dominos tanti ſceleris auctores morſibus dilacerarunt, vt ſcribit Optatus, & alij multi, quos Ambroſius, & Gregorius Naziãzenus, Sozomenus, & Cyprianus retulerunt, & nos in fine huius libri latiſſime commemorabimus. Quibus exemplis adijcere placet ſingularia verba, quæ Bernardus, ſanctiſſimã manibus hoſtiam tenens dæmoni dixit, vt in eius vita narratur, quæ huiuſmodi ſunt: *Adeſt inique ſpiritus Iudex tuus, adeſt ſumma poteſtas, adeſt ille, qui pro noſtra ſalute paſſus dixit, nunc princeps huius mũdi eijcietur foras*: in cuius fidei virtute dæmonem a corpore, quod torquebat, eiecit. Quare ſi pro confirmatione veræ præſentiæ corporis Chriſti in hoc ſacramento tot, ac tanta mirabilia Deus patrauit, ad huius catholicæ veritatis fidem cum inuocantibus, & credentibus concurrens, nemo, niſi amens, & impius omnino ſit, illam audebit diffiteri. Quod etiam roboratur ex ſacris Concilijs, & Eccleſiæ Patribus, qui numquam ceſſant ingentia miracula, quibus tam diuinum ſacramentum abundat, verbis exaggerare, & magnam Dei potentiam admirari non ceſſant: quod certe non facerent, ſi Chriſti caro per figuram illic tantum (vt deſipiunt hæretici) adeſſet: ad id namque non miraculis, ſed ſimplici ipſius inſtitutione opus fuiſſet. Vltimum argumentum ad huius veritatis probationē eſt grauitas pœnę, quã ſacri canones olim imponebant his, quibus propter negligentiam aliqua hoſtiæ particula, aut ſanguinis guttula in terram decidebat, vt conſtat ex diſtinctione ſecunda de conſecratione, quã pœnam ita negligentibus infligi iuſsũ non fuiſſet à Patribus, ſi panis ille, & vinum eſſent tantum figura Chriſti, & non illum vere, ac realiter cõtinerent. Cernimus enim crucem ipſam, & alias imagines nobis repræſentare Chriſtum, nõ tamen ſimilis imponitur pœna, quibus incaute aut negligenter in terram de manibus crux, vel ſacræ alia imago deciderint. Vltimo claudo, & ſtabilio adductum ſuperius teſtimonium ex communi Patrum Eccleſiæ ſententia, inter quos S. Ioannes Damaſcenus inquit: *Non eſt figura panis, & vini; abſit enim hoc, ſed ipſummet corpus Chriſti.* Et ſanctus Ambroſius de ſacramentis: *Sicut verus eſt Dei Filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quemadmodum hominis per gratiam, ſed quaſi filius ex ſubſtantia Patris; ita vera caro, ſicut ipſe dixit, quam accipimus.* S. Chryſoſtomus in homilia de S. Filogonia inquit, *Præclarius nobiſcum agi quam cũ Magis, illi enim viderunt Chriſtum, non tamen ſecum iuerunt: nos autē nobiſcum eũ ferimus*, & in l. 3. de ſacerdotio ait. *O miraculũ, o Dei benignitatem, qui cũ Patre ſurſum ſedet, & in illo ipſo temporis articulo omniũ manibus pertractatur!* Auguſtinus in Pſ. 33. *Iudæi de crucifixo obtenebrati ſunt, Chriſtiani vero comedendo crucifixũ illuminantur.* Irenæus aduerſus hæreſes, *Qui negant nos communicari ſanguine Chriſti, etiam poſſent negare eſſe redemptos vero ſanguine Chriſti. quia ſicut Apoſtolus dixit, in qua habemus redemptionem per ſanguinem eius, ita dicit calicem Euchariſtiæ eſſe communicationē ſanguinis eius: & qui per metaphoram hunc ſermonem euertit, poterit etiam aliũ deſtruere.* ac tandē S. Cyrillus loquēs de hoc myſterio aduerſus curioſos, qui omne tempus impendunt diſcutiendis huius ſacramenti difficultatibus, modum eius ſcire cupientes, inquit: *Quomodo, non cogitemus, aut proferamus; Iudaicum enim hoc verbũ eſt, & extremo ſupplicij cauſa.* vocat Cyrillus, quomodo, verbũ Iudaicum, quoniam Iudæi dixerunt: *Quomodo poteſt hic*

Ioan. 6. Paul epiſ. 1.
Ibidem.
Exod. 12. Deut. 8.
Ioan. Diac. in vita S. Greg.
Optat. lib. 3. contra Parmen.
Amb. in oratio Satyri. Greg. in or. Gorgonia ſororis. Sozomenus l. 8. Cyprian. l. de lapſis.
Diſt. 2. de conſecratio.
Ioan. Dam. l. 4. c. 14. D. Amb. l. 4 c. 2.
Chryſoſt.
Aug. in pſal. 33
Irenaeus l. 5. cap. 2.
Coloſſ. 1.
D. Cyrillus
Ioan. 6.

S. Ephræm o. ſ. *nobis carnem ſuam dare ad manducandũ.* S. Ephræm in lib. inſcripto de non ſcrutanda Dei natura, ita ſcribit: *Noli ſcrutari inſcrutabilia, nam ſi iſta curioſe rimeris, non iam fidelis vocaberis, ſed curioſus; eſto fidelis, & innocens participa immaculato corpore Domini, fide pleniſſima certus, quod agnum ipſum integrum comedis.* Ad quem modum multi alij Patres de hoc altiſſimo ſacramento loquuntur, quorum teſtimonia adducit doctiſſimus Cardinalis Bellarminus, tractans de hoc fidei myſterio, & corporis Chriſti ſacramento. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Card. Bell.

Homilia Quinta.

Probatur adhuc, & ſtabilitur vera Chriſti in hoc ſacramento præſentia, pariterque declarantur Eccleſiæ verba: O ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

Eccleſia Catholica in of. ſc. ſãtiſſ. huius ſacr.

NARRAT Florus antiquus, & grauiſſimus auctor, idque refert doctiſſimus Ambroſius, habitatores Inſularum Balearium, quas hodie Maioricam, & Minoricam vulgus appellat, adeo valuiſſe iactu fundarum, vt inde dictæ illæ Inſulę fuerint Baleares, quod nomen Græcum eſt, à verbo vallin, id eſt iacere, deductũ. Induſtria vero, & artificiũ, quo boni, & certi iaculatores, ac funditores efficiebantur, huiuſmodi erat. Matres ientaculum pueris daturæ panem in ſublimi locabant, quem manu apprehendere non poſſent, nec aliter accipere, niſi fundæ iactu deieciſſent. Quæ balearium Inſularum conſuetudo mirabilis profecto eſt typus, & imago rei, quam per hos dies facit Eccleſia catholica, ponens filijs ſuis ante oculos panẽ cæleſtem in alto Euchariſtiæ ſacramento, neque illum eis dare vult, niſi prius in eum iaculentur iaculis viuæ fidei, iaculis ſpei certæ, iaculis charitatis ardentis; hæc enim eſt proxima diſpoſitio, vt copioſe mirabiles diuinæ gratiæ fructus participemus. Quam vtinam ipſe nobis largiter impertiat, vt propoſitorum verborum vtilem, & exactam proponamus explicationem. Primum verba hæc continent certiſſimam veritatem, quæ omnium fidelium animis eſſe debet infixa, videlicet, in hoc diuino ſacramento veram Chriſti carnem contineri, & aſſumi. ait. n. Eccleſia: *O ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur.* Dominus Cardinalis Bellarminus, diſſerens de hoc ſacramẽto, refert Luthero magnum fuiſſe deſiderium, quod & ipſe fatebatur, impugnandi, & refutandi hanc catholicam veritatem de vera Chriſti in hoc ſacramento præſentia, eſſe tamen adeo clara, & manifeſta ſacræ Scripturæ teſtimonia, quibus illa roborabatur, vt quomodo illis foret reſpondendum, ignoraret. Nam, qui audit Chriſtum dicentem in hodierno Euangelio: *Caro mea vere eſt cibus*, quomodo poteſt hanc veritatem inficiari, vel dicere, Chriſtum non eſſe in hoc ſacramento ſecundum propriam ſubſtantiam, ſed per figuram, vt hæretici deſipiunt? Non tamen defuerunt impij hæretici, qui dixerunt, non magnum eſſe in his Chriſti verbis: *Caro mea vere eſt cibus*, fundamentum huiuſce veritatis, quoniam etiam Chriſtus dixit: *Ego ſum vitis vera*; planum tamen eſt, ipſum non eſſe vitem proprie, ſed metaphorice, ideoque hoc etiam modo intelligi poſſe verba Chriſti, dicentis: *Caro mea vere eſt cibus*: Sed longe decipiuntur huiuſmodi ſtolidi homines, quoniã quando Chriſtus dixit: *Ego ſum vitis vera*, ipſemet declarauit ſe loqui per metaphoram, ſiquidem ſtatim ſubiunxit: *Et vos palmites*, quaſi diceret, ſicut vos eſtis palmites metaphorice, ita etiam ego vitis per metaphoram, & ſimilitudinem. Quod ſi quis occurrat, inquiẽs, metaphora eſt oppoſita veritati, quomodo igitur Chriſtus dixit: *Ego ſum vitis vera*? reſpondeo Chriſtum eſſe veram vitem in eo, quod quemadmodum vitis non dat vitam niſi palmitibus ſibi vnitis, ita Chriſtus non præbet gratiam ſuã niſi his qui cũ ipſo coniuncti ſunt per amorẽ, & charitatem. Præterea quando Chriſtus dixit: *Caro mea vere eſt cibus*, nullum verbũ protulit, ex quo aliquam ibi metaphoram poſſimus agnoſcere; immo ipſe declarauit, cibũ illum, quem dabat, eſſe vere, & realiter carnem ſuam, inquiens: *Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.* Interrogo te, ſi forte hortos, aut villam haberes, ad quã animi recreandi gratia diuerteres, non procul ab vrbe poſitam, aliamque pariter domi haberes tapetibus, & aulæis figuratam, morienſque ita legares in teſtamentis: Relinquo filio meo ſecundogenito hortos, & villam meam, nonne ſtultum eſſet ſi primogenitus reclamaret, & diceret, hortus, & villa, quam pater fratri meo legauit, in illo tapete depicta eſt; accipiat igitur, non enim hortum alium, aut villam illi dare ex teſtamento teneor. Hoc ſi diceret in publico conſilio, vel in iudicio allegaret, nõne ab omnibus irrideretur, audiretque: tu plane ſtultus es, ac mentis inops, nã patre tuo hortum, & villam fratri tuo legante, ſine aliqua verborum adiectione, vel diſtinctione, non intellegi debet villa, vel hortus tapeti intextus, & figuratus, ſed qui vere, & proprie hortus, & villa eſt. Sic etiã ad noſtrum propoſitum, cum ait Chriſtus in ſuo teſtamento, ſe relinquere nobis carnẽ ſuam in cibum: *Caro mea vere eſt cibus*, de vera, & reali eius carne, non de pictura, vel figura illius intelligere debemus. Quin etiam ſi velimus diligentius conſiderare, & examinare vocem illam, *cibus*, cognoſcemus ideo ea voce, & nomine Chriſtum appellaſſe carnem ſuam, vt argumento nobis eſſet, illum loqui

Marginal notes: Am. in ſuo dictionario; Eccle. in off. ſanctiſſ. ſac.; Card. bell. l. 2.; Ioan. 6.; Idem; Ioan. 15.; Ioan. 6.; Ioan. 15.; Ibid.; Ioan. 6.; Ibid.; Ioan. 6.

Digitized by Google

de vera carne non de figurata, vt hæretici ſomniaut. Nam ſi bene philoſophemur, hoc differunt guſtus, & tactus a reliquis ſenſibus, quod horũ obiecta noo intrant ſecundum ſubſtantiam ſuam in ipſas ſentiendi facultates, vel potentias, nec ipſis adhærent per proprium eſſe, ſed media ſpecie intentionali, vt vocãt Philoſophi, quæ eſt imago, per quæ obiecta repræſentantur. Exempli gratia; ſi tu cernis altare aliquod, non quidem ipſa materia altaris in oculos, ſed eius imago penetrat: at guſtus, vel tactus non contenti ſpecie, & imagine rerum, ipſas quoque res ſecundum proprium, & verum earum eſſe ſiue ſubſtantiam admittunt, & recipiunt: conſtat enim guſtũ nõ poſſe refici, vel recreari panis, aut vini ſimilitudioe, vel imagine, ſed vera vtriuſq. ſubſtantia: vnde cum Chriſti caro, vt ipſe dixit, vere ſit cibus, quo anima ſuſtentatur, neceſſarium eſt fateri, in hoc diuino ſacramento realiter, & vere carnem, & ſanguinem Chriſti, non eius vmbram, vel figuram a Chriſtifidelibus aſſumi, vt canit Eccleſia: *O Sacrum conuinium, in quo Chriſtus ſumitur.*

Eccl. in off. ſanctiſſimi ſacramenti

Sequitur deinde: *Recolitur memoria paſſionis eius.* Angelicus Doctor Thomas genera ſignorũ ita diſtinguit: *Triplex eſt genus ſigni, aliud rememoratiuum, aliud oſtenſiuũ, aliud prognoſticum:* quam diuiſionem iuxta trium temporum differentiam, præteriti, præſentis, & futuri, aſſignat. *Rememoratiuum* ſignum reſpicit præterita, cuiuſmodi ſigna ſunt, quæ ſoleot inclyti Duces ad memoriam præclarorum ſuorum facinorũ retinere: ſignum *Oſtenſiuum*, vel *Demonſtratiuum* eſt, quod indicat rem præſentem, ſicut clauis aurea a zona pendens oſtendit, & notat hominem nobilem, cubili regio ſeruientem; & inſigne, ſiue habitus S. Iacobi in pectore geſtantis indicat nobilitatem: ſignũ tandem *Prognoſticum* futura reſpicit, & prędicit, vt ſolent cometæ, quorum ortu res aduerſæ, vel proſperæ prænotantur, & portenduntur. Hæc tria ſignorum genera complectitur Euchariſtiæ ſacramentum; nam dum ait Eccleſia: *Recolitur memoria paſſionis eius*, ſignum rememoratiuum nobis ponit ob oculos, quippe per illud reducitur nobis in memoriam ſacratiſſima Chriſti Paſſio, quã pro nobis moriens in cruce tolerauit. *Mens impletur gratia*, ecce ſignum oſtenſiuum, quo demonſtratur effectus huius ſacri cibi præcipuus, videlicet participatio copioſiſſimę ambroſię, hoc eſt gratiæ diuinæ, qua mens recreatur, & ſuſtentatur. *Et futuræ gloriæ nobis pignus datur*, ecce ſignum prognoſticum; quoniam digna huis ſacramenti perceptio nobis pollicetur, & prænunciat vitam æternam: eſtque præſẽs feſtiuitas, tamquã veſpera, & vigilia feſtiuitatis, quam in ſuprema patria cæleſti beatitudine celebrabimus. Hæc enim cõiunctio, ſiue vnio carnis Chriſti cũ anima, & carne recipientis, eſt quaſi ſemen æternæ gloriæ, quod pro fructu dabit eſſeotię diuinę vnionẽ in ratione ſpeciei intelligibilis cum intellectu Beati, qua diuinam ipſe videbit oaturam, illaque fruetur per omnem æternitatem. De his igitur tribus ſignis nonnulla dicamus, quibus reliquæ huius homiliæ partes abſoluantur. Eſt diuinum hoc ſacramentum ſignum, vt ait Diuus Thom. rememoratiuum; quoniam per illud triumphi, & victoriæ Chriſti pro noſtra ſalute mortui renouãtur, vt docuit ſancta Synodus Tridentina de hoc ipſo loquens Altaris ſacrificio. ait enim: *Quo mortis eius victoria, & triumphus repræſentatur.* Alexander ab Alexandro in libris ſex dierum geoialium, deſcribens pompam, & apparatum, quo veteres Romani triumphos celebrare ſolebãt, inter alia multa, quæ portabantur in triumpho, inquit deferri tabulam ſolitam, quæ omnia triumphantis præclara facinora depicta geſtaret omnibus inſpicienda. quare triumphus nil aliud erat, quam ad viuum expreſſa imago earum rerum, quæ io bello geſtæ fuerant. Optime igitur ſacra Synodus dixit per ſacramentum Altaris triumphum, & victoriam mortis Chriſti repræſentari; nam conſecratæ ſpecies panis, & vini ſimulachrum quoddã ſunt, aptiſſime nobis repræſentans Chriſti paſſionem, quandoquidem vi, & virtute verborum, quibus panis conſecratur, ſolũ Chriſti corpus ſub ſpecie panis cõtinetur: vi autem verborũ, quibus calix ſacratur, Chriſti tantum ſanguis adeſt, reliqua vtrobique per concomitantiam: diuiſio autem carnis, & ſanguinis mortem indicat, cum viuere corpus ſine ſanguine non queat. Attamen occurret aliquis, dicens: Quomodo, ſi ſanctiſſimi huius ſacramẽti feſtus dies lætitiæ, & gaudij nobis cauſa eſſe debet, Chriſtus vult, vt memoria repetamus clauos eius, crucem, & mortem, cum auctore Spiritu ſancto verum ſit illud: *Muſica in luctu importuna narratio?* vnde non videtur decere præſentis temporis ſolemnitatem, & exultationẽ luctus, dolor, & lacrymæ, quas nobis neceſſario elicere debet recordatio Chriſti pro nobis morte ſublati. Huic difficultati ſatisfacit Concilium Vienenſe ſub Clemente V. Romano Pontifice per hæc verba: *In hac ſanctiſſima commemoratione adſunt nobis ſuauitatis gaudium ſimul, & lacrymæ*, eſt enim hodierna dies amoris feſtiuitas: ac propterea mirandum noo eſt, ſi pariter in ea ſit gaudium, & triſtitia; amaritudo, & dulcedo; dum paſſionis Chriſti luctuoſa commemoratio cum diuini amoris ſuauitate per hunc cibum oſtenſi coniungitur. Nam & Plautus, vt refert Alciatus io ſuis emblematibus, dixit: *Amor melle, & felle eſt fœcundiſſimus guſtui.* Vnde fit, vt quo die Chriſti amor conuiuium ſuæ carnis exhibet, miniſtrat ei cibum melle dulciorem, omnem ſaporis ſuauitatem in ſe habentem; præbet tamen ſimul cum illo condimentum amarum, videlicet memoriam crucis, & mortis Chriſti, in cuius rei imaginem olim Deus mandauerat agnum huius ſacramenti figuram comedi cum lactucis amaris, vt intelligeretur, huius diuini cibi eſum ſemper oportere memoria paſſionis Chriſti condiri, prout ille præcepit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Addo ſupradictis aliam rationem nõ contemnendam; quod, vt experientia docet, carnes venatu captæ eo ſunt teneriores, & guſtui gratiores, quo ma-

Trident. Synodus ſ. 13. c. 5.

Alexand. ab Alex. l. 4 cap 6.

Eccl. 22.

Conc Vien. ſub Clem.

Plaut. in Ciſtellaria. Alciatus emblem. 10.

1. Corint.

magis ceruus fuit à venatorijs canibus agitatus: ideoq. Chriſtus ſaluator noſter carnē ſuam nobis pro cibo dare cū ſtatuiſſet, vt eſſet noſtro guſtui ſuauior, animæ nempe iucundior, voluit ſe tamquam ceruum a venatoribus infeſtiſſimis Iudæis, tamquam à rabidis canibus inueſtigari, dum in nemore Gethſemani ipſum crudeliter agitarunt; vt ſic nobis redderetur gratior, & amabi-

Bernardus ſerm. 20. lior: nam, vt dixit Bernardus in Canticis: *Super omnia reddet amabilem te mihi bone Ieſu calix, quē bibiſti noſtræ redemptionis.* Poſſumus etiam dicere, ideo nobis per hoc ſacramentū paſſionis Chriſti memoriam redintegrari, vt gratias ei agere pro tam ſingulari beneficio non obliuiſcamur. Quod regius Propheta nos facere admonuit his

Ps. 41. verbis: *In voce exultationis, & confeſſionis ſonus epulantis:* quaſi dicat, qui ſacramentum ſuſcipit Altaris, in laudem Dei, & gratiarum actionem totus effundatur, redigens in memoriam præteritum beneficium mortis Chriſti, & præſentem beneficentiam eiuſdem, dum ſe ſub ſpecie panis, & vini hominibus præbet manducandum. Hanc gratitudinem præclare nos docet, quod accidit Danieli in lacu leonum; hic enim, quod ſperauerat ſibi fameſcenti a Deo ſubſidium mittendum, cum per dies ſex cibum non ſumpſiſſet, accepit

Daniel c. 13 panis fruſtū, audienſque: *Daniel ſerue Dei accipe, & manduca,* reſpondit, *recordatus eſt mei Dominus.* Si ergo Daniel ſe gratum oſtendit Deo pro fruſto panis; quid quęſo ageret, ſi accepiſſet panem hunc Angelorum? Certe multo melius, & ardentius di-

Ibidem xiſſet: *Recordatus eſt mei Dominus.* Ad excitandos autem animos veſtros in gratiarum actionem, quod vos tam ſacri, & regij epuli conuiuas admiſit, reducite in memoriam verba, quæ dixit

Est. 5. Aman, quando illum Rex Aſſuerus conuiuio excepit: *Regina quoque Heſter nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege præter me.* Vbi notabilis eſt vox illa, *præter me,* quam vnuſquiſque veſtrum auditores, cum ad hoc tam cæleſte conuiuium acceſſerit, ſibi accommodare debet. Conſideret, vt tantum beneficium pluris æſtimet, quod exiſtentibus nouem choris Angelorum, quorum infimus hominum ordine præſtantior eſt, nemo illorum huius diuini conuiuij epulis accubat præter hominem: vnde merito dicere poteſt, & vere, tanto conuiuio admiſſus, beneficium tā ſingula-

Ibidem S. Thomas. re recognoſcens: *Nullum alium vocauit ad conuiuium præter me;* id enim eſt, quod S. Thomas dixit: *Manducat Dominū pauper, ſeruus, & humilis.* O magnam humani generis excellentiam, & inauditum honorem! Deus Angelis permittit tantum huic aſtare conuiuio, & cæleſtes diuinaſque epulas intuentes non guſtare, immo nec menſæ inſeruientes fercula tam diuini cibi alijs diuidere, vel miniſtrare, quoniam officium aſſumendi, vel alijs diſtribuendi ad ſolos pertinet ſacerdotes, vt idē

D. Thom. in officio ſanctiſſ. ſacr. angelicus Thomas docuit: *Solis presbyteris, quibus ſic congruit, vt ſumant, & dent ceteris.* Quamobrē ſi tantæ dignitatis, & honoris prærogatiua Deus nos Angelis prætulit, æquiſſimum erit, vt perpetuam huius ampliſſimi beneficij memoriam retineamus, gratiarum nomquam immemores: ob id namque, vt ſæpe dixi, memoriale, ſeu memoratiuum ſignum appellatur.

Eſt etiam ſignum *Oſtenſiuum,* quoniam quaſi digito nobis oſtendit effectus ſuæ gratiæ mirabiles: per illud enim noſtra *mens impletur gratia,* cuius tanta virtus eſt, vt omnem a nobis depellat imbecillitatem, ingeratque conſtantiam, & fortitudinem, qua rebellantibus aduerſus nos hoſtibus reluctari valeamus. Quod ſi difficile creditu, & intellectu vobis videtur quod dixi, adducto ægrotantis exemplo facilius percipietis, cum quis ita morbo languet, & ægritudine deficit, vt de conſilio medicorum, ad cor ipſius erigendum, & recreandum, propinari ei aurum, ambarum, gorgonia, ſiue coralium oporteat. Nō datur ei calculus ambari, vel coralij, nec auri globulus ſed ex bene trita horū aliqua quantitate, ſaccharo commiſta buccellæ fiunt, vel teſſellę, in quibus licet nō appareat ambarū, vel coralium, reuera tamen ægrotus buccellata illa fruſta comedens, ambaro, auro, & coralio veſcitur. Nō ſecus homo exanimis fere, & penitus imbecillus egebat omnino ad ſuæ mentis corroborationē carne Chriſti, qui dixerat: *Ni- Ioan. 6.*
ſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nō habebitis vitā in vobis, & quia carnem Chriſti in forma, & materia propria ſuſcipere magnum incuteret horrorē manducantibus, & quod illi quondā dicerent: *Durus eſt hic ſermo, Ibidem*
& quis eū poteſt audire? ad euitandum hoc incōmodū caro Chriſti ſubſtat vini, & panis accidentibus, fitq; ex illis myſtica placēta, & buccella, quā qui comederit, ſimul etiam aurum, ambarum, & coralium precioſiſſimū carnis Chriſti comedit, non tamen in figura propria viſibili, ſed ſub imagine cibi, quo acceptu mens alitur, & roboratur. Huic propoſito aptiſſima ſunt, & notatu digniſſima verba Dauidis, quibus ad vim declarandam, quā animabus noſtris affert diuinus hic cibus, illum vocat firmamentū: *Erit firmamentū in terra in Psal.*
ſummis montium. Varias hic locus habet interpretationes, quarum nonnullas magis notabiles adducā huic argumento maxime conuenientes. Prima tranſlatio eſt: *Erit pugillus tritici in terra.* Duo ſignificat pugillus tritici, quamuis reſpectu diuerſo; notat quippe manum continentem triticū, & triticum ipſum pugno contentum: vnde non ſolū pugillus tritici panem, ſed etiam carnem ſignificat, ob idq; cū hoc ſacramentū nō ſolis accidentibus panis, & ſola Chriſti carne, ſed vtroque ſimul conſtet, pugillus tritici vocatur. Burgenſis (ſecundū Paraphraſtē Chaldaicū, qui multis ante Chriſtum annis fuit) vbi noſtra vulgata inquit: *Erit Burgenſ. in ps. 71.*
firmamentum in terra, legit, *erit placentula tritici in Paraphraſ. Ch. vd. ibid.*
terra in capitibus ſacerdotum. Quid vero aliud hoc *ps. 71.*
eſt, niſi hoſtia ſacra, quā ſupra capita ipſorū eleuant ſacerdotes? Hieronymus legit: *Erit memoria- S. Hieron. in*
le tritici in terra, id eſt, in Eccleſia agetur, & cele- *ps. 71.*
brabitur memoria de Chriſto crucifixo, qui eſt triticū, in Cruce, quaſi in piſtrino contritum. Alia tranſlatio vertit: *Erit triticum filius:* quæ manifeſte declarat, in hoc ſacramento propriiſſime adeſſe Dei Filiū, quoniā ipſe ſolus eſt ex diuinis perſonis, qui humanæ carni in hoc ſacramento oc-

culte

culte vnitus fuit;ad quod declarandom apertius alij legunt:*Erit panis heroum*. Hæc verba exponens Ambroſius, ait: *Heroes ſunt illi, quos fabulatur antiquitas altero parente Deo, altero mortali natos*: idque optime Chriſto conuenit, cum æternum Patrem,matrem vero habuerit mortalem. Sed melius meo iudicio quid ſit herns,explicauit Lucianus:*Heros eſt,qui nec totns Deus,nec totus homo eſt, & tamen vtrumque ſimul eſt.* Secundũ quã definitionem dicere vere poſſumus,ſacramentum hoc eſſe panem heroum, cum ſub illo ſit realiter, & vere Chriſtus, qui nec totus ſolum Deus, nec totus ſolum homo eſt, ſed vtrumque ſimul, verus Dens,& verus homo exiſtens. Poteſt etiam aliter accipi panis heroum,quoniam huius panis ea virtus eſt, vt homines deificet, ita vt dij ſint pariter, & homines,Dei vitam participantes. Ad extremum pro re noſtra ſic quidam interpretantur:*Erit panis robuſtorum in terra*; quæ translatio conuenit in ſenſu cum vulgata interpretatione, dicente, vt in principio retuli: *Erit firmamentum in terra*; hnius enim diuini panis propria virtus eſt animæ ſalutem confirmare, & ſpiritui vires addere,ſicut ſcriptum eſt:*Panis cor hominis confirmat*. Sed vt iam concludam,ſacramentum hoc, vt ſcripſir Diuus Thomas, ſignum eſt prognoſticum, quoniam promittit nobis vitam, quæ nos maner, beatam, & datur tamqnam pignus æternæ felicitatis, vt profitetur Eccleſia: *Futuræ gloriæ nobis pignus datur*. Omnibus manifeſtum eſt,rem, quam oppignoramus,maioris eſſe oportere precij, quam id pro quo illa oppignoratur; vnde cum hoc ſacramentum ſit pignus futuræ beatitudinis, neceſſarium eſt dicamus, qnod Chriſtus nobis dat in hoc cæleſti cibo, plus valere, quam ipſam beatificam viſionem, in qua formaliter vita beata conſiſtit. Sed inſurget aliquis,dicens:ſi diuinum iſtud ſacramentum nobis pignus gloriæ datur,cum pignus auferetur,aduenіente tempore ſolutionis, & reſtitutionis illius, nonne pignore ipſo, & conſequenter Chriſto carebimus? Quod omnium grauiſſimum damnum eſſe, qui dubitet eſt nemo. Reſpondeo tunc pignus reſtituendum, quando nobis gloria dabitur,pro qua pignus acceperamus: & quamuis tunc pignore priuabimur, quod eſt ſacramentum;nõ tamen Chriſto, qui ſacramenti ſubſtantia eſt,immo illum poſſidebimus, & videbimus amoto iam, & ſublato accidentium velamine, nec quidem id ad tempus,ſed per omnem æternitatem Deo perfruentes. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum Amen.

Ambr in ſuo Dictionar.

Lucianus

pſal.71.

pſ.103.

Homilia Sexta.

Adductis varijs tam naturalibus, quam ſupernaturalibus exemplis, portentoſa, & multa, quæ circa veram Chriſti præſentiam in hoc ſacramento ſe offerunt, facilia creditu oſtenduntur.

CONTEMPLANTI mihi numerum difficultatum occurrentium humanæ rationi in hoc ſublimi ſacramento, venit in mentem Cretenſis ille labyrinthus, quem communiter auctores tam artificioſe factum teſtantur, varijs viarum anfractibus, occurſibus, & recurſibus adeo impeditum, & confuſum, vt cum aditus eſſet facilis,exitus haberetur difficillimus:ac propterea,qui ſemel illuc fuerat ingreſſus,exitum inuenire non valens,manere cogebatur incluſus,& non raro obuiam factus Minotauro, ab ipſo intra labyrinthum degente, & humanis carnibus veſcente trucidabatur. Quo mortis genere multi perierunt, donec Theſeus Ariadnæ conſilio fili glomere accepto Labyrinthum intrauit, & occidens Minotaurum, eiuſdem fili ductu, quod ad introitum labyrinthi ligauerat,ſecurus euaſit. Eſt, vt mihi videtur, hoc ineffabile ſacramentum mirabilis,& myſticus labyrinthus, in qno variæ ſunt anfractuum,& viarum huc, atque illuc tendentium difficultates, ad quas etſi facile ſit accedere (nam nemini eſt arduum; non enim difficile eſt percontari, quomodo vna ſubſtantia in alteram vertatur? quomodo ſubiecto careant accidentia? quomodo Chriſtus proceræ ſtaturæ ſpatio paruulæ hoſtiæ, immo & in quauis eius particula claudatur?) has tamen ſuperare, & errore liberari, ne in Minotauri carnificinam,id eſt, in hæreſim abducamur cum ſacramentarijs, quorum mortiferis ſermonibus quampſurimi perierunt, id certe difficillimum,& humano intellectui non ſuperabile eſt. Quamobrem vnum nobis ſupereſt remedium,ne vllis huius labyrinthi erroribus in præcipitia ducamur,immo certum,& felicem noſtri itineris exitum ſortiamur, glomeratum accipere filũ, nõ quidẽ, quod Theſeo quondã Ariadna dedit,ſed quod ipſamet Chriſti ſponſa catholica Eccleſia præbet,hymnũ Angelici Doctoris canens: *Præſtet fides ſupplementũ ſenſuũ defectui*. Fide nãq; duce omnibus errorũ laqneis liberabimur, & difficultates, atque ambages omnes ſuperabimus. Nam etſi fides obſcura eſt, ea tamen obſcuritate lux fulget, vt dixir Ioannes: *Et lux in tenebris lucet*. Qua etiam in re ſacramentum hoc ideo à Chriſto vocatum myſterium fidei aſſimilatur

D.Thom.

Ioan c.1.

milatur. eidem, ſiquidem, quemadmodum ipſa fides lux eſt caliginoſa, ita ſol iuſtitiæ Chriſtus latet, & velatur in ſacramento nube accidentium, iuxta veterem Dei conſuetudinem, qui habitare 3. Reg. 8. gaudebat in caligine, & nebula, vt Salomon teſtatur: *Dominus dixit, vt habitaret in nebula.* Diuini ergo huius ſolis luce illuſtrati, & veſtigijs quibuſdam humanæ rationis ducti, filum non Theſeum, ſed catholicum apprehendentes, quod nobis ad fugiendum errorem fides dat, ingredi poterimus hunc tanti ſacramenti labyrinthum, ab omni periculo, lapſu, & interitu ſecuri, immo felicem de hoſte victoriam, & triumphũ reportantes. Quoniam ſi fide præuia diligenter, ac profunde rem conſideremus, conſtabit nobis, præcipua opera Dei, tam quæ ſunt naturalis, quam ſupernaturalis ordinis, ab origine mundi conueniſſe, & conſpiraſſe quodãmodo ad huius diuini ſacramenti virtutem, & veritatem hominibus perſuadendam. S. Thom. opuſ. 58. Hanc ego doctrinam ab angelico Doctore accepi in eius opuſculis, vbi acute, vt ſolet, per decem ſuprema rerum genera, quæ Dialectici vocant prædicamenta, diſcurrens, longum nectit catalogum mirabilium, quæ in ſingulis eorum reſplendent circa ſacramenti huius fidem, & quæ illam reddere poſſunt faciliorem. Primum, ſi libet in prædicamento ſubſtantiæ contemplari myſteriũ tranſubſtantiationis, dum tota panis ſubſtantia in carnem, & tota ſubſtantia vini in ſanguinem Chriſti conuertitur: occurret tibi, vt expeditior Gen. 19. Exod. 7. Ioan. 2. ſit fides tantæ difficultatis, vxor iuſti Lot a Sodomę flammis liberati, in ſalem tranſmutata; occurret ducis populi Hebræorum virga in ſerpentem conuerſa; occurret aqua, quæ in nuptijs Canę Galilęæ migrauit in vinum; & in rebus naturalibus occurret tibi cibus, & potus, quibus quotidie aleris, quæ media virtute naturalis caloris in carnem, & ſanguinem tuum transformãtur: occurrent vapores à terra ſurgentes in regionem aeream, qui glomerantur in nubes, quæ poſt in aquam ſoluuntur, & in terram decidentes in alios vapores, & interdum in parua animalcula, & inſecta reformantur. Quod ſi contempleris quantitatis miraculum maximum, & prodigioſum, dum Chriſti corpus ſub paruula hoſtię particula, & indiuiſibili eius pũcto, vt mea fert opinio, clauditur tantæ proceritatis, & ſtaturæ, quantam in cælo habet ad Dei Patris dexteram ſedens: occurret tibi ad hanc difficultatem ſuperandam natiuitas eius ex Matre Virgine, abſq. vllo integritatis, & virginitatis maternæ detrimento, ingreſſio eius Ioan. 20. Marc. 16. ad diſcipulos ianuis clauſis, exitus a ſepulchro non amoto lapide: occurret animæ noſtræ natura, quæ tota corpori toto, & ſingulis eius partibus infuſa eſt: occurret oculorum pupilla, quæ etſi parua, virtute ſua, & ſpecie viſibili magnitudinem turrium, & montium intra ſe complectitur. Quin etiam ſi in hac re intelligenda iuuari volumus, & promoueri ex his, quæ humana inuenit induſtria, non pauci fuerunt artifices, qui res magnas, & amplas intra loci anguſti ſpatium con- Pli. l. 7. c. 21 cluſerunt. Plinius enim in libris de naturali hiſtoria refert, à quodam artifice tam ingenioſe quadrigas ex ebore cum omnibus ferramentis, rotis, & inſtrumentis neceſſarijs fabricatas, vt eas moſcæ ala tegeret, ſimiliterque ab eodem nauim conſtructam, quæ apis magnitudinem non excederet. Tradit quoque Plutarchus, ab Archime- Plutarch. de inſigni mathematico ſphæram ex vitro factam inſtar octaui cęli, pluribus ſtellis, & ſignis cæleſtibus conuenienter, ac proprio loco diſpoſitis, intra quam pariter aliæ ſeptem ſphæræ claudebantur, quarum conuexa ſuperficies concauam aliarum ſphęrarum tangebat ad ſimilitudinem ſeptem orbium cæleſtium, in quibus ſeptem planetæ errantes vagabantur, qui ſeptem orbes momentis eiſdem, quibus cæleſtes, mouebãtur, & opportunis temporibus aſtrorum cum planetis, & planetarum inter ſe coniunctiones, occurſus, & aſpectus cognoſcebãtur. Notum etiam eſt a noſtræ ætatis inclyto artifice Gianello Turiano Cremonenſi ſphæram, & horologium ſingulari artificio confectum: nam ſphæram fabricatus eſt intra duorum pedum diametrum, quæ mille, & octingentis rotis omnibuſque inſtrumentis neceſſarijs conſtabat, & per latera illius non tantum ſolis, & lunæ horæ, ſed motus omnes notabantur, quos Aſtrologi in decem circulis annotarunt. Illic cernebatur vnius diei ſpatio primum mobile circumferri, cælum ſtellatum triginta ſex millibus annorum, Saturnum annis triginta, Iouem duodecim, Martem duobus, Solem vno, Venerem trecentis, & quadraginta octo diebus, Mercurium trecentis, & triginta octo, lunam menſe vno paulo minus circumuolui; ſed horologium maioris ingenij, & artificij, quam prædictam ſphæram multi exiſtimarunt. Nã illud intra vacuitatẽ lapidis angularis fabricatus eſt tam mirabili induſtria, & arte, vt ictu leni digiti geſtantis anulum feriret, & horarum tempora diſtinguerentur. Hiſtoriarum quoque memoratum eſt, Homeri Iliadem, quod non paruum volumen eſt, intra vnius nucis corticem à quodam artifice fuiſſe incluſam. Si ergo res ita magnas ad tam anguſtum locum redigit humanum ingenium; quis dubitabit Dei ſapientiam, & efficacem eius potentiam ſcire, & poſſe ſacratiſſimum Chriſti corpus intra hoſtiæ terminum, & quamlibet illius minimam particulam includere? Quod ſi, quæ in hoc ſacramento ſunt, ad prædicamentum qualitatis pertinentia meditabimur, non ambigemus in eo abſcondi corpus Chriſti, & eius glorioſas qualitates, qualis eſt pulchritudo, claritas, ſplendor, & id genus alia ornamenta, ac ſolummodo tegi, & exhiberi ſenſibus hoſtiæ figuram, odorem, & ſaporem, quæ ſunt accidentia ſubſtantiæ in Chriſti corpus conuerſæ ſine ſubiecto ibi exiſtentia: ad cuius veritatis probabilitatem occurret tibi idem Chriſtus in monte Thabor glorioſus, corpore tamen mortali: contra vero poſt reſurrectionem habitu peregrini indutus, immo & hortulani habitum excolentis, cum tamen iam eſſet corpore glorioſo, nec mortalitati, aut alijs incommodis obnoxius: occurrent & in ipſa natura alia multa, quæ aliter, quam ſunt, apparent: ſol pallidus;

lu-

luna rubicunda, & ſanguinea ; baculus aquis immerſus, qui eum ſit integer, fractus apparet, ac ſimiliter nummus in aqua maior, quã reuera eſt: & ægrotantis palato cibus acer, qui tamen in ſe ipſo dulciſſimus eſt: occurrent artificioſæ inuerſiones, & tranſmutationes, vt inde colligas, ſi dę monum illuſione præſtigiatores faciunt, vt longe aliter, quam ſunt, res videantur, & vt virga repræſentet viperam, capilli angues: quanto melius, & facilius Dei omnipotentia valebit re ipſa apparere multo aliter, quam in cælo eſt, maxime cum nulla fraus, & dolus nullus interueniat? Nam ſi oculus videt candorem, illic re vera candor eſt, quem hoſtia continet. Si nares odorantur; guſtus guſtat, non fictum odorem, aut saporem, ſed verum inueniunt. Si conſideramus idem myſterium quoad prædicamentum Relationis, quam Philoſophus vocat, *Ad aliquid*, dũ eadem verba conſecrationis ad vnam, & plures hoſtias etiam innumerabiles diriguntur, & referuntur, occurret illico tibi, quod accidit viſui, qui vno oculorũ intuitu res procul poſitas, ac diuerſas, & plurimas pertingit: occurret magiſter plures diſcipulos vna voce docens: Pontifex multis granis, & imaginibus vnam benedictionem impertiens: Antiſtes vna abſolutione multos excommunicatos liberans vinculis anathematis. Præterea ſi a prædicamento, *Ad aliquid*, non recedentes cõſiderare volumus relationem maioris ad minus, & minoris ad maius (nõ.n. minus eſt quod hoſtia parua claudit, quam quod plures hoſtiæ continent) occurret tibi manna, cuius ea virtus erat, vt qui ſolum collegiſſent gomor (genus eſt menſuræ
Exod.16. apud Hebræos) minus non inuenirent, quam qui plenos modios collegerant. Contemplantibus prædicamentum: *Actionis*, & experientibus re ipſa, quod accidentia panis, & vini corpus nutriunt, & famem leuant, ac pariter ipſum Chriſti corpus animi noſtri famẽ, & auiditatem exſatu-
3.Regum.19 rat: occurret panis, quẽ Angelus dedit Eliæ, quã exterius, & interius fuit ab eo refectus, & roboratus; potuitq. ad mõtẽ Oreb peruenire illo cibo animatus: quo etiam modo diuinum hoc ſacramentum eſt cibus, qui carnem ſuſtentans, ſimul quoque exhilarat corpus, & confirmat ſpiritum,
Psal.103 quemadmodum ſcriptum eſt: *Panis cor hominis confirmat*. Diſcutientibus prædicamentum *Paſſionis*, dum cernitur hoſtia fracta in varias partes, & credentibus corpus Chriſti nõ pati fractio-
Gen.22. nem, vt dixit D. Thomas: occurret Iſaac ligatus, & iam ſacrificandus, non tamen ille, ſed agnus immolatur: occurret etiam, quod vno fracto ſpeculo, in quo integro vultum intueamur, plures eiuſdem vultus imagines repræſentari, neque tamen imagines illas aliquam pati propriæ integritatis diuiſionem; & in corpore humano experimur animam non diuidi ad humani corporis ſectionem. Meditantibus prædicamentum, *Vbi*, & credentibus Chriſtũ ſimul in cælo, & innumerabilibus in hoſtijs, diuerſiſque, ac remotiſſimis eſſe regionibus: occurret conceptio mentis in vocem externam, & verbum emiſſa, quæ non recedens ab intellectu loquentis, quemadmodum animaduertit Auguſtinus, in aures plurimorum audientium penetrat: occurret ſpecies ipſa humana, quæ vna exiſtens, in varijs, multiſque indiuiduis eſt: occurret anima rationis cõpos, quæ oẽs, ac ſingulas humani corporis partes informat. Conſiderantibus prædicamentum, *Quando*, & non dubitantibus diuinũ hoc ſacramentum ab exordio naſcentis Eccleſiæ vſque in hodiernum diem, & ſæculi præſentis finem duraturum, quemad- Matt.28.
modum eius auctor promiſit: *Ecce vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*, idque abſque vlla ipſius diminutione, & detrimento: occurret farina, & oleum, quæ viduæ non defecit, quoniam 4.Reg.4.
Eliam ſuſtentauerat: occurrent mirabiles illi Matt.14.
quinque panes, quibus Dominus quinque hominum millia pauit: occurret lucernæ lux, quæ non minuitur, nec extinguitur, etiam ſi de illa plures alię lucernæ accendantur. Pręedicamentum, *Situs*, perpendentibus, per quod certa corporis poſitio, & loci occupatio notatur, & duo credentibus: primum, quod in hoc ſacramento corpus Chriſti non habet ſitus poſitionem (nam quamuis ſit quantum in hoc ſacramento, non per modum quantitatis, ſed per modum ſubſtantiæ eſt) alterum, Chriſtum in cælo empyreo ea eſſe poſitione loci, quæ omnium eſt perfectiſſima, videlicet ſtantem, & quietum, quemadmodum eum vidit Act.7.
Stephanus, eum dixit: *Ecce video cælos apertos, & Ieſum ſtantem a dextris Dei*: occurret qui vehitur naui, qua currente vectus quieſcit: occurret anima noſtra, quæ cum dextro brachio ſurſum erecto ſurgit, & in ſiniſtro non moto quieſcit. Conſideranti denique prædicamentũ, *Habitus*, occurret credenti, quod Deus nõ ſolum velauit faciem Philipp.2.
ſuam humanitatis amictu, vt ſcriptum eſt: *Habitu inuentus vt homo*, ſed etiam panis, & vini tegumento ſe induens, panis albedine, & vini rubore, quo veſtitum colore vidit eum Sponſa cum dixit: Cant.5.
Sponſus meus candidus, & rubicundus: quo etiam modo, & proportione alia multa tam in naturæ, quam gratiæ operibus reperietis exempla, & ſimilitudines, quibus adiuti veſtram valeatis allicere voluntatem, cæleſti afflante fauore, ad excitandum intellectum, vt ſe fidei, & catholicę veritati de vera in hoc ſacramento Chriſti præſentia libenter ſubijciat. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen

Homilia Septima.

Inter omnia Dei opera præſertim in hoc ſacramento bonitas diuina, ſapientia, & omnipotentia reſplendent.

ETSI verum eſe, in omnibus Dei operibus emicuiſſe pariter bonitatem, ſapientiam, & omnipotentiam, tamquam tres diuinæ manus digitos, quibus, quidqnid eſt in rerum natura, creauit, & a quibus omnia pendent, & cõſeruantur (vnde Iſaias: *Iſai. 40.* *Qui tribus digitis appendit molem terræ*) in duob⁹ tamen eius operibus inſignioribus, quæ ſunt diuini Verbi Incarnatio, & ſacramenti ſui corporis inſtitutio, tria hæc diuinæ naturæ attributa excellentius oſtentantur. Sed vt loqui incipiam de bonitate, cui propria eſt ſui ipſius cõmunicatio, non inficior, quod Deus per incarnationem multũ ſe communicauerit, id tamen non omnibus, ſed vni, videlicet Chriſti humanitati cõceſſit; at per hoc ſacramentũ ſe cõmunicat vniuerſis, infuſus quoq. ſingulorum pectoribus, pulsãs pro nimia benignitate ſua oſtium animę noſtræ, admittiq. poſtulans: vnde Chryſoſtomus iure optimo *D. Chryſo.* Euchariſtiæ ſacramentum vocat *Incarnationis extenſionem*, quoniam Incarnationis myſterium in Chriſto terminum habuit: non enim alteri fuit vnita diuinitas, ſed in hoc myſterio dilatat ſe, ac extendit adeo, vt in ſingulis quodammodo incarnari, & totus eſſe in omnibus, vnaq. & eadẽ cum ipſis res fieri velle videatur. Præterea dubium nõ eſt, tunc magis ſplendere veram bonitatem, quando in ſui cõmunicatione expenſas facit ſumptuoſiores (ſine his. n. quando bonitas exercetur, magis liberalitas, quam magnificentia appellanda eſt) ſummam itaq. Deus liberalitatẽ per opus Incarnationis oſtenderat, dans nobis dilectum Filium ſuum; ſed in huius ſacramenti inſtitutione ſingularem quandam magnificentiam, dum ad eius inſtitutionem ingentes illas expenſas profuſionis ſanguinis, & vitæ pręmiſit: volebat nãq. mortis eius memoriã in hoc ſacramento inſculpere; quod primum in pane, ac deinde in vino peregit ſeparatim, vt inde corporis Chriſti, & animæ ſeparatio ſignificaretur.

Huius ſacrificij, & diuinæ magnificentiæ typus fuit Regis Aſſueri ſplendidiſſimum conuiuiũ, ad *Daniel 5.* quod celebrandũ omnes regni ſui, & prouinciarũ proceres, ac Principes conuocari iuſſit, cuius cõuiuij tanta fuit ſumptus, & dapum, aliarumq. rerum excellentia, vt de vino dicat ſacra Scriptura: *Eſter. 1.* *Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat*. Quod etiam pręſignauit alterũ cõuiuiũ, quo idẽ Rex accepit Reginã Eſther, de cuius pręſtantia ita ſcriptum eſt: *Eſter. 2.* *Iuſſit cõuiuium præparari permagnificum*: additq. ibidem Scriptura, conuiuis dona, & munera pro regia liberalitate diſtributa: *Ibidem* *Ac dona largitus eſt iuxta magnificentiam principalem*. Fuit tam primum, quã ſecundũ cõuiuiũ imago magnificentiæ, qua Deus vſus eſt in hoc lautiſſimo, & ſplendidiſſimo conuiuio, nobis ſacratiſſimam carnem ſuam pro cibo, & ſanguinẽ pro potu miniſtrans. Non deſunt, qui ſentiant huic propoſito accõmodari poſſe verba Dauidis: *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia*, quoniam idẽ eſſe videtur ac ſi dixiſſet, magnã *Pſ. 28.* eſſe virtutem vocis, quæ panẽ in carnem tranſmutaret, & non minorem liberalitatẽ, & munificẽtiam illius, qui corpus ſuum, ſanguinẽ, animã, diuinitatem, ac perſonam, cũ omnibus, quę Dei ſunt, cõmunicaret: non. n. diuina magnificentia habebat quo progredi vlterius valeret. Quod autẽ nõ minus excellenter fulgeat in hoc myſterio magna Dei ſapientia, probare nõ admodũ difficile eſt. Primũ, nemo eſt, quẽ lateat, carnẽ comedere humanã, & ſanguinẽ bibere, videri, & eſſe tã horribile, vt omnib. gentium ſapientibus, & bene moratis nationibus deteſtationi ſemper fuerit: viguit tamen ea pluſquã ferina crudelitas apud Scythas, Maſſagetas, Cõbos, Menanchinos (quos propterea Anthropophagos, id eſt carnibus humanis veſcentes appellarunt, qui adeo erãt inhumani, vt ipſis beſtijs immaniores pro mantilib⁹, & mappis hominũ pellibus, barbis, & capillis pẽdentibus, vterentur. Indorũ quoq. nõnullis populis tã impiam carnificinã in vſu fuiſſe ætatis noſtræ homines, apud ipſos verbũ Dei promulgantes viderunt, quã hominibus indigniſſimã ferociam ipſa quoq. ſacra pagina deteſtari videtur, prohibẽs ſãguinis animaliũ potũ. Quod & cõſtat manifeſtius ex lib. Reg. vbi Dauid Salomoni pręcipiens, *3. Reg. 2.* vt Ioab interficeret, quoniã duos ex populo Dei præſtantes duces occidiſſet, ſuæ iuſſionis cauſã aſſignat, delicti circumſtantiã, inquiẽs: *Et poſuit cruorem prœlij in balteo ſuo, qui erat circa lumbos, & in calceamento, quod erat in pedibus eius*. Quid vero diceret, ſi Ioab ſanguinẽ illorum ducũ bibiſſet, cũ tã grauiter tulerit Dauid cruore tinxiſſe baltheũ, & ſuos pedes cruentaſſe! martyrẽ Laurentium noſtrę Hiſpanię ornamentum, *Eccleſia Roman. in off. S. Laurent.* vt exprobraret tyranno inhumanitatẽ, ꝙ ſe in craticula torreri iuſſiſſet, quaſi manducandum, ſcimus dixiſſe: *Aſſatum eſt iam, verſa, & manduca*. Nõ tamen abnuo tantã eſſe vrgentis famis vim, vt ipſa dominãte naturæ leges obliuiſcamur: vnde cõpulſi aliquãdo ſunt homines ad humanarũ carniũ vſum, vt contigit Cambyſi Regi Perſarũ, qui dum per inuia loca, & deſerta exercitum ductabat aduerſus Aethiopes, tantam paſſus eſt inopiã, vt fame cogente ex quolibet militũ denario numero vnus ab alijs comedendus ſorte legeretur. Byzãtij, nunc Cõſtantinopoli, & Calaguri Hiſpaniæ vrbe, inclyti Rhetoris Quintiliani ortu nobili, tam dira fames oborta eſt, vt milites in ſe ipſos crudeliter ſæuierint, imbecillioribus occiſis, quorum carnibus reliqui ſuſtentarentur. Syriæ Rege obſidente Samariæ vrbem, tanta fames omnes inuaſit, vt quædam crudelis mater proprium infantulum a ſe occiſum ſimul cũ vicina comederit, qua poſtea nolente tam impium facinus in filium ſuum patrare; prodijt vo-

cibus

Digitized by Google

cibus,& clamoribus, quæ ſuum eo pacto comedendum ei præbuerat,poſtulans a Rege, vt quod inter ipſas de comedendis filijs conuentum fuerat, iuberet adimpleri. Ciuitatē Ieruſalē a Tito Veſpaſiano obſeſſam tanta fames afflixit, vt mulier vocata Maria(hoc tam illuſtri nomine indigniſſima)filiū proprium occidiſſe inuenta fuerit, vt eius carnibus veſceretur:quæ inaudita crudelitas,& impietas omnium etiam crudeliſſimorum militum animos ſtupore,& horrore compleuit.Conſtat ex dictis hum ſuarū carnium eſū tam fuiſſe cunctis gentibus deteſtabilem, vt ratio naturalis abhorreat,lex prohibeat,conſuetudo auerſetur,& nemo non odio proſequatur: ſapientia tamen Dei adeo ingenioſa *in* noſtrum commodum eſt,vt modum inuenerit,quo carnē comedamus,& ſanguinem bibamus; idque tam procul abſit a crudelitate,& immanitate barbarorum, vt eius eſus,& potus inter pietatis, & noſtræ religionis opera referatur, & carnem illam manducantibus, & ſanguinem bibentibus vita promittatur æterna, quemadmodum Chri-

Ioan.6. ſtus dixit: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Emicuit quoque diuina ſapientia hoc ſacramentum inſtituens, quoniam vnde generis humani aduerſarius mortem intulerat,Deus nobis vitam attulit, opponens inobedientiæ obſequium;liguritioni temperantiam; eſcæ mortiferæ alimentum ſalutare; ac morti tandem immortalitatē. Nam quemadmodum in rebus naturalibus earum conditor Deus innatam eſſe voluit contrarietatem,qua multo magis effulgent, dū frigida calidis,& humentia ſiccis pugnant, ac lepori canis,elephanti mus, oui lupus aduerſatur,

Eccl.33. & vt dicit Sapiens: *Contra malum bonum,& contra mortem vita,& contra iuſtū peccator:& ſic intuere in omni opere Altiſſimi,duo contra duo,& vnū contra vnū;* ſic in rebus moralibus cū interueniſſent

Gen.3. ad inferendam mortem inſtrumenta quatuor,arbor vetita, callidus ſerpens, Eua intemperans, Adam credulus,& imprudens; mirabilis Dei ſapientia contra primum omnium parentem dedit ſecundum, qui eſt Chriſtus, ſicut ſcriptum

1.Corint.15 eſt: *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis:* contra inobſequentem Euam, & virginem audacem, quæ ad ſerpentis alloquium non exhorruit,Mariam obtemperantem, & mo-

Luc.1. deſtiſſimam prouidit,quæ ad Angeli ſermonem & ſalutationem turbata fuit; contra paradiſi arborem,ſub cuius vmbra vitam amiſimus, vitæ

Bern. arborem,Crucis lignum inuenit: *vt qui in ligno vincebat,in ligno quoque vinceretur*: contra alimentum mortiferum,per quod ad omnes mors irrepſit,ſui corporis cibum præparauit,quo roboremur inualidi,& reficiamur,ac ſatiemur eſurientes.Contra mendacium denique,quod Diabolus dixit,promittens Euæ,& Adamo ſcientiā, & diuinitatem,ſi de arbore vetita comederent,

Gen.3. inquiēs: *Nequaquā moriemini,eritis ſicut Dij*,proponitur nobis a Chriſto certiſſima veritas, quæ

Ioan.6. vitā pollicetur immortalē: *Qui manducat hūc panem, viuet in æternū.* Sed vt clarius cognoſcatis magnā Dei ſapientiā in hoc ſublimi myſterio, nō minus,immo magis, quā in ſanctiſſimæ Incarnationis arcano fulgere,adducā ad id inſinuandū,quod hiſtorijs mādatū de pictore eximio Prothogene legitur. Aiunt.n. Prothogenē ingreſſum Apellis officinā,vt ipſum inuiſeret,eo nō inuēto, lineæ ſubtiliſſimæ ab Apelle formatæ aliā diuerſo colore ſuperinduxiſſe, ac mox dixiſſe Apellis adminiſtris: Dicite Apelli, ipſum quæri ab eo, qui hanc lineam ſuæ ſuperimpoſuit. Ille non diu poſt domum reuertens,lineā intuitus,Prothogenis eſſe cognouit artificiū, & arrepto penicillo laudis æmulus, quam formauerat Prothogenes, tenuiore diuiſit, non ſine magno adſtantiū ſtupore,cum ſupra omnem artē videretur,poſſe aliam ſuperponi ſubtiliorem,quam quæ a Prothogene formata fuerit. Ad hunc quaſi modū Deus hominibus quōdam reuelauerat triangularem, vt ita dicam,Trinitatis, & vnius diuinitatis ima-

ginem,ſed volens ſapientiā ſuā oſtentare, ſubti- Philip.2.

liter,qui æqualis erat Patri,ſe *exinaniuit,formam ſerui accipiens* in Verbi perſona,quę media eſt in diuinis:ſed vt amplius, & mirabilius ſapientiæ ſuæ theſauros aperiret,illam Chriſto perſonam humanitate indutam, etſi lineā (liceat nunc ita mihi loqui)indiuiſibilem,& ſubtiliſſimā ductu alterius lineæ ſubtiliori,alio nempe myſterio mirabiliore diuidit,atq.interſecat,ſine aliqua prioris offenſione,relinquens eā integrā quoad propriā ſubſtantiā; diuidens tamen quoad ſacramentum;ſiquidem virtute verborū,quibus panis conſecratur,tantum adeſt Chriſti corpus,& verbis calicis ſolus adeſt ſanguis,etſi per naturalem concomitantiā(vt loquuntur Theologi) integrū vtrobiq.& perfectū Chriſti corpus exiſtat.Poteſt etiam hoc myſterium aliquantū adumbrari per

certamē,quod inter Zeuxim, & Parrhaſiū egregios Plinius

pingendi magiſtros fuiſſe memoratur a Plinio,qui narrat Zeuxim puellum depinxiſſe cum calatho vuis pleno tā mirabili artis perfectione,ac naturæ imitatione,vt ad vuas depaſcēdas in calatho expreſſas nimia ſimilitudine deceptæ volucres conuolauerint. Laudatū ab omnibus Zeuxis acumen,tā quod vuarū eximia ſimilitudine aues attraxerit,quam quod pueri effigiē tā artificioſe ſimulaſſet,vt aues nō abſterruerit. Parrhaſius Zeuxis æmulator tabulæ raſæ velū obduxit, cui aduenienti,& tabulam deferenti, dixit Zeuxis: *Velamen amoue,vt tandē quā pinxiſti figurā videā.* cui Parrhaſius: *Victor ego ſū in certamine, mihi palma debetur:nam ſi tua imago decepit volucres, mea tibi artis periti ſſime impoſuit.* Nunc igitur ad rem noſtrā. Scitum ſatis,& vulgatū eſt,Chriſtū

præfiguratum fuiſſe in racemo vuarum,quas de Num.13.

terra promiſſionis tulerunt exploratores;& Spō Cant.1.

ſa Chriſtū vocat botrū: *Botrus Cypri dilectus meus mihi*;ad hūc botrū volucres cęli deuolarūt:ſic.n. a Chriſto vocātur dęmones in parabola ſeminis

cū inquit: *Volucres cæli comederunt illud*:ſed illu- Luc.8.

ſę fuerunt in racemo humanitatis volucres illę rapaciſſimę,deceptæ fuerunt fœdiſſimæ harpyę, a Suida vocatę rapaces dæmones,quib⁹ optime conuenit Virgiliana harpyarum deſcriptio.

Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior vlla

Peſtis

Peſtis, & ira Deum ſtygijs ſeſe extulit vndis,
Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris
Ingluuies, vncæque manus, & pallida ſemper
Ora fame.

Eluxit ergo hac in re mirabiliter diuina ſapien-
tia, perſpicaciſſimos Diaboli oculos celans Filij
ſui diuinitatem tam perfecta hominis ſimilitu-
dine, vt inſtar cæterorum hominũ eſſe purus ho-
mo ab ipſo ſolertiſſimo omnium machinarum,
& fraudum dæmone iudicatus fuerit. Multo ta-
men excellentius in velo ſacramenti, quam in hu
manitatis amictu, diuina ſolertia reſplenduit: ſi-
quidem velo corporis candido, & rubeo ſangui-
nis, non ſolum celat diuinitatem Chriſti, ſed etiã
illam, quæ dum inter nos verſabatur, omnium
oculis patebat, abſcondit humanitatem, operãs
ſimul aliud myſterium, dum eiſdem accidenti-
bus panis, & vini figuram relinquit poſt ſubſtan
tiæ conuerſionem; adeo, vt qui ſine fide myſteriũ
illud inſpiceret, non minus verum panem, & vi-
num, quam ante conſecrationem iudicaret. Ve-
ritas tamen catholica docet, nullam ibi eſſe pa-
nis, aut vini ſubſtantiam; ſed quemadmodum a
Parrhaſio depictum velum nullam occultabat i-
maginem, vt putauit Zeuxis; ſic accidentium in
hoc ſacramento velamina non panis, & vini, ſed
Chriſti ſolam ſubſtantiam, & humanitatem ope
riunt. Quoniam tamen, vt diuina conſilia
ſuum aſſequerentur effectum, non ſatis erat vel-
le communicare ſe, quod ad eius pertinet boni-
tatem, nec ſatis erat inueniſſe modum huius cõ-
municationis, quod proprium ſuæ ſapientiæ eſt,
ſed opus erat Dei omnipotentia, quæ Deo placi-
ta exequeretur, & ad finem perduceret; vnde ne-
ceſſarium eſt, vt omnia Dei opera, non ſolum bo
nitate illius, & ſapientia, ſed potentia quoque
commendentur, & illuſtrentur. Diuinam poten-
tiam in myſterio Incarnationis excellenter, &
mirabiliter vires ſuas oſtendiſſe nemo dubitat;
vt teſtata eſt Chriſti Mater ſanctiſſima: *Fecit po-*
Luc. 1. *tentiam in brachio ſuo*; in hoc tamen ſacramenti
opere patrando adhuc eius omnipotentiam cla
rius oſtentari. Nam ſi Deus in Verbi Incarnatio-
ne humanitatem Chriſti ſine ſuppoſiti humani
ſubſidio ſuſtentat, id efficit, diuinum ei præſtans
ſuppoſitum: in hoc autem ſacramento acciden-
tia ſuſtentantur ſine aliquo ſuppoſito illa ſuppo-
ſitante, aut ſubiecto ſuſtentante. Nam licet cor-
pus Chriſti ſubſtantiæ panis, & vini ſuccedat, nõ
adeſt, vt illorum ſubiectum, ſed ipſam panis, & vi
ni quantitatem, cui reliqua adhærent accidẽtia;
ſine aliquo ſubiecto Deus effectiue ſuſtentat, ip-
ſius non minori firmitate, quam ſi proprio, & na
turali ſubiecto niteretur. Quod ſi Deus in Filij
ſui Incarnatione ſacrã eius humanitatem ſtabilẽ
reddit, & diuinam, id efficit per hypoſtaticam
vnionem humanitatis ad ſuppoſitum diuinum:
ſed in hoc ſacramento, quod ſuſtentet ſpiritum
caro, & ea quidẽ, quæ ſuapte natura debilis eſt,
tantam præbeat fortitudinem; res eſt cogitatu
maior, & quæ ineffabilem vtrumque myſterium
contemplantibus parit admirationem. Quid e-
nim in ſacris litteris magis reprehenditur, quã
caro, & ſanguis? Vix his nominibus vtitur Spiri-
tus ſanctus, niſi ad imbecillitatem, & ignorantiã,
ac interdum ad culpam ſignificandam. Hinc tã
diſplicuiſſe Deo carnem, & ſanguinem cernimus,
vt non aliam ipſe aſſignauerit cauſam, niſi car-
nis, quod in homine permanere nollet: *Non per-*
manebit, inquit, *ſpiritus meus in homine, quia caro* Gen. 6.
eſt. Iſaias carnẽ vocauit fœnum: *Omnis caro fœnũ*; Iſai. 40.
& Ioannes hoc etiam nomine filios Dei a cæte- Ioan. 1.
ris diſtinxit: *Qui non ex ſanguinibus, neque ex vo-*
luntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et Petro confiten
ti Chriſtum eſſe Dei Filium, reſpondit ipſe: *Bea-*
tus es Simon Bar Iona, quia caro, & ſanguis non re- Matt. 16.
uelauit tibi. Carnem etiam, & ſanguinem Gentiũ
Apoſtolus Paulus a regno cælorum repellit, in-
quiens: *Caro, & ſanguis non poſſidebunt regnum*
Dei. Hæc quamuis ita ſe habeant, Dei tamen po 1. Cor. 15.
tentia in hoc ſacramento tanta eſt, vt per carnẽ,
& ſanguinem præbeat ſpiritui fortitudinem, &
vitam, efficiens, vt quemadmodum carni ab A-
damo propagatæ anima infuſa tactu carnis infi-
citur, & maculatur, ſic animam noſtram actua
puriſſimæ carnis Chriſti reddat puram, ſanctã,
ac æternæ vitæ participem. Nam cum diuinum
Verbum (in quo eſt vitæ fons, vt ſcriptum eſt:
Apud te eſt fons vitæ) ſit Chriſti carni vnitum,
virtutem carni eius communicat vitam dandi Ps. 35
eam manducantibus, vt S. Cyrillus ſuper Ioan- Cyrill. l. 4.
nem his verbis teſtatur: *Viuificatiuum Dei Ver-* In Io c. 12. & 14
bum vniens ſeipſum propriæ carni fecit ipſam viui-
ficatiuam. & c. 14. addit: *Si enim mel cum natura-*
liter dulceſcit, ea dulcia facit, quibus immiſcetur;
quanto magis viuifica Dei natura dedit homini, in
quo habitat, viuificandi virtutem? Quemadmodũ
etiam Deus per amici ſui vmbram, vel tactum
ſanans ægrotos, magis ſuam explicat potentiã,
quam ſi per ſe abſque aliquo medio ſanaret; ſic
in hoc ſacramento per Chriſti carnem præbens
vitam humanæ menti, multo magis Dei omni-
potẽtia commendatur. Sed vt omnis de hac rẽ,
quoad fieri poterit, difficultas ſuperetur; conſi-
deremus etiam in hoc ſacramento myſterium
Incarnationis includi (nam cum Chriſti, & con-
ſequenter Dei carnem cõtineat, & caro Dei eſſe
nõ poſſit abſq. vnione Verbi diuini hypoſtatica,
vt innuunt verba Chriſti: *Panis, quẽ ego dabo, caro*
mea eſt: & illa panis, & vini cõuerſio, vt loquitur Ioan. 6.
Trid. Synodus, tranſubſtantiatio ſit, per quam
ibi eſſe deſinit panis, & Chriſti eſſe incipit caro,
quę abſq. Verbi perſona eſſe nõ poteſt, alias Dei
caro non eſſet) propterea quoties ſacerdos con-
ſecrat panem, & vinum, toties medijs conſecra-
tionis verbis operatur realem præſentiam car-
nis Verbo diuino vnitę, & Incarnationis myſte-
rium denuo inſtaurat: eſt enim de ratione, & na-
tura huius ſacramenti, vt ſubſtantia, quam cõti-
net, non alia niſi Chriſti caro ſit. Vel dicamus, vt
docet S. Tho. huius ſacramenti inſtitutionem, eo
modo, quo facta eſt, diuini Verbi Incarnationẽ
præcedere tẽpore nõ potuiſſe. eius verba ſunt:
Nõ potuit inſtitui ante Incarnationẽ. Quare ſi my S. Thom. 3. p. q. 73. ar. 5. in 2o post; argumenti
ſteriũ Euchariſtiæ cõtinet arcanũ Incarnationis
ex vna parte, & ex altera tot includit, & tã prodi
gioſa

Digitized by Google

gioſa miracula, quibus ſe totius naturæ abſolutum Dominum, & anctorem Deus oſtendit, dũ leges, & priuilegia naturæ violans, & conſuetudinem tranſgrediens, vnam in alteram omnino cõuertit ſubſtanriam, præbens accidentibus eſſe inſtar ſubſtantiæ, & Chriſtĩ corpori inſtar ſpiritus, dum totus in toto, & quauis totius hoſtiæ parte latet, mirabiliter efficiens, vt contentum maius ſit continente, & vnus & idem exiſtens in locis ſit remotiſſimis, ac diuerſis præſens, merito dicere poſſum, in hoc ſublimi myſterio Dei omnipotentiam pluribus adhuc modis, & admirabilioribus, quam in myſterio Incarnationis, demonſtrari. Quam ob cauſam fidus Chriſti hiſtoricus Ioannes, antequam de huius ſacramenti inſtitutione tractare inciperet, vt id
Ioan. 13. quod iam diximus indicaret, ait: *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus*. Quoniam per tam mirificum opus diuinę potentiæ præſtantia, & excellentia, præſertim inſinuatur. Pro qua etiam re animaduerti poteſt, vbi vulgata noſtra vertit:
Prou. 23. *Quando ſederis ad menſam cum Principe*, quæ verba S. Chryſoſtomus applicat huic diuino conuiuio, alij legunt: *Cum ſederis ad menſam potentis*. Nam etſi conuiuium illud ſit menſa ſapientis, munifici, locupletis, quæ ſunt epitheta Deo aptiſſima; quia tamen, dum ſe Deus communicat hominibus, tamquam eorum cibum, & alimentum, ſuam magis declarat omnipotentiam, ideo menſa vocatur Potentis. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Octaua.

Ardentiſsimus Chriſti amor erga nos ex diuini huius ſacramenti inſtitutione monſtratur, & eius eſſe proprium, animos eorum, qui illud digne accipiunt, beneuolentia, & charitate coniungere.

SAPIENTISSIMVS Plato, quem alij diuinum appellarunt propter ſingularem ſapientiam, qua locutus de Deo eſt, cauſam diſcuriens, ob quã hominibus tot bona diuinitus communicarentur, Dei amorẽ eſſe dixit, quem ideo omnium Deorum antiquiſſimum pariter, & nouiſſimum vocauit, innuens
Aug. lib. 15. inde, vt explicat Auguſtinus de Ciuitate Dei, Lib. ix. quod amor Dei, etſi antiquus in ſe ipſo, eſt nouus quoad eius effectus: nam frequenter noua ſui amoris exhibet argumenta. Non eo inficias, plurimum diuinum amorem fuiſſe demonſtratum in naturæ humanæ aſſumptione, plurimum in Crucis paſſione, quam pro nobis tolerauit; ſed hæc beneficia, etſi quidem ampla ſatis fuerunt, illis ſemel nos Deus affecit; hoc autẽ beneficium ſacramenti Euchariſtiæ non ſolum excellit, quod ꝑ illud nobis cõmunicatur quidquid eximium, & precioſum, tam in naturæ, quã in gratiæ rebus exiſtit (nam in natura nihil eſt perfectius, vel excellentius, quam Chriſti corpus, nec præſtantior liquor, quam ſanguis eiuſdem, & in gratiæ operibus nihil ſublimius, quã vnio hypoſtatica, qua humana natura diuino Verbo coniuncta fuit) ſed etiam excellit, quod ſingulari prærogatiua non ſemel, vt Incarnatio Verbi fuit, ſed toties, quoties ſacerdos profert verba conſecrationis debita cum intentione, in materiam ſufficientem inſtauratur, & renouatur, fiũtque recentes, ac nouæ panis, & vini in Chriſti corpus, & ſanguinẽ conuerſiones. Quod certe ampliſſimum beneficium continuationis, & perpetuitatis tã diuini ſacramenti non aliunde fluxit, quam ab inflammato Dei in nos amore, vt noſtra cum illo ſocietas cõtinuaretur. Qua ex re nobis oſtenditur triumphus, quem Chriſti adeptus amor eſt, qui certamen iniens cum ipſa maieſtate, & omnipotentia Dei, arcum ſuæ charitatis intendens, Deum ardentibus ſagittis vulnerauit, & in terram deiecit, hoc eſt carnem aſſumere fecit; nec hoc contentus triumpho illum duxit captiuum in hoc ſacramento incluſum, ne ab hominis ſocietate, & contubernio recedat. Nationes aliquot, & gentes memorantur, quæ Deos ſuos amore proſequentes, & neceſſariam ſibi illorum præſentiam, ac præſidium iudicantes, eos vinculis tenuerunt illigatos, ne ab ipſis deſererentur. Lacedæmonios enim refert Pauſanias catenis ſtatuam Martis li- Pauſan. l. 3.
gatam tenuiſſe; & Alexander ab Alexandro ſi- Alex. ab Alex. l. 3. c. 4.
mulachrum Herculis aureis funibus narrat irretitum: quod & Plutarchus in ſuis Problematibus de Apollinis ſtatua commemorat. Et ne in hac re ſacræ Scripturæ teſtimonia deſint, verũ Iud. 16.
id eſſe conſtabit ex dolore, quẽ Idololatra nomine Michas concepit, cui ſurrepta idola cum fuiſſent, ob idque multum lacrymaretur, interrogatus, cur ita faceret? reſpondit: *Deos meos tuliſtis, & dicitis mihi quid ploras?* Laban ſui aduentus cauſam eſſe dixit, quod ſublati ſibi Dij fuiſſent, quos ipſe adorabat. Sed procul à nobis abeſt hic metus, procul hæc ſollicitudo deſertionis, aut priuationis Dei noſtri; nec enim ille nos deſerere vult, qui ſe tam arctæ cuſtodiæ addixit ſacramentalium accidentium, vt dum ipſa non corrumpuntur, ab eis momento temporis non recedat. Sed quoniam, vt iam dixi, amoris triumphus in hoc ſacramento repræſentatur; quæ in triũphis Romanorum fieri ſolebãt, cũ hoc diuini amoris triũpho aliquantulũ conferamus.

feramus. Romanorum Imperatores cum triumphum agebant, per vias publicas ducebantur; & amor Dei de Chriſto triumphans ipsũ per vias, & plateas, vt quotidie cernimus, circumfert. Aderat in ipſo triumphantis curru prope ſellam
Alex. ab Alex. l. 6. dier. genial.
triumphatoris (vt ſcribit Alexander ab Alexandro) maximus captiuorũ numerus; ſic & in hoc diuini amoris triumpho non alius ex multis, de quibus triumphauit amor, niſi Chriſtus circumducitur, quoniam ipſe inter omnes ſingulari humani generis amore præcelluit:
Ioan. 15.
Maiorem enim hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis. Quod Chriſtus pro nobis cumulatiſſime, & ardentiſſime præſtitit. Præterea ſicut in die triumphi dona diſtribuebantur præſentibus, & ſuam triumphator quantum poterat oſtentabat munificentiam; ita diuinus amor in huius inſtitutione ſacramenti ſuas opes effudit, nihil ſibi reſeruato, quod nobis poſſet communicare. Vnde Tridentina Synodus in hoc opus
Conc. Trid. ſeſſ. 13.
diuini amoris opes profuſas teſtatur. Quid autem mirum, ſi agnum vincat amor, cum leones non ſecus, atque agnos ſubiugare ſoleat? Quod
Alc. Embl.
inſinuauit Alciatus in Emblematibus, currui à leonibus tracto puerum aurigam præficiens, qui eos, quo libitum erat, dirigebat. Ex quo patet amoris eſſe vim tantam, vt diuinam ad arbitriũ ſuum flectat omnipotentiam, quemadmodum factum cernimus in myſterio Incarnationis, & Euchariſtiæ, cum in illo Deum fecerit hominẽ, & in hoc hominẽ Deum in cibum nobis tribuat, iuxta Chriſti verba, dicentis:
Ioan. 6.
Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Ex hoc triumpho, quem amor de Chriſto eſt conſecutus, tantum ſibi arrogauit animi, & vigoris, vt per illum iam adſpiret ad victoriam, & triumphum omnium hominum, & debellandas rebelles eorum voluntates, non quidem violenter, ſed voluntarie, ac ſuauiter nos ſubijciens iugo, de quo ipſe dixit:
Matt. 11.
Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Axioma Philoſophorum eſt: *Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.* Propterea cupiens amor nos omnes eſſe charitate cõiunctos, & cor vnum, atque animam vnam (vt factum eſt tempore naſcentis Eccleſiæ) primum de Chriſto triumphat, & carnem illius proponit cibum, vt pariter, qui eo veſcentur, res vna cum ipſo fiant, & conſequenter ipſi vna, & eadem res conformatione voluntatum inter ſe fiant: vnitatis enim tanta virtus eſt, vt etiam, quæ ſibi valde contraria ſunt, ipſam appetant, & amplectantur. Nihil magis contrarium charitati, quam inuidia, & nihil inuidiæ magis
1. Corint. 13
repugnans, quam charitas, quæ *Non agit perperam, nec æmulatur*, vt docet Paulus, & tamen vtraque in eo conuenit, quod amat vnitatem, & quidquid eſt in partes diuiſum, in vnum redigere, diuerſo tamen fine, procurat. Apoſtolus enim tamquam charitatis aſſertor, & ſuaſor
Eph. 4.
eximius, omnes hortans ad charitatem, inquit, *vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis.* Nec minus inuidia curat vnitatem; vult enim honorem vnum, copiam rerum vnam, ſcientiam vnam: omnia tamen hæc eſſe ſua cupit, reliquis à participatione bonorum excluſis. vnde patet, etſi amore vnitatis conueniant, fine diſtingui; cum vnitas charitatis ad honorem Dei, & proximi commodum, vnitas autem inuidiæ ad propriam vtilitatem referatur. Vtrumque declaratum fuit nobis in Moyſe, qui
Num. 11.
populo Dei præſidens, & pondere negociorum fatigatus elegit ſeptuaginta viros, vt ab his in regendo Dei populo iuuaretur, quos inter nonnulli fuerunt dono prophetię afflati. Sed alij grauiter ferentes, quod in exercitu eſſet, qui præter Moyſem Propheta eſſet, ad illum accurrerunt, dicentes: *Prohibe illos;* quibus Moyſes reſpondit: *Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus ſpiritum ſuum?* Ecce manifeſtum diſcrimen charitatis, & inuidiæ; inuidia vnum cupiebat Prophetam, charitas autem omnes ſpiritu prophetico affici deſiderabat. Sed excellenter hoc in amore Dei elucet, ſiquidem vt omnia reduceret in vnum, operatus eſt mirabilem humanitatis Chriſti cum Dei Verbo coniunctionem: nam cum homo omnium creaturarum ſit particeps, vt dixit Diuus Gregorius: *Omnis creaturæ aliquid habet homo:*
Greg. ho. 29.
nam cum lapidibus commune habet eſſe, cum plantis vitam, cum animantibus ſenſum, cum Angelis intellectum; vnde iungens ſibi Deus hypoſtatice hominis naturam, omnes res ad vnitatem ſuæ perſonæ reuocauit, ſecundum modum, & formam ſibi, & ipſi conuenientiorem. Cum tamen hæc vnio limitata fuerit, tantum quoad humanitatem Chriſti, diuinus amor excogitauit modum, quo idem Chriſtus nobis ſe præberet alimentum, quo eſſe omnes poſſemus vnum, & idem corpus cum ipſo per amorem, & charitatem, ſicut Paulus dixit: *Vnum corpus ſumus omnes, qui de vno pane participamus.*
1. Cor. 10.
Quod & Tridentina Synodus docens, vocat hoc ſacramentum *Signum vnitatis, vinculum charitatis, pacis, & concordiæ ſymbolum.*
Trid. Conc. ſeſſ. 13. c. 8.
Hinc apud veteres Eccleſiæ Romanæ Pontifices, vt refert Nicephorus, & Euſebius, conſuetudo fuit, vt
Nicephorus. Euſebius.
in ſignum pacis, & concordiæ oratoribus Epiſcopis Romam aduentantibus ſacramentum Euchariſtiæ obuiam mitteretur: & ſanctus Thomas allegãs Ioannem Damaſcenum, inquit ideo
S. Thom.
ſacramentum hoc dici communionem: *Quia communicamus per ipſum Chriſto, & quia participamus eius carne, & deitate, & quia vnimur ad inuicem per ipſam.* Quod etiam ſignificare volens ſanctus Dionyſius de cæleſti Hierarchia, hoc ſacramentum appellauit *Ceterarum conſummationem*:
D. Dionyſius
nam etſi cetera ſacramenta fideles, & iuſtos ad vnitatem cum Chriſto, & mutuam inter ipſos charitatem adducant per gratiam, hoc autem ſacramentum illam coniunctionem perficit, & veluti ſigillat, noſque cum ipſomet gratiæ diuinæ auctore ſecundum propriam eius ſubſtantiam in forma cibi copulans, & vniens, omnes viuere facit per Chriſti vitam, quemadmodum ipſe dixit: *Qui manducat me, & ipſe viuet propter me.*
Ioan. 6.
Hinc quoque eſt,

vt ait

Google

vt ait Auguſtinus,quod vna ex cauſis, ob quas Chriſtus inſtituit hoc ſacramentum ſub ſpecie panis,& vini, fuit, vt quemadmodum ex multis granis fit panis vnus, & ex multis racemis vinũ vnum exprimitur, ita quoq. intelligamus vnum fieri oportere mutui amoris, & charitatis contubernium, & quaſi corpus vnum eorũ,qui huic ſacramẽto communicant. Auguſtini verba ſunt: [Aug. tract. 26. in Ioan. sub finem.] *Ieſus Chriſtus corpus,& ſanguinem ſuum in eis rebus cõmendauit,quæ ad vnum aliquid rediguntur, ex multis namq. granis vnus panis efficitur, & ex multis racemis vinũ confluit.* Quis nõ videt ſpicã granis onuſtam eſſe ſymbolum vnitatis? Nã in ſpica grana omnia munita vndequaque, & incluſa ſunt glumis, ſuperiorem partem tuentur ariſtæ,quæ telorum inſtar erectæ abigunt volucres,ne grana diſſipent,vel ſurripiãt, neue illam, quam natura ipſa intendit, rumpant vnitatem. Scimus præterea vineam eſſe vnitatis ſymbolũ: ideo namq. Sponſus, qui vinea plurimum delectatur, inquit: [Can. 6.] *Deſcendi in hortum, vt inſpicerem ſi floruiſſet vinea,& germinaſſent mala punica.* Vbi mirabile eſt, quod pluribus in horto fructuum generibus, & arboribus exiſtentibus,ſolum curat Sponſus vites,& *mala punica;* ſed cauſa eſt, quoniam vitis, & malus punica præterquam fructum producunt gratiſſimũ, ſymbola ſunt vnitatis, & vnanimitatis. Nam vinearum diſpoſiti ordines,palmitum amplexus,botryonum,& acinorum cõpoſitio,quid aliud præ ſe ferunt, quam animorum coniunctionem, & charitatem bene ordinatam,de qua Sponſa in Canticis: [Cant. 2.] *Ordinauit in me charitatem?* Idem nobis inſinuat mali punicæ fructus coronam geſtans, per quam notatur eius inter alios fructus excellentia, quæ dignitatis præſtantia conuenit charitati, de qua Paulus poſt mentionem fidei, & ſpei, ſubiungit: [1. Cor. 13.] *Maior autem horum eſt charitas.* Ad hæc granorum in malo punico coniunctio, ſingulorum ſitus, ac ſeries, & illa ſpontanea ſui ipſius apertio, qua videtur quodammodo grana ſua cunctis offerre, nonne docent animorum inter nos eſſe oportere coniunctionem, & mutuam beneficentiam? Vt igitur Chriſtus ſignificaret, ad hoc ſacramentum maxime pertinere animos illud recipientium mutuo beneuolentiæ fœdere cõiungere,& ſuo capiti,quod Chriſtus eſt,vnire, ideo ſub ſpecie panis,& vini,vt placet Auguſtino,ipſum inſtituit. [August. vbi supra. Plut. l. 1. de viris illust.] Memini Plutarchum de viris illuſtribus,in vita Romuli ſcripſiſſe, variarum nationum homines Romulo adhærentes, & deſiderantes condere vrbem,quæ omnium eſſet patria,& omnium vna communis, pugillos terræ quemq. ex eo loco,vnde profectus fuerat,tuliſſe, & in vnum locum cõieciſſe, vt ſicut diuerſi pulueris commiſtio vnum faciebat aceruum,ita diuerſorum hominum ciuitas, & reſpublica vnam contineret,& conformem omnium voluntatem. Quæ res ſi veteribus viſa eſt conducere ad animorum beneuolẽtiam,& conformationẽ, quanto magis ipſius Chriſti communicatio, & adhæſio per carnem eius, & ſanguinem nos ad concordiam, pacem,& veram germanitatẽ reuocabit? Nam vt dixit Chryſoſtomus, in Chriſti perſona loquens: [Chrys. ho. 55] *Manduca me, vt magna fiat commixtio,temperies,& vnio;* ex qua commixtione multa in nos manant cõmoda, quoniam teſte S. Thoma: [S. Th. c. 15. Abbat.] *Quidquid adiungitur naturæ ſuperiori, purificatur, & nobilius fit:* vt præter alia experimur in plũbo,quod argento,& in argento,quod auro commiſcetur. Ergo ſi vile hoc noſtræ carnis metallum, & graue plumbum cum alluminato, & puriſſimo argento carnis Chriſti, & cũ auro precioſiſſimo diuinitatis illius admiſceatur,credẽdum certiſſime nobis eſt,ipſam puriorem,ſanctiorem,& Deo precioſiorem fieri. Aliud etiam commodum ex hac cõmixtione profluit: nã ſicut diuerſorum pharmacorum mixtio,ideo fit, vt calor vnius contraria alterius qualitate temperetur; ita carnis Chriſti cum noſtra carne commixtio per hoc ſacramentum prodeſt ad extinguendum pernicioſum concupiſcentiæ noſtræ ardorem, & reliquas intemperantes appetitiones reprimẽdas: ſiquidem vt dixit Chryſoſtomus: [Chrysost.] *Sacramentum hoc omnes intra nos vermes ſerpenteſq. mortificat.* Sed quoſnam non mortificabit, eum vitæ auctorem, & mortis interemptorem contineat? Cui ſit honor,& gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Nona.

De amoris triumpho, & varijs eius adinuentionibus in hoc ſacramento latentibus copioſe, & erudite diſſeritur.

DIVINVM mirabilium Dei Citharœdum, & Pſalmorum vnicum ſcriptorem Dauidem ſtatui in hac homilia imitari; ille namque rerum diuinarum amore pariter, & ſtupore correptus, dixit, Deum alloquens: [Psal. 76.] *In adinuentionibus tuis exercebor;* nec non Iſaiam verbi Dei præconibus ita præcipientem: [Isai. 2] *Notas facite in populis adinuentiones eius.* Quæ adinuentiones, etſi magis ad intellectus ſapientiam, quam ad voluntatis amorẽ pertinere videãtur, quia tamen amor eius non minus ſapiens, quã ardens eſt, iure illas appellare poſſumus amoris adinuentiones. Nam etſi dictum à quodam fuerit: *Amare, & ſapere vix ſuperis datur:* id quidem verum eſt in Dijs gentium, ſed in noſtro Deo, qui eſt ſecundum ſuam eſſentiã amor immenſus,& ſapientia infinita, paria in eo,& pariter ſunt amare,& ſapere, nec maieſtas amorẽ, aut amor dedecet maieſtatem. Haud enim hic locum habet Poetę verſiculus:

Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur,
Maieſtas, & amor ---

Id enim etſi, vt dixi, amor non admittat humanus, longe aliter ſe res habet in diuino, qui artificioſior exiſtens, & ſapientior, excogitauit mo-

Digitized by Google

dum,quo hæc duo extrema maieſtatis, & amoris in vna ſede morarentur, non ſolum hominibus,ſed ipſis quoq. Angelis ad tantæ dignitatis miraculum obſtupeſcentibus. Prima igitur omnium adinuentionum Dei fit, quod Chriſtus cupiens finem imponere figuris antiquis, quibus hic diuinus cibus carnis eius, ac ſanguinis prænotatus fuerat,qualis fuit arbor vitæ,manna cœleſte,panis Eliæ,& Danielis, Propoſitionis panis, farina viduæ,Agnus paſchalis, ſacrificium Abelis,& Melchiſedech, lapis Moyſis virga percuſſus,qui velut fons aqua melle dulciori ſcaturijt, & alia quę nunc prætermittimus:his inquã terminum afferre volens,fecit,vt ſolet, qui ad conſpectum eius,quam amat,ſolemni ſaltatui interueniens, deponit pallium, quo tegitur, vt corporis venuſtas, & bene compacta membrorum ſtatura melius cerni queat. Sic in feſto die Agni paſchalis ad præſentiam Sponſæ ſuæ, id eſt Eccleſiæ,quæ per Apoſtolos,& diſcipulos cœnæ interuenientes ſignificabatur, eius Sponſus Chriſtus remouit à ſe pallium veterum figurarum,& vmbram repulit tot rituum, & cærimoniarum, quibus amotis velamentis eximia pulchritudo, & expectata veritas corporis eius mentibus diſcipulorum fide illuſtratis apparuit,ipſo dicẽte: *Hoc eſt corpus meum &c.* Hinc elegãter iuxta, ac docte D. Thomas inquit:

Gen. 2.
Deut. 8.
3. Reg. 19.
Dan. 14.
Exod. 25.
3. Reg. 17.
Exod. 12.
Gen. 22.
Gen. 14.
Exod. 17.

Dat panis cælitus figuris terminum;
Vmbram fugat veritas, noctem nox illuminat.

Secunda adinuentio fuit excogitare modum, quo fieri poſſet,quod totius naturæ viribus obtineri non poterat, videlicet Chriſtum aſcendere in cælum,& manere pariter in terris;ad quod intelligendum ſupponi debet ex Auguſtino,in Chriſti pectore, tamquam in ſtadio potentiſſimos duos aduerſarios duello cõfl:xiſſe mirabili, duos nempe amores, ex quibus vnus in cælum aſcẽdere, alter apud homines manere ipsũ ſollicitabat. Hic aiebat præſentiam Chriſti hominibus eſſe neceſſariam, quoniam Eccleſia,ſi eius orbaretur aſpectu,nõ dubium foret,quin ab aduerſarijs ſuis, tãquam lupis rapacibus laniaretur:ille Spiritum ſanctum ad Eccleſiam non vẽturum affirmabat,niſi ad Patrem,vnde venerat, Chriſtus rediret:vnus reditum ad Patrem,alter manſionem apud Matrem ſuadebat: vnus in patriã remigrare cæleſtem,& ad Angelorum conſortium gradum reuocare; alter manere in terris inter homines,cum ipſe dixiſſet: *Delitiæ meæ, eſſe cũ filijs hominũ*, & ob quorum ſalutẽ naturã induiſſet humanã. Memoria teneo in lib. de Græcorum Epigrãmatibus deſcribi pueros duos fortiter colluctantes,per quos amor virtutis, & vitij cupiditas notabatur; victoriã vero manſiſſe penes virtutẽ,quæ magna ſua fortitudine amorẽ vitij ſupplantauit,arcum rupit,&ſagittas excuſſit. Ingenioſa quidẽ hæc imago fuit ad ſignificãdum (ſi rationi,& iuri pareamus) vinci ſẽper in nobis oportere à virtute vitium,à iuſtitia iniquitatẽ,à bonitate malitiã. Sed in prœlio duorũ amorum intra Chriſti pectus decertantium nequaquã vitio erat locus, iuſta vtriuſq. cauſa erat,iuſtum vtriuſq. certamen,& finis iuſtus,ac rationi cõſonus erat, hincq. difficillimum videbatur inuenire modũ,quo penes vtrumq. triũphus abſq. alterius detrimẽto maneret. Quãobrem opus erat adinuentionibus diuini amoris, & eximiæ charitatis Chriſti,qui artificiorum amabiliũ egregius eſt artifex: vnde & facile ipſe reperit diſcordiæ temperamentum, proficiſcens quidẽ quoad propriã formã,manens vero in forma cibi ſacramẽtaliter,ſecundũ propriã ſubſtantiã;quo facto mirabiliter amori profectionẽ ei flagitanti obtẽperauit,cum dixit: *Vado ad Patrẽ*; & amori manſionẽ ſuadenti,cum dixit: *Ecce vobiſcum ſũ vſq. ad conſummationem ſæculi.* Atq. ita abſq. vllo alterius prę iudicio,amor vterq. victoriam adeptus eſt. Veruntamen amor, quo apud nos manendi Chriſtus tenebatur, nõ ſola manſione contẽtus,ſe nobis etiam inſerere,& noſtris infundere pectoribus voluit, quod teſtatus eſt Chriſtus,inquiens: *In me manet, & ego in illo*; quę verba tãta ſuauitate, amore,& dulcedine plena ſunt,vt quæcũq. blandimenta,& lepores,quibus amãtes vti ſolẽt minime cõparandi cum his videãtur. Vox amabilis fuit,& maximi amoris index,cum Euæ dixit Adã: *Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea*; quã ſi Adam vocaſſet animã ſuam,non vtiq. dixiſſet verum,vocans autem os de oſſibus ſuis,vere locutus eſt, cum illã Deus de ipſius coſta formaſſet. Magna fuit S. Monicæ humanitas, & animi teneritas,cum Auguſtinũ vocabat filium ſui cordis,& oculorũ,quod certe nõ fuit hyperbolicũ; ſiquidẽ ille Chriſto generatus fuit lacrymis, quas mater pro ipſius conuerſione ex toto animo, & corde fundebat: inferiora tamen ea verba ſunt Chriſti verbis,dicentis: *In me manet, & ego in eo.* Nã etſi vſitatum eſt inter amantes,quando quis eorum abſcedit, dicere: *Etſi abeo, tecum maneo*; hyperbolica hęc locutio eſt,qua indicatur,nõ animo abire,ſed corpore,qui ex animo diligit. Chriſto autẽ dicente: *In me manet, & ego in illo*; nõ hyperbole, ſed ex[illegible], & sũma veritas eſt,quippe manet ſecundum [illegible]opriã ſubſtantiã,tã diuinã,quã humanam, dũ ſpecies ſacramenti in ſtomacho permãſerint.

Ioan. 14.
Matth. 28.
Ioan. 6.
Gen. 2.
Ioan. 6.

Prouer. 8.
Author lib. de Græcorũ epigramat.

Pro tertia amoris inuẽtione tres afferã humani amoris,quas ad ſuã oſtendendã perfectionem humanus amor inuenit; his enim non parũ aſſimilantur mirabilia,quæ in hoc diuino ſacramento amor Dei operatur. Inter amoris humani exẽpla vnum eſt non vulgare, quod de Michol refertur,quæ Regis Saulis milites ſponsũ ſuũ Dauidẽ,vt occiderent,aduenientes intuita,illum de thalamo ſurgere faciẽs poſtico emiſit,& pro Dauide ſtatuã ſtragulis contectã locauit,in quã aduerſarij Dauidẽ exiſtimantes gladios confixerunt,nullo interim Dauidi vulnere inflicto. Hoc modo diuinus amor duo facit in hoc ſacramento: vnum, vt ibi nulla ſit ſubſtantia panis, ſed eius imago, & quaſi apparens ſtatua, videlicet panis, & vini accidentia; alterum, vt Chriſtus in ſua ſpecie, & propria forma ſit abſens,adſit tamen ſubſtantialiter, tam mirabili, & ineffabili modo, vt vulnera hoſtiæ illata Chriſtum intra ipſam latentem non ſecus lædere queant, quam ſi hoſtiæ, aut vini tegumento

1. Reg. 19.

non

non contineretur. Inſignis etiam fuit induſtria, qua Rebecca virum ſuum Iſaac decepit, dum Iacob Gen. 27. ſuppoſuit pro Eſau, tegens manus illius pellibus hœdorum, vt fratri Eſau aſſimilaretur, cuius erant piloſæ manus: quod artificium Iacob tam fuit vtile, vt eo ſui patris obtinuerit benedictionem. Egregia hæc, vt mihi videtur, fuit imago eorum, quæ præſtat diuinus amor in hoc ſacramento, quoniam ſicut Rebecca, vt falleret Iſaac, velauit manus Iacob hœdinis pellibus: ſic amor Dei tegit Chriſti carnem, & ſanguinem, panis, & vini accidentibus, vt decipiat ſenſus: qua in re non parum fidei meritũ in nobis augetur, dum credimus contra, quã ab ipſis perſuademur. Præterea ſicut Rebeccæ ingeni- Ibidem. um, & induſtria profuit filio ad obtinendã patris benedictionẽ; ſic mirabilis hic modus, quo ſe Chriſtus præbet cibum, prodeſt illum comedenti ad aſſequendam eam benedictionem, quam Dauid in persona Dei pollicetur: Pſal. 131. *Viduam eius benedicens benedicam, & pauperes eius ſaturabo panibus.* Quorum verborũ duplex poteſt aſſignari ſenſus, propoſito noſtro accommodatus. Primus exemplari cõuenit Hebræo: vnde vulgatæ verba: *Viduã eius benedicẽs benedicam*, ſic ex textu Hebræi vertunt: *Eſcam eius benedicens benedicam*: nam vox Hebræa pariter viduam, & eſcam, ſiue cibum ſignificat. Secundus ſẽſus accipitur ex vulgatæ interpretationis verbis: Ibidem. *Viduam eius benedicens benedicam, & pauperes eius ſaturabo panibus*, id eſt, benedicam Eccleſiam, quæ per mortem Spõſi ſui Chriſti vidua facta eſt, & ad eius filios reficiendos inopia laborantes alimenta panis, & vini relinquã, quibus quaſi cenſu perpetuo diteſcant, & ſuſtentẽtur. Sed vt plenius, & exactius explicetur hic locus, cõſideranda eſt repetitio verbi: *Benedicens benedicam*; qua repetitione ſignificantur duæ benedictiones, quas Deus per hoc ſacramentũ impertitur: vnam, quatenus eſt ſacramentũ, alteram, quatenus ſacrificium, concedens.

Aliã proferamus adinuentionẽ. Mirabilis fuit, Mart. de Amphit. Dom. & à Poetis, & Hiſtoricis celebratiſſimus amor Artemiſiæ Mauſoli Cariæ Regis vxoris; hæc enim vltra humanę affectionis fidem virum ſuum amaſſe perhibetur, quæ cũ ad chariſſimi coniugis memoriã viros eloquentiſſimos vndequaq. accerſiri iuſſiſſet, quorũ orationibus eius virtutes, & res geſtæ, vt mos erat, in funere laudarẽtur, & ſepulchrũ à nomine Regis, Mauſoleum dictũ, ædificaſſet, adeo ſplẽdidũ, vt et inter ſeptẽ orbis miracula fuerit annumeratũ, & magnifica omnia monumẽta Mauſolea deinceps fuerint appellata: cum hæc, inquam, omnia ſui amoris argumẽta prębuiſſet, vt quoad fieri poſſet, virum ſuum vitæ quoq. reſtitueret, iuſſit oſſa eius in pulueres redigi minutiſſimos, quos poſtea vino cõmixtos ebibit, vt illo ſaltem modo Mauſolum excitaret à mortuis, in ſe ipſam alimẽto transformatum. Vehementiſſimos, & ardentiſſimus Dei amor nouerat, nequaquam poſſe nos vita Chriſti viuere, illũ in noſmetipſos cõuertẽtes; nõ enim ipſe in nos, ſed nos in ipsũ ſpiritualiter mutamur: mirifica igitur adinuẽtione fecit, vt per hoc ſacramentum carne ſua veſcentes Chriſto cõformaremur, tam diuini alimenti virtute in ipſum D. Auguſt. per gratiã transformati. Nã vt ait Auguſtinus: *Nõ tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me.* Eſt & alia diuini amoris mirifica adinuẽtio, ex qua multus honor in Chriſti humanitatem, & maxima in nos vtilitas redundat. Per hoc enim ſacramentum præſtitũ à Deo eſt, vt Chriſti humanitas nouo modo fieret particeps diuinæ immẽſitatis, quoniã etſi per hypoſtaticã vnionem humanitas Chriſti eo dignitatis peruenerat, vt homo Deus fieret, & cõſequenter eſſet omnipotens, infinitus, æternus, creator cæli, & terræ, pręter alia multa diuinitatis attributa, quę Chriſto homini conueniunt, propter perſonã Verbi humanitatem eius ſuppoſitantem: deerat tamen huic humanitati diuinæ immẽſitatis excellentia, quoad ſimul exiſtendi effectũ, non ſolũ in vno, ſed in pluribus, ac remotiſſimis locis, quod amor diuinus effecit per hoc ſacramentũ, virtute cuius idẽ Chriſti corpus, per verba conſecrationis, in varijs orbis regionibus, ac locis exiſtit, cũ id antea Chriſti humanitati non fuiſſet in Incarnationis myſterio conceſſũ. Deinde quoniã propriũ eſt amãtis, quẽ amat, ære alieno liberare, & redimere oppignoratũ; id etiã diuinus amor, inſtituens hoc ſacramentũ, copioſe pręſtitit, innumerabiliũ noſtrorũ debitorũ põdus ſuis humeris imponens, vt ſũpto eius poſſimus creditori noſtro Deo ſatisfacere. Vix enim ſatis explicari poterit, quot quantiſq. nominibus homo Deo eſſet obligatus, cui debeat beneficiũ creationis, preciũ redemptionis, vocationis benignitatem, & gratiam iuſtificationis. Quare cũ acceptum infinito interuallo ſuperaret expẽſum, atq. ideo homo nequaquã eſſet ſoluendo, neceſſariũ fuit hanc inopiam diuini amoris, & munificentiæ amplitudine ſuppleri per hoc ſacramẽtũ, in quo Deo immolamus Chriſti ſanguinẽ, & carnẽ, quæ quoniã ſuppoſito diuino copulata eſt, preciũ, & dignitatẽ habet infinitã. Eſt etiã propria vere amãtis affectio, ſi, quẽ amat, ægrotare ſciuerit, vigilanter quærere morbo remedia; ac propterea diuinus amor animũ Chriſti, qui verus eſt animarũ medicus, ſollicitauit ad quærendũ cibũ, qui præter ſuauitatẽ cõtineret vniuerſale pharmacum aduerſus omne ſpiritualiũ genus ęgritudinũ. Antiqui medicũ pingebant capite diadema geſtantẽ, canã barbã habentẽ, cuius vnũ latus gallus, alterũ canis, & inter ipſos poſitus ſerpẽs comitabatur. Corona capiti impoſita, nõ ſecus, ac Regi obediendũ medico ſignificabat; barba cãdidior experientiã ei valde neceſſariã; gallus curã, & vigilantiã in diſcutiẽda morbi natura; canis fidelitatẽ; ac tandẽ ſerpẽs prudentiã, quę rerũ omniũ moderatrix eſt. Hæc omnia in nullo quãuis præſtantiſſimo medicorum, tã excellenter, quã in Chriſto reperiũtur. Nã ſi coronã gerit, vere Rex eſt: *Rex Regũ, & Dominus dominantiũ*; experientia pollet, & antiquus dierũ eſt, Apoc. 19. pluſquã Abrahã, vt ipſe dixit: *Antequã fieret Abrahã ego ſũ*; ſollicitus, & vigilans eſt: *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.* Fidus ſupra Ioan 8. Pſal 120. modũ; nam vt ait Ioãnes: *Fidelis, & verax, &c.* denique prudentiſſimus, & ſapientiſſimus: *In quo ſũt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei.* Diuinus 1. Ioan. 1. Coloſ. 2. igitur amor effecit, vt hic tã eximus medicus inueniret, & ordinaret nobis ægrotantibus varia pharmaca, ſeptem videlicet ſacramenta, quibus

omnis noſtrorum animorum ægritudo, & morbus ſanaretur. Sed inter omnes diuinitus inſtitutas medicinas, ad conſeruaodam animæ ſalutem, & ſalubre temperamentum probatiſſima, & efficaciſſima eſt Chriſti caro, & ſanguis, quorũ receptionẽ, ſeu vt medici loquuntur, *Recipe*, nobis ipſe præcepit, cum dixit: ***Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum.*** Vt autem facilius intelligatur hæc diuini amoris adinuentio, qua tam inuſitatam medicinam excogitauit, afferam inuentũ medici cuiuſdam Hiſpani, qui ſanare cupiens ægrotum tabe ſere confectum, quoniam ille ab eſu teſtudinum, quarũ carnibus erat ſanandus, abhorrebat, præcepit pullos, quos ægrotus libenter edebat, teſtudineis carnibus ali, vt pullos poſtea manducans, teſtudineis carnibus pariter veſceretur. quo artificio illuſus ægrotus ſanitatem recuperauit. Non poterat homo ſenſibus aſſuefactus diuina percipere, manducare Deum horrebat, nauſeabat ad eius humilitatem, ſtomachabatur pœnitentiæ nomine audito, erat amara, & ingrata eius palato laborũ, dolorũque perpeſſio; quare his ſubuenire incõmodis Dei amor volens, præbet oobis per hoc ſacramentum Chriſti carnẽ humano ſtomacho præparatam, vt per eam Deo conformemur, & eius humilitate noſtra deijciatur ſuperbia, eius moderatione caſtigetur intemperies, eius mãſuetudine placetur iracũdia, eius magnanimitate noſtri animi paruitas, & impatientia corrigatur. Et quoniam in morbis medici ſolent medelam adhibere corporis parti magis laboranti, diuinus animarũ medicus Chriſtus cor noſtrum præſertim in nobis ægrotare animaduertens (nam vt ipſe dixit: [Matth. 15.] *Ex corde exeunt cogitationes prauæ, furta, homicidia*) ideo in cibo, & potu, quibus cor alitur, hoc ſacramentum inſtituit, vt tali refectum alimento conualeſcat, & bonæ, ac ſãctæ ab ipſo cogitationes, & opera prodeant. Solent matres pueris ſuis, ſi ſtomachi vitio, aut praua cõſuetudine terrã comedunt, buccellata dulciaria, & teſſellas ſaccharo conditas largiri, vt dulcedine illarũ attracti prauam illam intermittãt conſuetudinem: nõ aliter Chriſtus homines terrenis aſſuefactos (adeo vt maledictionem ſerpentis: [Gen. 3.] *Terram comedes*, aut Michææ ſubijſſe viderẽtur: [Mich. 7.] *Lingẽt puluerẽ, ſicut ſerpentes*) inſtar amantiſſimæ, & piæ matris tractãs, præbuit eis dulciſſimã ſuæ carnis buccellã, hoſtiæ candido velamine contectam, vt tam dulcis, & ſalutiferi alimenti guſtu deſinant comedere terram, & puluerẽ lingere, quod maioris liguritionis, & intemperantiæ argumentum eſt. Quam hominis intẽperantiam vt ſanaret, & noſtræ liguritioni ſe magis accõmodaret Chriſti amor, fecit, vt ſolent, qui ambiunt gratiã, & voluntatẽ alterius, moribus eius, & ingenio ſeſe attẽperantes. Nouerat Chriſtus hominem pro ſolo arboris vetitæ [Gen. 2.] fructu renunciaſſe regno cælorũ, vt poſtea quoque [Gen. 25.] Eſau primogenituræ pro vili ferculo lenticularũ, ideoq. carnem ſuã pro cibo, & ſanguinem pro potu in hoc ſacramento reliquit, vt guſtantes, & experientes ſuauitatẽ illius, odio haberemus omnes terræ voluptates. Supereſt alia eiuſdẽ amoris adinuentio, qua Sponſus deſiderium cõpleuit Spõſæ ſuæ, cupiẽtis Chriſti diuinitatem oſculari. Ad cuius oſculi intelligentiã ſupponendũ eſt, vbi noſtra vulgata legit: *Oſculetur me oſculo oris ſui*; in Hebræo exẽplari legi: [Cant. 1.] *Oſculetur me oſculis oris ſui*: quã lectionem probant ſeptuaginta Interpretes, & S. Ambroſius ſequitur; qui verba prædicta ponderãs, inquit: *Non vnum oſculum quærit, ſed plura oſcula, vt deſiderium ſuum poſſit explere*: [Ambr. l. de Iſaac. c. 3.] quoniam duas in eo naturas agnoſcens, diuinitatis videlicet, & humanitatis, vtrãq. oſculari deſiderabat. Sed antequã hinc recedam, non poſſum nõ reſpondere difficultati, quæ hoc in loco poteſt afferri, videlicet, cur Spõſa, priuſquã ab Sponſo ad oſculum ſollicitetur, flagitet eius oſculum, inquiens: *Oſculetur me oſculo oris ſui*. [Cant. 1.] Nã argumentari per dilemma poſſumus: Amor Sponſæ vel diuinus erat, vel humanus; ſi humanus, indecorum eſt ab ipſa prius Sponſum ſollicitari ad amorem, & oſculũ; id enim ab omni honeſta, & pudica virgine eſt alieniſſimum; ſi diuinus eius amor erat, præcedere oportebat Sponſi prouocationem, cum Deus ſit, qui diuinis inſpirationibus inchoat noſtræ animæ iuſtificationem. Huic argumento facile ſatisfit, ſi dicamus, vt vere eſt, amorẽ, de quo hic agitur, eſſe diuinum, vnde quãuis Spõſæ verba fuerint ab ea prius exteriori voce prolata, interius tamen Sponſus ipsã prior fuerat in ſpiritu allocutus, iuxta illud Oſeæ: *Ducã eã in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* [Oſea. 2.] Quãobrem deſideranti Spõſæ in hac vita duplicẽ Chriſti naturam, diuinam, & humanam oſculari, vt ſatisfaceret ei Spõſus, inſtituit hoc ſacramentum, vtrãq. continens tam ſublimi, & inexplicabili modõ, vt ſolo Chriſti, tanti myſterij auctoris, ingenio, & ſapientia plene intelligi valeat. Sed quoniam non poſſumus omnes diuini amoris adinuentiones nũc proſequi, ceteris prætermiſſis redigamus in memoriã, quando Deus creauit hominem ad imaginẽ ſuam, & ſimilitudinem, ſicut ipſe dixit: *Faciamus hominẽ ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, [Gen. 1.] ab homine poſtea pulcherrimã eam imaginem peccati labe obſcuratã fuiſſe, quã vt diuinus amor reformaret, non ſolum voluit Deum fieri hominẽ, ſed etiam hominum cibum, vt communicatione carnis, & ſãguinis Chriſti in ipſum transformaremur. Ea nãq. eſt omnium alimentorum natura, vt corpora ipſis educata paulatim ad ſuũ reducat temperamentũ. Vnde medici ſolent tabidos macie languẽtes fluuialibus cãcris, & lacte, alijſq. liquoribus frigidioribus nutrire, quoniã id morbi genus à nimio calore oſſibus inſito, & quaſi innato deriuatur. Hinc etiam fit, vt ſi quæ femina (quod muliebre vitium eſt) teſtacea fruſtula, & terrea comedat (quaſi obnoxia maledictioni ſerpentis, cui Dominus dixit: *Terram comedes cunctis diebus*) paulatim natiuum amittens colorem pallore ſuffundatur: at ſi eadem pro remedio coralium, aurum, aut margaricas in puluerem redactas ebibat, vel buccellas ex ipſis confectas comedat, inuertit protinus colorem, & ſplendidior, ac viſu gratior fit participatione virtutis, quæ inſita eſt alimento, quo ſuſtentatur. Quãobrem vt pulcherrimã Dei imaginem, quã homo in ſe ipſo per peccatum deformauerat, ad priſtinã pulchritudinem Chriſtus reuocaret, alimentũ ſui corporis homini præbuit, vt illud comedens, quã ami-

Digitized by Google

amiſerat recuperaret animi venuſtatẽ, & pulchritudinis excellentiam, quam à Deo in gratia creatus acceperat.

Demum ſicut apud omnes fere nationes inualuit vſus potionum, & bucearum, ad varios animorũ effectus producendos, vt apud Virgilium legimus de offa medicatis frugibus, vt ipſe inquit, quã ab Aenea obiectam canis Cerberus inferni cuſtos deuorans obdormiuit, & Aeneam illæſum tranſire permiſit, quibus pharmacis pręſertim vtuntur amantes ad conciliandas inter ſe voluntates, & ideo pocula amatoria, ſiue philtra vocantur, cum tamẽ reuera ingerendæ inſaniæ potius, quam amori cõciliando conducant, vt inter ipſos Ethnicos auctores atteſtatur Ouidius, profani amoris magiſter, in lib. de arte amandi:

Virg. Aen. 6.

Ouid. de arte amandi.

Nec data profuerint pallentia philtra puellis,
Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

Sic Chriſtus diuini amoris vnicus magiſter, & opifex cæleſte philtrum, & poculum vere amatorium exhibet nobis, & proponit per ſacramentum ſuæ carnis, & ſanguinis, cuius hauſtu ſic amore Dei accendimur, vt quæ ſunt Dei ſapiamus, atq. ita velimus, vt inſanire mundo videamur, iuxta illud: *Ecce quorum vitam æſtimabamus inſaniam, &c.* Huc etiã valde pertinet explicatio verborum Oſeæ: *In funiculis Adã traham eos, ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum: declinaui ad eum, vt veſceretur.* Ad cuius loci intelligentiam ſtatuo cũ S. Hieronymo in commentario ſuper Oſeam, hoc in loco Prophetã loqui de ſacramento altaris, ideoq. idem Hieronymus ita vertit: *Declinaui ad eum cibum.* Quo ſuppoſito difficultas huius loci eſt, quomodo cum his verbis conueniant, quæ paulo ante præceſſerũt: *In funiculis Adã trahã eos,* quod Symmachus, & Aquila trãſtulerunt valde proprie, in hunc modum: *In funiculis hominum:* nam Adã Hebraice idem eſt, quod Latine *homo.* Myſterium igitur in eo ſitum eſt, quod per homines intelligit gẽtiles, apud quos capti Iſraelitæ ſeruierant, & vbi didicerant varios modos, & genera philtrorum, inter quæ præcipuum fuit artificium, quo voluntas humana pelliceretur, quod fiebat circumdando aram funibus diſcoloribus, certis verbis admixtis, vt meminit Virgilius in Eclogis:

Sap. 5.

Oſea. 11.

D. Hieron. c. 11

Virg. Ecl. 8.

Terna tibi primum triplici diuerſa colore
Licia circumdo, terq. hae altaria circum.

Alludens igitur Propheta Oſeas ad hũc gentium ritum, & præſignificare volens, ſacramentum altaris vim habere maximam ad pertrahendas hominum voluntates, & Deo conciliandas, dixit: *In funiculis Adam traham eos,* quibus vtinam trahi mereamur; vt dicere cum Propheta poſſimus: *Funes ceciderunt mihi in præclaris; etenim hereditas mea præclara eſt mihi.* Pręclara certe erit, ſi hoc diuino pane digne veſcamur, in quo Chriſtus æternæ hereditatis largitor adeſt. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſal. 15.

Homilia Decima.

Adinuentiones Chriſti in hoc ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento reconditas proſequimur, diuinorum operum compendium eſſe oſtendentes, iuxta verſiculũ Dauidis: Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.

Pſal. 110.

INTER diuini amoris inuenta ſapientiſſima, & ingenioſa opificia non vltimum locum occupat, quod cæterorum mirabilium ſuorum voluerit diuina charitas in hoc ſacramento facere compendium, trophæorum epilogum, beneficiorum anacephalęoſim, in qua quidquid antea fecerat contineretur, & quaſi conflare annulum, Sponſæ ſuæ digito inferendum, quo admoneatur, & excitetur ad memoriam, & gratiarum actionem repetendam ampliſſimorum munerum, quibus benigna Dei liberalitas nos ſemper proſecuta eſt. Quoniam ſi in propoſiti argumenti probationem, contemplemur in primis beneficium creationis, id in hoc ſacramento includi manifeſtiſſimum eſt: nam præterquam quod gratia, quæ animæ noſtræ per hoc ſacramentum communicatur, ſecundum grauiſſimorum Theologorum ſententiam producitur per actionem creatiuam, certe ſicut vno verbo ad mundi creationem Deus, inquiens, *fiat*, creauit cælum, & terram, ita per verba conſecrationis ſubſtantiam panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti conuertit: ob quorum verborum efficacem virtutem, & magnam ſimilitudinem cum opere creationis S. Baſilius in libro de ſacramentis, & Innocentius III. in lib. de myſterijs, vocant nomine creationis mirabilem panis in carnem Chriſti conuerſionem. quod etiã docens S. Thomas, inquit: *Conuerſio panis in corpus Chriſti, quantum ad aliquid, conuenit cum creatione:* nam etſi verum eſt, ſi iuxta ſcholaſticorum rigorem loquamur, in hac mirabili actione, qua panis ſubſtantia in carnem Chriſti vertitur, non eſſe creationem, ſed tranſubſtantiationem, quemadmodum allato loco D. Thomas, & poſt eum Tridentina Synodus docuit; includit tamen concurſum creatiuum, vt concludunt grauiſſimi Theologi: ſiquidem abſq. vllo ſubiecto, vel alia cauſa materiali Deus conſeruat Chriſti corpus, prout eſt termi-

Gen. 1.

S. Baſil. l. 4

Innoc. c. 4

D. Th. 3. p. q. 75. ar. 8.

terminus illius admirandæ conuerſionis, & ſpecies ſacramentales illud continentes: vnde veriſſime poſſumus aſſerere, in hoc ſacramento mirabiliter creatiuam Dei potentiam ſplendeſcere. Quod autem pariter myſterium altaris comprehendat myſteria noſtræ redemptionis, teſtatus eſt S. Thomas his verbis: *In hoc ſacramento totum myſterium noſtræ ſalutis comprehenditur*; quod ante ipſum Dauid prædixerat: *Circumdabo altare tuum Domine, vt audiam vocem laudis tuæ, & enarrem vniuerſa mirabilia tua*. & alibi id quoque ita profeſſus eſt: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus: Eſcam dedit timentibus ſe*. Primum, quod attinet ad myſterium Incarnationis, quo cum magnam hoc myſterium habet affinitatem, & ſimilitudinem, vt ſuperius latiſſime iam probaui, res perſpicua eſt: nam ſicut accedente Verbo æterno ad humanitatem Chriſti, Verbum caro factum eſt: ſic accedente verbo temporali ad panis, & vini materiam, fit diuinum hoc ſacramentum, vt dixit Auguſtinus: *Accedit Verbum ad elementum, & fit ſacramentum*. Et ſicut ex perſonali Verbi coniunctione factum eſt, vt Deus eſſet homo, & homo Deus; ſic ex vnione Chriſti ſacramentaliter cum panis, & vini accidentibus efficitur, vt Deus ſit animæ cibus, & cibus, quo alimur, Deus exiſtat. Præterea velut ſi quis cum Virgine interrogaret de myſterio Incarnationis, *Quomodo fiet iſtud?* reſpondendum ei foret, quod Angelus futuræ Dei Matri reſpondit: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*; quod à ſancto Ioanne Damaſceno deſumpſi, ita dicente: *Si quis interroget, quomodo panis fit corpus Chriſti? reſpondeo, Spiritus ſanctus obumbrat, & hæc operatur*. Myſterium natalis Domini in hoc etiam ſacramento ad viuum reperitur expreſſum: nam circumſtantia temporis eadem eſt, cum Chriſtus natus fuerit: *Cum quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet*; ita etiam nocturno tempore Chriſtus inſtituit hoc ſacramentum, vt dixit Apoſtolus: *In qua nocte tradebatur, &c.* Et ſicut illic Chriſtus de ſanctiſſimæ Virginis vtero natus eſt, hic quodammodo naſcitur de ſubſtantia panis, cum ex illo fiat Chriſti corpus mirabili, & ineffabili conuerſione, vt ſanctus Thomas latius explicat. Et quemadmodum Chriſtus exiſtens Deus magnitudinis infinitæ, natus de Virgine capitur anguſto præſepio; ita in hoc diuino ſacramento latet ipſe quantus in cælo eſt, intra paruulæ hoſtiæ, & quamlibet eius particulam comprehenſus. Illic natus eſt in Bethlehem, quæ interpretatur domus panis; hic viuit intra domum panis, nempe ſub accidentibus, in quibus prius panis ſubſtantia continebatur. Illic inuolutus pannis, & humilibus, ac vilibus tectus ſtragulis iacebat; hic adeſt humili cortina velatus, & breui tectus amictu ſpecierum ſacramentalium. Illic brachijs Matris Virginis; hic ſacratis presbyterorum manibus tenetur. Illic felix nuncius adductus fuit, Deum factum eſſe hominem; hic etiam feliciſſime nunciator, Deum hominem antea factum, eſſe hominis alimentum.

D. Th. 3. p. q. 83. ar. 4.
Pſal. 25.
Pſal. 110.
D. Auguſt.
Ioan. Dam. lib. 4. c. 14.
Sap. 18. 14.
1. Corint. 11.
D. Th. 3. p. q. 75. ar. 8.

Tunc *venit in mundum, & mundus eum non cognouit; & ſui eum non receperunt*, vt dixit Ioannes; nunc, cum Deus veniat ad homines ſub ſpecie cibi, eum recipere non curant. At ſi ad myſterium Circumciſionis progredimur, mirabilem in eo typum agnoſcemus: ſiquidem vt illic Chriſto carnis fuit circumciſa particula; ita hic ex duobus quibus conſtat panis, quæ ſunt ſubſtantia, & accidens, ſola ſubſtantia, manentibus dumtaxat accidentibus, tranſmutatur, & perit. Pergamus vlterius ad myſterium præſentationis Chriſti in templo, & aperte fatebimur, quod ſicut Chriſtus, tamquam innocens agnus, tunc præſentatus fuit æterno Patri offerendus; ita nunc in altari præſentatur, ſeipſum offerens pro ſcelerum noſtrorum ſatisfactione, *Sanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam*. Lumina vertamus ad myſterium Transfigurationis: quemadmodum Chriſtus transfiguratus figuram non amiſit naturalem; nec hic ſuam panis amittit per tranſubſtantiationem, cum ſecundum imaginem externam non minus, quam prius, panis eſſe videatur. Præterea, ſi quando Chriſtus transfiguratus fuit, facta de illius morte commemoratio eſt: *Et dicebant exceſſum eius*: in huius ſacramenti inſtitutione Chriſtus de morte ſua mentionem fecit, & fieri præcepit, inquiens: *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis*. Quod ſi oculorum aciem protendamus ad Chriſti Paſſionem, & mortem, eam viuis coloribus expreſſam in hoc magis, quam in alio quouis ſuæ vitæ myſterio fatebimur: nam vt iam ſemel, & iterum diximus, diuiſio, quæ fit in conſecratione, dum panis prius, ac ſubinde vinum conſecratur, præ ſe fert, & ſignificat aperte animæ, & corporis ſeparationem, quæ fuit in morte noſtri redemptoris. Vnde Paulus ad Corinthios inquit: *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, mortem Domini annunciabitis*. Et veluti Chriſtus patiens ſubiecit ſe ſeueritati, & crudelitati ſatellitum, adeo vt Cruci affigi permiſerit; ſic in hoc diuino ſacramento ſubiecit ſe opprobrijs, & iniurijs quampluribus, quibus quotidie ipſum multi ſacrilegi, & indigni ſacerdotes afficiunt. Quid vero ſi memoremus contumelias, & blaſphemias hæreticorum, auditu horribiles, quibus in tam diuinum ſacramentum debacchati ſunt, illud in ignem conijcientes, pugionibus configentes, & canibus proijcientes, aliaque id genus patrantes immaniſſima ſcelera? videbimus opere completum, quod Apoſtolus in principio Epiſtolæ, quam ſcripſit Hebræis, dixit: *Iterum crucifigentes Filium Dei*. Hinc Auguſtinus in ſermonibus Chriſtum, de grauiſſimis iniurijs, quibus ab accipientibus ipſum indigne oneratur quotidie, ſic inducit querentem: *Cur me grauiori criminum tuorum cruci, quam illa, in qua olim pependeram, affixiſti? grauior enim apud me peccatorum crux eſt, in qua inuitus pendeo, quam illa, in quam tui miſertus aſcendi*. Sed hic non conſiſtunt myſteria, quæ diuinus amor ſub hoc clauſit ſacramento. Repræſentantur etiam per ipſum

Ioan. 1.
Eccleſia in Miſſa.
Luc. 9.
1. Cor. 11.
Ibidem.
Hebr. 6.
Aug. Serm. 181.

celebres

celebres illi duo triũphi Reſurrectionis,& Aſcẽſionis Chriſti,quemadmodum Eccleſia catholi- Eccl.in Can. ca profitetur in Miſſæ canone: *Vnde & memores Dñe nos ſerui tui ſed & plebs tua ſancta eiuſdẽ Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti,tã beatæ paſſionis,nec nõ & ab inferis reſurrectionis,ſed & in cælos glorioſæ Aſcenſionis*.Quę verba huic ꝓpoſito in lib.de Amb.lib. 4. ſacramentis accõmodauit Ambroſius.Sed prius de reſurrectione dicamus, in qua Chriſtus fuit inſtar phœnicis, quæ sũt de igne renaſcitur; ita ipſe intra diuinũ hoc ſacramentũ,tamquã intra ardentiſſimum charitatis ignẽ amore inflãmatus,& inflãmans,quaſi noua phœnix renaſcitur, quoties ſubſtantia panis in Chriſti carnem cõuertitur. Ad hæc veluti in reſurrectione Chriſti, Deus de ſepulcho,quaſi de terra,in qua Chriſtus iacebat,vitæ pabulum,quo alẽdi eramus,vt ſcri- Pſal.103. pſit Dauid:*Eduxit panẽ de terra*,& pariter cũ pa- Hebr.13. bulo eduxit paſtorẽ,teſte Paulo ad Hebræos: *Eduxit de terra paſtorẽ magnũ* (quæ verba de reſur- Cyprian. rectione Cyprian⁹ in Symbolo, & Chryſoſtomus Chryſ. ho.41 in homilijs explicãt) ſic in hoc ſacramento virtute verborũ cõſecrationis Deus educit de ſubſtantia panis pabulum, & paſtorẽ animarũ,ipſã panis ſubſtantiã in carnem Chriſti conuertens. Pręterea vt Chriſti reſurrectio noſtrę cauſa fuit reſurrectionis,& immortalitatis corporũ, vt de Ioan. Dam. lib.4.c.14. ipſius effectibus loquẽs dixit Chriſtus:*Et ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die*. Vnde Ioãnes Damaſcenus in lib.de fide Chriſti,carnem Verbo vnitã cõparat carboni accenſo,quod ſicut ardens carbo alijs non accenſis adiectus eos accendit, cõmunicãs eis calorem,& ſplendorẽ ſuum;ita etiã nos ab eo in hoc ſacramento inflãmamur. Vnde Pſal.17. merito de nobis dici poteſt illud Dauidis:*Carbones ſuccenſi ſunt ab ea*. Quoniã caro Chriſti glorioſa per hoc ſacramentum cõmunicata corpori humano,dat ſpẽ futuræ gloriæ, & immortalitatis,quæ debito,& conueniente tẽpore implenda ab ipſo ſit,dũmodo ab ea per culpã nõ exclu- D.Th.3.p.q. 79.ar.2. damur, vt S. Thomas explicuit. Nec minus Aſcenſionis typus eſt in hoc ſacramento. Siquidẽ veluti per illã Chriſtus omnes transuolauit creaturas,& ſuis pedibus ſubiecit(nam teſte Thoma plantæ pedũ Chriſti ſuperficiẽ conuexã ſupremi cæli empyrei calcarunt, quo aſcenſu vltimũ laborũ ſuorum præmium Chriſtus eſt aſſecutus) ſic mens noſtra hoc diuino alimento ſuſtentata, non ſolũ ſit ſuperior omnibus rebus creatis, cũ illas contẽmnit(vt enim innuit Spiritus ſanctus: Prouer.27. *Anima ſaturata calcabit fauũ*) ſed etiã nouum in- 3.Reg.19. duit robur,& alacritatẽ,velut Elias ex pane cæleſti,quẽ Deus miſit,vt ad culmen montis Oreb, id eſt ad ęternã beatitudinẽ perueniat. Et quemadmodũ in Aſcenſione Chriſtus per dotẽ ſubtilitatis corpus geſtabat adeo ſpiritus naturæ cõforme,& exilitate penetrans, vt non ſecus,quã ſi ſpiritus eſſet,carnẽ,& oſſa nõ habens,in cęlos vſq.adeo penetrauerit,& thronũ ſuum,ac ſolium in ſupremo eius vertice collocauerit;ita in hoc ſacramento corpus Chriſti ad modum ſpiritus ſe gerit,& totus in tota hoſtia,& totus in qualibet eius parte eſt. Propterea, vt refert Ioannes, cũ incredulis Iudæis videretur, non poſſe fieri, vt Chriſti carne ipſi veſcerentur, dicentibus: *Durus eſt hic ſermo*: Chriſtus reſpondit: *Hoc* Ioan.6. *ſcandalizat vos? ſi ergo videbitis Filiũ hominis aſcendentẽ in cælũ,vbi erat prius?&c.* quaſi dicat, q̃ corpori dat virtutem in cælos penetrandi,nõne poterit facere,vt ſub panis,& vini ſpecie corpus ſuum claudatur? Immo cũ ſemel Chriſtus aſcenderit in cælũ,vt interceſſor,& aduocatus noſter eſſet(eum enim,vt dixit Ioannes,*Aduocatum ha-* 1.Ioan.2. *bemus apud Patrẽ*)ita ad Patrẽ æternum quoties hoſtia cõſecratur, huius ſacrificij ſuauitas, & odor pro noſtrorum criminũ abolitione,& depulſione miſeriarũ,vt S.Thom.explicuit,aſcẽdit. Ex D.Th.3.p.q. 83.ar.4 ad 9.argum. quo etiã probare poſſumus, in hoc ſacramento exprimi Spiritus ſancti aduentum;quandoquidẽ vt olim in die Pentecoſtes pręcipiebat Deus in Leuitico aliquod ſibi nouum immolari ſacrificiũ;ita in hoc ſacramento Patri offertur æterno tam noua victima,vt numquam id fuerit viſum antea,vel auditum. Veterum enim ſacrificia carnibus fiebant animalium:in hoc autem caro Dei & ſanguis immolatur. Quemadmodũ etiam Spiritus ſancti aduentus magnam diſcipulis attulit cum lętitia fortitudinem, ita diuinus hic panis,& potus animã hominis roborat, & exhilarat,vt dixit Dauid:*Et panis cor hominis cõfirmet,* Pſal.103. *vinum lætificet cor hominis.* Et ſicut tũc Spiritus ſanctus aduentu ſuo diſcipulorum mores ſanctitate cõpoſuit, eos tamquam ipſorum magiſter,& dux inſtituens, ac ſuggerens omnia, quæ Chriſtus eis dixerat;ita diuinum hoc ſacramentum digne cõmunicantes reddit meliores,& cæleſtibus muneribus locupletiores, vt S.Cyprianus in hunc dixerit modum: *Cũ ſaturati fuerint,* Cypr.in ser. de cœna Dñ. *vide quid agãt,intellige quid loquantur;quã ſancti odoris ſit,quidquid illa eructat plenitudo, verbũ bonũ,mores cõpoſitos,affectus pudicos,ſẽſus pacificos.* Sed quoniam nõ ſolum ipſum Dominici corporis,& ſanguinis ſacrificium,verum etiam ſingulæ in ipſo miniſtrando cęrimonię à diuerſis Romanæ Eccleſiæ Pontificibus ordinatæ peculiarẽ habent ſignificationem,qua Chriſti myſteria notantur,illa breui nunc ſtylo perſtringam. Primũ ſacerdos cõfeſſione dicta oſculans altare ſignificat pacis oſculum nobis à Deo præbitum. Recitans ſubinde Introitum,indicat Dei ingreſſũ in mundum de Virgine naſcentis,claudenſq. verſiculo,Gloria Patri &c.tres beatiſſimæ Trinitatis perſonas profitetur. Repetens nouies,Kyrie eleiſon, innuit laudes, quas ei nouem Angelorũ Chori decantant,vel nouẽ menſes,per quos Chriſtus in Matris latuit viſceribus:*Gloria in excelſis* Luc.2. *Deo*,reuocat in memoriam cæleſtium ſpirituum canticũ, quo eius ſanctiſſimum natalẽ celebrarunt. Orationes,quæ recitantur ante Epiſtolam, denotant Chriſtum, antequam prædicaret,orationi vacaſſe,de quo ſcriptum eſt: *Erat pernoctãs* Luc.6. *in oratione*. Euangeliũ præcedens Epiſtola præcurſorem Baptiſtã, qui ante Chriſtum venit ad pœnitentiam prædicandã. Euangelium Epiſtolę ſuccedens indicat,poſt Baptiſtæ doctrinã ſucceſſiſſe Chriſti legem. Recitatio Symboli ab Apoſtolis cõpoſiti ipſos myſteriorũ fidei fuiſſe præcones. Oblatio in hoc ſacrificio,ſignificat illam,

quæ

Digitized by Google

quæ in Cruce pro peccatoribus ſacta eſt. Orationes ſecretæ, tẽpus, in quo Chriſtus ante paſſionẽ latuit. Præfatio, ipſũ in Hieruſalẽ ciuitatẽ redeuntẽ lætis vocibus, & canticis exceptũ. Eleuatio hoſtię corpus illius in Cruce eleuatũ; calix ſanguinẽ pro nobis effuſũ. Secunda eleuatio ipſum ab ipſo tandẽ in Cruce ſpiritum emiſſum; remotio velaminis, velum templi diuiſum, & quod tunc fit Crucis ſignũ, indicat nos per ipſã Patri cõciliatos. Orationes ſecretæ, & obſeruati in eis ritus ſacrũ eius corpus in ſecreto ſepulchro poſitũ, hoſtiæ partitio ſciſſionẽ lapidum, propter mortem ſui Saluatoris dolentiũ; hoſtię particula ſanguini adiuncta coniunctionem, quæ facta eſt in reſurrectione Chriſti, quãdo ſanguis eius
Luc. 24. corpori fuit reſtitutus. *Pax vobis*, ſignificat pacẽ à Chriſto datã Apoſtolis; hoſtiæ abſumptio, & calicis hauſtus, quo fit, vt ſacramentũ ab oculis
Act. 1. remoueatur aſtantium, Chriſtum in Aſcenſione ſe abſcondiſſe ab oculis diſcipulorũ ſuorum. Inquiens ſacerdos: *Ite miſſa eſt*; docet per hoc ſacramentũ à Chriſto noſtræ redẽptioni finẽ impoſitum; ac tandẽ benedicẽs præſentibus ſignificat benedictionẽ, quã Deus largietur prędeſti-
Matth. 25. natis, Chriſto ipſis dicente: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnũ, quod vobis paratũ eſt ab origine mũdi.* Quod pro immenſa Chriſti charitate ipſe largiri nobis dignetur. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Vndecima.

Manna veteris legis cũ Euchariſtia ſacramẽto cõparatur, & proponitur exacta interpretatio verborum Chriſti: Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui sũt: hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex eo manducauerit, non moriatur. Ioan. 6.

INter multa figurarũ genera, quibus olim ſacramentũ Euchariſtię præſignificatum fuit, nihil expreſſius, quã manna cælitus miſſum Iſraelitis per deſertum iter agẽtibus prænotauit: vnde ſi diſcuſſerimus attentè nomen eius, naturã, proprietates, & circumſtantias, quibus à Deo mittebatur, & ab ipſis condiebatur Iſraelitis, pandetur nobis oſtiũ, venaq. detegetur, per quã argentum, & aurũ precioſiſſimum, quod in hoc myſterio reconditum eſt, effodiamus. In primis mãna vocatur à Dauide pa-
Pſal. 77. nis Angelorũ: *Panem Angelorũ manducauit homo*: quoniã eorũ manibus cõficiebatur, & ab ipſis mittebatur. Quod egregia figura fuit muneris, quo nunc in Eccleſia funguntur ſacerdotes à
Malach. 2. Malachia Propheta quõdã vocati *Angeli*, q. sũt in hoc miniſterio quaſi panifices, cõſecrationis verbo potentes, & diuinæ huius menſæ non ſolũ cõuiuæ, ſed etiã ſtructores, & diſtributores. Preſbyteris enim hoc ſacrũ panificiũ ſic cõuenit, re-
ſte D. Thoma: *Vt ſumãt, & dent ceteris.* Iniiciebat D. Thom.
admirationẽ Iſraelitis mãna cælitus deſcendẽs,
vnde illo veſcentes dicebant: *Mãhu*, quod ſigni- Exod. 16.
ficat: *Quid eſt hoc?* & noſter panis Angelicus tantum terris cæloq. affert ſtuporem, vt cum illum intelligere, præter eius auctorẽ nullus queat, ad nos pertineat ſola fides, & admiratio dicendi: *Manhu, quid eſt hoc?* & ad ipſum ſolum ſpectet ve-
riſſima, & potens reſponſio: *Hoc eſt corpus meum*; Matth. 26.
quibus verbis ſatisfecit votis, & interrogationi Hebræorũ, & Eccleſiæ ſuæ, quẽ ſynagoga ſpreuerat, animarũ cibum præbuit. Sed vt naturã veteris manna declarare incipiã duo ad id ex ſacris litteris afferã teſtimonia, quorũ primum ex Nu-
meris deſumptũ huiuſmodi eſt: *Erat autẽ mã quaſi ſemen coriandri coloris bdelij. Circuibatq. populus,* Num. 11.
& colligens illud frãgebat mola, ſiue terebat in mortario, faciẽs ex eo tortulas ſaporis, quaſi panis oleati. Quæ verba mirifice deſcribunt, & præſignificãt Chriſti corpus in Crucis mortario contritũ, qui ſe nobis in tortula conſecratæ hoſtiæ præbet alimentũ, ex quo mens noſtra oleũ deuotionis, & Spiritus ſãcti recipit vnctionẽ. Color eius clarus, & amaritudine cõmiſtus innuebat amaritudinẽ, quã pro nobis Chriſtus in Cruce ſuſtinuit, omni ſpectante populo fel, & acetũ bibẽs, qui cũ
fit olei filius (vt ſcriptũ eſt: *In cornu filius olei*, Isai. 5.
& cum nomen eius oleo cõparetur: *Oleũ effuſum* Cant. 1.
nomen tuũ, optime ſignificatur per tortulas ſaporis, quaſi panis oleati. Nã ſicut oleũ corporis vulneribus fouendis, & ſanãdis aptiſſimũ eſt, ita corpus Chriſti digne perceptũ omnibus humanæ mẽtis vulneribus, & vlceribus medetur. Sed ne medicina, quæ per corpus Chriſti animis noſtris adhibetur, putaretur mordax, & moleſta æ-
grotantibus, ait Scriptura: *Et guſtus eius quaſi ſimila cũ melle*: quia panis ſimilagineus melle in- Exod. 16.
tinctus comedenti eſt iucundiſſimus. Erat manna *quaſi ſemen coriandri*; cuius grana, vt tradit
Philo in lib. allegoriarum ſacræ paginæ, etiãſi in Philo libro
minutas partes diuiſa ſeminentur, nõ minus quã Alleg. sacr.
integra proueniunt, & fructũ ferunt: cum cõtra pag.
fiat in tritico, quod nec ſub terra cõditũ germinet, ſi à formicis abroditur. Quę coriãdri ꝓprietas optime conuenit Euchariſtiæ ſacramento: nã etſi in minutas particulas diuiſũ ſancte ſumatur, eundẽ quẽ integra hoſtia producit effectum, quoniã eadẽ ſubſtantia, & virtus Chriſti in quouis fruſtulo, quæ in toto hoſtiæ circulo contine-
tur, vt docuit D. Thomas: *Tantũ latet ſub fragmẽ-* Eccl. Roman
to, Quantũ toto tegitur. Ineſt quoq. ſemini corian- Ex S. Thom.
dri alia qualitas: nã cũ ſit homini medela, cani in feſto Corpor. Chriſti.
eſt venenũ, vt ſcribit Iſidorus; ſic diuinus hic pa- S. Iſidorus.
nis, quãuis iuſtis eſt pluſquã manna, illũ tamen in peccato manducantibus virus eſt mortiferũ,
vt ex eodẽ D. Th. canit Eccleſia: *Mors eſt malis,* Hymn. Eccl.
vita bonis, Vide paris ſũptionis, Quã ſit diſpar exit⁹.

Alterũ ſacræ Scripturæ teſtimoniũ, quo natura cæleſtis manna innuitur, in lib. Sapientię legitur:
Omne delectamentũ in ſe habentẽ, & omnem ſaporis Sap. 16.
ſuauitatẽ: nã vt ibidẽ ſcribitur: *Ad quod quiſq. volebat, conuertebatur.* Hoc vltimũ Abulenſis intel-

ligit

Digitized by Google

Abul. q. 5. ſup. Exod. ligit quoad iuſtos, quibus manna conuertebatur io ſaporem eis placitum,& magis iucundum,idq; cenſet innixus verbis ſapientię: *Dulcedinem tuam, quam in filios oſtendebas*: nam ſi filijs ſaporum illa diuerſitas communicabatur, ab ea proculdubio videntur excluſi,qui filij non erant.Quam opinionem ſequitur quoq.doctiſſimus Lyra in commen- *Lyr ſup.c.16 Sap.* tario ſuper librum Sapientiæ, idque probat verbis Iſraelitarũ,qui Deo non erant accepti,quando manna faſtidientes dixerunt: *Animo noſtro iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo*. *Num.21.* Hinc enim apparet,non eis deſeruijſſe ad omnem ſaporem,cum eius eſu ad nauſeam ſe dicerent irritari. Hoc autẽ inde erat,quoniam Deus peculiari miraculo impediebat,ne ab illis ſaporum illa diuerſitas,& ſuauitas perciperetur,quam tantummodo,vt ſacra dicit Scriptura,in filios oſtendebat,communicans eis multiplicem ſaporum guſtum, & iucunditatẽ, quam reuera in ſeipſo manna deſeruiens vniuſcuiuſq.voluntati retinebat, vt allegata verba docent:*Omnem ſaporem ſuauitatis &c.* *Cæſ. Arelat hom. 5.* Quod Cæſareus Arelatenſis ſuper feſto Paſchatis eleganter,& late proſequitur.Sapores omnes teſte Plinio decẽ ſunt: *Pl.l.15.c.17* *Dulcis, ſuauis,pinguis,amarus,auſterus,acer,acutus, acerbus,acidus, & ſalſus*. Ex quibus inter ſe cõmiſtis ingenioſa hominum gula ferculorum diuerſa genera condiuit,quoniam ſingulorum natura vnũ tantum continens ſaporem, minus humano palato ſatisfaciebat. Deus autem Iſraelitis dedit cibũ tãtæ virtutis,ac ſaporis, vt in ipſo omne delectamentum,omniſq. ſaporum ſuauitas includeretur, vt expreſſa eſſet imago myſtici noſtri manna,habẽtis omnia genera ſaporum ſpiritualium, quibus manna nutritur. *Oſeæ 3.* Quã ob cauſam putauerim Oſeã, *Baſil. in pſ. 33.* & eius imitatione Baſilium ſacramentum Altaris nominaſſe,*Panem arctum*; quod præter alia miracula omnes animi voluptates arcto quodã amplexu intra patulæ hoſtiæ anguſtias comprehendat.Itaq.quemadmodum, vt rerum Indicarũ tradunt Scriptores, & qui ab ea regione venerunt,nobis atteſtati ſunt,apud eos quædam arbores adeo fructiferæ,& vtiles reperiuntur,vt omnia humano victui,& pręſidio neceſſaria ſubminiſtrent(nam & fructum producunt, quo Indi veſcuntur, & liquorem,quo vtuntur pro potu: folia gignunt, quibus tamquã ex bombycibus telas faciũt ad amictum; & ne acus ad ſarciendum deficerent,ex eiſdem arboribus naſcuntur ſpinæ,quibus acuũ inopia ſuppletur, ac tandem pro filo cortices earundem arborum extenuantur in philyras, ex quibus fila deducãtur)non ſecus in hoc ſacramento tot bona,& cõmoda ad omne noſtræ indigentiæ remedium, & pręſidium Deus cõgeſſit,vt dicere vere poſſimus: *Sap.7.* *Omnia bona venerunt nobis pariter cũ ipſo*. Hoc nobis *Pſ.44.* inſinuauit Dauid cũ ſcripſit:*Myrrha, & gutta,et caſia à veſtimentis tuis,à domibus eburneis,ex quibus delectauerũt te filiæ Regũ*; quaſi dicat,omnis odorũ ſuauitas,&omnis pulchritudo,qua filiã Regis,hoc eſt animã hominis Deus oblectat,venit à domibus eburneis;tales enim eſſe ſolent diuitum,Principũ, Regumq.domus, vnde Horatius:

Horat. *Non ebur, neq aureum meo renidet in domo lacunar.*

Nec modo Regum domus,ſed ipſa Deorum tẽpla ebore ornabantur,quod contra Verrẽ indicat Cicero,his verbis:*Vt omne ebur ex ædibus ſacris Deorũ, deniq. ſimulacbra,quæ vellet auferret*. *Cic. orat. 4.* & lib.1.Tuſculanarũ:*Vidi ego te aſtãte ope barbarica,tectis cælatis, laqueatis cũ ebore inſtructã regificè*. Plinius quoq.do- *Plinius,* cet ipſos Deos antiquorum ſolitos formari eburneos:*Iouem fecit eburneũ in Metelli æde*. Quare cũ Deus noſter Regum Rex ſit,immo & Deorũ Deus, eburneã domum eius eſſe oportebat, qualis eſt eburnei,& candidi coloris hoſtia,quã ille ſacramẽtaliter inhabitat,vnde in filiã Regis, animã nẽpe iuſti profluit abundanter myrrha,gutta, & caſia; id eſt omnis medicina,ſuauitas,præſidium,&oblectamentum. Tanta enim huius ſacramenti virtus eſt,vt ſolo eius guſtu anima ſaturetur,ne liguriat res inanes,& caducas,hauſtu diuini calicis ebria,& angelici panis eſu ſatiata, quemadmodum Deus eam alloquens dixit apud Hieremiã:*Inebriaui animã laſſã, & animã eſurientem ſatiaui*. *Hier.31.* quod & indicant verba:*Ego flos campi,& lilium conuallium*,quę *Cant. 2.* alij vertunt: *Ego flos ſaturitatis*. & illud Pauli: *Implens cibo, & lætitia corda veſtra*. *Act.14*

Sed veniamos iã ad declarandas veteris manna proprietates, quarũ etſi nõnullæ,dum eius naturã proponebamus,expoſitæ ſunt;alię tamen ſuperſũt notatu digniſſimæ, & ſingulares,inter quas cõſideratione digniſſima eſt proprietas leuitatis, quã illi aſſignarunt,qui dixerunt: *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo*. *Num.21.* Ex qua proprietate duo mihi myſteria declarãda ſe offerunt. Nã cibi illius leuitas indicat modum,quo Chriſtus ſub hoc ſacramento eſt alienus ab omni pondere, & grauitate, quoniã licet tantus illic ſit,quantus in cælo eſt, & eaſdẽ in ſacramento,quas extra illud,habeat quãtitatis,& qualitatis proprietates,quia tamẽ prout latet in ſacramento,non cõmenſuratur loco,quod proprium eſt quantitatis, nec graueſcit,aut cauſa ponderis eſt,quamuis id etiã pertineat ad grauitatẽ:nã cum vterq.effectus ſit ſecundarius,nullum eſt incõueniens,ſi præſẽtibus formis,à quibus producuntur,abſint, vt late tom.1.quæſtion. ſelectar. noſtræ Dialecticæ, philoſophiæ, & metaphyſicæ probauimus.Secundo leuitas illa ſignificabat,mãna nõ fuiſſe cibum verum,& ſolidum noſtrarũ animarum alimentum,ac propterea Chriſtus de illo loquens dixit:*Non Moyſes dedit vobis panem de cælo verũ,ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verũ*. *Ioan.16.* Quamobrẽ dicere vere poſſumus omnia delectamenta præ hoc diuino cibo carnis Chriſti eſſe inſtar fructuum Sodomæ,qui poſt incẽdium cum ex- *Gen.19.* terna ſpecie adhuc eſſe fructus viderẽtur, nihil intus præter cinerem habebant. Tertio leuitas notabat,tam ipſum manna,quã panes Propoſitionis, &panes Melchiſedech,Agnum paſchalẽ,nec non reliqua legis ſcriptæ ſacramenta leuia fuiſſe, inania, &vacua omni virtute ad recipientium animas puritate,&ſanctitate decorãdas,vt docuit Paulus, dicens:*Non poterat iuxta conſcientiã perfectũ facere ſeruientem*. *Heb.9.* Vnde idẽ Apoſtolus illa vocauit *Infirma & egena elementa*;quę ea omnino carẽt virtute,quã Chriſtus nouæ legis ſacramentis impertiuit, vt S. Thomas explicuit.Hanc etiã doctrinã confirmant *S.Th.3.p. q. 12 ar. 2.* ſeptuaginta Interpretes, prędicta verba:*Anima noſtra nauſeat ſuper iſto cibo leuiſſimo*, ita vertentes: *Anima noſtra grauata eſt in pane vacuo iſto*. Quibus

ver-

verbis Hebræi, etſi quid dicerent, ignorabant,
vere locuti ſunt, cum manna illud vacuum eſſet, &
inops ab ea virtute, & gratia, quam panis noſter
diuinus includit, & nobis infundit. Quod etiã Deus
Exod. 13. oſtendit, præcipiens in Exodo, vt ad cuſtodiendum
manna altare fieret, non *ſolidum, ſed mane, & canũ*
intrinſecus. Cum vero diuinus hic panis ſit cibus
ſolidus, & perfectis conueniens, vt Paulus dixit:
Heb. 5. *Perfectorũ autem ſolidus cibus eſt*; habet in Eccleſia
catholica altare veteri tabernaculo firmius, & ſo-
Heb. 13. lidius, de quo idẽ Apoſtolus: *Habemus enim altare,*
de quo edere nõ habẽt poteſtatẽ, qui tabernaculo deſer-
uiũt. Hinc venit alia ꝓprietas explicãda, ſuperiori
Exod. 16. non abſimilis. Orto ſole (vt refertur in Exodo) mã-
na liquefiebat, quoniã oriente ſole iuſtitiæ Chri-
ſto, & doctrinæ ſuæ radijs mentes noſtras illumi-
nantibus, tam ipſum manna, quã reliquæ huius di-
uini ſacramẽti figuræ ceſſare debebant. At licet ad
ſolis præſentiam manna liqueſceret, non tamẽ ad
ignis calorem: quo ſignificabatur, Altaris ſacra-
mentum, quod per excellentiam Chriſtus appella-
uit *Myſteriũ fidei*, non pati ſolis radios, hoc eſt eui-
dentiã miraculi, & exactum humanæ rationis exa-
men, ſed tantum admittere ſubluſtre fidei lumen,
& ignẽ charitatis: tũc enim nõ liqueſcit, aut diſpa-
ret, ſed magis nobis inſinuatur, & eluceſcit: quoniã
cum huius ſacramenti inſtitutio nõ aliunde, quam
ab igni amoris ortũ habuerit, conuenit ei amoris
affectio, fideiq. ſimplicitas, quæ comitatur charita-
tẽ. Erat & alia proprietas, ſiue circũſtantia, qua
manna Iſraelitis dabatur: nã pariter cũ manna ros
cadebat, vt conſtat ex allegato Exodi capitulo; vbi
ſic legitur: *Mane quoq. ros iacuit per circuitũ caſtro-*
Abulenſis. *rũ*. In cuius loci expoſitione Abulẽſis ait, quod an-
tequã manna deſcenderet, terræ ſuperficies vehe-
menti vento ab omnibus ſordibus abſtergebatur,
& ros ſubinde illabebatur, & ſuper rorẽ mãna de-
Nic. Lyra. ſcẽdebat, quod & Nicolaꝰ Lyra atteſtatur, cõſtatq.
Num. 11. ex lib. Numerorũ: nã vbi legitur: *Cumq. deſcenderet*
ros ſuper caſtra, deſcendebat pariter & manna; ex te-
xtu Hebræo alij vertũt: *Deſcendebat ſuper eum mã-*
Rabbi Salom *na*; immo & Rabbi Salomõ addit, ſuper ipſum mã-
na, rorem alium defluxiſſe, quod colligit ex verbis
Hebræis in loco iã citato, quæ Latine hunc ſenſum
reddunt: *Mane quoq. fuit operimentum roris*. Idq. fie-
bat, vt manna rore contectum ortu ſolis nõ lique-
fieret. Quæ omnia ſingulariter nos docent, qualis
eſſe debeat mentis noſtræ præparatio ad ſanctiſſi-
miꝰ ſacramẽti cõmunicationẽ, quanta cum reuerẽ-
tia ſuſcipiendũ ſit, & quis eius effectus præcipuus.
Nã ventus præueniens, quo purgabatur terra, ſu-
per quã erat manna deſcenſurũ, quid aliud ſignifi-
cabat, niſi neceſſariã pręparationẽ, qua mẽs noſtra
ab omni peccati labe purgetur, & expietur? quod
fit Spiritus ſancti afflante aura, qua peccatorũ ſor-
des abſterguntur. Præterea quod manna nõ cade-
ret ſuper terrã, antequã rore tegeretur, vt rore ip-
ſo, quaſi mappis exciperetur, indicat reuerentiam,
qua Euchariſtiæ ſacramentum tractare debemus.
Cadens tandẽ cælitus mãna ſimul cũ rore, ſatis a-
perte nobis ponit ante oculos mirabilẽ ſacramẽti
huiꝰ effectũ, per quẽ animis noſtris influit cęli ros,
quo mẽs vireſcit, & fœcunda fit, ac vt dixit D. Th.
Th. opuſ. 57. omniũ ſpiritualiũ chariſmatũ abundantia impin-
guatur. Quod ſi roris proprietates conſideramus,
quanta ſit copia bonorum, quæ per hoc ſacramẽ-
tũ nobis donantur, facile cognoſcemus. Ros enim
calorẽ tẽperat, & refrigerat, vt dixit Eccleſiaſtes:
Ros obuiãs adducet in refrigerium gratiæ, fœcundã fa Eccl. 14.
cit terrã, & germinantẽ. vnde Oſeas: *Ego quaſi ros, &* Oſee 4.
Iſrael germinabit. Fugat teſte Ariſtotele ſerpentes, Ariſt. lib. 1 c. 37.
& animalia venefica exterminat. quod & Iſaias vi-
detur notaſſe: *Ros lucis, ros tuus, & terrã gigantum* Iſai. 22.
detrahes in ruinã. Suſtentat pecora, & armenta, cor-
uorũq. pullos à genitoribus deſertos: *Et pullis cor-*
uorũ inuocantibus eum. Quibus & alijs multis roris
effectibus, quid diuinũ Euchariſtiæ mãna in nobis
efficiat, oſtenditur. Nec myſterio caret, quod, vt ait
Scriptura, deſcenderet per noctẽ; id enim ſignificat
modum, quo Chriſtus adeſt ſub hoc ſacramento,
modo videlicet nobis occulto, & obſcuro. Innuit
etiã ea temporis circumſtantia tẽpus nocturnũ, in
quo Chriſtus verum ſui corporis mãna erat inſti-
turus, vnde Paulus: *In qua nocte tradebatur, acce-* 1 Cor. 11.
pit panem &c. vt interim ſileã, noctis circũſtantia
nos admoneri, hoc tã excelſum fidei noſtræ myſte-
riũ, nõ inſpiciendũ ad lucẽ humanæ rationis, & ſo-
lẽ euidentiarũ, quas humana ratio cuperet, vt iã
dixi, ſed ad noctẽ, & caliginẽ fidei, per quã qui ca-
tholicus eſt, clauſis humanæ rationis oculis plura,
& mirabiliora in ſacramẽto cõſequitur, & intelli-
git arcana, quã qui fide deſtitutus, quãuis acutus,
tantũ miraculũ proprio ingenio intelligere pręſu-
mit. Ait quoq. ſacra pagina cecidiſſe manna in
circuitu paſtorũ, vbi erat Dei populus, quod præ-
notauit ſacramentũ corporis Chriſti in Eccleſia ca
tholica inter Chriſtifideles fore cõſeruandũ. Præ-
terea cõſideranda eſt loci, ac tẽporis circũſtantia:
quoniã ſicut mãna datũ fuit Iſraelitis per deſerta
vagãtibus, poſtquã vero in terrã promiſſionis ꝑ-
uenerunt, illud amplius non habuerunt, ita nobis,
dũ vitã agemus in terris, procul a patria peregri-
nãtes, nũquam deerit inſtitutum à Chriſto diuinũ
alimentũ, ipſo dicente: *Ecce vobiſcũ ſũ vſq. ad cõſũ-* Matth. 28.
mationẽ ſæculi. Cũ autẽ in patriam remigrabimus,
beatitudinis facti participes, auferetur velamen,
& ſe nobis Deus ſicuti eſt exhibebit inſpiciendũ:
Tũc enim videbimus eũ ſicuti eſt. Huc ſpectat, quod 1. Ioan. 3
mãna in die Sabbati non deſcẽdebat, quoniã dies
erat feſtus Hebræorũ, vt inde conijciamus, in feſto
æternæ felicitatis nõ amplius futurum corporis
Chriſti ſacramentũ, nec iã in ſpeculo, vel per æni-
gma, ſed facie ad faciẽ huius ſacramẽti auctorẽ à
nobis videndũ. Ne vero aliqua circũſtantia relin-
quatur intacta, explicãda ſunt verba: *Nec qui plus* Exod. 16.
collegerat habuit amplius, nec qui minus parauerat re-
perit minus. Quæ Abul. elucidãs in cõmen. Exodi, Abul. in c. 16 Exod. q. 7.
ſic interpretatur eiꝰ rei miraculũ: quibus plus mã-
na, quã permittebat mẽſura, quæ à ſacra Scriptu- Exod. 16.
ra vocatur gomor, collectũ fuiſſet, cõdenſaretur, &
quibus minus fuiſſet paratum, dilataretur ad men
ſuræ determinatæ complementum: vnde ſiue
multum, ſiue parum quis legiſſet, ſatis habebat ad
ſui alimentum, & ſuſtentationem. Quod Ru- Rup. ſup. 11 Exod. 17.
pertus acutiſſime applicat ſacramento altaris,
quoniam quemadmodum peccatum primi pa-
rentis, & damnum inde ſecutum non accepit
menſuram à maiori, vel minori quantitate
pomi, quod ille comedit (nihil enim intere-
rat, ſi vno, vel pluribus morſibus pomum
come-

Digitized by Google

comederetur) ſic vtilitas huius ſacramẽti per grãdiorẽ, vel minorẽ hoſtiam, vel earũ maiorẽ numerum, vel minorem, non metienda eſt, cum tantum accipiat, qui hoſtiæ conſecratæ particula reficitur, quantum qui magnam hoſtiam aſſumit, vt in proſa S. Thomas aſſeruit : *S. Thom.* ***Sumit vnus, ſumunt mille, Tantum iſti, quãtum ille.*** Quod tandem iuberet Deus quotidie manna colligi, præterquam in ſabbato, duo continet myſteria. Primum eſt frequentiæ, qua debemus ſanctiſsimũ hunc cibum accipere, vnde aiunt nonnulli a Chriſto in oratione Dominica ideo vocatum ***panem quotidianum***. quod & docuit Ambroſius in libro de ſacramentis, cum dicit : *Luc. 12. Ambros. lib. 5. c. 4.* ***Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis? ſic viue, vt quotidie merearis accipere.*** Alterum myſterium eſt, vt annotauit Theodoretus in *Theod. q. 31 Exod. 16.* quæſtionibus ſuper Exodum, cum Deus præcepiſſet Iſraelitis ſabbati obſeruantiam, & ab operibus ſeruilibus ceſſationem, voluit præbere illis exemplum, manna nõ mittens in ſabbato. Atqui vt vmbra conueniret veritati, ſicut olim in ſanctuario repoſita erat, vt dixit Paulus, *Hebr. 9.* ***Vrna aurea habens manna***; ita nunc Eccleſia catholica in tabernaculo altaris cuſtodit manna verum, quod eſt Euchariſtiæ ſacramentum, vbi reuera auctor vitæ deliteſcit, qui de hoc ipſo loquens Hebræis id ita teſtatus eſt : *Ioan. 6.* ***Patres veſtri mãducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt: hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur.*** Quæ verba cum plena ſint difficultatis, operæprecium erit illam expedire. Difficultas eſt, de quanam morte Chriſtus loquatur, & in quo ſenſu vera ſit illius aſſertio? Nam ſi de morte corporisl oquitur, quia & nos Chriſti corpore veſcentes etiã morimur, ſicut mortui fuerunt, qui primum manna manducarunt, nulla inter vtrumque cibum videtur eſſe diſtinctio. Si autem loquitur de morte ſpiritus, nec in hoc ſenſu omnes, qui mãna comederunt, mortui ſunt; vt Moyſes, & Aaron, qui nunc æterno Dei conſpectu fruuntur: ſicut & qui manna Euchariſtiæ aſſumunt, non omnes vitam aſſequuntur ſpiritualem, quales ſunt, qui non expiata conſcientia, ad ſacramentum accedunt; vel qui gratiam recipientes, illam poſtea perdunt ad peccatum redeuntes, quod Paulus teſtatus eſt, inquiens : *1. Cor. 11.* ***Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.*** *August. sup. Ioan.* Quo dilemmate Auguſtinus conuictus, in tractatu ſuper Ioannem propoſitæ difficultati reſpondet, per verba Chriſti, dicentis : *Ioan. 6.* ***Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, &c.*** non cõferri panem cum pane, ſed perſonas comparari cum perſonis; quoniam inter Hebræos fuerũt, qui manna manducabant abſque aliqua conſideratione, ac fide rei quam figurabat; & hi ſunt, quos Chriſtus vocat patres, cũ dixit : ***Patres veſtri &c.*** Omnes enim illi mortui fuerunt quoad ſpiritũ, non tñ Moyſes, Aaron, Ioſue, qui comederunt in ſpiritu, reſpicientes ad id, quod per manna inſinuabatur, corporis, & ſanguinis Chriſti ſacramentum, ideoq; illos ſic cibum illum edentes, non vocauit Chriſtus patres eorũ, quibus ipſe dixit: ***Patres veſtri &c.*** quoniã non illorũ, ſed noſtri illi erant patres, ſicut ait Paulus : ***Patres noſtri omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt.*** *1. Cor. 10. Beda, & Gloſſa ord.* Hanc expoſitionẽ ſequuntur Beda, & Gloſſa ordinaria, quæ tñ duabus poteſt impugnari non leuibus argumentis. Primũ eſt, quod, vt ex Chriſti verbis patet, tam manifeſte cibus ille Hebræorum cum hoc noſtro, & panis ille cum hoc pane cõparatur, vt dubitationi locus eſſe non poſſe videatur, cũ prius dicat Chriſtus : *Ioan. 6.* ***Patres veſtri manducauerunt manna, & mortui ſunt***, & ſtatim ſubijciat : ***Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, nõ moriatur.*** Alterũ argumẽtum eſt, quia cum Hebręi dixiſſent : ***Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt***, Chriſtus reſpondit: ***Patres veſtri manducauerunt manna &c.*** Vnde conſtat directum a Chriſto ſermonem ad eoſdem cum dixit: ***Patres noſtri &c.*** ad quos ipſi ſermonẽ direxerant, dicẽtes: ***Patres noſtri***, nullo inter hos, aut illos diſcrimine aſſignato. Secunda expoſitio Chriſti, aientis: ***Patres veſtri manducauerunt &c.*** aſſerit, illum Hebræorum panem cũ noſtro comparari, & Chriſtũ loqui non de morte corporis, ſed animæ, & differentiã excellentiæ, qua vnus panis alteri pręſtabat, in eo poſitam, quod de pane illo comedentes non poterant inde vitam aſſequi ſpiritualẽ; qui autem eam adepti ſunt, non a natura, ſed a fide, charitate formata, qua ipſum comedebant, acceperunt. Manna enim in ſe vitam, non habebat, nec ex ſe ipſo illam cõmunicare poterat. Euchariſtiæ vero ſacramentum in ſe ipſo vitam, immo ipſum vitæ continet auctorem, qui de ſe dixit: *Ioan. 14.* ***Ego ſum via, veritas, & vita***; ideoque poteſt ex natura ſua vitã largiri digne mãducantibus, illosq. ſeruare incolumes, niſi proprijs manibus ſibi mortẽ inferant per peccatũ. Quæ interpretatio licet veriſſime quidẽ dicat, non tñ legitimus verborũ Chriſti ſenſus eſt, cum ſolum admittat Chriſtũ loqui de morte ſpiritus; quod verũ eſſe nõ autumo: nam Chriſtus intendebat per exemplũ rei manifeſtæ, & ſenſibus expoſitæ conuincere Hebræos; mors autem ſpiritualis antiquorum Patrum non erat res ita manifeſta, ſed potius obſcura, nec facile probabilis, vnde mihi perſuadeo, meliore ſaluo iudicio, Chriſtum dicentem : *Ioan. 6.* ***Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt***; de morte corporis fuiſſe locutum; & quando addidit : *Ibidem.* ***Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex eo manducauerit, non moriatur***; mortem animæ, & ſpiritus inſinuaſſe. Nec mirari quis debet, quod in tam breui ſtrationum, & verborum interuallo Chriſtus vſus fuerit verbo, ***mors***, in ſignificatione diuerſa : ſiquidem eodem eſt vſus breuius alibi, inquiens : *Matth. 8.* ***Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos***; primo loco mortuos ſpiritu, ac ſubinde corpore mortuos intelligẽs. & Ioannes breuiſſimo verborum ſpatio eiuſdem vocis mutauit ſignificationem. *Ioan. 1.* ***Mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit*** : nam quid-

quid terris, cæloque clauditur, nomen mundi primo loco poſitum ſignificat; ſecundo autem microcoſmum, ſiue paruum mundum, qui homo eſt, denotat, a quo vtriuſq; auctorem non cognitum fuiſſe aſſerit. Quamobrem Chriſti verba ſic interpretanda cenſeo: Conſiderate Hebræi, quãtum hic ab illo pane differat; nam ille corporis vitam dare non poterat, hic animæ affert vitam immortalem. Quibus verbis duobus neceſſarijs argumentis Hebræos vrget, ad excellentiam diuini huius panis confirmandam. Primum argumentum ſumitur a minori ad maius per negationem, in hunc modum: Veſtrum manna, Hebræi, non potuit præbere vitam corpori, quod minus eſt: ergo animæ illam dare non valebit, quod vtique maius eſt. Alterum argumentũ eſt a maiori ad minus per affirmationem. Hoc manna, & panis hic de cęlo deſcendẽs, vitã animæ largitur, quod maius eſt: ergo & corpori eam largietur, quod minoris virtutis eſt indicium. ob idque ſubiungit: *Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* Quod nobis ipſe præſtare dignetur ad gloriam ſempiternã, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæla ſæculorum. Amen.

Ioan. 6.

Homilia Duodecima.

Quantum Dominicæ carnis, & ſanguinis conuiuium præſtet omnibus, quæ celebrauit tam ſacra, quam profana antiquitas.

INſignia certe, ac multa fuere conuiuia, quæ tam in ſacris, quam in profanis leguntur hiſtorijs; quoniam tamen omnia referre difficile, & præſenti inſtituto minus neceſſarium foret, reliquis prætermiſſis, inſigniora tantum memorabo, illaque cum Dominici corporis regalibus, ac diuinis dapibus conferam. Sed antequam rem aggrediar, a Luciani verbis exordiar, dicentis in dialogo Nigrino, gulæ guſtum vix longius, quam digitis quatuor extendi, tanto enim ſpatio protenditur collum, quo cibi ad ſtomachum transglutiuntur. Vnde guloſus ille nomine Philogonus, vt refert Ariſtoteles in Ethicis, a dijs ardenter poſtulabat, vt collum ſibi longius ciconiæ collo concederent, ſic enim ſperabat ciborum, & alimentorum longiorem ſibi fore delectationem. Quæ licet ita ſint, non tamen tot carnibus, & fructibus terræ, non maria, & flumina tot piſcibus, non aër tot volucribus tam exiguo ſpatio, quale occupat gulæ guſtus, ſatisfacere potuerunt. Quod certe mirabilius eſt, cum Macrobius in Saturnalibus dicat, principio mortales ſolitos fuiſſe glandibus veſci, ac poſtea nucibus veſcentes, illarum eſum iudicauiſſe gratiſſimum, & Iouis appellaſſe alimentum. Sed eo intemperantiæ, ac effrænis appetentiæ prorupit humanum genus, vt cum nutrimentorum ſimplicium tanta varietate ſaturari, & placari non poſſet, innumera condimenta, & liquamenta eduliorum, & potuum excogitauerit, atque eo non ſolum incontinentiæ, ſed etiam impietatis proceſſit, vt Apoſtolus dixerit, guloſis Deum eſſe ventrem: *quorum Deus venter eſt*, cui vt placeant, & inſeruiant illi, nihil non tentant, noctes, dieſque illius obſequio impendunt, ad ipſum dirigunt preces eius, & cõfabulationes, vt epulo, de quo in Euangelio, ac tandem ventri tamquam Deo addicti, & mancipati tot offerunt ſacrificia, quod aues in aere, animalia in terris vita priuant, vt ſuam delitioſe ſuſtentent, cui tot immolant victimas, quot lauta conuiuia, & ſplendidæ epularum accubationes ab ipſis extruuntur. Inter quę conuiuia non inferiorem locum occupat illud Vitellij, cui iuſſu Galbæ fratris, Romanum Imperium moderantis, (vt refert Alexander ab Alexandro) miniſtrata fuerunt lectiſſimorum piſcium fercula duo millia, & auium ſeptem millia, præter placentam ſexcentorum ſeſtertiorum; & vt explicat Plinius, quinque millium aureorum. Refert idem auctor in libro de naturali hiſtoria, Cleopatram vltimam Aegypti Reginam, ex duobus vnionibus æſtimationis ducentorum quinquaginta millium aureorum, vt ſcribit Budæus, vnum in pulueres redactum, bibendum dediſſe Marco Antonio, quem lautiſſimo cõuiuio exceperat. Aeſopi Tragœdi filius, a parẽte ex hiſtrionica ita diuite, vt ſexcentis HS. ei patina ſteterit, tantas a patre opes accepit, vt ſingulis cœnis, teſte Plinio, vniones aceto liquefactos appoſuerit. Vnde de eius prodigentia inquit Horatius:

Lucian. Dialog. Nigrin. ſiue de moribus philoſ.

Ariſt. ethic. lib. 3. c. 10.

Macro. lib. 3

Philip. 3.

Luc. 16.

Budæus.

Plinius lib. 10. c. 3.

Filius Aeſopi detractum ex aure Metellæ,
Scilicet vt decies ſolidum exorberet, aceto
Diluit inſignem baccam.

Horat. lib. 2. ſermonum.

Mirabilia quoq; ſunt Seruij, & Saxonis conuiuia, in quibus nullæ aues niſi exquiſitiſſimæ apponebantur. Sed horum lautitias, & delicias ſuperauit Heliogabalus, cuius iuſſu, vt referunt hiſtorici, in conuiuijs ab eo celebratis, ſæpe miniſtrata ſunt centum ſtruthiocamelorum capita, vt eorum cerebellis cõuiuæ paſcerentur; qui & vile putabat, cum eſſet prope mare, comedere piſces, vel carnibus veſci, niſi a continenti procul abeſſet. Sed miſſa faciens gentium conuiuia, ſacra ſubiungam. Nemo eſt qui neſciat apparatum, & ſplendorem menſæ Salomonis, precioſorum eduliorum varietatẽ, mirabilem miniſtrantium ordinem, cuius excellentia, & maieſtate Regina Saba obſtupuiſſe dr̃ in libro Regum: *Videns cibos menſæ, & ordinem miniſtrantiũ, non habebat vltra ſpiritum.* Celebratiſſimũ fuit Regis Aſſueri conuiuiũ, magnatibus regni per dies centum octuaginta, & populo per ſeptem exhibitũ, cuius magnificentia conuiuia tam Græcorum, quam Romanorum

3. Reg. 10.

Dan. 5.

ſupe-

ſuperata dicuntur; ſed æquatum ei fuit Regis
Balthaſaris epulũ, quod vt ſacra narrat hiſto-
Dan. 5. ria, præbuit *Optimatibus ſuis mille*, ſibi pocu-
la inuicem propinantibus per ætates, ſicut Ro-
Ibidem. mani per nomina, vt ibidem legitur: *Vnuſquiſ-
que ſecundum ſuam bibebat ætatem*, dijs eorum
præſentibus, vt ex verbis Scripturæ conſtat:
laudabant deos ſuos aureos, & argenteos. His an-
numerare poſſumus Regis Herodis conuiuium,
Marc. 6. *Principibus, & Tribunis Galilææ* factum, vbi ap-
poſitum ſcimus ferculum, quo nullum antea
precioſius, caput ſcilicet Ioannis Baptiſtæ.
Omnes tamen hi Principes, & Monarchæ ſuas
opes, & munificentiam in his conuiuijs oſten-
tantes, eo peruenire minime potuerunt, quo
Dei benignitas, & liberalitas prouecta eſt, vt
homo laute, & ſplendide viueret; ac deinde
miſer factus felicius inſtauraretur. Nam ali-
menta, quibus corpus nutritur humanum,
conſiderantibus vileſcent; quæcumque in ho-
minum conuiuijs apposita narrantur, ſi cum
eo comparentur, quod lautiſsimum, & abun-
dantiſſimum Deus homini in paradiſo præpa-
1. Cor. 15. rauit. Illic omnia ſubiecit pedibus eius, om-
nia genera ciborum guſtui humano permiſit,
omnium fructuum, & arborum eſum præter v-
nius arboris vetitæ fructum conceſſit; & poſt
cataclyſmi vniuerſalem terrarum deuaſtatio-
nem de Arca egredienti Noe, ipſiusque comi-
tibus, tam copioſam appoſuit menſam, vt
quidquid moueretur, & viueret, hominis eſcam
Genis. eſſe præceperit. *Quod mouetur, & viuit, erit vo-
bis in eſcam*. Cum vero poſt ea Iſraelitis per
Num. 11. deſerta vagantibus eſca defeciſſet, illis Deus
ſuccurrit miſſione manna, quod tantæ virtutis
Sap. 16. erat alimentum, vt omnium ciborum ſapori-
bus, & nutritionibus æquipararetur. Et in lege
Matth. 14. Marc 6. Luc. 9. & Ioan. 6. gratiæ ab eius auctore Chriſto ſcimus in deſer-
to ſine aliquo humanæ annonæ præſidio, ſolo
verbi imperio quinque millibus hominum præ-
ter pueros, & mulieres conuiuium paratum ita
copioſum, vt cunctis expletis ſuperfuerint duo-
decim cophini fragmentorum. Sed omnia hæc,
& quæ poteſt cogitatio concipere humana,
vel Angelica mens, vilia, & exilia admodum
fuerunt, ſi cum epulo comparentur, quod hodie
Chriſtus in ſacramento altaris humano generi
proponit. Nam præterquam nobis dat carnem
ſuam vnitam Verbo diuino, tam mirifice con-
ditam, & humano guſtui attemperatam, vt v-
nius buccellæ acceptione Deum ipſum come-
damus, quod tantæ dignitatis eſt, vt maius
quidpiam excogitari, nec optari queat; ſunt
aliæ circumſtātię, ac dignitates, quibus memo-
rata ſuperius conuiuia ab hoc, quod Chriſtus
diſcipulis ſuis appoſuit, ſuperantur. Nam ſi a
Principibus, & Regibus terræ illa facta memo-
rantur, hoc a ſummo omnium principe, terræ,
cælique Domino videmus nobis exhibitum:
illic qui mortales erant, ad conuiuium voca-
bant; hic nos inuitat, qui eſt ſempiternus, vt
nos faciat immortales: illic diuerſæ res erant,
conuiuæ, conuiuium, & conuiuatores; hic eſt ip-
ſe Chriſtus inſtitutor conuiuij, & ipſum conui-
uium, ipſo dicente: *Caro mea vere eſt cibus*. eſt Ibidem.
& epuli diſtributor: *Accipite, & manducate*: ac
tandem fuit conuiua, iuxta illud: *Comedi fauum* Cant. 5.
meum cum melle meo. Quod ſi Vitellius, Sergius,
Saxon, & Heliogabalus conuiuantes carnium,
& auium multitudine, ac varietate glorientur,
Chriſtus ſola vnius cibi appoſitione cũctis præ-
cellit, apponens nobis comedendas carnes re-
gias. Vnde apud Ioannem Angelus de cælo cla-
mabat: *Venite ad cœnam magnam Dei, vt come-* Apoc. 19.
datis carnes Regum. Si miremini tot, ac tam ex-
quiſita piſcium genera in Vitellij, Sergij, & Sa-
xonis conuiuijs appoſita, erant illa quidẽ plẽ-
na ſpinarum, quæ interdum gutturi adhæren-
tes nullo inde humano remedio abſtractæ ſuf-
focant comedentes: cibus autem in hoc ſacra-
mento incluſus etſi aliquãdo ſpinas habuerit:
(nam eis in Cruce coronatus fuit) tamen iam
non amplius datur ſpinoſus, ſed glorioſus, &
hominis palato accommodatus, illã accipiens
formam, & modũ, qui neceſſarius, & opportu-
nus erat ad hominis inſtructionem, oblectamen
tum, & vtilitatem. Si dilutos vniones Cleopa-
tra, & Aeſopi filius in cœnis ſuis dederunt bi-
bendos; Chriſtus in cœna ſua præbuit nobis
ſuæ humanitatis precioſiſſimam margaritam,
quæ tanti valoris eſt, vt a ſapiente mercatore
omnium bonorum venditione comparari de-
beat, ſicut ſcriptum eſt: *Inuenta vna precioſa* Matth. 13.
margarita, dedit omnia ſua, & comparauit eam. Si
Regis Aſſueri conuiuium a regni principibus
centum & octoginta dies continuatum affert Dan. 5.
vobis admirationem, aduertite Chriſti epulum
non tam anguſto temporis curriculo præſcri-
ptum, ſed perpetuo paratam eſſe menſam, ſem-
per adeſſe dapes, numquã deeſſe conuiuas, nec
tamen quantumuis multi, & innumerabiles, ac
infiniti accedant, quem ſemel appoſuit cibum,
poſſe deficere: nam vt ait S. Thomas: *Nec ſum-* S. Thomas.
ptus conſumitur. Regis Balthaſaris conuiuio
numina falſa deorum interfuerunt, quorũ præ-
ſentia menſas ſacrari veteres putabant: quam
ſacra, & plena veri numinis eſt cenſenda men-
ſa illa, vbi Chriſtus vere Deus, & homo ad-
eſt conuiuator, & conuiuium? Si tandem inſi- Marc. 6.
gne fuit Herodis conuiuium appoſitione capi-
tis Præcurſoris Baptiſtæ; in hoc epulo adſunt
caput, viſcera, pedes, & manus Agni illius, quẽ
ab origine mundi pro nobis immolãdum præ-
monſtrauerat paſchalis agnus, dicente Deo:
caput cum pedibus, & inteſtinis vorabitis. Poſſu- Exod. 12.
mus quoque per caput Chriſti intelligere Deũ:
nam Paulus dixit: *Caput Chriſti Deus*. & per 1. Cor. 11.
pedes interpretari ſacram ipſius humanitatẽ,
vt explicat Gregorius Nazianzenus: vtroque Greg. Naz. orat. 42.
tamen modo non ſolum Chriſti caput, ſed cor-
pus eius totum comedimus. Quibus differen-
tijs, & dignitatibus aliæ adiungi poſſunt a
ſuperioribus homilijs colligendæ; nos duas
tantum adijciemus. Prima eſt, conuiuijs ſu-
perius relatis & alijs numquam ferculum ali-
quod fuiſſe miniſtratum, quod verum, & ple-

Digitized by Google

nam attuleris eſurientibus ſatietatem; ſed in hoc ſanctiſsimo ſacramento, datur nobis Chriſtus, qui eſt vera animæ ſaturitas. Narrat [Herodianus] Herodianus factum ab Heliogabalo mirabile conuiuium ciborum fictorum, & apparentium, viſu quidem delectabilium, ſed nullum alimentum comedentibus ſuggerentium, cuiuſmodi ſunt quæcumque ad mundi menſam accumbentes deuorant; diuitiæ namque, honores, & voluptates, quid aliud ſunt, niſi, vt dixit Spiritus ſanctus, [Prou. 20.] *Panis mendicij?* Promittunt enim ſatietatem, & eſurire magis faciunt poſſidentes. Vnde vulgatum illud: *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.* Hic autem [Ioan. 6.] cibus, qui eſt Chriſti caro, aſſerente ipſo: *Caro mea vere eſt cibus*, vere nos alit, & ſaturat, [Ioelis 2.] quemadmodum prædixit Ioel: *Comedetis veſcentes, & ſaturabimini.* Interrogat ſanctus [S. August.] Auguſtinus in quæſtionibus ſuper Geneſim, cur Adam tot fructuum generibus affluens, quibus libere veſci poterat, voluerit potius arboris vetitæ, quam alterius fructum comedere? reſpondetque cauſam fuiſſe, quoniam Adam ſuæ mentis vacuitatem per illam expleri, & auiditatem animi ſaturari poſſe ſpectabat. Qua in re conſideratione dignum eſt, arborem, quam Adam ad hunc finem obtinendum deſiderabat, non fuiſſe illam, de qua comedit, [Aug. lib. 4.] ſed arborem vitæ, vt Auguſtinus in libris de Ciuitate Dei notat; nam arbor vitæ typus huius ſacramenti fuit. Quemadmodum enim arbor illa in ſe habebat virtutem ad calorem, & vigorem naturalem ita fulciendum, & inſtaurandum, vt fructum eius guſtās homo, morti nō eſſet obnoxius, ſed perpetuo viueret, ſicut Dei verba indicant de Adamo loquentis: [Gen. 3.] *Ne forte ſumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum*; ſic diuinus hic cibus vitam animæ conſeruat, ac tandem vitam largitur æternitatis, quæ noſtra omnium eſt perfecta ſaturitas, vt Chriſtus dixit: [Ioan. 6.] *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Altera excellentia, qua omnia conuiuia hoc cæleſte ſuperat, & anteit, eſt, quod illa plerumque noxia fuerunt conuiuantibus, vt docuit Iob, [Iob 1.] qui filijs ſuis conuiuio indulgentibus, ſacrificia pro illis offerebat propter periculum in quo verſabātur, gulæ interuientes, rogatusque ab amicis, cur ita faceret, reſpondit: [Ibidem.] *ne forte peccauerint filij mei.* idque iure timuiſſe rei exitus comprobauit. Nam filijs ſuis ſplendide epulantibus mors inopina irrepſit, ruina domus, in qua conuiuabantur interceptis. Nec primi fuerunt hi, quos comeſſationibus deditos mors improuiſa ſurripuit: nam & rebelles populi Dei comedentes diuinum ſupplicium occupauit, vt ait Scriptura: [Pſal. 77.] *Adhuc eſcæ erant in ore ipſorum, & ira Dei deſcendit ſuper eos.* Idemque contigit Regi Balthaſari, [Dan. 5.] qui dum iucunde capiebat cibos, & regaliter epulabatur, vidit manum, quæ aduerſus eum in pariete ſententiam mortis deſcribebat, quod auſu impio ſacra vaſa in profanos vſus conuertiſſet, illis vtens ad potum, & amicorum propinationes. Damnum, quod affert ventris ingluuies, ſignificatum etiam fuit per Nabuzardan Præfectum equorum, [4. Reg. 25.] qui a Nabochodonoſor cum exercitu miſſus aduerſus Hieruſalem, adeptus victoriam fuit, quod ſanctus Gregorius in Moralibus hoc modo interpretatur: [Greg. lib. 30.] *Muros Hieruſalem princeps coquorum deſtruxit, quia virtutes animæ, dum non reſtringitur, venter perdit.* Conuiuia demum hoſti noſtro domeſtico arma ſuggerunt, dum carnem fouent contra ſpiritum, & animæ vires debilitant. Sed conuiuium, ad quod nos Deus acceſſiri iubet, & in quo carnem ſuam præbet pro cibo, non ſolum non eſt animæ noxium, ſed adeo vtile, vt ei ſalutem conſeruet; immo ſi huic menſæ non accumbat, vitam habere non poſſit; id Chriſto nobis atteſtante: [Ioan. 6.] *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Præter hæc, tam longe abeſt, vt qui ad hanc menſam acceſſerit, igni vitiorum æſtuet (quod ſæpe accidit aliter conuiuantibus) vt potius, ſicut ignis aquæ infuſione extinguitur, ſic omnis cupiditas refrigeſcat diuinam corporis Chriſti buccellam deglutientibus. nam vt docuit Eccleſiaſtes: [Eccleſ. 23.] *Anima callida quaſi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid deglutiat.* Quamobrem ſanctus Bernardus omnia pietatis in nobis incrementa, & ſanctos prouentus huic diuino ſacramento tamquam vniuerſali bonorum cauſæ vult eſſe attributos: [Bernard.] *Si quis veſtrum*, inquit, *iracundia, aut libidinis motibus minus agitatur, gratias agat corpori, & ſanguini Domini, quia virtus ſacramenti in eo operatur.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Decimatertia.

Expoſitis Oſeæ verbis: Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ei ad cor, explicantur Chriſti verba: Caro mea vere eſt cibus, quo tamquam lacte anima nutritur.

NEmo eſt diuini huius, & inæſtimabilis ſacramenti carnis, & ſanguinis Chriſti æque particeps, ac Virgo ſanctiſsima Mater eius, quæ ſi Dei Filium nobis nō dediſſet carne veſtitum, non haberemus ſacramento velatum, cibumq. factū animarū; illa quippe fuit, quæ lacteum hunc panem virgineo calore ſuorum viſcerum fouit, & lacte nutriuit. Vnde ait Auguſtinus:

Lacta

Digitized by Google

August. lib. de Trinit. ſerm. 1.

Lacta virgo cibum noſtrum, lacta panem Angelorũ. Quæ verba mirabile gloſſema ſunt eorum, quæ protulit Oſeas, loquens de beneficijs, & fauoribus, quibus Deus animam proſequitur.

Oſeæ 2.

Lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor. Septuaginta Interpretes vertunt: ***Seducam eam***, quod ſignificat, decipiam eam; vnde fieri non poteſt, quin aliquod in his verbis lateat myſterium: planum enim eſt, ipſaque ratio naturalis dictat, Deum nec poſſe falli, nec fallere. Quid ergo ſibi vult, ***Seducam eam?*** Sanctus Gregorius Nyſſenus ſingulari cum acumine hæc verba interpretatur de Euchariſtiæ ſacramento, ait enim decipi a Deo ſenſus noſtros, cum videatur oculo videre panem vbi non eſt panis, & guſtui guſtare vinum vbi non eſt vinum, ſed tantummodo panis, & vini accidentia, nulla vtriuſque ſubſtantiæ vel minima remanente particula.

Greg. Nyſſe nus de Euc.

Iuxta quam expoſitionem Doctores aliquot explicant eiuſdem Prophetæ verba præcedentia: ***Ecce ego lactabo eam.*** Nam verbum lacto, deduci poteſt a verbo antiquo, *laceo*, quod ſignificat decipio, & per blanditias in fraudem illicio. vnde Terentius in Andria:

Ibid. 2.

Terent. in Andr.

Nonne tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudium, niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres? idemque ibidem: ***Tune hic homines adoleſcentulos imperitos rerum eductos libere in fraudem illicis ſollicitando, & pollicitando animos eorum lactas?*** Quo ſenſu explicantur verba Salomonis in Prouerbijs: ***Si te lactauerint peccatores.*** & alibi: ***Vir iniquus lactat amicum ſuum.***

Prou. 1. & 6. Prou. 16.

Quare dicendo ſeptuaginta Interpretes: ***Et ſeducam eam;*** videntur præcedentibus verbis: ***Ego lactabo eam***, voluiſſe ſubijcere expoſitionem. Fraus hæc, vel deceptio diſſimilis omnino eſt ei, quam dæmon in paradiſo aduerſus hominem machinatus fuit: nam pollicitus vitam dedit mortem; pollicitus ſapientiam dedit ignorantiam; pollicitus diuinitatem: ***Eritis ſicut Dij***, dedit brutorum ſimilitudinem. vnde de homine dictum: ***Similis factus eſt iumentis.***

Gen. 3. Pſal. 48.

Seductio autem Chriſti in hoc ſacramento ſenſus decipientis dirigitur ad illuminandum intellectum, & amore Dei inflammandam voluntatem: ſiquidem ſub eo, quod viſus, & guſtus iudicant eſſe panem, & vinum, præbet nobis Chriſtus carnis ſuæ regales dapes, & nectar ſui ſanguinis dulciſsimum, quibus anima noſtra vere nutritur, ipſo dicente: ***Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.***

Ioan. 6.

Satis etiam diuerſa hæc fraus eſt ab ea, qua ſeducti hæretici ſacramentarij a catholica veritate deflexerunt. In catholicis hominibus fraus quidem eſt, & deceptio ſenſuum; ſed eos corrigit intellectus, luce catholicæ fidei illuſtratus: hæreticorum fraus eſt pernicioſiſſima, quoniam ſenſibus acquieſcunt, nec a fide catholica emendari volunt. Vnde mirum non eſt, ſi ſtultiſsime, ac impie iudicent in hoc ſacramento non eſſe vere Chriſti corpus, ſed eius figuram; quoniam ſolido veritatis catholicæ fundamento, quod eſt fides, non innixi, neceſſe eſt corruant, & inſaniant, nec aliter reſipiſcere poſſunt, niſi crediderint. Sponſus in Canticis ſollicitus, ne ſimilis error Sponſæ ſuæ animum occuparet, flagitanti vt ſibi faciem oſtenderet, & oſculo oris ſui ipſam oſcularetur, reſpondit: ***Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento;*** quod munus, & reſponſum a dignitate Sponſæ, ac eius petitione videtur alienum.

Cant. 1.

Quid enim ad rem flagitanti oſculum promittere inaures, ſiue murenulas? Reſpondet diuus Gregorius: Inaures, quod ab auribus pendeant, eſſe fidei ſymbolum, quia vt Paulus dixit: ***Fides ex auditu;*** & quia vitæ præſentis fides viam parat ad manifeſtam Dei in futuro ſæculo viſionem, ideo Sponſæ poſtulanti clarum Chriſti conſpectum dantur inaures, hoc eſt fides, qua credat Chriſtum humanitate indutum, & ſacramento velatum: cum qua pariter fide Sponſa ſuſcipit quod optat oſculum, dum ei communicatur aurum vermiculatum, ſeu variegatum argento, quod eſt diuina, & humana Chriſti natura, quæ candido ſacrati panis velamine celata eſt.

D. Gregor.

Rom. 10.

Ad cuius loci maiorem intelligentiam notabis, murenulam, dictam a murena piſcis genere, formam anguis referente: murenæ autem ea natura eſt, vt cum primum audit maſculi vocem, nil cunctetur, ſed illico magno, ac veloci impetu omnes fluctuum vortices ſuperet, donec ad ipſum perueniat. Sic & Sponſa ornata murenulis, id eſt fide, atque amore ſui Sponſi ardens, vbi percepit vocem eius, dicentis: ***Caro mea vere eſt cibus;*** feſtinat ad illum, omnes difficultatum vndas, & dubiorum gurgites tranans, & prælucente fidei ſidere intellectum inclinat, mouetque ad firmiter credendum, ſub accidentium tegumento Sponſum ſuum re ipſa, & vere contineri.

Ioan. 6.

Maximus Eccleſiæ Pater Auguſtinus in ſenſu myſtico matrimonium Iacob cum duabus filiabus Laban acute ſatis, & ingenioſe interpretatur, quod propoſito noſtro valde conducit.

D. August. lib. 2. contra Fauſt.

Iacob Rachelis pulchritudine captus, vt eam duceret vxorem, annos ſeptem patri ſeruiuit, qui tempore nuptiarum aduenientе, Liam ei præbuit: cumque ea de re apud Laban quereretur, ſocer reſpondit: ***Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias.***

Gen. 29.

Laban idem eſt, quod dealbans, per quem intelligitur Deus, qui iuſtificatione animas reddit puras, & candidas, ſicut dixit Dauid: ***Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor;*** ante quam ablutionem fuerat ex peccato anima miſerabiliter denigrata: ***Denigrata eſt facies tua ſuper carbones.***

Pſal. 50.

Thren 4.

Huic magno patri duæ ſunt filię, vna Lia nomine, q̃ oculorũ lippitudine laborabat, per quã denotatur fides, propter rerum diuinarum cognitionem obſcura, & ænigmatica; altera Rachel, quæ interpretatur viſio Dei; ideoq̃ue Rachel typum gerit beatificæ viſionis, in qua Deum videbimus, *ſi-*

Digitized by Google

1. Ioan. 3.

cui eſt. Iacob repræſentat intellectum humanum, matrimonio ſibi coniungere Rachelem, & quæ diuina ſunt, eorumque auctorem non per ſpeculum, vel ænigma, ſed aperta luce intueri cupientem: ſed neceſſarium eſt prius Liam ſibi copulet vxorem, hoc eſt amplectatur fidei notitiam obſcuram: ob eam namque cauſam Sponſus poſtulanti Sponſæ clarum Dei intuitum offert inaures, quæ munera ſunt aurium materialium, ſicut fides ſpiritualium, ea re ſignificās, oportere prius obſcuræ fidei cognitioni acquieſcere, ſi diuinorum myſteriorum euidentiam, & claram Dei viſionem aſſequi deſideramus. Hac enim de cauſa hæretici recuſantes talem ſeruare cognitionis ordinem, eo inſaniæ peruenerunt, vt in hoc ſacramento ſolam eſſe vmbram, & figuram Chriſti, non veram eius præſentiam deblaterent: quorum inſipientiſsimam blaſphemiam nunc refutare non intendo argumentis ſcholaſticis, quæ proprie ſpectant ad gymnaſium, & magiſterij ſubtilitatem, ſed ea tantum adducam, quæ concionatoribus, & populari captui magis accommodata fore iudicaui. Inter quæ non parum firmum eſt, quod a verbis Sponſæ in canticis ſui epithalamij deſumi poteſt, cum inquit: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*. Quæ verba ſanctus Theodoretus ſacramento altaris accommodat, quod ait eſſe meridiem; quia ſicut ſol, cum ad meridiem aſcendit, ſummo innixus cæli culmine vmbras rebus eripit; ita Chriſtus in hoc ſacramento ad culmen accedens ſuæ dilectionis, vmbras veteris legis, & figuras, quibus ſignificabatur, exterminat, iuxta verba ſancti Thomæ: *Dat figuris terminum; Vmbram fugat veritas; Noctem lux illuminat*. Sed vt melius percipiatur prædicti loci ſententia, notandum eſt, nomen *meridies*; nec enim percontatur Sponſa vbi cubet mane, aut veſperi, id eſt, vbi ientaculum, vel merendam ſumat: ſed vbi cubet, vel prandeat *in meridie*, quoniam matutino tempore, quando ientaculum capitur, vmbræ præcedunt, ſuntque longiores, & veſpertino ſubſequuntur, ſiuntque breuiores, in meridie autem vmbræ vix apparent, quoniam a ſuperſtantibus corporibus abſumuntur. Vnde ruſtici ſolent meridianum tempus exploraturi ad locum pergere apertum, vbi ſtantes, ſi propriam vmbram ſubter ſeipſos poſitam vident, meridiem, & prandij tempus eſſe indicant. Inquit igitur Sponſa: nolo ſuſtentari bonis vmbraticis, & gaudijs apparentibus, ſed veris, & cæleſtibus, qualia diuinus hic cibus includit; ideoque ſcire cupio, *vbi cubes in meridie*, id eſt, quando in terras veniens fugabis vmbras, & per tuam ipſius in ſacramento præſentiam genus nutries humanum. Paſcebat olim Deus populum ſuum vmbra bonorum, quibus nunc fruimur, vt teſtatur Apoſtolus ad Hebræos: *Vmbram habuit lex futurorum bonorum*; paſcebat cælitus dato manna, paſcebat agno Paſchali, tamquam carnis Chriſti vmbris, & imaginibus; nunc autem non amplius figuris, ſed figurato; non vmbra, ſed veritate ſui corporis paſcit *in meridie*, id eſt in aduentu ſuo, per quem vmbras abegit futurorum bonorum, inquiens: *Hoc eſt corpus meum*. Hæc eſt pia, & ſancta deceptio, quam a Chriſto fieri in hoc ſacramento dicit Theodoretus, explicans prædicta verba: *Et ſeducam eam*. Quoniam cum in hoc ſacramento ſenſibus noſtris videatur illic panis, & vinum eſſe, nec tamen ſit niſi Dei caro, & ſanguis, talis ſeductio vtilis valde animæ noſtræ, & dæmoni perniocioſiſſima eſt. Cum primum Deus humani generis parentes creauit, eorum aduerſarius Diabolus omnes vires, ac neruos intendit ad ipſos decipiendos lacte falſarum voluptatum, quod lac adeo ipſis fuit tabificum, & peſtiferum, vt niſi Deus a tam pernicioſo vbere illos amouiſſet, & ablactaſſet, omnino perijſſent. Hieremias inquit: *Lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos*. Tradunt rerum naturalium Scriptores, lamiam ita crudelem, vt poſtquam ſuos lactauit catulos interimat; quod & fecit Diabolus aduerſus Adamum, & Euam: nam cum inani pomi vnius, vel ficus guſtu (vt alij ſentiunt) eos lactauiſſet, miſerabiliter occidit. Quare aduerſus ipſum contemplor Deum dicentem, lacte hominē vita priuaſti, ſicut Iael Ducem Siſaram, & ego tibi lacte vitam eripiam, hominis animam lacte reficiens. Sed quo Domine lacte illam nutries? lacte, vt puto corporis, & ſanguinis tui. Lac enim Euchariſtiæ ſacramentum appellat Apoſtolorum princeps Petrus in canonica Epiſtola, vbi loquens cum fidelibus recens baptizatis inquit: *Quaſi modo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcite*, id eſt Dominici corporis communionem. Hunc ſenſum eſſe litteræ magis conuenientem conſtat ex ratione, quam ſubnectam. Pro qua ſuppono, quod ſicut in natura eſt generatio, per quam id quod generatur, accipit vitam, ac deinde nutritur, creſcit, & augetur, dum quod naturali calore deteritur cibo recuperatur; ſic etiam in ſupernaturali gratiæ ordine eſt ſpiritualis generatio, quæ fit per baptiſmum, vbi recipit baptizatus vitam, & Dei filijs aſcribitur. Eſt etiam nutritio, qua vita illa ſeruatur, & virtus augetur; ac quidquid calor concupiſcentiæ deſtruit, & reficitur, & inſtauratur, pro quo ſupplemento, & inſtauratione ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum inſtitutum fuit. Cum igitur Petrus in primo illius Epiſtolę capitulo locutus fuiſſet de ſpirituali generatione, quæ fit per baptiſma: *Benedictus Deus, qui regenerauit vos in ſpem viuam*; egit ſtatim de nutritione ſpirituali ad virtutis augmentum, quod per hoc ſacramentum fit, dum inquit: *Lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem*. Et vt melius intelligeretur, Apoſtolum loqui de Eucha

riſtiæ

Cant. 1.
Theodor.
S. Thom. in Proſa.
Cant. 1.
Ibidem.
Hebr. 10.
Matth. 26.
Theodoret.
Thren. 4.
D. Petrus Epiſt. 1. c. 2.
D. Petrus vbi ſupr.
D. Pet. ep. 1. ca. 2.

Google

Ibidem Pſal. 33. Ioan. Chryſ. Cyrill.

riſtiæ ſacramento, ab ipſo ibidem ſubnectitur: *Si tamen guſtatis, quam ſuauis eſt Dominus*: quæ verba ex Dauide mutuata ſunt, & vt Ioannes Chryſoſtomus, & Cyrillus ſentiūt, huic diuino ſacramento mirifice conueniunt, & applicantur.

Auguſt. in Pſal. 33. tom. 8.

Nec ab eis diſſentit Auguſtinus tamquam optimus Petri diſcipulus, diuinum hoc ſacramentum appellans lac: cuius verba quoniam plena doctrinæ, ac pietatis ſunt, hic deſcribere viſum eſt: *In principio erat verbum, ecce cibus ſempiternus, ſed mãducant Angeli, manducant ſupernæ virtutes, manducant cæleſtes ſpiritus, & manducant, & ſaginantur, & integrum manet, quod eos ſatiat, & lætificat. Quis autem homo poſſet ad illum cibum? oportebat ergo, vt menſa illa lacteſceret, & ad paruulos perueniret. Vnde autem fit cibus lac? vnde omnibus in lac conuertitur, niſi per carnem traijciatur? Nam mater hoc facit, quod manducat mater, hoc manducat infans. Sed quia minus idoneus eſt infans, qui pane veſcatur, ideo ipſum panem mater incarnat, & per humilitatem mammillæ, & lactis ſucco de ipſo pane paſcit infantem.* Contemplabatur Auguſtinus Chriſtum ſimilem matri plures filios habenti, quos omnes eodem pane ſuſtentaret, ſed natu grandioribus, & dentibus cibum terere, ac ſtomachi calore coquere valentibus panem porrigit cortice obductum, & duriorem: infantulo autem, quem ad vbera nutrit, non panem ipſum, ſed ſubſtantiam panis natiuo ſuo calore in liquorem lacteum verſi largitur. Hoc modo, vt cenſet Auguſtinus, Chriſtus inſtar nutricis amantiſſimæ paſcit Angelos, ac Beatos in cælo, & homines iuſtos in terris; Sed hoc inter vtroſq; diſcrimen eſt, quoniam illos tãquam filios ætate prouectiores ſuſtentat pane in forma propria, id eſt viſione Dei, vt videant eum ſicuti eſt; nobis autem tãquam paruulis, *Quibus lacte opus eſt, non ſolido cibo*, vt dixit Paulus, eundem panem, quaſi ſub forma lactei cibi præbet. vt enim ait Auguſtinus, *oportebat vt menſa illa lacteſceret*, propter noſtram imbecillitatem, qui tamquam infantes cæleſtem panem manducare non valebamus, niſi per Chriſtum panis ille Angelorum, hominum guſtui, & imbecillitati fuiſſet attemperatus, vt atteſtatur Eccleſiæ Hymnus: *Ecce panis Angelorum, Factus cibus viatorum.*

Paul. Heb. 5

Auguſt. vbi ſup.

Hymnus D. Thomæ in off. corp. dom.

Præterea ſicut mater tenellum nutriens infantem ex cibis, quibus veſcitur, quod craſſius, & minoris nutritionis eſt, ſibi aſſumit, & puero cum lacte ſuccum ciborum ſubtiliorem, & meliorem communicat; ita Chriſtus in vltima cœna hoc diuinum ſacramentum ſumens cum Apoſtolis, ex eo quod erat ſubſtantiæ minoris accepit, quandam ſcilicet ſpiritualem delectationem (quoniam exiſtens beatus non poterat accipere gratiæ augmentum) nobis autem dedit, quod in eo purius, & magis (vt ita dicam) ſuccoſum eſt, gratiam nempe, qua nutrimur tamquam præcipuo huius ſacramenti effectu. Vnde completum eſt, quod Iſaias prædixerat: *Mammilla Regum lactaberis*; quod ſeptuaginta Interpretes verterunt: *Diuitias Regis comedes*, hoc eſt Regis gloriæ Chriſti perfrueris meritis, & mirabilibus beneficijs, quæ in nos per hoc ſacramentũ ab ipſo conferuntur. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorũ. Amen.

Iſai. 60.

Homilia Decimaquarta

Lactis metaphora, qua vtitur Auguſtinus, fuſius explicatur, & ſingularis prouidentia Dei oſtenditur, qua cunctis ab ipſo creatis, ac præſertim animæ noſtræ præbet nutrimentum.

QVæ res maiorem Dauidi præbebat occaſionem admirandi opera Dei, prouidentia eiuſdem erat, qua tot, ac tam diuerſa animalium genera terras incolentium, tot piſcium & auium ſpecies maria, & aerem tranantium tam copioſe ſuſtentat, vnde inquit: *Omnia a te expectant, vt des illis eſcam in tempore opportuno; aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Mirabile namq; admodum eſt, tot exiſtentibus piſcium, animalium, volucrumq; generibus, quæ diuerſis indigent alimentis, nec ſeminantibus, nec metentibus, ſuggeri tam abundãter, & opportune paſtum omnibus conuenientem. Nec tamen dum his omnibus, & ſingulis intenta Dei ſapientia eſt confunditur eius adminiſtratio, non exhauritur theſaurus, non languet ſollicitudo, nec puncto temporis a ſui ipſius contemplatione diuertit. Hæc tam vniuerſalis pariter, & ſingularis Dei prouidentia regium Prophetam ſtupore correptum exclamare faciebat: *Quam magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti. Hoc mare magnum, & ſpatioſum valde: illic reptilia, quorum non eſt numerus. &* alibi: *Qui operit cælum, & parat terræ pluuiam, qui producit in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominum*, id eſt cunctis animantibus, vt exhibeant homini ſeruitutem; quibus non ſolum neceſſaria, ſed cuiuſq; guſtui accõmodata parauit alimenta, flores apibus, capris frõdes, iumẽtis hordeum, boui fœnum, & ferocioribus beſtijs alias mitiores, vt idem teſtatur Propheta; *Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi.* Nec deeſt prouida hæc Dei cura volucribus, quæ vix emergentibus auroræ radijs, inſidentes arborum cacuminibus, roſtella pãdentes, argutis vocibus cibum videntur flagitare à Deo. Ille vero non ſolum neceſſariam, ſed gratam ſingulis præbet eſcã, aëdoni culices, turdo granum, miluio paſſerem, accipitri pernicem, &, vt ait Dauid: *pullis coruorum inuocantibus eum* mittit eſcam; quos

Pſal. 103

Pſal. 91.

Pſal. 146

Pſal. 103.

Pſal. 146.

aiunt

aiunt rerũ naturalium ſcriptores, dum recens nati implumes albeſcũt, a parentibus deſtitui, nec ipſorũ aliqua ope iuuari, donec ſuccreſcentibus pennis fieri incipiunt nigriores: ſed ita orbatis non abeſt diuina prouidentia; nam vt quidam tradunt, ab alijs auibus aluntur, vel naſcentibus in arbore, vbi illorum nidus eſt, vermiculis, ſiue, vt alij autumant, miſſo cælitus rore ſuſtentantur. Quæ omnia licet magna,

Pſal. 52. & mirabilia, *vir inſipiens non cognoſcit, & ſtultus non intelligit hæc*, quoniam ad rerum inanium ſtudia, & mundi fraudes ingenioſus, & perſpicaciſſimus, ad ea, quæ Dei ſunt, hebes, rudis, & cæcutiens eſt. Quamobrem ſi totius naturæ conditor, & altor Deus tam ſingulari ſollicitudine campeſtribus beſtijs, & aereis volucribus neceſſaria prouidit, quid faceret erga homines, quos ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam creare dignatus eſt? Reliquis animantibus aſſignauit cibum vnum, quibuſdam ſolam herbam, alijs ſolum granum, nonnullis ſolam carnem, & pro potu cunctis ſolam aquam; hominem lautioris menſæ, ac varietate ciborum magis inſtructæ vult eſſe conuiuam, præbens ei in eſcam animalia, piſces, aues, vt interim taceam tot ſemina, ac terræ fructus guſtui gratiſſimos, partim hiberno, partim verno tempore prouenientes; & in potum non ſolum aquam fontium, & fluminum, ſed vina quoq; odorifera, & precioſiſſima, quibus liquores alios palato iucundiſſimos, & valetudini conuenientes adiunxit. Veruntamen, qui bene ratiocinari volet, nou hic ſiſtet, ſed progrediens vlterius ſic argumentabitur. Duæ ſunt in homine partes, quibus conſtat, corpus videlicet, & anima; corpore ſimilis animalibus, mente Angelis eſt: harum vero partium ratio, & natura exigit, vt vitam habeat animalem, qna creſcat cum plantis, & ſentiat cum animantibus, habeatq; pariter vitam ſpiritualem, qua Deum cognoſcat, amet, & veneretur. Quare ſi ad vitam corpoream ſuſtinendam tantam Deus rerum copiam, & varietatem ciborum parauit, manifeſtum inde eſt, non minus liberaliter dediſſe nobis victum, & omnia neceſſaria ad vitam ſpiritualem peragendam. Victus autem, quem dedit, adeo precioſus eſt, vt non ſolum dapibus regalibus, ſed ipſiuſmet Regis carnibus, ac proprio corpore veſcamur in hoc altaris conuiuio, vbi licet vnus apponatur tantummodo cibus, & vnus potus, habet tamen in ſe omne condimentorum delectamentum, & liquamentorum iucunditatem. Natura multiplicare ſolet res imperfectas, vt ſimul omnes, quod ſingulæ non poſſunt, efficiant; nam, vt

Ouidius. dixit Ouidius, ac prouerbio circumfertur; *Et quæ non proſunt ſingula multa iuuant*: ſed in rebus perfectis vnum producit effectum. Vnde cernimus multas eſſe ſtellas, vnum tamen ſolem, & lunam vnam, nec eſt in quaque ſpecie

D.Th. 1 p. Angelorum niſi vnum indiuiduum, & ſecundum S. Thomæ opinionem, ſpeciei angelicæ perfectioni repugnat in pluribus multiplicari.

Cũ ergo ſingula bona creata, nec omnia ſimul animo noſtro ſatisfacere nequirent, tam efficax, & mirabile ferculum nobis parauit diuina ſapientia, vt illo veſcentes, non eſuriamus in perpetuum, vitam per ipſum recuperantes, iuxta eiuſdem verba: *Caro mea vere eſt cibus, & qui manducat me, ipſe viuet propter me*. Ioan. 6. Veruntamen noſſe deſidero Domine, quomodo promittis animæ cibum, & das carnem? quomodo poteſt carne ſuſtẽtari ſpiritus? Quod ſi id agis, vt hominem facias a corruptione alienũ, & immortalitati reſtituas, quã ei vetiti pomi eſus eripuit, quomodo præbes pro alimento carnem, quæ omnis corruptionis principiũ eſt? Hæc, & alia, quæ humanæ rationi, & impotentiæ magna videntur incommoda, omnia facile ſuperantur, & expediuntur conſideranti, Chriſtum non dicere abſolute carnem eſſe animæ cibum, ſed carnem ſuam: *Caro mea vere eſt cibus, &c.* Ibidem. Caro enim per ſe non poteſt eſſe animæ cibus, cum ſit ex natura ſua corruptibilis, & infirma: nam vt ſcriptum eſt: *Caro non prodeſt quidquam*; Ib. eod. ſed vnita diuino ſuppoſito, qualis Chriſti eſt caro, ab omni poteſt liberare corruptione, vitamque largiri æternitatis. Nec mirum eſt, ralem diuinis rebus eſſe virtutem, vt ab ipſis animus immutetur, cum rebus humanis commoueatur ſpiritus, vt accidit in muſicis, quibus affectus excitantur, & mens permulcetur: quod etiam in cibis delicatioribus, & nobilioribus experimur, quibus ingenia ſubtiliora, & mores placatiores generantur. Quare ſi muſicus concentus, & ciborum qualitas animos hominum ſic afficit, vt excitet ad quæ prius languebant; quanto magis Chriſti caro, ſi digne manducetur (cuius eſt infinita ſuauitas, & nobilitas) mentem noſtram virtute ſua mutabit, afficiet, nobilitabit? Quid vero ſi addamus, cibum, quem nobis dat Chriſtus, non ſolum eſſe corpus, ſed etiam animam ſuam, immo & ipſummet Verbum diuinum, in quo tamquam in ſuppoſito corpus Chriſti, & anima eſt? At vbi Verbum diuinum eſt, neceſſe quoque eſt adeſſe diuinitatem; & vbi diuinitas, tres pariter diuinas adeſſe perſonas: vnde in hoſtia conſecrata, etſi diuerſis modis, atq; rationibus, corpus, & anima Chriſti, natura diuina, & humana, diuinarumq; perſonarum beatiſſima Trinitas veriſſima adeſt. Perpende igitur Chriſtiane, quantum Chriſto debeas, qui tibi vnius buccellæ, & poculi ſumptu dat, vt comedas, quod terrarum, cælorum, & omnium, quæ illis continentur, aut a Deo creari poſſunt, precium, & dignitatem antecellit. Patet iam hinc reſponſum ad id, quod obijciebatur de corruptione, & imbecillitate carnis, cuius eſu anima noſtra immortalitati reſtitui non poſſe videbatur. Id enim verum eſt, ſi de carne loquamur, de qua Iſaias: *Omnis caro fœnum*; Iſa. 40. non autem de carne, *quæ Verbo Domini* vnita eſt: vnde idem Propheta ſtatim ſubiunxit: *Verbum autem Domini manet in æternum*. Ioan. 1. Ergo ſi *Verbum*

caro

caro factum eſt, liquet aperte, immortalitatem
Pſal. 15. carni, cui vnitur, fore ab ipſo communicandam. vnde inquit Dauid: ***Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.*** Si enim experimento conſtat, grano ſalis præſeruari carnes a corruptione; quanto magis a verbo Dei præſeruari poſſe credemus? vnde cum Chriſti caro principio immortalitatis vnita ſit perſonaliter,
Ioan. 6. mirum non eſt, ſi Chriſtus carnem ſuam manducantibus promittat immortalitatem. ***Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.*** Quia tamen perfectum conuiuium non ſolum cibo, ſed etiam potu conſtare debet, ideo Chriſtus in hodierno epulo nobis pro cibo largiens
Ibidem. carnē ſuā, pro potu dat ſanguinē, ***Sanguis meus vere eſt potus.*** Prædixerat olim Oſeas; ***Ego quaſi***
Oſe 11. ***nutritius Ephraim portabā eos in brachijs meis;*** quæ verba declarāt, nos Chriſti ſanguine tamquam lacte nutriendos: quod vt crederemus, ſatis erat dicere, quod Pythagoræ diſcipuli de magiſtro
Oſe. 2. ſuo dictitabant: *ipſe dixit.* Deus enim promiſerat animæ lac, inquiens: ***Ego lactabo eam.*** Sed præter argumentum ab auctoritate ſunt & aliæ rationes, inter quas primum locum teneat naturæ noſtræ infirmitas, & imbecillitas, ob quam cum humanum genus medicinam ferre non poſſet, voluit diuinus hic noſter nutritius, vt hominis ſanaret ęgritudinem, haurire pharmacum dolorum, & paſſionis, vt per ſanguinem ſuum, quo tamquam lacte nutriendi eramus, ſuam nobis communicaret puritatem, & lacteum innocentiæ candorem. Qua in re Dei ſapientia imitata eſt prudentium medicorum induſtriam, qui non largiri ſolent pharmacum infantulo ægrotanti, ſed nutrici, vt medicinæ virtus ſimul cum lacte ad pueri ſtomachum penetrans, ſine illius faſtidio morbum depellat. Voluit ergo Chriſtus, educto ſibi ex toto corpore ſanguine, ad humani generis ſalutem bibere doloris pharmacum, pharmacum, inquam, tantæ amaritudinis, vt antequam illud guſtaret, pauere, &
Marc. 14. Ibidem. tædere cœperit, dicens: ***Pater transfer a me calicem hunc.*** At voluntati diuinæ humanam ſubmittens, & amore noſtri victus illum cupidus ebibit. Cum ergo Chriſtus dixerit: ***Et***
Ioan. 6. ***ſanguis meus vere eſt potus*** (quia ſicut carne illius fames noſtra, ita & eiuſdem ſanguine ſitis erat repellenda) ſanguinem Chriſti lac noſtrum eſſe interpretantes recte ſentiemus.
Ariſt. de hiſtor. animalium Nam vt Ariſtoteles dixit: ***Lac eſt ſanguis concoctus***: ſiue vt Cremon apud Pierium: ***Lac eſt ſan-***
Pier. lib. 6. ***guis colore mutato.*** Aiens ergo Chriſtus: ***Acci-***
Matt. 26. ***pite, & bibite ex eo omnes,*** ſuos nobis dolores, ac pœnas amoris ardore concoctas, & in lac noſtræ nutritionis conuerſas nobis propinat, quæ per hoc ſacramentum nobis communicantur. Hinc verba illa Chriſti, ***Transfer a me calicem***
S. Hilar. & Baſil. ſuper hunc locum. ***hunc***, S. Hilarius, & Baſilius interpretantur: Transfer huius calicis fructū in filios meos, & fac, vt paſſionis meæ virtute, & imitatione nutriantur. Opus tamen eſt, vt hoc ſacramentum, quæ diximus, in nobis efficiat, animam eſſe purgatam, & defæcatam omni affectu terreſtri: nam vt ait Galenus, & Auicenna cum
vniuerſa medicorum ſchola, vt vtile ſit lac, & *Galenus, & Auicenna.*
ſalutiferum nutrimentum, oportet corpus malis humoribus expurgari; aliter enim cum lacte peccans humor augetur: ideoq; vt ſacer hic cibus, diuinusq; potus menti noſtræ ſuos inducat effectus, conuenit omnino illam eſſe alienam ab omni genere culparum, quibus deformatur, & inquinatur. Hunc carnis Chriſti cibum, & ſanguinis potum vocatum a Deo lac in ſacris litteris inuenio apud Iſaiam: ***Si-***
tientes venite ad aquas, & qui non habetis argen- *Iſai. 55.*
tum properate, & comedite. venite, & emite abſq; argento, & abſq; vlla commutatione vinum, & lac: quæ verba etſi varijs ſenſibus dilucidari queāt, omnium tamen aptiſſimus eſt, qui huic conuenit ſacramento. Duo hic proponuntur a Propheta. Primum, quod nobis a Deo datur; alterum, quod pro dono a nobis exigitur. Quæ vox eſſe poteſt gratior ſitientibus, quam illius, qui magno aquæ potorio ad bibendum inuitat æſtuantes? Docet id præ ceteris terra, quæ ſi diu pluuia deficiat, multis in locis hiſcens, per hiatus ipſos, & ſciſſuras, quaſi per ora, videtur imbrem a Domino poſtulare. Quod innuit Da-
uid: ***Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi***; contra *Pſal. 142.*
vero abundantibus, & opportunis irrigata nimbis, lętas producit ſegetes, & vndequaque germinans floribus, ac fructibus decora eſt. Venite igitur Chriſtiani, quos concupiſcentiæ ardor exagitat, accedite ad Deum fontem viuum, latet ſub hoc ſacramento petra fluens aquis, melle dulcior, ſcaturigo ſitientibus non modo iucunda, ſed vtilis admodum, & ſalutifera: hinc enim manant fluenta copioſa gratiarum, virtutum, & meritorum. Feſtinate pauperes, & inopes, Dominus enim ad emendum inuitat argentum non habentes. Sed quæ tam inaudita, & inuſitata hæc vox eſt, Domine? Si ad emendum vocas, quomodo abſq; argento, & aliqua commutatione? quomodo venditio, vel emptio dici poteſt? Emptio enim eſt contractus, in quo pro re empta aliquid præbetur, aliter enim non tam emptio, quam gratuita donatio eſt. Præterea ſi ad aquam
iubes venire ſitientes, quomodo ais: ***emite, &*** *Iſaias 55.*
comedite? Conſtat enim comedentibus non tolli ſitim, ſed augeri. Deniq; cum dicas: ***ſitientes*** *Ibidem.*
venite ad aquas; non eis aquam, ſed vinum, & lac ſuggeris? Quæ contradictio hæc, & antinomia eſt? At reuera nulla adeſt repugnantia verborum, nec oppoſitio ſententiarum, immo grandis myſteriorum dignitas, & ſacramentorum profunditas. Primum enim inuitans nos ad emendum, Deus oſtendit, quod quemadmodum emptor dat pariter, & accipit; ita qui vult diuini huius ſacramenti percipere fructus, afferre debet debitam animi diſpoſitionem, videlicet humilitatem profundam, qua ſe cognoſcat indignum; fidem viuam, firmiter credens illic vere Chriſtum delitеſcere; ſpem firmam, & conſtantem, qua ſperet ſe Chri-

Digitized by Google

Chriſto coniungendum; inflammatum amorem erga infinitam, & immenſam bonitatem Dei, qui tam exquiſito, mirifico, & ineffabili modo ſe nobis inſinuare voluit; ac tandem erga proximum charitatem veram: non enim decet odio laborare, vel ſanguine pollutas habere manus, qui cum Deo in eadem paropſide manum intingit, & ad Chriſti menſam accumbit. Sed quoniam omnis hæc præparatio, & omnis pro re tanta ſumptus ſi comparentur cum humanitate, ac diuinitate Chriſti, cum ſanguine, & meritis illius, cum infinitis bonis, quæ nobis in hoc ſacramento communicantur, inſtar
Ibidem nihili habenda ſunt, ideo ait: *Emite abſq; argento, & abſq; vlla commutatione*; nam pro tam paruo precio tam ingentẽ largiri theſaurum, idem eſt, ac ſi gratis, & pro nihilo daretur. vn-
Pſal 55. de Propheta dixit: *Pro nihilo ſaluos facies eos*. Quod vero vocans ad bibendum ſitientes, præbeat cibum, quo ſitis augetur, non eſt abſque myſterio; vult enim nobis ſignificare mirabile diſcrimen, quod inter hoc diuinum alimentum, & cetera, quibus nutriuntur mortales, exiſtit. Nam omnia ciborum genera quibus alimur, ſiue pauonum, vel phaſianorum ſit, afferunt tandem faſtidium comedentibus; ſed cibus hic, quem Chriſtus dat, etſi ex vna parte ſatiat eſurientes, famem ſimul acuit, ob idq; iubet Deus ſitientes comedere, quoniam ſicut augetur ſitis cibos comedenti terreſtres, ita Chriſti regiam carnem manducantes magis
Eccl.24 eſuriunt, vt ipſe dixit: *Qui edunt me adhuc eſurient*. Fames, & ſaturitas aliquid mali, & aliquid boni habent: bonum famis eſt cibi appetentiam afferre; nam, vt vulgo dicitur: *Optimum condimentum fames*; malum famis eſt fami non poſſe ſatisfacere; ſaturitatis bonum non exiguum eſt, latrantem fame ſtomachum placari; illud tamen habet mali, quod tandem parit cibi faſtidium, & quæ auide expetiuimus, mox tędio habemus. Differentia igitur inter hunc, & alios cibos eſt, quod in hoc pane Angelorum inuenitur bonum famis, quippe illam renouat; & inuenitur bonum ſaturitatis, quoniam animi noſtri auiditati vbertim, ac plene
Iſai.55. ſatisfacit. Dum denique ait: *Sitientes venite ad aquas*; datq; vinum, & lac, ſignificat, Chriſti ſanguinem, qui nobis datur in hoc ſacramento, eſſe potum, incipientibus, proficientibus, & perfectis conuenientem. Potus tenelli pueri lac eſt, adoleſcentis aqua, & viri eſſe vinum ſolet. Quicumq; igitur puer eſt in virtute, ad hoc ſacramentum accedat, lac enim eſt quo feliciter adoleſcet, & qualitatum, quæ inſunt, particeps efficietur. Res enim eſt inter Philoſophos, & Medicos exploratiſſima, & quotidiano probata experimento, nutrices cum lacte pueris ſuos communicare mores: vnde, vt ſcribit Macrobius, Titus Imperator morbis infeſtari fuit ſolitus, quoniam, quæ lac prębuerat nutrix, parum firma valetudine fuiſſet. Narratur & Hadrianus vino vltra modum delectari ſolitus fuiſſe vitio nutricis, quæ crapulæ indulſerat: & Dionyſius Halicarnaſſeus refert Caium Caligulam ſanguinis humani ſitientiſſimum, quod barbara nutrix vbera infantulo præbenda ſanguine inungeret. Cum igitur hoc lac, quo nutrit Chriſtus filios ſuos, tantę virtutis, & excellentiæ, quantæ Dei ipſius ſanguis exiſtat, quis dubitabit eius vbera ſugentes naturæ quoq; illius fore participes? Id manifeſte docet experientia multorum, quos altaris ſacramentum frequẽtantes, nouis quotidie augeri virtutibus, & meritis cumulari cernimus: quod mirum quidem non eſt, cum id a lacte, quo nutriuntur, acceperint. Quare ſicut quando aliquid videmus fieri ſapienter, aut fortiter ab his, qui ſapientibus, ac fortibus parentibus generati ſunt, dicere ſolemus, non eſt mirum, ſi ita faciat, nam id cum lacte ſuxit. ita ſi viderimus quempiam eſſe caſtum, benignum, pacificum, ſi munificum in pauperes, officioſum in ægrotos, in condonandis iniurijs facilem, dicere iure poſſumus, nil mirum, hos enim mores cum lacte ſuſcepit. Quidquid enim fortitudinis, prudentiæ, iuſtitiæ, magnanimitatis in nobis eſt, ab hoc diuino lacte tamquam ab omnium bonorum fonte deriuatur. Si ergo puer in progreſſu virtutis es, lac iſtud bibe quo nutriaris; & quemadmodum infans de re nulla cogitat niſi de nutricis vbere (illic enim placatur indignatus, lætatur triſtis, quieſcit lacrymans, ſanatur ægrotans) ſic tu quoq; ſi triſtaberis, ſi ſuccenderis iracundia, ſi alijs animi affectibus traheris, accurre ad vbera Chriſti, accurre ad ſugendum lac viuificum, & ſalutare, in quo ſolamen, gaudium, delectationem, & robur inuenies. Quod ſi iam a pulte, ac infantiæ pannis receſſiſti, & adoleſcens factus concupiſcentiæ vexaris æſtu, perge ad fontem aquarum viuentium; illic enim refrigeraberis, ne te in virtute progredientem libidinis ardor impediat. Si tandem vir iam es ac virtute perfectus, ſanguis Chriſti vinum eſt, quo inebriantur eius amantes, & in ipſum quem diligunt Chriſtum transformantur. Quæ omnia Sponſus breuibus verbis complexus eſt cum dixit; *Bibi vinum cum lacte meo*; vinum puero- *Cant.5*
rum eſt lac, & ſenum lac eſt vinum: lacte creſcunt, & roborantur pueri, & vino ſenes exhilarantur ac fulciuntur, quę duæ res nobis per hoc ſacramentum, vbi omnium bonorum auctor Chriſtus nobis datur, cumulatiſſime pręſtantur.

Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſęculorum. Amen.

Homi-

Homilia Decimaquinta

Ioan. 6.

Verba Chriſti: Caro mea vere eſt cibus, ſuperius exponi cœpta copioſius nunc pertractantur, & quæ ſequuntur explicantur: ſanguis meus vere eſt potus: tamq; in his, quam illis beneficia, quibus Deus animam in hoc ſacramento proſequitur, perſtringuntur.

VT tam referta myſterijs verba radicitus aperiantur, altius mihi repetenda res eſt. Primum huius ſacramenti exemplum in nouo Teſtamẽto eſt apud Ioannem, vbi factum a Chriſto inclytum illud miraculum narratur, quo panibus quinque hominum quinq; millia ſatiauit, vt tam mirabili conuiuio, tamquam præludio, futuri ſacratiſſimi epuli hominum animi ad fidem ſacramenti ab ipſo inſtituendi præpararentur.

Ioan. 6.

Quoniam ſi conſiderentur, quæ in illo contigerunt, facile agnoſcemus cum his conuenire, quæ in hoc geſta ſunt; nam, vt ait Ioannes, illic Chriſtus *gratias agens diſtribuit*, & hic, vt teſtatur Matthęus: *Accipiens calicem gratias egit*: illic panes quinq; tacti eius manibus ad quinque millia multiplicati fuerũt; hic tactus Chriſti manibus panis in Chriſti vertitur ſubſtantiam: illic conuiuæ omnes ſaturati ſunt; hic præſtantiori modo, & mirabili alimento ſatiantur: illic panis comedentibus iucundus fuit, quoniam Dei panis erat, & ipſe quaſi piſtor eius, & confector fuerat (ſicut & vinum in nuptijs Canę Galilææ iucundum conuiuantibus fuit, quod non de viribus terræ prouenerat, ſed manibus Dei expreſſum fuerat; & aqua, quam in deſerto elicuit de petra dulciſſimam, quam ideo Moyſes mel appellauit) & in hoc conuiuio panis eſt multo dulcior, ac ſuauior, quia non modo Dei panis, ſed ipſemet Deus eſt: illic Dei manus fuerunt inſtar horrei tam abundantis, vt ingenti hominum multitudine ſaturata duodecim cophini ſuperfuerint; hic diuini panis tanta eſt abundantia, vt tot Chriſtifidelibus per mille, & ſexcentos, & amplius annos de illo comedentibus, numquam quæ in arca ſanctiſſimi ſacramenti cuſtoditur, animarum noſtrarum alimonia deficiat. Fuit igitur miraculum illud præludium, & introductio, qua fideles ad credendam huius diuini ſacramenti veritatem allicerentur. Vnde ait

Ioan. 16.
Matt. 26.
Ioan. 2.
Deut. 33.

Ioannes dixiſſe Chriſtum, cum videret turbas ſe ipſum ſequentes, & admirantes, quod eos tã abundanter in deſerto ſuſtentaſſet, *Operamini non cibũ, qui perit, ſed qui permanet in vitã æternam, quem filius hominis dabit vobis*. Veruntamen oportet in primis animos veſtros fide præparari: *nam hoc eſt opus Dei, vt credatis in illum, qui miſit me*. Quare qui digne acceſſurus eſt ad cibum Chriſti guſtandum, ante omnia gradum fidei aſcendat, deinde charitatis, tertio ſpei; per fidem credendo myſterium, per charitatem amando largitorem eius, per ſpem gloriam ſperando promiſſam, in cuius pignus nobis datur hoc ſacramentum: hincq; gradatim Chriſtus eo peruenit, vt diceret: *Caro mea vere eſt cibus*. Ex quibus verbis campus nobis panditur latiſſimus ad agẽdum gratias de beneficijs, & fauoribus ampliſſimis, quibus Deus nos cumulat, præbens nobis diuinum alimentum, a quo tamquam fonte perenni omnia flumina gratiarum emanant.

Ioan. 6.
Ibidem.
Ibidem.

Nam ſi Chriſtum in ſe ipſo, prout eſt æterni Patris filius, contemplemini, ſapientiæ abundantiſſimus fons eſt, qui a monte ſublimi Patris æterni habet originem: *Fons ſapientiæ verbum Dei*. Si cernatis illũ carne indutum, fons eſt a fœcunda terra viſcerum Mariæ conſurgens, vt mundi ſterilem, & infœcundam terram humectet: *Fons aſcendebat de terra ad irrigandam vniuerſam ſuperficiem terræ*. Si conſideretis eundem in terris cõuerſantem, fons quoque fuit doctrinæ, quæ arentium hominum corda rigauit: *Fons paruus creuit in fluuium magnum, & in aquas plurimas redundauit*. Si moriẽtem intueamini, fons eſt copioſus pietatis, & clementiæ, per venas quinq, vulnerum manans ſanguine ad remiſſionem peccatorum, vt cruore ſuo faciat diluuium, quo omnia mundi peccata ſubmergantur, ſicut in diluuio homines, & in mari rubro Aegyptij ſubmerſi fuerunt: *Rupti ſunt fontes abyſſi magnæ, & factum eſt diluuium ſuper omnem terram*. Si meditamini reſurgentem, fons eſt gloriæ, & beatitudinis, cui numquam aqua deficit ad paradiſi plantas irrigandas: *Fons hortorum, cuius non deficient aquæ*. Si aſcendentem in cælum, fons eſt, qui tantum aſcendit, quantum deſcendit, & ſicut deſcenſus fuit ad terram vſque, ſic vſq; ad cælum fuit & aſcenſus, indeq; perpetuis donis & fauoribus in homines profluit: *Chriſtus aſcendens in altum dedit dona hominibus*. Denique ſi perpenditis illum in hoc ſacramento latentem, perennis eſt fons amantis Iacob Chriſti Ieſu: *Erat autẽ ibi fons Iacob*: ſed eſt *fons ſignatus*, ideoq; neceſſe eſt, vt ipſe aperiat venas theſaurorum illic latentium: *Aperi Domine theſaurum tuum*; fontem inquam aquæ viuæ, vt a tam precioſo, & copioſo fonte manantem tuæ benignitatis gratiam bibamus, & veneremur. Prima gratia eſt, quod nobis epulum condiuit, & ſuæ nos menſæ voluit accumbere: *Sapientia ædificauit ſibi domum, & excidit columnas ſeptem: immolauit victimas ſuas poſuit menſam, &c. & locuta eſt, comediſe panem meum*: lætum vobis affero nun-

Eccl. 1.
Genes. 2.
Eccles. 24.
Exod. 14.
Genes. 7.
Isaias. 58.
Eph. 4.
Ioan 4.
Num. 20.
Prouerb. 9.

Digitized by Google

Isai. 31. nuncium: nam ſapientia Patris domicilium fixit in orbe terrarum: *& ignis eius in Sion, & caminus in Hieruſalem*; illic pinſit, & coquit panem ſuum, immolanſq; victimas nos vocat ad conuiuium, & ad ſuæ menſæ accubitum hortatur. Singularis in nos fuit hæc Dei magnificentia: nam etſi a Galliæ Rege dictum magno Duci cuidã Hiſpano, vt ſecum ad eandem menſam accumberet, quoniã qui Reges debellauerat, poterat etiam eiſdem aſſidere, qui non vincit animi ſui motus, nec ſuarum eſt rex affectionum, quomodo mereri poteſt tam diuinæ menſę accubationem? Sed ibi latet ſingularis Chriſti fauor, & benignitas, qua vtitur erga ſuos per hoc ſacramentum, quoniam, vt quondam teſte Tertulliano, Tertull. Romani volentes ſeruũ libertate donare, illum ſecum accumbere, & eodem veſci ferculo iubebant, eaque re manumiſſus, & liber cenſebatur; ita Chriſtus videns hominem ſeruitute depreſſum, peccatorumq; laqueis irretitum, quod Paulus deplorabat: Rom. 7. *Captiuantem me in lege peccati*; ſecum eidem menſæ accubare vult, & ipſius Dei carne veſci, vt libertate illum donet, & a dura eripiat ſeruitute peccati, quæ multo grauior eſt, & moleſtior, quã quæ a Pharaone filijs Iſrael Exod. 13.&c. infligebatur. Sed hoc diſcrimen eſt inter libertatem, quam Romani mancipijs ſuis dabant, & illam, quæ a Chriſto præbetur; quoniam libertas illa, & manumiſſio a heri domo, & illius contubernio ſeparabat; hæc autem manere facit in domo Domini, & eidem adhærere: Ioan. 6. *In me manet, & ego in eo*. Hinc eſt, quod quemadmodum aucupes antequam accipitrem vinculis liberent, & dimittant illum, carnis aliquo fruſtulo paſcunt, vt eius guſtu allectus, ad dominum reuolet facilius. Ita Chriſtus animarum diuinus auceps priuſquam volatum mitteret ſacros illos, & velociſſimos accipitres, diſcipulos ſuos, dedit eis tamquam illecebram propriam Matth. 26. carnem ſuam, inquiens; *Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum*, qua buccella refecti, quamuis vrgente tempeſtate paſſionis ab eo ſeparati ſunt, memores tamen ſuauitatis, & dulcedinis, quam ex carne illa perceperant, ad Dominum redierunt, & ipſe illos tamquam ſuos Ioan. 14. admiſit ad omnem æternitatem. *Iterum accipiam vos ad me ipſum*. Marc. Varr. lib. 2. cap. 9. Marcus Varro in libris de agricultura paſtoribus præcipit, vt aliquãdo canibus gregem cuſtodientibus panem cum lacte præbeant, ſic enim lactis guſtu illecti libentius paſtorem, & pecora ſequentur: qua induſtria vſus eſt Chriſtus, dans nobis ſuæ carnis buccellam, vt magna illius ſuauitate adducti ab eius veſtigijs numquam recedamus. Quid plura? Menſa hæc Chriſti regia vere eſt, & tam opulenta, vt vno ferculo præbeat nobis quidquid optare poterat humanus appetitus, in qua tanta eſt diuini panis abundantia pro Chriſtiana Republica, vt inde ſe illius eſſe Regem indicauerit. Nam, vt refert Iſaias, cum penuria eſſet hominum magnitudine animi præſtantium, & ciues a quodam viro egregio peterent, vt ipſorum eſſet Rex, ſe excuſans reſpondit: *In domo mea non eſt panis, nolite me conſtituere Regem*. Isaia. 3 Scimus etiam, cum mirabilia opera per totum vitæ ſuæ ſpatium Chriſtus feciſſet, cæcis viſum, mutis loquelam, mortuis vitam reſtituens, numquam ab his eum fuiſſe Regem appellatũ. Cum autem in deſerto tantam præbuit panis abundantiam, vt ſatiatis omnibus multi cophini ſuperfuerint, illico coronã ei, & ſceptrũ regiũ, qui ſatiati fuerãt, deferre voluerunt, & ſicut ait Ioãnes, venerũt: Ioan. 6. *Vt raperent eum, & facerent Regẽ*; indicantes, quod qui tam abundanter ſuos alebat ſubditos, regnum vt gereret eſſe digniſſimum. In cuius Gen. 41. Ibidem rei typum videmus Ioſephum, quia regno parauerat frumentum, Aegypti Regem creatum, & ſomnium, quo ſomniauit ſe dominaturum fratribus ſuis, fuit de manipulis ſpicarum, quos ceteri manipuli adorabant. Et inter alias cærimonias, quæ olim in conſecratione ſummi Sacerdotis obſeruari conſueuerunt, calathus Num. 6. pane plenus in ſublime tollebatur, *vt ſciret Sacerdos*, (quemadmodum aduertit S. Thomas D. Thom. hanc cærimoniam interpretans) *Se aſſumptum illius ſeruum, qui pane cæleſti pauit filios Iſrael*. Sed miſſa nunc facientes regiam beneficentiã, quam Chriſtus oſtendit, tantam nobis diuini huius panis largiens abundantiam, ob quam merito, vt Rex, venit æſtimandus, contemplemur, ad excitandum noſtrum erga illum amorem, deſiderium, quo ille tam ardenter deſiderauit nobis adhærere, ac penitus inſinuari, vt velut inuidens materiali pani ſtomachum noſtrum ingredienti, qui in ſubſtantiam noſtram conuertitur, modum inuenerit, quo in panis forma ad noſtra viſcera penetraret, & intime nobiſcum vniretur. Quæ gratia maxima fuit, & inæſtimabilis precij beneficium: nam quemadmodum in naturali ordine neceſſarium eſt corpora inuicem eſſe vnita, terram aquæ, aquã aeri, aerem igni, & hunc primo cælo, & primum ſecundo, atq; ita deinceps, vt hoc modo virtus ſuperiorum influentium non inueniens fractionem in aquæductibus, per quos ad inferiora deſcendit, omnibus & ſingulis communicetur: ita in ordine ſupernaturali pariter oportet ſuppoſita diuina determinatione, ad illapſum ſupremæ virtutis, qui eſt Deus, vnitos eſſe, atq; cohærentes aquæductus, per quos illabitur, & influit: nam ſi ruptio interueniat, vel diſſipatio, illico impeditur communicatio, atq; ita Verbum diuinum, quod eſt fons, carni Chriſti eſt vnitum, & caro Chriſti ſacramentalibus ſpeciebus, & hæ nobiſcum, quando illas aſſumimus, & hoc modo recto tramite illabitur ſuperior virtus ad animæ bonum regimen, & conuerſationem. Vnde vere cum Ariſtotele dicere poſſumus: Ariſt. *Oportet mundum hunc inferiorem contiguum eſſe lationibus ſuperioribus*, quæ conuenientia, & connexio noſtri ſpiritus cũ ſupernis aſtris, hoc eſt, cum diuinis auxilijs adeo neceſſaria eſt ad virtutes eorum & aſpectus fauorabiles participandos vt abſq; illa

conne-

connexione viuere minime poſſemus. Illud au-
tem deſiderium vniendi ſe nobiſcum adeo pro-
uexit Chriſtus, vt donec nos participatione
deos per hoc ſacramentū fecit, a propoſito non
deſtiterit; immo tanta ſe nobis communican-
di in eo voluntas fuit, vt quod Diabolus pol-
licitus eſt homini, eum irridens, cum dixit:
Gen. 3. *Eritis ſicut Dij*, re ipſa, & vere nunc Chriſtus
impleat in hoc ſacramento, quemadmodum
Ioan. 6. ipſe dixit: *Sicut miſit me viuens Pater, & ego vi-
uo propter Patrem; ſic qui manducat me, & ipſe
viuet propter me*. Videtur profecto Deus au-
cupari, & exquirere occaſiones, vt homini
bene faciat, & cum in rebus ſerijs iam non
inueniret aliquid a ſe intentatum ad hominis
ſalutem, aggreditur ludicra, id eſt, quæ dæmon
per ludibrium, & opprobrium homini, ſi co-
Gen. 3. mederet, promiſit, *eritis ſicut Dij*. Comedite,
quoniam qui comederit carnem meam, vi-
Ioan. 6. tam habebit æternam: *Et ipſe viuet propter me*.
& ita in veritatem mutabitur mendacium il-
Gen. 3. lius, qui dixit: *Eritis ſicut Dij*. Venit mi-
hi nunc in mentem cogitare, quod ſpiri-
tus Dei ſolet verbis malis, & ab ore impio
prolatis ſenſum verum, & ad Spiritus ſancti
intentum annectere, ſicut in Caipha, dicente:
Ioan. 11. *Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo, ne to-
ta gens pereat*. Quare, dicente Diabolo: *Co-
medite, & eritis ſicut Dij*, mentitur iuxta ſen-
ſum ſuum; at iuxta Dei ſenſum veriſſime di-
xit: Dij enim fiunt participatione de hoc pa-
ne comedentes. Quæ omnia ſignificant ver-
Ioan. 6. ba Chriſti, aientis: *Caro mea vere eſt cibus*:
quoniam ſicut ex cibo, & comedente vna res
fit naturaliter; ita ex hoc diuino cibo, & il-
lum manducante res vna fit ſpiritualiter. Ad-
Ibidem. ditque Chriſtus: *Et ſanguis meus vere eſt po-
tus*; quoniam ea illius natura eſt, vt ſitim
prorſus extinguat; quod non faciunt mundi
aquæ mendaces, & doloſa pocula, cum pro-
mittant ſitis extinctionem, & illam magis
augeant, & accendant. Accidit enim mun-
di aquas bibenti, quod ſolet ægrotanti, qui
æſtu febris nimio accenſus, plurimum ſitiens, a
medico rogatus, quid velit? reſpondet, a-
quam: medicus iubet os eius humectari leui-
bus ablutionibus, & coram ipſo ramis vm-
brantibus fieri fontem, cuius leni ſtrepitu æ-
grotus recreetur; ille vero, cum huiuſmodi
remedia ſint externa, nec ad locum, vbi ſitis
vrit, penetrare queant, ipſis pro voto ſuo haud
ſatis refrigeratur. Idem contingit in re-
bus moralibus: accipite omnia mundi ſua-
uiſſima pocula, mitram in annos ſingulos
quinquaginta millium aureorum, & totidem
galerum Cardinalitium: parum dico, acci-
pite coronam, & ſceptrum regium, & tia-
ram Romani Pontificis, inuenietis his omni-
bus animæ noſtræ ſitim non extingui: ſunt
enim quaſi leues oris ablutiones externæ ad
intimum ſitis locum non penetrantes. Vnde re-
ligioſe, & ſapienter ſanctiſſimus dominus no-
ſter Paulus Quintus, qui nunc Eccleſiæ Dei di-
gniſſimus præeſt, poſtquam ad ſummi Pontifi-
catus faſtigium aſcenderat, probe agnoſcens id
animæ eius capacitatem ſatiare non poſſe, di-
xit cum Dauide: *Satiabor, cum apparuerit gloria* Pſal. 16.
tua. Vnde in his, qui ſummas diuitias obtinue-
runt, non minus, quam antea fornax cupidi-
tatis exardeſcit, ſicut optime indicauit Iſaias
per metaphoram ſomniantis bibere de cry-
ſtallino fonte, vel de flumine Duria, aut
Hebro in os eius profluente, qui poſtea
ſomno excitatus, os aridum, & linguam
præ nimio calore habet exuſtam. Verba
Iſaiæ ſunt: *Sicut ſomniat ſitiens, & bibit, & poſt-* Iſai 29.
*quam fuerit expergefactus laſſus adhuc ſitit, &
anima eius vacua eſt*. Diuerſus omnino eſt
potus, quem nobis Chriſtus in hoc ſacra-
mento miniſtrat, cuius natura talis eſt, vt
bibentibus ſatisfaciat, & ſitim prorſus ex-
pellat; quoniam ad animam vſque, vbi ſi-
tis eſt, peruadit; eſtque tamquam margarita-
rum ad animi deliquia curanda refrigerans
poculum, quo concupiſcentiæ ardor extin-
guitur, explorata theriaca aduerſus venenum
rebellionum, nectar ſuauiſſimum ad ani-
mam deificandam; non enim ſolum potus
eſt hominum, ſed etiam ipſius Dei, quo in
nocte Cœnæ ſacram ſuam recreauit huma-
nitatem. Verum, vt aliquid dicamus de
virtute, & efficientia mirabilis huius potus,
quem nobis Chriſtus largitur, examinabo
prius finem, quem Moyſes reſpiciebat, cum Exod. 32.
idolum aureum ab ipſis factum dedit eiſ-
dem bibendum in puluerem redactum.
Nonnulli Hebræorum Rabbini, quos refert
Lyra hunc locum interpretans, id factum Lyranus.
a Moyſe dicunt, vt qui vitulum aureum
oſculari fuerant, & adorauerant, peccatum
ſuum vultu proderent: nam qui peccatum
idololatriæ commiſerant, potum illum biben-
res, aurata labia gerebant. Lyra vero ſentit id
ita geſtum a Moyſe, vt idololatræ a fideli-
bus diſtinguerentur: nam vt ſcribit Rabbi
Salomon a Lyra citatus, potus ille idolola-
tras, & infideles inflabat tamquam hydro-
picos, fideles relinquens illæſos, inſtar po- Num. 5.
tus zelotypiæ, qui adultero erat virus, &
innocenti nullum damnum inferebat. Alij
huius loci interpretes aiunt, Moyſem dediſ-
ſe Iſraelitis vitulum bibendum, vt experiren-
tur ipſum non eſſe verum Deum, ſed fallacem,
& vanum, cum ipſum manducantes, & intra
viſcera includentes, nullum ab eo accipe-
rent adiumentum. Hæc a Moyſe geſta con-
tra in Chriſto accipienda ſunt; qui propte-
rea nobis dedit ſanguinem ſuum in potum,
vt experientes mirabiles effectus, quos animæ
noſtræ diuini huius calicis hauſtus adducit,
credamus in illo nobis dari Deum; quo-
niam ſi ſanguis hic non eſſet Dei ſanguis, ne-

quaquam ab illo tam mirabiles effectus, quos quotidie in noſmetipſis experimur, producerentur, inter quos eſt ablutio culparum, qui caſus eſt Deo reſeruatus; ob eamq. cauſam voluit a latere ſuo ſimul cum ſanguine profluere
Ioan. 19. aquam: ***Exiuit ſanguis, & aqua,*** ad ſignificandũ ſuum ſanguinem eſſe aquam qua abluimur, & ſordes, ac maculæ noſtræ mentis eluuntur.
Apoc. 1. ***Lauit nos in ſanguine ſuo,*** quo mens noſtra redditur niue candidior: ***Dealbauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.*** Alter effectus huius ſanguinis eſt noſtrorum vulnerum medicina. Nam ſicut diuina prouidentia animantibus varia remedia ad morborum depulſionem prouidit, ſicut coruo dictamum, vrſo formicas, apro hederam, draconi lactucam ſilueſtrem, muſtelæ rutam, ſerpenti marathrum, ciconiæ origanum, pernici laurum, hirundini chelidoniam; ita homini ſanguinem Chriſti, ſicut di-
Iſai. 53. xit Iſaias: ***Cuius liuore ſanati ſumus.*** Veteres vtebantur pro antidoto omnium morborum columbæ ſanguine exſtillato ex latere dextro ſubter ala, vbi vulnus infligebatur, vt ſcribit
Rich. to. 2. Richardus Brixianus: ſuperſtitio hæc erat, ſed per ipſam innuitur, quod factum eſt in columba ſine felle peccati innocentiſſimæ carnis Chriſti, quæ percuſſa non ſolum in latere dextro, ſed etiam in capite, & pedibus, profudit ſanguinem pro medicina noſtrarum plagarum; idque tam abundanter, vt Eccleſiæ vaſa, quæ ſacramenta ſunt, eo ſcaturiant. In cuius rei figuram legimus in libro quarto
4. Reg. 4. Regum, Eliſeum Prophetam præcepiſſe pauperi viduæ, vt a vicinis vaſa peteret, in quæ oleum ſuæ lecythi transfunderet; tantum enim olei inde fluxurum, vt omnia vaſa implerentur, & inopiæ ſuæ ſatisfaciens, ſoluere poſſet, quod debebat creditoribus. Eccleſia catholica in lege veteri erat quaſi vidua, abſque Sponſo ſuo Chriſto, erat pauper, nec facultatem habebat, vt modo, dandi gratiam, quoniam vaſa eius, id eſt ſacramenta, erant
Gal. 4. vacua, & ideo Paulus illa vocauit ***egena elementa;*** venit autem Chriſtus redemptor noſter, & a ſacro ſuo corpore tantum effudit ſanguinis, vt Eccleſiæ ſacramenta illo plena iam exundent, & præſertim ſacramentum Euchariſtiæ, vbi non ſolum, vt in ceteris, virtute adeſt, ſed realiter, & vere in ſubſtantia propria eſt idem ſanguis, quem in Cruce profudit, & quo nunc in cælo viuit triumphans. Vltimus diuini huius ſanguinis effectus eſt, nos cum Deo fœdere coniungere, & efficere, vt propria eius vita viuamus. Ad cuius rei probationem adducam, quod Aegyptij, & Perſæ pro iucundo amicitiæ fœdere facere ſolebant. Ligabant illi manuum pollices, & lanceola feriebant, vnde vtriuſque digiti ſanguis miſcebatur, illoque ritu firma, & ſtabilis manebat amicitia; quoniam cum vita ſedem ſuam in ſanguine habeat, dum ſanguis vnus ex duplici fiebat, ſignificabatur, pariter ex duabus vitis vnam fieri vitam. Chriſtus igitur nimio deſiderio ardens nos ſibi confœderandi, vt omnes ex vita eius viuamus, ſicut Paulus di-
xit: ***Viuo ego iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus;*** Gal. 2. certe ipſe, non vt Aegyptij, & Perſæ pollices manuum, ſed totum corpus ſuum cum noſtro coniungit, nec quatuor guttas ſanguinis, ſed quantum in venis habebat, effudit; vt mutuum fœdus amicitiæ conſtans, & ſtabile permaneat, & vita communi eum ipſo viuamus. Poſſumus etiam afferre ad idem
ſuadendum, quod narrat Alexander ab Ale- Alexan. ab Alex. lib. 2. cap. 19.
xandro contigiſſe in Syllæ menſa, vbi cum plures panes eſſent, & frangi cœpiſſent, cunctis mirantibus, guttæ ſanguinis de pane fluxerunt. Panis ſymbolum eſt amicitiæ; & ideo Pythagoras dixit: ***Panem ne frangas,*** id eſt, ne violes amicitiam, qua homines tamquam alimento viuunt. Sanguis ſymbolum eſt vitæ, quoniam ſedes illius eſt: egredi igitur ſanguinem ex pane, ſignificauit amicos oportere ſanguinem fundere ad confirmandam, & ſtabiliendam amicitiam: & ideo Chriſtus non contentus ſemel in carne totum profudiſſe ſanguinem, nunc quotidie fundit intra pectora noſtra, illum nobis in potum exhibens, per hoc diuinum ſacramentum, ſicut ipſe di-
xit: ***Sanguis meus vere eſt potus.*** Cui ſit honor, Ioan. 6.
& gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Decimaſexta.

Declarantur verba Chriſti: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus. Et adducuntur rationes, ob quas Deus quondam ſanguinis potum prohibuerit. Matth. 26.

INter inſigniora beneficia, quæ in ſe ipſam Sponſa a Sponſo ſuo collata commemorat, illud eſt admodum memorabile, quod ſibi Sponſus liberum in cellam vinariam permi-
ſiſſet ingreſſum: ***Introduxit,*** Cant. 2.
inquit, ***me Rex in cellam vinariã.*** Quæ verba pro certo habeo (etſi non deſint, qui refragentur) non eſſe intelligẽda de vino precioſo, quod Rex bibebat Salomon. Primum, quoniã in ſacris literis, & humanis vinũ valde improbatur. Vnde Spiritus ſanctus in Prouerb. inquit: ***Ne intuearis vi-*** Prou. 23.

Digitized by Google

ris vinum quando flaueſcit, ingreditur blande, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber. Er Apoſtolus *Eph. 5.* ad Epheſios: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Et ſanctus Petrus Chryſologus vinum *Petr. Chryſolog. ſer. 26* vocat venenum dulce pudoris. Hincque, ſicut *Natal. Comes. lib. 2. cap. 13.* refert Natalis Comes in ſua mythologia, ipſi quoque Ethnici finxerunt Bacchum Veneris puerum, qui arma ei miniſtraret. Cognita ſatis hæc vini damna habebat prudens ille Athenienſium Legiſlator Lycurgus, cum iuſſit in tota Republica vineas extirpari, & pœnam capitis ſanxit aduerſus eos, qui vites in poſterũ plantarent. Aeneas Siluius ſcribens de Europa, *Aen. Silu. cap. 10.* ſolitos fuiſſe veteres ait, in noui Principis electione poculum aquæ Principi electo præbere bibendum, vt ea cærimonia abſtinendum ſibi a vino docerent. Ad quem ritum videtur alludere quod in Prouerbijs ſcribitur: *Prou. 31.* Nolite Regibus dare vinum, quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas. Et Plato in *Plat. in dialog.* dialogo, quem ſcripſit de legibus, inquit, vinum datum hominibus ad proprium ipſorum ſupplicium, cum multum bibentes a mente deijciantur, & vſum rationis, ac propriæ voluntatis imperium amittant: ſicut viſum fuit *Gen. 9.* in Noe primo vinearum auctore, qui quoniam vino largiter indulſit, lapſus in terram rationis vſum perdidit. Illum tamen ſanctus Chryſoſtomus ſuper Geneſim, & Gloſſa ordinaria, alijque Doctores excuſant, quod nouæ plantæ vim, & virtutem ignoraret. Huc pertinet, quod percontatur Ambroſius, quare *Exod. 17.* Deus populo ſuo aquæ inopia laboranti, non præbuerit vinum: nam penes ipſum tam erat vinum, quam aquam præbendi poteſtas. Reſpondet id factum a Deo, ne illis malefaceret, occaſionem præbens, qua iudicij arbitrium, & rationis vſum amitterent. Quæ omnia videntur approbari ipſius Dei auctoritate, *Iud. 13.* Samſoni, quem in ventre matris ſanctificauerat, vini vſum prohibentis. Et de *Luc. 1.* Ioanne Baptiſta dixit Angelus in magnum *Ierem. 35.* eius encomium: *Vinum, & ſiceram non bibet.* Et Rechabitas in ſacris litteris laudari notum eſt propter obedientiam, quam præſtiterunt patri ſuo præcipienti, vt a vino abſtinerent. Præterea, quando receptum inter *Cant. 1.* Principes, & Reges fuit tale fauoris, & gratiæ genus, vt ſponſus in cellam vinariam ſponſam inducat? Quis etiam eſt, qui neſciat honeſtæ puellæ mores, & honorem minime decere vini potationem? Nam & apud veteres Romanos, vt referunt hiſtorici, habebantur infames Senatorum vxores vinum bibẽtes, *Plutarch.* ſoluſque Senatus, vt ſcribit Plutarchus, mulieribus dare poterat vini bibendi facultatem, *Plato.* graui vrgente morbo, idque extra Vrbẽ degentibus. Ac tandem Plato ait vſitatum apud antiquos, examinari reſpirationem, & oris anhelitum mulieris, quæ ſi vinum redoleret, acriter puniebatur. Ex his conſtat, planumque fit, *Cant. 2.* quod dicendo Sponſa: *Introduxit me Rex in cellam vinariam,* non locuta eſt de vino materiali, & vſuali, ſed de myſtica cella Eccleſię catholicæ, vbi vinum ſanguis Chriſti ſub hoc ſacramento eſt: quod vinum appellauit Zach.: *Vinum germinans virgines.* *Iſai. 9.* Vinum certe ſatis diuerſum a communi vino, *in quo* vt dicit Paulus, *Eph. 5.* *luxuria eſt.* Hoc autem, quod nobis a Chriſto datur, ad puritatem, & virginitatem inducit. Sed vt melius appareat ratio, & cauſa, ob quam tanti faciebat Sponſa benignitatem Sponſi ſui, illam in cellam vinariam diuini ſui ſanguinis introducentis, volo nonnullos ſubnectere mirabiles eius effectus: ad quos facilius declarandos, non erit abs re diſcutere, quare Deus ita rigide quondam prohibuerit ſanguinis eſum, & potum. Nam in Leuitico dixit: *Leuit. 17.* *Homo ſi comederit ſanguinem, obfirmabo faciem meã contra animam illius.* Et quamuis poſt diluuium *Gen. 9.* eſum carnium permiſit, legem de non comedendo ſanguine non abrogauit. Huius prohibitionis cauſam nonnulli aiunt fuiſſe, vt inde cognoſceretur, quæ reuerentia foret exhibenda Chriſti ſanguini, cuius typus fuerat ſanguis ille animalium. Alij vero ſentiunt id a Deo interdictum, quoniam ſanguinis eſus, & potus eſt ſignum crudelitatis. Nam dum quis iraſcitur aduerſus hoſtem ſuũ, dicere ſolemus, quod vult bibere eius ſanguinem. Quare cum Deus tanto habeat odio crudelitatem, vt illam aduerſus animalia exerceri vetuerit; inde iuſſit in *Deut. 22.* Deuter. vt qui in nido comprehenderet matrẽ pariter & pullos, matrem dimitteret; quoniã crudele nimis erat, nec pullis, nec matri parci. Veruntamen rationes, quę magis propoſito noſtro conueniunt, illæ ſunt, quæ ab ipſo textu ſacræ Scripturæ hauriuntur; quoniam cum Deus interdixit ſanguinis potum, & eſum, duas ſtatim appoſuit cauſas, quarum prima eſt, quod anima carnis in ſanguine eſt. Sicut etiam teſtatur *Ariſt.* Ariſtoteles: *Sanguis eſt ſedes animæ.* Ne igitur homines vitæ voluptatibus defluentis fierent participes, neue imitarentur naturam brutorũ, præcepit Deus, vt a comedendo illorũ ſanguine abſtinerent. Nunc autem propter nimiũ deſideriũ, quo tenetur, vt efficiamur participes vitæ ipſius, & ei velut inſeramur, imperat ſanguinis potum; quoniam cum in eo ſanguine vita ſit Dei, bibentes ex illo vitam eius *Ioan. 6.* participabimus, ſicut ab eo dictum eſt: *Et ipſe viuet propter me.* Secunda cauſa huius præcepti a *Leuit. 17.* Deo aſſignata conſtat ex his verbis: *Ego dedi illum vobis, vt ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro piaculo animæ ſit.* Nolo vt comedatis ſanguinem animalium, quæ mihi offertis, quoniã ſanguis ille offerendus eſt mihi ſuper altare ad vos abluendos, & abſtergendos a maculis delictorum. Duplex hoc in loco excellentia non vulgaris oſtenditur, qua ſanguis Chriſti prẹſtat ſanguini, qui Deo quondam immolabatur. Vnam excellẽtiam ſignificauit Dauid *Pſal. 50.* cum dixit: *Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.* Vbi notandum eſt diſcrimen inter aſpergere, & lauare, quoniam ad aſpergendum ſufficiunt

aquæ quatuor, vel ſex guttulæ, ſed ad lauandũ, præſertim cum macula penitius inſedit, opus eſt magna aquæ copia. tale diſcrimen eſt illius, & huius ſanguinis. Nam ille quondã oblatus Deo abſtergebat quaſdam irregularitates, & illic tota eius virtus ſiſtebat, quoniam ſolum aſpergebat; Chriſti autem ſanguis lauat, tergit, ac purificat animam ab omni genere culparum, & peccatorum. *Lauit nos in ſanguine ſuo.*

Apoc. 1.

ideoque dixit Dauid: Si aſperſeris me ſanguine auium, vel agnellorum, *mundabor* a quibuſdam irregularitatibus, & maculis externis: at ſi laueris me ſanguine Chriſti, *ſuper niuem dealbabor.*

Pſal. 50.

Secunda excellentia, & noſtro propoſito conuenientior patet ex eo, quod ſanguinis illius precium, & dignitatẽ exiguam Deus cenſens, noluit ſanguinem animalium eſui pariter, & ſacrificio ſeruire. ob idque dixit: *Quia ego dedi illum, vt ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris*, id eſt, vt illum mihi offeratis, non vt comedatis.

Leuit. 17.

Valor autẽ, & præſtantia ſacratiſſimi huius ſanguinis tanta eſt, vt paſtus pariter, & potus mentis noſtræ ſit: *Sanguis meus vere eſt potus*; exiſtatque ſimul oblatio, & ſacrificium pro peccatis, vt dixit Ioannes: *Propitiatio pro peccatis.*

Ioan. 6. — 1. Ioan. 2.

Vnde Chriſtus vtrumque copulauit, cum dixit diſcipulis: *Bibite ex eo omnes; Hic eſt enim ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Bibite diſcipuli mei mearum venarum ſanguinem: ſufficit enim ille & ad bibendum, & ad ſatisfaciendum. Ad bibendum ſufficere conſtat ex verbis Chriſti, dicentis: *Bibite ex eo omnes*; ad ſatisfaciendum liquet ex his, quæ adiunxit, *in remiſſionem peccatorum.*

Matth. 26.

Hinc ſanctus Cyprianus dixit in ſermone, quem inſcripſit de Cœna Domini: *Noua eſt huius ſacramenti doctrina, & doctore Chriſto primum hac mundo innotuit diſciplina, vt biberent ſanguinem, cuius eſum legis antiquæ auctoritas diſtrictiſſime interdicit. lex prohibet eſum ſanguinis, Euangelium præcipit vt bibatur.*

Cypr. ſerm. de Cœna Domini.

Et Origenes ſuper Numer. tangens verba Deuteronomij cap. 32. *Cum medulla tritici ſanguinem vuæ biberent*, conſideranſque felicem ſortem catholicorum, quod habeant pro paſtu, & potu Chriſti carnem, & ſanguinem, inquit: *Tu ergo eſuries populus Iſrael, qui noſti carnem Dei comedere, & ſanguinem bibere illius vuæ, quæ eſt ex vera vite.*

Orig. homil. 20. — Deut. 32.

Additque prædictis, vt clarius innoteſcat virtus, & vis huius ſanguinis, nullius auis tam vtilem eſſe ſanguinem, quam pellicani erga filios ſuos. vnde ſe Chriſtus ei comparat: *Similis factus ſum pellicano ſolitudinis.*

Pſal. 101.

Quem locum dilucidans Hieronymus ſcribit, quod pellicanus pullos ſuos morſu ſerpentis ſemianimes intuens, ſibi de pectore elicit roſtro ſanguinem, quo illos aſpergens vitæ reſtituit. Christus autem non contentus ſibi pectus aperiri, pedes, & manus perforari, vt nos ſanguine ſuo aſpergeret, & a morte peccati reuocaret ad gratiæ vitam, totum nunc ſanguinem ſuum nobis in hoc ſacramento communicat, vt eo tamquam balſamo ab omni corruptione peccati liberemur, ſeu, vt loquitur Concilium Tridentinum, *a peccatis præſeruemur.*

Hier. ſuper Pſal. — Conc. Trid. ſeſſ. 13.

Conuenit egregie Chriſti ſanguini nomen balſami: nam præterquam ita vocauit Bernardus: *Vt precioſi ſanguinis illius balſamo noſtris medeatur vulneribus*; modus, quo balſamũ legitur, Chriſto maxime conuenit: nam educitur ex arborẽ ruptione tantum corticis, abſque alia læſione ipſius arboris, ab illatiſque cortici foraminibus ſuauis ille liquor guttatim elicitur.

Bernard.

Ita Chriſtus vitæ arbor vera, rupto cortice ſacræ humanitatis, ſine aliqua læſione intus reconditæ diuinitatis precioſum balſamum ſui ſanguinis exſtillauit: Et quemadmodum ſciſſuris arborum, in quibus prouenit balſamum, quando perforantur, ſolent apponi paruulæ ex vitro phialæ; in quas exſtillatus liquor illabitur; ſic foraminibus vulnerum Chriſti duo genera myſticarum phialarum adhæreſcunt, ad diuini ſanguinis inæſtimabile balſamum ebibendum, quales ſunt contemplantium animæ, quæ tamquam phialæ cryſtallo lucidiores ob vitæ puritatem, & candorem ab hac myſtica arbore pendentes recipiunt meditando guttas balſami precioſiſſimi ſanguinis Chriſti, vt dixit Bernardus in quodam ſermone his verbis: *Scio, quod me iſta mea non ſufficiunt. & quod mihi deeſt, audacter vſurpo ex viſceribus Chriſti, quæ miſericordiam effluunt, nec deſunt foramina, per quæ defluunt.*

Bernardus in quodam ſerm.

Aliud phialarum myſticarum genus ſunt ſacramenta Eccleſiæ, in illis enim ſanguis Chriſti eſt; differenter tamen in Euchariſtia, quam in alijs ſacramentis; quoniam in reliquis ſex tantum eſt quoad virtutem, in quantum ſcilicet ſufficientiam, & efficaciam, quam habent; in ordine ad proprios effectus, a Chriſti ſanguine participant; ſed in Euchariſtiæ ſacramento realiter, & ſubſtantialiter ipſemet Chriſti ſanguis eſt, cuius medio pacem cum Deo inimus, cum ipſo reconciliamur, & confœderamur. In huius rei figuram, vt narratur in Exodo, Moyſes accepto ſanguine vitulorum, qui Deo fuerant immolati, populum aſperſit, inquiens: *Hic ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum.*

Exod. 24.

Hac ſanguinis cærimonia diuerſæ vſæ nationes ſunt ad ſtabilienda pacis fœdera: nam Scythæ bibebant inuicem plenis ſanguine poculis, Arabes acutis ſilicibus ſanguinem ſibi de venis eliciebant, Garamantes bibebant, & ſugebant cruorem, Medi, & Lydij humeros ſibi feriebant, & eductum ſanguinem comedebant ad confirmandam amicitiam, & pacem. Cuius ritus fundamentum, & cauſam exquirere ſi placeat, ego putauerim, quod cum vita in ſanguine ſita ſit, illum de venis elicere, ſignificat vitam potius amittendam, & ſanguinem profundendum prius, quam pacis initum fœdus violandum. Nunc igitur ad rem noſtram,

dum

dum Chriſtus precioſiſſimi ſui ſanguinis liquorem ſuauiſſimum nobis præbet, amicitiam iniri cœptam confirmat, & pacis fœdera cum ipſo

Matth. 26.

facta corroborat, ideoq. ait: *Bibite ex eo omnes.* Solet verus amicus, vt ſuam oſtentet beneuolētiam, dicere amico, ſanguinem brachij mei pro te dabo præſente tamen occaſione, qui promiſerat ſanguinem, verba dediſſe non raro comperitur. Chriſtus autem non ſolum dat nobis ſanguinem brachij ſui, ſed etiam pectoris, & cordis ſui, omniumq. venarū ſuarum, nulla reliqua gutta, quam in hoc ſacramento nō exhibeat nobis bibendam. Sed dicet aliquis, quare Chriſtus in his pactis, & fœderibus, quæ cum amicis ſuis facit, ſolus ipſe ſanguinē fundit, nec petit, vt pariter proprius ipſorum ſanguis fundatur? ita enim & ipſe noſtrum, & nos illius ſanguinem mutuo biberemus, vt faciebant illi, qui huiuſmodi cærimoniā ad ſtabiliendum pacis fœdus vſurpabant. Reſponſio in promptu, nec vna eſt. Prima ſit, quod vt Deus fiat homo, non indiget bibere ſanguinem hominum, ſed vt homo fiat participatione Deus, neceſſe eſt bibat Dei ſanguinem; atq; ideo dixit Chriſtus:

Ioan. 6.

Niſi biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Secunda reſponſio eſt, quod Chriſtus non egebat noua fortitudine, & firmitate, vt in amicitiæ fœdere inter ipſum, & hominē cœpto perſiſteret: ſiquidem numquam ab eo violata fuerat pax, qui etiam ſi tali egeret fortitudine ad permanendum in amicitia, illam firmitatem minime poterat a ſanguine noſtro accipere: nam cum ſanguis noſter ſit ignauorum, imbecillium, & timidorū, quomodo poterat, quod non habebat, robur impertiri? Nec hic ſiſtit amplitudo, & dignitas nobis a Chriſti ſanguine communicata per hoc ſacramētum, eſt enim quoq; ornamentū, & pulchritudo animæ, vt dixit beata Agnes, referēte Ambroſio his verbis:

Ambroſ. ſer. 9. Cant. 4.

Sanguis eius ornauit genas meas: quo etiam ornatu Sponſa fulgebat, quando ei dixit Sponſus: *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ.* Nec his contentus Chriſtus, ſicut olim Reges vngebantur, ſceptrum, & coronam accepturi, ſic hoc ſacramentum recipientes, vngit precioſo oleo ſui ſanguinis, vt eis tamquam Regibus coronam, & ſceptrum regni æterni deferat. Quoniam tamen Rex abſque regno, eſſet Rex nomine tenus, offert Chriſtus ſuarum venarum ſanguinē pro precio regni cæleſtis, quod illud poſ-

Matth. 27.

ſint emere, vt indicant illa verba: *Non licet eos mittere in corbonam, quia precium ſanguinis eſt.* Quæ res ita geſta fuit, cum proditor Iudas proditionis denarios reſtitueret eis, a quibus acceperat, illi recipere pecuniam renuerunt; decretum tamen eſt, vt denarijs illis ager emeretur in ſepulturam peregrinorum. Ager hic erat cuiuſdam figuli, & in ſenſu myſtico, per figulum intelligitur Deus, qui ex luto

Gen. 2.

formauit hominem: *Formauit hominem Dominus Deus de limo terræ*: ager eſt patria cæleſtis, ſiue paradiſi regnum, quod nullo alio precio, quam ſanguinis Chriſti emi poterat, idque pro commoditate peregrinorum; hoc enim habitu dicit Paulus iter agere fideles in huius vitæ exilio, *peregrinamur a Domino.* itaque ſi-

2. Cor. 5.

cut per peccatum a paradiſo fuimus excluſi, ita per Chriſti ſanguinem in ipſum introducimur, vt Cyprianus teſtatur:

Cyprianus.

Fatentes nos per peccati guſtum a beatitudine priuatos, niſi nos Chriſti clementia ad ſocietatem vitæ æternæ reduxiſſet. Omnia hæc paucis cōplexus eſt magnus pater

Ambr. ser. 19.

Ambroſius in hunc modum: *Sanguis Chriſti purpura eſt, quæ ornat Sanctorum animas, non ſolum colore reſplendens, ſed etiam poteſtate, quia Reges facit, quibus donet æternum regnum.* Quod ſi tandem ſanguis Chriſti morientis in terram

Matth. 27. Luc. 23. 2. Cor. 5.

effuſus, immo & cōculcatus obſcurauit cælum, ſolem caligine, & ſtellas inuoluit, ſcidit petras, ſepulchra recluſit, mortuos reuocauit ad vitam, reconciliauit peccatores, aperuit cæli portam, & eius theſauros expandit, quis dubitare poterit, ab eodem ſanguine iam glorioſo, & intra noſtra pectora diffuſo per hoc diuinum ſacramentum fieri poſſe hæc, & alia opera mirabiliora? Obtenebrabit aerem noſtræ vanitatis, eclypſi operiet ſolem fallacium delitiarum, confringet duritiem cordium, reſerabit ſepulchra conſcientiarum, vt exhaletur teter, ac peſtifer odor ſcelerum noſtrorum, noſque in gratiam cum Deo redire faciens cæli oſtium ad beatitudinem aperiet. Hos, & alios mirabiles huius ſacramenti effe-

Chryſ. hom. 45. ſuper 6. cap. 6.

ctus S. Chryſoſtomus, vt ſolet, eloquenter, & docte ita deſcribit: *Hic ſanguis facit, vt imago in nobis regia floreat. hic ſanguis pulchritudinem, & nobilitatem animæ, quā ſemper irrigat, & nutrit, langueſcere non ſinit: hic myſticus ſanguis dæmones procul pellit, Angelos, & Angelorum Dominum ad nos allicit: dæmones enim cum Dominicam ſanguinem in nobis videat, in fugam vertuntur, Angeli autem procurrunt: hic ſanguis effuſus vniuerſum abluit orbem terrarum: hic ſanguis adyta, & ſancta ſanctorum purgabat. Quod ſi eius figura tantā habuit vim, in templo Hebræorum, in media Aegypto limi-*

Exod. 12.

nibus aſperſus, lōge magis veritas: ſine hoc princeps ſacerdotum in penetralia ingredi non audebat. Hic ſanguis ſacerdotes faciebat: hic ſanguis in figura peccata purgabat, in qua ſi tantā habuit vim, ſi vmbram ita mors horruit quantopere, quæſo, ipſam formidabit veritatem? Hic noſtrarum animarum ſalus eſt; hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur; hic igne clariorem mentem noſtram reddit, & auro ſplendidiorem. huius ſanguinis effuſio cælum peruiū

Gen. 2.

fecit, ex paradiſo fons ſcaturijt, a quo ſenſibiles fluuij emanarent: a menſa hac prodit fons, qui fluuios ſpirituales diffundit: hic orbis terrarum decus eſt, quo vniuerſam ornauit Eccleſiam. Conſtat igitur ex dictis, omnino ceſſare in hoc ſacramento, vbi nobis ſanguis datur in potū, rationē, & cauſam veteris præcepti, quo ſanguinis potus, & eſus interdicebatur: nam ſi ſanguis ille tam parui erat valoris, vt eſui pariter, & ſacrificio

2. Reg. 23.

ſeruire non poſſet (ſicut aqua ciſternæ Bethlehem, quam vt Deo ſacrificaret, ab eius potu Dauid abſtinuit) ſanguis, qui nobis

datur in hoc ſacramento, tanti precij, & æſtimationis eſt, vt noſtræ animæ cibus, potus, *Pſalm 4.* oleum, *a fructu frumenti, vini, & olei*, redemptio, medicina, pulchritudo, & clypeus exiſtat. Quãobrem iure optimo poſſumus Chriſto dicere, quod in nuptijs Canæ Galilææ dixerat Architriclinus: *Ioan. 2.* ***Seruaſti vinum bonum vſque adhuc***, ad extremum Domine, & in vltimam cœnam reſeruaſti diſcipulis tuis vinum melius, generoſius, ſuauius, & iucundius, quod numquam mundus guſtauerat. Id certe Chriſtus opportune admodũ fecit: nam ad angores, & labores tribulationum, quæ ipſis imminebant, valde neceſſaria erant fortitudo, & alacritas, quam afferre poterat Chriſti ſanguis: ob quam cauſam bibere ex eo omnes vult, inquiens: *Matth.* ***Bibite ex eo omnes***, vt intrepidi, fortes, & alacres efficiamini. Veruntamen ad clariorem horum verborum interpretationem, & notitiam notabile admodum eſt, quod ſingulari cum ingenio aduertit Theophylactus in commentario ſuper Matthæum (*Theophylac. comment. c. 26. ſuper Matth.*), vbi interrogat, quamobrem Chriſtus corpus ſuum diſcipulis dans, nõ dicat: Accipite, & manducate omnes, ſed *Matth. 26.* ***accipite, & manducate***: at cum porrigit calicem, ait: ***Bibite ex eo omnes.*** Rñdet idem auctor ex aliorum, quã ipſe nõ improbat ſententia, lectã a ſe traditionẽ antiquam, quæ teſtabatur, a Iuda non corpus Chriſti, ſed ſanguinem ſumptum, & buccellam illam ori quidem admotam, non tamen aſſumptam ab eo fuiſſe: ex quo liquet, ceteros Apoſtolos in vtraque ſpecie, Iudã vero in ſpecie tãtũ ſanguinis communicaſſe, quod, ſicut & alia quæcumque occulta Chriſtus optime cum noſſet, dixit de calice ſui ſanguinis: *Ibidem.* ***Bibite ex eo omnes***, quod ob prædictam cauſam de pane non dixerat. Nec videatur alicui aduerſus Theophylacti ſententiam magnum argumentum, ſi obijciat, quod Euangeliſta dixit de Iuda: *Ioan. 13.* ***Et poſt buccellam intrauit in eum Satanas***: quoniã primum multi ex Patribus hanc buccellam, de qua loquitur Ioannes, comeſtam a Iuda in cœna cærimoniali fuiſſe autumant, quæ præceſſerat ſacramenti huius inſtitutionem, vnde aiunt nequaquam Iudam communicaſſe, ſed poſt finem ſanctæ illius cœnæ profectum fuiſſe, vt cœptam proditionem aduerſus Dominum exequeretur. Ita cenſet *D. Clem.* Clemẽs Papa, diſcipulus, & ſucceſſor Petri, lib. 8. inſtitutionum Apoſtolicarũ, cap. 16. *D. Hilar.* S. Hilarius canon. 30. in Matthæum. *Innoc.* Innocẽtius Papa lib. 4. de ſacro Altaris myſterio: *Alexand.* Alexandrinus in harmonia Euangeliorum. Secundo, quoniam quamuis demus Iudam communicaſſe, ſicut ego puto, communiorem Patrũ ſenẽtiam ſecutus, quales *Leo. Aug. Chryſ. Beda* S. Leo ſer. 3. & 7. Auguſt. ſerm. 50. & 62. in Ioannem. Chryſoſt. tom. 4. ſerm. de fide, ſpe, & charitate. & tomo 3. de latrone. Beda ſuper Ioannẽ cap. 13. *Orig. Laur. Iuſt. Euth. Remig. Niceph. & Gloſſa.* Origenes tractat. 35. Laurentius Iuſtin. de triumphali Chriſti agone cap. 5. Euthymius, & Remigius ſuper cap. 26. Matthæi. Nicephorus lib. 1. cap. 30. ac tandem Gloſſa ordinaria: etſi, inquam, demus, quod Iudas communicauerit, ſatis ad id eſt, vt dicit Theophylactus, quod ſanguinem acceperit, etiam ſi buccellam panis ori admotam non deglutierit. Sed quid factum, inquit, de illa panis particula? Quid? Reſpondet idem auctor, quod ſeruauit eam, & abſcondit, ad Phariſæoſque detulit, inquiens, vt cognoſcatis, quam iuſte vobis hunc tradam hominem perditiſſimũ, aſpicite hunc panem: nonne panem eſſe cernitis? ſcitote igitur, quod ille ait, hoc eſſe corpus ſuum; & ego, qui ex diſcipulis ſuis magis libere ſentio, illum vobis deferre volui, vt quid geſtum ab ipſo ſit, non ignoretis. Fieri ne poteſt, aiunt illi, vt eo audaciæ peruenerint hominis iſtius præſtigiæ? non igitur cunctandũ, remedio opus eſt, ***mittamus lignũ in panem eius.*** *Ierem. 11.* (hæc enim illis fuit occaſio huiuſmodi verba vſurpandi;) affigamus ligno Crucis eius corpus, quod ipſe vocat panem. Quam expoſitionem, quoad verba vltima, Hieronymus ſuper Hieremiam, *Hieronymus ſup. cap. 11.* Tertullianus, Lactantius Firmianus, & multi alij Patres amplectuntur. Gloſſa tamen ordinaria *Gloſſa.* aliam horum verborum aſſignat expoſitionem; ait enim per panem ſignificari Verbum, quod procedit ab ore Dei: dictum enim eſt: *Matth. 4.* ***Non ſolũ de pane viuit homo, ſed de omni verbo, quod procedit de ore Dei.*** Ex quo, inquit Gloſſa, *Gloſſa.* ***Panis Ieſu quo nutrimur, eſt ſermo eius.*** Cum igitur Phariſæi tam grauiter tuliſſent Chriſti doctrinam, & ſermones, quibus, & eorum auctori erant infeſtiſſimi, decreuerunt nullum opportunius, vel melius eſſe remedium ad vituperandam, & labefactandam doctrinã illius, quam ſi è Cruce ſuſpenderetur: nam auctore ſuſpenſo, & patibuli ignominia notato, doctrinã pariter illius infamem, & ignominioſam fieri poſſe arbitrabantur; ideoque dixerunt: *Ierem. 11.* ***Mittamus lignum in panem eius.*** Sed cõtra accidit, atq; ipſi putarũt, ſicut eadem Gloſſa notat: nam quemadmodum lignũ, quod Moyſes proiecit in aquas amaras, vt legitur in Exodo, *Exod. 15.* eas reddidit dulces, & guſtui ſuaues; ita lignum Crucis maiorem Chriſti doctrinæ attulit auctoritatem, quoniã opere confirmauit moriens, quod verbo aſſeruerat dum vixit; eandemq. doctrinã, de qua ipſe dixerat: *Matth. 11.* ***Iugum meũ ſuaue eſt***, ita dulcorauit, vt inter ipſa tormenta ſancti homines de illa gloriarentur, vt dixit Paulus: *Rom. 5.* ***Gloriamur in tribulationibus.*** Sed meo iudicio germana magis, & legitima horum verborum expoſitio eſt, quam tradit *Nicol. de Lyra ſuper Hierem. c. 11.* Nicolaus de Lyra ſuper Hieremiam, vbi ait, in regione Hieruſalem eſſe arborem taxum, cuius etiam magna copia eſt in Arcadia, & in regno Gallæciæ apud Hiſpanos, quod arboris genus veneficum eſt, & ab eo dictum quidã volunt toxicum: de hac arbore mentionem fecerunt Plinius, *Plin. lib. 16. cap. 10. Iſid. lib. 17.* Iſidorus in lib. Etymologiarum, & Virgilius in Eclogis:

Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos. *Virg. Eclog. 9.*

Cum igitur Phariſæi dixerunt: *Ierem. 11.* ***Mittamus lignum in panem eius***, idem eſt, ac ſi dixiſſent: præbeamus huic homini toxicum in pane, quẽ comedit, præbeamus buccellã mortiferam: atq; ideo ſubditur ſtatim a Propheta, quod & ipſi

dixe-

Digitized by Google

Ibidem.

dixerunt : *Et eradamus eum de terra viuentium*. Ad ſingularem tamen illam rediens Theophylacti doctrinam de obſeruatione verbi illius, *omnes*, quod cum Chriſtus Dominus porrigeret corpus, reticuerit illud, cum vero ſanguinem, illud protulerit: plane id videtur eius ſententiam labefactare, quod Eccleſia Catholica refert in ſacrificio Miſſæ Chriſtum Dominum vtrobiq; vſum fuiſſe verbo illo, *omnes*; ſic enim ait : *accipite, & manducate ex hoc omnes*, quæ verba tamquam a Chriſto prolata refert. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia xvij.

Dilucidantur Chriſti verba: Ego ſum panis viuus, & quæ ſit diuini huius panis dignitas, & præſtantia, aperitur.

VNum ex illuſtrioribus, & myſticis magis nominibus, quæ ſibimet Chriſtus impoſuit, eſt illud, quo ſe *granum frumenti* vocauit: *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet*. Conuenit excellenter hoc nomen Redemptori noſtro: ſiquidem granum fuit myſticum, Spiritus ſancti manu ſeminatum in virginea terra viſcerum Mariæ, irrigatum imbre gratiæ copioſo, natum magna pulchritudine, ac decore ſingulari auctum ad ſpicā vſque, vitę ſuæ curriculo meſſum falce paſſionis, tritum in area Caluarij, molitum in mola Crucis vi tormentorum, non tamen ruptis oſſibus, vt quod de illo Propheta dixerat, impleretur : *os non comminuetis ex eo*; excretum ſubcerniculo mortis, vbi furfures laborum, & dolorum ſeparati fuerunt a ſiliginea farina gloriæ, quæ ſemper eius animam comitabatur : depſitum tandem lacrymis, quas expirans fundebat; coctum fornace ardentiſſimæ ſuę charitatis, vt ſe nobis ſub panis ſpecie in hoc ſacramento largiretur, quod eſt inter omnia maxime ſingulare beneficium, ac munus nouum, & quo nullum iucundius, ſalubrius, vtilius afferri nobis poterat. Quocirca conueniens eſt, vt a nobis tanta beneficentia promulgetur, & crebris apud omnes gentes vſurpetur ſermonibus, vt nemo nō ſciat, eſſe in Romana Eccleſia horreum ſiligineī frumenti, & alimentum panis, de quo prophetizauit Iſaias : *Et panis frugum terræ erit vberrimus* : de quo Achimelech ſacerdos dixit, non licere comedere homini impuro: de quo Dauid : *Et panis cor hominis confirmet* : & de quo Sapiens : *Panis abſconditus ſuauior* : de quo in typo intelligitur, quod Abraham dixit Saræ, præcipiens, vt panem faceret trium menſurarum ex farina puriſſima, qui panis fuit imago trium ſubſtantiarum, quas hic diuinus panis includit, videlicet animam, corpus, & diuinitatem Chriſti : & de quo demum Eccleſia catholica canit : *Pinguis eſt panis Chriſti, & præbebit delitias Regibus*. Ex quibus verbis colligo ipſe catholicam aſſertionem, ad hoc ſacramentum ſpectantem, nempe in ipſo nullam panis eſſe ſubſtantiam; nemo enim panem vnquā appellauit pinguem, ſed candidum, recentem, vel bene depſitum; quia tamen hic panis eſt caro Chriſti, datur ei epithetum carni conueniens, cum dicitur: *Pinguis eſt panis Chriſti*. Idemq; ſignificauit Dauid, loquens in ſpiritu prophetico de hoc altaris ſacramento : *ex adipe frumenti ſatiat te*. Perſpicuū autē eſt, niſi panis hic triticeus eſſet vera caro, non dicturum de illo Dauidē fuiſſe, quod adipem habebat; id enim valde alienum a tritico, & pane eſt. Hæc aſſertio, & veritas definita eſt in Concilio Lateranenſi, vt conſtat ex cap. firmiter. de ſumma Trinitate, & fide catholica. & in Concilio Romano, quod congregatum fuit aduerſus Ioannem Hus hæreſiarcham, & in Florentino per litteras vnionis Armeniorum, & tandem in Concilio Tridentino, expreſſe aiente, in hoc ſacramento tantum ſupereſſe accidentia panis, & vini: *Permanentibus tantum accidentibus* : quæ ſententia ſemper ab Eccleſiæ Patribus recepta, & comprobata fuit. Nam Ambroſius in libro de ſacramentis, inquit : *Hic panis eſt ante verba ſacerdotis, ſed vbi acceſſerit conſecratio, ex pane fit caro Chriſti*. S. Auguſtinus, vt refertur in capitulo, *vtrum ſub figura*, de conſecratione diſt. 2. *Fideliter fatemur, ante conſecrationē panem, & vinū, quod natura formauit, poſt conſecrationē vero carnem Chriſti, & ſanguinem eſſe, quod benedictio conſecrauit*. Et doctiſſimus Vbaldenſis de ſacramentis dicit, a ſe viſum ſancti Auguſtini tractatum, inſcriptum, *De corpore, & ſanguine Domini*, vbi ait ſe legiſſe hæc verba : *Nec dubitare debet aliquis, quod panis, & vinum mutantur in veram ſubſtantiam Chriſti : ita vt non remaneat ſubſtantia panis, & vini*. Quam etiam doctrinam profitetur Ioannes Chryſoſt. in homilia de Euchariſtia, Hieronymus lib. 4. cap. 35. Gregorius Nyſſenus in principio libri de baptiſmo, Iuſtinus Martyr in fine apologiæ, S. Bernardinus de Cœna Domini, cuius veritatis totum fundamentum innititur Chriſti verbis, aientis; *Hoc eſt corpus meum*, id eſt, quod in manibus habeo, ſub panis accidentibus eſt corpus meum. Quæ verba verificari non poſſent, vt notauit S. Thomas in 3. par. quæſt. 75. art. 2. ſi panis ſubſtantia in hoc diuino ſacramento maneret: quia illa non eſt corpus Chriſti. Vnde ſancta Synodus Tridentina loco ſuperius allato ait, catholicam Eccleſiam hac ratione fundatam ſemper perſuaſum habuiſſe, per verba cōſecrationis totius ſubſtantiæ panis, & vini fieri conuerſionem. Concilij verba ſunt : *Quoniam*

Marginal notes (left column): Ioan. 12. — Ruc. 9. — Ioan. 19. — Iſai. 30. — Pſal. 103. — Prouerb. 9. — Geneſ. 18.

Marginal notes (right column): Eccleſ. — Pſal. 147. — Conc. Later. — Roman. — Florent. — Trid. Conc. ſeſſ. 13. c. 4. — S. Ambr. l. 4. c. 4. — D. Aug. vt refert. cap. ſub. fig. de conſ. d. 2. — Vbald. tom. 2. cap. 33. — S. Auguſt. — Io. Chryſ. — Hieronym. — Io. Chryſ. hom. de Euchar. — Hier. lib. 4. 35 — Greg. Nyſ. lib. de Bapt. — Iuſt. mart. in fine apol. — S. Bernard. de cœna Dom. — Matt. 26. — S. Thom. 3. par. 75. a. 2. — Conc. Trid. de Euch. ſacram.

Digitized by Google

niam Chriſtus Redemptor noſter corpus ſuum id, quod ſub ſpeciebus panis offerebat, vere eſſe dixit; ideo perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis. Nec alicuius eſt momenti ad hanc fidei veritatem labefactandam, vt putant hæretici, quod communiter in ſacra Scriptura hoc ſacramentum nominetur panis: nam primum huic ſacramento nomen hoc non accommodatur ſolum, ſed aliqua pariter adiecta voce, qua declaretur, non eſſe panem materialem, ſicut quando *vocatur panis Angelorum*, panis viuus, panis dans vitam æternam. Secundo, quia ſicut animaduertit Card. Toletus in ſuis eruditiſſimis ſuper Ioannem commentarijs, vſitatum in ſacris litteris eſt, vt nouæ res nomina retineant earum rerum, ex quibus factæ fuerunt: quod conſtat ex verbis Adami, quando vocauit os vxorem ſuam: *Hoc nunc os de oſſibus* meis, quia Eua fuerat de coſta formata. & in Exodo narratur, ab Aaron virga fuiſſe magorum virgas deuoratas: *Virga Aaron deuorauit virgas eorum*. Cõſtat autem quando illas deuorauit, nõ fuiſſe virgam, ſed colubrum; appellat autẽ eum nomine virgæ, quia coluber ille ex virga fuerat generatus. & Ioannes c. 2. ſcribit, *Cum vidiſſet Architriclinus aquam vinum factam*. Perſpicuum vero eſt, quod amplius aqua non erat, cum in vinum fuiſſet commutata, nihilominus tamen aquæ nomine illud nominauit: quoniam vinum illud ex aqua factum fuerat. Hoc etiam modo, quoniam hoſtia ante conſecrationem erat panis, ideo retinet panis nomen, quamuis illic nulla panis adſit ſubſtantia, ſed tantum Chriſti caro. Sicut accideret alicuius Mediolanenſis hypothecam, & officinã ingredienti, qui videns capſam, cui eſſet inſcriptio, ſuccinum, illam aperiret, nec intus aliquid præter ſuccini odorem inueniret, quoniam mercator illud vendiderat, & in aurum, atq; argentum verterat. Si tunc ille mercatorem interrogaret, quare capſa inſcriptionem haberet rei, quam non includebat? proculdubio reſponderet, titulum nimis infixum, & tabulæ adhærentem non ita facili eradi potuiſſe. Sic in hoſtia conſecrata nulla eſt ſubſtantia panis, quoniam iam fuit in aurum puriſſimum carnis Chriſti conuerſa, eſt tamen panis odor, & ſapor inhærens accidentibus: atq; ita ſi panis adhuc retinet titulum, ac nomen, cauſa eſt, quod ibi antea fuerit, vnde nomen accidentibus poſt conſecrationem adhæret, nec facile tolli poteſt. Nam, vt S. Gregorius inquit, & refertur de conſecratione diſt. 2. *Species retinent nomina eorum, quæ antea fuerunt*. Hac igitur veritate, quæ magni momenti eſt, ſtabilita, & confirmata, oculos conuertamus ad ſingulare, & inſigne beneficium, quo mundum Chriſtus affecit, dum illum fame oppreſſum, vt olim Danielem in lacu leonum, videns, hoc eum diuino pane reficiendum, & ſaturandum deliberauit. Hiſtoria ſatis nota eſt, quæ refertur de Habacuc, qui ab Angelo Dei fuit apprehenſus capillo vno, vt

Thom. Ioan. 6. — *Card. Tolet. cap. 6.* — *Gen. 2.* — *Exod. 7.* — *Ioan. 2.* — *S. Greg. vt refertur. de conſecr. d. 2.* — *Dan. 14.*

cibum, quem parauerat meſſoribus, Babylonẽ transportaret, vt illo S. Daniel in lacu leonum, quo tenebatur clauſus, reficeretur. Habacuc, vt ſanctus Hieronymus in locis Hebræis interpretatur, idem eſt, *quod amplexator*, & ita, figuram gerit Filij Dei, qui arcto cõplexu hypoſtaticæ vnionis naturam eſt amplexus humanam; quemadmodum dixit Sponſa in Canticis, humanæ naturæ ſuſtinens perſonam: *Dextera illius amplexabitur me*: Filius Dei, vt explicat Ambroſius, me amplexabitur, ſe mecum perſonaliter vniẽs. Meſſores diuini huius Prophetæ ſunt angelici ſpiritus, ſicut ipſe dixit: *meſſores ſunt Angeli*: ipſi enim ſunt, qui intra cæli horrea clauſuri ſunt filigineum frumentum prędeſtinatorum, expurgatum omni puluere ac palea reprobatorum: *Triticum congregabit in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili*. His angelicis meſſoribus Deus in cæleſti patria ſemper habet paratam menſam inuiſibili cibo inſtructam, ſicut Angelus Raphael dixit Tobiæ: *Ego cibo inuiſibili, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor*. Sed miſertus Deus famem, quam patiebatur humanum genus in mundi Babylone, modum inuenit, quo Angelus Dei, qui eſt ſacerdos, teſte Malachia: *Angelus Domini exercituum eſt*, Verbum incarnatum ad manus ſuas venire faciat tanta cum facilitate, vt ſola verborum conſecrationis prolatione id conficiat: quod certe mirabilius eſt, quam ſi Habacuc Prophetam vno crine tranſportaret, tanta quoq; cum breuitate, vt Dei Filius in vltimo prolationis verborum momento, ac temporis inſtanti adſit: Ex quo fit per ſacerdotem, vt panis Angelorum fiat panis viatorum, dicente Thoma: *Ecce panis Angelorum, factus cibus viatorum*. Quod vero in hoc tam eximio Dei munere ipſe iudico maximum, eſt, quia ſicut Deus panem illum Danieli in lacu leonum commoranti miſit, ſic etiam nunc mittit viro iuſto hunc ſacratiſſimum ſui corporis cibum, etſi non ignoret, a multis leonibus, perditiſſimis inquam, & impijs hominibus indigne comedendum, de quibus ipſe conqueritur apud Dauidem: *Suſceperũt me ſicut leo paratus ad prædam*. Itaq; vt vnus ſaltem Daniel, vnus ſolus iuſtus cibetur, ſe Chriſtus exponit iniuſtorum, & ſceleratorum iniurijs, quibus grauiſſime afficitur, dum ab ipſis impio, & impuro animo, atq; ore polluto percipitur. Sed vt innoteſcat, quam abundanter Deus fami, qua mundus vexabatur, ſuccurit, reducam vobis in memoriam, quod Regum hiſtoria in obſidione Samariæ accidiſſe commemorat. Aderant in porta ciuitatis Samariæ, dum a Benadad Rege Syrię tenebatur obſeſſa, pauperes quatuor leproſi, ac fame magis, quam morbo tabeſcentes: tanta enim per totam vrbem famis violentia, & ſæuitia increbuerat, vt matres ipſæ, ac nutrices oblitæ materni amoris, in proprios natos ſæuirent, ipſos comedentes. Dubitantes ergo leproſi, ciuitatem ne an hoſtium caſtra peterent, decreuerunt

S. Hieron. de nom. Hebr. — *D. Ambr. per hunc locum Can. 2.* — *Luc. 3.* — *Tob. 12.* — *Malac. 2.* — *S. Thom. vt refertur. in off. corp. Chriſti. Dan. 6.* — *Pſal. 16.* — *4 Reg. 7.*

runt potius ad hoſtes, quam ad ciues ſuos abire; iudicantes minus eſſe malum ab hoſtibus trucidari breuiter, quam paulatim dira fame conſumi. Quare ad caſtra Aſſyriorum profecti inuenerunt locum deſertum, & tantam victus abundantiam, quam Aſſyrij reliquerant, vt impletum fuerit, quod Propheta Eliſeus dixerat:

Ibidem.

Cras modius ſimilæ vno ſtatere erit. tunc illic ſatisfacientes fami, dum manducabant, dixerunt: *Non recte facimus, hæc dies boni nuncij eſt, ſi tacuerimus, ſceleris arguemur.* Ideoque protinus conſurgentes, ad ciuitatem perrexerunt, & Regi, ac populo lætum nuncium attulerunt. Mirabilis typus hic eſt ſacramẽti Euchariſtiæ; totus enim mundus fame peribat, obſidione dæmonis cinctus, ſed in tanta rerum calamitatẽ dignata eſt diuina benignitas præbere nobis in Eccleſiæ caſtris ſanctiſſimi ſacramenti diuinum panem, a perfidis Aſſyrijs, ab hæreticis nempe ſacramentarijs derelictum, & neglectum; ſed a catholicis expetitum, & ita æſtimatum, vt eodẽ cultus, & latrię genere, quo ab ipſis Deus colitur, adoretur. Veruntamen, vt quotidie magis augeatur honor, & æſtimatio ſacrati huius panis, & ſimul deſiderium, ac fames illum percipiendi augeatur, nonnullas illius excellentias apponam. Quarum prima eſt, quod panis eſt vitæ: continet enim in ſe realiter, & vere ſubſtantiam illius, qui vita eſt per eſſentiam, a cuius mari vitæ increato deriuantur omnes riuuli, ac fluuij vitarum ab ipſo acceptarum. Ad huius veritatis probationem vtar ſolum verbis, quibus nos Chriſtus vti præcepit apud Patrem in hunc

Luc. 11. Auguſt. ep. 121. cap. 12.

modum: *Panem noſtrum quotidianum da nobis*: quem panem Auguſtinus in epiſtola ad Probam, interpretatur, quidquid ad vitam peragendam eſt opportunum, ac neceſſarium, *Nomine panis ſufficientiam vitæ petimus*: cui ſen-

Baſilius. Chryſ. hom. 20. Greg. Nyſſen. l. de orat. Theod. 4. Orig. lib. 2. Ioan. 4.

tentiæ aſſenſi prius fuerant Baſilius in Regulis breuioribus, Chryſoſtomus, Gregorius Nyſſenus, & Theodoretus in commentarijs ſuper Epiſt. ad Philippenſes. Origenes vero de ſermone Domini per hunc panem intelligit Dei voluntatem, de qua idem Chriſtus apud Ioannem: *Meus cibus eſt vt faciam voluntatem Patris mei.* Deniq; alij loci eius interpretes iudicantes orationem eſſe animæ panem quotidianum (nam & eius inopia tantum Dauidi attulerat damnum, vt dixerit, quia panẽ hunc non comederat, deſerbuiſſe ſibi pietatis ardo-

Ps. 121.

rem, & cor eſſe ſibi exſiccatum: *Aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum*) cenſuerunt panem, de quo Chriſtus nunc loquitur, eſſe preces, & orationes, quibus diuina contemplantes nutrimur. Quamuis autem om-

Luc. ibid.

nes prædictæ expoſitiones verbis: *Panem noſtrum quotidianum, &c.* valeant accõmodari, pro

S. Hier. lib. 3. Athanas. l. de Incar. Ambr. lib. 5. Cyprian. de o. 46. Dom.

re tamen noſtra egregia eſt expoſitio S. Hieronymi aduerſus Pelagianos, Athanaſij in libro de Incarnatione, Ambroſij de ſacramentis, Cypriani de oratione Dominica, qui omnes iudicant per illa verba iubere Chriſtum, poſtulari a Patre huius ſacramenti diuinum panem, ideoq; a Matthæo Euangeliſta vocatum *Panem*

Matth. 6.

ſuperſubſtantialem, ſiue panem, qui eſt ſuper omnes ſubſtantias, ſicut exponit S. Hieronymus contra Pelagianos, cui & Ioãnes Caſſianus adſtipulatur. Manifeſtum vero eſt, de noſtro pane dici non poſſe, quod omnem excedat ſubſtantiam, ſed de illo, in quo Chriſti ſubſtantia incluſa eſt: cui ſententiæ ac interpretationi

Hier. lib. 3. con Pelag. 5 Ioan. Caſ. Col. 9. c. 21.

fauet Marij Victorini verſio aduerſus Arrium, ita verba Dominicæ orationis interpretantis:

Mar. Vict. Aduer. Ar.

Panem conſubſtantialem da nobis; hoc eſt Chriſtum, qui duas habens naturas, diuinitatis, & humanitatis, per diuinam naturam Deo conſubſtantialis, & per humanam eiuſdem cum homine ſubſtantiæ eſt. In cuius expoſitionis confirmationem magnæ auctoritatis teſtimonium eſt in Miſſa, quæ vulgo vocatur *Mozarabe*, id eſt more Arabum, quam S. Iſidorus compo-

D. Iſid. miſſa Mozarabe.

ſuit: ibi enim quando ſacerdos recitans orationem Dominicam peruenit ad hæc verba:

Luc. 11.

Panem noſtrum quotidianum, reſpondet Chorus, *qui eſt Deus*. Præterea dum vocatur *Panis noſter*, idem etiam innuitur, quoniam iuxta S. Cy-

S. Cypr.

priani expoſitionem ſuper orationem Dominicam, hic panis vere noſter eſt, quoniam eſt filiorum Eccleſiæ, non canum, id eſt hæreticorum, vt ſanctus Thomas in Proſa dixit: *Vere*

S. Th. in proſ.

panis filiorum, non mittendus canibus. Et obiectioni, quæ ab aliquibus proponitur, dicentibus, his verbis aperte poſtulari panem quotidianum, atq; ideo cum non communicent omnes quotidie, non poſſe de pane ſacramentali verba illa explicari: reſpondet Alexander ab

Alexan. ab Alex. q. 17. cap. 14.

Alexandro, quod ſicut cibus non ſolum ſuſtentat os per quod ingreditur, ſed reliqua etiam membra corporis alit; ita diuinum hoc alimentum intrans quotidie per os ſacerdotis, qui eſt os huius myſtici corporis Eccleſiæ catholicæ, vt dixit ipſe Deus: *Si ſeparaueris pre-*

Ier. 15.

tioſum a vili, quaſi os meum eris, nutrit, fouet, & ſuſtentat omnia Eccleſiæ membra, Chriſto eius capiti coniuncta, quomodo Chriſti fideles omnes diuinæ huius refectionis, & cæleſtis alimoniæ participes fiunt: vnde iure optime panis quotidianus appellatur. Quod ſi quis adhuc opponat, per illa verba peti, vt panis nobis hodie præbeatur: *da nobis hodie*, quod de hoc ſa-

Luc. 18.

cramento non poteſt ſemper intelligi, cum ſæpe hæc oratio recitetur tali tẽpore, vt nec ante, nec poſt locus communicationi corporis Chriſti ſit, idem quoq; Doctor reſpondet, Eccleſiam catholicã eſſe per vniuerſum terrarum orbem propagatam, & nocte noſtrum horizontem occupante, in altera orbis parte noſtris pedibus ſubiecta lucere diem, & ibi ſacramentum hoc celebrari, atq; ita in quauis hora, ſiue

Ibidem.

diei, ſiue noctis dicatur: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, vera eſt aſſertio, & petitio completur. Quia autem ſummopere iuuat intueri huius diuini panis excellentes qualitates, audiamus ſapientiſſimum Salomonem, qui nobis illas, de hoc ſacramento in

Sapien. 19.

figura

Sap. 16. figura loquens, enumerat: *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cælo ſine labore præſtitiſti illis, omne delectamentum in ſe habentem; ſubſtantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat.* Primum vocat hunc panem *Angelorum eſcam*, quoniam, Aug. lib. 3. vt ait Auguſtinus de libero arbitrio, idemmet Deus, qui eſt in Eccleſia triumphante cibus Angelorum, in militante quoq; eſt alimentum viatorum; vel ideo dicitur Angelorum panis, quoniam recipientes hoc ſacramentum, angelicam puritatem imitari debent. Vocat *panem de cælo ſine labore*, quoniã ſacerdotali prolatione verborum cum debita intentione ſine aliquo alio labore humano, Deus per ſuam potentiam ſubſtantiam panis in Chriſti ſubſtantiam conuertit. Vel dicamus hunc panem Gen. 3. opponi ei, de quo Deus Adamo dixit: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, atq; ita idem eſt, ac ſi dixiſſet: Si hominis malitia tibi dedit panem doloris ac laboris, vt dixit Dauid: Pſal. 126. *Qui manducatis panem doloris*; bonitas diuina largitur panem gratuitum, & ab omni cruciatu alienum, immo plenum iucunditatis, & ſuauitatis, & omne delectamẽtum in ſe habentem. Ex quo nobis alia declaratur mirabilis huius panis proprietas: nam cum ſit ſumma quædam, & compẽdium omnium ſaporum, ac ſuauitatum, ſaturat, & explet animam, in cuius veritatis typum quondam Deus, etſi de cælo miſerat ingenti numero coturnices populo ſuo; non tamen illis dicitur fuiſſe populus ille ſatiatus, donec manna comedit: Exod. 16. *Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus.* Itaq; ſoli pani attribuit ſaturitatem, ad ſignificandum, ſolummodo in hoc ſacramento veram reperiri ſatietatem. Concludit Salomon, Sap. 16. rationem horum omnium aſſignans: *Subſtantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat.* Mirandum non eſt, ſi mentem animumq; hominis huius panis alimento ſatures, cum pariter ſub illo velatam tuam ipſius tam diuinam, quam humanam communices ſubſtantiam, in qua, vt dixit Spiritus ſanctus, Prouerb. 1 *omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus.* Eſt & alia proprietas huius ſubſtantiæ, quam Deus nobis præbet, panis, & vini accidentibus inuolutam, quoniam numquam conſumitur, nec deficit; quod accidit reliquis alimentis, quibus etſi ciuitas, vel arx aliqua inſtructa ſit, niſi renouentur, & inſtaurentur, temporis ſucceſſu Math. 23. deficiunt, vt viſum eſt in obſidione Hieroſolymorum, vbi omnino annona frumenti, & aliarum rerum defecit, quod ciuitas victu importato viueret, & aduerſarius vias intercluſiſſet, & victus inuehi ad vrbem non poſſet: & Iudith 7. Betuliæ ciuibus aqua defecit, quæ intra ciuitatem cum non haberet originem, ſed per aquæductus ab externo fonte profluebat, hoſte aquæ fluxum impediente, grauiſſima ſiti tota ciuitas laborauit. At diuinum hoc ſacramentum cum domi habeat fontẽ, & farina ſiliginea, & panis angelicus non adueniat aliunde comportatus, ſed in ſe ipſo, & ex natura ſua includat, & habeat omnem rerum abundantiam, nulla hunc panem comedentibus poteſt ſurripere inopia, ſed omnis potius in promptu adeſſe ſaturitas. Quoniam tamen iam vidimus, quomodo hoc diuinum ſacramentum ſit panis, videamus nunc, quare Chriſtus dixerit eſſe panem viuum: *Ego ſum panis viuus*: Ioan. 6. rem enim viuam quis audeat manducare? Præterea quis eſt, qui neſciat quando alimentum eſt viuum, eſſe vnum ex duobus neceſſarium, vt illud ſcilicet moriatur ad vitam dandam comedenti, ſeu vt moriatur ille, qui eo eſt alendus? ſicut viſum eſt in Iona, qui vt viueret, a cete deglutitus, neceſſe fuit, vt cete periret, & contra, vt viueret cete, manente intra corpus Iona, neceſſe erat Ionam vita priuari. Iona. 2. Ergo cum hoc ita ſit, Domine mi, ſi tu panis es viuus, vel tu mori, aut ego debeo; tu non, quoniam immortalis, vt Apoſtolus dixit: Paul. 7 ad Roman. 6. *Chriſtus iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* nec ego moriar, cum tu dixeris: Ioan. 6. *qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Quomodo igitur hoc fiet? Solutio difficultatis eſt, quod qui hunc diuinum panem manducat, viuens Chriſto debet mori ſibi, & affectibus ſuis inordinatis, mortem eis inſerens, vt faciebat Apoſtolus cum dixit: Galat. 2 *Vt Deo viuam, Chriſto confixus ſum Cruci.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia xviij.

Verba illa Chriſti dilucidantur: Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; ſic qui manducat me, & ipſe viuet propter me: oſtenditurq. ſimul, quã ſit Incarnationis arcano ſimile Euchariſtiæ myſterium, & declaratur vnio corporalis carnis Chriſti cum carne ſacramentum hoc digne recipientis. Ioan. 6.

QVamuis omnia Dei opera ad prædicamentum, & ordinem gratiæ ſupernaturalem ſpectantia valde ſunt mirabilia; duo tamen præſertim emicant, & ceteris palmam præripiunt, Incarnatio, & Euchariſtia: ideoq; tamquam eximia magis, & reliquorum capita iunxit Chriſtus, cum dixit: Ioan. 6. *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; ſic, qui manducat me, & ipſe viuet propter me.*

Digitized by Google

me. Primis verbis loquitur de Incarnatione, Cyril lib. 4. cap. 18. *ſicut miſit me*, vt dixit Cyrillus ſuper Ioannem: *cum miſſum ſe eſſe Filius dicit huc, incarnatum* Ioan. 9. *ſe eſſe, nihil præter hoc aliud denotat.* Vltimis vero verbis agitur de hoc diuino ſacramento: *Sic qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* Ego exiſtimo nihil eſſe, quo magis declaretur Chriſtus ſacramento tectus, quam ipſomet Dei Verbo carne veſtito; quare cum ipſe prædictis verbis hoc iter oſtendat, & hanc doceat ratiocinationem; ſequamur eam, ille namq; prælucebit nobis ad magna, & ſuprema myſteria in hoc diuino ſacramento detegenda: magnam enim inter vtrumq; ſimilitudinem inuenicmus. Iſaia 53. Nam ſi de Incarnatione dixit Iſaias: *Quis credet auditui noſtro?* id eſt, quis ſibi perſuadebit Deum factum hominem? Hebræi quoq; de hoc Ioan. 6. ſacramento dixerunt: *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?* Sed quemadmodum fides omnipotentiæ Dei, primam expediuit difficultatem, Luc. 1. cum Virgini Angelus dixit, ipſam ſuper myſterio Incarnationis alloquẽs: *quia non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum*; ſic eadẽ fides eſt, quę nunc facilem reddit, & expeditam Ioan. 13. huius diuini ſacramenti difficultatem, atque adeo ſingulari conſilio Euangeliſta Ioannes de ipſo tractaturus incredulorum animos præparauit, præmittens omnipotentiam Chriſti, inquiens: *omnia dedit ei Pater in manus*, vt infinita illa Dei poteſtas auditoribus propoſita, viam pararet ad huius ſacramenti credendam veritatem, eſſetq; omnium expeditio difficultatum Iob. 42. reſponſio argumentorum, & argutiarum rationis humanæ vnica ſolutio. Hinc S. Iob difficultatibus myſteriorum fidei agitatus, ad Dei potentiam confugiebat, & ardua omnia, ac difficilia ſacramenta ſuperabat, dicens: *Scio quia omnia potes, idcirco ponam manum meam ſuper os meum.* Et Dauid eodem vtebatur remedio, Pſal. 70. quando dicebat: *Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini*; quoniam rudis, & ignarus ſum ad inueſtiganda diuina myſteria, ad Dei omnipotentiam me conferam: illic enim inuenio omnium mearum difficultatum reſponſionem, & ſolutionem. Nam reuera quidquid in rerum natura eſt, nihil aliud niſi quod Deus vult, eſt, ſicut in virga Moyſis. dixitq; Deus: *Proijce illam in terram*, & protinus Exod. 4. conuerſa fuit in colubrum ita horridum, & deformem, vt fugeret Moyſes. dixitq; iterum Deus: Reſume illam, ſtatimq; veterem virgæ formam recepit. Si tunc Deus interrogaret Moyſem, quid in manu habes? reſponſum ei experientia iam oſtenderat, Domine, quod tu volueris eſſe, hoc erit: quoniam res non ſunt aliud, quam quod tu vis, vt ſint. Si vero ad magis intima, & arcana pergamus, cognoſcemus, quod quemadmodum in Incarnatione Verbum diuinum de cælo ad viſcera beatiſſimæ Virginis deſcendit, vt dixit Dauid: Ps. 18. *A ſummo cælo egreſſio eius*; ita diuinus hic pa- Ioan. 6. nis in manus ſacerdotis de cælo venit: *hic eſt panis, qui de cælo deſcendit.* Et quemadmodum in illo myſterio Filius Dei venit in mundum: Ioan. 16. *Exiui a Patre, & veni in mundum*, nec puncto temporis ſeparatus fuit a pectore Patris, in cuius erat cõſortio: *Et Verbum erat apud Deum*; ita in hoc ſacramento, quamuis Chriſtus in cælum remigrauit, non ideo noſtram deſeruit ſocietatem, ſed nobiſcum manſit vſq; ad vlti- Matt. 28. mum rerum omnium terminum: *Ecce vobiſcum ſum vſq; ad conſummationẽ ſæculi*: Et quemadmodum ex Verbo diuino, & ſacra eius humanitate regiæ ſuæ perſonę vnita Spiritu ſancto adumbrante factum fuit vnum diuinum compoſitum, quod eſt Chriſtus Dominus, quem S. Thomas vocat perſonam compoſitam, quo- D. Th. 3 p. niam ex duabus naturis componitur; ita ex corpore Chriſti, & ſpeciebus ſacramentalibus diuinum hoc, & ineffabile fit ſacramentum. Et quemadmodum in Incarnatione diuinum Verbum occuluit diuinitatis excellentiam, & ſupremam dignitatem ſub humanitatis vilitate, & humilitate, vnde illum vocauit Iſaias Deum abſconditum: *Vere tu es Deus abſconditus*, idq; Iſaia. 45. tali modo, vt oculis fide carentibus videretur purus homo, & ceteris omnino ſimilis; ita in hoc diuino ſacramento tam artificioſe, & mirabiliter celat Chriſtus diuinam, & humanam naturam ſuam tegumento accidentium, vt qui ſolum ſenſibus duceretur, non eſſe illic diceret Dei carnem, ſed tantummodo panem, quod S. Cyprianus paucis verbis ita complexus eſt: Cypr. de ser. de cœna Domini. *Sicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, & latebat diuinitas ita ſacramento viſibili ineffabiliter diuina ſe effudit eſſentia* Et quemadmodum ad peragendum Incarnationis myſterium concurrerunt verba, quæ protulit Virgo, dicens: *Fiat mihi ſecundum Verbum tuum*, ſic ad Eucha- Luc. 1. riſtiæ ſacramentum conficiendum vtitur tamquam inſtrumento, forma ſacramentali, quę in verbis conſecrationis eſt ſita, dum ait ſacerdos: *Hoc eſt corpus meum*; atq; ita fit, quod dixit Au- Matt. 26. D. Aug. guſtinus: *Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum.* Et quemadmodum ſigna ab Sponſa notata, per quę cognoſcendum erat Dei Verbum carne amictum, fuerunt candor, & rubor; *Dilectus meus candidus, & rubicũdus*; ita inſigne, Cant. 5. per quod hoc diſcernitur ſacramentum, & a reliquis omnibus diſtinguitur, duo quoq; ſunt colores, candoris in pane, & ruboris in vino: Ibidem. vnde non minus verba Sponſæ: *dilectus meus candidus, & rubicundus*, conueniunt Deo incarnato, quam eidem ſacramenti ſpeciebus abſcondito. Et quemadmodum in myſterio Incarnationis deeſt humanitati Chriſti naturale ſuſtentaculum humanę perſonæ; quoniam caret ſuppoſitalitate creata, quã ſupplet diuina ipſius Verbi æterni; ita etiam in Euchariſtia deeſt accidentibus ſuſtentaculum, & ſubiectum ſubſtantiæ panis, ſupplente Deo per mirabilem efficientiam ſuam, quod ſua cauſalitate materiali ipſa ſubſtantia panis cauſabat. Et quemadmodum perſona diuina vacuum, quod fecit defectus perſonalitatis humanæ, ita impleuit, vt ſacra illa humanitas non haberet appeti-

tum

Digitized by Google

tum naturalẽ, nec illicitum, vt vocãt Theologi ſuppoſitalitatis, quæ naturaliter ei debebatur: nam ſi talem haberet appetitum, nõ eſſet quietu, donec illum expleret: ſic in hoc ſacramento ſupplet Deus ſubſtantiæ panis defectum, vt non minus alat, & ſuſtentet corpus noſtrũ panis, & vinum conſecratũ, quã non conſecratũ, ſicut experimento cõprobatum eſt. Et quemadmodũ in Dei Incarnatione Verbum mãſit impaſſibile, & immortale, ſed caro eius paſſibilis, mortalis, & expoſita iniurijs, & contumelijs hominum improborum; ita in hoc diuino ſacramento, quamuis eſt in ſe iam immortalis, & impaſſibilis, dum tamen eſt ſub accidentibus panis, & vini, manet ſubiectus multis iniurijs, & contumelijs eorum, qui illum indigne recipiunt. Et quemadmodũ Deus factus homo ſe tantum demiſit, vt nomen ſibi dederit vermi-

2 Reg. 23.

culi, *tamquam tenerrimus ligni vermiculus*; ita per Euchariſtiam ad tantam deſcendit humilitatem, vt ſe vermium cibum fieri permittat. Quare ſi rem attente conſideramus, magis ſe

Philip. 2.

in hoc opere, quam in illo deiecit: nam illic ſpeciem, & habitum induit humanum, *habitu inuentus vt homo*: hic autem ſub cibi forma ſe

Ioan. 6.

abſcondit: *Caro mea vere eſt cibus*; illic contraxit ſuam magnitudinem ſub creatura rationis participe, & beatitudinis capace; hic ſub creatura inſenſibili, & beatitudinis incapace. Et cum tanto magis quis humilior fieri, ac demitti vilius dicitur, quãto deſpectior amictus eſt, & vilior habitus, videtur Dei magnitudo ſe magis demiſiſſe, dum panis accidentibus ſe texit, quam dum carnis humanæ veſtitu vela-

Aug. super 12.31 ser. 3 & 127. de temp.

uit. Quod põderãs Auguſtinus duobus in locis ſuorum ſermonum ſic interrogat: *Vnde commendauit Dominus noſter corpus, & ſanguinem ſuum? de humilitate ſua; niſi enim eſſet humilis Deus, non manducaretur, nec biberetur*: concluditque, *ſemetipſum exinaniuit, vt manducaret panem Angelorum homo. Quia ergo homo ad illum panem non poterat aſcendere, dignatus eſt panis ipſe deſcendere ad hominem*. Quæ ſententia, & animi conceptio, quoniam Auguſtini, magni quidem

Osea. 11. Hieron. l. 3. commentar.

habenda erat, ſed & auctorem habet Deum, per Oſeam ita dicentem: *Declinaui ad eum, vt veſceretur*, quod idem eſt, interpretante Hieronymo, ac ſi dixiſſet, deſcendi, & demiſi me ad humanam naturam induendam, vt cibus hominum fierem. Et quemadmodum in Incarnatione Verbi diuini mirabilis eſt Dei inſitio in homine, & hominis in Deo; ita enim vocat Filium

Iacob. 1.

S. Iacobus: *Suſcipite inſitum verbum*; ſic in communione diuini huius ſacramenti Christus animæ, & anima Chriſto inſeritur, ſicut ipſe

Ioan. 6.

dixit: *in me manet, & ego in eo*. Vnde velut cum arbori infructiferę ſurculus alterius arboris fructum ferentis inſeritur, producit illa fructum dulcem, & vtilem, quoniam inſitiui naturam aſſumit; ita quicunq; medio hoc ſacramento inſeritur Chriſto, ex oleaſtro amaro, & infructifero fit oliua fertilis, & iucunda,

Rom 11.

vt ait Paulus: *Tu autem cum eſſes oleaſter, inſertus es in bonam oliuam*; itaq; ſicut cum arbor inſeritur, fructus eius habet ſaporem inſito ſimilem; ſic opera illius, qui Chriſto inſeritur per hoc ſacramentum, Dei habent ſaporem, & odorem. Deum ſapit eius conuerſatio, deambulatio, confabulatio, ſtudia, occupationes, & nihil in eo eſt, quod Deum non ſapiat, & redoleat. Denique ſicut media hypoſtatica vnione, quoniam Deus homini coniunctus fuit, viuit homo vitam diuinam; hoc enim ſignificat:

Ioan. 6.

Miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; ita per Chriſti vnionem cum eo, qui ipſum digne recipit in hoc ſacramento, viuit homo vitam ſupernaturalem, & diuinam, ac talem, vt magis Chriſti vitam, quam propriã vi-

Galat. 2.

uere Apoſtolo videretur: *Viuo ego, iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus*. Per optimos certe aquæductus, & feliciſſimam, atq; abundantem venam hæc vitæ aqua dimanat, qua diuinum hoc ſacramentum animã fœcundat, & refrigerat: Pater eſt fons, & origo vitæ, & ab ipſo vitam accipit Filius, a Filio cõmunicatur humanitati Chriſti, & a Chriſto in animã noſtrã deriuatur: itaq; in die Incarnationis Deus eduxit aquam de cælo, donec illam perduxit ad ſacram ſuam humanitatem, quę arca eſt, intra quam Deus deliteſcens per triginta tres annos nobiſcum fuit. Hodierno autẽ die aperit Deus Verbo incarnato venam, & affigit ei aquæductum diuini huius ſacramenti, vt Deum ipſum in fonte ſuo guſtemus (quemadmodum dixit

D. Thom. in opusc. 57.

D. Thomas: *Et ſpiritualis* dulcedo in ſuo fonte deguſtatur,) & vt ſanguine ſuo irriget, ac virtute ſuæ carnis plantas Eccleſiæ catholicæ nutriat, & ſuſtentet, fiatq; hoc modo adeo mirabilis vnio carnis Chriſti, & illius, qui digne carnem illam accipit, vt melius, & verius,

Gen. 2.

quam de coniugibus dici poſſet: *Erunt duo in carne vna*: qua vtuntur comparatione de hac re

Aug. sup. I. Cypr.

tractantes Auguſtinus ſuper Ioannem, & Cyprianus in tractatu de Iudicio: idq; iure optimo, quoniam in baptiſmo, Chriſti, & animæ nuptiæ celebrantur; in hoc diuino ſacramento matrimonium vtriuſq; perficitur, tam excelſa & mirabili coniunctione, vt illam Chriſtus cum vnione, quam ipſe habet cum Patre, com-

Gregor. Niss. catech. cap. 37.

parauerit: *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; ſic qui manducat me, & ipſe viuet propter me*. Ad hanc declarandam vnionem ſanctus Gregorius Nyſſenus vtitur ſimilitudine fermenti, & maſſę, quæ a fermento tota corrumpitur. *Sicut parum fermenti ſibi aſſimilat totam cõſperſionem; ita corpus a Deo morte affectum cum fuerit, intra nos totum ad ſe tranſmutat & trãſ-*

Chrys. hom. 31.

fert. quo etiam pertinent verba Chryſoſtomi ſuper Matthæũ: *Nos ſecum (vt ita dicam) in vnã maſſam reduxit. nec id fide ſolum, ſed re ipſa nos ſuum corpus efficit* & in homilia 450. ita explicat vnionem per eam, quæ inter cibũ, & ipſum comedentem eſt, inquiens: *Vt nõ ſolum per dilectionem, ſed re ipſa in illam carnem conuertamur, per hunc cibum efficitur, quem nobis largitus eſt*.

Cyr. lib. 4. c. 17.

& Cyrillus Alexandrinus ſuper Ioannem eandem

dem coniunctionem, & commixtionem compa-rat cum ceris liquefactis, & inuicem confuſis: *Sicut enim ſi aliquis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commiſceat neceſſe eſt; ita ſi quis carnem, & ſanguinem Domini recipit, cum ipſo ita coniungitur, vt Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inueniatur.* Ne quis vero putaret hanc vnionem eſſe tantummodo per ſpiritualem affectum, & charitatem, ait idem Cyrillus: *Non negamus recta nos fide, charitateque ſincera Chriſto ſpiritualiter coniungi, ſed nullam nobis coniunctionis rationem ſecundum carnem cum illo eſſe id profecto pernegamus, idque a diuinis Scripturis alienum dicimus.* Et inferius tamquam rata faciens, quæ dixerat, adijcit: *Conſiderandum eſt, non habitudine ſolum, quæ per charitatem intelligitur, Chriſtum in nobis eſſe, verum etiam & participatione naturali.* Et ſanctus Auguſtinus, vt refertur in capitulo, Chriſtus paſſus, de conſecratione diſtinctione ſecunda, in huius veritatis confirmationem inquit: *Caro quia erat peccato obnoxia, & ideo mortua, carni eius mundæ vnita, & incorporata, vnumque cum illa effecta viuit ſpiritu eius, ſicut viuit corpus de ſpiritu ſuo.* & ſanctus Thomas in opuſculo de ſacramento Altaris inquit: *Magnum quidem fuit Chriſtum Dominum ſeipſum in peregrinationis noſtræ ſocium dediſſe, maius vero, in precium redemptionis; hoc tamen donum adhuc eſt in aliqua ſeparatione ab eo, cui datur; cui autem datur in cibum, datur non ad aliquam ſeparationem, ſed ad omnimodam vnionem; vnitur enim in vnitate corporis.*

Aug. prout refertur in c. Chriſtus paſſus de conſec. diſt. 2.

S. Th. opuſc. de ſacram. altaris.

Ex doctrina horum omnium Patrum, tam Græcorum, quam Latinorum, & aliorum plurium, quos afferre poſſem, ſicut Irenæum aduerſus hæreſes, Ioannem Damaſcenum libro 4. cap. 14. ſanctum Leonem Papam in epiſtola 23. manifeſte colligitur, præter vnionem ſpiritualem, & affectiuam, quæ fit per gratiam ad charitatem, & præter coniunctionem materialem, quæ fit ex corpore Chriſti ſub ſacramento cum pectore recipientis ipſum, quoniam hæc vnio, & coniunctio communis eſt omnibus tam digne, quam indigne accedentibus, eſſe & aliã ineffabilem cõiunctionẽ corporis, & ſanguinis Chriſti cum illo, qui digne Chriſto cõmunicat: & cum hæc vnio (ſi rem tractemus cum omni rigore Theologico) non ſit vnio compoſitionis, nec tranſmutatio vnius ſubſtantiæ in alteram, ſicut eſt ex cibo, & qui eo alitur, nec ſit continuatio carnis Chriſti, & illum recipientis, ſicut eſt inter ceras liquefactas, & confuſas, & inter fermentum, & maſſam, nec fit aliqua vnio, ex qua tertium compoſitum à ſingulis extremorum diſtinctum reſultet; ſupereſt dicendum, quod cum hæc admiranda vnio non ſit formalis, vt loquuntur Theologi, eſſe coniunctionem, non ſolum affectiuam, ſed effectiuam, in quantum Chriſtus media ſacratiſſima ſua carne, non ſolum per effectus ab ipſo in animam redũdantes, ſed etiam directe per actionem ad id immediate directam minuit peccati fomitem, & concupiſcentiæ ardorem, inordinatos appetitus, & ſenſus intemperantes moderatur, carnis rebellionem frænat, & ſuæ carnis contactu facit carnem noſtrã caſtam, & puram, vt teſtatus eſt Propheta Zacharias, hoc ſacramentum appellans *Vinum germinans virgines.* Ita docent communiter Patres, & præſertim Cyrillus libro 3. ſuper Ioannem cap. 37. & libro 4. capit. 17. dum ait: *Sedat, cum in nobis manet Chriſtus, ſæuientem membrorum noſtrorum legem.* Gregorius Nyſſenus diuinum hoc ſacramentum vocat *Salutare medicamentum, prauas noſtri corporis affectiones corrigens.* De quo etiam ſanctus Ioannes Damaſcenus ſic loquitur: *Cedit in anima, & corporis præſidium;* feliciſque recordationis Pius V. in ſuo Catechiſmo dixit: *Hoc ſacramentum ſenſuũ libidinem cohibet.* Idemque docet late Concilium Colonienſe. Quoniam igitur caro Chriſti in hoc ſacramento, quos memorauimus, corporales effectus inducit carni eius, qui digne Chriſtum ſumit, per quos recipientis carnem Chriſtus ſuæ facit ſimilem, ideo dico mirabilem hanc vnionem eſſe non ſolum affectiuam, ſed effectiuam, diſtinctam a ſpirituali, & affectiua, de qua in homilia ſequenti tractabimus, nec non de materiali coniunctione, quæ eſt inter Chriſti corpus, & illius, qui ipſum accipit. Nec fatiganda mens eſt in perquirenda alia vnione corporis præter hanc, quam aſſignaui, nec Patres ſuperius citati, vt conſtat ex adductis rationibus, aliam intendunt aſſignare coniunctionem.

Irã. l. 5. c. 20.

Zach. 9.

Cyrillus.

Greg. Nyſſ. orat. Catech. c. 37.

Ioan. Dam. l. 4. c. 14.

Conc. Colon. fol. 78.

Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſeculorum. Amen.

Digitized by Google

Homilia XIX.

Ioan. 6.

Proſequitur expoſitionem verborum Chriſti: Sicut miſit me viuens Pater &c. agitq. de vnione ſpirituali animæ cum Chriſto, & de alijs varijs effectibus, quos diuinum hoc ſacramentũ animæ noſtræ inducit, illuminãs intellectum, corroborans voluntatem, reprimens prauos affectus, & dans virtutis continuationem.

ETSI multi ſunt diuini huius ſacramenti effectus, primum tamen inter omnes locum tenet arcta Chriſti cum anima noſtra vnio, quæ illam in auctorem ſuum transformat, faciens, vt vitã viuat diuinã,

Ibidem.

ſicut teſtatus eſt Chriſtus: *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; ſic qui manducat me, & ipſe viuet propter me*. Quæ verba magnus Pater Hilarius in lib. de Trinitate, & Cyrillus interpretantur de vita, quam Chriſtus viuit, in quantum Dei Filius naturalis, & æqualis Patri eſt.

Hilar. l. 8. Cyr. l. 4. c. 18

Vnde ſenſus erit; ſicut ego procedo à Patre, & vitam ab illo per æternam generationem accipio, ita qui digne me recipit, procedit a me per ſpiritualem generationem, & a me ipſo immediate accipit vitam, qua viuit. Sed Ambroſius in lib. de fide, & Baſilius in lib. contra Ennomium eadem verba declarant de vita ſupernaturali, qua Chriſtus viuit in quantum homo per gratiam hypoſtaticæ vnionis, ita vt ſenſus ſit: ſicut humanitas, quoniã perſonaliter diuino Verbo vnita eſt, vitam habet diuinam; ita etiam qui digne me ſumit, quoniam vnitur mecũ, ſibi moritur, & mihi viuit vitam meæ ſimilem. Quo genere loquendi vſus eſt Paulus ad Corinthios:

Amb. l. 4. c. 5 Baſil. l. 4.

2. Cor. 5.

Vt qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui propter ipſos mortuus eſt. Hic eſt principalis effectus, quem medio hoc ſacramento in nobis Chriſtus gigni procurat, videlicet, vt nobis morientes, ei viuamus. Quod in figura dixerat olim vidua illa, quæ in lib. Regum memoratur: *Comedamus, & moriamur*. quæ res ita geſta fuit. Magna, & graui graſſante fame miſit Deus Prophetã ſuum Eliã ad cuiuſdam ſanctæ viduæ domum, vt ab ipſa hoſpitio acceptus cibo reficeretur, qui domũ eius ingreſſus dixit: *Affer mihi, obſecro buccellam panis in manu tua: quæ reſpondit: viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciã illum filio meo, & mihi, vt comedamus, & moriamur*.

3. Reg. 17.

S. Auguſtinus in ſermone de tempore, ſcribit per hanc viduam ſignificari Eccleſiam catholicam, & per duo ligna Chriſti Crucem, vel quia ex duobus lignis compoſita fuit, vel quia (vt ait Origenes explicans locum Iſaiæ c. 8. iuxta tranſlationem ſeptuaginta Interpretum) Rex *Hic ſuſpenſus eſt in gemino ligno*; vel quia in Cruce Caluarij, vbi mortuus eſt vitę auctor, duo crucifixi fuerunt, Chriſtus nempe, & Diabolus, vnus vt victor, alter vt victus, ſicut canit Eccleſia: *Vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur*. Niſi dicere velimus, duos hos crucifixos, eſſe nouũ hominem Chriſtum (nam & ita vocat eum Paulus) & noſtrum veterem hominem, vt idem loquitur Apoſtolus ad Romanos: *Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtrueret corpus peccati*.

D. Auguſt. ſer. 207 de tempore.

Orig. hom. 8

Eccl. in praf

Eph. 4.

Rom. 5.

Pugillus farinæ, quem ſibi adeſſe dicit Eccleſia, diuinum hoc ſacramentum eſt, cuius materia eſt panis ex farina triticea, quem panem ſeruat ſibi, & filijs ſuis: *Vt faciam illum filio meo, & mihi*; vt filij eius, nempe fideles omnes, diuinum hunc cibum manducantes Chriſto viuere, & mori ſibimet ipſis, & omnibus vitijs incipiant. *Vt comedamus, & moriamur*. Ita contigit Sponſæ, quæ poſtquam diuinum hunc cibum guſtauerat, dixit: *Ego dormio, & cor meum vigilat*: excubias ago, & vigilias Sponſo meo, reliquis omnibus mundi rebus dormio. Et quia ſomnus eſt imago mortis (nam ſicut in morte, ita in ſõno ceſſant dormientis operationes) cum Sponſa dixit ſe dormire, idem fuit, ac ſi dixiſſet, ſe eſſe mortuam mundo, & rebus omnibus, quæ ab illo plurimi habentur. In huius rei typum legimus, quod quando Elias recubans ſub vmbra arboris, quæ ſymbolum fuit Crucis Chriſti, bibit, & comedit cibum de cælo ſibi miſſum: *Petiuit animæ ſuæ, vt moreretur*; & cum hoc deſiderio dormiuit oblitus omnium deliciarum, & honorum, quæ mundus appetit, & amplectitur.

3. Reg. 17.

ibidem.

Cant. 5.

3. Reg. 19.

Talis eſt effectus, quem diuinus hic cibus producit in nobis; dat enim animæ vitam, & mortẽ: *Felix mors*, inquit Bernardus, *quæ vitam nõ aufert, ſed in melius transfert*, quod didicit ab Apoſtolo Paulo, dicente; *Mihi autem viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum*; hæc enim mors vitam nõ eripit, ſed traducit ad meliorem, per quam Chriſto conformamur. In cuius rei figuram ſcimus in ſacris litteris de opulẽtiſſima, & fertiliſſima terra promiſſionis ita ſcribi: *Terra quam luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos*; terra, quam vidiſti, terra eſt deuorans, & conſumens incolas. Talis eſt fœcundiſſima terra ſacroſanctæ humanitatis Chriſti, vere deuorans eam manducantes, ſicut dixit Hieremias: *Qui comedunt te, deuorabuntur*. Certũ, & exploratum habeant, quicumque hunc diuinũ panem deuorauerint, quod non in ſubſtantiam ſuam, ſicut cibum, quo veſcuntur illũ cõuertent, ſed ipſe potius eos in ſe ipſum per gratiam, & charitatẽ mutabit. Ratio plana eſt, quoniam cibus, quo vtimur, non habet ex ſe virtutem ad corpus alendum, ſed illam accipit ab anima, cuius eſt potentia nutriens: nam ipſe cibus corporeus per ſe non ſufficit ad conſeruandum in ſub-

Ber. ser. 31. in Cant.

Ad Phil. 1.

Num. 13.

Hier. 30.

ſtantia

ſtantia propria comedentem: caro autem Chriſti, quod vitæ fonti coniuncta ſit, inſitam habet virtutem nutriendi, & alendi animam, & illam ſpiritualiter in propriam ſubſtantiam transferendi, ac tandem efficiendi, vt viuat eadem vita, qua ipſemet Chriſtus viuit. Ab hoc effectu, tamquam à fonte alij plures oriũtur. Quoniam quemadmodum propter vnionem, quam cum Verbo diuino habebat Chriſti humanitas, tantũ lumen accepit, vt per ipſum illuſtrata ad claram Dei viſionem peruenerit, & in ipſo res omnes præteritas, præſentes, & futuras viderit; ſic anima, quoniam ſpiritualiter coniungitur Chriſto, qui eſt Patris ſapientia, & iuſtitiæ ſol, radios lucis illius participat, donec ſeipſam, & Deũ cognoſcat, quæ duæ ſunt heroicæ, & valde vtiles cognitiones, ab Auguſtino deſideratæ, cum dicebat: *Nouerim te, & nouerim me.* (D. Auguſt.) Satis cognoſcebat hunc effectum Eccleſiaſticus, quando propheticos ſuæ mentis oculos protendens ad hunc vſq. panem, vocauit eũ *Panẽ vitæ, & intellectus.* (Eccl. 15.) Quoniam præterquam ipſum viuificat, ipſum etiam maximarum veritatum inſtar lucidiſſimi ſolis illuſtrat. Habemus huius rei mirificam imaginẽ apud Ezechielem, qui aliquando fame graui laborans, audiuit vocem ſibi dicentem: *Fili hominis comede volumen iſtud.* (Ezech. 3.) Quid ais Domine? liber legendus eſt, nõ comedendus: fac quod impero, dixit Deus, & comede volumen. Tũc ille ſignatum librum accepit, & inuenit ſcriptum intus, & foris, & quod Scriptura continebat. Canticea erant læta, & triſtes pariter neniæ, ſiue vt ibi dicitur, *carmen, & væ.* (Ezech. 2.) Poſt hæc dicitur volumen comediſſe, & ex paſtu illius magnam Prophetam percepiſſe dulcedinem: *Comedi illud, & factũ eſt in ore meo, ſicut mel.* (Ibidem.) Ad hanc figuram explicandam ſuppono, Chriſtum eſſe vitæ librum, in quo deſcripta ſunt nomina prædeſtinatorum. Librũ, in quo Deus legit, quidquid noſcit: librũ, in quo didicerunt cæleſtes ſpiritus, & Cherubin: omnia quę ſciunt: & quamuis id cõueniat Chriſto, quatenus Deus eſt, conuenit etiam eidem quatenus homini, eſſe librum, in quo Deus habet impreſſa ſtudia ſua, & cogitationes: librum, qui fuit in Incarnatione compactus, in Circumciſione amputatus, in Cruce contuſus, ac tandem rubrica proprij ſanguinis inſignitus. His ſuppoſitis, liber à Deo miſſus Ezechieli ad viuum repræſentat diuinum hoc ſacramentum: nam in primis ſcriptum eſt intus, & foris: characteres externi ſũt lectu faciles; nam eos ſenſus noſtri percipiunt, quales ſunt odor, color, & ſapor: internos autem characteres, quantũuis acuantur, maxima quæuis ingenia omnium Philoſophorum non poterunt intelligere: ſiquidem omnis naturæ facultas impotens eſt ad intelligenda myſteria, quæ in Chriſto, ſub hoc ſacramento latente cõtinentur. Et quemadmodũ in illo volumine erãt characteres læti, & lugubres *ſiue carmen, & væ;* (Ibidem.) ſic in hoc ſacramẽto, de quo dixit Thomas: *Mors eſt malis, vita bonis.* (D. Thom.) nã his vita eſt, & deliciæ: *In me manet, & ego in eo.* (Ioan. 6.) Quæ verba ſunt carmina læta, & iucundæ cantilenæ bonis, ſed malis ſunt mors, & venenum: *Iudiciũ ſibi manducat, & bibit;* (1. Cor. 11.) quæ ſũt lamenta, & funebres eiulatus. Hinc eſt, quod cum Propheta Ezechiel iuſtus eſſet, & ſanctus, profuerit ei eſus voluminis, ſiue libri, quem comedit, guſtumq. illius dulciſſimum iudicauerit: *Factum eſt in ore meo, ſicut mel.* (Ezech. 3.) Et quemadmodũ Ionathas, qui poſtquã fauum mellis comederat, lumen oculorum recepit: *Intinxit in fauum mellis, & conuertit manum ſuã in os ſuum, & illuminati ſunt oculi eius;* (1. Reg. 14.) ita Ezechiel fuit illuminatus aſpectus, vt Dei gloriam videret: *Et ecce gloria Domini ſtabat, quaſi gloria, quam vidi iuxta fluuium Chobar.* Sic diuinus hic cibus intellectum illuminat, & expellit caliginem, qua impeditur in cognitione Dei, & ſui ipſius, eſtq liber, & volumen, in quo legimus, & diſcimus charitatem, humilitatem, patientiã, obediẽtiam, ac reliquas virtutes, quæ in Chriſto reſplendent. Eſt & alia huius ſacramenti virtus, qua tertius aſſignatur effectus, quæ non ſolum illuminat mentem, ſed corroborat voluntatem, & animam vndeqoaq. munit, vt ipſam inuadentibus hoſtibus fortiter obluctetur. Ad quod præſignificandũ cernimus, quando Abrahã ex quodã prœlio imbecillis, & languidus redibat, pane fuiſſe à Melißedech recreatum: (Gen. 14.) & Elias ex pane accepit fortitudinem, vt arduum cliuum montis Oreb conſcendere valeret: *Ambulauit in fortitudine cibi illius vſq. ad montem Dei Oreb.* (3. Reg. 19.) Hieremias in vinculis, (Hiere. 12.) & Daniel in lacu leonum (Dan. 6.) panem ab Angelo, & animi pariter conſtantiam acceperunt: Aegyptius ille, (1. Reg. 30.) cuius pulſus præ nimia debilitate ferenullus erat, panis eſu recuperauit ſpiritum, & quaſi iam egreſſa de corpore anima illius retenta fuit: *Dederunt ei panem comedere qui cum comediſſet, reuerſus eſt ſpiritus eius, & refocillatus eſt.* Paulus Apoſtolus, cum poſt extaſim debilis, & imbecillus manſiſſet, cibo fuit confirmatus *Et cum accepiſſet cibum confortatus eſt.* (Act. 9.) Narratur quoq. in lib. Iudicum, (Iud. 7.) quod olim populo Iſraelitico in magno periculo conſtituto propter obſidionẽ Madianitarum, & Amalechitarum, dux Gedeon timore, ac ſollicitudine anxius erat. Quare Deus nocte illa eũ conſolatus eſt, dixitque, vade cõtra exercitum: tua enim erit victoria. Quo verbo firmatus caſtra mouit, & perueniens ad hoſtes audiuit militem, qui erat in excubijs ſõnium commilitoni ſuo narrantem in hunc modum. Scito me vidiſſe dormiendo panem de cælo deſcendentem in exercitum Madianitarum, qui tantã ſtragem, & cædem edebat, vt nullus militum ſuperſtes euaſerit. Gedeõ audito ſomnio reſpõdit ſtatim, interpretans ſomniũ; panis iſte abſq. dubio gladius eſt Gedeonis: *Nõ eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis,* quod euentu cõpletum fuit. Nam Gedeõ exiguo exercitu hoſtes aggreſſus omnes illorum copias diſſipauit, & debellauit. Quæ res admiranda fuit diuini huius panis figura: nam experientia docet, ipſum eſſe gladium noſtrorum vitiorum, loricam fortem, & clypeum æneum, ad protegendam noſtram imbecillitatẽ, & ad hoſtium lethales ictus, & vibrata tela retundenda. Conuenit etiam plurimum huic

Digitized by Google

1. Reg. 21. myſterio, quod accidit Dauid fugienti Regem
Saul, qui eum interimere cupiebat. Dauid e-
nim repentina fuga correptus, cum non potuiſ-
ſet armari, abijt inermis ad Achimelech ſacer-
dotem, petijtque, vt ſi quem baberet gladium,
ſibi mutuaret: cui ille reſpondit, arma offenſio-
nis non habeo; hæc enim à meo munere aliena
ſunt: illic tamen eſt in altari velo candido inuo
lutus gladius, quo caput gigantis Goliath am-
putaſti: ſi hic gladius ad rem, quam paras aptus
ibidem. eſt, arripe illum. tunc Dauid: *Non eſt alter ſimilis,*
da mihi illum. Nũc ad propoſitum noſtrum. Ad-
uertendum eſt, hunc gladium eſſe, quo Philiſtęus
populum Dei in prœlijs vexabat, & quo Dauid
ei vitam eripuerat, & ideo tamquam res ſancta,
& ſacra in altari reuerenter candido velamine
tectus cuſtodiebatur. Notum eſt, gladium, quo
humani generis aduerſarius maiorem in mun-
do fecit ſtragem, eſſe carnem: ſiquidem pro-
Gen 3. pter ipſam primi noſtri parentes gratia priua-
ti, & vniuerſis eorum bonis proſcriptis perpe-
tuo exilio a paradiſo eiecti fuerunt: propter ipsã
Gen 7. miſit Deus in orbẽ terrarum vniuerſalẽ aqua-
rum inundationem, quibus omnia ſubmerſa pe-
rierunt, octo tantum animabus ſaluis permanẽ-
1. Petr. 3. tibus, vt dixit Petrus: *Octo animæ ſaluæ factæ sũt.*
Gen. 19. Propter ipſam ignis cæleſtis quinque ciuitates
conſumpſit, & vaſtauit, aliaq. innumera ſuppli-
cia, quæ referre longum eſſet, Deus inflixit. Vult
igitur nunc Chriſtus hunc vincere aduerſarium,
& vt ſit victoria glorioſior, accipit armaturam,
qua ipſe tantam intulerat vaſtitatem: carne me
perſecutus es, & carne te perſequar: & hæc eſt,
quæ tegitur mappis candentibus accidentium,
quæ armatura ita potens, & gladius tam acutus
eſt, vt ſolo aſpectu vaginæ accidentium, qui-
bus abſconditur, dæmones cõtremiſcant. Mul-
ta habet & diuerſa arma Eccleſia catholica ad-
uerſus hoſtes, ieiunium, orationem, eleemoſynã;
Cant. 4. *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortiũ.*
1. Reg. 21. Verumtamen, vt dixit Dauid de gladio ſuo: *Nõ*
eſt alter ſimilis; non eſt armatura, quæ cõparari
poſſit eũ carne Chriſti in hoc ſacramento exiſtẽ-
tis. Ad quod alludens Hieronymus, vbi noſtra
vulgata vertit; *Panem Angelorũ manducauit ho-*
D. Hier. in *mo;* ipſe interpretatur: *Panem fortiũ manducauit*
hunc locum. *homo.* Inualuit quondã vſus, vt milites fortes, &
prœlijs explorati ad liberũ conuiuium, & mensã
reciperẽtur, ſicut nunc fit apud Principes in mẽ-
ſis, & epulis, vt vocant ſtatus. Vnde narrãt hiſto
rici, Rodericum de Biuar, alio nomine *Cid Rui-*
diaz, habuiſſe mensã rotundam, a maioribus no
ſtris valde celebratã, ad quam accumbere ſolũ
licebat ducibus, ac militibus animo, & rebus ge-
ſtis præſtantibus. Sed aliã Chriſtus in Eccleſia
menſam erigit longe precioſiorẽ: nã illa, de qua
diximus, nõ faciebat cõuiuas ex ignauis fortes,
vel firmos ex imbecillis, ſed illos iã ſtrenuos, &
laudabiles exiſtentes accipiebat; hæc autem al-
taris mẽſa, in qua Chriſti caro miniſtratur, ſug-
gerit fortitudinẽ, & pectoris alacritatẽ cõuiuis
ſuis aduerſus animæ hoſtes, vt fatebatur Dauid:
Psal. 22. *Paraſti in conſpectu meo mensã aduerſus eos, qui*
tribulant me. Inauditũ certe foret, ſi aduerſarijs
arcem aliquã, vel ciuitatẽ inuadere volentibus
dux, & cuſtos illius diceret, ecce hoſtes adſunt,
menſam parate, & onerate varijs epulis, accum-
bamus, vt cõniuemur: ſi diceret, erigite vexillũ,
pulſate tympana, inflate tubas, canite claſſicum,
parate tormentarium puluerẽ, & grandiora tor
menta diſponite ad iaculandũ in aduerſariorũ
exercitum, opportune loqueretur: at extrui mẽ-
ſam, explicari nõ vexilla, ſed mappas, & quo tẽ-
pore arripiendus erat gladius, arripi pocula, &
quando iacula in hoſtem erant vibranda, amico
in conuiuio propinare, ac ludere inter cyathos,
id profecto alieniſſimum eſt ab officio boni du-
cis, & non ſolũ admiratione, ſed reprehenſione
digniſſimũ. Ideoq. Deus incuriã, & negligentiã
ducum populi ſui arguens, dixit per Iſaiã: *Pa* Isai. 21.
ne menſam, contemplare in ſpecula, comedentes, &
bibentes ſurgite principes, arripite clypeum: quaſi
dicat, egregium certe prœliandi genus, aſſidere
menſis, & repleri cibis, ac ſubinde velle agere
vigilias, & aſſequi victoriam. Onuſtis enim cibo,
& potu quis dicat, vt ſcuto brachium armãtes,
gladium vagina educant, & in hoſtes ferociter
erumpant? Ita fit, & vſu probatum eſt in menſis
mundi, quoniam eius alimenta magis apta ſunt
ad præbẽda hoſti arma, quã ad ipſum oppugnan
dum. Sed in altaris mẽſa longe aliter euenit: nã
in ſingulis buccellis incluſa datur omnis Dei po
tentia, & fortitudo, per quam huic menſæ accũ-
bẽtes, ex ignauis, & timidis fortes, ſtrenui, & in-
uicti redduntur. Hinc vere dixit Cyprianus in
expoſitione orationis Dominicę: *Nõ eſt idoneus* Cyprian. in
ad martyrium, qui ab Eccleſia non armatur ad præ poſit. orat.
lium: quia mens deficit, quam recepta Euchariſtia Dominicæ.
non erigit, & accendit. Quare iure dixit Dauid: *Pa* Psal. 22.
raſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tri
bulant me. Et Chryſoſtomus, qui expertus noue- Chryſ. hom.
rat, quantam animi alacritatem, & fortitudinẽ 61. ad pop.
afferat mẽti hic diuinus cibus ad prœliũ viriter Antioch.
ſe dæmonum cateruæ inferendũ, dicebat: *Tam-*
quam leones igitur ignem ſpirantes ab illa menſa
recedamus facti Diabolo terribiles. Sciebat opti-
me magnus hic Pater experimento cõſtare, qua-
lia ſunt alimenta, tales in humano corpore hu-
mores generari; atq. ideo videns huius menſæ
conuiuas ſuſtentari carne, & ſanguine leonis (ſic
enim Ioannes Chriſtum vocat: *Vicit leo de tribu* Ioan 5.
Iuda) dicit, recedamus ab hac mẽſa: *Tãquã leones*
ignẽ ſpirantes. Ab hac fortitudine, quę ꝑ hoc di-
uinũ ſacramentum cõmunicatur, naſcitur alius
effectus caſtiſſimę carni Chriſti valde cõueniẽs,
& proprius, quo frænãtur ſenſuum turpes, & in-
ordinati affectus, vitiorumq. laxę habenę cõpri-
muntur, vt docent S. Cyrillus ſuper Ioannẽ, Grę Cyr. c. 17.
gorius Nyſſenus, & Ioannes Damaſcenus, vbi ſa- Greg. Nyſſ.
cramentum hoc appellat *Carbonem ignitũ purifi-* orat. Cath.
cantem animã. Ad quod prænotandũ, quod quan Ioan. Dam. l. 4. c. 14.
do Arca teſtamenti, quæ huius ſacramenti vm- Ioſue 3.
bra fuit, Iordanem tranſibat, ab eius præſen-
tia curſum aquarum retardatum, quod ma-
gnam attulit Dauidi admirationem, vnde
dixit: *Quid eſt tibi mare, quod fugiſti, & tu*
Ior-

Digitized by Google

Iordanis, quia conuerſus es retrorſum? Sic in hoc diuino ſacramento ſolaChriſti præſentia,& trãſitus per pectus illius, qui digne illum recipit, retardat impetũ,& reprimit libidinis vehementiam,vitijſq.omnibus,& malæ vitæ conſuetudini terminum,& finem adducit. Quamobrem ſi quem viderimus, qui hanc menſam frequentauerit,veteres mutauiſſe mores,nec ita ſoluta vitæ ratione,vt antea, viuere, poſſumus illum eiſ- Ibidem. dem verbis Dauidicis interrogare: *Quid eſt tibi mare,quod fugiſti,& tu Iordanis,quia conuerſus es retrorſum?* Eras varius,& inſtar maris æſtuantis, ſolutus legibus,& effrænis,nunc compoſitus,tẽperãs,& modeſtus factus es;quis auctor fuit tantæ metamorphoſeos, ſeu transmutationis? quis antiquorum effectuum frænat,& retinet curſum tuarum voluptatum? Quis? Arca ſanctiſſimi ſacramenti,caro inquam Chriſti,quæ ſacramento velata intrãs pectus ſcelere purum,ab omnibus vitiorum procellis ſedat,ac pace complet. Hæc ſunt cauſa tantæ mutationis, ſicut etiam ſingularis auxilij,quod eadem caro præbet ad perſeuerandum in virtute,quemadmodũ Chriſti verba docent: *In me manet, & ego in eo.* Ego, &qui Ioan.6. digne me ſumit,firmum amicitię fœdus inimus, & ipſe nouam in virtute firmitatem per me accipit,& nouas agit radices in me ipſo, ſicut ego Ibidem. in ipſo,amicitiæ, & charitatis: *In me manet, & Ambr.c.8. ego in eo.* S.Ambroſius in lib.de fuga ſæculi videbatur hunc præſtantiſſimum effectum conſiderare,quando dixit: *Non cum prætereunte figura mundi opera noſtra prætereant.ne ipſi etiam prætereamus,ſed maneamus in virtute.Si maneamus in Chriſto,manebimus in virtute, & cum eo manebimus,& non præteribimus.* Idemq. vir ſanctiſſimus in lib.de fide,loquens de hoc ſacramẽto,ita ſcri- Amb.l.5.de fide c.7. pſit: *Panis ſuperſubſtantialis ex verbis ſubſtantiam virtutis manentis cordi, & animæ ſubminiſtrat.* Sed ante omnes nouerat Dauid firmitatem, & ſtabilitatem, quam diuinus hic panis affert di- Pſal.103. gne manducantibus,cum dixit: *Et panis cor hominis cõfirmat.* Ineſt præterea huic diuino ſacramento virtus alia, quæ,ſicut conſtat ex Concil. Conc. Flor. de ſac.Euch. Florentino,ſpiritualiter operatur in anima omnes effectus,quos panis materialis in corpore producit:atq.ita,quemadmodum panis,quem tu comedis,per omnes corporis partes diſtributus adiumento eſt,vt oculi videant,lingua loquatur,pedes ambulẽt,& reliqua membra corporis ſuis fungantur actionibus; ita diuinus hic panis digne, & pure comeſtus prodeſt ad coercendam oculorum libertatem, reprimendam linguæ licentiam, & greſſus reuocandos inutiles, ac tandem totum hominem diuinitus componit, & Chriſto ſimilem facit. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XX.

Continuatur explicatio effectuum ab hoc diuino ſacramento manantium, expoſitis Dauidicis verbis: Cibauit eos ex adipe frumenti,& de petra melle ſaturauit eos. Pſal.80.

CONTEMPLANS Propheta Dauid diuinum hunc cibum fœcundam venam eſſe dulcedinis, perennem fontem ſuauitatis, & ſpiritualem alueum cæleſti melle fluẽtem, cupienſque omnes illo frui, poſtulat ardenter a nobis,vt ſuauitatem eius experiamur: *Guſtate,& videte,quoniã ſuauis eſt Dominus.* Pſal.33. Iudicabat enim, quod quemadmodum ſaporis illecebra,quæ reperitur in cibis materialibus,ſolet excitare guſtum,& appetentiam; ita qui diuinum hoc alimentum guſtaſſet,quamuis appetitus eius antea langueret, facile fore vt in poſterum tam iucundam,& ſalutarem alimoniam appeteret. Verumtamen ne videatur alieni humanum eſſe inuentum,quod hunc diuinum cibũ vocemus alueum mellis cęleſtis,intelligat a Spiritu ſancto ita vocatum ore Dauidis,cum dixit: *De petra mellis ſaturauit eos.* Pſal.80. Et cum numquam in ſacra Scriptura legamus de lapidibus a Deo extractũ mel ad ſui populi delicias, & vtilitatem, ſed aquam tantum ictu Moſaicæ virgę,qua ille Exod.17. percutiens lapidem,fontem elicuit,quo Dei populus ſitim extingueret: conſtat ſignificari per verba Dauidis hoc diuinum ſacramentũ,in quo Deus mel conſolationis, & dulcedinis eduxit de petra,quæ eſt Chriſtus: *Petra autem erat Chriſtus,* 1.Cor.10. inflicto prius ictu virgæ paſſionis,quã ſuſtinuit: hincq.percipietur ænigma Samſonis: *De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo.* Iud.14. Deus antequam homo fieret,& cum Sponſa matrimonium contrahens manſueſceret, leo erat in homines;quendam, quoniam in die feſto li- Num.15. gna colligebat,lapidibus obrui iuſſit,&alterum, quia teſtamenti Arcam tetigit, ſiue quod illam 2.Reg.6. non debito ritu portaſſet,vita priuauit,& Beth- 1.Reg.6. ſamitarum,quoniam egreſſi fuerunt Arcam fœderis inſpecturi curioſius, omnes nobiles, & ex plebeis quinquaginta millia hominum interemit. Erat denique olim Deus leo viuus, comedens, & deuorans: *Gladius meus deuorauit carnes.* Deut.32. Poſtea autem factus eſt leo mortuus, in cuius ore inuentus fuit mellis fauus diuini huius ſacramenti ad animæ noſtræ delicias, vnde factum eſt, vt cum antea ille homines morſibus dilaceraret, nunc homines

illum vno morſu comedant, & antiqua ſæuitia, ac ſeueritas conuerſa iam ſit in ſingularem ſuauitatem, & dulcedinem inauditam. In cuius rei figuram olim Deus iubebat in Leuitico ſal in ſacrificio ſibi offerri, & mellis oblationem probibebat: ſal enim mordax, & dolorem inferens vulneribus, eſt rigoris, & aſperitatis ſymbolum; mel autem quoniam dulce, ſignificat ſuauitatem, & benignitatem. Quamobrem admittens Deus ſalis oblationem, mellis vero ſacrificium recuſans, indicabit, nobis ſuauitatem ab ipſo reſeruari in hæc feliciſſima gratiæ tempora, in quibus dulciſſimum mellis fauum, diuinum nempe ſui corporis ſacramentum guſtamus, & comedimus. Quæ Deo quondam offerebantur ſacrificia, ſolum habebant odorem Dei, carne noſtra induti: *In odorem ſuauitatis*; erantque vmbra, & figura futuræ Incarnationis: ſed altaris ſacrificium, quod ei nunc offerimus, non ſolum continet odorem, ſed etiam ſaporem Dei iam hominis facti: quare non ſolum odore, ſed guſtu quoque anima delectatur, & recreatur, quandoquidem propria Chriſti caro, quæ omnis eſt iucunditatis, & ſuauitatis fons, ei per hoc ſacramentum communicatur.

Leuit. 2.
Leuit. 4.

Conſiderans ſanctus Clemens Alexandrinus tam ſingulares delicias, & tantum beneficium, dixit Deum ſe geſſiſſe inſtar apis, quæ alitur floribus, & herbis in horto naſcentibus, rore marino, myrto, & ſaluia, & ſubinde quaſi beneficium rependens, eoſdem flores horti, ſeu viridarij domino reſtituit in meliorem ſubſtantiã, & in formam guſtui gratiorem conuerſos, fauorum, & mellis commutatione; ita Dei Filius noſtram carnem induit mortalem, & paſſionibus obnoxiam ex Mariæ viſceribus acceptam; ipſa enim fuit viridarium, ſiue hortus clauſus, de quo Sponſus dixit: *Hortus concluſus ſoror mea.* Fuit & ſacra eius humanitas horti flos: *Et flos de radice eius aſcendet*. Accepit igitur Dei Filius hunc florem ab horto humanæ naturæ, & quaſi remunerans, & beneficium refundens reſtituit nobis eundem florem, factum tamen meliorem, dans nobis carnem ſuam impaſſibilem, immortalem, & glorioſam, vnitam regiæ ſuæ perſonæ, quæ eſt principium, à quo omnis dulcedo, quæ in hoc ſacramento ſentitur, emanat. Et quemadmodum roſmarinus, ſi maneret in horto, retinuiſſet amaritudinem, & tandem tempore exſiccatus marcuiſſet, quoniam *Omnis caro fœnum*; illum autem depaſcens apis, mirabili ſua virtute, & induſtria reddidit ſuauem, & eſui aptum, ex illo fauum conficiens; ita ex Chriſti humanitate, quæ per ſe, atque ex ſua propria ſpecie non erat cibus aptus ad comedendum, Chriſtus ipſe inſtar apis myſticę dulciſſimum fauum mellis ſanctiſſimi ſacramenti elaborauit, cibumque compoſuit ita guſtui gratum, & comedenti vtilem, vt qui digne guſtauerit, eius ſemper deſiderio teneatur, & vt famuli Iob, carnibus Domini ſaturari cupiat. illi namque ſuauitate morum, & dulcedine ſui domini illecti dicebant: *Quis det vt ſaturemur de carnibus eius?* Quaſi dicerent, eſt adeo dulcis, & iucundus herus noſter, vt illum vno morſu deglutire vellemus, vt amori, & deſiderio, quo erga illum ardemus, aliquando ad plenum ſatisfaciamus. Hoc deſiderium iam impletur iuſtis, cum Chriſtum Dominum vnius buccellæ ſumptione accipiant. Itaque ſi bene conſideramus, numquam apes in reſtituendis floribus, quos viridarium depaſcentes carpſerunt, tam ſollicitæ fuerunt, quantum Chriſtus in rependendis humano generi beneficijs, & delicijs temporarijs ab hoc noſtro rure acceptis: nam pro terra, quam calcauit, cælum aperuit, pro aqua, quam bibit, aquam præbuit baptiſmatis, & aquam de latere fudit pro aere, & igni, quo reſpirauit, & caluit: dedit nobis in figura aeris, & ignis diuinum Spiritum, & pro cibo, quo vſus eſt terreſtri, & corruptibili, nunc dat nobis cæleſte, & ab omni corruptione alienum nutrimentum: ac tandem pro tam exiguo guſtu, quem ex illo percepit, largitur guſtum, & ſuauitatem diuini huius ſacramenti, in quo tamquam in fonte ſpiritualis iucunditas percipitur, vt ſanctus Thomas his verbis teſtatus eſt: *Suauitatem huius ſacramenti nullus digne exprimere ſufficit, per quod ſpiritualis dulcedo in ſuo fonte deguſtatur.* Qui primus huius diuini cibi expertus eſt ſuauitatem, Chriſtus fuit, ipſe eſt, qui eum prægustauit cœnæ tempore, prius quam illum à ſe pro noſtra ſalute conditum, & coctum ad ignem ſui amoris, nobis porrigeret manducandum. Nam quamuis ſanctus Thomas referat nonnullos ſine nomine auctores, qui cenſuerint Chriſtum in Cœna diuinum hunc cibum non guſtaſſe, verum tamen eſt, & communiter receptum à Theologis, comeſtum à Chriſto panem conſecratum, & ab eo diſcipulis fuiſſe diuiſum. Vnde ſanctus Hieronymus de Chriſto inquit: *Ipſe conuiua, & conuiuium; ipſe comedens, & qui comeditur.* Eademque verba referuntur in capitulo: *Nec Moyſes*, de conſecrat. diſtinct. 2. Eccleſiaq. cantat:

Cant. 4.
Isai. 11.
Isai. 40.
Iob 31.
... Iob.
Mich. 2.
Matth. 18.
Ioan 19.
Act. 2.
S. Thom. in opusc. 57.
... Ioan
Idem 3. p. q. 81. a. 1.
Hier ep. 15
in c. nec Moyses de conſ.

Se naſcens dedit ſocium,
Conueſcens in edulium.

Eccl. Hymn. in feſto Corpor. Chriſti.

Sanctus Thomas loco ſuperius citato in reſponſione ad primum argumentum refert hos cuiuſdam Poetę verſus in einſdem rei confirmationem:

D. Th. 3. p. vbi sup.

Rex ſedet in cœna turba cinctus duodena,
Se tenet in manibus, ſe cibat ipſe cibus.

Ad quod etiam probandum citat Gloſſa ordinaria ſuper cap. 3. Ruth & Theodoretum, huic propoſito accõmodantem Apoſtoli Pauli verba, ad Hebræos ſcribentis: *Quia pueri communicauerunt carne, & ſanguine, & Filius Dei participauit eiſdem.* Sed non minori cum proprietate hanc probare veritatem poſſumus Sponſi verbis in Canticis: *Comedi fauum meum cum melle meo*; ac ſi diceret, guſtaui fauum mellis à me ipſo factum, & tamquam alter Noe bibi vinum

Hebr. 2.
Cant. 5.
Gen 19.

[*Cant. 5.*] num ex vinea, quam plantauerat: *Bibi vinum cum lacte meo.* Sanguinem ſuum appellat vinum, non ſolum, quia ipſum ſub ſpecie vini præbet, ſed etiam quoniam vt fiat vinum, neceſſe eſt de vitibus vuas legi, lectas in torcular deferri, delatas peſſundari, & magno ligno ſuperpoſito comprimi, vt ſuccus totus eliciatur, donec pelliculæ exhauſtæ, ac fœdæ remaneant: ita in hoc diuino ſacramento Chriſtus eſt botrus, ſiue racemus figuratus in eo, quem exploratores à terra promiſſionis tulerunt, [*Num. 13.*] qui coniectus fuit in torcular Crucis, ſicut ipſe dixit per Iſaiam: [*Iſai. 63.*] *Torcular calcaui ſolus*; ipſe ab hoſtibus ſuis exagitatus, calcatus, & compreſſus fuit trium clauorum impreſſionibus, adeo vt totus eius ſanguis expreſſus fuerit, & aqua ſimul cum ipſo profluxerit, ſui ſanctiſſimi corporis pelle ſicca, & deformi remanente: quibus rebus factum eſt, vt ſanguis eius exiuerit proprietatibus cumulatus, quas habet vinum optimum, cuius virtus animum exhilarat, vt dixit Spiritus ſanctus: [*Ps. 103.*] *Vinum lætificat cor hominis*; de quo vino ſe bibiſſe ait Chriſtus: *Bibi vinum meum*; adiungitque, *cum lacte meo*; ad ſignificandam magnam ſuauitatem, & dulcedinem, quam Chriſtus expertus eſt tempore Cœnæ, vt docet ſanctus Thomas loco citato, quæ ſuauitas etſi gratiam Chriſto non auxerit, quoniam illam habebat conſummatam, & erat anima eius beata, communicauit tamen ei dulcedinem, & ſuauitatem, ſicut ipſe indicauit, dicens: [*Cant. 5.*] *Comedi fauum cum melle meo.* Quem cibum cum adeo ſuauem ſenſiſſet, noluit, tamquam fidus amicus, beneuolus Pater, & perfectus amans, edere ſolus, nobis filijs ſuis tantæ dulcedinis expertibus remanentibus: vnde cum primum guſtauit, conuerſus ad diſcipulos dixit: [*Ibidem.*] *Comedite, & bibite*; nec hoc contentus addidit: [*Ibidem.*] *& inebriamini.* Vult enim Deus, vt huius cælicis, & diuini poculi hauſtu amore ebrij fiamus. qua ex re alius diuini huius ſacramenti mirabilis effectus colligitur. Nam quêadmodum ebrius, poſtquam vino ventrem impleuit, nullum habet rerum arbitrium, ſed iacet ſemianimis, & mundi rebus quaſi mortuus, quoniam nec diuitias curat, nec auctoritatem; ita qui digne ſumit diuinum hunc cibum, moritur mundo, & ſtudijs eius, ac ſolum Chriſto viuit, ſicut ſanctus Ambroſius expertus fuerat, quando dixit: [*Amb. in commen. super Ps. 118.*] *Hoc ſacramentum inebriat affectus fidelium, vt curam ſæculi huius, metum mortis, ſollicitudinemque deponant.* Inquiramus tamen, quamobrem, cum tot & tam frequentes ad hanc menſam accedant, & diuinum hoc alimentum ſumant, non ſentiant eius dulcedinem, & ſuauitatem, nec mundi curas abijciant; imo non tam procul abſint ab huiuſmodi effectibus, & affectibus, vt ſacramentum hoc numquam percepiſſe videantur. Ratio huius grauiſſimi damni in promptu eſt, quoniam dulcedo huius cibi duobus tantum perſonarum generibus à Deo promiſſa eſt, videlicet pauperibus, ſicut dixit Dauid: [*Psal. 67.*] *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus*; & Regibus, vt prophetauit Iacob: *Pinguis eſt panis eius, & præbebit delicias Regibus*: [*Gen. 49.*] pauperibus ſpiritu, qui ſunt humiles, & viris mortificatis, qui tamquam Reges proprijs dominantur affectibus, (vt ſcribunt Bernardus, & Beda) [*Bern. ser. in Cœna. Bed. lib. 3. in Luc. c. 41.*] habentque rationis imperio ſubiectas proprias appetitiones; his enim Deus ſuauitatem, & delicias diuini huius cibi pollicitus eſt. Sed quia magna inter homines penuria eſt humilitatis, & mortificationis, ideo quoque indigentia magna eſt conſolationum, & deliciarum, quas Deus carnem Chriſti digne aſſumentibus promiſit. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſęculorum. Amen.

Homilia XXI.

Proſequitur diuini huius ſacramenti effectus expoſitis ſancti Thomæ verbis: Mors eſt malis, vita bonis.

ANGELICVS Doctor ſanctus Thomas conſiderans diuinum hoc ſacramentum, tamquam ſubiectum duarum rerum contrariarum, vitæ nempe, ac mortis, dixit in proſa illa, quæ in hoc feſto ab Eccleſia canitur: *Mors eſt malis, vita bonis.* [*D. Thom. vt refertur in off. Corpor. Chriſti.*] Proculdubio non vulgarem parit admirationem, quod in tam ſimplici cauſa iungantur tam contrariæ proprietates, & in cibo vno condito, & attemperato manu eiuſdem conditoris ſapor vitæ, & ſapor mortis reperiatur. In paradiſo terreſtri vna vitæ arbor, [*Gen. 2.*] & altera mortis erat; quod autem eadem ſit mortis, & vitæ arbor ſolum in hoc paradiſo cæleſti Eccleſiæ militantis, inuenitur: *Numquid*, ait ſanctus Iacobus, [*Iacob 3.*] *fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam*? minime, ſed huic ſacramento pariter vtrumque ineſt: nam malis amarus interitus, & dulcis vita bonis eſt. Sed nunc mortis nomine prætermiſſo (de quo poſtea nonnihil diſſeram) de nomine vitæ dicamus: nam id ex natura ſua huic conuenit ſacramento; nomen vero mortis ex occaſione prauæ diſpoſitionis illud recipientium. Mors non eſt à Deo, nec hic diuinus cibus ad ferendum interitum fuit inſtitutus, vt ſcriptum eſt: *Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuorum.* [*Sap. 1.*] Cum igitur vitam ex ſe ipſo habeat diuinus hic panis (nam & ſcriptum eſt: *Quoniam apud te eſt fons vitæ.* [*Ioan. 6.*] Et Chriſtus de ſe dixit: *Ego ſum panis vitæ*) [*Ioan. 6.*] quid vita ſit, inſpiciamus. Quod non alium-

aliunde melius, quam à ſuo contrario, quod eſt mors, elucebit: mors eſt priuatio, & abſentia principij motionum, & operationum vitalium, qua præſente priuatione corpus ita vileſcit, vt minimus culex viuus quouis excellenti animali mortuo præſtantior ſit, vt Salomon dixit: *Melior eſt canis viuus leone mortuo.* (Eccl. 9.) Si ergo mortis ea conditio eſt, vita erit principium, & fons motionum, & actionum vitalium, atq. ita ſubiecto, cui communicatur, vitam dat magis, aut minus bonã, prout eſt perfectius, vel imperfectius vitæ principium. Vnde cum principium vitæ in hoc ſacramento exiſtat ipſemet Deus, planum eſt, vitam, quæ ab illo communicatur, eſſe diuinam, ipſo dicente: *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; ſic qui manducat me, & ipſe viuet propter me;* (Ioan. 6.) cuius vitæ particeps erat Apoſtolus, cum dicebat: *Viuo ego iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus.* (Gal. 2.) Et licet fieri non poſſit, vt anima viuat Dei vitam per naturam, quæ Patri, & Filio communis eſt, indicatur tamen, quam magna, & excellens ſit vnio animæ cum Chriſto per gratiam, cum à Chriſto comparetur ei vnioni, quæ in ſimilitudine naturæ, atq. vitæ inter Patrem, & Filium arctiſſima omnium eſt. Vnde Ioannes Chryſoſtomus inquit: (Chryſ. ho. 83) *Nos ſecum, vt ita dicam, in vnam maſſam reduxit, nec id fide ſolũ, ſed re ipſa nos ſuum corpus effecit.* Chriſtus etiam alibi eandem comparat vnionem cum ea, quæ eſt inter vites, & palmites, (Ioan. 10.) & Paulus cum ea, quæ inter corpus, & membra: *Quia membra ſumus corporis eius, de carne, & de oſſibus eius.* (Eph. 5.) Et hinc fit, quod quemadmodum Chriſtus ratione vitæ diuinæ ſibi communicatæ exercet per humanitatẽ ſuam actiones theandricas, hoc eſt, Dei, & hominis; ſic anima, quæ Chriſto inſeritur, & vnum cum ipſo corpus fit, participat modum eius in ſuis operationibus: nam vt dixit Philoſophus, prout quæque res eſt, ita & operatur. Cum igitur vita, cuius anima particeps eſt, ſit diuina, & ſupernaturalis, diuinas etiam, & ſupernaturales eius eſſe oportet operationes. Præterea, cum tales gigni ſoleant humores, quales cibi ſunt, quibus alimur; anima, quæ carne illius Agni manſueti alitur, qui ad vbera Mariæ nutritus fuit, quomodo non erit mitis, patiens, & ebria vino ſanguinis Chriſti, quod à Zacharia vocatur *Vinũ germinãs virgines?* (Zach. 9.) Quomodo non erit caſta, & purior Angelis, qui numquam talem cibum, & potum guſtauerunt? Quomodo diuina non ſapiet, & cæleſtia eructabit, quæ cæleſti pabulo nutritur? Sed occurret aliquis: ſi hoc ſacramentum in recipiente ſupponit vitam, quomodo illam largiri dicitur? (Conc. Trid. de Euch. cap.) Maxime quod ſancta Synodus Tridentina ait, hoc ſacramentum fuiſſe à Chriſto inſtitutum ad ſpiritualem victum animarum noſtrarum; victus autem ſupponit vitam in ſumente illum. Huc accedit communis Theologorum opinio, dicentium, quædam ſacramenta inſtituta ad vitam animabus mortuis dandam, vel ipſas regenerandas, ſicut baptiſma, quod vocat Apoſtolus *Lauacrum regenerationis;* (Ad Tit. 3.) vel ad animas à morte reuocandas, quale eſt ſacramentum pœnitentiæ, quod eſt, & appellatur ſacramentum mortuorum: ſacramentum autem Euchariſtiæ inſtitutum non fuit per ſe ad primam gratiam infundendam, ſed ad illam augendam. Verum ſacramentũ hoc vitam dare, ac vitæ nomen ei conuenire tribus de cauſis, vt alias nunc ſilentio prætercam, indicabo. Prima ratio eſt, quoniam etſi rem tractare omni rigore ſcholaſtico velimus, habet hoc ſacramentum virtutẽ ad infundendam primam animæ gratiam, vitãq. largiendam: nam vt docet ſanctus Thomas, (S. Th. 3. p. q. 79. ar. 8.) qui exiſtens in peccato mortali accedit ad ſacramentum altaris cum attritione ſola, & bona fide, quoniam examine conſcientiæ ſufficienter facto ſibi peccati mortalis non eſt conſcius, & prudenter putat ſe habere contritionem, tunc per hoc ſacramentum accipit primam gratiam, & a morte reuocatur ad vitam. In ipſo mundi exordio Spiritus Dei vitam dedit carni mortuæ: *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ;* (Gen. 2.) nunc autem viua Chriſti caro mortuo ſpiritui vitam communicat, & poſt Adami peccatum, cum primum anima carni ab ipſo propagatæ iungebatur, labem contrahebat, & peccati originalis morte peribat; nunc vero anima ſacræ carni ſecundi Adami copulata ad gratiæ vitam reſurgit: ergo iure ſacramentum hoc vita nuncupatur. Compertum etiam eſt, antiquos Patres, (4. Reg. 4.) ad mortuos excitandos, ſe ad illorum cadauera inclinaſſe, os ori, manus manibus, pedeſque pedibus componentes: cuius cærimoniæ fundamentum, & ratio non alia fuit, niſi quod ſancti viri, & amici Dei confidentes ſe adepturos a Deo, quod petijſſent, procurabant vnum quaſi corpus fieri cum illo, quem a mortuis reuocare volebãt, veluti dicentes: Domine, ego ſum hic mortuus, reſuſcita me Deus mi, ac præſta, vt quod hic mortuus per ſe non poteſt, per me conſequatur. Hoc eodem ritu, & cærimonia vſus videtur Chriſtus in hoc diuino ſacramento, ſe vniens, & corpus vnum faciens cum eis, qui ipſum digne recipiunt, vt per ipſum anima noſtra reuiuiſcens victoriam ſuorum vitiorũ, & in virtute perſeuerantiã, & pignus æternæ vitæ certiſſimum adipiſcatur. Secunda ratio, ob quam huic ſacramento vitæ nomen aptatur, eſt, quia dat augmentum gratiæ, idque ſatis ſuperque eſt, vt pleno ore ſalus, ac vita nuncupetur: nam ſi de his rebus, quæ iuuant ad ſalutem tuendam, dicere ſolemus, cibus hic, vel medicina dedit mihi vitam; quanto verius id de hoc ſacramento dicemus, cum non ſolum accendat ignem charitatis, quæ animæ vita formalis eſt, verum etiam reliquorum ſacramentorum effectus augeat, corroboret, & perficiat? Baptiſmus membra cum capite Chriſto coniungit, quę coniunctio in hoc ſacramento perficitur, quoniam eſt ſacramentum amoris, & vnionis, ac propterea illud Chriſtus in pane inſtituit (ſicut dixit Auguſtinus) (D. Auguſt.) quoniam quemadmodum ea multis frumenti granis vna fit maſſa, ita fideles vniri hoc medio ſacramento debent, atque

que

Digitized by Google

que ita conformes fieri, vt de illis dici poſſit, quod olim de primis Eccleſiæ fidelibus diceba-
Act. 4. tur: *Erat cor vnum, & anima vna*. Sacramentum Confirmationis armat Chriſti milites, & in fide munit: quod & præſtat Euchariſtia, vt in ſanctis viſum eſt Martyribus, qui tempore naſcentis Eccleſiæ ſe hoc pane fortium, & ſtrenuorum præmuniebant ad veritatem fidei noſtræ proprio ſanguine ſubſcribendam, & confirmandam. Pœnitentia remittit peccata, quæ hoc ſacramentum etiam condonat interdum, iuuatque, vt a peccati morbo conualeſcamus, ac ne in alia delicta labamur, præſeruat, vnde voca-
Conc. Trid. de Euch. sac tur a Synodo Tridentina *Antidotum, quo liberamur à culpis quotidianis, & a peccatis mortali-*
Bernard. *bus præſeruamur*. de quo etiam dixit Bernardus: *In magnis peccatis impedit conſenſum, & in minimis ſenſum minuit*. Chriſma, ſeu extrema vnctio iuuamento eſt, dum ex hac vita migramus, idq. præſtat hoc ſacramentum, cum ſit viaticum, &
3. Reg. 19. commeatus iuſtorum, quo ſicut Elias, vſque ad montem Dei Oreb perueniunt, & in conficiendo itinere non deficiunt. Perficit quoque Ordinis, & Matrimonij effectus: nam & ſacerdotes, & coniuges hoc ſacramentum frequentantes in virtute, & bono vitæ exemplo proficiunt. Appellatur denique hoc ſacramentum non ſolum vita, ſed vita etiam glorioſa, quoniam ab ipſo eſt reſurrectio, & corporum immortalitas, non ſolum, quia gloriæ pignus, ſed quia cauſa reſurrectionis eſt, quemadmodum docuit Chriſtus,
Ioan. 6. inquiens: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die*. Itaque ſicut in ſtatu innocentiæ fructui arboris vitæ attribuebatur immortalitas; ſic Chriſtus reſurrectionem vitæ huius ad immortalem, & glorioſam huic diuino cibo, tamquam proprium eius effectum, aſſignat, quod in homilia ſequente latiſſime demonſtrabimus.

Vidimus hactenus, quomodo ſacramentum hoc ſit *vita bonis*, nunc ſupereſt, vt quomodo ſit *mors malis*, aperiamus. In primis cauſa, propter quam tam diuinus cibus multos non iuuat (etiam ſi ex ſe ipſo adeo ſit fructuoſus, vt ab eo, ſicut iam docuimus, vita noſtra depen-
Exod. 7. deat) eſt noſtri animi praua diſpoſitio. Nam ſicut tempore rebellionis, & contumaciæ Pharaonis aqua fluminis in manibus Iſraelitarum erat clara, & vtilis, in manibus vero Aegyptiorum noxia, & ſanguini ſimilis (quæ differentia non ab aqua, ſed a manu illam tenentis proueniebat) ita quoque iuxta præparationem, & diſpoſitionem, quæ hunc diuinum cibum præcedit, mors, aut vita ſuſcipitur: nam qui eſt in gratia, huic communicans ſacramento proficit, & copioſum gratiæ augmentum recipit; qui autem in peccato eſt, deterior, & fœdior fit, acciditque illi ſpiritualiter, quod Henrico Imperatori, cui,
Sabell. l. 8. vt refert Sabellicus, in hoſtia conſecrata venenũ porrectum attulit interitum. Huic propoſito ac-
Pl. l. 26. c. 10 commodari poteſt, quod memorat Plinius de quadam planta, quæ a brutis comeſta virus, hominibus vero admodum vtilis eſt. Conſtat etiã experimento, apẽ, & araneum eodem alimento vtentes, propter naturæ varietatem fructũ producere diuerſum: nã apis fauum mellis, araneus venenum, & virus elicit. Arca teſtamenti huius *2. Reg. 6.*
diuini ſacramenti figura trium menſium ſpatio apud Obededom hoſpitio excepta, ipſi, & domui eius magnam attulit vtilitatem, & felicitatem, vt conſtat ex Scripturæ verbis, aientis: *Et benedixit Deus Obededom, & omnem domum eius*. Eadẽ *1. Reg. 6.*
tamen Arca ſeptem menſes apud Philiſtæos cõmorante, non ſolum benedictionem Dei non acceperunt Philiſtæi, ſed grauiter à Deo maledicti, ſupplicia diuinitus immiſſa ſubierunt. Cuius differentiæ nulla alia ratio fuit, niſi hoſpitij diſſimilitudo, quoniam Obededom magna cum reuerentia, Philiſtæi ita irreuerenter Arcam Dei ſuſceperunt, vt illam in eodem altari, vbi erat eorum Idolum, locauerint. Ita nunc diuinum hoc ſacramentum *Mors eſt malis, & vita bonis*, propter diuerſam illorum diſpoſitionem, & reuerentiã inæqualem, qua illud aſſumunt. Quidã enim Deo grati humiliter, & reuerenter, ſicut Obededom, alij Deo inuiſi, ſicut Philiſtæi, diuinũ hoc ſacramentum collocantes intra pectora plena peccatis, & vitijs, quæ ab ipſis non ſecus coluntur, quam Idola. Huiuſmodi hominibus ita indigne ad Euchariſtiam accedentibus, vita huius ſacramenti mors eſt, ſicut bonis vera vita.
In quo ſenſu interpretor verba Exodi, vbi dum *Exod. 25.*
agitur de panibus Propoſitionis (qui typus ſacri huius panis fuerunt) vulgata editio habet: *Panis Propoſitionis*; & textus Hebræus legit: *Panis facierum*; ex qua translatione quamuis dici optime queat, *Panem facierum* appellari hoc ſacramentum, quia Chriſtus ibi abſconditus faciẽ Dei, & hominis habet; eſt tamen magis e re noſtra, ſi dixerimus, hoc ſacramentum ideo nominari *Panem facierum*, quoniam puris, & bonis oſtendit Chriſtus in hoc pane vultum placabilẽ, impuris, atque indignis horribilem, eſtque illis mel dulciſſimum, his fel amariſſimum: ac denique, vt dicit D. Thomas: *Mors malis, vita bonis*. Similis huic cibo fuit virtus verborum Chriſti, dicentis, *Ego ſum*: quæ verba venientes vt ipſum *Mar. 14.*
comprehenderent, terruerunt, ac proſtrauerunt; diſcipulos autem erexerunt, & roborarunt, cum dixit: *Ego ſum, nolite timere*. Quemadmodum igitur illud: *Ego ſum*, variam habuit virtutem pro *Matth. 14.*
qualitate eorum, quibus dictum fuit; ita hic diuinus cibus non aliud eſt, quam quod noſtra diſpoſitio meretur, vt ſit: nam ſi diſpoſitio eſt mala: *Mors eſt malis*, ſi bona, *vita bonis*: *Vide panis* *D. Thom.*
ſumptionis, Quam ſit diſpar exitus.

Homilia

Homilia XXII.

Confertur ſacramentum Altaris cum arbore vitæ, agiturque de vltimo eius effectu, qui corporis immortalitas, & gloria eſt, cui propoſito verba Ioannis accommodantur: Vincenti dabo edere de ligno vitæ. Apoc. 2.

VARIAE ſunt interpretationes, quæ a Patribus afferuntur ſuper hęc Ioannis verba; ſed vt ad eam, quæ noſtro argumento magis cõuenit, poſtea deueniam, prius ceteras, quoniam vtiles, & ſcitu dignæ ſunt, præmittam. Magnus Pater Gregorius in moralibus intelligit per hanc vitæ arborem ſapientiam Dei humanitate veſtitam, fundatus verbis Prouerbiorum: *Lignum vitæ eſt ſapientia eis, qui apprehendunt eam*. Quam Gregorij ſententiam Richardus, Beda, & Eucharius amplexi ſunt, quoniã cum Chriſtus ſeipſum vocet vitam: *Ego ſum via, veritas, & vita*; & alibi ſe appellet arborem: *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arida quid fiet*? conſonum valde rationi eſt, vt arbor vitæ nuncupetur, cuius rami ſunt creaturæ, quæ tam in cælo, quam in terris vitam habent. Rupertus Abbas per arborem vitæ non ſolum Chriſtum, ſed claram quoque Dei viſionem interpretatur, qua ille beatos paſcit, & remunerat, quoniam in hac vita aduerſus Diabolum, & carnem triumpharunt: *Primis hominibus*, inquit, *quia corripienti Deo non acquieuerunt, ſed peccatum ſuum excuſauerunt, lignum vitæ interdictum fuit: rectè modo pœnitenti aditus ad lignum vitæ repromittitur, quod eſt Ieſus Chriſtus, cuius in cæleſti paradiſo viſione reficiuntur animæ.* Doctiſſimus Primaſius alia via incedit, aiens per arborem vitæ intelligi lignum Crucis, cuius fructus Chriſtus fuit, vt canit Eccleſia: *Arbor decora, & fulgida, Ornata Regis purpura*. Sed ad propoſitum noſtrum idem in libro, cui titulus, De corpore, & ſanguine Chriſti (vt refertur in Bibliotheca ſanctorum Patrum tom. 4) & Rupertus adducto in loco aſſerunt, hanc vitæ arborẽ eſſe Chriſtum in hoc ſacramento abſconditũ. Ad cuius rei plenam cognitionẽ eſt prius notãdum (etſi grauiſſimi aliquot Doctores, vt ſunt Durandus, Card. Caietanus, & alij, ſentiant arborem vitæ nõ habuiſſe virtutem ad cõmunicandã corporibus immortalitatem, ſed ad vitam in longius tempus producendã) ex ſententia Auguſtini de Ciuit. Dei, arbori vitæ inſitam fuiſſe virtutẽ ad corpora humana reddenda immortalia, quod his verbis teſtatur: *De ligno vitæ propterea guſtabatur, ne mors eis vndecumq. ſubreperet, vel ſenectute cõſecti decurſis temporũ ſpatijs interirent.* Cui opinioni Chryſoſtomus, Thomas, Abulẽſis, & Strabeus, nec nõ Auctor quæſtionum veteris, & noui Teſtamenti (quẽ nonnulli putant eundẽ fuiſſe Auguſtinum) concordes ſuffragantur. Omnes hi auctores conſiderantes arboris vitæ tã mirabilem virtutem, appellauerunt diuinũ hoc ſacramentũ, vitæ lignũ, ſiue arborem, quoniã, ſicut illa mortẽ impediebat, faciens corpora corruptionis expertia; ſic ſacramentũ hoc facit corpora illud digne ſumentium æterna, & glorioſa: vnde ſatis liquet diſcrimen, quod eſt inter hoc alimentum, & quæcumq. alia, quæ a mundo miniſtrantur. Nam quãuis cibo, quo vtimur, vitam tueri, & mortem fugere videamur, potius nobis vita minuitur, quoniam licet nõ omnino comedentes cito moreremur, ſic etiam comedentes paulatim morimur, quia noſtrum corpus intra ſe ipſum habet principium corruptionis, & viſcera rodentem vermẽ, qui eſt calor innatus, qui humorem radicis cõtinuo abſumit. Nã ſicut vinum aqua dilutum augetur quidem, ſed vis eius ac virtus minuitur, ita cibo corpus creſcit, & vita protrahitur, interim tamen calor vitalis deteritur, & extinguitur, vt ſolet faculæ flãma, quæ poſt ceræ cõbuſtionem non amplius coruſcat: hic autẽ diuinus cibus, cum intra ſe habeat vitæ fontẽ Chriſtum, arboris vitæ ſimillimum, vitã nõ conſumit, nec labefactat, immo illã auget, & cõſeruat per omnem æternitatem. Et hoc eſt, quod Deus victori pollicitus eſt, inquiẽs: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ*: id eſt, ſeipſum vincenti, & paſſionibus ſuis dominanti dabo, vt vtiliter comedat de mei corporis ſacramento, qui eſus aſſimilabitur arboris vitæ fructui, quoniã comedentẽ faciet immortalem, ſi digne de hoc pane mãducauerit: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternũ*, viuet immortalem vitã, & glorioſam, nõ modo, quo ad animã, ſed etiam, quo ad corpus: *Et ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die.* Qui effectus eſt vltimus, quo diuini huius ſacramenti fructus omnes, & prouentus terminantur. Quibus relatis verbis fundati Eccleſię Patres adſcribũt huic diuino ſacramento immortalitatem, & gloriã, qua corpora Sanctorum dotabũtur ad imitationem gloriæ corporis Chriſti, ſicut dixit Apoſtolus: *Reformauit corpus humilitatis noſtræ configuratũ corpori claritatis ſuæ.* Vnde quoq. S. Gregorius Nyſſenus in oratione Catechetica: *Corpus noſtrũ non poteſt conſequi immortalitatem, niſi huic corpori immortali Chriſti fuerit coniunctũ.* Et Cyrillus ſuper Ioannem: *Non poterat aliter corruptibilis hæc natura ad immortalitatem, & vitã æternã traduci, niſi naturalis vitæ corpus illi coniungeretur.* Et idem alibi admirãda hæc verba protulit: *Oportuit certe, vt non ſolũ anima per Spiritum ſanctum in beatam vitam aſcenderet, verum, vt rude, ac terreſtre corpus cognato ſibi guſtu, tactu, & cibo ad immortalitatem reduceretur.* & c. 16. appellat *Cibum nutrientem ad immortalitatem, & vitã æternam.* Quam veritatem profitetur & Auguſtinus ſuper Ioannem, de hoc diuino cibo ſic loquens: *Eos, a quibus ſumitur, immortales, & incorruptibiles*

Greg. l. 5. c. 4 — Prou. 3. — Richardus. Bed. ſup loc. Ioann. Euch. l. 1. in Gen. 13. — Luc. 23. — Rup. ſuper hunc locum. — Primaſius. — Abb. Paſch. c. 7. Primaſius vt refert in Bibliot. SS. Patrum tom. 4. — Dur. in 2. ſẽten. diſt. 19. Caiet. 1 p. q. 93. ar. 4. — Aug. lib. 13. c. 2. & 23. — Chryſ. ſuper Gen. hom. 1. S. Tho. 1 p. q. 93. ar. 4. Abul. c. 13. ſuper Gen. q. 17 Strab. ſuper Gen. — Apoc. 2. — Ioan. 6. — Ibidem. — Ad Phil. 3. — Greg. Nyſ. c. 17. — Cyr. l. 10. c. 1. & alibi. c. 17. — Cyr. l. 4. ſup. Ioan. — Ibi. c. 16. — Aug. c. 6.

les facit in ſocietate Sanctorum. Ioannes Chry-
Chryſ.l.6.
ſoſtomus agens de hoc ſacramento ait: *Eorum corpora ſatellitum more ſtipantibus Angelis cuſtodiri in vitam æternam*. Idemque ſuper Ioannem introducit Chriſtum in hoc ſacramento ita lo-
Chryſ.ho.45
quentem: *Ego mea carne aloquos genui, omnibus*
Ir.l.4.c.34.
faueo, optimã de futuris ſpem præbeo. Irenęus quoque aduerſus hæreticos eãdem comprobãs doctrinam, ita rem, de qua loquimur, exaggerat: *Quemadmodum qui eſt à terra panis, percipiens inuocationem Dei, iam nõ communis panis eſt, ſed Eucharistia: ita & corpora noſtra percipientia Eucharistiam iam nõ ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia*. Hoc ipſum atteſtantur, & docent varia nomina, & ſingularia epitheta, quibus tam ſacra Concilia, quam ſancti Patres hoc ſacramentum cumularunt, ad ſignificandum mirabilem hunc effectum, quem mens noſtra digne illud ſumens experitur. Concilium Nicænum
Conc. Nic.
illud vocat *Symbolum reſurrectionis*. Tridentina
Trid Synod. ſeſſ.13.c.2.
Synodus *Pignus gloriæ, & æternæ felicitatis*. Sanctus Ignatius martyr in epiſtola, quam ſcripſit Epheſiis, appellat *Pharmacum immortalitatis*, quo mortis malum depellitur. Quorum omnium doctrinam ſi rationibus fulcire velimus naturalibus, nequaquam deerunt in rerum natura exẽpla, quibus vtamur ad huius rei magis ſtabiliendam veritatem. Experimento namque liquet, quales cibus habet qualitates, tales inſeri illum
Dioſcor. de vipera. & comment. eius ibidem.
comedentibus. Dioſcorides, & eius interpres in c. de vipera. referunt eſſe homines, qui viperis conditis veſcantur, quarum eſu vitam in lõgum tempus producunt; additque Iſigonus Cir-
Iſig. Cirn. de vipera.
nus in ea Indię regione, vbi huiuſmodi homines habitant, nullum animal veneficum eis nocere poſſe, quoniam enim pro victu habeant venenũ, non poſſunt à veneno lædi, propter naturæ ex
Pier. Valer. fol.177.
alimento conformitatem. Pierius Valerianus loquens de viperis, ſcribit viperas Arabiæ non eſſe tabificas, quod pro alimento vtantur balſamo, cuius in ea regione magna copia eſt. Cernimus etiam vſu euenire, vt qui terrã comedit, particeps factus qualitatum illius, terreum præ ſe ferat colorem. Qui ergo Chriſti carne immortali, & glorioſa nutritur, qualitatum illius, immortalitatis, & gloriæ particeps fiet.
Ir.l.4.
Qua ratione, & argumento vſus eſt ſanctus Irenæus contra hæreticos, in hunc modum: *Quomodo rurſus dicunt carnem in corruptionem deuenire, & non ſuſcipere vitam, quæ a corpore Domini, &*
Camoes Poeta Luſit. de India Orien. agens.
ſanguine alitur? In cuius rationis confirmationem mihi venit in mentem legiſſe apud Poetã inſignem Luſitanum, nomine Camoes, in India Orientali eſſe ſues, quæ ſuſtentantur cinnamomo, & alijs aromaticis alimentis, carnem habentes fere incorruptibilem: nam ex vi alimenti fa-
Claud. de phœnice.
cile corruptioni reſiſtunt. Claudianus etiam,
Lact. Firm. de phœn.
& Lactantius Firmianus de phœnice tractãtes, ac percõtantes, cur tantum reperiatur in Oriẽte, & vnde fit, quod renouetur, & inſurgit, fiatque quodammodo immortalis, reſpondent:

Solis feruor alit, ventoſaq. pabula libat.

ita Claudianus. & Lactantius in hunc modum: *Ambroſios libans cæleſti nectare rores*. Si ergo phœnix reuiuiſcit, ac fit quodam modo immortalis, quia ſolis radio, & cæleſti rore nutritur, quanto maior virtus erit in hoc cæleſti victu ad ingerendam corporibus immortalitatem? Huc pertinet, quod dixit Zacharias: nam vbi vulgata editin vertit; *Frumentum electorum*, ſeptuaginta *Zach.9.*
Interpretes tranſtulerunt: *Frumentum iuuenum*. Quoniam vires ſubminiſtrat iuueniles, quibus, tamquam Elias, confirmati ad culmen montis *3.Reg.6.*
Oreb conſcendere valeamus, ſicut expreſſe ſancta Synodus Tridentina teſtata eſt: *Cuius vigore* *Trid. Syn. ſeſſ.13.*
confirmati ex huius miſera peregrinationis itinere ad cæleſtem patriam peruenire valeant. Hinc eſt, quod S. Thomas quærit, *Vtrum effectus huius ſacramenti, ſit adeptio gloriæ*; reſpondetque affir- *D.Th.3.p.q.79.ar.2.*
mans. Vnde conſtat, quod quamuis reliqua ſacramenta effectum ſuum in hac vita ſortiantur; Euchariſtia vero præter multos, quos nobis ad præſens exhibet, alium promittit fructum in poſterum, cum præſentis vitæ terminus adfuerit. Itaque quemadmodum medicina, & experientia docet, eſſe veneni genus, quod ſumptum non repẽtino, ſed præſcripto temporis ſpatio mortẽ inferat, ſicut & pharmaca, quæ non ſtatim, ſed aliquo dierum interuallo integram inducunt valetudinem: nihilominus tamen, quando venenũ mors ſequitur, vel propter pharmacum olim acceptum acquiritur ſalus, veneno & pharmaco hos effectus attribuimus: ſic quamuis cibus hic non afferat corporibus illum digne manducantibus præſentem immortalitatem, illam tempore ſuo adducet; immo ſtatim incipit corpora noſtra diſponere ad eam, quam pollicetur æternitatem. quod S. Irenæus acute oſtendit, cum ſa- *Ir.l.4. cont. hæretic.*
cramentum hoc *ſemen vitæ æternæ* nuncupauit. Quoniam quemadmodum ſemen non ſtatim oſtentat virorem, & pulchritudinem, quam poſtea habebit, cum in arborem creuerit, tuncque flores, & fructus producit; ita diuinum hoc ſacramentum non illico donat æternitatem, ſed illam promittit in tempus, quo adueniente cognoſcet iuſtus, & beatus, ſe illam debere acceptam huic diuino ſacramento. Verum tamen eſt, hunc effectum non ſemper ab omnibus, qui illud receperunt, obtineri, non quidem ſacramenti defectu, ſed quia, cum in gratia non confirmet, niſi cum gratia accedentes, poteſt qui illud ſumpſit, gratiam ſubinde perdere ob peccatũm denuo commiſſum, atque ita moriens in peccato conſequenter optatum gloriæ finem nõ aſſequi. Difficultati, quæ à nonnullis apponitur, dicentibus, quod immortalitas, & gloria debetur ex iuſtitia illis, qui proprijs meritis ornati, & in gratia Dei moriuntur, iuxta illud Apo-
ſtoli: *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*; ideoque *2.Timoth.4.*
huiuſmodi gloriam, & immortalitatem nõ Euchariſtiæ ſacramento, ſed cuiuſque meritis adſcribi, & aſſignari debere: reſpondetur, non eſſe inconueniens, qui digne communicauerit, hac etiam de cauſa accipere eandem gloriam, quæ alijs de cauſis, & titulis ei debebatur, quod glo-

riæ

Digitized by Google

riæ genus erit ſingulare, etſi accidẽtale ipſi beato, ſicut nunc eſt & Chriſto: nam gloria corporis, quæ ſibi debebatur ratione vnionis perſonalis cum Verbo, & propter ſuam ipſius beatam animam, data ei quoque fuit titulo meriti, & ratione iuſtitiæ, quod non paruo augmento gloriæ accidentalis ipſi Chriſto eſt. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XXIII.

Miracula præcipua, quæ in hoc ſacramento concurrunt, myſtico ſenſu explanantur, & quanta ſit varietas virtutum, quas in eo docet Chriſtus, aperitur.

DOctrina eſt inter Philoſophos probatiſſima, & nemini non cognita, amoris, & bonitatis ſimilem eſſe naturam, cum tam ille, quam hæc, appetant ſui ipſius cõmunicationem; amor enim amato, & bonitas egenti ſe impertire cupit. Quod vt veteres ſignificarent, nudum depinxerunt amorẽ, quaſi ſeipſum bonis omnibus expoliaſſet, habentem a zona pendens marſupiũ non clauſum, ad innuendã eius munificentiã, & eximiã liberalitatẽ. Quod autẽ bonitas eiuſdem cõditionis, ac naturæ cum amore ſit, præterquã experimento probatũ eſt, certũ id etiam facit vulgatiſſima Dionyſii ſententia, a quo illã S. Thomas vſurpauit: *Bonũ eſt ſui diffuſiuum*; inſtar vaſis aqua pleni, & redundãtis, vel potius inſtar fluminis Nili alueũ egredientis, & Aegypti agros irrigantis: tantaq. eſt bonitatis procliuitas ad ſe cõmunicandam, vt ſi quãdo retardetur hic impetus, aut impediatur, vim illã ægre ferat, ac erũpat tandẽ, proſternens impedimenta, vt ſe in egenos libere, & copioſe diffũdat. Cũ igitur ratio boni in ſupremo gradu perfectionis in Deo ſit, planũ eſt, non minus excellenter in ipſo eſſe voluntatẽ ſe cõmunicandi; & cũ ſit infinite bonus, infinite quoq. ipſum eſſe cõmunicatiuum oportet. Et quamuis verum eſt, quod Pater cõmunicans Filio diuinã ſui ipſius naturã, & eandem vterq. Spiritui ſancto, oſtẽderant bonitatẽ ſuã infinitam; illa fuit naturalis, & neceſſaria cõmunicatio, in Deo, & intra Deum occulte facta, ideoq. a Theologis appellata cõmunicatio ad intra, vnde ſupererat, vt Deus incõprehenſæ bonitatis ſuæ magnitudinem infinitã per cõmunicationem ad extra, ſiue, vt loquuntur, in ordine ad creaturas declararet. Quare factũ ab eo eſt, vt diuina perſona humanitati Chriſti ſupponeretur, ita vt Deus eſſet homo, & homo fieret Deus, & conſequenter Dei operationes humanæ, & hominis diuinæ dicerẽtur: quod genus cõmunicationis ante id tempus fuerat inauditũ. Hac tamen liberalitate, qua ſe quatenus Deum homini cõmunicauerat, non cõtentus, inuenit modũ, quo ſe quoq. quatenus hominem cõmunicaret, ita vt, ſicut diuinum Verbum ſuũ eſſe diuinum humanitati Chriſti impertiuerat, ſic etiam iã factus homo ſuum eſſe humanum nobis cõmunicaret, pro victu, & potu corpus ſuum, & ſanguinẽ precioſiſſimũ exhibens. Vnde factũ, vt quẽadmodum per illam Dei perſonalẽ vnionem ipſe Deus homini, & homo Deo ſe inſeruit, vnũq. corpus, Dei, & hominis effecit, ita per ſpiritualẽ huius diuini ſacramenti vnionẽ, Chriſtus animę, & anima Chriſto copulatur, & inſeritur, quę virtute illius producit fructũ operum, arbore, cui inſita eſt, dignorum. Ad hunc gignendum fructũ, primum huius ſacramenti miraculum eſt, conuerſio panis in corpus Chriſti, virtute verborũ, quæ ſacerdos perſonã Chriſti gerens pronũciat: poſt quorum verborũ prolationem non amplius iã illic panis ſubſtantia, ſed eius imago eſt: ſicut quando Regis Saul ſatellites ad cõprehendendũ Dauidem miſſi non illũ, ſed ſtatuã Dauidi ſimilem inuenerunt. *1. Reg. 19.* Nã reuera per illã mirabilem conuerſionẽ ſuum eſſe perdidit panis, & vinum, non tamen per corruptionẽ, vt res naturales: nã vt philoſophia docet: *Corruptio eſt deſitio formæ in ſubiecto*; *Ex Ariſt. de ortu, & interitu.* manet igitur in corruptione pars cõpoſiti illius, quod corruptũ fuit. Hinc docemur in ſenſu myſtico, quod mors veteris hominis in nobis ipſis, & interitus portentoſi mõſtri tot ſcelerum, & affectuum inordinatorum, quibus trahimur, nõ eſſe debet per corruptionẽ, ita vt pars vitiorum vigeat, & pars interimatur (id enim nõ eſſet integrã ſeruire Deo ſeruitutẽ) ſed ſequi mores feminæ illius corã Salomone dicentis: *Nec mihi, nec tibi ſed diuidatur*. *3. Reg. 3.* Sunt autẽ non pauci, qui hoc imperfectionis vitio laborant, vtẽtes diuiſione cordis, dũ partem detractionibus, partẽ pijs meditationibus, partẽ delictis eluendis, partẽ quoq. patrãdis impendunt. Id qui faciunt, imitãtur Philiſtæos, qui Arcã Dei ponebãt prope Idolũ Dagõ, *1. Reg. 5.* cui partem cultus, & reuerentiæ, quę Arcæ debebatur, impie deferebãt. Deus autem, vt oſtenderet, quã ſibi eſſet moleſtum Arcã pariter, & Idolum adorari, diuidiq. debitã ſibi ſoli reuerentiã, effecit vt Arca Idolum deijceret, ac proſterneret. Nec deſinit in hoc ſacramento eſſe panis per annihilationem, vt loquuntur grauiſſimi Theologi: nã quæ ſic cõmutantur, deſinunt in nihilũ, & penitus euaneſcunt; panis vero, qui erat ante conſecrationẽ, nõ reducitur ad nihilũ, ſed in corpus Chriſti cõuertitur trãſmutatione mirabili, & cõuerſione, quã aptiſſimo vocabulo S. Synodus Triden. vocauit *Trãſubſtãtiationẽ*. *Trid. Syn. de ſac. Euchar.* Talis eſſe debet noſtra mutatio, & morũ reformatio, non vt tantũ culpæ veteres eſſe deſinãt, ſed vt ad virtutẽ trãſeamus, & Chriſto cõformemur, ſicut Propheta præcepit: *Declina a malo, & fac bonũ*; *Pſal. 36.* vt hoc modo imitemur Apoſtolũ in animæ reformatione, cũ dixit: *Viuo ego iã non ego, ſed viuit in me Chriſtus*; *Gal. 2.* quaſi dixiſſet, nõ ſatis eſſe puto a malo declinaſſe, culpas effugiẽs, & imperio legis Dei meos ſubijciens motus, & affectus inobediẽtes, in me olim libere regnãtes; ſed facere bonũ ſtudeo, & ita progredi in ſtadio virtutis, vt Chriſto conformis, ac magis in me ille, quam egomet in me ipſo, viuat. Ariſtoteles in Phyſicis, *Ariſt. l. 2.* & in libris de generatione, docet eſſe

in con-

in conuerſione naturali terminos duos, vnum, a quo, & alterum, ad quem; ille deſeritur, & hic acquiritur, inter quos talis eſt ordo, vt prius intelligamus relinqui terminum, a quo, quam acquiri terminum, ad quem. Exempli gratia, qui Toleto proficiſcitur Hiſpalim, prius Toleto egreditur, quam Hiſpalim accedit. Sic in ſpirituali conuerſione animæ in Chriſtum: nam primum ableganda eſt omnis culpa, & omnino deſerenda, tamquam terminus, a quo, digredimur, ac poſtea faciendus tranſitus eſt ad transformationem in Chriſtum, qui eſt terminus, ad quem, & cui anima coniuncta, tamquam in cētro ſuo, & vltimo termino, manet, & quieſcit. Nos autē volumus ſecundum, & renuimus primum: *Nolumus ſpoliari, ſed ſuperueſtiri.* quod non ita fieri debet, ſed neceſſe eſt obedire dicenti: *Exuentes veterem hominē induite nouū, qui ſecūdum Chriſtum eſt.* Ex hac mirabili panis in Chriſti corpus conuerſione tamquam ex fonte manant alij mirabiles effectus, quibus ſi anima corpori Chriſti communicantis ornaretur, magnum fructum vel ſola vna corporis Chriſti communicatio afferret. Conſideremus igitur in primis, quod Chriſto ſub accidentibus exiſtente, iam illa non pendent, quoad ſuam conſeruationem, a creaturis, ſed a ſolo Chriſto, a quo tamquam cauſa effectiue ea conſeruante habent ſuſtentaculum; diſcatque anima non a rebus pendere mortalibus, non ab honore, vel gratia principum, non a diuitijs, & voluptatibus, ſeu alijs huius ſæculi bonis, ſed in ſolo creatore ſuo, & Domino ſpem ſuam figat, ad eum ſemper mentis oculos reuocet: ipſe namque eſt vera fortitudo, & felicitas, reliqua omnia, quæ mundus miratur, inania, falſa, & debilia ſunt. Ad quod innuendum antiqui pingebant puellam nubibus amictam, quæ ſponſa forſan erat adulteri Ixionis, cui fabulati ſunt Poetæ datam fuiſſe vxorem Iunonem de nube formatam, illamque cum vellet amplecti ab eo non inuentam, ſed vaporem adeo tenuem, vt manibus apprehendi non potuerit. Id accidit a ſpe fallaci, & inaui pendentibus, fauoreſque humanos ſectantibus, qui nubibus ſimiles facile vento rapiuntur, & euaneſcunt. vnde ſapienter dictum: *Spes vigilantium ſomnus.* Conſideremus in hoſtia, & in quauis eius parte Chriſtum eſſe præſentem, & diſcamus præbere locum eidem intra cor noſtrum, intellectum, memoriam, & voluntatem, dirigentes ad illum omnia ſtudia, cogitationes, actiones, *Aſpicientes in auctorem, & conſummatorem Ieſum Chriſtum,* tamquam noſtrorum operum regulam, quæ fallere non poteſt, nec falli, ab imperio eius nec tranſuerſum, vt aiunt, vnguem deflectentes. Hoc diligenter curabat inſignis, & inclyta Regina Nauarræ Margarita, quam refert Claudius Paradignus in quodam emblemate (cui titulus, *Verum heliotropum*) vſurpaſſe pro inſigni, & ſtemmate florem, quem ſolis vocant; quoniam ſole oriente folia pandit, & occidente claudit, dumque in cælo eſt, illum intuetur, & pariter gyrum agit. Epigraphe emblematis erat, *Non inferiora ſecuta*: non vilibus, & caducis ſæculi rebus, ſed permanſuris, & diuinis ſtudeo. Idem factitare debet, qui virtuti ſtudet: proſpiciat ſemper iuſtitiæ ſolem Chriſtum, ei non ſolum præbens aditum in corde, ſed in omnibus actionibus ſuis, opera ſua non minus reuerenter, & religioſe faciens, quam ſi in eius præſentia ſemper verſaretur. Conſideremus Chriſtum, etſi ſub hoc ſacramento eſt in terris ſecundum propriam ſubſtantiam, non ideo a cælis abeſſe; diſcamusque ita ei in terris deſeruire, vt quamuis corpore terram incolamus, ſpiritu, & mente in cælis conuerſemur, ſicut faciebat Apoſtolus, cum dixit: *Conuerſatio noſtra in cælis eſt.* Non inficior fieri aliquando aliter non poſſe, quin contractationibus, & negocijs implicemur humanis; non tamen ita illis immergi debemus, vt multitudine negociorum obruamur, ne fatigato corpore ſuffocetur ſpiritus, ac reddamur propriæ ſalutis, & futuræ æternitatis immemores. Expertus id fuerat Manaſſes, cum dixit in oratione ad Deum: *Incuruatus ſum multo vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi.* Multitudo negociorum me deprimit grauius, quam ſi ferrea catena eſſem alligatus; hæc enim ſpiritum ducere permitteret, negociorum vero moles impedit mihi orationis reſpirationem, & diuinum alloquium: *Non eſt mihi reſpiratio*; quaſi dicat, non poſſum eleuare mentem ad Dei contemplationem. Quæ induſtria, & fraus dæmonis propria eſt, ac ſimilis ei, qua vſus eſt Pharao cum Iſraelitis, quando illos habebat captiuos, qui vt bonas eorum impediret exercitationes, lateribus formandis iubebat ita diſtricte occupari, vt tempus vix eſſet reliquum ad eam, quam dicimus, ſalutarem reſpirationem. Conſideremus, quod etiamſi hoſtia extrinſecus eadem manere videatur, ita vt nullum inter conſecratam, & non conſecratam, quo ad externam ſpeciem, appareat diſcrimen; ſub ſpecie tamen panis tanta eſt mutatio interior, vt in hoſtia non conſecrata panis ſubſtantia; in conſecrata vero ſola Chriſti ſubſtantia ſit. Ita, licet habitu externo, & cultu non ſit differentia inter te, ac illū, qui in peccato eſt; interius tamen quoad deſideria, ſtudia, & affectus magnum eſſe curabis diſcrimen, quod optabat Dauid, ita precans Deum, *Cor mūdum crea in me Deus.* Supponebat Dauid ſibi propter adulterium perijſſe cor, quoniam vt Deus per Oſeam dixit: *Fornicatio, & vinum auferunt cor;* atque ideo cor nouum petebat, & tam nouum, quantum verbum, *creare*, ſignificat: nam quando aliquid creatur, totum fit de nouo, quo ad eius omnes partes; ſecus autem, quando generatur; generatio namque ſupponit aliquid factum, nempe materiam, cui ſuperuenit forma, vnde totum re-

2. Cor. 5. *Eph. 4.* *Poetarum fabula.* *Heb. 12.* *Claud. Paradig. in quodam emblemate.* *Philip. 3.* *2. Paral 36.* *Exod. 5.* *Psal. 50.* *Oseae 4.*

ſultat, ob idque Dauid ſibi creari cor nouum postulabat, ne pars antiqui cordis aliqua maneret. Conſideremus Chriſtum, licet per hoc ſacramentum penetret in pectora putrida, & fœtida tot hominum improborum, ex quibus non pauci horrendis, & deteſtandis inquinati ſunt, & onuſti abominationibus, nihil fœditatis inde contrahere; diſcamusq; ſic agere cum peccatoribus, vt vitiorum ſuorum, & ſiniſtrorũ morum contagione non inficiamur, ſed potius ſolis radijs aſſimilemur, qui per loca tranſiens immunda ſemper retinet puritatem, & ſplẽdorem: quod Apoſtolus faciendum conſuluit Philippenſibus, eadem ſimilitudine vſus: *Vt ſitis filij ſimplices ſine reprehenſione in medio nationis prauæ, & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.* Hæc eſt circumſtantia, quæ plurimum declarat ſanctitatem Iob, qui tot idololatris circumſeptus, nihil impietatis ab illorum contubernio contraxit, & ob eam cauſam exiſtimo Iob vocatum virum: *Vir erat in terra Hus*: nam vir idem eſt, quod victor, ideoq; vbi vulgata trãsfert; *conforiare & eſto robuſtius*, Hebræum exemplar legit: *confortare, & eſto vir.* & Gregorius ſuper hunc locum ſcribit, *virum dici a virtute*, vnde qui in ſodalitio ſceleratorũ viuens illorum malo exemplo nõ peruertitur, iure optimo feret viri appellationem; ſed noſtra ætate, vt quidam fertur dixiſſe Philoſophus: *Homines permulti, viri perpauci.* Hinc Diogenes ille Cynicus in meridie per forum ciuitatis facem ardentem manu tenens quærebat hominem, & dicentibus: ecce quampluriml adſunt; reſpondit illos non eſſe homines, cum nõ ratione, ſed libidine regerentur: qui etiã ſciens optimam viuendi rationem vigere apud Lacedæmonios, addidit, de illorum feminis loquens: *Solum Lacenæ viros pariunt.* Ne vero aliquis paradoxon, vel præceps Diogenis arbitretur iudicium, legat Iſaiam, apud quem reperiet eandem ſententiam Dei ore pronunciatam: *Vidi quia non eſt vir.* Conſideremus, ad hoſtiæ diuiſionem nequaquam ſubſtantiam corporis Chriſti diuidi, diſcamuſq. aduerſitatibus non frangi, nec a Dei amicitia recedere propter calamitatem, & laborum incurſus, quod facere omnino debemus, ſi cupimus augmentum virtutis, & conſeruationem: nam cum frequenter deſiderijs non conueniant rerum euentus, immo ſępe res accidant ſecus, ac ſperabamus, niſi animum aduerſi ſucceſſus inuenerint firmum, & conſtantem, facile deficiemus. Ad hanc notandam animi conſtantiam, & in virtute perſeuerantiam, quam vir fortis retinere debet, refert Paulus Iouius emblema, in quo erat Siren maritima, cum hac inſcriptione: *Contemnit tuta procellas.* Quam imitari vir bonus debet, inſurgentibus aduerſus ipſum quibuſuis laborum, aut infortuniorum tempeſtatibus non abſterritus, quod eleganter, & ſapienter admonuit Lyricus Vates his verbis notatu digniſſimis:

Philip. 2. — *Iob 1.* — *Dan. 10.* — *Iſai. 3.* — *Paulus Iou.* — *Horatius lib. 3. oda 3.*

Iuſtum, & tenacem propoſiti virum
Non ciuium ardor praua iubentium
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida, neque Auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Conſideremus Chriſtum ſub vilibus panis, & vini ſpeciebus occultum ita contrahi, vt in quauis minima hoſtiæ particula, totus lateat, & gloriam ſuam, ac maieſtatem abſcondat; diſcemusque humilitatem, & arrogantiæ fugam vanitatis, & ſuperbiæ criſtas deprimentes: dona Dei non oſtentemus; aliter enim, quæ in humilitate accepimus à Deo munera, vento, ac turbine vanitatis auferentur. Narrat Ariſtoteles in Meteoris, & in libro de mirabilibus naturæ, rem huic propoſito aptiſſimam, videlicet, Olympum montem tam eſſe ſublimem, vt ventorum flatus verticem eius non attingat: quod inde conijcitur, quod ſacrificia quotannis illic Ioui cum fierent, cineres victimarum in eodem loco, vbi accenſus fuerat ignis, integri, & immoti altero adueniente anno, reperirentur. Vult Deus virum iuſtum ita excelſo eſſe animo, & a rebus inferioribus tam remoto, vt quantumuis fortiter flatibus inuidiæ, & arrogantiæ perſtrepentibus perſiſtat immotus, ne ſibi cinis humilitatis eripiatur. Conſideremus, quod licet in hoc diuino ſacramento nulla ſit panis ſubſtantia, virtutem tamen habet alendi corpus noſtrum non ſecus, ac ſi ſubſtantia panis adeſſet, diſcamuſque operari tempore languoris, & doloris eo modo, quo operabamur delicijs, & beneficijs Dei affluentes: ſic enim animus veri Chriſtiani, & conſtantis exploratur. In cuius rei figuram narratur in ſacris litteris fuiſſe a Benaia frigoris, ac niuis tempore, quando leones propter famem, qua vrgentur, ſunt ferociores, & homines frigore magis fatigantur, leonem interſectum, ſicut ibi legitur: *Ipſe interfecit leonem tempore niuis:* quem imitabitur vir iuſtus, oſtendens robur ſuum, & animi alacritatem tempore niuis, id eſt, quando ſolatia deſunt, quando inſtar niuis ſibi friget affectus, & deuotio, tunc diligenter caueat, ne manum remoueat a pijs exercitationibus, ne tentationibus cedat, ſicut tempore ſolatij, & ſpiritualis lætitiæ eiſdem non ſuccumbebat. Conſideremus Chriſtum in hoc ſacramento nullum opus ſenſuum exercentem, vt Theologorum cum S. Thoma communis opinio docet, nec enim audit, & videt, aut tangit, prout eſt in ſacramento, quia ibi adeſt modo indiuiſibili, diſcamuſque noſtros frænare ſenſus, oculorum reprimere laſciuiam, & aures claudere; hi enim ſenſus aditum præbent aduerſario, vt nos bello perſequatur. Nam quemadmodum experti milites, cum vrbem aliquã expugnare nõ poſſunt, muro, ac feneſtris admotis ſcalis illã ingrediũtur, & deprędãtur; ita Diabolus per

Ariſtot. in Meteo. & lib. de mirab. nat. — *2. Paral. 11.*

ſenſus

Digitized by Google

ſenſus, quaſi per feneſtras ſibi parat ingreſſum,
aperitque viam ad animæ propugnaculum
Hierem. 9. proſternendum: ſcriptum enim eſt: *Mors intrat
per feneſtras*. Quoniam etſi verum eſt, primum
procurare hoſtem noſtrum tamquam tormen-
torum exploſione admotis machinis tentatio-
num murũ boni propoſiti Deum non offendẽdi
ſolo coæquare; cum tamen nullum inde ſentit
adiumentum, occurrit ad ſenſus debellandos
exhibitione materiæ, qua delectantur, oculos
pulchritudine, guſtum edulijs, auditum canti-
cis,& muſicis, atque ita in reliquis: quo frau-
dis, & machinæ genere, magno, & grauiſſimo
noſtræ ſalutis detrimento victoriam frequen-
ter conſequitur. Ad tantum igitur damnũ eui-
tandũ oportet cohibere ſenſus: in cuius rei ty-
pũ ſcimus animalia illa ſancta, quæ vidit Ioã-
nes,per quæ iuſti ſignificantur, fuiſſe plena vn-
Apoc. 4. dequaq; oculis: *Plena oculis ante, & retro*: nã o-
culos in fronte,ore,manibus, pedibus habebãt,
ad ſignificandam cuſtodiæ diligentiam, quam
in ſenſibus noſtris defendendis adhibere debe-
mus. Nam talem,ac tantam eſſe oportet,vt ha-
beamus oculos in fronte ad videndum quid co-
gitemus; oculos in ore ad videndum quid lo-
quamur;oculos in manibus ad videndum quid
operemur; oculos demum in pedibus, vt greſ-
ſus noſtri dirigantur, ne cadentes offendamur.
Conſideremus accidentia huius diuini ſacra-
menti nõ admittere aliam præter Chriſti ſub-
ſtantiam,& diſcamus non recipere intra cor no
ſtrum niſi Deum, & intra noſtram voluntatem,
non aliam, niſi diuinam: hoc enim eſt,quod ei
magis placet, ſicut ipſe ſignificauit, iuſtum al-
Prou. 23. loquens: *Fili præbe mihi cor tuum*: quod eſt, ac
ſi dixiſſet: fili conſidera me aquilæ ſimilem:
nam vt illa, ſic ego cordibus paſcor; ideoque
Ibidem. *Præbe mihi cor tuum*. Qui & in Canticis inquit:
Cant. 8. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum*, id eſt,ego
eſſe volo cordis tui ſigillũ, tua voluntas ſit ce-
ra mollis, quam ego tamquam figura ſubſtan-
tiæ Patris mei figurabo, & ita meã ad te tranſ-
feram imaginem. Viue igitur,o anima conten-
ta mecum: nam ipſe tecum viuo contentus.
Conſideremus Chriſtum, etiam ſi notum habe-
bat a multis corpus ſuum indigne ſumendum,
vt tamen a iuſtis ſumeretur, tolerantem iniu-
rias, & contumelias ſibi in hoc ſacramento
ab iniuſtis, & peccatoribus illatas; diſcamus-
que animarum tali zelo ardere, vt illarum ſa-
lutem etiam cum proprij honoris, commodi-
tatis, & delectationis detrimento procuremus.
quod optime implebat Apoſtolus, cum dixit:
Rom. 9. *Optabam ego anathema eſſe pro fratribus meis*.
cuius loci variæ ſunt interpretationes. Pri-
mum,qui litteræ fauent, ſentiunt Apoſtolum
loqui de tempore, in quo perſequebatur Ec-
cleſiam, ita vt dicat, ſe tanto Iudaiſmi zelo
tentum, vt cuperet in exilium mitti, & affligi
pro his iuuandis, qui Chriſtum perſequeren-
tur. Sed Eccleſiæ Patres aliam viam longe
diuerſam ſectantur; prædictam tamen ego non

damno ſententiam, quoniam proculdubio
magnum habet in littera fundamentum, ſi
contextus verborum Pauli conſideretur. Pau-
lus enim prius dixerat, magnam ſibi eſſe tri-
ſtitiam, & dolorem; *Triſtitia mihi magna eſt*, Rom. 9.
& continuus dolor: aſſignauitque ſtatim huius
triſtitiæ cauſam zelum, quo ardebat vitam
exponendi cuiuis diſcrimini, vt Chriſtum
perſequentibus faueret: *Optabam anathema eſſe
a Chriſto pro fratribus meis*. Magnus Pater Gre-
gorius,Origenis ſecutus opinionem,ſuper epi-
ſtolam ad Romanos, ait Paulum amore Chri-
ſti accenſum deſideraſſe ſanguinem fundere,
vt ſuis fratribus ſpiritualem pararet ſalu-
tem. Gregorij verba ſunt: *Paulus optauit a-* D. Greg. & Orig. in hũc locum.
*nathema fieri pro fratribus ſuis, hoc eſt, pro il-
lis perire in carne, & ſanguinem fundere*. Cu-
ius ſententiæ fundamentum ſancti Hierony-
mi nititur expoſitione, dicentis in loco iam
citato, anathema ſignificare occiſionem:
vnde vbi vulgata editio apud Zachariam le-
git, *anathema non erit amplius*, Paraphraſtes
Chaldaicus transfert, *occiſio non erit amplius*. Zach. 14.
Alij interpretes huius loci recentiores, cen-
ſentes Paulum loqui de vita corporis, quam
in ſacrificio offerre pro Chriſto deſiderabat,
vt ſuos lucraretur fratres, aiunt id genus ſa-
crificij fuiſſe vocatum anathema; rem enim
ſacram ſignificat anathema, vnde ſacra pagi-
na vocat anathema, detracta ab hoſtibus in
prœlijs ſpolia, quæ Deo ſacrabantur, ſicut
conſtat ex Ioſue: *Sitque ciuitas hæc anathe-* Ioſue 6.
ma, & omnia quæ in ea ſunt. Quibus ſuppo-
ſitis refert Budæus, aliqua graui peſte ciui- Budæus.
tatem vexante propter peccata ciuium, ſi quis
eorum pro incolumitate reliquorum immo-
lari volebat, veſtiri ſolitum ſacerdotalibus
indumentis, & morte damnari, quo pergen-
te ad ſacrificium, ceteri exibant clamantes: Rom. 8.
*Eſto piaculum noſtrum, eſto victima noſtra, pec-
cata noſtra in te ſint*. Itaque onerabatur ille
omnium execrationibus, vt liberaret totam
ciuitatem a pœna, quam Deus peſte illa, vel
calamitate ſumere volebat, quod genus ſa-
crificij anathema vocabatur. Idque innuens
Paulus dixit, accenſus charitate fratrum:
Optabam ego anathema eſſe a Chriſto pro fratribus Chryſ. lib. 9. cap. 16. ſuper epiſt. ad Romanos.
meis. Sed Chryſoſtomus hanc expoſitionem
refutat in libro de compunctione cordis, &
in libro de prouidentia Dei, eamque adeo
falſam putat, vt dicat: *Vermiculorum eſt
itaque in luto lauantium iſta expoſitio*. Et in
eodem loco reddit rationem, ob quam præ-
dicta interpretatio ſibi non probetur: nam
ſi Paulus optabat a Chriſto ſeparari pro
fratribus ſuis, optare non debebat mortem,
cum per illam Chriſto magis iungeretur.
verba Chryſoſtomi ſunt: *Quomodo optaſ-
ſet Paulus a Chriſto anathema eſſe, hoc eſt,
ſeparari ab eo per mortem carnis, cum mors ip-
ſa magis ad eum chorum, qui cum Chriſto eſt,
coniungat, & ipſius gloria potiri faciat?* Vn-

de concludit Paulum deſideraſſe, cum illa verba dixit, eſſe ad tēpus priuatū clara Dei viſione pro ſalute ſuorum fratrū: *ac pro Dei amore ab ipſa Dei fruitione, & ineffabili gloria excidere.* Ad
D. Mart. cuius imitatiōē dixit S. Martinus: *Si adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem.* Quam
S. Th. 2.2 q. 27. art. 8 in reſponſione ad 3 arg. Chryſoſtomi ſententiam S. Thomas pariter ſecutus eſt. Cōſideremus etiam Chriſtum in hoc diuino ſacramento obedientem Patri mittenti eum, & ſacerdotibus conſecrantibus, qui poſtquam verba cōſecrationis protulerunt, nil cunctatus ad ſacerdotis manus temporis momen-
Ioſue 10. to deſcendit, *obediente Domino voci hominis*: diſcamusq. Deo, & hominibus propter Deū obedire; hoc enim obedientiæ genus excelſum, & maximum eſt. Pro qua re memini dixiſſe Chryſoſtomū, neſcire ſe, vtrum magis admiraretur, Abrahæ obedientiam, qua Deo obediuit, an Iſaac obſequium, quod patri exhibuit, non reſiſtens eius voluntati, etiam ſi viribus ad reſiſtēdum patri valeret, vt conijci poteſt ex faſce lignorum, quæ portauit ad ſuum cadauer com-
Chryſ. hom. 47. ſuper Geneſim. Gen 22. burendum. Ait itaq; Chryſoſtomus: *Neſcio vtrum admirer, & obſtupeſcam, iſtius fortem ſpiritum Patriarchæ, an pueri obedientiam, qui ſuper altare occubuit expectans patris dexteram.* Quæſtionē non ſoluit Chryſoſtomus, ſed meo iudicio videtur excelſior, & præſtantior pueri Iſaac obedientia, & fortitudo: primum, quoniam naturā duce nemo eſt, qui propriam vitam pluris quā alienā non faciat: vnde patet plus feciſſe Iſaac vitam propriam, quam Abraham alienam offerendo. Secundo, quia ſi Abraham obediuit, illa obedientia Deo immediate præſtita fuit, qui iuſſerat, vt filium ſuum immolaret; Iſaac autem obediuit homini propter Deum, quę res difficilior multo eſt. Conſideremus hoc ſublime ſacramentum eſſe vitam bonis, & mortem
D. Thom. vt refertur in off. corporis Chriſti. malis, vt angelicus Doctor aſſeruit, & diſcamus diuinæ iuſtitiæ legem, qua bonos remunerat, & punit malos, deprimit ſuperbos, & exhibit humiles. Quod videtur voluiſſe ſignificare Philoſophus, qui dixit: *Iudicem eſſe oportere centro ſimilem*: quæ verba dupliciter poſſunt explicari. Primus ſenſus ſit, quod quemadmodum centrum eſt punctum in medio globi exiſtens; ita iudex medium tenere debet in adminiſtratione iuſtitiæ, nec ad vnam, nec ad alterā partem declinans. Secundus ſenſus, & magis propoſito noſtro conueniens erit, quod ſicut centrum minores lineas mittit ad circulum minorem, & maiores ad maiorem, obſeruans quodammodo iuſtitiam diſtributiuam; ita iudex, & Antiſtes magis honorabit, & remunerabit digniorem, & minus eum, qui minoribus meritis commendatur. Conſideremus denique ſacramenti ſpecies, quæ prius erant viles, & parui precij, poſtea, quoniam ſub illis eſt Chriſtus, tantum dignitatis, & æſtimationis adeptas, vt ab omnibus colantur, & adorentur: & diſcamus magnum eſſe honorem iuſtorum, qui ſunt viua templa Dei, cum non ſolum in altera vita; ſed in hac etiam ita colantur, & ſuſpiciantur, vt de illis regius Propheta dixerit: *Nimis honorati ſunt amici* Pſal. 138.
tui Deus.

Homilia xxiiij.

De cultu, & veneratione, quæ huic ſacramento debetur; ac de laudabili publicarum proceſsionum vſu, quo ab Eccleſia catholica celebratur.

SAcramentarij hæretici tamquam manifeſti hoſtes diuini huius ſacramenti, aduerſus cultum, & adorationem, qua ſancta Romana Eccleſia veram Chriſti in eo præſentiam ſpecierum velamento tectam vnanimiter veneratur, ſemper allatrarunt; eo tamen illorum rebellio impia, & aduerſatio abijt, vt multo magis ſacrorum Pontificum animi excitati fuerint ad confirmanda catholicorum pectora, vt ardentius, ac diligentius in tam diuini ſacramenti cultum, & ſummam reuerentiam incumberent. Sed prætermiſſis nunc ſuper hac re definitionibus, a multis Concilijs, & præſertim a Concilio Vienenſi decretis in Clementina vnica, de reliquijs, & veneratione Sanctorum, primus omnium Vrbanus Quartus felicis recordationis vigilantiſſimus Eccleſiæ Paſtor anno 1263. ad omnia orbis Chriſtiani regna, & prouincias Apoſtolicum diploma, & motum proprium expediuit, quo diem feſtum publicis lætitiæ ſignis in honorem huius ſacramenti celebrari præcepit: Conciliumque
Tridentinum hæreticos eſſe declarauit, qui Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 6.
vſum proceſſionum, quibus Eccleſia catholica hoc ſacramentum colit, & adorat, condemnarent: cuius religioſi cultus, & laudabilis conſuetudinis rationes aſſignat ſeſſione 13. cap. 5. Quæ quoniam pietatis, ac ſapientiæ plenæ ſunt, illis præſentem homiliam duxi fundandam, & locupletandam. Prima ratio eſt, *vt Chriſtiani homines ſingulari, ac rara quadam ſignificatione gratos, & memores teſtentur animos erga Dominum.* Salomon tanti faciebat, quod incolere Deus templum ſuum dignaretur, vt admirans dixerit:
Ergo ne credendum eſt, quod vere Deus habitet ſuper terram? 3. Reg. 8.
Id ſi percontatus fuiſſet Salomon a Chaldæorum philoſophis (quibus Nabuchodonoſor interpretandum ſuum propoſuit ſomnium) crediderim reſponſuros, fieri

non

Digitized by Google

non poſſe, vt tam familiariter Dei contubernio homines vterentur, ſicut ipſi Nabuchodonoſor reſponderũt: ***Exceptis Dijs, quorum non eſt cum hominibus conuerſatio.*** Sed cum fide catholica conſtet, Deum vbique eſſe, prout Deus eſt, Chriſtumque, prout Deus, & homo eſt, ſub ſpecie panis, & vini, vbicumque eadem conſecrata accidentia ſunt, pariter adeſſe, dubium eſſe non poteſt, quin, vt dixit Moyſes: ***Non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi ſicut Deus noſter:*** adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Vnde Propheta Ezechiel, dum Babylone captus erat, (Deut. 4.) cum ei amota cortina, & velamen fuiſſet, qua gloria, & maieſtas templi Dei tegebatur, nihil eſt magis admiratus, quã quod hominibus Deus intereſſet: ***Et ipſe Dominus ibidem.*** Quamobrem agnoſcens Eccleſia catholica magnitudinem, & excellentiam tam rari, & ſingularis beneficij, quo nos Chriſtus cumulauit, (Ezech. 48.) manens apud nos hoc ſacramento velatus, deſiderat ſe gratam tanto benefactori oſtẽdere; & ideo ſicut altera Rebecca, quæ acceptas a ſponſo ***Inaures, & armillas in manibus ſuis*** portabat, ſponſi ſui glorians muneribus, in ſacro, & ſolemni huius ſacramenti die in manibus ſuis, quæ ſunt ſacerdotum manus, defert (Iud. 14.) precioſa dona, & omni æſtimatione maiora pignora corporis, & ſanguinis Chriſti, quæ ipſe tempore ſui receſſus ei veluti ſui amoris arrhã largitus eſt: idque vt maiori cum pompa, & ſolemniori apparatu faciat (quod in noſtra Hiſpania maxime viget) vias ſternit tapetibus, ſolũ floribus ſpargit, auulſos arboribus ramos diſponit, arcus erigit triumphales, coloſſos myſticos, & ſtatuas fabricatur, quibus huius diuini ſacramenti myſteria inſinuentur, Samſonis leonem, fauum mellis ore tenentem, petram oleo ſtillantem, manna inſtar roris de cælo deſcendens, racemũ ab exploratoribus terrę promiſſionis allatum, (Deut. 32.) Melchiſedech panem, & vinum offerentem, agnum paſchalem pro Aegypti exitu, (Exod. 16. Num. 13. Gen. 14. Exod. 12. Leuit. 16.) caprum emiſſarium pro remiſſione peccatorum, Cererem Deam cum ſpicis, & Bacchum cum racemis, quibus adduntur ænigmata, & hieroglyphica carminum varia genera, inſtrumẽtorum muſicorum harmonia, tibiarũ, tympanorum, & tubarum ſoni, cithararum, & barbitorum, innumerabiliũq. ſuauiſſime vndequaque perſonantium inſtrumentorum concẽtus, diſſimiliumq. cantorũ, varijs, gratiſſimisq. vocibus aerem mulcentium, tormentorum exploſiones, quarum ſtrepitu, & ſulphureo fumante puluere ſalutatur diuina huius ſacramenti maieſtas, ſaltantes choreæ, ac læta tripudia, comœdiarum recitationes, & alia id genus ſigna lætitiæ, & ingenioſa inuenta, quibus oẽs fere Chriſtiani orbis nationes ad exhibendam huic ſacramẽto debitã reuerentiã vtuntur: erectis quoq; in tanto triumpho vexillis, & crucibus, habitæ victoriæ inſignibus, coruſcantibus vndequaq; facularũ infinitarũ ignibus, dum ſacerdotes veſtibus auro intextis ornati, precioſiſſimis ex argento, & auro pyxidibus impoſitũ hoc diuinum ſacramentũ deferunt per vias publicas, & in genua procidentes oẽs Chriſti fideles legitimum ſuum Regem naturalem Dñm, creatorem, & redemptorẽ venerantur, & adorant, gratias agentes iuxta tres gratitudinis gradus, qui a Theologis numerantur, interna videlicet animi cogitatione, externa oris confeſſione, & operis ſatisfactione.

Secunda ratio, quam S. Synodus Tridentina (Conc. Trid. seſſ. 13. c. 5.) aſſignat ad celebrandam tanta cum maieſtate diuini huius ſacramẽti ſolemnitatẽ, eſt, quoniã per illud victoria, & triũphus Chriſti, per Crucẽ aduerſarios ſuos debellantis, nobis ante oculos ponitur: ait enim Tridentina Synodus: ***Hoc diuino beneficio mortis Chriſti victoriã, & triũphum repræſentari.*** Et cum Chriſti victoria tãto ſui impendio, & tanta cum vtilitate noſtra fuerit peracta, iure optimo præcipit Eccleſia catholica cæleſti admonita conſilio, vt nos, quorũ res in hoc ſacramento agitur, memoriã eius repetamus, diẽ feſtum agentes. Adeo ſemper Deo placuit gratitudo, vt quoties aliquod in homines olim conferebat beneficium, illico iuberet diem feſtum inſtitui, vel ſacrificium, ſeu aliud externum lætitiæ fieri ſignum, quod accepti beneficij memoriã, & gratitudinẽ in animis hominum, qui facile obliuiſcuntur, intermori non permitteret. Agnus paſchalis memoria fuit (Exod. 12.) exitus Iſrael ab Aegypto, encænia repręſentabant (Exod. 16.) templi inſtaurationem, vas aureum plenũ manna, ſymbolum erat panis Angelorum, quẽ de cælo miſſum homo manducat. Hinc etiam, ne tam rarũ, & ſingulare beneficiũ (quale fuit Iordanis fluuij ſiſti vndas, (Ioſue 4.) vt ſicco, & tuto pede ſacerdotes trãſirẽt Areã portãtes) obliuione deleretur, imperauit Deus Ioſue, vt viros ex quauis tribu eligeret duodecim, qui ad totius populi conſpectum, duodecim lapides de Iordane erutos eligerent; ſciensque ille, quantum Deo placerent externæ ſignificationes gratitudinis, columnas duodecim in aqua, & totidẽ in terra ſuſtulit, vt vtrobiq; accepti beneficij recordatio vigeret. (Gen. 8.) Scimus egreſſum Arca Noe, ſtatim Deo immolaſſe ſacrificium, quod ſe, ac ſuos ab aquarum eluuione liberaſſet. Notum quoq; eſt, magnum Patriarcham Ioſeph ita gratum Deo ob accepta ab ipſo liberaliter beneficia fuiſſe, vt diceret: (Gen. 45.) ***Deus fecit me dominum vniuerſæ terræ Pharaonis;*** non dixit, conſtituit me Pharao Aegypti Proregẽ, aut ego mihi paraui, vel acquiſiui proprio cõſilio, & viribus, ſed ***Deus fecit me dominum vniuerſæ terræ Pharaonis,*** profitens ab ipſo tantã accepiſſe dignitatem: & quando (Gen. 46.) ei nati filij duo fuerunt, vnum vocauit Manaſſem, quod ſignificat obliuionem laborum præteritorũ, & alterũ Ephraim, qui interpretatur augmentũ in dignitate: itaque ipſis quoque nominibus filiorũ volebat expreſſa eſſe beneficia, quæ a Deo ſuſceperat. Ex omnibus beneficijs, quibus Chriſtus ſuã cumulauit eccleſiam, nullũ maiori cum ſumptu ipſius, & ampliori humani generis vtilitate fuit, quam eius in Cruce pro noſtra ſalute mors; moriens enim dedit

nobis vitam, & filios Dei regenerauit, vt indicauit Iſaias cum dixit: [Isai. 53.] *Generationem eius quis enarrabit?* Quæ verba licet interpretes aliquot de æterna Filij generatione, prout a Patre procedit, & alij de Natiuitate, quando natus de Virgine Matre eſt, intelligant, S. Thomas [Thom. 2. p. q. 1.] Auguſtinum ſecutus declarat de generatione ſpirituali, qua tot filios per mortem ſuam regenerauit. Cuius interpretationis veritatem videtur fulcire ratio, quæ ſtatim ibidem a Propheta ſubijcitur: [Iſa. 53.] *Quia abſciſſus eſt de terra viuentium*; id eſt, quoniam tamquam germen a ſtirpe fuit auulſus; ſtirpi namque ſi vetera germina tollantur, noua ſtatim naſcuntur, & ideo, quia abſciſſus de terra fuit, filios genuit quamplurimos: additque poſtea idem Iſaias: [Ibidem.] *Si poſuerit animam ſuam pro peccato, videbit ſemen longæuum*, hoc eſt, ſi pro mundi peccatoribus morietur, videbit copioſam, & felicem filiorum poſteritatem. Quod ſi quis Philoſophus obijciat iuxtam doctrinam Ariſtotelis, [Arist.] *generationem eſſe opus viuentis a viuente*, atque ideo non potuiſſe a Chriſto moriente generari filios (nã cum generatio ſpiritus non ſit minoris dignitatis, quam corporis, ſicut in hac eſt neceſſarium vitæ principiũ, ſic & in illa) oportebat eſſe viuens principium, non mortuũ. Reſpondeo, etſi Chriſtus moriens, in tempore datam vitam amiſerit; æternam tñ, quę diuinę perſonæ propria eſt, ſemper illæſam retinuit: nam quemadmodum in vite palmitibus amputatis radix vitam non perdit; ita hæc myſtica vitis (nam ita ſe Chriſtus appellat: [Ioan. 10.] *Ego ſum vitis vera*) quamuis mortis falce abſciſſa fuit, & vitam amiſit humanitatis, manſit tamen integra, & intacta quoad diuinitatem. Nunc igitur ad rem noſtram: cum mors Chriſti, qui vitę auctor eſt, nobis vitam attulerit, idque beneficium ſit omnium ampliſſimum, ſtatuit Eccleſia catholica in honorem huius ſacramenti agi diem feſtum, quo memoria mortis Chriſti, victoria, & triumphus repræſentẽtur, ſicut a Tridentino [Synod. Trident. vbi ſupra.] Concilio diximus declaratum: *Hoc ſingulari beneficio mortis Chriſti victoriam, & triumphum repræſentari*. Quæ verba alium poſſunt habere ſenſum, videlicet, quod ſicut Chriſtus patiens, & moriens ſuſtinuit ignominiam; ita nunc mortis iam trophęo glorioſus, per hoc ſacramentum ereptum ſibi indebite honorem tam ſolemni pompæ ſuorum fidelium apparatu recuperet. Habemus reſtituti huius honoris præclariſſimum typum, & propoſito noſtro [Gen. 37. 38. & 39.] conuenientiſſimum in Patriarcha Ioſeph: ille namque Chriſti expreſſa imago fuit, cui Deus acceptas palam iniurias honore publico compenſauit. Inter alias iniurias, quibus Ioſeph affectus fuit, quatuor fuerunt inſigniores; prima eſt, quam retulit Dauid: [Psal. 80.] *Manus eius in cophino ſeruierunt*, & a ſportula portanda famulatus eſt: hoc eſt, in abiecto domus miniſterio. Secunda, quod miſſus fuerat in carcerẽ; tertia, quod vocatus fuerit impoſtor; quarta, quod domina ipſius illum vocauerit proditorẽ, quod eius libidini non fuerit aſſenſus. Quas iniurias Deus in magnos honores cõmutauit. Nam cuius manus, vt dixit Dauid, *in cophino ſeruierant*, [Psal. 8.] ſceptrum Aegypti tenuerunt, & ſigillum regium, quo Regis diplomata ſignabantur. Si miſſus in fœdum, & impurum cuſtodiæ locum fuit, Pharao illum ad tam honorificum culmen, & ad tantum honoris ſplendorem extulit, vt ei dixerit: *Vno tantum regni ſolio te præcedam.* [Gen. 41.] Si fratres eum appellarunt impoſtorem, tota Aegyptus Regis iuſſu nominat ſaluatorẽ; *vocauit eum ſaluatorem mundi*. Ac tandem ſi domina clamat infidum, & illuſorẽ, dicens: *Ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus, vt illuderet me*, [Ibidem.] Pharao ita eum honorat, vt triumphali currui impoſitus clamante præcone, patriæ pater, & totius Aegypti gubernator nominaretur: *Iuſſitque ab omnibus in genua procumbentibus adorari, fecitque aſcendere eum ſuper currum ſuum, clamante præcone, vt coram eo omnes genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Aegypti*. [Gen. 39.] Sic nunc accidit Chriſto: nam ſi tunc magno cum dedecore, & ignominia per vias ciuitatis Hieruſalẽ ab Anna ad Caipham, & ab Herode ad Pilatum raptatus fuit, nunc per vias vniuerſi Chriſtiani orbis magno cum honore, maieſtate, atque apparatus pompa ſolemni deducitur. Tunc tamquam malefactor deſpectus huc, & illuc rapiebatur; nunc ſuper humeros ſacerdotum ſummo reuerentiæ cultu baiulatur. Tunc tamquam fatuus ſibilis acceptus; nunc tamquam Rex muſicis ſalutatur. Tunc Cruce oneratus; nũc triumphali curru impoſitus, tot præconibus laudes eius intonantibus, quot ſunt in Eccleſia Dei cãtores earum: vnde iuſtius, & verius de illo dici poteſt Mardochæi encomium: *Hoc honore condignus eſt, quemcumque Rex voluerit honorare*. [Ester 6.] Tertia ratio, quam dat S. Synodus celebritatis, & ſolemnitatis, quæ huic ſacramẽto impenditur, eſt, *vt eius aduerſarij in conſpectu tanti ſplendoris, & in tanta vniuerſæ Eccleſiæ lætitia poſiti, vel debilitati, & fracti tabeſcant*. Nam vt Poeta Horatius dixit: [Horatius.] *Inuidus alterius macreſcit rebus opimis*. id quod contingit hæreticis, intuentibus auctoritatẽ, & maieſtatem, qua ab vniuerſa Eccleſia Chriſti, præſertim in hoc ſacramento ſuſcipitur, & adoratur. Refert Herodotus [Herod. lib. 4.] apud Scythas fuiſſe cõſuetudinẽ, vt per totum regnum Regis mortui cadauer circũferretur, qua illius intuitu ad dolorẽ animus ſubditorum prouocaretur. Ad hunc modum Eccleſia catholica cupiens ex parte vna mouere fideles ad lacrymas, & dolorẽ ob Chriſti mortem; ex altera vero ad gaudiũ, & lætitiã ob tam ſingulare beneficiũ, quod manere nobiſcũ dignatus ſit, per omnes Chriſtianorũ regiones, viasq; publicas in hoc ſolẽni feſto corpus eius defert, in typo, & figura mortale (quoniã per hoc ſacramentũ mors Chriſti repręſentatur) ſed in ſubſtãtia propria, & in ſe ipſo immortale, ac glorioſum, vt in eo ritu ad lacrymas recordatione ipſius, ad iubilũ autem, in illo ſacramento præſentem, & nobiſcum habitantẽ intuentes, fideles

com-

Digitized by Google

commoueantur.nam vt dixit Concilium Vienneſe: *In hac ſacra commemoratione adſunt nobis ſuauitas, gaudium ſimul, & lacryma.* Cum tamen cauſa mouēs animos noſtros ad planctum ob Chriſti mortē iam præterierit, & lętitia ob eius in hoc ſacramento præſentiam nunc adſit: & vt docet experientia, cum ab obiecto præſente fortius, & vehementius animus afficiatur, ideo in huius ſacramenti feſtiuitate gaudium primas fert, quod quanto magis intra pectora catholicorum augetur, tanto acerbius hæreticorum animi triſtantur, & torquentur, dum intuentur inuitis oculis pompam, & maieſtatem, qua Dominici corporis feſtus dies peragitur. Videtur Tridentina Synodus, cum dixit: *vt eius aduerſarij in cōſpectu tanti ſplendoris, & in tanta vniuerſæ Eccleſiæ lætitia poſiti, vel debilitati, & fracti tabeſcant,* alluſiſſe ad verba Dauidis: *Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet, & tabeſcet:* id eſt, videbūt hæretici ſolemnem pompam, & huius diei regium apparatum, ac furore atq; odio aduerſus catholicos accendentur, fruſtra tamen, nam erubeſcent, & tabeſcent, vt accidit Magiſtratibus Holofernis aduerſus Achior iratis, quod Hebræorum Deum adoraret: quos ipſe paruifaciens, rubore ſuffudit. Simile quoque eſt, quod Michol contigit, quæ Regem Dauidem tripudiantem ante Arcam teſtamenti, quam ſacerdotes magno cum muſicorum apparatu deferebant, videns reprehendit, quam ille erubeſcere fecit, ita reſpondens: *Ante Dominum, qui elegit me, potius, quam patrem tuum, & quam omnem domum eius Iudam:* ita hæretici ſignificati per imprudentem Michol, videntes populum Dei, qui per Dauidem ſignificatur, choros agentem, ludos celebrantem, ac mille gaudij ſpecies edentem, ad feſtum agendum Arcæ, non teſtamenti, ſed Chriſti humanitatis per arcam pręnotatę dentibus ſuis frenunt, & tabeſcunt, nec proficiunt, immo maior inde dolor in eos redundat, quoniam ipſorum contradictionibus tamquam follibus flamma deuotionis populi Chriſtiani magis accenditur. Poterit igitur Chriſtianus populus, quem Petrus vocauit, *genus electum*, non minori cum cauſa dicere cum Dauide: *Ante Dominum, qui elegit me, potius, quam patrem tuum, & omnem domum illius Iudam:* ego Domini mei diem feſtum celebrabo, qui me populum ſuum elegit, & repudiauit Caluiniſmum, Lutheraniſmū, & Atheiſmum, cum reliquis ſectarum delirijs, inuentis a mendacij parentibus, & catholicę veritatis oppugnatoribus: mihi lucem de cælo dedit, illuminans me ad cognitionem veritatis; vos in medijs tenebris Deus errare permittit: me ſuæ menſæ accumbere voluit, vt Angelorum pane nutriar; vos ab hoc conuiuio repellit, ſicut dixit Oſeas: *Separatum eſt conuiuium eorum:* nam panis hic non canibus, ſed filijs traditur, vt dixit Thomas: *Vere panis filiorum, non mittendus canibus.* quare nec micam diuini huius cibi guſtabitis, quod eius diem feſtum agere nolitis; nos autem illo plene fruimur, muſicis, canticis, carminibus, odoribus, floribus, ac vera fide, & charitate illum celebrantes, & adimplentes, quod Dauid prædixerat: *Conſtituite diem feſtum in condenſis vſq; ad cornu altaris.* Hieronymus vertit: *frequentate ſolemnitatem in frondoſis vſque ad cornu altaris*, id eſt, altare ipſum ramis, & floribus ornate: quod non ſolum faciunt catholici, ſed noua quoque accumulant inuenta ad augendam tantæ lætitiæ ſolemnitatem; idque præuidens Oſeas ſpiritu prophetico dixit aduerſus hæreticos: *Quid facietis in die ſolemni, in die feſtiuitatis Domini?* Dauid etiam, quid hæretici in hac Domini feſtiuitate, & ſui corporis inſigni ſolemnitate facturi eſſent, & dicturi deſperatione ducti præſignificauit, inquiens: *Quieſcere faciamus dies feſtos Dei a terra:* procuremus hāc ſolemnitatem abolere, & feſtum corporis Chriſti quieſcere faciamus: quod certe non ſemel tentarunt, negantes Chriſti veram in hoc ſacramento præſentiam, in qua fundat mater Eccleſia cultum, & venerationem, quam huic ſacramento defert. Sed vana fuerunt hactenus illorum ſtudia, inanes cogitationes, & infirmi conatus. Nam ſicut Chriſti ſacerdotium non eſt ad tempus, ſed æternū, vt dixit Dauid: *Tu es ſacerdos in æternum*; ſic diuinum hoc ſacramentum vſque ad ſæculi exitum non terminabitur: *Ecce vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſæculi:* & conſequenter nec terminabitur feſtiuitas, qua illud Eccleſia non minori ſuo commodo, quam honore Chriſti veneratur. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

Conc. Vien. vbi Clem. 5. — Conc. Trid. vbi sup. — Ps. 101. — Iudith. 6. — 2. Reg. 6. — Ibidem — Oseas 4. — D. Th. — Psal. 117. — D. Hieron. — Oseas. 4. — Psal. 73. — Psal. 109. — Matt. 29.

Homilia XXV.

Diuini huius ſacramēti frequentatio ſuadetur ex locis ſacræ paginæ, Conciliorum, canonum Apoſtolicorum, ſanctorum Patrum, & Theologorum Scholaſticorum argumentis, efficaciſſimisq. rationibus, & contrariū docentes, refutatis illorum rationibus, reprehenduntur.

QVod aggredior tractandum argumentum, non ſolum hæreticos, verum etiam multos ex catholicis habet aduerſarios, qui ſimulata religione, & ficto zelo venerationis, quæ tam ſublimi ſacramento debetur, eius damnant frequentationem: plurima tamen, quæ a nobis producentur teſtimonia

Digitized by Google

nia docebunt,quantum a Chriſtiana pietate,& religioſo cultu, qui huic diuino ſacramento exhiberi debet, abhorreat. Cum vero ad id perſuadendum non leue ſit argumentum, quod aſſumitur a figuris, quibus olim hæc veritas præſignificata fuit, primum ſit teſtimonium, miſſum cælitus manna, diuini huius cibi typus, quod quotidie Deus colligi iubebat, ad ſignificandum ſtudium,& aſſiduitatem,qua diuinum manna ſanctiſſimi corporis Chriſti frequentare debemus. Vnde naſcentis Eccleſiæ tempore huius ſacramenti cultus, & reuerentia florentior erat, ſicut conſtat ex Actis Apoſtolicis cap.2. *Erant perſeuerantes* in communicatione fractionis panis; & verba, quę paulo poſt ſequuntur: *Quotidie frangentes panes circa domos,ſumebant, cibum cum exultatione,& ſimplicitate cordis,collaudantes Deum*, multi interpretantur de quotidiana corporis, & ſanguinis Chriſti communione, quam teſtatur Hieronymus plures annos inter Romanos, & Hiſpanos in vſu fuiſſe: quod & noſtra adhuc ætate ſub Imperio Presbyteri Ioannis apud Indos obſeruatur, vbi vnius tantum Miſſæ fit ſacrificium, & qui adſunt omnes Euchariſtiam accipiunt. Præterea Chriſti verba: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, de huius etiam ſacramenti ſumptione intelligenda, ſentiunt Auguſtinus de ſermone Domini in monte, Hieronymus contra Pelagianos, Petrus Chryſologus, Cyprianus,& Tertullianus in expoſitione orationis Dominicæ; hincq; S.Thomas ait: *Quando magno vigebat deuotio fidei, ſtatutum fuit, vt quotidie fideles communicarent*; quod etiam conſtat ex c. Epiſcopus. de conſecratione, diſtinctione 1. vbi referuntur verba epiſtolæ Papæ Anacleti, in hunc modum: *Peracta conſecratione,communicent,& qui noluerint, Eccleſiaſticis careant liminibus, ſic enim & Apoſtoli, & ſancta Romana tenet Eccleſia*. Quæ conſtitutio inuenitur in canone decimo de conſtitutionibus Apoſtolicis, tomo 1. Conciliorum. Et Dionyſius Areopagita, qui tempore vixit Apoſtolorum, teſtatur nolentes in Miſſa,quam audiebant,accipere Euchariſtiam, expelli ab Eccleſia ſolitos,tamquam excômunicatos. Tridentina Synodus admonet, & hortatur ad huius ſacramenti frequentationem; ſeſſ. enim 22.c.6.ait: *Optat ſancta Synodus, vt ſingulis Miſſis fideles adſtantes communicarent*. Veniamus igitur nunc ad Eccleſiæ Catholicæ Patres, & magiſtros; & quid ipſi nos admoneant, inſpiciamus. Sanctus Ignatius in epiſtola,quam ſcripſit ad Epheſios, eos hortatur ad Euchariſtiæ aſſiduam acceptionem.& ſanctus Ambroſius in lib.de ſacramentis ait: *Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis? quotidie accipe, vt quotidie tibi proſit; ſic viue, vt quotidie merearis accipere*. & loquens de ſanguine Chriſti,dixit: *Qui ſemper pecco debeo ſemper habere medicinam*.& S.Hilarius ait,vt refertur in cap. Si non ſunt.de conſecratione diſt.2. *Si non ſunt tanta peccata,vt excommunicetur quis, non ſe debet a medicina corporis, & ſanguinis Domini ſeparare*. Quæ verba & apud Auguſtinum, & Bedam ſuper Epiſtolam ad Corinthios reperiuntur; idemque Auguſtinus in ſermone Domini in monte, & ſermone 28. de verbis Domini, & pluribus alijs locis eandem amplectitur doctrinam: cui & S. Bonauentura, & communis Theologorum opinio ſuper quartum ſententiarum diſt. 12. vnanimiter adhæreſcunt. Qua de re Angelici Doctoris S. Thomæ verba ſunt: *Quia quotidie homo indiget ſalutifera Chriſti virtute,quotidie poteſt laudabiliter hoc ſacramentum ſuſcipere*. Dicentibuſque audaciam eſſe frequenter accedere ad hoc diuinum ſacramentum,reſpondet: *Non eſt audacia quotidie accedere, ſed indigne accedere*. Qui vero ſe tuētur,& excuſāt humilitatis prętextu, audiant verba Gregorij,a S. Thoma in loco iam adducto relata: *Illa eſt vero humilitas, quæ ad recipiendum quod vtiliter præcipitur pertinax non eſt*. Et qui prætexūt timorem, verbis Petri vtentes: *Exi a me Domine, quia homo peccator ſum*, in memoriam reuocent, quid concluſerit Auguſtinus in quæſt. propoſita, vtrum melius eſſet huic menſæ per amorem aſſidere, vel per timorem ſeparari: ait enim ab amore ſtans: *Amor, & ſpes,ad quæ ſemper Scriptura nos prouocat, præferuntur timori. vnde & cum Petrus dixiſſet: Exi a me Domine,quia homo peccator ſum: reſpondit Ieſus: noli timere*. Idemque Doctor animum faciens,ita timidis inquit: *Securus accede. panis eſt, non venenum*. Qui propter reuerentiam,& honorem,qui tam excellenti ſacramento debetur, ab eius aſſiduo vſu abſtinent, audiant Cyrillum dicentem: *Sciant igitur baptizati homines, ſi longo temporis ſpatio propter ſimulatam religionem myſtice communicare Chriſto recuſent, ab æterna ſe vita procul repellere; quippe recuſatio huiuſmodi quāuis ex religione proficiſci videtur, & ſcandalum facit, & laqueos inſtituit*. Qui denique Auguſtini dictum vſurpant, quod refertur de conſecratione diſt.2.cap.13. *Quotidie Euchariſtiæ communionem accipere nec laudo, nec vitupero*, aduertere debebant, ſicut explicat ſanctus Thomas in art.10.loci ſuperius allegati, illic non loqui Auguſtinum de pijs hominibus, & religioni intentis, ſed de his, qui negociorum ſæcularium curis, diuitijs, & honoribus addicti diſtrahūtur,de quorum quotidiana communione ait: *nec laudo,nec vitupero*. Sed eſt valde notandum, ex hac Auguſtini ſententia damnari eos, qui aduerſum ſacramenti Euchariſtiæ aſſiduum vſum latrant: nam cum magnus Eccleſiæ Pater Auguſtinus communionem quotidianam damnare non auſus fuerit in mercatoribus, & negocia tractantibus, ipſi audent improbare illā etiā in ijs, qui ab omni negociorū ſtrepitu liberi,& quieti ſunt:& quod plus eſt, cum Auguſtinus non damnet in negociatoribus ſupremum quotidianæ communionis gradum, ipſi eam reprehendunt in his, qui negocijs non implicantur, moderatam communionem, qualis eſt, quæ ſingulis octo vel quindecim diebus fit. At ſi ad hoc ipſum proban-

Marginalia: Exod. 16. — Act. 2 — Ibidem — Hieron. in epist. ad Luc — Suarez 3. p. q. 80. dis. 5. sect. 3. — Matth. 6. — Aug. lib. 2. cap. 11. — Hieron. — Petr. Chrys. serm. 68. — Cypr. — Tertull. — S. Th. 3 p. q. 80. art. 10. — Dion. Areop c. 3. de Eccl. hierarch. — Trid. Synod. — S. Ignatius. — Ambr. c. 4. lib. 4. — Hilarius vt r. c. Si non sunt d. 2 — Aug. Epist. 118 Beda super Epist. 1 ad Corin. — Aug. To. 10 — S. Th. q. 80. art. 10. — Chrys. hom. super epist. Paul. — D. Gregor. — Luc. 5. — D. Aug. — Ibidem. — Aug in tra. 26. — Cyr lib. 4. in Ioan. c. 37.

bandũ rationibus vti velimus,variæ,ac multiplices illę ſunt,quibus hęc doctrina roborabitur. In primis dnctu naturæ docemur conſonũ eſſe rationi,ne a liqnando erremus,ſequi in actionibus noſtris tamquam regulam certiſſimam Eccleſiæ catholicæ antiquam conſuetudinẽ, Patrumque doctrinam, iuxta Hieremiæ
Hierem. 9. verba: *Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea*. quare cum ex Eccleſiæ vſu, & ſacrorum Doctorum, quos iam citaui, concordi doctrina liqueat, magnam in Eccleſia quondam fuiſſe huius ſacramenti frequentationem, iudicauerim illorum opinionem ſuſpectam, & male ſonantem, cum per illam damnetur,quod viri, & ſanctitatis, & integerrimæ conſcientiæ, ac ſapientiæ laude commendati vnanimes amplectuntur. Quod ſi ſecundo propter aſſiduitatem culparum, in quas labitur, quis ſibi videatur indignus, & non diſpoſitus ad hoc diuinum ſacramentum, octo, vel quindecim dierum ſpatio recipiendum,multo magis indignus, ac minus diſpoſitus erit tranſacto vnius anni curriculo: nam ſi propter vnius hebdomadis peccata ſibi videtur indignus,multo erit indigniot vnius an-
Ambros. l. 4 de sacr. c. 4. ni peccatis irretitus; qua ratione nititur Ambroſius cum dixit: *Qui non meretur quotidie accipere,non meretur poſt annum*. Tertio,nonne imprudens eſſet, qui rogatus, cur ad ignem non accederet,reſpõderet,non accedo, quia frigeo, cum ea potius de cauſa multo magis deberet accedere? Similiter etiam imprudens eſt io hac re,de qua diſſerimus, qui dicit ſe non frequenter communicare, quoniam tepidus vel frigidus eſt: nam aceſſio ad huius ſacramenti diuinum ignem vnicum eſt remedium ad frigus animi,& in virtute,ac pietate lãguorem
Bonau. process. 7. c. 2. depelleodum; vode noſter Pater Bonauentura in libro titulum habente de proceſſu religionis, ita ſcribit: *Licet tepide accedens, fiducialiter confide de miſericordia Dei, quia quo magis æger, magis indiget medico*. Quarto,quoniam communicandi voluntas cum bona mentis diſpoſitione coniuncta, oon minus habet meriti, quam voluntas abſtinendi propter timorem, præterquam quod non communicaotem excedit communicans in fructu, quem ex communione recipit. Vltimo, quia diuioum hoc ſa-
Ioan. 6. cramentum datur nobis ſub imagine alimenti: *Caro mea vere eſt cibus*, nec cuiusuis alimenti, ſed panis, cuius vſus eſt omnium fre-
Ibidem. quentiſſimus: *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*; ergo ſicut cibi frequentatio ad corporis vitam ſuſtentandam neceſſaria eſt;ſic diuini huius ſacramenti aſſiduus vſus. Vnde ſan-
Thomas. ctus Thomas in loco ſuperius allegato, quod modo diximus, teſtatur his verbis: *Sicut cibus corporalis quotidie ſumitur, ita & hoc ſacramentum quotidie ſumere laudabile eſt*. Quemadmodum igitur, qui pluribus diebus ordinario victu non reficeretur, naturalem virtutem amittens,omnino periret; ſic anima noſtra ſi obliuiſcatur diuini huius cibi ſumere alimentum, manifeſto mortis periculo ſe objicit, ſicut docent verba Dauidis: *Aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum*. Quæ verba licet Ps. 101.
Gregorius, Auguſtinus,& Gloſſa ſuper Pſalmos Greg. Aug.
explicent de verbo Euãgelij, iuxta illud Chriſti: *Non de ſolo pane viuit homo, ſed de omni verbo, quod procedit de ore Dei*; quorum ſententia Matt. 4.
fundari poteſt in interpretatione Chaldaica, Chal. inter.
ita verba prædicta vertente. *Quoniam oblitus ſum legem doctrinæ tuæ*. & licet etiam alij cum Incognito ſuper eundem locum interpretentur de ſame, quam populus Iſrael perſequente 1. Mach. 6.
Antiocho tolerauit;ac tandem etſi non deſunt, qui eadem verba declarant de dolore, quo propter peccata ſua Dauid conficiebatur, qui adeo magnus erat, vt quemadmodum ſtudio litterarũ nimis deditis ſtomachus ſolet debilitari, quoniam ſpiritus ad intellectum pertinentes, qui reſident in capite, cum a vitalibus & ſenſitiuis generentur, hi vt illis præſto ſint, ſtomacho deficiunt; ſic Dauidi animi ſui vires in ſuarum culparum deteſtationem intendenti,memoria deerat ad ſolitum corporis cibum capiendum, ideoque dixit: *Aruit cor meum,* Ps. 101.
quia oblitus ſum comedere panem meum. Quibus verbis, quamuis prædictæ omnes interpretationes accommodari valeant; doctiſſimi tamen Caſſiodori, & Nobilei interpretatio, quæ allegorica eſt, oostro propoſito magis cõuenit: qui per panem illum intelligunt ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramẽtum: atque ita ſenſus erit, Dauidem prænoſcendo incommoda, quæ Chriſtifidelibus euenire poterant, quod non hoc diuinę Euchariſtię cibo reficerentur,dixit,perſonam gerendo ſingulorum: *Aruit cor meum,* Ibidem.
quia oblitus ſum comedere panem meum. debilis aridusque ſum, & omni ſucco deuotionis caret cor meum,quoniam diuinum panem manducare oblitus ſum.Cui interpretationi coouenitunt verba Chriſti, dicentis: *Niſi manducaueritis* Ioan. 6.
carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vnde eſt, vt Paulus, qui optime hoc damnum cognouerat, hortetur Hebræos ad frequentem Dominici cor- Paul. ad
poris ſumptionem, his verbis: *Beneficentiæ au-* Hebr. c. 13.
tem,& communionis nolite obliuiſci. Non ignoro nonnullos interpretes per communionem interpretati communicationem bonorum, quæ pauperibus impertimus; alij tamen dicunt id ab eodem Apoſtolo fuiſſe præceptum nomine, *beneficentiæ*,& cum addat, *Talibus enim ho-* Ibidem.
ſtijs promeretur Deus, non loqui de vno tantum, ſed de pluribus operibus, quæ ſunt eleemoſyna, & Dominici corporis communio: & ideo ſimul vtrumq; opus præcepit, vt Dei amorem, & proximi pariter commendaret: quoniam Dei amor per Euchariſtiæ communionem, qua iungitur homo Deo,& amor proximi per eleemoſynam, qua ei ſuccurrimus, exercetur. Et quoniam ſicut Euchariſtia eſt fidei myſterium, vbi contra iudiciũ ſenſuum credimus ſub accidentibus panis latere Chriſti carnem: ita eleemoſyna habet aliquid fidei: nam ſub pan-

norum

Digitized by Google

norũ vili tegumento dum pauperi eleemoſyna porrigitur, ipſimet Chriſto porrigi credẽdũ eſt, *Matt. 26.* ſicut ipſe dixit: *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Redeuntes igitur ad principale huius homiliæ propoſitũ, ad explicandum nempe grauiſſimum damnum, quod diuini huius panis inopia nobis adducit, vellem, vt hinc cognoſcant, qui eius damni cauſa ſunt, reuocãdo fideles ab Euchariſtiæ frequentatione, hoc malum tam eſſe perniciosum, vt animæ noſtrę afferat vltimum interitum, ſicut in ſenſu ſpirituali *Eccl. 34.* dixit Eccleſiaſticus: *Panis egentium vita pauperum eſt, qui defraudat illum homo ſanguinis eſt*; vocat panem pauperum diuinum hoc ſacramentum, quod ſpiritu pauperibus inſtitutum *Psal. 67.* fuit: *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus*, non ſuperbis mundi diuitibus, ſicut dixit D. *D. Th. vt refert. in off. diuino. corp. Chriſti. lect. 7.* Thomas: *Faſtidioſos diuites dimittens inanes.* Qui ergo, vt ait Spiritus ſanctus, defraudat fratrem ſuum fructu diuini huius panis, iure dicendus homicida, ſeu *vir ſanguinis eſt*, atque ita dicere contra illum poſſumus, quod olim *Amb. vt refert. d. 86. Iob. 22.* Ambroſius, vt refertur diſt. 86. *Paſce fame morientem, ſi non paviſti, occidiſti*; Deuſque ab eo rationem exiget, dicens, vt legitur apud Iob: *Eſurienti ſubtraxiſti panem*: tibi, fratris tui mortem imputo, quoniam ſubtractione panis, & alimenti ad vitam ſuſtentandam neceſſarij ipſam pariter ei vitam eripuiſti. Aequiparantur huiuſmodi homines Holoferni, qui Bethuliam dum obſidebat, vt aquæ inopia ciues *Iudith 7.* laborarent, *incidi præcepit aquæductum illorum*: & cum aquęductus, per quos Deus aquam gratiæ ſuæ mentibus noſtris transfundit, ſint ſeptem Eccleſiæ ſacramenta, annituntur, quoad poſſint, hos aquæductus obſerare, quod aſſequi cum non valeant, tentant impedire accedentes ad claram gratiæ aquam participandam. Sed vt id genus homines intelligant, quam prauo fungantur officio, a diuini huius ſacramẽti aſſidua participatione, fidelium animos auocando, nouerint vnum ex grauiſſimis damnis, quæ Daniel ab Antichriſto contra Eccleſiam facienda commemorat, fore diuini huius cibi prohibitionem, & publicum huius ſacrificij *Daniel 12.* interdictum, & abrogationem: *Cum ablatum fuerit ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem*; iuxta quem ſenſum interpretantur *Hieron. in com. ſup. Daniel. Iren. l. 5. aduer. hæret. Primas. ſup. cap. 13. Apoc.* hunc locum Hieronymus, Irenæus, Primaſius, Hippolytus Martyr, qui in oratione titulum habente de conſummatione mundi, dixit: *Precioſum corpus, & ſanguis Chriſti non extabit in diebus illius.* Si ergo noſtro iam tempore ſunt, qui corporis, & ſanguinis Chriſti frequẽtem vſum impediunt, & contra illum obmurmurant, quid eos eſſe putauerim niſi Satanæ inſtrumenta, inferorum nuncios, Antichriſti præcurſores, qui eius mandato viam parant, & ſternunt, vt inueniens catholicorum animos in hoc ſacramento frequentando tepidos, & negligentes, poſſit facilius ſummum frigus, ignauiam, & faſtidium inducere? quale Iſraelitæ habuerunt ſuper manna, quod fuit huius ſacramenti typus, cum dixerunt: *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo.* *Num. 21. Reg. 14.* Recordor me legiſſe in libro 1. Regum, quando Rex Saul imperauit ſuis, vt a cibo prorſus abſtinerent, donec ipſe optatam vindictam ab hoſtibus acciperet, Principem Ionatham fame fatigatum, & animo languentem guſtauiſſe fauum mellis, *& illuminati ſunt oculi eius*: dictumque ſtatim ei fuit, quod Saul Rex præcepiſſet de non comedendo: qui rñdit, maiorem fore ſtragem aduerſus hoſtes, ſi vniuerſus etiam exercitus similiter comederet. Nunc ad rem: ſi forſitan modo aliquis ſuperſtes, & heres Regis Saul eſt, qui ſpecie religionis, & reuerentiæ vobis ſuadere procuret diuini huius cibi abſtinentiam, certum habetote, illum fraudulenter vobiſcum agere; nam ſi tamquam Ionathas hunc diuini mellis fauum, vt par eſt, repurgatis conſcientiæ ſordibus, comederitis procul dubio fidei oculi vobis illuminabuntur, ſpei alacritas erigetur, charitatis feruor inflammabitur, & magnam hoſtibus veſtris cladem inferetis. Deeſt tamen nobis ad homilię huius complementum ſatisfacere interrogantibus, quænam regula ſeruanda ſit, ne labamur in huius ſacramenti frequentatione, cum varij eius gradus exiſtant. Quibus reſpondeo primum, quod quemadmodum in omnibus rebus fugienda ſunt extrema, ſic etiam in re, de qua loquimur, propter periculum, quod in quolibet extremorum reperitur: in cuius rei typum ſcimus quondam iuſſiſſe Deum, vt ipſo amicum ſuum Moyſem allo- *Exod. 19.* quente populus nec accederet nimis ad montem, nec nimis procul abeſſet; quoniam procul a Deo ſeparari vtile eſſe non poterat, nec ſecurum nimis monti appropinquare propter ignem, qui ab illo deſcendebat: ad quem etiam modum ego aio in hac re nobis eſſe faciendum. Nec enim eſſe debet huius ſacramẽti frequentatio tam aſſidua, vt eius reuerentia minuatur; nec tam rara, vt mirabilibus eius effectibus, ac fructibus frui non poſſimus. Mediocritas eſt laudabilis, quæ ideo aurea vocata eſt ab Horatio, & illo verſiculo celebratur: *Horatius l. 2. Oda.* *Mediũ tenuere beati.* Sed qualis hæc eſſe debeat mediocritas, & quę regula ſit obſeruãda, incertũ eſt: nam cum & egeſtas, & deuotio in omnibus non ſit æqualis, nec eadẽ, aut ęqualis regula omnibus conueniet: quare nullũ poterit eſſe ſapientius arbitrium, quã prudentis confeſſarij cõſilium. Nã ſicut medicus eſt, qui præſcribit ęgroto quoties comedere debeat, & huic ſemel, alteri bis, alij ter vt comedat præcipit, pro ægrotantis indigentia; ſic ſpiritualis medicus, cum tetigerit pulſum animæ, & explorauerit deuotionem, & affectum illius, debet imperare frequentiorem, vel rariorem huius diuini cibi ſumptionem. Hinc colligo cum S. Ioanne Chryſoſtomo, non eſſe regulam ſufficientem ad *Chryſ. in or. de S. Philog.* corporis Chriſti communionem diei feſti ſolemnitatem, ſed conſcientiæ puritatem, & candorem. verba Chryſoſtomi ſunt: *Communionis tempus non eſt feſtum atq; celebritas, ſed conſcientia*

tia

Digitized by Google

ſia pura vitaque a peccatis repurgata. vnde etiã non aduenientc feſto, dummodo quis recte diſpoſitus ſit, ſi Euchariſtiam ſumat, eius ſumptionẽ minime damnabo, vtpote quod in illius vtilitatem, & gloriam Chriſti futuram crediderim. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

Homilia XXVI.

De neceßaria diſpoſitione ad hoc diuinum ſacramentum digne recipiendum, & de pœna, qua Deus punit indigne communicantes.

Gen. 35. SAcrarum litterarum hiſtoria narrat in Geneſi, Patriarcham Iacob, cum ad ſacrificandum Deo pergere vellet, ſuis declaraſſe, quam habere deberent animi, & corporis diſpoſitionem ad ſacrificium digne offerendum, & tantæ religionis actionem
Gen. 35. exercendam: *Abycite*, inquit, *deas alienos, mundamini, mutate veſtimenta*. Itaque ad capita duo reducitur hęc a Iacob aſſignata diſpoſitio, ad internam mentis, & externam corporis puritatem: quare ſi ſacrificia illa, quæ huius vmbra, & typus fuerunt, tantum ab offerentibus petebant Dei iuſſu candorem, qualem, & quãtum ipſa veritas figuris illis ſignificata a nobis exiget nitorem, & ſanctitatem? Panes Propoſitionis, qui corporis Chriſti typus fuerunt, in loco ſacro, iubente Deo, comedebantur,
Orig. hom. 31 quod, vt explicat Origenes ſuper Leuiticum, ſignificabat, pectus humanum, intra quod diuinum hunc panem claudimus, eſſe oportere puriſſimum: id enim ſignificat ſanctum, id eſt, ſine terra, & abſque aliqua miſtura terreſtris
Exod. 16. affectus. Manna quoque diuini huius cibi figura ne terram tangeret, rore cælitus prius miſſo, excipiebatur, atque ita ſuper locum mundum, ac rore contectum, tamquam ſuper candidas mappas, illabebatur: iubenſque
Leuit. 1. Deus in Leuitico, vt diligenter victimarum, quæ ſibi offerrentur, viſcera lauarentur, manifeſte docebat puritatem internam, qua nobis opus eſt, vt Deo communicemus. Pro qua re obſeruatione dignum eſt, quod quamuis Chriſtus in ſtabulo, aranearum telis onuſto, & in præſepio fœni pleno natus fuerit, totumque vitæ ſuæ ſpatium magna in paupertate percurrerit, ac tandem vitam finierit in Caluariæ loco immundo, quippe qui cadauerum oſſibus, & alijs immunditijs erat refertus; ad hoc tamen ſacramentũ inſtituendum, & dandum diſcipulis ſuis locum elegit amplum, & pulchrum
cœnaculum, vt ſcriptum eſt: *Demonſtrabit vobis cœnaculum grande ſtratum, illic parate*; daturuſque eiſdem calicem ſui ſanguinis, non contentus argenteo poculo, lapidem elegit precioſum coloris punicei, & cærulei, quem vocant agatham, quæ noſtra adhuc ętate in templo Valentinæ ciuitatis in Hiſpania aſſeruatur. Hec omnia eo dirigebantur, vt ſignificarent ornatum, & nitorem, quẽ ſecum afferre debet, qui huic diuinæ menſæ aſſidere voluerit. Refert Ammianus, inſignem Philoſophum Periclem interrogatum, cur ſe contra conſuetudinem ſuã tam diligẽter, & curioſe ornaſſet iturus ad cuiuſdam pulchri adoleſcentis nuptias; reſpondiſſe: *Vt pulcher ad pulchrum vadam*. Cum autem ſit Chriſtus ipſamet puritas, & pulchritudo, manifeſtum eſt, vt ei communicemus, & conuerſemur, præſertimque in hoc diuino ſacramento, per quod fit tam arcta communicatio vt ipſum noſtris corporibus inſeramus, neceſſarium omnino eſſe cordis, & mentis noſtræ exquiſitum ornatum, & ſingularem elegantiam. Quod etiam docet nomen *Euchariſtiæ*, quæ ſignificat bonam gratiam, cuius fonte Chriſto exiſtente, æquum erit, vt Euchariſtiæ ſacramentum adeamus bonam gratiam habentes. Ad hoc ipſum alluſit, quod ſcribitur in Euangelio de conuiua, qui vocatus ad nuptias, quoniam non eſt vſus vrbanitate Periclis, veniens abſque veſte nuptiali, & ornatu corporis nuptijs conuenienti, foras eiectus audiuit magno cum pudore: *Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* Iacob ſui patris adepturus benedictionem, & pacis oſculum ei daturus mutauit veſtimenta, induens ſe fratris precioſis veſtibus a matre acceptis: & veſtibus Eſau valde bonis, quas apud ſe domi habebat, induit eum. Paulus Apoſtolus ad Romanos dixit, Chriſtum eſſe fratrem noſtrum natu maximum: *Vt ſit primogenitus in multis fratribus*, eiuſque indumentum dixit Dauid eſſe pulchritudinem: *Dominus regnauit, decorem indutus eſt*: quo decore, & pulchritudine indui debet, qui ad hoc diuinum ſacramentum acceſſurus eſt. Quod & demoſtrant principio relata verba Iacob, famulis ſuis ituris ad ſacrificandum dicentis: *Mutate veſtimenta*. Neminem latet inter Romanos viguiſſe conſuetudinem, vt veſtibus candidis ad conuiuia venirent, cuius ritus cauſa erat, quod apud omnes nationes menſæ ſacræ habebantur, & infamiæ imputabatur, ſi quis inter epulandũ dolos, & fraudes meditaretur, ſicut dixit Cornelius Tacitus: *Inter ſacra menſæ*, ad perfidiam, & crudelitatem Neronis in occiſione Britannici declarandam. Vtebantur ergo Romani albis veſtibus dum conuiuabantur, quoniam albedo ſymbolum ſinceritatis eſt: ad quorum menſas ſi neceſſaria erat, vt diximus, ſinceritas animi, omni carens labe malitiæ, quid mirum ſi eam Chriſtus à tam diuini epuli conuiuis nunc poſtulet?

Marc. 14. — Ammia. de Pericl. Philoſopho. — Matt. 22. — Ibidem. — Gen. 27. — Rom. 8. — Psal. 92. — Gen. 35. — Corn. Tacit.

D. Hieron. let? Sacri Doctores in hac re tanta loquuntur cum exaggeratione, vt S. Hieronymus in quadam epiſtola dixerit: *Cum me nocturnum phantaſma deluſerit, baſilicas Martyrum intrare non audeo*. Abulen. Reg. 6. Abulenſis agens de peccato Ozæ, quando illum Deus coram populo puniuit, adducit ex doctiſſimis Hebræorum cauſam punitionis fuiſſe, quod poſtquam nocte illa rem cum vxore habuerat, Arcã Dei tangere auſus fuit. Si ergo Deus id ita ſeuere iudicauit puniendum, quid faceret ſi ipſammet Chriſti carnem, Conc. Eliber. c. omnes de cons. dist. 2. & ſanguinem tetigiſſet? Concilium Elibertinum, vt refertur in cap. Omnes. de conſecrat. diſt. 2. admonet coniuges, vt communicaturi per octo ante dies, vel ſaltem tres, aut quatuor a coniugij officio abſtineant: *Omnis homo ante communionem a propria vxore abſtinere debet, tribus, aut quatuor, aut octo diebus*. Quod etiam Aug. serm. 116. & 224. Hier. l. 1. contra Iouin. Dion. can. 2. Auguſtinus, & Hieronymus conſuluit. Et Dionyſius Alexan. in epiſtola ad Baſilidem, tãtam ait eſſe oportere animi, & corporis puritatem, ad hunc diuinum cibum manducandũ, vt menſtruis infectis mulieribus ad altare communionis interdicat acceſſum: *Si piæ, & fideles ſint, non debent ſic affectæ attingere corpus, & ſanguinem Domini*. Huius enim ſacramenti tanta eſt puritas, vt ad illud non ſolum magno animi, ſed etiam corporis nitore accedere omnino conueniat; idque adeo verum eſt, vt in ipſo Ciprian. quoq; habitu, & veſtitu petat Cyprianus elegantiam, & ornatum: *Placendum eſt*, inquit, *diuinis oculis etiam in habitu*. Huc etiam facit ad puritatem maxime internam ſuadendam Salom. prou. cap. 23. illud Salomonis: *Quando ſederis, vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo*. Inauditum certe loquendi genus: nam culter manu capi ſolet ad ſcindendos cibos, non gutturi apponi ad inferendam cordis conſternationem, qua omnino cibi tolleretur appetentia. Litteræ ſenſus hoc in loco eſt, per Salomonem a Deo inſtitui, & doceri ruſticum, ignarumque aulicæ conſuetudinis, & ritus, quem conuiuio exceptus obſeruare debet; ob idque vrbanitatis ei regulas, ac leges præſcribit; quarum prima eſt, vt æſtimet cibos ſibi appoſitos: ſecunda, vt ſtatuat gutturi cultrum temperantiæ, qua procliuem ciborum appetitum, ac ſine lege ruentem libidiné coerceat, & moderetur. Sed in ſenſu allegorico Spiritus ſan- Prou. 23. ctus alloquitur diuinæ huius menſæ conuiuas; vnde alia translatio legit: *Cum ſederis ad menſam potentis*, id eſt, ad menſam Chriſti, qui per excellentiam potens dicitur, *attente conſidera, quid tibi apponat comedendum*. Duo genera bonorum ego in Chriſto conſidero, quædam intrinſeca, & naturalia, qualia ſunt, quæ ipſum Dei Filium naturalem conſtituunt, nempe diuinam eius perſonam, naturam, bonitatem, omnipotentiam, & ſapientiam, quibus reliqua diuinorum attributorum multitudo accumulatur. Alia ſunt bona externa, inter quæ nonnulla ei data fuerũt gratis, qualis eſt vnio hypoſtatica, habitualis gratia, & quas vocant, gratis datas, cum ceteris donis, quibus Chriſti anima locupletata eſt. Sunt & bona, quæ dicuntur acquiſita ipſius virtuté ac viribus, id eſt propria eius merita, cum alijs bonis, quæ ipſe ſibi lucratus eſt: quæ omnia bona, cibi huius exhibitio in Euchariſtiæ ſacramento nobis communicat, quod tantæ celſitatis, ac diuinitatis eſt, vt ſi Deus abſque eo, quod nobis dat, maneret, exinaniri eum, & exhauriri prorſus neceſſe foret. Quamobrem ſi tanta huius cibi dignitas, & maieſtas eſt, iure petit Deus, vt qui ad hanc menſam venire intendit, diligenter, quid ſibi apponatur, animaduertat: *Cum* Prou. 23. *ſederis ad menſam potentis, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam*: eleua paropſidem, & plurimi fac regales dapes, quę tibi licet indigno latentèr apponuntur: contemplare attentus illarum excellentiam, & precium inæſtimabile. Id ſi feceris, ſecundæ ſtatim legi obtemperabis, quæ inquit: *ſtatue cultrum in gutture tuo*, id eſt, arripe cultrum mortificationis, quoniam quicumque hanc menſam frequentare deſiderat, cultro ſubijcere debet omnes ſuorum ſenſuum affectus, delectationes, & voluptates mundi ſapore aſperſas. Niſi dicere velimus, ex illa diuini huius cibi conſideratione futurum, vt tali animi diſpoſitione hoc ſacramentum quiſque adeat, ac ſi eſſet ſub patibulo, & gutturi culter vitam erepturus immineret, ſtatimque de toto vitæ ſuæ ſpatio rationem Deo eſſet redditurus. Optime nouerat Apoſtolus, quantum hoc genere diſpoſitionis nobis opus eſſet, cum dixit: *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat*, hoc 1. Cor. 11. eſt, ineat ſecum homo rationem, & attendat, debeatur ne ſibi, an debeat: nam ſi debitis eſt oppreſſus, ſoluere prius tenetur; ſi debetur ſibi, poteſt illico ingredi ad recuperationem, & exactionem; quippe diuinum hoc ſacramentũ eſt tamquam ſacculus Beniamin, habens triti- Genes. 44. cum & argentum; triticum ad animæ ſuſtentationem, nempe Angelorum panem, qui eſt Chriſtus; & argentum precioſiſſimum, quod eſt eiuſdem meritum infinitum, quo facile quiſque poterit æterno Patri ſatisfacere. Poſſumus & aliter explicare Apoſtoli verba dicẽtis: *Probet autem ſe ipſum homo*, id eſt, examinet 1. Cor. 11. ſe ipſum homo, & ſuam ponderet dignitatem, vel indignitatem, inſpiciatque attente, numquid mereatur A, litteram approbationis, qua debeat admitti ad huius menſæ conuiuium, an R, notam reprobationis, qua tam diuino conuiuio indignus declaretur: *& ſic de pane illo edat & de calice bibat*. Sed notandum, & ponderandum eſt verbum, quo vtitur Apoſtolus, inquiens: *Probet autem ſe ipſum homo &c.* Videtur enim loqui contra, ac res ſit: cibus enim probari, ſeu guſtari ſolet, non ipſe, qui illum comeſturus eſt. Ita quidem primo apparet aſpectu, ſed modo his non eſt locus: nam cum probatio, ſeu libatio alimenti a coquo ſit facienda, vt experiatur condimenti qualitatem,

& ci-

& cibus hic ſupremo gradu ſaporis, vtpote diuinus, conditus ſit ex carne, ac ſanguine Dei, nõ eget præuia ipſius probatione, ſeu libatione, ſed neceſſe eſt, vt ille, qui guſtaturus eſt, ſe probet, diſcutiens, ſitne ſincerus animo, & cõſcientia purus: ideo namque dixit Apoſtolus: ***Probet autem ſe ipſum homo.*** Quam doctrinam ille ab his, quæ in cœna Dñi geſta fuerunt, didicit: nam etſi ei non interfuerit, eorum quæ illic facta ſunt, peculiarem habuit reuelationem, vt ipſe ait: (*Gal. 1.*) ***Non didici ab homine, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.*** Propterea Dñs dum cœnaret cũ diſcipulis ſuis, hoc inſtituturus ſacramentum, in principio inclytæ illius cœnæ omnes conuiuas ſuos, chariſſimosq. diſcipulos magno ſtupore affecit, cum dixit: (*Matth. 26.*) ***Qui intingit mecum manum in paropſide, ille me tradet.*** Potuiſſet tunc aliquis dicere: Domine, quare tuorum cõuiuarum pectora conturbas mentione tuæ mortis, & buccellã tam amarã eis porrigis ante illam, quam ſtatim eiſdem daturus es dulciſsimam? ſed eſt in promptu rñſio, id a Chriſto factũ ſapienter, vt inde vnuſquiſq; cognoſcat, debere ſe ſcrutari cõſcientiã ſuam, & diligenter examinare, ſicut tunc fecerũt Apoſtoli, dicentes: (*Ibidem.*) ***Nũquid ego ſum Rabbi?*** Id enim ita factũ eſt, vt ab Apoſtolis examẽ factũ in ipſa Chriſti cœna, & huius ſacramẽti principio maneret in poſterũ apud Eccleſiã ſuã pro exẽplo, ac lege inuiolabili, qua teneremur digne præparari huic diuino ſacramento cõicaturi; idq. docuit Paulus, cum dixit: (*1. Cor. 11.*) ***Probet autẽ ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat.*** Ablutio deniq; pedũ, quę cœnã præceſſit ſacramẽtalẽ, ac voluiſſe Chriſtũ corpus ſuum poſt mortem candida ſindone inuolui, & in ſepulchro nouo locari, (*Matth. 27.*) manifeſte indicant animi, & corporis noſtri magnã eſſe oportere puritatem, vt ſanctiſſimũ illius corpus recipiamus. Hinc S. Auguſtin. (*Aug. ſerm. 252.*) Apoſtoli doctrinæ conformis, inquit: ***Vnuſquiſq; conſideret conſcientiã ſuam, & quando ſe aliquo crimine vulneratum eſſe cognouerit, prius ſtudeat eam emundare, alias potius ſe debet excõicare, & ab alta ri remouere, quã aliter accedere.*** Quib⁹ verbis cõueniunt, quæ dixit Theophylactus, (*Theophil.*) relata verba Pauli declarans: ***Non alium,*** inquit, ***tibi iudicem tribuo, ſed te ipſum tibi commendo: iudica igitur, & explora conſcientiam tuã, & ſic accede.*** Sed cognituri, quod eſſe debeat hoc probationis genus, audiamus ſacrum Tridentinũ Concilium, (*Trid. ſynod. de ſacram. Euch.*) quo nobis declaratur, hanc probationẽ eſſe oportere confeſſionẽ ſacramentalem, iuxta Eccleſiæ catholicæ veterem conſuetudinem: ***Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali confeſsione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat.*** Quod ſi hoc ipſum ratione naturali diſcutere velimus, ipſamet ratio hoc diſpoſitionis genus nobis perſuadet, & medendi ars, ſi placere palato cibos cupimus, docet prius opus eſſe palatũ tergi, & ſanari, & vt vniuerſo corpori alimenta, ſeu pharmaca proſint, neceſſariũ eſſe, ſtomachũ malis humoribus expurgari; ergo vt hoc ſanctiſſimi ſacramẽti alimentum iuuet edentes, opus eſt omnia peccata foras expellant per confeſſionẽ ſacramentalẽ; ipſa enim efficacius noſtræ conſcientiæ ſordes abſterget. Plinius in libris de naturali hiſtoria (*Plin. lib. de natur. hiſt. & refert Anglic. 6. de leone.*) ſcribit, leænam, ſi quãdo leonem ſuum decepit, cum pardo adulterans, antequã ad leonis præſentiam, & cõſortium redeat, ablui in fonte ſolitam, ad tollendũ malum odorẽ ex coitu pardi contractum, quo leo grauiter offenditur. De lupis etiã teſtantur hiſtorici, ſi fame oppreſſi cibũ non inueniant, vt fami ſatisfaciant, terram comedere, quã poſtea vomunt, cum inueniunt carnes, quibus poſt egeſtam terram ſaturantur. Sic qui proditor Chriſto fuit, & fidem eius violauit, antequã ad illum veniat, in fonte cõfeſſionis ſacramentalis abluatur, & malum deponat odorẽ præteritarũ culparũ; dulciſſimaq. Chriſti carne ali, ac refici, qui deſiderat, euomat prius ad confeſſarij pedes omne peccatorum virus, quod ipſum Deo fecit infeſtum, & inimicum. Pro cuius rei ſignificatione noluit Deus mittere quondam cęlitus manna, niſi prius vniuerſæ Aegypto farina defeciſſet: (*Exod. 16.*) & de Ioſeph refert Scriptura, (*Gen. 43.*) prius fuiſſe lacrymatũ, quam cum fratribus ad manducandum accederet. Et de Iob legimus, antequam cibos caperet, ſuſpiraſſe ſolitum: (*Iob 3.*) ***Antequam comedã, ſuſpiro:*** & Dauidem panẽ ſuũ lacrymis cõmiſcuiſſe; ac tandẽ Booz dixiſſe ad Ruth: (*Ruth 2.*) ***Intinge buccellam in aceto.*** Hæc eſt diſpoſitio neceſſaria ad hunc diuinũ panẽ digne comedendũ, ita vt præterea peccata plangamus, ac deteſtemur, firmũ numquã in poſterũ peccandi propoſitum habentes. Hac de re dixit Bern. in epiſt. ad ſororẽ: (*Bern. epiſt. ad ſoror.*) ***Aeterna iuſti eſuries æternã meretur ſcilicet.*** Verba ſũt ſenſu grauia, & aliquãtulũ explicatu difficilia; nam etſi iuſtus ab vbere matris ieiunet (vt narratur de S. Nicolao) (*Surius in vita S. Nicol.*) vſq; ad vltimũ vitæ ſuæ terminũ, nõ ideo æternã, ſed ad tempus, & limitẽ certũ habuiſſe dicetur eſuriẽ, & abſtinentiã: attamen nõ loquitur hoc in loco Bernardus de ciborũ, ſed culparũ ieiunio, & abſtinẽtia; vnde qm̃ iuſtus, ſi a iuſtitia ſua cadere nõ vult, propoſitũ habere debet abſtinendi ab omni peccato mortali per omnẽ æternitatẽ, ideo conſtãs hoc propoſitũ vocauit Bernardus eſuritionẽ æternã, quę licet ad tẽpus fuerit, præmiũ tñ æternum meretur. Quæ animi præparatio, cõſtansq. propoſitũ ad hoc ſumendum ſacramentum ita eſt neceſſaria, vt reliquis diſpoſitionibus concurrentibus, ſi hæc deficeret, fiat impia, & ſacrilega corporis Chriſti cõicatio. Ad quod indicandũ Melchiſedech obuiã Abrahamo cũ ſacrificio panis, & vini nõ prodijt, (*Gen. 14.*) donec Abrahã hoſtes ſuos debellauit: ex quo ſignificatũ fuit, vt explicat S. Anſelmus, nõ debere hoc diuinũ ſacramẽtũ ab his aſſumi, qui motus animi, & turpes oẽs affectus quo ad expulſionẽ culpę mortalis ſubiectos nõ haberẽt.

Qm̃ vero hacten⁹ de natura diſpoſitionis, quæ huic ſacramẽto debetur, tractatũ a nobis eſt, ſupereſt aliquid dicere de circũſtantijs, quib⁹ illã diſpoſitionẽ comitari debem⁹. Prima eſt, vt ad

hanc cæleſtem menſam cum humilitate accedamus, ſicut Origenes ſuper verba Cēturionis: (*Orig. ſuper c. 8. Marc.*) *Domine non ſum dignus &c.* in hūc modū ſcripſit: (*Matth. 8.*) *Quando manducas, & bibis carnem, & ſanguinem Domini, tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur: & tu ergo humilians temetipſum imitare hunc Centurionem, & dicito: Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.* (*2. Reg. 9.*) Huc facit, quod narratur in libris Regum, vocatum a Dauide Miphiboſeth filiū principis Ionathæ, vt ſecum eidē mēſæ accumberet: *Tu comedes panem in menſa mea ſemper.* cui ille rñdit: *Quis ego ſum ſeruus tuus, quoniam reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mei?* Si ergo principis filius, & nepos Regis ſe indicauit indignum menſa Dauidis; quā habere debet ſuæ indignitatis, & humilitatis cogitationem, qui ad Chriſti menſam accedit? illā certe deferre tenetur humilitatē, & gratitudinem, quā oſtendit Daniel, qñ ad illum Dñs fruſtum panis miſit, quo accepto dixit: (*Dan. 14.*) *Recordatus eſt mei Deus.* Quid ille quæſo diceret, ſi pro illo pane accepiſſet Dei carnem, & ſanguinē, quem nos in hoc ſacramento tam liberaliter accipimus? Secunda circumſtantia erit reuerentia; nam ſi hæc rebus omnibus aliquam in ſe habentibus ſanctitatem iure debetur, multo maior obſeruantia, & veneratio exhibenda eſt illi, qui per eſſentiam ſanctus, & fons ſanctitatis eſt. (*Trid. Synod. ſeſſ. 13. c. 7.*) Quam rationem ſancta Synodus Tridentina, de hac ipſa re tractans, tetigit his verbis: *Certe quo magis ſanctitas, & diuinitas cæleſtis huius ſacramenti pio Chriſtiano comperta eſt, eo diligentius cauere ille debet, ne abſque magna reuerentia, & ſanctitate ad id recipiendum accedat.* (*Iſai. 6.*) Sacra notat Scriptura, qñ Dei iuſſu ab altari prunam ignitā ſumpſit vnus ex Seraphim, non manu, ſed forcipe ab illo fuiſſe acceptam, qui ſi homo fuiſſet, putaremus id factum, ne manum combureret: ſed cum ſpiritus eſſet angelicus, & beatus, quē ignis lædere non poterat, illam non manus, ſed forcipe accepit propter reuerentiam; quare ſi cæleſtis ſpiritus tam reuerenter acceſſit ad ſumendum ignem altaris, clare conſtat, qui non ignem, ſed carnem, & ſanguinem Dei accepturus eſt, & intra ſeipſum collocaturus, accedere oportere magno cum tremore, reuerentia, & ſanctitate. Idem quoq; nos docet, quod accidit Moyſi, ad rubū ardentem, & non conſumptum accedere volenti: cui dixit, qui erat in rubo (*Exod. 3.*) Deus: *Solue calceamenta de pedibus tuis;* ſiſte Moyſes, abſtine, atq; vrbanus eſto; ſi huc vis accedere, ſolue calceos, vt reuerenter appropinques. Si viſurus rubum, veterē Chriſti figurā in Cruce pendentis, tantam iuſſu Dei reuerentiā ſecū afferre iubetur; nō eſt dubium, multo maiorem eſſe oportere noſtram erga hoc ſacramentum, cum tam arcte per illud eidemmet Chriſto cōmunicemus. Tertia circūſtantia, & magni ponderis, atq; æſtimationis inter ſpirituales eſt, cibi huius fames, & Chriſti ſanguinis auiditas; nam ſicut appetentia ciborum iuuat comedentis guſtum, ac delectationē, efficitq; vt alimenta ſtomacho inſideāt, & corpus melius nutriāt, iuxta illud vulgare: *Quod ſapit nutrit;* ita huius cibi eſus cū eſurie, & illius deſiderio magni eſt momenti diſpoſitio, vt anima hoc cæleſti cibo magis delectetur, & reficiatur. Hoc diſpoſitionis genus nos docuit Chriſtus, qñ ante Cœnā, in qua inſtituit hoc ſacramentum, ſuis dixit diſcipulis: *Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum.* (*Luc. 22.*) Triginta, & tres anni ſunt, per quos ſemper fames me ſollicitauit, & deſiderium tenuit hunc, quem vobis præbeo Angelorū panē, comedere vobiſcum. ita explicat hunc locum Hieronymus ſuper Matthæum, & Tertullianus contra Marcionem. (*Hier. c. 26. Tertul. lib. 4.*) Verum eſt, ab alijs Eccleſiæ Patribus ea verba intelligi de fame, ſeu deſiderio moriendi; vterque tñ ſenſus apte ſatis prædictis verbis poteſt accōmodari; poſſumus enim dicere, Chriſtum deſideraſſe mortē tamquam diem feſtum; illam vero cœnā, & ſui corporis cōmunicationem, velut eiusdē feſti aptaſſe vigiliam: vel ſi magis placet, dicamus, deſideraſſe Chriſtū mori, ſacramēto ſui corporis tamquam viatico ſuſcepto. Præterea gratitudo animi, cum ſemel communicauimus, & deuota gratiarum actio propter tam ſingulare acceptum a Deo beneficium, magni momenti, atque fructus eſt præparatio, ad ampliora poſtea in alijs corporis Dominici communionibus accipienda cæleſtia chariſmata; nihil eſt enim, quod magis benefactorem noſtrum Deum excitet ad antiqua beneficia in nos accumulanda, quam gratitudo, & memoria ſuſceptorum. Sed in hac re tam inter laicos, quam eccleſiaſticos magnum video vigere abuſum: ſiquidem vix ab hac ſacra menſa ſurgentes, ſtatim ad ſolita ſtudia reuertuntur, nihil morati ad tractandum propriæ ſalutis negocium tam opportuno tempore, quo ſuę cauſę iudicē intra ſeipſos habent hoſpitio ſuſceptum. Nam præterquam eſt inurbanum, Deo ad te inuiſendum veniente, & domum tuam intrante, confeſtim te abire, ipſo non ſalutato; medicorum etiā ars docet, idq. experientia cōfirmat, opus eſſe cibo refectis quiete, & negociorum ceſſatione externorū; hęc enim valde neceſſaria eſt, vt cibus ſtomacho adhęreſcat, & ſufficienter digeratur. Opus eſt igitur ab hac menſa ſurgētibus quieſcere ſilentes, & meditantes tanti ſacramenti myſteriū, & cum Chriſto poſt acceptum tam cæleſte alimentum paulatim cōuerſari, ne de te dicatur, quod vulgo ſolet: *Nulla poſt dapes amicitia:* ſed potius ſicut externæ facultates, & ſenſus hoc diuino ſacramento fruūtur, videndo illud, odorādo, & guſtādo; ita quoq; interiores animi facultates, memoria, & intellectus, cum meditatione, ac voluntas cū affectu participes fiant dulcedinis, & ſuauitatis, quæ in hoc ſacramēto percipitur. Sed vt iā huic homiliæ vltimū addā colophonē, reducā fidelibus in memoriā ex Tridentina Synodo, indigne hoc cæleſti cibo veſcētes mortē ſibi deuorare: (*Synod. Trid.*) *Præſertim cū illa plena formidinis verba apud Apoſtolū legamus. Qui māducat, & bibit indigne, iudiciū ſibi manducat, & bibit.* Idemque Paulus in Epiſtola ad Corinthios (*1. Cor. 11.*) admo-

admonet, vt memores ſint ſuppliciorum, quæ Deus aduerſus eos, qui manna contempſerunt immiſit, qui ſerpentibus igneis puniti, vt in libro Numerorũ narratur, vitã amiſerunt. *Num. 21.* Quas ob res ſi figuræ contemptus tam ſeuerã meruit punitionẽ, quis nõ credet multo acerbiorẽ futurã pœnam illius, qui figuratum neglexerit, & offenderit? *Dan. 5.* Si Rex Balthaſar tẽpli vaſa in profanos vſus vertens, antequã a cõuiuio ſurgeret, vidit in pariete manum ſententiã mortis ſuæ ferentem; quid fiet aduerſus ſacrilegum, & impiũ hominem, qui Dei carnẽ, & ſanguinẽ ſacratiſsimum profanat? *D. Anſel. expl. verba Pauli 1. Cor. 11.* S. Anſelmus explicans verba Pauli: ***Ideo inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi***, ait huiuſmodi homines non ſolum in futuro, ſed etiã in præſenti ſeculo puniri, multoſq. ſuo tẽpore poſt Paſcha in pœnam ſacrilegæ cõionis morbis fuiſſe correptos teſtatur. Quod etiã noſtris ne temporibus eueniat nouit Deus; ſæpe namque per id temporis multos video morbis laborãtes, videorq. mihi audire Chriſtum per Hieremiam in hoc ſacramento de illis querentem, & dicentem: *Hierem. 51.* ***Comedit me, deuorauit me Rex Babylonis, repleuit ventrem ſuum teneritudine mea.*** & quod eſt apud Dauidem: *Pſal. 16.* ***Susceperunt me ſicut leo paratus ad prædam, ſicut catulus habitans in abditis.*** Prima verba Chriſti ita querentis diriguntur in eos, qui publici exiſtentes peccatores huic diuino ſacramento communicare audent; ideoq. illos cum Rege Babylonis Hieremias comparat. Poſteriora verba notant peccatores occultos, qui externo habitu præſeferunt ſanctitatem; interius autẽ ſceleribus, & delictis repleti ſunt; de quibus dixit Paulus: *Eph. 5.* ***Quæ autem in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt dicere***: ob idque Dauid comparat eos leonibus, a ſpeluncis, & locis occultis in prædam ruentibus. Qui igitur puriſsimã carnẽ Chriſti manducaturus eſt, oportet, niſi velit Dei indignationem incurrere, Chriſti mores imitari. Cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XXVII.

Tractatur de huius diuini ſacramenti præſtantia, quatenus ſacrificium eſt, & quæ in eius miniſtris vitæ puritas requiratur.

Aug. lib. 19 contra Fauſtum c. 11. INclytus Eccleſiæ Pater Auguſtinus in libro contra Fauſtum ait, nullam vmquam fuiſſe Rempublicam, etiam gentilium, quæ nõ vſa fuerit ſignis aliquot ſenſibilibus ad ſuorum Deorum cultum, & venerationem: ***In nullum, inquit, nomen religionis, ſeu verũ, ſeu falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum viſibilium conſortio colligantur***: inter quæ ſigna viſibilia præcipua fuerunt ſacrificia, & oblationes tam inter Ethnicos, quam

inter Chriſtianos, ſicut idem Auguſtinus cõtra eundem Fauſtum ſcribens atteſtatur. *Aug. lib. 2. cap. 21.* Principio hæ oblationes fiebãt ex fructibus, & herbis terræ; Poetaq. Horatius ſcribit in ſuis epiſtolis, *Horat. lib. 2 epistol.* eiuſmodi fructus ſolitos offerri Genio tutelari. nos Angelum vocamus cuſtodem: cumq; præcipuus terræ fructus ſit frumentum, appellauerũt Latini id oblationis genus, immolationes, a mola in qua terebatur. Poſt terræ fructus oblatæ fuerunt ſpecies aromaticæ, partim ſimplices, partim compoſitæ, de quibus meminit Tibullus; *Tibull. lib. 2 elegia 2.* & poſt aromata oblati ſunt varij liquores, quos vocauere libamina, & præſertim vinum, vt Poetarum princeps hoc verſu innuit:

Fuſaq. in obſcœnum ſe vertunt vina cruorem.

Quaſi indicando magis dijs placere ſanguinis, quam vini oblationẽ. Hinc inter Gentiles variæ, ac frequentes fuerunt boum, taurorum, & aliorum animalium immolationes, quibus hiſtoriarum monumenta tam ſacra, quam profana plena ſunt: qua etiam de cauſa inſtitutæ fuerunt ſolemnes hecatombæ, quæ centum boum ſacrificia erant, & Romani vſi ſunt ſacrificijs, quæ vocauerunt ſuetauralia; qm̃ ex ſue, oue, & tauro fiebant; quæ ſacrificia appellauerũt etiã hoſtilia, ab hoſte, quoniam illa facere ſolebant, qñ bellum aduerſus hoſtẽ inchoabatur: vel dicta ſunt ab oſtio, quoniam animalia ad limen, ſeu ad oſtium templi mactabantur; appellata quoque dici poſſunt a victoria, quoniam offerebantur pro victoria aduerſus hoſtes obtinenda; vel a vinciendo: nam animalia vincta ad ſacrificium ducebantur. Hic autem ſacrificiorum, & victimarum vſus apud gentes ita frequens, habuiſſe dicitur originem ab opinione, quam gentes conceperant, lucri cupidos, & donorum amantes Deos ſuos exiſtimantes; quod & Ouidius ita teſtatus eſt:

Ouidius.

Munera, crede mihi, placant hominesq. Deoſque:
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.

Adeoque ſacrificiorum inualuit conſuetudo, vt proprios filios idolis immolarent, ſicut meminit Dauid: ***Immolauerunt filios ſuos dæmonijs.*** *Pſal. 105.* Sed relictis idololatris, veniamus ad eos, qui in Dei veri cultu ſe primi omnium exercuerũt; ad filios nempe Adami, quorum vnus obtulit *Gen. 4.* Deo agri fructus quoſdam, alter ſui gregis agnos pinguiores, eoſq. imitata eſt ſacrificijs dedita ipſorum poſteritas. Et Noe poſt vniuer- *Gen. 8.* ſalem aquarum inundationem Arca egreſſus, Deo ſacrificauit; quod & Melchiſedech, & Abraham fecerunt, *Ge. 14. & 15* vt a Moyſe in Geneſi memoratur; ac tandem reliqui Deo grati homines, & amici idem factitarunt. *Iud. 6. Num. 19. Leuit. 16.* Nec in lege ſcripta minus viguit ſacrificiorum vſus: ſcimus enim taurum, vaccam rufam, caprum emiſſarium, aliaque animalia fuiſſe tunc mactata, & a Iacob vocatum Beniamin lupum rapa- *Gen. 49.* cem, propter templum, vbi erat altare, quod plures oues, arietes, & vitulos, quam lupus, deuorabat. Et quoniam ſacrificium mane offerebatur, & diſtributio partium ſacerdotibus prouenientium fiebat veſperi; idcirco

Digitized by Google

Gen. 49. poſtquã dixit: *Beniamin lupus rapax*, adiecit, *mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia.* Animaduerti etiam in regio Propheta Pſalmũ 38. *Pſal. 38.* qui totus agit de altaribus: *Altaria Domini virtutum*, habere titulum, *Pro torcularibus*. cuius tituli, & inſcriptionis cauſa fuit, quĩ quemadmodum in torculari ex calcatis racemis ſuccus & muſtum vuarum exprimitur; ſic in illo altari ſanguis ab animalibus, quæ illic immolabãtur, defluebat: & ſicut vuæ, quæ in torculari premuntur, & calcantur, etſi videntur neſcientibus diſſipari, non in deterius, ſed in melius mutantur, nempe in vinum; ita quod in illo altari offerebatur, etſi pars conſumebatur, & pars dabatur ſacerdotibus, nihil peribat; immo Deus victimas illas melioribus, & precioſioribus rebus compenſabat. Fuerunt denique hæc ſacrificia tam frequenti cõſuetudine recepta, vt vſq; *Luc. 2.* ad Chriſti ætatem, narrantibus Euangeliſtis, columbæ in templum Deo offerendę portarentur. Quamuis autem, antequam Deus populum *Exod. 13.* ſuum a ſeruitute Pharaonis liberaret, non præciperet frequentia illa ſacrificia ſibi fieri, tñ in exitu illius mandauit Iſraelitis illa ſibi offerri; tum propter myſticas eorum ſignificationes; tum quod cum Aegyptijs verſari ſacrificiorum ſtudioſis, illorum mores acceperant, ideoq; in deſerto erexerunt idolum, vt Apin Deũ Aegyptiorum adorarent, ſicut in conſtitutionibus *Conſt. Apoſtolic.* Apoſtolicis narratur. Quare, vt ritus Aegyptiorũ abijcerent, præcepit Deus ſibi vero Deo ſacrificia offerri; vtque deos quos adorabant Aegyptij, falſos eſſe, & inanes agnoſcerẽt Iſraelitæ, voluit quoq; eadem animalia, quę ab Aegyptijs adorabantur, ab ipſis mactari, & immolari, vt illa occidentes, & in fruſta ſecantes, cõdientes, & comedentes, falſum eorum numen agnoſcerent: ac denique, vt omnino ritus, & mores Iſraelitarum cærimonijs Aegyptiorum aduerſarentur, prohibuit eſum carnium ſuinarũ, *Theod. 11.* quoniam his Aegyptij veſcebantur, iudicantes, vt ſcribit Theodoretus, ſuem propter vilitatẽ, & immunditiem, non eſſe adoratione dignum, ſicut cetera animalia, a quorũ occiſione, & eſu abſtinebant propter reuerentiam, qua erga il- *Caietanus.* la erant affecti, vt Caietanus aduertit. Nunc ergo ad noſtrã intentionem, ſi tam in lege naturali, quam in ſcripta vſus viguit ſacrificiorũ ad recognoſcendum, & proteſtandũ Dei ſupremum dominium; amentia eſt propria hæreticorum, velle nobis perſuadere, Eccleſiam Chriſti, quæ reſpublica eſt omniũ ordinatiſſima, & quæ magis floruit, & emicuit in vero cultu, & religioſa veneratione Dei, carere vero ſacrificio, quo illum colat, & veneretur. Nec fundamentum, quo nititur illorum error, alicuius momẽti eſt catholice ſentientibus, dum aiunt: Si ſacrificium aliquod in Eccleſia Dei offeratur, iniuriã fieri ſacrificio cruento, quod in Cruce moriẽs Chriſtus obtulit, atq; inde ſignificari, oblatum a Chriſto ſacrificium haud ſatis fuiſſe ad Deum nobis conciliandum, & placandum, ac pro noſtris culpis ei ſatisfaciendum: nam ſi ſatisfuiſſet, aiunt illi, non vtique egeremus alio nouo ſacrificio ad gratiã Dei, & peccatorũ veniam obtinendam. Quam rationẽ muniunt verbis Apoſtoli in Epiſtola ad Hebræos, vbi pro- *Hebr. 9.* bat ſacrificiorum ſcriptæ legis imperfectionẽ, & imbecillitatem, quod poſt illa neceſſe fuerit ſequi Chriſti in Cruce morientis cruentum ſacrificium; vnde, vt illi argumentantur: Si in Eccleſia Dei aliud foret neceſſarium ſacrificium, non ſuffeciſſet, quod Chriſtus pro nobis immolauit. Omnia hæc ſunt deliramenta, & tenebræ, quæ præſente luce perſiſtere non valent. Nam quamuis veriſſimum ſit, oblatum a Chriſto in Cruce ſui ipſius ſacrificium valoris fuiſſe infiniti, & per illud, quantum ad ſufficientiam, meruiſſe nobis pleniſſimam veniam noſtrarum culparum, & remiſſionem pœnarum, quæ illis debebantur: vt tñ id ſortiatur effectũ, neceſſarium eſt ipſam Chriſti mortem nobis applicari per media, quæ Chriſtus in Eccleſia ſua ſtatuit, qualia ſunt ab ipſo inſtituta ſacramenta, & hoc ſui corporis ſacrificium incruentũ. Et ſicut vſus ſacramentorũ virtuti paſsionis Chriſti non derogat, ſed potius illam magis reddit manifeſtam; ſic etiam ſacrificium altaris eandem non minuit, ſed multo magis oſtentat. Hinc etiam patere poteſt, quæ ſit vis argumenti, quo vſus eſt Paulus ad Hebræos, dicens, antiqua il- *Ibidem.* la ſacrificia non ſuffeciſſe ad peccatorũ remiſſionem, cum poſt illa opus fuerit Chriſti ſacrificio, quod ille, vt ſufficienter pro mundi peccatis ſatisfaceret, in Cruce moriens obtulit. quã tñ ſufficientẽ ſatisfactionem minime exhauriebant veteris legis ſacrificia. Ceterũ contra horum blaſphemiã, & errorem, prætermiſsis nunc pluribus alijs teſtimonijs, duo tantum proferã in medium perſpicua, & idonea ſatis ad incutiendũ hæreticisruborẽ, & ſilentiũ imponendũ. Primum eſt Danielis, qui loquens de tempore *Dan. 12.* Antichriſti, dicit ceſſaturum in Eccleſia Dei ſacrificium (intellige quantum ad frequentiã, & palam:) *Cum ablatũ fuerit iuge ſacrificium*: ergo ſupponit Daniel in Eccleſia fuiſſe ſacrificium, quod ab Antichriſto dicit auferendum. Alterũ teſtimonium ſumitur a Malachia, qui perſonã *Malach. 1.* Dei gerens, ait: *In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Qua fundata veritate catholica, videlicet in Eccleſia Dei verum eſſe ſacrificiũ, haud erit admodum difficile demonſtrare, quãtum ceteris antiquis ſacrificijs, quod in Eccleſia offertur, tã quo ad naturã ipſius, quã quo ad effectus, præcellat. Sed prætermittẽs nunc excellentiã, ac dignitatẽ huius ſacrificij ex parte rei, quæ per illud, & in illo immolatur (nam veterum ſacrificia, & victimæ caro, & ſanguis erant animaliũ; in hoc autẽ ſacrificio caro, & ſanguis Dei eſt cũ oĩbus donis, quibus Chriſti humanitas adornatur) adducã verba Synodi Tridentinæ, aſſerentis in hoc diuino ſacrificio antiqua omnia eminenter contineri, & eſſe illorum veluti compendium: *Hæc* *Trid. Syn. ſeſſ. 22. c. 1.* *denique illa oblatio eſt, quæ per varias ſacrificiorum naturæ, & legis tempore ſimilitudines figurabatur,*

vtpote

vtpote, quæ bona omnia per illa ſignificata, velut illorum omniũ conſummatio, & perfectio complectitur. Nam ſi tempore legis naturalis, terræ fructus, liquores, aromata, & animalia offerebantur, in hoc Eccleſiæ catholicæ ſacrificio immolantur ſpecies panis, & vini, præſtantiſſimi terræ fructus; in hoc Chriſti ſanguis, omni ambroſia, & deorum nectare precioſior; in hoc aromaticæ confectiones, non thure, ſtyrace, ambaro, ſed illa mirabili, & ſupernaturali Verbi diuini, & Chriſti humanitatis coniunctione conſtantes; in hoc caro, viſcera, oſſa, non animalium rationis expertium, ſed illius, qui a conceptionis momento compos rationis, immo ipſamet ratio, & ſapientia fuit. Si demum gens vnquam fuit ita barbara, vt vana ſuperſtitione viuos homines immolaret idolis, in hoc ſacrificio religioſe, ac ſancte Chriſtus viuus, ac glorioſus Patri ſacrificatur æterno. Quod ſi a lege naturæ tranſeamus ad ſcriptam, inueniemus hoc catholicæ Eccleſiæ ſacrificio omnes ſcriptæ legis victimas, & hoſtias includi. Nam eius ætatis ſacrificia ad hæc tria redigebantur, holocauſtum, hoſtiam pacificam, & hoſtiam pro peccato. Holocauſtum fiebat ad ſupremam Dei Maieſtatem, & excellentiam proteſtãdam. quod ſacrificij genus quia totum conſumebatur, dictum fuit holocauſtum, a voce Græca, *holon, & cauma*, id eſt incendium; itaque holocauſtum vocatum eſt, quia totum combuſtũ. Hoſtia pacifica offerebatur pro gratiarum actione ob beneficia ſuſcepta. Hoſtia pro peccato fiebat ad Deum placandum, & ſatisfaciendum pro iniurijs, & peccatis, quibus Deus erat offenſus. Ob quas tres cauſas in libro de ſacrificijs dixit

Porph. lib. de ſacrif.

Porphyrius eſſe Deo ſacrificandum: *Tribus de cauſis dÿs ſacrificandum, vt veneremur, vt gratiam referamus, vt neceſſaria ab ipſis petamus* Recte ait, *vt veneremur* ſicut in holocauſto, *vt gratiam referamus*, ſicut in hoſtia pacifica, *vt neceſſaria petamus*, ſicut in hoſtia pro peccato. Quæ omnes ſacrificiorum differentiæ congeſtæ ſumma cum perfectione, & eminenter in hoc omnium præſtantiſsimo, & excellentiſſimo corporis, & ſanguinis Chriſti ſacrificio reperiuntur: in illo namq; cernimus holocauſtum, quod ad honorẽ Deo exhibendum, & ſupremũ eius recognoſcendum imperium fiebat: nam quanto precioſius eſt munus, quod offertur, tanto maior eſt proteſtatio, & euidentior ſupremi dominij ſignificatio. Vnde eſt, quod ſemper Deus voluit, quæ ſibi offerrentur, eſſe optima, & ſelectiſſima, ſicut conſtat ex verbis ipſius apud Malachiam:

Malach. c. 1.

Si offeras claudum, & languidum, nonne malum eſt?

Gen. 4.

Et quoniam Abel meliora de grege ſuo ſacrificauit, fuit eius ſacrificium Deo gratiſſimum; fratris autem Cain, qui deteriora, inuiſum, &

Exod. 25.

& reprobatum. Legimus in Exodo ad tabernaculum in deſerto extruendum, & adornandum, vbi offerenda Deo erant ſacrificia, iuſſum fuiſſe Moyſi, vt ab Iſraelitis peteret omnia, quæ haberent precioſa, ad faciendã Arcam, & reliquam parandã ſupellectilẽ cultui diuino neceſſariã: ex quo etiã Dauid, qui optime Dei mores nouerat, dixit: *Holocauſta medullata offeram tibi*, id

Pſal. 65.

eſt, precioſiores, & pinguiores victimas; qm̃ re vera quo precioſius eſt donũ, quod Deo ſacratur, tanto excellentior eſt diuini imperij, & ſupremæ celſitatis aſſertio, & proteſtatio. Cũ igitur in hoc diuino ſacrificio offeramus æterno Patri donũ omnium precioſiſſimum, & excellẽtiſſimũ, Filium nempe ſuum hominẽ factum, totumq. accenſum, & æſtuantẽ amoris incendio, inde eſt, quod numquã per aliquod ſacrificium tantus honor, quantus per hoc diuinæ Maieſtati delatus fuit. Reperitur etiã in hoc noſtro hoſtiæ pacificæ ſacrificio ſumma gratitudo, & gratiarum actio; vt teſtatur Aug. contra aduerſarios legis, & Prophetarũ, vbi ait: *Vnde Deo maiores gratiæ ſunt agendæ, quam per Chriſtum Dñm, quod faciunt fideles in Eccleſia ſacrificio?* Et S. Hieronymus contra hæreticos dicit, hoc inſtitutum eſſe ſacrificium, *ne nos ingrati Deo eſſe videremur*. Ad quod indicandum, vt legitur in

Aug. lib. 1. cap. 18.

Hieron. l. 4. c. 32.

Gen. 14.

Geneſi, Abrahamo, poſt partam victoriam contra Reges quatuor, qui regionem ſociorum deprædati fuerant, domum redeunti obuiam venit ſacerdos Melchideſech, Deo panem, & vinũ offerens pro gratiarum actione propter adeptã ab ipſo victoriam. Hoc etiã modo in Eccleſia catholica Chriſtus ſummus Sacerdos Melchiſedech (hoc enim nomine ab eodem Dauide vocatur, *Tu es ſacerdos ſecundũ ordinẽ Melchiſedech*)

Pſal. 109.

ſacrificiũ panis, & vini Patri offert, gratias agens propter victoriã, & frequẽtes triumphos, quibus quotidie filios ſuos auget, & cohoneſtat. Et quoniam perpetuis exiſtentibus beneficijs, oportet etiam gratiarum actionem eſſe perpetuam, modum inuenit Chriſti ſapientia per hoc ſacrificium, quo illud in cruce oblatum cõtinuaretur vſque ad ſæculi huius exitũ, & mors eius in hoc ſacrificio nobis ante oculos ſemper obuerſaretur, valeretq. tam ad gratias agẽdas pro bonis acceptis, quam ad culparũ noſtrarũ remiſſionẽ, & iuſtã debitorũ compenſationem. Ex quo patet, in hoc altaris diuino ſacrificio antiquũ illud hoſtiæ pro peccato melius, & excellentius contineri (quoniã per illud nõ manebat offerẽs purus, & mundus a peccatis, ſed a quibuſdã irregularitatibus, & deformitatib') vt teſtatur Tridẽtina Synodus his verbis: *Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiã, & donũ pœnitentiæ cõcedens, crimina, & peccata ingẽtia dimittit.*

Trid. Synod

Hoc in loco patet nobis iterũ oſtiũ amplũ ad agendũ de huius ſacrificij præſtãtia, qua omnia quondã oblata Deo ſacrificia longiſſime antecedit. Pro qua re declarãda vtar ingenio, & arte, qua vſi sũt Iebuſæi, (vt antiquiſſimi Rabbinorũ referũt) qui dũ a Rrge Dauid in arce Sion obſiderẽtur, & oppugnarẽtur, vt ſecuri eſſent ab exploſionibus tormentorũ, & iaculis hoſtilis exercitus, cogerentq; Dauidẽ ab incepto deſiſtere, & obſidionẽ amouere, ſtatuerũt in sũmo arcis culmine duas ſtatuas, vnã cæci Iſaac, alteram claudi Iacob, vt ſi Dauid vellet propugnaculum deijcere, imagines quoq; ſuorum

Rabbini quidam in 2. Reg. cap. 5.

progenitorum neceſſe eſſet proſterneret, & cõfringeret, ſtatuiſque hanc epigraphen affixerunt: *Non audebis lacerare catum, nec claudum.* Nouerat Deus, quantum mundus ſuarum culparum multitudine iram Dei contra ſe ipſum prouocaturus foret, atque idcirco, vt ipſum a diuini furoris iaculis, & ſagittis protegeret, antequam a nobis diſcederet iturus ad Patrem, reliquit in arce, & propugnaculo Sion, id eſt, in Eccleſia catholica, duas precioſiſſimas pacis ſtatuas, conſecratæ hoſtiæ circulo incluſas, vnã ſuæ diuinæ perſonæ viuam Patris imaginem, alteram ſacræ ſuæ humanitatis, quæ figura inter omnes res creatas magis Deum exprimit, vt cum Deus vellet ictus iuſtę ſuæ indignationis dirigere aduerſus homines, harum duarum imaginum Verbi diuini, & humanitatis Chriſti placabilis, & gratus aſpectus brachium eius ad vulnus intentum retineret, & gladium iuſtitiæ ſuæ in vaginam clementiæ, & benignitatis reconderet. Sed vt magis appareat diuini huius ſacrificij dignitas, & virtus, placet in memoriam vobis reuocare verba Moyſis ita præ-

Exod. 29. cipientis: *Offeres totum arietem in incenſum ſuper altare: oblatio eſt Domino odor ſuauiſſimus victimæ Domini.* Immolabis ſuper altare arietẽ incenſum, quoniam cum odorem habeat ſacrificij, quod Chriſtus ſe ipſum offerens immolaturus eſt, magnam Deo afferet ſuauitatem; quæ tanta fuit, & tam gratus Deo eius odor, vt ei attribuerit Moyſes fœdus, quod poſt dilu-

Gen. 8. uium cum hominibus pepigit: *Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait: nequaquam vltra maledicam terræ*, id eſt, cum primum Noe fecit Deo ſacrificium, & per illud percepit Deus odorem, eximiamq. fragrantiam ſacrificij, quod hodie in Eccleſia habemus, illico irã depoſuit, cœpitq. miteſcere. Omnia tam naturæ, quam ſcriptæ legis ſacrificia erant ſigna, ſiue (vt in

Leuit. 2. Leuitico ſcribitur) memoriale odoris, qui nunc per hoc ſacrificium Deo exhibetur ſuauiſſimus, vt eo percepto, ira Dei placaretur. quod indicant verba Leuitici: *Ponet memoriale ſuper altare in odorem ſuauiſſimum Domino.* Ad quod al-

Greg. lib. 9. moral. c. 16. luſiſſe videtur Gregorius, de antiquis Patribus ita loquens: *Quod illi odorati ſunt expectando, hoc nos comedendo, & percipiendo ſatiamur.* idemq.

Bern. serm. 47. ſuper Cant. inſinuauit Bernardus: *Nondum ſpeciem ſuam ille flos agri induerat, & iam dabat odorem ſuum, quan-*

Gen. 27. *do hoc præſenſit ſpiritu Patriarcha caligans viſu, ſed odoratu ſagax.* Ac ſi dicat: nondum carnem noſtrã aſſumpſerat, nec ſpeciebus ſacramẽtalibus ſe Chriſtus velauerat, & iam antiqui Patres eius ſuauitatem perceperant, vt conſtat ex Pa-

Ibidem. triarcha Iſaac, dicẽte: *Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni*, hoc eſt, agri fertilis, & pleni pane, ac vino; hęc enim eſt agri vera fertilitas, cũ panis, & vini abundantia annum reddat fertilẽ, ſicut eorum inopia, & ſterilitas infœcundum, quantumuis alijs terræ fructibus abundet. Tandem

Dionyſ. de diuin. nominibus. magnus Pater Dionyſius conſiderans, quantum præteritis temporibus bonus Chriſti odor ſe diffudiſſet, & quantum quoque futuris temporibus eſſet diffundendus, appellauit Chriſtum virum odoriferum: *Scimus auguſtiſſimum Ieſum ſuperſubſtantialiter odoriferum eſſe.* nunc ad ſcopum noſtrum. Si priſcis temporibus diuini huius ſacrificij odor per antiquorum ſacrificia figuratus ſatis erat ad clementiam Dei conciliandam, & eius ſedandam indignationẽ; quid præſtabit ipſummet ſacrificium iam præſens, per quod non in aliena, ſed in propria ſubſtantia Chriſtus immolatur? Sed inſurgit hoc in loco difficultas, cui ſatisfacere neceſſe eſt; nam ſi Deo antiqua ſacrificia placebant propter huius noui ſacrificij odorem, quomodo

Propheta regius dixit: *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique, holocauſtis non delectaberis.* Pſal. 50. Cui dubio aliquot recentiores ſcriptores, vt ſatisfaciant, reſpondent, Dauidem propheticos protendendo ſuæ mentis oculos ad hanc legis gratiæ feliciſſimam ætatem, dixiſſe aliquando fore tempus, in quo ſacrificia, quę tunc offerebantur, Deum non delectarent; non tamen dixiſſe, illis ſacrificijs tunc non fuiſſe delectatum. Sed non conuenit hæc interpretatio; nam ſi remedium quærebat Dauid, vt ad præſens Deum ſibi conciliaret, idque ſacrificijs eius temporis fieri poterat; imprudentia certe foret abſtinere ab illorum oblatione, quoniam futuris temporibus nullam eſſent habitura virtutem: ſicut inſipiens eſſet, qui habens in promptu pharmacum nouum, & bonum, renueret illud accipere, quoniam lapſu temporis inueteratũ vim ſuam amittere deberet. Quamobrem hanc expoſitionem miſſam faciens, triplicem prædictis Dauidicis verbis, & difficultati propoſitæ conuenientem apponam explicationem. Prima eſt, antiqua ſacrificia etſi vtilia ad abolendas aliquos defectus, ſeu deformitates, & pro peccatis minus grauibus fierent; non tamen pro peccatis atrocibus, & maximis: ideoque cum peccata Dauidis grauiſſima eſſent, vtpote adulteriũ, & homicidiũ, vere dixit non ſatis illa eſſe, vt Deus ſibi peccati admiſſi grauitatẽ condonaret, ſed opus ad id eſſe graui animi dolore, & cordis contritione. atque ita

ſubiunxit: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.* Ibidem.

Secunda expoſitio Titelmãni, & Ianſenij eſt, aſ- Titelm. & Ianſen. ſerentiũ antiqua ſacrificia poſſe dupliciter cõſiderari, vel ſecundum illorum naturam, vel ſecundum ſignificationem, qua Chriſti tam cruẽtum, quam incruentũ ſacrificium præſentabãt: hoc vltimo modo ſi conſiderentur, vtilia erãt, & ſub præcepto; aliter vero nullam afferebant vtilitatem: atque ita de illis ſecundum naturã

ſuam conſideratis dixit Dauid: *Holocauſtis non delectaberis.* Galat. 4. Tertia declaratio ſumitur a comparatione: nam ſi antiqua ſacrificia cum ſacrificijs legis gratiæ conferantur, vmbra fuerunt, & egena elementa, vt dixit Apoſtolus: nam etſi verũ eſt, omnibus, qui olim iuſtificabantur, ſanguinẽ Chriſti anticipato, & fide futuræ redemptionis ſuam cõmunicauiſſe virtutem, poſtquã tñ re ipſa in Cruce profuſus fuit, longe aliter,

quam

Digitized by Google

quam tunc ſuum ſortitur effectum. Ad quod declarandum iuuare poteſt commune Philoſophorum dictum: *Ignis agit in omnem loci poſitionem, plus ibi iuuat directio, quam approximatio.* idemq. nos docet experiẽtia; nam & terra pondere ſuo, & grauitate tendit deorſum, aer latera perflat; ignis vero, vt diximus, agit in omnẽ loci poſitionẽ, ſurſum, deorſum, dextroſum, ſiniſtrorſumque, ſed multo vehementius agit directus, quam ad latera, vel alio conuerſus. Ad hunc modum Chriſti ſanguis operatur, cuius tanta eſt efficacitas, vt pluſquam ignis non ſolum agat in omnem loci poſitionem, ſed & in omnem differentiam temporis: non enim tantum extenditur ad omnia loca, vt dixit Apoſtolus: Coloſ. 1. *Pacificans per ſanguinem crucis, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt;* ſed ad omnia quoque tempora, præſentia, præterita, & futura, vt ſignificauit Ioannes, a quo fuit Chriſtus appellatus: Apoc. 3. *Agnus occiſus ab origine mundi;* quoniam Chriſti ſanguis effuſus poſt annorum quinque millia, cœpit ab ipſa mundi creatione eſſe fructuoſus. Verum eſt, ſacrificia legis ſcriptæ (quoniam iam Chriſti ſanguis magis appropinquabat) ſuo modo virtutem ſanguinis Chriſti magis participaſſe; id tamen notabili cum differentia, ſi cum ſacramentis, & ſacrificijs Euangelicæ legis conferantur: horum enim virtus, & efficientia tamquam ignis recto tendit tramite, atque ideo vehementior; ſed in ſacrificijs antiquæ legis veniebat flectens in latera, & quaſi retrocedens: ob idque languidior, & imbecillior illorum erat vis. Vnde auſus eſt dicere Propheta illis ſacrificijs præ hoc, quod nunc in Eccleſia eſt, Deum non fuiſſe delectatum: Pſal. 50. *holocauſtis non delectaberis.* Hinc idem Propheta noſtri ſacrificij excellentiam agnoſcens vocauit *ſacrificium iuſtitiæ*, iuxta Ambroſij expoſitionem, idque iure optimo; nam ſi, vt dixit Auguſtinus, Amb. in Pſ. 50. Auguſt. ſacrificium altaris idem eſt, quod Chriſtus immolauit in cruce, *ſemel immolatus eſt in ſemetipſo, & tamen quotidie immolatur in ſacramento,* ſicut illud fuit iuſtitiæ ſacrificium, per quod Chriſtus ex omni rigore iuſtitiæ Patri ſuo ſatisfecit pro mundi peccatis; ita quoque, quod nunc in Eccleſia immolatur, iuſtitiæ ſacrificium eſt. Quod genus ſatisfactionis, & ſolutionis tam exæquatum eſt debito, immo & illud excedens, vt iuſtitiam ſuperet, quæ apud inferos exercetur: quoniam præterquam iuxta Theologorum vnanimem doctrinam, Deus illic puniit citra condignum, auferens pœnæ meritæ partem, in Chriſti ſatisfactione non amouit, vel abſtulit de facta conuentione ſolutionis vnum ſolum flagrum, vnam lacrymam, vnumve ſuſpirium. Scimus ex cauſis, ob quas damnatorum pœnæ ſunt æternæ, eſſe vnam, quod etſi plurima tormenta, doloreſque patiantur, numquam illa perpeſſio explere integre poteſt ſatisfactionem debitam peccatis, quæ in vita patrauerunt: Chriſti vero ſolutio, & ſatisfactio ita fuit perfecta, & omnibus numeris abſoluta, vt infinito interuallo debitum exceſſerit; vnde cum hæc ſatisfactio nobis per hoc ſacrificium altaris applicetur, merito illud Propheta vocat, *Iuſtitiæ ſacrificium*, Pſal. 50. per quod peculiari quodam modo Chriſti merita cum fiant noſtra, æterno Patri ex rigore iuſtitiæ ſatisfacimus: quod prout ſacramentum, illud accipiẽtes nos facit ſuos, & quatenus ſacrificium, fit noſtrum, vt bonis ſuis, & facultatibus facere Deo ſatis pro debitis noſtris valeamus. Ad quod alludunt verba Chriſti, dicentis: Ioan. 6. *In me manet, & ego in eo:* ac ſi dicat; per ſacramentum mihi communicantem facio meum, & per ſacrificium facit me ipſe ſuum. Ex quibus omnibus infero, tanta huius ſacrificij exiſtente præſtantia, & ſanctitate, pariter quoque eſſe oportere magnam, & ſingularem illud miniſtrantium, & accipientium puritatem, quam præſignificauit, quod legimus de Dauide, & eius famulis, qui cum vexati fame veniſſent ad Achimelech ſacerdotẽ, & ab eo petijſſent panes propoſitionis, huius diuini ſacrificij figurã, ille rñdit: 1. Reg. 21. *Si mundi ſunt pueri iſti, &c.* Hanc ergo munditiem, ac vitæ integritatem exigit Deus ab huius ſacrificij miniſtris, idque præceperat per Iſaïam: Iſaia. 52. *Mundi eſtote, qui fertis vaſa Domini;* ad quam ſignificandam puritatem iubebat Deus in ipſo templi introitu eſſe pilam aqua Exod. 38. plenam cum ſpeculis, vt accedentes ſacerdotes, aqua lauarentur, & ſe in ſpeculis aſpicientes componerent, & ornarent ante ſacrificij oblationem: ingredientibusque ad ſancta ſanctorũ Leuit. 6. præcipiebat mutari indumenta vſque ad vltimã tunicam. Quod vt clarius Deus oſtenderet eſſe in ſacerdotibus neceſſarium, vocauit eos Angelos per Malachiam: Malach. 2. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, quia Angelus Domini exercituum eſt.* Memini me legiſſe apud Clementem Alexandrinum, ſuper portam templi Epidauri ſcriptum:

Eſſe decet caſtum ſancti qui limina templi
ingreditur.

Si ergo templum falſi numinis ingreſſurus integer vitæ, & ſceleris purus eſſe debet, qui carnem, & ſanguinem veri Dei tacturus, & tractaturus eſt, multo integrior, & candidior accedat oportet. Si Nabuchodonoſor, vt refert Daniel, Daniel 1. adoleſcentes menſæ ſuæ aſſidentes, pane quem Rex manducabat, & vino, quod bibebat, ſuſtentandos, pulchros, & ſine aliqua labe dedecoris eſſe volebat: Ibidem. *In quibus nulla eſſet macula, decoros forma;* quid mirum, ſi Deus conuiuas ſuos, & carnem Filij ſui mãducaturos, & bibituros ſanguinem, puriſſimos, & caſtiſſimos eſſe præcipiat? Si labia Iſaiæ purgauit, & purificauit Cherub igni prunarum, Iſai. 6. quoniam ille ore ſuo ſumpturus erat, & prædicaturus Dei verbũ, quæ mundicies erit neceſſaria ad ore, animoque ſumendum ipſummet Dei Verbum non prædicatum, ſed carne veſtitum, & ſacramento velatum? Magnus Eccleſiæ doctor Hieronymus grauiter ferens diſpoſitionis huius defectum, quo improbi multi ſuo tempore labora-

Hieron. borabant, ait: *Quiſquis fueris, qualiter cum his labijs Filium Dei oſcularis, quibus oſculatus es labia meretricis? O Iuda Filium hominis oſculo tradis?* ad quem etiam ſcopum dirigere poſſumus Rom. 8. Apoſtoli verba ad Romanos ſcribentis: *Omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc.* quod videlicet eis abutantur peccatores. Sol videtur dolere, quod malis quaſi cogatur præbere lumen, ignis calorem, aer refrigerationem, terra ſuſtentaculum, & alimentum. Quare ſi res omnes creatæ iniuriam ſibi fieri putant, & clamant, atque queruntur propter malum vſum, in quem illas vertit peccator, quomodo panis & vini ſpecies conſecratæ, & in peccato ſumptæ non clamabunt? quomodo caro, & ſanguis Chriſti illis incluſus non queretur? quomodo vita humana, & diuina Filij Dei, quæ ſub hoc ſacramento in forma cibi eſt, non expoſtulabit Gen. 4. vltionem? Non dubito, quin, ſi ſanguis Abel ſuper terram effuſus vindictam contra impium Cain petebat, multo efficacius Chriſti ſanguis intra pectus ſacrilegum mali ſacerdotis, medio hoc ſacramento profuſus, illam flagitabit. Deus pro immenſa bonitate ſua nobis oculos aperiat, & mentem illuminet ad pure ac ſancte diuinum hoc ſacramentum tractandum, & ſacrificium offerendum, vt ex noſtro miniſterio redundet magna in Eccleſiam vtilitas, & ſumma laus in eius auctorem Chriſtum Dominum Ieſum. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XXVIII.

Proponitur ad euincendam hæreticorum proteruiam, corporis Chriſti veram præſentiam in hoc ſacramento negantium irrefragabile propugnaculum ex firmiſſimis Euangelij teſtimonijs, Propheticis vaticinijs, ſanctorum Patrum auctoritatibus, ſacrorum Conciliorum, doctiſſimorum Rabbinorũ, Sibyllinorumque oraculorum monumentis contextum.

Quamuis permulta hucuſque in medium produxerim, quibus veritatem catholicam de reali præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini firmiſſime comprobaui: nihilo ſecius in calce huius mihi dulciſſimæ tractationis, vt catholici omnes ad manum, & in promptu habeant breui ſermone comprehenſa teſtimonia, quibus propoſita veritas non ſolum aduerſus impios hæreticos, ſed & contra perfidos Iudæos corroborari poteſt; in hac vna homilia illa congerere placuit.

Ex teſtimonijs Chriſti Domini, & D. Pauli.

Primo exordiamur a verbis Chriſti Domini. Capite enim 6. D. Ioan. quinquies repetit ſe eſſe panem, qui de cælo deſcendit, quinquies eſſe panem vitæ, quinquies etiam repetit panem hunc eſſe carnem ſuam: ac tandem ait: *Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.* Si vere, ergo non per tropum, & figuram. Quia tamen videbat Chriſtus Dominus maxima fide opus eſſe ad hoc myſterium percipiendum, multoties repetit eo capite, ſibi credendum eſſe. Conſtat autem ad credendum ſolum, quod corpus eius ibi aderat per ſolam ſimilitudinem, & figuram, non opus eſſe tam eximia fide. Deinde ipſi Iudæi ſcandalizati ſunt, vnde ipſe dixit eis: *hoc vos ſcandalizat?* Eſt ergo apertiſſimum, quod iuxta ſermonem Chriſti omnes illi intelligebant loqui de vero ſuo corpore, quo ſe in cibum dare promittebat, alioquin nulla omnino erat ratio ſcandali. Igitur Chriſtus Dominus loquebatur de vero corpore in cibum dando, quod exhorruerunt, vt ibidem dicitur: propter hunc ſermonem *multi diſcipulorum eius abierunt retro.* Accedit ad hæc irrefragabile teſtimonium illorum verborum: *Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo qui pro vobis effundetur.* At ſanguis eius non fuit effuſus per tropũ, ſed in ſeipſo, & re ipſa: ergo vere ſanguis Chriſti, qui ſub ſpeciebus vini continetur, eſt ipſiſſimus ſanguis illius. Deinde cum Chriſtus Dñs in oratione Dominica dicit: *Panem noſtrum quotidianum, da nobis hodie,* de pane veri corporis ſui loquitur: nam in Hebræo, vt annotarunt illius idiomatis periti, habetur: *Panem noſtrum precioſum, & eximium.* Et Græcus interpres vertit, *ſuperſubſtantialem*: quam etiam lectionem retinet D. Matthæi Hebræus codex, & ſeruat noſtra vulgata. At panis vſualis non dicitur precioſus, eximius, & multo minus ſuperſubſtantialis, hoc eſt, ſuper omnes ſubſtantias, cum ſit inferior innumeris fere ſubſtantijs: ſermo igitur eſt de ſubſtantia Chriſti corporis, quæ propter vnionem hypoſtaticam cum Verbo diuino omnes dignitate ſuperat ſubſtantias, etiam Angelicas. Atque hanc expoſitionem, & intelligentiam ſequuntur communiter proceres Eccleſiæ Patres, Hieronymus in commentario huius loci, Cyprianus, D. Cyrillus Hieroſolymitanus, Ambroſius, Auguſtinus, Victori-

Ioan cap. 6.
Ibidem.
Ibidem.
Matt. 6. Luc. 11.
Matt. 6.
Hieron. in comm. huius loci, Cyp. de orat. Dom.

ar. D Cyril. Hier. cat. myſtagog. 5. 1 Cor. 10. S. Ambr. l. 3. de ſacr. c. 4. Aug. l. 2. de ſerm. Dom. in mont. c. 12. Victor. adverſ. Arr. l. 3. & 1. Athanaſ. l. de Incarn. Chriſti. S. German. Conſtant. Epiſ. Venantius Cromatius. Petrus Laodicenſis ſuper or. Dom. Cyril. Alex. l. 11. cap. 26. Ioan.

ctorinus, Athanaſius, S. Germanus Conſtantin. Epiſcop. Venantius Cromatius, Petrus Laodicenſis, ac tandem Paulus ait: *Calix benedictionis, cui benedicimus, nõne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt?* Deinde inquit: *Qui manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini*. Et ad Epheſios tertio dicit gentes eſſe *coheredes, concorporales, & comparticipes promiſſionis eius in Chriſto Ieſu*. Ecce aperte dicit, non ſolum nos eſſe comparticipes gloriæ eius, ſed concorporales corporis illius per Euchariſtiam, vt acute interpretatus eſt Cyrillus Alexandrinus libro vndecimo, capite 26. in Ioannem.

Ex ſanctis Patribus.

D. Andreas ... a Metaphraſte ...

Ex antiquis Patribus D. Andream audiamus, cuius acta habentur Græce, quæ refert Metaphraſtes a Diaconis Achaiæ ſcripta antiquiſſime eo ipſo tempore, quo vixit ille, & & occiſus eſt. Nam cum exigeret ab Apoſtolo ſanctiſſimo Aegeas Achaiæ Proconſul, vt Dijs ſacrificaret, reſpondit hæc ille [Ego omnipotenti Deo quotidie immaculatum agnum ſacrifico.] Et mox [qui cum ſit vere ſacrificatus, & vere a populo carnes eius manducatæ, integer perſeuerat, & viuus.]

S. Iacobus in ſua liturgia

Hæc quæ ſequuntur ſunt Liturgiæ verba S. Iacobi, qui primus Epiſcopus Hieroſolymorum conſtitutus a Petro fuit: quibus nihil clarius ad teſtificationem tantæ veritatis [Chriſtus datur in cibum fidelibus, è pane efficitur corpus Chriſti, è vino ſanguis a Spiritu ſancto, in partes diſtribuitur, neque diuiditur a nobis per Euchariſtiam ſumptus.]

S. Philip. in ſua liturgia

Sanctus Philippus, quia Aethiopibus prædicauit, eoſdem ad Dei fidem adduxit: illi quoque protulerunt & ſuam Liturgiam propria lingua ſcriptam, quam dicunt ab Apoſtolie ſe accepiſſe. In illa ſic ſacerdos ad Chriſtum: [Benedic, ſanctifica, munda, & transfer panem hunc in carnem tuam immaculatam, & vinum in ſanguinem tuum precioſum.] & rurſus: [Hic eſt ſanguis Domini, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui datus eſt in remiſſionem peccatorum, & ad vitam æternam conſequendam vere ſumentibus ipſum. Amen.] Cum autem proponit Euchariſtiam adorandam, inquit [Hoc eſt corpus ſanctum, honoratum, & vitale Domini, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quod datum eſt in remiſſionem peccatorum, & ad vitam æternam conſequendam vere ſumentibus ipſum.]

Liturgia Syriaca.

Habetur & tertia Liturgia Syriaco ſermone conſcripta, qua Chaldæi, & totus Oriens vſque ad extremas oras vtuntur, D. Baſilij. In ea ſic habetur: Inquit ſacerdos [Veniat ſanctus Spiritus tuus ſuper nos, & ſuper hæc, quæ propoſuimus dona, & ſanctificet ea.] Et mox [Et efficiat panem iſtum corpus glorioſum Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti.] Ac deinde [Et calicem hunc ſanguinem precioſum Domini Dei regnantis ſuper omnia Ieſu Chriſti:] Et poſt hæc [Nos autem, qui de vno pane vitæ, & calice redemptionis accipimus, quo inter nos adunemur, dignare communicatione Spiritus ſancti.]

Andreas Maſius in verſione Liturgiæ Syriacæ.

Tertia Syriaco ſermone conſcripta Liturgia vtuntur Chaldæi, & totus Oriens vſque ad extremas terras, quæ verſa a linguarum peritiſſimo Andrea Maſio ſic habet [Veniat ſanctus Spiritus ſuper nos, & ſuper hæc, quæ propoſuimus dona, & ſanctificet ipſa, & efficiat panem iſtum glorioſum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti.]

Liturgia quarta ritus S. Chryſoſt.

Quarta Liturgia nonnullos ritus habet a S. Chryſoſtomo, & celebratur a Concilio ſexto, in qua ſic ſacerdos ait ad Deum [Vt mittas Spiritum ſanctum tuum ſuper hæc apposita munera: & fac panem iſtum quidem precioſum corpus Chriſti tui. Amen. permutans ſancto Spiritu tuo. Amen.]

In Latinæ linguæ Liturgia, quam Petrus tradidit, vt Græci ipſi teſtantur, ceterique pene innumeri, dicimus [Quam oblationem tu Deus, in omnibus quæſumus ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, vt nobis corpus, & ſanguis fiat dilectiſſimi Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti.]

S. Ignat.

Sanctus Ignatius, qui viuente Chriſto fuit, & cum Apoſtolis eſt verſatus, & ab ijs Epiſcopus Antiochiæ creatus, vt refert Theodoretus, de hæreticis quibuſdam loquens [Euchariſtias] ait [& oblationes non admittunt, quod non cõfiteantur Euchariſtiam eſſe carnem ſaluatoris, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam Pater ſua benignitate ſuſcitauit.] Et idem rurſus ad Philadelphienſes, vt oſtendat coniunctionem, quæ ex Euchariſtia ſumpta naſcitur [Rogo vos] ait [vt inſtetis vni fidei, vni prædicationi, vna Euchariſtia vtentes. Vna eſt caro Domini Ieſu, & vnus eius ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt, vnus etiam panis pro omnibus confractus, & vnus calix totius Eccleſiæ.]

S. Iuſt. in apolog. ad Antoninum

Eum ſecutus ætate proximus ſanctus Iuſtinus hæc habet in Apologia ad Antoninum [Neque enim vt communem panem, neque vt communem potum hæc ſumimus, ſed quemadmodum verbo Dei caro factus eſt Ieſus Chriſtus ſaluator noſter, & carnem, & ſanguinem habuit pro ſalute noſtra; ſic per preces verbi ab ipſo traditi Euchariſtiam factam alimentum, e quo carnes, & ſanguis noſter per immutationem aluntur, edocti ſumus eſſe carnem Ieſu illius, qui pro nobis caro factus eſt.]

Clem. Alex.

Qui S. Irenæi tempora attigit Clemens Alexandrinus, hæc in hanc ſententiam verba refert [Ideo autem Eccleſia (ait loquens de Chriſtiano, qui in doctrina Chriſti ſit adhuc infans)

lac

Digitized by Google

Hieron.

borabant, ait: *Quiſquis fueris, qualiter cum his labijs Filium Dei oſcularis, quibus oſculatus es labia meretricis? O Iuda Filium hominis oſculo tradis?* ad quem etiam ſcopum dirigere poſſumus

Rom. 8.

Apoſtoli verba ad Romanos ſcribentis: *Omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc* quod videlicet eis abutantur peccatores. Sol videtur dolere, quod malis quaſi cogatur præbere lumen, ignis calorem, aer refrigerationem, terra ſuſtentaculum, & alimentum. Quare ſi res omnes creatæ iniuriam ſibi fieri putant, & clamant, atque queruntur propter malum vſum, in quem illas vertit peccator, quomodo panis & vini ſpecies conſecratæ, & in peccato ſumptæ non clamabunt? quomodo caro, & ſanguis Chriſti illis incluſus non queretur? quomodo vita humana, & diuina Filij Dei, quæ ſub hoc ſacramento in forma cibi eſt, non expoſtulabit vltionem?

Gen. 4.

Non dubito, quin, ſi ſanguis Abel ſuper terram effuſus vindictam contra impium Cain petebat, multo efficacius Chriſti ſanguis intra pectus ſacrilegum mali ſacerdotis, medio hoc ſacramento profuſus, illam flagitabit. Deus pro immenſa bonitate ſua nobis oculos aperiat, & mentem illuminet ad pure ac ſancte diuinum hoc ſacramentum tractandum, & ſacrificium offerendum, vt ex noſtro miniſterio redundet magna in Eccleſiam vtilitas, & ſumma laus in eius auctorem Chriſtum Dominum Ieſum. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XXVIII.

Proponitur ad euincendam hæreticorum proteruiam, corporis Chriſti veram præſentiam in hoc ſacramento negantium irrefragabile propugnaculum ex firmiſſimis Euangelij teſtimonijs, Propheticis vaticinijs, ſanctorum Patrum auctoritatibus, ſacrorum Conciliorum, doctiſſimorum Rabbinorũ, Sibyllinorumque oraculorum monumentis contextum.

Qvamuis permulta hucuſque in medium produxerim, quibus veritatem catholicam de reali præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini firmiſſime comprobaui: nihilo ſecius in calce huius mihi dulciſſimæ tractationis, vt catholici omnes ad manum, & in promptu habeant breui ſermone comprehenſa teſtimonia, quibus propoſita veritas non ſolum aduerſus impios hæreticos, ſed & contra perfidos Iudæos corroborari poteſt, in hac vna homilia illa congerere placuit.

Ex teſtimonijs Chriſti Domini, & D. Pauli.

Ioan cap. 6.

Primo exordiamur a verbis Chriſti Domini. Capite enim 6. D. Ioan. quinquies repetit ſe eſſe panem, qui de cælo deſcendit, quinquies eſſe panem vitæ, quinquies etiam repetit panem hunc eſſe carnem ſuam: ac tandem ait:

Ibidem.

Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Si vere, ergo non per tropum, & figuram. Quia tamen videbat Chriſtus Dominus maxima fide opus eſſe ad hoc myſterium percipiendum, multoties repetit eo capite, ſibi credendum eſſe. Conſtat autem ad credendum ſolum, quod corpus eius ibi aderat per ſolam ſimilitudinem, & figuram, non opus eſſe tam eximia fide. Deinde ipſi Iudæi ſcandalizati

Ibidem.

ſunt, vnde ipſe dixit eis: *hoc vos ſcandalizat?* Eſt ergo apertiſſimum, quod iuxta ſermonem Chriſti omnes illi intelligebant loqui de vero ſuo corpore, quo ſe in cibum dare promittebat, alioquin nulla omnino erat ratio ſcandali. Igitur Chriſtus Dominus loquebatur de vero corpore in cibum dando, quod exhorruerunt, vt ibidem dicitur: propter hunc ſermonem *multi diſcipulorum eius abierunt retro.* Accedit ad hæc irrefragabile teſtimonium illorum verborum: *Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo qui pro vobis effundetur.* At ſanguis eius non fuit effuſus per tropũ, ſed in ſeipſo, & re ipſa: ergo vere ſanguis Chriſti, qui ſub ſpeciebus vini continetur, eſt ipſiſſimus ſanguis illius. Deinde cum Chriſtus Dñs in oratione

Matt. 6. Luc. 11.

Dominica dicit: *Panem noſtrum quotidianum, da nobis hodie,* de pane veri corporis ſui loquitur: nam in Hebræo, vt annotarunt illius idiomatis periti, habetur: *Panem noſtrum precioſum, & eximium.* Et Græcus interpres vertit, *ſuperſubſtantialem*: quam etiam lectionem retinet D. Matthæi Hebræus codex, & ſeruat

Matt. 6.

noſtra vulgata. At panis vſualis non dicitur precioſus, eximius, & multo minus ſuperſubſtantialis, hoc eſt, ſuper omnes ſubſtantias, cum ſit inferior innumeris fere ſubſtantijs: ſermo igitur eſt de ſubſtantia Chriſti corporis, quæ propter vnionem hypoſtaticam cum Verbo diuino omnes dignitate ſuperat ſubſtantias, etiam Angelicas. Atque hanc expoſitionem, & intelligentiam ſequuntur communiter

Hieron. in comm. huius loci. Cypr. de orat. Dom.

proceres Eccleſiæ Patres, Hieronymus in commentario huius loci, Cyprianus, D. Cyrillus Hieroſolymitanus, Ambroſius, Auguſtinus, Victori-

ſer. D. Cyril. Hier. cat. myſtagog. 5. 1 Cor. 10. S. Ambr. l. 5. de ſacr. c. 4. Aug. l. 4. de Trin. Dom. in mont. c. 15 Vidter. aduers. Arr. l. 8. & 1. Athana. v. l. de Incarn. Chriſti. S. German. Conſtant. Epis. Venantius Cromatius. Petrus Laodicenſis ſuper or. Dom. Cyril. Alex. l. 11. cap. 26. Ioan.

ctorinus, Athanaſius, S. Germanus Conſtantin. Epiſcop. Venantius Cromatius, Petrus Laodicenſis, ac tandem Paulus ait: *Calix benedictionis, cui benedicimus, nõne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt?* Deinde inquit: *Qui manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Et ad Epheſios tertio dicit gentes eſſe *coheredes, concorporales, & comparticipes promiſſionis eius in Chriſto Ieſu.* Ecce aperte dicit, non ſolum nos eſſe comparticipes gloriæ eius, ſed concorporales corporis illius per Euchariſtiam, vt acute interpretatus eſt Cyrillus Alexandrinus libro vndecimo, capite 26. in Ioannem.

Ex ſanctis Patribus.

D. Andreas apud Metaphraſte in eius geſt.

Ex antiquis Patribus D. Andream audiamus, cuius acta habentur Græce, quæ refert Metaphraſtes a Diaconis Achaiæ ſcripta antiquiſſime eo ipſo tempore, quo vixit ille, & & occiſus eſt. Nam cum exigeret ab Apoſtolo ſanctiſſimo Aegeas Achaiæ Proconſul, vt Dijs ſacrificaret, reſpondit hæc ille [Ego omnipotenti Deo quotidie immaculatum agnum ſacrifico.] Et mox [qui cum ſit vere ſacrificatus, & vere a populo carnes eius manducatæ, integer perſeuerat, & viuus.]

S. Iacobus in ſua liturgia

Hæc quæ ſequuntur ſunt Liturgiæ verba S. Iacobi, qui primus Epiſcopus Hieroſolymorum conſtitutus a Petro fuit: quibus nihil clarius ad teſtificationem tantæ veritatis [Chriſtus datur in cibum fidelibus, è pane efficitur corpus Chriſti, è vino ſanguis a Spiritu ſancto, in partes diſtribuitur, neque diuiditur a nobis per Euchariſtiam ſumptus.]

S. Philip. in ſua liturgia

Sanctus Philippus, quia Aethiopibus prædicauit, eoſdem ad Dei fidem adduxit: illi quoque protulerunt & ſuam Liturgiam propria lingua ſcriptam, quam dicunt ab Apoſtolis ſe accepiſſe. In illa ſic ſacerdos ad Chriſtum: [Benedic, ſanctifica, munda, & transfer panem hunc in carnem tuam immaculatam, & vinum in ſanguinem tuum precioſum.] & rurſus: [Hic eſt ſanguis Domini, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui datus eſt in remiſſionem peccatorum, & ad vitam æternam conſequendam vere ſumentibus ipſum. Amen.] Cum autem proponit Euchariſtiam adorandam, inquit [Hoc eſt corpus ſanctum, honoratum, & vitale Domini, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quod datum eſt in remiſſionem peccatorum, & ad vitam æternam conſequendam vere ſumentibus ipſum.]

Liturgia Syriaca.

Habetur & tertia Liturgia Syriaco ſermone conſcripta, qua Chaldæi, & totus Oriens vſque ad extremas oras vtuntur, D. Baſilij. In ea ſic habetur: Inquit ſacerdos [Veniat ſanctus Spiritus tuus ſuper nos, & ſuper hæc, quæ propoſuimus dona, & ſanctificet ea.] Et mox [Et efficiat panem iſtum corpus glorioſum Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti.] Ac deinde [Et calicem hunc ſanguinem precioſum Domini Dei regnantis ſuper omnia Ieſu Chriſti:] Et poſt hæc [Nos autem, qui de vno pane vitæ, [& calice redemptionis accipimus, quo inter nos adunemur, dignare communicatione Spiritus ſancti.]

Andreas Maſius in verſione Liturgiæ Syriacæ.

Tertia Syriaco ſermone conſcripta Liturgia vtuntur Chaldæi, & totus Oriens vſque ad extremas terras, quæ verſa a linguarum peritiſſimo Andrea Maſio ſic habet [Veniat ſanctus Spiritus ſuper nos, & ſuper hæc, quæ propoſuimus dona, & ſanctificet ipſa, & efficiat panem iſtum glorioſum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti.]

Liturgia quarta ſiue S. Chryſost.

Quarta Liturgia nonnullos ritus habet a S. Chryſoſtomo, & celebratur a Concilio ſexto, in qua ſic ſacerdos ait ad Deum [Vt mittas Spiritum ſanctum tuum ſuper hæc appoſita munera: & fac panem iſtum quidem precioſum corpus Chriſti tui. Amen. permutans ſancto Spiritu tuo. Amen.]

In Latinæ linguæ Liturgia, quam Petrus tradidit, vt Græci ipſi teſtantur, ceterique pene innumeri, dicimus [Quam oblationem tu Deus, in omnibus quæſumus ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, vt nobis corpus, & ſanguis fiat dilectiſſimi Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti.]

S. Ignat.

Sanctus Ignatius, qui viuente Chriſto fuit, & cum Apoſtolis eſt verſatus, & ab ijs Epiſcopus Antiochiæ creatus, vt refert Theodoretus, de hæreticis quibuſdam loquens [Euchariſtias] ait [& oblationes non admittunt, quod non cõfiteantur Euchariſtiam eſſe carnem ſaluatoris, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam Pater ſua benignitate ſuſcitauit.] Et idem rurſus ad Philadelphienſes, vt oſtendat coniunctionem, quæ ex Euchariſtia ſumpta naſcitur [Rogo vos] ait [vt inſtetis vni fidei, vni prædicationi, vna Euchariſtia vtentes. Vna eſt caro Domini Ieſu, & vnus eius ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt, vnus etiam panis pro omnibus confractus, & vnus calix totius Eccleſiæ.]

S. Iuſt. in apolog. ad Antoninum

Eum ſecutus ætate proximus ſanctus Iuſtinus hæc habet in Apologia ad Antoninum [Neque enim vt communem panem, neque vt communem potum hæc ſumimus, ſed quemadmodum verbo Dei caro factus eſt Ieſus Chriſtus ſaluator noſter, & carnem, & ſanguinem habuit pro ſalute noſtra; ſic per preces verbi ab ipſo traditi Euchariſtiam factam alimentum, e quo carnes, & ſanguis noſter per immutationem aluntur, edocti ſumus eſſe carnem Ieſu illius, qui pro nobis caro factus eſt.]

Clem. Alex.

Qui S. Irenæi tempora attigit Clemens Alexandrinus, hæc in hanc ſentẽtiam verba refert [Ideo autem Eccleſia (ait loquens de Chriſtiano, qui in doctrina Chriſti ſit adhuc infans)

lac

lac non habuit, quod lac eſſet hic infantulus pulcher, & appoſitus, ſcilicet corpus Chriſti, nouum cœtum verbo nutriens, quem Dominus ipſe carnali labore peperit, quem ipſe faſcijs alligauit Dominus precioſo ſanguine ſuo. O ſanctas ſecundinas, & partum ſanctum! O ſanctas faſcias! Verbum eſt omnia infanti, & pater, & mater, & pædagogus, & altor. Comedite, inquit, meam carnem, & bibite meum ſanguinem. Hæc appoſita, & conuenientia alimenta ſuppeditat nobis Dominus, & carnem præbet, & effundit ſanguinem, & ad incrementum nihil deeſt infantulis. O admirabile myſterium? veterem, & carnalem nos iubet exuere corruptionem, quemadmodum & vetus nutrimentum. Alit autem nouæ Chriſti dietæ effectos participes, illum vult, ſi fieri poteſt, recipientes in nobis ipſis reponere, & ſaluatorem intra pectus comprehendere, vt carnis noſtræ affectiones integras, incorruptaſque reddamus. An non vis ſic intelligere, ſed fortaſſe communius? hoc quoque alias.]

Tertul. l. de reſurrect.

Clementis etiam ętate Tertullianus, quamuis iunior, ſic libro de reſurrectione [Caro, ait, corpore, & ſanguine Chriſti veſcitur, vt anima de Deo ſaginetur.] Proximus ſequitur Origenes, qui ſic contra Celſum. [Quocirca, ait, Celſus Dei ignarus, gratias dæmonibus reddat, nos vero Creatori omnium Deo gratias agentes, & pro collatis eius in nos beneficijs actis gratijs, & oblatis panibus veſcimur, qui vtique per preces efficiuntur corpus quoddam ſanctum, & ſanctificans eos, qui ſano propoſito, & mente illo vtuntur.] & rurſus [Quoniam vitæ pane, & poculo frueris, manducas, & bibis corpus, & ſanguinem Domini, tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur.] & alibi [Noſtis, qui diuinis myſterijs intereſſe conſueuiſtis, quomodo cum ſuſcipitis corpus Domini, cum omni cautela, & veneratione ſeruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne conſecrati muneris aliquid dilabatur: reos enim vos eſſe creditis, & recte creditis, ſi quid inde per negligentiam decidat.] Rurſus idem [Tunc in ænigmate manna erat cibus, nunc autem in ſpecie caro Verbi Dei, & verus cibus, ſicut ipſe dicit: Caro mea vere eſt cibus.]

Orig. l. contra Celſum. — *Ioan. 6.*

Cypr. epiſt. 56. l. 3.

Non multo poſt Origenem S. Cyprianus floruit, qui ſic epiſt. 56. lib. 3. [Parare ſe debent milites Chriſti, conſiderantes idcirco ſe quotidie calicem ſanguinis Chriſti bibere, vt poſſint & ipſi ſanguinem pro Chriſto fundere.] Et lib. de lapſis [Sanctificata ora cæleſtibus cibis poſt corpus, & ſanguinem Domini profana contagia, & idolorum reliquias reſpuerunt.]

Cypr. lib. de cœna Domini.

Extant D. Cypriani, nec non ſanctiſſimi ſcriptoris ſermones aliquot, in quibus hęc habentur libro de Cœna Domini [Conſumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconſumptibilem cibum magiſter apponit diſcipulis: nec iam ad elaborata impenſis, & arte conuiuia populi incitantur, ſed immortalitatis alimonia datur à communibus cibis differens, corporalis ſubſtantiæ retinens ſpeciem, ſed virtutis diuinæ inuiſibili efficientia probans adeſſe præſentiam.] & mox [Manducauerant, & biberant de eodem pane ſecundum formam viſibilem: ſed ante verba illa cibus ille communis tantum nutriendo corpori commodus erat, & vitæ corporali ſubſidium miniſtrabat: ſed ex quo a Domino dictum eſt: Hoc facite in meam commemorationem, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus; quotieſcunque his verbis, & hac fide actum eſt, panis iſte superſubſtantialis, & calix benedictione ſolemni ſacratus ad totius hominis vitam, ſalutemque proficit, ſimul medicamentum, & holocauſtum ad ſanandas infirmitates, & purgandas iniquitates exiſtens.] & rurſus [Panis iſte, quem Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi, factus eſt caro: & ſicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, & latet diuinitas; ita ſacramento viſibili ineffabiliter diuina ſe infundit eſſentia, vt eſſet religioni circa ſacramēta deuotio, & ad veritatem, cuius corpus, & ſanguis ſacramenta ſunt, ſincerior pateret acceſſus vſque ad participationem ſpiritus, non vſque ad conſubſtantialem Chriſti, ſed vſque ad ſocietatem germaniſſimam eius hæc vnitas perueniſſet.] Idem libro de oratione Dominica [Quomodo dicimus: Pater noſter, quia intelligentium, & credentium Pater eſt: ſic & panem noſtrum vocamus, quia Chriſtus noſter, qui corpus eius contingimus, panis eſt. Hunc autem panem dari quotidie nobis poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo grauiori delicto, dum abſtenti, & non communicantes a cæleſti pane prohibemur, a Chriſti corpore ſeparemur, ipſo prædicante, & monente: Ego ſum panis vitæ, qui de cælo deſcendit; ſi quis manducauerit de meo pane, viuet in æternum: & [Panis autem, quem ego dedero, caro mea eſt pro mundi vita. Quando ergo dicit in æternum viuere, ſi quis ederit de eius pane, vt manifeſtum eſt eos viuere, qui corpus eius attingunt, & Euchariſtiam iure communicationis accipiunt; ita contra timendum, & orandum, ne dum quis abſtentus ſeparatur a Chriſti corpore, procul remaneat a ſalute.]

Luc. 22. Matt. 26. Ibidem. — *Ioan. 6.*

S. Cyril. Hieroſ. Catec. quarta. Matt. 26.

Sancti Cyrilli Hieroſolymitani, qui ante, & poſt Concilium Nicænum fuit, hæc ſunt verba catecheſi quarta [Cum Chriſtus igitur ſic affirmet, atque dicat de pane: Hoc eſt corpus meum, quis deinceps audeat dubitare? atque eodem quoque confirmante, & docente: Hic eſt ſanguis meus; quis vmquam dubitet, ac dicat, non eſſe illius ſanguinem? Aquam mutauit in vinum, quod eſt ſanguini propinquum, in Cana Galilææ ſola voluntate: & non erit dignus, cui credamus, quod vinum, in ſanguinem tranſmutaſſet? Si enim ad nuptias corporeas inuitatus ſtupendum miraculum operа-

Ibidem. Ioan. 10.

peratus eſt, & non magis corpus, & ſanguinem filijs ſponſi dediſſe illum confitebimur? Quare omni cum certitudine corpus, & ſanguinem Chriſti ſumamus. Nam ſub ſpecie panis datur tibi corpus, & ſub ſpecie vini datur tibi ſanguis, vt ſumpto corpore, & ſanguine Chriſti efficiamur ei comparticipes corporis, & ſanguinis; atque ita Chriſtoferi efficiamur, id eſt Chriſtum ferentes, cum eius corpus, & ſanguinem in membra noſtra receperimus; atque ita, vt Petrus dixit, diuinæ naturæ conſortes efficiamur. (*2. Petr. 1.*)] & poſt [Eos nunc, qui inter Patrem, & Filium voluntatis ingerunt vnitatem, interrogo, vtrumne per naturę veritatem hodie Chriſtus in nobis ſit, an per concordiam voluntatis? Si enim Verbum caro factum eſt, (*Ioan. 1*) & nos vere Verbum carnem cibo Dominico ſumimus, quomodo non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt, qui & natura carnis noſtræ iam inſeparabilem ſibi homo natus aſſumpſit, & naturam carnis ſuæ ad naturam æternitas ſub ſacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit? Ita enim omnes vnum ſumus, quia & in Chriſto Pater eſt, & Chriſtus in nobis. Quiſquis igitur naturaliter Patrem in Chriſto negat, negat prius non naturaliter, vel ſe in Chriſto, vel Chriſtum ſibi ineſſe: quia in Chriſto Pater, & Chriſtus in nobis eſt vnum, in his eſſe nos faciunt. Si vere igitur carnem corporis Chriſti Chriſtus aſſumpſit, & vere homo ille, qui ex Maria natus eſt, Chriſtus eſt, noſque vere ſub myſterio carnem corporis ſui ſumimus, & per hoc vnum erimus: quia Pater in illo eſt, & ille in nobis: quomodo voluntatis vnitas aſſeritur, cum naturalis per ſacramentum proprietas perfectæ ſit ſacramentum vnitatis?]

(*D. Athan.*) Audiamus nunc Athanaſium ſanctum citatum a Theodoreto in hæc verba [Corpus eſt cui dicit: ſede a dextris meis, cuius etiam inimicus Diabolus cum malis poteſtatibus, & Iudæi, & Græci, per quod corpus Pontifex, & Apoſtolus fuit, & dictus eſt per id, quod tradidit nobis myſterium, dicens: Hoc eſt corpus meum, (*Matt. 26.*) quod pro vobis frangitur. & : Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effunditur, &c.]

(*Iulius ſcribens ad Ro. Cæſar. & Conſtātem.*) Eadem cum prædictis tradit Iulius Firmicus his verbis [Et rurſus ipſe, ſcilicet Chriſtus, vt maieſtatis ſuæ ſubſtantiam, non igitur figuram, aut vim ſolam, credentibus traderet, ait: Niſi ederitis carnem Filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. (*Ioan. 6.*)] & mox [Cæleſti cibo renouate hominem perditum, vt quidquid in nobis mortuum eſt, diuinis beneficijs renaſcatur.]

(*Hilar. cont. Arrian.*) Hilarium autem in Arrianos audiamus. [Non eſt humano, aut ſæculi ſenſu loquendum in Dei rebus, neque per violentiam, aut impudentem prædicationem cæleſtium dictorum ſanitati, alienæ, atque impiæ intelligentiæ extorquenda peruerſitas eſt. Quæ ſcripta ſunt legimus, & quæ legimus intelligamus, & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali enim Chriſti in nobis veritate, quæ dicimus, niſi ab eo diſcamus, ſtulte, atq; impie dicimus. Ipſe enim ait: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus: (*Ioan. 6*) qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis, & ſanguinis non eſt relictus ambigendi locus: nunc enim, & ipſius Domini profeſſione, & fide noſtra vere ſanguis eſt, & hæc accepta, atque hauſta id efficiunt, vt nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. Anne hoc veritas non eſt? Contingat his plane non eſſe, qui Chriſtum Ieſum verum eſſe Deum negant. Eſt ergo in nobis ipſe per carnem, & ſumus in eo, dum ſecum hoc, quod nos ſumus, in Deo eſt; quod autem in eo per ſacramentum communicatæ carnis, & ſanguinis ſimus, ipſe teſtatur, dicens: (*Ioan. 14.*) Et hic mundus iam me non videt, vos autem me videbitis, quando ego viuo, & viuetis, quoniam ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Si voluntatis tantum vnitatem intelligi vellet, cur gradum quendam, atque ordinem conſummandæ vnitatis expoſuit, niſi, vt cum ille in Patre per naturam diuinitatis eſſet, nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille rurſus in nobis per ſacramentorum ineſſe myſterium crederetur, ac ſic perfecta per mediatorē vnitas doceretur; cum nobis in ſe manentibus ipſe maneret in Patre, & in Patre manens ipſe maneret in nobis, & ita ad vnitatem Patris proficeremus; cum, qui in eo naturaliter ſecundum natiuitatem ineſt, nos quoq; naturaliter in eo ineſſemus, ipſo in nobis naturaliter permanente. Quod autem ſit in nobis naturalis hæc vnitas, ipſe ita teſtatus eſt: (*Ioan. 6.*) Qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo: non enim quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit, eius tantum in ſe aſſumptam habens carnem, qui ſuam ſumpſerit. Perfectæ autem huius vnitatis ſacramentum ſuperius iam docuerat, dicens: (*Ibidem.*) Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo per Patrem, & qui manducat meam carnem, & ipſe viuet per me. Viuit ergo per Patrem, & quomodo per Patrem viuit, eodem modo nos per carnem eius viuemus. Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præſumitur, vt id, de quo agimus, ſecundum propoſitum exemplum aſſequamur. Hæc vero vitæ noſtræ cauſa eſt, quod in nobis carnalibus manentem per carnem Chriſtum habemus; victuris nobis per eum ea conditione, qua viuit ille per Patrem. Si ergo nos naturaliter ſecundum carnem per eum viuimus, id eſt naturam carnis ſuæ adepti, quomodo non naturaliter ſecundum ſpiritum in ſe Patrem habeat, cum viuat ipſe per Patrem? Hęc autem idcirco a nobis commemorata ſunt, quia voluntatis tantum vnitatem inter Patrem, & Filium hęretici mentientes, vnitatis noſtræ ad Deum vtebantur exemplo, tamquam nobis ad Filium, & per Filium ad Patrem obſequio tantum ac voluntate religionis vnitis nulla per ſacramentum

carnis,

carnis, & ſanguinis naturalis communionis proprietas indulgeretur.]

S. Ambr. l. 4. de ſacram. cap. 4. Sic vero S. Ambroſius [Tu forte dicis, meus panis eſt vſitatus: ſed panis iſte, panis eſt ante verba ſacramentorum, vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti. & forte dicas, aliud video, quomodo tu mihi aſſeris, quod corpus Chriſti accipiam? Et hoc nobis adhuc ſupereſt, vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis, vt probemus non hoc eſſe, quod formauit, ſed quod benedictio conſecrauit? maioremque vim eſſe benedictionis, quam
Exod. 7. naturæ, quia benedictione etiam natura ipſa mutatur? Virgam tenebat Moyſes, proiecit eam, & facta eſt ſerpens.] Plurimis etiam ſubiunctis ſimilibus exemplis concludit [Quod ſi tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret; quid dicimus de ipſa conſecratione diuina; vbi verba ipſa Domini ſaluatoris operantur? Nam ſacramentum iſtud, quod accipis, Chriſti ſermone con-
3. Reg. 18. ficitur. Quod ſi tantum valuit ſermo Eliæ,
Pſal. 32. vt ignem de cælo deponeret; non valebit Chriſti ſermo, vt ſpecies mutet elementorum? De totius mundi operibus legitur, quia ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt: ſermo ergo Chriſti, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non poteſt ea, quæ ſunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus eſt nouas res dare, quam mutare naturas.] & mox [Liquet, quod præter naturæ ordinem Virgo generauit: & hoc, quod conficimus, corpus ex Virgine eſt. Quid hic quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe Dominus Ieſus partus ex Virgine? & [Sicut verus eſt Dei Filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quemadmodum homines per gratiam, ſed quaſi Filius ex ſubſtantia Patris; ita vera caro, vt ipſe dixit, quam accipimus.] & alibi [Chriſtus, inquit, ſacerdos eſt propter carnem, quam ſumpſit, aut propter victimam, quam pro nobis offerebat a nobis ſu-
Ioan. 6. ſceptam: de qua ait, Niſi manducaueritis carnem filij hominis: ſed in iſta carne, & ſanguine nihil craſſum, nihil corruptibile mens humana percipiat, ſed viuificatricem ſubſtantiam, atque ſalutarem (non igitur vim, aut figuram) in pane, & vino, per quæ ſi digne ſumatur, nobis eſt remiſſio peccatorum.]

S. Greg. Nyſſ. de Euchar. S. Gregorium Nyſſenum ſic loquentem audiamus [Panis abſque ſemine, abſque aratione, abſque vllo humano opere nobis paratus, is deſuper defluens inuenitur in terris: panis enim, qui de cælo deſcendit, qui verus cibus eſt, qui ænigmatice hac hiſtoria ſignificatur, non incorporea quædam res eſt: quo enim pacto res incorporea corpori cibus fiet? res autem, quæ in corporea non eſt, corpus omnino eſt?] item [Quemadmodum, inquit, parum fermenti totam maſſam ſibi ſimilem reddit, ſic & corpus illud, quod a Deo factum eſt immortale, in noſtrum corpus ingrediens, totum in ſe transfert, atque commutat. Nam vt peſtiferum cum ſalubri commiſtum illud efficit pernicioſum; ſic & corpus immortale reddit totum illud, in quo ſuſceptum eſt, naturæ ſimili immortale.] & mox [Fidelium corporibus coniungitur, vt ea coniunctione cum immortali homo etiam immortalitatis particeps fiat.] Deinde [Conſiderandum eſt, quomodo fieri queat, vt cum vnum illud corpus aſſidue per totum orbem terrarum tot fidelium millibus communicetur, totum cuiuſque per partem euadat, & ſe ipſo totum permaneat.] Ad hæc [Diuinum illud corpus panis nutrimentum accipiens, idem quodam modo erat cum illo cibo, vt diximus, in eius naturam immutato.] & mox [Quamobrem recte etiam nunc Dei verbo ſacrificatum panem in Dei Verbi corpus credimus immutari.] Et iterum [Hæc autem tribuit virtute benedictionis, in illud (corpus Domini) verum quæ videntur (id eſt panis, & vini) naturam mutans.]

Sic vero locutus S. Nazianzenus [Abſque confuſione, & dubio comede corpus, & ſanguinem bibe, ſi ſaltem vitæ diſiderio teneris, neque ſermonibus, qui de carne habentur, fidem deneges, neque ob paſſionem offendaris: conſtans eſto, firmus, & ſtabilis, in nulla re propter aduerſariorum ſermones fluctues.]

Ecce in omni litterarum genere doctiſſimum S. Cæſareum loquẽtem [Ipſum, inquit ille, ſanctum Verbum noſtri ſimile factum eſt, S. Cæſarius dialogo 3.
& vitam inter nos agens, cum eſſet, quod erat, & cerneretur, quod non erat, inquit ad ſacrũ Apoſtolorum cœtum, panem diſtribuens, Hoc Matt. 26.
eſt corpus meum nondum immolatum carne, & accipite, & bibite, hic eſt ſanguis meus nondum vulneratus in Cruce per lanceam in late- Ibidem.
re, & videmus panem illum ſanctum hodie in ara incruenta tempore diuini, & myſtici officij in impolluta poſitum menſa non tam ſimilem imagini ſalutaris corporis Dei, & Verbi, neque item immixto ipſius ſanguini vna cum pane propoſitum poculum vini, non membrorum in ſuos articulos diſtinctioni, non carneæ, & ſanguineæ qualitati, non oculos effugienti, & abſconditæ, coniunctæ cum ipſo formæ experti qualitati. Illud enim ſanguinẽ continens animatũ, rubrũ, & articulatum eſt, & varijs arterijs, & venis diſtinctum, quibus Verbũ illud, opifex, variegatũ erat vſq; ad pilos, & vngues. Comam enim voco Chriſti comam, ſimiliter & pedes, & vngues, & ſanguinem, & aquam; propter me enim meus adiũxit ſe Verbum, eſtque hoc quidem artubus compoſitum, incedendi vim habens, & agendi, illud autem rotundum, nõ articulatum, inanimatum, ſanguine carens, immobile, & neutri ſimile, qui non ei, qui cernitur, ſed oculos latet quantum ad diuinitatem: credimus nihilominus ſecundum ſermonem diuinum, etiamſi non ſit ſimile, vel æquale, proprie tamen (aduerte hæc verba) & conuenienter id eſſe corpus diuinum, quod in diuina menſa ſancte conſecratur, & vniuerſo cœtui

ſacro

ſacro abſque ſectione diuiditur, & abſque defectu participatur: neque enim ſol deſinit indignis lucem præbere, neque mare ob ſalem participantem vſque ad fundum exhauritur: neq; ignis infinitas ſuccendens faces langueſcit, aut minuitur, non deficiente eo, quod ſubeſt, & flãmam excitat: neque aer omnium animatorum reſpiratione minuitur.

S. Ephr. de natura Dei non ſcrutanda cap. 1.

S. vero Ephrem ſic loquitur [Quid ſcrutaris inſcrutabilia? ſi iſta curioſe rimaris, non iam fidelis vocaberis, ſed curioſus: eſto fidelis, atque innocens, participa immaculato corpori Domini tui fide pleniſſima, certus, quod Agnum integrum comedis. Ignis mortalis ſunt myſteria Chriſti, noli temere ea perſcrutari, ne in ipſorum perſcrutatione comburaris.]

S. Epiph. in Ancorato. Ioan. 13. Matth. 26. 1. Cor. 11.

Hæc habet S. Epiphanius [Videmus, inquit, quod accepit Saluator in manus ſuas, veluti Euangeliſta habet, quod ſurrexit in cœna, & accepit hæc, & cum gratias egiſſet, dixit, hoc eſt meum. hoc? & hoc? & videmus, quod non æquale eſt, neque ſimile, non imagini in carne, non inuiſibili deitati, non lineamentis membrorum: hoc enim eſt rotundæ formæ, & inſenſibile quantum ad potentiam, & voluit per gratiam dicere, hoc meum eſt, hoc? & hoc? & nemo non fidem habet ſermoni: qui enim non credit eſſe ipſum verum (non igitur per figuram ipſum inquit, & verum) excedit a gratia, & ſalute.]

Vict. Afer.

Hunc ſequitur Victorinus Afer ſic ſcribens: [Niſi acceperitis corpus hominis (obſerua hæc verba) ſicut panem vitæ, & biberitis ſanguinẽ eius, non habebitis vitam in vobis: qui autem edet carnem eius, & bibet eius ſanguinem, habebit vitam æternam: omne enim, quod Chriſtus eſt, vita æterna eſt, vel ſpiritus, vel anima, vel caro. Horum enim omnium ipſe *logos* eſt: *logos* autem principalis vita: etiam ea, quæ induit, vita ſunt: vnde iſta & in nobis vitã æternam merebuntur per ſpiritum, quem Chriſtus nobis dat, facta & ipſa ſpiritualia. Ac ne quis crederet de Chriſto carnali Chriſtum ita dicere, & nõ de toto ſe, qui eſt ſpiritus, anima, & caro; quid ait? quid ſi videritis filium hominis aſcendentem in cælum? quis eſt filius hominis? ſpiritus, anima, & caro.

Ioan. 6. *Ibidem.*

S. Gaud. Ep. tract. 2.

S. Gaudentij Epiſcopi Brixienſis nunc teſtimonium afferamus, cuius ea verba ſunt [Ipſe igitur naturarum creator, & Dominus, qui producit de terra panem, de pane rurſus (quia & poteſt, & promiſit) efficit proprium corpus: & qui de aqua vinum fecit, & de vino ſanguinem ſuum.] & mox [O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei: paſcha eſt Domini, hoc eſt, tranſitus Domini, ne terrenum putes, quod cæleſte effectum eſt per eum, qui tranſit in illud, & fecit illud ſuum corpus, & ſanguinem.] & iterum [Quod annunciatum eſt, credas, quia quod accipis, corpus eſt illius panis cæleſtis, & ſanguis eſt illius ſacræ vitis. Nam cum panem conſecratum, & vinum diſcipulis ſuis porrigeret, ſic ait: Hoc eſt corpus meum, hic eſt sãguis meus: credamus, cui credidimus: neſcit mendacium veritas. Et ad extremum: Vniuerſa quemadmodum tradita ſunt credamus, non infringentes os ipſius illud ſolidiſſimum, Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus. Si quid autem fuerit etiam nunc in vniuſcuiuſque ſenſu, quod expoſitione iſta non ceperit, ardore fidei concremetur.]

Rom. 11. *Matth. 26.* *Ibidem.*

Audiamus & Iuuencum poetam Hiſpanum canentem:

Poet. Hiſp. lib. 4. hiſtor. Euang.

Hæc vbi dicta dedit, palmis ſe frangere panem,
Diuiſumque dehinc tradit, ſancteque precatus
Diſcipulos docuit proprium ſe tradere corpus.
Hinc calicem ſumit Dominus, vinoque repletum
Magnis ſanctificat verbis potumque miniſtrat,
Edocuitque ſuum ſe diuiſiſſe cruorem.

S. Io. Chryſ. hom. 24 in priorem ad Corin.

Attenti ſimus S. Ioanni Chryſoſtomo, cuius licet multã ſint teſtimonia, hæc ſelecta adducemus. [Neceſſario, ait, dicendum, quam admiranda myſteria, & cur data ſint, & quænam eorum vtilitas. Vnum corpus ſumus, & membra ex carne, & oſsibus eius: vt autem non ſolum dilectione (nota hæc verba) ſed re ipſa in illã carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus eſt: cum enim ſuum in nos amorẽ indicare vellet, per corpus ſuũ ſe commiſcuit, & in vnum nobiſcũ redegit, vt corpus ſuũ cũ capite vniretur. Hoc enim amantiũ maxime eſt. Hoc Iob ſignificabat de ſeruis ſuis, a quibus cum maxime amaretur, dicebant: quis det de carnibus eius vt ſaturemur? Quod Chriſtus fecit, vt maiori charitate nos aſtringeret, & vt ſuum in nos oſtenderet deſiderium, non ſe videri tantum permittens deſiderantibus, ſed & tãgi, & manducari, & carnes carni iungi.] & alibi [Num vides panem? num vinum? num ſicut reliqui cibi in ſeceſſum vadunt? Abſit: ne ſic cogites. quemadmodum enim ſi cera igni adhibita illi aſsimilatur, nihil ſubſtantiæ remanet, nihil ſuperfluit, ſic & hic puta myſteria conſumi a corporis ſubſtantia.]

Iob 31. *Hom. de Eucharist. in Encæniis.*

Cyril. Alex. lib. 10. c. 13. Ioan.

D. Cyrillus Alexandrinus teſtis ſuccedat, qui ſic lib. 10. cap 13. Ioannis [Nequeo, ſcribit negligere, quæ aliquis ex hoc loco Euangelij contra veritatem contexuit. Recte, dicebat ille, vnigenitus deriſit omnes, qui ipſum Patri conſubſtantialem opinantur. Ecce enim, ecce vitem ſeipſum nuncupauit, Patrem vero agricolam: quemadmodum vitis, & agricola vnius naturæ non ſunt, ſic Filius conſubſtantialis Patri non eſt, ſed naturaliter, & longe ab eo ſeparatus; neque rationabiliter ad humanitatem Chriſti conferant: non enim caro eius, ſed deitas vitis ab eo nuncupata eſt. Patet enim, quia corpora noſtra non dependent a carne Chriſti, vt palmites a vite, nec Sanctorum fructus corporeus eſt, ſed potius ſpiritualis. Deitas ergo Filij vitis eſt, vnde per fidem pendemus. Hęc ille Arrianus aſtute ſimul, atque impie, aliaque huiuſmodi euomuit. Nos autem piam Eccleſiæ fidem ſequentes eius loci rimemur intellectum. Verum quoniam nos nulla ratione humanitati Chriſti poſſe ita attribui exiſtimat,

quaſi fide, ac dilectione (aduerte hæc verba)
non carne illi coniungamur, age pauca de hoc
dicamus. Non negamus nos recta fide, charita-
teq; ſincera Chriſto ſupernaturaliter coniungi;
ſed nullam nobis coniunctionis rationem ſe-
cundum carnē cum illo eſſe, id profecto perne-
gamus, & a diuinis Scripturis omnino alienum
Ioan. 15. dicimus. Quis enim dubitauit Chriſtum etiam
Rom. 12. ſic vitem eſſe, nos vero palmites, qui vitam in-
de acquirimus? Audi Paulum dicentem: quia
vnum omnes ſumus corpus in Chriſto: quia etſi
multi ſumus, vnum tamen in eo ſumus; omnes
enim de vno pane participamus. An fortaſſe
putas ignotam nobis myſticæ benedictionis vir
tutem eſſe? quæ cum in nobis fiet, nonne corpo-
raliter quoque facit communicatione carnis
Chriſti, Chriſtum in nobis habitare? cur enim
membra fidelium, membra Chriſti ſunt? Salua-
Ioan. 6. tor ait: Qui manducat meam carnem, & bibit
meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.
Vnde conſiderandum eſt, nō habitudine ſolum,
quæ per charitatem intelligitur, Chriſtum in
nobis eſſe, verum etiam & participatione na-
turali. Nam quemadmodum ſi quis igne lique-
factam ceram alij ceræ ſimiliter liquefactæ ita
miſcuerit, vt vnum ex vtriſque ita factum vi-
deatur; ſic communicatione corporis, & ſan-
guinis Chriſti ipſe in nobis, & nos in ipſo. Cur
igitur ſecūdum carnē nos eſſe palmites perne
gat? an non conuenienter dici poteſt vitem eius
humanitatem eſſe, & nos palmites propter eā-
demmet naturam? Eiuſdem enim naturæ vi-
tis, & palmites ſunt. Ita & ſpiritualiter, & cor-
Ioan. 15. poraliter nos palmites, Chriſtus vitis. Et ali-
bi idem: Corporaliter Filius per myſticam be-
nedictionem nobis vt homo vnitur; ſpirituali-
ter autem vt Deus, ſui ſpiritus gratia noſtrum
ad nouam vitam, & diuinæ naturæ participa-
tionem ſpiritum redintegrans. Nexus igitur
vnionis noſtræ ad Deum Patrem Chriſtus eſt,
nobis quidem vt homo, Deo autem Patri, vt
Deus naturaliter vnitus. Non erat poſsibile,
corruptioni ſubiectam hominis naturā ad im-
mortalitatem conſcendere, niſi natura immor-
talis, atque incōmutabilis ad eam deſcendiſſet,
ac cōſua unione, participationeq. ſui a mortali-
tatis noſtræ terminis ad ſuum bonum reforma-
tos eueheret. Confirmati ergo ſumus, reducti-
que ad vnitatem Dei Patris mediatione Salua-
toris noſtri Ieſu Chriſti. Filium enim Dei na-
tura Patri vnitum, corporaliter, & ſubſtantiali-
ter, vt dictū eſt, accipientes clarificamur, glori-
ficamurque, ſupremæ facti naturæ participes.
B. Cæſar. Videamus denique quid Galliarum Primas
Ioan. 6. B. Cæſarius Epiſcopus Arelatenſis dicat [Cæ-
leſtis confirmat auctoritas, quia caro mea ve-
re eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Re-
cedat ergo omne infidelitatis ambiguū: quan-
doquidē, qui auctor eſt muneris, ipſe etiā teſtis
eſt veritatis. Nam inuiſibilis ſacerdos viſibiles
creaturas in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis
ſui, & verbi ſui ſecreta poteſtate conuertit, ita
Matth. 26. dicens: Accipite, & edite, hoc eſt corpus meū: &
ſanctificatione repetita, accipite, & bibite, hic
eſt ſanguis meus. Ergo ad nutum præcipientis
Dñi repente ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cæ-
lorum, profunda fluctuū, vaſta terrarum: pari
potentia in ſpiritualibus ſacramentis verbi
præcipit virtus, & rei ſeruit effectus. Quanta
itaq; celebranda beneficia vis diuinæ benedi-
ctionis operetur, quomodo ſibi nouū, & impoſ-
ſibile eſſe non debeat, quod in Chriſti ſubſtan-
tiā terrena, & mortalia cōmutantur.] & mox
[Quod corpus ſacerdote diſpenſante tantū eſt
in exiguo, quantum eſſe conſtat in toto, quod cū
Eccleſia fidelium ſumit, ſicut plenū in vniuerſis,
ita integrum probatur eſſe in ſingulis. de quo
ſenſu Apoſtolica ſententia docuit, qui multum 2. Cor. 8.
habet non abundabit, & qui modicū, non mino-
rabit. Si forte eſum panis eſurientibus appone-
remus, nō ex toto perueniret ad ſingulos, quia
particulatim, & minutatim portionē ſuā vnuſ-
quiſq; præſumeret; de hoc vero pane cū aſſu-
mitur, nihil minus habent ſinguli, quā vniuerſi;
totum vnus, totum duo, totum plures, ſine dimi-
nutione percipiunt.] & rurſus [Nec dubitet
quiſquam primarias creaturas nutu potentiæ,
præſentia maieſtatis in Dñici corporis tranſire
poſſe naturā, cum ipſum hominem videat arti-
ficio cæleſtis miſericordiæ Chriſti corpus effe-
ctum.] Et ad finem [Quando benedicendæ ver-
bis cæleſtibus creaturæ ſacris altaribus impo-
nuntur, antequā inuocatione ſancti nominis cō-
ſecrentur, ſubſtantia illic eſt panis, & vini, poſt
verba autem Chriſti corpus, & ſanguis Chriſti.
Hæc dicamus cum S. Apoſtolo Francorum Remig. in.
Remigio [Panis, quem frangimus in altari, priorem ad
nōne participatio corporis Dñi eſt? vtique pri- Cor.
mū conſecratur, & benedicitur a ſacerdotibus,
& a Spiritu ſancto, & deinde frāgitur, cum iam
licet panis videatur, in veritate corpus Chriſti
eſt.] & mox [Caro, quam Verbū Dei Patris aſ-
ſumpſit in vtero virginali in virtute ſuæ perſo-
nę, & panis, qui cōſecratur in Eccleſia, vnū cor-
pus ſunt (menti hęc verba infige) ſicut enim illa
caro corpus Chriſti eſt, ita iſte panis tranſit in
corpus Chriſti, nec duo ſunt corpora, ſed vnum
corpus.
Videamus quæ S. Dionyſius Areopagita de Dionyſ. A-
Eccleſiaſtica hierarchia referat [Diuinum, reopag. de
ait, Synaxeos ſacramentum, quæ vnum, ac ſim- cæleſti hie-
plex, connexumque principium habens, ſacra- rarch. c. 3.
ſignorum varietate hominum ſtudio augetur,
& ad omnem diuinæ ſimilitudinis, ac figuræ
deſcriptionem, delineationemque peruenit,
attamen vnius ſpecie ex his rurſus ad ſe mona-
dem ſuam colligit, & contrahit, atque ita in
vnum redigit eos, qui ad ſe ducuntur.
Hæc etiam ait S. Chryſoſtomus hom. trigeſi- Chryſ. hom.
ma in Epiſt. 2. ad Corinth. his verbis [An non 30 in epiſt.
cernitis, quoniam homines etiam huius tem- 2 ad Corin.
pli veſtibulis oſculum infigunt, partim incl- cap. 13.
nato capite, partim manu tenentes, atque ori
manum admouentes? At per has portas, &
ianuas ingreſſus eſt Chriſtus, & ad nos ingre-
ditur, cum communicamus. Noſtis enim vos,
qui my-

qui myſteriorum participes eſtis, quid dicam; neque enim vulgari quodam honore os noſtrum afficitur, cum corpus Dominicum excipit, eaque præſertim de cauſa tum mutua oſcula iungimus. Hinc Eccleſia Chriſti Sponſa paſſim vocatur, non modo propter animorum, ſed etiam corporum connexionem, quæ fit in ſacroſancta Euchariſtia.] Quod elegantiſſime ſanctus martyr Methodius ex epiſtolis ſancti Pauli obſeruauit, quod quidem ſupra nos adduximus: neque illud ab re fuit attuliſſe, tum multas ob cauſas, tum vero ob hanc, Eccleſiæ in Canticis nomen columbæ adſcribi, quod hic ſit mos columbis, vt Ariſtoteles ipſe inter alios ſcripſit de hiſtoria animalium libro, vt ante coniunctionem mutuo ſeſe oſculentur, quod innuit in expoſitione Miſſæ Florus Magiſter, qui ante annos octingentos vixit. Ore namque nos ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum percipimus, ex illa perceptione ſacroſancta connectimur in vnum cum Chriſto Domino, & inter nos corpus. Hinc olim multis in locis diuinam illud Euchariſtiæ ſacramentum ſeruabatur ſuper altari intra auream, vel argenteam columbam religioſiſſime, vt eſt in geſtis ſancti Baſilij, quæ nomine Amphilochij ſcripta fuiſſe circumferuntur, & in libello ſupplici, quem quintę Synodo aduerſus hæreſiarcham Seuerum Clerus, ac monachi Antiocheni obtulerunt. Hoc etenim ſigno tum notabatur actio, de qua modo ſupra, tum Spiritus ſanctus, qui eſt amor, & vinculum cuncta cum Deo coniungens, quod omnes norunt.

Cant. 6.

Ariſt. hiſt. animal. lib. 6. c. 2.

Amphiloch. in geſtis S. Baſilij.

Ex teſtimonijs ſacrorum Conciliorum.

Sanctiſſimorum Conciliorum decretis ſuperiora confirmantur. Primum autem omnium Apoſtolorum, qui Liturgiam Iacobi conſtituerunt. Conſtat vero quinque linguarum Liturgias ab ipſo Eccleſiæ naſcentis initio, in id quod ſpectat ad eſſentiam Liturgiæ, conuenire. In Hebraica, Aethiopica, Syriaca, Græca, Latina hoc apertiſſime habetur, vt ſupra oſtendimus. Vel igitur Spiritus ſanctus omnes afflauit, & in eundem ſenſum verba adduxit, quod eſt omnium valde mirabiliſſimum, & veritatis diuinæ euidens argumentum; vel ab ipſis Apoſtolis accepere, vt ſcriptores citati tradunt. Antiochia celebrat ſancti Dionyſij reſponſũ & approbat ad obiecta Samoſateni. ſic autem ait: Quamuis effundatur ſanguis, frangatur Euchariſtia, tota tamen caro, totus Chriſtus, non diuiſus recipitur.

Cõc. Nicæn. ſub an. 325.

Concilium Nicænum vniuerſale ſub annum trecenteſimum vigeſimum quintum eſt, in quo ſic habetur decretum [Iterum etiam hic in diuina menſa ne humiliter intenti ſimus ad propoſitum panem, & calicem, ſed attollentes mentem fide intelligamus ſitum in ſacra illa menſa Agnum illum Dei tollentem peccata mundi, incruente a ſacerdotibus immolatum, & precioſum ipſius corpus, & ſanguinem vere nos ſumentes credere, hæc eſſe noſtræ reſurrectionis ſymbola: propter hoc enim neque multum accipimus, ſed parum, vt ſciamus non ad ſatietatem, ſed ad ſanctificationem ſumi.

Epheſinum generale habitum anno 431. S. Cyrilli Alexandrini epiſtolam approbauit, quæ ſic habet in vndecimi anathematiſmi declaratione [Sanctum, ac viuificum, incruentumque in Eccleſia celebramus ſacrificium, non hominis alicuius nobis ſimilis, & communis corpus, conſimiliter & precioſum ſanguinem eſſe, quod proponitur, credentes, ſed magis vti proprium (nota hanc vocem) viuificantis Verbi corpus, & ſanguinem ſumimus] Eadem etiã epiſtola a Chalcedonenſi Concilio ſexcentis, & triginta celebrato Ep̃is recepta, anno 452.

Epheſ. Syn. habita anno 431.

Ex quinta Synodo habita anno 553. compertum habemus, quæ fuerit mens S. Cyrilli aduerſus Neſtorium. Sic vero loquitur aduerſus Theodoretum anathematiſmo, de quo ſupra in Concilio Epheſino. [Nam hominis, ait, comeſtionem noſtrum hoc ſacramentum pronuncias, & irreligioſe ad craſſas cogitationes vrges eorum, qui crediderunt mentem, & attentas humanis cogitationibus tractare, quæ ſola pura, & inexquiſita (hæc menti manda) fide concipiuntur. Quoniam enim minime editur diuinitatis natura, propter hoc commune dixerit quis ſanctum Domini corpus? Scire autem operæprecium eſt, quod, ſicut ſupra diximus, propriũ eſt corpus eius Verbi, quod omnia viuificat. Quoniam autem corpus eſt vitæ, viuificum eſt. Nam per hoc mortalibus noſtris corporibus largitur vitam, & mortis imperium euacuat; viuificat autem nos æquali modo, vt ſanctus Spiritus Chriſti.

Quinta ſyn. habetur anno 553.

Synodus ſexta generalis ſic habet actione 8. [Accedimus ad benedictiones arcanas, & ſanctificamur, participes effecti tã ſanctæ carnis, quam precioſi ſanguinis Chriſti omniũ noſtrũ ſaluatoris, neque vt communem carnem ſancimus. abſit. neque iterum, vt viri ſanctificati, & copulati Verbo per vnitatẽ dignitatis, ſiue vt diuinam habitationem habentis, ſed ſicut vere viuificatricem, & propriam eiuſdem Verbi.

Sexta Syn. gen. act. 8.

In Concilio generali ſeptimo Epiphanius a tota Synodo approbatus poſt multa de hæreticis ſubijcit [Quadamtenus, inquiens, veritatem contingunt cõfeſſi diuinum corpus panem fieri: at ſi imago corporis eſt, non poteſt ſane fieri diuinum corpus.

Septi. Syn. gen.

A Concilijs Cabilonenſi, Pariſienſi, & Aquiſgranenſi ſentẽtia Gilleberti ſecuta eſt, dicentis [Poſt conſecrationem eſt corpus Chriſti verum, non tantum ſacramentaliter, ſed etiam eſſentialiter] Ea etiam in multis Synodis habitis poſtea, & ab Hieroſolymitano Concilio approbata fuit.

Conc. Cabil. Pariſien. & Aquiſgr.

Later. Conc. ſub Inn. 3.

Latèranenſe Concilium ſedente Innocentio Tertio celebratum anno 1215. in quo adfuere Epiſcopi quadringenti, Metropolitani ſeptuaginta, Hieroſolymitanus, & Conſtantinopolitanus Patriarcha, Abbates, & Priores octingenti, Regum ſimiliter omnium in Europa dominantium, præterea Cypri, & Hieruſalem, necnon vtriuſque Imperij Orientalis, & Occidentalis Legati: in eo ſic eſt definitum [Verum Chriſti corpus, & ſanguis in ſacramento Altaris ſub ſpeciebus panis, ac vini veraciter continentur, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina.

Conſt. Conc. Conci. Flor. & Trid. de Euch. ſuer.

A Conſtantienſi Concilio idem ſancitum fuit, renouatum a Florentino, approbantibus etiam Syris, & Armenis: a Tridentino denuo noſtra renouatum ætate eſt. Ex quibus omnibus liquet, primo loco nulli ſæculo defuiſſe aliquod Concilium celeberrimum, in quo non fuerit conſtitutum Chriſti verum corpus eſſe in Euchariſtia. Secundo a ſex vniuerſalibus Concilijs in Oriente, ac tribus in Occidente, quibus adfuere illuſtriſſimi quique, id ſancitum. Tertio, paucis regionibus exceptis, ceteræ paulo celebriores habent hanc veritatem, teſtificantes ſuas Synodos.

Ex varijs vaticinijs.

Tanta myſteria Deus præſignificauit nobiliſſimis etiam oraculis ad memoriam totius poſteritatis ſempiternam. Inter tot, & tanta vnum illud eſt, quod Iacob ad Iudam de Chriſto dixit his verbis [Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum; adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi aſcendiſti, requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, o fili mi, aſinam ſuam. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

Gen. 49. Ibidem. Ibidem.

Aliud eſt vaticinium Pſalmi centeſimi noni, in quo eſt de Chriſto [Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.] Vnde ſic Paulus [De quo nobis grandis ſermo, & inexplicabilis ad dicendum; quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum.] Hinc Marius Victor antiquiſsimus ſcriptor, & poeta.

Pſal. 109.

Mar. Vict.

Melchiſedech vinumque, & panem ab cæde reuerſo
Obtulerat Rex ille Salem, qui munere tali
Myſtica præmiſit ſummi libamina Chriſti,
Cuius de manibus ſumens Eccleſia corpus
Vniuſicum panem cæleſti pota cruore eſt.

Et Sedulius operum Paſchalium libro tertio:

Sedul.

Denique Pontificũ Princeps, ſummusq. Sacerdos
Quis niſi Chriſtus adeſt? gemini libaminis auctor
Ordine Melchiſedech, cui dantur munera ſemper,
Quæ ſua ſunt ſegetis fructus, & gaudia vitis.

Iſai. 25.

Iſaiæ extat vaticinium, quo ſic loquitur [Et faciet Dominus exercituũ omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguiũ, conuiuiũ vindemiæ, pinguiũ medullatorũ, vindemiæ deſęcatæ. Quæ verba pertinere ad Euchariſtiam, in qua ſit verum Chriſti corpus, ac ſanguis, SS. Cyrillus Alexandrinus, & Hieroſolymitanus in eum locum ſcribunt. Agi vero de Euchariſtia patet, quia in monte Sionis erat cœnaculum, in quo illa fuit inſtituta, vt adhuc hodie monſtratur. ob id dictum [Et faciet Dominus conuiuium in monte hoc] Deinde ait [omnibus populis] faciendum conuiuium. Adijcit [Faciet Dominus] Eſt igitur omnipotenti hoc Deo reſeruatum. Conſtat è ſequentibus etiam, omnia mirabiliſsima ex hoc conuiuio naſcitura, quæ perſequitur Iſaias tum capite allato, tum duobus ſequentibus, è quibus nonnulla cogunt nos fateri, in Euchariſtia eſſe verum Chriſti corpus. Ac primum ſit, quod ait Vates, quod Deus in monte illo perdet, ſiue præcipitabit vinculum colligatum ſuper omnes populos: quod ſic eſt in Hebræo [Et perdet in monte hoc faciem vinculi colligati ſuper omnes populos, & telam, quam orditus eſt ſuper omnes nationes: præcipitabit mortem in ſempiternum, & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie] hoc ibi. Atqui hoc contigit noſtris ſacerdotibus, vt id diuina virtute perficerent, & omnes populos ad Chriſtũ traducerent, vt ſignis primæ coniunctionis aperitur: ergo illorũ ſententia de Euchariſtia vera; alioquin Deus magis omnes populos huius ſententiæ caligine obſcuraſſet, & operuiſſet. Secundũ, quod præſignificatur, hoc conuiuium diuinum cunctis gentibus faciendum: at ſoli Eccleſiæ noſtræ obuenit, vt totius orbis gentes ex aliqua parte haberet, eiſque appararet hoc cõuiuium. Vel igitur hoc oraculum falſum, vel Deus hoc noſtrum ſuum vocat conuiuium. Tertium, quia inducitur Dei populus, vt dicat in hoc conuiuio [Ecce Deus noſter iſte, iſte Deus noſter, expectauimus eum. At niſi in hoc conuiuio Euchariſtiæ verum Chriſti corpus adſit, non poterit vere dici [Deus noſter iſte] Quid enim magis iſte Deus in conuiuio, quam alibi? cur in conuiuio magis expectatus? cur adiectum pronomen [iſte] quod ipſam rem ſignat omnino adeſſe? Quartum, quod Spiritus ſanctus, vt magis appareret, quid ea prædictione indicaretur, loco illius vocis Latinæ [conuiuiũ] vocem poſuit, qua voluit alludere ad nomen Miſſæ ſacratiſſimæ. illud vero eſt Hebraice [Miſecthe] vt rem ſcilicet ipſam ſignaret, idque, ſiue Miſſæ nomen ab Hebræo deriuetur, ſiue a Latino fonte, ſiue ab vtroque. S. namque Iacobus vſus eſt in ſua Liturgia, noſtri autem paſſim. Quinto, quod ibidem Vates in principio exclamat [Domine Deus meus es tu,

Cyril. Alex. & Hieroſ. Ibidem. Iſai. 25. S. Iacobi in ſua Liturg. Iſai. 25.

es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam feciſti mirabilia, cogitationes antiquas fideles. Amen.] Igitur per hoc conuiuium neceſſe eſt Deus maxime noſter ſit, faciat mirabilia. Deinde in principio capitis ſequentis ait futurum, vt a populo Dei tum cantetur [Vrbs fortitudinis noſtræ: ſaluator ponetur in ea.] Quare neceſſe eſt in ipſa Eccleſia, quæ eſt vrbs Dei, fiat cunctis populis conuiuium, in quo ponatur ipſe Chriſtus ſaluator.

Iſaiæ aliud eſt oraculum, plurima complectens oracula, quibus multa attribuũtur paui, ac vino, quæ nos cogunt fateri propoſitam veritatem. [Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac.] & mox [Quare appenditis argentum, & non in panibus, & laborem veſtrum, non in ſaturitate?] & rurſus [Quomodo deſcendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eã, & ingerminare eam facit, & dat ſemen ſerenti, panem comedenti, ſic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcumque volui, & proſperabitur in ijs, ad quæ miſi illud.] Quæ verba pertinent tum ad omnem Dei gratiam, tum in primis ad Euchariſtiam.

Iſai. 55.

Ibidem.

Illud eſt Malachiæ vaticinium ad Euchariſtiam pertinens; cuius hæc ſunt verba [Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.] Hinc probatur in Euchariſtia verum Chriſti corpus eſſe. Primo enim in omni loco [a ſolis ortu vſque ad occaſum] Deus ait ſibi offerri, & ſacrificari oblationem mundam: ergo ab Eccleſia tantum noſtra offertur. Sola namque ex omnibus cœtibus, qui Chriſti cultum profitentur, è gentibus conflati, eſt per vniuerſum orbem terrarum diſperſa. At noſtra Eccleſia profitetur ſe duntaxat ſacrificium Euchariſtiæ Deo offerre: ergo aut nulla eſt Eccleſia Dei, & oraculum falſum, aut quod credit Eccleſia noſtra, quæ ſola eſt per orbem totum diſperſa, eſt omnino verum. nam ſi falſum, non eſſet Eccleſia Dei ipſa, ac proinde neque vlla, & oraculo Malachiæ locus non eſſet. Secundo ait, in omni loco [a ſolis ortu vſque ad occaſum] ſacrificari Deo oblationem mundam: ergo ita per ſe hæc munda, vt nulla offerentis labe cõmaculari poſſit. Scitur enim vbiq; homines tam bonos, quã malos reperiri, qui offerãt ſiue ſpirituale, ſiue corporale ſacrificiũ. At nullũ ſacrificiũ legitur inter Chriſtianos eſſe, quod habeat hæc duo. Primũ, vt omni loco offeratur: alterum, quod in omni loco oblatũ ſit mundum, niſi corpus Chriſti, quod Eccleſię prodeſt, ac Deo placet, etiam ſi ſit miniſter pollutus; quod Hebræis non contingebat, ac propterea Deus repudiat eorum ſacrificia, quia pendebant ex offerẽtis pietate, vt Deo grata eſſent.

Malach. 1.

Ibidem.

Aliud eſt vaticinium Pſalmi ſeptuageſimi primi, qui de Chriſto ſic ait [Erit (ſcilicet Chriſtus) firmamentum in terra in ſummis montium: ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius, & florebũt de ciuitate ſicut fœnum terræ. &c.] Cuius loci explicationem multiplicem, variaſq. eius verſiones, quoniam ſupra adduxi, ſilentio nunc prætereo.

Pſal. 71.

Ex antiquiſsimis Rabbinis.

Rabbi Barachias ſecutus Rabbi Iſaac exponens verba illa [Quod fuit, ipſum eſt, quod erit] ſic ait [Quemadmodum fuit redemptor vltimus, ac veluti ille fecit, vt manna deſcenderet è cælo; haud aliter redemptor] ait ille [vltimus, id eſt Meſſias, erit placenta frumenti in terra, iuxta illud Pſalmi dictum: Et erit ſcilicet Chriſtus, placenta frumenti in terra.] Eadem tradidit Rabbi Ionathas Vzielis filius, illa Pſalmi verba in Chaldæum ſic vertens: [Et erit ſacrificium panis in terra in monte Eccleſiæ.] Ecce horum Rabbinorum, qui ante Chriſtum fuere, teſtimonia, dicentium Chriſtum futurum placentam, manna, ſacrificium panis in terra, in capite montium Eccleſiæ, quod ſupra expoſitum eſt.

Rab. Barach.

Rab. Ionat.

Illud eſt teſtimonium Rabbi Hadarſam in expoſitione Geneſeos, explicantis ea Oſeæ verba [In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, & ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum, & declinaui ad eum, vt veſceretur.] Ait, inquam, Hadarſam futurum, vt Meſſias alleuet ſuos ab omni onere, trahatque funiculis ipſe humanitatis ſuæ illos, atque ipſemet det eis cibum ſemetipſum bonum, ſuauem, & magnum, cui non ſit alius ſimilis, vt ſcriptum eſt a Dauide [Et erit placenta frumenti, vel fruſtum panis in terra] Hæc ille, interpretans illud verbum [Declinabo cibum ad eum, ſiue declinabo ad eum, vt veſcatur] quaſi Meſſias ipſemet humanitatis ſuæ, & corporis vinculis tracturus ſuos, dimiſſurus ſit ſemetipſum, quo ſit ipſemet cibus, fruſtum panis, placenta, ac manna ſuis.

Hadarſam.
Oſee 11.

En Rabbi Araban teſtimonium explicantis illa Hieremiæ de Deo loquentis [Proiecit de cælo in terram inclytam Iſrael (ſiue pulchritudinem, vt ipſe legit) non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui] dicentiſque hanc Iſrael pulchritudinem futurum Meſſiam, qui è cælo in terras dilabetur, & cuius figura erat Arca fœderis, vocata ſcabellum pedum Dei, & adijcit hanc pulchritudinem ſignificatam per manna, & panes propoſitionum vocatos panes facierum, quos ipſe Meſſias ex benedictione ſacerdotum adſumet ad ſe, vt pane cæli ſatiet humanum genus: atque ita

Rab. Araba ſuper Tre. 2.

aſcendere Deus faciet facies ſuas ad ſe. Panis enim propoſitionum dicebatur a Rabbinis, panis duarum facierum. Et ſic Araban vult ipſummet Meſsiam futurum nobis in terris cibum, manna, panem cæli, quo ſatiemur, accepturumque ob id ex benedictione ſacerdotum panes propoſitionis ad ſe, vt ſic illum comedamus.

Rabbi Pinhas iuxta Pſal. 85.

Hæc eſt auctoritas Rabbi Pinhas filij Iair, dicẽtis [Futurũ, vt tẽporibus Meſſię ſacrificia cũcta ceſſent, remaneat tamen ſacrificium panis, ac vini ſecundum ordinem Melchiſedech, id eſt, Regis iuſtitiæ, qui eſt Meſſias totius mũdi Rex, ac terræ, è quo temporibus eius veritas orietur, & iuſtitia de cælo apparebit, vt habetur Pſalm. 85.

Rabbi Moſes Hadarſan ſuper c. 14. Gen.

Rabbi Moſis Hadarſam in cap. 14. Gen. ait. [Futurum, vt Meſſias inſtituat ſacrificium panis, ac vini ſecundum ordinem Melchiſedech, atque ipſe ſit placenta tritici in terra, & panis facierum, ſiue propoſitionis; quod ſacrificium numquã ceſſet.] Et ad hoc adducit verba Dei loquentis Num. 28. [Oblationem meam panis mei, ad ignes meos odoris ſuauitatis meæ reſpicietis, vt offeratis mihi in tempore ſuo.]

Num. 28.

Rabbi Iohai cap. 49.

Rabbi Iohai teſtatur, futurumq; pronunciat, vt ſacrificium panis, ac vini, non ceſſet temporibus Meſſiæ [Ipſe namq; erit ligans ad vitem ciuitatem ſuam, id eſt, corpus ſuum: nam corpus eſt ciuitas animæ, in qua ſicut in vrbe ſua domicilium habet, ac ius dicit.] Vnde ait idem Rabbi vere dici Iudic. 9. vinum afferre lætitiã hominibus, & Deo. [Similiter Meſſias erit placenta frumenti in terra in capite montium, vt eſt ſcriptum Pſalm. 72.

Iud. 9.

Pſal. 72.

Rabbi Moſis Hadarſam in Pſ. 136. Huius verba recitat Petr. Galatinus lib. 10. de arcanis relig. c. 6. Pſal. 14.

Aliud eſt teſtimonium Rabbi Moſis Hadarſam, in illud Pſal. [Qui dat panem, vel cibum omni carni.] Inquit autem [Amplius dictum eſt verbum notum, Qui dat eſcam omni carni: hoc eſt, quod dictum eſt Pſal. 14. Guſtate, & videte, quia bonus eſt Deus; quia panis, quẽ dat omnibus, ipſe eſt caro eius; & qui guſtatur panis, conuertitur in carnem, & hoc eſt, quod dictum eſt: Et videte, quoniam bonus eſt Deus, & hoc erit mirabile magnum.] Hactenus verba Rabbini apertiſsime dicentis, mirabile hoc magnum, vt panis conuertatur in carnem Meſſiæ, quam nos ſumamus, ac nobis cibus detur.

Ibidem.

Rabbi Chana in Ge. 49.

Rabbi Chana hoc teſtimonium eſt, cuius hæc verba in cap. 49. Gen. [Ligans ad vitem ciuitatem ſuam] oſtendunt, quod ſacrificium, quod fiet ex vino, non ſolum tranſmutabitur in ſubſtantiam ſanguinis Meſſiæ, ſed etiam conuertetur in ſubſtantiam corporis eius. Verba autem illa [Et ad palmitem, o fili mi, aſinum tuum] ſignificant, quod Dei Filius vnietur materiæ, ſeu corpori, quod onera geſtabit, hoc eſt, delicta totius orbis ſuper ſe portabit, iuxta illud Iſaiæ cap. 53. [Et Deus occurrere fecit in eo peccatum omnium noſtrum.] Cum autem dicitur [Lauabit in vino veſtem ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum] eadem eſt ſententia diuerſis verbis: quoniam veſtis dicit materiam, ſicut dictum eſt Iob 10. cap. [Pelle, & carnibus veſtiſti me. Et in ſanguine vuæ pallium ſuum] id eſt diuinitatem ſuam: quia ſicut pallium totũ hominem circumdat, ita Deus totum replet mundum. [Rubriores ſunt oculi eius vino, & dẽtes eius lacte candidiores] hoc eſt, in ſacrificio quod fiet ex pane, non obſtante, quod album ſit velut lac, conuertetur ſubſtantia in ſubſtantiã corporis Meſſiæ, eritq. in ipſo ſacrificio ſubſtãtia ſanguinis Meſſiæ rubra, vt vinum: erũt item in ſacrificio vini ſanguis, & caro Meſsiæ, & eadem erunt in pane: quoniam corpus Meſsiæ non poteſt diuidi; ſicut ſcriptum eſt Exod. 12. [Et ſubſtantiam non confringetis in eo.] Præterea caro ſine ſanguine, & contra, ſunt res mortuæ; corpus verò Meſſiæ poſt reſurrectionem, quia glorioſum erit, ſemper viuet. Hinc illud dictum, Dauid [Rex Iſrael in ſæculum viuit.] Oculi autem, & dentes ideo dixit, vt venuſtior fiat oratio, & ſenſus occultetur.

Iſai 53.

Iob 10.

Exod. 12.

Rabbi Iohai in c. 28. Nu.

Hæc ſunt ipſamet verba Rabbi Iohai in cap. 28. Num. exponentis verba illa [Oblationem meam panis mei] vt ſupra attulimus, ſic dicentis: [Oblationẽ meam panis mei ad ignes, odoris ſuauitatis meæ reſpicietis ad offerendum mihi in tempore ſuo, id eſt tempore Meſſiæ, & dices ad eos: Sacrificia, quæ offerre debetis, agnus cum reliquis, hoc eſt ſacrificium, quod in præſentiarum facitis; erit autem hic panis duarum facierum, de quo ſcriptum eſt Exod. 25. cap. Panis facierum coram me ſemper.] Quare autem dicatur panis facierum, ratio eſt, quia, vt ait Rabbi Iudas, tranſmutabitur ſubſtantia panis, cum ſacrificabitur, in ſubſtantiam corporis Meſsiæ, qui deſcendet de cælis, & ipſe idem erit ſacrificium. Ideo dicit [Reſpicietis ad offerendum me, id eſt, offerri me, eritque inuiſibilis, atque impalpabilis: cuius rei fidem facit ſedes Eliæ, & Magiſtri aiunt, eam ob rem dictum eſſe panem filiorum, quia in ipſo ſacrificio erunt duæ ſubſtantiæ, diuinitas, & humanitas.

Exod. 25.

Rabbi Iudas c. 25. Exod.

Producatur, & a nobis teſtis Rabbi Iudas, qui afferens cauſam, cur panis oblationum dicatur panis facierum Exod. 25. iuxta Hebraicam linguam, in qua eſt, vt paſsim legimus, leem panim [panis facierum] quod & Sanctespagninus aduertit. Inquit enim, quod panis oblatus vocatur facierum, quia appareat panis, facie tantum conſpicua panis ſit, ſed quantum ad ſubſtantiam, faciemque nobis haud conſpicuã, in ſubſtantiam corporis Meſsiæ tranſmutetur. Apparet igitur ex ſupradictis antiquis etiam Rabbinis, qui ante ortum Chriſti fuerunt, fuiſſe cognitum, confeſſumque tantum myſterium.

Ex Si-

Digitized by Google

Ex Sibyllis.

Vatic. Sibylla Erithræa ante tempora Noe. Nonnulli præterea libri, quamuis mutili, ad noſtram ętatem peruenere, qui dicuntur Babylonicæ Sibyllæ omnium antiquiſſimæ, quam falſo Erithæam vocant, quamuis ita ſeipſam vocandam prædixerit, vt ex eius verſibus vltimis libri tertij conſtat, quorum meminit etiam *Lactan. Inst. lib. 1. c. 6. & de ira. lib. 5. c. 23.* Lactantius Firmianus: in eis aſſerit ſe nurum Noe euaſiſſe ex aquis diluuij, & ad multa tempora vitam produxiſſe, & vaticinia, quæ habemus, ſcriptis cõſignaſſe. In his admiranda quędam pertinentia ad auguſtiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, & quæcumque nunc præ manibus habemus. Commodum porro exiſtit, quod illa vaticinia primũ typis mandata fuerunt ab Oporino hæretico Baſileæ, in qua vrbe viget hæreſis ſpurciſsima Zuinglij, negantis verum Chriſti corpus eſſe in Euchariſtia, vt iam nemo ſuſpicari poſsit, in hac re quidquam confictum, non enim cõfinxiſſent hæretici, quæ contra ipſos ſunt, etiamſi in alijs aliquis hæſitaret. Horum vero oraculorum primum ſit illud, quod *Theophyl. lib. 2. c. 5. Lact. 2. c. 13.* eſt in ſcriptis Theophili Sexti Antiocheni Epiſcopi ad Autholicum: & Lactantij Firmiani. Illud Sibylla de Chriſtianis profert, quos victuros ait vitam cæleſtem, æternamque, quod quidem ſic verbo verbum e Græco redditum eſt. *Oraculum primum.* [Deum vero colentes verum, ſempiternumque, vitã hereditate acquirent in æternum tempus, ipſi habitantes paradiſi æque peramœnum hortum, edentes dulcem panem e cælo ſtellato.] Hæc illa. Cuius vltima verba manifeſte ſpectant ad Euchariſtiam, quam cum ſumamus in hac vita, conſequimur, vt æternã, cæleſtemq. ſortiamur. Ioannis namq; 6. cap. eadẽ *Ioan. 6.* de Euchariſtia Chriſtus verba dixit: *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*. Neque referri ea Sibyllæ verba ad ſummam beatitudinem poſſunt, quaſi ſignetur illa pane cæleſti. Beatitudo namq; non eſt è cælo, ſed in cælo, quin neque in cælo ſtellato, ſed ſupra cælum ſtellatum. Præterea paradiſus fuit in ipſis terris infra cælum. Quod igitur ait nos habitaturos hortum paradiſi, id non ſpectat ad æternæ vitæ felicitatem ſupremam, ſed ad huius, quam degimus in Eccleſia, dicta & ipſa paradiſo, quæ illius eſt inchoatio, & fundamentum, ex quo fit, vt hereditate acquiramus eam. Panis vero huius ſubſtãtiam, vel vim cæleſtem canit Sibylla, dum dicit [E cælo ſtellato.] Nec ſolum quo ad vim, ſed quo ad ſubſtantiam dicit eſſe è cælo, ſed quantum ad efficaciam duntaxat, non proprie è cælo.

Oraculum 2. quod habetur lib. 5. Aliud alio loco Sibyllæ oraculum hæc expreſſe continet [Et vrbem, quam deſiderauit Deus, ipſamq. effecit ſplendidiorem ſtellis, & ſole, & luna, & decus adiecit, ædemq. conſtruxit carne vna conditam, pulchram, vndiq; formoſam, formauit multa per ſtadia magnam, & immenſam turrim, ipſas pertingentem nubes, & omnibus conſpicuam, vt videant cuncti fideles, & cuncti iuſti gloriam ſempiterni Dei concupitam ſpeciem.] Hic maxime obſeruandum eſt, vocem Græcam, ἐνσαρκὸν, ſignificare tum ædem intimam ex carne, tum ex vna carne: vt agnoſcamus magis Euchariſtiæ comeſtionem, coniunctionemq. intimam, non per irradiationem ſolum ſubſtantialis qualitatis.

Oraculum è libro ſeptimo, cum maximam quandam renouationẽ prædicit de Chriſtianis, hæc continet. [Sed ſimul omnes manna roſcidum candidis dentibus mandent.] Manna igitur ſimul ab omnibus mandetur. quamobrem & multa dicta de manna ad comprobandam veritatem corporis Chriſti in Euchariſtia huc afferri poſſunt. *Oracul. 3.*

Oraculi è libro ſexto de Chriſto, & Chriſtianis, hæc eſt vera expoſitio [Ex vna vero radice panis nouellum germen erit virorum, cum domus Dauid germinabit germen; in manu autẽ eius mundus totus, & terra, & cælum, & mare.] Sed quomodo ex vna radice panis erit iſtud nouellum germen, niſi vere Chriſti corpus noſtro adiungatur? nam quantum ad efficaciam ſpiritus, non magis ex vna radice panis naſci poſſumus, quam baptiſmi. Licet enim poni poſſit vis maior in pane, quã baptiſmo; attamen ſpiritualis illa entitas, quæ tamquam qualitas imprimitur, atq; inhæret ſpiritui noſtro, non eſt numero vna, ſed ſingulis ſua, atq; ita ex parte ſpiritus impreſſi, & infuſi non ſumus ex vna radice. Quod ſi vnus eſt ex parte diuini Spiritus, imprimentis ſpiritum in nobis, & conuertentis noſtras ad Deum mentes, tum non magis vnus in pane, quam baptiſmo: idem namq; Deus infundens charitatem in baptiſmo, & pane. Quod ſi, vt nos aſſerimus, ſit vnũ numero corpus Chriſti in Euchariſtia, tum vere dicitur futurum germen nouellum ex vna radice panis. Vt igitur rem clarius Sibylla detegeret, adiecit [Cũ domus Dauid germinabit germen.] Chriſtus namq; eſt è domo Dauid quantũ ad corpus, nõ quantum ad ſpiritũ. Ex illa ergo corpus aſſumpſit, & ſuo corpore germinauit, & per Chriſti corpus omnes Chriſtiani ex eadẽ radice pullulantes, non ex ſubſtantiali tñ qualitate, veluti radio a ſole deriuato. Nec temere vates dixit a [In manu autem eius mundus] oſtendit enim opus hic eſſe omnipotẽtia diuina. Ita nec dixit ex illa radice plura germina oritura, ſed vnum duntaxat. Deniq; dixit [virorum] nõ hominũ. Nã per Chriſti corpus feminę euadũt cõſtantia viri, aut, vt ait D. Paulus, *in virum perfectũ*, alioquin male dixiſſet Sibylla, Virorũ, nõ hominũ. Iam vero niſi ſubſtantia panis abeat in ſubſtãtiã corporis Chriſti, ac niſi ſit panis ſolũmodo, quo ad ſpeciẽ, nõ quo ad ſubſtantiã, nõ erimus eodẽ modo ex vna radice, nam plures eſſent numero panes. E quibus manifeſtum eſt, in Euchariſtia verum Chriſti corpus eſſe, per cuius ſumptionẽ nos in vnũ corpus coëamus oẽs, veluti ex vna ſtirpe prodiens arbor, cuius ſint plurimi rami, qui in illa cõiungãtur; aut lapides multi in vnũ cohereſcũt, cũ ſimul iuncti vnã domũ cõficiunt. *Oracul. 4.*

Homilia XXIX.

In confuſionem hæreticorum; & ſolatium fidelium auream inſignium miraculorum cõteximus catenam, quæ veritatem præſentiæ corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini latentium, aperte conteſtantur.

Cant.8.

OLim in primordijs Eccleſiæ catholicæ, quando ipſa in infantia ſua paruula erat, & abſque vberibus, vt dicit eius Spõſus: *Soror noſtra parua, & vbera non habet*, ſignificare volens, tunc nõ habere robur illud magnũ, & eximiam fortitudinem, quam poſtea habitura erat, tunc Deus frequẽtius miraculis, & portentoſis ſignis illam fulciebat. Vnde Chriſtus

Marc.16.

Dominus diſcipulis ſuis prædixit: *Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: Dæmonia ejicient, ſerpentes tollent. &c.* At poſtquam Eccleſia catholica grandior, & robuſtior facta eſt, non opus fuit frequenti miraculorum vſu. Quia tõ hæretici perfricta fronte non dubitarunt præſentiã corporis Chriſti in auguſtiſſimo Euchariſtiæ ſacramento acriter impugnare, voluit Deus innumeris tam antiquis, quam recẽtibus portentis, ac admirabilibus prodigijs eorum errorem euincere, & catholicam veritatẽ ſtabilire. Cum enim Deus non permittat fieri miracula ad falſitatis comprobationem, maxime cum veritas venit in certamen cum mendacio,

Exod.7.8.

vt contigit in diſſidio Moyſis cum magis Pharaonis: apertiſſimum eſt, vigente certamine inter Catholicos, & hęreticos de veritate præſentiæ corporis Chriſti in ſacramento, cum in eius confirmationem ſtupenda facta ſint miracula, ex parte Catholicorum ſtare victoriam. Vnde merito verba Chriſti vſurpãtes hæreticis dicere poſſumus: *Si mihi non vultis credere, operibus credite*: operibus quidem a Deo miraculoſis, vt

Paul. Diac. vita SS. Syri, & Iuuentij c.8.
2.Cor.4.

nemo niſi amẽtiſsimus, poſſit inficiari. Sit ergo primum, quod Paulus Diaconus vitę SS. Syri, & Iuuentij cap. 8. de anno Chriſti 130. refert, quod dum Miſſarũ ſolemnia ſingularis Pontifex celebraret, & copia filiorũ eius, quos verbi ſemine, iuxta Apoſtolum, Deo genuerat, deuota ſanctis myſterijs intereſſet: audẽter Iudæus eccleſiam ingreſſus, maligno inſtigante ſpiritu, corpus Dominicum ſuſcipere, atque in ſterquilioiũ proijcere molitus eſt. Qui inter turbas fideliũ ad manus viri Dei perueniẽs, auſu nefario immundo ore corpus ſuſcepit Dominicum, quod vt animo reijciendi os aperuit, digna vltione percuſſus, ſine afflatu verborum, cunctis videntibus, & audientibus clamare cœpit. Volebat labia iungere, nec valebat; conabatur verba edere, ſed lingua rigida officium loquendi non præbebat, & quaſi ignitum iaculum in ore portans immenſis torquebatur doloribus. Reſonabat omnis illa eccleſia ineptæ vocis clamoribus, & tam egregij virtute miraculi Chriſtifidelium lætabatur conuentus.

Euag. lib.4. c.35.

Anno Dñi 550. Euagrius lib. 4. c. 35. Menoæ tẽporibus miraculũ editũ fuiſſe plane memorabile narrat. Vetus conſuetudo fuit Conſtantinopoli, vt ſi qñ multæ admodũ particulæ puri, & immaculati corporis Chriſti Dei noſtri ſupereſſent, pueri impuberes, qui ſcholam frequentabant, accerſerentur, eaſq. manducarent. Quod cum factum fuit, filius cuiuſdã hominis, Hebræi quidem opinione, arte autem vitriarij, vna cum pueris verſatus eſt: qui quidẽ parentibus percunctantibus ab eo cauſam moræ, reſpondit, vti ſe res habuit, ſe cum alijs pueris pariter comediſſe. Hebræus furore, & iracundia inflammatus, in clibanum ardentem, in quo vitrum formare ſolebat, puerum coniecit. Poſtquã vero mater puerum quæritans reperire nõ potuit, paſſim per totam vrbem ibat, Deũ cum gemitu obteſtans, & flebilibus lamentis ſe dedens. Triduo autem poſt ad oſtium officinæ viri ſui conſiſtens, luctu mirabiliter diuexata nomine puerum compellat. Puer matris vocem agnouit, e clibano reſponſum dat. Mater effractis foribus intro irrumpit, videt puerũ in medijs carbonibus candentibus conſiſtentem illęſum ab ignis incendio. Qui cum interrogaretur, quo pacto illæſus manſerit? mulier, inquit, veſte amicta purpurea crebro ad me venit, porrexit aquam, qua carbonum flammas corpus ambientes extinguerem, cibum denique dedit, quoties eſuriebam. Qua re ad Iuſtiniaoum perlata, puerum cum matre lauacro regenerationis tingendos decernit; patrem autem pueri, qui recuſauit in numerum Chriſtianorum adſcribi, in Sycis cruci affigendum curauit.

Guil. Bibl. de geſt. Anglor. lib.2. c.17.

Secundum extat apud Guillelmũ Bibliothecarium de geſtis Anglorum lib. 2. cap. 17. quod & referunt, & probant Vincentius in ſpeculo hiſtoriali, Albertus Stadenſis, Ioannes de Colũna, Matthæus Vveſtmonaſterienſis, Hermannus Schedelius, Ioannes Nauclerus, Ioannes Trithemius, & Albertus Crantzius in Chronicis, vbi huius ætatis hiſtorias referunt. Ego Otbertus peccator, etſi vellem celare, quod in me factum eſt diuinum iudicium, membrorum meorum tremor proderet. Quod quemadmodum factũ ſit referã, vt omnibus innoteſcat, quanta ſit pœna inobedientiæ. Eramus ad vigilias Natalis Domini in villa quadam Saxoniæ, vbi erat Eccleſia Magni martyris. Presbyter nomine Robertus Miſſam primã inchoauerat; ego in cæmeterio cum ſodalibus 18. viris 15. feminis tribus choreas ducens, & cantilenas ſæculares perſtrepens, ita ſacerdotem impediebam, vt ipſa verba noſtra inter ſacroſancta Miſſarum ſolemnia reſonarent. Quocirca mandato nobis,

Digitized by Google

bis, vt taceremus, neglecto, imprecatus eſt dicens: *Placeat Deo, & ſancto Magno, vt ita cantantes permaneatis vſque ad annum.* Verba pondus habuerunt. Filius presbyteri Ioannes, ſororem ſuam nobiſcum cantantem per brachium arripuit, ſtatimq. illud è corpore euulſit, ſed gutta ſanguinis non exijt. Ipſa quoque toto anno nobiſcum permanſit, choros ducens, & cantans. Pluuia non cecidit ſuper nos, nec frigus, nec calor, nec fames, nec ſitis, nec laſſitudo affecit nos, indumenta, nec calceamenta noſtra attriuimus, ſed quaſi vecordes cantabamus. Primũ ad genua, mox ad femora terræ demerſi ſumus: fabrica tecti aliquando nutu Dei ſuper nos erigebatur, vt pluuias arceret. Tandem euoluto anno Herebertus ciuitatis Colonienſis Epiſcopus, nodo, a quo manus noſtræ ligabantur, nos abſoluit, & apud altare S. Magni reconciliauit. Filia presbyteri cum alijs duobus ſpiritum efflauit, ceteri continuis tribus diebus, & noctibus dormiuimus, aliqui poſtea obierunt, & miraculis coruſcant; ceteri pœnam ſuam membrorum tremore produnt. Hoc accidit anno ſalutis. 1012.

Carol. Sigon. de Reg. Ital. lib. 19. Onuf. Panui. in Plat. Vrb. 4.

Tertiũ a Carolo Sigonio de regno Italiæ l. 19. de anno 1264. & ab Onofrio Panuinio in Platinæ Vrbanum Quartum, Vulſinij mirandũ viſum aſſeritur. Sacerdos quidam ibi, cum rem diuinam faciens ſacrã rite hoſtiam frangeret, forte de veritate ipſius Chriſti corporis dubitauit. Itaque ſubito ex ipſa hoſtia ſanguis tantus effluxit, vt multis linteum ipſum guttis imbuerit. Qua re audita Vrbanus Pontifex attonitus, ipſum ad ſe deferri linteum iuſſum magno cleri, & populi occurrentis honore excepit, eoque in Eccleſia Vrbeuitana in ſede ampliore, ac digniore repoſito, ſolẽnem Chriſti corporis diem decimo poſt Pentecoſtem cum inſigni pompa in perpetuum celebrandum inſtituit. Nauclerus, Hermannus Schedelius in Chronicis, Cornelius Cornipolitanus in chronologia referunt in ponte ſuper Moſam in Traiecto ſuperiori ducẽtos homines chorea ludentes 15. Calend. Iunij, cum corpus Chriſti per ſacerdotem portaretur ad infirmum, ceſſare noluiſſe, donec trãſiſſet ſacerdos. Mox igitur tranſito ponte presbytero, pons cecidit, & omnes in fluuio præter vnum ſubmerſi fuere.

Naucl. gen. 43. Herman Sced in chr. Cornip. in chronolog.

Iacob. Meier lib. 17. Ann. Fland.

Quartum refertur a Iacobo Meiero lib. 17. Annal. Flandriæ de anno 1470. narrat 3. Idus Nouemb. ferijs D. Martini Epiſcupi factũ Brugis miraculum per ſacratiſſimum ſanguinẽ Domini in hunc modum. Mulier quædam infantem enixa, qui videbatur eſſe mortuus, non ceſſat inclamare ſacroſanctum cruorem Chriſti, quæ pro conſolatione, bonaq. fide, & fiducia ſua id omne, quod petijt, obtinuit: poſt diem tertiũ quam erat ſepultus, refoſſus infans reuixit, & baptizatus eſt. Leander Albertus in deſcriptione Italiæ in Romanula 14. regione Italiæ narrat, Rauennam a Gallo milite crudeliſſime direptam fuiſſe, vt ne ſacris quidem templis parceretur. Vaſco enim quidam miles, cum tanto rapiendi furore percitus, vt in maximum templum irruens, quia totum id iam expoliatum cernebat, relicta ſolum ædicula ſacratiſſimam hoſtiam continente, cui ex alijs nemo propter ſacramenti religionem adhuc manus admoliri fuerat auſus, omni numinis metu depoſito, arculam preecioſam arripuiſſet, extractoque per ſummum nefas venerabili ſacramento, & in terram proiecto aſportaret, hoſtia mox in columnam quandam ſponte ſubuolanit, in eaque conſtitit. Verum enim vero breui mora pœnæ Vaſcones iſtos, qui fere delubrorum, ſacrorumque fuere ſpoliatores, exultare numen ſiuit. Paucis enim poſt diebus ab Heluetijs in Italiam accitis maxima nequiſſimi generis pars cæſa, vel in Ticini, Padive gurgites detruſa eſt: vt mox quaterna, ſenaque illorum cadauera ſimul colligata fluminibus deferri ſpectarentur.

Leand. Alb. in deſcr. Ital. in Rom. 14. reg. Ital.

Quintum miraculum eſt, quod ſub tempora Arcadij, & Honorij Imperatorum contigiſſe narrat Simeon Metaphraſtes in vita magni illius Arſenij, cum quidam ſenex Eremita haud crederet in Euchariſtia verum Chriſti corpus eſſe, idque audiſſent alij ſenes, conuenere in vnum, multiſque conati ſunt errantem in viam ſalutis reducere. Cum nihil profeciſſent, in templum venere poſt multas preces ad Deum, vt ſenem liberaret a falſa ſententia. Cumque ſacra, inquit Simeon, peRageretur myſtagogia, diuinuſque panis eſſet propoſitus, infans viſus eſt eodem tempore tribus ſenibus. Deinde cum ſacerdos ad hoc, vt panem in fruſta diuideret, iam manum extendiſſet, viſus eſt eis Angelus, qui ſuperne deuolarat, & gladium in manu habebat; qui cum propoſitum infantem (id actum per ſimilitudinem quandam, vt veritas adumbraretur) ſacrificaſſet, deinde eius ſanguinem fundebat in calicem: & quamdiu ſacerdos panem in parua fruſta frangebat, tamdiu quoque poterat videri Angelus ſecans carnes ex parte pueri. Cum acceſſiſſet is, qui errabat, ſenex, vt eſſet particeps ſacrificij, carnis mundæ, & cruentæ aperte fuit particeps. Sic igitur reſipuit ſenex. Hæc Metaphraſtes. habetur idem apud Latinos in vitis Patrum, parte ſecundã, libro de prouidentia, & contemplatione.

Simeon. Metaph. in vita magni Arſenij.

Sextum miraculum ſcribit Ioannes Diaconus in vita Sancti Gregorij. Nam cum ſanctus hic Doctor populo inter publicas ſtationes Euchariſtiam diſtribueret, vbi ad matronam quandam veniens de more diceret: *Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam tuam:* vidit eam ſubridentem; quocirca manum retrahens, & in altari deponens Euchariſtiam, vocauit ad ſe mulierem, & quid riſiſſet, interrogauit: quod, ait illa, Corpus Chriſti vocares, quem confeci ipſamet hiſce manibus panem: Re intellecta vir ſanctus precibus ſe cum populo dedit, ac non multo poſt particulam depoſitam reſpiciens vidit ſpecie panis

Io. Diaconus in vita D. Gregorij.

non

Digitized by Google

non apparente cõſpici carnem veram: populo obſtupeſcente, mulieri, & cunctis oſtendit. quãobrem rediens illa ad mentem ſuam ſcelus deteſtata, veniam delicti poſtulauit, caroque illa ad eiuſdem Sancti preces in priſtinam ſpeciem paulo poſt eſt reuerſa.

Vincentius in ſpeculo hiſtoriarum l. 30. c. 24. Alex. Alen. in 4. par. q. 11. memb. 2. art. 4. § 3. Panuin. in vita Vrb. 4.

Septimum continens multa, colligitur ex eo, quod ſæpe ex Euchariſtia ſanguis copioſus emanauit; ita vt arti dæmonis id non poſſit adſcribi. Referunt id Vincentius in ſpeculo hiſtoriarum lib. 30. c. 24. Alex. Alenſis in 4. par. quæſt. 11. mem. 2. artic. 4. §. 3. Illuſtriſſimum ad id eſt illud, cuius occaſione inſtituta eſt celebritas feſti ſanctiſſimi corporis Chriſti, de quo Panuinus in vita Vrbani. 4. Nos autem poſt illos duo duntaxat exempla huius ſæculi ſcribemus. Ac primum ſit, quod accidit anno milleſimo quingenteſimo decimo, 8. Id. Februarij circiter horam noctis ſecundam, Paulus Form in Marchiæ Brandeburgenſis villa Chnobloch e templo ſurripuit pyxidem argenteam inauratam, qua ſeruebatur Euchariſtia, vendidit hoſtiam Iudæo: hic multis ictibus pugione confodit, integram videns iratus in tres partes conſcidit, inquiens: Si tu Chriſtianorum Deus es, temetipſum manifeſta. Ibi ex hoſtia ſanguis effluxit per oras eius. re territus Iudæus, cum particulas panno duas inuoluiſſet, eas miſit ad ſuæ factionis homines, tertiam rurſus pugione aggreſſus eſt; ac rurſus guttulæ ſanguinis emanarunt. Timens ne proderetur ſcelus, abſumere illam voluit; cum nequiret, in flumen proiecit; enatantem miſit in flammas; ex ijs intactam commiſcuit azymo, furnoque impoſuit, qui cum foret alioquin obſcurus reſplenduit; & azymi maſſa, cui tertia illa particula commixta erat, inſiluit in faciem Iudæi. Qua re cognita Paulus forcipibus diſcerptus, & in cineres redactus, Iudæorum multi flammis traditi; ex quibus duo baptizati ſunt, & ijs caput amputatum. Hæc Surius, Pontanus in hiſtoria rerum memorabilium, & Genebrardus.

Aliud ſimile accidit anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto in Polonia. Iudæus quidam Biſcheim, ſiue Benedictus nomine, in Sachazeto Poloniæ oppido, quod tribus milliarijs ab arce Louitz diſtat, Euchariſtiam ſacratiſſimam ab ancilla ſua Dorothea Lazezla Chriſtiana datis nummis emit; eam namque illa ſuſceptam ore ſeruauit. Delatam ſceleſtus in Synagogam multis ictibus tranſfixit: ibi copioſus cruor emanauit, exceptum Iudæi cochleari in calicem transfundunt. Res detecta, omnes conſcij flammis exuſti. Hæc ijdem ſcriptores, Genebrardus, Surius, & Pontanus lib. 5.

Ludou. Granaten. in introduct. ſym. par. 2. Luc. Marineus Siculus l. 5. de reb. Hiſp. c. de ſacris ædibus.

Octauum exemplũ eſt memorabile ac perpetuũ ad obſtinatiſſimos quoſq; cõuincẽdos. Anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo nono, cum maximæ Mahomentanorũ copiæ procederent in regno Valentię aduerſus exiguas noſtrorum, & res ad extremum redacta eſſet, ſex e noſtris Duces ad Deum confugere, & Euchariſtiæ percipiendæ conſilium cœperunt; & quando non aderant tot presbyteri, quibus cuncti milites ſua confiteri peccata poſſent, ipſi ſex id agere conſtituerunt. Verum dum preſbyter iam celebraſſet Miſſam, protinus ad arma conclamatum, neque ſumendæ Euchariſtiæ tempus ſuperfuit. Quocirca Deo freti Duces aduerſus inimicos proceſſere, presbyter inops conſilij particulas ſacratiſſimas linteolis, quæ corporalia vocamus, inuolutas, ſub lapide occultauit. Victis mirabiliter inimicis, presbyter, vt prædictos Duces ſanctiſſimo Chriſti corpore communicaret, produxit illas particulas; ſed linteolis explicatis ſanguineis guttis reſperſas, & linteis affixas. Res diuulgata cunctos admiratione repleuit. Et haud multo poſt rumor adeſt, inimicos copijs refectis aduentare. Noſtri confirmatis præſenti miraculo animis aduerſus illos progreſſi petierunt, vt ex edito loco, quaſi vexillum, in hoſtes lintea producerentur: quo facto in fugam conuerſi inimici. Cum noſtri redeuntes non conuenirent, quo loco mappulæ cum ſacratis particulis reponerentur, ſortibus res commiſſa: quibus eductis ſcheda Dorchoræ oppidi ter eſt lecta. Sed vt Dei voluntas eſſet teſtificatior, conſenſere, vt pyxidi incluſæ particulæ ſumma cum reuerentia ſupra mitem mulam collocarentur, & quo illa libertati ſuæ relicta pergeret, & vbi conſiſteret, locus eſſet tanto miraculo. Mira res: Dorchoram verſus illa iter ſuſcepit, & quamuis a multis alio pelliceretur propoſitione pabuli, numquam tamen conquieuit, donec eo peruenit, & hoſpitale oppidi ingreſſa, ſubſtitit in medio, ac genibus flexis eſt morata; ac ne quid poſthac dorſo exciperet minus nobile, protinus expirauit. Innumera mortalium multitudo ad tantum ſpectaculum confluxit, & reſeruata lintea cum particulis vſque ad hæc tempora incorruptis, ac ſanguine reſperſis viſuntur, & quotannis publice oſtenduntur. Extantque publica monumenta, quibus tanta res eſt conſignata. Quiuis poteſt accedere, & tanto ſpectaculo, vbi velit, dignus fieri. Meminit huius poſt alios Ludouicus Granatenſis in Introductione Symboli parte ſecunda, & Lucius Marineus Siculus lib. 5. de reb. Hiſpanię cap. de ſacris ædibus.

Cæſar. l. 9. c. 8.

Nonum, quod Cæſarius refert, in hũc modũ ſe habet. Cum mulier quędam ſimplicis ingenij nonnulla apum aluearia poſſideret, neque illi redderent expetitum fructum, ſed lue quadam tabeſcentes morerentur, de conſilio alterius feminæ ſimplicioris acceſſit ad ſacerdotem perceptura Euchariſtiam; quam ſumptam tamen ore continuit, domumque reuerſa extractam collocauit in vno ex aluearijs. Lues ceſſauit, mella effluebant. Itaque ſuo tempore mulier apertis, vt mel educeret, aluearijs, vidit (miranda res) exædificatum ab apibus ſacellum, conſtructum altare, parietes miro ar-

chite-

chitectura artificio ſuis feneſtris appoſite locis ornatos ſuis, oſtium, turrim cum ſuis tintinnabulis, Euchariſtiam vero in altari repoſitam circumuolabant ſuaui ſuſurro perſtrepentes apes. Tanto miraculo attonita mulier confeſſa rem detulit ad ſacerdotem, qui confluentibus vndique multis eo progreſſus Euchariſtiam multorum honore retulit in ædes ſacras.

Annon. l. 5. c. 39.

Decimum in territorio Tullenſi, vt commemorat Annonius. Puella quædam poſt Euchariſtiam ſumptam primo per decem menſes abſtinuit pane, deinde triennium totum omni cibo,& potu, vt libro quarto narrat Annonius, ac Sigibertus. Id contigit imperante Ludouico Pio.

S. Gregor. in vita S. Benedicti.

Vndecimum afferamus, & illud a ſancto Gregorio ſcriptum in vita ſancti Benedicti. Quædam feminæ, vt aiunt, moniales, nimis effreni lingua religioſum quendã virum ſæpius vellicabant. Quocirca Benedictus hæc de illis audiens, eis protinus mandauit, dicens: Corrigite linguam veſtram, alioquin excommunico vos. Illę nihilo meliores factæ, intra paucos dies defunctæ ſunt, atque in ædibus ſacris ſepultæ. Cumque in iiſdem Miſſarum ſolemnia, inquit idem, celebrarentur, atque ex more Diaconus clamaret: Si quis non communicat, det locum: nutrix earum, quæ pro eis oblationem offerre conſueuerat, eas de ſepulchris ſuis progredi,& exire videbat. quod dum ſæpius cerneret, quia ad vocem Diaconi clamantis exibant foras, atque intra Eccleſiam permanere non poterant, ad memoriam reduxit, quæ vir Dei adhuc viuentibus mandauit, eas quippe ſe communione priuare dixerat, niſi mores ſuos, & verba corrigerent. Tunc ſeruo Dei cum graui mœrore indicatum eſt, qui manu ſua protinus oblationem dedit, dicens: Ite, & hanc oblationem pro eis offerri Domino facite, & vlterius excommunicatæ non erunt. Quæ dum immolatio pro eis fuiſſet oblata, & a Diacono iuxta morem clamatum eſt, vt non communicantes ab Eccleſia exirent, illæ exire ab Eccleſia vlterius viſę non ſunt.

Ioan. Fran. Mirād. l. de ſtrig.

Duodecimum refert Ioannes Franciſcus Mirandulę Comes eleganti illo libro de ſtrigibus. Fuit, inquit ille, in Alpibus Rhœtijs ſacerdos quidam probus ante annos duodecim, cui cum foret opus ad ægrotum quendam graui oppreſſum morbo Euchariſtiam deferre, cum longius abeſſet, videretque ſe non ita, vt oportebat, celeriter ad eum pedibus poſſe peruenire, aſcendit equum, colloque ſanctiſſimum Chriſti corpus pyxide incluſum ſatis honorifice alligauit, iter ſuum quantocyus accelerans. Cum nonnihil proceſſiſſet, obuium habuit quendam, qui vt equo deſcendens ſecum pergeret ad ſpectaculum quoddam mirabiliſſimum, inuitauit. Imprudens homo, & cupiditate rei tantæ ductus paruit: vix equo ſe demiſerat, cum ſenſit ſe per aera, vna cum comite deferri, & breui tempore in altiſſimo montis cacumine ſtatui. Ibi ampliſſima,& amœniſſima planicies erat arboribus vndique excelſiſſimis obſepta, rupibuſque horrendis circumeincta. In medio choros innumeros, ac varios ludos; cuiuſque generis menſas lautis, ac diuerſis ferculis inſtructas erat videre. Audiebantur enim concentus quilibet omni ſuauitate affluentes. Denique aderant quęcũque animos hominum iucundiſſimis delinimentis tenere poſſent, & dulcedine perfuſos intima demulcere ſolent. Obſtupefactus improuiſa re ſimplex, bonuſque ſacerdos, neque eloqui præ admiratione, aut hiſcere audens, pene extra ſe poſitus, attonituſque hærebat. Tum ſocius, qui illum adduxerat, petijt ab eo, vellet ne Reginam, quæ ibi aderat, ſupplex venerari,& munus illi aliquod offerre? In alto quodam ſolio Regina aſſidebat, effigie formoſiſſima, regio cultu, & ornamentis mirifice ornata. Accedebant ad eam proſternentes ſe humi cuncti, qui aderant, bini, quaternive ordine pulcherrimo, & humi ſe proſternentes eam colebant, vana munera offerentes. Ad mentionem Reginæ homo, cum videret eam ſic fulgentem, & miniſtris plurimis cinctam, putauit eſſe Matrem Chriſti, cælique,& terrę Reginam; neque enim ſuſpicabatur vllas præſtigias, dæmonumque ſpectra, alioquin eo non appropinquaſſet. Reputans igitur ſecum, quid illi dono daret, exiſtimauit nihil ei gratius, aut iucundius futurum munus, quam filij corpus: acceſsit, & ad pedes accidens in modum ſupplicis arculam, in qua erat auguſtiſsimum ſacramentum, e collo detractam in gremio mulieris illius poſuit. Mira res, omnia continuo euanuere. Perculſus huiuſmodi nouitate homo rudis, & præſtigijs irretitum ſe videns, & in horroribus denſiſsimis, & luſtris deſtitutum conſpiciens, opem diuinam tremens implorare, vt e tantis ipſum anfractibus expediret. Cumque diu per loca inuia, ſiluaſque vaſtiſsimas erraſſet, vix tandem paſtorem reperit, a quo in viam ductus didicit ſe millia centum a loco abeſſe, quo Euchariſtiam deferre cupiebat. Ad ſuas tandem ſedes reuerſus totam rem detulit ad magiſtratum. Contigit hoc imperante Maximiliano Primo.

Decimum tertium narrat Vuillelmus Abbas in vita S. Bernardi. Mediolani inſpectante omni populo matrona nobilis ita liberata eſt a D. Bernardo. Referam verba ipſa Vuillelmi Abbatis, qui eodem tempore, quo Sanctus ipſe, vixit, & eius acta plurimorum teſtimonijs comprobata edidit in lucem. Adducta igitur ad eccleſiam ſancti Ambroſij matrona, conuerſus ad populum, cuius innumera aderat multitudo, orare iubet attentius,& clericis, ac monachis ſecum iuxta altare conſiſtentibus mulierem ibidem iubet conſtitui, ac teneri. Illa vero reluctans,& vi diabolica, non naturali virtute recalcitrans, non ſine aliorum iniuria ipſum Abbatem pede percuſsit: quem diaboli auſum manſuete ipſe contempſit, & in eius ex-

Vuillel. Ab. in vita S. Bernard. l. 1. c. 3.

pulſio-

pulſionem non indignatione iræ, ſed pacifice, & humili ſupplicatione Deum inuocat adiutorem, & ad immolationem hoſtiæ ſalutaris accedit: quoties tamen eandem hoſtiam ſignat, toties ad mulierem conuerſus eodem ſigno crucis edito, ſpiritum nequam fortis athleta impugnat. Nam & ille malignus, quoties aduerſus eum ſignum Crucis intenditur, percuſſum ſe iudicans, acrius ſæuit, & recalcitrans contra ſtimulum, quidnam toleret, prodit inuitus. expleta autem oratione Dominica efficacius hoſtem aggreditur vir beatus: Patenæ ſiquidem calicis ſacrum Domini corpus imponens, & mulieris capiti ſuperponens, talia loquebatur: *Adeſt inique ſpiritus Iudex tuus, adeſt ſumma poteſtas: iam reſiſte, ſi potes, adeſt ille, qui pro noſtra ſalute paſſurus, nunc*, inquit, *Princeps huius mundi eiicietur foras. Hoc illud corpus, quod de corpore Virginis ſumptum eſt, quod in ſtipite Crucis extenſum eſt, quod in tumulo iacuit, quod de morte ſurrexit, quod videntibus diſcipulis aſcendit in cælum. In huius ergo maieſtatis terribili poteſtate tibi ſpiritus maligne, præcipio, vt ab hac ancilla eius egrediens contingere eam amplius non præſumas.* Cumque eam inuitus deſerens, & vltra manere non valens atrocius afflictaret, tam magnam iram, quam modicum tempus habens, rediens Pater ad altare, fractionem hoſtiæ ſalutaris rite compleuit, diffundendamque in populo pacem miniſtro dedit, & confeſtim pax, & ſalus integra reddita eſt mulieri, & iniquus ille viuifica myſteria quantæ ſint efficaciæ, non confeſsione, ſed fuga coactus, oſtendit. Huc vſque ſcriptor ille.

D. Bern. in vita S. Malach. c. ult. [margin note: D. Bern. relatus à Gual. lib. vbi ſup.]

Genebrard. in Annal. Faius in ſuo Energumen.

Decimumquartum narrat Genebrardus in Annalibus ſuis, & Faius in ſuo Energumenico, quod anno milleſimo quingēteſimo ſexageſimo quinto Lauduni Epiſcopus vrbis liberauit Nicolaam a dæmonis vexatione oppreſſam porrectione Euchariſtię ſub expreſſa obteſtatione, quod ibi verum Chriſti corpus eſſet. Adfuere hominum decem millia, Notarij publici acta ipſa ſcriptis conſignarunt. Id namque in primis agebatur aduerſus Caluiniſtas, vt diuino teſtimonio comprobaretur, per expulſionem dæmonis in Euchariſtia verum Chriſti corpus eſſe. Quidam fures, vt argenteum vaſculum, in quo condita erat Euchariſtia, auferrent, illam ſecum rapuerunt, ſacratiſſimum vero Chriſti corpus ſub alueari proiecerūt. Poſt aliquot dies dominus aluearis videt apes certis horis ſexies dimiſſis operis ad cibos conuehendos, totos eſſe in quodam mellifluo concentu edendo. Cumque forte de media nocte exurrexiſſet, conſpicatur ſupra alueare illuſtriſſimā lucem, ſuauiſſimeq; præter omnē modū modulantes apes. Rei nouitate inuſitata, & prorſus admiranda percul ſus, Deique monitu intimo agitatus rem defert ad Epiſcopum. Is plurimis ſecum aſſumptis eo ſe conferens, aperto alueari videt vaſculum elegantiſſime effectum e candidiſſima cera prope aluearis faſtigium, in eo repoſita erat Euchariſtia, circa illud choros apum circumſonātes, & excubias agentes. Acceptum igitur Epiſcopus ſacramentum maximo cum honore in templum reportauit, quo multi accedentes ab innumeris ſunt morbis curati. hæc Cæſarius.

Cæſar. l. 9. c. 8.

Decimum quintum a noſtro S. Antonio Patauino editum Toloſæ mirabile eſt, quo hæreſiarcha Bonouillus eſt ad ſanam mentem reductus. Nam cum diſputaſſet hic publice cum ſancto viro, contendens in Euchariſtia non eſſe verum Chriſti corpus, & iam conuictus eſſet, palam cūctis audientibus dixit, ſe tum demum crediturum in Euchariſtia haberi verum Chriſti corpus, ſi huiuſmodi miraculum contingat. Triduana, inquit, ego inedia iumentum famelicum reddam, poſt triduum producam illud in populi conſpectum, parataſque illi eſcas proponam, tu ſtabis ex aduerſo cum tuo illo, vt dicis, corpore Domini: ſi iumentum poſt habito pabulo ſuo properauerit ad adorandum Deum tuum, Eccleſiæ tuæ fidem complectar. Accepit conditionem vir ſanctus. Dies tanto certamini dicta, qua adueniente, vndique omnes in plateam conueniunt. Adducitur ab hæretico famelicus mulus: Sanctus interim Miſſam celebrat in proximo ſacello, qua peracta egreditur ad populum, maxima cum reuerentia geſtans Euchariſtiam. Proponitur ante mulum congrua pabuli copia ex vna parte, ex altera autem profertur Euchariſtia. Tum Sanctus ad animal cōuerſus cunctis audientibus, & exitum rei præſtolantibus: In virtute, inquit, & nomine Creatoris tui, quem in manibus, licet indignus, re vera teneo, tibi præcipio, vt confeſtim huc accedas, & illam, quam par eſt, præſtes reuerentiam, vt hinc perſpicue intelligat peruerſitas hæreticorum, omnem creaturam tuo ſubdi creatori, quem dignitas ſacerdotalis in altari contrectat. His dictis dimittitur ſuæ libertati bellua, fræna illi laxantur, ac protinus neglecto pabulo ante oculos poſito, vſque ad poplites demiſſo capite, & coram diuiniſsimo Chriſti corpore genua curuans mirabiliter accidit. Ibi Catholicorum lætitia incredibilis, hæreticorum confuſio maxima: hæreſiarcha ſe catholicæ Eccleſiæ reddidit, hæreſim peſsimam deteſtatus.

Chronica S. Franc. & S. Bonau. relatus a F. Bu. ... in l. de ſig. ... Euch.

Decimum ſextum ſanctus Bonauentura ſcribit: ait enim fuiſſe ouiculam S. Franciſco, quæ ſoleret ingredi eccleſiam, cumque in ſacratiſſima Miſſa de more attollitur Euchariſtia a præſentibus cunctis adoranda, pecus dictu mirabile, caput inclinabat, genua flectebat, aliaque ſigna exhibendi cultus præſtabat, vt cuncti id conſpicati obſtupeſcerent, & ad omnem reuerentiam maxime inflammarentur.

Cæſar. vbi ſupra.

Decimum ſeptimum narrat Cæſarius. Ait eo tempore, quo Albigenſes hæretici Euchariſtiæ ineſſe verum Chriſti corpus negabant, hoc contigiſſe. Illi namque, vt fidem ſibi conciliarent, arte dæmonum freti ſuper vndas pedibus illotis, vt omnes admirarentur, ambulabant.

Id

Id ſciens presbyter quidam, cum quodam die ad huiuſmodi ſpectaculum maxima multitudo conueniſſet, accedit deferens in pyxide Euchariſtiam. Cumque hæretici illi iam flumen ingreſſi ſuper aquas incederẽt, cunctis audientibus dixit: Adiuro te, Diabole per eum, quem mecum geſto, dæmon ne fallacijs huiuſmodi imponas huic populo. His dictis, cum nihilominus illæſi illi perſiſterent, presbyter Chriſti corpus pyxide incluſum iactat in flumen, ac protinus machinæ impiorum ſubmerſæ, infelices illi demerſi, & flumine abſorpti perierunt. Arcula porro ſacramenti ab Angelis ſublata cum nuſquam videretur, in lacrymis inſomnem noctem traducens ob id presbyter; mane vidit illam ſuper altari repoſitam.

Cæſar. l. apũ

Decimum octauum, quod Cæſarius ſcriptor libri apum refert anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo, ſic ſe habet. Hæreticus quidam in Germania nihil nõ agebat, vt Fratrem ex ordine Prædicatorum in ſuas partes traduceret: quod cum fruſtra ſæpius contendiſſet irrito conatu, tandem dixit: quando mihi credere non vis, & nimium pertinax es; oſtendam tibi, modo fidem adhibere ſis paratus, Chriſtum, Matremque eius, ac Sanctos ipſos. Ibi Frater præſtigias ſuſpicatus ait ſe crediturum, ſi ita oſtendat. Gauiſus hæreticus diem ſtatuit, quæ ſimulatque venit, vir religioſus ſecum defert Euchariſtiam pyxide incluſam. Venere ambo in ſpecum montis altiſſimi, ex illo in ampliſſimum palatium luce incredibili circumfulgens. Ibi in aula vndique coruſcante videbatur Rex quidam ſolio inſidens ſidereo lumine emicans, Reginaque illi aſſiſtens, in gyrum vero plurimi velut heroes ſpecie pulcherrima. & maieſtate conſidentes. Hæreticus ingreſſus continuo caput demittens, ac genua flectens procumbit, & viſos adorat. Spectro pene attonitus vir religioſus ſubſiſtit. Ad quem conuerſus hæreticus; quidni, inquit increpans, Chriſtum, Matremque eius, ac ſuperos, vti decet, veneraris? Accede, fidei noſtræ arcana audi. Accedit Prædicator, capſulam profert, ad Reginam dicẽs: Si Mater Dei es, en filius tuus Deus, ipſum cole, vt te colam. Producit Euchariſtiam: qua in luce prolata, lux, & omne ſpectaculum protinus euanuit, illi autem tenebris circumfuſi, & e ſpelunca egreſſi ad montis faſtigium euaſere. Hæreticus autem agnitis ſpectris ad catholicam fidem redijt.

Pallad. per Th. Bozium cit. in l. de ſignis Eccl.

Decimum nonum Palladius ſcribens, ait, mulierem quandam maleficis quibuſdam cantionibus ſic affectam fuiſſe, vt equæ ſpeciem referret, cum tñ loqueretur, & alia munia quæ ſunt hominum, obiret. Et maritus cum fruſtra tentaſſet omnia, vt ſpectris illis vxorem ſolueret, denique adduxit ad ſanctum Macharium, qui liberauit mulierem, dixitque dæmonas id in illam potuiſſe, quod multum tempus abſtinuiſſet ab Euchariſtiæ perceptione, quocirca id poſterum ne ageret iuſſit, ac frequentius ad ſumendum Chriſti corpus accederet.

Th. Boz. in l. de ſign. Ecc.

His tandem omnibus alia plura placet hic annectere, quæ dominus Thomas Bozius, vir hac noſtra ætate doctrinæ puritate, & vitæ integritate conſpicuus in eruditiſſimo illo de ſignis Eccleſiæ opere diligenter congeſſit. Paſchaſius Abbas Corbcienſis ab eo citatus, & allegatus, qui ante annos prope octingentos viuebat, hoc affert exemplum. Quidam presbyter Plegils nomine cum quotidie ſacratiſſimam Miſſam celebraret ad corpus Nini Epiſcopi, maximo deſiderio flagrare cœpit videndi Ieſu in Euchariſtia, non quod hac de re dubitaret, ſed vt illa cæleſti voluptate diuinitus perfunderetur, que ſuperi in primis in obtutu diuiniſsimæ humanitatis Ieſu toti penitus replentur; neq; inuolucra panis, ac vini ſpeciem tantummodo habentia modo vllo afferrent ipſi impedimentum. Poſt multas preces tandem vir ſanctus eſt exauditus, viditque & amplexatus eſt poſt hoſtiæ conſecrationem puerum Ieſum in altari, ac poſt multam deoſculationem, dulcedinemque inde perceptam petijt, vt Euchariſtiam ſibi ſumere liceret, & in illa, quem videbat, & ad pectus ſtringebat, Ieſum ſub panis, ac vini ſpeciebus. abſceſsit viſio, & Euchariſtiam percepit.

Guitmund. ex Lanfraco a Th. Bozio cit. in l. de ſignis Eccl.

Guitmundus ex *Lanfraco* itidem citatus refert ſe puero in Italia contigiſſe, vt quidam presbyter Miſſam celebrans, veram carnem ſuper altare, verumque in calice ſanguinem reperiens ſumere trepidaret. Rem protinus Epiſcopo ſuo defert, quid agendum ſibi exquirens. Epiſcopus aduocatis ad conſilium multis Epiſcopis de communi ſententia illum, & calicem cum carne, & ſanguine deligenter opertum ſumma cum reuerentia in altaris medio cõcluſit, ac pro diuiniſsimis reliquijs perpetuo hæc reſeruanda decreuit.

Vill. ibid. al.

Ab eodem etiam allegatus Villaneus hoc ſcribit miraculum. Anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octauo cũ quidã presbyter ſacratiſsimam Miſſam Pariſijs celebraret in ſacello quodam Aulę regiæ, populoque oſtendendam diuiniſsimam Euchariſtiam ſuſtuliſſet in altum, pro ſpecie panis plurimi, qui aderant, conſpexere formoſiſsimum puerum: quocirca nonnulli rogarunt presbyterum, vt tamdiu ſubſiſteret manibus in altum porrectis, quoad Rex accerſeretur. Certior autem tanti miraculi factus Ludouicus, negauit ſe eo profecturum, quod non credentibus hæc ſigna exiſterent, ſibi vero perſuaſiſsimum vere in Euchariſtia Chriſti corpus eſſe.

Ioan. Vill. & S. Ant. a Boz. eod. allegati.

Aliud miraculum permanens, atque huic ſimile contigit Florentiæ anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo, quod referunt Ioannes Villaneus, & S. Antoninus a Bozio allegati. Sacerdos quidã nomine Huguuio in æde ſancti Ambroſij non totum ſanguinem conſecratum ſumpſit in diuiniſſima Miſſa, ſed ipſius aliquã partem dimiſit. Dein vero cum calicem acceepiſſet in manus, vidit reliquas guttulas in ſanguinem conuerſas in tres partes diuidi, &

pro-

protinùs in vnum coire. Re obſtupefactus cœpit in lacrymas erumpere. Multi accurrunt, in his Abbatiſſa, & moniales ædis illius poſt multa ampullam vitream dant, in qua ſacerdos ſanguinem transfudit. Die vero tertia ſanguis ille apparuit in carnem conuerſus, intra ampullam in aera ſublatus, ex omni parte ab omni re diuiſus, ac ſibimetipſi innixus. Ardinus Epiſcopus tum Florentinus rem voluit propius cognoſcere, ac certo deprehendere: & nulli non euentum tam mirabile perſpectiſſimum fuit. Adhuc conſeruatur in æde ſancti Ambroſij Florentiæ intra ampullã cryſtallinã caro illa, quamuis eius ſpecies ſint obſcuratæ, cũctis eo proficiſcentibus viſenda, narranturq; plurima in eam rem mirãda. Hoc etiam a Thoma Bozio allatum contigit Auſidæ in Piceno. Siquidem anno millesimo ducenteſimo ſeptuageſimo tercio quædam mulier cum ſumpſiſſet ore Euchariſtiam, non deglutiuit, ſed ſeruatam ſecum detulit, vt illa vteretur ad amorem mariti conciliandum ſibi per veneficia. Quamobrem ſic malis artibus edocta ſuper prunas in tegulam repoſitam proiecit, quo facto, mirabile dictu, cœpit Euchariſtia apertiſſime in carnem conuerſa ſanguinem late emittere, ita vt prunas extinxerit, neque prohiberi potuit cruoris eruptio, donec canduerunt carbones, quamuis mulier nihil non egerit iniiciendo puluerem, cinerem, ceramque apponendo. Tum nouo euentu attonita linteo tegulam cum carne diuina, & ſanguine inuoluens, ſtabuli propinqui ſtercore infodit. Latuit res annos ſeptem, quamuis aliquot mirabilia euenerint, quæ vndenam naſcerentur, alios quidem latebat, mulierem non ita, facti, ac ſceleris ſui conſciam. Iis exactis illa tandem aperuit rem geſtam ſacerdoti, qui cum ſe eo contuliſſet, reperit intactam carnem, ſanguinemque recentem, linteumque illæſum. Miraculum patefactum, cunctiſque diuulgatum ex omnibus locis innumeros ad ſui ſpectaculum commouit, & commouet adhuc poſt annus tercentum, & ſedecim. Viſitur enim caro, viſitur ſanguis vitreis ampullis incluſus ad tantæ rei memoriam ſempiternam; neque poſt tanta temporum ſpatia quidquam ex eis corruptum, aut tabefactum. Simile miraculum ſcribit Arnoldus Lubecenſis, nec diſſimilia Fulgoſius. S.D.N. Pauli Quinti Pontificatus anno quarto, humanæ autem redemptionis 1608. dum hæc prælo dabam, hoc vnum non minus prodigioſum, quam efficax Fauernei Sequaniæ oppido celebri accidit, Germaniæ, aliiſque prouinciis hæreſum veneno infectis adiacentis, quibus vndique ſepta eſt Burgundia, quam Comitatum liberum, ſeu immunem vocant; immunem quidem vectigalibus, & hæreticorum infecta farina liberam, qui veluti voraces, ac rabidi canes eam veluti lunam, quam nec mordere, immo nequeant contingere, allatrant. Cum autem Apoſtolica iis multa eſſent priuilegia, qui Pentecoſtes feſtis diebus antiquas Fauernei ſacras viſitarent ædes, ideo, vt magis, magiſque ad pietatem vicini populi inflãmarentur, die vigeſimaquarta Maij vigilia feſtiuitatis Penteeoſtes lignea menſa ad altaris inſtar, vt annis præteritis mos fuit, erecta eſt ad crates ferreas, quæ chorum a reliqua ſeparant eccleſia. Illa vero menſa exornata, variiſque cohoneſtata tapetibus, necnon decenti circumuelata fornice (inſtar conopæi) ſericis contexta eſt, nec longius a cratibus illis ligneum diſtabat peripodium, vna cum tabernaculo ſtragulis diſtincto ſuper ſacrato marmore, panno etiam, quem corporale vulgo nuncupant, coopertum, argenteumque vas, ſeu reliquiarium magni ponderis illic repoſitum fuit, in cuius medio longæ cryſtalli tranſuerſa pars erat, qua D. Agathæ martyris conſeruabatur digitus: Huic etiam parti circulus argenteus erat inſertus, qui quidem duo illa vitra, quæ ſanctiſſimum corporis Domini ſacramentum, duabus nempe eodem conſecratis hoſtiis die contextum ambit, & amplectitur. cum hæc ita ſe haberent, euenit nocte ipſa Pentecoſtes 25. videlicet Maij, vt e cereo ignis exciderit, qui non ſtragulum modo, tapetes, & ſericum fornicem, ceteraque ornamẽtã præter tamen teſtudinis partem, quæ ſacroſanctam velabat Euchariſtiam, ſed & tabernaculum, & peripodiũ ipſum, & eam mẽſæ partẽ, quæ crates contingebat, totumque id fulciebat, depopulata ſit, vt & ſacrum marmor ſacroſanctiſſimo ſuppoſitum ſacramento, reliquiarumque vas precioſum ceciderit, & in mediis prunis rupta ſuper pauimento petra, & flammis labefactati eius anguli, ruptique reperti ſint. Verum (mirabile dictu) a tanto incendio, mediiſque flammis vas illud Dominici corporis ſanctiſſimum non intactum modo, & illæſum, verum & a primo ſuo loco ad crates (palmo circiter diſtans) eadem ipſa, qua primum altitudine, in aere ſuſpenſum, nulloque ſuſtentum adminiculo mirabiliter repertum eſt. Et quãquam crates illæ parum, aut vix firmæ eſſent, omnique momento a confluenti multitudine impulſæ, & earum ligneæ baſes, pluteorumque, quibus intexti erant, maxima pars combuſta fuit; reliquiarium nihilominus cum cæleſti ſacramento immobile ſemper, aereque ſuſpenſum medio (cum ea tamen, quæ ſuppoſita fuerant, incenſa eſſent) ſola Dei virtute fulcitum triginta circiter horarum ſpatio conſtitit. Id quidem non populus ſolum Fauerneienſis vidit, qui re audita illuc ſeſe continuo contulit, ſed & vicini vndique, ad tantum tamque inauditum prodigium confluxere, quod & omnibus eodem plane modo feria Pentecoſtes tercia Martis die matutinis horis ad decimam vſque cernere licuit, nec inde longe diſtans reuerendus quidam Curatus ſupplicatione ſolenni vna cum populo ſuo deuote huc aduenit, qui dum, vt mos eſt, ſacrum Liturgiæ myſterium celebraret, in maiori templi illius altari multis præſentibus, e cereis vnus, qui

coram

Th. Bozius l. de ſig. Ec.

Arnold. Lubecen. l. 4. hiſt. Slauo. c. 14. Fulgoſ. l. mem. c. 6. Archiep. Biſont. in epiſt. ad Clerum.

Digitized by Google

coram ſacroſancto ardebat reliquiario, abſque humana (ſaltem apparenti) cauſa ter extinctus eſt, eodemque eleuationis primæ Dominici corporis momento, prout R. ille ſacerdos ſacrificans demittebat hoſtiam, per ſe ſolum, paulatim deſcendens reliquiarium decidit, ſeſeque recte, & commode ſuper Miſſali quodam corporali velato collocauit, cui quidem alia menſa eadem plane, inſtaque diſtantia vt prius ſuppoſita fuit, & ad id accõmodata, vt ſi decideret (quod ab infinitis vtriuſque ſexus viſum eſt) maiora reuerentia exciperetur. Qua re cognita, matureque, & diligenter examinata, tanti miraculi nuncius me Romæ præſente, ad ſummum Pontificem delatus eſt. Ex quibus omnibus colligo, iam non ſolum infidelitatem eſſe negare præſentiam Christi Domini in hoc ſacramento, ſed exſecrandam impudentiam, & ſtultiſſimam obſtinationem contra expreſſiſſima verba Chriſti Domini euidentiſſimis miraculis confirmata. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

DE

Digitized by Google

DE ACERBA CHRISTI DOMINI SALVATORIS NOSTRI PASSIONE.

LIBER DECIMVS.

Homilia Prima.

De vtili meditatione paſsionis Chriſti Domini, ac de ijs, quæ circa illam in memoriam reuocanda ſunt, vt vtilior ſit.

Exod. 12. PRÆCEPERAT olim Deus, vt agnum eſuri ita illum diuiderent, vt oſſium iuncturas, & articulos ſingulari dexteritate interſecātes nulla ratione oſſa comminuerent, aut confringerent. Chriſtum Dominum per Apocal. 5. hunc agnum fuiſſe præfiguratum: *Qui agnus occiſus eſt ab origine mundi*, & de quo veteres Patres: *Emitte agnum Domine dominatorem terræ*, proclamabant, & Ioannes dicens præibat: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, vnanimis eſt Patrum ſententia, cum Lactantio lib. 4. (Lact. lib. 4. diuin. quæſt. c. 23.) diuinarum quæſtionum, vbi cenſet illa interſectionis, & diuiſionis agni circumſtantia catholicos edoceri, & informari, qua ratione agnum diuini amoris igne in camino crucis aſſum meditari debeant, nimirum alta mentis conſideratione ſingula perpendentes, ac varias tanti myſterij diuidentes circumſtantias, vti ſe feciſſe ſatis innuit Sponſa, paſſionem Chriſti faſciculum lignorum myrrhę compellans: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi*. Cuius tametſi rami omnes ſimul colligati ſint, ſinguli tamen ſeiuncti, ac ab alijs diuiſi manent, quo ſignificare voluit, ſingula paſsionis myſteria diſtincte, diuiſim, ac omni remota cōfuſione deuote à ſe fuiſſe pręmeditata. Licet autem feſtinanter iuberentur olim præfatum agnum manducare, diuidere tamen non niſi pedetētim, cū ſingulas eius inuenire iuncturas paulatim omnino deberent. Leuitici etiam (Leuit. 2.) 2. ſtatuit Deus, vt ſi oblatio de ſartagine fuiſſet, debuiſſet minutatim diuidi: quæ quidē lex prius ad litteram explicanda erit, deinde præſenti argumento accommodanda. Sartago, vt ex Rabbi Salomone refert Eugubinus in c. 2. Leuitici, (Eugub. in c. 2. Leuit.) inſtrumentum erat non profundum, quo in ſanctuario vtebantur miniſtri, in quo coquebantur, quæ ex farina offerebantur, & in idem recidit ſententia Rabbi Danidis, apud Oleaſtrum dicētis, eſſe inſtrumentum non profundum, in quo id quod coquebatur non admodum torrebatur. Conſtat autem ex prædicto loco, quod in prædicta ſartagine non carnes, ſed panes coquebantur. Oblatio igitur de hac ſartagine facta diuidenda erat minutatim. Gloſſa Interlinearis egregiam adhibet myſticam expoſitionem, dicens: *Si oblatio tua*, id eſt diſpenſatio *paſsionis* (Gloſſ. Interl.) *fuerit de ſartagine*, id eſt, *de cruce, diuides eam minutatim, ſingulas partes paſsionis diſtinguendo, ſcilicet proditionem, ſputa, colaphos, coronam ſpineā, &c.* Hoc idem etiam Sponſa in præcitatis verbis haud obſcure indicat, dicens, faſciculum illum myrrhæ *inter vbera ſua commorari*. Quibus aperte oſtendit, paſſionis Chriſti memoriam, non inſtar hoſpitis facile prætereuntis, ſed velut aſſiduum incolam ſemper in pectore eius verſari: nec enim aduerſus ſe querulam Oſeæ vocem contra mortis Chriſti immemores audire volebat: *Sicut mane tranſit, ſic pertranſiit Rex Iſrael*. (Oſeæ 10.) Nec illam per Pſalmiſtam dicentem: *Obliuioni* (Pſal. 30.) *datus ſum, ſicut mortuus à corde*; aut illam aliam: *Non ſunt recordati manus eius, die qua redemit eos* (Pſal. 77.) *de manu tribulantis*: aut per Hieremiam: *Populus meus oblitus eſt mei diebus innumeris*. (Hier. 2.) Quod autem hæc obliuio eſſet paſsionis Chriſti, ſatis ſequentia verba indicant: *Numquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui?* Nam teſte beata Agnete, (In offic. ſan. Agnetis.) diuino ſpiritu afflata, hoc ornamentum ſanguis Chriſti eſt: *Sanguis*, inquit, *eius ornauit genas meas, dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus precioſis*. Frequenter quidem memoriam hanc ſuæ paſsionis Dominus exquirit à nobis: nam per Eccleſiaſticum ait: *Gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris, poſuit enim pro te animam ſuam*. (Eccl. 29.) Præſupponit hominem facile obliuioni beneficia in ſe collata tradere. Vnde Euſebius ait, quod vbi Latinus Interpres legit: *Quid eſt homo, quod memor es eius?* (Euſeb. lib. 2. de prapar. Euangel.) Originale Hebræum habet: *Quid eſt Enos*, quod obliuioſum ſignificat. Sciens ergo hoc

hominis ingenium, ait: *Ne obliuiſcaris gratiam fideiuſſoris, qui vt te redimeret, ſanguinem, & vitam in precium tuæ emptionis profudit.* Per Hieremiam ait: *Recordare paupertatis meæ abſynthij, & fellis.* Quibus verbis non ſolum, vt quidam perperam putarunt, ad incipientes, & proficientes loquitur Dominus, ſed ad perfectos, & qui ad contemplationis culmen ſe pertigiſſe autumant. Nam vt Iob loquens de aquila dixit: *Pulli eius lambunt ſanguinem, & vbicumque cadauer fuerit ſtatim adeſt*; ita ſane, qui contemplationis alis velut ſublimis aquila ſuper aëra extollitur, & diuinitatem contemplatur, minime propterea corpus Chriſti mortuum, multiſque plagis vulneratum obliuioni tradit. Quinimmo pulli cogitationum illius lambunt eius ſanguinem, & ardenti affectu virtutem eius ſugunt, vt feciſſe Diuũ Paulum cernimus, qui poſtquã velut aquila grandis magnarum alarum, vſque ad tertium cælum euolauerat, diuinamque contemplatus fuerat naturam, vulnerati tamen, & exanimis corporis Chriſti minime poſtea oblitus, ſic ei conſtanter adhærebat, vt gaudens diceret: *Chriſto confixus ſum Cruci.*

Hier. 3. Iob 39. 2. Cor. 12.

Hanc eandem Chriſti paſsionis memoriam exquirebat Sponſus ab Sponſa, cum dicebat: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Quem locum elucidans Diuus Gregorius, ait; *Idcirco ſignaculum rebus ponitur, ne quâ diripientium præſumptione temerentur. Sponſæ ergo in corde ſignaculum ponitur, quando fidei eius myſterium in cuſtodiam noſtra cogitationis imprimitur.* Gloſſa ordinaria: *Ponimus*, inquit, *Chriſtum vt ſignaculum ſuper cor, cum ea, quæ dixit, ita diſcimus, quaſi diuina veraciter ſint verba ſapientiæ.* Solemus ſignum aliquod vel in digito, vel brachio circumferre, quo commoneamur illius rei, cuius frequentiorem volumus habere memoriam; ponimus vt ſignum ſuper brachium, cum ea, quæ fecit, ita audire, & ſequi ſtudemus, quaſi veræ ſint exempla virtutis. Diuus Bernardus eundem locum his verbis illuſtrat: *Apta ſit memoria recipere ingreſſionem ſigilli, id eſt crucifixi IESV, vt illum ſemper in memoria habeamus, qui dixit: Pone me vt ſignaculum.* Signaculum enim regium Crux eſt; habet hoc ſigillum imaginem crucifixi IESV multis foſſuris expreſſam, ſicut in ſigillis imago Regum exprimitur. His Patrum expoſitionibus duplicem aliam ſubnectere poſſumus. Sponſa enim inuitat Chriſtum, dicens: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum*, id eſt: *Pone me vt ſcopum ſagittarum, vt ſolum me cogites, de me loquaris, & omnem tuam operationem ad me conuertas.* Vel dicamus Salomonem loqui in perſona Chriſti, vt Chriſtum ipſum crucifixum, tanquam ſigillum cordi noſtro imprimamus. Dum enim ſigillum ceræ imprimitur, omnia ſigilli lineamenta in cera excipiuntur. Sigillum ergo Chriſtus eſt ſignatum ſignis redemptionis noſtræ, plagis, verberibus, vulneribus. Hoc igitur ſigillum cordi ſuperponendum eſt, vt omnia eius lineamenta excipiamus, non ſolum cogitatione, ſed & operatione. Origenes aliud myſterium detegit in prædictis verbis latens: *Fortaſsis*, inquit, *idem videbitur aliquibus ſignum quod ſignaculũ, ſed mihi vterque ſermo multum videtur inter ſe habere differentiam: ſignum namque dicitur, cum per hoc, quod videtur, aliquid aliud indicatur. Signaculum dicitur, cum alicui rei ſeruandæ pro tempore cuſtodia imponitur.* Ex hac ergo Origenis doctrina aliam egregiam poſſumus eiuſdem loci interpretationem eruere. Poſtulat quidem Sponſus ab Sponſa, vt ea, quæ ab eo per meditationem Chriſti crucifixi ineffabilia ſacramenta accepit, ceteris obſignari, & celari cupiat, vt veluti ſigillo illa occludat, ſibique tantum aperta ſeruet, quia ſacramẽta Regis abſcondere bonum eſt, vt ait Tobias. Cui intelligentiæ deſeruire poteſt id, quod de Alexandro narrat Plutarchus, qui cum inter legendas, quas à matre acceperat litteras, aduertiſſet Hephæſtionem amicum eius eas quoque clanculum ſecum lectitaſſe, ſigillum, quod anulo ſuo illigatum erat, eius ori admouit, vt moneretur Hephæſtion, quanto ſilentio eſſent occludenda, quæ in Alexandri matris epiſtola legiſſet.

Cantic. 8. D. Greg. lib. 29. moraliũ. c. 4. Gloſſ. ordin. D. Ber. tract. de paſſ. Dom. cap. 44. Orig. lib. 4. in Ep. ad Rom. Tob. 12. Plutar. in vita Alexand.

In idem genus argumenti ſubnectere placet locum illum Numerorum, quando Deus præcepit Moyſi, vt ſerpentem æneum in altum erigeret, vt qui percuſſus illum aſpiceret, viueret: quo mirabili artificio ſapienter eos compulit Dominus, vt ſerpentis illius non immemores frequenter in eum oculorum aciem intenderent. Vnde cum Chriſtus Dominus in cruce exaltatus (qui tametſi in ſimilitudinem peccati venit, peccati expers omnino erat) per ſerpentem illum præſignatus fuerit, qui etſi ſerpens appareret, ſerpentis veneno carebat, aperte nos eo facto commonere voluit, frequentes nos eſſe oportere in mentis acie ad Chriſtũ crucifixum dirigenda, quia ipſe eſt, de quo Zacharias ait: *Et ſuper lapidem oculi ſeptem.* Hunc autem lapidem Chriſtum eſſe, quæ ſequuntur verba aperte indicant: *Et ego cælabo cælaturam eius*, quaſi diceret; ego artificioſe ſculpturas eius elaborabo. Sculpturæ vero iſtæ nihil aliud fuerunt, ait Diuus Gregorius, quam foramina vulnerum eius, quorum claui, ſpinæ, & lancea inſtrumenta diuini artificis fuerunt, vt ſic lapis reprobatus fieret in caput anguli, in altoque, & eminenti loco collocatus facilius ab omnibus in vulnerum ſuorum medelam videri poſſit. Qui enim aſpexerit manus Chriſti cruci affixas, ab inimicorum vindicta continebit ſuas; & qui felle, & aceto viderit eum in cruce potari, ab epularum, & exquiſitorum ciborum ingluuie ventrem coercebit; & qui Chriſtum adeo liberalẽ, ac magnificum perpenderit, vt totum ſanguinem pro peccatoribus effuderit, auaritiam ſuam deteſtabitur: ac tandem, qui tam ingenti animi mœrore, ac totius corporis dolore confectum illum intuitus fuerit, facile libidinoſos Veneris motus comprimet, & effrænem, ac indomitam carnem edomabit, ſicque aſpectu huius myſtici ſerpentis in altũ erecti omnibus,

Num. 4. Zach. 3. D. Greg. in hunc locum Zachariæ.

& ſin-

& ſingulis ſuis infirmitatibus medebitur.
Ad hæc ſilentio non præteribo inſignem Pau-
Paul. ad He-br. 12. li locum, memoriam paſſionis Chriſti diſertis
verbis commonentis; *Recogitate* (ait) *eum qui*
talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemetipſum
contradictionem, vt non fatigemini animis veſtris
deficientes. Singula quæſo hæc verba expenda-
mus: *Recogitate*, inquit, quaſi dicat, non ſo-
lum oportet ſimpliciter cogitare mortem Chri-
ſti, ſed iterum, atque iterum recolere, & reco-
gitare eam, inſtar mundi animalis, ſemel cogita-
ta ruminando, ac deguſtando. Nam quemad-
modum ſolis æſtus non vno, aut altero die ho-
mines adurit, eorumque carnem, ac pellem
Prou. Lat. denigrat, ſed longo temporis tractu, & vt vn-
guentum balſami, non ſemel, aut bis vulneri ap-
poſitum, ſed multo tempore, vulnerum cicatri-
ces curat: *Et vt gutta cauat lapidem, non bis, ſed*
ſæpe cadendo: ita ſane paſſio Domini, non ob v-
nam, aut alteram leuem cogitationem carnem
noſtram macerat, aut pellem conuerſationis
noſtræ in melius commutat, ſed fide diu appre-
henſa, ac profunde meditata. Vt enim galli-
na vaga, inconſtanſque apta non eſt ouis fouen-
dis, atque excludendis pullis; ita qui ſub alis
Chriſti in Cruce brachia extendentis diu ne-
quit conſiſtere, nulla alta deſideria concipere,
neque ad habendum alas contemplandi diuina
myſteria aſſurgere valebit. Eſt & alia ratio, cur
videlicet Domini paſſio recogitanda ſit. Nam
prima quidem facie crucis, ac mortis Domini
aſpectus, horridus, turpis, indecorus, omnique
ratione apparet deſtitutus, atque ob eam cau-
1. Cor. 1. ſam *Iudæis eſt ſcandalum, gentibus autem ſtulti-*
tia. At illi, qui diu recogitant, quanta inſit
in eo, qui cruci eſt ſuffixus, Dei virtus, atque
ſapientia, ſic agnoſcunt theſauros in eo delite-
ſcentes, & tanquam rem ſalutiferam, potentiſ-
ſimam, atque iucundiſſimā amplectuntur. Ait
deinde Diuus Paulus, *recogitate eum*. Emphaſim
habet ſingularem verbum illud, *eum*, quia per-
inde fuit, ac ſi diceret, *eum*, qui à Patriarchis
Matth. 1. & Luc. 2. Infr. 2. Matt. 2. Luc. 2. deſideratus, à Prophetis prænuntiatus, à Sibyl-
lis magnificatus, qui principium eſt, & finis ſa-
lutis noſtræ, innocentiſſimus Dei Filius à Virgi-
ne, per Spiritum ſanctum conceptus, & ſine do-
lore Matris in lucem editus; ab Angelis, & Pa-
ſtoribus adoratus; à Magis Orientalibus myſti-
Ibidem. cis muneribus cohoneſtatus; à Simeone iuſto
tanquam lumen gentium, & gloria plebis Iſrael
celebratus; ab Anna Propheiſſa commendatus;
in templo cum Doctoribus diſputans in admi-
Ioan. 1. ratione habitus; à Ioanne Baptiſta, vt Agnus
Dei tollens peccata mundi indicatus, & Meſſias
ab eo prædicatus, potens in opere, & ſermone,
ſanctitate morum illuſtris, ſignorum editione
conſpicuus, doctrinæ prædicatione præclarus,
diſputandi acumine ſingularis, denique benefi-
centia, & iuuandi mortales omnes ſtudio in-
comparabilis, & Sanctus Sanctorum eſt. Hæc e-
nim omnia, & infinita alia includit pronomen
illud, *eum*. Ne autem quiſpiam exiſtimaret Chri
ſtum Dominū, vtpote Principem, ac Regē aduer

ſa, quæ ſuſtinuit, perpeſſū fuiſſe in ſubiectis ſibi
populis, aut in familiaribus, & amicis ſuis, aut
in ditionis ſuę bonis, vt quandoque Principibus
contingit, ideo Apoſtolus addidit verba illa;
Aduerſus ſemetipſum, quibus aperte indicat, non
in alijs ſolum, ſed in ſeipſo ea pertuliſſe. Multa
quidē Chriſtus Dominus paſſus eſt in membris
ſuis; occiſus enim fuit in Abel à fratre ſuo Cain; Gen. 4.
irriſus in Noe à filio ſuo Cham; immolatus à pa Gen. 9.
tre in Iſaac; peregrinatus in Iacob; venditus in Gen. 22. Gen. 27.
Ioſeph; fugatus in Moyſe, & Aarone; diſſectus in Num. 16.
partes in Iſaia; vinculis alligatus, & in puteum Hier. 37.
deiectus in Hieremia; ad beſtias damnatus in Dan. vlt.
Daniele; colaphis percuſſus in Michea: adeo, vt 2. Paral. 18.
propter hæc etiam putarim merito dici, *Agnus* Apocal. 13.
occiſus ab origine mundi. Sed iam tempus erat,
vt non in membris ſuis, ſed in ſeipſo Dominus
gloriæ pateretur, vnde per Iſaiam inquit: *Ego fe-* Iſai. 46.
ci, & ego portabo, & ſaluabo. Et ſuper Dauidem:
Quæ non rapui tunc exſoluebam. Et Diuus Petrus: Pſ. 68. 1. Petr. 2.
Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo. Subdit
deinde Apoſtolus: *Talem ſuſtinuit contradictio-* & Iſai. 53.
nem. Nam Chriſtus non tantum dum vixit, ſed
etiam antequam in mundum veniret, contradi-
ctiones paſſus eſt. In cælo enim illi contradi-
xit dæmon pręinuidia, impedire volens Incar-
nationis myſterium; conditis Adæ, & Euæ ſe Iſai. 14.
liuidus oppoſuit, & illos in peccatum pertra- Gen. 3.
xit, vt Verbū carnem ex peccatoribus propaga-
tam, & deformem non aſſumeret; conatus eſt
extinguere omnes filios Iſrael, per Pharaonem
legem ferens: Si *maſculus fuerit interficite eum*, Exod. 12. & 18. & infra 26.
ſi femina reſeruate, ne ſemen benedictum ex
familia Abrahæ promiſſum venire poſſet. Ad-
uerſatus etiam eſt, multos pſeudochriſtos, &
falſos prophetas, qui ſe pro Chriſto vendita-
bant, mittens, vt Theudam, ac Iudam Gali- Act. 8.
læum, quo verus ignoraretur Meſſias. Contra- Matth. 2.
dixit illi vix nato, dum per Herodem eum ad Infr. 4.
mortem quæſiuit, & in Ægyptum exulare coë-
git. Contradixit illi per ſeipſum in deſerto,
triplici illum tentationis telo aggrediens. Con-
tradixit & per ſuos, qui illi obijciebant: *Me-* Luc 5.
dice cura te ipſum. Quanta audiuimus facta in Ca- Matth. 13
pharnaum, fac & hic in patria tua. Contradi-
ctum eſt illi in genere, & patris vilitas obiecta:
Non hic eſt fabri filius? In matre contempta: Ioan 6.
Nonne mater eius dicitur Maria? In fratribus, qui Matth. 13.
non credebant in eum, immo voluerunt eum
tenere, & ligare, dicebant enim: *Quia in fu-* Ioan 7. Mar. 3.
rorem verſus eſt. Et ad gloriam, pompamque
adhortabantur, dicentes: *Tranſi hinc, & vade* Ioan. 7.
in Iudæam, vt & diſcipuli tui videant opera tua,
quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, &
quærit ipſe in palam eſſe. Obiecerunt patriæ igno-
bilitatem, dicentes: *A Nazareth poteſt aliquid* Sup. 1.
boni eſſe? Detraxerunt prouinciæ, in qua con- Infra 7.
ceptus fuerat, & verſatus: *Scrutare ſcripturas,* Infr. 8.
& vide, quia à Galilæa Propheta non ſurgit. Vo-
carunt eum Samaritanum, quaſi non bene Iu-
daizantem. Deſpexerunt doctrinam: *Vnde* Matth. 13.
(inquiunt) *huic ſapientia hæc, & virtutes?*
&: *Dæmonium habet, & inſanit; quid eum*

auditis? Damnarunt eius vitam, vt vitioſam:
Ioan. 10. *Scimus quia hic homo peccator eſt*. Religionem
ſupr. 11. in calumniam rapuerunt, dicentes: *Non eſt hic*
Ibidem. *homo à Deo, qui Sabbatum non cuſtodit*. Eius mo-
Matth. 11. res, & temperantiam reprobarunt: *Ecce*, in-
quiunt, *homo vorax, & potator vini, Publica-
norum, & peccatorum amicus*. Immodeſtiæ,
Ioan. 8. & arrogantiæ illum damnarunt, obijcientes: *Tu
de te ipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum
non eſt verum*. Conuiriati ſunt eius conuerſa-
Matth. 9. tionē, dicentes: *Quare cum Publicanis, & pecca-
toribus manducat Magiſter veſter?* Eius benigni-
tatem, & miſericordiam in condonandis pec-
Luc. 7. catis blaſphemarunt, dicentes: *Quis eſt hic, qui
etiam peccata dimittit?* Diuinitatis vſurpatio-
Ioan. 10. nem illi tribuerunt, opponentes: *De bono opere
non lapidamus te, ſed de blaſphemia, & quia tu ho-
mo cum ſis, facis teipſum Deum*. Auctoritatem
prædicandi in dubium reuocarunt, obijcien-
Matth. 21. tes: *In qua poteſtate hæc facis? Et quis tibi dedit*
ſupr. 12. *hanc poteſtatem?* Eius ſigna Satanæ tribuerunt,
Ibidem. dum dicebant: *Hic non eijcit dæmones, niſi in*
Infra 16. *Beelzebub Principe dæmoniorum*. Tentabant eius
potentiam, dum petebant ſigna de cælo; eius
ſapientiam, quando volebant eum capere in
ſermone, interrogantes, vel de cenſu dando Cæ-
Infr. 28. ſari, vel de magno mandato legis: eius clemen-
Ibidem. tiam, & pietatem, dum mulierem adulteram
in eius conſpectum adduxerunt, & dixerunt:
Ioan. 8. *Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adul-
Leuit. 20. terio, in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſ-
modi lapidare, tu ergo quid dicis?* Obiecerunt il-
li minus ſanctam diſcipulorum ſuorum vitam,
Matth. 9 & conuerſationem, aientes: *Quare nos, & Pha-
riſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non
ieiunant?* Accuſaruntque illos, quod violarent
Infr. 15. traditiones ſeniorum. Eos, qui ſalutis beneficia
ab ipſo acceperunt, inſectati ſunt: nam paraly-
Ioan. 5. Inf. 9 et ſeq. ticum ad piſcinam ſanatum, ſicut & cæcum na-
Infr. 12. tum ſanitati reſtitutum, multis modis exagi-
tarunt, Lazarumque ab ipſo ad vitam ſuſcitatum
ſupr. 7. interficere cogitarunt. Auditorum, qui in eum
credebant, vilitatem irridebant, cum aiebant:
Ioan. 9. *Numquid ex principibus aliquis credidit in eum,
aut ex Phariſæis?* Confitentes eum, eiuſque do-
ctrinam tuentes excommunicabant. Iam enim
(inquit Euangeliſta) conſpirauerant Iudæi, vt
ſi quis confiteretur eum eſſe Chriſtum, extra
ſynagogam fieret. Honorificis laudibus in die
Palmarum à populo ſibi exhibitis reclamarunt,
Matth. 21. dicendo: *Audis quid iſti dicunt?* Cum ſe Fi-
lium Dei eſſe non obſcure indicaſſet, in domo
Annæ interrogatus, ſi Chriſtus eſſet, continuo
Matt. c. 26. contradixerunt ei, dicentes: *Blaſphemauit, quid
adhuc egemus teſtibus?* Et cum iterum mane
in Conſilio interrogaretur de eodem articulo
Chriſtus Dominus, ſibi contradicendi libidinem
Luc. 22. eis obiecit: *Si vobis*, inquit, *dixero non crede-
tis mihi, ſi autem & interrogauero non reſpondebi-*
Ioan. 18. *tis mihi*. In domo Pilati graues, & verbo, & fa-
cto ſuſtinuit contradictiones, dum malefactor,
& vſurpator regij tituli eſt inſimulatus. In do-
mo Herodis ſumma eius ſapientia cōtradictio-
nem pertulit non exiguam, dum tanquam ſtul-
tus, & inſanus candida tunica indutus eſt. Cum
Barabbæ poſtpoſuerunt eum: *Non hunc, ſed* Luc. 23.
Barabbam dicentes, aperte ſatis ei contradi-
xerunt. Innocentia item eius quam contra-
dictionem paſſa non eſt, cum ad ignominioſam,
& acerbam mortis Crucem adiudicatus fuit?
dum etiam diceret, *Eli, Eli Lammazabacthani*, Matth. 27.
contradixerunt dicentes: *Eliam vocat iſte*.
Quid plura? Iudæi quidam aduerſati ſunt ei,
cum dixerunt: *Nos audiuimus ex lege, quia Chri-* Ioan. 12.
*ſtus manet in æternum, & quomodo tu dicis, opor-
tet exaltari Filium hominis?* Ac tandem, cum
primum per ſacros Apoſtolos prædicatus eſt
Chriſtus crucifixus, mundus pertinaciter con-
tradixit eorum doctrinæ, & iudicatus eſt *A
Iudæis quidem ſcandalum, à gentibus vero ſtulti-
tia*. Vnde Iudæi Romæ commorantes Paulo
dixerunt: *De ſecta hac notum eſt nobis, quia vbi-* Luc. 2.
que ei contradicitur. Quæ omnia prophetico ſpi-
ritu præuidens Simeon, Chriſto recens nato, &
in templo à Matre præſentato, prædixit ei: *Ecce
poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem mul-
torum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur*.
Eadem etiam præuidens Dauid in perſona Chri
ſti loquens dixit: *Eripies me de contradictioni-* Pſal. 17.
bus populi, conſtitues me in caput gentium.

Subiunxit præterea Apoſtolus, *talem*, non ex-
plicando illam contradictionem, quia videbat,
nec verbis exprimi, nec cogitatione concipi
poſſe. Nam ſi ad ea quæ paſſus eſt, oculos
mentis erigas, ſiluam tormentorum inuenies,
& ſuo quodnis membrum, ac ſenſum peculiari
dolore affectum. In capite enim coronam ſpi-
neam, & ictus arundinis perpeſſus eſt; in facie
ſputa, in genis alapas, in barba vellicationes,
in lingua ſiccitatem, in collo colaphos, & funis
alligaturam; in humeris oneroſum Crucis pon-
dus; in brachijs violentam extenſionem; in ma-
nibus, & pedibus clauos; in latere perfoſſionem;
toto in corpore duriſſimam flagellationem, ac
nuditatem; in oſſibus, viſceribus, venis, ac ner-
uis dilationem rigidam, vt oſſa poſſent enume-
rari; in membris vitalibus omnimodam ſangui-
nis effuſionem, atque adeo ſummam, & incre-
dibilem ariditatem. Si ſenſus, ac facultates
explores, erit & ampla contemplandi materia.
Nam in oculis ſuſtinuit lacrymas, velamen
quo tectus fuit, & Matris chariſſimæ, aliorum-
que amicorum præſentiam; in auribus blaſ-
phemias, irriſiones, atque inſultationes; in na-
ribus ſputorum fœtorem, ac loci Caluariæ pe-
dorem; in guſtu amaritudinem fellis, atque
aceti; in tactu totius corporis lacerationem;
in anima triſtitiam, mortiſque amaritudinem.
Si vero eos, à quibus eſt tam dirè tractatus, enu-
meres, vniuerſos in illum inſurrexiſſe inue-
nies. Contradixit enim illi Pilatus, vices Im-
peratoris agens, qui in illum ſententiam mor-
tis protulit. Herodes, qui ſpreuit illum, ac Luc. 23.
illuſit, vt ſtultum cum exercitu ſuo. Annas, Cai- Matth.
phaſq. Pontifices, qui illū dignū morte in tribu-
nali ſpirituali iudicarunt, tanquam blaſphemū.

Scribæ,

Digitized by Google

Ibidem. Scribæ, & Phariſæi, qui illi inſidias tetendernnt,
& cauſam contra eum, vt aduocati, egerunt; mi-
Luc. 23. Ioan. 18. & 19. niſtri, qui alapis eum, & colaphis percuſſerunt;
militum cohors, quæ illum comprehendit, fla-
Ibidem. gelliſque, & ſpinea corona torſit; turba, quæ
Ibidem. Luc. 23. clamauit, *tolle, tolle, crucifige eum*; latrones, qui
Matth. 26. ex cruce illi improperabant; Apoſtoli, qui eum
Ibidem. deſeruerunt; Iudas, qui eum prodidit; Petrus, qui
Ibidem. Ioan. 19. eum ter abiurauit; Mater ſanctiſſima, quæ con-
ſpectu eius grauiora ſua reddebat torméta; Pa-
ter æternus, qui eum videtur dereliquiſſe, vt ip-
Matth. 27. ſe ſua voce teſtatus eſt Chriſtus: *Deus meus, Deus*
Pſalm. 21. *meus, vt quid dereliquiſti me?* Spiritus ſanctus,
Ioan. 11. qui per eos Caiphæ dixerat: *Expedit vobis, vt*
vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pe
reat. Atque adeo ipſemet ſibi contradixiſſe, ac
defeciſſe videtur, qui ne vno quidem verbo pro
Matth. 27. ſe tuendo vti voluit: *Ita vt miraretur præſes ve-*
hementer. Atque ita ſi rectam rationem ducas,
inuenies non tantum homines, ſed etiam Deum
ipſum; Gentiles, ac Iudæos; mares, ac feminas;
Principes, ac ſubditos; Eccleſiaſticos, ac ſęcula-
res; dominos, ac ſeruos; litteratos, atque idio-
tas; incognitos, ac notos; homines, tum bonos,
tum malos habitos, Chriſto Domino contradi-
xiſſe. Vt autem Apoſtolus aperte oſtenderet,
memoriam huius contradictionis, & paſſionis
Chriſti moleſtam non eſſe, aut melancholicam
(vt profani, atque inexperti homines dicũt) ſub-
Heb. 12. iungit: *Vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes.*
Eſt enim, ac ſi diceret, licet ad multiplices fru-
ctus recogitanda ſit Domini paſſio, ad hunc ta-
men mirum in modum valet, ne triſtitia exiccã-
te oſſa, cor hominis contabeſcat, aut aduerſitate
rerũ animus deficiat. Et reuera ſi orationis pro-
prium eſt exhilarare, vt non obſcure docet D. Ia
D. Iacob. 5. cob, dum ait: *Triſtatur aliquis in vobis, oret*: magis
id conſentaneum erit orationi, & meditationi
paſſionis Saluatoris noſtri, cum gratior nulla
cogitatio captiuo, aut ære alieno oppreſſo in
mẽtem venire poſſit, quam ſi paratam pecuniã,
& in eius redemptionem, debitorumq; ſolutionẽ
precium iam exhibitum animo euolat. Vnde cũ
Ioan. 8. ex vna parte: *Qui facit peccatum, ſeruus ſit peccati*,
& conſequẽter ſub Diaboli ſeruitute degere ne-
ceſſe ſit; & ex alia peccatũ ſit debitum quoddã,
Matth. 6. vt Chriſtus Dominus dixit: *Dimitte nobis debita*
noſtra: Certe cum in eam cogitationem incide-
rit, quę ante oculos ei proponat paſſionẽ Chriſti,
precium noſtræ redemptionis, ac debitorũ om-
nium integram, ac perfectam compenſationem,
non poteſt non grata, ac iucunda illi eſſe huiuſ-
modi cogitatio. Sponſa ita ſe id expertam fuiſ-
Tren. 2. ſe fatebatur, dum diceret: *Sub vmbra eius, quem*
deſiderabam, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.
Hæc arbor crux erat, de qua canit Eccleſia, *arbor*
vna nobilis. Vmbram vero eam arbitror fuiſſe,
quam tergo, & ſcapulis Chriſtus in ea pendens
faciebat, vt in hoc etiam ſenſu videatur impletũ
Pſal. 90. illud Dauidis: *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub*
pennis eius ſperabis.

Vt tamen prædicta cogitatio vtilior tibi ſit, &
à lapideo tuo corde ignem amoris, & aquam la-

crymarum extorqueat, perpende in primis qua-
litatem perſonę patientis; nec enim purus homo
eſt, ſed Deus pariter, & homo, vt iam non mortẽ
hominis, ſed Dei hominis contemplari liceat. Vt
enim tam pie, quam acute dixit Lactantius Fir- *Lactan. Firmianus lib. 4. c. 18.*
mianus lib. 4. de diuinis inſtitut. Non Gabinianã
crucem deſcribimus, hominem Romanum, actũ
in crucem. Gabinius enim vir erat Romanus,
qui tamen innocens calumnioſe, & iniuſte in cru
ce ſuſpenſus fuerat. Non igitur (ait Lactantius)
lacrymanda nobis eſt mors Chriſti, velut Gabi-
nij, abſque culpa occiſi, ſed vlterius progredien
dum eſt, ad conſiderandum, eum, qui moritur,
eſſe Deum hominem, auctorem vitę, immenſum,
infinitum, & immortalem. Deinde ab excellen-
tia perſonæ patientis deſcendere oportet ad vi-
litatem perſonæ, pro qua patitur, quæ ex procli-
uitate ad peccandum, & ex peccatis ipſis facile
deprehenderetur. Acerbitatem etiam interni, &
externi doloris, & tam in inferiori, quam in ſu-
periori portione animæ vehementem triſtitiam,
in mentem reuoca, nec non affectum commiſe-
rationis, quem ex viſceribus matris ſecum tu-
lit, ipſo dicente: *Ab infantia mea creuit mecum* *Iob 31.*
miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecũ.
Cum enim hominum miſeriæ ab vtero incipiãt,
iuxta illud: *Errauerunt ab vtero*, & illud aliud: *Et* *Pſal. 57.*
in peccatis concepit me mater mea: Ab vtero etiam *Pſal. 50.*
matris ſuæ noſtrã miſeriã agnoſcens, miſerari,
ac pro nobis deplorare cœpit, ob quod non im-
merito putauerim, hanc ab vtero miſerationem
adumbratã fuiſſe in Phares, qui dũ ex vtero Tha
mar in lucẽ prodiret, vt ſacra Geneſis tradit hi- *Gen 38.*
ſtoria, coccineũ filũ digito alligatũ eduxit, quo
nobis indicauit, ſe ex vẽtre matris ardentẽ amo
rem, ac ſingularẽ miſerationem erga nos conce-
piſſe. Circa hanc tamen dolorum acerbitatem
duo ex Seraphico noſtro D. Bonauentura obſer- *D. Bon. in 3. diſt. 15. q. 2. & diſt. 16 q. 3.*
uanda ſunt. Primũ eſt, maiorem in Chriſto fuiſſe
cõmiſerationem, qua nobis peccatoribus cõpati
dignatus fuit, quã paſſionẽ ipſam, & multitudinẽ
tormẽtorũ, quę pro nobis pertulit. Cuius doctri-
næ triplex occurrit ratio. *Prima*, quia paſſio in
corpore fuit, & conſequẽter propter vnionẽ eius
cũ anima etiã feriebat ſpiritũ: at commiſeratio
ortum habuit à ratione, & in ſpiritu immediate
erat, atque adeo immediatius, quã dolor paſſio-
nis angebat. *Secũda* ratio: nã re ipſa Dominus tan
tũmodo à carnificibus cruciatus fuit: at in anima
tot excruciantes carnifices habuit, quot morta-
les omnes peccata cõmiſerunt. *Tertia*, quia ob-
iectum commiſerationis Chriſti erant peccata
noſtra, ſeu nos omnes, vt peccatores; cõpaſſionis
vero eius poenæ, atque tormenta. Ratio autem
docet, vt ſicut deteſtabiliora ſunt mala culpæ,
quam poenæ, ita etiam magis mens doleat de
illis, quam de iſtis. Vnde ipſe D. Bonauentura
præcitato loco loquens de hac commiſeratione
ait: *Quod iſte dolor intenſior fuerit, colligitur, ex du-*
plici ſigno. Vnum eſt, quod maluit animam ſuam à
corpore ſeparari, quam quod nos eſſemus à Deo ſe-
parati. Illud vero ſignum eſt, quod fleuit pro pec-
catis noſtris, ſed non fleuit pro poenis corporis ſui,

D. Bernard. ſicut Bernardus dicit: *Planctus autem ſignum eſt amaritudinis, & doloris.* Et ideo hoc eleganter exprimit Cãcellarius Philippus, in quadam proſula valde notabili, & deuota. ait enim ſic: *Homo vide, quid pro te patior, ad te clamo, qui pro te morior. Vide poenas, quibus afficior, vide clauos, quibus confodior, cum ſit tãtus dolor exterior, interior tamen planctus eſt grauior, tam ingratum dum te experior.* Hactenus D. Bonauentura, Alterum quod ex eodem obſeruandum, eſt, ſummam fuiſſa dolorum Chriſti acerbitatẽ, vt his verbis egregię ipſe diſſerit, in præcitata diſtinct. 15.

Philippus.

D. Bon. in 3. diſt. 15. q. 2.

Reſpondeo dicendum, quod dolor paſsionis Chriſti inter ceteros dolores, & paſsiones fuit acerbiſsimus, & acutiſsimus, & hoc patet, ſi illa conſiderentur, quæ doloris paſsionem acerbiorem reddunt: hæc autem ſunt tria, videlicet, cauſa paſsionis, & modus patiendi, & conditio patientis. Si conſideretur cauſa, ob quam Chriſtus paſſus eſt, fuit in eo doloris afflictio magna, non enim patiebatur pro culpa propria, immo pro aliena, non pro amicis tantum, ſed etiam pro inimicis, & etiam pro his, quos videbat ingratos. Si autem conſideretur modus patiendi, fuit in eo paſsio doloris acerbior, tum propter generalitatem, quia in omnibus membris affligebatur, tum etiam propter continuitatem, quia ſuſpendium eius continuabatur, & claui adeo affligebant penãtem, ſicut afflixerunt, quando manus eius, & pedes confodiebantur, in quibus maxima erat afflictio, propter neruos, & muſculos, ibidem concurrentes, in quibus præcipue viget ſenſus. Si autem conſideretur qualitas, ſiue conditio patientis, maxima erat afflictio, propter maximam complexionis æqualitatẽ, & propter ſenſus viuacitatem. vnde quia nullus potuit ei æquari, nec æqualitate complexionis, nec viuacitate ſenſus, dolor illius omnium dolorum fuit acutiſsimus. Hæc D. Bonauentura.

Rom. 15.

Deinde vt amplius diuino amore inardeſcat animus, oportet varios paſſionis Chriſti fructus in memoriã redigere; cuiuſmodi ſunt, quod anguſtias tulit, vt te ab anguſtijs peccati, & gehennæ liberaret; mœrore affectus, quo te conſolaretur; perterrefactus, vt tibi animos faceret; inſidias perpeſſus; vt te cuſtodiret; vigilauit, vt te à ſomno peccati excitaret; orauit, vt tibi dona impetraret; ſudauit ſanguinem, vt putridum tui peccati humorem à te expelleret; cõprehenſus eſt, vt te ad ſe traheret; ligatus, vt te ſolueret; precio venditus, vt te redimeret; negatus à Petro, vt te coram Patre confiteretur ſuo; derelictus ab Apoſtolis, vt tibi ſe indiuiduũ præſtaret comitem; accuſatus, vt te excuſaret; falſorum teſtium paſſus calumnias, vt te à calumnijs, & falſis teſtibus eriperet; abiuratus à Caipha, vt abs te veros dæmones pelleret; velatus facie, vt tibi illam in cælo cum ſumma gloria detegeret; nudatus veſtibus; atque iterum indutus, vt nos veteri Adamo ſpoliaret, & nouo indueret homine, qui ſecundum Deum eſt; flagellis cæſus, ne æternis flagellis nos cæderemur; damnatus ab iniquis iudicibus, vt te ab ea iuſta ſentẽtia, quã peccata tua promerebantur, liberaret; latroni Barabbæ poſtpoſitus, vt nos Deo reprobis præponeret; eiectus extra ciuitatem, vt nos in cæleſtem Ieruſalem introduceret; portauit Crucem, vt pondus peccatorum à noſtris humeris transferret in ſuos; exaltatus in Cruce, vt nos erigeret, & ad ſe traheret; corona ſpinea punctus, vt nobis coronam gloriæ pręparaet; ſiti afflictus ardenti, vt nos ſatiaret; inclinauit caput, vt nobis oſculum pacis præberet; perfuſus ſanguine, vt nos lauaret; pedibus eſt confixus, vt nos expectaret; extendit brachia, vt nos ad amplexũ inuitaret; ſummo dedecore, & opprobrijs ſatiatus, vt nos honore, & gloria impleret; exorauit Patrem pro crucifigentibus, & latroni regnum promiſit; vt nos ad ſpem remiſſionis peccatorum, & cæleſtis regni concipiendam excitaret; lancea latus eius perfoſſum, vt amore ſuo te vulneraret; mortuus tandem pro te, vt vitam daret ſempiternam. Quotidie inquit, D. Hieronymus, hanc lectionem diſcite filiæ, quotidie huius lectionis ſumite bolum, hunc non transglutiendo, ſed magna moroſitate maſticando, hinc inde tranferte per ora, vt ſentire dulcedinem valeatis.

D. Hier. ad Euſtoch.

Homilia Secunda.

De proditione Iudæ, ac de vili, & ſacrilego precio, quo Chriſtum Dominum vendidit, in illa verba: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Matth. 26. quæ varia, ac multiplici ſanctorum Patrum eruditione locupletantur.

REFERT D. Matthæus, iracercitos Principes ſacerdotũ, & ſeniores populi congregatos fuiſſe aduerſus Chriſtũ Dominum in atrium Principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas, vt machinarentur, quomodo Ieſum tenerent, & occiderent. Conſilium autem hoc cogere moliti ſunt, non vt ſapientes Pharaonis contra Moyſen, nec vt Principes Chaldæorum, & Perſarum contra Danielem, vt conſilium Achitophel contra Dauidem, aut fratrum, contra Ioſeph; ſed quod Diabolus, contra Chriſtum Dominum primogenitum omnis creaturæ, & Principem Regum terræ à mundi exordio tentauit, vt depoſito legitimo herede, ſedẽ eius in lateribus Aquilonis, ſuper aſtra cæli obtineret. Tam immane ſacerdotum facinus, ac inexpiabile ſacrilegium præuidens Patriarcha Iacob, execratus eſt conſilium hoc, dicens:

Matth. 26.
Exod. 12.
Dan. 14.
2. Reg. 15.
Gen. 37.
Apoc. 15.

Google

Geneſ. 49. cens: *Simeon, & Leui fratres vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non ſit gloria mea, quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum: maledictus furor eorum, quia pertinax; & indignatio eorum, quia dura*. Meminit ſanctus Patriarcha in præcitatis verbis, *Simeon, & Leui*, quod (vt obſeruauit Nicolaus de Lyra) ab illis originem traherēt coniuratores in Chriſtū. Leuitæ enim ſacerdotium tenebant, & de tribu Simeon pars magna Phariſçorum manabat: *In conſilium* (ait) *eorum non veniat anima mea*. Batablus vertit: *In arcanum eorum non veniat anima mea*. *Arcanum*, vocat conſilium illud, quia occulte, & clandeſtine, & abſque turba volebāt illum comprehendere. Chriſtum autem vocat virum, quia ab inſtanti ſuę conceptionis iudicio, & ratione pręditus, tametſi in infantili corpore, vir erat omnibus numeris abſolutus. Vnde Hieremias prædixerat: *Mulier circumdabit virum*. Subiungit deinde, *& ſuffoderunt murum*, quia Chriſtus Dominus inexpugnabilis eſt catholicæ Eccleſiæ murus, iuxta illud: *Saluator ponetur in eo murus, & antemurale*. Hunc vero fortiſſimum murum tunc (vt arbitror) ruperunt, quando caput eius ſpinis terebrarunt, manus, & pedes clauis perforarunt, ac latus dira lancea confoderunt. Septuaginta Interpretes, vbi noſtra vulgata legit: *Suffoderunt murum*, trāsferunt, *exeneruauerunt taurum*. Iure optimo Chriſtum Dominum vocant taurum, tum propter pulchritudinem eius, de qua dictum erat: *Quaſi Primogeniti tauri, pulchritudo eius*. Tum quia ſicut taurus, (vt ait Plinius) præcipuam ſuam fortitudinem abſconditam habet in cornibus; ita de Chriſto Regius vates prædixerat: *Cornua eius in manibus eius. ibi abſcondita eſt fortitudo eius*. De brachijs Crucis explicant Patres, quibus fortiſſimæ manus eius affixæ fuere: ibi enim abſcondita fuit fortitudo eius, dum enim vinci videbatur, vincebat. Tum quia ſicut eodem Plinio auctore taurus ſub arbore ficus ferocitatem deponens manſueſcit; ita qui antea erat Deus vltionum, ſub Crucis arbore degens māſuetus adeo factus eſt, vt non pro inimicorum vltione, ſed pro eorum potius ſalute Patrem orauerit, dicens: *Pater ignoſce illis*. Præterea taurum illum vocat, quia ſicut canes hinc, & illinc in taurum inſurgunt, ac dentibus dilacerant, ita Principes ſacerdotum in eo conſilio, tanquam rabidi canes in Chriſtum inſurrexerunt, vt præuidit Dauid, cum dixit: *Circumdederunt me canes multi, conſilium malignantium obſedit me*. Congrue ſatis Regius vates illos canes appellat, quia ſicut iſti alioquin inter ſe ſæpe inimici, & propter cibum acriter contendentes, cum tamen pauperculus oſtium pulſat, vnanimes omnes ſimul latrant, & eum inuadunt; ſic Herodes, & Pilatus, qui antea inimici erant, vt Chriſtum tamen morti traderent, amici facti ſunt, vt ait D. Lucas.

Lyra ſup. c. 31. Ioan. — Batablus. Gen. 49. — Hierem. 31. — Malac. 26. — Sept. interp. — Deut. 33. — Pl. l. 8. c. 45. — Pl. lib. 8. c. 21. — Luca 23. — Pſal. 21. — D. Luc. 23.

Sciēs ergo Iudas conſiliū hoc coactū fuiſſe à Principibus ſacerdotū in domo Caiphæ, contra Chriſtum Dominum, ad illud properauit, vt eū traderet illis, vt apertè indicant verba D. Matthæi: *Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotes, ad Principes ſacerdotum, & ait illis: quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradā?* Super quæ verba Euthymius obſeruat, quod Iudas abijt ad Principes ſacerdotum, ſed non ab illis vocatus, & quod non dixit: *Ego vobis Chriſtum tradam, ſed eum*, eo quod iam non ſolum perſonam, ſed & nomen eius oderat. Abijt quidem, ſed non particeps factus illius Dauidicæ benedictionis: *Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum*. Siquidem ipſe Phariſæorum conſilium approbaturus, immo & modum executionis propalaturus, abijt in atrium Principis ſacerdotum, vbi erant congregati, dicens: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Super quę verba D. Hieronymus ait: *Quaſi vile tradens mancipium, in poteſtate ementium poſuit, quantum vellent illi dare*. D. autem Leo hanc execrandam Iudæ impietatem conſiderans, his verbis in illū inuehitur: *Tu, ò impiiſſime homo, ſemen Chanaam, & non Iuda, nec iam vas electionis ſed filius perditionis, & mortis, ita diabolicè inflāmaris auaritiæ facibus, vt ad triginta argenteorum inardeſceres lucrum, & quid diuitiarum amitteres non videres. Nā etſi putabatur credendum eſſe promiſſis, quæ fuit ratio, vt tantillus pecuniæ modus præponeretur acceptis: imperabas dæmonijs, medebaris infirmis, honorabaris cum Apoſtolis, & vt famem tuæ cupiditatis expleres. Patebant tibi furta de loculis, ſed animum interdictorum admonitum, quod minus licuit, amplius incitauit, nec tam placuit quantitas precij, quā magnitudo peccati; vnde facinus commercij tui non ita deteſtandum eſt, quia Dominum viliter æſtimaſti, ſed quia redemptorem tuum, ne tibi parceret, vendidiſti*: Hæc ille.

Matth. 26. — Euthym. relat. in Biblioteca SS. Patrum de Paſſione. — Pſal. 1. — D. Hier. ſup. c. 26. Matth. — D. Leo Papa ſer. de Paſ.

Quibus addo, cæcitatem Iudæ cum ſumma impietate cōiunctam fuiſſe, quippe cum ſcriptū ſit per Iſaiam: *Precioſior erit vir auro, & homo mundo obrizo*. Non eſt veritus tam immane flagitium committere, vt mediatorem Dei, & hominum Chriſtum Ieſum, atque ipſum Deum, & hominem, tam vili precio vendiderit: de quo etiam ſcriptum eſt: *Neſcit homo precium eius*. Nam vt optime dixit D. Ambroſius de Spiritu ſancto: *Quomodo poterat verū eius precium cōprehendi, cuius nō poteſt meritū definiri? O Iuda proditor, vnguentum paſſionis eius trecentis denarijs æſtimas, & paſſionem eius triginta denarijs vendis? ò informem laqueum proditoris, ſed deformius preciū Iudæorum. argentum reprobatum, quo aut emitur ad mortem iuſtus, aut venditur!* Hæc ex Ambroſio. *Decorum precium* (inquit Zacharias) *quo appretiatus ſum ab eis*. Ironicè, atque irriſoriè vocat illud preciū, decorū, quia viliſſimū erat, & indignū, vt ab eo Chriſtus, aut emeretur, aut venderetur.

Iſai. 13. — Iob 28. — D. Amb. lib. 1. de Spiritu ſancto c. 18. — Zachar. 11.

Hanc Iudæ venditionem, & præfiguratam, & prædictam ſacrorum voluminum teſtimonia perſpicue atteſtantur. Nam in primis delineata fuit in venditione Ioſeph facta Iſmaelitis, à fratribus, licet ille non niſi viginti argenteis, vt emendatiores codices habent, venditus fuerit. Non enim in omnibus, & ſingulis opor-

Geneſ. 37.

oportet figuram correſpondere figurato, & vt dixit D. Hieronymus: *Non poterat ſeruus pretioſior eſſe quã Dominus, imm ò è contra, & ideo minori precio vendẽdus erat.* Quibus cõſonant verba D. Ambroſij: *Viginti aureis in veteri Teſtamẽto vẽditur Ioſeph, Chriſtus triginta in Euangelio: precioſior enim typo veritas; largior gratia quam diſciplina.* In Deuteronomio etiam eadem venditio præfiguratur in verbis illis: *Si deprehenſus fuerit homo ſollicitans fratrem ſuum de filijs Iſrael, & vendito eo acceperit precium, interficietur.* Hic ſanè videtur deſcribi Iudas, qui non modo fratrem, ſed Dominum, ac magiſtrum, immo & Deum ſuum vendidit. Prædicta deinde fuit apud Zachariam dicentem: *Appenderunt mercedem meam triginta argenteis.* Et apud Prophetam Amos, in perſona Dei hæc loquentem: *Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertam eum, pro eo, quod vendiderit pro argento iuſtum.* Contendunt Iudæi hunc locum corrumpentes, non eſſe legendum: vendidiſſe pro argento *iuſtum*, ſed *iuſtitiam*, vt iniqui iudices facere ſolent. At hoc eſſe merum figmentum, obſtinato eorum cerebro excogitatum, aperte conuincit, quod tametſi venditio iuſtitiæ graue ſit iudicum peccatũ, non tamen tam vniuerſali, & ſeuero ſupplicio, & abſque vlla remiſſione propter illud fuiſſent puniti Iudæi. Targum etiam Hieroſolymitanũ ſcribit, quod in principio huius captiuitatis Adrianus Cæſar decem ex Iudæis viros egregios, & eruditos (quorum nomina erant, Rabbi Iſmael, Rabbi Simeon, Rabbi Kiba, Rabbi Hanina, Rabbi Suſpit, Rabbi Eleazar, Rabbi Iudas, Rabbi Iſtebab, Rabbi Iudas alter, & tertius Iudas) horribilibus cruciatibus interemerit, quia fratrẽ ſuũ Ieſum vendiderunt, condẽnans eos iuxta legem Deuteronomij, paulo ante citatã. Eo horum memoriam ſolemnẽ Iudæi agunt Luna 10. Menſis Septembris, etſi fingant iuſtum iſtum fratrem, fuiſſe Ioſeph, & non Ieſum Mariæ Filium, cum certo ſciri poſſet, nullam non modo curam, ſed neque cogitationem fuiſſe Adriano de Ioſeph, nec potuiſſe fratres ipſius Ioſeph, nec poſteros eorum per legem ipſorum conuincere, aut dãnare pro venditione Ioſeph; cũ eo tempore nec dum lex lata fuiſſet, Quam veritatem confitetur Rabbi Achados, in libro Galezazeia, petitione VIII. Accedunt ad hæc quædam alia, quę ingenioſe, vt adſolet, ſcripſit Rupertus in caput vigeſimumſextum Matthæi, vbi poſtquam locutus fuerat de vnctione Magdalenæ, contraponit ei venditionem Iudæ, in hunc modum loquens: *Hoc opus illi operi mulieris oppoſitum, ſiue contrarium eſt, vt bono malum. Plane ſicut de illa dixit; opus bonum operata eſt in me, ſic contra de iſta dicat Dominus; malum opus operatus eſt in me. Illa enim ad ſepeliendum me pretioſo vnguento vnxit, iſte ad crucifigendum me vili precio vendidit. Nulla tradidit ſcriptura quempiam Sanctorum, ſiue Prophetarum, qui multi interfecti fuerant, ita vt aliquando diceret vnus ex illis Elias: Relictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, ſic venditum, ſiue emptum fuiſſe, vt venditus, ſiue emptus eſt iſte Sanctus Sanctorum, id eſt, ſic emptum, vt emptores interficerent eum. Ioſeph quidem ſanctus in typum huius fuit venditus, ſed emptores nõ idcirco emerunt, vt interficerent eum. Et Aman impiiſſimus idcirco, vt interficeret, emere voluit vniuerſum genus Iudæorum, in quo vtique nonnulli iuſti erant, dicens Regi Aſſuero: Si tibi placet, decerne, vt pereat, & decem millia talentorum appendam arcarijs gazæ tuæ. Sed neque Rex accepto argento populum vendidit, neque Aman placito ſuo gratis conceſſum interficere potuit. Iſte vnus Sanctus Sanctorum ad hoc emptus eſt, vt interficeretur, emptus precio vili, ſcilicet triginta argenteis, quod precium vix eſt vnius vituli bruti, quo multo melior erat iſte vitulus Domini. Quanto melior? Caput eius (ait dilecta in Canticis) aurum optimum, manus eius aureæ plenæ hyacinthis, venter eburneus diſtinctus ſapphyris, crura columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Hic tantus triginta emptus eſt argenteis.* Hæc ille. Euthymius autem explicans verba illa: *At illi conſtituerunt ei triginta argenteos*, ſic ait: *Principes autem ſacerdotum appenderunt ei triginta argenteos: nam argenteus certum libræ pondus erat, ſicut etiam denarius, ſtater, talentum.* Marcus vero dicit, quod promiſerunt ei argentum ſe daturos. Lucas autẽ, quod *pacti ſũt.* Veriſimile eſt autem, quod primum pacti ſunt, & promiſerunt, poſtmodum vero appenderunt, ſiue conſtituerunt. Quidam tamen intellexerunt, *conſtituerunt*, hoc eſt pacti ſunt, & decreuerunt. Lucas autem de Iuda quoque addidit, quod *ſpopondit*, ſiue firmiter pactum fecit, è corde promittendo ſe facturum, quod ſtatutum erat.

D. Hier. ſup. c. 26. Matth. — *D. Amb. lib. 3. de Spiritu ſancto c. 31.* — *Deut. 24.* — *Zach. 11.* — *Amos 2.* — *Targũ Hieroſolym.* — *Rabbi Achados in lib. Galezazeia petit.* — *Rupert. in c. 26. Matt. de glor. & hon. fil. hom. libr. 10.* — *3. Reg. 19.* — *Geneſ. 37.* — *Heſter. 3.* — *Cantic. 5.* — *Euthym. in c. 26. Matth. vol. in Bibliotheca SS. Patrum de Paſſione.* — *Marc. 14.* — *Luc. 22.*

Sed iam, quid nomine argenteorum Euangeliſta intellexerit, explicemus. Quidam Doctores affirmant, argenteos illos eo tempore non habuiſſe maiorem valorem, quam modo habeat tertia pars vnius argentei, atque adeo decem argenteis ex noſtris venditum fuiſſe Chriſtum Dominum. Sed non video firmum aliquod huius ſententiæ fundamentum. Rupertus in Matthæum triginta illos argenteos eiuſdem valoris fuiſſe ait, ac vſuales argentei noſtri, qui Italicè Pauli, vel Iulij vocantur, ita vt tribus ſcutis venditus fuerit Chriſtus Dominus. Verum hæc ſententia mihi non probatur, quia eiſdem triginta argenteis emptus fuit ager in ſepulturã peregrinorum: non tamen veriſimile eſt, tam exiguo precio agrum illum comparari potuiſſe. Nicolaus de Lyra putat vnumquemque horum triginta argenteorum valuiſſe decem denarios vſuales, ac proinde triginta argenteos valuiſſe trecentos denarios, ſicque Iudam recuperaſſe totum precium vnguenti, ex cuius effuſione dolebat ſibi lucrum periiſſe; ipſe enim prædixerat: *Poterat enim vnguentum hoc trecentis denarijs venundari.* Verius tamen eſt, hos argenteos, quibus Chriſtus Dominus venditus fuit, fuiſſe ſiclos. Frequenter enim apud Hebræos reperimus, pro eodem accipere argenteos, & ſiclos: aliquando tantum dicunt ſiclos, aliquando tantum argenteos, quandoque vero ſiclos argenti.

Rupertus in Matt. c. 26. — *Nic. de Lyra* — *Matth. 26. & Mar. 14.*

idem tamen per hæc ſignificant, vt aperte conſtat ex ſecundo Regum. Vbi Ioab de Abſalone ita loquitur:

2. Reg. 18.

Si vidiſti, quare non confodiſti eum cum terra, & ego dediſſem tibi argenti ſiclos, & balteum? qui dixit ad Ioab: *Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterē manum meam in filium Regis*. Hic vtrobique, & pro argenti ſiclis, & pro argenteis in originali Hebræo eſt, *Ceſeph*, quod argentum ſignificat. Septuaginta vero Interpretes vtrobique habent, *ſiclos argenti*. Ioſephus autem, *ſiclos*. Vnde D. Hieronymus ſuper illud Iſaiæ: *Mille vites mille argenteis*, ait nomine, *argenteis*, ſubaudiendum ſiclis. Et illud Hieremiæ: *Appendi ei argentum ſeptem ſtateres*. Ne quis putaret per ſtateres, id eſt ſiclos (vt habet originale Hebræum) & argenteos diuerſa numiſmata intelligenda eſſe, interpretatur, Prophetam emiſſe agrum decem, & ſeptem ſiclis. Cum autem ex Diui Hieronymi, & antiquiſſimi Ioſephi ſententia conſtet, ſiclum, & ſtaterem eſſe ſemunciam, & valere quatuor drachmas Atticas, facile erit conijcere, quanti ære noſtro æſtimatus ſit, & emptus Dominus noſter, nempe quindecim florenis argenteis, vel quod idem eſt, duodecim ſcutis, quibus probabile eſt potuiſſe emi agrum in ſepulturam peregrinorum, non autem triginta argenteis denarijs, qui ſecundum Budæum, tantum tres faciunt coronatos, ſecundum Senalem vero, paulo amplius. Ego etiā teſtor Romæ me vidiſſe in tēplo Sāctæ Crucis argēteum vnum ex illis, quibus Chriſtus Dominus venditus fuit, & non videtur potuiſſe tunc eſſe maioris quantitatis, & valoris, quam prædicti: & ſimilem alium teſtatur Budæus oſtendi Pariſijs in Æde Diui Ioannis Lateranenſis. Illud tamen ſilentio non prætermittam, tanto precio habitum fuiſſe Abſalonem apud omnes, vt capilli ſolum capitis eius ducentis ſiclis venderentur, vt habetur ſecundo Regum. Chriſtus autem Dominus Abſalone pulchrior, Salomone ſapientior: *Qui non rapinam arbitratus eſt, ſe eſſe æqualem Deo*, triginta argenteis venditus eſt.

D. Hier. ſup. 20. & 32. c. Iſai. & ſup. c. 4. Hier. & 3. Ore. Hier. 7.

Budæus. Senal. Budæus. 2. Reg. 4.

Ceterum iam varia arcana, quæ in hoc triginta argenteorum numero, quibus Chriſtus Dominus appreciatus fuerat, ac recondita, quæ deliteſcunt, ſacramenta diligenter referamus. Et quidem in primis ſacrum fuiſſe hunc numerum trigeſimum, aperte conſtat ex ſacris litteris, & Pontificum decretis: propter triginta iuſtos parcit Deus Sodomis; triginta benedictiones aſſignauit cuſtodientibus diuina mandata in Deuteronomio. Mare æneum, in quo ſacerdotes lauabātur, templū ingreſſuri, triginta cubitorum funiculo circumductum in exterius commemoratur. Arcæ, vel etiam templi altitudo, & tabernaculi longitudo triginta cubitis menſuratur: trigeſimo anno Ezechiel videns viſionem Domini, iuxta fluuium Chobar prophetiæ dona promeruit. Vnde Gregorius ſuper eundem Ezechielem, vt oſtendatur (ait) cuius auctoritatis ſit Ezechiel in prędicatione, ętatis ſolidæ fuiſſe deſcribitur. Et Diuus Hieronymus obſeruauit, quod Chriſtus Dominus, licet Deus, & homo: *In quo omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi erant*; & qui ab initio, quo hominem induit, magno mortalium omnium ſtupore ſumma quoque miracula edere potuiſſet, deſtitit tamen, donec triceſimum attigit annum, & tunc incepit ſigna facere. Et hinc factum arbitror, quod quia hæc ætas maturum iudicium indicat, & hominum perfectionem oſtendit, vt docuerunt Plato, & Heraclitus; noluit Deus Ioſephum, aut Danidem prius Regni ſceptrum ſuſcipere, quam triginta attigiſſent annos, & vt Origenes, & Hieronymus teſtantur, apud Hebræorum Rabbinos traditione cautum fuit, ne quis vnquam auderet exordium libri Geneſeos, vel Cantica canticorum, primaque octo capita Ezechielis, propter arcanos ſenſus legere, niſi trigeſimum ætatis annum impleuiſſet: nec Leuitam, qui procedit ad miniſterium, vt faciat opera in tabernaculo teſtimonij, lex Moyſis admitti permittit, niſi trigeſimum ætatis numerum in annis conſūmaſſet. Hinc etiam eſt, ſacros Canones decreuiſſe, neminem in Epiſcopum aſſumi, nec feminam in Abbatiſſam creari, ante triginta annorum ætatem. Simile quid inuenitur apud Platonem, vbi ait: *Tempus nuptiarum, & regiminis ad trigeſimum annum differri debet*. Sed vt ad rem proprius accedamus, quæ Patres in hoc genere argumenti ſapienter excogitarunt, in medium producamus. Origenes explicans verba illa: *At illi ſtatuerunt ei triginta argenteos: tantam (ait) dationem conſtituentes, quantos annos Saluator peregrinatus fuerat in hoc mundo. Triginta enim annorum baptizatus cœpit Euangelium prædicare: quaſi Ioſeph factus triginta annorum, vt erogaret frumenta fratribus ſuis*. Hieronymus in commentario eiuſdem loci indicat triginta argenteis Iudam fuiſſe contentum, quia totidem perdiderat ex effuſione vnguenti. Sic enim ait: *Infelix Iudas, damnum quod ex effuſione vnguenti ſuſcepiſſe credebat, vult magiſtri precio compenſare*. Rupertus id explicatius dicens, ait, Iudam decimam partem eorum, quæ dabantur in eleemoſynam, ſolitum eſſe furari, & quia trecentorum denariorum, quibus ipſe exiſtimabat poſſe vendi vnguentum, quo Magdalena Chriſtum Dominum vnxit, decima pars erant triginta argentei, ideo oblata ſibi à ſacerdotibus hac quantitate, quæ ſufficiens erat ad compenſandum lucrum perditum, contentus fuit, neque maius ab eis expoſtulauit. Hanc execrandam Iudæ cupiditatem, & auaritiam perpendens Diuus Leo Papa ait: *Non timoris perturbatione Chriſtum deſeruit, ſed pecuniæ cupiditate diſtraxit: amore enim pecuniæ vilis eſt omnis affectio, & anima lucri cupida etiam pro exiguo perire non metuit, nullumque eſt iuſtitiæ in illo corde veſtigium, in quo ſibi auaritia fecit habitaculum*. Vnde recte Poeta:

..... Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames .....

Diuus Ambroſius libro de Spiritu ſancto, conſiderans

Gen. 18. Deut. 28. 3. Reg. 7. 2. Paral. 4. Geneſ. 6. 2. Reg. 6. Beda in Luc. 3. 6. Num. 7. Ezech. c. 1.

D. Hier. de Eph. Dom. Plut. de ora. cul. defectu. Plato de re. pub. lib. 5. Gen. 41. 2. Reg. 5. Orig. in cant. Hier. Ep. 23. ad Theoph. & in Ezec. c. 33. In c. Indem nitatibus de elect. in 6. & diſt. 77. c. Epiſcopus. Plato de legibus libr. 4. & 5. Orig. Homil. 33. in Matt. D. Hier. ſup. c. 26. Matth. Rupe. ſup. c. 26 Matt. de glor. & hon. fil. hom. libr. 12. D. Leo Pap. Virg. 3. Aeneid. D. Amb. lib. 1. de Spiritu ſancto c. 18.

ſiderans precium, quo Ioſeph, & Chriſtus venditi fuere, ſingulare ſacramentum detexit, in triginta argenteis latens: *Vtriuſque (ait) contractus conſiderare conuenit qualitatem, viginti aurei, quibus venditus fuit Ioſeph, precium ſeruitutis, triginta aurei precium crucis ſunt. Denique non otioſe Iudas Iſcarioth vnguentum illud trecentis denarijs æſtimauit, quod vtique ipſius precij definitione crucem videretur Domini declarare. Vnde & Dominus ait:* Math. 26. *Hæc enim mittens hoc vnguentum in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit. Venditio igitur Chriſti myſterium continet crucis.* Hæc ille. D. Aug. lib. 1. quæſt. Euãgelic. in Mat. th. 26. Diuus Auguſtinus aliud in eodem precio adinuenit myſterium, dicens: *Quod Dominus triginta argenteis venditus eſt, ſignificat per Iudã Iudæos iniquos, qui ſequentes carnalia, & temporalia, quæ ad quinque ſenſus pertinent corporis, Chriſtum habere noluerunt, quod quia ſexta mundi ætate defecerunt, ſexies quinos eos, tanquam precium venditi Domini, accepiſſe ſignificatum eſt.* Hæc ille.

Huic tamen multiplici Patrum doctrinæ addamus nos, Exod. 21. olim præceptum eſſe in Exodo, vt pro ſeruo occiſo ſerui domino ſoluerentur triginta ſicli argentei, quo etiam precio Ptolemæus Philadelphus iuſſit manumitti ſeruos Iudæos, Ioſeph libr. antiq. 12. qui erant in Ægypto, vt tradit Ioſephus. Vt ergo ſacerdotes oſtenderent, quantum Chriſtum Dominum vilipenderent, non alio precio eum emere voluerunt, quam eo, quod pro viliſſimo quoque mancipio in lege præſcriptum erat impendi. Deinde conſideratione dignum arbitror, numerum trigeſimum luctui eſſe dicatum. Num. 20. Aaron ſacerdotem vita functum planxit Iſrael humi proſtratus triginta diebus, atque eius ſororem Mariam finientem dies ſuos fleuit omnis populus totidem diebus, lacrymis continuo manantibus. Sed & Moyſen ſingularem Dei amicum luxit vniuerſa gens, plorans per menſem integrum, vt ipſe de ſeipſo prophetauit in trigeſimo quarto Deuteronomij. Deut. 34. Plutarch. Plutarchus ait conſuetudinem apud priſcos fuiſſe, vt qui familiarium, aut cognatorum quempiam amiſiſſent, ſtatim Apollini ſacra facerent, trigeſimo poſt die Mercurio, animas à Cyllenio ſuſcipi putantes. Polyd. Virgil. Apud Anglos etiam, Polydoro Virgilio atteſtante, per triginta dies defunctorum luctus durat. Vendi igitur Dominum triginta argenteis, indicium, & præſagium fuit, venditionem, & emptionem eius fuiſſe ad occiſionem, & mortem, non ad vitam, vt in alijs accidit mancipijs, de quorum ſalute, & incolumitate emptores, & eorum domini ſolliciti valde eſſe ſolent. Argumentum etiam fuit, mortem Chriſti Domini in Eccleſia catholica continuis fletibus lugendam eſſe.

Tandẽ ſilẽtio nõ præteribo, quod nomẽ ipſius proditoris pecuniarum mercedẽ, quam à ſacerdotibus accepit, præ ſe manifeſte ferebat. Nam *Iſcar*, vnde nomen *Iſcariotes* deductum eſt, ſignificat mercedem. Triginta autem argentei merces fuerunt illius, vt Chriſtum traderet Iudæis: vnde recte connumerari poteſt inter illos, de quibus Apoſtolus Thaddæus in ſua Canonica ait: *Væ illi qui errore Balaam mercede effuſi ſunt.* Thadd. Ap. in ſua Can. Nam ſicut Balaam pro mercede ſibi oblata populo Dei maledixit; ita Iudas pro pecuniaria mercede à Principibus ſacerdotum ſibi præſtita ligni maledictioni Chriſtum Dominum tradidit. Alij putant *Iſcariotes*, deduci in Hebræo ab *Is*, quod ſignificat virũ, & *charath*. quod ſignificat perdere, ſeu, exterminare, Ferus de paſſion. par. 1. quod cum proditione eius ſatis conſentaneum eſt, cum execrandus extiterit proditor, & exterminator Chriſti. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum.

Homilia Tertia.

De egreſſu Chriſti Domini in torrentem Cedron, ac de feruenti eius oratione in Horto. In illa verba Ioannis capit. 18. Egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron. Et in illa: Pater ſi poſsibile eſt tranſeat à me calix iſte. Matthæi 26.

POSTQVAM Chriſtus Dominus ſurrexit à Cœna, narrat Diuus Matthæus Euangeliſta, Matt. 26. hymnum dixiſſe: *Hymno dicto.* Deinde Diuus Ioannes: Ioann. 18. *Egreſſus eſt in torrentem Cedron.* Vbi obſeruandum eſt, quod vbi Latinus Interpres legit: *hymno dicto*, Græcus vertit, Græc. interp. ſup. Mat. 26. *hymno cantato*. Licet autem quibuſdam interpretibus videatur, Chriſtum Dominum hymnum dixiſſe in gratiarum actionem, ob cœnam factam; verius tamen crediderim, id feciſſe, vt gratularetur Deo, ob appropinquatum paſſionis tempus, cuius dilatio pientiſſima eius viſcera adeo excruciabat, vt diceret ipſe: *Baptiſmo habeo baptizari* (ſcilicet ſanguinis) Luc. 12. *& quomodo coarctor donec veniat?* Quod autem prædictum hymnum cantauerit, id ſane feciſſe arbitror in argumentum procliuitatis, & promptitudinis, quam præ ſe ferebat in inceſſu ad mortem: nam ad quæ quis rogatur, vt præſtet, certe ſi rogata placent, reſpondet cantando, id faciam. Vt ergo ſignificaret Dominus, quam ſpontaneus, ac libens ad mortem properaret, coepit cantare. Cantus tamen ille velut cygni iam iam moribundi, modulatio imminentis mortis præſagium fuit. Sicut enim cygnus, nõ niſi ſemel, & cum morti proximus eſt, cantat;

ita

Digitized by Google

ita Chriſtus Dominus nuſquam, niſi iam mortem obiturus cantaſſe legitur. Subdit ſacer Euangeliſta, egreſſum fuiſſe Dominum in torrentem Cedron, cuius non abſque ſingulari myſterio meminit Diuus Ioannes. Primum, quia ſi, vt quidam exiſtimant cum Diuo Thoma, Aymone, Lyrano, & alijs, Cedron dicebatur, quia erat flumen vtrinque cedris circumdatum, ad eum modum, quo quædam Germaniæ Inſula, Cedri nominatur, quod cedrorum genere ſiluoſa ſit; vnde idē eſt, trans torrentem Cedron, quod trās torrentē cedrorum: iuxta Græcā vocem, quę pluralis genitiui eſt, nō incongrue dicemus in trāſitu per torrentem Cedron, ſignificaſſe Chriſtum, ad rem valde memorandam, & æterna memoria dignam conficiendam ſe properare. Nam cedri quaſi æterna eſt materies, putredinis expers. Vnde Latinum prouerbium obtinuit digna cedro ea vocitare, quæ poſteritati conſecrari merentur. Vnde & Perſius dixit: *Et cedro digna locutus*. Et Horatius:

Ioan. 18.
D. Thom.
Aymon.
Lyran.
Titelman.
Ambr. Cale. in ſuo dict.
Simon de Caſsia lib. 13. de paſs.
Nonnus Antiquus
Paraphr. d. Ioan.
Idem Amb. Calep. ibid.
Perſius vel. ab eod. Ambr. Cal. vbi ſupr.
Horatius in arte poetica

Speramus carmina fingi poſse linenda cedro.

Secundo, quia vt cōſtat ex ſecundo, & tertio Regum, cedri in Hebræo, *Arezim* dicuntur, & obſcuritatem ſignificant; vnde arbitror inſinuari eximiam myſterij Crucis, & paſſionis Chriſti caliginem, adeo vt gentibus ſtultitia, Iudæis autem ſcandalum, Diuo Paulo id atteſtante, videretur: aut certe ſignificabat Iudæorum corda adeo obſcuranda fore, vt Dominum gloriæ crucifigerent. Tertio, torrentem Cedron Chriſtus Dominus pertranſiuit, vt indicaret ſe inundantium aquarum amariſſimum torrentem trāſiturum, iuxta illud Dauidicum: *De torrente in via bibet*. Ipſe ergo noctu diſcalceatus incedens, minime recuſauit frigidiſſimas aquæ vndas peruadere, vt nos ſuper aquas, quæ ſupra cælos ſunt, collocaret, & de torrente voluptatis ſitientes potaret. Quarto, quia, tametſi (vt tradit Antiquus Brochardus Terrę ſanctæ diligens inſpector) infra agrum Hakeldemah contra Orientem fluat torrens Cedron, colliganturque in ipſum omnes aquæ, quæ tempore pluuiarum in alteriora quæque loca circumadiacentia ab aére deſcendunt, nec longe à ſepulchro Virginis audiatur ſtrepitus eius ſub terra ad locum iſtum properantis; eſt tamen torrens (vt annotat Diuus Hieronymus) fluuius frequenter areſcens, & torrens dictus à torrendo; ac propterea, licet ex aquis confluentibus rapidum curſum haberet, facile & breuiter attenuabatur, & effluebat. Sic etiam exundantes Chriſti dolores, non perennes, ſed breui tēpore duraturi erāt, ea nēpe celeritate trāſituri, qua torrētis fluxus rapiebatur, ita vt aquæ lacrymarum eius penitus reſurrectionis gloria exſiccandę, & Crucis ignominia in ſummum gloriæ ſplendorem, intra triduum non integrum commutāda foret. Quinto, ſi, vt ex Talmudica traditione quidam referunt, per ſubterranea loca ſanguis ex altari holocauſtorum in torrentem Cedron deſcendebar, ideo Chriſtus Dominus pertranſiuit torrentem, ſignificaturus, ſe, vt pro nobis effunderet ſanguinem, & Deo Patri pro nobis in ara Crucis verum holocauſtum ſe offerret, celerius multo ac vehementius properare, quam ſanguis holocauſtorum ex altari ad torrentem Cedron ſubter labebatur.

2. Reg. 15.
3. Reg. 15.
Card. Tolet. in c. 18. Ioan annot. 2.
1. Cor. 1
Pſal. 55.
Ibidem.
Brochard in hiſt. Ter. ſan.
D. Hier. lib. de locis Heb
Salmeron to mo 10. tra. 40

Egreſſus tandem eſt Chriſtus trās torrentem Cedron, vt quæ de huius torrentis Cedron lugubri tranſitu ſacrorum voluminum monumenta adumbrauerant, modo compleret. In primis namque, vt in ſacra Geneſeos legimus hiſtoria: *Egreſſus fuit Iſaac ad meditandum in agro, inclinata iam die*. Vbi quædam tranſlatio habet, *ad orandum*, alia, *ad exercendum*. Inclinata die ad veſperam, egreſſus eſt Iſaac, vt oratione, ac rerum cæleſtium contemplatione mæſtitiam animi, quam de matre defuncta ſuſceperat, leniret. Non aliter Chriſtus Dominus (Cuius typum gerebat ſanctus ille Patriarcha) *egreſsus eſt in agrum inclinata iam die*, vtpote poſt cœnam ad orandum, & laborioſum ſuæ paſſionis, & reparationis noſtræ opus inchoandum. Sed video hos egreſſus ſine diſſimiles: nam Iſaac egreditur in agrum ad meditandum, vt animum recreare, & triſtitiam, quam ob matris mortem conceperat, depellere poſſet; Chriſtus vero exit in agrum, non vt afflictum, & contriſtatum animum ſolaretur, ſed vt propter miſeram Matris ſuæ ſynagogæ mortem, & populi illius cæcitatē magis triſtaretur, & lacrymaretur. Legimus 2. Regum Dauidem olim aperto capite, & nudis pedibus ad montem Oliuarum pergentem, torrentem pertranſiſſe ſummo animi mœrore confectum, ſuiſque militibus lacrymantibus ob perſecutionem filij Abſalonis, qui ob nimiam regnandi libidinem, & diuitiarum cupiditatem necem illi parabat. Dauid Rex manſuetus Chriſtum Dominum Regem manſuetiſsimum refert; inobediens vero Abſalon, qui ex arbore pendens interijt, inobedientem Iudā, qui laqueo pendens ſe interemit, ad viuū exprimit. Chriſtus ergo Dominus, velut alter Dauid, ſuis militibus, hoc eſt ſuis diſcipulis ſtipatus, nudis pedibus, & aperto capite incedens, ſummo mœrore confectus Iuda ſpirituali eius filio, quem multis beneficijs cumulauerat, hoſtiliter ipſum perſequēte, relinquit Ciuitatē, & pertrāſit torrentem Cedron: in hoc tamen diſsimilis Dauidi, quod hic egreſſus eſt, vt fugeret à facie Abſalon; at Chriſtus Dominus egreditur non vt fugiat à facie Iudę, ſed potius vt in manus eius veniat. Propterea nāq. Chriſtus profectus eſt in locum, Iudæ valde cognitum, ad quem, vt in eo oraret, conſueuerat Dominus frequenter confugere, vt refert D. Lucas. Legimus etiam lib. 3. Reg. Angelum Eliæ dixiſſe: *Vade, & abſcondere in torrente Carith, qui eſt contra Iordanem, & ibi de torrente bibes*. Similiter Chriſtus torrentem Cedron pertranſit, de torrēte paſsionis bibiturus. Carith idem eſt, quod exterminium, quod nō incongruè adaptatur Chriſto in hoc egreſſu. Siquidem perſecutione Iudęorum imminente, quaſi exterminatus, & in exiliū miſſus ab vrbe in agrū proficiſcitur, nō eo certe ſolatio, quod Eliæ Angelus promiſerat, dicens:

Geneſ. 24.
2. Reg. 15.
Luc. 22.
3. Reg. 17.

Coruis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA. VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Cornis præcepi, vt paſcãt te ibi. Tẽpore enim paſſionis nullo cibo Chriſtũ Dominũ recreatum fuiſſe legimus, immo cũ graui ſiti affligeretur in cruce pendens, calicẽ aquæ frigidæ denegauit Iudæorũ impietas, & acetũ cum felle porrexit. Ipſe autem 2.Mac. 5. noſtræ ſalutis auidiſſimus (vt alter Iudas Machabæus, qui grauiſſimorum laborũ torrentẽ pertrãſiens Timothei exercitũ deuicit, & inimicos omnes profligauit) torrentẽ paſſionis viriliter tranſiliuit, vt mortis auctorẽ, & vniuerſi humani generis hoſtes deprimeret, ac penitus eorũ vires eneruaret. 3. Reg. 2. Sed memini, ò bone Ieſu, Salomonẽ olim præcepiſſe Semei, vt nec ſemel torrẽtẽ Cedrõ pertranſire auderet, alioquin, pœna capitis plecteretur. Accidit autẽ, vt famuli quidam Semei fugerent, quos perſequens ille Salomonis violauit præceptum, torrentem Cedron pertranſiens: cuius ipſe certior factus, pœnã mortis contra illum executioni mandari iuſſit. Quomodo ergo, ò amantiſſime IESV, nos fugitiuos ſeruos quærens, audes torrentẽ Cedron pertranſire? vereor ſane, ne tãti conſtet tibi tranſitus iſte, quanti cõſtitit Semei, eo tamen excepto, quod Semei quãtumuis iniquus, infami morte non mulctatur; tu vero turpiſſima, quæ tunc erat, crucis morte inſte afficeris. Hic etiã Chriſti trãſitus in torrentẽ Cedron, ob oculos mihi ponit ſacramentũ il- Isai 53. lud magnũ Iſaiæ, dicentis, quod Deus poſuit ſup Chriſtũ iniquitates omniũ noſtrũ. Sicut enim lib. 2.Paral.3. Paralip. dicitur: *Iuſſu Ezechiæ deſtruxerũt altaria, & vniuerſa, in quibus idolis adolebatur incensũ, ſubuerterunt, et proiecerunt in torrentẽ Cedron, & omnẽ immunditiã, quã intro repererunt in domo Domini.* Ita in Chriſtum Dominum proiectæ fuerunt peccatorũ noſtrorum immũditiæ, vt pro nobis ipſe ſatisfaciens, ab eis nos abſtergeret, & mondaret.

Venit deinde cũ diſcipulis ſuis, cũ quibus, vt alter Iacob cũ filijs ſuis multa in itinere agens; venit (inquã) in hortum Gethſemani, qui ad radices montis Oliueti poſitus erat, teſte D. Hieronymo. Huius ergo in hortum aduentus abdita myſteria iã reſeremus. Primum quidẽ in hortum venit Sponſæ votis annuens, in hunc modũ illũ iuui- Cant.5. tantis: *Deſcendat dilectus meus in hortũ ſuum, vt comedat fructus pomorũ ſuorum.* Cuius loci vt germanam intelligentiam venemur, in memoriam Gen. 3. reuocare oportet infelix illud Paradiſi pomum, cuius eſus omnium calamitatum humanam naturã infeſtantium fons, & origo extitit; fructus enim illius dolor, triſtitia, gemitus, immo & mors ipſa fuit, vt primo parẽti prædixerat Deus: *In quacumque hora comederis, morte morieris.* Vocans igitur Chriſtum Sponſa, vt veniat in hortum ad comedendum fructum pomorũ, inuitat ſane illum, non ſicut Eua olim Adamũ, vt pomo illo mortifero veſcatur, cum Sponſus eius ab omni peccato immunis, immo impeccabilis eſſet, ſed vt acerbitatẽ antiqui illius pomi deguſtet, amaritudinẽ ſentiat, ac ſuper inſipido eius guſtu minime nauſeet: *Venit ſecundo in hortum* (vt egre- D. Cyr. lib. 11. in Ioan. gie annotauit D. Cyrillus in Ioannem) *vt vbi hominum ruina cœperat, ibi eiuſdem reparatio exordiũ ſumeret.* Hortus, inquit, erat, Paradiſum deſignãs: ad priſtina enim omnia recurrere oportebat, & vt in Paradiſo malorum omnium initium factũ eſt; ſic in horto Chriſti paſſio incepit, per quam à malis liberati in priſtinum habitum reſtituti ſumus. Hæc ille. In horto primum Adamum deuicerat Diabolus; in horto ergo à ſecundo Adamo vinci oportebat: in horto contractum fuerat ingens peccati debitum; in horto ſoluendum erat precium: in horto propter vetiti cibi eſum primus parens in lethalem morbum inciderat; & in horto peſtiferum, quem ex eo luxerat humorem, per ſudorem foras erat opus expelli: in horto ortum habuit mors; in horto ortum habet vita: *Vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgat.* Eccl. in pref. In horto ſepulta fuit vita; in horto pariter ſepeliatur mors, & vita reſurgat: in horto terrenus Adam inobediens, & præuaricator inuentus eſt; in horto Chriſtus obediens adeſt, vt crucis mortem ſubeat: in horto Adam libere nimium agens in captiuitatem ſeipſum, & ſuum genus ſecum abduxit; in horto Chriſtus vinculis captus, & comprehenſus libertatem nobis promeruit, & acquiſiuit: in horto Adam ne contriſtaret Euam ſuas delitias, comedit de vetito fructu; in horto IESVS contriſtando ſuam Euam, hoc eſt carnem, vſque ad effuſionem ſanguinis de ligno mortis coepit deguſtare: in horto olim Adam à Deo ſe abſconde- Gen. 3. rat; in horto Chriſtus nõ ſe abſcondit, ſed manifeſtum ſe prodit, locum à traditore Iuda probe cognitũ eligens, vt annotauit D. Ioannes, dicens: *Sciebat autem, & Iudas, qui tradebat eum, locũ, quia* Ioan. 18. *frequenter IESVS cõuenerat illuc cũ diſcipulis ſuis.* Ac tandẽ, ſicut in horto ſerpens fuit Satanæ organũ ad interficiendum in anima, & corpore terrenum hominem; ita in horto Iuda, quaſi Gen. 3. apto organo vſus eſt ad inferendam mortem homini cæleſti. Et ſicut ſerpens propterea, quod fuit Satanæ inſtrumentũ, præ omnibus animantibus inuiſus homini eſt, ac maledicto, & obſecrationi obnoxius, Deo ipſo illi dicente: *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia*; ita Iudas præ omnibus hominibus, plurimis hiſque grauiſsimis maledictionibus obruitur à Dauide, dũ Pſalmo centeſimo octauo ait: *Cum iudicatur* Pſ. 108. *exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum: fiãt dies eius pauci, & epiſcopatũ eius accipiat alter.* E cõtra etiã in horto humanitas Chriſti organũ fuit, & inſtrumentũ coniunctũ diuinitati ad noſtræ reparationis initiũ, ſicut poſtea in cruce fuit ad eius conſummationem: *Conſummatum eſt* di- Ioan. 19. cens. Indeque apud Angelos, & homines tantam beneuolẽtiam conciliauit, vt nihil charius, quã illi inſeruire, eundem revereri, & ſuper omnia diligere habeãt. Venit tertio in hortum, quia drachmã perditam ibi quærere oportebat, vbi perdita fuerat. Natura enim humana in horto perierat, & ideo Chriſtus velut drachmam inueſtigans, aut ſicut paſtor ouem errantem quæritans, venit in hortum, vt inueniat, & ſaluum faciat, quod perierat. Quarto venit in hor- Hier. tom. 3. ſup. hunc locum. tum Gethſemani, qui ſecundum Hieronymum interpretatur, *vallis pinguiſsimus*, vel Card. Tolet. in c. 18. Ioan. vt alij placet, *vallis pinguedinis*, *& olei mei*, quia inde pinguis vitulus egreſſurus erat ad pin-

ad pingue ſacrificium Deo Patri in ara erucis offerendum,iuxta illud Dauidis: *Pſal. 65.* *Sacrificium noſtrum pingue fiat, & holocauſta medullata offeram tibi.* Et quia oleum ſymbolum eſt miſericordiæ;Chriſtus autem,de quo D.Paulus dixit: *Ad Tit. 3.* *quod non ex operibus iuſtitiæ,quæ fecimus nos,ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit*, conferebat ſe tunc ad omnium excellentiſſimum miſericordiæ opus exhibendum. Nam ſi miſericordia eſt miſeriam inopis ſubleuare, quo maior fuerit miſeria,eo amplior erit miſericordia illius ſubleuatio. Cum ergo caſus primi parentis fuerit omnium deteſtabiliſſima miſeria,illius amotionem Chriſti morte præſtitam,inter omnia miſericordiæ opera primum locum tenere conſequens eſt. *Heſter 7.* Legimus in libro Heſter, quod Rex Aſſuerus iratus contra Aman ſurrexit de loco conuiuij,& intrauit in hortum arboribus conſitum, vt & Aman perderet, & populum Dei morti adiudicatum liberaret; non ſecus certe Chriſtus Dominus e conuiuij loco,vbi duplicem cœnam, legalem, & ſacramentalem celebrauerat,Diſcipulis dicens: *Ioan. 14.* *Surgite eamus hinc*, ſurrexit diabolo iratus,nobis vero propitius,& in hortum multis arboribus conſitum venit, vt illum velut Aman in patibulo crucis ſuſpenderet. & genus humanum a miſera eius ſeruitute,& dira tyrannide liberaret. Præuidet denique hunc Chriſti Domini in hortum aduentum comitantibus diſcipulis prophetico ſpiritu Zacharias, vt teſtatur ipſe iuxta expoſitionem D.Hieronymi: *Zach. 1. D. Hier. ſuper c. 1. Zac.* *Vidi per noctem,& ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter myrteta,quæ erant in profundo, & poſt eum equi rufi varij, & albi, & dixi: Qui ſunt iſti Domine? & dixit ad me Angelus,qui loquebatur in me: Ego oſtendam tibi,quid ſint hæc. Et reſpondit vir,qui ſtabat inter myrteta. Iſti ſunt,quos miſit Dominus,vt perambulent terram.* Vir ille Chriſtum Dominum morti proximum ſignificabat; quem ſuper equum rufum vidit,quia ſanguinis cruore corpus eius conſperſum rufum colorem præſeferebat. Inter vmbroſa myrteta iacebat;quia multis figuris, & vmbris vſque ad præfinitum tempus,quo illę ceſſarunt, operiebatur. Equi autem rufi,varij,& albi,qui illum ſequebantur,Apoſtoli ſunt,qui tunc ipſum comitabantur; albi quidã,quia Virgines;rufi,quia Martyres;varij,quia multi Virgines,& Martyres ſimul fuerũt.de quibus omnibus ipſe interrogatus, qui eſſent? Reſpondit deſtinatos eſſe ad perambulandam terram: quia vt teſtatur Dauid: *In omnem terram exiuit ſonus eorũ,& in fines orbis terræ verba eorũ.*

Inter hos tres erant,Petrus,Ioannes, & Iacobus,quos Dominus,quia maioris amicitiæ amore proſequebatur, & eos fecerat in monte Thabor ſuæ gloriæ ſocios,& teſtes,voluit eoſdem ſuę imbecillitatis inſpectatores habere,quippe, qui memores illius gloriæ,minus quã ceteri offendi poterant. Relictis ergo alijs diſcipulis ſecedens ad interiorem partem horti, ſecum duxit illos tres, de quibus Cantic. 8. *Cant. 8.* qui habitant in hortis amici auſcultant te, diſcedenſq; ab illis quantum iactus eſt lapidis, orabat dicens: *Luc. 22.* *Pater, ſi poſſibile eſt,tranſeat a me calix iſte,ſed non mea,ſed tua fiat voluntas.* Calix iſte metaphorice mortem Domini ſignificabat,per figuram,qua continens ponitur pro contento,eſtque ſumpta a magiſtratibus,qui multis ad mortem damnatis porrigebant potionem, ſiue calicem lethalem: vnde inter Athenienſes Socrati data eſt potio cicutę,qua extinctus fuit,de quo Perſius dixit: *Perſius ſa-*

Barbatum hoc crede Magiſtrum dicere,
Sorbitio tollit quem dira cicutæ.

Phocioni quoque viro inſigniter iuſto, vt teſtatur Plutarch.in vita eius,porrectum eſt ſimile poculum,& cum carnifex ceſſaret,quod pecuniam non haberet pro pretio potionis,ipſe Phocio pecuniam numerari fecit,qua emeretur,& aſſiſtentibus dixit, admonerent filium,ne minus in Rẽpublicã propter ſuam mortem vellet eſſe beneuolus. Erat etiam calix ſalutis,ſeu ſalutifer, de quo Pſal.115. *Pſal. 115.* *Calicem*(inquit)*ſalutaris accipiam,& nomen Domini inuocabo:* & declarãs,quis ſit ille calix,ſubiũxit: *Infr. eodem pſalm.* *Precioſa in cõſpectu Dñi mors ſãctorũ eius.* Ac vt medicus potione,& ſectione venę externa tãquã baptiſmo ſanare ſolet,ita paſſio nomine calicis,& baptiſmi deſignatur. Dicitur ergo calix,quia cito trãſiuit illa mors,quę potio quędã nutricis pro puero,vel capitis pro mẽbris fuit.

Hoc ſuppoſito,varia,quæ in his verbis deliteſcũt ſacramẽta,quæ ſacti Patres ea qua ſolẽt ſubtilitate,& pietate interpretantur,aperiamus. D. Hieronymus (& hæc ſit prima huius loci intelligẽtia) ſuper cap. 9. Iſaiæ ita illũ ediſſerit: *Hier. in Iſa. tom. 5.* *In paſſione: Si fieri*(inquit)*poteſt,trãſeat calix iſte a me.* Qui locus hũc ſenſũ habet: Si poteſt fieri,vt ſine interitu Iudęorũ credat gẽtiũ multitudo:paſſionẽ recuſo. Si autẽ illi excæcãdi ſint,vt omnes gẽtes videãt: *fiat volũtas tua.* Idẽ in Matth. ſuper hęc eadẽ verba: *Idem Hier. in Matth. c. 26. tom. 9.* *Poſtulat*(inquit)*non timore patiendi, ſed miſericordia prioris populi,ne ab illis bibat calicem propinatũ.* Vnde & ſignãter non dixit: *Tranſeat a me calix,*ſed *calix iſte*,hoc eſt,populi Iudæorũ,qui excuſationẽ ignorãtiæ habere non poteſt,ſi me occiderit,habẽs legẽ,& Prophetas,qui me quotidie vaticinãtur. Attamẽ reuertẽs in ſemetipſũ, quod ex hominis perſona trepidanter renuerat, ex Dei,Filijq; cõnfirmat: *Verũtamẽ nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Nõ*(inquit)*hoc fiat quod humano affectu loquor,ſed propter quod ad terras tua voluntate deſcendi.* Nõ longe ab hac Hieron.expoſitione recedit alia D.Hilarij,quã his verbis tradit: *D. Hilar. canon. 31. in Matth.* *Nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Vellet quidẽ eos nõ pati, ne forte in paſſione diffidãt, ſed quo hereditatis ſuæ gloriã ſine paſſionis difficultate mereãtur. Nõ ergo, vt nõ patiatur rogat,dicẽs: Nõ vt ego volo,ſed vt quod Pater vult, bibẽdi calicis in eos ex ſe tranſeat fortitudo. Superius etiã dixerat. Trãſire a ſe calicẽ rogat. Nunquid ait: Trãſeat a me calix iſte? Hæc enim futura erat pro ſe timentis oratio. Sed aliud eſt, vt trãſeat depecari. In eo enim,quod a ſe trãſit,ipſe ille a moleſtia tranſeuntis excipitur. Qui autem,vt a ſe trãſeat,rogat,nõ vt ipſe prætereat,orat,ſed vt in alterũ, id quod a ſe trãſit excedat.* Dionyſ.Alex.in hũc modũ explicat prædictũ locũ: *Dion. Alex. ſup hunc locum.* *Nõ eſt ſenſus*(inquit)*Trãsfer calicẽ hũc a me, nõ adueniat mihi: niſi enim euenerit,transferri nõ poterit,ſed ſicut,quod præterit,& intactum eſt,nec permanẽs ſic Saluator inuadentẽ tentationem flagitat pelli.*

Baſil. lib. 4. contra Eun.

D. Baſilius contra Eunomium alia incedit via in expoſitione huius loci: ait enim, quod Chriſtus Dominus probe agnoſcens innumera peccata patranda in executione ſuæ paſſionis, & mortis, poſtulabat à Patre, vt ſi poſſibile foret, ſe mortem obire, abſque tot peccatorum, & ſcelerum commiſſione, ita fieret, quia maiori dolore peccata hominum, quam propria vulnera illum afficiebant. Vnde D. Ambroſius dixit: *Doles Domine, & vere doles, non tua vulnera, ſed noſtra ſcelera.* Et lib. 10. ſuper Lucam hæc verba habet: *Ideo dixit, transfer hunc calicem à me: non quia Deus Dei Filius mortem timebat, ſed quia nec malos pro ſe perire volebat.* D. Epiphanus aliam excogitauit intelligentiam: Ipſe enim in Ariomanitis, & iterum in Anchoratu tractans hæc verba: *Tranſeat à me calix iſte*, cum obieciſſet ſibi quod dixiſſet: *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Et Petro dehortanti à morte dixerit: *Abi retro me Satana*, reſpondet: *Qui ante mortem dixit de morte, vel ob hoc ipſum ne deprehēderetur mēdax, nō potuit precari, vt tranſiret poculum: ſed prouocat per hunc modū aduerſariū, quā illa opināte timere Saluatorem mortē, inducat ipſi mortē ad ſalutē morientibus per diſpenſationē. Idque paulo ante probat ſimilitudine magni in inferiorem præliantis, & quandoque fugam ſimulantis, vt inimicum prouocet ad certamen, & ita eum perimat.* Euſebius Emiſſenus, ponderans verba illa, *calix iſte*, alium eruit ſenſum. Ait enim, non dixiſſe Chriſtum tantum: *Tranſeat calix*, ſed, *calix iſte*: quia ipſe non recuſabat mortem, ſed, quia volebat, quod executores eius non fuiſſent Hebręi: non renuebat bibere calicem, ſed vellet, quod propinatores non fuiſſent Iudæi, quia erant ex populo Deo dilecto, & propter quos principaliter venerat in mundum, vt ipſe dixerat: *Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierūt ex Iſrael.* Vnde cum dixit Chriſtus Dominus: *Tranſeat à me calix iſte*; perinde fuit, ac ſi dixiſſet; Pater, noui, quod ſi comprehendor à Iudęis, ipſi etiam ignominioſe cōprehendētur; ſi flagellor, ipſi acerrime flagellabuntur; ſi circumdederint caput meum corona ſpinea, ipſi ab hoſtibus immaniſſimis circumdabuntur; ſi tandē me crucifixerint, pene innumeri eorū crucibus affigētur. Tranſeat ergo non calix, ſed iſte, exhibitus ſcilicet, & propinatus ab eis. Hanc expoſitionem acceptat etiam Hieronymus li. 3. in Eſaiā, verſans verba illa: *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam.* D. Hilarius, & D. Baſilius aiunt per illa verba Chriſtū rogaſſe Patrē, vt paſſionis calicē transferret ad plurimos Martyres, Virgines, & Confeſſores, ita vt non ſolus ipſe, ſed alij permulti mortis calicem amore Dei biberent, & fructum ſui calicis perciperent. Vnde D. Baſilius ait Martyres in virtute huius orationis Chriſti inſatiabili ſiti ad martyriū properaſſe. Perſimilis huic expoſitioni eſt alia Diuæ Catherinæ Senēſis, vt S. Raymundus in eius vita refert. Aiebat enim, quod cum ante oculos domini obuerſaretur obſtinatio, & malitia hominum reproborum, qui ſe tanto fructu priuabant, accenſus amore ſalutis illorum rogabat Patrem, vt parceret illis, transferēs in eos fructus huius calicis, & quia ſciebat id eſſe Deo poſſibile, dixit: *Abba Pater, omnia tibi poſſibilia*, coactus tamen amore iuſtitiæ, addidit: *Sed nō quod ego volo, ſed ſicut tu.* Aliam etiam interpretationem non contemnendam tradit idem beatus Raymundus ex eadem Catherina: dicebat enim, *transfer calicem hunc à me*, perinde eſſe, ac ſi dixiſſet, tēpus eſt, vt hunc calicē, quē ab inſtanti conceptionis meæ per deſiderium vſque in hanc horam bibi, & tandem aliquando patiendo atrociſſimam mortem, quam mihi paratam video, copioſiſſime hauriam, & ideo accelerari deſidero; nā ſemel ebibitus tranſibit à me completa obedientia tua, & reſtituo tibi, ò pater honore, & hominibus ſalute, quam perdiderant. Ita vt hæc verba complectantur vehemens, & intenſum deſiderium bibendi calicē; Sicut illud: *Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcū antequā patiar*: & illud, *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor, vſque dum perficiatur?* Quem huius loci ſenſum illuſtriorem eſſe ſancta hæc virgo dicebat.

Ambr. in c. 22 Luc. Idem lib. 10 ſup. Luc. c. 22

Epiph. hær. 69.

Matth. 20.

Euſeb. Emiſ. in paſſ. Domini.

Hier. lib. 5. in Iſai. c. 9. Hilar. 10. de Trin. Baſil. in pſ. 115. & lib. 4. con. Eunom.

S. Raymūd. lib. 2. in vita S. Cath. Senen. c. 29.

Marci 14.

Alia S. Raymundi interpretatio.

Luc. 22. Idem 12.

Verū licet has oēs veneremur expoſitiones, eā tñ arbitramur germanā magis, & litteralē, quā ſequūtur D. Leo PP. Chryſoſtomus, Theophylacius, Origenes, Athanaſius, Gregorius Nyſſenus, Epiphanius, Cyrillus, Anſelmus, Damaſcenus, Tertullianus, Beda, Ambroſius, & Hieronymus, vt ex eorum teſtimonijs cōſtabit. Hi oēs Patres affirmāt Chriſtū dñm hic tanquā verum hominē mortē refugiſſe, & ſecundū inferiorē portionē pro infirmitate humanæ naturæ ab eo ſuſceptæ mortē exhorruiſſe, & mori recuſaſſe, & id indicāt verba illa: *Pater ſi poſſibile eſt, &c.* ardēs tamē eius erga Deum, & homines amor, illi vt ſatisfaceret, nos vt redimeret, vim naturalis affectionis ſuperās, ac mira fortitudine deuincens, ſubiunxit; *ſed nō mea ſed tua fiat volūtas.* Vnde & cōſtāter ſe obtulit morti, quęrentibus hoſtibus occurrit, turbatos cōfirmauit, proditorem oſculi dignatione ſuſcepit, & quos poterat in nihilū redigere inimicos, humi proſtratos erexit. Itaq. cū naturale ſit imminētē mortē formidare, & huiuſmodi reformidatio ita cōditioni humanæ adhæreat, vt cū nulla ſit coniuncta culpa, non eſt cur illā Chriſto Domino aſcribere formidemus, dicente Paulo: *Debuit per omnia fratribus aſſimilari, tentatus per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.* Sed Patrū teſtimonia, quibus huic intelligentiæ ſubſcribunt, proferamus. D. Ambroſius: *Hærent*, inquit, *plerīq. hoc loco, qui triſtitiā Saluatoris ad argumētū inoliſſe potius à principio, quā ſuſcepta ad tēpus infirmitatis inclināt, & naturalis ſenſū cupiūt retorquere ſententia. Ego autē nō ſolū excuſandū nō puto, ſed etiā nuſquā pietatem eius, maieſtatemq. demiror. Minus enim contulerat mihi, niſi meū ſuſcepiſſet affectū. Ergo pro me doluit, qui pro ſe nihil habuit quod doleret; & ſequeſtrata delectatione diuinitatis æternæ, tædia meæ infirmitatis afficitur.* Origenes: *Suſcipiens*, ait, *naturā carnis humanæ, omnes proprietates impleuit, vt non in phantaſia habuiſſe carnem exiſtimaretur, ſed in veritate: Secundum quod in hoc loco orat calicem paſſionis tranſire à ſe, ſed non ſicut vult ipſe, ſed ſicut vult Pater.* Diuus Chryſoſtomus: *Qualibet*, inquit, *ex verbis, & o-*

Leo Pap. ſermo. 5. & 7. poſt mediū de paſſ. Chryſ. ho. 84 in Mat. 20. & Theoph. in Matth. c. 27. Orig. tract. in Matt. hō 33 ante mediū, Athanaſ. Epiph. lib. 2. con. hær. hæreſ. cont. Ariomanis. Cyril. lib. 4. in Ioan. c. 3. Anſel. dial. de virg. & de paſſ. ſig. Damaſc. li. 3. fid. ortho. c. 24. Tertull. lib. de fuga in perſecutione Greg. Nyſſ. & Beda, quos refert D. Thom. in ſua catena aurea. Ambr. libr. 10. in Luc. tom. 5. Hebr. vbi ſup. Heb. 2. Amb. ſupra relat.

Orig. ſupra relat.

Chryſ. in cat. aur. S. Th. relat ſup. 22 c. Luca.

peri-

peribus oſtenditur ab eo qui docet. Quia ergo dñs venerat docturus nos quãlibet virtutẽ, ob hoc eadẽ dicit & facit, vnde quia inſerat verbis orare, ut intrare in tẽtationẽ, hoc etiã opere docet: ſequitur. n dicẽs Pater ſi vis transfer, &c. Non dicit ſi vis. quaſi ignorãs an Patri placeret, neque n magis ardua cognitio eſt hac cognitione paternæ ſubſtantiæ, quã ipſe ſolus perſpicaciter nouit, ſecundum illud: Sicut nouit me Pater, & ego noui Patrem. Neque hoc dicit quaſi reſpuens paſſionem: qui enim comminatus eſt Diſcipulo volenti eius paſſionem impedire, vt Satanam eum vocaret, poſt multa præconia qualiter crucifigi nolebat? Cur igitur ita dictum eſt? conſideres quantum erat audire, quod Deus ineffabilis, qui quemlibet intellectum tranſcendit, voluit vterum ſubire virgineum, lac ſugere, & humana quæque pati? Quoniam ergo fere incredibile erat, quod erat futurum; primo quidem miſit Prophetas hoc nunciantes, poſtea ipſe indutus carne veniens, vt non phantaſma putaretur, permiſit carnem ferre naturales defectus, eſurire, ſitire, dormire, laborare, & affici, ab idque recuſans mortem, veram humanitatem demonſtrat.

D. Athan. Diuus Athanaſius: *Geminum, inquit, hic velle oſtendit, alterum quidem humanum, quod eſt carnis, alterum vera diuinum: humanitas enim ob carnis fragilitatem recuſat paſſionem; ſed diuinus eius affectus affectanter eam ſubijt, eo quod non eſſet poſſibile eum detineri à morte.* Gregorius Nyſſenus

Greg. Nyſſ. Apollinar. Apollinaris aſſerit: *quod Chriſtus non habuit ſecundum terrenam naturam propriam voluntatem, ſed quod ſolum in Chriſto erat voluntas Dei quæ de cælo deſcendit. Dicat ergo, quam voluntatem vult Dominus nequaquam euenire?* Neque Deus aufert propriam voluntatem. Beda inquit:

Beda. *Appropinquans etiam paſſioni Saluator infirmantium in ſe vocem ſumpſit, vt cum hoc imminet, quod fieri nolumus, ſic per infirmitatem petamus, vt non fiat: quatenus per fortitudinem parati ſimus, vt voluntas conditoris noſtri etiam contra noſtram voluntatem fiat.* Ac tandem D. Hieronymus, qui in alios

D. Hier. relatus à Ian. in concord. capite 137. ſenſus declinaſſe videtur, hunc etiam amplectitur, dum ſubdit (vt recte annotauit Ianſenius:) *Attamen reuertens in ſemetipſum, quod ex hominis perſona trepidanter rogauerat, ex Dei Filijque confirmat. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu: non inquit, hoc fiat, quod humana affectu loquor, ſed propter quod ad terras tua voluntate deſcendi.* Volunt ergo ſancti Patres, quod ſicut infirmus amaræ potionis calicem exhorret, & quadam, (vt aiunt) velleitate bibere renuit, abſoluta tamen voluntate propter corporis ſanitatem illum ebibit; ita Chriſtus Dominus calicem paſ-

Ioan. 10. ſionis in manu tenens, ipſo dicente: *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam:* ſummam calicis amaritudinem præuidens, velleitate quadam, & inefficaci actu recuſabat illum ſumere: ad communem tamen ſui myſtici corporis ſalutem reſpiciens, naturalem carnis affectum ſupprimens, ac ſuffocans, bibere illum elegit. Contingit ſane huic duplici voluntati Chriſti, quod in figura eius cõtigiſſe legimus duobus filijs Thamar, e viſceribus

Gen. 38. matris egredi nitentibus: appropinquante enim matris partu, vnus protulit prius manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum; illo vero retrahente manum egreſſus eſt alter. Ita certe accidit Chriſto Domino, qui parturire volens redemptionẽ generis humani, appetitus ſenſitiuus naturali affectione ductus mortem renuens extendit manum ſuã, dicens: *Si poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte;* at portio ſuperior voluntatis humanæ Chriſti, charitatis coccino eum ligans, retraxit illam manum, & ipſa egreſſa eſt, dicens: *Sed nõ mea, ſed tua voluntas fiat*. Certe quoties hanc vocem audio, auſcultare mihi videor Echo, ſeu ſoni repercuſſionem ab ore Chriſti progreſſam, & vſque ad Patris pectus peruenientem, & inde in eundẽ Chriſtum reflectentem. Dicebat ille: *trãſeat à me calix iſte*, & reciproca vox Echo reſpondebat: iſte crucis calix citiſſime tibi propinabitur. Deſiderium moriendi, quod habes, abſque mora tibi implebitur. Sed inſuper aiebat: *Sed non mea, ſed tua voluntas fiat*. Fiat reddidit Patris Echo, ac ſi diceret, executioni mandetur voluntas mea, vt moriaris pro redemptione generis humani. Similia verba & cum ſimili Echo reſonauerant antea, Ioan. 12.
vt refert D. Ioannes. Nã morti vicinus Chriſtus Dominus ſenſus vocem exprimens, clamauit: *Et nunc anima mea turbata eſt, & quid dicam? dicam*, repetit Patris Echo, quid ego velim; adiunxit Chriſtus: *Pater ſaluifica me ex hac hora hora* (reſpõdit Echo ſonus) hæc eſt, non te ſaluãdi, ſed morti tradendi. At ratio ſenſum dominans rurſum dixit: *Pater clarifica nomen tuum*. *Tuum* occurrit Echo, hoc eſt, ſi moriaris, non ſolum meum, ſed & tuum clarificabitur nomen.

Hæc autem orans Chriſtus Dominus *procidit* (ait D. Matthæus) *in faciem ſuam*: ille, ſcilicet, coram quo viginti quatuor cæli Seniores ceciderunt, vt teſtatur D. Ioannes. Io. Apoc. 5.
Multis alijs huius orationis circumſtantijs ſilentio prætermiſſis, vt de ſolitudine loci, de ſeparatione à Diſcipulis, de confidentia, de perſeuerantia, & ſimilibus, de illa ſolũ, quæ ad humilitatẽ pertinet, cuius nõ abſque ſingulari myſterio meminit Euangeliſta, ex profeſſo diſſeramus. Quod olim *verbo humilitatis* indicium exhibuerat in oratione Abraham, Gen. 18.
dicens: *Etſi ſim puluis, & cinis, loquar ad Dominũ;* id ipſum Chriſtus Dominus in hac horti oratione opere ipſo exhibet, implens illud Hieremiæ Hieren. 3.
vaticiniũ: *Ponet in puluere os ſuum ſi forte ſit ſpes*, ſcilicet, vt ab eo calix ille tranſiret. Regum ſe- 2. Reg. 2.
cũdo legimus Dauidem pronum in terrã oraſſe ſummo mœrore affectũ: *Deprecatus eſt Dauid Dominum pro paruulo, & ingreſſus hortum iacuit ſuper terram: venerunt autem ſeniores domus eius cogentes eum vt ſurgeret.* Ita Chriſtus Dominus ingreſſus hortum procidẽs in terram orat, non pro filio maiori, ſcilicet Angelo, ſed pro paruulo, & minori, nempe homine: verum ſeniores domus eius, non vt ad Dauidem conſolandum olim venerant, ad illum acceſſerunt, quin potius ab eo ſeparati, & ſomno correpti, non vigilant, omnes dormiunt, adeo vt Dominus eis obiecerit: 3. Reg. 18.
Non potuiſtis vna hora vigilare mecum. Legimus etiam lib. tertio Regum Eliam poſito inter

genua capite Deũ oraſſe, quia hæc corporis diſpoſitio, vtpote ſeruorũ propria, cũ olim ad flagella aptabâtur, maximã pręſe ferebat humilitatẽ, ſed maiorẽ ſine dubio pręſefert, quod Chriſtus orauerit *procidens in faciem ſuã*; ſic.n. eius facies nõ genibus, ſed pauimẽto immediate adhærebat.

Sed cur hac ſingulari cærimonia Dominus vſus fuerit, plures, tam piæ, quam graues occurrunt rationes. Prima, quia egreſſurus ab hoc mundo, vt iret ad Patrem, voluit terram ſalutare, & vltimum vale illi dicere, ideoque procidit in terram, illam deoſculans. Secunda, quia cum oſculum pacis ſymbolum ſit, terram deoſculãs, ſignificare voluit, merito Chriſti pacem obtenturam ipſo dicente: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Tertia, vt oſculi ſigno oſtenderet ſe regnaturum. Commemorant enim Liuius, & Valerius, Iunium Brutum terram deoſculatum, vt Romanorum regnum obtineret: ex oraculo namque agnoſcẽs futurum illum Regem, qui primus omnium matrem deoſcularetur, continuo in terram concidit oſculans illam, vt cecinit Ouidius:

Titus Liuius lib. 10 decade 1. Valer. Maximus lib. 5. cap. 3. Ouidius lib. 3. faſtorum.

Ille iacens pronus matri dedit oſcula terræ.

Quarta, oſculatur terram, quia præ ardenti moriẽdi deſiderio pro cõmuni omniũ ſalute gratias illi refert, quod procreauerat funes eum ligaturos, ſpinas caput puncturas, arundinem pro ſceptro in manu ponendam, ferrum clauorum, & lanceam, pedes, manus, & latus perforatura; vel certe oſculatus eſt terram, quia illa futura erat ara, calix, & patina, quibus ſanguis profundendus, & corpus ponendum foret. Quinta, quia ipſe repræſentans omnium peccatorum perſonas, vt qui omnium delinquentium debita ſoluenda ſuſceperat, & omnibus noſtris ſceleribus onuſtus incedebat, velut alter Manaſſes dicebat: *non ſum dignus videre altitudinem cæli*, aut, quaſi alter Publicanus *non audebat oculos ad cælum leuare*, ſed præ nimia tantorum flagitiorum turpitudine pronus in terram verecundia, & pudore ſuffundebatur, vt per Prophetam ipſe prædixerat: *Tota die verecũdia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me.* Sexta, in terram procidit, vt cuſtodiat, & protegat illam. Sicut enim, qui alium defendit, inter ipſum, & offenſorem ſe interponit; ſic ſane Chriſtus tanquam mediator Dei, & hominum inter ipſum, & terram pronus in illam ſe conſtituit, vt illam protegat, & incolumem ſeruet. Septima, quia olim iratus terram maledixerat: *Maledicta terra, tribulos, & ſpinas germinabit tibi*; nunc vero depoſita ira terram precioſo vultus ſui tactu benedicere tentat. Octaua, quia cum Deus fecerat hominem ad ſimilitudinem ſuam, & pulchram, quam in eo impreſſerat ſui imaginem, ipſe infecerat ac deformauerat homo, iterum Deus in eã faciem ſuam qua, ſi ſigillum imprimens, reſtaurare contendit, & in priſtinã pulchritudinem reducere. Quia cum dicat Iſaias: *Poſuit in ea iniquitates omnium noſtrum*, & hæ fuerint grauiſſimi, & intolerabilis ponderis, inde eſt, vt ſacroſanctũ illud corpus ita oppreſſerint, vt in terram pronum proſternerent. Sed non immerito quiſpiam forſan interrogabit, Quare orans Moyſes brachia extendebat, & manus ad cælum leuabat; Chriſtus autem Dominus *procidens in faciẽ ſuam*, pronus orabat in terram? Huius certe illã præcipuam crediderim rationem aſſignari poſſe, quod Moyſes tunc fauores de cælo, ac ſingularia beneficia expectabat; vnde manus extendebat, quaſi illis ea ſibi collecturus, ac ſuſcepturus; Chriſtus autem cum tempore paſſionis cæleſtibus ſolatijs nõ eſſet cumulãdus, ſed potius multis doloribus afficiẽdus, non manus extendit, ſed corpus, aptans ſe ad flagella noſtris peccatis debita patienter ſuſtinẽda.

Luc. 18. Pſal. 43. Gen. 3. Gen. 1. Iſaias. 53. Exod. 17.

Homilia Quarta.

De triſtitia Chriſti Domini in horto, ac de confortatione ab Angelo ei facta in illa verba: Triſtis eſt anima mea. Matth. 26. & illa: Apparuit illi Angelus de cælo confortans eum. Luca. 22.

TAMETSI Chriſtus Dominus ab inſtanti ſuę conceptionis eſſentialem beatitudinem habuerit, vt vnanimi conſenſu teſtantur omnes Eccleſiæ Patres; & quamuis etiam D. Thomas doceat triſtitiã mitigari per contemplationẽ, à qua nec per momentum ceſſabat anima Chriſti: nihilominus tamen cum ſummo gaudio ſummam habuit coniunctã triſtitiam, in cuius figura D. Ioannes Angelũ vidit vno pede terram calcantem, altero mare tangentẽ. Angelus iſte Chriſtum exprimebat, quem magni conſilij Angelum Iſaias vocat. pedes affectus cordis, quibus anima incedit ſignificant. Ipſe ergo terræ promiſſionis, hoc eſt beatitudini ſummo alacritatis affectu inhærebat, pariterq. per amarum contritionis mare triſtitiæ pede calcabat. Hanc triſtitiã animæ Chriſti tametſi beatæ, vere illi infuiſſe, præterquam clare oſtendit Hieremias, dicens: *Attamen caro eius dum viuit dolebit, & anima ipſius ſuper ipſo lugebit*; illud etiam Iſaiæ palam facit, dicentis: *Vere dolores noſtros ipſe tulit, & languores noſtros ipſe portauit*: vere dixit, vt intelligas, nõ ficte, vt corpori accidit phãtaſtico, ſed proprie, & vere triſtatũ fuiſſe. Vnde Dauid, vt indicaret triſtitiã hanc nõ fuiſſe apparentẽ, ſed verã, & ex corde, Iudã increpat, quod hominẽ compunctum corde perſequutus fuerit: *Et perſecutus eſt, ait, hominem inopẽ, & mendicũ, & compunctũ corde mortificare.* Itaque ſicut Philoſophi duplicem aëreæ regionis partẽ diſtinguunt; vnam ſupremã ipſi ignis regioni propinquiorẽ, quæ ſumma fruitur ſerenitate, nulliſque peregrinis impreſſionibus afficitur; alteram inferiorem, terræ magis proximã, in qua pluuiæ, & grãdines generantur, varijſque tempeſtatibus vndique concu-

D. Thom. 1. 2. q. 3. 5. ar. 9. Apoc. 10. Iſa. 9. Hierem. 14. Iſai. 53. Pſal. 108.

Digitized by Google

concutitur: ita plane in eadem Chriſti anima duplicem portionem agnoſcimus, ſuperiorem ſcilicet, quæ ſumma tranquillitate, & beatifico gaudio perfruebatur; alteram inferiorem, quæ ſumma triſtitia angebatur. Aduertere tamen oportet, quod quamuis in Chriſto Domino vera triſtitia fuerit, illa tamen non erat paſſio, ſed propaſſio, hoc eſt loco paſſionis; paſſio enim ſæpe ſolet præuenire, aut impedire vſum rationis, quod Chriſto Domino minime vnquam accidit, vt Patres annotant, ponderantes Euangeliſtam conſulto dixiſſe, quod *cœpit triſtari, & mæſtus eſſe.* vnde Origenes: *Conſidera* (ait) *quia non dixit triſtabatur, & tædiabatur, ſed cœpit triſtari, & tædiari.* Quale autem ſit hoc diſcrimen arbitror dicendum in eo conſiſtere, quod triſtitia Chriſti non anteibat eius rationem, ſed ratio potius præueniebat, & dominabatur ei, ita vt animum eius inuictum nunquam inuaderet, ſed accerſita veniret, & vocata ab illo, adeo vt ſi ipſe non cœpiſſet triſtari, triſtitia minime illum vexare cœpiſſet. Acute ſatis id explicuit Ioannes, dum referens turbationem Chriſti Domini in morte Lazari, nõ dixit turbatum illum, ſed *infremuit, & turbauit ſemetipſum.* quaſi diceret, non inuaſit eum turbatio, ſed ipſe turbationem elegit, nõ illum mœſtitia excitauit, ſed ipſe excitauit eam. vnde Diuus Damaſcenus ait: *Naturales noſtræ paſſiones ſecundum naturam, & ſuper naturam fuerunt in Chriſto. Secundum naturam quidem, nam mouebãtur in ipſo, quando ſinebatur carni, vt pateretur propria; ſuper naturam vero, quod non præcedebant in domino voluntatis naturalia. Nihil enim in ipſo coactum conſpicitur, ſed omnia ſpontanea. Volens enim eſuriuit, volens timuit, & volens mortuus eſt.* Et D. Thomas: *Sciendum,* inquit, *eſt, quod huiuſmodi paſſiones aliter fuerunt in Chriſto, quam in nobis, quantum ad tria. Primo quidem quantum ad obiectum, quia in nobis plerunque huiuſmodi paſſiones feruntur ad illicita, quod in Chriſto non fuit. Secundo quantum ad principium, quia huiuſmodi paſſiones frequenter in nobis præueniunt iudicium rationis; ſed in Chriſto omnes motus ſenſitiui appetitus oriebantur ſecundum diſpoſitionem rationis. Tertio quantum ad effectum, quia in nobis quandoque huiuſmodi motus non ſiſtunt in appetitu ſenſitiuo, ſed trahunt rationem, quod in Chriſto non fuit, quia motus naturaliter humanæ carni conuenientes ſic ex eius diſpoſitione in appetitu ſenſitiuo manebant, quod ratio ex his nullo modo impediebatur facere, quæ conueniebant.* Cum hac autem ingenti Chriſti triſtitia ſimul fuit timor vehemens ſeu pauor, dicente D. Marco, *quod cœpit pauere, & tædere.* Et licet Ariſtoteles putarit timorem non habere locum, niſi vbi adeſt ſpes aliqua euadendi malum, quod timetur: fallitur tamen, quia ſola fuga mali alicuius futuri eſt verus timor, quantumuis vitari non poſſit: hoc enim potius illum auget, & reducit ad ſpecialem gradum, qui conſtituit ſtuporem, vt indicant D. Damaſcenus, & Greg. Nyſſenus: vnde quamuis Chriſtus Dominus nullã haberet ſpem euadendi malum mortis, potuit futuram eius acerbitatem vere timere.

D. Hier. in c. 26. Matt. D. Damaſc. lib. 3. & alij. Origenes. — *Ioann. 11.* — *Damaſc. lib. 3. de Orthod. fide c. 20.* — *D. Tho. 3. p. q. 15. ar. 4.* — *Mar. 14.* — *Ariſt. lib. 2. Rhetor. c. 5.* — *Damaſc. lib. 2. de fide c. 15. Greg. Nyſſ. lib. 4. philoſ. c. 4.*

Lib. x.

Illud tamen diligenti examine indiget, quomodo cũ ſacra Scriptura non pugnent, immo & cum magnanimitate, & ſumma Chriſti fortitudine, triſtitia, & pauor, ſimileſque affectus angoris, & tædij, quos ſacri Euangeliſtę illi aſcribunt. Nã in primis Salomon dixit: *non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit.* & iterum: *Iuſtus quaſi leo confidens, abſque terrore erit.* & Lyricus:

Prou. 12. & 28. Horatius.

Iuſtum, & tenacem propoſiti virum
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus inſtantis tyranni.
Mente quatit ſolida &c.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Huc facit, quod D. Auguſtinus loquẽs D. Paulo dicente: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto,* ait: *Non enim fortior eſt miles, quam Imperator, miles ergo coronandus gaudet mori, & dominus coronaturus timet?* Refert etiam Olaus Magnus fortiſſimum quendam virum nomine Eſtarchaterum, cui tanquam benemerito de ſua republica, eo quod infeſtiſſimum quendam eius hoſtem occiderat, multum auri, & argenti ipſa reſpublica ei donauerat, ipſe vero ſemper eo animo aurum illud ſecum portabat, vt pręmio eum afficeret, qui ipſum viriliter inuadens interficeret, indignum arbitrans ſenio confectum, & ſenectutis morbo laborantem e vita diſcedere. Narrant etiam hiſtorici, Socratem ad mortis ſuæ nuncium nihil expauiſſe, ſicut nec Seneca timuit, quod diligenter Nero nuncio ad eum miſſo mortem ei machinaretur. Quamplures item pro patria mortem alacriter tuliſſe Machabæorum libri teſtantur: D. Andream, Ignatium Martyrem, & noſtrum Hiſpanum Laurentium, crucem, leones, ardentes prunas non ſolum non exhorruiſſe, ſed incredibili gaudio hæc tam acerba tormentorum genera toleraſſe, omnes recte norunt; quin & tenellæ virgines tanta fortitudine viguerunt, vt intrepidæ tyrannorum tribunalia adirent, vt pro Chriſti amore atrociſſimis ſupplicijs excarnificarentur. Qui ergo fieri poteſt, vt ipſe trepidet, triſtetur, paueat, & tędeat ob inſtantem mortem, maxime quod Petrum illam impedire volentem Satanam vocauerit, ipſeque etiam tam illam ardenter deſiderauerit, vt diceret: *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec veniat?* Qui autem aliquid deſiderauit, illo iam appropinquante non triſtatur, ſed gaudet, quia proxima eſt poſſeſſio rei deſideratæ. Deinde ſi dux ita pauet, morte imminente, milites etiam paueſcent, & exemplo illius animo cadent. Quæ obiectiones nos compellunt, vt ſtudioſa inquiſitione cauſas, propter quas Chriſtus Dominus triſtari, & pauere voluerit, diligentius indagemus.

Ad Phil. 1. D. Auguſt. — *Olaus Mag. hiſt. Goth. l. 9.* — *Matth. 16.* — *Luc. 12.*

Prima cauſa ſit, quia certum eſt, adultum peccatorem abſque pœnitentia iuſtificari non poſſe; vnde Chriſtus Dominus dixit: *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis*; & D. Petrus: *Pœnitemini, & baptizetur vnuſquiſ-*

Luc. 13. Act. 2.

2 Cor. 7. *que veſtrum*. & Diuus Paulos: *Triſtitia, quæ ſecundum Deum eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Certum etiam eſt, non qualemcumque pœnitentiam ſufficientem eſſe ad expianda Gen. 27. peccata: Eſau enim (ait Scriptura) non inuenit pœnitentiæ locum, etiamſi cum lacrymis quæſiuiſſet. Saul etiam, vt ſacra Geneſeos narrat hi- 1. Reg. 15. ſtoria, doluit, quod Samueli non obediſſet, & tamen conſtat eſſe relatum in numerum reproborum. Chriſtus ergo Dominus videns imbecillitatem liberi arbitrij ad eliciendum actum contritionis, ſine quo in lege naturali, & ſcripta peccatores adulti non iuſtificabantur, voluit ipſe pro nobis conteri, triſtari, & dolere, vt illo ſuo ſummo dolore virtutem ſacramento pœnitentiæ impertiens, paruitatem, & inſufficientiã noſtri doloris ſuppleret, ita vt ex attritis contritos faceret in lege gratiæ per ſacramenta ab eodem inſtituta. Licet enim quidam Doctores putauerint non ſufficere ſolam attritionem cum ſacramento, ad obtinendam remiſſionem peccati, ſed neceſſariam eſſe contritionem; mihi plane videtur id eſſe contra expreſſam definitionem Con- Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 14. cilij Tridentini, nam de attritione agens ait: *Et quamuis ſine ſacramento pœnitentiæ per ſe ad iuſtificationem perducere peccatorem nequeat, tamẽ eum ad Dei gratiam in ſacramento pœnitentiæ impetrandam diſponit.* Itaque Chriſtus Dominus non ſolum propter imminentem mortem, ſed propter omnium noſtrum peccata doluit, vt egregie annotauit Angelicus Doctor, dicens: *Chriſtus non ſo-* D. Tho. 3. p. q. 46. art. 6. ad quartũ. *lum doluit pro amiſſione vitæ temporalis, ſed etiam pro peccatis omnium aliorum, qui dolor in maiori ſapientia, & charitate proceſſit, ex quibus dolor contritionis augetur; tum etiam, quia pro omnibus peccatis ſimul doluit,* ſecundum illud Iſaiæ: *Vere dolores* Iſa. 53. *noſtros, ipſe tulit.* Et infra ſubdit: *Chriſtus voluit genus humanum liberare, non ſolum poteſtate, ſed iuſtitia; ideo non ſolum attendit, quantam virtutem dolor eius haberet ex diuinitate vnita, ſed etiam quantum dolor eius ſufficeret ſecundum humanam naturam ad tantam ſatisfactionem* Hæc ille. Memini S. D. Io. Clim. 5. 5. de pæn. Ioannem Climachum de quodam monacho referre, quod cum in peccatum non nimis graue prolapſus fuiſſet, tam vehementem concepiſſe dolorem, vt præ nimia triſtitia intra dies octo vitam finierit*. Et Hiſtoriographus vitæ ſancti Vinc. Antoſtius de vita S. Vincentij Ferrer p. 2. c. 30. Vincentij Ferrer nobis rem narrat memorandam: ait enim, quod cum quidam pœnitens graue peccatum inceſtus confiteretur, & ipſe certum ei pœnitentiæ genus per ſeptennium duraturum impoſuiſſet, adeo illum contritum, tantoque præ turpitudine illius peccati angore fuiſſe affectum, vt exiguam illam pœnitentiam, vel ſatisſactionem iudicans, dixerit: Nunquid nullam aliam exhibens ſatisfactionem ſaluari potero? Sanctus Vincentius eximiam eius contritionem perpendens, reſpondit, minorem etiam exhibens, ſaluaberis, ac propterea non aliam tibi impono, quam tridui ieiunium in pane, & aqua. Verum ille replicans ſubiecit: *Numquid Pater ſceleratus adeo homo tam leni pœnitentia æternas flammas euadet? Etiam fili* (adiecit Sanctus) *quamuis non niſi ter Dominicam recitaueris orationem.* Quo audito diuinam bonitatem, quam offenderat, admirans, & ſtupens, tam ingens contritionis dolor illum inuaſit, vt Dominicam orationem recitans feliciter mortem obierit. Si ergo peccatores diuino tantiſper lumine irradiati ad turpitudinem peccati, & diuinæ bonitatis cognitionem ita triſtantur, & conteruntur; quid mirum ſi doluerit, & triſtatus fuerit Chriſtus Dominus, noſtra peccata conſiderans, qui ita probe diuinæ bonitatis inexhauſtum pelagus cognoſcebat, & peccati fœditatem intime adeo percallebat? Si Danidem iniuriæ Deo factæ adeo vexabant, vt non ſolum triſtaretur, ſed & mœrore contabeſceret, vt ipſe teſtatur, dicens: *Vidi præuaricantes, & tabeſcebam,* Pſal. 118. *quia eloquia tua non cuſtodierunt,* quomodo tot, ac tã ingentia hominum flagitia non afficerent ſummo dolore Chriſtũ Dominum, in quo diuini honoris zelus viguit? adeo vt per Prophetam dicat: *Zelus domus tuæ comedit me*. quo nil in hoc Pſal. 68. genere maius dici potuit. Nam ſi comedens in ſubſtantiam ſuam conuertit cibum, certe zelus comedens Chriſtum, oportet vt illum in ſe conuertat, atque adeo non ſolum ipſe erit habens zelum, ſed & zelus ipſe. Ex quo facile conijcies, quam ingentem propter noſtra peccata conceperit dolorem. Id autem ſatis oſtendunt Græca verba: nam vbi Latinus interpres vertit: Mar. 14. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortẽ*, Græce legitur: *Triſtitia vndique obſeſſus eſt animus meus* iuxta quod prædictum fuerat in Pſalmo: *Circumde-* Pſal. 114. *derunt me dolores mortis*. Illa autem verba: *vſque ad mortem*, licet Origenes, & Hilarius exponant, Origines. Hilarius. vt ſignificent præfixum tempus, vltra quod non erat protendenda triſtitia, vt inde nonnihil ſolatij caperent Diſcipuli: tamen D. Hierony- D. Hieron. mus hanc expoſitionem non reprobans, illam magis germanam putat, vt Chriſti triſtitia mortis mœrore non fuerit inferior, & mortis doloribus æquari potuerit.

Secunda cauſa triſtitiæ in anima Chriſti fuit, quod ſingula tormenta, & ludibria ignominioſa pariter, & acerbiſſima crucis mors, quam perpeſſurus erat, viuaci quadam eorum conſideratione illi occurrebant, non ſeorſum, & ſeparatim, prout infligenda erant, ſed ſimul, & aggregatim, & non a longe, vt in inſtanti conceptionis, ſed vt iam vicina, & proxima. Nam licet Di- D. Hier. in c. 26 Matth. Idem Hilar. c. 31. & Origen lib. contra Celſum. Greg. Nyſſ. lib. de paſſ. uus Hieronymus dicat: *Contriſtabatur non timore patiendi, quia ad hoc venerat, vt pateretur, & Petrum timiditatis arguerat, ſed propter infeliciſſimum Iudam, & ſcandalum omnium Apoſtolorum, & eiectionem populi Iudæorum, & euerſionem miſeræ Hieruſalem*. Et Diuus etiam Ambroſius aſſe- Ambr. in c. 22. Luc. rat: *Triſtis erat non pro ſua paſſione, ſed pro noſtra diſperſione*; hi tamen Patres ſolum volunt Chriſtum Dominum non fuiſſe triſtatum propter mortem tanquam ſibi inuoluntariam, cum libere ipſe illam acceptaſſet. Vnde Diuus Cyrillus: Cyrill. lib. 4. in Ioann. c. 1. in initio. *Ea enim ratione, ait, qua Verbum Dei Deus eſt, & ipſa naturaliter vita, nemo ambiget, quod nullo modo mortem formidauit: Caro autem factus permiſit*

carni

Digitized by Google

carni, vt ſuo potiotur, & ideo vt vere homo præſentem iam in ianuis mortem timeſcit. Vt tamen hæc triſtitiæ cauſa ob imminentem mortem melius percipiatur, in memoriam reuocare oportet id, *Apophthegmata.* quod Apophthegmata de quodã inſigni Philoſopho referunt. Cũ enim ille nauigaret, ingruente tempeſtate, & periculo ſubmerſionis, qui aderant, omni terrore depoſito ſibi animum mutuo faciebant; Philoſophus vero præ triſtitia contabeſcens penitus animo ceciderat, admirati alij omnes obijciebant: *Nos tametſi litteras non didicerimus & Philoſophiæ ignari ſimus, mortem non formidamus & tu Philoſophus cum ſis, & inter ſapientes connumereris, pauido animo es, & mortem pertimeſcis?* Quibus ipſe ſapienter reſpondit: *Immo quia Philoſophus ſum, probe agnoſco, quanti viri ſapientis vita habenda ſit, & quam ingens nocumentum atque iacturam eius amiſſio reipublicæ ingerat, & ideo imminentem meam mortem doleo, cuius vita multis profutura foret: veſtra autem omnium vita, quæ nullius prorſus vtilitatis eſt, non eſt cur illam amittere pigeat.* Sic ſane in propoſito non eſt, cur triſtitia hæc puſillanimitati, & animi deiectioni, quæ longe à Chriſto abfuit, aſcribatur, ſed ſapientiæ potius tribuendum, qui cum ſapientia Patris eſſet, recte nouerat inæſtimabile propriæ ſuæ vitæ precium, & quam eſſet eius amiſſio dolenda. *S. Th. 3. par. q. 46. art. 6. ad 4.* Vnde egregie D. Thomas dixit: *Vita corporalis Chriſti fuit tantæ dignitatis, & præcipue propter diuinitatem vnitam, quod de eius amiſſione, etiam ad horam, magis eſſet dolendum, quam de amiſſione vitæ alterius hominis per quantumcunque tempus.* *Ariſtot. 3. Ethicorum cap. 6.* Vnde & Philoſophus dicit: *Virtuoſus tãto plus diligit vitam ſuam, quãto ſcit eam eſſe meliorẽ, & tamen eam exponit propter bonum virtutis.* Sic Chriſtus vitam ſuam maxime dilectam expoſuit propter bonum charitatis ſecundum illud *Hierem. 12.* Hieremiæ: *Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius.*

D. Amb. lib. 10. in Luc. cap. 22. Tertia cauſa triſtitiæ Domini fuit illa, quam his verbis aſſignauit Ambroſius: *Suſcepit triſtitiam meam, vt mihi ſuam lætitiam largiretur, & veſtigijs noſtris deſcendit vſque ad mortis ærumnam, vt nos ſuis veſtigijs reuocaret ad vitam.* Timoris autem cauſam arbitror fuiſſe, vt noſtram infirmitatem, pauorem ſcilicet & timorem aſſumens, ſua fortitudine nos indueret ad eum certe modum, quo Saul proprija armis ſe expolians illa tribuit *1. Reg. 17.* Dauid; vel certe ſicut alter Achilles galeam & thoracem deponens, Patroclo, vt ad bellum audacem redderet, illa impoſuit. *D. Leo Serm. 2. & 3. de Paſſione, alias 9.* vnde D. Leo: *Pœnalis* (inquit) *experientiæ metum ſubeundo pellebat noſtræ infirmitatis affectus.* Et ſermone primo de Paſſione: Dominus ait, *noſtro pauore trepidat, *D. Bernar. Sermone 2. de S. Andrea.* vt ſuſceptionem noſtræ infirmitatis indueret, & noſtram inconſtantiam ſuæ virtutis ſoliditate veſtiret.* *Idem Serm. 2. de Paſſ.* Et Diuus Bernardus eandem cauſam timoris in Chriſto perpendens ait: *Agnoſco plane in Duce belli puſillanimorum trepidationem; agnoſco ægroti vocem in medico; agnaſco infirmantem gallinam cum pullis; conſidero charitatem, ſtupeo miſerationem, expaueſco dignationem.* Et infra ſubdit: *Miſericors Dominus nõ B. Andreæ robuſtum ſibi ſuſcepit affectum: quid enim magnum fuerat Domine Ieſu, ſi accedente hora propter quam veneras intrepidus ſtares, tanquam qui poteſtatem habebas ponendi animam tuam, & nemo eam tollebat à te? An non longe glorioſius fuit, quandoquidem totum propter nos agebatur, vt non modo paſſio corporis, ſed etiam cordis affectio pro nobis faceret, & quos viuificabat mors tua, nihilominus & trepidatio robuſtos, & mæſtitia lætos, & tædium alacres, & turbatio quietos faceret?* Quibus conſonant verba D. Leonis vbi ſupra: *Ego de tuo fui trepidus, tu de meo es ſecurus.* ac tandem illud idem ſatis aperte indicant verba Zachariæ magni Baptiſtæ parentis: *Vt ſine timore, de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi.* *Luc. 1.* Vt enim mortem aſſumpſit, mortem noſtram deſtructurus, ſic timorem induit, vt noſtrũ timorem a nobis fugaret. Verſabatur quidem in mundo mors, ferociſſimo leone ferocior, & tremendo fremitu rugiebat; leone autem rugiente quis non timeret? Volens autem Deus nos ab illius pauore liberare, noluit interficere penitus mortem: id enim non expediebat vſque ad vniuerſalem reſurrectionem, dicente Paulo: *Tunc nouiſſime inimica deſtruetur mors.* *1. Cor. 15.* Sed tamen quod in morte peius ac deteſtabilius erat, ferocitatem ſcilicet & immanitatem labefactabit, relinquens eam in mundo velut leonem manſuetum, ita vt dorſum eius manu pertingere inermes pueri audeant, ac delicatæ feminæ non perhorreſcant. Huius veritatis mirabilem arbitror *Gen. 2.* figuram, quod Geneſis ſecundo dicitur, Deum ab Adam extraxiſſe coſtam, & loco illius immiſiſſe carnem: *Et repleuit* (ait) *carnem pro ea.* Sicut ergo in formatione mundi mollem carnem poſuit Deus Adamo loco ſolitæ coſtæ, ita in reformatione eiuſdem poſuit in ſecundo Adamo, Chriſto *ſcilicet Domino infirmitatem* noſtræ carnis, & nobis coſtam ſuæ fortitudinis contulit. Referunt hiſtorici naturales, de leonis natura pertractantes, in ſuperiori medietate corporis illius, capite, ſcilicet, brachijs, & pectore ſpeciali ratione ſolem prædominari, & ratione eiuſdem ſymbolum eſſe imperij & fortitudinis; in inferiori autem medietate prædominari aiunt elementum terræ, a quo timorem contrahit, & infirmitatem participat. Vnde cum mira illa fortitudine timor & pauor in eo agnoſcitur; adeo vt & gallũ pertimeſcere, immo & quercus folia ſi videat continuo trepidare, ijdem hiſtorici aſſerant. Chriſtum Dominum leonem eſſe diſertis verbis ſcripſit D. Ioannes, dicens: *Vicit leo de tribu Iuda.* In hoc ergo leone duplicem naturam, diuinam & humanam fatemur, cum hoc tamen inter alia diſcrimine, quod ratione diuinæ, quæ potior eſt, ſumma fortitudo inerat, ratione vero humanæ timorem infuiſſe nemo catholicus ambigere poteſt. vnde manifeſtum eſt, fortitudinem a ſe, timorem a nobis mutuaſſe.

Quartam huius triſtitiæ cauſam arbitror fuiſſe, quod anima Chriſti per ſcientiam infuſam præuidebat, quam paucis profutura eſſet acerbiſſima eius paſſio, & quam multi inæſtimabile ſanguinis precium propter illos effuſi nihil habituri

bituri

bituri eſſent: vnde ipſe conqueritur per Prophe-
Pſal. 21. tam: *ſicut aqua effuſus ſum.* Sicut enim aqua pro-
pter immunditiaio aut fœtorem contractum in
terram effuſa nihil inutilius habetur, & ideo eius
iacturam nemo dolet, alioquin dolẽdum, ſi alius
precioſus liquor effunderetur; ita ſane ait Chri-
ſtus Dominus, non ſecus ſanguinem meum vili-
penſum iri præuideo ac aquá ſordidam, quæ pro-
pter immunditiam & ſorditatem in terram
proijcitur, non iterum colligenda. Huc facit il-
Eccleſ. 2. lud Eccleſiaſtici: *Deteſtatus ſum omnem induſtriã
meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui habiturus
heredem poſt me quem ignoro, vtrum ſapiens an
ſtultus ſit.* Si ergo heredi, quem ignoret, an ſa-
piens vel ſtultus futurus ſit, ſubſtantiam ſuam
relinquens vehementer dolet, timens ne illam
diſſipet, ac diſperdat; quam acerbum putabimus
Chriſti dolorem, qui certo ac euidenter præco-
gnoſcebat, innumeros prodigos filios habitu-
rum, qui ſubſtantiam precioſi ſanguinis, ac me-
ritorum tanti Patris diſsipaturi erant, & in gra-
ue ſui nocumentum eis abuſuri?

Quintam huius triſtitiæ cauſam aſſigno, quod
dolores omnes, quibus beata Virgo ob Filij mor
tem, Martyres ob eius fidem, Cõfeſſores ob eius
amorem afficiendi erant, præuidens, ſummo cõ-
paſſionis affectu angebatur. Si enim Paulus ita
2. Cor. 11. compatiebatur afflictis, vt diceret: *Quis infir-
matur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, &
ego non vror?* Quis in dubium reuocabit, Chriſtũ
Dominum ſimili compaſſionis affectu triſtatum
ad Hebr. c. 4 fuiſſe? maxime eodem Paulo dicente: *Non habe-
mus Pontificem, qui non poſſit cõpati infirmitatibus
noſtris.* Erat enim caput, & proprium capitis
eſt compati ſuper infirmitatem corporis. Fuiſſe
autem hanc Chriſti Domini compaſſionem illa
B. Pauli, & quorumcunque aliorum intenſiorem
& vehementiorem, ex eo haud difficulter depre-
hendi poterit, quod illa oritur quandoque ex
ſympathia cõpatientis cum perſona erga quem
verſatur compaſsio; oritur etiam ex apprehen-
ſione vehementi alieni doloris, ac tandem ex a-
more erga afflictum cui compatimur. Cum ergo
Chriſtus Dominus maximam cũ prædictis om-
nibus haberet ſympathiã, non ſolum ſecundum
identitatem naturæ ſpecificæ, ſed morum etiam
conformitatem; inſuper etiam cum dolores om-
nes, quibus virginea Matris viſcera excrucian-
da erãt, variaq. Martyrũ, & Confeſſorũ futura
ſupplicia limpidiſsima cognitione penetraret;
ac tandem cum amoris prunæ ardentius, quam
reliquos, Chriſti animũ inflãmarent; inde aper-
te efficitur, pium erga afflictos compaſſionis af-
fectum præ ceteris tenerũ, ac intenſum habuiſſe.

Sextam huius triſtitiæ cauſam fuiſſe opinor,
vt oſtenderet, tum animum Chriſtianum nõ eſſe
impaſsibilem ſtoicum & ſtupidum, vt notauit
Ambroſ. ſed talem, vt huiuſmodi in ſe inſurgen-
tes paſsiones ſuſcipiat, moderetur, & vincat:
tum vt hac ſua mæſtitia & angore Valentini,
Ambroſ. in Luc. 22. Manichæi, & Apollinaris, quos præuiderat futu-
ros, errores aperte confutaret. Primus namque
aſſerebat corpus Chriſti ex cæleſti fuiſſe mate-
ria compactum: ſecundus phantaſticum & appa
rens fuiſſe: tertius anima, atque adeo animali
vita caruiſſe. Hi omnes peſtilentiſſimi errores,
hac triſtitia animam & corpus Chriſti affligen-
te, penitus corruũt, & velut tenuis fumus euane-
ſcunt, cũ triſtitia, & timor, qui actus vitales ſunt,
nõniſi à principio vitali & animali oriri poſſẽt.

Ad extremum cum omnes huius triſti-
tiæ cauſas comprehendere, ſingulaſque pro di-
gnitate proſequi impoſsibile ſit, Laconica (vt
aiunt) breuitate eas percurram. Triſtabatur qui-
dem de ruina, ac de vaſtatione dilecti populi,
prout ſatis ipſe indicauerat, dum ingrediens ci-
uitatẽ Hieruſalẽ profuſis lacrymis exclamauit:
Venient dies in te, & circũdabunt te inimici tui val Luc. 19.
*lo, & circumdabunt te, & coanguſtabunt te vndique
& ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te
ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem.*
Triſtabatur iram Patris intuẽs, proprium enſem
contra ipſum inuitantis: *Framea ſuſcitare ſuper* Zach. 13.
paſtorem, & ſuper virum cohærentem mihi. Vocat
Chriſtum Dominum cohærentem ſibi, quia con-
ſubſtantialis erat Patri, & adeo intime ei coniun
ctus, vt ipſe diceret: *Ego & Pater vnum ſumus.* Ioan. 10.
Cum probe etiam agnoſceret, horrendum eſſe
incidere in manus Dei, & tempus incidendi iam
inſtaret, non poterat id animum eius non vehe-
menter excruciare? Triſtabatur deinde de receſ-
ſu à dilectiſsima Matre, chariſsimiſque diſcipu-
lis, quos tanto proſequebatur amore, vt dicere
non dubitarit: *Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi* Ioan. 15.
vos. Triſtabatur etiam ſpeciali ratione de pro-
ditione Iudæ, & abnegatione Petri, quos ingra-
titudinis vitium innaſerat adeo, vt ille ſummum
ſuum benefactorem Deum ac Dominum vende-
re, hic abnegare auſi fuerint. Atque ex his om-
nibus compertum habemus, minime alienum
fuiſſe à ſanctitate Chriſti Domini, triſtatum
fuiſſe. Nec enim Paulus dixit ſimpliciter: *Vt non* 1. Theſſ. 4.
contriſtemini, ſed adiunxit: *Sicut & ceteri, qui ſpem
non habent.* cum vero Salomon ait: *Non contri-* Prouerb. 12. Prouerb. 28
ſtabit iuſtum quidquid ei acciderit, loquitur, ait Ly
ranus, de triſtitia deijciente cum à virtute: &
cum tandem aſſerit. *Iuſtus, quaſi leo confidens,
abſque terrore erit,* Gloſſa cenſet id dixiſſe, non vt
damnet rationabilem timorem, ſed vt confiden
tiam iuſti exprimat. Luc. 22.

Sed iam ad Angelum, quem D. Lucas Chriſtũ
in hac afflictione exiſtentem confortaſſe com-
memorat, ſermonem cõuertamus. Et quidem in
primis circa quæſtionem illam, quiſnam ille
fuerit, tametſi nonnulli putauerint Michaelem
fuiſſe, in re tamẽ omnino incerta videtur eligẽ-
dum, quod rationi conſentaneum magis vide-
tur. Eſt tamen cum ea magis coniunctum, Ga-
brielem fuiſſe, vt ait Origenes, quia præterquam
Gabriel fortitudo interpretatur, quæ ad confor
tandum idonea eſt, præterquam etiam quod ſe- D. Ambr. in Luc. 22. c. 1.
cundum Ambroſium in Lucam, idem valet Ga-
briel, quod vir Deus, & ideo ad Deum virum
factum mitti congrueret, veriſimile ſane id mi-
hi videtur, tum quod ſicut Gabriel Virginem Luc. cap. 1.
turbatam in ſermone eius, vt teſtatur D. Lucas,
con-

Digitized by Google

Luc. 1. confortauit, & corroborauit, dicens: *Ne timeas*
Maria, inuenisti gratiam apud Deum; ita ſane Fi-
Origen. lib. 2 lium eius in horto patientem ad cruentam cum
Periarc. & hoſte ineundam pugnam animauit; tum quia
Ioan. Gerſon tract. de nullis procuratoris, cui credite ſūt litis ſcriptu-
Paſſione. ræ, intercedentibus demeritis, cœpta per ipſum
cauſa minime ab eo auferetur, *ſed* permittitur
ad finem vſque illam perducere. Gabrielem au-
Dan. 9. tem fuiſſe, qui primum Danieli Chriſti aduentū
reuelauit, & qui futuræ hebdomadas vſque ad
mortem Saluatoris prædixit, nemo eſt, qui am-
bigat. Congruebat ergo, vt ad eundem Chriſti
iam iam moribundi confortatio pertineret. Eſt
tamen animaduerſione dignum, quod vbi vul-
gata noſtra vertit: *apparuit ei Angelus confortās*
eum, Syriaca translatio legit: *confirmans eum*;
& Theophylactus tranſtulit: *Glorificans eum*;
hoc eſt; *Exaltans illum* propter futurum paſſio-
nis fructum, & ſuperuenturam reſurrectionis
Septuaginta interpretes. gloriam, quæ iam quaſi præ foribus aderat. Fa-
uet huic expoſitioni alia Septuaginta interpre-
Epiphanius. tum cuius bis Epiphanius meminit, ſemel in
hæreſi ſexageſima nona Ariomanitarum, & ite-
Deut. 32. rū in Anchoratu, vbi adducens illud Deuteron.
Adorent ipſum omnes filij Dei, legit, *& confortent*
ipſum omnes Angeli Dei. Et explicans quomodo
Angeli confortent, ſubdit: *Non vt dent robur ipſi*
Angeli, nec enim indigebat Angelorum conforta-
tione, ſed confortant ipſum, hoc eſt confitendo pro-
prium ipſius robur ipſi attribuunt. Et infra: *Quæ*
propter admiratione ductus Angelus dicebat ad ip-
ſum glorificans, & benedicens proprium Dominum
in ſtadio conſiſtentem, tua eſt adoratio, tuum eſt do-
minium, tua eſt potentia, tua eſt fortitudo, vt im-
pleret idquod à Moyſe ſcriptum eſt: *Confortent ip-*
ſum omnes Angeli Dei. Hæc Epiphanius. Cuius
expoſitionem licet non inficier, immo egregiam
Hieron. lib. 33. Dial. & ingenioſam putauerim; Diuus tamen Hiero-
Chryſoſt. homil. 83. in nymus, Chryſoſtomus, & Gregorius alia via
Matthæum. mihi non ingrata incedunt; exiſtimant enim
Gregor. homil. 8. in Angelum confortaſſe & conſolatum fuiſſe deſo-
Ezechiel. latam partem inferiorem animæ Chriſti, vt non
Zachar. 1. immerito dicere eſſet illud Zachariæ: *Et re-*
ſpondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me
verba conſolatoria. Idque ſane præfiguratum vi-
2. Reg. 23. detur primo in Ionatha, Dauidē dulciſſimie ver
bis conſolante: *Surrexit* (ait ſacer textus) *Io-*
nathas filius Saul, & abijt ad Dauidem in ſiluā, &
cōfortauit manus eius in Deo, dixitque ei ne timeas.
Daniel 10. Adumbratum etiam id ſecundo agnoſco in Da-
niele ab Angelo confortato: ſic enim ipſe ait:
Rurſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis, & con-
fortauit me, & dixit: Noli timere Daniel vir deſi-
deriorum, pax tibi, confortare, & eſto robuſtus,
cumque loqueretur mecum cōualui, & dixi: Loque-
re Domine mi, quia confortaſti me. Tertio huius
Zach. 3. imaginem reperio apud Zachariam dicentem:
Et oſtendit mihi Dominus Ieſum Sacerdotem ma-
gnum ſtantem coram Angelo Domini, & Satan
ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei. Et dixit
Dominus ad Satan: increpet Dominus in te Satan,
&c. *Nūquid nō iſte torris eſt erutus de igne? Et Ie-*
ſus erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat an-
te faciem Angeli. Sacerdos iſte magnus Chri-
ſtum Dominum præfigurabat, cui Pater prædi-
xerat: *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordi-* Pſal. 109.
nem Melchiſedech: & ſicut ibi Ieſus filius Ioſedech
orabat pro libertate populi obtinenda (id enim
præſefert verbum, ſtare, iuxta illud Pſalmi: *Qui*
ſtatis in domo Domini in noctibus extollite manus Pſal. 133.
veſtras in ſancta) ita ſummus Sacerdos Ieſus ora
bat in horto pro libertate generis humani, quod
in ſuam ſeruitutem diabolus redegerat, dire-
xitque orationem ad beatiſſimam Trinitatem.
Vt enim annotauit gloſſa, propterea ter orauit,
quia ad tres perſonas orabat: veſtibus autem
ſordidis indutum oraſſe dicit, quia velut ait
Chryſoſtomus, carnem aſſumpſit ex genere Chryſ. hom. 5. ex varijs locis in Matth.
peccatorum; vel vt putat D. Gregorius, quia
venit in ſimilitudinē carnis peccati; vel vt pro- Rom. 8.
babilius forte teſtantur Ambroſius, Origenes, Greg. lib. 20. moral. c. 3.
& Euſebius, quia ſordida peccata noſtra delen- Ambroſ.
da ſuſcepit, & pro eis dolore & ignominia gra- ſerm. 8. in Pſal. 18.
uiter affectus erat. Dicit tandem Zacharias Sa- Zach. 3.
tan à dextris eius extitiſſe, ſed minime præua- Orig. homil. 19. in Lucam.
luiſſe, quin potius à Chriſto Domino fugatum
eſſe, non ſecus ac leonem, qui oſtenſo ſibi igne Euſebius li. de demonſt.
fugari ſolet. Id enim ſibi volunt verba illa: *Non* Euang. cap. vlt.
iſte torris eſt erutus ab igne? Verba autem, qui-
bus Angelus Chriſtum confortans vſus fuerit, li-
cet incerta ſint (nemo enim Euangeliſtarum illa
expreſſit) tamen D. Anſelmus inducit illum di- D. Anſelm.
centem: *Conſtans eſto Domine, modo genus huma-*
num debes redimere. Theophylactus refert dixiſ- Theophylactus.
ſe: *Domine fortitudo: tu enim præualuiſti contra*
mortem, & contra infernum, & liberaſti genus hu-
manum. Ego non incongrue putauerim verba
illa Iob protuliſſe: *Ecce docuiſti multos, & ma-* Iob. 4.
nus laſſas roboraſti, vacillātes confirmauerunt ſer-
mones tui, & genua trementia confortaſti. Vel il-
lud Iſaiæ: *Conſurge, conſurge, induere fortitudi-* Iſaiæ 51.
nem brachium Domini: nunquid tu non percuſſiſti
ſuperbum, & vulneraſti draconem? nunquid non
tu ſiccaſti mare aquam abyſſi vehementis? Quis tu
vt timeas ab homine mortali? vel certe illud, quod
olim Angelus Eliæ dixit: *Surge bibe domine ca-* 3. Reg. 19.
licē paſſionis, grandis enim tibi reſtat via. Reuoca
in memoriā illud Iſaiæ: *Si poſuerit pro peccato ani-*
mam ſuam, videbit ſemen longæuū, & voluntas Do-
mini in manu eius. & illud *Pro eo, quod laborauit*
anima eius videbit & ſaturabitur. Memento Do-
mine te dixiſſe: *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem*
in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis: & Ioan. 3.
Petrum te à morte ſuſtinenda reuocantem
acriter increpaſſe: *Vade poſt me Satana ſcanda-* Matth. 16.
lum mihi es, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed Luc. 12.
ea quæ hominum. affirmaſti inſuper: *Baptiſmo ha-*
beo baptizari (ſcilicet ſanguinis in cruce profuſi)
& quomodo coarctor donec veniat? Vnde ſi nunc
mortem ſuſtinere recuſaueris, omnia hæc ficte
& ſimulate dicta nemo non iudicabit. Bibe ergo
Domine calicem hūc, non quia princeps huius
mundi habeat in te quidquam, ſed vt cogno-
ſcat mundus, quia diligis Patrem; & ſicut man- Ioan. 14.
datū dedit tibi Pater ſic facis. Si tu nō biberis,
ſane ſuppoſito Patris decreto omnes in æter-

na

na gehennæ damnatione bibent, quod ſi probibas æternum illum & amarum calicem, temporaneum & momentaneum reddes, & non ſolum tolerabilem, ſed dulcem etiam & amabilem. ac tandem niſi tu biberis, nec fies ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, nec accipies omnẽ poteſtatem in cælo, & in terra, nec de Sion exibit lex, nec verbum Domini de Hieruſalem, nec conteres caput ſerpentis, nec in cælum coronandus aſcendes, neque ſpiritum paraclitum ad nos mittes. Alij tandem pie meditantur recitaſſe ei illud Pſalmi 19. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob. Mittat tibi auxilium de ſancto, & de Sion tueatur te Memor ſit omnis ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pingue fiat. tribuat tibi ſecundum cor tuum.* His ſane, vel ſimilibus vero ſimile eſt Angelum Chriſtum confortaſſe, nec mirandum, vt quem ſecundum naturam humanam paulo minus ab Angelis minuerat Deus, eundem per Angelum confortari intueamur. Maxime, quod ſi Chriſtus ab Angelo malo in deſerto tentari ſe permiſit, nihil mirandum, quod à bono confortari non renuerit; egere enim conſolatore, & conſolationem accipere pœna eſt noſtrorum peccatorum, quam propter nos ſuſtinere Chriſtus non recuſauit. Id tamen non modicam difficultatem ingerit, qui fieri poſſit, vt ſi Angelus confortauerit, & conſolatus fuerit Chriſtum Dominum, continuo ingens agonia, & vehemens triſtitia, alioquin mitiganda, animum eius adeo affecerit, vt ſanguinem ſudare compelleret. Huic difficultati in hunc modum faciendum ſatis opinor, quod Angelus in tantum Chriſtum Dominum confortauit, in quantum prædicta illa motiua ei ante oculos proponens mouit illum, vt feruentiſſimos obedientiæ actus erga ſuſtinendam mortem, parti ſenſitiuæ alias valde moleſtam eliceret; hæc autem interioris portionis oppreſſio non poterat illi non ingentem inferre moleſtiam. Vel aliter dicamus cum Beda, id quod ingenioſe ſatis in hunc locum annotauit, dicens: *Confortatus eſt, ſed tali confortatione, quæ dolorem non minuit, ſed magis auxit: confortatus enim eſt, ex fructus magnitudine non ſubtracta doloris amaritudine.*

Matth. vlt. — Iſai. 2. Gen. 3. Mar. 16. Io. 14. — Pſal. 19. — Pſal. 8. — Matt. 4. — Beda ſuper c. 22. Luca.

Homilia Quinta.

De ſanguineo ſudore Chriſti Domini orantis in Horto in illa verba: Factus in agonia prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius, ſicut gutta ſanguinis decurrentis in terram.

Luc. 22.

ANTEQVAM de ſanguineo Chriſti ſudore ſermonem inſtituam, operæpretium duxi de agonia, quæ illius cauſa extitit, nonnihil prius differere. Non deſunt graues Doctores pie ſane rem perpendentes, qui affirment, agoniam hoc loco nõ ſignificare certamen, aut luctam inter partem ſuperiorem & inferiorem animæ Chriſti; tum quia non abſolute illud, quod naturaliter deſiderabat, poſtulauit; ſed ſi fieri poſſet, et ſi Deus pater vellet. Secundo, quia etiam caro in Chriſto diuinam voluntatem præpoſuit deſiderio ſuo, illam præ hoc fieri deprecans, cum diceret: *Non mea voluntas, ſed tua fiat.* Vnde quãuis permulti putauerint Chriſtum Dominum non obtinuiſſe in hac oratione quod poſtulauit, falluntur tamen: tum quia ipſe non abſolute mortem deprecatus eſt, ſed abſolute precatus eſt, vt fieret Dei voluntas. Quod cum factum ſit, etiã in hac oratione exauditus eſt: nec. n. ſi audiẽdus non fuiſſet, prædixiſſet ipſe in ſuſcitatione Lazari: *Ego ſciebã, quia ſemper me audis.* Vnde cõcludunt, Interpretem Latinum, agoniam vocaſſe horrorem illum & afflictionem, qua ſolent homines corripi vrgente graui vitæ diſcrimine. Verum alij, quibus magis conſentio, interpretantur hanc agoniam fuiſſe luctam, & certamen carnis Chriſti cum ſpiritu. Hi ſunt Cyrillus, Damaſcenus, & Gregorius, quẽ ad id refert, & ſequitur D. Bonauentura, & Lyranus in Lucam, dicẽs: *Erat iſte agonia reluctatio ſenſualitatis mortem horrentis, & rationis ipſam acceptantis; quia virtute diuina qualibet pars permittebatur agere & pati, quod erat ſibi proprium.* Hæc ille. Vnde putauerim agoniam hanc colluctationem quandã fuiſſe ſenſus, & naturæ Chriſti delicatiſſimæ, exhorreſcentis mortem cum ratione ſuperiori ad Dei gloriam, & humani generis ſalutem, mortem acceptante, & de illa triumphante. Duo enim amores in Chriſti corde inter ſe inuicem pugnabant. Amor enim ſenſus naturæ, ac vitæ propriæ mori detrectabat; amor vero charitatis, & gloriæ Dei, & ſalutis noſtræ mortem ſponte, & auide amplectebatur. Et ideo repugnabat alteri amori, illumque vt remiſſiorẽ vincebat. Atque hæc fuit plane agonia

Ibidem. — Ioan. 11. — Cyrill. lib. 4. in Ioan. c. 1. Damaſc. lib. 3. Orthodoxæ fidei cap. 20. Gregorius. D. Bonauentura ſuper ca. 22 Luc. Lyr. ſuper eundem locum.

Ambroſ. in ſuo dictionario.

nia Chriſti, cui etiam fauet, quod licet Ambroſius dicat, *Agoniam eſſe extremam conturbationis ſpeciem*, quam Latini trepidationem vocant; verius tamen alij putant agoniam dici *ab agone*, qui lucta eſt ſiue certamen, vel campus, vbi contenditur de palma. Vnde locus eſt Romæ iuxta Tiberim, qui Circus Flaminius dicitur, & Agon appellatus fuit, eo quod locus certaminis eſſet.

1. Cor. 9.

ad id etiam alludere videtur D. Paulus, dicens: *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.* Indeque crediderim agonalia dicta apud Romanos fuiſſe ludos, qui exhibebãtur ad voluptatem Populi, vbi pro præmio decertabatur, & inde tractũ eſt agonizare, vel luctari. Ex quo

Eccl. 4.

illud Eccleſiaſt. *Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia.* Tractum etiam eſt inde illud agonothetes pro his, qui præmium certantibus proponunt: ac tandẽ inde agonia ſiue pugna, vel concertatio duorũ contrariorum. Quidquid tamen ſit de qualitate agoniæ, quam tunc paſſus eſt Chriſtus, ex vehementia tamẽ illius factus eſt, ait D. Lucas, *Sudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.*

Euthym. in Matth. c. 24. Theophyl. in Lucam c. 22.

In cuius loci illuſtratione illud primo loco annotandum occurrit, quod licet Euthymius, & Theophylactus exiſtimauerint Euangeliſtam hoc loco locutum fuiſſe per ſimilitudinem, & hyperbolem, dum aqueum ſudorem ſanguineum vocauit, vtens vſitato loquẽdi modo, quo dici ſolet, qui amare plorat, ſanguinis lacrymas flere: veritas tamen catholica habet verum & proprium ſanguinem ſudaſſe, idque à primordijs Eccleſiæ ita creditum eſſe tradunt Iuſtinus martyr, Athanaſius, Epiphanius, Auguſtinus, Hieronymus, Irenæus, Dionyſius, Amonius Alexander. Nec quidquam in contrarium mouere debet, quod Lucas non dixerit Chriſtum Dominum ſudaſſe ſanguinem, ſed ſudorem eius fuiſſe *ſicut ſanguinis guttas*, id eſt concretum in ſimilitudinem guttarum ſanguinis: nam reuera ſi intendiſſet D. Lucas ſimilitudinem tantum ſignificare, dixiſſet potius *ſicut guttæ aquæ*; cum humani ſudoris guttæ ſimiles magis ſint guttis aquæ, quam ſanguinis. Præterea illa particula, *ſicut*, non ſemper ſimilitudinem ſignificat, ſed interdum rem ipſam ſecundum rei veritatem, vt patet Ioannis 1. *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* Secundo obſeruandum occurrit, pleroſque recentiores cum Cardinali Caietano quibuſdam apparentibus, ſed minime neruoſis rationib⁹ ductos ſibi perſuaſiſſe, Chriſtum Dominum naturaliter, atque adeo abſque ſpeciali miraculo ſanguinem ſudaſſe ex vi internæ afflictionis, & agoniæ, quod probari poteſt. Nam in primis Ariſtoteles lib. de hiſtoria Animalium ait: *Si multum ſanguinis effluat, anima deficit; ſi nimium, vita interit; ſi ſanguinis immodice humeſcit, morbus infeſtat; ſic enim in ſpeciem ſaniei diluitur, & adeo ſecreſcit, vt iam nonnulli ſudore cruento exſudauerint:* Et lib. de partibus animalium: *Iam* (inquit) *nonnullis accidit, vt cruentum quoddam excrementum ſudarent propter vitiatum corporis habitum, ſcilicet, cum corpus laxum, fluxumque eſſet, ſanguiſque præ cruditate humeſceret, imbecillitate caloris, qui exiguis venulis incluſus concoquere non poſſet.* Hæc Ariſtot. Albertus Magnus ait, ſudorem ſanguineum prouenire poſſe ex abundantia ſanguinis, vel ex eius aquoſitate, & Galenus lib. de vtiliſſ. relaxation. ſcribit, quod quãdo pori ſunt nimis dilatati, ſudãt ſanguinem, ſubſcribit eiſdem Cælius Rhodighinus lib. 5. lect. antiq. c. 2. Diuus etiam Auguſtinus ait: *Ipſe ſum expertus, ſudare hominem ſolere cum vellet.* Quem locum exponens Ludouicus Viues ſcribit, quod compreſſo ſpiritu, & ſtragulis opertus ſudabat, cum volebat. & medici ſcribunt accidere, vt icti à ſerpente, cuius nomen a fluxu ſanguinis dicitur Hæmorrhoos, ſanguinem ſudent. Sæpe item contigit, vt experientia compertum eſt, deficiente ſemine in viro, loco illius excuti ſanguinem, & in femina deficiente lacte ſuccedere ſanguinem. Quibus omnibus conſonat illud Prouerbiorum; *Qui vehementer emungit elicit ſanguinem.* Immo grauiſſimi Doctores teſtantur, quod cũ femina quædã defunctum virum intenſe defleret, & deficerent lacrymæ, ſanguinis guttas per oculos emiſit. Duplex tandem ratio eidem ſententiæ opitulari videtur. Prima, quia ſi ille ſanguis miraculoſe fuiſſet emiſſus, non fuiſſet ſignum certum, & euidens maximi angoris, & triſtitiæ interioris, quæ animam Chriſti premebat, quia per miraculum etiam poterat cum minima afflictione, immo & ſine vlla emitti. Secunda, quia ſicut naturale eſt, cum quis publicam ignominiam patitur, faciem eius rubore ſuffundi, ſanguine ad anteriores partes defluente; ita etiam naturale eſt, ex vehemẽti ineuitabilis ignominiæ apprehenſione eandẽ ruboris perpeti paſſionem. Cum ergo Chriſtus ſumma qua pollebat mentis viuacitate futuras ignominias, & præcipue omnimodam ſui corporis nuditatem coram vniuerſo populo apprehenderet, tanto rubore & verecundia affectus fuit, vt ſanguis per poros extra deflueret, & non ſolum in faciem, ſed per totum corpus diffunderetur, quia totum nudandum erat, & ideo natura ruboris veſte illud operire ſollicite curauit.

Iuſtin. Martyr dialog. cõtra Trypho. & lib. 4 contra hæres. c. 32. Athanaſ. li. 4 de Beati tud. filij Dei. Epiphan. in Anchorat. D. Auguſt lib. 4. de conſen. Euang. cap. 5. D. Hieronym. lib. 1. de Traditionibus Hebræis. Irenæus lib. 4 contra hæreſ. cap. 32. & cap. 69. Dionyſius c. 4. de cæl. hierar. Amon. Alexand. in harmonia Euangeliorum. Caiet. super c. 22. Lucæ. Ioan. 1.

Ariſt. lib. 1. de hiſt. animalium c. 19. circa medium.

D. Aug. lib. 14. de ciuitate Dei c. 24. poſt medium.

Prouerb. 30.

Epiſcop. Conimbricen. in Math. Salmeron tom. 10. tractat 13.

Verũ tãetſi hæc quandã præſeferre videantur veritatis ſpeciem, ab ea tamen longe abeſſe puto. Primo, quia eſt expreſſe contra D. Hilarium 10. de Trinitate, vbi ait: *Sudorem vero nemo infirmitati audebit deputare, quia dum & contra naturam eſt ſudare ſanguinem, neque infirmitas eſt, quod poteſtas non ſecundum naturæ conſuetudinem geſſit.* Similia verba habet Beda in Lucam, & alij multi Patres. Secundo, quia licet male affecti, ſeu morbo aliquo laborantes ſudorem aliquem rubrum emiſerint, vt teſtatur Ariſtoteles de hiſtor. animalium; inauditum tamen eſt quempiam ob pauorem mortis verum ſanguinem ſudaſſe, ſed vt plurimum vna nocte incanuiſſe, ob imminens ſequenti die mortis ſupplicium. Quod ſi, vt moderni quidam tradunt, verum eſt, ſe vidiſſe quendam audita mortis ſententia continuo ſanguinem ſudaſſe, vel ſanguis non erat ille, ſed aqueus ſudor aliqualiter cruentatus, vel ſi ve-

Hilar. 10. de trinit.

Beda in Lucam lib. 6 tom. 5.

Ariſt. lib. 1 de hiſt. Animalium.

ſi verus ſanguis erat, fuit in modiciſſima quantitate, Chriſti tñ ſanguis in terram decurrẽs copioſiſſimus fuit. Tertio, quia timor & pauor, quibus tunc anima Chriſti grauiter angebatur, non emittunt ſanguinem foras, ſed potius ad cor attrahunt, prouidente natura, potiori membro in huiuſmodi preſſura conſtituto ſubueniri. Cũ ergo videamus, quod tempore, quo natura ſanguinem retrahit, foras illum per ſudorem expulerit, manifeſtum eſt id opus fuiſſe ſupra naturam, & non abſque ſtupendo miraculo, vt verbis Ianſenij vtar. Nec iuuat reſpondere, amorem viciſſe timorem, & cor inflammaſſe, & impediſſe prædictum timoris effectum: nam licet verum ſit, amorem Chriſti præualuiſſe quantum ad conformationem cum volntate Patris ſecundum portionem ſuperiorem: inferiorem tamen propria pati permiſit. vnde cum timor ſanguinem gelare ſoleat, vt obſeruauit Incognitus in illa verba: Poſuiſti firmamentum eius formidinem, aperte efficitur, emanationem illius miraculoſam fuiſſe, non naturalem. Quarto, quia licet gratis daremus, vt naturaliter fieri poſſet, quempiam ſubtilem aliquem ſanguinem per poros emittere per modum ſudoris, neutiquam tamen abſque miraculo fieri poteſt, vt quis emitteret per prædictos poros craſſas guttas, & craſſiori ſanguine concretas, cuiuſmodi fuerunt, quas Chriſtus Dominus emiſit decurrentes in terram. Vbi enim noſtra vulgata habet; *Guttæ sanguinis* Græcus interpres legit *grumi sanguinis*. Quam lectionem ſequitur Euthymius. Alij vertũt cum Irenæo globos ſanguinis. Cum ergo ſudare craſſos, & congelatos globos ſanguinis, ſuper vim & facultatẽ naturæ ſit, eo quod per exiguos poros non niſi tenuiſſimus liquor naturaliter effluere poſſit, aperte efficitur ſanguineum illum ſudorem tametſi quoad ſubſtantiam naturalem, quo ad modum emiſſionis ſupernaturalem fuiſſe. Vnde Nicolaus de Lyra ſuper Lucam ait: *Supernaturaliter factum eſt, vt ſanguis præ ſudore exiret*. Ac tandem, quia emanatio ſudoris vel proueniebat in Chriſto ex ſanguine indigeſto, & impuro, vel ex abundantia ſanguinis, aut alia ſimili corporis intemperie; & hoc non, quia Chriſto inerat temperatiſſima cõplexio, & in potu & cibo ſobrietas ſumma: vel proueniebat ex vi ſummæ triſtitiæ & angoris, & ſic naturaliter non poterat ſanguis per ſudorem emanare, cum natura tunc potius ſanguinem retineat ad fouendum cor afflictum, vnde tñ abeſt illã emiſſionẽ ſanguinis, ſi fuit miraculoſa, non fuiſſe indiciũ triſtitiæ Chriſti Domini, vt potius ſit argumentum, illam nulla conſolatione fuiſſe permiſtam, nam foras erũpente ſanguine, qui ad fouendum & conſolandum cor intus naturaliter permanere debuerat, naturali illo ſolamine priuatum manſit. Vnde, quamuis per naturam euenire poſſit alieni, ſanguineum ſudorem emittere, vt præcitati Philoſophi teſtantur: id tamen neutiquam concedunt, niſi in male ſe habentibus. Chriſtus autem Dominus rectè valebat, atque ideo in illo non poterat naturalis eſſe illa ſanguinei ſudoris emanatio. Illud autem, quod de rubore verecundiæ ex aliorum ſententia obijciebam, etſi aures demulceat, veritate tamen caret. Nam rubor ex verecundia ſolum erumpere conſueuit ad partes diſcopertas, non ad latentes, quæ quia abſconditæ ſunt, verecundiam, aut confuſionem pati non poſſunt, cũ ergo ſanguis in Chriſto Domino per totum corpus effluxerit, & non ſolum per faciem, quæ eſt propria ſedes ruboris verecundiæ, manifeſte efficitur, ſanguineum illum ſudorem, ad propaſſionem verecundiæ, quæ vere fuit in Chriſto, vt per Dauidem ipſe prædixerat: *Et verecundia mea contra me eſt*, minime referri poſſe.

Maldonatus ſuper Euangel.

Ianſen. in Concord. Euang.

Lyra ſuper c.22. Lucæ.

Sed iam de hoc mirifico ſudore, quod Dominus dignabitur impertiri, ſubijciamus. Et quidem in primis id mirabile eſt, quod *primus Adam de terra terrenus*, & inobediens ſolo ſudore vultus ſui iubetur veſci pane ſuo: *In sudore vultus tui veſceris pane tuo.* Noſter autem, *Secundus Adam de cælo cæleſtis*, qui peccatum non nouit, vt omnium peccata deleret, non ſolum vultu ſuo, ſed toto corpore ſanguineum ſudorem emittit. Sacerdotes olim apud Ezechielem, cum ingrederentur portas atrij interioris, & miniſtrarent, præcipiebat Dominus, vt non accingerentur ita ſtricte, ac violenter, & fortiter, vt ſudarent: *Et non accingerentur* (ait) *in sudore*. At noſter Ieſus ſummus Sacerdos, & Pontifex in interiori atrio ſuæ orationis, & ad portas futuræ paſſionis deueniens, ita ſtricte, ita fortiter, & valide ſe accinxit, vt non leuiter, ſed copioſe, non quocunque ſudore, ſed ſanguineo, non vna parte corporis, ſed toto corpore anxius, & quaſi vino amoris incaleſcens deſudauerit. *Contritum eſt cor meum in medio mei* (ait per Hier.) *contremuerunt omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus à vino à facie Domini, &c.* Arbitror Iacob, cum proximus morti erat, & filios vocans dixit: *Congregamini vt annuntiem vobis quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis*, cruentum hunc Chriſti ſudorem præſignaſſe. Cum enim ad Iudam perueniſſet, qui Chriſti de tribu Iuda typum gerebat, inter alia quæ de illo prædixit, hæc verba protulit: *Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum*. vinũ hoc ſanguis Chriſti eſt, quod Zacharias, *vinum germinãs virgines*, appellarat. Lauauit Chriſtus hoc vino ſtolam corporis ſui, ſanguineũ ſudorem emittens, nec tamen corpus ſolum, ſed pallium, quia ſudore ſanguinis decurrentis in terram, vt loquitur D. Lucas, veſtimentum eius madefactum fuit. Vocat autem ſanguinem vuæ cruentum illum ſudorem, quia Chriſtus botrus ille erat, de quo ſponſa in Canticis: *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*: vel certe botrus ex terra promiſſionis ab exploratoribus allatus, qui præ nimio dolore quaſi in torculari compreſſus ſanguineum liquorem emiſit. Atque hinc anſam ſumamus ad varia reſeranda ſacramenta, quæ in ſudore hoc & eius cauſis deliteſcunt. Exiſtimo enim, vt ſupra innuebam, ardentem amorem Chriſti huius cruenti ſudoris cau-

1. Cor. 15.

Geneſ. 3.

2. Cor. 5.

Ezech. 44.

Hierem. 23.

Gen. 49.

Ibidem.

Zachar. 9.

D. Luc. 22.

Cant. 1.

ſam

Digitized by Google

ſam extitiſſe: nam licet naturaliter ſanguis, quando animus horret, & pauet, ad cor fouẽdum ſollicitus properet, ardens tamen Chriſti amor foras illum miſit, vt ſolatio deſtituto eius corde vehementius pro nobis angeretur: vnde ſicut Pellicanus roſtro ſeipſum ferit, vt pro ſanandis filijs veneneſi ſerpentis morſu ictis ſanguinem eliciat; ita ſane Chriſtus Dominus ſalutis noſtræ auidiſſimus, & præ amoris magnitudine quaſi dilationis in profundẽdo ſanguine impatiẽs, iuxta illud: *Baptiſmo habeo baptizari* (ſcilicet ſanguinis) *& quomodo coarctor donec veniat?* Luc. 12. ante flagellorum, ſpinarum, & clauorum vulnera cunctos ſui corporis poros aperuit, & ſanguineum ſudorem eduxit, quo, tanquã precioſiſſimo balſamo, noſtris omnium vulneribus mederetur. Et ſicut vas muſto plenum præ nimio calore ebulliens laguneulas diſrumpit, vt ait Iob; Iob 32. ita cor Chriſti præ nimio amoris calore efferuens totum corpus diſrumpens, ſanguineum ſudorem emiſit. Et quamuis omnis Chriſti ſanguis immẽſi valoris ſit, iſte certe, qui non inciſa eius carne per flagella, non transfixione capitis per ſpinas, nullo manuum, aut pedum foramine facto per clauos, nulla lateris apertione per lanceam effluxit, ſingulari precio, & honore a nobis habendus eſt, ad eum certe modum, quo, licet myrrha, quæ per inciſionẽ arboris defluit, precioſa valde ſit, illa tamẽ, quæ vltro decidit (ſicut & balſamum ſponte cadens magis odoriferum eſt) tanquam myrrha prima, & electiſſima charior habetur. Atque ad id alludere videtur illud Eccleſiaſtici: *Quaſi Libanus non inciſus vaporaui*, Eccleſ. 24. cum abſque inciſione aliqua ſanguinem decurrentem in terrã effuderit. Addo etiam, quod ſicut ex vino, ſuppoſito igne, quinta, quã vocant, eſſentia ſingulari virtute prædita tenui, ac ſubtili diſtillatione per anguſtiſſimum orificium effluit; ita ex vino ſanguinis Chriſti, ad cuius potum ipſe nos inuitat, *bibite, & inebriamini chariſſimi*, Cant. 5. vi ardentis amoris, velut quinta quædam eſſentia cruentus ſudor per anguſtiſſima pororum foramina defluxit. Secunda certiſſime cauſa huius ſudoris fuit odium ſummum, quo in vniuerſa hominum peccata, quæ tunc viuaciſſima apprehenſione cognouit, incanduit, & infremuit. Vt enim antiquitus mos erat apud Hebræos, audita contra Deũ execrãda aliqua blaſphemia, præ eximio diuini honoris zelo propria ſcindere veſtimenta; ita ingenti blaſphemiarum et aliorum peccatorum in Chriſtum irruente caterua, intenſe adeo illa execratus eſt, vt veſtimentum corporis per tot diſrumperet partes, quot pororum foramina aperuit, per quæ ſacer ille cruor in terram decideret. Certe cum peccatum horridus ſerpens ſit, vnde Eccleſiaſt. dixit: *Quaſi à facie colubri fuge peccatum*, innumeris peccatis in Chriſtum irruẽtibus, haud difficile erit conijcere, innumeros ſerpentes eius viſcera contorſiſſe. Refert Plinius quendam Africæ ſerpentem in deſertis eius inueniri, immanem adeo, ac veneficum, vt ſi aliquem mordeat, totum eius ſanguinem adeo commoueat, & volutet, vt per mille partes corpus diſrumpi faciat. Si ergo vnius ſerpentis morſus ita ſanguinẽ extorquet, quidni facient innumeri ſerpentum, hoc eſt peccatorum morſus, qui tanto crudeliores ſerpentibus Africæ ſunt, quanto præ illis peſtilentius eſt peccati venenum. Me miſerum, ego peccaui, & peccatorum dolor torquet viſcera Saluatoris: *vidi eos qui ſeminant dolorem*, dixit Eliphaa amicus Iob c. 4. *& metunt illos, flante Deo periiſſe*; Iob cap. 4. quaſi diceret, conſideraui peccatores, & vidi illos peccando ſeminare dolores, & ſic dolores metere. digna quidem retributio, & debitus fructus ſemini tali. Sicut enim ex tritico triticũ, & ſicut ex hordeo hordeũ. &c. ſic ex peccato oritur dolor. Merito ergo qui ſeminant dolores, metunt illos: ſed hac ratione peccatores, qui ſeminant dolores, deberent illos metere. Quomodo ergo Chriſtus Dominus metit illos? Quid dicam Domine Ieſu, niſi quod tu alias Apoſtolis dixiſti? Ioan. 4. *In hoc eſt verbum verum, quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt, qui metit, & vos in labores eorum introiſtis.* Ioann. 4. Tertia fuit, vehemens memoria acerbæ, & ignominioſæ mortis, quam perpeſſurus erat. Si enim Rex Ezechias ſententia mortis, 4. Reg. 20. quam Deus tulerat contra illum, audita, *conuertẽs faciẽ ſuã ad parietem fleuit fletu magno*, & licet in lectulo, & amicis circundatum moriturum ſe videret, doluit adeo: quid quæſo doloris concepiſſe Chriſtum putabimus, inter tot hoſtes conſtitutum, audita Patris ſententia de acerbiſſima crucis morte ſuſtinenda? huius ergo memoria ſanguineum ſudorem ab eo extorſit. Vnde Egeſippus Apoſtolorum diſcipulus refert, Egeſipp. apud Lorinum in Theat. quod rigatione ſanguinis ex corpore Chriſti in horto decidentis arbor erupit, cuius ſingula folia hanc habebant inſcriptionem. *O mors, quam amara eſt memoria tua.* Hinc D. Anſelmus hanc cauſam perpendens dixit: D. Anſel. in ſpec. Euangeliorum. *anguſtias cordis tui dulciſſimi indicabat ſudor ille ſanguineus, qui orationis tempore de ſanctiſſima carne tua in terram guttatim decurrebat.* Et Beda: *O dulciſſime*, inquit, *Domine Ieſu, quanta fuit paſſionis tuæ acerbitas iam exhibitæ, cuius adhuc abſentis diſtincta apprehenſio ita naturam terrendo concuſſerat, vt ſudare ſanguinem cogeretur? aſſiſtat hic deuota anima, & paſſionis colligat faſciculos, in quos, ne pereant, precioſas guttas ſuſcipiat, & rubicundum dilecti ſui corpus fletu abluat, & gratiarum actione tergat.* Beda ſerm. de Paſſ. Hæc ille. Ex quibus elicere licet, Chriſtum Dominum bis ſingula tormenta, & mortem ipſam pertuliſſe, ſemel apprehenſione, & iterum re ipſa; ſemel in horto, & iterum in monte Caluariæ.

Verum poſtquam iam de multiplici huius ſudoris cauſa, à qua, quæ ad efficientem reducitur, nonnihil diſſeruimus; de cauſa, propter quã, quæ ad finalem reuocatur, aliquid (ſi placet) dicamus. Sancti Patres quaſdam non prætermittendas cauſas docte ac pie tradũt. D. Bernardus Dominica in Ramis ait, D. Bernard. ſerm. in Dominica Palmarum. non ſolum oculis, ſed quaſi omnibus membris fleuiſſe videtur, vt totum corpus eius, quod eſt Eccleſia, lacrymis totius corporis ſui purgaret. Lacrymæ autem iſtæ ſanguineæ ex intenſo adeo noſtrorum peccato-

Iuſtin. Martyr in Dialog. contra Trypho. Pſ. 21.

Vrum dolore emanarunt, vt Iuſtinus Martyr Dialogo contra Tryphonem verba illa Dauidis: *Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea: factum eſt cor meum velut cera liqueſcens in medio ventris mei*, impleta fuiſſe dicat in monte Oliueti, cum *factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.*

Beda lib. 6. in Lucam.

Beda ſuper Lucã aliam cauſam his verbis aſſignat: *Per irrigatã ſacratãque eius ſanguine terram nobis aperte eſt declaratum, quod effectum iam ſuæ precis obtineret, vt fidem videlicet diſcipulorum, quam terrena adhuc fragilitas arguebat, ſuo ſanguine purgaret: & quidquid illa ſcandali de eius morte pertuliſſet, hoc ipſum totum moriendo deleret: immo vniuerſum late terrarum orbem peccatis mortuum, ſua morte rurſus cæleſtem ſuſcitaret ad vitam.*

Lib. ſent. in D. Aug. ſen. 64.

Adde quod D. Auguſtinus: *Orans*, ait, *cum ſudore ſanguineo Ieſus Chriſtus, ſignificabat de toto corpore, quod eſt Eccleſia, emanaturas Martyrum paſſiones.*

His Patrum cauſis apponamus & nos alias.

Plin. de naturali hiſt.

Narrat Plinius de naturali hiſtoria, prodigioſã pluuiã ſanguinis, diuinitus immittenda flagella portendere, vt aruſpices interpretati ſunt. Cum ergo ex cęlo corporis Chriſti ſanguineam pluuiam in terram deſcendere videamus, facile erit conijcere, ſuperna flagella in Chriſtum Dominum fore mittẽda, iuxta illud quod ipſe prædixerat:

Luc. 18.

flagellabitur, & cõſpuetur. Cõmunis eſt Aſtrologorum ſententia, quã experientia comprobat, ſanguineum cometam in cælo apparentem, mortis alicuius Principis certũ eſſe præſagium: ſanguineus igitur iſte Chriſti ſudor mihi ſane Primogeniti Dei mortem portendit.

Exod. 7. Exod. 11.

Vt enim olim poſtquam Aegypti aquæ in ſanguinem cõuerſæ ſunt, primogenitorum mors ſecuta eſt; ita ſane poſt ſanguineum hunc ſudorem primogeniti Filij abſque dubio mors acerba ſecuta eſt. Quare, vt Chriſtus Dominus certum aliquod futuræ ſuæ mortis indicium, ac ſignum præberet, copioſum nunc ſanguinem ſudare voluit. Præterea ſicut humanus ſudor criſis eſſe ſolet, & argumentum medicis, quod natura totis ſuis viribus cõtra humorem peccantem luctetur, & vincat illum; ita nobis ſanguineus iſte Chriſti ſudor criſis, & indicium eſſe debet noſtri morbi diſcedentis, & leonis inimici victi, & expulſi ab innocentiſſimo Agno, iuxta illud:

Ioan. 12.

Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ad hæc voluit Chriſtus Dominus ſanguineo ſuo ſudore terram irrigare, vt nobis ſignificaret, iam felix illud tempus aduenisse, quo maledictio illa terræ:

Gen. 3.

Maledicta terra in opere tuo, penitus fuganda, & abolenda erat: fugauit autem illam, faciens inauditam commutationem, ſpinas ſcilicet, quas germinauerat, ſibi aſſumens, & ſanguinẽ ſuum pro eis ſuper illã profundens; adeo vt non immerito dixerit D. Leo Papa:

Leo PP. ſermone 3. de Paſſ.

Commutatione mirabili inierat cõmercium ſalutare, noſtra accipiens, & ſua tribuens.

Eam etiam rationem ſilentio non præteribo, quod Chriſtus Dominus ſudore iſto, & agonia ſe nobis tenerũ, & delicatũ ad edendum exhibeat. Vt enim ceruus, aut vitulus hinc & inde agitatur, vt caro gratior guſtui, & ſuauior, ac tenerior reddatur; ita ipſe agitari voluit, non ſolum à Iudæis, tanquam rabidis canibus, ſed etiam ab aculeis internæ triſtitiæ, vt nobis hæc pro ſalute noſtra patientem conſiderantibus, dulcior, ſuauior, & amabilior redderetur.

Beda in Lucam cap. 22.

Tandẽ Beda in Lucam de hoc pertractans ſudore, vſque ad terram ait *decurriſſe*, vt ſignificaretur, virtute eius terrenos etiam homines abluendos fore. Væ autem animæ illi, quæ cum multis peccatorum maculis ſit inquinata, hoc ſanguineo ſudore renuit lauari. Audiet ſine dubio hunc ſanguinis Sponſum dicentem ſibi illud Ezechielis:

Ezech. 24.

Nimio labore ſudatum eſt, & non exiuit nimia rubigo eius, neque per ignem: immunditia tua execrabilis eſt, quia mundare te volui, & non es mundata à ſordibus.

D. Anſelm.

Quid ergo ſtas ò anima, ait D. Anſelmus, *accurre, ſuauiſſimas illas guttas lambe noli dormire cum Petro, ne merearis audire ſic, non potuiſti vna hora vigilare mecum?* Hæc ille. Prouerbium Latinum ait: *Gutta cauat lapidem non bis ſed ſæpe cadendo*: & tamen cũ tot in te Chriſti ſanguinis guttæ ceciderint, nihil boni à te ob tuam obſtinationem extorquere potuerunt. indicium ſane apertum, te lapidibus eſſe duriorem, cum & Chriſtus (vt refert Beda in Lucam)

Beda in Lucam.

ex vehementia internæ afflictionis ſudans ita genua fixerit, vt veſtigia eorum in lapide remanſerint.

Chro. Fenel.

Illud autem, quod quidam referunt, peracto ſudore Chriſtum Dominum ad fluuium Cedron diuertiſſe, vt ſe à ſanguine abſtergeret, & lauaret, incertum eſt.

Homilia Sexta.

Marc. 14. Ioan. 18.

De captura Chriſti Domini; & illis, quæ in ea interceſſerunt, in illa verba: Venit Iudas Iſcariotes, vnus de duodecim, & cum eo turba multa, cum gladijs, & lignis miſſi à Principibus Sacerdotum. Et in illa alia: Cohors autem, & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum.

SACRO in pectore Chriſti feruens adeo ſe morti pro nobis tradendi deſiderium erat, vt obuiam hoſtibus ire deſiderans, diſcipulos his verbis inuitarit: *Surgite eamus, ecce qui me tradet prope eſt.* Super quę verba D. Chryſoſt. ait:

D. Chryſoſt. in Matth.

Vndique ipſos erudit, non neceſſitatis, nec infirmitatis hanc rem fuiſſe, ſed diſpenſationis cuiuſdã inæſtimabilis ſacramẽti. præſciebat enim eos vẽturos, nec ſolũ nõ fugit, verũ etiã obuiam iuit. *Cũ venerũt ad eũ vt raperent, & facerent regem*, vt ait Ioannes,

Ioan. 6.

aufugit in deſertum; nunc vero, cum in crucem eum ſuſpenſuri adue-

aduenium, non ſolum latebras non quærit, ſed ſponte ſe illis comprehendendum obijcit. Diſſimiliter ſane primus, & ſecundus Adam ſe geſſerunt, ille in horto Pradiſi, iſte in horto Gethſemani; & Adam audiens tunc vocem Gen. 3. diuinæ iuſtitiæ, *abſcondit ſe*: Ieſua autem vocem humanæ iuſtitiæ præſentiens palam ſe manifeſtauit. Ecce impletum, quod prædixerat Iſa- Iſa. 42. ias: *Dominus ſicut fortis egredietur, ſicut vir prælia tor ſuſcitabit zelum, & ſuper inimicos ſuos confortabitur*. Quibus verbia non pa- Iob 39. rum conſonant illa Iobi: *Exultat audacter & obuiam pergit armatis, contemnit pauorem, nec* Idem 31. *cedit gladio*. Et illa alia eiuſdem Iobi: *Si expaui ad multitudinem nimiam, & deſpectio propinquorum terruit me, & non magis tacui, neque egreßus ſum oſtium*. Vt enim egregie annotauit D. Gre- Greg. li. 22. Moral. c. 12. gorius: *Ipſe ad multitudinem nimiam non expauit, qui perſecutores ſuos, cum gladijs, & fuſtibus venientes, vno tantum reſponſione percuſſit, dicens: Ego ſum. Ipſum deſpectio propinquarum non terruit, qui nos ab æternis ſupplicijs liberans, palmas in facie æquanimiter accepit. Ipſe tacuit, & oſtium egreſſus non eſt, qui ſub ipſa iam hora paſſionis, cum humanitatis infirma pateretur, diuinitatis potentiam exercere noluit. Mediatori quippe Dei, & hominum, quaſi egredi oſtium fuiſſet, ſi cum teneretur, vt homo, maieſtatis ſuæ potentiam voluiſſet oſtendere, & per diuinitatis magnitudinem ſuſceptæ carnis infirma tranſire*.

Refert D. Marcus, Iudam, magna turba eum comitante, ad Chriſti comprehenſionem veniſſe, quam *cohortem* vocat D. Ioannes: conſtat autem cohors vel trecentis viris, vt do- Rupert. li. 13 in Ioann. in princ. eet Rupertus, vel, vt Calliſto Placentino placet, mille ſuper centum quinque, idque Diuo Calliſt. Placent. de paſſ. Ioanni magis conſentaneum videtur, cum ipſe ducem illius cohortis Tribunum appel- Ioan. 16. Mar. 14. let. Tribunus autem mille vt minimum militibus præficiebatur. Hanc cohortem habebat Pilatus in Hieruſalem pro ſui capitis, & Principatus tutela, & ſecuritate, & ad compeſcendos ſeditioſos, & populares motus. Erat autem cohors peditum, ſicut turma equitum. De hac cohorte dicitur: *Congregauerunt ad eum* Matth. 19. Act. 17. *vniuerſam cohortem*: & in Actis fit mentio Veget. lib. 2 de re milit. c. 7. *cohortis Auguſtæ*. Quia teſte Vegetio libro de re militari, in vna legione plures erant cohortes; quarum prima & numero, & præſtantia militum antecellebat reliquas, & geſtabat in vexillo aquilam. Cohors diuidebatur in centurias, & in manipulos, obediebatque miles in exercitu ſuo Centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus Legato, hic Conſuli, ſiue Imperatori. His ergo omnibus dederat Iudas Ioan. 16. Mar. 14. ſignum, dicens: *Quemcumque oſculatus fuero, tenete eum, & ducite caute*. Id quod eo proculdubio fecit cõſilio, ne vel vnus Apoſtolorum loco eius caperetur, vt Iacobus Minor, qui ei ſimillimus fuiſſe traditur; vel ne Chriſtus ſeipſum magicis artibus transformando, & varias formas aſſumẽ Origenes. Hieron. do (vt poſt Orig. docet Hieron.) elaberetur è manibus eorum: vel denique propter Romanos, qui ignorare poterant, quem eſſent capturi. Etſi enim eorum animus eſſet capere Ieſum cum omnibus diſcipulis; tamen quia difficile erat omnes comprehendere, ſi ſe in fugam conuertiſſent, volebant Ieſum præcipuum magiſtrum eorum noſſe, quem præcipue capere, & in fuga ſequi deberent: nam Ieſu non capto, irrita, & caſſa reddita fuiſſent eorum conſilia. & ſubiungit: *Et ducite caute*: id eſt, eo capto exacta cuſtodia vtimini, quia alias ſæpe euaſerat illorum manus, vt quando *tranſiens per medium illorum ibat*, & Luc. 4. quando *abſcondit ſe, & exiuit de templo*. Vnde ſi- Ioan. 8. gnificare voluit proditor, Chriſtũ artibus vſum magicis alias euaſiſſe. Iubet ergo, vt ſint oculati, & cauti, ne eum amittant, & ipſe promiſſa fraudetur mercede.

Deinde accedens perfidus Iudas, auſus eſt inuerecunde ſatis, & perfricta fronte Chriſtum oſculari, dicens: *aue Rabbi*. Et vt teſtatur beata Brigitta in ſuis reuelationibus, cum Iudas eſſet S. Brigit. lib. 4. reuel. c. 69 breuioris ſtaturæ, Chriſtus Dominus ſe inclinauit ad oſculum eius ſuſcipiendum. D. Auguſtinus Aug. ſerm. 121. hoc execrandum oſculum perpendens, exclamat, dicens: *O ſignum ſacrilegum? O placitum fugiendum, vbi ab oſculo incipitur bellum, & per pacis indicium, pacis rumpitur ſacramentum!* Et in alio ſermone conuerſus ad impium Iudam, dicit: *Offi-* Idem ſerm. 117. *cio ſanguinem fundis, pro pignore amoris vulnus infligis, pacis argumento mortem immittis, ſeruus Dominum tradis, diſcipulus Magiſtrum prodis*. Propterea de hoc Iudæ ſigno hypocriſi pleno dicitur in Pſalmo: *Homo pacis meæ, in qua ſperaui, qui* Pſal. 40. *edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem*. Hominem pacis vocat ironice, aut per antiphraſim, qui per pacem didicit facere bellum. Bellum inquam inſidiarum, quod prædixerat Hieremias: *In ore ſuo pacem cum amico loqui-* Hier. 9. *tur, & occulte ponit ei inſidias*. Vnde & quaſi rem inauditam, & omni dolo, ac fallacia plenam Chriſtus admirans, dicebat ei: *Iuda oſculo Filium hominis tradis?* Hoc eſt (vt D. Ambroſ. mirabili- Ambroſius. ter loquitur ſuper Pſal. 39.) *Venenum infundis oſculo, quo gratia charitatis infunditur? Oſcula, quæ ſacra pacis inſigne eſt? Oſculo, quo amicitia fida firmatur? Oſculo, quo fides ſancta ſignatur? Hoc ergo oſculo tradis periculo, quem propter oſculi commercium venerari deberes? Et tradis Filium hominis homo, qui propter hominum ſalutem deſcendit de cælo? Filium hominis tradis, qui te ex peccatore Apoſtolum fecit? Filium hominis tradis, qui venit, vt in ſanguine ſuo omnium peccata dilueret? Ego oſculum non nego; ipſe videris qui violaueris oſculi ſanctitatem. An non legiſti, quod vtiliora ſunt vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimici?*

Hæc proditoria oſculatio præfigurata fuit in Ioab, qui Abner, & Amaſan proditionis oſculo interfecit, vt habes in ſecundo Regum volumine, 2. Reg. 2. Idem 20. vbi cum Ioab dixiſſet Amaſæ: *Salue mi frater*, tenuit manu dextra mentum Amaſæ, quaſi oſculans eum, & ſic percuſſit eum in latere, & effudit inteſtina eius in terram. Fuit etiam prænuntiata hæc traditio per Dauidẽ Pſal. 40. cum ait: *Ete-* Pſalm. 40. *nim homo pacis meæ* (id eſt, qui verbis, & geſtis pa

cem ſe mecum habere ſimulabat) *in quo ſperaui*, (id eſt, in quo merito debui ſperare, ac ſi fuiſſet ſeruus fidelis, ac prudens) *qui edebat panes meos* (id eſt qui in gradu Apoſtolatus de eleemoſynis, quę mihi dabãtur a populo in alimoniã, viuebat) *magnificauit ſuper me ſupplantationem* (id eſt more belluæ blande tractatæ, ac ſaturatæ recalcitrauit in Dominum, & iniquam proditionem eſt machinatus.) Per hoc autem oſculum, & amplexum, quem Ieſus ſponte ſuſcepit, obtinuit ab æterno Patre, vt animas noſtras, etſi olim peccatrices, brachijs charitatis amplexaretur, & oſculo vero pacis, & reconciliationis oſcularetur, & ſalutis verba, id eſt Euangelium illis communicaret.

Habet tamen neſcio quid latentis myſterij hoc ſignum, quod Iudas proditor dedit comprehenſoribus Chriſti, inquiẽs: *Ipſe eſt, tenete eum, & ducite caute.* Quod ſignum ſi ſpirituali ſenſu ad nos referamus, quibus incumbit Ieſum quęrere, atque comprehendere (ſicut Paulus ad Philippenſes ſcribit: *Ad Phil. 3.* *Sequor autem ſi quo modo comprehendã, in quo, & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu.* Et ad Corinth. inquit: *1. Cor. 9.* *Sic currite, vt comprehendatis*) profecto velut alter Caiphas prophetauit, neſciens quid diceret, & ſignum dedit nobis, quo Chriſtum cognoſcamus, & ad ſalutem animarum noſtrarum comprehẽdamus. Neceſſe enim eſt quærentibus Chriſtum tenere eum, & capere vinculis ardentiſſimæ charitatis, ſicut Sponſa dicebat: *Cant. 3.* *Quæſiui quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam*, inquit. Quoniam oportet etiã, poſtquam tenuerimus Chriſtum, caute illum ducere, ne forte propter peccata noſtra aut ſe abſcondat, aut effugiat a nobis, & nos deſerens, ad alios ſe conferat: *Apoc. 3.* *Tene* (inquit) *quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.*

Cum autem Chriſtus Dominus armatam cohortẽ contra ſe concitatam videret, dixit: *quem quæritis?* ipſis autem dicentibus: *Ieſum Nazarenum*, continuo ipſe reſpondens: *Ego ſum*, ſe illis manifeſtauit: nõ enim antea illum cognouerant. *Cyrill. lib. 9 ſup. Ioann. Orig. tract. 35. in Mat.* Nam, vt tradunt Cyrillus, & Orig. diuina virtute impediti fuerant, ne illum agnoſcerent, vt inde euidentius conſtaret, ſe non inuitum, ſed ſponte ſua in manus inimicorum incidiſſe, quibus ſe occultare poterat ſi libuiſſet. Excæcauit igitur Deus illos, ſicut olim Sodomitas Geneſis 19. *Gen. 19.* qui per totam noctem non potuerũt oſtium domus Loth inuenire: vel ſicut latrunculos ad comprehenſionem Eliſei miſſos, 4. Reg. 6. *4. Reg. 6.* qui cum eo loquentes, eum non cognouerunt, quouſque ab eo orante aperti ſunt oculi eorum. Audito autem verbo illo, *Ego ſum*, ſtatim retrorſum conciderunt omnes in terram, poterantque non immerito vſurpare illud Iob: *Iob 26.* *Cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit magnitudinem tonitrui eius intueri?* Communis eſt Patrum ſẽtẽtia, quã præcipue tradũt D. Cyril. Athanaſ. *Cyrillus. Athan. Leo Papa, & alij.* Leo Papa, & alij permulti, Chriſtum Dominum à pũcto natiuitatis, vſq. ad mortẽ opera diuinitatis, & humanitatis ita inter ſe permiſcuiſſe, atq. conciliaſſe, vt vtriuſque manifeſtiſſime omnium oculis paterent indicia, & clariſſima argumenta. Natus eſt, vt homo paruulus, & plorans, ſed vt Deus ab Angelis adoratur; *Iſa. 9. Heb. 5. Luc. 10. Matth. 2. Luc. 2. Matth 3.* circumciditur, vt homo, ſed nomen *Ieſus* illi imponitur, quod Saluatorem ſignificat; fugit in Aegyptum vt homo, ſed vt Deus cũ primum ingreditur, Aegypti idola concidere fecit; *Idem 4.* præſentatur vt homo in templo, ſed ibi tanquam Deus à Simeone, & Anna recognoſcitur, & diuinis canticis honoratur; baptizatur in Iordane vt homo, ſed tunc Patris vox intonuit, Filium Dei naturalem illum atteſtantis; eſurit in deſerto vt homo, ſed virtute diuinitatis per quadraginta dies abſque cibo, & potu corpus ſuſtinet; *Ibidem.* tentatur ibidem à Diabolo vt homo, ſed ecce Angeli tanquam legitimo ſuo Domino miniſtrabant ei; nunc triſtatur, pauet, & ſudat vt homo, in horto, ſed ibidem potentiam diuinitatis ſuæ palam facit vnico verbo, *Ego ſum*, armatos duces, & milites in terram proſternens. Ad quod ſane alludens per Iſaiam prædixerat: *Iſai. 52.* *Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipſe, qui loquebar, ecce adſum.*

Sed verba illa, *Ego ſum*, ſacramentis plena parumper perpendamus: & quidem in primis eum illis auditis, non valuerint hoſtes conſiſtere, ſed tabeſcentes, & quaſi exanimes ceciderint. Dicamus ante omnia, adumbratum fuiſſe caſum iſtum in Heli (1. Reg. 14.) *1. Reg. 14.* qui audita captura Arcæ cecidit retrorſum; & in Ionathę facie, quæ fecit cadere multos Philiſtęos; & in Sãpſone (Iudicum 15.) *Iud. 15.* qui mãdibula aſini proſtrauit mille; & in Sangad, qui vomere ſexcentos homines interfecit; & in Elia, & Eliſeo, qui ignem de cælo deſcẽdere, & plures deuorare, & vrſos in pueros quoſdam inuadere, ſacra narrante Scriptura, ſolo verbo effecerunt, id ipſum adũbratũ eſt. Caſus autem iſte aperte manifeſtauit Chriſti diuinitatem, ante cuius conſpectum Pſalmiſta pronuntiarat iniuſtos non permanſuros: *Pſal. 5.* *Nec permanebunt* inquit, *iniuſti ante oculos tuos.* Vnde ipſi ſoli vere competit dicere, *Ego ſum*, hoc eſt, ego ſum, qui habeo eſſe per eſſentiam, ceteri per participationem; *Ego ſum*, cuius eſſe eſt independens ab alio, & quod ceteri mẽdicatum habent, & dependens à me. *Ego ſum*, in quo formaliter, vel eminenter eſt omne eſſe, in reliquis non niſi vnum, vel aliud eſſe, non omnia ſimul. Atque hinc eſt, quod indicaturus Deus nomen proprium Moyſi, dixit ei: *Exod. 3.* *Ego ſum, qui ſum: ſic dices filijs Iſrael, qui eſt miſit me ad vos.* Quæ autem miranda, & ſtupenda miracula patrata fuerunt in virtute huius vocis, *Ego ſum*, cui recte adaptari poteſt illud Dauid; *Pſal. 51* *dedit voci ſuæ vocem virtutis*, breui oratione comprehendi non poteſt: *Exod. 7. 8. 9. 10.* hac enim Moyſes ſerpentes, & cyniphes produxit, aquas in ſanguinem conuertit, tenebris denſiſſimis aerem repleuit, *Idem 17.* duram petram percuſſit, & loco ignis ſcaturientem aquam ab ea extorſit; *Idem 14.* Mare rubrum diuiſit, vt populus Dei ſicco pede tranſiret; Pharaonem, & exercitum eius ſubmerſit in mari; hac voce nauigantes Diſcipulos, ingentique terrore percuſſos confortauit, proferens: *Ego ſum, nolite timere*; *Luc. 24. Ioan. 4.* hac voce Samaritanam, & totam Samariam

riā ad ſe conuertit: *Ego ſum*, dicēs, *qui loquor tecum.* hac voce Saulum à Chriſtianorum perſecutione reuocauit, & gentium prædicatorem effecit: *Ego ſum Ieſus Nazarenus quē tu perſequeris.* hac voce peccata delet: *Ego ſū qui deleo iniquitates tuas propter me.* hac tandem voce nunc in horto armatos hoſtes inermis proſternit, quod mirabilem eius potentiam aperte ſatis patefacit. Nec enim vſquam aut Cyrus, Cæſar, Annibal, Pompeius, aut Magnus ille Alexander, à facie cuius ſiluit terra, imperij tātum habuerunt, vt vnico verbo, ſicut Chriſtus, hoſtes in terram proſternerent: veluti enim à vehemēti vēto exaduerſo flāte, ita à voce Chriſti, *Ego ſum*, dicentis, retro acti ſupini vna cum ſuo duce Iuda ceciderunt, non valentes in conſpectu eius ſubſiſtere; impletumque eſt tunc in eis, quod apud Prophetam dicitur in perſona Chriſti: *Conuertantur retrorſum, & confundantur cogitantes mihi mala.* Conuenienter autem ſupini, & non in faciem proni corruerūt hoſtes Chriſti, ſed retrorſum in tergū. In faciem enim iacere pronum ſupplicum eſt, & orantium vnde & Chriſtus paulo ante in ſua oratione *procidit ſuper terram in faciem ſuam.* Retrorſum autem cadere eorum eſt, qui à fortiore contra ſe veniente deijciuntur, & ſuperantur. Et alioqui nō ſine myſterio id accidit, ſed ſignificatum eſt, Iudæos retrorſum à Deo iam alienatos fuiſſe, ſicut de eis Dominus cōqueritur per Iſaiā, & propterea, quod præſentem Dominum agnoſcere non voluerūt, magis, magiſq. retrorſum caſuros, iuxta illud eiuſdē: *Vt vadant, & cadant retrorſum, & illaqueentur, & capiantur.* Frequenter enim in Scripturis, *retrorſum cadere*, tribuitur impijs: *cadere in faciem*, electis. cuius myſticam rationem pulchre explicauit Diuus Gregorius in Ezechielem, ſic ſcribens: *Quærendum nobis eſt, cur Ezechiel & Paulus in faciem cadunt, & de aſcenſore equi, id eſt, de eo, qui in huius mundi gloria elatus eſt, dicitur: Vt cadat aſcenſor eius retro. Rurſumque de perſecutoribus Domini ſcriptum eſt: Abierūt retrorſū, & ceciderūt in terrā. Quid eſt hoc, quod electi in faciē, & reprobi retrorſū cadunt, niſi quod omnis, qui poſt ſe cadit, ibi proculdubio cadit vbi nō videt: qui vero ante ſe ceciderit, ibi cadit vbi videt? Iniqui ergo, quia in inuiſibilibus cadūt, poſt ſe cadere dicuntur, quia ibi corruunt, vbi, quid eos tunc ſequatur, modo videre non poſſunt. Iuſti vero, quia in iſtis viſibilibus ſemetipſos ſponte deijciunt, vt in inuiſibilibus erigantur, quaſi in faciem cadunt, quia timore compuncti videntes humiliantur.* Similia habet lib. 31. Moralium: *In faciem* (inquit) *cadere eſt in hac vita ſuas vnumquemque culpas agnoſcere, eaſque pœnitendo deflere; retro vero, quo non videtur cadere, eſt ex hac vita repente decedere, & ad quæ ſupplicia ducatur ignorare.* Hæc ille. Quæ autem fuerit in hoſtibus Chriſti ratio tanti pauoris, & terroris, vt in terram omnes conciderint, non eſt vna Patrū ſententia. Nā D. Greg. in Iob putat ea vehementia verborū Chriſti prouenisse. D. autē Hier. in illa verba Pſal. *Precioſus forma præ filijs hominum*, ait prædictum pauorem, & terrorem ex quodā ingenti ſplendore vultus Chriſti proceſſiſſe. Ne tamen ab horum Patrum ſententijs recedamus, vtrunque ſimul dici poſſe arbitror, & quod ex fortitudine verborum Chriſti, & eximio vultus fulgore prouenerit, ad eū certe modū, quo cū ſcinditur nubes, & tonitru magnū proſilit, ſolet nos deterrere tā tonitrui ſtrepitu, quā fulguris ſplēdore. Sane Chriſtus Dominus in ſacris litteris *nubes* appellari conſueuit, vt patet apud Ezechielem, & Iſaiam. In hac nube latebat fulgentiſſimus diuinitatis ignis. Volens igitur aliquod ſuæ deitatis indicium tunc præbere, tantam in vocis tonitruo efficaciam, ac tam ſingularem in facie fulgorem oſtendit, vt continuo inimici, ſono, & ſplendore perterriti ſupini ceciderint. O milites Hieruſalem, vbinam fortitudo veſtra? vbi armorum præſidium? vbi impetus, quo ducebamini in Ieſum? o Iudas, vbi ſunt promiſſa tua: *Ego eum vobis tradam*? Vbi ſymbolum, quod ſpopondiſti? vbinam ſtratagema, à te decretum? ſurge ſi potes, & adimple promiſſum. Sed quid hæc altius perpendens D. Auguſtinus dixerit audiamus: *Vbi nunc*, ait, *militum cohors, & miniſtri Principum, & Phariſæorum? vbi terror, & munimen armorum? nempe vna vox dicentis: Ego ſum, tantam turbā odijs ferocem, teliſque terribilem nullo telo percuſſit, repulit, ſtrauit. Deus enim latebat in carne, & ſempiternus Deus ita membris occultabatur humanis, vt laternis, & facibus quæreretur occidendus a tenebris. Ego eum inquit, & impios deijcit, quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit?*

Acto. 9.
Iſaiæ 3.
Pſal. 54.
Matt. 26.
Iſaia 2.
Idem 28.
Greg. ho. 9. in Ezech.
Geneſ. 49.
Greg. in Moral. lib. 31. c. 18.
Idem in Iob.
Hier. in ep. ad Principiam verſus verba illa: Precioſus forma. ps. 44
Ezech. 1. Iſaia 10.
Aug. tract. 112. in Io.

Ceterum iam ad percuſſionem Petri accedamus, in qua pleraque obſeruatione digna reperiemus. D. Ioannes referens illam ait: *Simon Petrus habens gladium eduxit eū, & percuſſit Pontificis ſeruū, & abſcidit auriculā eius dextrā.* Gladio vtebatur tunc Petrus, quia, vel eo opus fuerat ad diuidendū agnum in cœna, vt ait Chryſoſt. vel quia, teſte Cyrillo, cum ad hortum diuerteret, non tantū neceſſe erat præcidere ramos, qui ſæpe ingreſſū impedire ſolēt. Lyranus teſtatur, quod quia piſcator erat, ad retia tigillis figēda vel reſarciēda gladiū habebat, vel, vt alijs placet, illū geſtare ſolitus erat in quotidianos vſus. Poſtquā ergo dominus hoſtibus in terrā proſtratis, vt ſe poſſēt erigere, facultatem dedit, cum inter aggreſſores ad capiendum Chriſtum adeſſet quidam Caiphæ ſeruus, qui audacius, & præ ceteris inuerecundius manus in Chriſtum inijcere tentaſſet, Petrus id ægre ferens, euaginauit gladium, quod iuſta Dei permiſſione factum arbitror non ſolum; vt Chriſto auriculam ei poſtea reſtituente eius potentia pariter, & benignitas hoſtibus ipſis innoteſceret; ſed quia cum commune ſit apud pleraſque nationes, valdeque vſitatum, ac familiare ſupplicij genus latronibus aures amputare, Malchuſq. cū reliquis illius cohortis militibus in hortū introijſſet Getſemani, vt deprædaretur precioſiſſimam vitæ arborem, Chriſtū ſcilicet dominum, *ſecus decurſus aquarum*, in medio Paradiſi Eccleſiæ plantatum: hinc eſt, iuſte Deum permiſiſſe auriculā illi, velut infami la-

Ioan. 18.
Chryſ. hom. 84. in Matt.
Cyril. lib. 11. in Ioan c. 31.
Lyranus.
Card. Tolet. ſup. c. 18. Io.
Pſal. 1.

troni abſcindi. Dicamus etiam Petrũ percuſsiſſe auriculã Malchi, quia Exodi 21. *cautum erat, vt ſeruus, qui anno libertatis à ſeruitute liberari negligeret, perpetuæ ſeruituti maneret addictus,* in cuius ſignum auricula eius perforabatur. Super quem locum Nicolaus de Lyra ait: *Hæc pœna, & verecundia fit ei, eo quod non vult vti libertate à Deo ſibi dato, & perforatur auris magis, quam aliæ partes, quia per illam intellexit, vel intelligere debuit legem de libertate.* Cum ergo Chriſtus Dominus liberare veniſſet populum illum Hebræum, & ipſe hanc libertatem neglexiſſet, meruit perpetuæ ſeruituti mancipari, & in ſignum eius auriculam huius iniqui miniſtri abſcindi. Notanter autem putauerim D. Ioannem ſcripſiſſe, auriculam illam fuiſſe dextram, vt ſic indicaret lethale vulnus infligere voluiſſe Petrum; ſi enim auriculam, & non caput amputare intendiſſet, læuam abſcidiſſet: nam ea reſpondet dexteræ percutientis. at dum dextram amputat (vt ingenioſe annotauit Chryſoſt.) caput acriter percutiendum, aut certe amputandum inuaſiſſe indicat, eo tamen vulnus hoc diuertente auricula dextra abſciſſa eſt.

Exod. 21.
Nicol. de Lyra ſup. c. 21. Exodi.
Chryſ. ho. 83

Illud autem noſſe hoc loco multi deſiderant, peccauerit ne Petrus in hac percuſſione. Moderniores doctores frequenter video in affirmantem propendere partem. Primo propter D. Auguſtinum, qui contra Fauſtum ait, Petrum non bene vſum fuiſſe gladio: *quia Dominus* (inquit) *iuſſerat, vt ferrũ diſcipuli eius ferrent, ſed non iuſſerat, vt ferirent*: & poſtea ait non minus peccaſſe quam Moyſen, quando percuſſit Aegyptiũ; *vterque enim non deteſtabili immanitate, ſed emendabili animoſitate iuſtitiæ regulam exceſſit.* Conſentit D. Bonauentura ſuper caput 22. Lucę, vbi ait: *Laudatur zelus, ſed non laudatur opus.* Secundo, quia Chriſtus Dominus increpauit percuſſionem Petri, dicens: *conuerte gladium tuum in vaginã: omnes enim, qui arreperint gladium, gladio peribunt*, hoc eſt, digni ſunt, vt gladio perimantur: quod neceſſario intelligendum eſt de iniuſte gladium vtentibus. Ergo verba Chriſti præſupponunt non abſque peccato fuiſſe percuſſionem Petri, vtpote, quod propria auctoritate vſus gladio fuerit. Tertio, quia Petrus bene nouerat diuinam ordinationem eſſe, vt Chriſtus pateretur, & iniquorum manibus trãderetur: ipſi enim prædixerat: *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? quomodo ergo implebuntur ſcripturæ?* quaſi diceret, poſtquam definitum eſt a Patre, vt per paſſionem redimam genus humanum, non debuiſſes tantum bonum impedire, alias quomodo implebuntur ſcripturæ, quia ſic oportet fieri? cum tamen neceſſe ſit impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſis, Prophetis, & Pſalmis de me, vt Prophetæ veſtri fideles inueniãtur, & iota vnum, aut vnus apex non prætereat. Atque hinc eſt, quod cum Petrus Chriſto prænuncianti paſſionem ſuam dixiſſet: *abſit a te Domine*, grauiter ab eo reprehenſus audiuit, *vade poſt me Satan, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea, quæ hominum.* Ergo vere Petrus impediens paſſionem Chriſti per percuſſionem illam, fecit contra Dei ordinationem, & voluntatem ſibi cognitam, & quantum eſt ex ſe, re ipſa tentauit futilia, & vana reddere Prophetarum oracula. Quarto, fuit peccaminoſa hæc percuſſio Petri, nam vel credebat Chriſtum eſſe vere Deum, vel non: ſi hoc ſecundum, defecit in fide; ſi primum, ergo putare debebat, quod non erat Chriſto opus ſua defenſione, vnde ille obiecit ei: *An non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum?* ac ſi dicat, non egeo auxilio duodecim Apoſtolorum, qui poſſum habere duodecim legiones Angelorum. Conſtat autem quæuis legio teſte Diuo Hieronymo, ſex millibus militum, non equitũ, vt putauit Theophylactus, ſed peditum, cum parte aliqua equitatus; vel ſecundum alios legio cõtinebat ſex millia ſexcenta ſexaginta, & ſex milites. attendeque quantum robur ſit exercitus integram legionem Angelorum continentis, ſi vnus dũtaxat Angelus interfecit vna nocte centũ octoginta quinque millia virorũ, vt quarti Regum ſacra narrat hiſtoria. Quinto, quia illa percuſſio Petri non fuit defenſio iuſta, ſed temeraria quædam aggreſſio, & iræ impetus, aut vindicta. Cum enim impoſſibile eſſet ei a tot armatis militibus vno mucrone Chriſtum defendere, in primis ſe expoſuit periculo mortis, intẽpeſtiue valde occaſionem præbens Iudæis, vt acrius in Chriſtum, & diſcipulos eius ſæuirent. Vltimo, quia etſi petierit a Chriſto facultatem percutiendi, dicens: *Domine ſi percutimus in gladio*: non tamen expectauit præ impatientia reſponſum eius, ad eum certe modum, quo caro impetu quodam irruens in vitia, non expectat iudicium rationis, & voluntatem Domini.

Auguſt. lib. 22. contra Fauſt. c. 70.
Exod. 2.
D. Bonau. in Lucam c. 22
Matth. 26.
Matth. 26.
Luca vlt.
Matth. 16.
Matth. 26.
Hieron. in Matth. c. 26. Theoph. in Matth. 26.
4. Reg. 19.

Verum licet hæc omnia quandam probabilitatem præ ſe ferre videantur, eaque moderniores Doctores vnanimi conſenſu amplectantur; in contrarium tamen video antiquos Eccleſiæ Patres, quorum ſententiæ diſſentire nulla ratione poſſum. In primis enim D. Ambroſ. in Lucam ait: *Petrus eruditus in lege promptus affectu, qui ſciret Phinea reputatum ad iuſtitiam, quod ſacrilegos peremiſſet, percuſſit principis ſeruum.* & infra: *Tollit ergo Petrus aurem: quare Petrus? quia ipſe eſt qui accepit claues regni cælorum: ille enim condemnat, qui abſoluit, quoniam idem & ligandi, & ſoluendi accepit poteſtatem.* Leo Papa in ſermone de Paſſione: *Dominus* (inquit) *zelantis Apoſtoli pium motum progredi vltra non patitur; vnde ſequitur, conuerte gladium tuum in vaginã: non increpauit tanquam malum, ſed quia non elegit melius.* D. Chryſoſtomus: *Quis hic vnus, qui auriculam amputauit? Ioannes ait fuiſſe Petrum, eius namque feruore dignum fuit facinus.* Et infra ſuper Ioannem in hũc modum loquitur: *Quod ſi dixeris, cui præcepit, vt alapam inferat, homicidam agit, & maxime cum non vlciſci præcipiatur, verum non ſe, ſed Magiſtrum vltus eſt.* Et homil. 85. in Matth. *Tu* (inquit) *diſcipuli amorem pium, & humilitatem conſidera.* Alterum enim, id eſt, ferire Malchum, ex di-

D. Ambroſ. in c. 22. Luc.
D. Leo Papa & refert catena. D. Th.
D. Chryſ. ſuper Mat 27.

Cyril. in Io. lib. 11. c. 35.

ex diligēdi feruore, alterum, id eſt, reponere gladium in vaginam, ex obedientia feceras. D. Cyrillus ſuper Ioannem: *Intentio (inquit) Petri, qui gladium aduerſus hoſtes accepit à mandato legali, non fuit aliena; pedem enim pro pede, & manum pro manu, & vulnus pro vulnere abſque culpa referre iubebat. Quid autem aliud facere volebant, qui cum armis in Chriſtum irruebant, quam illa, ad quæ depellenda, vel vitæ pericula erant ſubeunda?* Quod autem fuſtibus, atque gladijs armati erant, ipſe Saluator manifeſtauit (*tanquam ad latronem cum fuſtibus, & armis exiſtis comprehendere me*) *non fuit ergo contra legem Petrus commotus; Chriſtus autem, qui venit, vt ſupra legem nos doceret, motum huiuſcemodi, quamuis ſecundum legem fuerit, repreſſit, quaſi longe à perfecta virtute conſtitutum.* D. Auguſtinus, licet alibi oppoſitum ſenſerit, in quæſtionibus tamen veteris, & noui Teſtamenti hæc ſcribit: *Quantum pertinet ad Petrum, percuſſit eum, quem contra ſe armatum videbat: reſiſtere enim debuit ingratis ſeruis, & ad Dominum necandum armatis.* Vbi obiter obſeruandum, quod cum capitur Chriſtus, educit gladium Petrus, & percutit, non autem quando ipſe captus eſt Romæ, & ductus ad crucem: docens certe Dei & Chriſti iniurias acriter vindicandas, proprias autem patientia, & manſuetudine eſſe ſuſtinendas. Idem etiam D. Aug. q. 104. ponderat, Chriſtum non dixiſſe Petro propter percuſſionem factam, qui acceperit gladium, gladio peribit, ſed ne iterum percuteret: *permiſſum enim ei erat, vt dolorem faceret, non vt occideret.* Et lib. de Agone Chriſtiano: *Petrus (inquit) non ſuperbia, ſed quamuis carnali, tamen amore Domini hoc fecit.* Chriſtianus Druthumarus, vt habetur in bibliotheca SS. Patrum: *Petrus (ait) hoc fecit eodem ardore fidei, qua & cetera. Placuit autem Domino ita fieri, vt omnes cognoſcerent, quod ipſe nollet ſe defendere.* Ac tandem Cardinalis Bellarminus poſtquā retulerat tanquam errorem Magdeburgenſium, quod diceret Petrum contra Chriſti interdictum, & Dei conſilium gladio vſum, temerarioque, & impio conatu miniſtri Pontificis auriculam amputaſſe, ſic ait: *Blaſphemum eſt, quod dicunt Magdeburgenſes, Petrum impio conatu id feciſſe, & violenter impedire voluiſſe Dei conſilium; non enim ex odio contra conſilium Dei, ſed ex amore in Magiſtrum ſuum defenſionem illam parabat.* Ratione etiam hanc Patrum ſententiam in hunc modum corroboro, quia illa Petri percuſſio non temeraria, ſed fide & fiducia Chriſti inſignis fuit. Sicut enim innitens virtuti Domini dicentis, vt mitteret rete in mare, ipſe dixit: *Tota nocte laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete, & magnam piſcium capturam fecit;* ita etiam fidē, ac fiduciā habens in verbis Chriſti: *Qui non habet, vendat tunicā ſuam, & emat gladiū;* vel in illis: *Sinite hos abire;* putauit ſe aduerſus totam militū cohortē, quantumcunque armatā poſſe illum defendere. Vnde recte & ingenioſe Theophylactus dixit: *Cum Petrus vidiſſet Dominum proſtrauiſſe illos, & impletus eſſet fiducia propter vocem Domini, dicentis: Sinite hos abire, exiſtimauit, quod tunc eſſet tempus vindictæ, extractoque gladio percuſſit ſeruum.* His conſonant verba D. Chryſoſtomi in cap. 18. Ioannis, dicentis: *Petrus hac voce, & his, quæ iam facta viderat, fretus, contra irruentes armatur.* Deinde, quia licita eſt innocentis defenſio, vt habetur Prouerbiorum 14. Ergo cum Chriſtus Dominus eſſet innocentiſſimus, iuſte potuit illum defendere Petrus, maxime, quod illi ſatis videbatur vſus gladij eſſe conceſſus ex eo, quod Chriſtus Apoſtolis prædixerat: *qui non habet vendat tunicam ſuam, & emat gladium;* & ex eo etiam, quod interrogantibus illis: *ſi percutimus in gladio,* & Chriſto tacente, taciturnitatem arripuit pro cōſenſu, vt recte annotauit D. Auguſtinus, quia *qui tacet conſentire videtur.* Ad extremum, licet daremus factum Petri non fuiſſe licitum materialiter, non tamen formaliter, quia tanto feruore, ac tam ardenti ſui Magiſtri amore accenſus fuit, vt moraliter loquendo non potuiſſet conſiderare omnes, & ſingulas circumſtantias, quæ in illo negotio perpendendæ erant. Vnde D. Hieronymus, quidquid ſit de facto Petri, eius ſemper perſonam ſaluat, ait enim *Malchum percuſſiſſe eodem mentis ardore, quo cetera faciebat.* & ſuper caput 14. Matthæi: *In omnibus (inquit) locis ardentiſſimæ fidei inuenitur Petrus: volentem ad paſſionem pergere prohibet: & licet erret in ſenſu, non tamen errat in affectu, nolens eum mori, quem Filium Dei fuerat paulo ante confeſſus.* Vult ergo D. Hieronymus in his omnibus materialiter dumtaxat fuiſſe peccatum, id eſt, erratum quoddam, ſed abſque vlla Petri culpa propter rectam eius intentionem. Vnde Gloſſa interlinearis ſuper Lucam prædictam intentionis rectitudinem perpendens, comparat Petrum Phinees, qui ex zelo ſancto occidit Hebræum coeuntem cum muliere Madianitide, propter quod meruit ſummum ſacerdotium. Atque ex his omnibus facile euaneſcunt omnia ſupra obiecta aduerſus hanc SS. Patrum ſentētiam. Quare autem milites armati, ad vleiſcendas iniurias alioquin parati ſſimi, vt moris eſt, non irruerunt in Petrum, & grauiter illum vulnerarunt, aut vt minimum tenuerunt propter percuſſionem miniſtro Pontificis factā? Reſpondeo, quod ſicut, Theophylacto atteſtante, miraculo tribuendum eſt, quod Apoſtoli hoſtes proſtratos videntes in eos non inſurrexerint, multiſque vulneribus affecerint; ita etiam ſpeciali Dei miraculo aſcribendum eſt, quod Petrū percutientem Malchum non occiderint, vel grauiter percuſſerint. Illa enim verba Chriſti Domini: *Sinite hos abire,* virtute & imperio eius id impedierunt. Vnde egregie Euthymius ait: *Admirari quiſpiam poterit, quomodo non comprehenderint diſcipulos, ac trucidauerint propter id, quod factum eſt in ſeruum Principis ſacerdotum: ſed vere ipſa virtus, quæ eos excæcauerat, ac proſtrauerat, illa etiam tunc iram, quam de auricula amputatione conceperant, diſperſit.*

Verum iam ad Chriſtum Dominum noſtra reuertatur oratio. Tetigit auriculam Malchi, & ſanauit eam. Neſcio ſane quid potiori iure me in admirationem rapere debeat, Chriſti benigni-

tas

Marginal notes (left): *Matth. 26.* — *Ioan. 18.* — *D. Aug. lib. quæſt. vet. ac nou. Teſtamenti q. 10.* — *Idem q. 104.* — *Idem lib. de agone Chriſtiano c. 27.* — *Chriſt. Druthum. vt habetur in bibliot. SS. Patrum tom. 2. in paſſione Domini.* — *Bellar. lib. 1. de Roman. Pont. c. 28.* — *Luca 5.* — *Luca 22.* — *Theoph. vt refert. bibliotheca SS. Patrum ſer. 6. paraſce.*

Marginal notes (right): *Chryſoſt. in c. 18. Ioan.* — *Prouer. 14.* — *Aug. q. vet. & nou. Teſt. mat. q. 104.* — *D. Hier. ſuper cap. 10. Matth. & c. 14. Matth.* — *Gloſ. interl. ſup Luc. 22. Num. 25.* — *Theoph. vbi ſupra.* — *Euth. relat. in biblioth. SS. Patrum de paſſione.*

troni abſcindi. Dicamus etiam Petrũ percuſſiſſe auriculã Malchi, quia Exodi 21. *cautum erat, vt ſeruus, qui anno libertatis à ſeruitute liberari negligeret, perpetuæ ſeruituti maneret addictus, in* cuius ſignum auricula eius perforabatur. Super quem locum Nicolaus de Lyra ait: *Hæc pœna, & verecundia fit ei, eo quod non vult vti libertate à Deo ſibi data, & perforatur auris magis, quam aliæ partes, quia per illam intellexit, vel intelligere debuit legem de libertate*. Cum ergo Chriſtus Dominus liberare veniſſet populum illum Hebræum, & ipſe hanc libertatem neglexiſſet, meruit perpetuæ ſeruituti mancipari, & in ſignum eius auriculam huius iniqui miniſtri abſcindi. Notanter autem putauerim D. Ioannem ſcripſiſſe, auriculam illam fuiſſe dextram, vt ſic indicaret lethale vulnus infligere voluiſſe Petrum; ſi enim auriculam, & non caput amputare intendiſſet, læuam abſcidiſſet: nam ea reſpondet dexteræ percutientis, at dum dextram amputat (vt ingenioſe annotauit Chryſoſt.) caput acriter percutiendum, aut certe amputandum inuaſiſſe indicat, eo tamen vulnus hoc diuertente auricula dextra abſciſſa eſt.

Exod. 21.

Nicol. de Lyra ſup. c. 21. Exodi.

Chryſ. ho. 8.

Illud autem noſſe hoc loco multi deſiderant, peccauerit ne Petrus in hac percuſſione. Moderniores doctores frequenter video in affirmãtem propendere partem. Primo propter D. Auguſtinum, qui contra Fauſtum ait, Petrum non bene vſum fuiſſe gladio: *quia Dominus* (inquit) *iuſſerat, vt ferrũ diſcipuli eius ferrent, ſed non iuſſerat, vt ferirent*: & poſtea ait non minus peccaſſe quam Moyſen, quando percuſſit Aegyptiũ; *vterque enim non deteſtabili immanitate, ſed emendabili animoſitate iuſtitiæ regulam exceſsit*. Conſentit D. Bonauentura ſuper caput 22. Lucæ, vbi ait: *Laudatur zelus, ſed non laudatur opus*. Secundo, quia Chriſtus Dominus increpauit percuſſionem Petri, dicens: *conuerte gladium tuum in vaginã: omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt*, hoc eſt, digni ſunt, vt gladio perimantur: quod neceſſario intelligendum eſt de iniuſte gladium vtentibus. Ergo verba Chriſti præſupponunt non abſque peccato fuiſſe percuſſionem Petri, vtpote, quod propria auctoritate vſus gladio fuerit. Tertio, quia Petrus bene nouerat diuinam ordinationem eſſe, vt Chriſtus pateretur, & iniquorum manibus trãderetur: ipſi enim prædixerat; *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? quomodo ergo implebuntur ſcripturæ?* quaſi diceret, poſtquam definitum eſt a Patre, vt per paſſionem redimam genus humanum, non debuiſſes tantum bonum impedire, alias quomodo implebuntur ſcripturæ, quia ſic oportet fieri? cum tamen neceſſe ſit impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſis, Prophetis, & Pſalmis de me, vt Prophetæ veſtri fideles inueniãtur, & iota vnum, aut vnus apex non prætereat. Atque hinc eſt, quod cum Petrus Chriſto prænuncianti paſſionem ſuam dixiſſet: *abſit a te Domine*, grauiter ab eo reprehenſus audiuit, *vade poſt me Satan, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea, quæ hominum*. Ergo vere Petrus impediens paſſionem Chriſti per percuſſionem illam, fecit contra Dei ordinationem, & voluntatem ſibi cognitam, & quantum eſt ex ſe, re ipſa tentauit futilia, & vana reddere Prophetarum oracula. Quarto, fuit peccaminoſa hæc percuſſio Petri, nam vel credebat Chriſtum eſſe vere Deum, vel non: ſi hoc ſecundum, defecit in fide; ſi primum, ergo putare debebat, quod non erat Chriſto opus ſua defenſione, vnde ille obiecit ei: *An non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum?* ac ſi dicat, non egeo auxilio duodecim Apoſtolorum, qui poſſum habere duodecim legiones Angelorum. Conſtat autem quæuis legio teſte Diuo Hieronymo, ſex millibus militum, non equitũ, vt putauit Theophylactus, ſed peditum, cum parte aliqua equitatus; vel ſecundum alios legio cõtinebat ſex millia ſexcenta ſexaginta, & ſex milites. attendeque quantum robur ſit exercitus integram legionem Angelorum continentis, ſi vnus dũtaxat Angelus interfecit vna nocte centũ octoginta quinque millia virorũ, vt quarti Regum ſacra narrat hiſtoria. Quinto, quia illa percuſſio Petri non fuit defenſio iuſta, ſed temeraria quædam aggreſſio, & iræ impetus, aut vindicta. Cum enim impoſſibile eſſet et a tot armatis militibus vno mucrone Chriſtum defendere, in primis ſe expoſuit periculo mortis, intẽpeſtiue valde occaſionem præbens Iudæis, vt acrius in Chriſtum, & diſcipulos eius ſæuirent. Vltimo, quia etſi petierit a Chriſto facultatem percutiendi, dicens: *Domine ſi percutimus in gladio*: non tamen expectauit præ impatientia reſponſum eius, ad eum certe modum, quo caro impetu quodam irruens in vitia, non expectat iudicium rationis, & voluntatem Domini.

August. lib. 22. contra Fauſt. c. 70.

Exod. 2.

D. Bonau. in Lucam c. 22.

Matth. 26.

Matth. 26.

Luca vlt.

Matth. 16.

Matth. 26.

Hieron. in Matth. c. 26.
Theoph. in Matth. 26.

4. Reg. 19.

Verum licet hæc omnia quandam probabilitatem præ ſe ferre videantur, eaque moderniores Doctores vnanimi conſenſu amplectantur; in contrarium tamen video antiquos Eccleſiæ Patres, quorum ſententiæ diſſentire nulla ratione poſſum. In primis enim D. Ambroſ. in Lucam ait: *Petrus eruditus in lege promptus affectu, qui sciret Phinea reputatum ad iuſtitiam, quod ſacrilegos peremiſſet, percuſſit principis ſeruum*. & infra: *Tollit ergo Petrus aurem: quare Petrus? quia ipſe eſt qui accepit claues regni cælorum: ille enim condemnat, qui abſoluit, quoniam idem & ligandi, & ſoluendi accepit poteſtatem*. Leo Papa in ſermone de Paſſione: *Dominus* (inquit) *zelantis Apoſtoli pium motum progredi vltra non patitur; vnde ſequitur, conuerte gladium tuum in vaginã: non increpauit tanquam malum, ſed quia non elegit melius*. D. Chryſoſtomus: *Quis hic vnus, qui auriculam amputauit? Ioannes ait fuiſſe Petrum, eius namque feruore dignum fuit facinus*. Et infra ſuper Ioannem in hũc modum loquitur: *Quod ſi dixeris, cui præcepit, ne alapam inferat, homicidam egit, & maxime cum non vlciſci pr[...]piatur, verum non ſe, ſed Magiſtrum vltus eſt*. Et homil. 85. in Matth. *Tu* (inquit) *diſcipuli amorem pium, & humilitatem conſidera. Alterum enim, id eſt, ferire Malchum,*

D. Ambroſ. in c. 22. Luc.

D. Leo Papa & refert ca tena D. Th.

D. Chryſ. ſuper Mat 27.

ex di-

Digitized by Google

ex diligēdi feruore, alterum, id eſt, reponere gladium in vaginam, ex obedientia fecerat. D. Cyrillus ſuper Ioannem: *Intentio* (inquit) *Petri, qui gladium aduerſus hoſtes accepit à mandato legali, non fuit aliena; pedem enim pro pede, & manum pro manu, & vulnus pro vulnere abſque culpa referre iubebat. Quid autem aliud facere volebant, qui cum armis in Chriſtum irruebant, quam illa, ad quæ depellenda, vel vitæ pericula erant ſubeunda?* Quod autem fuſtibus, atque gladijs armati erant, ipſe Saluator manifeſtauit (*tanquam ad latronem cum fuſtibus, & armis exiſtis comprehendere me*) *non fuit ergo contra legem Petrus commotus; Chriſtus autem, qui venit, vt ſupra legem nos doceret, motum huiuſcemodi, quamuis ſecundum legem fuerit, repreſſit, quaſi longe à perfecta virtute conſtitutum.* D. Auguſtinus, licet alibi oppoſitum ſenſerit, in quæſtionibus tamen veteris, & noui Teſtamenti hæc ſcribit: *Quantum pertinet ad Petrum, percuſſit eum, quem contra ſe armatum videbat: reſiſtere enim debuit ingratis ſeruis, & ad Dominum necandum armatis.* Vbi obiter obſeruandum, quod cum capitur Chriſtus, educit gladium Petrus, & percutit, non autem quando ipſe captus eſt Romæ, & ductus ad crucem: docens certe Dei & Chriſti iniurias acriter vindicandas, proprias autem patientia, & manſuetudine eſſe ſuſtinendas. Idem etiam D. Aug. q. 104. ponderat, Chriſtum non dixiſſe Petro propter percuſſionem factam, qui acceperit gladium, gladio peribit, ſed ne iterum percuteret: *permiſſum enim ei erat, vt dolorem faceret, non vt occideret.* Et lib. de Agone Chriſtiano: *Petrus* (inquit) *non ſuperbia, ſed quamuis carnali, tamen amore Domini hoc fecit.* Chriſtianus Druthumarus, vt habetur in bibliotheca SS. Patrum: *Petrus* (ait) *hoc fecit eodem ardore fidei, quo & cetera. Placuit autem Domino ita fieri, vt omnes cognoſcerent, quod ipſe nollet ſe defendere.* Ac tandem Cardinalis Bellarminus poſtquā retulerat tanquam errorem Magdeburgenſium, quod dicerēt Petrum contra Chriſti interdictum, & Dei conſilium gladio vſum, temerarioque, & impio conatu miniſtri Pontificis auriculam amputaſſe, ſic ait: *Blaſphemum eſt, quod dicunt Magdeburgenſes, Petrum impio conatu id feciſſe, & violenter impedire voluiſſe Dei conſilium; non enim ex odio contra conſilium Dei, ſed ex amore in Magiſtrum ſuum defenſionem illam parabat.* Ratione etiam hanc Patrum ſententiam in hunc modum corroboro, quia illa Petri percuſſio non temeraria, ſed fide & fiducia Chriſti inſignis fuit. Sicut enim innitens virtuti Domini, dicentis, vt mitteret rete in mare, ipſe dixit: *Tota nocte laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete, & magnam piſcium capturam fecit;* ita etiam fidē, ac fiduciā habens in verbis Chriſti: *Qui non habet, vendat tunicā ſuam, & emat gladiū,* vel in illis: *Sinite hos abire;* putauit ſe aduerſus totam militū cohortēque quantumcunque armatā poſſe illum defendere. Vnde recte & ingenioſe Theophylactus dixit: *Cum Petrus vidiſſet Dominum proſtrauiſſe illos, & impletus eſſet fiducia propter vocem Domini, dicentis: Sinite hos abire, exiſtimauit, quod tunc eſſet tempus vindictæ, extractoque gladio percuſſit ſeruum.* His conſonant verba D. Chryſoſtomi in cap. 18. Ioannis, dicentis: *Petrus hac voce, & his, quæ iam facta viderat, fretus, contra irruentes armatur.* Deinde, quia licita eſt innocentis defenſio, vt habetur Prouerbiorum 14. Ergo cum Chriſtus Dominus eſſet innocentiſſimus, iuſte potuit illum defendere Petrus, maxime, quod illi ſatis videbatur vſus gladij eſſe conceſſus ex eo, quod Chriſtus Apoſtolis prædixerat: *qui non habet vendat tunicam ſuam, & emat gladium;* & ex eo etiam, quod interrogantibus illis: *ſi percutimus in gladio,* & Chriſto tacente, taciturnitatem arripuit pro cōſenſu, vt recte annotauit D. Auguſtinus, quia *qui tacet conſentire videtur.* Ad extremum, licet daremus factum Petri non fuiſſe licitum materialiter, non tamen formaliter, quia tanto feruore, ac tam ardenti ſui Magiſtri amore accenſus fuit, vt moraliter loquendo non potuiſſet conſiderare omnes, & ſingulas circumſtantias, quæ in illo negotio perpendendæ erant. Vnde D Hieronymus, quidquid ſit de facto Petri, eius ſemper perſonam ſaluat. ait enim *Malchum percuſſiſſe eadem mentis ardore, qua cetera faciebat.* & ſuper caput 14. Matthæi: *In omnibus* (inquit) *locis ardentiſſimæ fidei inuenitur Petrus: volentem ad paſſionem pergere prohibet & licet erret in ſenſu, non tamen errat in affectu, nolens eum mori quem Filium Dei fuerat paulo ante confeſſus.* Vult ergo D. Hieronymus in his omnibus materialiter dumtaxat fuiſſe peccatum, id eſt, erratum quoddam, ſed abſque vlla Petri culpa propter rectam eius intentionem. Vnde Gloſſa interlinearis ſuper Lucam prædictam intentionis rectitudinem perpendens, comparat Petrum Phinees, qui ex zelo ſancto occidit Hebræum coeuntem cum muliere Madianitide, propter quod meruit ſummum ſacerdotium. Atque ex his omnibus facile euaneſcunt omnia ſupra obiecta aduerſus hanc SS. Patrum ſentētiam. Quare autem milites armati, ad vlciſcendas iniurias alioquin paratiſſimi, vt moris eſt, non irruerunt in Petrum, & grauiter illum vulnerarunt, aut vt minimum tenuerunt propter percuſſionem miniſtro Pontificis factā? Reſpondeo, quod ſicut, Theophylacto atteſtante, miraculo tribuendum eſt, quod Apoſtoli hoſtes proſtratos videntes in eos non inſurrexerint, multiſque vulneribus affecerint; ita etiam ſpeciali Dei miraculo aſcribendum eſt, quod Petrū percutientem Malchum non occiderint, vel grauiter percuſſerint. Illa enim verba Chriſti Domini: *Sinite hos abire,* virtute & imperio eius id impedierunt. Vnde egregie Euthymius ait: *Admirari quiſpiam poterit, quomodo non comprehenderint diſcipulos, ac trucidauerint propter id, quod factum eſt in ſeruum Principis ſacerdotum: ſed vere ipſa virtus, quæ eos excæcauerat, ac proſtrauerat, illa etiam tunc iram, quam de auriculæ amputatione conceperant, diſperſit.*

Verum iam ad Chriſtum Dominum noſtra reuertatur oratio. Tetigit auriculam Malchi, & ſanauit eam. Neſcio ſane quid potiori iure me in admirationem rapere debeat, Chriſti benignitas

tas

Cyril. in Io. lib. 11. c. 35.
Matth. 26.
Ioan. 18.
D. Aug. lib. quæſt. vet. ac nou. Teſtam. mixt. q. 10.
idem q. 104.
idem lib. de agone Chriſtiano c. 27.
Chriſt. Druthum. vt habetur in bibliot. SS. Patrum tom. 2. de paſſione Domini.
Bellar. lib. 1. de Roman. Pont. c. 28.
Luca 5.
Luca 22.
Theoph. vt refert. biblioth. SS. Patrum for. 6. paraſce.
Chryſoſt. in c. 18. Ioan.
Prouer. 14.
Aug. q. vet. & nou. Teſt. mixt. q. 104.
D. Hier. ſuper cap. 10. Matth. & c. 14. Matth.
Gloſ interl. ſup Luc. 22. Num. 25.
Theoph. vbi ſupra.
Euth. relat. in biblioth. SS. Patrum de paſſione.

tas, & manſuetudo, vel obſtinata hominum voluntas ad comprehendendum Chriſtum Dominum, nonne rationi conſentaneum fuerat, vt tantæ lenitatis prodigio, ac tam ſubitæ curationis miraculo inſpecto, ad pedes eius clamantes prolaberentur? *Venite adoremus, & procidamus ante* (Pſal. 94.) *Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius.* At maiori rabie in Deum hominem inſanientes ſacrilegas manus in ſummum Sacerdotem, ſuper quem nulla erat humana poteſtas, auſu pluſquam temerario iniecerũt, tanquam infamem latronem illum comprehen- (Ioann. 22.) dentes, vt ipſe conqueſtus eſt: *Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus comprehendere me.* Quidam hoc legunt per interrogationem; alij vero melius per affirmationem. Quod recte (Hier. in Math. 26. to. 9.) explicans Hieronymus ait: *Stultum eſt eum cum gladijs, & fuſtibus quærere, qui vltro ſe tradit veſtris manibus; & in nocte quaſi latitantem, & à veſtris oculis declinantem, per proditorem inueſtigare, qui quotidie in templo docebat. Sed ideo aduerſus me in tenebris congregamini, quia poteſtas veſtra in tenebris eſt.* Hactenus ille. Oſtendit ergo eis, (Ioann. 7.) quod non ſua virtute apprehenderint eum, ſed ſicut olim non potuerunt apprehendere in Templo, ita neque nunc, niſi ipſe voluiſſet. Hanc Chriſti capturam tam in veteri, quam in nouo Teſtamento pulchrè ſatis adumbratam video; illam (Gen. 3.) enim præſignarunt primus Adam à diuina iuſtitia comprehenſus, & ex horto Paradiſi eiectus (Iud. 16.) ad varias experiendas miſerias; Sampſon, qui ſponte a Philiſtęis capi & ligari permiſit; Ioſe- (Gen. 37.) phus, qui ne adulteræ conſentiret, innocens in carcerem detruditur, & vinculis alligatur; Rex (4. Reg. 25.) Sedechias a Rege Nabuchodonoſor captus & in (Dan. 14.) Babylonem ignominioſe ductus; Daniel ab inimicis comprehenſus, & in lacũ leonum miſſus; (Idem 13.) Suſanna in horto ſuo exiſtens a presbyteris inuaſa, & ad mortem traducta; Arca Dei Philiſtęis (1. Reg. 4.) in prædam data. In hac tamen figura, vt quam apte Chriſti comprehenſio fuerit delineata detegamus, obſeruare oportebit, quod ſicut illa intra ſe continebat virgam Moyſis prodigiorũ effectricem, ita vt mare rubrum diuideret, & in illo Aegyptios ſubmergeret, Iſraelitaſque ſub dura Pharaonis ſeruitute degentes libertate donaret, & nihilominus ſe captiuum duci permiſit, latentem virgæ virtutem minime oſtendens; ita proculdubio virga omnipotentiæ in humanitate Chriſti deliteſcente, quamuis illa pro libito vti poſſet, ab eius tamen vſu ſe abſtinuit, vt daret locum iræ, & iram Patris mitigaret; in quo ſicut & in ſanando Malchum ſuæ clementiæ, & benignitatis Manna, quod etiam vetus illa Arca continebat, profudit, ſed & tabulas legis, quæ in eadem includebantur, pariter detexit, docens nobis legem talionis: *Omnes qui acceperint gladium,* (Matth. 26.) *gladio peribunt.* Atque hoc opportunum ſatis tẽpus exiſtimarim, quo Chriſtus Dominus verba (Hier. 26.) illa Hieremiæ vſurpare potuiſſet: *Ecce in manibus veſtris ſum, veruntamen ſcitote, & cognoſcite, quia ſi occideritis me, ſanguinem innocentem tradetis contra vosmetipſos, & contra ciuitatem iſtam, & habitatores eius.* Ita ſane illi euenit. Nam ſicut Sampſon moriens plures, quam viuens occidit, & ſicut Arca plura poſt captiuitatem, quam antea intulit damna; ita poſt Chriſti comprehenſionem, & mortem ſummis calamitatibus op- (Luc. 20.) preſſi, in ſummam omnium miſeriam per varias nationes diſperſi deuenerunt. Atque hæc de figuris veteris Teſtamenti. In nouo vero eandem moleſtam, ac ignominioſam Chriſti comprehenſionem videntur præſignare, heres primogenitus eiectus de vinea, vt occideretur; & homo ille, qui incidens in manus latronum, captus eſt ab eis: adeo vt non incongrue hoc loco Chriſto adaptari exiſtimauerim verba illa Lucæ: *Homo qui-* (Idem 10.) *dam deſcendit ab Hieruſalem in Hierico, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto.*

Sed iam varijs Prophetarum oraculis Chriſti Domini capturam illuſtrare properemus. (Hier. ſuper Thren. 4. 2. Paral. 35.) Hieremias illam deplorans, ait: *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus, in vmbra tua viuemus;* quem locum licet nonnulli interpretentur teſte diuo Hieronymo de Rege Ioſia ab hoſtibus capto, & occiſo: alij vero, prout refert Sixtus Senenſis, (Sixt. Sen. lib. 2. Bibl. tit. 1.) exponant de Sedechia Rege, quem Chaldæi catenis vinctum, & exoculatum, in Babylonem duxerunt: communiter tamen ſancti Patres in cõmentario huius loci de Chriſto Domino intel- (Hier. ſuper 4. Thren. 4.) ligendum putant. Vnde D. Hieronymus: *Ipſe eſt ſpiritus oris noſtri, in quo viuimus, mouemur, & ſumus, ex cuius ſapore quidquid recte ſentimus, ſapimus.* Et D. Ambroſius recitatis bis Hieremiæ (Amb. in pſ. 108. oſten. 15) verbis: *Quid hoc manifeſtius,* inquit, *quando & nomen Chriſti expreſſum eſt, & comprehenſio inter manus perſequentium perfidorum eſt declarata, & vmbra viuificans, & gratia egentibus conferenda deſcripta eſt?* Recte quidem dicit Ambroſius nomẽ Chriſti expreſſum eſſe in prędictis verbis Hieremiæ, quia licet, *Chriſtus,* nomen ſit commune Regibus in ſacra Scriptura, eo quod vnctum ſignificet, & Reges tunc oleo vngerentur; tamen in ea (1. Reg. 2. 1. Reg. 26.) nullus Regum vocatur Chriſtus Dominus, ſed Chriſtus Domini, vt vocatus fuit Saul à Dauide; vnde, vt tradunt linguæ ſanctæ periti, loco illius verbi, *Dominus,* originale Hebræum habet *Tetragrãmaton,* quod ſolius Dei nomen eſt, & D. Augu- (Aug. lib. 2. de Incarn. Verbi. to. 5.) ſtinus verſans eadem Hieremię verba: *Spiritus,* inquit, *vultus noſtri Chriſtus Dominus, cui diximus, quod in vmbra eius viuemus in gentibus.* Pro eo enim, quod ſicut vmbra corporis inſeparabilis eſt a corpore, & indeclinabiliter motus, ac geſtus corporis ſuſcipit, & gerit, puto eum animæ Chriſti opus, ac motum, qui inſeparabiliter inhærebat, & pro nutu eius, ac voluntate cuncta perpetrabat, oſtendere volentem, vmbram Domini hanc vocaſſe, in qua vmbra nos viueremus in gentibus. In huius namque aſſumptionis ſacramento gentes viuunt, quæ imitantes eam per fidem veniunt ad ſalutem. His conſonant verba (Paraphraſis Chaldaica.) Paraphraſis Chaldaicæ, dicentis: *Rex Meſſias, qui erat dilectus nobis ſicut ſpiraculum ſpiritus vitæ,*

qui

Digitized by Google

qui eſt in naribus noſtris, & erat vnctus oleo vnctionis Domini, raptus eſt in rete occiſionis ſceleratorum: de quo dicebamus, in vmbra iuſtitiæ eius viuemus inter populos. Hæc ibi. Adſtipulãtur eidem verba alia gloſſę ordinariæ, quæ ſic habent: *Spiritus oris noſtri Chriſtus bene dicitur, quia quem corde credimus, ore confitemur, corde creditur ad iuſtitiam, ore autem cõfeſſio fit ad ſalutem. Oris eſt aſpirare, & quod infuſione gratiæ recipimus, reſpirando confitemur.* Ac tandem eandem interpretationem
70. Interp. amplectuntur 70. Interpretes, dum prędictum locum vertunt in hunc modum: *Spiritus faciei noſtræ Chriſtus Dominus raptus eſt in corruptionibus noſtris.* Extat & alius inſignis locus ad capturam Chriſti elucidandam apud Iobum dicen-
Iob. 30. tem: *Diſsipauerunt itinera mea, inſidiati ſunt mihi, & non fuit qui ferret auxilium: quaſi rupto muro, & aperta ianua irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt.* Scio hunc locum ſecundum ſenſum litteralem intelligi de patientiſſimo Iob: ait enim: *Diſsipauerunt itinera mea, quia obuiam exiere inimici ad capiendos camelos per itinera aurea portantia, & alij inſidiati sũt,* quia, vt notauit Nicolaus de Lyra, *Chaldæi fecerunt tres turmas,* vnã ad rapiendum prædictos camelos, & alias duas ad præſeruandum per inſidias, ne quiſpiam eorum prædam impediret. Ac tãdem ſubdit, *quaſi rupto muro,* quia Satan per ventum vehementer *concuſſit quatuor angulos domus, & appreſſit filias, & filios eius.* At cum Iob multis vulneribus laceratus ad viuum exprimat Chriſtum in ſua paſſione, rectè ſecundum ſenſum myſticum prædicta verba ei adaptantur: *Diſſipauerunt* (enim) *itinera eius:* quia ipſi ab oratione ſurgenti obuiã egreſſi ſunt hoſtes Chriſti, *& inſidiati ſunt,* medio Iudæ oſculo, quod ſymbolum erat pacis, & amicitiæ, illum comprehendere attentantes, *& quaſi rupto* (ait) *muro, & aperta ianua irruerunt ſuper me.* quibus verbis egregia belli metaphora vtitur. Nam quando milites vrbem aliquam obſidentes muri partem diſrumpunt, ſummo furore eam aggrediuntur, & ingrediuntur, & nemini parcentes omnes occidunt, lactentem cum homine ſene; omnia diſſipant, diripiunt, ac deuaſtant: ita ſane Chriſti hoſtes in eum irruerunt, vt verba Euã-
Ioan. 18. gelliſtæ indicant, dicentis: *Cohors ergo, tribunus, & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum.* Omnes pariter obſederant Chriſtum, & à muro omnipotentiæ illius detinebantur. Cum tamen ab ipſa capi permiſſum eſt, irruerunt veluti rupto muro, quidam apprehendebant veſtes eius, alij mittebant manus in capillos capitis, alij barbæ pilos inhumaniter euellebant, alij pugnis, & alapis cędebant, ac tandẽ ira perciti, quod eos proſtrauerat retrorſum cadentes in terrã, eum proiecerunt, & conculcauerunt, vbi implerũ eſt illud,
Hier. Thren. 3. *ponet in puluere os ſuum.* Itaque omnes ſimul,
Actuum 7. prout quiſque poterat varijs iniurijs afficientes impetum fecerũt vnanimiter in eum. Sicut enim ignis diu compreſſus, nec valens erumpere, & aqua fluminis diu retenta, nec valens elabi, ſi forte detur exitus, & repreſſio diſſoluatur, vehementius erũpit, adeo, vt fortiſſima mœnia aliquando ſolo æquauerit; ita ſacrilegum deſiderium capiendi Ieſum, quo ardebant Iudæi, tot portentorum ſignis impeditum, & compreſſum, cum primum data fuit a Domino facultas, vehementiori, quam dici poſſit, impetu foras prodijt. Inuaſerunt enim in eum, vt lupi immanes; in agnum manſuetum irruperunt, vt ſcelerati latrones in paſtorem, & degeneres, ac perfidi filij in parentem: inſurrexerunt tandem veluti ingrati diſcipuli in magiſtrum; in medicum ægroti phreneſi debacchantes; in ducem infideles milites; in patronum inſidioſi clientes; in lucem clariſſimam filij tenebrarum inſanientes. Adeo, vt quia Iudas eos monuerat, dicens: *Tenete eum, & ducite caute,* quidam exiſtimauerint catena ferrea collum eius alligaſſe: quod mihi certe incredibile non eſt, cum Petrum, in quem non tantã ſæuiendi occaſionem Iudęi videbantur habere, vinxerũt catenis duabus, vt habetur in Actis Apoſtolicis, vbi etiam de Paulo dicitur: *Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & iuſſit eum alli-* Act. 12.
gari catenis duabus. Ait Iob, *deuoluti ſunt ad miſe-* Iob 30.
rias meas, alludens ad rotam, quæ celeri motu abſque interruptione deuoluitur, & vehementi impetu deorſum fertur. Ita ſane cum primum permiſſi fuere Chriſtum comprehendere, abſque vlla mora contra illum ita immaniter ſe conuerterunt, vt non immerito ſicut de Saule dictũ
eſt: *Et omne põdus belli verſum eſt in Saul,* de Chri- 1. Reg. 29.
ſto etiam in eius comprehenſione dici poſſit, omne hoſtium furoris pondus in illum fuiſſe conuerſum. Hanc eandem Chriſti comprehenſorum rabiem, ac inauditam petulantiam indicant aperte verba Dauidis, in perſona Chriſti lo-
quentis: *Circumdederunt me vituli multi: tauri pin-* Pſal. 21.
gues obſederunt me, aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens, & rugiens. Et infra: *Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me.* Quibus non diſſimilia ſunt illa alia eiuſ-
dem Dauidis: *Circumdederunt me ſicut apes.* Vo- Pſal. 117.
cat in primis Iudæos, *vitulos,* quia vt tradit Inco- Incogn. sup. pſ 21.
gnitus, *vitulus* animal eſt inſtabile, in eodem loco quieſcere nõ valẽs. ſic ipſi in fide Deo promiſſa ſtabiles nõ erant, ſed idololatriæ facile inſeruiebant; vnde poſt exitum de Aegypto beneficiorum Dei immemores vitulum conflatilem
adorauerunt, iuxta illud Pſal. *Et fecerunt vitulum* Pſal. 105.
in Oreb, & adorauerunt ſculptile. Vocat etiam Iudæos *tauros,* quia præterquam iſti ſunt indomiti, & duræ ceruicis, in quo perſimiles illis ſunt
Iudæi, quibus Stephanus dicebat: *Duri ceruice,* Act. 7.
& incircumciſi corde, quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? certe ſicut tauri ſibilis, & aculeis exagitati, & prouocati, in eos, quos comprehendunt, ſumma ferocitate ſæuiunt; ita Iudęi verbo illo Chriſti: *Ego ſum,* in terram eos proſternente irritati, crudeliter in eum irruerunt. Comparat deinde eoſdem *leonibus* rugientibus, quia ſicut iſti præ nimia fame frementes, ſi tunc agnus occurrat acrius dilacerant, ac citius deuorant; ita Iudæi ſanguinis Chriſti immaculati agni ſitientiſſimi, ac ipsũ deuorandi auidiſſimi cõtra eum frementes, ſumma immanitate compre-

hende-

henderunt, & aperientes ſuper eum os ſuum, multis contumelijs lacerarunt. Vocat etiam eos *leones*, quia vt recte obſeruauit Chriſtopolitanus Epiſcopus:

Iacob. de Valen. Chriſtopol. Epiſ. in Pſ. 21.

Sicut leo rugiens, & rapiens trahit prædam per terram, & lacerat, & laniat, ita me trahebant per terram cædendo, ſpuendo, colaphizando, & capillos euellendo in tantum, quod ſicut aqua effuſus ſum, & omnia oſſa mea diſperſa id eſt, tracta ſunt ſuper terram, quia ex nimio labore, & afflictione perfuſus ſum ſudore ſicut aqua: quia in tantum abundauit in me ſudor, quod videbar perfuſus in tota corpore, ſicut aqua madidus. Hæc ille.

Pſal. 21.

Vocat rurſum Chriſti cōprehenſores canes, præſupponens Chriſti humanitatem eſſe vaccam illam ruſam, quæ olim immolari præcipiebatur extra caſtra.

Num. 19.

Sicut enim cum vacca agitatur, canes acriter eam inuadunt, ſinguli ſingulas aures mordentes, & in eā multis latratibus inſultantes; ita illi contumeliarum vnguibus, & detractionis morſibus Chriſtum Dominum grauiter dilacerarunt. Et ideo tandem regius Vates eos apibus comparauit: *circumdederunt me ſicut apes*: nam ſicut *apes* dum alios acriter pungunt, ſe ipſas euiſcerant, & interimunt; ſic Iudæi Chriſtum perſequentes, & cōprehēdentes, ſe ipſos peremerunt. Vel appellauit eos *apes*, vt ingenioſe annotauit Incognitus:

Pſal. 117.

Incogn. ſup. Pſ. 117.

Quia ſicut apes producunt mel in fauis, non ſibi, ſed alijs; ſic Iudæi Chriſtum perſequentes mel nobis protulerunt, non ſibi, quia Chriſtum nobis gentibus fecerunt dulciſſimum, & miſericordem, non autem ſibi, quinimmo ipſum fecerunt ſibi vltorem, mediantibus Tito, & Veſpaſiano. Hæc Incognitus.

Minime autem contenti Iudæi Chriſtum Dominum capere, timentes ne fugeret, illum alligarunt, vt prædixerat Salomon: nam vbi Sapien. 2. noſtra vulgata legit: venite *circumueniamus iuſtum*, D. Cyprianus in expoſitione Symboli Apoſtolorum, & Euſebius lib. 2. cap. 23. vertunt: Venite alligemus iuſtū, vt vinciamus illum, quod ſane ignominioſius erat, quam capi.

Sap. 2.

D. Cypr. in exp. ſymb. Euſeb. lib. 2. c. 23.

Nam vt teſtatur eloquentiæ parens: *Scelus eſt vincire Ciuem Romanum.* Vnde D. Bernardus ſermone de Paſſione, ſuppreſſo nomine Alexandri Magni, refert de illo, quod cum oporteret ſagittā illi immiſſam ab eo extrahere, medici volentes eum ligare propter periculum motus, minime id Alexander permiſit, dicēs: *Non decet vinciri Regem, cum libera ſit Regis, & ſemper ſalua poteſtas.* & vt refert Mallonius de flagellat. Chriſti cap. 5.

Cic. 7. in Ver.

D. Bern. ſer. de paſſ. c. 4.

Mallonius de flagell. Chriſti c. 5.

Sereniſſimus Sebaſtianus Luſitanorum Rex vltimus, ſuperatus ab hoſte in bello, & ab eo captus, cum deponere arma iuberetur, reſpondit: Regia libertas non niſi morte amittitur: renuitque, vt animo erat inuictus, enſē hoſti tradere. Deinde ligari manus, conſentaneum eſt latronibus ſupplicium: qui enim ad aliena rapienda eas aperuerunt, & extenderunt, iuſtum eſt, vt eas ligari, & conſtringi patiantur. Chriſtus ergo Dominus, qui tanquam latro comprehenſus fuit, vt ipſe dixit: *Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus comprehendere me*, hanc latronis ignominiam ſuſtinere non recuſauit, quamuis alioquin noſſet, hoſtes eius ea etiam de cauſa inter alias eum ligare voluiſſe, ne de illo honorifice cani poſſet, quod olim de Abner: *Nequaquam, vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner. Manus tuæ ligatæ non ſunt, & pedes tui non ſunt compedibus aggrauati* Sed ô miram Chriſti dignationem, ô ſtupendam benignitatem! qui cum fortior Sampſone, facile poſſet, ſicut ille funibus ligatus, vincula ſoluere, & in hoſtes ſuos, nō ſecus, ac ille aſini mād bula in Philiſtæos irruere, tanquā agnus tamē māſuetus pro nobis immolandus ad occiſionem ligatus, ſe duci permiſit.

Ioan. 22.

2. Reg. 3.

Iud. 15.

At proh dolor non ſolum ferrea catena, & dura chorda alligatus, ſed & peccatorum noſtrorum funibus vinctus inceſſit, vt prædixerat Dauid in perſona eius: *Funes peccatorum circumplexi ſunt me.* Alligari autem voluit Chriſtus Dominus, vt eius vincula eſſent nobis alligatura ſalutis: illa enim & ſoluunt colligationes impietatis noſtræ, & laxant manum miſericordiæ Dei, quā peccata noſtra conſtrinxerant, & alligant manum diuinæ iuſtitiæ contra nos extentam, ne in miſeros nos peccatores pro meritis inuehatur. Capi tandē, & alligari ſe Dominus permittit, vt expectet nos ad pœnitentiam: nam ſi ſolutus eſſet, & amor vincula, quibus illum aſtrictum tenet, tantiſper laxaret, quomodo iuſtam de nobis omnibus vindictam non ſumeret?

Pſal. 118.

Comprehenſo iam, & vincto Chriſto Domino, D. Matthęus ait, quod *Apoſtoli relicto eo fugerunt omnes.* Videtur fugā hæc præſignata 4. Regum, vbi ſacra memorat hiſtoria, quod cum Nabuchodonoſor ad expugnādam Hieruſalē acceſſiſſet, & defenſionem vrbis ſanctæ Rex Sedechias ſuſciperet, omnes milites eius fugerunt eo ſolo relicto: *Omnes bellatores* (ait) *qui erant cum eo diſperſi ſunt, & reliquerunt eum* Prædicta etiā fuit hæc diſcipulorum fuga per Hieremiam: *Diſperſi enim ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum* Et per Zachariam: *Percute paſtorem, & diſpergentur oues.* Et per Iſaiam: *Et relinquetur ſicut vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumeraria; & relinquetur, ſicut ciuitas, quæ vaſtatur.* & alibi: *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum* Et per Iobum: *Noti mei, quaſi alieni receſſerunt a me.* Et per Pſalmiſtam: *Qui iuxta me erant de longe ſteterunt.*

Matth. 26.

4. Reg. 25.

Thren. 4.

Zach. 13.

Iſai. 1.

Idem 63.

Iob 19.

Pſalm. 37.

Quidam aſſerunt fugientes Apoſtolos non peccaſſe, quia cum audierant Chriſtum dicentem: *ſinite hos abire*, intulerunt inde voluntatem eius eſſe, vt abirent, & aufugerent. At vnanimi conſenſu video interpretes huic ſententiæ refragari, quia illis prædixerat: *omnes vos hac nocte ſcandalū in me patiemini*: hoc autē ſcandalū fugę peccatum fuit, & culpabilis turbatio: vnde nō immerito ipſe hāc videns diſcipulorum fugam, dicere potuiſſet illud Iob: *Fratres mei præterierunt me, ſicut torrens, qui raptim tranſit in conuallibus*. Originale Hebræum habet: *Fratres mei deceperunt me, ſicut torrens.* Nam ſicut, qui videt hiberno tempore torrentem aquæ vehementi impetu fluentem, exiſtimat poſtea tempore ęſtiuo aquam ibidem reperiendam, ſitibundus diuertit ad illum, deceptus tamen ne guttam ſolam inuenit: ita ſane

Iob 6.

Apo-

Apoſtoli velut fallaces amici tempore neceſſi-
tatis defecerunt, vt dixit Eccleſiaſticus: *Eſt au-*
Eccleſ. ca. 6 *tē amicus menſæ, & nō permanebit in die neceſſita-*
tis. Fallax certe, & minus habens reperta eſt o
Petre promiſſio illa tua: *Tecum paratus ſum &*
Luca 22. Matth. 26. *in carcerem, & in mortem ire: & ſi omnes ſcandali-*
zati fuerint in te, ego non ſcandalizabor. Mendax
etiam, & infirma inuenta eſt o Thoma illa alia
Ioan. 11. tua promiſſio, *eamus & nos, vt moriamur cum eo.*
Futilis tandem, & nulla apparet nunc, o Apo-
ſtoli, ſimilis alia veſtra promiſſio, de qua Mat-
Matth. 26. thęus loquens ait: *ſimiliter & omnes diſcipuli di-*
xerunt. Sed quæſo dicite, quo ſecurius confugere
poteſtis Apoſtoli, quam ad tutiſſimum Chriſti
aſylum? in memoriam reuocate verba illa, quæ
Ioan. 14. protulit ipſe: *Ego ſum, via, veritas, & vita.* Si ipſe
via, ſine ipſo errabitis protſus; ſi *veritas* eſt, ſine
ipſo in fallaces mendacij manus incidetis: ſi ip-
ſe tandem *vita*, ſine illo mortem, quam fugitis,
certiſſime inuenietis. O Chriſti oues errantes,
quomodo a paſtore veſtro receditis? quis vos à
rapaciſſimis tuebitur lupis? O milites puſillani
mes, ſiccine terga vertitis inimicis, relicto Duce
in campeſtribus, & inter agmina hoſtium con-
ſtituto? O duces exercitus Chriſtiani, quomodo
fugitis nemine perſequente? inuaſerunt hoſtes
Regem veſtrum, & non fugit, & nemo inuaſit
vos, immo nec inuadere poterant, quia prohibi-
ti erant omnipotentia eius, & fugitis omnes? Ip-
ſe poſtulat pro vobis: *Sinite hos abire*, & cum
oporteret tunc Chriſti amore ſuccenſos dicere:
ſinite hūc abire, & tenete nos, illo inſalutato ab a-
cie receſſiſtis. Ille pro vobis certans pedem fixit
in acie; & vos, pro quibus iniit certamen, ingra
ti, & infirmi fugam arripitis? O Petre in monte
Matth. 17. Thabor clamas: *Domine bonum eſt nos hic eſſe*, &
in horto cum periclitatur Chriſtus, terga ver-
tis, & recedis a Deo ſalutari tuo? O Apoſtoli,
vbi adeſt Chriſtus, timetis? *Si Deus pro vobis,*
quis contra vos? Reuera cum ipſe Chriſtus impe-
rio poteſtatis excellentiæ, quam habebat, hoſti-
Luca 22. bus præcepiſſet: *Sinite hos abire*, ſecuri debuerāt
eſſe non fore comprehendendos, certiq. omnino,
quod capto Chriſto indēnes permittendi eſſent
abire: vnde non debuerant fuga ſibi conſulere,
ſed omnino perſiſtere in cōfeſſione Chriſti fer-
uentes. Quare prædictis verbis: *Sinite hos abire*,
minime data fuit Apoſtolis a Chriſto facul
tas fugiendi, ſed prohibita, ſeu cohi-
bita militibus poteſtas eos ca-
piendi: quod aperte fugam
eorum culpabilē ma
gis reddit, cum
vbi trepi-
dandum
non erat, tre-
pidaue-
rint.

Homilia Septima.

De præſentatione Chriſti Domini ante Annam, & Caipham, ac de iniuſta alapa ei impacta, qua multis ſacra Scriptura, & Sanctorum Patrum monumentis illuſtratur, in illa verba: Vnus aſsiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu. Ioan. 18.

PLEROSQVE video recentiores in eo valde deceptos, quod putarint reſponſionem Chriſti, ob quam alapa cæſus fuit, ante Annā contigiſſe, cum reuera Ioannes non obſcure indicet, coram Caipha fuiſſe, cum referat prædictam reſponſionem datam interrogationi pontificis: Annas vero licet fuerat, non tamen erat pontifex anni illius, ſed Caiphas. Nec me latet Ioſephum de Bello Iudaico eos appellare ſolitum pōtifices, qui pontificatu functi fuerant: licet tunc pontifices non eſſent: ſicut apud nos, qui Epiſcopatui renuntiat, Epiſcopi nomen non amittit. D. autem Ioannes non nominat Annam pontificem, ſed ſocerum Caiphæ, qui illo anno pōtifex erat. Neque in contrarium huius quidquam mouere debet, quod poſt narrationem alapæ. D. Ioannes ſubijciat: *Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem*: tum quia Græca vox non habet, *miſit*, ſed miſerat; tum quia vulgata editio frequentiſſime ponit præteritum pro pluſquamperfecto, more Hebræorum, vt patet Ruth 1. & 1. Regum nono, & Matth. 26. & Marci vltimo: ergo modo in hoc loco poſuit præteritum *miſit*, pro pluſquam perfecto, miſerat, vt recte annotarunt D. Cyrillus, & Cardinalis Toletus ſuper Ioan. cap. 18. annotatione 17. Sed quare ad Annā ductus fuerit Dominus, D. Chryſoſtomus reſpondet, vt eum oſtē-tarent, & tanquā in triumphum ducerent: Cyrillus dicit, id factum, quia Annas erat auctor inſidiarum, & pecuniam proditori Iudæ promiſerat. Sed Auguſtinus ait, credendum eſt ſecundum voluntatem Caiphæ id eſſe factum, vel etiam domus eorum ita fuiſſe poſitas, vt non deberet Annas a tranſeuntibus præteriri: at Euangeliſta ſatis indicat, cur id effectum fuerit, nempe propter generum, qui erat tunc pontifex, vt quodam honore eum afficerent, remque gratam illi facerent, vinctum ad eum perducentes Dominum, quem & ipſe, & alij ſummo proſequeban-
tur

Ioſephus de bello Iudaico, lib. 2.
Ruth. 1. 1. Reg. 9. Matt. 26. Marc. vlt. 1. Reg. 9. Cyrillus, & Tolet. in Io. cap. 18.
D. Chryſoſt. homil. 28. Cyrillus lib. 11. cap. 37.
D. Auguſt. in Io. tract. 113. tom. 9.

tur odio. Conſonant his verba Euthymij dicentis: *Præ voluptate de hac re gloriabantur tanquam de trophæo conſtituto: & adduxerunt eum primum ad Annam, vt qui à Caipha eius anni pontifice quaſi pater honorabatur propter affinitatem.* Hæc ille. Graues quidam doctores moderni referunt, in torrentem Cedron fuiſſe à militibus præcipitem datum, & hodie veſtigia pedum, & funis, quo alligatus erat, in pōte, vnde proiectus dicitur, impreſſa remanſiſſe. Tradunt etiā nōnulli, adduxiſſe eum ad Annā, & Caiphā per portam Auream templo proximam, quæ alias dicitur, *Probatica*, vel ouium porta, per quam paucis ante diebus fuerat ingreſſus cum tanto triumpho, & honore palmarum, & regia illa acclamatione: *Hoſanna benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſrael*: quod augere tormenta, ac mœrorem Domini poterat. Ductus ergo primum fuit Chriſtus Dominus, ſed per tranſitum, vt ait Cyrillus, ad Annam, ad quem, cum pontifex nō eſſet, nec iudex, non pertinebat auctoritas iuridice interrogādi, & ideo ſtatim ad Caipham ligatum illum miſit, qui vt Ieſum caperet in ſermone, cœpit contumelioſis verbis de diſcipulis, & doctrina eius interrogare, vt prędixerat Sapiens: *Contumelia, & tormento interrogemus eum*; propterea etiam de illis interrogauit, vt ipſum ſeditionis ſuſcitandæ, & nouitatis alicuius moliendæ auctorem, ac regnum tyrannice affectantem conuinceret, vt annotant D. Chryſoſtomus, & Euthymius. Cum autem Euangeliſtæ certa & præfixa illius interrogationis verba non producant, non incongrue arbitrabimur ei dixiſſe: duodecim habes diſcipulos contra duodecim Patriarchas; & ſeptuaginta duos alios diſcipulos, contra totidē populi ſeniores; doctrina tua à Moyſis diſciplina multum diſſidet; de baptiſmo, & de oleo vngendis neſcio quæ confingis hucuſque inaudita; & cum ex ſtirpe Leuitica non ſis, ſacerdotis munus tibi vſurpas, & occulte doces, & angulos quæris: hæreticus ergo mihi videris, ſeductor, & nouorum dogmatum annunciator. Huic calumnioſæ pontificis obiectioni prudentiſſime reſpondens Chriſtus Dominus dixit: *Ego palam locutus ſum mundo*, quaſi diceret, *ſapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba ſua.* Itaque *Dominus reſpondit, ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil* (intellige nihil, quod contrarium ſit his, quæ in publico, & palam dicebat) *quid me interrogas? interroga eos, qui me audierunt*: quaſi dicat, ſuperfluum eſt interrogare me, cui non credes, quia mentiri, & ſeducere me arbitraris; interroga eos qui me audierūt, quibus tu facilius fidē adhibes. Hæc cum dixiſſet Chriſtus Dominus, ait Euangeliſta, *vnus aſſiſtens miniſtrorum*, cui libera, & indecora eius reſponſio viſa eſt, *dedit alapam Ieſu, dicens, ſic reſpondes pontifici?* Hunc miniſtrum fuiſſe Malchum, cuius abſciſſam auriculam diuina virtute reſtituerat Dominus, teſtatur D. Chryſoſtomus ſuper Ioannem, quod ob ſpecialem ingratitudinis circūſtantiam non potuit pręter ingentem dolorem, quem intulit, non eſſe illi valde moleſtum. Dolor autem impactæ alapæ non potuit etiam non eſſe grauiſſimus cum D. Bernardus aſſerat, miniſtri manum ferrea chirotheca armatam extitiſſe, & D. Vincentius affirmet, ex vi percuſſionis Chriſtum dominum in terram cecidiſſe, & alij referant, ex ore ſanguinem profluxiſſe, & in veneranda eius maxilla digitorum impreſſionem manſiſſe cum liuido colore, & tumore, vt alij tradunt: adeo vt non immerito ad iniqui illius miniſtri execrabilem audaciam, & deteſtandam, illud Iobianum vſurpare liceat: *Tetendit aduerſus Deū manum ſuam, & cōtra Omnipotentem roboratus eſt.* Alapam hanc ab infami ſeruo, & in faciem, partem Domini honorabiliorem inflictam, & à Prophetis prædictam, & in ſacris litteris mirifice adūbratam reperio. Sibylla Erithræa in ſuis oraculis, & Lactantius cecinerunt.

Euthym. in Ioan. 18. — *Aranda in deſcript. terræ ſanctæ. Salmerō tomo 10. tract. 39.* — *Salmerō ibidem.* — *Matth. 21. Mar. 11. & Ioan. 12.* — *Cyrillus lib. 11. cap. 1.* — *Sap. 2.* — *Chryſ. hom. 83. Euthym. ſuper Io. 18.* — *Ioan. 18.* — *Prouer. 8.* — *Io. ibid.* — *D. Chryſoſt. homil. 83. in Ioan.* — *D. Bernard. ſermone quodā de Paſſ. D. Vincentius ſerm. de Paſſione. Landulphus de vita Chriſti.* — *Iob. 15.* — *Sibylla lib. 8 oraculor. & Lactan. lib. 4. cap. 18.*

In iniquorum manus infidelium poſtea veniet.
Dabunt & alapas manibus inceſtis.

Hieremias: *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs.* Iſaias: *Corpus meum dedi percutiētibus, & genas meas vellentibus.* Iob non tam in perſona ſua, quam Chriſti: *Percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis.* Michęas: *Percutient maxillam Iudicis Iſrael.* Fuit etiam figurata in eodem Michęa, cuius faciem Sedecias percuſſit, vt adularetur Regi, dicens: *mene ergo dimiſit ſpiritus Domini, & locutus eſt tibi?*

Cauſam, ob quam impius ille miniſter alapam Chriſto Domino impegerit, non omnes eandem aſſignant. D. Cyrillus ait, propterea illam impegiſſe, vt hoc facto ſignificaret, non fuiſſe ex numero miniſtrorum, qui miſſi à pontifice ad comprehendēdū illum, admirantes redierūt, dicentes, nunquam ſic locutus eſt homo. Cardinalis Toletus hunc miniſtrum aſſerit fuiſſe ex præcipuis inter eos, qui proximi erant Chriſto, & adulari volēs pontifici, & oſtendere zelum honoris eius præ ſe ferre, non erubuit tantum ſcelus patrare. Vel forte illam arbitror fuiſſe cauſam, quod miniſter ille ægre tulit ſe allegatum fuiſſe inter eos, qui aſtabant, in teſtem doctrinæ Chriſti, cum ipſe dixiſſet pontifici, ecce hi ſciunt, quæ dixerim ego. Vt oſtenderet igitur, ſe illius doctrinæ minime velle eſſe teſtem, maxillam eius percuſſit. Ac denique id etiam fecit, vt reliquos aſtantes compeſceret, ne quis in fauorem eius atteſtari vellet.

Sed iam audiamus, quid Patres dicant, impudentiam huius percuſſionis conſiderantes: Quid hoc impudētius? ait Chryſoſtomus: *Exhorreſcat*, inquit, *cælum, & contremiſcat terra, alapis Deus percuti potuit? o Angeli, qui hæc intuemini, quomodo ſiletis? quomodo manus continere poteſtis? quomodo pro Domino veſtro non reſpondetis? An hoc ita facitis, quod attonitos vos teneat tanta inſolentia, & tanta manſuetudo, tanta peruerſitas, & tan*

Hierem. 3. — *Iſaiæ 50.* — *Iob. 16.* — *Michææ 5.* — *3. Regū 22.* — *D. Cyrillus cap. 46. in Ioannem.* — *Card. Tolet. in Ioa. cap. 18.* — *D. Chryſoſt. hom. 81. ante med. in Io. cap. 18.*

ta

B. Ephrem ſerm. de paſſione Domini.

ta patientia! Et B. Ephrem: *Qui de puluere terra hominem finxerat per gratiam, a manibus, quas ipſe formauerat, alapam accepit. Serui quidem omnes cum liberi efficiuntur, accipiunt alapam, vt morali libertate potiantur: at ipſe (o infelix) cum ſit omnium liberator, miniſtr colaphizatur. Quam putas ita pie mercedem accipere à Caipha! alapam quidem dediſti omnium Domino, ſed ſeruus ſeruorum factus es in aeternum.*

D. Aug. in tract. 113.

Et D. Auguſtinus hoc idem conſiderans, ait: *Si cogitemus quis acceperit alapam, nõne vellemus eum qui percuſſit, aut cæleſti igne conſumi, aut terra dehiscente ſorberi, aut correptum dæmonio volutari, aut alia huiuſmodi qualibet pœna, vel etiã grauiore puniri? Quid enim horum per potentiam iubere non potuiſſet, per quem factus eſt mundus, niſi patientiam nos docere voluiſſet, qua vincitur mundus?* Hæc D. Auguſtinus. Quis autem non videat, dignum fuiſſe impium hunc miniſtrum, vt creaturę omnes, quaſi ſui creatoris iniuriam vindicantes, in illum acriter inſurgerẽt? Olim terra

Num. 16.
Core, Dathan, & Abiron contra Moyſen tumul-

Exod. 14.
tuantes deglutiuit; aqua maris Pharaonem abſorpſit, & exercitum eius filios Iſrael perſequen-

Gen. 19.
tem; ignis, & ſulphur de cælo cadentes infames

4. Reg. 1.
Sodomitas cõſumpſit; quinquaginta etiam milites bis contra Eliam venientes, idem ignis diuinitus miſſus in cinerem, & fauillas cõmu-

1. Paralip. cap. 21.
tauit; aer peſte infectus ſeptuaginta millia virorum interfecit, propter vnicum Regis peccatũ;

Exod. 12.
Angelus Domini omnes Aegyptiorum primoge-

4. Reg. 19.
nitos acriter extinxit; & alius in eadem nocte centum octuaginta quinque millia hominum propter vnicam blaſphemiam interemit: vrſi duo pueros quadraginta Eliſeum illudentes, & per irriſionem: aſcende calue clamantes, ſumma

4. Reg. 2.
feritate dilacerarunt; Ananias, & Sapphira deci-

Act. 5.
pere volentes D. Petrum, ab eo ſubitanea morte mulctati ſunt. Cũ ergo omnis creatura ita parata ſit ad vlciſcẽdas ſui creatoris iniurias; qui fieri poteſt, vt ab hac vindicta tunc ſe abſtinuerit?

2. Reg. 6.
Nouimus enim Ozam, eo quod indebite tetigerit Arcam, repente interijſſe; immo, vt habetur

1. Reg. c. 6.
1. Reg. 6. eo quod vidiſſent Bethſamitæ Arcam Domini, percuſſit Dominus de populo quinquagintaviros, & quinquaginta millia plebis: hic autẽ impius miniſter myſticam Arcam omnes Dei theſauros continentem non modo vidit, & tetigit, ſed ſacrilego auſu contrectauit, & ſumma

2. Machab. 3.
iniuria affecit. Si Heliodorum, eo quod templum Dei profanaſſet, Angeli acerrime verberarunt; qui in ſacroſanctum Chriſti templum, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis, ita inſaniuit, ac irreuerenter inuaſit, vt faciem eius dira alapa percuteret, quid quæſo ſupplicij tã execrã-

3. Reg. 13.
dum flagitium non merebitur? Si rex Hieroboam, eo quod extendit manum contra quendam Prophetam, iubens illum comprehendi, continuo manus eius exaruit; quomodo ſacrilega illa manus contra Chriſtum Dominum extenſa ſubita ariditate non contabuit? Maxime quod manus illa Hieroboam manus erat Regis, hęc humilis, & abiectiſſimi ſerui; illa in faciem Prophetę, hęc in faciem Domini Prophetarum; illa extenſa fuit, vt comprehenderet eum, hæc autem

1. Reg. 24.
vt grauiter percuteret. Quod ſi Dauid, cum impium Regem Saulem in ſpelunca inueniret, particulam veſtimenti eius abſcindens, ingens ſcelus cõmiſiſſe ſibi videbatur, & ideo *percuſſit*, ait ſcriptura, *cor ſuum, dicens: propitius ſit mihi Deus*: quale quæſo flagitium exiſtimabimus, Chriſti Regum Regis non modo veſtem, ſed faciem dira alapa percutere? Ac tandem, ſi cum Abrahã extendit manum, vt Iſaac iugularet, An-

Geneſ. 22.
gelus Domini, vt in Geneſi legitur, ex diuino præcepto extentam manum compeſcuit, quomodo eam, quæ contra diuinum præceptum ad percutiendum omnium creatorem inuerecunde porrecta fuit, Angelus non cohibuit? Plures ſane huius facti rationes alij reddant, ego tres præcipuas reperio. Prima ſit, quod dicente olim

Geneſ. 2.
Deo ad Adamum: *in quacunque die de ligno ſcientiæ boni, & mali comediſſet, mortem incurſurum*, dæmone autem ſub figura ſerpentis aiente: *nequaquam moriemini*; ipſe illi aſſentiens comedit: qua in re Deus ſibi mentitum, licet non verbo, opere tamen dixit, quippe credidit magis Diabolo aſſerenti, quod non moreretur, quam Deo prædicenti ſi comediſſet, continuo moriturum. Hæc igitur Adami iniuria, quod opere ipſo quaſi, mentiris, in faciẽ Deo dixerit, alapa compenſari, & vindicari debebat: cum autem puro homini, qualis erat Adam, ſi alapa impingeretur, Deo Patri ad æqualitatem minime ſatisfieri poterat, Chriſtus dominus tanquam Adami fideiuſſor alapam ſuſtinuit, qui cum pariter ſit Deus, & homo, patienter illam ferens, æqualem ac perfectam, & omnibus numeris abſolutam compenſationem pro illata iniuria Deo Patri obtulit.

D. Cyrillus lib. 12. in Io.

D. Cyrillus aliam ſubtilem reddit cauſam: autumat enim hoc ſingulare latere ſacramentum in alapa Chriſto inflicta, quod hoc ſuo dedecore delere voluerit commune illud dedecus, quod ratione peccati natura humana contraxerat: nam ſicut morte ſua mortem deſtruxit, ita dedecore ſuo maculã, ac lituram dedecoris noſtri penitus abraſit. Verba D. Cyrilli ſunt: *Dedecorati enim peccato fuimus, quam notam iniuſtum Chriſti deterſit dedecus. Ipſe enim peccata noſtra tollit, & pro nobis laborat. Nam quemadmodum mors ſua mortem noſtram deſtruxit, ſimiliter arbitror præuaricationis noſtræ dedecus alapa inflicta deletum fuiſſe.* Vltimam, eamque certiſſimam huius facti cauſam exiſtimauerim, quod Chriſtus Dominus eximium ſuæ patientiæ ſpecimen, ac excellentiſſimum tolerantię exemplum exhibere nobis volens, nullam tãti ſceleris vindictã ſumpſit. Dixe-

Pſal. 70.
rat Dauid in perſona Chriſti: *Tanquam prodigium factus ſum multis*. Alij cum Caietano legunt: *Tanquam miraculum factus ſum multis*: qui-

Iſai. 20.
bus conſonat illud Iſaiæ: *Et portentum erit ſuper Aegyptum, & ſuper Aethiopiam.* Quamuis autem prodigium fuerit Chriſtus in vnione Verbi ad humanitatẽ, in conceptione virtute Spiritus ſancti, in matris virginitate illæſa, in eo tandem quod ſimul viator, & beatus peregrinus, & comprehenſor eſſet; iuxta expoſitionem tamen

Digitized by Google

Diui Hieronymi, ea propter vocat ſe prodigiū, miraculum, & portentum, quoniam etſi multi illum fugerent, tanquam rem monſtruoſam, & portentoſam, vnde & Samaritanum eſſe, & dæmonium habere illi obiectabant; ipſe tamen ſumma patientia, & eximia animi æqualitate hæc & alia perferebat. Concinit huic interpretationi, quod in Pſalmo 70. Incognitus annotauit: nam prodigium dicitur, quaſi procul à digito, vt quando quis deriſoriè alijs monſtratur; & in eodem Pſalmo continuo ſubditur: *Sed tu adiutor fortis*; hoc eſt, inter tot opprobria, & tormenta eris mihi auxiliator, vt patienter omnia feram. Quæ ille quidem tanta humilitate ſuſtinuit, vt qui natura primus erat inter omnes, omnium nouiſſimus factus fuerit. Vnde vbi noſtra vulgata legit apud Iſaiam: *Vidimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum*, Originale Hebræum habet: *Et ceſsantē viris*. Quorum verborum ſenſus eſt, Chriſtum Dominum adeo ſe humiliaſſe, totque aduerſa pertuliſſe, vt ſere capacitatem hominis per humilitatem exhauſerit, ita vt eum maiori humilitate, & patientia humana natura ſtare non poſſet, ſed omnino deſinere, & ceſſare deberet. Voluit ergo Dominus in hac ſuæ impactæ alapæ tolerantia relinquere exemplum, vt in ſufferendis iniurijs ſequamur veſtigia eius: nemo enim Chriſto nobilior, nemo mortalium illuſtrior, nemo ditior, nemo ſapientior, nemo prudentior, ſanctior, ac potentior excogitari, immo nec fingi poteſt. Cum ergo ipſe adeo glorioſus patienter iniuriam ſibi illatam ſuſtinuerit, nec eam vlla ratione vlciſci tentauerit, qua fronte abiectiſſimus vermis, miſerrimus, inquam, peccator, dignus alioquin in inferni barathrum detrudi, & æternis ſupplicijs deputari, minimam etiam iniuriam ſuſtinere renuit, ardentique iracundiæ calore feruens in vindictam proſilit, vltionem eius minime ſpectans, qui dixit: *Mihi vindictam, & ego retribuam*? Conſiderans hæc Diuus Cyrillus, præclare dixit: *Si quis de proximis lapſu linguæ minimum quidquam contra nos dixerit, more draconum in eum inſurgimus, & mille verbis pro vno vituperantes, ſatiari non poſſumus, non quia vt homo lapſus eſt, nec propter communem infirmitatem hominum iram deprimimus, ſed ad vltionem irruentes, Principem, & conſummatorem fidei noſtræ IESVM non reſpicimus, nec recordamur ſcriptum eſſe, eorum viæ ad mortem, qui memores iniuriæ ſunt.*

Ioan. 8.
Incog. ſuper Pſ. 70.
Iſai. 53.
Rom. 12.
Cyrill. libr. 12. in Ioan.
Sect. 10 & 28.

Sed iam mitiſſima verba, quæ Dominus percutienti reſpondet, audiamus: *Si male*, inquit, *locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo. Quid hac reſponſione* (ait Diuus Auguſtinus) *verius, manſuetius, iuſtius*? Diuus Cyrillus verba illa: *Teſtimonium perhibe de malo*, interpretatur ſic: *Oſtende in quo errauit*. Illud autem: *Quid me cædis*? ſic exponit: *Quaſi percuſſorem reprehendat, qui ex illis erat, qui prius laudauerat Chriſtū, dicens, nūquā ſic locutus eſt homo*. Cardinalis Toletus contendit Chriſtum Dominum per illa verba manſuete percuſſorem iniuriæ ſibi illatæ increpaſſe, ſeque vera, & recta locutum eſſe oſtendiſſe, & pontificis iniquam diſſimulationem inſinuaſſe, qui alioquin, ſi proprium canem percuti vidiſſet, non diſſimulaſſet. Diuus Auguſtinus interrogat: *Cur Chriſtus Dominus non fecit, quod ipſe præcepit: ſi quis te percuſſerit in vna maxilla, præbe ei alteram*? Reſpondet: *Illud præceptum non eſſe ad litteram intelligendum, vt præbeamus alteram maxillam, ſed vt animo tranquillo iniurias perferamus, parati potius alteram præbere maxillam, quam iram concipere, aut vindictam deſiderare*. Reſpondendo ergo magis oſtendit manſuetudinem ſuam, quam ſi tacuiſſet: potuiſſet enim cogitare, illum ægre tuliſſe iniuriam, non autem reſpondiſſe metu pontificis. At dum manſuete reſpondet, tranquillum animum, & compoſitum aperit, & oſtendit. Nec minus paratū ſe exhibuit ad maiora perferenda, quod experientia docuit, maxime quod tunc, ligatus cum eſſet, non ſolum maxillam, ſed & totum corpus percutiendum offerebat. Vnde non dixit: *Quid me cecidiſti*, ſed *quid me cædis*? Quia videbat paratum cædere iterum: nec dixit: *Ne me amplius cædas*, qui pro nobis crucifigi deſiderabat. Duo tamen in alapæ huius Chriſto Domino inflictæ tractatione ſilentio prętetire non licet. Vnum eſt, quod cum veneranda Chriſti facies pulchritudine, ſplendore, & modeſtia conſpicua adeo eſſet, vt Diuus Hieronymus dixerit: *Certe fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occulta, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu*. Et Diuus Bernardus: *Prædicantem* ait *Dominum de ciuitatibus, & caſtellis populi ſequebantur, quorum ſaluabat animas, ſanabat corpora, adhærebant ei affatu pariter, & eius aſpectu delectati, cuius nimirum vox ſuauis, & facies decora, ſicut ſcriptum eſt: Specioſus forma præ filijs hominum. talis eſt, quem nos ſequimur, cui adhæremus: totus deſiderabilis, in quem non ſolum populi, ſed & ipſi Angeli ſancti deſiderant proſpicere*: Nihilominus tamen quāuis tanta pulchritudine, tātoq. fulgore ſacer ille vultus polleret, vt nihil Moyſes, & Spōſa enixius deprecarentur, quā illum intueri: Oſtēde mihi faciem tuam clamantes; impium tamen miniſtrū nec pulchritudo cohibuit, nec modeſtia cōpeſcuit, nec fulgor deterruit, quo minus faciem illā cunctis gētibus deſiderabilē acriter cæderet. Secundum etiam animaduerſione dignum arbitror, quod Chriſtus Dominus varijs modis illuſus tacet, flagellatus ſilet, ſpinis coronatus non conqueritur; quinimmo crucifixus pro crucifixoribus Patrem orat: vnica tamen alapa cæſus conqueſtus eſt, dicens: *Cur me cædis*? Huius rei cauſam arbitror fuiſſe, quod Chriſtus Dominus non ſeipſum defendere ſatagebat, ſed doctrinam, quam à Patre acceperat, ipſo dicente: *Doctrina mea non eſt mea, ſed eius qui miſit me*. Quia ergo nunc agitur de labefactāda hac ſua, & Patris doctrina, ideo nūc non ſilet, ſed modeſte, & neruoſe eam defen-

D. Auguſt. tract. 113. in Ioa. poſt medium tom. 9.
D. Cyr. lib. 11 in Ioan. c. 47
Card. Tolet. ſup. c. 18. Ioa
D. Auguſt. tract. 113. in Ioannem.
D. Hier. lib. comment 3. Matth. c. 9.
D. Bern. ſer. 1. in feſto omnium Sanct.
Pſal 44.
1. Petri 1.
Exod 33.
Cant. 2.
Ioan. 7.

defendit, quia huius defenſionis munus à Patre commiſſum ſibi conueniebat.

Hucuſque grauem Chriſtu Domino irrogatam alapæ iniuriam, & ſacræ illius maxillæ non modicum dolorem illatum peruidimus: ſi tamen hæc cum ijs, quæ ſancti Patres, & grauiſſimi doctorea illa nocte pertuliſſe tradunt, conferantur, leuia admodum videbuntur. Nam in primis, licet verius cenſeam cum Diuo Auguſtino, Chriſtum Dominum ſemel tantum ex ſententia Pilati fuiſſe verberatum; tradunt tamen Diuus Bernardus, beatus Laurentius Iuſtinianus, & Diuus Anſelmus, quibus conſentiunt alij multi, prius flagellatum fuiſſe, non ex ſententia iudicis, ſed ex rabie eorum, qui comprehenderant illum. Vnde Mallonius præcitato loco ait: *Poſtquam Caiphas in cathedra peſtilentiæ ſedens, cum conſilio malignantium impiam illam in Chriſti caput ſententiam protuliſſet, dicens: Reus eſt mortis; Chriſtum impijs miniſtris tradidit vanitè, vſque dum illuceſceret, cuſtodiendum, grauiſſimiſque ignominijs afficiendum, præcipiens eis, vt illum tuto cuſtodirent. Protinus turba ſatellitum Chriſtum in teterrimum carcerem in eiuſdem Caiphæ palatia exiſtentem, cuius adhuc dicuntur extare veſtigia, conijciunt, ibi ad lapideam columnam vinctis poſt terga manibus ligant, pugnis, calcibus, colaphis, alapis loris flagellis contundunt, lacerant, ſuamque in eum rabiem effundunt, adeoque crudeliter tractant, vt proximum morti vix non vita priuarint. Hæc autem quamuis apud Euangeliſtas non legantur, ea tamen nobis tanquam indubitata grauium Doctorum auctoritas conſignauit.* Et Guglielmus ſtatione tertia Chriſti patientis, refert ex ſententia Diui Hieronymi, Chriſtum Dominum ea nocte tot, ac tam aduerſa perpeſſum fuiſſe, vt in ſolum diem iudicij reſeruatum iri eorum integram notitiam exiſtimet, iuxta illud Nahum: *Reuelabo cunctis gentibus ignominiam tuam.* Confirmat Bredembachius in deſcriptione Hieruſalem, ex qua conſtat, Chriſtum ea nocte columnæ alligatum, flagellis cæſum; ac tandem alij non contemnendæ auctoritatis Doctores referunt, quod milites non contenti prædictis omnibus ſupplicijs, & iniurijs illum affeciſſe, miſerunt illum, quando ipſi dormitum ſe contulerunt, in lacum quendam inferiorem, ad quem immundæ, & ſqualidæ illius domus aquæ confluebant, in quo Chriſtus Dominus pernoctauit, dicente Dauid: *Poſuerunt me in lacu inferiori.* En lectulum Salomonis, Chriſti videlicet, qui pluſquam Salomon eſt. En lectulum Sponſæ floridum, in quo cubat Rex Angelorum, locum ſane ſordidiſſimum, & mortiferum ex ſe fœtorem exhalantem, vt cum reliqui ſenſus Chriſti ingenti dolore afficerentur, olfactus eius propria vexatione, & cruciatu non caruerit. Olim Hieremias in altum puteum miſſus fuit; Ioſeph in ciſternam proiectus; Daniel in lacum leonum immiſſus: ſed ibi eos Dominus conſolatus eſt, & præcipue Danielem, ad quem miſit Angelum, qui cibaret illum, & iram leonum, qui alioquin in illum irruiſſent, compeſcuit. At lacus iſte, in quo verus Daniel iacuit, omnis ſolatij experſ erat, adeo, vt apte ſatis Chriſtus Dominus dicere potuiſſet: *Demerſus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.*

D. Aug. de conſenſ. Euāgel. c. 9. to. 4. — *D. Bern. lib. de conuerſione Crucifixi.* — *D. Laur. Iuſtin. libr. de triumphali agone c. 10.* — *E. Anſelm. trac. de paſſ. Domini.* — *Landulphus de vit. Chriſti.* — *Lanſpergius in theorem. de paſſ. Chriſti.* — *Mallonius de flagellatione Chriſti cap. 6.* — *Guglielmus ſtat. tertia Chriſti patientis.* — *Bredembac. in deſcript. Hieruſalem num. 17.* — *Landulp. de paſſ. Chr. alij.* — *Pſalm. 87.* — *Cant. 3.* — *Cant. 1.* — *Hier. 37.* — *Gen. 37.* — *Dan. 14.* — *Pſal. 68.*

Homilia Octaua.

De trina Petri negatione in ea, qua de illa tradunt D. Matthæus 26. Marcus 14. Lucas 22. & Ioannes 18. Vbi permulta ſcitu digniſſima, tam erudite, quam vtiliter pertractantur: præcipue tamen de cauſis illius.

DVPLICEM video extremam, & vtramque falſam de negatione Petri circumferri ſententiam, quam oportet ante omnia confutare. Quidam enim docuerunt, Petrum Chriſtum negantem amiſiſſe fidem, nituntur que teſtimonio Diui Ambroſij, dicentis: *Fidelior factus eſt Petrus, poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit, atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amiſit.* Putatque hæc ſententia ex verbis Diui Marci ſtabiliri, dum ait, Chriſtum Dominum exprobraſſe incredulitatem Apoſtolorum, & duritiam cordis eorum. Inter Apoſtolos vero certum eſt affuiſſe tunc Petrum, ergo incredulitatis labe non caruit. Verum hæc opinio pugnat cum verbis Chriſti Domini, dicentis: *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* Vnde cum Diuus Ambroſius ait, Petrum fidem perdidiſſe, accipit fidem pro fidelitate, quam certe Chriſto amico non ſeruauit, vel pro fidei confeſſione, ad quam eo tempore faciendam diuino præcepto tenebatur: *Quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Marci autem locus productus nihil obeſt; nec enim tangit beatum Petrum, quia de eo refertur apud Lucam, quod cū mulieres ea, quæ à Domino audierant, Apoſtolis nunciaſſent, ipſique ea non credidiſſent, ſed viſa potius fuiſſent deliramenta, protinus ſubiunxit Euangeliſta: *Petrus autē ſurgēs cucurrit ad monumentū.* Non vero cucurriſſet, niſi credidiſſet. Coniunctio etiam aduerſatiua, *autem*, oſtendit aperte, verba mulierum non viſa fuiſſe ſibi deliramenta. Alij grauiſſimi Doctores in extremam alteram ſententiam declinantes, aſſerunt Petrum non negaſſe, quod nouiſſet Chriſtum eſſe Deum,

Ambr. ſer. 46. de fid. Petri in initio tom. 3. prope finem. — *Marci vlt.* — *Luc. 22.* — *Rom. 10.* — *Luc. 24.*

ſed eum noſſe, non eſſe tantummodo hominem. [D. Ambr. in Lucam.] ita enim loquitur Diuus Ambroſius: ***Bene negauit hominem quem ſciebat Deum.*** Et [Hil. incan. 31. in Matth. circ. med. Matt. 26.] Diuus Hilarius explicans verba illa: ***Non noui hominem***, diligenter inquit, ***contuendum eſt, qua conditione Petrus negauerit***. Quanquam de hoc ſuperius tractatum eſt: ***Nam primo ait, non ſe intelligere, quid diceret, ſecundo, non ſe ei adhaſiſſe;*** [Matth. 26.] ***tertia vero*** *ſe hominem non noſſe. Et vere prope iam ſine piaculo hominem negabat, quem Dei Filium prius agnouerat; tamen quia ex infirmitate carnis vel ambiguus extitiſſet, amariſſime fleuit, recolens trepidationis illius culpam ſe nec admonitum potuiſſe vitare.* Hæc ille. Verum Diuus Hieronymus, & Diuus Auguſtinus tam neruoſe, quã eleganter hanc ſententiam labefactant: nam ille ſuper eundem locum Matthæi ait: [Hier. ſuper Matt. 26.] *Scio quoſdam piè affectos erga Apoſtolum Petrum, locum hunc ita interpretatos, vt dicerent Petrum non Deum negaſſe, ſed hominem, & eſſe ſenſum: Neſcio hominem, quia ſcio Deum. Hoc quam friuolum ſit, prudens Lector intelligit, ſi defendunt Apoſtolum, vt Deum mendacij reum faciant. Si enim iſte non negauit, ergo mentitus Dominus, qui dixerat: Amen dico tibi, quia hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Cerne quid dicat, me negabis, non hominem.* Hæc Diuus Hieronymus. Audiamus Auguſtinum idem dogma alia ratione [D. Aug. ſup. aliq. locum Matth.] refellentem: *An Apoſtolus*, inquit, *Petrus, ſicut eum quidam fauore peruerſa excuſare nituntur, Chriſtum non negauit, quia interrogatus ab ancilla, hominem ſe neſcire reſpondit, ſicut alij Euangeliſtæ conteſtantur expreſſius? Quaſi vero, qui hominem Chriſtum negat, non Chriſtum neget, & hoc in eo neget, quod factus eſt propter nos, ne periret, quod fecerat nos. Ergo qui ita confitetur Chriſtum Deum, vt hominem neget, non pro illo mortuus eſt Chriſtus, quia ſecundum hominem mortuus eſt Chriſtus. Qui negat hominem eſſe Chriſtum, non reconciliabitur* [1. Timoth. 2.] *per mediatorem Deo: vnus enim Deus, & vnus mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus IESVS.* Et infra: *Non accuſemus Chriſtum, cum defendimus Petrum: peccatum agnoſcat infirmitas: nam mendacium non habet veritas. Agnouit plane peccatum ſuum infirmitas Petri; prorſus agnouit, & quantum malum Chriſtum neganda commiſerit, plorando monſtrauit: ipſe ſuos redarguit defenſores, & vnde eos conuincat, producit lacrymas teſtes.* Hæc fulgentiſſimum Eccleſiæ lumen Diuus Auguſtinus, à cuius ſententia neutiquam diſcedunt Diuus Hilarius, & Diuus Ambroſius, quin potius eam aſtruunt; ille in Pſalmum quinquageſimum ſecundum, hic in Lucam.

Suppoſito igitur toties Petrum peccaſſe, quoties Chriſtum abnegauit, obſeruare oportet, abijciendam omnino eſſe ſententiam Cardinalis Caietani, aſſerentis Petrum ſepties, aut ad minus quinquies negaſſe Chriſtum, ter ad vocem ancillarum, & bis ad vocem virorum. Patres enim vnanimi conſenſu ei refragantur. Nam Auguſtinus [Aug. tract. 123. in Ioan. circa medi. tom. 9.] in Ioannem: *Redditur*, inquit, *negationi trina trina confeſſio, nec minus amori lingua ſeruiat, quam timori; & plus vocis elicuiſſe videatur mors imminens, quam vita præſens. Sit amoris officium paſcere Dominicum gregem; ſi fuit timoris indicium, negare paſtorem.* Ambroſius ante eum tractans Petri negationes, in Lucam ait: [Amb. lib. 10. in Luc. c. 13. prope fin. tomo 3.] *Imitare Petrum, dicentem alibi tertio: Domine tu ſcis, quia diligo te. Etenim quia tertio negauerat, tertio confitetur: ſed negauit in nocte, confitetur in die.* Et Diuus Cyrillus in Ioannem ait: [Cyr. in Ioan. lib. 12. c. 54. circa medi. tom. 2.] *Quoniam cum alijs Apoſtolatus nomine Petrus ab ipſo Chriſto decoratus, ter in tempore paſsionis negatio æquali confeſsionis numera compenſetur. Ita quod verbis commiſſum fuit, verbis curatur.* Idem docet Diuus Bernardus, & alij plerique Patres, verbis Chriſti Domini innixi, quibus prædixit Petro, ter illum fore abnegaturum. Nec quidquam refert Caietani reſponſio, quod qui ſepties, aut quinquies negat, ter negat, quia Dominus ſpiritu prophetico dixit, ter fore Petrum illum negaturum: numerus autem prophetici dicti ita eſt intelligendus, vt nec illi aliquid ſit addendum, nec detrahendum. Deinde quia iuxta prædictam reſponſionem liceret Iudæis in ſeptuaginta Danielis hebdomadibus addere [Dan. 9.] alias mille, ac dicere, quod in illis continentur ſeptuaginta, immo & Chriſto dicente: [Marc. 8.] *Poſt tres dies reſurgam*, poſſet dici reſurrexiſſe quinto, vel octauo die poſt mortem, quia omnes iſti dies ſunt poſt tertiam diem. quæ omnia manifeſtam præ ſe ferunt abſurditatem.

Sed iam propius accedamus ad negationem ipſam, quam præfiguratam inuenio, tam in Cain negante ſe ſcire fratrem ſuum Abel, & in [Gen. 4.] Chuſai amico Dauid, qui Dauidem negauit coram Abſalon; [2. Reg. 16.] prophetatã etiam per Pſalmiſtam: ***Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat, qui cognoſceret me.*** [Pſ. 141.] Et per Hieremiam dicentem: ***Negauerunt Dominum, & dixerunt, non eſt ipſe.*** [Hier. 5.] Hanc negationem his verbis ſemel protulit Petrus; interrogatus enim: ***Tu ex diſcipulis eius es?*** reſpondit, ***non noui hominem.*** Itane Petre iniquus, ac deteſtabilis eſt homo iſte, vt dedigneris illum agnouiſſe, & cum eo conuerſatum fuiſſe? quomodo ais: non noui hominem? immo agnouiſti, quem Filium Dei antea confeſſus fuiſti, dicens, ***tu es Filius Dei.*** [Matth. 4.] Nonne noſti hominem vocantem te, & fratrem tuum ad mare Galilææ, eum dixit: ***Venite poſt*** [Matth. 17.] ***me, faciam vos piſcatores hominum?*** Itane oblitus es hominem, quem vidiſti in monte Thabor glorioſis dotibus adeo fulgentem, vt fieret facies eius ſplendida, vt ſol, & veſtimenta eius ſicut nix, & tu ipſe tantæ pulchritudinis aſpectu captus dixeris: ***Bonum eſt nos hic*** [Marc. 6.] ***eſſe?*** Memento Petre hunc hominem eſſe, qui te ſuper aquas ambulare fecit, & qui ne ſubmergereris, manum tibi porrexit. Hæc adeo recens facta ſunt, vt obliuioni nulla ratione tradita eſſe poſſint. Vnde dicens: ***Non noui hominem***, recte mentitus es in caput tuum. Sane Petre crudeliorem alijs inimicis in Chriſtũ videris mihi te exhibuiſſe. Alij enim colaphis faciem, alij caput percuſſerunt, alij manibus ligarũt, alij venerãdæ barbæ capillos extraxerũt;

at

at tu cor Domini tenerrimum acuto, ac penetranti ſacrilegæ negationis telo tranſfixiſti. Inter tormenta, quæ grauius patientiſſimi Iobi animum excruciarunt, illud commemorat: *Non eſt auxilium mihi in me, & neceſſarij quoque mei receſſerunt à me.* Dauid etiam Pſalmo 54. nihil ægrius tulit, quam dilecti filij Abſalonis aduerſum ſe perſecutionem, vnde profuſis lacrymis dicebat: *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique: tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos &c.* Narrat Suetonius Tranquillus, quod cum inimici aduerſus Iulium Cæſarem coniurati in ſenatum conueniſſent, vt illum interficerent, quidam eorum nomine Caſca, ſimulatè pugione illum percuſsit: quia tamen hic manifeſtus inimicus erat, proditionem non eſt admiratus Cæſar: continuo autem irruens in eum Marcus Brutus, qui à Cæſare multis beneficijs cumulatus fuerat, euaginatu gladio grauiter Cęſarem vulnerauit, ob quod ipſe valde obſtupeſcens, obiecit ei: *Et tu quoque Marce fili*, grauius certe ferens ab eo, quem filij loco habebat, quam ab agnito hoſte vulnerari. Ita ſane, cum acerrimi hoſtes Christi, vitæ eius inſidiantes, in vnum conueniſſent, accidit, vt perfidus hoſtis Iudas oſculi diabolica ſimulatione Chriſtum traderet, diſcipuli aufugerent, inuerecundi miniſtri in eum irruerent; nihil tamen moleſtius, quam Petri ſacrilegam negationem ſuſtinuit, vt non immerito velut alter Cęſar ſuo Marco Bruto obijcere potuiſſet, & tu quoque Petre fili, quem Principem Eccleſiæ conſtitui, ita acriter in me inſurgis? cui tamen non minora promiſi, quam Ioſepho olim pollicitus fuerat Pharao, dicens: *Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperiũ cunctus populus obediet, vno tantum Regni ſolio te præcedam.* Narrant alijs etiam verbis Euangeliſtæ, iterum Petrum Chriſtum abnegaſſe: nam quæſitus an ex Chriſti diſcipulis eſſet, incunctanter reſpondit: *Non ſum.* Ecce inquit D. Auguſtinus, *columna firmiſſima ad vnius auræ impulſum tota contremuit: vbi eſt illa promittentis audacia, & de ſe plurimum præſumentis? vbi ſunt verba illa: Quare non poſſum te modo ſequi? animam meam pro te ponam. Hoccine eſt ſequi Magiſtrum, ſe negare diſcipulum?* Hæc ille. Quibus nos addemus, recte Petrum connumerari poſſe inter filios Ephraim, de quibus Pſalmiſta: *Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum, conuerſi ſunt in die belli.* Quaſi arcum videbatur intendere Petrus, cum dicebat: *Et ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Sed appropinquante die belli, non tam cum fortiori hoſte, quam cum imbecilli ancilla congrediens, ab ea victus Chriſtum abnegauit. Sed idcirco prædicta verba annoto, quod dum volens Petrus Chriſti diſcipulum ſe negat, nolens ad nihilum ſe redactum fatetur: *Non ſum dicens.* Quia vere, qui à charitate excidit, nihil eſt, iuxta Pauli ſententiam, dicentis: *Si charitatem non habeam, nihil ſum.* Vnde mendacem ſimul, & veracem ad diuerſa relatam aſſertionem protulit.

Iob 6.

Pſal. 54.

Suet. Tranq.

Gen. 41.

D. Aug. tra. Bat. 113.

Pſ. 77.

1. Cor. 13.

Cauſas tamen huius negationis, quod præcipuum eſt præſentis ſermonis argumentum, longa oratione proſecuturus, vt perſpicuitati conſulam; primo loco eas diſcutiam, quæ ſunt ex parte Petri peccantis. Secundo vero, quæ ex parte Dei promittentis prudenter ſatis iuxta Patrum doctrinam ſcrutari poſſumus, in mediũ proferam. Primam ex parte Petri arbitror fuiſſe nimiam, ac præſumptione plenam de ſeipſo fiduciam, quam haud obſcure indicauit, cum dixit: *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego non ſcandalizabor.* Et Chriſto illi prædicente: *Non cantabit gallus, donec ter abneges noſſe me*, ipſe ſubiunxit: *Et ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Similia verba protulit Ethai Gethæus, ad Dauidem dicens: *Viuit dominus meus Rex, quia in quocunque loco fuerit, ſiue in vita, ſiue in morte, & ibi erit ſeruus tuus.* Sed exitus rei huic per omnia diſsimilis, & impar fuit: nam iſte à Dauide non aufugit; Petrus vero à Chriſto receſsit. Huius negationis cauſam ita tradidit Ambroſius: *Mutatus eſt, quia dixit ſe animam poſſe ponere, quod non eſt humanæ infirmitatis, ſed diuinæ poteſtatis.* Et D. Leo Papa in ſer. de paſsione inquit: *Ob boc enim ſicut apparet, heſitare permiſſus eſt, vt in Eccleſiæ principe remedium poenitentiæ conderetur, & nemo auderet de ſua virtute confidere, quando mutabilitatis periculum nec beatus Petrus potuiſſet euadere.* Hæc ille. Quod ſi Angelus de cælo cecidit, & Adam de Paradiſo, & Petrus Eccleſiæ columna in Apoſtolico throno exiſtens Chriſtum abnegauit: quid nobis cogitandũ eſt, niſi quod opportune Apoſtolus ſuadet: *In fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time.* Olim Pharao ſuæ potentiæ innitens confidenter admodũ clamabat: *Perſequar, & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea, euaginabo gladiũ meum, interficiet eos manus mea.* Sed continuo huius confidentiæ vanitatem contrarius euentus probauit: nam ſtatim addit ſacer textus: *Flauit ſpiritus tuus, & operuit eos mare, ſubmerſi ſunt quaſi plumbum, in aquis vehementibus.* Quibus verbis obſeruare oportet opponi illa alia eiuſdem capitis, dum ait: *Miſiſti iram tuam, quæ deuorauit eos, ſicut ſtipulam.* Vtrumque enim veriſsimum eſt, & quod ſubmerſi fuerint, ſicut plumbum, & ſicut palea: id enim omnibus, & ſingulis ſubmerſis commune eſt, qui quamuis à principio in profundum, ſicut plumbum, demergantur, aqua tamen poſtea illos inflante ſurſum illos mittit, & velut leuis ſtipula, aut palea, ſuper aquam vehuntur. Ita ſane contigit Aegyptijs, qui poſtquam in profundum maris viui demerſi ſunt, poſtea mortui ſuper aquam, velut ſtipula natantes omnium oculis apparuerunt: immo vt quidam aiunt, in ripam maris peruenerunt, vt ab Iſraelitis facile ſpoliari poſſent, quia dixerat Pharao, *diuidam ſpolia.* Primo etiam Regum decimo ſeptimo, cum Philiſtæus ille Goliath ad locum certaminis contra Dauidem præliaturus incederet, in fortitudine brachij ſui confiſus aiebat: *Numquid ego canis ſum, quod tu venis ad me*

2. Reg. c. 15.

Leo Pap. rel. in Catena aurea D. Th. ſup. cap. 26. Matth.

Rom. 11.

Exod. 15.

1. Reg. 17.

cum baculo; veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli, & beſtijs terræ. In ſupplicium tamen huius elatæ, ac ſuperbæ confidentiæ, quid ei acciderit, ſacer textus ſubiunxit, dicens: *Feſtinauit David, & cucurrit ad pugnam ex aduerſo Philiſtæi, & miſit manum ſuam in peram, tuliſque vnum lapidem, & funda iecit, & circumducens percuſsit Philiſtæum, & infixus eſt lapis in fronte eius, & cecidit in faciem ſuam ſuper terram, percuſsumque Philiſtæum interfecit.* Ipſe etiam David poſtea labentibus annis, & ſecundis, ac felicibus euentibus fruens, ac diuinis fauoribus affluens, ita intumeſcere cœpit, vt diceret: *Non mouebor in æternum,* vel vt Chaldaica Paraphraſis vertit: *Ego dixi cum ſederem in fiducia.* Ac continuo ſubiunxit: *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Quid plura? Scribis,

Matth. 23. & Phariſæis arroganter dicentibus: *Si fuiſsemus in diebus Patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum in ſanguine Prophetarum,* Dominus reſpondit: *Ideo ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis &c.* Vbi ponderatione digna eſt cauſalis illa, *ideo,* quæ aperte indicat, propter nimiam eorum confidentiam in ſemetipſis, in grauiſſima homicidia prolabi permiſſos. Sacra narrat hi-

3. Reg. 20. ſtoria 3. Regum, quod Regi Syriæ, nomine Benadad, multa de ſe iactanti, & pollicenti Rex Iſrael dixit: *Non glorietur accinctus æque, vt diſcinctus.* Quaſi diceret; donec vltima manus impoſita fuerit prælio, nemo certam victoriam ſibi polliceri poteſt, quia varius eſt belli euentus. Sane dum in hoc infirmo, ac mortali corporis noſtri ergaſtulo anima commoratur, ſemper perſeue-

Gal. 5. rat bellum, quia vt inquit Apoſtolus: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem.* Vnde minime de ſua iuſtitia, & ſanctitate gloriari debet, ſed ſolum Deo fidere, & eius fauori, & auxilio inter ſpem, & timorẽ inniti. Atque hinc anſam ſumere placet, ad interpretationem illius difficilis loci Geneſeos, vbi Iacob cum ſocero ſuo Laban agens, hæc verba protu-

Gen 31. lit: *Niſi Deus Patris mei Abraham, & timor Iſaac*

Paul. Burg. *affuiſſet mihi &c.* Quærit Paul. Burg. ſuper hunc locum, quare hoc loquendi modo fuerit vſus Iacob? Quare non dixit, Deus Patris mei Abraham, & Deus Iſaac, vel timor Abraham, & timor Iſaac, ſed Deus Abraham, & timor Iſaac? Non enim credẽdum eſt caruiſſe myſterio, quod tam paucis verbis ſtylum mutauerit. Reſpondet idem Burg. ex opinione Hebræorum, quod Deus nõ nominatur Deus alicuius ſingularis perſonę, niſi poſtquam eſt extra fluxibilitatem huius vitæ, eo quod homo dum eſt in hac vita, poteſt mutari de ſtatu gratiæ ad ſtatum peccati. Et quia, quando hæc verba dixit Iacob, Abraham iam è vita diſceſſerat, ſed Iſaac viuebat adhuc; idcirco de Abrahã, qui erat in ſecuro, dixit (Deus Abraham) ſed de Iſaac, qui adhuc erat in vita, dixit (timor Iſaac) id eſt, quem Iſaac timet. Iuſtus enim debet eſſe timoratus; & numquam de ſua ſalute ſecurus, memor eius, quod Eccle-

Eccl. 6. ſiaſticus hortatur: *Ne erigaris in cogitatione animæ tuæ, velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per ſtultitiam, & folia tua comedat, & fructus perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo.* Propter nimiam ergo confidentiam, quam petulanter in ſe ipſo habuit Petrus, permiſſus eſt ignominioſe adeo vinci, vt qui ianitor cæli futurus, & cui tradẽdæ erant claues Regni cælorum, à ianitrice Caiphæ clauigera vinceretur.

Secunda cauſa lapſus Petri fuit ingreſſus in palatium, quod haud obſcure præſignaſſe videtur Iob, cum dixit: *Si abſorbuerit eum de loco ſuo, negabit eum, & dicet, non noui te.* Solet palatium Iob 8. à Latinis baſilica appellari, vt tradit Ambroſius, & non immerito, quia omiſſis aliorum interpretationibus, multi aſſerunt (tametſi multi non conſentiant) deriuari à baſiliſco, quia quẽadmodum iſte viſu ſuo interficit, ita in Principum aulis veneficus oculus inuidus ſemper viget. Quod ſi Æliano de varia hiſtoria credimus, baſiliſcus in petram virus euomens, illam ſcindit. non incongrue dicemus id Petro accidiſſe. Nam dæmon, quem baſiliſcum compellat David, dicens: *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis,* venenum trepidationis in Petrum ipuans, firmiſſimam hanc petrã diuiſit à Deo, Chriſti negationem ei ſuadens. Et quemadmodum teſte eodem auctore ad fugandum baſiliſcum galli cantus præſentiſſimum eſt remedium; ita Petrus gallo cantante, ad ſe reuerſus eſt, & mortiferum, quod ebiberat, negationis venenum euomuit. Illud tamen ſingulare, & præter palatij conſuetudinem contigit tunc, vt gallus ſeuerus peccati increpator adeſſet: in huiuſmodi enim Principum ædibus frequentius cohabitant garruli pſyttaci, canes mordaces, leones crudeles, ſimiæ adulatrices, ſimiliaq. execranda animalia, ex quorum familiari conſortio, non niſi huiuſcemodi deteſtanda vitia comparari poſſunt. Vnde egregiam illam exiſtimauerim palatij definitionem, quam mordaci linguæ Diuus Iacob aſſignauit: *Iniquitatis vniuerſitatem* illam vocans. Nam quemadmodum in vniuerſitate, aut publica litteraria academia diuerſarum ſcientiarum diuerſas cathedras, ac lectiones eſſe cernimus, tam matutino, quam veſpertino tempore; ita ſane in quibuſdam Principum aulis pigritia, & ſomnolentia matutinum tempus primariam cathedram ſibi vſurpant, tempore vero prandij intemperantiæ documenta leguntur, vniuerſique cibi mordaci detractionis ſale conduntur. Poſt prandium alearum, taxillorum, aut ſimilium ludorum veſpertinæ lectiones incipiunt, quibus obiter, & quaſi per tranſennam multa ab alijs materijs mutuata, vt odia, quæ periurio, fraudi, & ſimilibus admiſcentur: nocturno tandem tempore præter communem omnium academiarum conſuetudinem, quando lectiones ceſſare conſueuerunt, tunc in Principum aulis libidinis, & veneris doctrinæ ſtudioſius inſiſtitur. Ingreſſus eſt Petrus hanc palatij academiam, & in primis, ſicut olim Magi Herodianam aulam ingreſſi, ſtella, quæ in Hieroſolymam eorum dux erat, diſparuit; ita Petro

Ambr. Calverbo Baſilica.

Ælian. de var. hiſtor.

Pſal. 90.

Iacob 3.

Matth. 2.

Caiphæ

Digitized by Google

Caiphæ aulam ingredienti diuini luminis radius, qui mentem eius irradiare ſolebat, cœpit obtenebreſcere. Poſt hæc pariter eum Caiphæ miniſtris camino appropians cœpit ad ignem ſe calefacere: at quia vt Spiritus ſanctus teſtatur:

3. Reg. 19.

Non in igne Dominus, non ſolum ibi Chriſtũ non inuenit, ſed inuentum perdidit & interno diuini amoris igne deficiente, externum ignem quæritabat. In hac tandem iniquitatis vniuerſitate breui tempore Petrus tantopere profecit, vel potius defecit, vt in mendacium periurum ac horrẽdum negationis peccatum miſere prolaberetur. Hæc palatij incommoda perpendens

D. Bern. lib. 4. de conſideratione ad Eugenium.

D. Bernardus, ſcribens ad Eugenium, prudenter ſatis dixit: *Clauſtrum quoſdam malos recipit, quos vt plurimum bonos efficit; curia vero e contrario plures bonos recipit, quos non perficit, ſed inficit.*

Idem ibid.

Et eodem libro alia huic argumento nõ parum conſentanea ſcribit. *Quæ infideliter*, ait: *intrauit, & non per Chriſtum, quid mirum ſi infideliter agat, & contra Chriſtum? vix enim bene & fideliter agũtur, quæ malo ſunt inchoata principia.* Hæc Diuus Bernardus, quæ propterea dixit, quia Petrus aulam non intrauerat per oſtium quod eſt Chri-

Ioan. 10.

ſtus, ipſo dicente: *Ego ſum oſtium, ſi quis per me introierit, ſaluabitur*; ſed per oſtium humani fauoris, per Ioannis ſcilicet interceſſionem, qui (vt ſacer ait Euangeliſta) notus erat Pontifici. Verum vt paucis comprehendam, quæ prolixa oratione hic dici poſſent, illud vnum obſeruatione dignum arbitror, nullibi cum Chriſto Domino contumelioſius actum fuiſſe, quam in Principum aulis. In domo enim Annæ accuſatus, in domo Caiphæ alapa percuſſus, in domo Pilati flagellatus, in domo Herodis velut amens deluſus, ac ab eiſdem pene infinitis opprobrijs, ac tormentis vſque ad crucis mortem damnatus; cum tamen in abiectiorum hominum ædibus multis obſequijs & honoribus fuerit honeſta-

Luc. 7.
Luc. 19.

tus, à Phariſęo inuitatus, à Zachęo in domum honorifice receptꝰ, ab Architriclino ad nuptias vocatus, & à pleriſque alijs in ſummo honore habitus.

Hierem. 51.

Iure ergo optimo ad nos clamans hortatur Hieremias: *Fugite de medio Babylonis, & ſaluet vnuſquiſque animam ſuam. de medio*, inquit notanter *Babylonis*, vt indicaret, ſe per medium Babylonis regiam aulã intelligere, quia in vrbis medio conſueuerant tunc Principum palatia conſtrui. Vnde cum ex vna parte Babylon fictionem, & confuſionem ſignificet, & infernum adumbret,

Iob. 10.

vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, & ex alia palatium, tanquam cor & cẽtrum, in medio Babylonis ſedem teneat: quidni palatium dicamus eſſe confuſionis centrum, & fictionis atque mendacij officinam?

Tertiam cauſam negationis Petri aſsignare poſſumus, cum ancilla oſtiaria minime neceſſariam confabulationem: vnde egregie Maximus

Maximus Taurinenſis homil. de negatione Petri.

Turinenſis dixit, ſimiles valde inter ſe eſſe lapſus Adæ & Petri: nam vtrobique Diabolus, homo, & mulier interuenerunt. Ille enim certiſſime prætorium illud perambulabat, circumiens ſi quem ex paucis, qui Chriſto adhærebant, deuorare poſſet: Adam & Petrus vterque præceptum à Domino acceperunt, ille non comedendi pomum, hic non negandi Chriſtum; ſed ſpreto præcepto ille comedit, hic negauit: ille vetitum fructum deguſtauit, iſte prohibitum negationis verbũ protulit. Adamũ Eua ad intẽperantiã inuitauit, Petrũ ad negationem ancilla oſtiaria introduxit: illa e Paradiſo primũ parentẽ; hæc primũ Apoſtolũ à Chriſto ſeparauit: illa iniqua petitione Adamum infecit; hæc ſacrilega interrogatione labendi occaſionem Petro ſubminiſtrauit: & vtraque ſane ianitricis munus vſurparũt, illa Adamum, hæc Petrum in mortem introducens, & à vita excludens. Inſtrumentum ſane Diaboli vtraque effecta, ꝑ quod fortiſſimas has columnas ſolo æquauit. Sed lapſus Petri turpior & ignominioſior quam Adami, quia præterquã negationis culpa grauior eſt intemperãtia: aut inobedientia certe Eua demulcens & alliciens, ancilla vero oſtiaria nonniſi deterrens & comminans ad peccatum mouit. Feminam autem tametſi in alliciendo fortem ac præpotentem, in terrendo tamen infirmam & imbecillẽ quotidie experimur. Vnde quanto Petrus à debiliori hoſte deuictus, tanto caſus eius ignominioſior comprobatur, vt egregie annotauit D. Gregor. lib. 17. dicens: Et quidem ne ſexus fitmior terribile monſtraret, ancilla eſt inquirente tentatus: rurſuſque vt talis ſexus infirmitas etiam deiectione vileſceret, ab oſtiaria eſt ancilla requiſitus. Hæc ſane fuit tunc antiqui ſerpentis calliditas, vt cum non poſſet Petrum vtpote arcem omnibus virtutibus munitam aliqua ex parte irrumpere, quaſi artis bellicæ peritiſſimus ancillæ oſtiariæ verba velut quandam ſcalam adhibuit, per quam aſcendens rationis arcem occupare poſſet. Experimento enim compererat antiquus humani generis hoſtis, frequenter medio hoc imbecilli feminarum inſtrumento fortiſsimos quoſque duces facile à ſe ſuperatos. Adami innocentiam hac via labefactauerat; Ioſephum carceri mancipauerat; Sampſonem infirmum effecerat; Dauidem adulterũ, & homicidam reddiderat; Salomonem ſapientiæ ornamento ſpoliauerat; Baptiſtæ caput abſtulerat: modo Petrum Chriſti vicarium eodem bellici inſtrumenti genere grauiter fauciauit.

Gen. 3.
Gen. 39.
Iudicum 16.
2. Reg. 11.
3. Reg. 11.
Mar. 6.

Indicum 4.

Quis quæſo putaret, quod poſtquam Siſara Chananæorum fortiſſimus Dux è manibus Barach, & copioſi exercitus eius inſidijs liber & incolumis prodijſſet, tãdem in imbecilles feminæ manus incidens, clauo tempora eius confodienda forent, & ignominioſe occumberet? Non diſſimiliter quidem, cum Petrus tempore comprehenſionis Chriſti inito iam bello, ita vt Malchũ ipſe percuteret, illæſus euaſiſſet, & pro Chriſti defenſione viriliter pugnaſſet, nemo niſi temere, iudicare potuiſſet, Petrum Eccleſiæ columnam ad vnius ancillæ verbum in negationis Chriſti profundum barathrũ fore prolapſurum: at exitus rei Petri infirmitatem, & fortitudinem feminæ, quæ etiam aduerſus Apoſtolorum principem prænaluit, comprobauit. Legimus

Digitized by Google

Geneſ 2.

mus apud Geneſim, ad efformandam mulierem Adæ fuiſſe coſtam aſſumptam, vbi ait ſacer textus, quod *Deus replenit carnem pro ea*, ita vt in vicem coſtæ ſolidi offis carnem fragilem ſubſtitueret. Quo non obſcure Spiritus ſanctus innuit, per familiarem cum femina confabulationem, aut frequens conſortium animi fortitudiné extenuari, & infirmos carnis affectus produci, vt expertus eſt Petrus, qui nec tortoris funibus compreſſus, nec pugione ad pectus admoto coactus, nec euaginato militis enſe minas paſſus, aut extrinſeco quopiam medio vim aliquam inferente extortus, Chriſtum Dominum timore perterritus ad vocem vnius ancillulæ abnegauit.

D. Greg. homil. 21. in Euang. circa med.

Hucuſque huius negationis cauſas ex parte Petri diſcuſſimus, iam eas, quas ex parte Dei caſum eius permittentis Patres commemorant, diligenter ediſſeramus. Primam tradidit D. Gregorius, vt qui alijs ſupremus Paſtor præficiendus erat, diſceret lapſis commiſereri, & non auſtero animo erga illos ſe gerere. ſic enim ait; *Conſiderandum nobis eſt, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ vocem pertimeſcere, & ſe ipſum negare permiſit. Quod nimirum magnæ actum eſſe pietatis diſpēſatione cognoſcimus: vt is qui futurus erat Paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet.* Et in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ: *Plus* (inquit) *erga corrigendos agat beneuolentia, quam ſeueritas; plus cohortatio, quam commotio; plus charitas, quam poteſtas; cum nemo veſtrum ſine reprehenſione, aut ſine peccato viuat. Nam ſi Dominus ſtatim poſt primam negationem Petrum iudicaſſet, non tantum ex eo fructum, ſicut fecit, recepiſſet.*

D. Aug. lib. 14. de ciuit. cap. 13. in fin. tom. 5.

Secundam adhibet D. Auguſtinus his verbis: *Audeo dicere, ſuperbis eſſe vtile, cadere in aliquod apertum, manifeſtumq. peccatum, vnde ſibi diſpliceant, qui iam ſibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus ſibi diſplicuit, quando fleuit, quam ſibi placuit, quando præſumpſit.* Tertiā cauſam Chryſoſtomus ſubiungit in hæc verba: *Idcirco igitur permiſit, vt caderet, vt in omnibus diſceret Chriſto parere, verioraq. dicta illius crederet, quam quæ ſua ſibi conſcientia teſtaretur. & ſubdit: quare verbis cum Petrus non crederet, rebus ipſis eruditur.* Quartam affert D. Leo, dicens: *Beatus Apoſtolus Petrus, cuius fides ea deuotione feruebat, vt & Domino compati paratus eſſet, & commori, ancillæ Sacerdotis calumniante perterritus, ex infirmitate periculum negationis incurrit. Ob hoc ſicut apparet, hæſitare permiſſus, vt in Eccleſiæ Principe remedium pœnitentiæ conderetur, & nemo auderet de ſua virtute confidere.* Hæc ille. Memini D. Gregorium dixiſſe, profanis militibus prodeſſe illud: *Audaces fortuna iuuat, timidosq repellit*: at Chriſtiano militi e contra Spiritus ſanctus ait: *In timore Domini fiducia fortitudinis*, quia experientia ipſa non ſemel docuit, nullum proximiorem ad caſum, quam qui de ſua virtute confidens, minime ſe caſurum præſumit. Hæc enim mendax ſecuritas, veracem, & ſecuram reddit hoſtis victoriā. Quod ad viuum ſatis nobis exprimit, quod habetur Iudicum 18. vbi narratur, quod militibus tribus Dan inuitantibus ad expugnandam ciuitatem Lais, his verbis illam perſuadebant: *Surgite aſcendamus ad eos, vidimus terram valde opulentam, poſſideamus eam, nullus erit labor, intrabimus ad ſecuros.* Ecce ſecuritatem reddit tanquam rationem victoriæ de illis reportandæ, vt exitus rei ſatis comprobauit. Nam poſtea ſubiungit ſacer textus: *Venerunt in Lais ad populum quieſcentem & ſecurum, & percuſſerunt eum in ore gladij, vrbemque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente præſidium.* Vt ergo Dominus admoneret Petrum, ne de ſua virtute præſumens ſecuritatem ſibi polliceretur, ideo miſere prolabi eum permiſit, & vt diſceret cum Iob repetere: *Verebar omnia opera mea, ſciens, quod non parceres delinquenti.* Tandem Euthymius alias aſſignat cauſas in commentario ſuper Matthæum, nimirum, vt miraculorum, ac prodigiorum inſignis factus operator, humilis ac modeſtus perſeueret, ſuique caſus non immemor Deo rem omnem aſcribat; hac enim ratione Paulus varijs tentationibus vexari permiſſus eſt, *ne* (vt ipſe fatetur) *magnitudo reuelationum eum extolleret.* Aliam etiam adducit non contemnendam rationem; nam qui maiorem clementiam in ſe Domini experiretur, tam execrandum facinus illi cōdonātis, maiori amore erga eum affici deberet. vnde Chriſtus Dominus ſæpe interrogauit illum, dicens: *diligis me plus his?* Nam cui plus dimiſſum fuerat, plus amare debebat, iuxta illud: *cui minus dimittitur, minus diligit.*

D. Chryſoſt. in cap. 26. Matthæi homil. 83.

D. Leo Papa ſerm. 9. de Paſsione.

D. Greg. lib. 5. moral. cap 13.

Prouerb. 14.

Iudicum 18

Iob. 9.

Euthym. in Matt. c. 66.

2. Cor. 12.

Ioan. 21.

Luc. 7.

Homilia Nona.

De lacrymis Diui Petri à reſpectione Chriſti Domini cauſatis in ea verba: Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum, & recordatus eſt Petrus verbi Domini: ſicut dixerat, quia prius quam gallus cantet, ter me negabis, & egreſſus foras fleuit amare.

Luc. 22.

IN enarranda hiſtoria trinæ negationis Petri, D. Lucas Euangeliſta, qui pingendi artem recte nouerat, Petri imaginē depicturus, prius illam (vt pictoribus conſuetū) nigram, & intuentibus turpem delineauit, ſacrilegam eius referens negationem: poſtmodum vero varijs, hiſq. ſplendentibus coloribus ornauit,

ornauit,ac perpoliuit, pœnitentiam eius , & la-
crymas commemorans : non ſolum autem rem
ipſam ; ſed & modũ,quo contigit,difertis verbis
enarrat, dicens : *Conuerſus Dominus reſpexit Pe-
trum.* Quæ verba an intelligenda ſint de conuer-
ſione corporali oculorum Chriſti ; an vero de
ſpirituali , non eſt vna Patrum ſententia . Nam
Leo PP. ſer. 9. de Paſſ. ſub fin. D.Leo ſpiritualem fuiſſe hanc conuerſionem his
verbis tradit: *Dominus autem Ieſus,qui intra pon-
tificale concilium ſolo corpore tenebatur,trepidatio-
nem diſcipuli foris poſiti diuino vidit intuitu , &
pauentis animum mox,vt reſpexit , erexit , & in fle-
tus pœnitudinis incitauit.* Eandem ſententiam ſe-
Aug. lib. 3. de conſen. Euang. c.6. ſub fin. to.4. cutus Auguſtinus, ait: *Quapropter mihi videtur il-
la reſpectio diuinitus facta, vt ei veniret in mentem,
quoties iam negaſſet, & quid ei Dominus prædixiſ-
ſet; atque ita miſericorditer Domino reſpiciente pœ-
niteret eum,& ſalubriter fleret ; ſicut quotidie dici-
Pſal.118. mus,Domine reſpice in me : Et reſpexit eum Domi-
nus,qui de aliqua periculo,vel labore diuina miſeri
Pſal.12. cordia liberatus eſt. Et ſicut dictum eſt: Reſpice , &
Pſal.6. exaudi me; Et conuertere Domine,& libera animam
meam:ita dictum arbitror , Conuerſus Dominus re-
ſpexit Petrum,& recordatus eſt Petrus verbi Domi
Amb.in Lucam. ni.* Eidem ſententiæ adſtipulantur D Ambroſius,
Beda in Lucam c.22. & Beda in Lucam:Quorum Patrum præcipuum
Mar.14. fundamentum ſine dubio fuit, quod Marcus re-
tulerat , Petrum fuiſſe in atrio deorſum inter ſer-
uos , qui ſe ad ignem calefaciebãt . Chriſtus au-
tem tunc erat in ſuperiori parte aulæ inter ſa-
cerdotes,& ſeniores;& vt quidam tradunt,vela-
Salmer. tract. 13. de Paſſ. & alij. tus facie. Alij tamen Patres præfata interpretan
tur verba de cõuerſione,& reſpectu ſpirituali pari
ter,& corporali; ita vt corporeis oculis Chriſtus
Chryſ.ho.58 de Paſſ. Do. Euch. c. 66. in Matth. Theophyl. c. 22. in Luc. Dominus illum reſpexerit . Hi ſunt Chryſoſto-
mus,Euthymius, & Theophylactus,qui aſſerunt
Petrum ita præ nimio pauore turbatum, vt ipſe
ad galli cantum non aduertens, reſpectus ſolum
oculorum Chriſti illum excitauerit,& ad graui-
tatem ſuæ negationis perpendendam impulerit.
Hæc ſententia eo præcipue argumento fulcitur ,
quod alioquin oporteat vim magnam inferre
verbis illis : *Conuerſus Dominus reſpexit Petrum,*
quæ motum corporalem manifeſte importare
videntur. Nec huic ſententiæ obeſt,quod Petrus
deorſum eſſet in inferiori parte aulæ, Chriſtus
vero in ſuperiori parte domus; nam & galli can
tus,& reſpectus oculorum eius accidere potuit,
cum ſoluto conſilio deductus fuit foras in atriũ,
vbi Petrus aderat cum famulis . Probabilis eſt
etiam hæc ſententia, quamuis id nonnullã diffi-
cultatem ingerat , quod galli cantu nullo modo
Petrũ excitatũ autumet ; exiſtimo nanque exte
rius per illum fuiſſe excitatum , & interius po-
tentia diuinitatis mirabiliter motum ; ſic enim
diuina pietas peccatores à peccato releuat per
galli cantum, id eſt, per commonitionem prædi
cantium, de quo canit Eccleſia :

Gallus iacentes excitat,
Et ſomnolentos increpat .

De his gallis ſpiritualibus erat ille , cui dicebat
2.Tim.4. Apoſtolus: *Argue,obſecra,increpa in omni patien-
tia:* & ille, qui ſegnem hominem increpabat,*vſ-
queque piger dormies ? quando conſurges e ſomno* Prou. 6.
tuo ? atque huc facit illud, quod ingenioſe obſer
uauit D.Gregorius,explicans verba illa D.Iobis Greg. lib. 3. Moral.c.5.
Quis dedit gallo intelligẽtiam? ait enim gallũ boni Iob 38.
concionatoris egregium ſymbolum eſſe , Nam
quemadmodum gallus antequam canat , alas
expandit,eiſdemque latera concutit;ita concio-
nator antequam alios à peccati ſomno excitet,
& pœnitentiam , carniſque macerationem ſua-
deat,prius ipſe hæc exercuiſſe debet,vt gentium
prædicator Paulus ſe feciſſe teſtatur , cum dice-
bat:*Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo,* 1.Cor.9.
ne cum alijs prædicauero , ipſe reprobus efficiar .
Et D.Hieronymus ſuper eundem locum ait:*Gal-* Hier. ſuper Iob c. 38.
*lum cantantẽ media nocte perſimilem eſſe horologio,
ſono ſuo mediæ noctis horam indicanti,& quod iam
appropinquat: ſic diuini verbi concionator , oportet,
proclamet,hora eſt iam nos de ſomno ſurgere,* diem-
que mortis,& iudicij indicet,atque iudicat,cum
D.Paulo dicente : *Nox præceſſit , dies appropin-* Ad Rom. 13
*quauit,abijciamus ergo opera tenebrarum,& indua-
mur arma lucis .*

Verum inter has Patrum extremas ſententias
poſſet non incongrue alia media excogitari,quæ
vtramque in concordiam quodammodo redi-
gat,ſi dixerimus Chriſtum Dominum ſpirituali-
ter pariter , & corporaliter fuiſſe conuerſum ad
Petrum,abſque eo,quod illum abſentem,vel præ-
ſentem oculis corporalibus videret ; quamuis
primum iſtorum miraculoſe fieri potuiſſe non
dubitarim. Itaque præter internum reſpectum,
Chriſtus Dominus rumorem audiens ac ſtrepi-
tum,qui inferius fiebat,ad eam partem,nõ caſu,
ſed ſummo conſilio conuertit vultum , qua Pe-
trus aderat,& rumor magis vigebat, vt frequen-
ter in nobis audito ſtrepitu accidere ſolet. Quid-
quid autem ſit de his Patrum ſententijs , ac di-
uerſis Doctorum opinionibus: illud tamen tan-
quam indubitatum , & veriſſimum elicimus ,
oculis Chriſti Domini mirabilem ineſſe virtu-
tem,ac inauditam efficacitatem , vt ſolo ſuo a-
ſpectu pauperes peccatores ad ſe cõuertat, mul-
tiſque diuitijs locupletes reddat,vt egregie indi
cant verba illa Eccleſiaſtici : *Facile eſt in oculis* Eccl.11.
Dei ſubito honeſtare pauperem : recte ait , ſubito,
quia tam breui tempore,quanto fit oculorum
viſio,quam actionem inſtantaneam dicunt Phi-
loſophi,Deus peccatorem conuertit.

Hanc mirabilem oculorum Chriſti virtutem
contemplatus,multa in rebus naturalibus mo-
numenta,& non pauciora in ſacris litteris, eaq.
egregia teſtimonia pulchre illam illuſtrare cõ-
perio. Vt tamen ab his , quæ à nobis remotiora
ſunt, exordiamur : certe ſicut Aſtrologi tanquã
certum vendicant,Martis aſpectu in eo ſigno na
tum crudelem reddi;Iouis benignum,& clemen-
tem;Mercurij expeditum, & eloquentem ; haud
difficile erit credere,Chriſti aſpectum adeo be-
neuolum eſſe,vt quem oculis intuetur, iuſtum ,
ac ſanctum efficiat . Quod ſi ſplendenti radiorũ
aſpectu ſol aerem illuminat , tenebras expellit ,
terram fœcundat, in conchylijs margaritas gi-
gnit , in telluris viſceribus auri , & argenti pre-
cioſa

cioſa metalla producit, ac vniuerſum mundum tanquam regulatiſſimum horologium regit, atque gubernat: quos quæſo putamus effectus, diuinus ſol iuſtitiæ Chriſtus Dominus, præclaro illo oculorum aſpectu in mundo minori producet, hoc eſt, in homine, à Græcis propterea microcoſmo vocato? ſane multo præſtantiores illo, Propheta dicente: *Oculi eius multo plus lucidiores ſuper ſolem.* (Eccl. 23.) Vnde facilius, quam ad intuitum ſolis nix, & gelu liquefieri ſoleant, algens Petri cor ad Chriſti aſpectum liqueſcere cœpit, & quaſi in lacrymas reſolui. Hæc omnia breui compendio Thraces perſtrinxerunt, vt auctor eſt Sidonius Apolliuaris, (Sidon. Apollinaris.) qui, vt mirabilem oculorum Dei virtutem exprimerent, omnibuſq. notam redderent, ſolem depingebant, ex quo tres radij prodibant, quorum vnus mortuum illuminans in lucem reuocauit; alter induratum lapidem cõſpiciens in minutiſſima contriuit; tertius tandẽ niuis montem pertingens, illum liquefaciebat. Huic pulchræ, ac ingenioſæ picturæ hanc inſcriptionem ſuppoſuerunt: *Oculi Dei ad nos.* Quaſi dicerent; perſimiles ſunt his effectus, quos Dei oculi in nobis cauſant. Hæc quam conſentanea oculis Chriſti ſint, nemo eſt, qui non videat, cum tanquam ſol iuſtitiæ radijs oculorum ſuorum Saulum illuminans, in peccatis mortuum ſuſcitauerit; Matthæum videns in telonio ſedentem, & cupiditate, quę radix eſt omnium malorum, inſtar lapidis induratum contriuerit, contritionem cordis illi inſpirans, & cum libero eius arbitrio eam coefficiens: ac tandem Petrum intuitus niueo monte frigidiorem, in ardentem præ ignei amoris magnitudine lacrymarum imbrem cum reſoluerit. (Iſai. 64.) Similem huic effectum tribuit Iſaias oculis Dei, dicens: *A facie tua montes defluerent.*

(2. Mach. 1.) Sacra Machabæorum refert hiſtoria, quod cum Hebræi ex Babylonia, vbi in ſeruitutem abducti vixerant, rediſſent in patriam, exquiſierũt locum, in quo ſacrum templi ignẽ collocarant, & loco illius craſſam aquam, ſeu gelu inuenientes, aſpectui radiorum ſolarium expoſuerunt, cuius virtute in ignem conuerſum eſt: *Tempus affuit*, ait ſacer textus, *quo ſol refulſit, qui prius erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur.* Ita ſane contigit Petro: nam prius quã in peccati ſeruitutem redigeretur, adeo ignis diuini amoris in eo ardebat, vt diceret: *Et ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Cum tamen poſtea captiuum ſe duci permiſit in Babylonem, hoc eſt in Caiphæ aulam, quã propter ſummam eius confuſionem in aulis Principum frequentem merito Babylonem, quę confuſio interpretatur, nominauerim, ſtatim (inquam) ac ingreſſus eſt Principis illud palatium, ardẽs diuini amoris ignis in frigidum negationis gelu commutatus fuit. Ipſe autem ſol iuſtitiæ Chriſtus Dominus poſt peccati nubilum, quo ſe a Petro ad tempus abſconderat, eundem reſpiciens, & in eum refulgens priſtinum ignem accendit, & in antiquam, quam amiſerat, charitatem reſtituit. (Plin. de nat. hiſtor.) Commemorat Plinius in Phrygia petras quaſdam inueniri talis naturæ, vt ſole eas irradiante continuo guttas aquæ emittentes, quaſi lacrymentur. Petra erat Petrus, & dum in peccato negationis perſtitit, petræ duritiem induerat; Chriſtus autem Dominus, velut fulgentiſſimus Phœbus illum reſpiciens, & irradians, ita emolliuit, vt ex eo continuo lacrymarum fluenta manarent. Vbi mirabili ratione impletum intueor illud regij Vatis: *Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* (Pſal. 113.)

Aelianus de varia hiſtoria, rem ſingularem, (Aelian. lib. de var hiſt.) ac mirabilem narrat de aue quadam nomine Caladrion, vel vt alij dicunt Caradrio, qui ſolo aſpectu ſuo pleroſque infirmos ſanare ſolet, adduntque non contemnendæ auctoritatis doctores, (Dion. Cart. ſup. c. 11. Leuit. art. 25. & alij.) quod ſi conſpectu illius obijciatur hominem, de cuius vita deſperandum ſit, quaſi hunc infelicem ſucceſſum præſagiens, oculos ab eo auertit: ſin autem priſtinam ſalutem recuperaturus eſt, placido vultu illum intuetur, & aſpectu ſuo priſtinæ illum ſanitati reſtituit. Chriſtum Dominũ paterno ore auem vocatum Iſaias teſtatur, in perſona Patris dicens: *Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ.* (Iſa. 46.) Hæc igitur cęleſtis auis, non ſecus, ac illa, infirmis Pharisæis, obſtinationis morbo laborãtibus, eius cõſpectui ſe obijciẽtibus, terga vertebat, dicẽs: *Quo ego vado vos non poteſtis venire.* (Ioan. 13. Idem 8.) Et alibi: *In peccato veſtro moriemini.* contra vero Petrũ, de cuius ſalute minime deſperandum erat, ſereno, ac placido vultu reſpiciens, mira ſui aſpectus virtute ſanauit; adeo vt merito dixerim illud Eccleſiaſtici: *Oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius.* (Eccl. 11.) Referunt graues auctores, (Bercor. in reduct. morali lib. 7. c. 71. & multi Neoterici.) Struthionis hanc oculis innatam, ac ſingularem ineſſe virtutem, vt oua aſpiciendo foueat, licet poſtea illa deſerat, iuxta illud Iob: *Duratur ad filios ſuos, ac ſi non ſint ſui.* (Iob 39.) Vnde hac noſtra tempeſtate quidam inſignis Dux depingi fecit duos Struthiones, oua ſua conſpicientes, cum hac inſcriptione: *Diuerſa ab alijs virtute valemus.* Idem etiam, quod auctores hi de virtute Struthionis fatentur, (Vincent. in ſpec. hiſtor. relatus à Bercorio lib. 3. reduct. c. 23.) alij de Crocodilo commemorant. Hæc tamen licet dubia ſint, illud vnum certum omnino eſt, hanc mirabilem virtutem inſitam oculis Chriſti fuiſſe, Euangeliſta dicente, quod cum primum reſpexit Petrum, ille cœpit amare flere. Hoc enim quid fuit, niſi ſolo oculorum aſpectu illum regenerare, aut iam mortuum ad vitam reuocare? Certum etiam eſt, oculos Chriſti aſpectu ſuo aliquando alacritatem, quandoque vero ingentem triſtitiam parere. Vnde Iacob dixit: *Pulchriores ſunt oculi eius vino.* (Gen. 49.) Prima facie non videtur comparatio hæc conſentanea, quia oculi nihil commune cum vino habere videntur: ſed ſane metaphora eſt aptiſſima ad ſignificandum, oculos Dei animam intuentes, nunc alacrem, nunc triſtem, ac mœſtam reddere; hi enim ſunt proprij effectus vini, experientia ipſa id atteſtante in ebrijs, quos ſumma lætitia perfũdi, aut ſummo mœrore confici videmus. Vt ſignificaret ergo Iacob, ſimilem virtutem ineſſe oculis Dei, vino illos comparauit, dicens: *Pulchriores ſunt oculi eius*

li eius

li eius vino. Expertus fuit profecto Petrus hanc variam, ac mirabilem oculorum Chriſti virtutem:

Matth. 4.

nam deambulans Dominus ad mare Galilææ,& videns,& vocans illum,ſummo gaudio ſecutus eſt eum; modo autem reſpiciens eum in atrio pontificis, tanta mæſtitia eum affecit,vt foras egreſſus amare flete cœperit. At ſicut vinum rarius mæſtitiam ingerit, frequẽtius vero hilaritatem,

Eccl. 40.

Salomone dicente: *Vinum lætificat cor hominis*; ita ſane oculi Chriſti vt plurimum, quos intuebãtur, exhilarabant, & beneficijs cumulabant.

Luc. 9.

Videns enim Chriſtus turbam in deſerto famelicam,ſaturauit eam;

Mar. 10.
Ioann. 1.

videns obſeruatorem legis diuinæ,dilexit eum;videns Petrum, dixit, & tu es Simon filius Ionæ, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus; videns tandem plurimos varijs morbis laborantes curauit eos. Vnde hanc oculorum Chriſti virtutem probe agnoſcens vir quidam,

Iacu 7.
Luc. 9.

habens filium a dæmone obſeſſum,rogabat eum,dicens:*Reſpice in filium meum*, & ſanauit eum. Verum excellentius,quam in his omnibus, mira hæc virtus diuini aſpectus emicuit,dum reſpicit nunc Petrum:nam quemadmodum,qui conuerſus reſpicit ſpeculum, propriam effigiem,& figuram in eo efformat; illo autem auertente faciem ſuam,perijt figura:ita ſane Petrus id expertus eſt: nam Chriſto auertente ab eo faciem,dicere potuiſſet illud David:

Pſ. 29.

Auertiſti faciem tuam a me,& factus ſum conturbatus. Cõuerſo autem eo,& illum reſpiciente, vt ait Euangeliſta:*Conuerſus Dominus reſpexit Petrum*, imaginem illam efformauit in eo,de qua Paulus:

Gal. 4.

Donec formetur Chriſtus in vobis. Et quemadmodũ etiam intuens ſpeculum,ſi oculos clauſerit, imago etiam claudit,& ſi aperiat,illa itidem aperit; ita Chriſtus Dominus claudens ad tempus oculos miſericordiæ per ſpecialium quorundam auxiliorum ſubtractionem, ſtatim etiam Petrus oculos clauſit veritati, Chriſti diſcipulum ſe negans.

D. Auguſt. in Io. tract. 113.

Vnde D. Auguſtinus: *Quid eſt* (inquit) *homo ſine gratia Dei, niſi quod fuit Petrus cum negauit Chriſtum? Illum paululum Dominus deſeruit, vt in illo totum humanum genus poſſet agnoſcere, nihil ſine gratia Dei prævalere*. Contra vero aperiens Chriſtus Dominus oculos ſuos,& Petrum reſpiciens, ipſe etiam ſuos aperuit,ſuos(inquam)non ſolum internos,quibus errorem agnouit,ſed externos, quibus miſerum negationis caſum multis lacrymis deplorare cœpit.

Pierius.

Narrat Pierius Valerianus, Aegyptios inter alias myſterijs plenas imagines,quas confinxerunt,quandam efformaſſe,baſiliſci caput, accipitris vero alas habentem, cui hanc ſuppoſuere inſcriptionem,*Oculi Diuum*;tantoque artificio fabricatam fuiſſe illam imaginem, vt quandoque oculos clauderet,quãdoque aperiret. Proſpera autem, aut aduerſa totius Aegypti fortuna ex oculis illius pendebat: nam ſi eos claudebat,infelicitas prę foribus erat;ſi vero aperiebat, continuo felici aura fruebatur. Non ſecus proculdubio Petro accidiſſe videmus, qui,dum Chriſtus oculos tantiſper ab eo dimouit, in profundum negationis barathrum prolapſus fuit: poſtquam autem illos aperiens eum reſpexit, egreſſus foras in fontem lacrymarum prorupit, vt eloquenter proſequitur D. Ambroſ.

Ambro. ſermone 46. in 9. prope fin.

in hæc verba: *Petrus prorupit ad lacrymas, nihil voce precatus. Inuenio enim, quod fleuerit, non inuenio quid dixerit. Lacrymas eius lego, ſatisfactionem non lego* (id eſt defenſionem, aut excuſationem.) *Recte plane Petrus fleuit, & tacuit: quia quod defleri ſolet, non ſolet excuſari, & quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Lauat enim lacryma delictum, quod voce pudor eſt confiteri. Lacrymæ ergo verecundiæ conſulunt pariter, & ſaluti, nec erubeſcunt in petendo, & impetrant in rogando. Lacrymæ* (inquam) *tacitæ quodammodo preces ſunt, veniam non poſtulant, & merentur: cauſam non dicunt, & miſericordiam conſequuntur*. Cuius alia egregia verba eidem argumento non parum conſentanea ſubnectere non pigebit,lectorem non pigeat lectitare.

Id. D. Ambroſ. cap. 22. Luca lib. 10.

Bonæ lacrymæ, quæ culpas lauant: ſed & quos Ieſus reſpicit, plorant delictum negauit primo Petrus, & non fleuit, quia adhuc non reſpexerat Dominus: negauit ſecũdo, & non fleuit, quia adhuc non reſpexerat Dominus; negauit tertio, & reſpexit Ieſus, & ille amariſſime fleuit. Si ergo ita ſunt neceſſarij oculi tui Deus, reſpice in me, & miſerere mei.

Pſal. 118.

Iudicum ca. 18.

Libro Iudicum memoriæ proditum eſt, quod cum milites quidam ad montem Ephrem perueniſſent, ingreſſi Michæ domum, furati ſunt Deos,& omnem eius ſubſtantiam: Michas vero cum primum id agnouit,continuo inſecutus eſt eos,clamans, & plorans: cui increpantes dixerunt.*Quid tibi vis, & cur clamas?* quibus ipſe reſpõdit.*Deos meos tuliſtis, quos ego feci, & dicitis mihi: Quid tibi eſt?* quaſi diceret,nonne ſufficiens ratio lacrymandi eſt, quod quis Dei ſui iacturam patiatur? Sane ſi Dij Michæ,cum manufacta ſimulacra eſſent,vtpote ab eo confecta,vt ipſe fatetur,dicẽs,*Deos meos tuliſtis, quos ego feci*: quid Petrus non fleret, qui Deum, qui illum fecerat, amiſerat,& omne bonum ſibi ablatum videbat? Fleuit quidem tanta lacrymarum inundatione,

S. Clemens Papa.

vt teſte beato Clemente Papa eius diſcipulo,in maxillis profundos ſulcos haberet, per quos, quaſi per quoſdam canales, aut aquæ ductus lacrymæ eius defluebant. Memini quendam hac noſtra tempeſtate hanc imaginem excogitaſſe, ad manifeſtandum ingentem animi ſui mœrorem:depinxit herbam nomine Amarãthum,cui ſingularis hæc ineſt natura,vt præterquam amariſſima eſt, ſi in aquã mittatur, nunquam marceſcit,nec virorem amittit, & ideo hanc impoſuit ei inſcriptionem:*At lacrymis mea vita viret*, quod perinde fuit, ac ſi diceret: ſicut Amaranthus in aqua ſemper ſuã ſeruat amaritudinem, ita ego aquarum lacrymis inundatus dolorem animi abſque interruptione conſeruabo. Ita accidit D. Petro, qui præterquam, vt D. Clemens teſtatur, quoties galli cantum audiebat, in lacrymas prorumpebat,per totum vitæ tempus negationis culpam frequenter adeo planxit,vt merito cum pœnitente David dicere potuiſſet:

Pſal. 41.

tuiſſet: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte*, quod propterea regium Vatem dixiſſe arbitror, vel, quia ſicut inter omnes cibos nullus frequens magis, ac neceſſarius quam panis; ita continuus peccatorum dolor cor eius augebat; vel quia, quemadmodum panis comitatur reliquos alios cibos (nam fere omnibus ſimul cum pane veſcimur) ita ſingularũ eius actionũ contritio cordis indiuiduus comes erat; vel quia, cum panis, licet famem auertat, ſitim tamen non extinguit, quin potius eam excitat. Vnde vt indicaret, quod quanto plus lacrymabatur, tanto magis in eo lacrymandi ſitis accendebatur, ideo lacrymas pani, non aquæ comparauit, cui ſimiliores eſſe videbantur. Naturalium rerum auctores tradunt, piſcem nomine halec, ex ſola aqua, chamæleontẽ ex aëre, Salsmandram ex igne, Tul-

Geminian. lib. 1. de calo cap. 41.

pam ex terra ali, & nutriri, adduntque inſuper, arborum genus inueniri, vnde aues quędam progignantur, quæ ab arbore tanquam eius fructus dum pendent, non viuificantur, ſed eam primum in aquam vicinam decidant, ſtatim vitam accipiunt, non ſecus, ac oua animalium calore fouentur. Apte ſatis huic piſci halec Petrum comparauerim; cibus enim, ex quo tanquam ex pane alebatur, lacrymæ erant illam paſcentes. Poterat & Petrus, verba eiuſdem Dauid non immerito vſurpare: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, & ſtratum meum rigabo.* Stratum, ait Da-

Pſal. 6.

uid notanter, & lectum, aliorum immemor locorum, quia in his ſpecialiter locis diuinam maieſtatem offenderat, in lecto ſcilicet, in quo adulterium commiſerat, & in ſtrato, in quo ſententiam mortis contra innocentem Vriam protulerat, & propria manu ſubſcripſerat. Itaque ſicut apud plures nationes mos inoleuit, vt eodem, quo quis deliquerat loco, delicti pœnas luat, ita in locis, in quibus culpam contraxerat, in eiſdem pœnam ei debitam exſoluere voluit, & ideo ait, lectum, & ſtratum meum rigabo. At Petrus rem altius, quam Dauid meditatus, quia Deum vbique exiſtentem offenderat, vbique locorum ſingulis noctibus poſt gallicantum, vt teſtatur Diuus Clemens Romanus, negationis culpam plorabat, ita vt lacrymarum fluenta ex oculis eius fere continuo manerent, quibus velut alter Naaman Syrus Iordanis aquis lotus a lepra peccati mundatus manſit. vnde Diuus Leo Papa; *Felices*

Luc. 4.

(ait) *ſancte Apoſtole lacrymæ tuæ, quæ ad diluendam culpam negationis, virtutem habuere ſacri baptiſmatis.* Quare non immerito dixerim cum D.

D. Leo Papa ſer. 9. de Paſſione.

Ambroſio, lacrymas Petri ſimiles fuiſſe aquis maris rubri, quibus omnia eius peccata, velut

D. Ambroſ. de myſt. Miſſa c. 3.

ibi omnes Aegyptij, ſubmerſa fuerũt; ſimiles etiã aquis diluuij, propria delicta vindicantis, atque

Gen. 7.

punientis; ſimiles aquis Nili, terram Aegypti fœcundantis, ac faciem eius decorantis, ſimiles

Ioſue 13.

aquis Siloe, quæ vadunt cum ſilentio, quia abſque extrinſeco vocum ſtrepitu ſilenter per maxillas

Sap. 8.

effluebant; ſimiles aquis odoriferis, & medicinalibus, & præcipue illis, quæ admoto igne guttatim in modum lacrymarum per diſtillationẽ decidunt: Ignis enim diuini amoris, quo Petri cor exæſtuabat, aqueum lacrymarum humorem foras mittebat. nam vt Philoſophi tradunt, bifariam lacrymæ cauſantur: cum enim timore quis afficitur, continuo calor ad fouendum cor tẽdit, & ideo cum reliquæ corporis partes calore deſtituãtur, frigiditate comprimuntur, præcipue tamen cerebrum, quod natura ſua frigidius eſt; ea tamen compreſſione facta, aqueum humorem, non ſecus, ac ſi ſpongia aquæ plena exprimeretur, per oculos guttatim emittit; contra vero cum lætitia dominatur, calor non quęrit anguſti cordis domicilium, ſed per totum corpus diffunditur, cerebrumque dilatat, & ampliora fiũt pororum foramina, vnde fit, quod cum aqueus liquor ibi deliteſcens natura ſua grauis ſit, ſtatim per oculos effluens deſcendit. Cum ergo D. Petrus, & triſtitia, & lætitia afficeretur; triſtitia, ob negationis culpam; lætitia, ob diaboli ſeruitutem quam euaſerat, & quia Chriſto iam adhærebat: ob vtramque hanc cauſam ingentem lacrymarum imbrẽ emittebat. Et quãuis ignis, & aqua inter ſe pugnent, & mutuo ſe perimere tentent, ignis tamẽ diuini amoris lacrymarum aquis nullo modo decreſcebat, ſed augebatur, & fouebatur: adeo vt dicere liceat illud Salomo-

nis: *Ignis in aqua valebat; & aqua extinguendi naturam obliuiſcebatur.* Refert Dioſcorides in Thra- Sap. 8. Dioſcor lib. 5. cap. 104.

cia portẽtoſum quendam lapidem reperiri, ſingularis adeo, ac inauditæ conditionis, vt dum aqua aſpergitur, accẽditur, atque inflammatur. Et D. Gregorius Nazianzenus teſtatur, piſcem quendam nomine Epirum eſſe talis naturæ, vt quamuis conditione ſua aqueus ſit, & in eo magis humiditas, & frigiditas dominetur, in ignẽ tamen miſſus, ita mirabiliter conſeruatur, vt in eo contraria hæc amicitiæ fœdus iniſſe videantur. D. Greg. Nazianz. in carmin. querel. pro. epiſt. ad virgines.

Ecce in Petro hæc naturæ portenta mirabilius per gratiam inſtaurata, cum lacrymarum aquis inundatus, igne amoris ſuccenſus ardeat, & inundantes aquæ non modo ignem non extinguant, ſed accendant, ſed augeant, ſed viuaciorem, ac fortiorem reddant. Duplicem eſſe & cõtrarium ignem, alterum diuini amoris, alterum concupiſcentiæ, nemo eſt qui ignoret; lacrymarum ergo inundatio etſi primum ignem foueat, ſecundum penitus perimit, vt egregie id ante oculos ponit concertatio illa quorundam gentilium, inter ſe altercantiũ, quis inter ſuos Deos maiori fortitudine polleret. Chaldæi enim, qui pro Deo ignem colebant, omnium fortiſſimum aiebant; nam ſi ſtatua lignea Iouis ei applicaretur, in cineres, ac fauillas eam conuertebat, ſi æream Martis, continuo liquefaciebat. Fuit tamen ad vincendum ignem hoc excogitatum remedium: admouerunt igni ſtatuam cuiuſdam ex eorum dijs aqua plenam, & oculos cera obturatos habentem, quæ caloris vi continuo liqueſieri cœpit, & inundantes aquæ per oculos prodierunt, quæ ignem Deum Chaldæorum penitus extinxerunt. Sane Chaldæorum iſte Deus propter inſatiabilem eius voracitatem,

inextin-

Digitized by Google

inextinguibilem concupiſcentiæ ignem aperte ſignificat, qui ſemper dicit *affer*, *affer*. Eum tamen quantalibet fortitudine pollentem, adeo vt ſtrenuos, & inuictos duces facile ſuperauerit, lacrymarum aquæ deuincunt, & voracitatem eius reprimunt, atque compeſcunt, vt non ſemel experientia ipſa comprobauit; præcipue tamen in vtraque Maria, Magdalena, & Aegyptiaca, quarum libidinis flammas lacrymarum inundatio penitus extinxit.

Nec tamen in hoc ſolũ mira lacrymarum virtus enitet: ſunt enim permulta, quæ vim, & efficacitatẽ earũ manifeſte indicant; nã licet prima facie contriſtari videantur, triſtitiã tamen ſine dubio mitigãt, vt egregie indicat illud, quod de Cãbyſe, filio Cyri fertur, qui cum Regem quendã, & natos eius in vinculis teneret, vt maiori dolore eũ afficeret, filios eius chariſſimos cõpedibus, & catenis oppreſſos ante oculos obiecit: ipſo tamen diſſimulante, nullumq. ſui mœroris ſignũ oſtendente; filias etiã ſaccis indutas, nudisq. pedibus incedentes præſentauit: ſed cũ neque earũ intuitu ad cõpaſſionem, & dolorẽ excitari videretur, chariſſimũ illi amicũ in medium produxit, funibus velut infamem hominem conſtrictum: quem cum intueretur, doloris externa ſigna amplius continere non potuit; ſed in lacrymas, & ſingultus clamoſus prorupit. cui Cambyſes dixit: Quid cauſæ eſt, quod inſpecta filiorum afflictione, quidquam commotus non fueris: ad vnius tamen amici triſtantis contuitum continuo lacrymas profuderis? Reſpondit ille: Tanta fuit doloris magnitudo ex filiorum calamitate concepta, vt lacrymas emittere non potuerim: ſi enim tunc lacrymari mihi conceſſum fuiſſet, iam ex hoc pœna leuior redderetur. Nam qui pondere doloris premitur, plangendo ſine dubio exoneratur; non ſecus ac nauis, quando aqua, quam ebiberat, euacuatur. vnde cum Deus Ezechielem admonuit vxoris mortem nõ plorare, dicens ei: non planges, neque plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ, licet multi interpretentur, iuſſiſſe illi Dominum ne triſtaretur, è contra ſe res habet: nam potius prohibens illi lacrymarum profuſionem, doloris leuamen interdixit, quo non parum ille minueretur; voluit ergo, vt triſtaretur abſque ſolatio; quia planctus ſolatium eſt animæ, vt egregie his verbis docuit Ambroſius: *Paſcunt frequenter lacrymæ, & mentem alleuant, fletus refrigerant pectus, & mæſtum conſolantur. Eſt enim pijs affectibus quædam flendi voluptas, & plerumque grauis lacrymas euacuat dolor*. Comparat Diuus Auguſtinus lacrymas aquæ maris, & merito quidem: quia præterquam quod ſicut illæ ſalſę ſunt, in eo valde aſſimilantur, quod quemadmodum ſub ſalſedine illa latet dulcedo (vt tradit Auguſtinus in Meteoris) & nautæ ſæpe id experti ſunt, ſingulari quadam induſtria ex aqua maris dulcem hauriẽtes aquam, & Geminian. refert ex Diuo Iſidoro in regione nomine Trachonitia, mare ter in die aquam dulcem producere: ita ſub amaritudine lacrymarum latet mira dulcedo, ac ſuauitas, animam mirifice recreans. In eius figura videmus Moyſen aquas amaras dulces reddidiſſe, & in ore leonis Sampſonem dulciſſimum mel inueniſſe. Habent etiam lacrymarum aquæ, (vt paucis multa dicam) quod dæmones torquent, iuxta illud: *Tu contribulaſti capita Draconum in aquis*. Vnde Petrus Cęſarienſis ait: *Aerius Diabolus contriti cordis lacryma torquetur, quam flamma infernalis incendij*. Item animæ ciuitatem velut fortiſſimus murus lacrymæ protegunt. *Erat aqua* (ait Moyſes) *quaſi murus a dextra eorum, & læua*. Sicut enim aquæ velut murus, vel antemurale vrbem cingentes inexpugnabilem illam faciunt; ita & lacrymæ aditum hoſtibus animæ fortiter occludunt. Conſeruãt præterea in ſanctitate pœnitentem, non ſecus, ac piſces, maris, vel fluminis aquę: ſpiritualia inopiæ noſtræ miſeriam mirifice ſubleuant, & precioſiſſimis margaritis animam locupletant, quia ſingulæ lacrymæ, ſingulæ ſunt margaritæ, cæleſtium radiorum aſpectu in oculorum conchylijs procreatæ. Deum inſuper animæ præſentem faciunt: nam oculi eius, *oculi ſunt columbarum*, quæ cum libenter reſideant iuxta fluenta, libenter ſane reſidebit iuxta lacrymarum riuulos. Quid plura? ſane pœnitentium lacrymæ peccata ſuffocant, cordis duritiem emolliunt, diuinum furorem cohibent, infirmi animi deliquijs medentur, immundos mundant, infirmos corroborant, turpes decorant, mortuos ſuſcitant, inferni ignem extinguunt, & ad portum cæleſtis patriæ animæ nauiculam ſecuram perducunt. Verum ſi diuinam lacrymarum virtutem, ac mirabilem earum efficacitatem perfectius noſſe cupitis, hæc, quæ ſequuntur ſelectiſſima Patrum teſtimonia attente perpendite. Diuus Ambroſius: *Vtiliores*, inquit, *lacrymarum preces ſunt quam ſermonum: quia ſermo in precando forte fallit, lacryma omnino non fallit. Sermo enim interdum non totum profert negotium, lacryma ſemper totum prodit affectum. Et ideo Petrus iam non vtitur ſermone, quo fefellerat, quo peccauerat, quo fidem amiſerat, ne per id ei non credatur ad confitendum, quo vſus fuerat ad negandum, ac per hoc mauult cauſam flere, quam dicere, & quod voce negauerat, lacrymis confiteri*. Hæc Diuus Ambroſius. quibus alia Diui Chryſoſtomi egregia verba ſubnectam: *Peccata tua in libro ſcripta ſunt: ſpongiæ autem inſtar ſunt lacrymæ tuæ. Lacrymas mitte, & obliterantur: lacrymas mitte, & purus ille liber inuenitur. Magna peccatorum ſpongia ſunt lacrymæ. Magna lacrymarum vis eſt. vis dicam quantum lacrymæ valeant? Animum quæſo diligenter attende. Quodnam ingens virtutis munus tibi eſſe videtur? Martyrium dices? Maiorem enim hac charitatem nemo habet, quam vt ponat quis animam ſuam pro amicis ſuis. Reuera maximum virtutis munus martyrium eſt: quandoquidem martyres ſanguinem profundunt.*

Communis Cambyſis hiſtoria.

D. Ambroſ. de obitu Va lentiani.

D. Auguſt. ſerm. 11. de lacrymis ad fratres.

Idem Aug.

Gemin per tractans de mari.

Exod. c. 5. Iudicum 14.

Pſal. 73.

Exod. 14.

Cant. 1.

Ambroſ. ſermone 46.

D. Chryſoſt. in Pſ. 50. homil. 2. quæ incipit. Heſterna menſa.

Pſal. 41.

tuiſſet: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte*, quod propterea regium Vatem dixiſſe arbitror, vel, quia ſicut inter omnes cibos nullus frequens magis, ac neceſſarius quam panis; ita continuus peccatorum dolor cor eius augebat: vel quia, quemadmodum panis comitatur reliquos alios cibos (nam fere omnibus ſimul cum pane veſcimur) ita ſingularũ eius actionũ contritio cordis indiuiduus comes erat; vel quia, cum panis, licet famem auertat, ſitim tamen non extinguit, quin potius eam excitat. Vnde vt indicaret, quod quanto plus lacrymabatur, tanto magis in eo lacrymandi ſitis accendebatur, ideo lacrymas pani, non aquæ comparauit, cui ſimiliores eſſe videbantur. Naturalium rerum auctores tradunt, piſcem nomine halec, ex ſola aqua, chamæleontẽ ex aëre, Salamandram ex igne, Talpam ex terra ali, & nutriri, adduntque inſuper, arborum genus inueniri, vnde aues quędam progignuntur, quæ ab arbore tanquam eius fructus dum pendent, non viuificantur, ſed cum primum in aquam vicinam decidunt, ſtatim vitam accipiunt, non ſecus, ac oua animalium calore fouentur. Apte ſatis huic piſci halec Petrum comparauerim; cibus enim, ex quo tanquam ex pane alebatur, lacrymæ erant illum paſcentes. Poterat & Petrus, verba eiuſdem Dauid non immerito vſurpare: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, & ſtratum meum rigabo*. Stratum, ait Dauid notanter, & lectum, aliorum immemor locorum, quia in his ſpecialiter locis diuinam maieſtatem offenderat, in lecto ſcilicet, in quo adulterium commiſerat, & in ſtrato, in quo ſententiam mortis contra innocentem Vriam protulerat, & propria manu ſubſcripſerat. Itaque ſicut apud plures nationes mos inoleuit, vt eodem, quo quis deliquerat loco, delicti pœnas luat, ita in locis, in quibus culpam contraxerat, in eiſdem pœnam ei debitam exſoluere voluit, & ideo ait, lectum, & ſtratum meum rigabo. At Petrus rem altius, quam Dauid meditatus, quia Deum vbique exiſtentem offenderat, vbique locorum ſingulis noctibus poſt gallicantum, vt teſtatur Diuus Clemens Romanus, negationis culpam plorabat, ita vt lacrymarum fluenta ex oculis eius fere continuo manerent, quibus velut alter Naaman Syrus Iordanis aquis lotus a lepra peccati mundatus manſit. vnde Diuus Leo Papa; *Felices*

Oeminian. lib. 1. de calo cap. 43.

Pſal. 6.

Luc 4.

(ait) *ſancte Apoſtole lacrymæ tuæ, quæ ad diluendam culpam negationis, virtutem habuere ſacri baptiſmatis*. Quare non immerito dixerim cum D. Ambroſio, lacrymas Petri ſimiles fuiſſe aquis maris rubri, quibus omnia eius peccata, velut ibi omnes Aegyptij, ſubmerſa fuerũt; ſimiles etiã aquis diluuij, propria delicta vindicantis, atque punientis; ſimiles aquis Nili, terram Aegypti fœcundantis, ac faciem eius decorantis, ſimiles *aquis Siloe, quæ vadunt cum ſilentio*, quia abſque extrinſeco vocum ſtrepitu ſilenter per maxillas effluebant; ſimiles aquis odoriferis, & medicinalibus, & præcipue illis, quæ admoto igne guttatim in modum lacrymarum per diſtillationẽ

D Leo Papa ſer. 9. de Paſſione.

D. Ambroſ. de myſt. Miſſa c. 3.

Gen. 7.

Ioſue 11.

Iſa. 8.

decidunt: Ignis enim diuini amoris, quo Petri cor exæſtuabat, aqueum lacrymarum humorem foras mittebat. nam vt Philoſophi tradunt, bifariam lacrymæ cauſantur: cum enim timore quis afficitur, continuo calor ad fouendum cor tẽdit, & ideo cum reliquæ corporis partes calore deſtituãtur, frigiditate comprimuntur, præcipue tamen cerebrum, quod natura ſua frigidius eſt; ea tamen compreſſione facta, aqueum humorem, non ſecus, ac ſi ſpongia aquæ plena exprimeretur, per oculos guttatim emittit; contra vero cum lætitia dominatur, calor non quęrit anguſti cordis domicilium, ſed per totum corpus diffunditur, cerebrumque dilatat, & ampliora fiũt pororum foramina, vnde fit, quod cum aqueus liquor ibi deliteſcens natura ſua grauis ſit, ſtatim per oculos effluens deſcendit. Cum ergo D. Petrus, & triſtitia, & lætitia afficeretur; triſtitia, ob negationis culpam; lætitia, ob diaboli ſeruitutem quam euaſerat, & quia Chriſto iam adhærebat: ob vtramque hanc cauſam ingentem lacrymarum imbrẽ emittebat. Et quãuis ignis, & aqua inter ſe pugnent, & mutuo ſe perimere tentent: ignis tamẽ diuini amoris lacrymarum aquis nullo modo decreſcebat, ſed augebatur, & fouebatur: adeo vt dicere liceat illud Salomonis: *Ignis in aqua valebat; & aqua extinguendi naturam obliuiſcebatur*. Refert Dioſcorides in Thracia portẽtoſum quendam lapidem reperiri, ſingularis adeo, ac inauditæ conditionis, vt dum aqua aſpergitur, accẽditur, atque inflammatur. Et D. Gregorius Nazianzenus teſtatur, piſcem quendam nomine Epirum eſſe talis naturæ, vt quamuis conditione ſua aqueus ſit, & in eo magis humiditas, & frigiditas dominetur, in ignẽ tamen miſſus, ita mirabiliter conſeruatur, vt in eo contraria hæc amicitiæ fœdus iniſſe videantur. Ecce in Petro hæc naturæ portenta mirabilius per gratiam inſtaurata, cum lacrymarum aquis inundatus, igne amoris ſuccenſus ardeat, & inundantes aquæ non modo ignem non extinguant, ſed accendant, ſed augeant, ſed viuaciorem, ac fortiorem reddant. Duplicem eſſe & cõtrarium ignem, alterum diuini amoris, alterum concupiſcentiæ, nemo eſt qui ignoret; lacrymarum ergo inundatio etſi primum ignem foueat, ſecundum penitus perimit, vt egregie id ante oculos ponit concertatio illa quorundam gentilium, inter ſe altercantiũ, quis inter ſuos Deos maiori fortitudine polleret. Chaldæi enim, qui pro Deo ignem colebant, omnium fortiſſimum aiebant; nam ſi ſtatua lignea Iouis ei applicaretur, in cineres, ac fauillas eam conuertebat, ſi æream Martis, continuo liquefaciebat. Fuit tamen ad vincendum ignem hoc excogitatum remedium: admouerunt igni ſtatuam cuiuſdam ex eorum dijs aqua plenam, & oculos cera obturatos habentem, quæ caloris vi continuo liquefieri cœpit, & inundantes aquæ per oculos prodierunt, quæ ignem Deum Chaldæorum penitus extinxerunt. Sane Chaldæorum iſte Deus propter inſatiabilem eius voracitatem,

Sap. 5.

Dioſcor lib. 5. cap. 104.

D. Greg. Nazianz. in carmin. quod ã ... pro. epiſt ad virgines.

inextin-

inextinguibilem concupiſcentiæ ignem aperte ſignificat, qui ſemper dicit *affer*, *affer*. Eum tamen quantalibet fortitudine pollentem, adeo vt ſtrenuos, & inuictos duces facile ſuperauerit, lacrymarum aquæ deuincunt, & voracitatem eius reprimunt, atque compeſcunt, vt non ſemel experientia ipſa comprubauit; præcipue tamen in vtraque Maria, Magdalena, & Aegyptiaca, quarum libidinis flammas lacrymarum inundatiu penitus extinxit.

Nec tamen in hoc ſolũ mira lacrymarum virtus eniter: ſunt enim permulta, quæ vim, & efficacitatẽ earũ manifeſte indicant; nã licet prima facie contriſtari videantur, triſtitiã tamen ſine dubio mitigãt, vt egregie indicat illud, quod de Cãbyſe, filio Cyri fertur, qui cum Regem quendã, & natos eius in vinculis teneret, vt maiori dolore eũ afficeret, filios eius chariſſimos cõpedibus, & catenis oppreſſos ante oculus obiecit: ipſo tamen diſſimulante, nullumq. ſui mœroris ſignũ oſtendente; filias etiã ſaccis indutas, nudisq. pedibus incedentes præſentauit: ſed eũ neque earũ intuitu ad cõpaſſionem, & dolorẽ excitari videretur, chariſſimũ illi amicũ in medium produxit, funibus velut infamem hominem conſtrictum: quem cum intueretur, doloris externa ſigna amplius continere non potuit; ſed in lacrymas, & ſingultus clamoſus prorupit. cui Cambyſes dixit: Quid cauſæ eſt, quod inſpecta filiorum afflictione, quidquam commotus non fueris: ad vnius tamen amici triſtantis contuitum continuo lacrymas profuderis? Reſpondit ille: Tanta fuit doloris magnitudo ex filiorum calamitate concepta, vt lacrymas emittere non potuerim: ſi enim tunc lacrymari mihi conceſſum fuiſſet, iam ex hoc pœna leuior redderetur. Nam qui pondere doloris premitur, plangendo ſine dubio exoneratur; non ſecus ac nauis, quando aqua, quam ebiberat, euacuatur. vnde cum Deus Ezechielem admonuit vxoris mortem nõ plorare, dicens ei: non planges, neque plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ, licet multi interpretentur, iuſſiſſe illi Dominum ne triſtaretur, è contra ſe res habet: nam potius prohibens illi lacrymarum profuſionem, doloris leuamen interdixit, qua non parum ille minueretur; voluit ergo, vt triſtaretur abſque ſolatio; quia planctus ſolatium eſt animæ, vt egregie his verbis docuit Ambroſius: *Paſcunt frequenter lacrymæ, & mentem alleuant, fletus refrigerant pectus, & mœſtum conſolantur. Eſt enim pijs affectibus quædam flendi voluptas, & plerumque grauis lacrymas euacuat dolor*. Comparat Diuus Augustinus lacrymas aquæ maris, & merito quidem: quia præterquam quod ſicut illæ ſalſę ſunt, in eo valde aſſimilantur, quod quemadmodum ſub ſalſedine illa latet dulcedo (vt tradit Auguſtinus in Meteoris) & nautæ ſæpe id experti ſunt, ſingulari quadam induſtria ex aqua maris dulcem hauriẽtes aquam, & Geminian. refert ex Diuo Iſidoro in regione nomine Trachonitia, mare ter in die aquam dulcem producere: ita ſub amaritudine lacrymarum latet mira dulcedo, ac ſuauitas, animam mirifice recreans. In eius figura videmus Moyſen aquas amaras dulces reddidiſſe, & in ore leonis Sampſonem dulciſſimum mel inueniſſe. Habent etiam lacrymarum aquæ, (vt paucis multa dicam) quod dæmones torquent, iuxta illud: *Tu contribulaſti capita Draconum in aquis*. Vnde Petrus Cęſarienſis ait: *Acrius Diabolus contriti cordis lacryma torquetur, quam flamma infernalis incendij*. Item animæ ciuitatem velut fortiſſimus murus lacrymæ protegunt. *Erat aqua* (ait Moyſes) *quaſi murus a dextra eorum, & læua*. Sicut enim aquæ velut murus, vel antemurale vrbem cingentes inexpugnabilem illam faciunt; ita & lacrymæ aditum hoſtibus animæ fortiter occludunt. Conſeruãt præterea in ſanctitate pœnitentem, non ſecus, ac piſces, maris, vel fluminis aquę: ſpiritualis inopiæ noſtræ miſeriam mirifice ſubleuant, & precioſiſſimis margaritis animam locupletant, quia ſingulæ lacrymæ, ſingulæ ſunt margaritæ, cæleſtium radiorum aſpectu in oculorum conchylijs procreatæ. Deum inſuper animæ præſentem faciunt: nam oculi eius, *oculi ſunt columbarum*, quæ cum libenter reſideant iuxta fluenta, libenter ſane reſidebit iuxta lacrymarum riuulos. Quid plura? ſane pœnitentium lacrymæ peccata ſuffocant, cordis duritiem emolliunt, diuinum furorem cohibent, infirmi animi deliquijs medentur, immundos mundant, infirmos corroborant, turpes decorant, mortuos ſuſcitant, inferni ignem extinguunt, & ad portum cæleſtis patriæ animæ nauiculam ſecuram perducunt. Verum ſi diuinam lacrymarum virtutem, ac mirabilem earum efficacitatem perfectius noſse cupitis, hæc, quæ ſequuntur ſelectiſſima Patrum teſtimonia attente perpendite. Diuus Ambroſius: *Validiores*, inquit, *lacrymarum preces ſunt quam ſermonum: quia ſermo in precando forte fallit, lacryma omnino non fallit. Sermo enim interdum non totum profert negotium, lacryma ſemper totum prodit affectum. Et ideo Petrus iam non vtitur ſermone, quo fefellerat, quo peccauerat, quo fidem amiſerat, ne per id etiam non credatur ad confitendum, quo vſus fuerat ad negandum, ac per hoc mauult cauſam flere, quam dicere, & quod voce negauerat, lacrymis confiteri*. Hæc Diuus Ambroſius. quibus alia Diui Chryſoſtomi egregia verba ſubnectam: *Peccata tua in libro ſcripta ſunt: ſpongiæ autem inſtar ſunt lacrymæ tuæ. Lacrymas mitte, & obliterantur: lacrymas mitte, & purus illic liber inuenitur. Magna peccatorum ſpongia ſunt lacrymæ. Magna lacrymarum vis eſt. vis dicam quantum lacrymæ valeant? Animum quæſo diligenter attende. Quodnam ingens virtutis munus tibi eſſe videtur? Martyrium dices? Maiorem enim hac charitatem nemo habet, quam vt ponat quis animam ſuam pro amicis ſuis. Re vera maximum virtutis munus martyrium eſt; quandoquidem martyres ſanguinem profundunt*.

Marginal notes: *Commune Cambyſis hiſtoria.* — *D. Ambroſ. de obitu Valentiniani.* — *D. Auguſt. ſerm. 11 de lacrymis ad fratres.* — *Idem Aug.* — *Gemin per tractans de mari.* — *Exod. c. 5. Iudicum 14.* — *Pſal. 73.* — *Exod. 14.* — *Cant. 1.* — *Ambroſ. ſermone 46.* — *D. Chryſoſt. in Pſ. 50. homil. 2. qua incipit Heſterna menſa.*

Apertum enim eſt, quod martyres agunt: martyres ſanguinem ſnndunt; peccatores lacrymas ſundunt. Atque vt quanta lacrymarum vis ſit, intelligas, meretrix illa ſanguinem ne fudit? An non lacrymarum dumtaxat ſontes effudit, atque hac ratione peccata diluit? Et quid meretricem, atque impuram feminam commemoro? Columna illa Eccleſiæ, illa fidei baſis, illud Apoſtolici chori caput, Petrus, an non ſemel, & iterum, ac tertio Dominum abiurauit? An vera propterea cruorem effudit, ac non potius lacrymarum ſontes? Hucusque Chryſoſtomus, quibus alia ipſe addit ſermone de pœnitentia, dicens: *Lacrymæ ſunt, quæ radunt rudeta, & ſanant vulnera: lacrymæ ſunt, quæ pœnitentem armant, & indulgentiam prouocant; lacrymæ ſunt, quæ cælum pulſantes, crimina delent, & conſcientiam degrauant. Sonant in ore pœnitentiæ verba, & mouent in pectore pietatis veniam. Et impletur caput aqua, tumeſcunt oculi, rigantur genæ, decurrunt riuuli, & Deus indulgentiæ mentem exhilarat. Lacrymæ ſunt quæ reconciliant Deo, a peccatis redimunt animam, & ſanant languores eius. Sordentem animæ veſtem lacrymæ lauant, & dant illi remiſſionis candorem.* D. Hieronymus: *Magna*, inquit, *eſt ad impetrandum lacrymarum potentia. o lacryma humilis tuum eſt regnum, tua eſt potentia, tribunal iudicis non vereris, accuſatoribus tuis ſilentium imponis, non eſt qui te accedere vetet, ſi vacua intraueris, vacua non exibis. Quid plura? vincit inuincibilem, ligat omnem poteſtatem, inclinant Filium Virginis.* Hactenus Hieron. vel quicumque ille ſit.

Chryſ. ſerm. 1. de Pœnit. n. 5.

Hinc eſt, quod cruentus humani generis hoſtis, mirabilem lacrymarum virtutem, ac diuinos, quos pariunt, fructus animaduertens, totis viribus earum profuſionem prohibere nititur, in cuius figura ſacra Iudith hiſtoria narrat, quod Holophernes inter alia grauiſſima, quæ Betuliæ intulit dãna, vnum fecit, quod aquæductus ruperit, per quos fontium aquæ vrbem illam ingrediebantur. Huc iacere poſſe arbitror, inauditam cuiuſdam Principis nomine Triſoy immanitatem, cuius meminit Aelianus de varia hiſtoria: cum enim vellet omnem præcludere viam ad fouendam coniurationem contra ſe factam, publico edicto, & ſub grauiſſimis pœnis iuſſit, ne quiſpiam cum alio colloqueretur. Aegre tulit populus rem hanc, tamen loquelam ſupplebant geſtus, & nutus, quibus internos animi conceptus exprimebant: id ſciens tyrãnus, confabulationem etiam per ſigna, & nutus eis interdixit. Sed ciues moleſtiſſime, vt par erat, hãc inhumanitatem ferentes, cœperunt plerique in publico foro triſtes ſingultus profuſis lachrymis emittere, calamitatem ſuam amare flentes. Quod ad tyrãni Principis notitiã cũ perueniſſet, deteriorem ſibi iudicans lacrymarum, quam verborum coniurationem, & vehementius fletibus, quam vocibus animos audientiũ cõtra ipſum indignaturos, multis ipſe militibus ſtipatus ſtatim ad forum perrexit, eiulatus, & lacrymas prohibere contendens: *vt nec ſolum* (vt ait Aelianus) *linguam, vultuſque ſeruitute conſtringeret, ſed etiam oculis a natura tributam libertatem eriperet.* At nõ ipſe, ſed lacrymantium fletus præualuerunt; quia tanquam leones ſumma rabie in eum inſurgentes, tandẽ interfecerunt, ac trucidarunt. Non ſecus aduerſarius noſter Diabolus nocumenta per lacrymas ſibi inferenda præodorans, ſummo conatu eas prohibere contendit, ſed tandem lacrymæ contra ipſum præualent, & tanquam tyrannidis illius victrices de illo glorioſe triumphant.

Iudith 7.

Aelian. lib. 14. de varia hiſt.

Illud tamen in hoc genere argumenti non prætermittam, videlicet omnes lacrymas non eiuſdem eſſe conditionis; ſunt enim quædam Deo gratæ, quæ propter commiſſa peccata, propter mortem Chriſti Domini, aut ſimilem aliam honeſtam cauſam profunduntur: at quæ ex profani honoris amiſſione, rei familiaris iactura, aut rei turpiter dilectę abſẽtia emittuntur, inutiles ſunt, & Deo deteſtabiles. Vnde D. Hieronymus inter præclara geſta Dauidis illud præcipue multis encomijs ad cælum vſque efferre, quod Philiſtæis inuitis, & reluctantibus per vim Idolum abſtulerit, cui ſolum oculorum lacrymas in victimam offerebant, quod Deo Optimo Maximo mirum in modum inuiſum, ac deteſtabile agnoſcebat. Agnouit etiam olim D. Auguſtinus ingratas Deo eſſe, quas profuderat lacrymas, Didonis amorem apud Virgilium lectitans: *Flebam*, inquit, *Didonem mortuam, quæ ſe occidit ab amorẽ Aeneæ, cum interea meipſum in his à te morientem Deus meus vita mea ſiccis oculis ferrem miſerrimus. Quid enim miſerius miſero, non miſerante ſe, & flente Didonis mortem, quæ fiebat amando Aeneã, non flente antẽ mortem ſuã, quæ fiebat non amando te?* Hęc Auguſtinus. In rebus naturalibus duo pręcipue experimur, quę ab oculis lacrymas extorquere ſolent, fumus ſcilicet, & cæpa, quæ duo apte ſatis eas adumbrant, quas profani homines Deo ingratas, & odibiles effundere conſueuerunt: nam qui ob amiſſum honorem, aut non adeptam dignitatem deplorant, hos fumus honoris impulit ad fletum; ij vero, qui præteritas voluptates in memoriam reuocantes, quibus eorum animus valde affectus eſt, plangere ſolent, ab his cæpula carnalium voluptatum lacrymas extorquet, ſimilibus in hoc illis, qui ſacra Numerorum hiſtoria referente dicebant: *In mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, cæpe, & allia.* Inutilitatem harum, & ſimilium lacrymarum conſiderans Diuus Chryſoſtomus, tam eleganter, quam ſapienter dixit: *Luge peccata, vt ipſa deleas: propter hoc enim triſtitia facta eſt, non vt in morte, nec in vlla alia re tali doleamus, ſed, vt ipſa ad delenda vtamur peccata: & quod hoc verum ſit, exemplo facio manifeſtum. Remedia medicinalia propter illos tantum morbos facta ſunt, quos tollere poſſunt, non propter illos, quos nihil adiuuare poſſunt. Puta, (adhuc enim manifeſtiorem volo rationem facere) medicamentum oculos lippientes tantum iuuare valens, nullum vero alium morbum,*

Hier. lib. 7. epiſt. & lib. de quaſt. Hebraicis.

Aug. lib. 1. confeſſ. c. 13.

Num. 11.

Chryſoſt. ad pop. Antioch. hom. 5.

bum,

bum, propter oculorum ægritudi nem tantum factum eſſe dicere quis poſſet, non propter ſtomachum, neque propter manus, neque propter vllum aliud membrum. Transferamus igitur rationem ad triſtitiam, & inueniemus quod accidentium nobis nil adiuuat, peccatum vera ſolum corrigit. Certum igitur, quod propter huius ſublationem tantum conceſſa eſt. Percurramus ingruentium nobis malorum quodque, & triſtitiam ſuperadducamus, & videamus, quid ex hac vtilitatis. Mulctatus eſt quiſpiam pecunijs, triſtatus eſt, mulctam non emendauit: filium amiſit, doluit, mortuum non reſuſcitauit, nec defuncto profuit: flagellatus eſt quis, alapis cæſus, contumelijs affectus, doluit, non reuocauit contumeliam. Valetudinem quis incidit, & ægritudinem grauiſſimam: doluit, ægritudinem non ſuſtulit, ſed & difficiliorem reddidit. vides horum nulli prodeſſe triſtitiam? Peccauit quis, triſtatus eſt, peccatum deleuit, diſſoluit debitum. Hęc Diuus Chryſoſtomus, aureum eloquentiæ flumen. Medici obſeruare ſolent in aquis telluris meatus, & locorum conditionem, per quę defluunt; nam quæ per auri mineralia, optimas; quæ vero per ſulphuris venas tranſeunt peſſimas indicant. Idem plane diſcrimen non ſemel obſeruaui in lacrymarum aquis: nam quæ ex igne charitatis oriuntur, ſanctæ, & Deo gratæ ſunt, quæ vero ex libidinoſo, & luxuriante animo procedunt, neceſſe eſt libidinē redoleant, atque impiæ, & ingratæ Deo reddātur. Quare qui pie, ac religioſe lacrymas profundere deſiderat, D. Gregorium conſulat; hic enim quibus de cauſis lacrymandum ſit, his verbis breuiter & optime docet: *Quatuor ſunt qualitates, quibus iuſti viri anima compunctione vehementer afficitur: cum aut malorum ſuorum reminiſcitur, conſiderans vbi fuit: aut iudiciorum Dei ſententiam metuens, & ſecum quærens, conſiderat, vbi erit; aut cum mala vitæ præſentis attendens, conſiderat vbi eſt: aut cum bona ſupernæ patriæ contemplatur, quæ quia nec dum aſpicitur, lugens conſpicit, vbi non eſt.* (Gregor. moral. lib. 23. c. 21.)

Homilia Decima.

De præſentatione Chriſti Domini in concilio ſeniorum, ac de miſſione ad Pilatum, & de remiſſione eiuſdem ad Herodem, qui illum per ludibriū veſte alba induit, in illa verba: Mane autem facto conſilium inierunt Principes Sacerdotum aduerſus Ieſum, vt eum morti traderēt, & vinctum adduxerunt ad Pilatum. Et illa alia: Spreuit autem illum Herodes cū exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba. (Matth. 26.)

QVAMVIS cauſa Chriſti Domini non parum agitata, atque examinata fuerat præcedenti nocte coram Caiphā ſummo Pontifice, & ſenioribus populi; mane nihilominus pleno eorum cōcilio Chriſtus Dominus præſentatur, vt cauſæ illius iterum calumnioſum examen, cauillosamque explorationem ſubiret, quod abſque ſingulari Dei conſilio minime factum arbitror. Primum, vt Chriſti innocentia magis eluceſceret: nam quemadmodū verum germanumque aurum eam induit naturæ conditionem, vt quo magis in ignem detruditur, eo rutilantius, ac defęcatius reddatur, quia igne nō cōſumitur ſed perficitur potius; ita ſumma Chriſti vitæ integritas, quo magis fuit examinata, ac per diuerſos Iudices, alioquin malignos, & corruptos explorata, eo magis illuſtrata omniū oculis prodijt. Secundo, quia in præcedenti concilio exploratio facta fuerat nocturno tempore: ſententia vero noctu pronunciata non eſt valida, vt traditur in Authentico de Iudicibus, quia nocturnū tempus Iudicio aptum nō eſt. (Authent. de iudicijs.) Vnde de Moyſe dicitur, quod ſedebat, vt iudicaret populum a mane vſque ad veſperam: in noctem tamē iudicium non protrahebat. (Exod. 1.) Tertio id fecerunt, vt cauſam ſuam ſeniores magis iuſtificarent, quia cum iudiciū nocturnum omni iuris forma deſtitutū fuiſſet, cum ijdem eſſent Iudices teſtes, & carnifices; volentes ſane hunc errorem corrigere concilium, aliud coegerunt ſub ſpecie, & prætextu ſedati animi, & in argumentum deſiderij maturius cauſam Chriſti diſcernendi.

Quarto, quia deſiderabant, vt Ieſus iam funibus, & catenis ſolutus rata faceret, quæ nocte pręcedenti eiſdem ligatus dixerat; hac enim ratione formæ iuris obſequentiſſimos obſeruatores ſe oſtentabant. Ita conſuetudo nanque obtinuit, vt quæ iudices per vim tormentorum à reis extorquent, poſtea ab eiſdem ſolutis, & abſque tortura exquirant. Seniores iſti, qui huic iudicio aderant, ſeptuaginta duo erant; nam teſte Abulenſi, *Abulenſ. in 23. c. Matth.* conſilium illud fuit conſiſtorium Sanedrin, hoc eſt ſeniorum, & ſcribarum, quod penes Hebræos dicitur, Domus iudicij; vbi moris erat cauſas, & iudicia animarum à ſeptuaginta & vno congregatis iudicibus, qui cum ſummo Sacerdote ſeptuaginta duorum numerum complebant, examinari, atque tractari. Fuerat hoc iudicium quondam conſtitutum à Deo, vt iuuaretur *Numer. 11. Deuter. 17.* Moyſes in regēda republica, in Deuteronomioque præcipiebatur, vt iudicium hoc Hieroſolymis fieret prope pontificem. Hoc autem, iudicium paulo poſt ſublatū fuit. Scribit enim Rabbi *Rabbi Moyſes Maim. in lib. Iudicum* quidam Moyſes Maimon in libro Iudicum, quod Ieſus Nazarenus viſus eſt eſſe Meſſias, & interfectus eſt per Domum iudicij, hoc eſt, in iudicio vnius & ſeptuaginta iudicum Iudæorum, & ipſe cauſa fuit, vt deſtrueretur Iſrael in gladio. In hoc igitur conſilio Caiphas nomine omnium ſeniorum Chriſtum interrogat: *Luc. 22.* *ſi tu es Chriſtus dic nobis*. Animaduerſione dignum arbitror, iam non amplius Chriſtum interrogare, an eſſet Filius Dei, quia cum Pilatus, ad quem deferenda erāt cauſa, gentilis erat, & Idolorum cultor, pluresque admittens Deos, nihil eum mouiſſet, nec ægre tuliſſet, quod tantorum prodigiorum patrator Filium Dei ſe diceret; ideo extorquere deſiderabant ab illo, vt ſe Chriſtum in lege promiſſum, & verum Regem Iſrael, ſedem Dauid tenentem profiteretur: quod cum contra Cæſaris imperium aperte militaret, non poterat Pilati animus contra Chriſtum Dominum non vehementer indignari. Atque hanc fuiſſe iſtorum mentem, ſatis ipſe rei euentus demonſtrauit: ſiquidem Pilatus poſtea cauſam eius via interrogationis explorans, non interogauit eum, an Filius Dei eſſet, ſed an ſe Regē fateretur, dicens: *Matth. 27. & Ioan. 18.* *tu es Rex Iudeorum*? Pręſentarunt ergo Ieſum in conſpectu Pilati manibus ligatis, & catenam ferream in collo habentem, quam longo tempore tradunt nōnulli Hieroſolymis aſſeruatam fuiſſe, *Salm. tract. 24. tomo 10. Baſilius in Myſtag.* eiuſque contactu dæmonia ab obſeſſis depelli. Et Baſilius in Myſtagogia Eccleſiaſtica ait, Ieſum fuiſſe ductum vinctum ex collo, in cuius typum ſacerdotes modo collo apponunt ſtolam. Moris enim erat, vt quoties quis ab Eccleſiaſtico tribunali deducebatur ad ſeculare morte mulctandus, vinctus traheretur ad magiſtratū, vt tradit D. Hieronymus in Mattheum. *Hieron. in Matth. c. 26. tom. 9.* Quia ergo ſeniores in ſacrilego illo conſilio manè facto Chriſtum Dominū ad mortem damnarāt, & brachio ſeculari relaxarant, ideo, vt hoc ſigno agnoſceretur iam ab eis eſſe condemnatus, vinctum miſerunt eum ad Pilatum iudicem ſecularem.

Ipſe autem audita eorum petitione, dixit eis: *Quam accuſationem ergo affertis aduerſus hominem hunc?* *Ioan. 18.* quaſi diceret, indignum eſt, vt ego, qui Romani Imperij perſonam gero, quempiam cauſa non plene cognita iudicem, ſiue abſoluendo, ſiue condemnando. Vnde Feſtus, vt conſtat ex Actis Apoſtolorum, *non eſt* (inquit) *Romanis conſuetudo damnare aliquem hominem, priuſquam qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat, ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur*. *Act. 25.* at illi reſponderunt: *Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum*: *Ioan. 18.* quaſi dicerent: euidentia patrati facinoris non indiget clamore accuſationis, ſed ſolum iudicij executione. Quibus verbis aperte malitiā ſuam prodiderūt, volentes Chriſtū, nec examinatū, nec confeſſum, nec conuictum necari; immo indignum iudicantes, qui vel à iudice audiretur, cum tamē prouerbium habeat, ipſum etiā Satanam in ſuis iuribus audiendum eſſe, & ipſi etiam non ignorarent in Exodo caueri, neminem inauditum condemnari. *Exod. 23.* Quod & prædixerat Nicodemus apud Ioannem, dicens: *Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat?* *Ioann. 7.* Et licet ita ſit, quod qui relaxantur ex tribunali Eccleſiaſtico, brachio ſæculari tanquam morte plectendi tradantur; id tamen fit, præſentando merita cauſæ, vt conſtet de iuſtitiæ lata ſententia; nam ſi conſtaret de iniuſtitia, eius executioni minime mandari debet; vnde Pilatus iniuſtitiam latæ contra Chriſtum ſententię in conſilio ſeniorum probe agnoſcens, renuebat iudex illius fieri, & ideo dixit eis: *accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate*. Reſponderunt ipſi: *nobis non licet interficere quenquam*. Quę verba, quia difficilia ſunt, expoſitione indigent: nō enim eſt ſenſus, legem Moyſis prohibere reum puniri, aut interfici, cum conſtet illam in multis criminibus mortis ſupplicium infligendum præſcribere, vt adultero, & blaſphemo, in Leuitico; violāti Sabbatum, & homicidæ in Numeris; Idola colenti in Exodo; recuſanti parere Sacerdotis ſummi imperio, aut inobedienti parentibus ſuis in Deuteron. ac tandem ſimpliciter in Exodo dicitur: *Maleficos non patieris viuere*. *Leuit. 20. Idem 24. Num. 15. Idem. 15. Exod. 22. Deuter. 17. Idem. 21.* Secundo, non eſt ſenſus, quod Romani legem Moyſis limitaſſent, vt docuit Caietanus, volentes ne ipſi alicui mortem inferrent, & omnes ſanguinis cauſas ad ſe deuolui, quia non conſtat ex tota hiſtoria Euangelica de tali limitatione, & manifeſtum eſt, quod ſæpe intulerunt mortis ſupplicium in cauſis ad religionem ſpectantibus. Vnde Stephanus ab eis lapidatus fuit, Iacobus ab Herode occiſus, & multi à Paulo interfecti fuere, accepta poteſtate à Principe ſacerdotum. *Act. 7. Idem. 12. Idem. 9. Ioan. 8. Idem. 19.* Iudæi etiam Domino obtulerunt mulierem in adulterio deprehenſam, & ipſi iure legis intendebant Chriſtum occidere, cum dicebant: *Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia Filium Dei ſe fecit*. Ad hæc ſi Iudæi in captiuitate Babyloniæ poſiti habebant

ius

ius occidendi ſecundum legem adulteram in
Daniel. 13. ipſo actu deprehenſam, vt patet ex Da-
niele, & falſos teſtes lege talionis, vt ſeniores
accuſatores Suſannæ: ergo multo magis tem-
pore Romanorum, quo maiori libertate in
patria ſua verſabantur. Dicens ergo Pila-
Ioan. 18. tus: *Accipite eum vos, & ſecundum legem*
veſtram iudicate eum, non tantum ad flagel-
landum; ſed etiam ad mortem ei infligendam
Iudæis obtulit. Poſſunt igitur prædicta verba:
Nobis non licet interficere, quemquam, bifa-
riam intelligi, iuxta duplicem eorum ſenſum.
Primus eſt, non fuiſſe illis licitum crucis mor-
te aliquem interficere, quia illud mortis ge-
nus lex Moyſis ignorabat. Cuius ſententiæ
D. Chryſoſt. ho. 82. in Io. eſt beatus Chryſoſtomus (quem ſequitur Eu-
tom. 3. Euthym. in Io. 18. thymius in Ioan.) *Aut dicit Euangeliſta* (in-
quit) *quoniam non pro Iudæis tantum, ſed & pro*
Actor. 7. *gentibus erat moriturus, vel quod crucifigere*
eis non licebat. Quod ſi dicunt, non licere in-
terimere, eo tempore intelligendum eſt: nam
quod interemerunt & alia morte, argumentum
eſt Stephanus lapidatus, ſed crucifigere eum
deſiderabant. Hæc ille. Cui expoſitioni ſine
dubio fauet ſacer textus, dum ſubiungit, *vt*
Io. 18. *ſermo Ieſu impleretur, quem dixit, ſignificans,*
qua morte eſſet moriturus. Fauet etiam, quod vt
apparet ex affirmatiuis præceptis Iudæo-
rum, quatuor tantum modis poterant mor-
In lib. Sanedrim. tem infligere, vt habetur in libro Sanedrim,
ſcilicet lapidando, gladio decollando, com-
burendo, & ſtrangulando. Ac tandem poſſunt
prædicta omnia confirmari ex eo, quod in-
terficere in ſacra Scriptura ſolet ſumi pro
Act. 3. crucifigere, vt patet ex Actorum tertio: *Au-*
ctorem vitæ interfeciſtis, hoc eſt, crucifixiſtis. &
Mar. 10. Matth. 20. eodem loco, quo Diuus Marcus dixit: *Et in-*
terficient eum, Matthæus habet, *crucifigent*.
Altera expoſitio eſt, vt ſit ſenſus, quod non
liceret eis interficere aliquem tempore pa-
ſchali. Tum quia illo die celebrabatur me-
moria exitus de Aegypto, quo die ipſi libe-
rati fuerant; ideo poterant liberare, non
tamen aliquem damnare: tum quia in Exodo
Exod. 20. dicitur: *Non facies omne opus in eo, &c.* At
infligere mortem, opus ſeruile erat: vnde He-
Act. 12. rodes, qui Petrum in carcere morti addi-
ctum ſeruabat, expectabat religionis cauſa,
vt dies Azymorum tranſirent. Et hanc ſenten-
Aug. tract. 114. tiam ſequitur Auguſtinus in Ioannem: *Quid*
eſt (ait) *quod loquitur inſana crudelitas? An non*
interficiebant, quem interficiendum offerebant?
an forte eum non interficit? Si deſipiunt, qui
non ſectantur, inſectantur ſapientiam. Quid eſt
autem: Nobis non licet interficere quemquam?
Si malefactor eſt, cur non licet? nonne lex eis præ-
cepit, ne malefactoribus, præſertim qualem iſtum
putabant, a ſuo Deo ſeductoribus parcant, ſed in-
telligendum eſt, eos dixiſſe non ſibi licere interfi-
cere quemquam propter diei feſti ſanctitatem,
quem celebrare iam cœperant, propter quem de
ingreſſu etiam prætorij contaminari metuebant.
Videntes autem obſtinati Iudæi Pilatum

renuere, nulla facta ſpecialium delictorum ac-
cuſatione, nullaque iuris forma præcedente,
Chriſtum Dominum mortis ſupplicio ple-
ctere, trinam contra illum excogitarunt ac-
cuſationem, dicentes: *Hunc inuenimus ſubuer-* Matth. 23.
tentem gentem noſtram, & prohibentem tributa
dari Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum Regem eſſe.
Triplex imponebant crimen, primum contra
populum, ſecundum grauius contra Cæſarem,
tertium grauiſſimum contra Deum. Aſt quam
hæc omnia calumnijs, & cauillis plena eſſent,
id manifeſtiſſime comprobat, quod in primis
tantum aberat, Chriſtum Dominum gentem
ſubuertere, quin potius ad Deum illam con-
uertebat, non ſolum illam ſuis monitis edo-
cens, ſed & exemplo ædificans, in omnibus ſe
legis obſeruantiſſimum oſtendens. vnde ipſe
dicebat: *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere*.
Quod ſi nomine ſubuertentis gentem ſeditio-
ſum eſſe intelligebãt; impudentiſſimũ hoc erat
mendacium, cum Chriſtus nullam vnquam ſedi-
tionem excitaſſet, qui præceperat inimicos di-
ligere, pacem, & fraternam charitatem colere,
magiſtratui legitimo prædicauit nõ eſſe cõtra-
dicendum, immo interpellatus a duobus fratri-
bus de diuidenda hereditate, noluit falcem mit
tere in meſſem alienam: deinde ipſe diſertis ver
bis docuerat tributum Cæſari pendendum,
dicens: *Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, &*
quæ ſunt Dei Deo. Et quæſitus ab exactori- Matth. 5. 10 15. Luc. 12.
bus tributum ſoluere, didrachma pro ſe, &
Petro Cæſari ſolui præcepit. Quod tan-
dem ei obijciebant, ſe Chriſtum Regem eſſe
dicere, & cum Romani Imperatoris iniuria
regnum vſurpare velle, in cuius rei ſignum,
& indicium opponebant ei, multis ſtipatum
hominibus incedere (Nam duodecim Apo-
ſtolos, vt maiores collaterales habebat, & ſe- Luce 10.
ptuaginta duos diſcipulos, vt inferiores ſuæ Ioan. 6.
curiæ miniſtros:) Hoc etiam crimen falſo ei
imponebatur; nam cum edito ſigno multipli-
cationis panum, turba eum Regem vellet con- Matth. 16.
ſtituere, ipſe aufugit in montem, vt ibi delite-
ſceret: & cum ſæpe ab alijs diceretur Chriſtus,
ipſe ob iuſtas cauſas pro tunc id prohibe-
bat. Ex his accuſationibus nulla magis per-
mouit Pilatum, quam hæc tertia, de affecta-
tione regni, & ideo interrogauit illum: *Tu*
es Rex Iudæorum? Chriſtus Dominus reſpon-
dit: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*. Su- Ioan. 18.
per quem locum Diuus Auguſtinus obſer- Aug. tract. 115. in Io.
uauit Chriſtum Dominum non dixiſſe, Re- in pri. to. 9.
gnum meum non eſt in hoc mundo: ſed
Non eſt de hoc mundo. Obſerua etiam non
dixiſſe: *Meum non eſt hic, ſed non eſt hinc*.
Atque per hanc reſponſionem, ſi eam percal-
luiſſet Pilatus, cognouiſſet quidem Chriſti
regnum, cuius ſe Regem eſſe non inficiabatur,
nullum prorſus nocumentum Cæſaris regno, ac
Imperio fore illaturum. Verum tamen eſt, quod
eum ipſe intulit: *Ergo Rex es tu?* quidam inter-
pretantur illum locutum eſſe per irriſionem. Ioan. 18.
Quidquid tamen de hoc ſit, nullam legitimam

damnationis cauſam in Chriſto inueniens, ad Herodem eum remiſit, eo quod in Galilæa ei obiecerant commouiſſe gentem; Herodes autem Galilæam regebat. Itaque videns cauſam periculoſam eſſe, & vel innocentem eſſe damnandum, vel in Iudæorum indignationem incurrendum, ideo, vt ex tanto periculo ſe ipſum eriperet, mittere eum decreuit ad Herodem Regem, qui illo tempore propter Paſcha erat Hieroſolymis. Huius miſſionis ad Herodem inſignem prophetiam Oſeæ profert nobis Tertullianus aduerſus Marcionem, dicens: *Chriſtus Herodi velut munus a Pilato miſſus*, Oſeç vocibus fidem reddidit. de Chriſto enim prophetauerat (iuxta ſeptuaginta interpretum verſionem) *Et vinctum eum ducent xenium Regi Iarib in domo*: idemque vaticinium de Chriſto miſſo a Pilato ad Herodem præter Tertullianum explicant Cyprianus lib. de duplici martyrio, Iuſtinus dialogo contra Tryphonem, & Cyrillus catecheſi decimatertia, & Rufinus in Symbolo: *Herodes autem* (ait ſacer textus) *gauiſus eſt valde viſo Domino*. Vnde præ gaudij magnitudine refert Diuus Anſelmus, Herodem impoſuiſſe regiam coronam ſuper caput Chriſti, & pollicitum fuiſſe illi liberationem, & ſucceſſionem regni, ſi prodigioſa illa ſigna, quæ ſolebat, in conſpectu eius edidiſſet, ob eandemque rationem Herodes interrogabat eum multis ſermonibus, at (vt Euangeliſta teſtatur) *ipſe nihil illi reſpondebat*. Quamuis autem Diuus Lucas non exprimat, qui eſſent illi ſermones, probabile tamen quidam putant his verbis eum allocutum fuiſſe: Es ne tu ille, qui illuſiſti parentem meum, & cuius gratia pater meus multos occidit infantes? Es ne fortaſſe tu ille, ad cuius aduentum perterrita ſimulachra Aegypti corruiſſe feruntur? Audiui, quod aquam in vinum mutaueris ad nuptias vocatus, & quod panes hordeaceos multiplicaueris: fac quæſo in conſpectu meo rogatus, quæ alibi non quæſitus feciſti. Hæc Incerta ſunt; certum tamen, Chriſtum Dominum in conſpectu Herodis nullum verbum protuliſſe: ob quod ira percitus Herodes, tanquam inſanum, & amentem veſte alba indutum a militibus irrideri iuſſit. Extant huius rei egregiæ figuræ in ſacris litteris, præclaraque Prophetarum vaticinia. Achior enim, qui a Ducibus Holophernis in conſpectu eius illuſus remiſſus eſt ad Betuliam, vnde venerat, & Dauid Rex, qui vilipenſus à Rege Achis, & tanquam inſanus extra regiam aulam expulſus eſt, Chriſtum Dominum tanquam amentem veſte alba indutum, & extra Herodis palatium irriſorie exploſum egregie adumbrant. Dauid etiam in perſona Chriſti hæc præuidens dixerat: *Poſui ori meo cuſtodiam, cum conſiſteret peccator aduerſum me, obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui a bonis, & dolor meus renouatus eſt*. obmutuit (ait) quia nullum verbum reſpondit Herodi. Siluit autem

Tertull. lib. 4. aduerſus Marcionem prope fin. 70. interpr. ſuper c. 10. Oſeæ.

Cypria. lib. de duplici martyrio. Iuſtin. dialogo contra Tryphonem, & Cyrill. in catecheſi 13. & Rufin. in ſymbolo. D. Anſelm. lib. de Paſſione.

Salmeron tract. 27. de Paſſione tomo 10.

Iudith. 6.

1. Reg. 21.

Pſal. 38.

(inquit) á bonis, quia abſcondit ab eo cæleſtia bona, ac portentoſa illa miracula, quæ ipſe videre deſiderabat. ac tandem ſubiungit, *& renouatus eſt dolor meus*, quia eo quod ſapienter tacuiſſet, ſubſannationem, & deriſum ab hoſtibus ſuſtinuit. Diuus Gregorius hæc omnia complexus eſt paucis verbis, dicens: *Quia Herodem vidit non perfectum, ſed ſigna, vel ſcientiam velle mirari, requiſitus ab eo tacuit: & quia conſtanter tacuit, ab eo irriſus exiuit, ingratos foris reliquit, magis eligens à ſuperbientibus deſpici, quam à non credentibus vacua voce laudari.* Idem etiam prænunciauerat Oſeas, dicens: *Scitote Iſrael ſtultum Prophetam, inſanum virum ſpiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ.*

Pſal. 38.

D. Greg. lib. 10. moral. c. 17. & libro 22. cap. 10.

Oſea 9.

Sed iam tempus eſt, vt myſteria, quæ in ſilentio Chriſti Domini in conſpectu Herodis, & in veſte alba, qua indutus fuit, deliteſcunt reſeramus. D. Ambroſius primam huius Chriſti taciturnitatis rationem reddens ait: *Accuſatur Dominus, & tacet, & bene tacet, quia defenſione non indiget: ambiant defendi qui timent vinci, non ergo accuſationẽ tacendo confirmat, ſed deſpicit non refellendo*. Secundo nõ reſpondit, vt obſeruaret illud Salomonis: *ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam*: erat autem manifeſta ſtultitia, velle Chriſtum Dominum, vt eius curioſitati ſolum ſatisfaceret, miracula aliqua in conſpectu eius patrare. Tertio tacuit Chriſtus coram Herode, quia ipſe vocem eius clamantem in deſerto, hoc eſt Ioannem Baptiſtam de medio ſuſtulerat, ablata autem voce aufertur verbum, ac tandem ſiluit, ne, velut adulatoribus, & aſſentatoribus conſueuit, iniquæ Herodis voluntati conſentire videretur, & inter reos connumerari, de quibus Comicus dixit: *Quidquid dicunt laudo, id rurſum ſi negant, laudo, id quoque negat quis? nego. ait? aio.* Vt autem nonnihil de veſte alba proferamus, obſeruandum eſt ex antiquiſſimo Ioſepho de Bello Iudaico, Regem Archelaum veſte candida indutum in templum veniſſe, qua etiam teſtatur ſolitum fuiſſe vti Salomonem, & Tacitus in triumpho Vitellij refert præfectos caſtrorum, & Tribunos ante Aquilam inceſſiſſe albis indumentis veſtitos, & Aulus Gellius teſtatur Scipionem Africanum alba veſte, qua rei indui prohibebantur, ſolitum eſſe veſtiri. Vt ergo irriſionis cauſa purpura illum poſtea induerũt, quam conſtat habitum regium eſſe; ita nũc per ludibrium candidã veſtem, qua magnates vtebãtur illi circũdederunt, ſed certe, quod in irriſionẽ factitarunt, diuina ſapientia vertit in myſterium: nam veſtis candida, præterquam ſuo candore repræſentat Chriſtum Dominum, vt Deum, qui *candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula*. egregie adumbrat innocentiam, & animi candorem eiuſdem, vt homo eſt. Hic adeo excellens, ac foecundus fuit, vt & eos dealbauerit, de quibus interrogauit Ioannes: *Qui ſunt hi qui amicti ſunt ſtolis albis, & vnde venerunt?* & nos omnes candore ſuo

D. Ambroſ. lib. 10. in Lucam.

Prouerb. 26.

Terentius in Eunuch. act. 2. ſcena 2. Ioſeph lib. 2. de bello Iudaico c. 10.

Tacit. lib. 8. antiq. c. 3. Aul. Gell. lib. 9. c. 4.

regni

Google

Gen. 3. regni cæleſtis candidatos effecerit. Olim Primus Adam tanqusm inſaniens candidam iuſtitiæ, ac ſanctitatis veſtem vnius pomi precio vendiderat; nunc autem Chriſtus Dominus veſte candida velut inſanus indutus, meruit nobis candidam iuſtitiæ veſtem peccatoribus reſtitui. Ac tandem veſte alba indui voluit Chriſtus Dominus, vt nos illum tanquam candidum ſcopum reſpiceremus, & in eum intendentes ignita diuini amoris iacula frequenter iaceremus, prout iaciebat Sponſa, cum dicebat Sponſus: *Vulneraſti cor meum* (Cant. 4.) *ſoror mea*. ſic enim fiet in nobis, quod Salomon (Eccl. 9.) conſulebat, dicens: *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiet*, id eſt, innocentia, & miſericordia, quibus Deo, & proximo coniungimur, & vnimur.

Poſtquam autem Chriſtus Dominus indutus fuit candida veſte, eandem deferentem Herodes remiſit ad Pilatum, *& facti ſunt*, vt (Luc. 23.) ait Diuus Lucas, *amici Herodes, & Pilatus in ipſa die*, vbi iuxta (Act. 2.) Apoſtolicam interpretationem impletum eſt illud Pſalmi: (Pſal. 2.) *Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius*, ſignificaturque hac reconciliatione impios, tametſi alioquin inter ſe diſſidentes amicitiam facile inire, vt iuſtitiam, & veritatem inſectentur: præſertim tamen id frequenter accidit hæreticis, qui licet contraria dogmata tueantur, in oppugnanda tamen Eccleſia Dei ſemper concordes ſunt. Quare egregie Beda: *Hoc*, (Beda in Lucam c. 93. cautio 10. 3.) ait, *nefandiſſimum Herodis, & Pilati fœdus, quod in occidendo Chriſto pepigerunt, hactenus eorum velut hereditorio iure ſucceſſores cuſtodiunt, quando gentiles, & Iudæi ſicut genere, & religione, ita etiam mente diſſidentes, in Chriſtum tamen perſequendo, Chriſtique fide interimenda conſentiunt*. Innuitur etiam eadem reconciliatione Pilati, & Herodis, quod Chriſtus noſter (vt ait Apoſtolus) (Epheſ. 2.) *eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum*. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum Amen.

Homilia Vndecima.

De collatione Ieſu cum Barabba, & antepoſitione eius ante Chriſtum Dominum, *in illa verba: Clamauerunt rurſum omnes dicentes: non hunc ſed Barabbam.*

Ioan. 18. Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23.

POSTQVAM Herodes cum exercitu ſuo Chriſtum Dominum veſte alba indutum ſpreuerat, remiſit illum ad Pilatum, & factum eſt, quod Iſaias dixerat: *quaſi pilam mittet in terram*, (Iſai. 22.) quia quaſi pilæ ioco ludentes, hi Iudices viciſſim ſibi mittebant Ieſum, & ſicut quoties pila mittitur, & remittitur, toties manu fortiter impetitur, ita quoties Chriſtus Dominus ad varios Iudices miſſus, & remiſſus, toties multis iniurijs laceſſitus fuit. In domo Annę contumelioſe tractatur; coram Caipha alapa percutitur; ante Pilatum falſo accuſatur; apud Herodem candida veſte indutus irridetur: ac tandem ad eundem Pilatum remiſſus grauiſſimam omnium, quæ illucuſque irrogatæ fuerant, iniuriam ſuſtinuit. Nam cum conſuetudo eſſet dimittere vnum vinctum ob feſti ſolemnitatem, in memoriam, vt communis fert Doctorum ſententia, illius inſignis beneficij liberationis populi Iſrael de poteſtate Pharaonis, ob quod etiam à Deo inſtitutum fuerat feſtum illud Paſchæ; iudicans Pilatus impoſſibile eſſe, vt data Iudæis optione eligendi inter Ieſum, & Barabbam hominem ſeditioſum, & homicidam, hunc liberarent, & Chriſto illum anteponerent, dixit eis: *Quem vultis vobis dimittam, Chriſtum, an Barabbā?* deſiderabat enim illum è manibus illorum liberare, ſi non tanquam iuſtum, & ſanctum, ſaltem tanquam minus iniquum, & iniuſtum. At ipſi cruenta ſæuitia in Ieſum inſurgentes, clamauerunt: *Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam*. (Luc. 23.) Ecce impleta figura Leuitici de duobus hircis, ſuper quos ſacerdos mittebat ſortem, quis (Leuit. 6.) eorum immolandus eſſet, & quis in caprum emiſſarium eſſet dimittendus. Chriſtus Dominus tametſi agnus ob innocentiam ſuam, propter iniquitates tamen noſtras, quas in ſe expiandas ſuſcepit, hirco adumbratur. Barabbam autem fœtidum hircum eſſe nemo ambigit, niſi populus Iudaicus, cui improbitatis

tatis

tatis fœtor, velut ſpurciſſimis ſcarabæis gratior fuit, quam ſuauis odor innocentiæ Chriſti. Ille ergo hircus hoc dimiſſo immolatus eſt, & ſicut qui emiſſarium caprum in deſertum deducebant, immundi reddebantur, donec ſe lauarent aqua luſtrationis: ita Iudæi petentes Barabbam ſibi dimitti, immundi facti ſunt, nec vnquam mundari poterunt, donec luſtrali aqua baptiſmi lauentur.

Iſai. 3. Præuidens in ſpiritu Iſaias hanc execrandam Iudæorum electionem, dixit: *Inuenta eſt coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ieruſalem: reuerſi ſunt ad iniquitates Patrum ſuorum*. Factam ait coniurationem inter habitatores Ieruſalem, quia Principes Sacerdotum, & homines plebeij aduerſus Chriſtum coniurarunt, hi enim non niſi ex conſilio, & ſuaſione eorum poſtularunt Barabbam ſibi dari, & *Hier. 50.* Chriſtum Dominum occidi, vt non obſcure ſignificant verba Ieremiæ, dicentis: *Grex perditus factus eſt populus meus, paſtores eorum ſeduxerunt eos.* Subiungit deinde: *Reuerſi ſunt ad iniquitates Patrum ſuorum.* Nam ſicut olim Patres eorum, poſtquam multis fuerant a Deo cumulati beneficijs in exitu de Aegypto, in columna nubis, & ignis, per deſertum eos ducente, in tranſitu maris rubri, in ſubmerſione inimicorum, in manna de cælo cadente, in petra aquam ſcaturiente, tandem his omnibus ingrati vitulum aureum in Deum ſuum erexerunt, verum, & immortalem Deum abnegantes. Ita ſane Iudæi illi reuerſi ſunt ad prauos Patrum ſuorum mores imitandos, iniquitatem, & antiquam illam ingratitudinem inſtaurantes, dum Chriſto Domino neglecto, a quo pene infinita beneficia acceperant, Barab- *Luc. 23.* bam illi ignominioſe prætulerunt: *Tolle hunc dicentes, & dimitte nobis Barabbam.* Hoc ingens opprobrium, & improperium Chriſto Do- *Iſaias 23.* mino illatum præuidens Iſaias, in perſona Chriſti prædixit: *Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me*. Conquerebatur olim Deus de quibuſdam falſos Deos colentibus, quod *Idem 40.* ſimulachra quædam ſibi adoranda conficeret, dicens: *Cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis, dicit Sanctus: Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte, qui creauit hæc*. Sed proh dolor deterius, & ignominioſius nunc actum eſt cum Chriſto, cum Barabbæ non aſſimilatus, ſed poſt *Idem 53.* poſitus fuerit. Nunc vere impletum eſt Iſaiæ vaticinium, dicentis: *Vidimus eum nouiſſimum virorum*, hoc eſt, in nouiſſimo, ac abiectiſſimo hominum loco conſtituto. Sed ſane hoc in maiorem Chriſti gloriam ceſſit, cum audierit, quod ſedenti in vltimo conuiuij loco paterfamilias, dixit: *Amice aſcende ſuperius*. Et quia cum ex conſuetudine Paſchæ aliquis maleficus liberandus foret, non poterat innocentiſſimus Chriſtus, qui omni labe carebat, ex vi illius conſuetudinis tanquam vere reus liberari.

Sed iam Eccleſiæ Patres de hac prælatione Barabbæ in contumeliam Chriſti facta mira dicentes, attente audiamus. *Aug. tract. 15 ſup. Io.* Diuus Auguſtinus ait: *O cæcitas Iudæorum, o furia phreneticorum. Noli dimittere hunc, ſed Barabbam: quid fuit hoc aliud dicere; quam occidatur ille, qui ſuſcitat mortuos, & dimittatur latro, vt occidat viuos.* Eoſdem etiam alloquens Diuus *Leo PP ſer. 3. de paſſ.* Leo Papa in hæc verba prorupit: *Inſiſtis inſanum cruentumque conſilium tauri pingues, vituli multi, frementes beſtiæ, canes rabidi, vt morti auctorem vitæ, & Dominum gloriæ traderetis: & tanquam extenuanda eſſet furoris veſtri immanitas, ſi eius ſententia, qui prouinciæ veſtræ præſidebat, vteremini, vinctum Ieſum ad Pilati iudicium adduxiſtis, vt clamoribus impijs trepido cognitore ſuperato interfectorem hominum eligeretis ad veniam, & Saluatorem mundi peteretis ad pœnam.* Hactenus eloquen- *Euth. in pſ. 21.* tiſſimus Leo. Quibus addo Euthymium docentem illud, quod in perſona Chriſti regius Vates prędixerat: *Vermis ſum, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis*, in prælatione Barabbæ impletum eſſe: nam Chriſtus Dominus merito propterea vermis appellatus, quia ſicut vermis ex ſola virtute ſolis gignitur, ita Chriſtus ex terra virginea ſine humano Patre virtute Spiritus ſancti progenitus eſt; & ſicut vermis in eſcam piſcibus dari ſolet: ideo caro Chriſti, ſub qua deliteſcebat diuinitas, velut hamus occultus, inſtar vermis facta eſt eſca in draconis, ſiue cæti perditionem, & in capturam noſtri ad ſalutem; & ſicut vermis per terram reptat, & abſque vlla commiſeratione moritur, non diſſimiliter Chriſtus Dominus hoſtibus eius in eum inſultantibus pedibus conculcatus, & Barabbæ poſtpoſitus velut abiectiſſimus vermis deſpectus fuit. Hic ergo humilis vermiculus opprobrium factus eſt hominum, ſcilicet, gentilium in illuſionibus, quas ab illis pertulit, & abiectio plebis, ſcilicet gentis Iudaicæ, quæ Barabbam elegit, & Ieſum a ſe ignominioſe abiecit.

Videns tamen Pilatus Iudæorum perfidiam, & incredibile odium, quo Chriſtum Dominum proſequebantur, interrogauit eos: *Quid mali fecit?* Super quæ verba Diuus Au- *Aug. tract. 15. ſup. Io.* guſtinus ait: *Interrogentur, & reſpondeant à ſpiritibus immundis liberati, languidi ſanati, leproſi mundati, ſurdi audientes, muti loquentes, cæci videntes, mortui reſurgentes, & (quod ſupra omnia) ſtulti ſapientes*. Hactenus Auguſtinus. Hi ſane ſi interrogarentur, nihil aliud reſponderent, niſi illud, bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. Bene quidem omnia fecit, aſpectu ſuo conſolatur, verbis docet, mores inſtruit, ſputo oris ſui cæcos illuminat, ventorum turbinem ſedat, maris tumentes vndas compeſcit, à dæmonijs obſeſſos liberat, adulteræ peccatrici benignus miſeretur, mortuos ad vitam reuocat, in ora-

Digitized by Google

oratione pernoctat, pro nobis orans, peccata remittit, gratiã largitur, ac tandem omnibus ac ſingulis ſuis operibus vitam æternam nobis promeruit. Cum igitur bene omnia fecerit, merito interrogat Pilatus: *quid mali fecit?* ſed immerito quidem ipſe iniquæ eorum petitioni annuit. Nam vt recte dixit Ambroſius, à quo etiam eadem verba mutuauit Diuus Auguſtin. *Quid profuit teſtimonium perhibuiſſe innocentiæ, & tradere criminoſum? ipſe enim iniquitatis ſuæ teſtis eſt, qui ore abſoluit, & ore condemnat.* Verũ licet iniuſtus ſit & iniquus Pilatus, iniuſtiores, & iniquiores Iudæi: ille enim inſtitit quantum potuit, vt eum è manibus eorum liberaret; ipſi vero ſanguinis illius ſitientiſſimi, Barabbam ſeditioſum, homicidam, & latronem dimitti, & Chriſtum ſanctum & innocentem crucifigi enixe poſtularunt. Sed ob id iuſte factum eſt, vt inciderint in ſeditioſos, homicidas, & latrones, qui eos execrandis homicidijs, ac ſeditioſis latrocinijs a morte Chriſti, vſque ad excidium vrbis attriuerunt, acriterque vexarunt, vt late proſequitur Ioſephus de bello Iudaico: nam ſuis inter ſe ſeditionibus, ac latrocinijs extremum ſibi exitium pepererũt, Romanumque Principem fortiſſimum diuinæ iniuriæ vltorẽ reddiderũt. Vnde optime Beda ſuper Luc. *Hæret,* inquit, *Iudæis vſque hodie ſua petitio, quam tanto labore impetrauerunt. Quia enim data ſibi optione pro Ieſu, latronem; pro Saluatore, interfectorem; pro datore vitæ elegerunt ademptorem: merito ſalutem, vitamque perdiderunt, ac latrocinijs ſe ac ſeditionibus in tantum ſubdiderunt, vt & patriam, regnumque ſuum, quod plus Chriſto amauere, perdiderint, & hactenus eam quam vendidere, animæ, & corporis libertatem, recipere non merentur.*

Ambr. ſer. 49. Aug. ſerm. 118. de tem.

Ioſephus de Antiqui, & de bell. Iud.

Beda ſuper Lucam.

Tandem illud non prætermittam dicere, perſimiles eſſe in peccatum lethale labentes perfidis Iudæis, cum non ſecus, ac illi Barabbã Chriſto Domino antepoonentes illum ſpreuerunt, ipſi lucrum vile, aut deteſtabilem carnis voluptatem Chriſto præferentes, opere ipſo illum deſpiciunt, & execrãtur, quo nihil impudentius excogitari poteſt.

Homilia Duodecima.

De Acerba Chriſti Domini flagellatione, multiplici ſacra Scriptura, & Patrum eruditione copioſe illuſtrata: In illa verba: Tunc apprehendit illum Pilatus, & flagellauit. Io. 19. Matt. 27. Mar. 28.

VIDENS Pilatus, quod Iudęorum commotioni, ac ſeditioni, nec per atteſtationem innocentiæ Chriſti, nec per delegationem cauſæ ad Herodem, nec per conſuetudinem liberandi vnum vinctum in Paſchate, præualere vlla ratione poſſet, vt Chriſtum à morte liberaret, & vtcumq. votis eorum ſatisfaceret, publice eum flagellari inſſit; exiſtimabat enim Pilatus ſatiato illorum furore per flagellationem, poſſe illum viuum dimitti, vt aperte indicant verba illa: *Corripiam eum, & dimittam.* Hæc autem Pilati pietas (quam tamẽ verius impietatẽ dixerim, cum innocentẽ flagellare ſit impium, & mala fieri nõ debeãt, vt inde ſequantur bona, vt ait Apoſtolus) in maiorẽ Chriſti ceſſit dolorẽ: nam vigente conſuetudine, quod crucifigendus prius flagellaretur (cuius meminit D. Hieronym.) *leniora tũc erant flagella, ſi mori deberet; at ſi morti adiudicatus nõ erat, acerbiora multo infligebantur.* Cũ ergo Pilatus viuũ eum dimittere vellet, conſtat manifeſte, acerbiſſimis flagellis Chriſtũ ab eo vapulaſſe. Sed antequam illorũ acerbitatẽ proſequamur, de eorundem infamia nonnihil dicamus. Cicero teſtatur, nullum ciuẽ Romanum flagellis vnquã mulctari: Portia lex, inquit, virgas ab omnium ciuiũ corpore amouit; immo alio in loco ait, ſcelus eſſe verberare ciuẽ Romanũ; erat enim infame hoc ſupplicij genus, vtpote mancipijs, & latronibus conſentaneum: maxime quidẽ ſi quadragenarium numerum flagellorũ ictus attingeret. Vnde cum D. Paulus flagellatus fuit, quadraginta vna minus ſe accepiſſe fatetur: quia (vt ait Theophylactus) ſtatutũ erat apud Hebræos, vt qui illũ flagellorũ numero verberaretur, infamis, & ex conſequenti ad obeunda Reipublicæ officia prorſus inhabilis haberetur. Hebræi autem exiſtimãtes forſan Paulum ad eos reuerſurum, nolebant infamiæ nota eum afficere. vnde Theodoretus, ait: *Iudæi vna minus inferebant, quia maior numerus vapulantem infamat.*

Ioann. 18. Luca 23. Matth. 27.

Luca 23.

Ad Rom. 3.

D. Hier. in Matth. 10. 9.

Cicer. orat. pro Rabir. Idem act. 7. in Verrem.

Corinth. 11.

Theophyl.

Theod. q. 30.

Quare autẽ lex præciperet numerũ illum quadragenariũ flagellorum, nõ vna eſt omniũ ſententia; nam Gloſsa ibi rationẽ reddit, nempe quia elementa ſunt quatuor, & lex decem præceptis præſcribitur; æquum autem eſt, vt homines ex

Deuter. 25.

Gloſſa Deuteron. 25.

quatuor

quatuor elementis compacti, ſecundum numerum diuinorum præceptorum, quorum ipſi tranſgreſſores ſunt, puniantur: Iudicium (ait Gloſſa) vel vindictã, in qua carnis peccatum plectitur, ſecundum præcepta ordinari. In idem recidit ſententia Iſidori, eo excepto, quod numerum quaternarium ad quatuor anni differentias refert, quaſi dicens, cum in ſingulis illis quatuor homines carnis illecebris, & voluptatibus indulgeant, oportet vt ſingulis ſupplicia legis reſpondeant. Rupertus Abbas ait quadraginta fuiſſe verberum numerum, quia propter vituli aurei ſacrilegam adorationem Moyſes, tantæ noxæ veniam à Deo impetraturus, per quadraginta dies ieiunauit. Ego autem exiſtimauerim numerum quadragenarium numerum eſſe pœnitentiæ, afflictionis, & doloris, & ideo ad pœnitentiam maxime aptum, quod ante nos pleroſque Patres annotaſſe comperio: hi ſunt Hieronymus cap 3. Ionæ, ibi: Adhuc 40. dies, & Ninioe ſubuertetur. S. Ambroſius ſerm. 23. & lib. de Arca, & Noe, cap. 13. S. Leo ſerm. 4. de quadrageſima. S. Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 16. Chryſoſtomus hom. 25. in Geneſim. Ideo diluuij aquæ inundauerunt 40. diebus, & 40. noctibus: Niniuitis ſpatium indicitur ad pœnitentiam 40. diebus; in ſolitudine vagatur populus 40. annis; Elias in fortitudine ſubcinericij panis ambulat 40. diebus, & 40. noctibus, antequam ad montem Dei Oreb deueniat; Chriſtus ieiunat 40. diebus, & 40 noctibus. Ideo & Eccleſia ieiuniorũ tẽpus quadragenario numero occludit: in elargiendis indulgẽtijs quadragenis ſpatijs vtitur: iden etiã Deus hoc numero 40. vti voluit iudices ſuos in vleiſcendis delictis. Cur autem à numero illo quadragenario ſi ictus vnus non adimeretur, infamię notam vapulans incurreret, diuerſi diuerſas cauſas aſſignant. Procopius ait rationem eſſe, quia numerus ille verberum pœna Aegyptiorum erat: vnde Deus volens punire filios Iſrael propter peccata, quæ prauo Aegyptiorum exemplo didicerant, quadragenario annorum ſpatio illos puniuit. Vnde liquido conſtabit, quare ex numero verberũ quadragenario vnum adimeretur: *Propterea* (inquit Procopius) *arbitror Iſraelitam quadragenas præter vnã plagas accipere.* Infert porro lex: *Neque addas ictus plures, ne frater tuus dedecore contabeſcat.* Dedecus erat Iſraelitæ, Terræ ſanctæ Ciui, numero Aegyptiorum puniri, aut certe eorum, qui execrabili veneratione vitulum aureum coluerunt. Si itaque flagellorum ictus quadraginta ſuſtinuiſſe, publicæ infamiæ indicium erat, quid ſi dicam quadraginta, aut quadringentos, ſed pluſquam quinque millia pertuliſſe, vt graues referunt auctores? Qua in re carnificum immanitas ſe crudeliter oſtentauit, qui cum Chriſtum vellent illo infamiæ genere afficere, idque per tria, aut quatuor verbera ſupra quadraginta ſufficienter obtinuiſſent, tantum eorum crudelitas rigorem legis ſuperauit, quãtum numerus quinque millium quadragenarium ſuperat, qui lege præſcriptus erat.

Iſidorus. *Rupert. Abbas.* *Exod. 34.* *S. Hieronymus c. 3. Ionæ.* *S. Ambroſ ſerm. 23. & lib. de Arca & Noe cap. 13.* *S. Leo ſer. 4 de Quadrageſima.* *S. Aug. lib 2. de doctr. Chriſt c. 16.* *Chryſoſt. ho. 25 in Geneſim.* *Procopius.* *Deuterono. 24.* *S. Geltrudis l. 4. diui inſinuat c. 35.* *Bruno de Paſſ.* *Ludulph. 2. p c. 28.*

Atque hinc iam de acerbitate huius flagellationis diſſerere exordiamur, quæ tanta erat, vt Vlpianus lib. 8. de pœnis dicat: *Miniſtrorum immanitate multos ſub flagellis interiſſe*, quod ſępius accidiſſe, docet Cælius Rodighinus lib. 10 cap. 5 Vnde Nicephorus lib. 1. cap. 3. flagellatores vocauit ſanguinarios carnifices. Martyres etiam flagellorum liuore ſæpe animam efflaſſe, tradit Antonius Gallonius lib. de Sanctorum Martyrum cruciatibus. Expoliatus ergo fuit in primis Chriſtus Dominus omnibus veſtibus, & qui cælos ſtellis ſplendentibus ornat, terram pulcherrimis floribus induit, atque primorum parentum periſtromata efficiens nuditatem miſericorditer operuit, ipſe proprijs indumentis abſque pietate nudatur; & qui virginum corpora, vt Agnetis, ac Barbaræ in opprobrium nudata miraculo grandi cæleſti lumine tegere voluit, ſeipſum non texit. Nudationem autem eſſe homini ingenuo ac liberali valde verecundam, & ingratam, vt alia omittam, illud vnum ſatis oſtendit, quod primo humani generis parenti accidit, qui poſt peccatum propriã videns nuditatem, ad folia ficus confugit: ſi ergo Adam nudus apparere coram propria vxore Eua, quę nuda quoque incedebat, ita verecundatur, quid quæſo pudoris, & verecundiæ Chriſtus Dominus non pateretur, cum in publico Prætorio, & coram integra cohorte, quæ mille, vel ad minimum ſexcentis conſtabat militibus, nudus omnino, omnium illorum oculis objiceretur, qui attente illum perluſtrabant, vt indicant verba Dauidis: *Conſiderauerunt, & inſpexerunt* in me. Vnde tanto verecundiæ rubore veneranda Chriſti facies perfuſa fuit, vt diceret: *Tota die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me.* Atque huc ſpectant verba illa Sponſæ: *Dilectus meus candidus, & rubicundus*, quæ in hunc modum liceat mihi interpretari. Rubor non minus apte verecundiam, quam candor caſtitatem ac puritatem deſignat. Cum ergo Chriſtus Dominus ſumma caſtitate, immo integerrima virginitate polleret, & rubor præ verecundia indiuiduus ſit comes virginitatis; hinc eſt, ob nuditatem virginum ducem, ac Sponſum incredibili pudoris rubore affectum fuiſſe: quod præuidens Sponſa, vt miram eius caſtimoniam cum ſumma verecundia coniunctam ſignificaret, candidum pariter, & rubicundum appellauit. Adeo autem grauiter pudor ille, & confuſio Chriſtum Dominum vexauit, vt regius Propheta in perſona eius loquens dixerit: *Lætati ſunt aduerſum me, & conuenerunt, congregata ſunt flagella, & ignoraui.* Quidã ex Hebræo vertunt: *Congregati ſunt ſuper me flagellatores, & ignoraui*: vnde ſenſum aiunt eſſe, flagellatus ſum ab his, quos nunquam offendi, adeo vt nec faciem eorum vnquam viderim. Scio etiam, (retenta lectione editionis vulgatæ) ignorantiam illam ab alijs exponi de meritis illius flagellationis; ita vt ſenſus ſit, quod cum Chriſtus Dominus omnis peccati expers eſſet, nullam prorſus agnoſcebat ex parte ſua flagellationis illius culpabilem cauſam, & ideo illam ait ſe ignoraſſe. verum

etſi

Vlpian. lib. 8. de pœnis. *Cælius Rodighin. li 10. cap.* *Niceph lib. 1 cap. 3.* *Anto Gallonius l de SS. Martyr. cruciatibus.* *Pſal. 21.* *Pſal 43.* *Cantic. 5.* *Pſal. 34.*

Digitized by Google

etſi hanc expoſitionem non inficier, arbitror germanum ſenſum eſſe, verecundiam ex nuditate adeo Chriſtum Dominum mœrore affeciſſe, vt in huius vexationis, & triſtitiæ comparatione leuia valde ſibi viderentur flagella, & quaſi ſi ea non perciperet, aiebat: Et ignoraui: Tanta fuit illius publicæ nuditatis Chriſti verecundia, ac virgineus pudor.

Poſtquam autem nudauerunt illum, vt melius ad verbera aptarent, quem tamen Pater prius aptauerat, vt ipſe teſtatur: *Corpus autem aptaſti mihi*: ad columnam, qui ſoluit compeditos, vincitur: *Vnde ligatur* (ait Diuus Bonauentura) *& diuerſimode flagellatur; ſtat nudus coram omnibus iuuenis elegans, & verecundus, ſpecioſus forma præ filijs hominum, ſuſcipit ſpurciſſimorum flagella dura, & doloroſa: caro illa innocētiſſima, tenerrima, mundiſſima, & pulcherrima, flos omnis carnis, & humanæ naturæ repletur liuoribus, & fracturis: fluit vndique regius ſanguis de omnibus partibus corporis, ſuperadditur, reiteratur, & ſpiſſatur liuor ſuper liuorem, & fractura ſuper fracturam*. Hæc ille. Et beata Brigitta lib. 4. cap. 70. & lib. 1. c. 10. ait Chriſtum ſponte columnam amplectentē funibus ligatum: & doctiſſimus Eckius tractat. de paſſione Chriſti, art. 4. conſid. 4. dicit Chriſtum manibus, pedibus, ac collo columnæ aſtrictum fuiſſe. Theophilus hiſtoricus dicit, Chriſtum primo manibus poſt terga reuinctum, mox vinculis illis ſolutis, brachijs adeo dire fuiſſe aſtrictum, vt in brachijs excreſcens tumor, ſanguinem ex rupta ſub vnguibus cute exprimeret. Mos erat olim flagellandos ad columnam ligari: vnde Aulus Gellius ait, ad id Romæ ligna eſſe aptata in foro. Cui conſonat illud Liuij: *Lictor deliga ad palum*. Et Euſebius: *Alij* (ait) *ad columnas vultibus inter ſe diuerſis affigebantur*: Et Gregorius Nazianzenus Iulianum alloquens, immanitatem eius carpens, columnas obijcit cruoris plenas. In Actis etiam Apoſtolorum lictores teſtatur Diuus Lucas Paulum *loris* aſtrinxiſſe, ſcilicet columnæ, vt communiter docent interpretes ibi. Huic ergo conſuetudini (tametſi Euangeliſtæ id prætermiſerint) inſeruientes, Chriſtum Dominum lapideæ ac frigidæ columnæ alligauerunt, vt ait Prudentius:

Vinctus in his Dominus ſtetit ædibus, atq. colūnis
Annexus tergum dedit, vt ſeruile flagellis
Perſtat adhuc, templumq. gerit veneranda colūna,
Noſque docet cunctis immunes viuere flagris.

Id etiam teſtatur D. Hieronymus in Epitaphio Paulæ ad Euſtochium, dicens: *Oſtendebatur ibi columna, Eccleſiæ porticum ſuſtinens, infecta cruore Domini, ad quam vinctus dicitur, & alligatus*. Et D. Gregorius Turonenſis, ad hanc columnam ait, *Multi fide pleni accedentes corrigios textiles faciunt, eaſque circumdant, quas rurſus pro benedictionibus recipiunt, diuerſis infirmitatibus profuturas*. Vnde quamuis quidam moderni dicant, columnam hanc magnitudinis fuiſſe duntaxat duorum palmorum, anulum ferreum in vertice habentem, ex quo funis pendebat, quo alligatum fuit corpus Chriſti: maiorem tamen credimus fidem adhibendam eſſe tum præcitatis D. Hieronymi, & Prudentij verbis, tum venerabili Bedæ, & inſigni Magiſtro hiſtoriarum, aſſerentium tantæ molis fuiſſe hanc columnam (cuius modo pars quędam aſſeruatur Romę in templo ſanctę Praxedis) vt templum quoddam ſuſtineret, quod poſtea ſuper cacumen montis Sion creditur ab Helena erectū. Et Adruomius in theatro Terræ ſanctæ, in deſcriptione Hieruſalem num. 6. docet huius columnæ partem nūc mōſtrari in monte Caluariæ, aliam partem Conſtantinopolim tranſlatam, & inde Romam. Ac tandem eidem ſententiæ conſentiunt Paulinus epiſt. 34. Nicephorus lib. 8. cap. 30. Burchardus in deſcriptione Terræ ſanctæ itinere 6. Chriſto igitur Domino nudo iam, & alligato huic ingenti columnæ, D. Hieronym. (vt refert gloſſa ordinaria) ait acceſſiſſe carnifices ſex iuuenes, & robuſtos, qui non omnes ſimul, ſed bini illum flagellarunt. Teſtatur autem D. Chryſoſtomus, & Euſebius Cęſarienſis, expendentes verba illa Iſaiæ: *Diſciplina pacis ſuper eum*, trifariam fuiſſe hāc diſciplinam, duram, quia virgis; duriorem, quia funibus; duriſſimam, quia ferreis catenis. Refert Polybius apud Romanos tria viguiſſe flagellorum genera, fuſtium, vitium, & funium. Vnde Titus Liuius ad Numam ait: *Quem militem deprehendis, ſi Romanus eſſet, vitibus, ſi extraneus fuſtibus cædito*. Illa autem verberatio, quam flagellatoriam vocitabant, tanquam durior, & vilior, grauiorem pariebat infamiam. vnde Iuriſconſultus: *Ex quibus* (inquit) *cauſis liber fuſtibus cæditur, ex his ſeruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur*. Conſonat illud Terentij, qui admiratus valde, ingenuum hominem loris verberatum fuiſſe, interrogatiue aſſeruit, *loris liber?* quaſi dicat, incredibilis audacia, ingens temeritas. Vt maiori igitur dolore, & infamia Chriſtum Dominum afficerent, non fuſtibus, aut vitibus, ſed funibus, & ferreis catenis, vel vt ait Euthymius, flagello ex loris contexto, vel ſi credimus hiſtoriæ ſcholaſticæ, ex neruis boum conflato verberarunt. De numero autem ictuum, quot capita, tot video ſententias. D. Vincētius Ferrer ait, iuxta communem medicorum, & anatomiſtarum ſententiam, ducentis, & ſexaginta oſſibus compactum eſſe corpus humanum, & in ſingulis oſſibus Chriſtum Dominum tres ictus ſuſtinuiſſe, iuxta triplicem illam flagellorum diuerſitatem a D. Hieronymo commemoratā, vnde oportet omnes fuiſſe ſeptingētos cum octuaginta. D. Bonauentura ait quinque millia fuiſſe flagella: vulnera vero ab illis cauſata quinque millia ſuper ſexcenta ſeptuaginta, & ſex. Sācta Geltruda ex reuelatione ſibi facta refert, quinque milla fuiſſe ſuper quadringenta. Alij, quinque millia ſuper quingenta. Ioan. Aquilanus ſerm. de amara Chriſti paſſione teſtatur, D. Bernardo fuiſſe reuelatum, Chriſtum Dominum ſex millia, & ſexaginta ſex percuſſuras accepiſſe. Alij (quod mirabilius videbitur) cētum quinque millia cum trecentis, & ſeptuaginta. Alij (quod prę-

dicta

Ad Heb. 10.
D. Bonau. de medit. vita Chriſti. c. 76.
B. Brigitt. li. 4. c. 70. & lib. 1. c. 10.
Eckius tract. de paſſ. Chriſti, ar. 4. conſid. 4.
Theophil. hiſtoricus.
Aul. Gell. lib. 10. c. 3.
Liu. lib. 8.
Euſeb. lib. 8. hiſt. Eccl.
Greg. Naz. orat. 2. in Iulianum.
Act. 22.
Prudentius.
Hier. in epitaph. Paulæ. tom. 1. epiſt. ep. 27. ad Marcellam.
Greg. Turo. de gloria mart.
Mallon. de flagell. c. 5.
Beda de locis ſanctis c. 3.
Mag. hiſtor.
Adruomius theat. Terræ ſancta n. 6.
Paulin. epiſt. 34.
Niceph. li. 8. c. 30.
Burchar. in deſcr. ter. ſ. itin. 6.
Hier. relat. a gloſſ. ord.
Chryſ. hom. 23 in Matt. tom. 2.
Euſeb. Cæſa. in c. 53. Iſa.
Polyb. lib. 6. hiſt.
T. Liu. li. 29. de cap. ad Numam.
Iuriſconſul. in l. ſeruor. ff. de pœnis.
Terent. in Adelph.
Euthym. c. 67. in Matt.
Hiſt. ſchol. in Euan. c. 168.
Vinc. ferr. ſer. de paſſ.
D. Bonau. de paſſ.
S. Geltr. lib. 4. diuin. inſinuat. c. 35.
Lud. Gran. in meditat. feria 4.
Io. Aquilan. ser. de paſſ.
Horozquus in doct. 24.
Rodulph. de vita Chriſti
Salm. tract. 19 de Paſ. Domini, & alij.

dicta omnia ſuperat) centum quinque millia ſuper quadringenta, & nonaginta. Et quidem, ſi verum eſt, totam integram cohortem Chriſtum Dominum flagellaſſe (vt non contemnendæ auctoritatis Doctores tradiderunt) cum illa ſecundum veriorem ſententiam mille, vt minimum, conſtet militibus, non potuit non ingens eſſe ictuum numerus, ſingulis infligentibus quotquot ſibi libebat. Id autem ita contigiſſe, præter ardentem in Chriſtum Dominum Iudæorum rabiem, quæ facile milites ad id crudelitatis genus ſtimulare potuiſſet, illud non exiguum indicium ſuſpicor, quod lege Deuteronomij cautum erat, blaſphemum manibus omnium audientium blaſphemiam plectendum fore: *Educ, ait, blaſphemum, & ponant omnes, qui audierunt, manum ſuam ſuper eum.* Cum ergo Chriſtus Dominus præſente tota cohorte dixiſſet ſe Filium Dei eſſe, idque cuncti audientes manifeſtam blaſphemiam iudicarent, omnes conſequenter, & ſinguli, ſi non lapidibus, quia lapidationem in flagellationem commutarant, ſaltem verberibus manus in eum imponere decreuerunt, iuxta præſcriptum legis contra blaſphemum. Simile quid factitatum legimus apud Romanos, vt tradit Cælius Rhodighinus de fuſtiaria caſtigatione: Si quis (inquit) damnatus erat, accepto fuſte Tribunus vix tantum attingebat damnatum, quod vbi factum erat, omnes qui in caſtris indeniebantur, cædentes fuſtibus damnatum conficiebant. Non ſolum antem Tribunum cohortis, & milites eius, ſed & ipſum Pilatum, *vt Iudæis placeret*, Chriſtum Dominum primum omniũ flagellare cœpiſſe, multi interpretum affirmant, vim facientes in verbo illo D. Ioannis: *Tunc apprehendit eum Pilatus, & flagellauit.* Videtur enim alludere ad metaphoram fabri ferrarij, qui forcipe candidum ferrum apprehendens, & ſuper incudem apponens, primus omnium partem malleis concutiendam ſignans, illud percutit, deinde artifices ferreis martellis innumeris ictibus illud ipſum feriunt. Ita plane accidit Chriſto Domino, cuius corpus, quaſi ferreum eſſet, primum Pilatus, deinde miniſtri acerrimis verberum ictibus immaniter omnes lacerarunt, adeo vt regius Vates in perſona Chriſti prædixerit: *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores:* vbi alia tranſlatio habet, arauerunt peccatores: quia ſicut arantes vomeribus ſulcos profundos in terra conficiunt; ita flagellatores illi ſacroſanctum Chriſti corpus excarnificabant, vt quaſi ſulcos in eo efficerent. Vnde extat reuelatio S. Brigittæ, aſſerentis adeo crudelem fuiſſe Chriſti flagellationem, vt coſtæ ipſæ viderentur, & (vt ait D. Bonauentura) oſſa alba detegerentur: quod & alij auctores affirmant. Licet autem ſententia quorundam Doctorum vera non ſit, aſſerentium Chriſtum Dominum ex ſententia Iudicis bis flagellatum, ſemel ad placandum Iudæorum furorem; deinde, quia moris erat apud Romanos (vt tradit D. Hieronymus) damnatum ad mortem prius flagellari (ait enim D. Auguſtinus ſemel tantum flagellatum fuiſſe, paulo ante ſententiam mortis, quod ſi

Deuterom. 24.

Cal. Rhodig. lib. antiq.

Ps. 128.

S. Brigitta l. 1. c. 10.

D. Bonauen. de meditat. vita Christi.

Gerson in operatis.

D. Hiero. in Matth. 10. 9.

D. Aug. de consensu Euang. c. 9. to. 4.

poſtea Ioannes, & Marcus flagellationem commemorant, id per recapitulationem narraſſe cenſet) illud tamen veriſſimum putat idem Auguſt. quod poſtquam Chriſtus Dominus a columna cui ligatus erat, ſolutus fuit (quod teſtante B. Brigitta, ex diuina reuelatione in hunc modum accidit. Quidam lictorum immanitatẽ ægre ferens dixit: *Nunquid interficietis eum?* Et hæc dicens, ſecuit ligamenta illa) poſtquam inquam ſolutus fuit, putat D. Auguſtinus, quod in terram illum proſtrauerunt, & acerrime humi iacentem flagellauerunt, iuxta præſcriptum legis, dicentis: *Sin autem eum, qui peccauerit, dignum viderit plagis, proſternent, & coram ſe facient verberari.* D. autem Bernardus, & D. Anſelmus aiunt, quod ſoluentes funes, quibus ad columnam ligatus ſtabat, videnteſque partes pectoris, & ventris illi adhærentes plagarum expertes, iterum tergo inhærentem columnæ illum ligarunt, ac innumeris flagellis dilacerarunt, adeo, vt a planta pedis vſque ad verticem capitis nulla eſſet in eo ſanitas. Hæ autem prima facie diuerſæ Patrum ſententiæ nulla ratione inter ſe pugnant, cum de efferata lictorum illorum ſæuitia haud difficile ſit credere, vtrumque hunc flagellationis modum in Chriſtum exercuiſſe, & ſtantem, & proſtratum illum verberantes. Iobum multis ærumnis, ac laboribus ægre affectum fuiſſe, ſacra narrat hiſtoria; at licet omnibus alijs bonis priuatus fuerit, propria tamen pelle nunquam expoliatus eſt, ipſo dicente: *Pelli mea conſumptis carnibus adhæſit os meum;* at Chriſti Domini calamitas eo peruenit, vt flagellorum acerbitate vndique excoriatus, & naturali pellis tunica nudatus fuerit, in cuius figuram in Geneſi dicitur, quod nudauerunt Ioſeph tunica ſua. Vnde Euſebius Cæſarienſis lib. 3. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 6. & Ioſephus Flauius lib. 6. de bello Iudaico dicunt: Vir ille plebeius, cui nomen Ieſus, qui paulo ante Hieroſolymitanum excidium Iudæis inclamabat: væ, væ, væ, & horribiles cædes Hieroſolymitanis minitabatur, ad Iudicem Romanum adducitur, apud quẽ flagris vſque ad oſſa dilaniatus, nec lacrymas, nec preces fudit. Nazianz. in carmine de Chriſto patiente ait, Chriſtum poſt flagellationem omni ex parte manaſſe ſanguinem, Robertus Aquinas art. 2. de paſſione Chriſti, præ debilitate ait nimia in terram cecidiſſe, & in ſanguine ſuo ſe volutaſſe. Quod ſi vera eſt ſententia Surij, aſſerentis B. Virginem huic diræ flagellationi affuiſſe, quam ego veriſſimam autumo, quia illam teſtantur D. Auguſt. lib. medit. c. vlt. Anſelmus opuſc. de paſſione, & B. Brigitta lib. 1. c. 10. lib. 4. ca. 70. vbi in perſona Beatiſſimæ Virginis ait: *Ego quæ aſtabam, vidi corpus eius verberatum, & flagellatum vſque ad coſtas,* putauerim equidem, & non immerito dolorẽ Chriſti mirum in modum creuiſſe, vt qui iam non ſolum proprium corpus, ſed & dilectiſſimæ matris animam pariter ſecum verberari conſpiceret: de qua ſane non dubitabat, quin præ amoris magnitudine grauiora, & acriora flagella illa ſibi viderentur, quam ſi hæc eadem in ſe reipſa ſuſtineret.

Idem Aug. ser. de passionis a D. Tho. in catena Matth. 27.

D. Aug. vbi sup.

Deuth. 25.

D. Bern. & D. Ansel.

Iob. 19.

Genes. 37.

Euseb. Caesarien. lib. 3. histor. Eccl. cap. 6. Et Iosephus Flauius lib. 6. de bello Iudaico.

Nazianz. in carmin. de Christo patiente.

Aquinas ar. 2. a Pass. Christi.

Sur. de Assump. Virg.

D. Aug. lib. medit. c. vl. Ansel. opusc. de Pass. & B. Brigit. lib. 1. c. 10. & l. 4. c. 70.

Tandem

Tandem acerbitatem flagellationis Chriſti, quæ de illa & præfigurata, & prædicta fuere, apertiſſime atteſtantur *Hieremias*, (Hierem. 20.) propterea quod vrbis exeidium vaticinatus fuerat, à ſacerdote Phaſiure grauiter percuſſus; & Iob, (Iob. 2.) tot ac tam varijs flagellorum generibus laceratus; & Dauid in perſona Chriſti loquens: (Pſal. 72.) *Fui flagellatus*(ait)*tota die*. quod ea propter aſſeruit, quia grauis adeo & acerba fuit illa flagellatio, vt integra die duraſſe videretur. & Pſal. 68. (Pſal. 68.) *Super dolorem* (inquit) *vulnerum meorum addiderunt*. & Iob 16. *Conſcidit me vulnere ſuper vulnus.* Hæc omnia quid niſi illius verberationis immanitatem proclamant? Id tamen ſuper omnia illam apertè oſtentat, quod eum ſtatutum ſit à Deo, (Deut. 25.) vt ſecundum menſuram delictorum ſit & plagarum modus, certe cum Chriſtus Dominus non ob vnius delicti reatum, ſed propter innumera, quæ per totum orbem terrarum patranda erant, verberaretur, aperte efficitur, innumera fuiſſe perpeſſum flagella. Quamuis autem lex certum, ac præfixum ictuum numerum præſeriberet, id ſane erat pro his, qui ob ſua crimina mulctabantur: Chriſtus autem, cum non proprijs delictis, quæ nulla commiſerat, verum nec commiſiſſe potuerat, ſed pro totius mundi peccatis verbera ſuſtineret, quod iniquitates omnium noſtrũ poſuerat Deus ſuper ipſum, vt ait Iſaias: (Iſa. 53.) noluit æternus Pater prædictam legem cum illo obſeruari, & ideo innumeris flagellis Agnus innocentiſſimus columnæ alligatus vapulauit.

Sed iam huius ſacræ columnæ ſalutari Chriſti cruore rubricatæ, & flagellationis, quam in ea pertulit, abdita myſteria reſeramus. Sane Chriſti amor erga nos peccatores in flagellatione ad columnam mirum in modum innoteſcit. Sicut enim olim inexpugnabilis Hercules ad fines terræ perueniens columnam erexit cum hac inſcriptione: *Non plus vltra*; ita ſane fortiſſimus mundi & inferni debellator Chriſtus Dominus amoris fines ac metas non modo pertingens, ſed tranſiliens, in trophæum ſui amoris ſacram hanc columnam erexit, cum ſimili inſcriptione: *Non plus vltra*, quia vltra flagellationem deſpectiſsimum ſupplicij genus diuinus amor ad abiectiorẽ gradum omnipotentis Dei maieſtatem deprimere nõ potuit. Columnam etiam marmoream fortitudinis indiciũ extitiſſe, præterquam marmoris natura id præſefert, nouimus tanquam fortitudinis ſymbolum illam vſurpaſſe, qui columnam cum hac inſcriptione depingebant: Frangar, non flectar. Deſiderans ergo Chriſtus eximiam ſui amoris fortitudinem, quia fortis eſt, vt mors, dilectio, cunctis mortalibus detegere, ad robuſtiſſimã voluit vinciri columnam, non quidem vt eam e loco ſuo diuelleret, & eaſ ſuo hoſtes interficeret, vt olim legitur feciſſe Sãpſon, qui apprehendens vtramque columnã domus, ſuper Philiſtæos illas corruere fecit, (Iudic. 13.) ſed vt in ea pro nobis Deo Patri ſatisfaciens, verberaretur: id enim amoris fortitudinem mirum in modum commendat, quæ tanta extitit, vt fortiſſimum leonem de tribu Iuda, immo & inuictiſſimum Deum funibus alligarit, & grauiſſimis flagellis cæciderit. Deinde columnæ huius firmitatem Eccleſiæ catholicæ, & doctrinæ Euangelicæ ſtabilitatem ſignificare crediderim. (Exod. 13.) Apparuerat quondam Deus in columna ignis, & columna nubis; at in marmorea nullibi, niſi hoc loco, apparuiſſe legimus. Cuius eam arbitror fuiſſe rationem, quia vetus illa Moſaica lex non duratura, ſed abolenda erat, & ideo in columna flammæ & nubis, quæ facile euaneſcunt, tunc temporis apparebat: at quia Chriſtus Dominus legem Euangelicam condere perpetuo duraturam ſatagebat, & firmiſſimũ Eccleſiæ ædificium, contra quod portæ inferi præualituræ non erant, erigere venerat, in columna marmorea, quæ fortitudinis argumentũ eſt, apparere elegit: vnde à fortitudine huius columnæ ſeptem illas columnas, quas exeidit Sapientia ad ędificandam domum, (Cantic 5.) omnem ſuam fortitudinem mutuare minime dubitandum eſt. Atque hinc factum exiſtimo, quod D. Ioannes (Ioann. 19.) commemorat: *ad Ieſum autem cum veniſſent, non fregerunt eius crura*: nam præterquam ipſe dixerat per Iſaiam: *torcular calcaui ſolus*, (Cant. 26.) ad calcandum autem torcular inepta eſſent crura confracta, præter hoc inquam, cum crura illius, vt ait Spõſa, eſſent colũnæ marmoreæ, ſuper quas fundabatur Eccleſiæ catholicæ ædificium, ideo ad ſignificandam miram eius ſtabilitatem, ac inuincibilem conſtantiam, noluit crura eius confringi, ſed ſolida permanere. In conſpectu ergo huius venerandæ columnæ ſileant, quotquot diuina commemorant eloquia; ſileat columna firmi, in ſignum victoriæ data; (Exod. 36.) ſileant columnæ de lignis Setim incorruptibilibus confectæ; (Ibidem.) ſileant ligneæ argento veſtitæ; ſileant marmoreo lapide fabricatæ; (Heſter. 2.) ſileant æneæ ante fores templi poſitæ; ſileant quæ portabant tentorium; ſileant tandem columnæ illæ, quarum prima vocabatur *Iachin*, id eſt firma, ſecunda *Booz*, id eſt robur, (4. Reg. 25. Exod. 36. 3. Reg. 7.) quia harum firmitas ſi cum firmitate huius ſacræ columnæ comparetur, infirmitas non immerito iudicabitur. Poteſt & alia flagellationis Chriſti Domini ratio aſſignari, quam acutiſſime excogitauit Rupertus lib. 1. de Trinitate, & eius operibus, & in cap. 22. Deuteronomij cap. vero ſuo 19. (Rup. de Trin. & in Deut. c. 22. c. 19.) exiſtimat enim Chriſtum Dominũ verberatum, vt gentilem Eccleſiam ſibi deſponſaret, nec eã repudiare amplius poſſet. Dicitur enim Deuteronomij 22. *Si quis vxorem duxerit, et deinde odio illam habens voluit ei libellum dare repudij, dicens, non inueni eam virginẽ, nolo eam: afferent parentes puellæ ſigna virginitatis eius corã ſenioribus, & accuſabunt virum illum coram eis. Ipſi vero cognito quod malum nomen vxori impoſuere teſtes, vt aliam ducat, faciãt eum flagellari, & condemnent eum centum ſiclis argenti, habebitque eam vxorem, nec poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ ſuæ.* Grande myſterium hic latet, nã vir iſte Chriſtus erat, qui ineffabili Incarnationis myſterio gentilem ſibi Eccleſiam deſponſarat, pro ea carnem aſſumens, ſed eam faſtidire, atque odiſſe videbatur, nomenque peſſimum il-

Digitized by Google

li imponebat, dicens: *In viam gentium non abieritis, in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis.* Et rurſus: *Non eſt bonum ſumere panem de manibus filiorum, & dare canibus.* Quid igitur ?ecce coram ſenioribus accuſatus eſt, & flagellis acerrime cæſus eam perpetuo ſibi deſponſatam habere præcipitur à Patre omnibus diebus vitæ ſuæ.

Sed iam de principali fructu diræ Chriſti ad columnam flagellationis nonnihil dicamus: licet equidem verbera hæc efferos Iudæorum animos non pacauerint, neque eorum ſæuitiam quidquam lenierint, vt Pilatus deſiderabat, id tamen certiſſime obtinuerunt, quod æterni Patris dexteram contra genus humanum iuſtitiæ haſtam vibrantem cohibuerunt, & iratum eius animum velut iracundię calore efferuentem penitus ſedarunt. 3. Reg. 21. Sacra narrat hiſtoria, quod cum Achab Rex diuinam iram contra ſe prouocaret, pœnitentia ductus, regalia ſua ſcidit veſtimenta, & placatus eſt Dominus adeo, vt diceret: *Quia igitur humiliatus eſt Achab mei cauſa, non inducam malum in diebus eius.* Tempore etiã Ionæ 3. Ionæ, quando Deus voluit debito ſupplicio Niniuitas plectere, cum primum Rex exuit ſe purpura, & induit ſe humili & abiecto ſacco, Deus quoque ab inferẽdo ſupplicio ſe abſtinuit. Si ergo reſpiciens Deus horum Regum humilitaté, in regalium indumentorum ſciſſione & expoliatione minantem ſtatim iram depoſuit, & reconciliatus eſt; quomodo in faciem Chriſti ſui reſpiciens, non ſolum veſte, ſed & carnis pelle ad columnam nudati, & ligati, iracundiæ furor non Iſai. 66. pacabitur? *Ad quem* (inquit per Iſaiam) *reſpiciã, niſi ad humilem & trementem ſermones meos?* vel vt alia verſio habet: *Ad quem inſpiciam niſi ad flagellatum?* quaſi dicat: Nihil tam mitigat diuinæ vindictæ furorem, quam immanis Chriſti ad columnam flagellatio. Referunt hiſtorici, in Hiſtorici Authores. feſtis diebus, quos ob honorem deæ Februæ gentiles colere conſueuerant, hac ſacerdotes vti ſolitos cærimonia, vt omnes ciuitatis vicos, & plateas circumdantes, quotquot in via offendebant, flagellis percuterẽt; poſtquam autem vniuerſa plebs, vel maior eius pars hoc modo flagellabatur, atteſtabantur ipſi, iam Deos non amplius auerſos, ſed ſibi omnino fore propitios. Iſai. 53. Cũ igitur Deus in Chriſto, vt ait Iſaias, noſtras omnium iniquitates poſuerit, manifeſtum eſt, quod Chriſtum flagellans noſtra flagellauit peccata, atque adeo illi non amplius contra nos fore iraſcendum, niſi denuo diuinam contra nos prouocemus iracundiam.

Sed iam ad nos ipſos parumper ſermonem conuertamus, ac fidei oculis Deum noſtrũ tanquam vile mancipium ad columnã acriter verberatum intuentes, nõ ſolum compatiamur, ſed magnitudinẽ huius ignominiæ admirantes clamemus cum Hieremia: Hierem. 2. *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini: Angeli pacis flete, & omnes habitatores terræ vlulate.* Quidam dicunt Angelos tunc in corporibus aſſumptis fleuiſſe. Dictum nouimus apud Lucam: Luc. 12. *Seruus, qui ſcit voluntatem domini ſui, & non facit eam, vapulabit multis*: at Chriſtus Dominus teſtatur de ſe Ioan. 8. ipſo: *Ea quæ placita ſunt ei, facio ſemper, meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei*: itaque nunquam non fecit volũtatem Domini; vt quid ergo multis vapulat? Dixerat Dauid longe flagella à Deo abeſſe: Pſal. 90. *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*: nunc autem non flagellum tantum, ſed innumera flagella tabernaculo eius appropiant, nempe humanitati eius, quam Dei tabernaculum Propheta appellauit: Pſal. 45. *Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus*; hæc omnia admiratione, immo & ſtupore digna nemo negabit. Cõtingit ſæpe apud eos, qui leones manſuetos reddere norunt, vt canem coram eo acerrime verberent; ſic enim illi miteſcunt; at inauditum eſt, nec in hominum cogitationem vnquã cecidit, vt canem manſuefaciant, leonem verberare. Id autem tametſi adeo inſolitum ſit, nunc in prætorio Pilati videmus, vbi leonem de tribu Iuda acriter flagellat Pilatus, vt canes rabidi manſueſcant, canes inquam illi, de quibus ipſe per Prophetam dixerat: Pſal. 21. *Circumdederunt me canes multi.* Si ergo euentus quo magis inſolitus eſt, eo maiorem parit admirationem, miretur terra, mirentur cæli, in ſummam Angeli admirationem rapiantur, hoc inſolitum adeo atque tremendum ſpectaculum cernentes. Id tandem ſilentio non prætereo, quod ſi olim oues Iacob aſpectu virgarum, quæ partim detractos cortices varioſque colores habebant, ſimiles fœtus concèpiſſe, ſacra narrat Geneſeos hiſtoria: Gen. 30. certe dum hanc, de qua dictum eſt: Iſaiæ 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe*, nudatam cortice intuemur virgam, pudere nos debet, ſi tales deſideriorum fœtus non concipiamus, qui & nos ſuperfluis denudare compellant, & pro Chriſti amore, vſque ad pellis expoliationem patiendi cupiditatem non accendant.

Vt his autem ſanctis deſiderijs fratres chariſsimi inardeſcat animus noſter, oportet attẽte perpendere, & deuote meditari, quomodo Chriſtus Dominus nudatur, qui lilia ſic induit, vt nec Salomon in gloria ſua ita veſtitus fuerit: Lucæ 12. Matth. 9. Ioan. 6. calcantur eius veſtes, quarum fimbriæ ſemel tactæ ſanguinis fluxum comprimebant; alligantur manus, quæ panes multiplicabant, & impoſitione ſua infirmis medebãtur; vinciuntur pedes defatigati in quærenda perdita oue, Luc. 15. cæditur corpus virgineum, propter ſcelera noſtra ieiunio, ſiti, ac multis vigilijs oppreſſum; verberatur regia caro Verbo diuino hypoſtatice vnita, idque tanta immanitate, vt niſi nouas vires ad plura ſufferenda diuinitas ſuppeditaſſet, non dubito, quin reſpirationis inopia ſanguinisq; profluuio deficiens, inter lictorum manus vitam exhalaſſet: idque mirabile eſt, quod cũ ſolo nutu ab eorum manibus facile liberari poſſet, non ſolum eripi non tentat, ſed vires flagellantibus præbet, eorum brachia mouet, nec tamen ictus vult temperare ſuos, vt amori ſatisfaceret, auſtero, & exactiſsimo omnium creditori. Cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homi-

Homilia Decimatertia.

De regali purpura, qua per irriſionem Chriſtus Dominus indutus fuit, in illa verba: Et induit eum purpura. Marci 6.

CVM Chriſtus Dominus ſe verum Meſſiam, atque adeo Regem cæli & terræ non diffiteretur, vnde ciuitatem Hieruſalem ingrediens, Rex Iſrael, & filius Dauid acclamari voluit: *Oſanna filio Dauid*: hinc per ludibrium, tanquam irriſorio Regi, & qui ſatue ad regni titulum aſpiraret, regalia inſignia ei impoſuerunt, purpuram videlicet, coronã, & ſceptrum, vt tradunt D. Ioannes, Matthæus, & Marcus. Illuſorea fuerunt milites Romani, miniſtri præſidis, vt qualis rector ciuitatis, tales miniſtri deſignentur: homines abiectiſſimi, & viliſſimi, quo Chriſti illuſio grauior redderetur. Et cum D. Matthæus dicat, congregatam fuiſſe ad eum vniuerſam cohortem, aperte efficitur, mille (vel vt alijs placet) ſexcentos fuiſſe illuſores, cum hia vt minimum conſtet cohors. Exuentes ergo eum propria veſte (vt ait Origenes) purpura primo illũ induerunt; non quidem ſplendida, vt decebat eũ, qui vere erat *Rex Regum, & Dominus dominantium*, ſed vili ſatis, attrita, & ſordida, vt vaticinatus fuerat Zacharias, dicens: *Vidi Ieſum magnum Sacerdotem indutũ veſtibus ſordidis*. Ex quo obiter inferre licet, Chriſtum Dominum ter fuiſſe denudatum, in flagellatione, coronatione, & crucifixione, vt hac trina denudatione, damna, quæ per expoliationem donorum ſupernaturalium peccatum primi parentis in tres animæ potencias, intellectum, memoriam, & voluntatem intulerat, auerteret, & vt nos triplicem theologicam virtutem, fidem, ſpem, & charitatem diuinitus indueremus. Coronam & purpuram ſemper fuiſſe regia inſignia, nemo eſt qui ambigat. Vnde vt Rex Balthaſar regio honore afficeret eum, qui ſcripturam ſibi oſtenſam exponeret, purpuram illi daturum pollicitus eſt, vt Daniel commemorat: & propter eãdem honoris rationem Alexander miſit Ionathæ purpuram, & auream coronam. Purpura autem, qua Chriſtus Dominus indutus fuit, cum chlamydem coccineam vocet D. Matthæus, non ſolum Regale, ſed Imperiale indumentum fuiſſe colligere licet. Nam, vt teſtatur Liuius, chlamys apud Macedones amictos Imperatorum erat, ſicut toga purpurea triumphantium apud Romanos, illaque primum vſum fuiſſe Alexandrum Seuerũ tradit Aelius Lãpridius; immo ex Romanis Regibus primum Numam, ſi credimus Suidæ. Qua autem ratione veſtis hæc dicatur coccinea, cũ conſtet hos colores eſſe diſtinctos? Nam coccus eſt rubens herbæ granum, quod in Galatia, & Emerita Luſitaniæ ciuitate teſte Plinio, præſtãtiſſimum naſcitur: purpura autem genus piſcis eſt, ſeu conchylij, quod dicitur murex, in cuius faucibus eſt ſuccus ille rubricandis veſtibus aptus. Vnde ſacra Scriptura de illis, tanquam de duabus rebus diſtinctis loquitur in Exodo: *Tabernaculum ita facies, decem cortinas de byſſo retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto.* Facile hanc difficultatem ſoluit D. Ambroſius, dicens miniſtros Pilati duplici veſte Chriſtum induiſſe, vna coccinea, & altera purpurea: vt in ea Martyrum palmas; in hac regiæ poteſtatis inſignia deſignaret. Cui ſententiæ video etiam aſſentiri Iuuencũ in lib. Euãgelicæ hiſtoriæ, vbi ait:

Purpureamq. illi tunicam chlamydemq. rubentẽ
Induunt, & ſpinis caput fixere cruentis.

Verum, quia cum communi aliorum Patrũ intelligentia hæc pugnat opinio, facilius arbitror reſponderi poſſe, quod, vt docet D. Auguſt. quia purpura eſt cocco valde ſimilis, propterea appellata eſt veſtis illa, *coccinea*, quæ etiã fuit ſententia D. Athan. vel certe, quia erat *dibapha*, de qua Plinius, hoc eſt, bis tincta, ſemel colore coccineo, & iterum purpureo. Quod videtur præſignatum fuiſſe in veteri lege, dum ſacerdos legalis, qui Chriſtum ſummũ ſacerdotem repræſentabat, indui præcipitur ſuperhumerali hyacinthino, purpura, & cocco bis tincto: vbi Originale legit: *vermiculo, & cocco*. Hæc igitur purpurea veſtis, tametſi ad decorem, & ornatum ſemper adhiberi conſueuit, vt conſtat ex purpureo velo ſancti ſanctorum; & ſuperhumerali ſacerdotis, & ex tabernaculo Holophernis, quod purpura erat ornatũ, & ex purpurea veſte, qua honoris, & gloriæ cauſa, iuſſu Regis indutus fuit Daniel, & ex vſu Romanorum, qui eis, quos vt Reges ſalutabant, togam purpuream per nuntios mittebant, vt referunt Cornelius Tacitus, Tullius, & Ioſephus: Chriſto tamen Domino non ad ſplendorẽ, ſed ad infamiam, & illuſionem data eſt. In eo tamen purpura hæc alias Regum, & Imperatorũ longo interuallo antecedit; quod illæ ſanguine vermiculi muricis tinctæ fuere: at purpurã hanc ſacer illius ſanguis tingebat, qui ſe vermiculum appellauit, tanquam tenerrimus ligni vermiculus: roſeus enim cruor ex vulneribus capitis, ab acutiſſimis ſpinarum aculeis ei inflictis effluẽs, veſtem illã rubricabat, & purpureo noui huius vermis ſucco nõ parum rubicundam reddebat. Vnde Iſaias: *Quare ergo rubrum eſt veſtimentum tuũ?* Quod de rubore ſanguinis Chriſti mutuato intelligi debere, vnanimis SS. Patrũ intelligẽtia docet. D. Ambroſ. & Origenes aſſerunt, quod quãdo Rahab per feneſtram proiecit funes ſericos, & coccineos, vt mortem fugeret, & Zaram filij Thamar digitus purpureo filo ligatus fuit, purpuream hanc Chriſti veſtem præſignabant, qua nuditas filiorum Adam contegenda erat, & peccata omnium abolenda: rubro enim ſuo colore ſacrũ Chriſti ſanguinis cruorem ſignificãte, emũdat nos ab omni iniquitate. Accedit ad hæc inſignis alia huius coccineæ chlamydis imago, a paucis notata, altare videlicet, quod cum ex vno loco ad alium portaretur, ex diuino præce-

Marginal notes: Ioan. 19. Matth. 27. Mar. 24. — Eccleſ. 10. D. Matth. vbi ſupra. — Orig. tract. 35. in Matth. — Zachar. 13. — Dan. 5. 1 Machab. cap. 10. — D. Matth. c. 27. Liuius lib. 2 belli Punici. — Aelius Lampridius. Suidas verbo chlamys. — Plin. lib. 9. cap. 4. — Dioſcor. lib. 4. c. 45. — Exod. 26. — D. Ambroſ. lib. 10. in Luc. — D. Auguſt. lib. 3. de conſ. Euang. cap. 9. — D. Athan. ſerm. de paſſione & cruce. — Plin. lib. 9. c. 39 & 41. — Exod. 28. — Exod. 28. — Exod. 26. — Iud. 10. — Daniel. 5. — Cornel. Tacit. lib. 4. Annal. Tullius orat. pro Ioſeph lib. 10. Antiq. cap. 5. 2. Reg. 25. — Iſa. 63. — D. Ambroſ. lib. 10. Luc. 23. Ioſ. 2. Origen. c. 35 in Matth. Gen. 38. — Num. 4.

Digitized by Google

pro,purpura induebatur. Sacroſanctum Chriſti corpus altare quidem erat, vbi quotidie anima Chriſti libere ſe offerebat, & immolabat Deo Patri. Et quidem cum tūc altare portatile eſſet, dum ex domo Caiphæ ad domū Annæ,& ex hac ad Herodem, & ab Herode ad Pilatum duceretur, veſta purpurea indui voluit, vt figura figurato reſponderet. D. Ambroſ. ait: Chriſtum purpura indui voluiſſe, vt ſignificaret ſe non ſolum roſeo hoc ſanguine per purpuram ſignificato Sanctorum animas decorare; ſed & Principes & Reges facere: *Sanguis*, inquit, *Chriſti purpura eſt, qui efficit Sanctorum animas, non ſolum colore reſplendens, ſed etiam poteſtate, quia Reges facit, & melis res Reges, quibus Regnum donet æternum*. Hæc ille. Vnde & in Apocalypſi dicebant Chriſto ſancti illi ſeniores: *Redemiſti nos Deo in ſanguine suo, & feciſti nos Deo noſtro Regnū, & regnabimus ſuper terram*. Audiens autem *ſuper terram*, ne intelligas terreſtre regnum deſignari, nam in cælo regnantes, ſuper terram regnant. D. Auguſt. & Hilar. per hanc purpuram myſtice intelligi volūt Martyres, proprio cruore purpureos, quibus Chriſtus Dominus ad decorem induitur, vt prædixerat Iſaias: *His omnibus quaſi ornamento veſtieris*. Atque in ſimili ſenſu explicanda ſunt verba illa Sponſæ: *Comæ capitis tui ſicut purpura Regis vincta canalibus*. Per *comas* capitis Chriſti, ſanctos Martyres, per *canales* vulnera Chriſti, per *purpuram*, quæ olim nonniſi ex ſanguine cuiuſdam conchylij marini fiebat, quæ raro inueniebatur, & ideo ſolum Reges purpura induebantur, ſanguinem Chriſti intelligo, quo prædictæ comæ tinctæ fuerunt, & cuius virtute proprium ſanguinem Martyres profuderunt, vt fortes facti in bello, ſanguinem ſanguine, quoad poterant, compēſarent. Horum fortitudinem præuidens Nahū Propheta, prædixerat: *Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus eius in coccineis*, Septuaginta vertūt: *arma potētia eius ex hominibus*. Pagninus legit: *Clypeus eius rubefactus eſt*. Dicuntur Martyres *clypeus*, quia ſicut clypeus non offendens, ſed ictus patiens, & iacula in ſe recipiens protegit; ita ſane ipſi non offendendo, ſed patiendo ſe & Chriſti fidem defenſarunt, vt canit Eccleſia:

Caduntur gladijs more bidentium
Non murmur reſonat non querimonia,
Sed corde tacito mens bene conſcia
Conſeruat patientiam.

Ad id egregie ſignificandum apte Septuaginta tranſtulerunt: *Arma potentia eius ex hominibus; qui cum infirmi mortales, & paſſibiles ſint, non aliter melius, quam pro Chriſto patientes fortitudinē oſtentāt*. Apte ſatis Pagninus vertit: *Clypeus eius rubefactus eſt*: tradit enim Vegetius, milites quondam indui conſueuiſſe veſtibus coccineis, vt aſpectu rubei coloris ad prælium incitarentur, ſicut ad eundem finem ſacra narrat hiſtoria, ſanguinem vuæ & mori oſtendi ſolitum elephantibus, ad acuendos eos in prælium. Sacro ergo cruore Chriſti & Martyrum eius nobis oſtenſo, accingimur & nos Chriſti milites ad pugnam contra eos, qui nos infeſtant, immaniſſimos hoſtes. Nec ſilentio hic prætermittam; quod vbi noſtra vulgata legit præcitato loco: *viri exercitus*, Septuaginta verterunt, *viri fortes illudentes in igne*, quaſi dixerint: tanquam ludum reputant voraciſſimo igne cremari. Vnde D. Laurentium videmus, qui in ardenti craticula iacens, quaſi ludens & illudens tyrannum iudicem, facete admodum dixit: *Aſſatum eſt iam, verſa & māduca*. Hoc quid erat, niſi ſerio iocari, & religioſe in igne ludere? Confirmant prædicta omnia, egregia verba D. Athanaſij, in hunc modum loquentis: *miraculum nouum, & incredibile, quem per ludibrium ſubſannationemque pulſabant, ei triumphalia addiderunt ornamenta, coccineam chlamydem, coronam ſpineam & calamum. Nā tametſi ea quaſi per contumeliam agebant, efficiebatur tamen inde, vt ab eo latenter ſpoliarentur dæmones. Cum enim ſanguine terra per Diabolū funeſtata, et multis vndique cruoris eſſet imbuta, & vbique ſpinæ ob execrationem miſcerentur, & hoc chirographum nactus inimicus noſter omnes inuaderet, & tyrannidē in omnes, vt in ſubiectos ſibi exerceret: ea de cauſa, cum eum omnibus ſpoliaſſet Dominus, hoc genere veſtimenti indutus, ad mortem proceſſit, vt oſtenderet victoriam de morte non temere, ſed pro noſtra ſalute partā eſſe, geſtabatque in coccinea chlamyde ſpeciē ſanguinis, ſpinaſque in corona, & chirographum in calamo, quo inſtrumento iam olim nos Diabolus ari ſuorationibuſque inſcriptos habebat, vt vna cum morte etiam iſta ſimul demoliretur, & rerum naturā ab iſtis malis purificaret, & pro ſpinis lignum vitæ largiretur vtendam, & pro ſanguine peccatorum, ſuo ſanguine & terram & omnes emundaret. Idea enim noſtrum ſanguinē geſtans (in veſte coccinea) ſuū omnino ſanguinē in terrā profudit. vnde factū eſt, vt in ea pro ſpinis bona & vita repullulaſcerēt.*

D. Ambroſ. ſuper Pſal. 118. ſerm. 17. — Apoc. 5. — D. Auguſt. ſer. 114. D. Hylar. can. 33. — Iſa. 49. — Cantic. 7. — Nahum. 2. — Eccleſia hymnus. — Septuaginta interpretes in c. 2. Nahum. — Vegetius de re militari. — 1. Mach. 6. — Septuaginta interpretes. — In vita Laurentij. — S. Athan. ſerm. de cruce & paſſione.

HomiliaDecimaquarta

De corona ſpinea, venerando Chriſti Domini capiti impoſita, quæ permultis tam humanarum, quam diuinarum litterarum monumētis pulchre illuſtratur.

CHRISTO purpura iam induto, immaniſsimi illi illuſores acerbiſsimum ac inauditum dedecoris, & doloris genus excogitātes, coronā ſpineā contexuerunt, & venerādo illi capiti, in quo omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei deliteſcebāt, ſumma crudelitate infixerūt; adeo vt acutiſsimæ ſpinarum cuſpides & tempora perforarent, & totum caput, vltra quā dici poſſit, vndequaque lacerarent; coronam enim in formam pilei effecerunt, ſi credimus Diuo Bernardo, & Calliſto Placentino, vt ſic ſacroſanctū illud caput ſpinarū aculeis vndequaque obrueretur.

Coloſ. 2. — D. Bern. & Calliſt. Placent. de Paſſione.

Circa

D.Hieron. in c. 1. Abacuch, & in c. 2. Aggæi.

Circa materiam, ex qua hæc fuit confecta corona, non eſt vna omnium ſententia. Nã D.Hieron. & alij ainnt fuiſſe ex rhãno, plena ſentibus, & hericio ſimili. Quod ſi ita eſt, nõ vacat myſterio, tũ quod ait Cælius Rodighinus, rhãnus eſt amuletum, ſeu antidotum contra phantaſmata; tum quia (vt tradit Dioſcorides) fama eſt, ramos rhamni valuis, vel (vt alij tradunt) belluis impoſitos, veneficia depellere, vnde ortũ habuit adagium. *Progigne rhamnum malorum depulſorẽ.* Ita ſane ſi huius rhamneæ coronæ Chriſti mirabilia virtus belluinis peccatoribus applicetur, veneficas antiqui ſerpentis incãtationes, ac diabolica phantaſmata penitus euaneſcere faciet. Atque huic Hieronymi ſententiæ innitens facile erit, quod alias difficile eſſet, rationẽ reddere, quare cum inter arbores de regia dignitate altercaretur, ſoli rhamno illa delata eſt, omnibus alijs poſtpoſitis, foliorum aſpectu, & fructus ſuauitate gratioribus multo. Ratio huius iuxta Diui Hieronymi ſententiam aſsignari poſſet, quod cum corona Chriſti ex rhamni materia contexenda foret, qua caput, ſuprema corporis Chriſti pars, redimiẽdum erat, inde tantam dignitatem contraxit, vt aliarũ arborũ caput & Rex eſſici mereretur. Idque præuidẽs Sp[illegible] s ſãctus, rhamnum regia dignitate præ c[illegible] s donauit. Itaque Regnum ſibi delatum fu[illegible] q ſine futuri myſterij tacita inſinnatione [illegible] rant enim omnia ligna ad rhamnum: *V[illegible] impera ſuper nos. Quæ reſpondit eis: Si me [illegible] m vobis conſtituitis, venite, & ſub vmbra me[illegible] requieſcite*: ita Chriſtus: adeſte (ait) ſub capite veſtro, quod rhamno aculeata coronatum cernitis, quærite requiem animabus veſtris; non ſub roſis, vt illi, qui olim dicebant: *Coronemus nos roſis, antequam marceſcant. Si autẽ nõ vultis*, inquit, rhãnus, *quieſcere ſub vmbra mea, egrediatur ignis de rhamno, et deuoret cedros Libani.* Proh dolor quot ſunt, qui cum ſub corona Domini, & rhamno requieſcere noluiſſent, penitus conſumpti ſunt, quibus vt crux, corona ſpinarum ſtultitia fuit, & ſcandalũ. E contra certe accidit illis, qui ſpinoſis aculeis minime abſterriti, ad Chriſtum rhamno coronatum, vt ad Regem ſuum confugiunt; ijs enim ſpinæ iſtæ flores ſunt. Vnde D.Clemens Alexandrinus ait: *Hæc corona flos eſt eorum, qui crediderunt in eum, qui fuit glorificatus; cruentat autem, & caſtigat eos, qui non crediderunt; tunc autem acerbior hæc erit caſtigatio, cum de rhamno egredietur ignis, ignis inquam ille, de quo Chriſtus: Ite in ignem æternum.*

Iudicum 9.

Clem. lib. 2. pedag. c. 8.

Matth. 25.

Alij putarunt coronã ex quibuſdam creſpinĩ ſẽtibus (quas Spinas ſãctas vocãt) cõfectã, quarum ſingulæ tribus ſpinulis conſtant, ea ducti ratione, quod ad manus facile haberentur, quippe quæ in monte Oliueti frequentes admodum eſſent. Quod ſi hæc ſententia vera eſt, merito hoc ſpinarum genere Chriſti corona confecta fuit, tum, quia cum Chriſtus, qui eſt ipſa ſanctitas per eſſentiam, coronandus eſſet, rationi magis conſentaneum erat, ſpinis, quas ſanctas vocabant, coronaretur: tum quia illo trino veprĩũ nexu quaſi inſinuabatur, vnam ſanctiſſimæ Trinitatis perſonam corona ex hac materia plexa redimiendam fore: tum etiam, quod cũ ipſe hoc acerbiſſimo capitis dolore inſano noſtro capiti mederi contenderet, triplici illo morbo laboranti, cuius meminit Ioannes: *Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ*, merito quidẽ trienſpidibus ſpinis coronari voluit.

Iacob. Gretſerus de Cruce lib. 1. c. 1[illegible]

Ioan. 2.

Alij tandem cum D. Auguſtino (& hæc eſt communior & celebrior ſententia) aſſerunt, coronã Chriſti Domini ex iuncis marinis cõpactã fuiſſe, quibus Syria, & vicina Aegyptus ſcatẽt, acutiſſimaſq; cuſpides habẽt, dicẽte Poeta:

Greg. Tur. li. 1. de glo. mart. Anſel. Dialogo de Paſſione. Lyran. in c. 27. Matth. Genebrardus lib. 4. Chronolog. D. Auguſt. lib. 19. de Ciuitate. Virgil. 5. Aeneid. & 1. Georg. Plin. lib. 21 cap. 12.

Et acuta cuſpide iunci.

Et alibi.

Et carice paſtus acuta.

Idem enim pollet, *Iuncus*, quod *carex, ſcirpus*, aut *papyrus*, vt colligitur ex Plinio: vnde mare rubrum apud Hebræos mare caricoſum nuncupatur, eo quod illis litora eius abundent; teſtaturq; Gulielmus Durantes, lib. 6. rational. diu. offic. cap. de Paraſceue, ſe proprijs oculis vidiſſe coronam ſpineam, & ex marinis iuncis eſſe cõpactam: vidit autem illam in theſauro Regis Francorum. Nam vt refert Genebrardus lib. 4. ſuæ chronologiæ: *S. Ludouicus Rex Galliæ à Græcis redemit coronã ſpineam, eamq; Lutetiam aſportari præcepit, cui ipſe obuiam comitantibus Epiſcopis & Regni proceribus venit multis cum lacrymis & ſuſpirijs, nudis pedibus, vndiq; affluente, & in genua procumbente populo.* Ex dictis haud difficile erit deprehendere magnitudinem, & acerbitatem doloris, quem ſacroſanctum Chriſti caput pertulit: nam præterquam Chryſoſtomus ait, mille puncturis caput eius laceratum fuiſſe, ſi minima ſpinula pede calcata adeo vehementem dolorem incutit, vt paſtor ille apud Theocratium dicat: *Quantula eſt punctura ſpinæ, & quantum hominem domat?* Quid quæſo doloris tot duriſſimi, & acutiſſimi iuncorum aculei, tenerrima Chriſti tẽpora, & delicatiſſimum eius cerebrum terebrantes non inferrent?

Guliel. Dur lib. 6. rat. diu. offic. c. de Paraſc.

Genebr. lib. 4. Chronol.

Extant in ſacra Scriptura huius coronationis Chriſti tres præcipue imagines, mirabili quadam ratione illam adumbrantes. Prima eſt illa ſatis ab omnibus decantata, qua Moyſes a longe videns Deum in rubo exiſtentem, ſpinis, ac ſentibus circũdatum, dixit: *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam.* Vbi animaduerſione dignum occurrit, quod ſi viſionem illam magnam, ac mirabilem arbitratus eſt Moyſes, mirabiliorem ſane hanc iudicaret, intuens Chriſtũ ſpinis coronatum, quia in rubo etſi Deum ambirent ſpinæ, ſed non pungebant; hic autem & ambientes pungunt, & pungentes vndique ambiunt, & grauiter affligunt. Et ſicut ibi ſacer textus refert, dixiſſe Deum ſe inter ſpinas rubi ſedere propter oppreſsionem filiorum Iſrael: *Vidi afflictionem eorum, qua ab Aegyptijs opprimuntur*; oppreſsio autem erat, vt annotant Doctores Hebræi, quod flagellis ex ſpinis, & tribulis confectis ab eis vapulabant. Ita ſane Chriſtus Dominus, videns nos peccatorum ſpinis ſuffo-

Exod. 3.

Digitized by Google

cari, & opprimi, voluit ſpinis circumdari, vt ab innumeris flagitiorum noſtrorum pungentibus tribulis, & ſpinis nos miſericorditer liberaret. Ponderatione etiam dignum arbitror hoc loco, quod iuſſit Deus Moyſi, vt ſolueret calceamenta de pedibus ſuis, quaſi diceret: Oportet, vt ſpinæ te pungant, ſi vis accedere ad me ſpinis
D. Bern. circūdatum. *Pudeat ergo* (ait Diuus Bernardus) *ſub ſpinato capite delicatum corpus gerere*. Illud tamen mirabilius eſt, quod cum Deus vndique tribulis & ſpinis valliatus ſit, ſolum poſtulat à Moyſe, vt pedes tantum diſcalceatos illis exponat: quo aperte nobis ſignificatur, Chriſtū Dñm dolores abſque menſura ſibi ſumpſiſſe; nobis tamen cum ſumma moderatione impendiſſe.

Secundam reperio huius myſterij imaginem
Gen. 22. in Geneſi, quando *Abraham vidit arietem vepribus hærentem*. Certe ſicut aries ille victima fuit ei ad ſacrificium loco Iſaac, quem mactandum decreuerat, ſoluſque aries veprium puncturas ſenſit; ita Chriſtus pro nobis, qui mortem merebamur, factus eſt Deo Patri victima, ſoluſque ſpinarum ſtimulis, quibus merito nos pungendi eramus, ne nos pungerent, acriter ipſe punctus eſt. Et hinc eſt, quod licet Symmachus dicat, *vepres*, quibus aries hærebat, ad illud ſpinarum genus pertinuiſſe, quæ ſeipſis intertextæ, quaſi rete quoddam conficiunt; & Diuus Hieron. arborem ſilueſtrem aſſerat; Septuaginta vero Interpretes virgultum putauerint; ac tan-
Procopius. dem Procopius genus dixerit fuiſſe cuiuſdam
Catena SS. Græcorū ſup Pentateuchū. fruticis: Catena tamen ſanctorum Græcorum ſuper Pentateuchum, nomen plantæ illius miſericordiam ait ſignificare, & merito quidem, cū ex ea Chriſti corona conficienda foret, per quā tantam Dei miſericordiam experimur, vt pungentes ſpinas peccatis noſtris debitas declinauerit, & capiti Chriſti ſuperpoſuerit, vt cōdigne pro nobis ipſe ſatisfaceret. Satisfecit quidem, & libentiſſime, vt non obſcure indicant prædicta verba: *Vidit arietem vepribus hærentem*. Cum enim rem nobis charam videmus, pergratum eſt
Pſal. 72. illi continuo adhærere. vnde Dauid: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt*. Et de Filio illo pro-
Luc. 15. digo D. Lucas tradit, quod adhæſit vni ciuium illius regionis. Arietis ergo illius, cum non lana, vt quandoque accidit, ſed caput ipſum vepribus hæſerit, ac ipſe vidēs ſe illis inuoluerit, aperte nobis innuit, quam Chriſtus libens, ac promptus, pro ſingulari eius erga nos beneuolentia, & amore, caput ſpinis perforandum ſuppoſuerit; adeo vt prædicta verba Dauidis non incongrue vſurpare potuiſſet: *Mihi autem ſpinis adhærere bonum eſt*. Bonum ſane, quia præterquam hac ſpinea corona eſſentialem gloriæ lauream filijs ſuis comparauit, plures alias accidentales ſibi promeruit. Quod vt clarius innoteſcat, varia coronarum genera, quibus quondam vete-
Aul. Gellio noct. attic. l. 5 cap. 6. res vtebantur, ex Aulo Gellio, & aliorū aucto-
Alex. ab Alex. l. 4 noct. cap. 6. rū monumentis continuo in mediū proferamus. Permultę fuerūt apud Romanos coronæ; *Triumphalis*, quę Imperatoribus poſt victoriam ad Vrbem redeuntibus ad triumphum mittebatur. hæc antiquitus ex lauro fiebat, poſtea etiam ex puriſſimo auro fieri coepit. *Obſidionalis*, quam liberati ab obſidione dabant ei, qui ipſos liberauerat. *Ciuica*, quam ciuis ciui, à quo ſeruatus erat in prælio, teſtem vitæ ſalutiſque perceptæ dabat: & hæc primo fuit ilignea, poſtea ex quercu, eo quod ante inuentas fruges, huius arboris glandibus homines victitarent. *Muralis* erat, qua donabatur ab Imperatore, qui primus murum aſcendiſſet, & in hoſtium oppidum veniſſet. *Vallaris*, quæ & *Caſtrenſis* dicitur, ſimiliter aurea, habebat inſigne valli, & ea donabatur, qui primus hoſtium caſtra pugnando introiſſet. *Nauālis* quoque aurea, quibuſdam quaſi roſtris nauium inſignita, quæ dari conſueuerat ei, qui primus maritimo prælio in nauem hoſtium tranſilijſſet. *Oualis* myrtea erat, qua vtebantur Imperatores, cum ouantes introibant. Ouantes autē ingrediebantur, cū bellū cū iuſto hoſte geſtum non erat, vtpote pirata, ſeruo, aut alio quouis humili hoſte. Erat & *laurea* corona, qua Poetas honorari ob præclaram carminum compoſitionem antiquiſſimus vſus obtinuerat. Alia tandem, quam exploratoriam vocat Pierius, eaque vſum refert Caium Cali- Pier fol. 338
gulam, ſolis, lunæ, & ſtellarum figura conſpicuus, vt vigilantiam, quam die ac nocte adhibebat, ſignificaret. Apud Hebræos etiam, licet Tertul- Tert. lib. de corona. mil.
lianus neget, vſū coronarū viguiſſe cōſtat, fallitur enim cum in ſacra Scriptura legatur: *Coro-* Sap. 2.
nemus nos roſis, antequā marceſcant. Et Iſaias ait: Iſai. 61.
Vt darem coronam pro cinere. Et alibi ſæpe in ſa- Can. 3.
cra Scriptura ſimilia leguntur. Chriſtus ergò Dominus corona ſua ſpinea, omnia iſta coronarum genera mirifice promeruit. Dignus enim fuit corona *Triumphali*, qui tot immaniſſimos hoſtes deuicerat, *triumphans illos in ſemet-* Ad colloſ. 2
ipſo (vt Pauli verbis vtar:) dignus *Obſidionali*, qui à dæmonum obſidione nos grauiter infeſtāte eripuit: dignus *Ciuica*, qui nos in prælio ſæpe ab hoſte incolumes ſeruauit, ipſo dicente: *Pater quos dediſti mihi, ego ſeruabam eos*: dignus *Murali*, qui primus inimicorum caſtra, hoc eſt, inferos ingreſſus, primus Acheronta perrupit, & glorioſis tropheis expoliauit: dignus *Vallari*, ſeu *Caſtrenſi*, qui in deſerto cum communi humani generis hoſte congrediens, primus omnium atrium eius deus ſtauit, arma conquaſſauit, ſpolia eius diuiſit, Chriſto ipſo teſtante: *Cum fortis* Luc. 11.
armatus cuſtodit atrium ſuum, ſi fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, & ſpolia eius diſtribuet: dignus *Nauali*, qui hanc mundi nauem ingrediens, celerem ſuæ in infernum nauigationis curſum comprimēs, illam debellauit. Vnde ipſe dixit: *Confidite, quia ego vici* Ioan. 16.
mundum: dignus *Ouali* quippe, qui cum Diabolo infamiſſimo, ac abiectiſſimo hoſte pugnauerat, vnde non euaginato enſe, ſed Crucis fuſte, & vt Hiſpanicè dicitur: *A palos como a perſona infame*, illum foras eiecit: *Nunc Princeps hu-* Ioan. 12.
ius mundi eijcietur foras. Dignus *Laurea*, quia pleraque diuinæ laudis cantica compoſuit, & quidem quædam cantauit. Nam Diuus Marcus Marc. 13.
re-

refert, Chriſtum Dominum paulo ante paſſionẽ hymnum dixiſse, & vbi noſtra vulgata legit: *Hymno dicto*, Græcus Interpres vertit, *Hymno cantato*: dignus tandem *Exploratoria corona*, cum velut alter Iacob pro cuſtodiendo grege inſomnes noctes tranſigeret, dicẽte Marco, quod *Erat pernoctans in oratione.*

Marc. 6.

Tertiam eamque ſingularem huius coronationis imaginem, ſub illis verbis deliteſcentem reperio: *Sub arbore malo ſuſcitaui te.* In cuius loci expoſitionem noſter Nicolaus de Lyra, iuxta Hebraicam lectionem vertit: *Sub arbore malo granato ſuſcitaui te.* Sane cum inter omnes arbores ſolum malum granatum fructum edat coronatum, apte ſatis adumbrat Crucis arborem, cuius purpureus, ac rubicundus fructus, nempe Chriſtus Dominus, corona ſpinea coronatus ab ea pependit. Ac tandem præter Sibyllam Erytræam dicentem:

Cant. 8.
Nic. de Lyr. in c. 6. Mar.
Sibyl. Eryth.

Nam veniet ſanctic æterni è vepre corona
Sectic dum calamo compungens lilia legis
More ſua, ex calamo etenim quos cõtulit aura
Ad lites animi ſeſe ira vindice vertit.

Præter Sibyllam inquam Sponſa præuidens hãc ſpineam coronam, dixit: *Videte Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua.* Quæ verba elucidans Diuus Bernardus, triplicem in hac ſpinea conſiderat coronam, quia *tiara* ſummi Pontificis erat, quæ ex tribus coronis coaleſcit: *Videant* (ait) *eum filiæ Sion, animæ affectuoſæ, in corona miſericordiæ, & imitentur, videbunt eum impij in corona iuſtitiæ, & peribunt: videbunt eum ſancti in corona gloriæ, & gaudebunt.* Hæc ille. Spinea enim corona vna exiſtens triplex erat, iuſtitiæ Chriſto, miſericordiæ nobis, gloriæ beatis, quorum coronas ipſa promeruit.

Cant. 3.
D. Bernard.

Non me latet, Hebræos hæc verba interpretari de ipſo Salomone, quia cum mater eius (inquiũt) ingrediens ad Dauidem morti proximum, vt filium ſuum Regni heredem declararet, idque ſuis precibus ab eo obtineret, ideo dicitur eam regio diademate coronaſſe: ſed aduertiſſe debuerant verba ſequentia: *In die deſponſationis ſuæ.* Nam cum Salomon non fuerit eo die deſpõſatus, commenticia omnino redditur prædicta interpretatio. Quare alij ex iiſdem Hebræis dixere, matrem Salomonis eodem die, quo ille filiam Pharaonis in vxorem accepit, coronam capiti eius impoſuiſſe: at hoc eorum marte confictũ ex eo aperte conuincitur; tum quod facti huius nec in ſacris litteris, nec probato quopiã auctore veſtigium aliquod reperiatur: tũ quod canticum illud ſublimius eſt, quam vt de Salomonis amoribus, & nuptijs intelligi debeat. Vnde quidam alij Hebræi nomine Salomonis Deũ, ſynagogam vero nomine matris ſignificari dicunt, iuxta illud: *Attendite ad me popule meus, & mater mea auſcultate me.* Sic enim ipſi legunt, pro eo quod nos vertimus: *Tribus mea audite eum.* Itaque tanquam Regem ſuum illum agnoſcens, cum ab eo ſuſcepit legem in monte Sinai, ipſum coronauit. Ita etiam explicauit Rabbi Eleazar, quæſitus à Rabbi Simeone, ſed non eſt apta explicatio, quia ſynagoga non potuit mater Dei appellari. Nec locus Iſaiæ ab eis productus quidquam fauet, quia verbum illud non matrem, ſed tribum ſignificat, vt vertit Diuus Hieronymus. Scio etiã quoſdam Patres, D. Gregorium videlicet, D. Ambroſiũ, immo & Diuũ Bernardũ nomine coronæ diuinitatem Chriſti accipere, qua illum coronauit Deipara Virgo in die deſponſationis eum Verbo diuino, cui addit Adrianus Finus, in eo quod humanitas Chriſti corona vocatur, latere myſterium Aſſumptionis carnis ex Virgine, integritate eius ſemper conſeruata, Ideo etiam coronam regiam appellari putat, quia propter nouũ conceptionis modum, quo Chriſtus omnes homines longe antecellit, diadema geſtare meretur. Ceterũ quamuis hãc expoſitionem non inficiemur, aliã tamen Theodoreti, & Bernardi ſequentes, aſſerimus nomine ſapientiſſimi, & pacifici Salomonis Chriſtum intelligi ſapientiam Patris, & pacis auctorem; Iudæorum autem ſynagogam, matrem eius appellat, quia ex matre de tribu Iuda ortus erat. Illum ergo ſpineo diademate coronauit in die deſponſationis ſuæ, quando ſpinea corona redimitus in ſolio Crucis exiſtens, Eccleſiam in ſponſam ſibi accepit.

3. Reg. 1.
Isai. 51.
Rabbi Eleazar.
Greg. in Cãt. Ambr. l. de Iſaac c. 5. Bern ſer. 2. in Epiph.
Adr. Fin. in flagellis c. 3.
Theodor. & Bern.

Sed iam varias commemoremus cauſas, ob quas Chriſtus Dominus coronari voluit. Prima, quia cydaris ornamentum capitis erat, quo ſacerdotes ſacrificium oblaturi capita ornabant, vt auctor eſt Ioſephus. ad quod alluſiſſe videtur Zacharias, dum ait: *Ponite cidarim mundam in capite eius.* Oblaturus ergo ſummus ſacerdos Chriſtus Dominus mirabile mortis ſuæ ſacrificium, ſuper ſacram Crucis aram prius ſpinea cidari caput eius ornari voluit.

Ioſeph. l. 3. antiq. c. 8.
Zacharia 3.

Secunda, quia cum Chriſtus Dominus, tanquã Rex, Crucis thronum aſcenſurus erat, dicente David: *Regnauit à ligno Deus:* ideo prius tanquam Rex corona inſigniri voluit: immo vt Regnum eius æternum oſtenderet, quia vt prædixerat Angelus: *Regni eius non erit finis*, coronam voluit ſibi firmiter adeo infigi, vt nullo quantumcumque rapido vẽto flante diuelli vlla ratione poſſet, ſed firma, & ſtabilis ſemper maneret, ne vnquam diceret illud Iob: *Cecidit corona capitis mei.* Quod ſi, vt refert Ouidius, antiquis mos erat primo die Ianuarij coronam impletum annum ſignificantem, ad Imperialis domus fores appendentes illi congratulari, dicentes;

Pſal. 95.
Luc. 1.
Iob 19.
Ouid. in faſt.

Augeat Imperium noſtri Ducis augeat annos,
Protegat, & noſtras querna corona fores.

Potiori iure nobis ex Crucis throno coronam ſpineã ſuſpendentibus Chriſto immortali Regi congratulando fas erit inclamare: *Augeat Imperium noſtri Ducis, augeat annos*, vel melius cum Paulo: *Videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria, & honore coronatum.*

Ad Hebr. 2.

Tertia cauſa fuit, vt non homo tantum ſed verus Deus re ipſa oſtenderetur: ſicut enim, ridentem dicere verum nihil vatat, ita ludentem verum ſignificare, ſi non ex propoſito, ſaltem

ex

Digitized by Google

ex myſterio nihil prorſus prohibet, quod ſane militibus illis accidit, quia corona caput Chriſti redimientes, nō modo Chriſti Regiam dignitatem, ſed & diuinitatem, quamuis ignari demonſtrarunt. Moris enim fuit non modo Regibus, ſed & Deo coronas in templo ſuſpenſas cōſecrare, quod pręter ceteros olim feciſſe Soſium, dum Antigonum vltimum Iudaicæ ſtirpis Regē Iudæorum vinctum Hieroſolymis duxit ad Antonium, antiquiſſimus Ioſephus refert: immo Plinius teſtatur, Deos pulcherrimis iuncorum floribus ſolitos fuiſſe coronari, eo quod, vt tradit Clemens Alexandrinus, numquam marceſcunt, ſed ſemper virorem conſeruant. Cum ergo corona diuinitatis ſit index, quidni corona iſta Chriſti, qua nulla vnquam fuit precioſior, nulla quantumuis gemmis, & auro præfulgida ſplendidor? Vnde Clemens Alexandrinus: *Quem Iudæi*, inquit, *exacerbarunt, vt ſe Deum oſtenderet, hoc de eo in altum ſublato teſtati ſunt*, Chriſtum videlicet Deum eſſe, diadema iuſtitiæ ei ſuper omne nomen exaltato appeodentes, per ſpinam ſemper florentem. Ita eximia Dei ſapientia id diſponente, factum eſt, vt illuſores illi vellent, nollent, Chriſtum Dominum coronantes, quem alioquin Filium Dei abnegabant, re ipſa Deum eſſe profiterentur.

Ioſeph. l. 14. antiq. c. 28. Pl. l. 13. c. 11 Matheol. in Dioſcor. c. 47 Clem. Alex. l. pædag. c. 8

Quarta, quia inter inſtrumenta noſtri Redēptoris corona ſpinea digniorem obtinuit locum; claui manibus, ac pedibus, ſpongia ori, lancea pectori, corona vero ad caput adhæſit. Vt ergo ſignificaret Chriſtus Dominus, quā libenter pro nobis paſſus eſt, ſpinas acerbiorem illi dolorem illaturas præcognoſcens, velut rem precioſiſſimam ſuper caput, tanquam in digniori loco conſtituit. Refert Valerius Idolorum cultores religionis cauſa ſolitos fuiſſe & precioſiſſimis metallis Deorum ſuorum capita redimire. Iupiter vero præcipuus eorū Deus, non ex alia, quā ex oliuæ materia ſibi coronā confici voluit, eo quod inter arbores fructuoſior, & vtilior ſibi eſſet. At Chriſtus Dominus, quaſi propriæ vtilitatis immemor, doloris autem auidiſſimus, vt pro nobis copioſiſſime ſatisfaceret, ex iuncis voluit ſuam texi coronam, quæ quanto ſibi acerbior, tanto nobis fructuoſior extitit: cum etiam inter humana corporis membra, caput, & cor digniora ſint, vtrumque perforari voluit, illud acutis ſpinis, hoc dira lancea; illud vt ſapientiæ theſaurus pateret; iſtud vt ardens diuini amoris ignis ad nos ſcintillaret, & gelida corda inflammaret.

Valer. l. 1. c. 1.

Sed iam quintam cauſam proferamus. Spinea corona Dominus redimiri voluit, vt nos aurea redimiremur. Nobis quidem, qui nocentes eramus, ſpinea corona debebatur, vt Deus ipſe prædixerat: *Spinas, & tribulos germinabit tibi*: Chriſto autem innocenti, non ſpinea, ſed aurea, vt præuiderat Ioannes: *Vidi ſimilem Filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream*. At ipſe præ amoris erga nos magnitudine ſpineam accipit, auream renuit, vt illam nobis imponat. Illa pungebat, non ornabat, & hanc aſſumpſit; hæc ornat, non pungit, & hanc nobis donauit. Vnde Ezechiel: *Non erit vltra deinceps ſpina dolorem inferens*. Sed quomodo Propheta ſancte ſpina aculeos habens non punget, nec dolorem inferet? Certe, quia iam ſpinæ capiti Chriſti infixæ aciem amiſerunt, & acrimoniam. Sicut enim gladius acutus, petram ſcindere tentans, hebetudinem contrahit, & aciem amittit; ſic cum Chriſtus petra eſſet, Paulo dicente: *Petra autem erat Chriſtus*, ſpinarum aculei capiti eius inhærentes aciem amiſerunt, ac Sanctis gratæ, & ſuaues redditæ ſunt, adeo vt delicatiſſimæ virgines atrociſſimis tormentis excarnificatæ *diuinas laudes cum ſummo iubilo* Deo decantarent. Et hinc eſt illud Baruch: *In horto ſpina alba, ſupra quam auis ſedet*. Certe ſi ſpina pungeret, apta ad ſedendum non erat; at quia iam aculeo caret, recte in ea ſedcre poteſt. Narrant doctiſſimi quidam Hebræorum Rabbini, exteriorem templi Salomonis ſupremam partem circumdatam fuiſſe quibuſdam quaſi aureis ſpinis, verſus cælum cuſpides eleuatas habentibus, ne illic ſedentes aues demorari poſſent, & loci illius munditiem fœdarent; at è contra contigit in hoc ſacro templo corporis Chriſti Domini, cuius ſuprema pars, nempe caput, quāquam ſpinis circūdata ſit, eius tamen cuſpides, non cælum verſus, ſed internas capitis partes introſpiciebant. Igitur ò anima, ſpinarum huius coronæ aculeos te puncturos minime pertimeſcens, ſede ſecure, & requieſce in illa, tanquā in nidulo, & dicet tibi Dauid, quod ipſi Deo: *Altiſſimum poſuiſti refugium tuum, non accedet ad te malum*. Sicut enim, quod ſpinæ lilium circumdant, protegunt ita ſpinæ illæ te cingentes cuſtodient: & ſicut tribuli hortum ambientes, ingreſſum inuaſoribus, & feris præpediunt, ita ſacræ iſtæ ſpinæ ab hoſtium infeſtatione te illæſū ſeruabunt. Itaque vt ad id, vnde nonnihil digreſſi ſumus, reuertamur, voluit Chriſtus doloris, & angoris coronam ſibi imponi, vt nobis lætitiæ, & gloriæ laurea imponeretur: illa enim hanc nobis promeruit, vt aperte indicat viſio Ioannis, cum ſe vidiſſe teſtatur copioſam Sanctorū multitudinem, qui coronas capitibus impoſitas deponebant, & ante pedes Agni illas offerebant: quaſi dicerent, has coronas aureas, tanquam à te donatas, & tanquam tuæ ſpineæ coronæ legitimos partus tibi ipſi deferimus. Illud tamen mirabile eſt, quod Sancti in cælo pedes Chriſti aureis coronis decorent, in terra autē perfidi carnifices caput illius ſpinis coronent.

Gen. 3. Apocal. 1. Ezec. 28. 1. Cor. 10. Baruch. 6. Pſal. 90. Apoc. 4.

Sextam cauſam coronationis Chriſti dicamus fuiſſe, quod olim inueterata vigebat conſuetudo, non ſolum apud Romanos, ſed etiam Hebræos, victimas coronatas immolari. Teſtantur id Plinius, & Virgilius, quibus conſonant; quæ narrat D. Lucas in Actis Apoſtolorum, vbi Lyſtrenſes Barnabæ, & Paulo, tanquam Dijs ſacrificare ſatagentes, ſecum duxerunt ſacerdotē, tauros, & coronas, quibus immolandæ victimæ coronandæ erant. Chriſtus igitur ſacrificium obla-

Plin. l. 16. c. 4. Virgi. l. 2. Aeneid. Act. 14.

Digitized by Google

oblaturus, humanitatem, velut vaccam rufam, tanquam victimam Crucis Deo Patri coronatam immolare voluit. Non ſolum autem veterum conſuetudo obtinuit, vt victimæ oblatæ, ſed & offerentes illas coronati exiſterent, per hoc ſignificare volentes, vt tradit Plato, Dijs nihil mutilum, ſed perfecta omnia, atque integra eſſe offerenda, idque ſibi vult ſphærica coronæ figura, quæ ſymbolum perfectionis eſt, vtpote principium cum fine coniungens. Igitur, quoniam Chriſtus Dominus tanquam ſummus ſacerdos victimam omnium perfectiſſimã ſacrificaturus venerat, coronatus Crucem aſcendit: *Vt nos, qui* (vt dixit Iacobus) *initium ſumus aliquod creaturæ eius*) cum Deo, ſupremo, ac vltimo fine noſtro coniungeret.

[Plato in Sympo.] *[Iacob. 1.]*

Septimam, eamque certiſſimam cauſam ſubijciamus, Quod corona ſymbolum victoriæ ſemper extitit. Vnde Incognitus in illud: *Scuto bonæ voluntatis coronaſti nos*, refert quondam apud Romanos conſuetudinem viguiſſe, cum reuertebantur victores de bello, in ſignum victoriæ, tanquam coronam, & diadema, ſcutum rotundum ſuper capita portaſſe, ad cuius imitationem mos in Eccleſia inoleuit, Sanctorum capitibus, in ſignum victoriæ, pro corona ſcutũ rotundum ſuperimponi, quod diadema vocitamus. Mos etiam fuit, vt tradit Iſidorus, eoſdem victores, cum ad propria remeabant, lauro coronari, & ideo ait laurum à laude dici, quia cum laude, & gloria reuertebantur. Apte autem lauri corona donabãtur, quia ſicut (teſte Plinio) laurus eſt arbor inuincibilis, innatam habens virtutem fulminibus reſiſtendi, ita victores hoſtium fulmina ſuperarunt, & ab eis vinci non potuerunt, & ideo merito lauro coronantur. Ac tãdem Ariſtoteles teſtatur eos, qui in olympiacis ludis vincebant, ſolitos fuiſſe coronari. Etenim corona ſymbolum eſt eius, quod ad finem vſque perducitur, & inde arbitror cœpiſſe in ſignum victoriæ, aut inſignis alicuius geſti coronam dari, cuius figura, quia rotunda eſt, principium (vt ſupra dicebam) cum fine connectit. I E S V S ergo antequam moriatur, corona donatur, vt futuram mortis victoriam præſignet: *Data eſt ei corona*, vt dixit D. Ioannes, *& exiuit vincens, vt vinceret.* Vnde D. Iſidorus: *Tanquã victor* (ait) *Chriſtus ſpinis redimitus eſt, quemadmodum clari, & celebres victores faciunt, qui hoc ipſum telum, cuius ope victoriam conſecuti ſunt, in templum geſtant.* Huius victoriæ extat apud antiquiſſimum Ariſtiam ſacrum quoddam arcanum: aſſerit (ſi credimus Gulielmo Amero) Regem Salomonem digito anulum portare ſolitum, qui duplicem coronam, vnam ſpineam, alteram auream & regiam ad inuicem inter ſe contextas habebat, eique ex vna parte illa inerat inſcriptio, *Victoria amoris*; ex alia vero hæc, *Amoris cognita fortitudo*. Ignorans autem Regina Saba, quid ſibi vellent coronæ iſtæ, & inſcriptiones earum, deprecata eſt Regem Salomonẽ, vt qui clauem ſcientiæ haberet, vt eiuſque illius coronæ abditum ſacramentum reſeraret. Reſpõdit ille, coronam regiam Chriſti eſſe, quatenus Deus erat; ſpineam eiuſdem, quatenus homo. Spineã tamen, quam diuinus amor contexuit, victoriam de regia reportaſſe, idque ſibi velle prædictam ſubſcriptionem, *Amoris cognita fortitudo*: hæc enim contra Deũ præpotens adeo fuit, vt Verbum diuinum expugnans in terram deiecerit. Et cum ſemen ſit Verbum Dei, Pater æternus mittens illud in terram, de qua ipſe prædixerat: *Spinas, & tribulos germinabit tibi: aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocauerunt illud.* Fructum tamen terræ neutiquam impediuerunt, ſed adiuuerunt potius, Chriſto ipſo dicente: *Si granum frumenti mortuum fuerit, multum fructum affert*; multum quidem nobis, paruum ſibi, quia nobis gloriam eſſentialem, ſibi ſolum accidentalem promeruit: vnde impletum arbitror (quod ſolum putarim opus Dei eſſe) De ſpinis collegit vuas, & de tribulis ficos. Atque hinc euidenti illatione collige, quod ſi ſpinea corona contra Deum adeo præualuit, multo magis contra Diabolum valentior erit, vt alias dictum fuit ad Iacob: *Si contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis?* Eſt enim euidens conſequentia, ſi vinco vincentem te, à fortiori, vincam te. Vt tamen huius ſpineæ coronæ virtutem ac fortitudinem aduerſus antiqui ſerpentis potentiam nonnihil detegamus, meminiſſe iuuabit fabuloſæ illius narrationis, quam nonnulli referunt de Pæone, ſeu Æſculapio, quem ſolis filium antiqui fingebant. Hic die quadam videns paſtorem quibuſdam herbis coronatum, cum baſiliſco dimicantem, & nec flatu, nec ſibilo, ab eo quidquam noceri poſſe, ſuſpicatus alicuius herbæ latente virtute, ex qua contexta erat prædicta corona, præſeruatum iri, vt certior redderetur, extenta lancea coronam paſtori ſubtraxit, & continuo à baſiliſco ſuperatus, mortuus in terram concidit: ſed mox tamen illam capiti reſtituens viuus reſurrexit, nec à baſiliſco vlla ratione vinci potuit. Hæc profana, & fabuloſa, ſi ad ſacra conuertamus, vt moris eſt apud Patres, corona hæc mirabile a Chriſti coronæ ſpinas ſatis ad viuum exprimit. Dum enim quis cõſideratione, & imitatione ſpineam illam coronam ſuper caput geſtauerit, flatu antiqui ſerpentis neutiquam inficietur, aut à lethalis peccati baſiliſco ſuperabitur; quin potius, vt ait Dauid: *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* Si è contra coronam hanc ſpineam deponat, hoc eſt pro Chriſto aduerſa, & amara ſuſtinere recuſet, facile ab his omnibus immaniſſimis hoſtibus deuincetur, & plangens dicere compelletur illud Iob: *Expoliauit me*, id eſt Diabolus gloriæ meæ coronam abſtulit de capite meo, deſtruxit me vndique, & pereo.

[Iacob. in Pſ. 6.] *[D. Iſidor.]* *[Pli. l. 15. c. 30.]* *[Ariſt. l. 1. Rhet.]* *[Apoc. 6.]* *[D. Iſid. l. 1. epiſt. 95.]* *[Ariſtias relatus à Gulielmo Amero l. 4. verſ. natur.]* *[Matt. 4.]* *[Ioan. 12.]* *[Gen. 32.]* *[Berchorius verbo corona.]* *[Pſal. 90.]* *[Iob 19.]*

Octauam præterea eamque egregiam eiuſdẽ facti cauſam ſubiungamus. Moris extitit olim apud veteres, victores hoſtium arma in gloriam ſuam geſtare, vt tradit Diuus Cyprianus; vnde perſuaſi hoſtis ſcutum vincentis debere eſſe coronam, aduerſariorum ſcuta pro corona geſtabant.

[D. Cypr.]

Digitized by Google

ſtabant, cum triumphantes vrbem ingrediebantur, vt ſupra retulimus. Dauid etiam gigantis Goliath arma, tanquam inimici ſpolia ſibi aſſumpſiſſe, ſacra narrat Scriptura. [3. Reg. 17.] Arma Satanæ, contra quem Chriſtus Dominus pugnauit, peccata noſtra eſſe nemo ignorat, nullus inficiatur; ſpinas autem ſymbolum eſſe peccatorũ, præter Tertullianũ, id diſertis verbis docet Dauid: [Tert. lib. 4. Pſal. 38.] *Quoniam grauata eſt ſuper me manus tua, dum configitur ſpina*, id eſt peccatum, vt communis Patrum ſententia interpretatur. Spinis ergo coronari voluit Chriſtus Dominus, quia arma inimici ad triumphum, & gloriam ſuam ſuper caput geſtare volebat, non ſecus, ac veteres ante relati, qui hoſtium ſcuta capitibus imponebant.

Nonam deinde cauſam præcedenti valde affinem minime præteribo. Peccatores per ſpinas præſignari, & ſacra volumina, & ſancti Patres conteſtantur. vnde ait: [2. Reg. 23.] *Præuaricatores quaſi ſpinæ euellentur*. Et D. Auguſtinus: [Aug. in Pſa. 103.] *Spinæ*, inquit, *quid ſignificant niſi peccatores, qui quaſi hericij ſpinis peccatorum cooperti ſunt?* Hos igitur peccatores tam ardenti Chriſtus proſecutus eſt amore, tanto illos honore donauit, vt ex eis ſpineã coronam ſibi contexuerit, & venerando ſuo capiti adaptarit: corona enim circumſtans eſt in orbem populus, vt recte annotauit Lactãtius; [Lact. l. 4. diuin. inſt. c. 4. Paulus.] vnde ſi diſcipuli à D. Paulo edocti, corona Pauli nuncupabantur, ipſo dicente: *Corona mea vos eſtis*: quanto potiori iure peccatores, Chriſti merito iuſtificati, tanquam coronæ, caput Chriſti cingent, cum corona meritis reſpondeat? vnde tam docte, quam eleganter præcitato loco Lactãtius ait, nos, qui ante cognitionem Dei fuimus ſpinæ, id eſt, iniuſti, mali, & neſcientes eramus, electi ex dumis, & ſentibus, ſanctum Dei caput cingimus, quia conuocati ab ipſo, & circumfuſi vndique, magiſtro, ac doctori Deo aſſiſtimus, Regemque illum mundi, & omnium viuentium Dominum coronamus. Ecce Chriſtus, tam ſingulari amore nos dilexit, vt & nos peccatores veluti coronam capiti ſuo impoſuerit.

Decimam cauſam inferiorem locum tenere minime arbitror, quod propterea Chriſtus Dominus ſpineam coronam elegerit, vt nos florida diademata, roſeaſque coronas, quibus redimiri deſiderabant, qui canebant: [Sap. 2.] *Coronemus nos roſis, antequam marceſcãt*, omnino deteſtemur. Hanc plane nouerunt cauſam priſtini illi Chriſtiani, qui (vt refert Clemens Alexandrinus) [Clem. Alex.] ob reuerentiam ſpineæ coronæ Chriſti Domini, coronis contextis floribus tempora ornare exhorrebant. [Tertul. l. de corona mil.] Cui valde conſonat, quod Tertullianus late perſequitur, vbi narrat, quod cum donatiuum militibus Imperatorum iuſſu daretur, moriſque eſſet, vt illud accepturi ob Cæſarum ſolemnia coronis redimiti incederent, contigit Chriſtianum militem caſtrenſem coronam manu tenere, qui interrogatus, cur capiti coronã non imponeret, pie, & religioſe reſpondit, ſe religione prohiberi, quod Chriſtus ſpinis coronatus fuiſſet. Vnde dictus Clemens Alexandrinus non incongrue ait: [Clem. Alex. l. 2. pædag. c. 8.] *A ratione alienum eſt, vt qui audierimus Dominum fuiſſe ſpinis coronatum, ipſi, venerabilem Domini paſſionem per ludum inſultantes, habeamus capita redimita floribus*. Memoriæ prodidit antiquiſſimus Ioſephus, [Ioſeph. l. 8. c. 2.] Salomonis equites aureo puluere cæſariem conſperſiſſe, vt ad ſolarium radiorum contactum fulgor à capitibus eorum reflecteretur, & ſic nitidior appareret. Chriſtus autem hac ſua corona commonere miniſtros ſuos voluit, quem capitis ornatũ ab ipſis requirat, videlicet non illum, quem profani illi equites vſurpabant, ſed nouam humilitatis notam, quam præter ceteros tonſura ſua repræſentant ſacerdotes, & monachi: nam (vt inquit Beda) [Beda l. 5. hiſtor. Anglica. c. 22.] *Nos paſſionis Domini ſignum in vertice geſtamus, nec ob id tantum in coronam attondemur, quia Petrus ita attonſus eſt, ſed quia Petrus in memoriam Dominicæ paſſionis ita attonſus fuit, & ideo, qui per eandem paſſionem ſaluari deſideramus, ipſius paſſionis ſignum cum illo in vertice geſtamus*. Quibus conſonant S. Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani verba: *Tonſura capitis vice coronæ eſt ſpineæ*.

Ad extremum, vltimam cauſam ex parte illuſorum nemo ſanæ mentis ambiget eam proculdubio fuiſſe, vt Chriſtum Dominum, tanquam ridiculum Regulum illuderent: nam cum moris eſſet (teſte Plinio) [Pl. l. 21. c. 1. Matheol. in Dioſ. c. 47. Clem. Alex. l. 2. pedag. 8.] pulcherrimis iuncorum floribus Deos coronari, eo, quod, vt tradit Clemens Alexandrinus, nunquam marceſcunt, ſed ſemper virorem conſeruant; ipſi tamẽ ob contemptum, non iuncorum floribus, ſed eorum cuſpidibus coronam contexuerunt, quo pariter illuderent, & premerent, eo vel maxime, vt refert Blondus, [Blond. de Roma triump. l. 6.] quod antiqui ſeruos corona redimitos vendere conſueuerunt, ſignificantes; quod ſicut corona ſymbolum legis præfert. Vnde Pythagoræ prouerbium erat: [Pythagoras.] *Coronam ne frindas*; id eſt legem ne rumpas: ita lex Domini, tanquam corona, vndique circumdare debet ſeruum. Et hinc eſt, quod cum Chriſtus Dominus, tanquam vile mancipium, triginta argenteis venditus fuerat, ideo infamiæ cauſa corona caput eius redimierunt; cumque etiam illuſores illi Chriſtum Dominum, tanquam latronem reputarent, tum quod rapinam arbitrarẽtur, ſe prædicare æqualem Deo; tum quod furti crimen commiſiſſe putarent, ſe Regem Iudæorum profitentem, regiãque dignitatem vſurpantem, ideo (ſicut mos inoleuit apud varias nationes) ad collum latronũ materiam furto habitam appendere, propterea illi coronam, quæ regiæ dignitatis inſigne eſt, capiti eius impoſuerunt, quaſi ei ſui latrocinij materiam appendentes. Recte Chriſtus tunc dicere potuiſſet, quod perſonam eius referens prædixerat Dauid:

Quæ non rapui tunc exoluebam. [Pſ. 68.]

Homi-

Homilia decimaquinta.

Ioan. 19.

Verba illa Ioannis: Milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius, iterum elucidantur, ac varia multiplicique, tam ſacræ Scripturæ, quam SS. Patrum eruditione locupletantur.

QVAMVIS ſpinarum aculeis, non dicam inuolui, ſed ab illis parumper contingi, moleſtiſſimum ſit; inter ſpinas tamen Chriſti volutari, & continua meditatione, eas contrectare, non modo non ingratum, & moleſtum, ſed gratiſſimum mihi eſt. Cum enim Chriſtus Dominus *lilium ſit inter ſpinas*, tanta eſt odoriferi huius lilij ſuaueolentia, vt illius fruendi gratia ſpinarum aculeos, atque puncturas minime animus exhorreſcat. Quod ſi ea propter quiſpiã iure me carpendum cenſuerit, quod Chriſtum Dominum lilium inter ſpinas vocauerim, cum verba illa de Sponſa intelligantur, cui Sponſus alloquens dixit: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*, non recte iudicabit: nam præterquam de humanitate Chriſti, quæ Sponſa eſt Verbi æterni, apte intelligi poſſunt, neminem tametſi in ſacra Scriptura parum verſatum ignorare arbitror, lilij ſignificationem multiplicem eſſe. Eccleſia enim lilium dicitur, vt annotarunt Diuus Auguſtinus, Ambroſius, & Rupertus. Anima etiam lilium appellatur, vt teſtantur D. Gregorius, & Origenes; virgines tandem ob caſtitatis candorem lilia vocari, docent D. Baſilius, Hieronymus, & Bernardus. Et Eccleſia catholica id vſurpat, dum canit:

Cant. 2.

Ibidem.

Aug. ep. 48. Amb. in Pſ. 118. Hier. in cap. 35. Iſai. Rup. in c. 2. Canticor. D. Greg. & Orig. in c. 2. Canticorum. D. Baſil. in Pſ. 44. D. Hier. lib. contra Iouinianum. Bern. Homil. 70. & 71. in Cantica.

Qui paſcis inter lilia
Septus choreis virginum.

Congruitque illud Poëtæ elogium: *Caſtos dant lilia ſomnos.* Sed præter hæc Chriſtus Dominus per antonomaſiam lilium dicitur, ipſo id atteſtante, dum ait: *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Idque frequenter docent Patres, præſertim Baſilius, Hieronymus, & Bernardus. Quãuis autẽ verũ ſit, omnia hæc lilia inter ſpinas verſari, diuerſimode tamẽ ſingula: anima enim tropologice liliũ dicitur, dum charitatis pignus inter vitiorum puncturas ſeruat illæſum. Eccleſia allegorice lilium vocatur inter ſpinas, dum veritatis candorem inter hæreſum ſentes perpetuo retinet illibatum. Virginibus liliorum nomen aptatur, quia integritatis decus inter libidinum incentiua diligenter cuſtodiunt. Chriſtus vero non ſolum anagogicè, ſed plane, & ad litteram lilium inter ſpinas eſt, dum precioſum eius caput, qui candor eſt lucis æternæ, ſpinarum aculeis vndique redimitur. Mirabile ſane myſteriũ, in eo ſuam difficultatem non parum oſtentans, quod cum ſpinæ non pungere, nec lædere lilium, ſed præſeruare potius ſoleant, è contra vero hic accidat, pungunt enim, & acriter lædunt, non præſeruant. Verum quanto difficilius eſt huius tractationis argumentum, & quanto pauciora ſcriptores in eo illuſtrando effuderunt, tanto pluribus ſacræ Scripturæ, & ſanctorum Patrum monumentis illud exornare conabimur. In primis ergo, vt à materia, ex qua compactum fuit ſacrum hoc Chriſti diadema, exordiar, quamuis ex iuncis marinis contextum, tradãt Hugo Cardinalis, & Toletus cum multis recentioribus; communis tamen Patrum doctrina docet, ex ſpinis fuiſſe, non ex iuncis marinis, idque ſolidiſſima ratione corroborari poteſt: nam disertis verbis Ioannes ait, ex ſpinis fuiſſe contextum, dum dicit: *Plectentes coronam de ſpinis.* longe autem diuerſa ratio eſt iuncorum marinorũ, & ſpinarum. Cum igitur (vt docet D. Auguſtinus) verba ſacræ Scripturæ, prout ſonant, ſint intelligenda, cum ad litteram explicata, nec fidei ſinceritati, nec morum honeſtati reluctantur, vnde Diuus Baſilius dixit: *Ego cum audio Moyſem dicentem, cælum, terram, aquam, piſces, fœnum, nihil aliud intelligo, niſi cælum, terram, aquam, piſces fœnum, ſi enim aliter dicere voluiſſet, alijs verbis explicaſſet:* manifeſte efficitur, quod cum Ioannes dicat de ſpinis fuiſſe coronam Chriſti compactam, nulla ratione dicendum, ex iuncis marinis fuiſſe contextam, maxime, quod Hieroſolyma longe à mare diſtat, tam mortuo, quam mediterraneo, & Tiberiadis: non igitur potuerunt ita in prompta eſſe marini iunci ad contexendum ex illis diadema. Vnde egregie Cardinalis Baronius ait: *Nullatenus audiendos puto, qui ex iunco marino Domino contextam coronam fuiſſe adstruere, cum certum ſit, & Lucæ, & Ioannis Euãgeliſtarum aſſertione, ex ſpinis eſſe compactam, ambobus ita dicentibus, plectentes coronam de ſpinis.*

Hugo Card. in Ioan. Card. Tolet. ibidẽ. c. 19. annot. 2. Franc. Suarez t. 2. p. q. 46 diſp. 35. ſect. 3. Iſid. ep. 95. D. Hier. in c. 27. Matth. Amb. Bern. & alij. Ioan. 19. D. Aug. lib. de doctrina Chriſtiana cap. 3. Baſil. Homil. 3. & 9. in Hexameron.

Card. Baron. tomo 1. ann. Chriſti 34. nu. 86.

Sed iam quibus ſacræ Scripturæ locis hæc ſpinea corona præſignata fuerit, indicemus. Dauid eam præuidens, dixit: *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* Quem locum Diuus Proſper adducit, tanquam vaticinium coronationis Chriſti ex ſpinis. Ezechiel: *En (ait) ſpinam doloris:* & cap. 24. *Corona tua circumligata ſit tibi.* Iſaias: *Coronans coronauit te tribulatione, quaſi pilam mittet te in terram latam, & ſpatioſam, ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ.* Quem locũ in ſenſu allegorico explicatum Archiepiſcopus Palæottus vocat illuſtre coronæ ſpineæ vaticinium, qua Chriſtus redimitus in Cruce, quæ triumphalis illius currus fuit, mortem obiuit atrociſſimam. Iob deinde: *Tenuit ceruicem meam, & confregit me.* Ioannes in ſua Apocalypſi: *Data eſt ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret.*

Pſal. 31. D. Proſp. lib. promiſſionũ prom. 20. Ezec. 24. & 28. Iſai. 22. Archiepiſc. Palæottus in ſtigmata ſacra Sindoni impreſſa c. 19. Iob 16. Apoc. 6.

His prælibatis, ad myſteria, quæ in Chriſti corona-

Digitized by Google

ronatione latuerunt referanda noſtra dirigatur oratio. Obſeruatione in primis digniſſimum eſſe reor, quod ex D. Chryſoſtomo apud auream D. Thomæ catenam lego, dicentem: *Non hoc Pilatus iuſſit, ſed milites Iudæis pecuniarum gratia gratificantes omnia audebant.* Vt enim ſapienter annotauit piiſſimus pariter, & ſapientiſſimus Lanſpergius: *Admirabatur Pilatus, ſi iam Chriſtus obiiſſet. Ex quo indicatur, Chriſto multas pœnas fuiſſe irrogatas, quas Pilatus neſciuiſſet. Si enim omnia, quæ Chriſtus eſt paſſus, didiciſſet, quomodo admiraretur ipſum eſſe mortuum?* Fuiſſe vero milites à Iudæis pecunia corruptos, vt Chriſto vehementius inſultarent, teſtatur ipſe Pilatus in epiſtola, quam ad Tiberium Imperatorem ſcripſit, & ſupplicium coronæ, quod inuſitatum, & inauditum erat, ſatis credibile id reddit. Vnde atrociſſimum tormenti genus, quod crudelitas non excogitauerat, pecuniæ cupiditas contra Chriſtum auctorẽ vitæ adinuenit.

D. Chr. ſup. cal. à D. Th. in catena aurea.

Lanſp. Hol. 55. de Paſſ.

Pilatus in epiſt. ad Tiberium.

Quam autem acerbum dolorem venerandum Chriſti caput ob ſpinarũ transfixionẽ ſuſtinuerit, præter multa alia illud ſatis cõprobat, quod vbi vulgata noſtra legit: *Milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius.* Græcus interpres tranſtulit: *Et milites plicantes coronam ex acribus ſpinis impoſuerunt ipſius capiti.* Vnde beata Brigitta ait: *Corona ſpinea capiti eius arctiſſime fuit impoſita, quæ ad medium frontis deſcendebat, plurimis riuis ſanguinis ex aculeis infixis decurrentibus per faciem eius, & crines, & oculos, & barbam replentibus, vt quaſi nihil niſi ſanguis totum videretur.* Et Diuus Vincentius Ferrer: *Quis* (ait) *ſatis cogitare poteſt, quantus dolor venerandum illud caput tot aculeis confixum affecerit, cum nos vel ad vnius ſpinæ puncturam fere intolerabili dolore vexemur?* D. Bernardus: *Ipſa corona cruciatus eſt illi, & mille puncturis ſpecioſum eius caput diuulnerat.* D. Laurentius Iuſtinianus: *Hic parumper anima mea cõſiderationis tuæ greſſus fige, & Redemptoris tui intolerabilem dolorem attende, capitis delicati ſenſibilitatem conſidera, ſpinarum punctiones cerebrum perforantes mirare, ſicque ſanguinem decurrentem lacrymarum inundatione abſterge.* Modum vero imponendi coronam hanc ſacro illi capiti, diſertis verbis tradit D. Anſelmus dialog. de paſſione, dicens: *Hanc coronam cum lancea percutientes capiti eius imprimere conabantur.* Cum etiam, poſtquam D. Matthæus dixiſſet, impoſitam eſſe illi coronam, ſubiungat: *Et arundine percutiebant caput eius,* conſequens fit, arundinis quoque ictibus altius illi fuiſſe coronam impreſſam. quæ omnia ad doloris augmentum mirum in modum iuuiſſe, nemo negabit. Atque hinc factum eſt, vt ſpinarum punctiones cerebrum perforarent, vt tradit D. Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti Agone, vbi ſubiungit: *Debuit plane mori, tãto dolore transfixus; ſe tamen reſeruauit ad vitam, vt bis etiã grauiora perferret.* Hactenus dicta ad dolorem pertinent: perge nunc, quæ ad dedecus, & irriſionem ſpectãt, enucleare. Huc mirifice facit electio illa arborum, cũ rhamnum in Regem ſuum

Ioan. 19.

B. Brigitta lib. extrauag. reuel. libr. 4. c. 70.

D. Vinc. Ferrer. de Paſſ.

D. Ber. ſerm. de Paſſ. Do.

Laur. Iuſtin. lib. de triũ. phal. Agone c. 14.

D. Anſ. dialog. de Paſſ.

Matth. 27.

D. Lau. Iuſt. de triumph. Agone Chriſti.

exaltarunt, dicentes ei: *Veni, & impera nobis.* De quo teſtimonio licet nonnulla dixerim in præcedenti homilia, viam aliam nunc ingreſſus, non ingratam (ni fallor) expoſitionem huic argumento valde conſentaneam ſubiiciam, pro qua obſeruandum eſt, Ioathan in prædicto loco, vt inſipientium quorundam hominum deteſtandã electionem execraretur, fabulam illam arborum vſurpaſſe, quæ imprudenter rhamnum ſenſibus plenam in Regem ſuum extulerunt. Renouantes ergo milites fictionem illam, ſpinis Chriſti caput redimierunt, quaſi fictum, & fabuloſum Regem proteſtantes, & electionem eius ſiqua fuiſſet, ad regiam dignitatem non minus fatuam, ac iniquam, quam illam arborum indicantes. Quod ſi rhamni ſignificationem altius cõtemplemur, quam hæc fuerit grauis Chriſto irrogata iniuria, clarius detegemus. Legimus apud Iob, quod cum Eliu execrandam blaſphemiam imponeret Iob, dixit: *Qui ait Regi apoſtata.* Vbi Batablus, & Cardinalis Caietanus legunt: *Qui dicit Regi Belial.* Annotauit autem ſapientiſſimus Arias Montanus, idem ſignificare Belial, quod rhamnum, aut ſpinam. Belial vero ſignificat iniuſtum, impium, peruerſum bonorum diſsipatorem, ac tyrannum: his ergo omnibus conuiciis, & contumeliis vt Chriſtum Dominum afficerẽt, rhamno, ſeu ſpinis illum coronarunt.

Iud. 9.

Iob 34. Batablus. Card. Caiet. ſup. 1. Reg. & Arias Montanus ſuper c. 34. Iob.

Ceterum id, quod apud eruditiſsimum Abulenſem lego, varias nimirum cærimonias in coronatione Regum obſeruari ſolitas, non parũ propoſitum argumentum locupletabit. illas omnes in vnum collegit Amon. Alexandrinus in continuatione quatuor Euangeliſtarum. Prima erat, quod educebatur extra vrbem, ad fontem, aut ad arborem, & ibi vngebatur, fundendo oleũ ſuper caput eius. Certe Chriſtus, vt ait Apoſtolus, extra portam paſſus eſt, ductuſque ad Crucis arborem, vbi precioſo ſanguinis ſui oleo inunctum fuit caput eius, vberiori longe copiá, quã vnguentum, quod deſcendit in barbam Aaron. Secunda erat, quod vnctio per ſacerdotes fieri debebat, quod hic etiam adimpletum fuit: nã ſi milites caput Chriſti ſanguine ſuo inunxerunt, id ſacerdotum, & ſatraparum ſuaſione effecere: immo & ab eis pecunia corrupti, vt docuit Claudius in caput. 19 Ioannis. Sacerdotes igitur, & Phariſæi manibus militum, velut inſtrumentis, caput Chriſti ſanguine purpurarunt. Tertia erat cærimonia, quod poſtquam Rex vnctionem acceperat, clamabat populus, *viuat Rex;* ita etiam coronato Chriſto illum ſalutabãt, *aue Rex Iudæorum.* Quarta, recens electus Rex in regni throno collocabatur; thronus Chriſti lapis quidam marmoreus fuit, cui inſidens ſpineo diademate coronatus extitit. Meminit huius lapidis Adricomius in deſcriptione Ieruſalem, atque Romæ ſeruari in Eccleſia ſãctæ Crucis. Quinta erat, quod liber legis Regi tradebatur, quam ipſe ſeruare deberet. Liber Chriſto datus non eſt, quia ipſe eſt ſapientia Patris, cui à vero tramite deuiare impoſsibile erat, poſitus tamen fuit ei titulus iuxta caput, qui eum nomine

Abul. q. 34. in c. 9. lib. 4 Reg.

Amon. Alexan. in continuat. quat. Euang.

Ad Heb. 13

Claud. Guilaud. in cap. Ioan.

Adric. in deſcript. Ieruſ.

IESV

Ieſu inſignitus eſſet, totam legem virtute ſua continebat, quia ſolus Ieſus nouæ legis gratiæ auctor extitit. Vltima tandem cærimonia erat, vt Rex diademate coronatus pactum eum populo iniret de modo, quo ſe eum illo gerere deberet. Simile pactum inter Chriſtum, & fideles haud difficile erit reperire, cum omnes norint Chriſtum dixiſſe: Si quis confeſſus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. ecce pactionem Chriſti cum fidelibus. Luc.12.

Porro vt grauiora alia abdita myſteria in hac ſpinea corona inuoluta clarius detegamus, varias cauſas, ob quas Chriſtus Dominus ſpineo diademate coronari voluerit, diligenter inueſtigemus: quod fateor tanto difficilius erit præſtare, quanto plures in ſuperiori Homilia huius rei cauſas & rationes indagauimus, & (ni fallor) inuenimus: diuino tamen ſpiritu aſflante (vt afflaturum ſpero, qui linguas infantium facit diſertas) permultas alias ſcitu digniſſimas proferemus, inter quas hæc primum locum teneat, quod placuit Chriſto Domino hanc ſibi coronam contexi in ſignum & argumentum ſpontaneæ voluntatis, & læti animi, quo pro nobis mortem obibat. coronam enim lætitiæ ſymbolum fuiſſe, teſtantur verba Ezechielis: *Mortuorum luctum non facies: corona tua circumligata ſit tibi.* Ezech.24. Quem locum licet alibi aliter expoſuerimus, ſequentes tamen nunc communiorem eius interpretationem, in hunc modum explico, vt ſenſus ſit, Deum ſummo Sacerdoti præcepiſſe, ne ob alicuius mortem lacrymaretur, aut triſtitię indicium quodpiam exhiberet, quinimmo in ſignum alacritatis caput eo rona redimiret. D. Auguſtinus in commentario D. Auguſt. in Pſal. 87. Pſal. 87. verſans verba illa: *Exiſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum*, ait Chriſtũ Dominum his verbis conqueri, quod grauem ei intulerint iniuriam, exiſtimantes non ſpontaneum, ſed coactum, velut alijs ad mortem damnatis conſueuit, tanta mala pati, & mortem obire: at continuo calumniam hanc infringens, ſubdit: *Factus ſum ſicut inter mortuos liber*, quaſi dicẽs, licet alij morti iam addicti, non libere, ſed coacte moriantur, ego tamen ſpontanee & libere morior, vt prædixerat Iſaias: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit.*

Pro cuius loci exacta intelligẽtia annotãdũ cũ Iſa.53. peritis linguę ſanctæ, quod vox Hebræa, *Nagas*, quæ correſpondet huic Latinæ, *Oblatus*, ſecundũ diuerſam puncti poſitionem diuerſam parit ſignificationem: nam ſi in littera *Sin*, quæ eſt vna, ex quibus dictio illa coaleſcit, apponatur à parte ſiniſtra pũctus *Scholet*, ſignificat vim, coactionem, ſeu violentiam, qua creditor, vel exactor à Exod.5. debitore debitũ extorquere ſolet, vnde fit quod exactor in Exodo vocatur Noges, & vbi vulgata noſtra transfert, exactoribus, originale Hebræum ſimiliter habet, Noges: ſi vero punctus ille à parte dextera collocetur, ſignificat dictio illa approximationem & acceſſum, qui voluntatem ſe mouentis ad operationem gratia aliquid conſequendi præſefert. Cum ergo hoc ſecundo modo ſcribatur in præcitato loco Iſaiæ, aperte efficitur, Chriſtum Dominum non inuito & reluctanti animo, ſed valde ſpontaneo & libero mortem pertuliſſe. Hoc idem myſterium propalare deſiderans Propheta Abacuch dixit: *Cornua in manibus eius.* Omnes ferme interpretes, & præſertim D. Hieronymus, D. Cyprianus, Remigius, Euſebius, & Hugo Cardinalis vnanimi conſenſu prædicta verba exponentes, intelligunt per cornua brachia crucis; Abacuch. 3 D. Hier. D. Cyprian. Remig. Euſeb. Hugo. ſed reuera ſi abditum hic non lateret arcanum, potius dicendum erat; manus Chriſti eſſe in brachijs crucis, cum in illis clauis affixæ eſſent, quam e contra brachia crucis eſse in manibus Chriſti. Vt tamẽ Propheta oſtenderet, libere & non coacta voluntate crucis brachijs affixum fuiſse, conſulto dixit brachia crucis, per cornua ſignificata, in manibus eius eſse, alludens proculdubio ad familiarem loquendi modum, quod cum aliquid à noſtra voluntate dependere ſignificamus, aſserimus, hoc in manu mea eſt. quo genere loquendi vſus videtur Dauid cum dixit: *Anima mea in* Pſal. 118. *manibus meis ſemper*, quia bene vel male operari Incogn. in à libera animæ voluntate dependet, iuxta ex- Pſal. 117. poſitionem Incogniti. Chriſtus igitur (vt ad id vnde nonnihil digreſſi ſumus reuertamur) voluit coronari, vt cum corona lætitiæ ſymbolum ſit, quam ipſe libenti, quam ſpontanea & libera voluntate tam dira tormenta perferret, externo ſigno demonſtraret.

Secunda cauſa ſit, quod quamuis Chriſtus Dominus Nazarenus vocaretur, quod idẽ pollet, ac floridus, ea propter non florum, ſed ſpinarum corona circumdari elegit, vt regni ſui perennitatem præſignaret. Plinius enim tametſi gentilis, nulloque fidei lumine illuſtratus, obſeruauit coronam, qua quondam Reges coronari conſueuerant, floribus eſse contextam, vt inde addiſcerent, regiæ dignitatis gloriam, honoris ſplendorem, ac vniuerſam mundi pompam non ſecus, ac flores marceſcere, & in ſtercus abire, ac repẽte penitus euaneſcere. Spinæ vero, quia diuturnitatis maximæ ſunt, & propter eximiã earũ ſiccitatẽ lõgiſſimo tẽpore incorruptæ, & illæſæ cõſeruãtur, ideo vt regni Chriſti diuturnitas palam omnibus fieret, voluit regium eius diadema quo inſignitus regnauit, à ligno non ex floribus, ſed ex perennibus ſpinis eſſe compactam. Prædixit id Dauid, cũ cecinit. *Illuc producam cornu Dauid*, id eſt fortitudinem regni Pſal. 131. eius prolongabo, & in æternum dilatabo, & ſubiungit: *Super ipſum efflorebit ſanctificatio mea*, vbi D. Hieronymus vertit; *Efflorebit diadema eius*, quaſi dicat, non coronaſtis Chriſtum floribus, vt apud vos ſolitum erat, cum iuxta veſtram opinionem veros Deos coronabatis, ſed pungentibus ſpinarum aculeis, tanquam falſum Deum caput eius redimiſtis: at ego ſplendidum, ac florens diadema capiti ejus tãquam vero Regi imponam, quod proinde ſemper durabit, quia

non floridum ſolum, ſed virens & florens ſemper erit. Vnde Iſaias, vt hanc indicaret perennitatem: *Multiplicabitur* (inquit) *imperium eius*, *Hebræa lectio.* in Hebræo legitur, vt periti Hebraici idiomatis obſeruant, *Lemarbe, ad multiplicandum*, nonnulli *Rabbinorū lectio.* vero Hebræorum Rabbini, quin etiam & catholici legunt, *Zerbe*, quod ſpinas ſignificat. Vnde ſenſus erit: Imperium regis corona ſpinea redimitum in æternum & vltra durabit. Vnde ad confuſionem inimicorum Chriſti cenſet Hippolytus Martyr, Chriſtum Dominum in extremo die Iudicij ſpineo diademate redimitum ab omnibus conſpiciendum eſſe. *Hippolytus Martyr Oratione de cōſūmatione mundi.*

Tertiam cauſam ex doctrina Diui Hieronymi eruamus, dicentis Ieſum coronari voluiſſe, vt regni diadema nobis compararet. Experientia quidem compertum eſt, agros quoſdam adeo fœcundos, vt cum hordeum à ſeminatore ſuſceperint, vice quidem hordei pulcherrimum frumentum referāt. Sane qui pungentes ſpinas plātaret, dulces inde fructus colligendi nullā prorſus ſpem haberet: nam vt dixit Dominus per *Matth. 7.* Matthæum: *Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?* At hæc eſt mirabilis Chriſti fœcunditas, vt ſteriles, ingratæ, ac mordaces ſpinæ in eo ſatæ ac radicatæ dulces Martyrū, Virginum, Doctorum, ac Sāctorum omnium coronas, tanquam germanum fructum pepererint. Fructus huius coronæ fuit illa, de qua Eccleſia, *Corona aurea ſuper caput eius*: fructus illius eſt illa alia Dauidis: *Poſuiſti in capite eius coronam de* *Pſal. 20.* *lapide pretioſo*: fructus tandē eius illa, cuius meminit Iſaias: *Corona gaudij & ſertum exultationis.* *Iſa. 28.*

Quartam cauſam colligo ex eodem D. Hieronymo, qui per ſpinas ait peccatores præſignificari, qui ſcelerum ſuorum ſentibus caput Chriſti pungere non dubitant. Placuit ergo Chriſto Domino has ſpinas capiti ſuo inſeri (licet alioquin Plinius ſpinarum inſertionem deteſtabilem eſſe doceat) vt oleaſtri contra naturam in bonam oliuam inſerti ſacri illius capitis cruore humectati fructum poſſent legis afferre, vt *Plin. lib. 15. cap. 13.* eleganter annotauit D. Ambroſ. in commentario Epiſtulæ ad Romanos. *D. Ambroſ. ſuper Epiſt. ad Romanos*

Quintam cauſam dicamus fuiſſe, quia voluit Chriſtus Dominus velut alter Salomon in die deſponſationis ſuæ coronari, vt iuſtorum animas in ſponſas acciperet. Nam, vt refert Plinius, moris erat apud antiquos, cum ſponſalitia celebrabant, vt ſponſi coronis redimiti incederent. Inter has vero coronas (vt idem Plinius *Plin. lib. 16. cap. 18.* teſtatur) principem locum tenebat ſpinea: *Nam Spina* (inquit) *facibus nuptiarum erat auſpicatiſſima, quoniam inde fecerint, qui rapuerunt Sabinas.* Volens igitur Chriſtus Dominus tanquam verus animarum Sponſus ſpiritualia cum eis ſponſalitia celebrare, egreditur ſpineo diademate coronatus, vt & ipſæ etiam egrediantur ad videndum Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua, id eſt, Synagoga, in die deſponſationis ſuæ.

Sextam tandem, ac vltimam cauſam ſubijciamus fuiſſe, vt admoneret nos, quod ſi vitæ æternæ miram dulcedinem, ac ſuauitatem degustare cupimus, opus eſt, vt viam incedamus ſpinis conſitam. Quod ſi inquiras, quænam ſit hæc via, Chriſtus Dominus reſpondet: *Ego ſum* *Ioan. 14.* *via*, & cum ſpinis ſit circumdatus, plane via erit ſpinoſa. hac ergo via nobis eundum eſt; nam qui ab ea declinauerit in æternæ mortis barathrum prolabi neceſſe erit.

Homilia Decimaſexta.

De arundine loco ſceptri in dextera manu Chriſti per ludibrium poſita. In illa verba: Poſuerunt arundinem in manu eius. *Matth. 27.*

SILENTIO minime præterire licet inuſitatum illud irriſionis genus, quo arundinē pro ſceptro in dextera manu Chriſti impoſuerunt. Mirabile proculdubio eſt, quod cum Prophetæ alia plura tā tormentorum, quam irriſionum Chriſti genera præſignare ſoliti fuerint, huius tamen arundinis nullibi meminerint. Sane ſi comprehenditur, iā prædictum fuerat per Hieremiam: *Captus eſt in* *Thren. 4.* *peccatis noſtris*: ſi alapa percutitur: *Dabit percutientibus ſe maxillam*: ſi flagellis afficitur: *Fui* *Thren. 3.* *flagellatus tota die*: ſi ſpinis coronatur: *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem cum* *Iſa. 24.* *corona, qua coronauit eum mater ſua*: ſi clauis confoditur: *Foderunt manus meas, & pedes meos*: ſi *Pſal. 21.* inter latrones crucifigitur: *Et cum iniquis reputatus eſt*: ſi felle & aceto potatur: *Dederunt in* *Pſal. 68.* *eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto*: ſi tandem lancea transfigitur: *Videbunt in quem transfixerunt*: Illuſorium autem arundinis ſceptrum ſilētio diuini Vates omnino præterierūt. Arbitror ſane ſilentij huius cauſam fuiſſe, quod vt ſignificaret Deus inuſitatum valde ac inauditum fuiſſe hoc irriſionis genus, ipſos etiam Prophetas pleraque alia præuidentes penitus latere voluerit. Grauitatem eius ſi venari cupimus, arundinis naturam contemplemur. Arundo vacua, leuis, mobilis, fragilis eſt. Per vacuitatem ſignificare voluerunt, quod ſicut arundo medulla, ac nucleo caret; ita Chriſtus ſenſu & intellectu, qui alias ſapientia Patris erat. Per leuitatem, animi eius inconſtantiam, & opinionū volubilitatem præſignabant. Per mobilitatem, quod ſicut arundo quocumque flante vento in hanc & illam partē flectitur; ita Chriſtus, quacunque vanitatis aura flante commoueretur. Per fragilitatem, quod regnum eius caducum omnis firmitatis & ſoliditatis penitus expers eſſet, atque adeo facile areſcere deberet, non ſecus ac arundo, quæ propterea ab arendo dicitur,

Google

D. Iſidor.

tur, vt annotat D. Iſidorus. Arbitror etiam, hanc ei arundineam virgam in manu ponentes, indicare voluiſſe, miracula eius non vera extitiſſe; veluti illa, quæ olim per virgam Moyſis facta ſunt, ſed falſa & necromantica, qualia illa magorum extiterunt tempore eiuſdem Moyſis, vt ſacra narrat hiſtoria Geneſeos. Verum diuina ſapientia alio tendebat, vt egregie annotat Patres: nam D. Hieron. ait: *Quod quia calamus arundineus inſtrumentum erat multis ad ſcribendum, propterea Chriſtus calamum manu tenere voluit, quo ſacrilegium Iudæorum litteris mandaret.* Docet inſuper, arundinem ſiccam & vacuam in manu Chriſti veterem legem præſignaſſe, quæ vacua erat, vtpote vmbra futurorum, in cuius figura altare non ſolidum, ſed vacuũ fieri præcipiebatur: hanc autem veteris illius legis vacuitatem Chriſtus impleuit, ipſo teſtante: *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.* Non enim vmbroſa illa præcepta ſoluebat, ſed ipſa rei veritate implebat. Et D. Athanaſius arundinem in manu Chriſtum accepiſſe ait, vt antiquum ſerpentem interficeret. Verba Athanaſij ſunt; *Arundinem accepit, cũ illi à Diabolo porrigeretur, ignaro, quod contra ſeipſum gladium acueret:* dicitur enim arundo ſerpẽtibus lethalis eſſe, atque inde potiſſimum interfici. His addamus & nos, tum quod olim ex arundine ſagittæ fiebant, vt conſtat ex Virgilio:

Exod. 7. 8.

D. Hieron. in c. 27. Matth.

Matth. 5.

D. Athan. tom. 3. in Euang. de Paſſione & Cruce Domini.

Virgil. 7. Æneid.

… altaque multo

Perque vterũ ſonitu, perque ilia venit arũdo.

Vnde Diabolus & Iudæi arundinem in manu Chriſti ponentes, ſagittarum contra ſe materiam illi ſubminiſtrabant, ſagittarum inquam earum, quarum meminit Dauid: *Arcum ſuum tetendit, et parauit illum, & in eo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit.* Tum, quod licet inter ſæculi viros, & præſertim ſanguinis claritate conſpicuos, virga percuti, magna cenſeatur iniuria, maior tamen & grauior ſibi videtur, ſi illa arundinea ſit. Diabolus ergo futuræ ſuæ calamitatis neſcius, arundinem Chriſto porrexit, ſed in caput ſuum, quia dum hac eadem illum percutiens foras eiecit: *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras,* grauiori Diabolus iniuria, deterioriſque infamiæ nota manet laceſſitus, cum non enſe velut nobilis, aut ſolido fuſte, inſtar mancipij, ſed tanquam contemptibilis canis arundine percutiatur, & abigatur.

Pſal. 7.

Ioan. 12.

Tandem in eo, quod ſceptrum iſtud arũdineũ fuerit, hoc morale arbitror latere myſterium, quod per illud ſignificatur, ſceptra, regna, mundi pompam, ac ſæculi honores, vana, infirma, ac caduca eſſe, non ſecus ac arundo fragilis, & vacua eſt. Egregie id exprimit viſio Zachariæ, qui poſtquam viderat quatuor quadrigas, quarum equi quidam erant rufi, quidam nigri, quidam albi, alij varij, per quæ, quatuor Imperia mundi ſignificabantur, Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, Romanorum, interrogauit Angelum; *Quid ſunt hæc domine?* qui reſpondit: *hi ſunt quatuor venti.* In quo non obſcure oſtendit, tantam eſſe eorum imbecillitatẽ, vt velut venti flatus facile euaneſcãt. vnde recte Iob: *Hoc ſcio quod laus impiorũ breuis ſit. Si aſcẽderit vſque ad cælũ ſuperbia eius, et caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquiliniũ in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent, vbi eſt? velut ſomnium auolans non inuenietur.* Duplici apta ſatis metaphora Iob temporalis regni, & mundani honoris caducitatem ediſſerit. Prima eſt ſterquilinij, in quod tandem potentiſſimi Principes, morte nemini parcente, cõuertentur. Vnde de Alexandro Magno omnium Principum maximo poſtquam ſacra Scriptura dixerat: *Pertranſijt vſque ad fines terræ, & accepit ſpolia multitudinis gentium, & ſiluit terra in conſpectu eius,* tandem cõmemorant hiſtorici, propinato ſibi veneno interijſſe, & in terram conuerſum nemo ambigit. Et hinc eſt, quod vt narrat Paradinus, poſtquam Romulus Vrbem Romanam, mundi metropolim condiderat, loco ſtemmatum non aliud inſigne aſſumpſit, quam fœni faſciculum ex lancea pendentem, hoc ſymbolo ſignificare volens, ſe & omnia ſua non ſecus ac vile fœnum in fæces ſterquilinij tandem cõuertenda eſſe. Secundã ſubiunxit Daniel metaphoram à ſomno mutuatam. Viderat Nabuchodonoſor ſtatuam ex auro, argento, & ære conflatam, quæ prædicta etiam Imperia præſignabat, tamen proculdubio, nec aurum, nec argentum verum erat, ſed ſomniatum & commentitium: quo aperte innuitur, omnem mundi gloriam quaſi ſomnum eſſe. Vidit etiam Daniel perexiguum lapidem ex monte deſcendentem ſtatuam confregiſſe, ac penitus deſtruxiſſe. Ita ſane accidit Principi Aman, quem vnius ſolum Mardochæi irreuerentia ita contriſtabat, vt nihil ſibi habere videretur, dũ ſolus Mardochæus ante illũ genu flectere recuſabat. Hoc quid erat, niſi exiguum lapidem ingentem ſtatuam in minutiſſimas particulas conterere? Ac tandem, ſicut arundo inter omnes plantas mobilior eſt, & ideo quocumque vento facile agitatur; ita ſane regnorum, dignitatum, honoris, & gloriæ ſumma eſt inſtabilitas, incredibilis inconſtantia, Paulo atteſtante, *mutationi ſubiecta eſt omnis creatura.* Terra tremoribus concutitur, & varios terræ motus patitur, adeo vt quaſi os aperiens, ſuperbiſſima ædificia deuorauerit, ac fortiſſimas arces abſumpſerit. Mare continuis augmentis & decrementis non parcit, innumeriſque procellis commouetur. Aer ventorum turbine adeo agitari ſolet, vt altiſſimas quaſq; arbores penitus eradicet. Cæli continuis circulationibus in orbem mouentur. Sol & Luna eclipſim quandoque ſuſtinent. Quid de potentiſſimis ciuitatibus dicam? Nulla ciuium multitudine inſignior Ninine; nulla militum fortitudine, & bellandi arte Carthagine præſtantior, nulla litterarum ſtudijs, ac multiplici doctrinæ eruditione Athenis magis conſpicua; nulla pyramidum, & columnarum artificioſa ſtructura mirabilior quam Memphis: ex his tamen omnibus nihil ſuperfuiſſe videmus, niſi exigua quædam ædificiorum veſtigia, in quibus nidificare corui conſueuerunt. Aſſyrij mille ſuper quingentos

Zachar. 6.

Iob. 20.

1. Machab. 1.

Claudius Paradinus lib. 1. de symbolis.

Dan. 2.

Eſter. 3.

annos, regni ſceptrum tenuere, ſed à Medis deuicti fuerunt, Medi à Perſis, Perſæ à fumo, in quē tandem ipſi euanuerunt, quia ex illorum numero erant, de quibus prædiaerat David: *Mox vt* Pſal. 36. *honorificati fuerint, & exaltati, quemadmodum fumus deficient*. Denique Iſraeliticum regnum, quod ob ſuam firmitatem clauo fortunæ rotam fixiſſe videbatur, pene infinitis mutationib' inuerſum videmus: ita vt non immerito iuſſerit Deus Ezechieli vrbem Hieruſalem in luteo la- Ezech. 3. tere deſcribere, à quo exigua aqua decidēte, exarata vrbis figura facile deleri poſſet, quia (vt dixit D. Paulus) *Præterit figura huius mundi*. Qui- 1. Cor. 7. bus verbis alludere videtur Apoſtolus ad Regum & Imperatorum figuras, quas Comici in theatris aſſumere conſueuere, comica tamen ſcæna peracta continuo eas deponunt.

Homil. Decimaſeptima

De varijs illuſionibus, quas Chriſtus Dominus pertulit regalibus inſignibus indutus; in illa verba Marci 9. Cœperunt conſpuere, & velare faciem, & colaphis cadere, & dicere: Prophetiza, quis eſt, qui te percuſſit. & illa alia: Ecce Homo. Ioann. 19.

ADEO Iudæorum rabies in Chriſtum Dominū efferbuit, vt non ſatis ſibi videretur ſupplicijs ac iniurija illuc vſque illatis illum affeciſſe, & ideo alia noua, nunquamque excogitata ignominiæ, ac dedecoris genera ipſi excogitarunt. Et quidem in primis, vt oſtenderent, falſo & arroganter Prophetæ nomen ſibi vſurpaſſe, velantes eius faciem, diras alapas ei impingebant, dicentes: *Prophetiza quis eſt, qui te percuſſit*: quod cum neutiquam efficies, fatearis inuitus opus erit, te non eſſe verum, ſed falſum & mendacem Prophetam. Ioco etiam genu flectentes, hac ſalutatione tanquam fictitium & irriſorium Regem illudebant: *Aue Rex Iudæorum*. Memini Alcibiadem teſte Plutar- Plutarchus in Alcibiade. cho dixiſſe: *Teſtor Deos immortales, me exilium in Lycaonia non ſenſiſſe, nec proſcriptionem bonorū, nec vulnera corporis, quantum verbum illuſionis, quo me Cteſiphon in facie illuſit*. Conſonāt his verba Senecæ in quadam ſua epiſtola: *Nullus maior labor, quam ferre illuſiones*. vnde Saul de vita iā 1. Reg. 31. deſperans cuidam militi dixit: *Euagina gladium tuum, & percute me, ne forte veniant incircumciſi iſti, & interficiant me illudentes*. Romani etiam quidam nobiles tempore Neronis, ab illo vocati, præſagientes ignominioſo, ac illuſorio ſupplicio eos velle mulctare, ipſi accerſito carnifice ab illo priuatim iugulati ſunt. Si ergo illuſio grauiſſimum omnium tormentum reputatur, quot putamus Chriſtum Dominum atrociſſima tormenta ſubijſſe, cum tot ac tā varias pertulerit illuſiones? Sacra narrat hiſtoria, Dauidē à Rege Achis illuſum, ac tanquam fatuum re- 1. Reg. 21. putatum fuiſſe; Sāpſonem à Philiſtæis deriſum, Iudic. 16. & oculis priuatū; à Rege Hanon miniſtros Dauidis ad illum miſſos eam ſuſtinuiſſe irriſionē, 2. Reg. 10. quod medias barbas abraſerit, & veſtes igno- 4. Reg. 2. minioſe decurtauerit. Grauis etiā fuit olim pue- Geneſ. 9. rorum illuſio aduerſus Eliſæum: *Deſcende calue, Deſcende calue*, repetētes: grauior illa Cham erga parentem ſuum Noe, quod ebrius nudo corpore iaceret, irridentis. Cæterum irriſiones hæ ſi cum Chriſti irriſionibus conferantur, irriſiones neutiquam dici poſſunt: nam cum grauior ſit illuſio, quo dignior & excellentior eſt perſona illuſa, certe cum Chriſti hypoſtaſis eſſet diuina, atque adeo nulla dignior & ſublimior ea, aperte efficitur, quantum præſtat excellentia & dignitate creator creaturis, tantundem debita ſeruata proportione irriſionem creatoris, creaturarum illuſionem grauitate excedere. Illud tamen Chriſti manſuetudinem non parum commendat, quod cum ſupra enarratas Noe, Eliſei, Sampſonis, Dauidis, & militum eius illuſiones acerrime ipſe vindicauerit; proprias tamen, tanquam agnus manſuetus obmuteſcens, abſque vindicta ſuſtinuerit. Sed iam ſingularum grauitatem (vt cœpimus) attēte cōtemplemur. Velamine faciem Chriſti operuerūt, velut olim Exod. 36. teſtamenti arcam pellibus vilibus & impolitis: tum quaſi indignam arbitrantes ab hominibus videri; tum alludere volentes ad velamē, quo olim facies Moyſis cooperta fuit, eo quod præ nimio ſplendore illam immediate Iſraelitæ intueri non poſſent. Cum enim Chriſti facies Exod. 34. tunc eſſet colaphorum liuore denigrata, & cruore ſanguinis e capite decidentis deturpata, illuſionis & ioci gratia, quaſi adeo ſplendentē, & irradiantem faciem haberet, vt in eam oculorum aciem intendere non poſſent, velamine inſtar Moyſis cooperuerunt, & qui Moyſe velamine coperto, inferiorem montis partem præ timore & reuerentia attingere non audebant, verticem huius excelſi montis, nempe ſupremā Chriſti partem caput & faciem palmis acriter Ibidem. percutientibus contingere non verecundantur.

Aliter philoſophatur de hoc illuſionis gene- D. Hieron. ſuper Matthæum. re D. Hieronymus: ait enim faciem Chriſti Domini tot ex ſe ſplendoris & fulgoris radios emittere, vt ægre ac moleſte eam intuerentur, & ab inferendis colaphis quodammodo retardarentur: & ideo vt licentioſius eum percuterent, vultum eius velaſſe. Sane Chriſti facies præter in- Pſal. 44. B. Brigitta reuelat. 70. natam pulchritudinem, qua ſpecioſus præ filijs hominum erat, illam conſpicientes adeo exhilarabat, vt teſte beata Brigitta ex reuelatione ei

fa-

facta, familiaris hic ſermo eſſet Hebræis mæſtitia affectis: *Eamus ad intuendum filium Mariæ, vt hilares reddamur.* Hinc immanitas horum illuſorum manifeſtius apparet, qui faciem illam, in quam deſiderant Angeli videre, & quæ ſolo intuitu ſuo animos videntium recreabat, ac ſingulari hilaritate donabat, acriter adeo lacerare non dubitarent. Velamen honoris aut religionis gratia ſemper adhiberi ſolitum, ſatis ſuperque omnibus compertum eſſe arbitror. Sancta Num. 4. Genes. 4. Sanctorum velo cooperiebantur. Saræ mills argenteos à Rege Geraræ datos, vt faceret ſibi velamen, in Geneſi memoratur. Pulchras imagines intra & extra templa velo religioſe contegi frequentiſſimum eſt. At licet honoris, aut religionis prætextu velamina adhiberi conſueuerint, pulchro tamen ac venerando Chriſti vultui illuſores illi, quaſi velamen habentes malitiæ libertatem (vt ait D. Petrus) 1. Petr. 2. *Non mundum in honorem, ſed ſordidiſſimum velamen in contumeliam inuerecunde impoſuerũt.* Verum ſi quis me interroget, quare Chriſtus Dominus voluerit modeſtiſſimos ſuos oculos velari, arbitror reſponderi poſſe, quia inordinate illos olim aperuerant primi parentes, in pulchritudinem pomi ſibi vetiti intendentes: *Vidit* (ait Moyſes) *mulier quod bonũ* Geneſ. 4. *eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo, qui & comedit, & aperti ſunt oculi amborum.* Arbitror etiam Chriſtũ Dominum in eo, quod oculis velari voluerit, ardẽtiſſimum ſuum erga nos amorem ſignificaſſe: ſicut enim Deum amoris, velatis oculis antiqui depingebant, vt oſtenderent, amorem ita amantem excæcare, vt rei amatæ defectus nõ videat, nec aduertat; ita hodie Chriſtus Dominus, cum Deus ſit, & Deum charitatem vocet D. Ioannes, dicens: *Deus charitas eſt,* conſequens ſit, Chriſtũ charitatem eſſe. Vnde tanquam Deus amoris & pulchræ dilectionis faciem velari vult, quaſi à noſtris peccatis oculos auertens, vt prædixerat Iſa. 38. Iſaias: *Proieciſti poſt tergum omnia peccata mea.* Quo metaphorico loquendi more aperte indicat, Deum peccata pœnitentium, quaſi non videndo non imputare, cum id quod à tergo exiſtat, minime videatur.

Poſtquam autem duo illa cæleſtia oculorum Chriſti luminaria indecoro velamine eclipſauerant, cœperunt virulenti illi irriſores faciem (quam ſibi oſtendi Sponſa deprecabatur, dicens: Cant. 2. *Oſtende mihi faciem tuam*) ſpurciſſimis ſputis deturpare; & cum ad proijcenda ſputa abiectus locus, aut humilis angulus quæri ſoleat, nullus alius abiectior ipſis viſus eſt, quã veneranda facies eius, de quo Pſalmiſta: Pſal. 117. *Qui factus eſt in caput* Plinius lib. 28. c. 4. *anguli.* Plinius lib. 28. cap. 4. vt oſtenderet quantum morborum contagium veteres illi execrarentur, ait: *Deſpuimus comitiales morbos.* Illud tamen turpitudinem huius ignominiæ non parũ oſtẽtat, quod cũ Iob c. 30. de ſe loquẽs, dicat: Iob. 30. *Faciem meã cõſpuere non verentur,* grauiſſimi Eccleſiæ Patres ſibi perſuaſerint, auſum fuiſſe neminem in Iobi faciem ſaliuam proijcere, quam alioquin iuuenes, & ſenes mirum in modum ſuſpiciebant, & venerabantur. Vnde Diuus Gregorius Papa ſuper cap. 3. Iob, præcitata verba D. Greg. ſuper 3. Iob. Iobi explicans ait: *In eorum contumelijs fluxa verba, quaſi defluẽtes ſaliuas emiſiſſẽt;* & Nicetas in Nicetas in Orat. de Chriſt. Natiu. oratione tertia de Chriſti Natiuitate, *ſputa* (inquit) *& alapæ contumeliæ illæ dici poſſunt, quæ palam & velut in faciem infliguntur.* Sputa ergo, & ſalinas, quas incredibile putant ſapientes in faciem Iobi proiectas fuiſſe, in ſacrum Chriſti vultum immiſſas fides Catholica docet: & Iſaias Iſaiæ c. 50. cap. 50. multo ante vaticinatus fuerat in perſona illius loquens: *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.* Salinæ in faciem proiectio, infamiæ ſimul, & rabidæ iracundiæ certiſſimum indicium ſemper extitit. Vnde ſacra Numerorum narrat hiſtoria, quod Num. 12. cum Maria Moyſis ſoror illi detraxit, & lepra diuina virtute ei immiſſa grauiter afficeretur; orante Moyſe pro eius ſanitate, Dominus reſpõdit: *Si pater eius ſpuiſſet in faciem eius, nonne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi?* Si ergo à proprio parente filiam conſpui tanta reputatur iniuria, adeoque fœdat, & inhoneſtat, quanto grauior hæc erit, quam Chriſtus Dominus patitur, qui cum communis ſit omnium parens, & Deus, ab immundiſſimis & abiectiſſimis nebulonibus conſpuitur. In Leuitico ſaliuã eius, Leuit. 5. qui immundus erat, adeo turpem, & immundã iudicauit Deus, vt ſi ille in eum, qui mundus eſſet eam proieciſſet, veſtimenta eſſent lauanda; & vſque ad veſperum immundus deberet reputari. Non abſimile eſt, quod in hoc tremendo ſpectaculo videmus. Immundi, & ſqualentes homunciones ſaliuam in Chriſti faciem proijciunt, & inde non ſolum veſtimenta eius, ſed totus ipſe Chriſtus ſputorum ſqualore fœdatus hominum conſpectui immundus redditur. Præceperat olim Deus in lege veteri, quod frater, qui ad ſuſcitandum ſemen fratris ſui defuncti, non vellet Deut. 25. vxorem eius in coniugem accipere, ipſa in faciẽ eius ſpueret, dicens: *Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui.* Cum ergo Chriſtus Dominus Moyſis ſemen, hoc eſt eius legem, quoad cærimonialia, ſuſcitare non vellet, ſed potius ſupprimere, repudiauit omnino ſynagogam in contrarium nitentem, nec eam in coniugem accipere voluit, & ideo ipſa in eum excandeſcens, expuit in faciem, quaſi dicens: *Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui.* Feſellit tamen illam hæc ſua falſa opinio, quia Chriſtus Dominus non venerat ſoluere legem, ſed implere, & Matth. 5. veritatis præſentia futurorum vmbram fugare. Apud Ioannem legimus Chriſtum Dominum Ioan. 9. expuiſſe in terram, & ex puluere, & oris ſui ſputo collyrium feciſſe, quo cæci nati oculos illuminauit. At è contra hic accidit: nam ſputum illud expuentium in faciem Chriſti, virtutem illuminandi, minime habebat, ſed obſcurandi, ſed obnubilãdi, ſed cæcandi, & quaſi craſſis quibuſdam cataractis ſuperpoſitis operationem potentiæ viſiuæ penitus impediendi. Non ſolum autem ſputis perfidi illi miniſtri Chriſtum ho-

honorabant, ſed ſimul etiam accipientes arundinem de manu eius, percutiebant caput, caput inquam hominum, & Angelorum, & ipſis inferorum poteſtatibus tremendum. Vnde factum, vt ſpinarum aculei & verticem, & tempora profundius penetrarent, & dolorem mirum in modum augerent. Addebant ad hæc colaphos, quibus grauiter velatam faciem percutiebant, dicentes: *Propbetiza quis eſt, qui te percuſſit.* Sane eum, qui ſapientia erat Patris, & cuius oculis omnia ſunt nuda, & aperta, percuſſores latere non poterant; ſed neque nos etiam latent, tametſi prophetiæ dono non gaudeamus, cum Deus ipſe per Iſaiam id reuelauerit, dicens: *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.* Poſtulauit olim Rex Babylonis ab ariolis ſuis, & prophetis, vt interpretarentur ei ſomnium, quod ſomniauerat, cuius tamen erat oblitus. Ipſi autē reſponderunt, minime id præſtare poſſe, niſi ipſe Rex prius ſomnium indicaſſet. At huic petitioni: *Propbetiza quis eſt, qui te percuſſit,* non ſolum Chriſto, qui ſapientia Patris eſt, ſed & nobis non ita difficile eſſet ſatisfacere, cum omnium noſtrum peccata, nullo dempto, percuſſores illius ſacri vultus, immaneſque laceratores fuiſſe Iſaias teſtetur, dicens: *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.*

Marc. 4.

Heb. 12.

Iſai. 53.

Dan. 2.

Illud etiam doloris, & dedecoris genus minime decet obliuioni tradere, cuius Iſaias minime oblitus eſt, in perſona Chriſti dicens: *Genas meas dedi vellentibus.* Quibus verbis aperte indicat, maxillarum, ac barbæ capillos audacter euulſos fuiſſe, vt recte annotarunt Archiepiſcopus Palæottus, & Lanſpergius, ſecuti D. Bernardum dicentem: *Tertia ſanguinis effuſio fuit in vellicatione genarum, cuius teſtimonium babemus, dicente ex perſona ipſius Crucifixi pro Propbeta: Genas meas dedi vellentibus, quod quidam exponunt de laceratione maxillarum, facta vnguibus impiorum Iudæorum; quidam autem de contrectatione barbæ Domini. Video ſacrilegas manus etiam ad genarum ipſius vellicationem exarſiſſe.* Vt melius tamen huius iniuriæ grauitatem percipiamus, varias cauſas in medium producamus, vnde opprobrium in barbæ cōuulſione excreſcit. Et quidem in primis cum barba virorum ornamentū ſit, qui viro barbam eripit, effeminati hominis notam irrogat: & cum barba prolixa indiciū extiterit probi viri, adeo vt apophthegmata Laconica tradāt, Laconem quendam interrogatum cur barbam geſtaret longiorem? reſpondiſſe: *Vt canas meos aſpiciens, nihil illis indignum admittam.* Vnde Plutarchus refert, quod cum Alcibiades quidam Laconiſta prolixam barbā portans publice mentiretur, audiuit hæc à Phocione, eius barbam apprehendente: *Quam decuerat hanc barbam, & indumenta boni viri indicia, priuſquam mentireris, depoſuiſſe.* Qui igitur barbam euellit, candidatæ probitatis teſtimonium aufert. Pulchritudinem deinde barbam conferre nemo eſt qui non videat. vnde Diuus Auguſtinus: *Sunt (ait) quædam ita poſita in corpore, vt tantummodo decorem babeant, non autem*

Archiepiſc. Palæottus in ſigmata ſacra Sindoni impreſſa c. 11 & Lanſper. Homil. 24 de Paſſ. Domini. D. Bernar. de Paſſ. c. 38

Plut. in vit. Phocionis.

Aug. lib. 22. de Ciu. Dei c. 24.

vſum, ſicut babet pectus virile mammillas, ſicut facies barbam. Et Cicero: *Quædam,* inquit, *ad nullam vtilitatem, ſed ſolum ad ornatum quædam à natura eſſe conceſſa, vt caudam pauoni, plumas verſicolores columbis, viris mammas, & barbam.* Adeo autem pulchritudinem à multis expetitam nouimus, vt teſte D. Auguſtino veteres illi barbatæ Fortunæ templum erexerint, vt pulchrā ipſis barbam cōferret. Qui ergo barbam vellicat, pulchritudinem fœdare ſatagit. Barbam item venerandum hominem reddere Theocritus teſtatur, venerabilem illam vocans, atque venuſtā: vnde qui pilos barbæ imminuit, venerationem imminuere conatur. Ac tandem præter grauiſſimum dolorem, quem vellicatio barbæ infert, non minus iniuriæ, & vituperij affert. Vnde auctore Cælio Rhodigino, cum primus omniū barbam penitus abraderet, multis laceſſitus fuit iniurijs: immo in Leuitico præcepit Dominus: *Nec barbam radetis.* Et cum ipſe graui flagello Iudæos percutere minaretur, caluitium ſuper omnes ſe inducturum prædixit. caluitio enim in luctu ſolum vtebantur, vt indicat Iſaias: *Et pro criſpante crine caluitiū.* Et vt vno verbo multa perſtringam, adeo id opprobrio habitum eſt, vt non ſolum ſibi conuelli barbam quiſpiam permittat, ſed ne tangi quidem, aut alienis manibus attrectari, cuius inſigne monumentum tradunt Titus Liuius, & Plutarchus in vita Camilli, aſſerentes Papirium maximam ſibi iniuriam illatam cenſuiſſe, quod ſibi barbam Gallus attrectaſſet, & ideo acrem huiuſmodi iniuriæ vindictam expoſtulaſſe. Volentes igitur Iudæi non ſolum dolorem inferre, ſed virilitatem, fortitudinem, probitatem, prudentiam, ac venuſtatem commaculare, capillos venerandæ eius barbæ euulſerunt. Illud tamen ſilentio prætereundum non eſt, quod præter ceteras pœnas, ob prædicta ſcelera in Chriſtum commiſſa, quibus Deus mulctare voluit Iudæos, mirabili Dei iudicio accidit, vt ſicut Chriſto Domino, tanquā ridiculo Regi, loco tributi ſputa, & alapas impenderunt, ſimili irriſione Agrippa Rex Iudæorum ignominioſe deluſus fuit, vt tradit Philo in Flacco. Miratur tamen ipſe huiuſmodi contumelias in Regē Agrippam cognomento Herodem à Flacco coercitas non fuiſſe: ſed mirari deſinet, ſi attendat eum, qui vindicem habet oculum, prohibuiſſe Flaccum, ne id impeditum iret, vt ſicut Rex cæli, & terræ Iudæis applaudētibus prædictis contumelijs irriſus fuerat, ita ipſorum Rex ipſis frementibus ſimili ludibrio, & irriſione afficeretur.

Cic. 3. de fin.

D. Aug. lib. 4. de Ciuit. Dei c. 2.

Cel. Rhodig. lib. 4. lectio. antiq. c. 2.

Iſai. 3.

Tito Liu. Plut.

Philo in Flac.

Poſt hæc autem tot, ac tam grauia opprobria, decreuit Pilatus, Chriſtum Dominum flagellis cæſum, ſpinis coronatum, & irriſoriæ veſtis amictu indutum perſequentium conſpectui oſtentare, vt vltra iam crederent non perſequendum, quem tantis modis intuebantur afflictum. vnde per amplam, & oblongam feneſtram eorum oculis illū obiecit, dicens: *Ecce homo.* Quod perinde fuit, ac ſi dixiſſet illud Dauidis: *Quouſque irruitis in hominem, interficitis vniuerſi vos: tanquā*

Ioan. 19.

Pſal. 61.

pa-

parieti inclinato, & maceriæ depulſæ? Sed ſane ſicut Pilatus: *Ecce homo*, clamauit, non minus vere: *Ecce Deus*, cum Iſaia proclamare potuiſſet; *Iſai. 40.* verum cum in illo deitatem nullam agnoſcerẽt: *Ecce homo* dixit illis, breui viuens tempore, repletus multis miſerijs, & qui in eodem ſtatu nõ permanet: *Ecce homo*, qui ſe Filium Dei prædicabat. *Iob. 13.* Certe ſicut olim Alexãder ſagitta grauiter percuſſus, cognouit ſe non eſſe filium Iouis, prout illi milites ſui adulabantur; ita ſane vidẽs ſe ſic plagis vulneratum, omni ſe deitate carere fatebitur: *Ecce homo*, qui ſi ad regalem purpuram regiamque coronam anhelabat, iam magis curandum erit ei de funere & ſepulchro, in quo iaceat, quam de regno & throno, quo ſedeat: *Ecce homo*, cuius ſi vindictam deſideratis, tot ac tantis vulneribus affectus eſt, vt à planta pedis vſque ad verticem capitis non ſit ſanitas in eo, vnde ad illum tanquam hominem cognoſcendum oportet dicere: *Ecce homo*, quia ſpeciem hominis non habet: adeo vt Hieremias ſecundum lectionem ſeptuaginta interpretum dixerit: *Homo eſt, & quis cognoſcet eum?* *Hierem. 17.* Ita enim eius facies deformata erat, vt vix ipſe Iſaias illum agnoſceret, & ideo dixit: *Quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus, vnde nec reputauimus eum.* *Iſai. 53.* Immo & Chriſtus ſibi ipſi quodammodo incognitus, non homo videbatur: *Vermis ſum*, dicens, *& non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis.* *Pſal. 21.* Quid plura? *Ecce homo*, contemplamini illum, quia caro veſtra & frater eſt, non lapis, aut ferrum, aut deſpectibilis canis, ſed magiſter, qui vos docuit, medicus, qui infirmos veſtros curauit, energumenos à dæmonum tyrannide liberauit, mortuos ad vitam reuocauit, & pene infinita alia beneficia in rẽpublicam veſtram contulit. *Ecce*, iterum *homo*, in quo tametſi nullam inuenio cauſam; vt tamen veſtris omnium votis ſatisfacerem, flagellatum, coronatum, ſputis coopertum, liuidũ produco, adeo vt adamantina etiam corda ad miſerationem commoueat: parcite iam, ſiquidẽ non minus honorificum eſt parcere ſubiectis, quam debellare ſuperbos. *Virgilius.* Vt tamen ad compaſſionem eos incitaret Pilatus, præcepit (vt tradunt quidam doctores) vt ipſo: *Ecce homo*, dicẽte, miniſtri veſtem Chriſti eleuarent, quemadmodum ſacerdoti thurificanti, aut hoſtiam eleuanti, vt ſic lacerum, ſanguinolentum, ac laniatũ corpus omnibus pateret. Mos inoleuit apud Romanos oratores, cum cauſam alicuius rei defenderent, illum afflictum macilenta facie, oblonga barba, coram iudicibus in medium producere, vt ad pietatem illos commouerẽt. Strenui etiam duces veſtes rumpebant in publico Senatorum conſpectu, vt vulnera pro reipublicæ defenſione accepta oſtentarent. Vnde Quintilianus ait: *Ingens plerumque vis eſt, & Populũ Romanum egit in furorem prætexta Caij Cæſaris prolata in foro cruenta*, ibidemque teſtatur ſe vidiſſe tabulas in Senatum adferri, vbi ad viuum expreſſa erant illa eadem, quæ verbis ſatis exprimere oratores non poterant, vt ſic propriã ſententiam iudicibus efficacius perſuaderent. *Quintilianus li. 6. inſtitutionum cap. 1.*

Non abſimili modo Pilatus, non valens verbis Iudæorum rabiẽ placare, cruenta vulnera Chriſti eorum conſpectui obiecit, vt non vltra affligendum perſuaderet, quem afflictum adeo conſpiciebant: vt non incongrue illa Virgilij carmina ei adaptari poſſint.

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo.
Squallentem barbam, & cõcretos ſanguine crines,
Vulneraque illa gerens, quæ circũ plurima tulit.

Diuus Auguſtinus prædicta verba Pilati: *Ecce homo*, elucidans ait: *Ecce homo, non clarus imperio, ſed plenus opprobrio. Si Regi inuidetis, iam parcite, quia deiectum conſpicitis: flagellatus eſt, ſpinis coronatus eſt, ludibrioſa veſte amictus eſt, conuicijs illuſus eſt, alapis cæſus eſt, feruet ignominia, frigeſcat inuidia.* *Aug. tract. 116. in Ioa.* Sed pro dolor, non refrixit, ſed amplius accenſa inarſit, non tepuit, ſed magis efferbuit, *Crucifige* proclamantes: *Tolle, Tolle* dicentes. *Ioan. 19.* Id ſane prædixerat Dominus per Hieremiam Prophetam: *Facta eſt mihi hereditas mea, quaſi leo in ſilua. Dedit contra me vocem ſuam*, vocem proculdubio illam, *Crucifige; tolle, tolle*. *Hierem. 12.* *Ioan. 19.* De leone ferunt naturales hiſtorici, cum ad capiendam prædam iam iam proximus eſt, in vehementem proſilire rugitum, quo audito animalia præ ſtuporis magnitudine contabeſcunt, & in terram vi clamoris concidunt. Facta ergo fuit crudelis ſynagoga Chriſto Domino tanquam leo in ſilua, quia licet non manibus, vocibus tamen, clamoribus, & lingua (vt ait D. Auguſtinus) Chriſtum interfecerunt, *Crucifige*, importune poſtulantes. Nonne ò Iudæi hic eſt, pro quo patres veſtri & vos clamaſtis: *Emitte Domine agnum dominatorem terræ? Vtinam dirumperes cælos, & deſcenderes. Mitte quem miſſurus es.* *Iſai. 64.* Quomodo ergo, qui abſentem deſiderabatis, præſentẽ deſpicitis, & *Tolle, Tolle* proclamatis? Narrant rerum naturalium auctores, cum primum reliqua animalia pantheræ odorem præſentiunt, continuo ad illam properare, viſa tamen deformi ac fœda facie retrocedere, & fugã arripere. *Plinius.* *Aelianus.* Ita ſane contigit Hebræis, qui ſuauem odorem Chriſti præſentientes, de quo Sponſa: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum*, ad illum confluebant; *Cant. 1.* in paſſione tamen faciem eius videntes adeo deformem, vt Iſaias dicat: *Non erat ei ſpecies neque decor*, oculos ab eo auertebant, & *Tolle, Tolle* clamabant. *Iſai. 53.* Vnde quemadmodum cum ſol eclipſim patitur, nociuum iudicãt medici in illum oculorum aciem intendere; ita abiectiſſimi illi Iudæi ſolem iuſtitiæ præ multitudine ſputorum, & ſacri cruoris e vulneribus capitis in maxillas defluentis, quodammodo eclipſim patientem & omnis pulchritudinis expertem eſſe videntes; nociuum ſibi iudicabãt intentis oculis illum intueri, & ideo *Tolle, Tolle* voce poſtulabãt. Quod multo antea præuidens Salomon, in perſona eorum prædixerat: *Grauis eſt nobis ad videndum, quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius.* *Sap. 2.* Verum in hoc ipſo aperte oſtenderunt, ſe à vero Iſraelitarum genere degeneres eſſe; nam cum Iſraelita videns Deum interpre-

tetur, hoc ipſo quod illis graue & moleſtũ erat Chriſtum verum Deum Iſrael videre, re ipſa Iſai. 30. fatebantur ſe veros Iſraelitas non eſſe, maxime, quod enm olim Deus veris Iſraelitis promiſerat: *Et erunt oculi veſtri videntes præceptorem ſuũ.* Qui fieri poteſt, vt qui ita mnleſte tulerint illum videre, vt *Tolle, Tolle* proclamarint, veri Iſraelitæ eſſent? potiua ſane in eorum numerum duxerim referendos, de quibus dixit Dauid: *Et* Pſal. 53. *non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.*

Huc vſque audiuimus præſidem Pilatum proferentem: *Ecce homo*; auſcultemus iam præſidem cæli & terræ, Patrem ſcilicet æternum, eadem verba vſurpantem. *Ecce* (inquit) *homo*, qui vt hominem ad priſtinam Dei imagioem reſtituat, hominis imaginem perdidit. *Ecce homo, qui na-* Iſaias 9. *tus & datus eſt vobis*, vt iam nemini quantumcunque paralytico liceat dicere: *hominem non* Ioan. 5. Hierem. 4. *habeo*. *Ecce homo*, nomine iſto adeo dignus, vt neutiquã dieere valeat Hieremias (quod & aliquando in foro hominibus pleoo dixiſſe fertur Diogenes, ſe nullum prorſus inuenire hominẽ) *Intuitus ſum, & non erat homo*. Poſtquam enim Deus homo factus eſt, iam adeſt homo, homo quidem per exeellentiam & antonomaſiam, *qui nec ſimilem viſus eſt, nec habere ſequentem.* *Ecce* ergo *homo* omnium virtutum exemplar. Contemplare igitur ſuperbe humilem, ambitioſe intuere deſpectum, anare reſpiee liberalem vſque ad precioſi ſanguinis effuſionem; iniuriarũ vindex immanis diſce huius agni manſnetudinem; voluptatum amator dolores Chriſti conſiderans coerce libidinem, extingue cupidinis flammas. *Ecce homo*, in qno tanquam limpido ſpeculn agnoſcere poteris peccati grauitatem. Si tales ſoluit pœnas, qui nõ trãſgreſſor, ſed tuarum tranſgreſſionum fideiuſſor erat, conijee *Si hæc fiunt in ligno viridi, quid fiet in arido? Ecce ho-* Luce 23. *mo*, à quo dictum eſt per Iſaiam Prophetam: Iſai. 2. *Cauete ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius*: nam tametſi nunc taceat, ſileat, patiens ſit, tandem tanquam parturiens loquetur, & tanto be, neſcio ingrati ingrata patientur.

Sed iam ſi placet Pater æterne, audi nos eadem verba *Ecce homo*, vſurpantes: *Ecce homo*, quẽ ad ſatisfaciendum pro hominibus miſiſti, ſi homo purus peccauit, homo Deus ſatisfacit. Ceſſet ergn deinceps indignatio tua, ſiquidem *vbi* Rom. 5. *abundauit delictum, ſuperabundauit* ſatisfactionis *gratia*, ita vt incomparabiliter ſolutio debitum excedat. *Ecce* tandem *homo* Filius tuus, o ſacratiſſima Deipara, ecce diuinus *Silenus*, antiqui illius Alcibiadis Sileno: longe ſuperans. Nã ſi illi ſub horribilis colubri figura pulchrã imaginem latentem continebant: *Ecce homo*, in qno ſub ſimilitudine venenoſi ſerpentis, quia venit in ſimilitudinem peccati (vt ait Diuus Paulus) ad Philip. 2 pulchra Dei Patris imago, *& figura ſubſtantiæ* eius deliteſcit. Sed pro dolor beatiſſima Virgo adeo abſcondita, vt nulla eius indicia extrinſecus compareant. Nam ſi candor & rubor ſigna eins antea extiterant, vt tu ipſa teſtata es, dicẽs: Cant. 5. *Dilectus meus candidus, & rubicundus*: iam hæc quærenda non ſunt, cum leproſum & abſque decore præuiderit eum Iſaias, dicens: *Vidimus* Iſai. 53. *eum quaſi leproſum*. niſi velis ex candore ſputorum, & rubore ſanguinis maxillis inhærentium candidum & rubicundum illum vocitare. ſed hæc *Sileni* figuram aſtruunt: nam exterior eius facies ſputis ac ſanguine deformis, infinitam Dei pulchritudinem intra ſe continens, adamantina quæque corda ad miſerationem compellere deberet. Si enim Rex Benadad in prælio victus ab Achab Rege Iſrael, vt placaret illum, 3. Reg. 20. hac vſus eſt induſtria; miſit familiares ſuos ad Achab ſuccinctos ſaccis, & cum funiculis in capitibus ſuis, vt pro ipſo Benadad miſericordiam deprecarentur, qno facto motus miſericordia Rex Achab pepercit illi: ſi ergo humilitas illa & amictus cilicinus, & funes in capite non Domini, ſed famulorum, emollire potuerunt ſaxeum cor Regis iniqui & crudelis; cuiuſnam cor etſi æneum non emolliat Chriſti Domini ſubmiſſio, amictus ludibrio purpureus, corpus vndique laceratum, & caput pungentibus ſpinis transfixum? Sane reprobationis indicium putauerim, ad hæc tanta hominem Chriſtianum non commoueri, maxime Chriſto clamante, *Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos* Iob. 19. *amici mei*. Si enim Pilatus Chriſtum Dominum tanto dedecore ac dolore afflictum iudicauit, vt crederet ſolum eius aſpectum ſufficientem fore ad lenienda ferrea ac obſtinata Iudæorum corda: qui fieri poteſt, vt Chriſtianorum viſcera, niſi reprobi ſint, dum Deum creatorem ac redemptorem ſuum tam diris tormentis Eccleſ. 3. oppreſſum intuentur, ad internam ſaltem compaſſionem non moueantur? ſi enim Sapiens dixit tempus eſſe flendi, nullum ſane ad id opportunius iſto inueniri poterit, in quo ob noſtra omnium delicta, auctor vitæ, & multis doloribus afficitur & varijs cõuicijs exprobratur. Cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum.

Homi-

Homil. Decimaoctaua.

De falſis accuſationibus aduerſus Chriſtum Dominum productis, ac de iniquiſſima mortis ſententia ad inſtantiā perfidæ gentis Iudaicæ contra auctorem vitæ à Pilato latam, ac de tenore illius, nec non de lotione manuum, per quam ille ſe à tanto ſcelere liberum falſo ſibi blandiebatur, in illa verba: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. & illa: Tūc tradidit eis illum vt crucifigeretur.

Matth. 27. Ioan. 19.

Sap. 2.

EGREGIE Salomon in perſona Iudæorum loquens, omnium accuſationum tela in Chriſtum ab eis proijcienda, his verbis compendioſe perſtrinxit: *Circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, et contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſcientiam Dei habere, & Filium Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. Grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius. Tamquam nugantes æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe a vijs noſtris tamquam ab immunditijs, & præfert nouiſſima iuſtorum, & gloriatur Patrem ſe habere Deum.* Ad hæc Salomonis verba plane alluſiſſe videtur Iſaias Propheta cap. 3. iuxta 70. interpretum verſionem, vt citant Patres, præſertim vero Cyprianus in expoſitione Symboli, Iuſtinus martyr in Dialogo contra Tryphonem, & Ambroſius in lib. de benedictione Patriarcharum cap. 3. *Væ* inquit, *animæ ipſorum, propterea quod prauū conſilium ceperunt aduerſus ſe ipſos, dicentes, vinciamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis.* quæ verba Iudæorum conſilio de vinciendo Chriſto, & præſentando ante Pilatum mirifice quadrant, Quibus addere licet Clemētis Alexandrini verba alia, qui loquens de Platone ait: Scripturæ, quæ dicit; tollamus a nobis iuſtum illum, quoniam inutilis nobis eſt, Plato libro 2. de Republica perquam ſimilia memorat: *Ad hunc modum* (inquit) *animatus iuſtus ille flagris cædetur, excruciabitur, vincietur, oculis priuabitur, poſtremoq. mala omnia perpeſſus in crucem agetur*. Refert etiam hanc ſententiā Euſebius Cæſarienſis, dicēs Chriſto Dño per antonomaſiā vocabulū,

Iſaias c. 3. iuxta lect. 70. interpretum.
D. Cyprian. in expoſitione Symboli. Iuſtin. mar. dialog. contra Tryphonem.
D. Ambroſ. in lib. de benedict. Patriarch. c. 3.
Clem. Alex. lib. 5. ſtromat.
Plato lib. 2. de repub.
Euſ. Cæſar. l. 13. de præp. euang.

iuſto, recte conuenire, cum ipſe pro gloria Patris propaganda, & fidei veritate tuenda, tamquam iuſtus, flagris cæſus eſt, excruciatus pluribus modis, ſæpe alligatus, & oculis velatus, ita vt dicerent ei: *Propheti za nobis quis eſt qui te percuſſit*, mala & indigna multa paſſus, & tandē in cruce actus, & extinctus. Sed iā ſingulas accuſationes diſcutiamus.

Luc. 22.

Prima, quæ Chriſto obijcitur, eſt, qđ ſit inutilis, ſiue vt Græcus interpres vertit, iniucundus. Vt arbor, quæ fructus nō facit, inutilis cenſetur, ac proinde meretur exeidi, vt de ficu per trienniū expectata dicebat Dñs: *Vt quid terram occupat?* cui ſimile eſt illud Homeri; *Telluris eſt inutile pondus.* Sed quam falſo calumniam hanc effinxerint, illud Apoc. comprobat, vbi Chriſtus comparatur ligno vitæ, afferenti duodecim fructus per ſingulos menſes, vt inde intelligamus, nihil vnquam ipſo vtilius, ac fructuoſius in mundo extitiſſe. Omnia & ſingula, quæcūque in Chriſto cōtemplemur, vtilitate referta inueniemus; nihil enim in eo infructuoſum aut inutile eſt. Verba eius fructuoſa, *verba vitæ æternæ habes.* Dæmonia, venti, & mare imperio eius obediebant, & omnipotentiæ verbi eius omnia cedebant; manus fructuoſæ, cum ſolo tactu à lepra mundarent; digiti fructuoſi, qui miſſi in aurem ſurdo auditum reſtituerunt; oculi vtiles valde, ſiquidem eleuans illos in cælum, Lazarum à mortuis euocauit, turbā famelicam ſatiauit, Petrum auerſum ad ſe conuertit; ſaliua etiam fructifera, cum velut collyrio inuncti oculi cæci nati lumen receperint. quid plura? veſtimenta eius ſalutaria & fructuoſa erant, vt ſanitas, quam hæmorrhoiſſa fluxum ſanguinis patiens ſolo fimbriæ illius tactu recepit, manifeſte atteſtatur. Quid ergo infructuoſum & inutile excogitari poteſt in Chriſto noſtro? num ſanguis? at illo abluti ſumus à peccatis noſtris: num reſpiratio? at inſufflās dixit: *Accipite Spiritum ſanctum.* num vita? at tota in beneficentiam corporum & animorum noſtrorum inſumpta eſt. nū mors? at illa immortalitatis ſpem certiſſimam contulit. calumnioſa igitur eſt hæc prima accuſatio.

Luca 13.
Homerus.
Apoc. 22.
Matth. 8.
Marc. 7.
Ioan. 11.
Marc. 8.
Luca 22.
Ioan. 9.
Apoc. 1.
Ioan. 20.

Sed ſecundam adiungo, quod cum potiſſimum bonum reipublicæ ſit pax, qui perturbat illam, reus eſt mortis. Ieſus autem (obiectabāt) adeo capitalem pacis hoſtem ſe exhibuit, vt diceret: *Non veni pacem mittere, ſed gladium: veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam.* Inſuper etiam docuit odio habendos eſſe patrem, & matrem, filios, & vxorem, vt quis eius diſcipulus eſſet. Sed quam hęc ſit cauilloſa accuſatio, non erit difficile oſtendere: nam Chriſtus venit pacem falſam, quam homines cum peccatis contraxerant, diſſoluere, pacem vero conſcientiæ cum Deo reſarcire. Vnde Chriſtus natus eſt tempore pacis Augusti, de qua Propheta dixerat: *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis.* Prædicauit pacem, vt ait Apoſtolus, *his qui longe fuerant, & pacem his, qui prope.* Diſcipulos ad prædicau-

Matt. 10.
Luca 14.
Luca 2.
Pſ. 71.
Ad Epheſ. 2.

dicandum mittens pacem commendauit, & vt primum dicerent: *Pax huic domui*, in teſtamento pacem legauit; *Ioan. 14.* *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, nõ quomodo mundus dat, ego do vobis*. Suſcitatus à mortuis, primum pacem obtulit, dicens, *pax vobis*, ac tandem: *Ioan 20.* *Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum*. *Ad Eph. 2.* Itaque venit excommunieare pacem mundi, pacem, inquam, illam, de qua Propheta Hieremias: *Hier. 6.* *Pax pax, & non erat pax*. Huic paci bellum indixit, quia fine bello aduerſus falſam pacem vera pax haberi non poteſt.

Tertiam ſubiungunt accuſationem, quod improperabat illis peccata contra legem; improperare autem vitioſum eſt, & valde affine peccato condendi libellos famoſos, aut ſatyras pungentes. Fundamentum huius accuſationis fuit, quod dixerat eis: *Math. 23.* *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui decimetis mentham, & anethum, & cyminum, & relinquitis, quæ grauiora ſunt legis, iudicium, miſericordiam, & fidem*. At hæc obiectio ardentẽ Chriſti Domini zelum detegit, qui trãſgreſſoree diuinæ legis acriter increpabat, iuxta illud Iſaiæ: *Iſai. 58.* *Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocẽ tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum*. *Terent. act. 1. ſcen. 1.* Quia tamen obſequiũ amicos, veritas odium parit, ideo in Chriſtum inſurgebant.

Quartam obiectionem ei opponebant: *Diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ*, vocans nos violatores diuinorum præceptorum: *Math. 15.* *Quare & vos tranſgredimini mãdatum Dei propter traditionem veſtram*. At mentiti ſunt, quod Chriſtus eos infamauerit, cum falſa eorum doctrina nõ occulta, ſed omnibus patula eſſet: immo eos ſæpe honorauerat, dicens: *Math. 23.* *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, omnia enim quæcunque dixerint vobis, ſeruate, & facite*. Et alibi. Infirmos mittebat ad ſacerdotes: *Math. 23.* *Oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuum*.

Quintam arrogantiæ obiectionem proponũt: *Ioan. 7.* *Promittit ſe ſcientiam Dei habere*. Dixerat enim IESVS: *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius, qui miſit me*. *Ibidem.* Et rurſus: *Omnia quæcunque audiui à Patre meo nota feci vobis*. Sed futilis ſatis eſt hæc obiectio: nam quid frequentiue nouerant apud Prophetas proferri, quam, *Hæc dicit Dominus?* Nihil ergo mirandum, ſi Chriſtus, de quo prædixerat Moyſee: *Deut. 18.* *Ponam verba mea in ore eius*, ſcientiam Dei ſe habere profiteatur.

Sextam adducunt cauillationem, quod blaſphemauerat, Filium Dei ſe faciens: *Secundum legem debet mori, quia Filium Dei ſe fecit*. At cauillus hic non aliter, quam verbis Chriſti Domini refutandus eſt: *Ioan. 10.* *Si illos dixit Deos ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura: quem Pater ſanctificauit, & miſit in mundum, vos dicitis, quia blaſphemas, quia dixi, Filius Dei ſum. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi; ſi autem facio, & mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis, & credatis, quia Pater in me eſt, & ego in Patre*. Non ergo blaſphemus fuit, qui quod re ipſa erat, operibus comprobabat: nec enim Deus ad tot miraculoſa opera concurreret in teſtimonium, quod Filiue Dei erat, ſi id mendacium fuiſſet.

Septimã obiectionem adducunt: *Factus eſt nobis in traductionem animarum noſtrarum*. Arbitror vocare traductionem propalationem eius, quod erat occultum, & cedebat in dehoneſtationem eorum. Vnde alij vertunt: *His cogitationum noſtrarum index extitit*. Vbi arguunt illum de ſecretorum reuelatione, quaſi dicerent: qui occulta conſilia reuelat, proditor eſt, & fraudulentus, iuxta illud Salomonis: *Prou. 11.* *Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana*. Verum in hac obiectione manifeſte inſipientiam ſuam indicarunt: nam ſi proprium ſolius Dei eſt cogitationes cordium percallere, iuxta illud Pſalmi: *Pſ. 7.* *Scrutans corda & renes Deus*; & iterum: *Pſ. 93.* *Dominus ſcit cogitationes hominum*: certe cum Chriſtus Dominus eis obijciebat, *Math. 9.* *vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* debuiſſent inde colligere, Chriſtum Dominum verum Filium Dei eſſe.

Octauam obiectionem afferunt, *grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius*. His verbis ſingularitatem obiectabant Chriſto Domino. quicumque autem ſtudet ſingulari vitæ ab alijs longe diſſentienti, videtur eſſe ſchiſmaticus in Republica, maxime ſi legem nouam condat, & doceat. Verum cũ hæc ſingularitas Chriſti Domini in eo ſita fuerit, quod ipſi in peccatis progeniti, Chriſtus ſine peccato conceptus; ipſi multis ſceleribue cõtaminati, Chriſtus nulla nec leui peccati labe infectus fuerit; potius id ad ſũmã Chriſti venerationẽ impellere debuiſſet. Diſſimilitudo ergo in moribus, vita, & doctrina, quibus omnibus Ieſus conſpicuus, ac præexcellens erat, odij cauſa extitit: ſicut Neroni contigit, qui, vt tradit Cornelius Tacitus, *Corn. Tacit. lib 16 circa finem.* Thraſeam magnum ſenatorem & omni virtutum genere clariſſimum impudentiſſime occidit, non ob aliam cauſam, niſi quod eius vita ſtudioſa vitioſæ illius diſſimilis omnino eſſet. Quod vero nouam legem tuliſſet, id veri Meſſiæ indicium erat, iuxta illud Hieremiæ: *Hierem. 31.* *Feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum*; & illud aliud Eſaiæ: *Iſa. 42.* *Legem eius inſulæ expectabunt*.

Nonam obiectionem in hunc modum excogitarunt, tanquam *nugaces æſtimati ſumus ab illo*, ſiue vt alij vertunt, *tanquam adulterini habiti ſumus ab eo*, in faciem enim noſtram ait: *Ioan. 18.* *Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum; vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo*. & alibi inquit: *Math. 12. & 16.* *Generatio mala & adultera ſignum quærit*. Ac tandem, *Ioan 8.* *vos ex patre Diabolo eſtis*. At hæc obiectio in eos facile retorqueri poteſt: *Matth. 3.* nam ipſi gloriabantur patrem habere Abraham, & tamen morum & vitæ integritate mirum in modum ab eo degenerabant: adulterini ergo filij erant: ad magiſtrum autem ſpectabat diſcipulorum errata liberius corrigere quantumcunq; ipſi contra ſtimulum calcitrarent.

Deci-

Decimam proponunt obiectionem ijs verbis: *Abſtinet ſe à Dijs noſtris, tanquam ab immunditijs*. Quaſi dicerent, ad conuenticula diuertit, & ſecretas cōfœderationes pertractat, quod exitiale Reipublicæ nocumentum infert, ſed oporteret eos diſtinguere de ſegregatione, & ſeparatione Chriſti à vijs eorum. Segregabat ſe quidem ab eis diſſimilitudine morum, & vitæ puritate, non tamen ab eos docendo abſtinebat, ſed frequenter ad ipſorum templō veniebat, & dies feſtos in conſortio eorum colebat.

Vndecimam obiectionem producunt, dicentes: *Luc. 16.* *Et præfert nouiſſima iuſtorum*. Vel vt alij vertunt: *Matth. 12.* *Extrema iuſtorum prædicat beata*. Quod Lazari, & diuitis Epulonis exemplo confirmaut. Alij aliter intelligunt hunc locum, vt præferre nouiſſima iuſtorum, ſit, quod gentem paganam Hebræorū genti anteponeret: immo Niniuitas, Reginam Auſtri, & quod magis eſt, ipſos Sodomæ *Matth. 11.* ciues, dicens: *Terræ Sodomorum remiſsius erit in die Iudicij, quam tibi*. Sed & hæc obiectio nullius prorſus roboris eſt: nec enim legi contraria erat illa doctrina; tum quod in lege Moyſi, & naturæ plerique, quo ſanctiores, grauiores ſuſtinuerūt ærumnas, nouiſsima autem eorū fuerunt feliciſſima, vt exempla Iobi, Tobiæ, & Prophetarum conteſtantur; tum quod ſcriptum eſſet: *Iſai. 54.* *Lauda ſterilis, & quæ non paris*.

Tandem videntes grauiſſimā omnium obiectionum eſſe, quod Filium Dei ſe fecerat, illam iterum inculcant, & exaggerant, dicentes: *Et gloriatur Patrem ſe habere Deum*. Quaſi dicerent, *Leuit. 24.* Lex extat Leuitici, blaſphemum lapidari, & morte affici iubens; hic autē blaſphemus eſt in Deū, qoia eum miſer homuncio, qualem vides, ſit, Filiom ſe confinxit Altiſſimi. At feſellit proculdubio eos opinio, & aſtutia ſua. Nam ſi prius innocentia Chriſti à damnationis ſententia ferenda Pilatum retardabat, nunc diuinitatis origo aſſerta magis deterruit: vnde quod perpetrare antea timebat propter iniuſtitiam, nunc horrere incœpit propter impietatem. Cum enim Pi- *D. Cyr. lib. 12. in Ioan. c. 20.* latus (vt annotauit Diuus Cyrillus) plures falſos Deos coleret, timuit, ne ſi forte Chriſtus alicuius eorum Filius eſſet, Deorum iram contra ſe concitaret, & vindictam prouocaret. Vnde timens, vt aduertit D. Ioannes, ſtatim quæſiuit à Chriſto: *vnde es tu?* id eſt quæ eſt origo tua? quibus es progenitus parentibus? & vt ait idem *Ioan. 19.* Ioannes, exinde quærebat dimittere eum. At Iudæi cognita hac Pilati voluntate, nouam aliam adduxerunt accuſationem, quæ etiam Pilatum *ibidem.* tangebat: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris: omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari*. Quaſi dicerent, cum hoc ſit crimen Cæſareæ Maieſtatis læſæ, ſi illum dimittis, tu etiam reus efficeris apud Cæſarem, cum eum tuearis, qui Cæſari aduerſatur. Succubuit Pilatus huic obiectioni, & quem timor innocentiæ, & diuinitatis ab eius dānatione illuc vſque retraxerat, inanis mūdi timor impulit, vt magis eorum prauæ voluntati acquieſceret, quam Deum ſanctum reuereretur. Prius tamen, quam mortis ſententiam proferret, lauit manus ſuas, dicens: *Innocens ego* *Matth. 27.* *ſum à ſanguine iuſti huius*. In cuius cærimoniæ vſu tameſi multa ſit inter auctores controuerſia, Iudaica ne eſſet, vel gentilia, & an imitatus fuerit in ea Pilatus Romanos, vel Iudæos: mihi dubium non eſt, inter vtroſque hanc viguiſſe cærimoniam. Nam licet, vt auctor eſt D. Clemens *Clem. PP. lib. 2. conſt. Apoſt. c. 52.* Papa, loquens de iudicibus Romanis: *Qui ſententiam mortis in reū pronunciaturus erat, ſublatis manibus aduerſus ſolem, ſe innocētem ab illius ſanguine conteſtabatur*: fuiſſe tamen apud illos lotiones & luſtrationes ad proteſtandam ſuam innocentiā in damnatione mortis, tradit Dionyſius Halicarnaſſeus, cuius hæc ſunt verba: *Iuſſit Horatiū* *Dion. Halic. lib. 3.* *expiari ijs luſtrationibus, quas inuoluntariæ cædi præſcripſerunt*. Plutarchus etiam, refert Roma- *Plut. embl. 113.* nos, poſt qoamcumque etiam iuſtam ſentētiam, mortis iudices inquinatos cenſere, & purgationum piaculis indiguiſſe: ex quorum more Æneæ regreſſo, penateſqoe tangere recuſanti, hoc tri- *Virg. 2. Aeneid.* buit Virgilius:

> *Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq. penates:*
> *Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti*
> *Attrectare nefas, donec me flumine viuo*
> *Abluero.*

Tertullianus ait: *Aqua expiant paſsim, idque ſe* *Tertul. lib. de Bap. c. 5.* *in impunitatē periuriorum ſuorum agere præſumunt*. Et penes veteres quiſquis ſe homicidio infecerat, purgatoria aqua ſe expiabat. Triclinius So- *Tricl. in interp. Sophoc.* phoclis interpres: *Veteribus, inquit, mos erat in hominum cæde, aliſque mactationibus aqua abluere manus expiationis cauſa.*

Horapollo. Ægyptij etiam, vt refert Horapollo, ignē, & aquā pingunt, quod his elementis luſtratio fiat, atque expiatio; lotionem autem manuum cærimoniam etiam fuiſſe Iudaicam, in argumentum innocentiæ, colligo primo ex verbis Deuteronomij: nam loquens de cadauere, cuius cædis reus ignorabatur, ait: *Et venient omnes maiores* *Deut. 21.* *natu ciuitatis illius, & lauabunt manus ſuas ſuper vitulam, & dicent. Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc*. Dauid etiam haud obſcure id indicauit, dicēs: *Lauabo inter innocētes manus meas*. *Dauid 25.* More ergo, tam Gentili, quam Iudaico, Pilatus lauit manus. Fateor tamen Originem, & *Orig. tract. 35. in Matt. Theop. in Pſ. 25.* Theophylactum huic ſecundæ ſententiæ omnino adhærere. ſic enim Origenes: *Pilatus videns, quod nihil proficeret, Iudaico vſus eſt more, volens illos de Chriſti innocentia non ſolum verbo, ſed etiā ipſe facto placare, faciens non ſecundum aliquā conſuetudinem Romanorum*. Hæc ille. Eandem ſententiam his verbis ſequutus eſt Euthymius: *Eut. in eod. Pſ.* *Manus aqua purgauit, oſtendens, quod purus eſſet, & non particeps cædis: nam id Iudaici moris erat, hoc modo proteſtari eos, qui nollent alicui cædi communicare*. Ceterum quidquid ſit de more, quem in lotione Pilatus imitari ſatagebat, id certum eſt, lauiſſe manus in ſignum publicum innocentiæ IESV, & exonerationis propriæ conſcientiæ, & rejectionis culpæ in Iudæos. Exiſtimo autem huius proteſtationis figuram fuiſſe illam, quam ediderunt nautæ, cum Ionā figuram Chriſti Domini proiecturi eſſent in mare tempeſtatis ſe- *Ione 1.*

dandæ

dandæ gratia. Hanc hiſtoriam ita eleganter interpretatur Diuus Hieronymus, vt nihil ab explicatione eius demendum, vel ſubiungendum videatur. verba eius ſunt hæc: *Clamauerunt enim,* (inquit Scriptura) *ad Dominum, & dixerunt, ne des ſuper nos ſanguinem innocentem, ſiue vt Septuaginta interpretes habent, ſanguinem iuſtum, quia tu Domine, ſicut voluiſti, feciſti, & tulerunt Ionã, & miſerunt in mare. Cõteſtantur Dominũ, vt quodcumque facturi ſunt, non ſibi reputetur, & quodammodo dicunt. Nolumus interficere Prophetam tuum, ſed iram tuam, & ipſe confeſſus eſt, & tempeſtas loquitur, quia tu Domine, ſicut voluiſti, feciſti. Nonne vobis videtur nautarum vox Pilati eſſe confeſſio, qui lauat manus ſuas, & dicit, mundus ſum ego à ſanguine viri huius? Nolunt Chriſtum perire gentes, innocentem ſanguinem proteſtantur, & Iudæi dicunt, ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros: & ideo ſi leuauerint manus, non exaudientur, quia plenæ ſunt ſanguine.*

Hier. ſuper Matth. 27.

Conſcendens igitur Pilatus in locum eminentem, nomine Lithoſtratos, vnde iudices, vt ab hominibus viderẽtur, alta voce ſententiam pronunciabant, eratque locus ille ſedes pulchra nimis, duabus columnis innixa, è cuius dextera parte duo pendebant Romanorum vexilla, à ſiniſtra vero aquila quædam erat magnarum alarum, Cæſaream dignitatem præſeferens: ex hoc inquam loco pro tribunali ſedens, contra Chriſtum Dominum capitalem ſententiam promulgauit. Quæ autem fuerit damnationis formula, nec ſacra volumina tradunt, nec vna eſt omniũ auctorum ſententia. Nam D. Anſelmus lib. de paſſione, hanc aſſignat: *IESVM Nazarenum abiudico vitæ, & adiudico morti ignominioſæ Crucis.* S. Vincentius, hanc adducit: *IESVM ſeducentem populum, blaſphemantem Deum, dicentem, ſe Chriſtum Regem Iudæorum eſſe, Cruci affigendum condemno, & adiudico.* Lanſpergius aliam ſcribit: *IESVM Nazarenum, qui contra decretum Imperatoris, Filium Dei, & Regem ſe nominauit Iudæorũ, iuſſimus extra Ciuitatẽ duci, & Cruci affigi.* Guliel. Statione 6. Chriſti patientis hanc exhibet: *IESV Nazarene, gens tua te accuſauit, quod volueris vſurpare Regnum Iudæorum in iniuriam Imperatoris Romani, propter quod præcipio te flagellari primum, ſecundum Principum noſtrorum ſtatuta, deinde in Cruce leuari, & ibi mori.* Verum exiſtimo hos Doctores meditationis gratia, ſicut alia multa, has ſententiæ formulas excogitaſſe. Tres ergo reperio auctores, formulas tres huius damnationis referentes, quæ maiorem præſeferre videntur veritatis ſpeciem. Primam refert Euangelium Nicodemi (qualiſcumque fides ei ſit adhibenda) dicens: *Genus tuum comprobauit te Regem; propter quod ego Pilatus præcipio flagellari te, ſecundũ ſtatuta priorũ Principum, & in eo loco, vbi tentus es, crucifigi, & duos malignos tecũ, quorũ nomina ſunt Deſmas, & Geſtas.* Secundam Sempronienſis tradit in hæc verba: *Nos Pilatus, & Deorum immortalium voluntate, & Romanorum Principum, ac Senatus auctoritate, Præſes Iudæorum prouincia conſtitutus; cupientes prouinciam fidei noſtræ creditam vacare malis hominibus, quemadmodum & grauis Præſidis intereſt: omni vi, omnique induſtria Romano Imperio propagando, & paci perpetuæ ſeruandæ conſulere geſtimus. Verum quia in præſentiarum IESVM Nazarenum, hominẽ ſeditioſum, atque ſeductorem inuenimus, qui vſque adeo in ſua temeritate confiſus eſt, vt non ſit veritus contra fas, legeſque Imperiales Regnum ſibi aſciſcere Iudæorum, eundem tanquam hominem factioſum, & bonorum vitæ, ac pacis moribus inſidiantem vltimis ſupplicijs deputamus, ne vel ipſe audeat tale aliquid poſt hac, & cæteri ſint ad inuadenda Imperia tardiores. Sed quia turpiſſime degentes turpiſſimo ſunt afficiendi ſupplicio; nefarium hominem, quaſi latronem, & factioſorum principem, patibulo Crucis addicimus. Romanorum vero, atque Diui Cæſaris Imperium precamur maneat ſemper, & Deorũ immortalium pietate, & bonorum Principum æquitate ſeruatum.* Tertiam tandem alij aſſignant, quã ex annalibus antiquis Iudæorum capite 8. acceptam dicunt, & Hieroſolymis inuentam, quam Chriſtianus Adrienmius in deſcript. Hieruſ. 115. maxime approbat. tenor eius eſt: *Nos Põtius Pilatus, ſacri Romani Imperij Præſes, adiudicamus Chriſtum reum mortis, eo quod voluerit Regnum Iudæorum vſurpare, vt multiplicıter comprobatum eſt teſtimonio Pontificum maiorum Ciuitatis Hieruſalem; & quia contra decretum Principum feciſti, volẽs te facere Regem; propterea iudica te, & ſentio primo eleuari in Cruce, extra Ciuitatem Hieruſalem in loco, qui dicitur Golgatha, id eſt Caluariæ, donec complete morieris, per quam mortem reſpublica Iudæorum ſalua fiet. Similiter tecum pariter duos latrones crucifigi conuictos in ſceleribus ſuis, qui ſũt Diſmas, & Giſmas, à dextris, & ſiniſtris, tu vero tanquam Rex, in medio ipſorum in Cruce reſidens.* Lata eſt ſententia in Hieroſolymis, in loco *qui dicitur Lithoſtratos, Paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta.* Quamuis autem hæc, quæ nulla Eccleſiæ auctoritate conſtabilita ſunt, certam fidem non faciant, illud tametſi Diuus Chryſoſtomus refellat, omnino certum arbitror, Pilatum non ſolum permiſiſſe Chriſti damnationem, ſed formalem, vt ita loquar, mortis ſententiã contra Chriſtum Dominum tuliſſe. Verba Chryſoſtomi ſunt: *Quod Romanis ſubditi fuerint Iudæi, non pauca ſunt argumenta. Similiter manifeſtum, quod proprijs vſi ſunt legibus. Stephanum autem lapidarunt, nondum ad tribunal ductum, Iacobum fratrem Domini occiderunt; Chriſtum ipſum crucifixerunt, quamuis permittente Præſide, qui illarum accuſationem refutabat. Nam ea de cauſa & manus lauit, dicens: Innocens ſum à ſanguine iuſti huius: et quia valde vrgentes videbat, ipſe quidem ſententiam non tulit, ſed tradendo eum permiſit illos ſua vti tyrannide.* Sed bona venia ſancti Patris ac celeberrimi Eccleſiæ Doctoris dixerim, oppoſitum aperte colligi ex Euangelica lectione. Primum, quia *ſedit pro tribunali*, vt ait D. Ioannes: tribunal vero locus erat iudicijs ferendis deputatus: ad quid autem ſedit, niſi ad ferendam ſententiã, quam Iudæi maxime vrgebant, & ab ipſo extorquere moliebantur inſanis illis clamoribus.

Tolle

D. Anſel. de paſſ.

D. Vincent. Fer. de Paſſ.

Guliel. Stat. 6 Chriſti patientis.

Nicod. Euangelium vel à Salmeron tract. 32. de paſſ.

Sempronienſ. de recta Paſcha celebr. lib. 19. c. vlt.

Adric. in deſcript. Hieruſ. 115.

Ioan. 19.

Chryſ. in 1. Cor. ſer. vlt. de eleemoſ. Act. 7. & 12.

Matt. 27.

Ioan. 19.

Tolle tolle crucifige eum. Notanter etiam Euangeliſta dixit Pilatum ſediſſe, vt indicaret morem Romanorum Iudicum, cuius teſtes ſunt Gellius, Plinius, & Vlpianus, & alij, adeo vt in iure dicatur, ſentẽtiã a iudice ſtando, nõ ſedẽdo ꝓlatã nullius momenti eſſe. Quod ea propter ſtatutum arbitror, vt externa corporis quies, atq; tranquillitas pacatum, ac ſerenum iudicis animum pręſeferret, pariterque indicaret, quod non maleuolo, aut pręcipiti conſilio ad ferendam ſentẽtiam duceretur. Secundo id conſtat ex illis verbis: *Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur.* Hæc enim non ſolum permiſſionem, ſed poſitiuam ſententiam, & iudicium redolent. Vnde D. Lucas id explicatius referẽs dixit: *Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.* Tulit ergo iudicium, & ſententiam. Tertio, quia Iudæi dixerant: *Nobis non licet interficere quenquam*, quod veriſſimũ erat abſque ſentẽtia iudicis, vt erudite oſtendit Cardinalis Toletus. Cum ergo interfecerint, præceſſit abſque dubio interfectionis ſententia. Vnde D. Cyrillus ait: *Ille* (ſcilicet Pilatus) *dixit in eum ſententiã, & iuſſit eum crucifigi.* Et S. Cypr. innuit ſententiam mortis in Chriſtum fuiſſe dictatam: *Volebat* (inquit) *pius magiſter eum iam damnationis ſuæ dictaretur ſententia, & prope eſſet, vt figeretur in Cruce.* Et Addo de S. Sauin. *Præfectus* (inquit) *dictauit ſententiam.* Apud Romanos etiã, vt auctor eſt D. Auguſt. præco non aliam ſententiã alta voce promulgabat, quam Iudex pronunciauerat. Sic enim ait: *Verba Iudicis præco pronunciat, non ſcribitur in geſtis; ille præco dixit, ſed ille Iudex.* Quo autem idiomate ſententia hæc Pilati ab eo pronunciata fuerit, non omnes inter ſe cõſentiunt; quidam enim aſſerunt, ſicut Crucis titulum Hebraice, Græce, & Latine ſcriptum, ita & ſentẽtiam latam fuiſſe: alij, quia Pilatus Hebręorum genti præerat, arbitrantur Hebræo idiomate vſum: alij tandem, quorum ſentẽtiæ ſubſcribo, Latino tantum idiomate illam protuliſſe autumant. Romani enim toti orbi dominantes, vbique tamen Latino tantum ſermone ad maiorem pompam, ac Latini nominis maieſtatem conſeruandam vtebantur; ſicuti aperte teſtatur Valerius Maximus, dicẽs: *Magiſtratus vero priſci, quãtopere ſuam, populique Romani maieſtatem retinentes, ſe geſſerint, hinc cognoſci poteſt, quod inter cetera obtinendæ grauitatis indicia, illud quoque magna cum perſeuerantia cuſtodiebant, ne Græcis vnquam niſi Latine reſpõſo darent. Quin etiam ipſa linguæ volubilitate, qua plurimũ valent, excuſſo, per interpretem loqui cogebantur, non in Vrbe tantum noſtra, ſed etiam in Græcia, & Aſia, quo ſcilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur.* Quin etiam, refert Suetonius in Tiberio, quod quamuis ſermone Græco optime excultus eſſet, ipſe tamẽ adeo Græco ſermone præcipue in ſenatu abſtinuit, vt cũ quadã vice monopoliõ nominare vocũ inopia cõpelleretur, veniã poſtularet. Idẽ ibidẽ teſtatur, eundẽ Tiberium, cum in quodã decreto Patrũ legeretur, emblema, præcepiſſe eã mutari vocẽ, & aliã patriã, & Latinã vocẽ innouandã; ſin minus, eius vocis vim verborũ circuitione exprimendã. Cum igitur tanti fieret à Romanis Latina locutio, credi vix poteſt Pilatus in actu iudiciali, in quo pro tribunali ſedebat, alio quam Latino ſermone eſſe locutus.

Gell. li. 7. c. 1. Plin. ep. li. 9. ep. vlt. Vlp. l. vlt. ff. quis ordo in poſſeſſ.
Ioan. 19.
Luc. 23.
Car. Tol. c. 18. in Ioan. annot. 21.
D. Cyrillus catech. 13.
S. Cypr. de cæn. Dom.
Marcus Velſerus notauit ad vitã S. Afra.
D. Auguſt. 3. de Trin.
Val. Max. lib. 2. c. 2.
Sueton. in Tiberio.

Sed iã iniuſtitiæ, & iniquitatis huius ſentẽtiæ præcipua capita indicemus. Primũ, qa ex publica fama integritas vitæ Chriſti cõſtabat, dicẽte D. Matth. Exijt fama hæc per vniuerſam terram illã: *Propheta magnus ſurrexit in nobis. Hic eſt vere Propheta qui venturus eſt in mundum: Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent*: ipſi etiã Hebræi ſæpe eius ſanctitatem atteſtati ſunt: *Scimus quia a Deo veniſti. Hic ſi peccator eſſet, non poſſet aperire oculos cæci nati:* Vxor Pilati: *Nihil tibi, & iuſto illi:* Alij, *bene omnia fecit.* Ipſa etiã dæmonia e corporibus virtute eius expulſa audierãt dicentia: *Quid nobis, & tibi Ieſu Fili Dei?* Et alibi, *vt quid veniſti perdere nos?* Ac tandẽ Pilatus ipſe Chriſti innocentiã ingenue confeſſus, dixit: *Ego in eo nullam inuenio cauſam. Quid mali fecit? Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius.* Et ſcribens ad Tiberiũ teſte Tertulliano Apologetico aduerſus gentes, c. 21. ſanctitatis eius multis teſtimonium præbet, quorum tenorem refert Sixtus Senen. lib. 2. bibliothecæ ſãctę. inter alia vero hęc ſcribit: Principes vero ſacerdotũ ęmulatione, & liuorę inſtructi, aduerſabantur illi, captumq. illum mihi tradiderunt, ementitis ſceleribus eum reum facientes, magum appellabãt, atque legis deſertorem, & contradictorem. Quibus perſuaſionibus ſeductus ipſe, fidẽ querelis eorum adhibui, flagellatumq. ipſis tradidi, vt pro arbitrio in eum animaduerterent. Proditor item Iudas paulo ante ſuſpendium clamauit: *Peccaui tradens ſanguinem iuſti.* Hæc omnia commemorata verba ſunt hoſtium Chriſti, vt impleretur illud: *Et inimici noſtri sũt iudices.* Secũdo nõ ſolũ Chriſtus Dñs innocẽs erat de facto, vt loquũtur iuriſperiti, q. a ſecundum rei veritatẽ crimẽ nullũ cõmiſerat, immo nec cõmittere poterat, ſed etiã erat innocẽs de iure, quatenus crimina obiecta iuridice ꝓbari minime potuerunt. Tertio, qa ijdẽ accuſatorũ pariter, & teſtiũ munere cõtra omne ius vſi ſunt, ipſiq. vltro, & nõ vocati ad teſtificãdũ acceſſere, cõtra leg. vnius. ff. de quęſt. vbi dicitur: *Teſti vltro accedẽti nõ eſt credendũ.* Quarto q. a nullus iudex in quẽcunq. ſententiã pronũciare poteſt, niſi aut ſpõte cõfeſſus, aut per teſtes fide dignos, omniq. exceptione maiores accuſatus, aut per facti euidentiam fuerit conuictus. At Chriſtus Dominus nec ſcelus aliquod confeſſus, nec per teſtes fide dignos, ſed per infames, & capitales eius hoſtes in iudiciũ ductus, nec tandẽ de aliquo malo opere conuictus vnquam fuit. Quinto, quia iudex ſi iuſtitiæ tramites non tranſiliat, debet teſtes, ſi propter antiquas inimicitias contra reum deponant, ipſo iure præcipiente repellere, vt cauetur c. teſtes, q. 3. Conſtabat autem Pilato, Iudæos eſſe Chriſti hoſtes capitales, Diuo Matthæo atteſtante: *Sciebat, quod per inuidiam tradidiſſent eum.* Sexto fuit ſententia iniqua ex defectu iuriſdictionis, quia cum Chriſtus Dominus eſſet Summus Pontifex Eccleſiæ, nullius iudicio ſubiacere po-

Malon. de humerorum plagis c. 10.
Ioan. 9.
Matth. 27.
Marc. 7.
Luc. 8.
idem 4.
Matth. 27.
Tertul. apol. aduerſ. gentes c. 21.
Sixt. Sen. li. 2. biblio. ſãct.
Orat. 32.
Lex vnius. ff. de quæſt.
c. teſtes q. 3.
Matth. 27.

re poterat etiam in quantum homo, & maxime iudicis ſæcularis, qualis erat Pilatus, vnde potestas, quam habuit in Chriſtum, fuit poteſtas tenebrarum, permiſſa tantum deſuper, vt alibi latius diſcuſſimus. Nec excuſari vlla ratione poteſt, ſi quis dicat Iudicem debere ferre ſententiam iuxta allegata, & probata, vt habetur capit. Si ſacerdos. de officio Iudicis ordinarij. Nam, vt Angelicus Doctor ait: *Iudex ſi ſcit aliquem innocentem eſſe, qui falſis teſtibus conuincitur, debet diligentius examinare teſtes, vt inueniat occaſionē liberandi innoxiū, vt Daniel fecit. Si autem hoc non poteſt, debet eum ſuperiori relinquere iudicandum: ſi autem hoc non poteſt, non peccat ſecundum allegata ſententiam ferens, quia ipſe non occidit, ſed illi, qui eum aſſerunt nocentem.* Pilatus vero aliter fecit, cum nec teſtes diligenter examinarit, vt Daniel fecit, nec cauſam ad ſuperiorem ſuum remiſerit, hoc eſt ad Imperatorem, nec tandem iudicauerit ſecundum allegata, & probata, ſed ſecundum allegata tantum. Nam, vt ait D. Marcus, non erant conuenientia teſtimonia eorum, vnde nihil idonee, & iuridice contra Chriſtum Dominum probare potuerunt irrefragabili ſemper manente teſtimonio eius: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* id eſt quis me conuincet peccati reum? Vnde recte D. Ambroſius loquens de Pilato ait: *Manus lauit, ſed cor ſuum lauare non potuit, manſit ſcelere pollutus, quamuis manus ſuas aquæ infuſione lauiſſet.* Licet etiam Iudæi, vel ipſe iudex æquiſſimam tuliſſent ſententiā de Chriſto crucifigendo (quę proculdubio fuit iniquiſſima, omnibuſq. legibus aduerſa) executionem tamen ſententiæ ad decē ſaltem dies dilatam oportuit. Recens enim erat ſenatuſconſultum Tiberianum à Tiberio Imperatore editum, quo mandabatur, vt ſupplicia damnatorum in decimum diem differrentur, vt teſtatur Suetonius. Quo ſenatuſconſulto omnem Iudęorum furorem Pilatus coercere poterat. De eodem edicto Tacitus: *Factum Senatuſconſultum, ne decreta Patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur, idque vitæ ſpatium damnatis prorogaretur.* Quare Sidonius, vel lapſus eſt memoria, vel codex corruptus eſt, qui nominat triginta dies: *Nunc (inquit) ex vetere S.C. Tiberiano triginta vitam poſt ſententiam trahit.*

Huius iniquę ſententiæ Pilati aduerſum Chriſtum Dominum egregiam reperio figuram, eam ſcilicet ſententiam, quæ inſtante Iezabel contra innocentem Naboth prolata fuit. cupiębat Rex Achab annectere horto ſuo pulchram Naboth vineam illi vicinam: illo tamen venditionem eius à Rege ſæpe rogato renuente: Iezabel Regis vxor aduerſus eum ira percita, duos falſos induxit teſtes, qui illum contra Deum, & Regem blaſphemum, atque adeo in diuinæ, & humanæ læſæ maieſtatis crimen prolapſum fuiſſe conteſtarentur, qui cum ad iudicem deferretur, mortis ſupplicio eum damnauit, & populus, vt Regi congratularetur, ſaxis illum cooperiēs occidit. Ecce imaginem ad viuum iniquam Pilati ſententiam exprimentē. Naboth, qui interpretatur *homo fructificans*, Chriſtū Dominum adumbrat, *qui exijt ſeminare ſemen ſuum*, & qui diſcipulis dixit: *elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis.* vnde D. Paulus de illo ait: *Qui dedit velle:* ecce ſemen: *dabit, & perficere:* ecce fructum. Vinea Naboth Chriſti Eccleſiā nobis ob oculos ponit, quę *extendit palmites ſuos vſq. ad mare*, & de qua Dñs per Hierem. prædixerat: *Ego te plātaui vineā electā, & quid vltra potui facere vineæ meæ?* Achab, vt docet Arias Mont. patrē fratris mei ſignificans dęmonē optime deſignat, patrē Iudęi, qui Chriſti ſecūdū carnē frater erat. vnde ipſe eos increpās dixit: *vos ex patre Diabolo eſtis, & opera patris veſtri vultis perficere. Ille homicida fuit à principio.* Iezabel, quæ *inſula ſtercoraria*, interpretatur, apte ſatis Iudęorum ſynagogam bonorum temporalium ſtercore ſe volutantē repræſentat. Dęmon igitur tyrannice prædominari volens, ſibiq. vſurpare dilectā Chriſti Eccleſiæ vineam, certe cum id obtinere non poſſet, falſos contra Chriſtū adhibuit teſtes, crimen diuinæ, & humanæ maieſtatis læſæ illi imponens, quod ſcilicet Filium Dei ſe cōfinxerat, & Cæſari tributa pendere prohibuerat: quibus auditis impia ſynagoga mortem eius importune expoſtulante, infami Crucis ſupplicio iniquus iudex Pilatus plectendum duxit. Tamē ſicut inuerecunda Iezabel debitas tāti ſceleris pœnas perſoluit, rabidis canibus in carnes eius irruentibus, qui nō ſolū lacerarunt, ſed partim deuorarunt; ita diuino conſilio factū eſt, vt Titus, & Veſpaſianus, velut immaniſſimi canes in Iudaicam gentem inuadentes, non ſolū lacerarent, ſed diſcerperent, & quaſi penitus extinguerent. Ceterum illud nobis excutiendum eſt, vtpote quod non modicam pariat admirationem, qua ratione ſi Pilati ſententia iniuſta, atque iniqua adeo fuit, æternus Pater illam confirmauit, & diræ mortis ſupplicio innocenti Filio configendo non inuitus conſenſit: ſicut enim de Pilato ait D. Ioannes: *tradidit illum, vt crucifigeretur;* ita D. Paulus de æterno Patre inquit, *qui proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* ait licet vterque tradiderit, aliter tamen Pater, quam Pilatus; hic velut iniquum, & iniuſtum acclamatum; Pater vero tanquā iuſtum, & ſanctū, iuxta illud Sap: *Cū ſis iuſtus, iuſte omnia diſponis: eum quoque, qui non debet puniri, condemnas, & exterum æſtimas à tua virtute.* Cuius loci difficultatē, ex quo velut ex cruce multorū ingenia pependerunt, D. Gregorius Papa de Chriſto Domino illū intelligens penitus euacuauit, in hæc verba loquens: *Penſandum eſt, quomodo iuſtus ſit, & omnia iuſte diſponat, ſi eum, qui non debet puniri, cōdemnet. Mediator ſiquidem noſter puniri pro ſemetipſo non debuit, quia nullum culpæ contagium perpetrauit. ſed ſi ipſe indebitam mortem non ſuſciperet, nunquam nos à debita morte liberaret. Pater ergo cum iuſtus ſit, iuſtū puniens omnia iuſte diſponit, quia per hoc cuncta iuſtificat, quod eū, qui ſine peccato eſt, pro peccatoribus damnat, vt eo electa omnia ad culmen iuſtitiæ ſurgerent, quo is, qui eſt ſuper omnia, damna iniuſtitiæ noſtræ ſuſtineret.*

Marginal notes:
- lib. d. ſacra libertate in vnda.
- cap. Si ſacerdos de off. Iud. ord.
- D. Thom. 2. 2. q. 64. ar. 9. ſolutione ad 3.
- Daniel. 13.
- Marci. 14.
- Ambroſ. ſermone 91. in Pſal. 118.
- Suet. in Tyberio idem Dio in Tyb.
- Tacitus 3. Annalium
- Sidon. lib. 1. Epiſtolarum
- 3 reg. 21.
- Matth. 13.
- Ioan. 15.
- Ad Philip. 2.
- Arias Montanus in Apparatu.
- Ioan. 8.
- Ioan. 19.
- Sap. 12. ſecund. verſionem D. Hieronymi vt habetur in Biblijs Reg. ſic etiam legit D. Greg. infra citatus.
- Greg. in lib. 3. Iob c. 1. & 2. etiam ſuo ſecundo.

Homil.

Homil. Decimanona.

De graui, ac moleſta Crucis baiulatione ſuper humerum, qua onuſtus Chriſtus Dominus perrexit ad Montem Caluarium, vbi etiam de materia, ac magnitudine Dominica Crucis multiplici eruditione diſſeritur.

PRIVS quam de crucis baiulatione ad locum ſupplicij ſermonem inſtituam, operæpretium duxi, ex quo ligni genere Dominica Crux confecta fuerit, diligenter examinare; inde enim, quam Chriſto moleſta, ac difficilis fuerit, facile deprehendetur. Scio Nicolaum de Lyra ex hiſt. Scholaſt. & ex antiquiſſimis Hebræis tradere quædam, quibus minime gentium aſſentiar, ſic enim ait: *Dicitur in hiſtoria, quod Regina Saba vidit in domo ſaltus Libani Salomonis quoddam lignum, de quo vidit in ſpiritu, quod in illo pateretur ille, propter quem deficeret regnum Iſrael. Quod cum ſignificaſſet Salomoni, ipſe volens ſeruare durabilitatem regni, fecit poni illud lignum in profundo terræ iuxta templum, vbi poſtea in ſuperficie terræ facta eſt illa piſcina: & ideo poſtea ibi illud lignum apparuit modo prædicto. In quadam vero hiſtoria Sanctæ Crucis dicitur, quod Seth filius Adæ ex præcepto Patris iuit ad paradiſum voluptatis, vnde eiectus fuerat, & petijt ab Angelo cuſtodiente locum illum de oleo miſericordiæ, qui acceptis tribus granis arboris ligni vetiti, dedit ea Seth: & ipſe plantauit ſuper ſepulchrum patris ſui Adæ, & inde ortæ ſunt tres virgulæ, quæ poſtea in vnam arborem ſunt coniunctæ. Poſtea tempore Salomonis illa arbor fuit ſecta, quia videbatur ædificationi templi neceſſaria, veruntamen quando applicabatur ad opus, ſemper erat nimis curta, vel nimis longa, & ideo tanquam inutilis ad hoc dimiſſa fuit iuxta templum in atrio quodam. Homines autem venientes ad templum, illi ligno cœperunt facere quandam reuerentiam inſtinctu diuino, de quo dolentes ſacerdotes, fecerunt illud proijci intra piſcinam, quæ erat prope templum, quod deſcendens ad fundum, ibi diu latuit: poſtea vero imminente paſſione apparuit modo prædicto.* Hæc ille. Godefredus Viterbienſis in ſua Chronica de filio quodam Noe, cui nomen Hionto, hæc quæ ſequuntur ſcribit: *In Paradiſum intromiſſus, ſurculos palmæ, abietis, & cupreſſi decerpſit, varijſque in locis plantauit: ex quibus mirabili modo in vnum concretis extiterit arbor trium illarum naturam referens, ex que poſtea Crux Domini ſit compacta.* Quædam alia his ſimilia reperit Iacobus Gretſerus in codice bibliothecæ Auguſtinianæ, vbi habetur, Abrahamum tres ſurculos, nempe pinus, cupreſſi, & cedri panxiſſe; eoſq. poſtea vnam in arborem coaluiſſe, diſtinctis tamen radicibus, & verticibus; hanc vna cum alijs ad fabricam templi à Salomone ſucciſam, nullique loco aut aptam fuiſſe, aut aptari potuiſſe, eaque de cauſa à Salomone deſtinatam, vt neſcio in qua templi parte ſedilis vice fungeretur: eo adductam Sibyllam, conſidere noluiſſe, ſed Spiritu Dei plenam prædixiſſe, quis in eo ligno venientibus ſæculis mortem appetiturus eſſet. Salomonem hoc oraculo permotum lignum ad Orientem ſolem rectum deſtituiſſe, & triginta argenteis crucibus cinxiſſe, idque eo loco vſque ad tempus paſſionis Domini permanſiſſe. Verum quia hæc omnia fabularum figmenta redolent, ſolidiſque teſtimonijs deſtituta ſunt, iam ea, quæ maiorem probabilitatis ſpeciem præſeferre videntur, ſubijciamus. Quidam putant, quod cum Chriſti Crux victoriæ illius trophæum extiterit, ex eiſdem lignis confectam, quibus Hieroſolymam ingrediens quaſi poſt victoriam reuerſus triumphauit; hæc autem palmas fuiſſe, & oliuas, vſus Eccleſiæ comprobat, in Dominica Palmarum illa ſolum arborum genera benedicens. Alij opinati ſunt, Crucem Chriſti ex taxo fabricatã fuiſſe, Hieremiæ verbis innitentes: *Mittamus lignum in panem eius.* nomine enim ligni taxum, quæ arbor eſt venenoſa, intelligi debere, auctor eſt Lyra in eundem locum. Per panem vero Gloſſam, & Patres, corpus Chriſti ſignificare velle ſatis exploratum eſt; vnde perinde aiunt fuiſſe dicere, mittamus lignum in panẽ eius, ac ſi dixiſſet, affigamus corpus eius, quod ipſe panem vocitat, venenoſo, & execrando taxi ligno. Alij tandem in ea fuerunt ſentẽtia, vt putarẽt materiam Dominicæ Crucis fuiſſe fraxinum, de qua Virgilius Eclog. 7. *Fraxinus in ſiluis pulcherrima.* Quod ſi hæc ſententia, quam tamen nulla ratione video fulciri, vera eſſet, præclaram ſane myſticam intelligentiam ſuſtineret: fraxinus enim arbor eſt procera, & ad fabricandas haſtas optima. vnde Iſidorus ait Achillis haſtam ex ea confectam fuiſſe. Hæc etiam arbor adeo ſerpentibus eſt ingrata, vt facilius in ignem ſe immittant, quam inter eius folia ſe inuoluant, vt auctor eſt Plinius lib. 19. cap. 14. vnde non ſolum illam, ſed & vmbram eius adeo execrantur, vt nulla ratione eam attingãt. Eſt etiam hæc arbor varijs infirmitatibus vtilis valde, & humanæ naturæ mirum in modum benigna; nã priuſquam ſerpẽtes prodeant flores emittit, folia vero eius non decidunt quoſque ſerpentes aufugerint. Perſimilis ſane videtur huic arbori Crux Dominica. Hac enim tanquam haſta vſus eſt Chriſtus ad dæmones ſuperandos, ipſiſque adeo ſemper infeſta, atque inuiſa extitit, vt non tam moleſtum inferni ignẽ, quã eius vmbrã, folia, aut fructus, ſuſtinere ſibi videãtur. Chriſti etiam Crucem naturæ humanæ vtilem valde ac benignam fuiſſe, cum præcipuum humanæ reparationis Chriſto inſtrumentum fuerit, nullus Catholicus ambiget. Bel-

Petrus Com. in hiſt. ſcholaſtica.

Nicol. de Lyra ſup. c. 5. Ioannis, & Cart. ibid.

God. Viterb. Chron. p. 14.

Gretſer. de Cruce to. 1. lib. 1. c. 6.

Hierem. 11.

Plin. lib. 19. c. 14.

Bellon lib. 3 obſeruation. cap. 86.

lonius autem, qui Terram ſanctam, totumque Orientē peragrauit, de Palæſtinæ arboribus ver ba faciens ait: Fructiferæ iſtic arbores proueniunt, ficus, oleæ, Punica malus, zizipha, prunos. Cum vero lignarij mercatores in vrbibus varia lignorum genera aſſeruare ſoleant in ſuis ædibus, & fabrorum tabernis, vix ſuſpicari licet, ex altero, quam ſupra memoratarum arborum ligno, Crucem fabricatam fuiſſe. Anaſtaſius vero

Anaſ. Sinai. lib. 5.

Sinaita Chriſtum ait recubuiſſe, & obdormiſſe in ligno Crucis ex tribus arboribus confectæ, quibus intelligit cypreſſum, pinum, & cedrum: quod & Ioannes Cantacuzenus Imperator Conſtantinopolitanus in ſuis aſſertionibus contra Mahometanos tradidit. Eidem ſententiæ adſtipulantur Diuus Chryſoſtomus orat. de venerat. Crucis, Alexander Monachus, & Beda in collectaneis, vbi ait: *Crux Domini de quatuor lignis facta eſt, quæ vocantur cypreſſus, cedrus pinus, & buxus; ſed buxus non fuit in Cruce, niſi tabula de illo ligno ſuper frontem Chriſti, in qua conſcripſerunt Iudæi titulum: cypreſſus fuit in terra vſque ad tabulam, cedrus in tranſuerſum, pinus ſurſum.* Eandam ſententiam amplectitur D. Bernardus de Paſſione, dum verſans verba illa: *Aſcen[dam] in palmam, & apprehendam fructus eius. Quid eſt* (inquit) *in palmam? In crucem, cuius vna pars de arbore palma dicitur facta fuiſſe: de quatuor enim generibus arborum facta fuiſſe refertur, de cypreſſo, de cedra, de oliua, & de palmis. Cypreſſus in profunda, cedrus in longo, oliua in alto, palma in lato. Vnde dicit Apoſtolus; vt poſſimus comprehendere cū omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo lōgitudo, ſublimitas, & profundum. Profundum vero in cruce vocatur illud lignum, quod infixum erat terræ, in qua ſtabat lignum erectum, & cui dorſum crucifixi Domini applicandum fuerat, quod eſt crucis longitudo Lignum vero ex tranſuerſo illo appoſitum cui manus erant affixa latitudo crucis nominatur. Illud autem, quod a Pilato fuit poſitum, in quo titulus triumphalis fuit ſcriptus, altitudo nuncupatur.* Hæc ille. Quæ omnia nō parum videntur illuſtrari, & confirmari ex Iſaia, ſecundum editionem 70. Interpretum: *In cupreſſe, pinu, & cedro ſimul locum ſanctum celebrat.* Quem locum in huius rei probationem adducit D. Chryſoſtomus ſupra relatus. Sed & verba noſtræ vulgatę editionis non parum eidem ſententiæ fauere videntur: *Gloria Libani ad te veniet, abies etiam, buxus, & pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.* Hunc locum intelligunt nonnulli Crucem Chriſti, cui affixi fuerunt pedes eius, quam adeo ſua paſſione glorificauit, vt Apoſtolus dicat: *Abſit mihi gloriari niſi in cruce Domini Noſtri Ieſu Chriſti.* Hunc ergo locum, id eſt crucem, ait Iſaias ornandum eſſe abiete, buxo, & pinu, quia his arboribus conſtare debebat: ſed non eſt germana interpretatio, quia per locum illum ſancti Patres, vt tradunt Aimon, gloſſa, & Lyra, ſanctam Eccleſiam intelligūt, ad eum modum, quo dicitur: *Cælum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedum meorum.* Per varietatem autem illarum arborum diuerſitatem gentium, aut ordinum Eccleſiæ ſignificari aiunt, ex quibus ipſa conſtruitur Eccleſia, miro decore diſtincta. Tandem eidem ſententiæ ſuffragatur gloſſa in Clementina prima de Trinitate, vbi hoc carmine ſuam, & aliorum de materia Crucis ſententiam ſignificat.

Io. Cantac. in aſſertion. contra Mahometanos.

Chryſ. orat. de venerat. crucis to. 2. Beda in collectaneis.

D. Bernard. de paſſ. Do. cap. 46. Cant. 7.

Eph. 3.

Iſai. c. 60.

Gal. 6.

Aimo. sup. cap. 60 Iſa. Gloſſ ordin. & Lyra ſuper eadem c.

Gloſſ. in Clement. 1. de ſum. trinit.

Ligna Crucis palma, cedrus, cupreſſus, oliua.

Ponit vero cedrum in ſtipite, palmam in palo per longum, cupreſſum in ligno ex tranſuerſo, oliuam in tabula ſuper crucem; eademque de numero lignorum tradit Vincentius in ſuo Speculo hiſtoriali, & Innocentius ſermone de vno Martyre, dum ait: *Fuerunt in Cruce Dominica ligna quatuor, ſtipes erectus, & lignum tranſuerſum, truncus ſuppoſitus, & titulus ſuperpoſitus.* Quod ſi hæc tantorum Doctorum ſententia de diuerſitate arborum, ex quibus compactam aiunt Crucem Dominicam, vera eſt, arbitror ſub illis ſpecialia deliteſcere ſacramenta. Palma enim apud omnes nationes victoriam exprimit, quam per Crucem habemus: *Qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum.* Cypreſſus honorifici ſepulchri ſymbolum eſt, propter ſuam incorruptibilitatem, & gratum odorem. tale fuit ſepulchrum Chriſti, dicente Iſaia: *& erit ſepulchrum eius glorioſum.* Cedrus fugandi, immo & occidendi venenoſos angues innatam vim habet, quam etiam Apoſtolus agnouit in Chriſto Cruci affixo, dū ait, *quod de peccato damnauit peccatum.* Oliua denique pacis argumentum ſemper fuit, quam etiam ex ligno Crucis impartitus eſt Dominus, vt ait Paulus: *Pacificans per ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.* D. Bernard. lib. ſuo de paſſ. aliā harū arborum myſticā, ac melliſluā intelligentiā his verbis tradit. *Habent autem horum lignorum ſingula ſuas myſticas ſignificationes ſecundum naturas ſuas. Cypreſſus enim timorem, ſiue humilitatem ſignificat, vbi eſt radix Crucis, per quam non ſolum ſitus humilis, ſed natura eius exprimitur. quia. vt dicitur, fugat odore ſerpentes: id eſt diabolos, quorum proprius character ſuperbia ab humilitatis virtute fugatur. Cedrus arbor longitudine præſtans alijs arboribus, longitudinem Crucis, id eſt perſeuerantiam ſignificans, ſiue ſapientiam. Naturali enim ſua virtute approbatur, quia eſt valde durabilis, & corumpi ex natura non poteſt. Oliua vera arbor oleum effundens, per quam miſericordiæ opera ſignificantur, charitatem ſignificat: quæ arbor bene latitudinem habet Crucis: quia lata eſt charitas, quæ etiam ad inimicos extendi præcipitur. Palma porro arbor victoriam ſignificans, altitudinem Crucis optime refert, ſpem de ſupernis habendam, non ad infima deprimendam. Hæc arbor habet in ſe titulum triumphalem ſcriptum, in quo inuenitur fructus Crucis. Prima enim dictio eſt Ieſus, per quam intelligitur Saluatio, quæ idem eſt quod redemptio. Ecce fructus Crucis. Propterea enim Chriſtus crucifixus eſt, vt redimeret hominem.* hactenus Bernardus.

Vincent. lib. 7. specul. hiſtor. cap. 40. Innoc. ser. 1. de vno Mart.

1. Cor. 15.

Iſai. 11.

Ad Rom. 8.

Ad Coloſ. 1. D. Bernard. lib. de Paſſ. Dom. cap. 46.

Fateor tamen mihi non omnino probari hanc ſententiam, tum quod non facile mihi perſuadeam, inimicos Chriſti diligentes fuiſſe in exquirendis lignis alioquin pretioſis ad compingendam Chriſti Crucem, quam tanquam in-

tamem

Digitized by Google

famem, & maledictam execrabantur. Vnde D. Gregorius Nyſſenus, oratione de Baptiſmo, ait: *Lignum Crucis omnibus hominibus ſalutare eſt; licet ſit pars, vt audio, arboris vilis, contemptorijque, quam aliæ multæ ſint*. Tum quia ſi his compacta fuerat Dominica crux, certe cum ab Helena Imperatoris Conſtantini matre tres cruces repertæ fuere, facile fuiſſet diſcernere, quænam illarum Chriſti eſſet, quod tamen non niſi diuina virtute innotuit, vt tradunt Rufinus, & Soazomenus, & communis Patrum ſententia. Dicere autem cruces etiam latronum eadem arborum diuerſitate, & decore diſtinctas eſſe, & ideo non facile a Chriſti cruce diſcerni potuiſſe, nullus ſanæ mentis credibile iudicabit. Ac tandem, quia ex dictis Patrum, quæ myſtice ipſi acceperunt, nihil certum de materia crucis deprehendi poteſt: alias ex eo, quod Sponſus loquens de cruce: *Aſcendam* (ait) *in Palmam*, & quia D. Ambroſius vocat illã nucem, cuius teſta durior, & fructus tenerior. D. Auguſtinus ſycomorum, ad quam aſcẽdit Zacheus, liceret certo ſtatui, ex materia harum arborum confectam fuiſſe Dominicam crucem.

D. Gre. Nyſ. orat. de bapt. — Rufin lib. 9. cap. 7. & 8. Sozom. lib. 2. cap. 1. — Cant. 7. D. Ambroſ. li. de Ioseph. cap. 9. & 10. D. Auguſt. ſermon. 8. de verb. Apoſt.

In re igitur ambigua, valde, & incerta id ſane conſultius eligendum arbitror, quod cum ſacra Scriptura, & ratione magis conſentit, quantumuis ſcriptores multi refragentur. Hoc autem eſſe reor, quercum crucis Dominicæ materiam fuiſſe, vt olim Falconia femina clariſſima cecinit his verſibus.

Falconia in Virg. cento.

Tollitur in cælum clamor, cunctiq. repente
Corripuere ſacram effigiem, manibusq. cruentis
Ingentem quercum decisis vndique ramis
Conſtituunt.

Idemque plane prædixiſſe videtur Iſaias, dum ait: *Longe faciet Dominus homines, & multiplicabitur, quæ derelicta fuerat in medio terræ, & adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in oſtenſionẽ ſicut terebinthus, & quercus, quæ expandit ramos ſuos: ſemen ſanctum erit, quod ſteterit in ea.* Quibus verbis Iſaias prædicit, partẽ populi Iudaici indurandam, partem vero diuino lumine illuſtrandam; vaſtandos item Iudæos a Romanis, atq. decimandos, reliquias vero ſeruandas per crucem quernam, ex qua ſemen benedictum, hoc eſt Chriſtus Dominus, pependit. Quercum deinde figurã crucis extitiſſe ex verbis 2. Reg. 18. haud difficile erit deprehendere: *Adhæſit* (ait) *ſcriptura caput eius quercui, & illo ſuſpenſo inter cælum, & terrã, mulus, cui inſederat, pertranſiuit. Vidit autem hoc quispiam, & nunciauit Ioab. vidi Abſalom pendere de quercu. Tulit ergo Ioab tres lanceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalom, cumq. adhuc palpitaret, hærens in quercu.* Quercus hæc crucis imaginẽ geſſit, ſicut & Abſalom in illa pendens Chriſtũ figurauit, in hoc diſſimilis, quod ille pependit Patri honorẽ erepturus, hic Patri redditurus, perſonã noſtram ſuſtinens, qui inſtar Abſalonis cõtra Regem Regum, Patrem noſtrũ rebelles inſurreximus, vt recte obſeruauit D. Greg. Nyſſ. qui elucidãs inſcriptionẽ Pſalmi tertij, quę eſt huiuſmodi *Pſalmus Dauid cũ fugeret a facie Abſalom filij ſui, ait Abſalonẽ, hoc eſt malitiam, quando contra nos inſurgit, opprimi poſſe tribus telis, ſeu lanceis auxilio ligni illius, in quo pependit noſtra ſalus.* & ſubdit D. Gregorius: *Perſpicuum vere tibi eſt illud per hiſtoriam oſtentum ænigma, quale ſit lignum illud, cui affixa eſt malitiæ coma, quam Apoſtolus chirographum peccatorum vocat, proinde ait: & ipſum tulit de medio, affigẽs illud cruci, hoc eſt ligno.* hactenus ille. Quercus igitur illa, in qua malitia Abſalonis pependit, figura fuit noſtræ crucis, in qua pependit ille, qui cũ inſons eſſet, noſtri tamẽ cauſa peccatum, & maledictũ factus eſt; vt ait Apoſtolus. Ad hæc accedit, quod nulla ſit arbor religioſa magis, quã quercus, & nulla tot myſterijs vel a Deo, vel ab Angelis celebrata, vt propter hanc etiam rationem ab Eccleſia vocetur, *Arbor vna nobilis*. Subter illam namque, quæ erat in Mambre, pepigit Deus fœdus cum Abraham; ibi promiſſiones diuinæ ſobolis factæ; ibi Iſaac ipſi, & Saræ coniugi annunciatus; Dominus Peregrini habitu viſus: Angeli hoſpitio excepti: ac tandem ibi circumciſionis præceptum percepit. Ita vt omnium fere arcanorum glandifera hæc quercus conſcia teſtis, & velut à ſecretis fuerit. Iacob etiam Patriarcha ſubter aliam quercum in Sichem Idola cũ inauribus defodit, vt Idololatrię cultũ aboleret. Nã licet Latinus interpres vertat: *ſub terebinthum*; originale Hebræum legit; *ſubter quercum*. Ioſue fœdus inter Deum, & populũ Hebræorum denuo innouauit, quo vnanimes polliciti fuerunt non vltra Dijs alienis ſeruituros, in cuius teſtimonium poſuit ſub prędicta quercu ingentem lapidem: ſic enim ait ſacer textus: *Tulit lapidem pergrandem, poſuitque eum ſubter quercum, quæ erat in ſanctuario Domini.* Ac tãdem inſignis illa femina Debbora ſepulta fuit ſub quercu. Et libro Iudicum habetur: *venit Angelus Domini, & ſedebat ſub quercu.* Crediderim non alia ratione Deum quondam adeo quercum honoraſſe, niſi quia ex querna arbore crucem Dominicam conficiendam fore præuiderat: rationes etiam probabiles eandem ſententiam non parum corroborãt. Prima, quia hac arbore nulla magis obuia, ac frequens in Iudæa. Secunda, quia particulæ crucis, quæ multis in locis aſſeruãtur, & religioſe coluntur, cum ligno quercino mirum in modum conueniunt forma, & colore, fortitudine, & ſoliditate, quæ maxime quæri debuit ad fixuram. Tertia, quia quercus annoſa, & perennis valde eſt, vnde cum crucis fragmenta ſine carie, & teredine perſeuerent, probabile eſt ex quercu crucem fuiſſe fabricatam. Quartam addo myſticam rationem; nam olim quercus Ioui dicata erat, dicente Virg. 3. Geor. *Sic ubi magna Iouis antiquo robore quercus.* immo, vt quidam tradunt, antiqui ipſum Iouem quercinũ vocabant, quia ſicut quercus olim victum hominibus dabat, ita Dei proprium eſſet: omnibus alimenta præſtare: & cum, vt ait Iſidorus, quercus dicatur ã quęrendo, quia in eis reſponſa dęmonũ quęrebãtur. Vnde Oſeas de Idolorũ cultoribus agẽs: *Accenderunt*, inquit, *thymiamata ſub quercu*; immo, & Iſaias teſtatur quãdoq. illos ex quercu ſibi fabricaſſe ſculptilia.

Iſai. 6. — 2. Reg. 18. — Greg. Nyſſ. comm. in inſcr. pſ. Pſal. extant in bibliotheca Romana a cod. Græc. — Coloſſ. 2. — Galat 3. — Hymn. Eccl. Catholicæ. — Gen. 17. & 18. — Idem 35. — Ioſue 24. — Gene. 35. — Iudicum. 6. — Virgil. 3. Georg. — Iſido. li. 17. — Oſea 4. — Iſai. 44.

Inde ſane efficitur, quod vt Diabolus in eodem genere ligni, in quo vincebat, vinceretur, congruum fuit Dominicã crucem ex quercu fabricari, vt hac etiam ratione in maiorem Diaboli ignominiam, & Chriſti gloriam Crucis lignum cederet. Quod ſi antiqui etiam, vt ſecuritatem ſignificarent, Aquilam ſuper quercum depingebant cum hac inſcriptione (*Requies tutiſſima.*) apte ſatis ex quercu Dominicam Crucem confici voluit diuina ſapientia, imponens ſuper illam regiam Aquilam, Chriſtum ſcilicet Dominum, de quo dictum eſt: *ſicut Aquila prouocans ad volandum pullos ſuos*; & cum inſcriptione illa (*Ieſus Nazarenus*) quæ cum Saluatorē ſignificet, perinde fuit, ac ſi illam altam appoſuiſſet (*requies tutiſſima*) quia proprium eſt Saluatoris, tutari, & requiē oppreſſis exhibere. Vnde corona ciuica, quæ olim dabatur ciui, a quo alius ciuis in prælio ſeruatus fuiſſet, ex quercu confici conſueuit, vt tradunt Aulus Gellius, & Alexander ab Alexandro. Ad rem igitur noſtram, ob cuius gratiam præſentem excitanimus, quæſtionem renertentes, cum Dominica Crux ex querna arbore confecta fuerit, quę inſtar ferri grauiſſima, & ſolidiſſima eſt; cumque tantæ magnitudinis fuerit, vt trabem erectam quindecim pedum fuiſſe: tranſuerſum vero lignum palmorum octo, vetus traditio habeat, cui temere contradicere non licet, cum publico, & inueterato conſenſu roborata ſit: facile inde inferre licet, quantopere defatigatum illud Chriſti corpus, & ex verberibus exangue, tam ingenti ponderis grauitate oppreſſum fuerit, maxime quod, vt tradunt non infimi nominis auctores, ob nimiam ligni longitudinem opus fuit, vt repentem crucem portaret, & in ſingulis obuiantibus ſaxis offenderet, & ſępe in terram decideret; vnde in ſiniſtro humero moleſtum adeo vulnus contraxit, vt inter omnia eius vulnera hoc grauiſſimū omnium extiterit. Sed proh dolor licet crucis ſarcina magni ponderis fuerit, aliam tamen grauiorem portabat innocentiſſimus Agnus, quæ preſſius illum angebat. hæc fuit peccatorum noſtrorum intolerabile, ac moleſtiſſimum onus, vt teſtatur Diuus Petrus in ſua canonica: *Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignū*. Memini Eccleſiaſticū dixiſſe, inter oīa grauia pondera omniū grauiſſimū eſſe fatuū, & imprudentē, (intellige peccatorem) quia nulla deterior fatuitas, & imprudētia excogitari poteſt, quam hominem in peccatum prolabi: *Arenam* (ait) *& ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quam hominem imprudentem, & fatuum, & impium*: immo ſi Iobum, & Zachariam conſulamus, peccatorem maioris ponderis, & grauitatis; quam ſalem, arenam, & ferrum iudicabimus. Ille enim ait: *Cor eius indurabitur tanquam lapis* (ecce maiorē grauitatem quam ſalis, & arenæ) *& ſtringetur quaſi malleatoris incus, quæ propter maiorē partium compreſſionem ex ictibus contractam ferro ipſo grauior redditur*: ecce ferrea grauitate maiorem. Zacharias autem plumbo, quod grauius eſt, impietatem his verbis comparanit: *Et ecce mulier vna ſedens in medio amphora, & dixit, hæc eſt impietas, & miſit maſſam plumbeam in os eius*: atque hinc eſt, quod Iſaias ſingula peccata onus per antonomaſiam vocat: *Onus*, ait, *Babylonis*, hoc eſt ſuperborum, qui in altiora dignitatum cacumina, quam fuerit turris Babel, conſcendere anhelant. *Onus Moab*, parentum ſcilicet, qui ob locupletandos filios grauiter conſcientiam ſanciant. *Onus Damaſci* eorum, qui pauperum ſanguinem ſugunt: *Onus in Arabia inſidiantium*, nimirum quia Arabia inſidians interpretatur, eorum inquam, qui ferarum more inimicorum vindictam mille modis tentant: *Onus* tandem *vallis*, hoc eſt, libidinoſe luxuriantium, qui per valles ea propter ſignificantur, quia, ſicut in valles decidunt ſordes, & longius à cælo diſtant; ita ad libidinis morbo laborantes iniquitatum fæces confluunt, & à regno cæleſti longe abſunt, vt ait Apoſtolus: *tales non poſſidebunt regnum Dei*. Regius Propheta horum onerum, hoc eſt iniquitatum grauitatem conſiderans, conquerebatur, dicens: *ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Aiunt Philoſophi cū Ariſtotele, Elemēta in proprijs locis nō grauitare, ſecus extra illa. Vnde eſt, quod cum quis natans, quantumuis ſub altiſſimis aquis ſe ſubmergat, aquarum pondus illi moleſtum non eſt; ſi tamen e flumio egrediatur, neutiquam quartam partem illarum ſuper dorſum ſuſtinere poterit, quia cum aqua ſit extra proprium locum, valde grauitat. Peccatum pondus eſſe teſtatur Apoſtolus ad Hebræos 12. *Deponentes omne pondus, & circumſtans peccatum*: tamen cum in proprio loco adeſt, hoc eſt in ipſo peccatore, parum quidem ponderat, quia velut elementum in proprio loco non grauitat. At idem peccatum in Chriſto, vt in fideiuſſore noſtro exiſtens aderat tunc extra locum ſuum, & ideo velut elementum, e proprio loco dimotum grauitare cœpit vehementer in corpore Chriſti, grauiterque illum angere. Duo etiam alia intolerabile peccati pondus, & ſummam eius grauitatem apertiſſime indicant. Primum eſt, quod vnicum peccatum ſuperbiæ angelorum pōderauit adeo, vt cæli firmiores, ac ſolidiores, quam ſi ænei eſſent, ingentem eius molem ſuſtinere non potuerint. vnde angeli multi compulſi ſunt in inferni barathrum miſere prolabi. Secundū eſt, quod ſi lapis in centrum deſcendens, quo breuius illuc peruenit, tanto maiori pondere pollet, vnde Philoſophi dixere, quod ſi in inſtanti deſcenderet lapis, opus fuiſſet infinitam ponderis grauitatem habere: manifeſte efficitur, quod cum peccator in mortali decedit, in puncto temporis in gehennam deueniat, Iobo id atteſtante: *Et in puncto ad inferna deſcendunt*; apertum inquam fit, ſummæ, immo infinitæ grauitatis eſſe peccati pondus, & onus. Cū igitur Chriſtus Dominus præter externam Crucis ſarcinā, internā ac ingentem peccatorum omnium noſtrorū molem ſuper humerum ſuſtineret, dicēte Iſaia, quod *Deus poſuit in eo iniquitates omnium*: haud difficile erit deprehendere, quam graue, ac moleſtum pōdus portauerit, & quam acerbe ſacroſanctum illud

Deut. 32. Aulus Gellius libro 5. noct. Attic. 6. c. Bloſius. Thaulerus de Paſſ. 1. Petri 2. Eccleſ. 22. Iob 41. Iſaias 13. vſque ad 23. Pſal. 37. Iob 21. Iſa. 53.

lud corpus pariter cum anima vexauerit. Contẽplemur parumper ad id Iſaiæ verba: [*Iſa. 9.*] ***Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius principatus ſuper humerum eius.*** Nomine *Paruuli* humanitatem intelligit: nomine vero *filij*, diuinum ſuppoſitũ Verbi innuit, vt ex originali Hebræo aperte conſtat: nam vbi editio vulgata legit *paruulus*, [*Mont. obſer.*] Hebræa habet *Verbum* (vt Montanus obſeruauit) quod filium ex matre abſque patre ortum ſignificat. *Verbum* etiam, cui correſpondet *natus*, in Hebræo idem quod *obediens, præceptor, aut Dominus*. Quæ quam apte Chriſto homini conueniant, nemo eſt qui nõ videat. Vbi deinde eadem vulgata lectio vertit *filius datus eſt nobis*: in Hebræo eſt *verbum*, quod ab ædificando deriuatur, vt linguæ ſanctę periti annotãt. Eſt autẽ vſitata ſatis ſacræ Scripturæ phraſis, vt cum Deus filios promiſerit, ædificare domũ dicatur. [*Exodi 1.*] Vnde in, Exodo cum dicitur: *Aedificauit Dominus domos obſtetricibus*; vnanimi conſenſu omnes interpretantur filiorum ſobolem eis dediſſe, eo quod filios Hebræorum iodemnes ſeruauiſſent, [*Pſal. 126.*] Et regius Propheta poſtquam dixerat: *Niſi Dominus ædificauerit domum*, ſtatim ſubdit, quid hoc loquendi genere ſibi voluerit, dicens: *Ecce hereditas Domini filij, merces fructus ventris.* Ait ergo Propheta Chriſtum Dominum Deum verum, & hominẽ, principatum, hoc eſt Crucem, ſuper humerum baiulaſſe. Ita interpretantur hunc locum D. Ambroſius, Iuſtinus Martyr, Theophylactus, Cyrillus, Cyprianus, & D. Auguſtinus, dum ait: *Tunc Chriſtus principatum ſuper humeros eius habuit, quando crucem ſuam admirabili humilitate portauit.* & alibi: *non incongrue crux Chriſti ſignificat principatum, nam per ipſam Diabolus vincitur, & totus mundus ad Chriſti notitiam, & gratiam reuocatur.* Et Tertullianus aduerſus Marcionem: *Quis* (inquit) *Regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut manu ſceptrum? ſolus nouus Rex Chriſtus nouæ gloriæ poteſtatem humero extulit, crucem ſcilicet.* Scio quoſdam expoſitores cum D. Ambroſio libro de fide, vbi vulgata habet *principatum*, legere *principium*, quia Hebræa vox ſignificat vtrumque, ſed recte hæc duo ei adaptantur; fuit enim crux principatus, quia a throno crucis regnare cœpit Chriſtus, vt prædixerat Dauid, ſecundum. 70. Interpretum verſionem: *Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à ligno.* Fuit etiã crux principium, quia initium ſalutis, & reparationis humanæ extitit, & prima clauis, quæ obſeratas regni cęleſtis ianuas aperuit. vnde Iſaias: [*Iſa. 22.*] *Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius.* Ecce crucem vocat clauem, qua clauſum paradiſum aperuit: quia tamen grauis erat ad portandum, non ex cingulo pendentem, ſed ſuper humerum ait illam portare. Clauis enim poteſtatis iuriſdictionem, & animarum gubernationem ſignificat, quæ ſuper humeros portari debent, vt olim ſignificauit Deus, iubens ſummo [*Exod. 29.*] Sacerdoti, vt nomina filiorum Iſrael portaret inſculpta in vtroque latere ſuperhumeralis: *Portauit* (inquit) *Aaron nomina eorum coram Domino ſuper vtrunque humerum*: ita ſane ſummus Sacerdos Chriſtus non ſolum crucem, ſed & nos omnes ſuper humeros, & ſuper brachia ſummo dolore cõfectus portauit, vt non obſcure indicant verba Moyſis: *Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos ſuos; & ſuper eos volitans expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit humeris ſuis*: [*Deuter. 32.*] & illa alia Oſeæ: *quaſi nutritius Ephraim portabã eos in brachiis meis, & neſcierunt quod curarem eos.* [*Oſeæ cap. 4.*] Huc etiam pertinere arbitror, quod de Iſſachar dicitur Gen. 49. *vidit requiem quod eſſet bona, & terram quod optima, & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum.* Super quæ verba D. Ambroſius de benedictione Patriarcharum cap. 6. ait: [*D. Ambroſ. de bene. Patriarcha. 6.*] *Subiecit humerum ſuum ad portandum, ſubijciens ſe cruci, vt noſtra peccata portaret.* Refert Ioſephus hiſt. morem fuiſſe Regibus armo arietis veſci, vocatumque fuiſſe regium cibum: vnde in libro 1. Regum ſacra narrat hiſtoria, quod cum Samuel inuitaſſet ad prandium Saulem, poſtquã ex præcepto Domini vnxerat illum in Regem, appoſuit ei edendum armum, dicens: *Comede, quia de induſtria tibi ſeruatum eſt*, vel vt 70. vertunt, *in teſtimonium*: [*1. Regum 9.*] quæ verba elucidans Theodoretus (ait) [*Theod. q. 23 in 1. lib. Regum.*] *appoſuit Samuel armum ante Saulem, in regni iudicium: nam ſicut hæc cum ſint breuiora alijs membris animalis, portant totam molem compactis corporis, & firmiter ſuffulciunt; ita etiam regium robur, etiamſi ad vnum virum contrahatur, ſuſtinet totum.* Cum ergo Chriſtus Dominus vnctus fuerit à Patre in Regem, vt ipſe teſtatur: *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius*, [*Pſal. 2.*] opus fuit humerum ſupponere ad ingentem illam internæ, & externæ crucis molem ſuſtinendam. Sed dices, non ita mirandum, quod tam ingens pondus portarit, cum non homo tãtum, ſed Deus pariter eſſet, de quo Iſaiam nouimus prædixiſſe: *Qui appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera.* [*Iſa. 40.*] Verum non recte philoſopharis; falleris enim, exiſtimans fortitudinem Verbi diuini humanitatem Chriſti refeciſſe, aut conſolationis ſuæ viſitatione vires nouas addidiſſe, vt minus pateretur; quin potius adeo ſolatio eã deſtituit, vt filiali quodã affectu clamãs cõquereretur, *Deus meus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* [*Matth. 27. & Pſal. 21.*] quare non potuit tantæ ſarcinæ pondus deſeſſum illud, & pluſquã quinque mille vulneribus dilaniatum corpus non vehementer deprimere. Liceat mihi, o Domine Ieſu, te alloqui, quamuis ſim puluis, & cinis, indica mihi quæſo, quo vadis tanto crucis pondere preſſus, aridi ligni pondere prægrauatus? Ad quid portas? Quoue plantabis illud? Locus, quo duceris, ſaxoſus eſt. Quo modo plantabis? Quis irrigabit? Aridum eſt, radices non habet, ex quibus ex terra ſumptus humor aſcendat in ramos. Terra ſitiens eſt, dãnatorum, & iotetfectorum locus, nunquam virgulta fuerunt in ea, ligna conſueuerunt eſſe confixa in ſupplicium damoatorum. Adulterinæ plantationes non dant radices altas, non collocant ſtabile fundamentum, non extendunt ramos ad fructum, ſed ad tormentum; non habent

[Margin notes beside the citation of the Fathers: *D. Ambroſ. lib. 3. de fid. cap. 4. Iuſtin. Mar. Apolog. 2. Theoph. in 9. Iſaiæ. Cyrill. Alex. in Iſai. c. 9. D. Cypr. lib. 2. teſtim. aduerſ. Iudæos cap. 2. D. Aug. in cap. 1. Ioan. ſerm. 17. & ſerm. 71. de temp. Tertull. aduerſus Marcion. lib. 3. D. Ambroſ. lib. 3. de fide cap. 4.*; beside "Dicite in nationibus": *70. interpr.* [illegible]]

folia pulchritudinis, ſed deſpectionis, atque dedecoris: non habet fructus ad eſum vtiles, ſed ad veſcendũ præ doloribus inſuaues; non matureſcunt ad vſum, ſed vt vitam extinguant, penitus indureſcunt. Quare igitur defers Domine hanc lignorum ſarcinam? Nonne noſti quod affigeris in eis, vt affigaris in omnibus membris corporis? En cruciaberis in eis, vt fias omni populo in deriſum: demum expirabis in eis. Sed porto pœnale lignum, te audio bone Ieſu dicere, propter prohibitum lignum, & vetitũ pomũ. Porto lignum, vt vincã in ligno inuincibilem hoſtem, qui olim vicit in ligno. Porto lignum, vt ex ipſo faciam gradus aſcenſionis in cælum. Porto lignum ſuſpẽdendus in illo, *vt omnia traham* penitus *ad me ipſum*. Porto tandem lignum mortis & vitæ, mortis inquam damnum mihi inferens, vobis vitæ emolumentum largiens.

Ioan. 12.

Homilia Vigeſima.

De potioribus circumſtantijs baiulatione Crucis concomitantibus, in illa verba: Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt. Ioan. 19. & induerunt eum veſtimentis ſuis. Mar. 15. & angariauerunt Simonẽ Cyrenæum, vt tolleret Crucem eius, ibidem. & illa alia: Nolite flere ſuper me, &c. Luca. 23.

Ioan. 19.

1. Cor. 4. Heb. 7.

SPECTACVLVM ſane Angelis, & hominibus mirandum, vnigenitus Dei Filius innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cælis, factus baiulans ſuper humerum Crucis patibulum, vt in eo patiatur: ſpectaculum certe, adeo mirabile, vt non inmerito Diuus Auguſtinus proclamarit: *Grande ſpectaculum, ſed ſi ſpectet impietas grande ludibrium: ſi pietas grande myſterium. Si ſpectet impietas grande ignominiæ documentum; ſi pietas, grande fidei munimentum ſi ſpectet impietas, ridet Regem pro virga regni lignum ſui portare ſuppliciũ; ſi pietas videt Regem baiulantem lignum ad ſemetipſum figendum quod fixurus fuerat etiam in frontibus Regum: in eo ſpernendus oculis impiorum, in quo erant gloriaturæ corda Sanctorum dicturo enim Paulo: Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, ipſam crucem ſuo geſtans humero, commendabat, & lucernæ arſuræ, quæ ſub modio ponenda non erat, candelabrum ferebat.* Hæc D. Auguſtinus, qui merito mirabile hoc vocitauit ſpectaculum: in eo enim Chriſtus Dominus, velut alter Abel ducitur in campum à fratre ſuo Cain, vt occidat eum; velut Noe, a diluuio peccati mundum ſeruans, fabricat arcam ex lignis; velut Iſaac portans lignum pergit ad holocauſtũ, quo immolari debebat; velut Iacob vidit ſcalam cælo innixam, & terram tãgentem, ſed illam dormiens vidit Iacob, Chriſtus vigilans; velut baculus eiuſdem, quo Iordanem tranſiuit, aliter tamen quam ille, quia baculus itineris laborem leuabat, crux vero augebat; baculus portanti vigorem dabat, hic portans cruci virtutem præbet; velut alter Beniamin in Aegyptum conductus, vt fratres liberaret. Gen. 43. velut alter Ioſue, ſcutum in altum erigit contra rebellem vrbem Hai; velut filius Ieſſe fundam arripit, vt Goliath, id eſt Diabolum interficiat. 1. Reg. 17. velut alter Dauid à filio ſuo Abſalone à ciuitate, & regno excluſus magna cum comitiua plangente. 2. Reg. 15. velut innocens Naboth extra vrbem mittitur, vt occidatur. 3. Regum 21. velut Eſau arcum ſuſtinet in manu, vt patri obediat, cum hoc tamen diſcrimine, quod arcus leuis, crux pondere ſuo premebat; velut Moyſes extendit virgam, vt viam ſternat ſecuram populo Hebræo. Pharaonẽ, Diabolum ſcilicet, in profundũ barathri demergat; velut hircus emiſſarius, qui vniuerſis mortalium omnium culpis onuſtus extra ciuitatem ducebatur immolandus: ac tandẽ velut ſtrenuus miles ferebat crucem in humeris tãquam lanceam qua deuicturus erat aduerſarium. Sed iãhuius baiulationis peculiares circumſtantias contemplemur. Quamuis, vt Plutarchus refert, moris eſſet, crucifigendum in locum ſupplicij crucem deportare: *Quemadmodum*, inquit, *facinoroſus quiſque vltimo affigendus ſupplicio corpore ſuo propriam fert crucem, ita improbitas in ſe ipſa ſupplicium ſibi ipſi ſtruit.* Et idem in vita Coriolanii *Maxima*, ait, *hæc peccanti ſeruo inferebatur pœna, vt plauſtri lignum, cui nemo affigitur, ſpectante vicinia ferens circumageretur, quod vbi factum erat, infidus à domeſticis, & vicinis exiſtimatur furcifer appellabatur:* ipſi tamen immaniſſimi lictores ad pœnam pariter, & illuſionem Crucis patibulum Chriſti humero portandum impoſuerunt. Vnde D. Leo: *Ad irriſionem*, ait, *regiæ dignitatis iuſſus eſt ſupplicij ſui eſſe geſtator.* Vetus obtinuit conſuetudo, vt qui capitali ſupplicio plectendi eſſent, prius oculi eorum velarentur, ne mortis inſtrumentum, hoc eſt ancipitem gladium videntes, quo interficiendi erant, nono animi dolore conficerentur: crucis autem ſupplicium ita crudele erat, vt non ſolum illam oculis conſpiciendam proponerent, ſed & humeris portandam cogerent. Ait ergo ſacer textus, *ſuſceperunt eum*, ſcilicet milites, & Iudęi, ſed non ea ſuſceptione, de qua ipſe: *Hoſpes eram, & ſuſcepiſtis me*: ſed ea, de qua Dauid: *ſuſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam.* Super quem locum D. Auguſtinus ait: *ſuſceperunt me ſicut ille aduerſarius circumiens quærens quem deuoret.* Crudelitati autẽ leonis apte ſatis comparauit Prophe-

Aug. tract. 119. in Ioan. — Gal. 2. — Geneſ. 4. Idem 6. Idem 22. Idem 28. — Gen. 43. — Ioſue 8. — 1. Reg. 17. — 2. Reg. 15. 3. Reg. 21. — Gen. 27. — Exod. 14. — Plutarc. de ſera numinis vindict. — Leo Papa ſerm. 8. de Paſſione. — Ioan. 19. Matt. 25. Pſal. 16. — D. Auguſt. ſup. Pſal. 16.

Propheta crudelitatem Iudęorum: oam ſicut leo famelicus ſumma celeritate cacoriat, dilaniat, ac deuorat agnum; ſic Iudæi in Chriſtum ſęuientes, varijs eum ſuppliciorũ generibus breui tempore excruciarunt, & neque contenti (vt ait

Incogn. ſup. Pſal. 16.

Incognitus) illum interficere, crudeliore morte Crucis cũ occidere ſategerunt. Vnde cum Pilatus diceret eis, *accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate*: & ipſi reſpõderunt: *nobis nõ licet occidere quenquam*; in hunc modum intelli-

Ioan. 18.

D. Chryſoſt. ſup. caput. 19. Ioan.

gendum putat D. Chryſoſtomus, quod crudeles Iudæi crucifigere eum cupiebant, vt ſic infami, & abiecto mortis ſupplicio illum afficerent, ipſis autem per Romanos ablata erat poteſtas aliquem crucifigere propter ſummum huius mortis opprobrium, qua ſolum proditores Imperij, & latrones occidebantur; ſolique Præſidi licebat hoc ſupplicij genere plectere reum: & hoc Pilato perſuadere moliti ſunt, & obtinuerunt, quod vt executioni mandarent, purpura denudarunt, *& veſtimentis ſuis illum induerunt*, vt ait

Marc. 15. Mich. 1.

D. Marcus, & prædixerat Michęas: *vadam ſpoliatus, & nudus faciam planctum*, ſpoliatus inquã, & nudus purpura, qua prius fueram indutus. Quamuis enim apud Græcos moris eſſet (ſi credimus Platoni) vt malefici ad crucem nudi raperentur; vnde referente Ioſepho, cum Lupus detracta veſte ad ſupplicium mortis duceretur, & de nimio frigore conquereretur, Choreas ſocius eius, qui in eadem damnatione erat, cauilloſe illudens dixit: *lupum nunquam offendi frigore*. Et

Plato lib. 11. de leg. Ioſeph. Hiſtor. lib. 19. antiq. cap. 1.

quamuis etiam interdum apud Iudæos, cum ad crucis mortem damnati ducebantur, nudi incederent, quia ſæpe in via verberabantur; tamen qui prius flagellis cæſi fuerant, (vt Chriſto accidit) induti pergebant ad ſupplicij locum. Vnde D. Athanaſius eleganter dixit: *Induerunt eum veſtimentis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent. Reſumpſit ſimul cum trophæo crucis veſtimenta ſua ab illis, abiturus ad mortem, vt ea ſimul cum morte exueret*. Et D. Ambroſ. *Aſcenſurus* (inquit) *crucem regalia ponit veſtimenta, vt ſcias quaſi hominem paſſum eſſe, non vt Deum: vt enim Deus erat, regiæ maieſtatis ſplendorẽ deponere nõ poterat, induerunt autem eũ veſtimentis ſuis, quo melius ab omnibus agnoſceretur, quia cum facies eſſet cruenta, ac deformata nec ei antiquus ineſſet aſpectus, & decor, non poterat inter duos latrones cruces etiam ferentes facile ab omnibus dignoſci*. Non potuit autem purpureo veſtimento expoliari, & proprio indui abſque noua vlcerum renouatione, ob ſanguinem congelatum veſti adhærentem. Io eo autem, quod purpuram deponens proprijs induitur veſtibus, innuitur nobis, in exitu vitæ nihil nos poſſe educere nobiſcum, niſi quæ vere ſunt propria, hoc eſt noſtra bona opera, ſicut ſapiens ille Philoſophus Bias dixit in communi totius ciuitatis incendio: *Omnia bona mea mecum porto*. Indutus igitur Chriſtus Dominus ſuis veſtimentis, & ad collum iniecto fune, ca quo ducebatur, & comitante illum integra cohorte cũ ingenti Iudæorum caterua manibus plaudente, & victoriam ſuam concrepante, præco ante il-

D. Athan. ser. de cruce

D. Ambroſ. lib. 10. in Luc. cap. 23.

Philoſophus Bias.

lum valenter clamare cœpit, vt mortis illius cauſam euulgans, cunctis innoteſceret. Licet enim ſacri Euangeliſtæ præconis vocem prætericrint, buccinatorem, & præconem anteceſſiſſe, ex eo non parum veriſimile efficitur, quod vt tradit Vegetius, cornicines inſonabant, cum miles ad portam Decumanam morte plectendus ducebatur: claſſicum inquit appellatur, quod buccinatores pro cornu dicunt. hoc inſigne videtur Imperij, quia claſſicum canitur Imperatore præſente, vel cum in militem capitaliter animaduertitur. & Tacitus etiam tradit, quod cum Romæ ciuis Romanus plectebatur, deducebatur per portam Eaquilinam, & carnifices buccinas inflabant. Ac tandem Seneca; *Aſcendit* (ait) *Prætor tribunal in ſpectante prouincia, noxiæ poſt terga ligantur manus, ſtatim intenti ac triſti omnium vultu fit à præcone ſilentium*; adhibentur deinde legitima verba; immo, vt narrat clariſſimus Faber, & tintinnabula pulſate cõſueuerãt, vt eorum ſonitu admoniti a fortuito etiam carnificis, & damnati hominis contactu abſtinerent, ne incauti polluerentur. Quid autem præco alta voce clamauerit, id certe putauerim, quod ea propter Chriſtus Dominus in crucem ageretur, quod ſeductor, blaſphemus, & necromanticus, falſorum dogmatum doctor, ac promulgator extitiſſet, & quod tandem ſe Filium Dei, verum Meſſiam, & Regem Iſrael confinxiſſet. Diſſimilis valde proclamatio huius præconis ab ea, quam ſacra Geneſeos narrat hiſtoria: Ioſephus regalibus veſtibus indutus per vias ciuitatis ingenti nobilium ſtipante caterua incedebat præcone clamante, vt omnes coram Ioſeph genu flecterent; hæc enim proclamatio in honorem erat, illa in opprobrium; hæc ad gloriæ ſplendorem, illa ad ignominię turpitudinem. Apud Ioſue legimus, quod cum duceretur teſtamenti Arca per viam, præcones tranſibant per media caſtra, clamantes: *Quando videritis Arcam fœderis Domini Dei veſtri, & ſacerdotes ſtirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoque conſurgite, & ſequimini præcedentes, ſitque inter vos, & Arcam ſpatium cubitorum duorum millium, & cauete ne appropinquetis ad Arcam*. Abſimilis etiam hæc proclamatio ab illa; hæc nanque appropinquantium audaciam coercebat, & reuerentiam ab eis deſiderabat; illa vero ad caecrandum Chriſtum, immo & in illum irruendum non dicam vocitabat, ſed prouocabat, ſed trahebat, immo & cõpellebat. Vnde in illo itinere Chriſtum Dominum varias vexationes, & iniurias pertuliſſe, indicant ſatis verba D. Cypriani, dicentis: *Tu ipſe patibuli tui baculus barebas ligno, quod iuleras, euectus eſ, & paſſi 's anxietates ſuſtinens, & labores*. Immo & ęos ſtimulis vrgentes, eundẽ defatigaſſe, vt r vane pictores quidam exprimunt, præter rum efferatam in Chriſtum rabiem, probabile ſatis Plauti carmina reddunt.

Veget. lib. 2. de re milit. cap. 22.

Tacit. 2. Annalium

Seneca

Faber lib. 2. ſemeſtr. 8.

Geneſ. 41.

Io ſue. 3.

Cypr. de Paſſione Dom.

Plaut. Moſt.

O carnificinum cribrum, quod credo fore,
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis, ſi huc reuenerit ſenex.

Quędam tamen religioſa femina nomine Vero-

nica,

Baluer. to. 10. tract. 13. Card. Baro. tom. 1. ann. Chriſti 34. ſo lio 182. Conr. Bran. lib. de imaginib. c. 24. Iul. Eaglin. to. 8. cap. 7. Rutil. Benz. lib. 1. de ſug. Brandemb. in deſcrip. terræ ſanctæ. Bell. de paſſ. Chriſti a. 5. Adricom. in 3. p. deſcrip. Hieruſal. n. 44. Meth. apud Mar. Sco. in Chron. an. Dom. 39. Iacob. Gret. l. 1. de cru ce cap. 99. Bar. & Sur mer. ſup. relati, & liber manuſcr. de tranſ. eſſig. vult. Chriſti in Rom. fa cta qui aſſer uatur in Va ticana biblio theca. Matth. 9. Nicodem. in ſua hiſtor. Lin. in Mar tyr. D. Pauli Apoſtoli.

nica, quæ inter alias ſequentes Chriſtum aderat, tunc intuens eius vultum nimio ſudore confe- ctum, pia miſeratione commota, prius accedẽs, capitis velo, quo operiebatur detracto, (vt quidam dicunt, vel ſudario, vt alijs placet) ac triplicato, illum abſterſit, ac tres Chriſti vultus imagines in eo ad viuum expreſſæ remãſerunt, vt præter Chriſtianam traditionem referunt Methodius, & multi graues Doctores, quarum vna Romæ, altera in Gienenſi Hiſpaniæ ciuitate, tertia Hieroſolymis eſſe fertur, quæ certis, & ſtatutis temporibus cunctis Catholicis, religionis gratia illuc confugientibus, ſumma veneratione ſpectanda proponitur. An autem hæc femina fuerit illa, quam a ſanguinis fluxu Chriſtus Dominus curauit, vt refert D. Matthæus (illam enim vocat Veronicam Nicodemus in ſua hiſtoria Euangelica) hactenus compertum, & exploratum non eſt. Silentio tamen non præteribo ſimile quidpiã accidiſſe D. Paulo, prout commemorat Linus in martyrio illius, dum ait, quod cum ad ſuppliciũ duceretur, videns Plautillam, in hunc modum eam eſt allocuta: *Plautilla ſiue Perpetua æternæ ſalutis filia commoda mihi pannum quo caput tegis, ligabo enim mihi oculos vice ſudarii, & deuotioni tuæ amoris mei pro Chriſti nomine pignus ad illum pergens relinquam.* Illa ſudarium porrexit, quod poſtea roſeo D. Pauli ſanguine perfuſum non ſine magna reuerentia cuſtodiebat.

D. Bonau. li. medit. vitæ Chriſt. c. 77.

Pſal. 21.

Hoc eodem tempore, quo Chriſtus Dominus Crucem baiulabat, nõ pauci recentiores doctores cum diuo Bonauentura exiſtimant D. Ioannem Euangeliſtam accerſiuiſſe Beatam Virginẽ, ne in articulo mortis Chriſti à crucis lectulo abeſſet, eique meditantur dixiſſe illud Pſal. *Tribulatio proxima eſt, & non eſt qui adiuuet*. ipſam autem reſpondiſſe, ſurgam, & circuibo ciuitatem, Cant. 3. *Quæram quem diligit anima mea*. Quodque, dum per viam incederet, adiuro vos proclamaſſe, filię Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nũcietis ei, quia amore langueo; quę Virginem interrogarunt, qualis eſt dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum, quia ſic adiuraſti nos? dilectus meus, inquit ipſa, candidus, & rubicundus. Sane reſponderunt: ſi hæc ſunt ſigna, & notæ filij tui, ille, qui baiulat crucem, nõ videtur filius tuus, vidimus enim eũ, & non erat aſpectus, non eſt ei ſpecies, neque decor, et quaſi abſconditus vultus eius, vnde nec reputauimus eũ. Sed vero ſimilius arbitror, & cum ardenti Virginis amore coniunctum magis, vel ipſam omnibus Chriſti tormentis præſentem adfuiſſe, vt Simon Methaphraſtes, & Surius tradunt: vel, vt teſtatur Diuus Bernardus, inter eas mulieres, quæ lamentantes ſequebantur Chriſtum, Beatam Virginem interfuiſſe, atque adeo à Ioanne tunc accerſitam minime fuiſſe. Meditantur quidam, idque ſatis veriſimile eſt, Chriſtum Dominum crucem geſtantem, vel etiam, vt alij putant, dum pṙę magnitudine ponderis illius ſubtus crucem in terram decideret, Beatam Virginem illum aſpexiſſe, & ab eo conſpectam fuiſſe, ex quo mutuo intuitu doloris gladius, quẽ præſagierat Simeon, eius animam pertranſiuit. Quod ſi, vt Aſtrologi tradunt, idque certiſſimum eſt, cum luna reſpicit ſolem, ipſe eclipſim patitur, non dubito, quin eum Chriſtum iuſtitiæ ſolem aſpexit Maria, quam lunam Sponſus compellat, ſummum conceperit dolorem. Itaque mater, & filius præ magnitudine amoris in illo mutuo aſpectu ſe excruciarunt, vt iam non ſolum & immaniſſimi lictores, ſed & mater filij dolores, & filius matris anguſtias viciſſim augeret.

Sim. Metaphraſt. vel. Sur. in Aſſump. virg. D. Bernard. de Planctu virg.

Lucæ. 23.

Contigit autem (vt ait Euangeliſta) vt dum Chriſtus crucem baiularet, mulieres ſequentes illum lamẽtarentur, quibus ille conuerſus dixit: *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete.* Quæ verba licet hæretici cauillis quibuſdam calumnientur, inferentes ex illis, Chriſti mortem lacrymandam non eſſe, ſed exultandum potius, cum humanæ redemptionis cauſa extiterit; longe tamen alia eſt ſana, & catholica horum verborum intelligentia. Vnde prima expoſitio ſit, quod feminæ plorabant Chriſtum, quaſi inuito, & reluctanti animo pateretur, & quaſi ad mala illa auertenda infirmus, & impotens eſſet: & huiuſmodi lacrymationem execrans Chriſtus, ait: *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas, & ſuper filios veſtros*, quippe qui excidia, ſtrages, & ſuperuenturas in vos calamitates vitare minime valebitis. Secunda expoſitio: *Nolite*, ait, *flere ſuper me*, quia illę flebant non ex motione Spiritus ſãcti, ſed ex affectu quodã mere naturali cõpaſſionis, non ſecus, ac ſi quempiam alium adeo afflictum intuerentur. Itaque voluit Chriſtus fleri, non vt purus homo, ſed vt homo Deus, & non ex affectu carnis, ſed ſpiritus. Hanc expoſitionem innuunt ſatis verba Diui Leonis: *Solet ſexus infirmior etiam pro his, qui morte ſunt digni, in lacrymas commoueri, & damnatorum exitus pro naturæ communis conſideratione miſereri.* ſed iſtum ſibi planctum Dominus Ieſus dedignatur. Tertia expoſitio, quod putabant necem Chriſti in morte ſiſtendam eſſe, non in gloria, & reſurrectione. vnde ipſe ait, *Nolite flere ſuper me*, hac falſa imaginatione apprehenſa, quia *infirmitas hæc non eſt ad mortem* diuturnam, ſed pro gloria Dei, *vt glorificetur Filius Dei per illam; ſed ſuper vos flete*, quorum mors, niſi peccata veſtra deploraueritis, in ęternum ſupplicium ſiſtet. Quarta interpretatio, quod multæ ex illis feminis non plorabant ſua peccata, nec illorum verum dolorem concipientes, lacrymabantur dolores Chriſti; ipſe autem dixit eis: *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos*, innuens hæc duo: primum, quod non eſt ei gratus dolor compaſſionis ortus ex corde, quod peccata ſua prius non dolet; ſecundum, quod ſi ad inuicem comparentur hæ duæ flendi cauſæ, Chriſti dolores, & peccata noſtra, fortius hæ nos ad contritionem compellere debent, quam illi ad compaſſionem. Inſuper etiam oſtendit, affectum illum contritionis pṙę iſto compaſſionis nobis vtiliorem, & Deo multo gratiorem eſſe, & ideo non hunc exercendum, illum prætermittendo, prout feminæ illæ omittebant.

Prima exp. *Secund. exp.* *Leo Pap. in de paſſ. ſermone.* *Tert. expoſ.* *Ioan. 11.* *Quart. exp.*

Quin-

5. Expoſitio. Ephe. 6.

Quinta expoſitio, vt ſenſus iſtorum verborum ſit iuxta illorum: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Principes, & poteſtates*; hoc eſt, noſtra colluctatio non ſiſtit in impugnatione carnis, ſed tendit vlterius ad expugnandos dæmones: ita dum ait: *nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete*, ſenſus eſt: fletus veſter, vt mihi gratus ſit, non ſiſtat in me, prout vos reuera ſiſtitis, ſed pergat vlterius ad veſtras plangendas iniquitates, ob quas tot vobis imminent mala, quæ ſi ob id omnino non auferenda ſint, ſaltem ex Dei benignitate minuentur.

6. Expoſitio.

Sexta expoſitio ſit, Chriſtum Dominum harum feminarum pium fletum minime ſpreuiſſe, ſed approbaſſe potius; voluit tamen eas, vt bonus præceptor inſtruere, quomodo fletus, & fructuoſior illis, & gratior ſibi eſſet; cum enim illæ ob id ſuper Chriſtum Dominum flerent, quod ingenti Crucis pondere oppreſſum intuerentur, perinde fuit dicere, *flete ſuper vos ipſas*, ac ſi dixiſſet, nulla alia ratione aptius, & facilius intolerabile hoc onus alleuiabitis, quam veſtra peccata plangentes: ſic enim magnam huius ponderis grauitatem ab humeris detrahetis, cum me grauius peccatorum ſarcina, quam Crucis pondus premat.

Sept. Expoſ. Luc. 7.

Septima expoſitio ſit, quod ſicut Chriſtus apud Lucam matris viduæ filium ad vitam reuocaturus dixit: *noli flere*, non quod fletum illum reprobaret, ſed quia ſtatim filius erat ſuſcitandus; ita nunc ait, *nolite flere ſuper me* innocente, & mox ad vitam immortalem reuocando: *Ego enim ad Patrem vado: ſuper vos flete, nam niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.*

Luc. 13. Beda ſuper Luc. c. 23. Vlt. expoſit. D. Bonau. ſuper cap. 23. Lucæ. 1. Teſſal. 4.

Ita Beda ſuper Lucam. Vltima expoſitio eſt Diui Bonauenturæ, dicentis, quod non reprehenduntur à Chriſto Domino mulieres illæ, quod ei compaterentur, ſed quia contriſtabantur ex mentis deiectione, contra quos dixit Apoſtolus: *Non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.*

Philip. 2.

Reſtant iam nobis duæ dumtaxat huius baiulationis circumſtantiæ elucidandæ. Prima eſt duorum latronum, inter quos medium ducebãt Chriſtum Dominum tãquam inſigniorem illis; vtpote, quẽ diuinitatem ſibi vſurpaſſe falſo arbitrarentur, cum tamen Paulus dicat, *qui non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo*: *ducebantur* (ait Euangeliſta) *alij duo nequam cum illo*: Chriſtus enim Dominus tanquam nequam reputatus eſt, & propterea Diuus Lucas, *alij duo nequam* dixit, non quia Chriſtus nequam eſſet, *qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius*, ſed quia tanquam nequam habebatur.

D. Bonau. ſuper Luc. c. 23. Pſalm. 21. Iſai. 53.

Myſteria, quæ in hoc facto latent, reſerat præclare Seraphicus noſter Bonauentura his aureis verbis: *Cum ſceleratis reputatus eſt: tum propter exemplum humilitatis, ratione cuius dicitur in Pſalmo: ego autem ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Et deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum: tum etiam propter myſterium ſignificationis. Nam per duos latrones, ſecundum allegoriam, intelliguntur duo populi, inter quos & pro quibus paſſus eſt Chriſtus: vnus, ſcilicet Iudæorum, & alter gentium, qui recte latrones dicuntur, quia vtrique Deo per ſuperbiam in Adam voluerunt præripere dignitatem propriam. Vnde ſuper iſtud: Non rapinam arbitratus eſſe ſe æqualem Deo, dicit Gloſſa: Adam, & Eua voluerunt rapere diuinitatem, & amiſerunt felicitatem, propter hoc datum fuit ſignum circumciſionis in remedium, quod eſſet quaſi cauterium latronum, & Crux etiam Chriſti in medio latronum, vt per illam à pœna latronum liberemur. Sed populus Iudaicus tanquam latro ſiniſter adhuc blaſphemat: gentilis autem confitetur, & orat. Secundum Auguſtinum autem per duos latrones ſignatur totum genus humanum, in cruce tribulationis, & miſeria affixum: altera pars a dextris, vt illi qui pro cæleſti gloria: altera a ſiniſtris, vt illi qui pro temporali gloria patiuntur. Et in hoc execrabilis eſt profecto impietas Iudæorum: qui quaſi latronem affixit cruci omnium Redemptorem. Bonus tamen in myſterio latro Chriſtus, qui inſidiatus Diabolo, vt vaſa eius auferret. Ideo Iob: In oculis eius quaſi hamo capiet eum. Propter quod Dominus comparat ſe furi: Si ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, &c.*

Philip. 2. Gloſ. in hūc locum. Geneſ. 3.

Tandem vltimam, eamque non mediocri conſideratione dignam circumſtantiam contemplemur, quod angariauerunt Simonem quendam Cyrenæum, vt portaret Crucem poſt Ieſum. Verba Diui Matthæi attente ponderanda ſunt: *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem*, quæ aperte indicant Chriſtum Dominum ex prætorio Crucem baiulaſſe per ciuitatem, ſed cum primum ab ea egreſſi ſunt, occurrit eis Simon Cyrenæus veniens de villa: ipſi autem non pia Chriſti commiſeratione permoti, ſed præ timore ne deficeret in via, quia non ſemel ceciderat, & ſic Crucis mortem euaderet, quam tamen valde cupiebant ei inferre, vt indicant verba Sapientis, morte turpiſſima condemnemus eum: mors autem crucis omnium erat abiectiſſima; compulerunt illum Simonem, vt grauem, ac ignominioſam Crucis ſarcinam portaret: non ſolus tamen eam tulit, ſed poſt Ieſum, ne Simon ipſe videretur crucifigendus, vt opinatur Cardinalis Caietanus, & imaginum picturæ confirmant; vel, vt Diuus Hieronymus, Euthymius, & alij verius arbitrantur, ſolus illam geſtauit, Ieſu præeunte, vt aperte indicant verba illa: *& impoſuerunt illi crucem portare poſt Ieſum*, id enim perinde eſt, ac ſi dixiſſet, ex humero Chriſti trãſtulerunt Crucem ad humerum Simonis, vt poſt Ieſum illam portaret. Multa ſane hic obſeruatione digna occurrunt. In primis hanc Simonis ſortem, quam Iudæi execrabantur, quia perpendentes verba Deuteronomij: *Maledictus, qui pendet in ligno*, Crucis tactum recuſabant. Ego feliciſſimam arbitror, & honorificen-

Matth. 27. Caiet. in Euang. Eod. Hierod. D. Hieron. Euthym. & Alij. Deuter. 21.

rificentiſſimam : nam ſi crux labarum, & vexillum eſt, quod omnes Chriſto militantes ſequuntur : Simon certe vexilliſer eſt : & ſi crucem clauem vocat Iſaias, qua cæli ianuæ reſerantur, ipſe clauiger cæli erit; & ſi gladius Dauid eſt ad iugulãdum Goliath, Diabolum exprimentem, armigeri Chriſti officio fungetur. In eo tamen feliciorem reor Simonis ſortem, quod tametſi à principio ad ferẽdam Chriſti Crucem coactus, & inuitus proceſſerit: poſtea tamen à Deo per viam illuminatus, Crucis myſterium agnoſcens, inuitus Crucem depoſuit, adeo, vt nõ immerito exclamare poſſimus, felix neceſſitas, quæ ad meliora compellit. Nec ſilentio prætermittam tanta vitæ integritate clarum extitiſſe, vt in conſortio D. Pauli in Hiſpaniã venerit, ibique in Epiſcopum creatus fuerit, vt tradunt non contemnendæ auctoritatis Hiſtoriographi. Hanc optimam, ac feliciſſimam ſortem, filios Alexandrum, & Ruſum patri ſuo Simoni promeruiſſe tradit D. Hieronymus his verbis: *Alij per merita patrũ ſuorũ cõmemorãtur, alij p merita filiorũ ſuorũ. Hic autem Simon, qui Crucem in angaria portat, meritis filiorum ſuorum, qui erant diſcipuli, commemoratur.* Hæc ille. Venerabilis Beda ordinem huius myſterij contemplatus, ſic ait: *Crux primo à Domino portata, deinde Simoni, quem exeuntes forte obuium habuerunt, portanda impoſita eſt.* Et hoc congruo ſatis ordine myſterij. Quia nimirum, *ipſe paſſus eſt pro nobis, relinquens nobis exẽplũ, vt ſequamur veſtigia eius.* Et quia Simon iſte non Hieroſolymita, ſed Cyrenæus eſſe perhibetur (Cyrene enim Libyç ciuitas eſt, vt in Actibus Apoſtolorum legimus) recte per eum populi gentium deſignantur, qui quondam peregrini, & hoſpites teſtamentorũ, nunc obediendo ciues ſunt, & domeſtici Dei, & ſicut alibi dicitur, *Heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti.* Vnde apte Simon obediens, Cyrenæ heres interpretatur. Nec prætereundum, quod idẽ Simon de villa veniſſe refertur, villa enim Græce (pagos) dicitur, vnde paganos appellamus eos, quos a ciuitate Dei alienos, & quaſi vrbanæ conuerſationis videmus eſſe expertes. Sed è pago Simon egrediens crucem portat poſt Ieſum, cum populus nationum paganis ritibus derelictis veſtigia Dominicæ paſſionis obedienter amplectitur. D. Hilarius in eo, quod Simon gentilis eſſet, non Iudeus, illud arbitratur myſterium latere, quod quia Iudæi Crucis Chriſti indignos ſe reddiderant, ſeruata fuit gentilibus, qui eam libenter amplexuri erant. Vnde Diuus Hieronymus ait Simonem portaſſe Crucem in figura eorum, qui in Chriſtum credituri, & cum eo crucifigendi erãt, ea videlicet crucifixione, qua Martyres, vel illa, de qua Diuus Paulus: *Chriſto confixus ſum cruci.* In eo etiam, quod coactus Simon, Chriſtus verò libens, & ſponte Crucem geſtauerit, nõ incongrue putauerim fideles ſignificari, qui naturali quadam carnis auerſione crucem faſtidientes, diuina tamen virtute vim ſibi inferentes, illam obedientes ſuis humeris imponunt; eſt enim in quouis homine Ieſus, & Simon, hoc eſt ſpiritus, & caro: *ille quidem promptus, caro autem infirma,* cui crucis aſperitas ſemper infeſta fuit. Vnde Dominus ad Petrum dixit: *cum ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quo tu non vis.* Quid autem Simonem ad baiulandam crucem conductum præſeferat, explicat Diuus Gregorius in moralibus, dum ait ſignificare illos, qui non Chriſti amore, ſed ob mercedem, & temporale præmium crucis ſarcinam, hoc eſt labores aliquos, ſuſtinent. Origenes autem aliam ingreſſus viã ait, quod cũ crucẽ naturaliter abhorreat laſciuiens noſtra caro, oportet ante oculos præmium laboris proponi, vt ſaltem amore eius crucem amplectatur, vt contigit Dauid dicenti: *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem.* Ac tandem in eo, quod Chriſtus Dominus præceſſerit baiulans ſibi crucem, deinde poſt illum eandem Simon geſtauerit, illud ſacramentum deliteſcit, quod ſæpe Patres commemorant, nimirum, quod ſi Chriſtus prior pro nobis paſſus non eſſet, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius, non ita viriliter ſancti Confeſſores ac tenellæ virgines pro virtute decertaſſent, nec Martyres pro Chriſti fide ſanguinem profudiſſent. vt optime D. Ambr. *Bonus* (inquit) *ordo noſtri profectus eſt, vt prius crucis ſuæ trophaũ ipſe erigeret deinde Martyribus traderet.* Si autem verum eſt (vt quidem autumant) quod crucis pondus ſimul Chriſtus, & Simon baiularunt, pulchrum id myſticum ſenſum habet: docemur enim nec Chriſtum ſolum ſine nobis, hoc eſt ſine liberi arbitrij noſtri cooperatione, nec nos ſine Chriſti adiuuante, & cooperante gratia, ſalutem noſtram eſſe operaturos, & vitam æternam conſecuturos.

Beda ſuper Marcum. — 1. Pet. 2. — Rom. 8. — D. Hilarius Canon. 33. in Matth. — Hier. epiſt. ad Hedib. q. 8. — Ioan. 21. — D. Greg. lib. 8. Moral. c. 30. — Orig. tract. 31. in Matth. — Pſal. 118. — Ambroſius. — Quid. ſup. Cant. ſuper velatur.

Homilia XXI.

De immani crucifixione Chriſti Domini, ac de varijs circumſtantijs, in illa verba: Et Crucifixerunt eum. Lucæ 23.

LEGIMVS quarto libro Regum, quod cum hoſtes Regis Moab acriter contra illum pugnaſſent, tandem fugam arripere compulerunt, qui ciuitatem ingreſſus fortiſſimis muris munitam, vt ab infeſtante impu- 4. Reg. 3.

Digitized by Google

impugnatione hoſtes auocaret, hac vſus eſt induſtria; Filium ſuum primogenitum, ac vnicum Regni heredem occiſum, & mœnibus ciuitatis ſuſpenſum omnium oculis oſtentauit, quo lacrymando ſpectaculo non parum inimici permoti, qui vrbem obſederant, contra ſe ipſos indignantes, quod innocentis filij mortis importuna ſua impugnatione patri occaſionem dediſſent, tandem à pugna, & obſidione, ad propria reuertentes, deſtiterunt. Vnde poſtquam
4.Reg.3. ſacer textus dixerat: *Arripienſque filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper muro*, continuo ſubnectit: *Facta eſt indignatio magna in Iſrael, ſtatimque receſſerunt ab eo, & reuerſi ſunt.* Non abſimile eſt, quod Deo noſtro accidiſſe veritas catholica docet, peccatores enim velut armati hoſtes proprijs ſceleribus bellum Deo indicere, immo & contra illum gerere non ſunt veriti: Deus autem tametſi nulla neceſſitate coactus, miſericordia tamen compulſus, vt auerſos peccatorum animos ad ſe conuerteret, ab inexpugnabili Crucis muro Filium ſuum primogenitum ſuſpendit, quod mortalium corda adeo permouit, vt de ſceleratis eius inimicis id ſpectantibus beatus Lucas dicat: *Et omnis turba eorum, qui aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant, quæ fiebant, reuertebantur percutientes pectora ſua.* Vnde non ſolum ab incepta impugnatione, inchoatoque aduerſus Deum bello ſe coercuerunt, immo & impugnare cœpiſſe pectoris tunſionibus contra ſe indignantes vehementer dolebant.

Sed pergo iam modum huius ſuſpenſionis ex inuictiſſimo Crucis muro, variaſque eius circumſtantias non ſolum commemorare, ſed multis pariter illuſtrare, & exornare: qua in re executionis ordini inſiſtens, illud ante omnia obſeruandum reor, ad loci circumſtantiam conferens, quod vt diligentiſſimus Terræ ſanctæ ſcru-
Adr. in deſcript. vrb. Hier. c. 2;8. tator Adricomius in vrbis Hieruſalem deſcriptione tradit, à Pilati palatio vſque ad locum, vbi Crux rupi infixa fuit, ſunt greſſus mille trecenti viginti & vnus, ſiue alia ſupputatione, pedes tres mille trecenti & tres. Hinc non obſcure colligitur, ex longitudine tanti itineris exanguis & exulcerati corporis Chriſti Crucẽ baiulantis dolores nõ parũ incrementi ſuſcepiſſe. Aduerto tamen ex eodẽ Adricomio, quartã partẽ pedis, cuius hic mentio facta eſt, hac linea deſignari. ————————

Locum autem deputatum ad Chriſtum in Cruce erigendum eſſe medium terræ, communis eſt Doctorum ſententia, ex teſtimonio Dauidis:
Pſal. 73. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ.* Sed in modo id explicandi non eſt vna omnium ſententia:
Aug. ſerm. 71. de temp. Bed. de locis ſanctis c. 2. nam Diuus Auguſtinus, & Beda putant dici medium terræ locum illum ex priuilegio, quia ſcilicet vrbs Hieruſalem tot tantiſque priuilegijs à Deo fuit condecorata, vt merito terræ medium dici debeat; ibi enim Abraham, Iſaac immolaturus Deo arietem obtulit; ibi templum illud toto terrarum orbe celeberrimum extitit; ibi Chriſtus miracula fecit, prædicauit, & tandem Cruci affixus eſt. Alij cum Mallonio viro noſtra tempeſtate eruditiſſimo in tantum aiunt Chriſtum dici à Propheta operatum fuiſſe ſalutem in medio terræ, in quantum ſalutem, & liberationem animabus Patrum attulit, qui in medio terrę, ſcilicet in limbo detinebantur. Alij, quos ſequitur Gretſerus de Cruce Chriſti, nempe Ioſephus lib. 3. de bello Iud. c. 2. & antiquiſſimus Ariſteas libr. de 70. Interpretibus, exiſtimant locum Dauidis non eſſe intelligendum de medio terræ Mathematicorum more, vnde ipſe ait: *Non eſt medium terræ, nec fortaſſis medium terræ habitabilis, ſed medium terræ accipit morali hominum exiſtimatione, qui illud nonnunquam medium appellant, vnde reſpectu ſui ad alios facilis eſt tranſmiſſio, & cum ijſdem commoda communicatio.* Dicunt ergo prædicti auctores, locum illum eſſe medium terræ, quia Hieruſalem media erat non totius terræ, ſed tantum Palęſtinæ, & ad hoc medium aiunt reſpexiſſe Dauidem dum ait, Deum operatum eſſe ſalutem in medio terræ. Poteſtque horum Doctorum ſententia ex eo valde ſtabiliri, cum conſtet Hieruſalem non eſſe conſtitutam ſub Æquatore, ſed ne intra tropicos quidem, quippe quæ longitudinis obtineat gradus ſexaginta ſex, latitudinis vero triginta & vnum, vt tradit Ptolemæus.

Mallon. de vuln. inter. Chriſti c. 20

Gret. de Cruce Chriſti t. 1. cap. 17. Ioſeph lib. 3 de bello Iud. c. 2 & antiquiſ. Ariſt. lib de 70. Interpetr.

Nec iuuat etiam dicere, quod alijs placuit, eſſe in medio terræ, quia à mari æque diſtat; hoc enim falſum eſt, cum à mediterraneo mari diſtet ſolum ſpatio milliarium ſeptem. Verum etſi difficillimum ſit mundum metiri, quod nec Romanorum ſenatus potuit, & certam de medio terræ rationem Geometricam dare; tamen propter illud Dauidicum teſtimonium: *Operatus eſt ſalutem in medio terræ*, & quia communis Patrum ſententia id docet, facile in eam trahor ſententiam, medium illud non eſſe limitandum ad medium Palæſtinæ, ſed vere eſſe medium orbis. Vnde Beda de locis ſanctis ex Victorino Pataniensi dixit: Ptolem. lib. 5 Geograph. Pſalm. 73. Bed. de locis ſanctis.

Eſt locus ex omni medio quem credimus orbe, Vict. Patan.
Golgotha Iudæi patrio cognomine dicunt.

Et ante illum Eudoxia Theodoſij vxor in Homeri centonibus:

In medio terraq. & cœli ſiderei
Tempore in verno cum dies longi exiſtunt
Vt diu viuus exiſtẽs graues dolores patiatur.

Conſentit Hieronymus in illa verba Ezechielis: *Hæc dicit Dominus Deus, iſta eſt Hieruſalem, in medio gentium poſui eam, & in circuitu eius terras*, ſic ſcribit, *Hieruſalem in medio mundi ſitam hic idem Propheta teſtatur, vmbilicum terræ eſſe demonſtrans*, & infra ſubdit: *Operatus eſt ſalutem in medio terræ: à parte enim Orientis cingitur plaga, quæ dicitur Aſia; à partibus Occidentis eius quæ appellatur Europa; à Meridie, & Auſtro Libya, & Africa; & à Septentrione Scythia, Armenia, atque Perſide, & cunctis Ponti nationibus. In medio igitur gentium poſita eſt.* Hactenus ille. Diuus Cyrillus, & Diuus Hilarius aiunt, medium terræ eſt hic Golgotha, Hier. c. 5. Ezechiel. Cyr. cat. 13 Hil. in Matth. cap. 13.

non meus eſt hic ſermo, Propheta dicit: *Operatus eſt ſalutem in media terræ*. Et antiquiſſimus Tertullianus in carmine aduerſus Marcionem cecinit:

Tert. lib. 2. cont. Marcion.

Golgotha locus eſt capitis, Caluario quondam
Lingua paterna prior ſic illum nomine dixit,
Hic medium terræ eſt, hic eſt victoria ſignum.

S. Germ. in theo. rer. Eccleſiar. Aug. in com. Pſal. 73.

Idem tandem docent ſanctus Germanus, immo & Diuus Auguſtinus in commentario Pſalmi 73. & communi conſenſu interpretes ibi, à quo abſque temeritate recedi non poteſt.

Aug. ser. 71 de temp. Bed. de locis Sanctis c. 2.

Duo etiam circa eundem locum crucifixionis obſeruatione digna ſilentio minime præteribo. Primum eſt, Chriſtum Dominum crucifixum fuiſſe in eodem monte nomine Moria, quo olim Abraham filium ſuum Iſaac immolare à Deo iuſſus eſt, vt tradit Diuus Auguſtinus, confirmans id auctoritate Diui Hieronymi, & teſtatur itidem Beda in loco illo montis, vbi Abraham altare conſtruxerat, vt filium immolaret, fuiſſe menſam ligneam non paruam, in quam pauperum eleemoſynæ ſolitæ fuerant à populo deferri. Secundum eſt, locum illum Caluariæ, à caluaria Adami nominatum, quia vt grauiſſimi Patres tradunt ex antiquiſſima traditione, ibi ſepultus erat humani generis parens Adam. Ita Diuus Athanaſius: *Non alibi patitur, neque in alio loco crucifigitur, quam in Caluariæ loco, quem magiſter Hebræorum dicit eſſe ſedem ſepulchri Adæ, ibi enim poſt maledictionem eum humatum eſſe aſſeuerat. Quod ſi ita ſe res habet, miror eius loci naturam & proprietatem, congruum enim erat Dominum cũ vellet renouare primum Adam, in eo loco pati, vt illius abolito peccato, ab vniuerſo eius genere illud profligaret. Iam vero, quia audierat, de terra es, & in terram reuerteris, idco illic denuo poſitus eſt, vt Adamum ibi inuentum à maledictione liberaret, & pro illis verbis, terra es, & in terram reuerteris, eidem diceret, excitare, qui dormis, & ſurge ex mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Et deinde D. Baſilius: *Obtinuit fama quædam, in Eccleſia memoriam conſeruans, non quidem ſcripto proditam, quæ talis eſt, quod prima vtique Iudæa hominem habebat accolam, nimirum Adam, ſimul atque excidit delicijs Paradiſi, in hac terra collocatum ad mitigandam iacturam bonorum, quibus fuerat exutus. Prima igitur etiam mortuum hominem excepit, qui & illic eam, cui addictus erat, ſententiam condemnationis plene eſt executus. Itaque inſolens, ac nouum videbatur illius ætatis hominibus ſpectaculum, os capitis defluente carne nudum: at illi recondentes cranium, loco illi indiderunt nomen Cranium, id eſt Caluariam. Probabili ratione poterat Noe non ignoraſſe ſepulchrum Principis huius, & mortalium omnium primogenij, ſiquidem de hac re fama à diluuio mox per orbem propagata eſt ab ipſo, & dimanauit, eaque Dominus excuſſa origine humanæ mortis in Caluariæ loco eſt paſſus.* Addit Origenes. *Locus Caluariæ dicitur non qualemcumque diſpenſationem habere, vt illic, qui pro hominibus fuerat moriturus, moreretur: venit ad me traditio quædam talis, quod corpus Adæ primi hominis ibi ſepultum eſt, vbi crucifixus eſt Chriſtus*. Additque Origenes cauſam huius rei: *Vt ſicut in Adam omnes moriuntur, ſic in Chriſto omnes viuificentur, & in loco illo, qui dicitur Caluariæ locus, id eſt locus capitis, caput humani generis reſurrectionem inueniat cum populo vniuerſo per reſurrectionem Saluatoris, qui ibi paſſus eſt, & reſurrexit.* Vnde Tertullianus loquens de Golgotha:

S. Ath. ser. de Cruce Domini.

S. Baſil. c. 5. Iſaia.

Orig. tract. 35. in Matt.

Tert. lib. 2. adu. Marcion.

Os magnum hic veteres noſtri docuere repertum,
Hic hominem primum ſuſcepimus eſſe ſepultum.

Aug. ser. 71. de temp.

Accedit ad hæc inſigne teſtimonium Diui Auguſtini, ſic loquentis: *Vere fratres non incongrue creditur, quia erectus ſit medicus, vbi iacebat ægrotus, & dignum erat, vt vbi ceciderat humana ſuperbia, ibi ſe inclinaret diuina miſericordia, & ſanguis ille precioſus etiam corporaliter puluerem antiqui peccatoris, dum dignatur ſtillando contingere, redemiſſe credatur.* Idem etiam habet Diuus Auguſtinus ſermone de Oblatione Iſaac, & Diuus Cyprianus: *Creditur*, inquit, *Adam in Caluariã, qui ſub loco, quo Crux Domini fixa eſt, humatus traditur ab antiquis.* Eidem tandem ſententiæ adſtipulantur, Anaſtaſius Sinaita, Euthymius, & Theophylactus, Germanus in Theoria rerum Eccleſiaſticarum, Chryſoſtomus, Cardinales Baronius, & Bellarminus. Scio huic ſententiæ refragari inſigne teſtimonium Diui Hieronymi: *Magno*, inquit, *applauſu populi pia explicatio ſuſcepta eſt, non tamen vera, cum neque Abraham in Caluariæ monte ſepultus ſit. vbi enim ſepultus ſit Adam, teſtatur liber Ioſue, capit. 14. dicens, ibi Adam maximus, inter filios Enachin ſepultus eſt, neque etiã Caluariæ mons ab Adæ capite, ſed ò caluarijs eorum, qui in eo monte capite plectebantur, ſic appellatus fuit.* Docuit etiam hanc ſententiam Diuus Iſidorus, & ſequuti ſunt illam Rupertus, Nicolaus de Lyra, Ianſenius, immo, & Diuus Thomas, qui id ea congruentia confirmat, quod Chriſtus non debuerat ſupra Adæ ſepulchrum mori, ne pro ſolo Ada mori videretur. Sed ſane fundamentum Diui Hieronymi, vt præcitati Doctores recte annotant, firmum non eſt: nam cum Ioſue 14. dicitur Adam maximus inter filios Enachin ſepultus, non eſt ſermo de primo parente, Adam enim non eſt nomen ſolum perſonale primi hominis, ſed & commune, quia Adam ſignificat hominem, vnde ſenſus eſt, quod ibi ſepultus eſt vir maximus inter filios Enachin, vel vt egregie obſeruauit Cardinalis Baronius, Enac gigas fuit, & parens gigantum, vt libro Numerorum legitur, & ab Enac ſtirpem Enachin ipſos gigantes ſacra Scriptura nominare conſueuit. Quod igitur ibi Adam maximus inter filios Enachin ſepultus dicitur, non de alio, quam de vno ex illorum gigantũ numero, qui ceterorum maximus eſſet, & Adam ſit appellatus, accipiendum eſt, ſi velimus

D. Aug. ser. de Oblat. Iſaac, ser. 69 in fin. to. 10. Amb. lib. 10 in Lucam. Cyp. ser. de Reſur. Chriſti in initio. Epip. har. 46 Anast. Sin. lib. 7 contep. in Hexam. Theop. in c. 27. Matth. German. in Theoria rer. Eccleſiaſt. Chryſ. hom. 84 in Ioan. Baron. tomo 1 annal. an. no Chriſ. 34 Bellarm. l. 3 de amiſſ. gratia, & de ſtatu peccati c. 12. Perer lib. 7. in Gen. diſp. propria de hac re. D. Hier. ſup. 27. Matth. & in c. 5 epiſt. ad Eph. Rup. in Ioa. li. 13. 5 p. q. 46. a. 10. Ioſue 14.

Bar. vt ſup.

Adam

Digitized by Google

D. Hier. ep. nom. Paulæ. & Euſtoch. ſcripta ad Marcellam.

Adam nomen eſſe perſonale, non commune. Quare Diuus Hieronymus non ſolum receſſit à communiori, & receptiori expoſitione illius loci, ſed etiam à ſua propria ſententia: nam in epiſtola, quam nomine Paulæ, & Euſtochij ſcripſit ad Marcellam, in hæc verba contrariam opinionem tuetur: *In hac vrbe, immo in hoc tunc loco & habitaſſe dicitur, & mortuus eſſe Adam, vnde & locus in quo crucifixus eſt Dominus noſter, Caluaria appellatur, ſcilicet, quod ibi ſit antiqui hominis Caluaria condita, vt ſecundi Adam, id eſt Chriſti ſanguis de Cruce ſtillans primi Adam, & iacentis protoplaſtis peccata dilueret, & tunc ſermo ille Apoſtoli compleretur: Excitare, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus*. Et ſuper epiſtola ad Epheſios capite quinto, tradit à quodam cum applauſu populi prædicatum, quod Chriſtus crucifixus ſuper ſepulchrum Adæ dixerit, Adam ſurge, qui dormis, & exurge à mortuis, & continget te Chriſtus: neque id damnat, immo typum quoque illum veritate compleri aſſerit, quando Eliſeus mortuus mortuum ſuſcitauit.

Sed iam veniamus ad vinum Chriſto Domino propinatum antequam crucifigeretur, quod non modicam præſefert difficultatem, cum Diuus Matthæus de illo loquens, dicat: *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum, & cum guſtaſſet noluit bibere*; Marcus vero aſſerat: *Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit*. Hæc duo loca non videntur inter ſe cohærere: nam ſi guſtauit accepit, ſi autem accepit, quomodo Marcus dixit, non accepit. Diuus Auguſtinus exiſtimat vnum poculum fuiſſe aceti cum felle, ac myrrha ſimul admiſtis, aut fel poluiſſe pro amaritudine, & ob id dictum eſſe à Marco myrrhatum vinum, id eſt amariſſimum. Hoc autem vinum in hac ſententia, quam ſequuntur Hieronymus, Beda, Anſelmus, & communis Patrum expoſitio, Chriſtus non accepit, vt Marcus dixit, quia licet illud deguſtaret, vt Matthæus refert, non tamen illud ebibit, in ſtomachum illud traijciens. Euthymius tamen, & Theophylactus, quos ſequutus eſt Cardinalis Baronius, exiſtimant duo pocula Chriſto Domino fuiſſe oblata, antequam Crucis patibulum aſcenderet, alterum quidem vini myrrhati, alterum vero vini cum felle, quorum ſeparatim quiſque Euangeliſta meminit. illa autem fuiſſe diſtincta pocula duo, ſi rem ſincere perpendamus, facile perſuadent. Primum eſt, quod de vino cum felle mixto, ſeu vt plures codices Græci habent, aceto, ſeu vt alij volunt, vino acetoſo dicitur, quod cum guſtaſſet noluit bibere, de vino vero myrrhato legitur, quod dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit; longe autem diuerſum eſt, non accepit, ab eo quod dicitur, cum guſtaſſet noluit bibere. Alterum eſt, quod apud Hebræos mos inoleuit, vt damnatis ad mortem vinum aliquod eos confortans propinaretur, vt non obſcure colligitur ex illo Prouerbior. 31. *Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo*. Hic autem mos ab Ægyptijs ad filios Iſrael cum eis diu verſatos peruenit, quia vt tradit Euſebius Cæſarienſis ex Homero, Helena potionem dedit Telemacho apud Menelaum hoſpitem, quod factum eſt, vt calamitatum ſuarum obliuiſceretur: & Poeta ait, hoc accepiſſe Helenam à Polymneſtre quadam Thanais Regis Ægypti vxore. Frequens etiam viguit fere apud omnes nationes conſuetudo, vt moribundis potus aliquis vini præſtantis porrigatur ad confortandum illos. Hac ergo vſis cærimonia Hebræis manifeſtum eſt, diuerſum eſſe poculum vini myrrhati ab eo, quod erat felle permixtum: illud enim conſolationis, & confortationis gratia impertiebantur illi, ad quos huius ritus obſeruatio ſpectabat (hæc enim eſt virtus myrrhæ, licet aliunde amaritudinem aliquam ingerat) illud vero ab infeſtiſſimis Chriſti inimicis porrectum fuiſſe nemo dubitabit. Poſſet tamen hanc ſententiam labefactare, quod in perſona Chriſti regius Vates conqueratur: *Conſolantem me quæſiui, & non inueni*; & ſtatim ſubdit: *Dederunt in eſcam meam fel*. Si autem quiſpiam ei propinaſſet potum ſuauem, confortandi virtutem habentem, iam conſolantem inueniſſet, & non ſolum meminiſſet vini felle mixti, ſed & myrrhati, quod ſuaue, & pergratum erat. Reſpondet Incognitus in expoſitione huius loci in hæc verba: *Chriſtus hic loquitur ſecundum modum loquendi, quo dicitur nullus adeſt, vbi pauci ſunt, comparatiue, ſicut dicitur nullus eſt in Eccleſia, vel in foro, quia pauci ſunt, ſecundum quod deberent, vel conſueuerunt eſſe*. Secundo etiam reſpondet in prædictis verbis, Chriſtum Dominum locutum fuiſſe de perſecutoribus, qui mortem Chriſti diligenter machinati ſunt, & alacriter exequuti.

Matth. 27.

Marc. 15.

D. Aug. lib. de conſenſu Euang. c. 11.

Euthym. cap. 67. in Matt. Theophyl. in Marcum. Card. Baron. in annal. an. 34.

Prou. 31.

Pſ. 78.

Incog. ſuper Pſ. 78.

In fine autem, & ſcopo, ad quem reſpiciebant, dantes prædictum poculum myrrhatum, non eſt vna omnium ſententia: nam religioſiſſimus pariterque doctiſſimus Alphonſus Salmeron exiſtimat, in mandatis Hebræorum affirmatiuis contineri, vt damnatis ad mortem daretur thuris, & myrrhæ granum, vt ſurriperetur eis vſus rationis, quatenus ſemiebrij ex vaporibus myrrhæ, & vini minus dolorem ſentirent: & inde ait, Chriſtum Dominum non voluiſſe illud bibere, ne ebrius pati, & loqui in Cruce iudicaretur. Ceterum hæc ſententia mihi non probatur, tantum enim abeſt, vt myrrhatum vinum à mente alienaret, vt potius ab ebrietate præſeruaret, & ſurgentes vapores abſumeret, vt conſtat ex inſigni teſtimonio Ariſtotelis apud Athenæum, dicentis: *Ollula etiam, quæ Rhodiaca dicuntur, tum ob voluptatem inferuntur in conuiuia, tum quia cum vinum calefaciant, minus ebrietatem inferri patiuntur*: nam ſi myrrha, maſtiche, reſque huiuſmodi in aquam iniectæ coquantur, ac mox vino miſceantur, minus qui bibunt fiunt ebrij. Alij, quorum ſententiæ

Salm. tract. 15. de crucif.

Athen. lib. 11. c. 20.

ſubſcribo, aſſerunt myrrhatum vinum ſolitum eſſe dari damnatis ad mortem in conſolationē, & confortationem, vt inter Catholicos etiam conſueuit vinum illis propinari perquam optimum, cuius antiquæ conſuetudinis meminit Amos, dicens: *Vinum damnatorum bibebant in domo Dei ſui*. Conſtat hoc ex eo, quod myrrhatum vinum ſuaue, iucundum, & pergratum erat, non amarum, & inſipidum, ſic enim nominabatur, quod in vaſis myrrhinis ad saporem, odoremque quærendum, vinum calidum inſundebatur: indeque mirificum ſaporem contrahebat, erantque vaſa illa myrrhina apud antiquos magno precio habita. Meminit huius vini Plinius, dum ait: *Lautiſſima apud priſcos vina erant myrrhæ odore condita, vt apparet in Plauti fabula, quæ Perſa inſcribitur, quamquam in ea & calamum addi iubet, ideo quidam aromatitis delectatos maxime credunt, ſed Fabius Dorſenus his verbis decernit:*

Amos 2.

Plin. nat. hiſtor. l. 14. c. 13.

> *Mittebam vinum pulchrum murrhinam.*
> *Panem, & polentam vinum murrhinam.*

Scæuolam quoque, & Lælium, & Atteium Capitonem in eadem ſententia fuiſſe video, quoniam in Pſeudulo ſit:

> *Quod ſi opus eſt, vt dulce promat*
> *Indidem, ei quid habet? rogas?*
> *Murrhinam, paſſum, defrutum, mella.*

Quibus apparet, non inter vina modo murrhinam, ſed inter dulcia quoque nominatum. Hactenus Plinius. Eiuſdem vini mentionem fecit Martialis libro ſuorum epigrammatum, dicens:

Mart. l. 14. ſuor. epigr.

> *Si calidum potas ardenti myrrha Falernum,*
> *Conuenit, & melior fit ſapor inde mero.*

Aduertere tamen oportet, vinum hoc myrrhatum non eſſe illud idem, quod Nonius Marcellus, Murrhinum, vel Murinola vocat, non à myrrha, ſed à myro, quod aſt odoramentum quoddam. Vinum hoc dulce erat, & aromatibus conditum, quo Romanæ mulieres, vt auctor eſt Gellius, plurimum delectabantur. Quod ſi quiſpiam quærat, quare Chriſtus Dominus vinum illud myrrhatum non biberit, ſed potius, vt olim Dauid potum ex aqua ciſternæ Bethlem ſibi propinatum, renuerit, ex dictis facile erit reſpondere, quia cum vinum illud eſſet dulce, & ſuaue, noluit illud bibere, vt omnem conſolationem omnino reſpueret; vel certe noluit tunc extinguere ſitim, vt vehementius eam in Cruce pateretur, & ſic impleretur prophetia, quæ de Chriſti ſiti prædixerat: *In ſiti mea potauerunt me aceto*. Alij dicunt litteralem rationem eſſe, quia forte tunc non indigebat potu, & cum temperatiſſimus eſſet, noluit bibere ſine cauſa. Diuus Hieronymus ad ſenſum myſticum recurrens, ait guſtaſſe, ſed non bibiſſe, vt ſignificaret ſe mortem guſtaturum, non tamen in ea permanſurum. Theophylactus de vino felle mixto ait, fuiſſe mortiferum, & veneno infectum, & quia Chriſtus elegerat mortem Crucis, & non aliam, noluiſſe illud bibere.

Gell. lib. 10. c. 23.

D. Hier. in hunc locum

Theoph. in hunc locum.

Sed iam tempus eſt, vt de nudatione Chriſti ſermonem inſtituamus, quam inter præcipuas crucifixionis circumſtantias connumerandam eſſe cenſeo. illam ad amuſſim præfigurauit nuditas Noe, qui figura fuit Chriſti, vt egregie proſequuntur Diuus Auguſtinus, Diuus Ambroſius, Diuus Gregorius, Origenes, Rupertus. Noe quidem Arca mundum ſeruat, Chriſtus Cruce mundum redimit; Noe vineam plantat, Chriſtus Eccleſiam; Noe vino ebrius dormit, Chriſtus amore ſaucius; ſomnum ducit ille in tabernaculo; hic in Cruce; ille nudus, hic veſtibus expoliatus; nuditatem Noe ridet Cam, nuditatem Chriſti rident Iudæi; Iaphet, & Sem verenda Patris tegunt; Chriſtiani Chriſti Crucem, & opprobria adorantes honorant; dum ea agerentur, dormiebat Noe, ſed poſtea è ſomno expergefactus benedixit Sem, & Iapher, & maledixit Cam, ita Chriſtus in fine mundi, quaſi potens crapulatus à vino excitabitur, vt prædixit Dauid, benedicitque filijs ſuis, *venite benedicti Patris mei*. Illi vero, qui eius nuditatē irriſerunt, maledictionē eius audient: *Ite maledicti in ignem æternū*. ecce impletū illud Thren. 4. *Ad te quoque perueniet calix: inebriaberis, atque nudaberis*. Michæas quoque eandem denudationem prædixerat: *Vadam*, inquit, *ſpoliatus, & nudus faciam planctum*. Illamque aperte oſtendit, quod ſacer Euangeliſta refert, milites ſortem miſiſſe ſuper veſtimenta Chriſti. Vnde Diuus Hieronymus ait: *Nudus IESVS nudos quærit amicos, & ſponſos*. Eſt tamen non modica concertatio inter Doctores, an Chriſtus Dominus ita nudatus ſit, vt neque verenda tegere permiſſus fuerit. Plerique recentiores tamquam omnino probabiliorem ſententiam vendicant, omni ex parte Chriſtum Dominum nudum extitiſſe, neque vllo modo permiſſum à militibus, vt quæ natura texit, ipſe velaret. Mouentur primo, quia ſic melius reſpondet figuratum figuræ: nam Noe in ſua ebrietate omnino nudatus extitit, ita vt & verenda paterent. Adducunt duo teſtimonia Patrum, alterum Diui Ambroſij, aſſerentis: *Refert conſiderare qualis aſcendat: nudum video, talis aſcendit, quales nos auctore Deo natura formauit: qualis in Paradiſo homo primus habitauerat, talis ad Paradiſum homo ſecundus intrauit*. Alterum Diui Athanaſij ſermone de Cruce, vbi ait: *Exuebat veſtimenta ſua, dicebat enim cum hominem introduceret in Paradiſum, exuere tunicas, quas Adam accepit cum è Paradiſo eijceretur*. Tertio varijs rationibus id ipſum ſtabiliri poteſt, quia ſi, vt Diuus Auguſtinus refert, mos erat apud Romanos, & alias gentes Cruci damnatos omnino nudos ſuſpendere, manifeſtum eſt immaniſſimos illos carnifices hoc eodem rigore vſos fuiſſe erga Chriſtum Dominum, ne aliquid ſolaminis ei impendere viderentur. Deinde,

D. Aug. lib. 12. cō. Fauſt. D. Amb. lib. de Noe, & Arca. D. Greg. lib. 1. mor. c. 10. Orig. homil. in Geneſ. Rup. in c. 9. Geneſ.

Ioan. 22. & Pſ. 11.

Mich. 1.

Grat. de Cruce l. 2. lib. 3. c. 12. Suar. 3. p. t. 2 diſpu. 36. ſect. 4. Ludolp. de paſſ. p. 2. verſo Chriſti.

Gen. 9.

D. Amb. lib. 10. in Luca, & in Pſ. 41.

Athan. ſer. de Cruce & paſſione.

Aug. 14. de Ciuit. c. 3. & 10. cō. Fauſt.

quia

Digitized by Google

quia certum eſt in circumciſione omnino nudum extitiſſe, nihil ergo obſtat, quo minus etiam nudus extiterit tempore crucifixionis, ac tandem, quia quamuis Beata Virgo, Ioannes, & Magdalena, qui ſpectaculo illi aderant, voluiſſent illo tempore linteolum porrigere ad contegenda, quæ natura contexit, veriſimile non eſt infeſtiſſimos Chriſti inimicos id permiſiſſe, qui maiorem Chriſti confuſionem diligentiſſime quæritabant. Neque huic ſententiæ aiunt repugnare communem & conſuetum modum pingendi Chriſtum Dominum Cruci affixum, linteo præcinctum, quia non opus eſt, vt eo modo fidelium oculis ſubijciatur, quo crucifixus eſt, ab ijs quos

Pſal. 21. Pſalmiſta canes vocat.

Hæc tamen omnia, quæ quandam probabilitatis ſpeciem præſeferre videntur, apud me nullam prorſus probabilitatem habent. Moueor ad hoc primo, quia ſi de figuris agamus, ſicut nudus Dauid, indutus tamen ephod lineo, & ſaltans coram Arca deriſus eſt ab vxore Michol; ita & Chriſtus nudus licet linteolo præcinctus, cum nos Patri reconciliaret, deluſus fuit.

2. Reg. 6.

Nec etiam (vt figuram ab eis adductam in eoſdem retorqueam) licet nudatus fuerit, continuo tamen pallio coopertus eſt à filijs. Eodem ergo modo licet à militibus penitus denudatus fuerit Chriſtus, ab alijs vero ex beneuolentia adhibitum fuit linteolum ad pudorem velandum, quod adeo verum putat Diuus Anſelmus, vt non dubitarit dicere, Beatam Virginem hoc obſequiũ ei impendiſſe proprij capitis linteolo detracto.

D. Anſ. de Paſſ.

Ducor ſecundo in eandem ſententiam ex teſtimonio reuelationis beatæ Brigittæ factæ, in qua beata Virgo locuta eſt in hunc modum: *Stante Filio meo, ſicut natus erat, nudo corpore, vnus tunc accurrens apportauit ſibi velamen, quo ipſe exultans intime velabat verenda ſua.* Similia ait libro quarto, capit. 7. Nec hæc reuelatio pugnat cum teſtimonio nuper citato Diui Anſelmi, cum facile potuerit duplex linteolum, à Beata Virgine, & ab aliquo pio viro ei donari.

S. Brig. lib. 1. reuel. c. 10.

Tertio trahor ad hanc ſententiam: nam Aquiſgrani ſumma veneratione colitur linteum aſſeruatum, quo Chriſtus è Cruce ſuſpenſus coopertus fuit, quod ſeptimo quoque anno fidelibus deuotionis cauſa oſtenditur, extra quod tempus, teſte Leone Reginæ Boemiæ fratre, in ſuo Itinerario, Cæſari diadematis gratia eo venienti detegitur. In Bauariæ etiam Monte ſancto de eodem linteolo aliquid aſſeruari omnes illius prouinciæ norunt.

Leo in ſuo Itin. 1465.

Quarto idem mihi perſuadet efficaciſſima ratio, quia verendorum nuditas poſt Adæ lapſum indecentiam quandam præſefert honeſtati repugnantem; nulla ergo ratione admitti debet in Chriſto totius pudicitiæ, & honeſtatis ſpeculo, qui facile illa vitare potuiſſet. Vnde ſi, vt refert Diuus Gregorius Turonenſis, quidam ſacerdos diuinitus monitus fuit, vt nudam imaginem Chriſti crucifixi in templo exiſtentem linteo veſtiret, ne nuditas aſpiceretur: quanto maiori cura diuinam prouidentiam nuditati ipſius Chriſti occurriſſe credemus, ne ab omnibus conſpiceretur? Incredibile etiam eſt, quod quidam alias graues viri, & nonnullæ etiam honeſtiſſimæ feminæ, quæ ibi aderant, Chriſtum Dominum omni ex parte nudum aſpexiſſent.

Greg. Tur. l. 1. de gloria mart. c. 23.

Ac tandem accedit ad hæc non contemnenda coniectura: nam in ſacra ſindone, qua ſepultus fuit Chriſtus Dominus, & à Ioſepho ab Arimathia inuolutus, quæ hodie Nicææ oſtenditur, habet in ſe exaratam, ſeu impreſſam Chriſti figuram, in qua tam pars exterior, quam poſterior corporis Chriſti huius linteoli pudorem cooperientis manifeſta ſigna oſtendit. Communem etiam, & receptiſſimum vniuerſalis Eccleſiæ depingendi modum huic ſententiæ opitulari euidentiſſimum eſt, cum nunquam Chriſti imago in Cruce depingatur, niſi linteo eius pudorem velante. Vnde Abulenſis loquens de denudatione verendorum, ait: *Nemo namque tam durus foret, immemor humanæ verecundiæ, tam deteſtanda aggredi auſus foret; & ſi quis auſus fuiſſet hoc, Chriſtus paſſurus non eſſet.* Contrarium autem huius nec ſomniaſſe arbitror Ambroſium, & Athanaſium ſupra citatos; duplex enim illa, qua vtuntur, comparatio ſolum comprobat, quod quemadmodum primus homo nullis veſtibus erat indutus, ita & Chriſtus omnibus ſuis veſtibus fuit ſpoliatus: linteolum autem illud pudorem cooperiens nomine veſtis nulla ratione venit intelligendum.

Abul. parad. 5. c. 40.

Ad conſuetudinem vero illam Romanorum dicendum eſt, vel tunc temporis iam eſſe abolitam, propter turpitudinem, quam præſeferebat, & quia aſpicientibus crucifixos non poterat non eſſe ingrata; vel ſi illa tunc vigebat, facilius perſuadebor ſpeciali Dei prouidentia, ob eximiam Chriſti pudicitiam factum eſſe, vt pudorem velare permitterent, ſicut eadem ratione, licet multa, ac deteſtanda falſa teſtimonia aduerſus Chriſtum Dominum obiectabant, nullam tamen aduerſus puriſſimam eius caſtitatem hoſtes eius effutire permiſſi ſunt. Nec tandem quidpiam refert, quod in circumciſione Chriſtus Dominus nudatus omnino fuerit, quia in infantulis pudoris denudatio non eam præſefert indecentiam, quam in viris, maxime cum tunc pro circumciſionis ſacramento miniſtrando neceſſaria omnino eſſet.

Porro cum de modo crucifigendi Dominum nihil clare & perſpicue tradat ſacra Scriptura: num Cruci in altum erectæ affixus fuerit, an adhuc in terra iacenti: difficile admodum eſt certo definire, vtra iſtarum opinionum verior ſit. Nam locus ille Ioannis: *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis*, non magis vnam, quam aliam ſtabilit opinionem. duplicem ergo celebrem ſententiam reperio. Prima eſt eorum, qui dicunt Crucem prius fuiſſe erectam, & poſtea Chriſtum in eam eleuatum ſcalis, & funibus. Ita Diuus Gregorius, dum ait: *Aſcendam*

Ioan. 3.

Greg. in 7. Cant.

ſubſcribo, afferunt myrrhatum vinum ſolitum eſſe dari damnatis ad mortem in conſolationẽ, & confortationem, vt inter Catholicos etiam conſueuit vinum illis propinari perquam optimum, cuius antiquæ conſuetudinis meminit Amos, dicens: *Vinum damnatorum bibebant in domo Dei ſui*. Conſtat hoc ex eo, quod myrrhatum vinum ſuaue, iucundum, & pergratum erat, non amarum, & inſipidum, ſic enim nominabatur, quod in vaſis myrrhinis ad ſaporem, odoremque quærendum, vinum calidum infundebatur, indeque mirificum ſaporem contrahebat, erantque vaſa illa myrrhina apud antiquos magno precio habita. Meminit huius vini Plinius, dum ait: *Lautiſſima apud priſcos vina erant myrrhæ odore condita, vt apparet in Plauti fabula, quæ Perſa inſcribitur, quamquam in ea & calamum addi iubet, ideo quidam aromatitis delectatos maxime credunt, ſed Fabius Dorſenus his verbis decernit:*

Amos 2.

Plin. nat. hiſtor. l. 14. c. 13.

Mittebam vinum pulchrum murrhinam.
Panem, & polentam vinum murrhinam,

Scæuolam quoque, & Lælium, & Atteium Capitonem in eadem ſententia fuiſſe video, quoniam in Pſeudulo ſit:

Quod ſi opus eſt, vt dulce promat
Indidem, ei quid habet? rogas?
Murrhinam, paſſum, defrutum, mella.

Quibus apparet, non inter vina modo murrhinam, ſed inter dulcia quaque nominatum. Hactenus Plinius. Eiuſdem vini mentionem fecit Martialis libro ſuorum epigrammatum, dicens:

Mart. l. 14. ſuor. epigr.

Si calidum potas ardenti myrrha Falernum,
Conuenit, & melior fit ſapor inde mero.

Aduertere tamen oportet, vinum hoc myrrhatum non eſſe illud idem, quod Nonius Marcellus, Murrhinum, vel Murinola vocat, non à myrrha, ſed à myro, quod eſt odoramentum quoddam. Vinum hoc dulce erat, & aromatibus conditum, quo Romanæ mulieres, vt auctor eſt Gellius, plurimum delectabantur. Quod ſi quiſpiam quærat, quare Chriſtus Dominus vinum illud myrrhatum non biberit, ſed potius, vt olim Dauid potum ex aqua ciſternæ Bethlem ſibi propinatum, renuerit, ex dictis facile erit reſpondere, quia cum vinum illud eſſet dulce, & ſuaue, noluit illud bibere, vt omnem conſolationem omnino reſpueret; vel certe noluit tunc extinguere ſitim, vt vehementius eam in Cruce pateretur, & ſic impleretur prophetia, quæ de Chriſti ſiti prædixerat: *In ſiti mea potauerunt me aceto*. Alij dicunt litteralem rationem eſſe, quia forte tunc non indigebat potu, & cum temperatiſſimus eſſet, noluit bibere ſine cauſa. Diuus Hieronymus ad ſenſum myſticum recurrens, ait guſtaſſe, ſed non bibiſſe, vt ſignificaret ſe mortem guſtaturum, non tamen in ea permanſurum. Theophylactus de vino felle mixto ait, fuiſſe mortiferum, & veneno infectum, & quia Chriſtus elegerat mortem Crucis, & non aliam, noluiſſe illud bibere.

Gell. lib. 10. c. 23.

D. Hier. in hunc locum

Theoph. in hunc locum.

Sed iam tempus eſt, vt de nudatione Chriſti ſermonem inſtituamus, quam inter præcipuas crucifixionis circumſtantias connumerandam eſſe cenſeo. illam ad amuſſim præfigurauit nuditas Noe, qui figura fuit Chriſti, vt egregie proſequuntur Diuus Auguſtinus, Diuus Ambroſius, Diuus Gregorius, Origenes, Rupertus. Noe quidem Arca mundum ſeruat, Chriſtus Cruce mundum redimit; Noe vineam plantat, Chriſtus Eccleſiam; Noe vino ebrius dormit, Chriſtus amore ſaucius; ſomnum ducit ille in tabernaculo; hic in Cruce; ille nudus, hic veſtibus expoliatus; nuditatem Noe ridet Cam, nuditatem Chriſti rident Iudæi; Iaphet, & Sem verenda Patris tegunt, Chriſtiani Chriſti Crucem, & opprobria adorantes honorant; dum ea agerentur, dormiebat Noe, ſed poſtea è ſomno expergefactus benedixit Sem, & Iaphet, & maledixit Cam, ita Chriſtus in fine mundi, quaſi potens crapulatus à vino excitabitur, vt prædixit Dauid, benedicitque filijs ſuis, *venite benedicti Patris mei*. Illi vero, qui eius nuditatẽ irriſerunt, maledictionẽ eius audient: *Ite maledicti in ignem æternũ*. ecce impletũ illud Thren. 4. *Ad te quoque perueniet calix: inebriaberis, atque nudaberis*. Michæas quoque eandem denudationem prædixerat: *Vadam*, inquit, *ſpoliatus, & nudus faciam planctum*. Illamque aperte oſtendit, quod ſacer Euangeliſta refert, milites ſortem miſiſſe ſuper veſtimenta Chriſti. Vnde Diuus Hieronymus ait: *Nudus IESVS nudos quærit amicos, & ſponſos*. Eſt tamen non modica controuerſia inter Doctores, an Chriſtus Dominus ita nudatus ſit, vt neque verenda tegere permiſſus fuerit. Plerique recentiores tamquam omnino probabiliorem ſententiam venditant, omni ex parte Chriſtum Dominum nudum extitiſſe, neque vllo modo permiſſum à militibus, vt quæ natura texit, ipſe velaret. Mouentur primo, quia ſic melius reſpondet figurarum figuræ: nam Noe in ſua ebrietate omnino nudatus extitit, ita vt & verenda paterent. Adducunt duo teſtimonia Patrum, alterum Diui Ambroſij, aſſerentis: *Refert conſiderare qualis aſcendat: nudum video, talis aſcendit, quales nos auctore Deo natura formauit: qualis in Paradiſo homo primus habitauerat, talis ad Paradiſum homo ſecundus intrauit*. Alterum Diui Athanaſij ſermone de Cruce, vbi ait: *Exuebat veſtimenta ſua, dicebat enim cum hominem introduceret in Paradiſum, exuere tunicas, quas Adam accepit cum è Paradiſo eijceretur*. Tertio varijs rationibus id ipſum ſtabiliri poteſt, quia ſi, vt Diuus Auguſtinus refert, mos erat apud Romanos, & alias gentes Cruci damnatos omnino nudos ſuſpendere, manifeſtum eſt immaniſſimos illos carnifices hoc eodem rigore vſos fuiſſe erga Chriſtum Dominum, ne aliquid ſolaminis ei impendere viderentur. Deinde,

D. Aug. lib. 12. cõ. Fauſt. D. Amb. lib. de Noe, & Arca. D. Greg. lib. 2. mor. c. 11. Orig. homil. 2 in Geneſ. Rup. in c. 7. Geneſ.

Iaen. 22. & Pſ. 22.

Mich. 1.

Gret. de Cruce 1. 2. lib. 1. c. 12. Suar. 3. p. 3 diſpu. 36. ſect. 4. Ludolp. de paſſ. p. 2. vita Chriſti.

Gen. 9.

D. Amb. lib. 10 in Luca, & in Pſ. 41

Athan. ſer. de Cruce & paſsione.

Aug. 16 de Ciuit. c. 9. & 22 cõ. Fauſt.

quia

Digitized by Google

quia certum eſt in circumciſione omnino nudum extitiſſe, nihil ergo obſtat, quo minus etiam nudus extiterit tempore crucifixionis, ac tandem, quia quamuis Beata Virgo, Ioannes, & Magdalena, qui ſpectaculo illi aderant, voluiſſent illo tempore linteolum porrigere ad contegenda, quæ natura contexit, veriſimile non eſt infeſtiſſimos Chriſti inimicos id permiſiſſe, qui maiorem Chriſti confuſionem diligentiſſime quęritabant. Neque huic ſententiæ aiunt repugnare communem & conſuetum modum pingendi Chriſtum Dominum Cruci affixum, linteo præcinctum, quia non opus eſt, vt eo modo fidelium oculis ſubijciatur, quo crucifixus eſt, ab ijs quos Pſalmiſta canes vocat.

Pſ. 21.

Hæc tamen omnia, quæ quandam probabilitatis ſpeciem præſeferre videntur, apud me nullam prorſus probabilitatem habent. Moueor ad hoc primo, quia ſi de figuris agamus, ſicut nudus Dauid, indutus tamen ephod lineo, & ſaltans coram Arca deriſus eſt ab vxore Michol; ita & Chriſtus nudus licet linteolo præcinctus, cum nos Patri reconciliaret, deluſus fuit. Noe etiam (vt figuram ab eis adductam in eoſdem retorqueam) licet nudatus fuerit, continuo tamen pallio coopertus eſt à filijs. Eodem ergo modo licet à militibus penitus denudatus fuerit Chriſtus, ab alijs vero ea beneuolentia adhibitum fuit linteolum ad pudorem velandum, quod adeo verum putat Diuus Anſelmus, vt non dubitarit dicere, Beatam Virginem hoc obſequiū ei impendiſſe proprij capitis linteolo detracto. Ducor ſecundo in eandem ſententiam ex teſtimonio reuelationis beatæ Brigittæ factæ, in qua beata Virgo locuta eſt in hunc modum: *Stante Filio meo, ſicut natus erat, nudo corpore, vnus tunc accurrens apportauit ſibi velamen, quo ipſe exultans intime velabat verenda ſua.* Similia ait libro quarto, capit. 7. Nec hæc reuelatio pugnat cum teſtimonio nuper citato Diui Anſelmi, cum facile potuerit duplex linteolum, à Beata Virgine, & ab aliquo pio viro ei donari. Tertio trahor ad hanc ſententiam: nam Aquiſgrani ſummâ veneratione colitur linteum aſſeruatum, quo Chriſtus è Cruce ſuſpenſus coopertus fuit, quod ſeptimo quoque anno fidelibus deuotionis cauſa oſtenditur, extra quod tempus, teſte Leone Reginæ Boemiæ fratre, in ſuo Itinerario, Cæſari diadematis gratia eo venienti detegitur. In Bauariæ etiam Monte ſancto de eodem linteolo aliquid aſſeruari omnes illius prouinciæ norunt. Quarto idem mihi perſuadet efficaciſſima ratio, quia verendorum nuditas poſt Adæ lapſum indecentiam quandam præſefert honeſtati repugnantem; nulla ergo ratione admitti debet in Chriſto totius pudicitiæ, & honeſtatis ſpeculo, qui facile illa vitare potuiſſet. Vnde ſi, vt refert Diuus Gregorius Turonenſis, quidam ſacerdos diuinitus monitus fuit, vt nudam imaginem Chriſti crucifixi in templo exiſtentem linteo veſtiret, ne nuditas aſpiceretur;

2. Reg. 6. — *D. Anſ. de paſſ.* — *B. Brig lib. 1. reuel. c. 10.* — *Leo in ſuo Itin. 1465.* — *Greg. Tur. l. 1. de gloria mart. c. 23.*

quanto maiori cura diuinam prouidentiam nuditati ipſius Chriſti occurriſſe credemus, ne ab omnibus conſpiceretur? Incredibile etiam eſt, quod quidam alias graues viri, & nonnullæ etiam honeſtiſſimæ feminæ, quæ ibi aderant, Chriſtum Dominum omni ex parte nudum aſpexiſſent. Ac tandem accedit ad hæc non contemnenda coniectura: nam in ſacra ſindone, qua ſepultus fuit Chriſtus Dominus, & à Ioſepho ab Arimathia inuolutus, quæ hodie Nicææ oſtenditur, habet in ſe exaratam, ſeu impreſſam Chriſti figuram, in qua tam pars exterior, quam poſterior corporis Chriſti huius linteoli pudorem cooperientis manifeſta ſigna oſtendit. Communem etiam, & receptiſſimum vniuerſalis Eccleſiæ depingendi modum huic ſententiæ opitulari euidentiſſimum eſt, cum nunquam Chriſti imago in Cruce depingatur, niſi linteo eius pudorem velante. Vnde Abulenſis loquens de denudatione verendorum, ait: *Nemo namque tam durus foret, immemor humanæ verecundiæ, tam deteſtanda aggredi auſus foret, & ſi quis auſus fuiſſet hoc, Chriſtus paſſurus non eſſet.* Contrarium autem huius nec ſomniaſſe arbitror Ambroſium, & Athanaſium ſupra citatos; duplex enim illa, qua vtuntur, comparatio ſolum comprobat, quod quemadmodum primus homo nullis veſtibus erat indutus, ita & Chriſtus omnibus ſuis veſtibus fuit ſpoliatus: linteolum autem illud pudorem cooperiens nomine veſtis nulla ratione venit intelligendum. Ad conſuetudinem vero illam Romanorum dicendum eſt, vel tunc temporis iam eſſe abolitam, propter turpitudinem, quam præſeferebat, & quia aſpicientibus crucifixos non poterat non eſſe ingrata; vel ſi illa tunc vigebat, facilius perſuadebor ſpeciali Dei prouidentia, ob eximiam Chriſti pudicitiam factum eſſe, vt pudorem velare permitterent, ſicut eadem ratione, licet multa, ac deteſtanda falſa teſtimonia aduerſus Chriſtum Dominum obiectabant, nullam tamen aduerſus puriſſimam eius caſtitatem hoſtes eius effutire permiſſi ſunt. Nec tandem quidpiam refert, quod in circumciſione Chriſtus Dominus nudatus omnino fuerit, quia in infantulis pudoris denudatio non eam præſefert indecentiam, quam in viris, maxime cum tunc pro circumciſionis ſacramento miniſtrando neceſſaria omnino eſſet.

Abul. parad. 5. c. 42.

Porro cum de modo crucifigendi Dominum nihil clare & perſpicue tradat ſacra Scriptura: num Cruci in altum erectæ affixus fuerit, an adhuc in terra iacenti: difficile admodum eſt certo definire, vtra iſtarum opinionum verior ſit. Nam locus ille Ioannis: *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis*, non magis vnam, quam aliam ſtabilit opinionem. duplicem ergo celebrem ſententiam reperio. Prima eſt eorum, qui dicunt Crucem prius fuiſſe erectam, & poſtea Chriſtum in eam eleuatum ſcalis, & funibus. Ita Diuus Gregorius, dum ait: *Aſcendam*

Ioan. 3. — *Greg. in c. 7. Cant.*

dam in palmam, & apprehendam fructus eius, quia in Cruce ſuſpenſus fructum vitæ apprehendit, iuxta illud, Ad prædam fili mi aſcendiſti. D. Bernardus: *Exaltato in Crucem perforantur manus, & pedes viri optimi benigni IESV.* Diuus Cyprianus; *Aſcendiſti* (ait) *Domine palmam, quia illud Crucis tuæ lignum portēdebat triumphum de Diabolo, erātque in manibus tuis duo cornua, in quibus erat fortitudo tua obſcondita.* Et D. Auguſtinus: *Aſcendat ſponſus noſter thalami ſui lignum.* Et D. Chryſoſtomus ait, *conſcendiſſe in Crucem.* Eandemque ſententiam ſequuti ſunt D. Gregorius Nazianzenus, & D. Bonauentura, Cardinalis Toletus, & multi recentiores, quos longum eſſet percenſere. Præcipuum fundamentum huius ſententiæ præter auctoritatem tantorum Doctorum deſumitur ex reuelatione facta B. Brigittæ, in qua hæc verba habentur: *Crux eius à Iudæis figebatur, & firmabatur fortiter in foramine petræ montis cum lignis, confixis cum malleo validiſſime circumquaque vt Crux ſolidius ſtaret, ne caderet. Cū igitur Crux ita ſolida firmata eſſet, ibidem ſtatim adaptabantur tabulæ ligneæ in circuitu ſtipitis Crucis, per modum graduum, vſque ad locum, vbi pedes eius crucifigi debebant, vt poſſent per illos gradus tabularum, tam ipſe, quam crucifixores aſcendere, & ſuper tabulas illas aptiori modo ſtare ad crucifigendū eum.* Secunda ſententia eſt aliorum Patrum, aſſerentium Christum Dominū humi iacenti Cruci affixum fuiſse. ita D. Hieronymus, quem ſequuti ſunt D. Anſelmus, D. Antonius, & B. Laurentius Iuſtinianus, dicens: *Ibi nudatur veſtibus, ſolo ſupinus extenditur, configitur ſtipiti, eleuatur in aëra.* His Patribus libenter adhærent multi moderni, fulcirique poteſt duplici ratione. Prima, quia modus hic crucifigendi facilior, & expeditior eſt; ille autem valde difficilis, & moleſtus etiam crucifixoribus. Secunda, quia in Terra ſancta ſpecialis crucifixionis locus demonſtratur, qui ſaoe diſtat per aliquos paſsus à loco, quo Crux fuit terræ infixa. Verum hæc ſententia licet rationi cōſentanea videatur, ego maiorem fidē adhibeo reuelationi factæ B. Brigittæ. Quidquid autem ſit de hoc modo crucifixionis, in eo conueniunt fere omnes præcitati Doctores cum B. Brigitta, quod arreptā eius manum dexteram prius affigere tentarunt, quoniam ex parte cordis erat, vt citius, & magis doleret; itaque dexteræ manus volam ea parte, qua craſſior eſt, tanta acrimonia confixerunt, vt clauus, qui pollicis craſſitudinem æquabat, & tantæ erat longitudinis, vt vltra Crucis ſtipitem non parum protenderetur, partem carnis intra foramen raperet, vt non tam affixam, quam ferruminatam crederes, pari poſtea immanitate ad ſiniſtram proceſſerunt, quæ cum longius diſtaret à foramine propter neruos contractiores redditos, idcirco alijs ſæuitiæ inſtrumentis contendunt, vt funibus hinc inde ligatis, alij dexteram manum vinculis retinerent, ne diſcerperetur, alij vero ſiniſtram trahebant, donec loco perforato, ac parato accommodari poſſet. Exiſtimatque Diuus Bonauentura, quod ſicut ante crucifixionem ferro terebrante, viam ad ingreſſum claui in ligno parabant, id ipſum ante crucifixionem in in manibus, & pedibus præſtiterunt. Hanc manuum crucifixionem conſiderans D. Gregorius Nazianzenus, ait: *Chriſti manum aduerſus manum poſitam eſſe arbitror, manus ſcilicet Chriſti Cruci affixas contra manum incontinenter extenſam.* Manum quidem Adæ vocat incontinenter extensā, dum ad vetitum cibum capiendum ex intemperantiæ vitio pariter, & ſuperbiæ illam extendit; manus vero Adæ primo incontinenter extenſa manus dextera fuit, quia vt docet Ariſtoteles, & cum eo communiter Philoſophi, à dextra incipit motus; ob quod aliqui dicunt dexteram Chriſti manum prius fuiſſe Cruci affixam, vt ex B. Brigitta ſupra retulimus. Cum autem ex confixione manuum corpus mirum in modum cōtraheretur, factum eſt, vt pedes non poſſent attingere ad locum deſignatum clauorum, quare immanes miniſtri funem per humeros circumducentes valide corpus alligarunt, vt pedes, & crura, quoad poſſent, extenderent, ita tamen, vt manus iam confixæ non dirumperentur, impletumque eſt illud Pſalm. 21. *Dinumerauerunt omnia oſſa mea.*

Bern. tract. de paſſ. Op. c. 5.
D. Cypr. ſer. de paſſ. Dom.
D. Aug. 2 ad Catechum.
Chryſ. 2. Cor 3.
Greg. Naz. tragœd. Chriſti patientis.
D. Bon. in faſciculo c. 1. & lib. med. vitæ Chriſti c. 78.
Tolet. in cap. 19. Ioannis annot. 4.
Bernonius.
Lypſius.
Noan etalij.
B. Brig. lib. 7. c. 15.
D. Hier.
D. Anſ. lib. de paſſ. circ. finem.
D. Anton. 1. p. hiſt. tit. 5. c. 6. ant. med.
B. Laur. Iuſt. ſer. de paſſ. Domini.
Lanſp. Hom. 40. et 43. de paſſ. Dom.
Eckius de paſſ. Chriſti art. 3.
Ioan. Aquilan. ſerm. de amara Chriſti paſſ.
Ant. Vāthe. va lib. 5. de monar. Chriſti. ſtella in c. 23. Lucæ.
Brig. lib. 1. c. 10. & lib. 4. c. 70.
D. Bonau. in med. de paſſ.
Greg. Naz.
Ariſt. lib. 2. de Hist. animal. cap. 1.
Pſalm. 21.

Acerbitatem doloris, quam Chriſtus in hac claui fixione manuum, & pedum ſuſtinuit, ex eo probat Angelicus Doctor, quod in locis neruoſis Chriſtus Dominus fuerit transfixus: hic enim dolor adeo vehemens eſſe ſolet, vt multis ſpaſmum cauſauerit, alijs membrorum ſtuporem, & & mentis alienationem immiſerit. Vnde doctiſſimus Eckius hanc dolorum acerbitatē explicans, ait: *Manus altera obtuſo claua, vt grauior eſſet dolor, Cruci affixa eſt, altera vero, quando iam foramen attingere nō poterat, funibus ſic extenſa eſt, vt venæ diſrumperentur.* Non aliter ergo extenſum eſt Chriſti corpus, quam ſoleat extendi tympanum, ita vt omnia Chriſti membra, nerui omnes, venæ quoque atque arteriæ velut cordæ extenderentur. Quare Lodulphus reuelatum aſſerit pio cuidam viro, Christum Dominum nullā maiorem ſuſtinuiſſe pœnam, quam huiuſmodi transfixionem, facileque id, ſicut & huc vſque prænarrata vera eſſe conſtant ex reuelationibus B. Brigittæ. Vnde D. Auguſtinus non immerito dixit: *Claui, & lancea clamant.* Quod ſi quiſpiam interroget, quid clamant? D. Bernardus reſpondet: *Clamat clauus, clamat vulnus, quod in Chriſto ſit Deus reconcilians mundum ſibi.* Quid ergo obſtrepit Simon impurus ille magus, dicēs, fictum hominem crucifixum, Chriſtum vero callide elapſum, ſi vulnus, ſi clauus clamat, quod in homine Deus ſibi mundum reconcilians patiebatur? quid blaterat Mahometes impius, non Chriſtum, ſed Simonem Cyrenæum fuiſse crucifixum delirans, ſi clamat vulnus, ſi clamat clauus, quod in homine Deus patiens mundum ſibi reconciliat? vt quid garrit Cherinthus, fingēs IESVM fuiſse purum hominem? Ac tandem ſi vulnus clamat, ſi clamat clauus Chriſtum Dominum ſummo dolore confectum, quid Manichæi commentantur corpus Chriſti non verum,

D. Th. 3. p. q. 46. art. 6.
Eckius tract. de paſſ. Dom. c. 3. conſid. 3.
Lodulp. de paſſ.
B. Brig. lib. 1. c. 10. Et lib. 4. cap. 70. Et lib. 4. c. 15.
D. Aug. ...
D. Bern.

ſed

Digitized by Google

ſed phantaſticum fuiſſe? ſed & aliam egregiam Diui Iuſtiniani reſponſionem eidem interrogationi adhibere placet: *Clamant*, inquit, *ſputa, claui, lancea, irriſiones, & verbera, vt ipſo tato corde, totiſque viſceribus diligatur, qui pro dilectione noſtra talia, ac tanta pati dignatus eſt.*

D. Iuſtin.

Sed liceat mihi in vulneribus Domini mei IESV Chriſti tantiſper immorari, antequã ad reliquas crucifixionis eius circumſtantias illuſtrandas procedamus: *Foderunt*, ait diuinus Vates, *manus meas, & pedes meos*. Noua ſane metaphora, & obſeruatione digna valde: quis non miretur effoſſas manus, effoſſos pedes dici? fodere enim proprie eſt ruderibus egeſtis foſſas excauare; quomodo ergo conſentaneum erit carnifices manus, & pedes Chriſti effodiſſe? Reſpondet egregie Hugo Cardinalis in hæc verba: non dixit transfixerunt, ſed foderunt, quia ex profunda hac excauatione ad inſtar foſſæ exprimitur fructus, qui inde proſilijt: foſſis enim agros circumdamus, vt ex ijs fructus copioſos exhauriamus, ſicut quidam cecinit:

HugoCard. in Pſ. 21.

Foſſa parit tellus aptato tempore fructus:
Foſſa caro Chriſti cælica regna dedit.

Foſſis igitur Chriſti corpus excauatum eſt, vt fructum æternæ beatitudinis nobis referret: vel certe ideo effoſſum eſt, quia arbor vitæ eſt, & vt nos in eo inſereremur, oportebat prius ſciſſuras, & foramina in eo excauari. Refert ſacra Scriptura, Salomonem feciſſe in templo feneſtras obliquas, quarum etiam meminit Ezechiel Propheta: varij ſunt Doctores, & inter ſe diſſentientes in expoſitione huius loci. Sanctes Pagninus vertit feneſtras latas extrinſecus, intrinſecus anguſtas. Caietanus annotat in textu Hebraico legi: *Fecit feneſtras reſpicientes clauſas*. Rupertus dicit eſſe feneſtras pene occultas, quæ lumen non ferunt, quia Deus templum inhabitans lux eſt, nullo extero egens lumine. idem etiam ſuper Ezechielẽ, feneſtræ, inquit obliquæ, quaſi ſagittæ dicuntur, eo quod inſtar ſagittarũ anguſtum in ædes lumen referant. quod ante ipſum docuerat prius D. Hieronymus. Septuaginta Interpretes legunt feneſtras abſcõditas: ſed communior ſententia noſtro argumento accõdatior eſt, quod feneſtræ illæ obliquæ dicantur, quia extrinſecus anguſtę, intrinſecus latę eſſent, myſtice enim vulnera Chriſti Domini apte ſignificant. Scio Gloſſam per huiuſmodi feneſtras Doctores intelligere, qui dum ea quæ in occulto vident publice pandunt, quaſi ſuſcepto ſolis lumine cuncta templi penetralia replẽt. Scio etiam Incognitum tropologice feneſtras obliquas exponere, quod anima, quæ eſt templum Dei, debeat affectiones voluntatis exterius habere anguſtas reſpectu temporalium, & latas interius reſpectu ſpiritualium. Sed non infimum locũ habet expoſitio, quod de vulneribus Chriſti myſtice intelligatur: nam præterquam, ſicut feneſtræ ſunt parietis foramina, ita Chriſti vulnera ſunt corporis orificia; certe ſicut feneſtræ ad contuendum, ita quoque plagę ad proſpiciendum ſunt aptę, in his enim proſpicimus in cælũ, vt quanta ſit beatorum gloria intueamur, quæ tanto precio empta fuit: in his proſpicimus in infernum, vt quanta debeat eſſe peccatorum vltio cognoſcamus, quandoquidem tantum Deo cruciatum intulerunt: in his exceſſum diuinæ charitatis admiramur, quæ eo vſque peruenit, vt animam ſuam daret, non ſolum pro amicis, ſed etiam pro inimicis: in his miſericordiam Dei ſpectamus, qui proprio ſanguine nos redemit: in his antiqui ſerpẽtis verſutias detegimus, cæleſtiaque præſidia contemplamur. Sunt autem vulnera iſta feneſtrę obliquę, quia reſpectu amoris interni, qui ampliſſimus erat in Chriſto, externæ plagæ exiguæ, & anguſtæ ſibi videbantur; tũ quia, cum à clauis verſus baſim groſſioribus, verſus cuſpidem ſubtilioribus ſint infixæ, neceſſario vna ex parte anguſtiores, altera ex parte laxiores eſſe debebant: tum quod corpus cõtriſtantes maiorem in animam inferebant triſtitiam, & dolorem: tum tandem, quia extrinſecus quidem anguſtæ videntur, ſi ſolum hominem pati intueamur; intrinſecus autem in infinitum ampliores, ſi non purum hominem, ſed Deum hominem pati, vulnerari, & crucifigi perpendamus. Id etiam quod D. Hieronymus ait, feneſtras illas obliquas fuiſſe in modum retis, inſtar cancellorum, non incongrue Chriſti vulneribus adaptatur: nã ſicut per huiuſmodi cancellos nõ plene res vidẽtur, ſed ſuboſcure, ita quæ in vulneribus Chriſti deliteſcũt ſacramẽta, quę nemo clara, & euidẽti cognitione perſpicere, aut attẽtare debet, quia cũ myſteria fidei ſint, atque adeo nõ clara, & euidẽtia, ſubobſcura, & ænigmatica notitia ſũt agnoſcẽda. id quod ſatis indicãt verba illa Sponſi: *Auerte oculos tuos à me*, ne me clare cognoſcere tentent, vt explicat Gloſſa Ordinaria. Laudans Sponſa minutim pulchritudinem omnium, & ſingularum partium corporis Chriſti, conſiderans manus, dixit: *Manus eius, manus tornatiles, plenæ hyacinthis*. De cuius loci expoſitione licet alibi multa dixerimus, diuerſa quædam hoc loco ſubtexemus. Rupertus in tornatilibus manibus agilitatem ad miracula perpetranda intelligit; nam quæ torno fabricantur, maxima agilitate huc illucque efferuntur. D. Gregorius tornatiles exponit manus Chriſti, quia ſicut quod tornatur, in ſua rotunditate ſine obſtaculo voluitur; ſic Chriſti opera in rectitudinis rotunditate voluebantur, vt nulla ei peccati macula obſiſteret. Hugo Cardinalis in eundem locum interpretatur manus tornatiles, artificioſe opera Chriſti, ac ſumma prudentia fuiſſe executioni mandata: opera namque torno confecta artificioſe elaborata ſunt.

3. Reg. 6. *Ezech. c. 40. & 41.* *Caiet. ſuper 3. reg. 6.* *Rup. libr. de Trin. et eius oper. & 3. Reg. c. 9.* *D. Hier.* *Gloſſa. ord.* *Inc. Ps. 44.* *D. Hier. cap. 41. in Ezec.* *Can. 6.* *Gloſ. ord.* *Rup. ſup. c. 5. Can.* *D. Greg. in c. 5. Can. c. 6.* *HugoCard. ſup. c. 5. Cãt.*

His expoſitionibus aliam nouam adhibuit eruditiſſimus Mallonius in hæc verba: *Manus Chriſti dicuntur tornatiles, quia eius manus rotunda plaga fuerunt exornatæ, clauus rotundus rotundam in Chriſto figuram impreſſit. Vel ſi manus cum infixis clauis ſimul ſumantur, tornatiles dicentur, quia claui tornatiles erãt, eodem elocutionis artificio, quo Poeta cecinit:*

Mall. de plagis manuũ Chriſti c. 16.

Pulſabit buccina buccas

Non

Non cum buccina buccam ſed bucca buccinam pul ſat; ita tornatiles manus propter tornatiles infixos clauos dicentur. Quod autem ait Sponſa manus hyacinthis cõſtipatas, varie Doctores interpre-

Arethas in cant.

tãtur. Arethas in manibus Chriſti admiranda eius opera, in hyacinthis myſticos ſenſus, recõdita que myſteriorum arcana, quibus opera Chriſti ſcatent, contemplatur Rupertus manus hyacinthis plenas ait propter cæleſtem retributio-

Rupertus.

nem æternæ felicitatis. Ego vero non incongrue potauerim, ſi ideo Chriſti tornatiles manus dixerim plenas eſſe hyacinthis in Cruce, quia gutis ſanguinis veluti cæleſtibus gemmis ſunt referta.

Sed iam de vulneribus pedum aliquid dicentes, huic homiliæ vltimam manum imponamus. Arbitror plures ob cauſas eaſque grauiſſimas voluiſſe pedes eius adeo grauiter vulnerari, vt ſapientiſſimus Lanſpergius referat triginta &

D. Greg. 4. mor. c. 49.

ſex mallei ictibus fuiſſe Cruci affixos. D. Gregorius ait, quod in pedibus denotantur deſideria & affectus, quos vt oſtendat cruci ſemper debere eſſe cõfixos, proprios pedes cõfigi permiſit.

Beda in c. 9 Geneſ.

Beda: Fixos habere voluit pedes in Cruce, vt in eadẽ nos pedes figam⁹. Gloſſa interlinearis,

gloſ. interl. in c. vlti.

vt oſtendat pedes Chriſti, hoc eſt prædicatores cruci herere perpetuo debere iuxta illud D. Pau-

1. Cor. 9.

li: *Caſtiga corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim ipſe reprobus efficiar.*

D. Hilar. in Matth. c. 2.

D. Hilarius ait, quod Chriſtus torcular calcauit ſolus, & ideo pedes vt calcantium in

Mallon. de ped. Chriſti cap. 13.

torculari ſanguine rubent. Mallonius duas ante aſſignauit cauſas his verbis: *Ideo Chriſtus pedes ſuos ferro voluit commiſceri, donec lapis ſine manibus hominum abſciſſus Nabuchadonoſor ſtatuam tangeret & contereret, ipſe vero creſceret in montem magnum. Statua enim illa naturam deſignat humanam, ſicut optime Anſelmus in opuſcula de ſomnio Nabuchodonoſor, quæ primo caput aureum habuit in ſtatu innocentiæ, pectus, & brachia argentea in Patriarchis Abraham, Iſaac, & Iacob, & ceterorum, crura ænea in David & Salamone, & reliquis, ferreas tibias in Sedechia, Zorobabel. & alijs pedes partim ferreos partim luteos in Machabæis. qui cõmiſceri nõ poterant Ideo Chriſti anima velut lapillus ſine manibus auulſa eſt, dum corpus penderet in Cruce, & tetigit ſtatuam in pedes, & in nihilum redactus eſt noſter homo vetus.* Et immediate poſt hæc aliter figuram eandem explicans ait: *Ipſe Chriſtus eſt ſtatua illa mirabilis, ipſe.n. habet caput aureum in diuinitate brachia ac pectus argentea in Abele, Enoch, Noe, & Patriarchis, ventrem æternũ, ænea in Abraham, tibias ferreas in Machabæis, pedes partim luteos, id eſt mortales, partim ferreos in Cruce, quæ licet cõmiſceri nequeant, humana tamen impietate iunguntur: ideo lapillus, qui eſt Chriſtus ſine manibus abſciſſus, quia cum vult animam ponit, ſtatuam hãc corporis ſui in pedibus tetigit, & in morte contriuit: ipſa vero creuit in montem maximum, & replens orbem dominatur à mare vſque ad mare.* His omnibus cauſis alias nõ cõtemnẽdas ſubiũgamus. Sephora vxor Moyſis ſanguine filij ſui tetigit, & liniuit pedes eius, di-

Exod. 4.

cens: *Sponſus ſanguinum tu mihi es.* Chriſtus igitur vt nobis ſponſus ſanguinũ fieret, pedes clauis transfigi & roſeo ſanguinis colore tingi voluit. Serpenti dixit olim Deus, & tu inſidiaberis

Gen. 3.

calcaneo eius. Vt ergo immunes ſimus à morſu eius, calcaneos ſuos cruci hærere Chriſt⁹ voluit: niſi dicamus id voluiſſe, vt oſtenderet carnes noſtras timore eſſe configendas iuxta illud Ambroſij:

Ambr. in Pſal. 118.

Confige timore velut clauis carnes meas. vbi aperte deſumit metaphoram cum Dauide ab ijs, qui clauo confixi ſunt, qui nec in vnam, nec in alteram partem ſe flectere audeant, ne cruciatu maiore torqueantur. Vel tandem dicamus, quia ſpecioſi debent eſſe pedes *euangelizantium pacem euangelizantium bona*: ideo pedes ſuos voluit proprio sãguine purpurari, vel quia cum eſſet ſummus Pontifex; poteſtate excellentiæ conſpicuus, pedes eius vngendi erant non oleo, vt dexter Romani Pontificis pes, ſed proprio ſanguine, e venis eius defluente.

Homilia XXII.

Proſequimur circumſtantias crucifixionis Chriſti Domini, alias plures ſcitu digniſsimas tradentes, & elucidantes.

EAS quæ reſtant explicandæ circumſtantias crucifixionis Chriſti exordiri placet à numero clauorum, quibus executioni mandata fuit: ſunt enim grauiſſimi Doctores, aſſerentes tribus tantum clauis Chriſtum Dominum crucifixum: putant enim pedes vno tantum clauo terebratos fuiſſe. Ita D. Gregorius Nazianzenus, D. Anſelmus, D. Bonauentura, D. Ambroſius, Rufinus, Nicephorus, Ioannes, Zonaras, Sigonius. Eutropius, Hiſtoria Tripartita, & multi moderni, quorum ſententia probari poteſt. Primo ex Abſalonis figura, qui tribus lanceis confoſſus fuit, & ex littera Tau, quæ crucis figuram geſſit, in qua tria ſolum latera reperiuntur. Secundo, quia ſi duobus clauis pedes fuiſſent transfixi, certe cum æqualis eſſent magnitudinis, non fuiſſet maius vulnus vnius pedis quam alterius: in ſacra autem ſindone Nicææ aſſeruata conſtat vnius pedis vulnus latius eſſe alterius vulnere, & ipſorum pedum alterum altero magis dilaceratum, quod ea ratione factũ eſt, quia pedibus vno clauo confixis oportebat vel clauum eſſe groſſiorem, vel ſecundum partem groſſiorem magis infigi, & pedem alteri ſuperpoſitũ crudelius & latius perforari, quod non parum dolorem Chriſti augeret. Tertio, quia vt refert Iſidorus Moſconius, in corde S. Claræ de monte Falcone viſi ſunt tres neruiculi, ex quibus tres claui dependebant, duo quidem

D. Greg. Nazia. de Chriſto patiente. Anſel. dial. de paſſione Chriſti. D. Bonau. in medit. vitæ Chriſti cap. 7⁹. D. Amb. de obitu Theod. Ruf. lib. 2. cap. 8. Niceph. l. 8. cap. 29. Zonaras t. 3. annal. Sigon. de occid. imp. l. 3. an. 328 Eutrop. l. 2 Hiſt. tripart. lib. 2.

Moſconius lib. de vita S. Claræ de monte Falcone.

Digitized by Google

dem minores, & tertius maior, quos idem au-
ctor ſæpe vidiſſe teſtatur. Quarto, quia præci-
tati Patres, & maxime D. Ambroſius, & Nazia-
zenus cum reliquis enarratis clauos à Regina
Helena inuentos ſolum commemorant tres: Pri-
mum galeæ Imperatoris Conſtantini impoſi-
tum: Secundum fræno equi illius interteatum:
Tertium, cuius meminit Gregorius Turonenſis, (*Greg. Turon. lib. 6. hiſt.*)
in mare Adriaticũ immiſſum ad tumentes eius
fluctus comprimendos, & frequentes tempeſta-
tes ſedandas. Ac tandem eamdem ſententiam
ſtabilit communis & receptiſſimus pingendi
modus Eccleſiæ, quæ non conſueuit Chriſti cru-
cifixi imagines quatuor clauis depingere, ſed
tribus tantum.

Ceterum ego magis inclinor in oppoſitam
ſententiam, aſſerentem quatuor clauis manus &
pedes Chriſti perforatos fuiſſe in Cruce. Mo-
ueor primo ad id auctoritate grauiſſimorum
Doctorum: nam in primis Gregorius Turonen- (*Greg. Turonen. in hiſt. de glor. ſanctorum.*)
ſis in hiſtoria de gloria Sanctorum: *Vnum* (in-
quit) *ex quatuor clauis deponi iubet Conſtantinus
in pelaga* D. Cyprianus ſermone de paſſione cla- (*D. Cypr. ſer. de paſſ.*)
uis ſacros pedes Domini terebratos fuiſſe tra-
dit, ex quo euidenter colligitur quatuor eſſe
ſenſiſſe, cum duobus alijs manus Chriſti fue-
rint confixæ. D. Auguſtinus libro Meditationũ
ait, *immaculata Chriſti veſtigia diris confixa cla-* (*D. Aug. lib. med. c. 6.*)
uis, & infra ſubdit: *violari clauis pedes, & manus
plaſmatoris.* Innocentius III. ſermone primo de (*Innoc. III. ſer. 1. de vno marty.*)
vno Martyre, *quatuor* inquit *claui ſunt quatuor
principales virtutes cardinales.* Toletus & Non- (*Card. Tolet. in c. 19. Io. annot. 14.*)
nus in caput decimum nonum Ioannis, & multi
alij eidem ſententiæ adſtipulantur. Secundo mo- (*Gretſerus, lib. 1. de Cruce Chriſti, c. 12.*)
ueor ex reuelatione facta B. Brigittæ, nam lib. 1.
hæc ſcribit: *Deinde dextrum pedem crucifixerunt,* (*Lansperg. in elucidatione in Chriſti paſſionem.*)
& ſuper hunc ſiniſtrum duobus clauis. & libro
quarto ait: *Et pedes ſimiliter ad foramina ſua di-* (*Salmeron de paſſ. tract. 15.*)
*ſtenduntur, cancellatiq; & quaſi infra à tibijs diſ-
iuncti duobus clauis ad Crucis ſtipitem configun-* (*B. Brig. l. 1. c. 10. & l. 4. c. 70. & in Extrauag. reuel. c. 10.*)
tur: & alibi, *pedes deorſum tracti, & duobus clauis
perfoſſi.* Tertio, quia antiquæ picturæ imaginum
crucifixi eidem ſententiæ valde opitulantur, vt
patet in imagine argentea antiquiſſima Chriſti
crucifixi, quæ habetur Romæ apud S. Petrum, &
in crucifixo apud S. Ioannem Lateranenſem, &
in ſtatua crucifixi per Nicodemum condita, quę
colitur Lucæ, quæ ciuitas eſt Italiæ, & in altera
Louanij in eccleſia S. Michaelis, ac tandem in
altera eccleſiæ Burgenſis in Hiſpanis, & in alijs
quam plurimis aliarum prouinciarum. Quarto
ſubſcribo huic ſententiæ, quia vt annotauit Car-
dinalis Toletus, quatuor fuerunt crucifixores
Chriſti, quorum ſingulos, ſingulos clauos infi-
xiſſe veriſimile eſt: maxime quod Seneca lib. de
beata vita, loquens de illis, qui noxios crucifi-
gebant, ait: *Vnuſquiſque veſtrum clauos ſuos ipſe
adegit.* Tandem id mihi perſuadeo, quia difficil-
limum fuiſſet duos pedes ſtantis vno clauo con-
figere. Quam difficultatem agnoſcens D. Bona- (*D. Bonau. in meditat.*)
uentura, coactus eſt dicere: *Præacuta ſude prius
Chriſti pedes perforatos, vt facilior claua configen-
ti pateret aditus.* Rationes autem in contrarium
non multum vrgent. Nõ prima ex figura Abſa-
lonis deſumpta, quia non oportet in omnibus,
& per omnia figuratum reſpondere figuræ: con-
ſtat enim venditionem Ioſephi vmbram fuiſſe
venditionis Chriſti Domini, & tamen compér-
tum habemus ex ſacra Scriptura, illum viginti,
Chriſtũ vero triginta argenteis venditum fuiſ- (*Gen. 37. Matth. 26.*)
ſe. Non ſecunda, quia ex multiplici alia cauſa,
quam ex vnitate claui, potuit vulnus vnius pe-
dis eſſe latius, quam alterius; vel quod clauus
groſſior eſſet; vel ſi ęqualis magnitudinis, potuit
vnus profundius infigi, & latius vulnus cauſare.
Non tertia, quia cum frequens eſſet, & valde vſi-
tatus modus pingendi Chriſtum crucifixum
vnico clauo, ſicut & modo viget, eumdem cru-
cifixionis modum corde impreſſum recepit, quẽ
multoties corde meditata fuerat. Non quarta,
quia multi illorum Doctorum nec tres clauos
retulerunt, ſed duos tantum, vt ex illa computa-
tione firmum argumentum colligi non poſſit.
Non vltima tandem, quia ſi de auctoritate ima-
ginum quantum ad modum pingendi agatur,
antiquioribus maior fides adhibenda eſt quam
recentioribus: cõſtat autem ex dictis, antiquio-
res Chriſti crucifixi imagines duobus clauis pe-
des perforantibus depingere conſueuiſſe.

De corona autem ſpinea, an in crucifixione
detracta, fuerit, duplicem contrariam inuenio
ſententiam, quam facile in concordiam redigã.
B. enim Brigitta ait: *Quo facto coronam de ſpinis,* (*B. Brig. l. 4. reuel. c. 13.*)
*quam depoſuerant de capite eius, cum crucifigere-
tur, iterum impoſuerunt, & aptauerunt capiti ſuo ſa-
cratiſſimo.* Cauſam autem cur coronam Chriſto
crucifigendo detraxerint, eam fuiſſe autumant
communiter Doctores, quod inconſutilem tuni-
cam detrahere non poterant niſi corona detra-
cta. Origenes tamen contrariam ſententiam (*Orig. tract. 35. in Matt.*)
his verbis ſtabilit: *Quomodo denuo ſpoliauerunt
eum chlamyde coccinea? de corona autem ſpinea
nihil tale ſcripſerunt Euangeliſtæ, propterea quod
& nos quærere voluerunt exitum rei de corona ſe-
mel impoſita, & nunquam detracta.* Ita etiã docet
Tertullianus his verbis: *Iſaac cum ligno reſerua-* (*Tert. lib. con. Iudæos c. 13.*)
*tus eſſet, ariete oblato in vepre cornibus hærente, &
Chriſtus ſuis temporibus lignum humeris ſuis por-
tauit inhærens cornibus crucis*. Sed hæc quæ pu-
gnantia videntur facile conciliari poſſunt, ſi di-
camus non omnino iudicandum eſſe detractã
coronam, quæ ſtatim maiori cum dolore fuerat
imprimenda: non enim dimiſſum dicitur, quod
nõ erat aſſumendum, vt conſtat ex l. diuortium. (*Text. in l. diuortium. ff. de diuortijs*)
ff. de diuortijs. Atque ex his facile colligitur,
Chriſtum Dominum corona redimitum Cruci
affixum fuiſſe, vt præter teſtimonia adducta
confirmat D. Cyprianus his verbis: *Conſiderani* (*Cyp. de paſſio. Domini*)
*opera tua, & capani clauis ſacros pedes terebranti-
bus, foſſiſq; manibus, de vulnerum anxietate non lo-
queris, de ſpinis ſacrum caput pungentibus nõ que-
reris, ſed ſatagis, vt innoteſcat poſteris, quare dere-
lictus à Deo videaris expoſitus contumelijs, & Iu-
dæorum ludibrijs*; & ratio ipſa ad idem non pa-
rum fauet, tum quia iterum imponentes coro-
nam capiti Chriſti, magis, & magis illum lace-
tabant

rabant, cũ oporteret alijs diuerſis partibus capitis ſpinas infigi denuo: tum quia cum Chriſtũ Dominum crucifixerant ſub prætextu quod regnum affectauerat, id quod & eius titulus atteſtabatur, manifeſtum eſt, ad eundem finem, vel non detraxiſſe illi coronam, vel detractã iterato impoſuiſſe, vt ea redimitus crucifigeretur. Quare non eſt audiendus Euthymius, aſſerens Chriſtum Dominum crucifixioni proximum omnia regalia ornaméta depoſuiſſe, atque adeo chlamydem coccineam, & coronam: non enim eſt eadem ratio de corona, & de chlamyde; nam chlamydem exuerunt carnifices, quia ſecundum conſuetudinem damnatorum ad crucem nudus crucifigi debebat, & quia ipſi chlam[ydem] lucrum quærebant. quæ rationes reſpectu c[oro]næ nullius momenti ſunt.

Euthy. c. 67. in Matth.

Illud præterea in hoc genere argumenti obſeruatione dignum iudico, quod non pauci Patres annotarunt, Chriſtum Dominum facie ad Occidẽtẽ cõuerſa in Cruce pepẽdiſſe. vnde S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus dixit: *Chriſtus cruci affixus ad Occidentem erat intuens, eius vero venerandarum manuum, altera in Meridiem, altera in Septentrionem erat extenſa*. D. Damaſcenus: *Dominus* inquit *cum in Cruce penderet, ad occaſum proſpiciebat*. Beda ex Sedulio hæc quæ ſequuntur carmina profert.

German. in theor. rerũ Eccleſ.

D. Damaſc. Orthod. fidei lib. 4. c. 13.

Beda in ca. 23. Luc.

Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis,
Splendidus auctoris de vertice fulget Eous
Occidua ſacræ lambuntur ſidere plantæ,
Arcton dextra tenet, mediũ læua erigit axem.

Certe ſi dextram ad Septentrionem extenſam habuit, & ſiniſtram ad Meridiem, conſequens fie neceſſario, conuertiſſe faciem ſuam ad occaſum. Quemadmodum enim ſol oriens Occidentẽ intuetur, ita ſol iuſtitiæ, de quo Zacharias: *Ecce vir oriens nomen eius*, in Cruce exiſtens Occidentẽ aſpicere voluit, vt ſignificaret eos qui in tenebris, & vmbra mortis ſedẽt, ſuo ſplendore illuminaturum. Quod & prædixiſſe mihi videtur Malachias, dum in perſona Dei loquentis promiſerat: *Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius*. Pennas has interpretor ſacratiſſima Ieſu brachia eſſe in Cruce expanſa, & ſalutifero ſanguine manantia: apte autem dixit, & ſanitas in pennis eius, vt ſignificaret, quanta velocitate Chriſtus Dominus ſanitatem impertiatur ijs, qui toto corde illam exquirunt. Atque hinc elicio ſolutionem illius nodi, quẽ his verbis propoſuit Origenes: *Quod ex omnibus cæli plagis ad ſolam Orientis partem conuerſi orationem fundimus, non facile cuique puto ratione compertum*. Reſpondet enim Ioannes Damaſcenus: *quod cum Dominus in Cruce penderet ad occaſum proſpiciebat, & propterea ad Orientem adoramus, quaſi faciem eius intuentes*. Eandem reſponſionem tradit Clemens Alexandrinus in hæc verba: *Iis, qui verſabantur in ignoratione, exortus eſt dies cognitionis veritatis, ea ratione ad orientem ſolem fiunt orationes*. Atque ab hac orandi conſuetudine, quæ antiquiſſima eſt, & ab Apoſtolis tradita, vt teſtantur S. Athanaſius, Clemens Romanus, Clemens Alexandrinus, Dionyſius Areopagita, Cyrillus, Ioannes Damaſcenus, & alij, qui eius conſuetudinis plures referunt cauſas, ortum habuit, quod hodie templa ædificari conſueuere Oriẽtem verſus, in quibus imago Chriſti de cruce pendentis Occidentem proſpicit, quam qui adorant, neceſſario Orientem ſpectant. vnde D. Clemens Papa ait: *Oportet enim ſtare in eccleſia ſapienter, ſobrie, & vigilanter auribus ad verbum Domini intentis, deinde cuncti pariter conſurgentes, & in Orientem ſpectantes precentur Deum.*

Zach. c. 6.

Orig. in lib. Num. hom. 5

Io. Damaſc. Orthod. fidei lib. 4.

Alexãdrin. 7. Strom. 4.

Atha quæſ. ad Antioch. 16. quæſt.

Clemĩ. Rom. 2. conſtit. cap. 57.

Alexand. 7 ſtromat. 4.

Dionyſ. de eccl hierar. lib. 2. par. 2. cap. 2.

Cyrillus Myſtag. 1.

Damaſc. Orthod. fidei lib. 4. c. 13.

Clem. Papa 2. conſtit. cap 57.

Cum autem D. Ioannes dicat, Chriſtum Dominum crucifixum fuiſſe inter duos reos, circumſtantiam hanc ſilentio prætcrire non licet. Circa quam primo obſeruo, quod licet latrones iſti ſoleant à pictoribus funibus cruci alligati depingi, quia velut cecinit Horatius,

D. Ioannes cap. 19.

pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas,

Horat. in arte Poetica, principio.

vel vt Abulenſis annotauit, ad maiorem iram excitandam contra Iudæos, qui innocentem Ieſum clauis affigerent, ſceleratiſſimos vero reos funibus ſolum ligarent: omnino tamen dicendũ reor, latrones etiam clauis cõfoſſos fuiſſe. Colligo id primo ex D. Ioanne, & alijs Euangeliſtis, qui eodem crucifigendi verbo vtuntur, loquentes de Chriſto, & de latronibus: igitur ſicut crucifigere reſpectu Chriſti importat clauorum affixionem, idem prorſus ſignificabit reſpectu latronum. Secundo quia cũ Regina Helena tres cruces inuenit, ambigebatur quænã illarũ eſſet Dominica: at ſi omnes tres cruces non haberẽt foramina clauorũ, facile fuiſſet diſcernere, quænam eſſet Chriſti. Ergo cum id miraculo eomprobante agnitum fuerit, manifeſte hinc infertur, latrones clauis fuiſſe confixos. Tertio, quia modus iſte crucifigendi per clauorum affictionem vetus ſatis erat, vt patet ex libro 1. Eſdræ, vbi Cyrus, & Darius Reges Perſarum, in decreto de templo Hieruſalem inſtaurando iubent, *vt homo, qui hanc mutauerit iuſſionem, tollatur lignum de domo ipſius, & erigatur, & configatur*. Aman etiam in cruce, quam parauerat Mardochæo, vt libro Eſter legimus, clauis confoſſus fuit: nam vbi noſtra vulgata legit, appendite eũ in eo, Septuaginta Interpretres verterũt crucifigatur in eo; nec verbum appendere, quo vtitur vulgatus interpres, quidquã inficiatur lectionẽ hanc: nã qui cruci clauis ſuffigitur, vere, & proprie in cruce ſuſpenditur, vel appenditur. Huic etiam ſententiæ ſuffragantur vnanimi conſenſu Patres: nam D. Gregorius Papa de bono latrone loquens ait: *In cruce claui manus pedeſque eius ligauerunt, nihil in eo à pœnis liberum niſi cor, & lingua remãſerat*. D. Auguſtinus: *Clauis infixi diu cruciabantur, manus clauis inhærebant, pedes transfixi erant*. D. Chryſoſtomus de iuſto latrone loquens: *Quod mente, ait, ſana vigilabat clauorũ confixione conſtrictus, quis poterit non admirari?* Idem D. Ambroſius in oratione de obitu Theodoſij, & Paulinus in Epiſtola ad Seuerum Sulpitium. Poſuerunt autem data opera Dominum Ieſum

Abulen. Parad. 3. c. 44.

Eſdra lib. 1. cap 6.

Greg. Papa lib. 18. moral. c. 25.

D. Auguſt. tract. 37. in Ioan. & in Pſal. 39. & ſer. 140. de tempore, & 1. 2. ad Simplicianum q. 2.

D. Chryſoſt. de Cruce & latrone, & in c. 8. Epiſt. ad Roman. homil. 15.

inter

D. Ambr. in orat. de obitu Theodoſ. sub fin. Ioan. epiſt. ad Leuer. Sulp. Lucæ 22.

inter duos latrones, quia animaduertant, quod cum ad comprehendendum illum in hortū veniſſent, ſolū conqueſtus fuerat, quod tamquam cum latrone ſecum egiſſent, dicens: *tamquam ad latronem exijſtis cum fuſtibus, & gladijs comprehendere me*; hoc ergo obſeruātes, inter duos latrones illum crucifigi voluerunt, & non ſolum in conſortio eorum, ſed in medio tanquam maximum inter facinoroſos, & velut Regem eorū, ſic enim maiori infamia illum aſpergebant. Voluit etiā medius crucifigi inter duos latrones, implens figuram Ioſeph Patriarchæ: *Hic enim innocens in carcerem incluſus eſt, cum duobus Pharaonis miniſtris, qui in Dominum ſuum peccauerāt, quorum vnus ſeruatus eſt à morte, alter vero illam non euaſit* Quod etiam accidit latronibus, quorū vnus periit, alius ſaluus factus eſt. Medius tandē locus inter bonum & malum latronem ei conſentaneus fuit, ad ſignificandum, conſtitutum eſſe ſupremum iudicem à Patre in præmiū, quod à Pilato ad mortem adiudicatum eſſe ſuſtinuiſſet: vnde in Cruce quaſi poſſeſſionem accipiens poteſtatis iudiciariæ, bonum latronem à dextra exiſtentem ſaluat, impium vero à ſiniſtra ſtantē condemnat. Ecce vmbram quandam vniuerſalis Iudicij, in quo à dextris exiſtentibus dicit: *Venite benedicti patris mei, &c.* à ſiniſtris vero: *Ite maledicti in ignem æternum.*

Gen. 40. Ibidem.

Matth. 25.

Hucuſque nihil de circumſtantia temporis produximus, quare oportet vt de die, & hora crucifixionis Chriſti Domini aliquid proferamus. Et quidem de die, omiſſo Græcorum errore, aſſerentium Chriſtum anticipaſſe diem immolationis agni, celebrandi phaſe decimatertia die primo menſis, quem ſequuti ſunt Nicephorus, & Euthymius, recteq. illum confutat D. Thomas in opuſc. 1. contra errores Græcorum, cap. antepenultimo: dicendum eſt cum communi Catholicorum ſententia, Chriſtum Dominū crucifixum fuiſſe decimaquinta die menſis primi. ita D. Auguſtinus, Hieronymus, & Anſelm. Chryſoſtomus, & Theophylactus, & D. Thomas, idq. euidentiſſime probatur ex tribus Euangeliſtis, qui in eo conueniunt, quod die Azymorū diſcubuit cum diſcipulis ſuis, in quo fundatur Eccleſia Latina, conſecrans in pane azymo. Conſtat autem Chriſtum, vt obſeruantiſſimum legis celebraſſe Paſcha die determinata per legem, ſcilicet decimaquarta. Liquet igitur crucifixum eſſe decimaquinta. Sed de hora maior eſt difficultas, & grauior multò, non quia incerta ſit, hanc enim fuiſſe horam ſextam (quæ ſecundum quamplurium nationum computationem eſt duodecima) atteſtantur vterque Euangeliſta Matthæus, & Lucas; ſed tota oritur difficultas ex verbis D. Marci, dicentis: *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Locus iſte interpretes valde torſit; omiſſis tamen varijs interpretationibus, quæ a veritatis ſcopo mihi longe aberrare videtur, eas ſolum referam, quas & celebriores, & cum veritate magis conſentaneas iudico. Primam tradit magnus Pater Auguſtinus multis in locis, & illam acceptat textus in

Niceph. lib. hiſt. c. 18. Euthym. ſuper Matth. 26. D. Tho. in opuſc. contra errores Græcor. cap. antep. D. Aug. ep. 86. ad Caſulanum. Hieronym. Anſelmus, Chryſoſt. Theophyl. ſuper c. 26. Matth. D. Tho. 3. p. q. 74. art. 4. & l. 4. contra gentes c. 69. & opuſ. ſup. c. 26. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Matth. 27. Luca 23. Marc. 15.

Auguſ. 3. de con. Euang. c. 13. & ſuper Ioan. tract. 113.

c. periculoſæ, de pœnit. diſt. 1. & gloſſa ibi, & in c. nocte, de conſecrat. diſt. 1. vbi eandem admittit Teleſphorus Papa, & Innocentius de ſacro altaris myſterio, & placet etiam Eucherio quæſtion. ſuper Marcum, nec diſplicet Theophylacto in Ioannem, amplectunturq. illam Leontius, & Heſychius, & Victor Antiochenus in Marcum, qui ait illa hora damnatum Ieſum à populo, ſicut & illud Matthæi, videns Iudas, quod damnatus eſſet (ſcilicet Ieſus) a populo, ac eandem approbat B. Ignatius ep. 6. qui cum viuus fuiſſet illis tēporibus, quo hæc geſta ſunt, potuit veritatem ab his, qui interfuerunt, omnino intelligere. Hi omnes aſſerunt D. Marcum loqui de crucifixione hora tertia facta a Iudæis, non manibus, ſed lingua, quando petierunt a Pilato, *Crucifige eum, crucifige eum.* Probabilitatem præſefert hæc expoſitio, nā recte dicitur aliquid moraliter fieri, quādo ponitur cauſa, ex qua ſtatim ſequitur effectus, ſicut vere dici poteſt filiā Herodiadis ſua petitione interfeciſſe Baptiſtā, quia cauſa fuit, vt interficeretur. At ſi rē ſincere perpendamus, non caret difficultate hæc interpretatio, quia Marcus aperte videtur loqui de reali crucifixione militum manibus facta. ſic enim habet: *Et crucifigentes eum diuiſerunt veſtimenta eius in tres ſortes*, & ſubdit ſtatim: *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum*, quaſi dicat, quando milites qui diuiſerunt veſtimenta crucifixerunt Chriſtum, erat hora tertia. Secundā expoſitionē adhibet Diuus Hieronymus ſuper Pſalmum 70. quem ſequuti ſunt Theophylactus, Caietanus, & Canus de locis: aſſerunt ergo vitio ſcriptorum apud Marcum dictum eſſe *hora tertia*, vbi eſſet dicendum *hora ſexta*: facile autē ſcriptores in hunc errorem incidere potuiſſe, quia apud Græcos litera, quæ eſt nota ternarij, eſt ſimillima illi, quæ eſt nota ſenarij. Sed hæc expoſitio difficilis creditu eſt, quia omnes tam antiqui, quam recentiores legunt in Marco *hora tertia*, ſicut & in Ioanne, *hora ſexta.* Nec aliquis vnquam auctor meminit codicem aliquem, in quo non ita legatur: incredibile autem eſt, errorem iſtum in omnes irrepſiſſe. Tertiam ſolutionem adhibuit Euthymius in Marcum, elucidans illa verba: *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum*, vbi hæc verba ſcribit: *Hora ſexta crucifixus eſt ſicut dicit Ioannes, quid ergo dicendum eſt? quod id quod dicitur (erat autem hora tertia) non trahitur ad id quod additur (& crucifixerunt eum) ſed refertur ad principium eorum, quæ paſſus eſt Saluator. erat autem inquit hora tertia, quando videlicet pati cœpit à militibus Pilati, deinde quod ſequitur, per ſe legendum eſt, & crucifixerunt eum ſexta videlicet hora. Mentio ergo tertiæ horæ, quæ fit à Marco, principium manifeſtat eorum quæ paſſus eſt Dominus, ſextæ vero à Ioanne finem oſtendit*, qui fuit crucifixio. Vltimam interpretationem tradunt Lyra, Ianſenius, & alij moderni doctores, pro qua ſtatuendum eſt, quod ſicut ab antiquis conſueuit diuidi nox per quatuor vigilias, quarū quælibet continebat tres horas noſtras, teſte Hieronymo in epiſtola ad Cyprianum,

Text. in ca. periculoſæ de pœniten. diſt. 1. Innoc. lib. 4. ſacro alt. myſt. c. 10. Eucher. q. in per Marcū. Theophyl. in Ioan. 19.

Hier. ſuper Pſal. 79. in princ. Theoph. ſuper Ioan. 19. Caietan. ſup. Ioan. & Marc. Canus de locis c. vlt.

Euthym. in Marc. c. 26.

Lyra Ianſenius, & alij in commentarijs eiuſd. loci. D. Hier. in epiſt. ad Cyprian. & in ſuper Pſ. 79.

num, & in expoſitione Pſalm. 80. (eius etiã mentio fit in parabola de patrefamilias, operarios in vineã ſuam mittente, Lucæ 12.) ita dies diuidebatur in quatuor ſtationes, quarum quælibet continebat tres horas noſtras: prima incipiebat diluculo, & durabat vſque ad horam diei tertiã: ſecunda incipiebat ab hora tertia, & durabat vſque ad horam ſextam. Chriſtus ergo ſecundũ prædictam computationem crucifixus eſt inter tertiam, & ſextam: ſcilicet prope meridiem, & ideo vere dicit Marcus illum crucifixum hora tertia, ſexta antẽ nondũ aduenerat, & vere etiã dicit Ioãnes, quod erat quaſi hora ſexta, quia iã inſtabat tempus horæ ſextæ, Exemplum ſit eius, qui comedit inter vndecimam, & duodecimam horam, quia aliquando dicit ſe comediſſe hora vndecima, aliquando duodecima, & vtrumque reputatur verum, quia comedit hora vndecima expleta, & duodecima inchoata.

Vltimam circumſtantiã, cuius quatuor Euangeliſtæ meminerunt, nos etiam meminiſſe oportebit: aiunt enim milites, Chriſti crucifixores Ioan. 19. Matth. 26. Marc. 15. Luca 23. veſtimenta eius inter ſe diuiſiſſe, & ſuper inconſutilem tunicam ſortem miſiſſe. Arbitror quidẽ, quidquid alij cenſeant, veſtimenta fuiſſe diuiſa in quatuor partes, illas ſcilicet, quas Iudæorum veſtes quatuor neceſſario habebant: præcipiebatur enim Deuter. 22. vt aſſuerent fimbrias per quatuor angulos palliorum, & vt inſinuat Auguſtinus in Ioannem, ſorte fuiſse definitum, quæ pars cuique contingeret, vt non obſcure indi- Marc. ibid. cant verba D. Marci: *Diuiſerunt veſtimenta eius, mittentes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret*: poſtea vero tunicã inconſutilẽ indiuiſã fuiſse ſortitos. Vocat autem Scriptura ſortem ludum militibus cõſuetũ, quia taxilli ſorte cadũt, vt ita Chriſtus luderetur, & illuderetur: vel ſortẽ vocat diuiſoriã Prou. 18. de qua Salomon ait: *Cõtradictiones comprimit ſors, & inter potentes quoque diiudicat.* Veſtes autẽ dãnatorum, vt ait D. Cyrillus, quaſi hereditatis lege ad ſe pertinentes milites vendicarunt. Sed id nonnullam difficultatem ingerit, ob quam cauſam milites ita ſoliciti fuerint in diuiſione veſtimentorum Chriſti alioquin vilium: nam cum Dominus pauperem vitam gereret, & ipſe Cyrill. ſuper Ioan. 19. dixiſſet: *Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt*, non pretioſis veſtibus, immo nec mediocribus, ſed vilibus induebatur, eius normã ſequens Seraphicus noſter Pater Frã- S. Franc. in ſua Reg. ciſcus in Regula ſua præcipit, vt fratres vilibus induerentur. Euthymius reſpondet, milites per irriſionem diuiſiſſe, quaſi de regijs, & precioſis veſtimentis aliquid habere volentes. Sed Proco- Gazæus in c. 28. Geneſ. pius Gazæus aliam ſingularem rationem tradit veritati magis conformem, ſic enim ait: *Ob eam cauſam inter ſe contendebant milites, ſinguli cupientes ea diuiſa habere partem quaſi vtilis foret nõ ad induendum, ſed quo vis quædam medica in ipſa* Matth. 9. *eſſet*. Hæc ille. Cum enim antea vidiſſent, quod ſolo tactu fimbriæ veſtimenti eius mulier quædam à fluxu ſanguinis ſanata fuiſſet, facile quidem inde coniectare poterant, medicandi vim veſtibus eius ineſſe. Soliciti ergo erant de veſtibus Chriſti, non propter valorem materiæ, ſed propter precium virtutis, quam proinde multa pecunia ſe vendituros autumabant. Euthy- Euthym. c. 67. in Matth. mius ait: *Hanc tunicam* (loquitur de inconſutili veſte) *è traditione Patrum accepimus opus fuiſſe Dei matris, veluti ſunt apud nos capitis, aut pedum hiemalia operimenta, id eſt pileoli, & caligæ, quæ tũ ex lana, tũ bombyce fiunt ad arcẽdum frigus.* Addũt Salmeron in tract. 19. c. 10. & alij per mul ti. alij, B. Virginẽ Chriſto paruulo exiſtente illã cõtexuiſſe, & ipſo creſcente, ipſam etiam creuiſſe, quod licet nonnulli negent, ego maius fundamentum inuenio ad annuendum, cum ſacra Scriptura commemoret veſtes filiorum Iſrael egredientium de Ægypto per quadraginta annos nõ Deut. 8. fuiſſe vetuſtate conſumptas: immo illis auctis, auctas ipſas, vt multi tradunt, locum Deutero- Salmeron. tract. 17 de diuiſ. veſtium Chriſti Tom. 10. nomij 8. explicantes. Hanc veſtem à B. Virgine contextam, quam inconſutilem vocat ſacra Scriptura, tradunt ijdem Doctores aſſeruari in oppido Argẽtolio non longe à Lutetia Pariſiorum, vbi magna veneratione peregrinis ſpectanda proponitur.

Tandem quid hæc veſtimẽtorum diuiſio præſignificauerit, Patres, & Doctores ſilentio non præterennt, vtpote quæ ſpeciali myſterio non caruerit. D. Cyrillus reſpondet in hoc ſignifi- Cyrill. l. 12. in Ioan. 19. cari, *Quatuor orbis partibus ad fidem reductis Chriſti carnem indiuiſibiliter, & impartibiliter communicari in Euchariſtia; diuiſio ergo veſtimentorum partes orbis ſignificat, tunicæ integritas carnem Chriſti diuiſam, & impartibilem communicatam indicat: caro autem Chriſti per tunicam deſuper cõtextam, per totum ſignificatur, quia abſque ſenſuum conuentu virtute Spiritus ſancti deſuper corpus Domini contextum, atque confectum, de ſanguine Beatiſſimæ Virginis fuit.* Hæc Cyrillus. Cardinalis Card. Tolet. in Ioan. c. 19. ann. 14. Toletus ingenioſam & eruditam aliam expoſitionem exhibet his verbis: *Voluit Chriſtus in veſtimentis ipſis qualitatem paſſionis ſuæ ſignificare, habebat enim tunicam, & veſtimenta, veſtimenta humanitatem ſignificabant, quæ erant duo, ſicut humanitas corpus, & animam continet, hæc ſecta ſunt, quia in humanitate paſſus eſt, & corpore & anima: at tunica primum & interius veſtimentum ſignificans diuinitatem eius, nõ admiſit partitionem, quia nequaquam paſſio ad eius peruenit diuinitatem, tamen ſors facta eſt ſuper eam, quia propter vnionem cum eſſet Deus & homo, dicebatur pati Deus, quia ille homo Deus erat, at non hoc per paſſionis receptionem in diuinitate, ſed propter vnionem humanitatis ad ipſam per quandam ſermonis attributionẽ.* Ianſenius in concord. Euang. cap. 141. Ianſenius aliter id explicat in hæc verba: *Quadripartita veſtium diuiſio quadripartitã ſignificat Eccleſiam, hoc eſt Eccleſiã quatuor mundi terminos replentẽ; inconſutilis vero, & indiuiſa refert Eccleſiæ eiuſdem vnitatem, quam fruſtra ſemper ſcindere conati ſunt hæretici.* Vltimam, & non contemnendam doctiſſimi Simonis Caſſiani expoſitionem Simon Caſſia. lib. 13. de paſſ. annectere non pigebit. *Veſtimenta Chriſti ſcripturæ ſunt veteris Teſtamenti & noui, quæ bis quadrifarie diuiduntur, in legem, hiſtoriam, doctrinam ſimpliciter docentem, & Prophetiam: ad legem Moyſis tempus, ad hiſtoriam Ioſue Iudicum & Regum; ad*

doctri-

doctrinam codices Salomonis, ad prophetiam omnes Prophetæ. In nouo autẽ Teſtamento & huiuſcemodi diuiſio reperitur, ad legem Euangeliũ, ad hiſtoriã Actus Apoſtolorũ, ad doctrinã Epiſtolæ Pauli atq canonicæ, ad prophetiã Apocalypſis Ioannis. harũ partiũ vnuſquiſq. pro ſuo captu partem accepit, vt etiã in vna magis, quã in alia quiſque repertatur edoctus. & etiã pro tempore iſta nouimus eſſe diuiſa, ſecundum quod homines ſuis temporibus Domino cœli ſtrenue, aut tepide militarũt. Aliter autem ſcripturæ vtriuſq. Teſtamenti diuiduntur, quantum ad ſenſus, quibus ipſæ diſerte tractantur, in ſenſum hiſtoricum, allegoricũ anagogicũ, & moralem, & velut veſtimenta corpus, ſic iſta obtegunt Chriſtũ. Et Paulo inferius ſubiungit: *Tunica vero incõſutilis fidei arguit vnitatem, vnitas ſiquidem noſtræ fidei ſcindi nequit, poteſt homo à fide reſcindi, ſed fides non poteſt vllo modo perſcindi.* Atque hæc ſufficiãt de circumſtantijs crucifixionis antecedentibus mortẽ, poſtea de ſubſequentibus agemus.

Homilia XXIII.

De cauſis, ob quas Chriſtus Dominus ignominioſam Crucis mortem elegerit.

INTER has cauſas eam commemorare primo loco placet, qua ob docendum humilitatẽ ſpiritualis vitæ baſim Chriſtum Dominum permotũ arbitror, vt tã abiectũ mortis genus eligeret. D. Hieron. de amore loquens ait: *Amor aut pares accipit, aut facit.* Id autem qua ratione de amore Dei erga hominẽ verificari poſſit, explicemus. Cũ enim Deus infinitæ maieſtatis ſit, homo vero finita, & limitata virtute circũſcriptus, finitiq. ad infinitũ nulla ſit proportio, ſed infinita inæqualitas, nulla videtur inter eos paritas excogitari poſſe. Quomodo ergo diuinus amor pares accipit, aut facit? Sane ſi rem altius contẽplemur, hanc quã ratio humana paritatẽ ignorat, diuinus amor, qui ſapiẽtiſſimus eſt, ſapienter ad inuenit, hominẽ efficiens Deũ, & Deũ hominẽ: deprimens enim Deũ ad humanã naturam induendã, & exaltãs hominẽ ad vnitatẽ perſonę Verbi diuini amplectendã, parẽ hominem Deo reddidit, Paulo dicente: *Qui non rapinã arbitratus eſt, ſe eſſe æqualem Deo.* Deũ etiã parem homini effecit adeo, vt non immerito dici poſſit, ecce Deus factus eſt quaſi vnus ex nobis, quia *& homo factus eſt.* ſed quid dico factus eſt homo? factus eſt *vermis, & non homo,* id ipſo atteſtãte per Prophetã: *Vermis ſum, & non homo, opprobriũ hominũ, & abiectio plebis.* Ergo vt amoris fuit effectus noſtræ ſuſceptio humanitatis, ita & electio mortis in Cruce, quæ omnium erat ignominioſiſſima, & plurimum execrabilis. inde ſcriptum, *maledictus homo qui pendet in ligno,* quæ circũſtantia dedecoris Redemptorẽ noſtrũ grauiſſime torquebat. Memini eloquentiæ parentẽ dixiſſe, *nihil in vita iucundius vita.* Permultos tamen legimus, qui ne honoris iacturã vel minimã ſubirent, mortẽ ſibi conſciuiſſe, ſatius ſibi vitam extingui, quã famam maculari iudicãtes, vt quæ Plutarchus de Pompeio, & Quintus Curtius de Alexandro, & Titus Liuius de Scipione tradiderunt, non obſcure atteſtantur. Refert etiã idem Plutarchus, non tam doluiſſe Alcibiadẽ exilium, rei familiaris deuaſtationẽ, immo, & vulnera ſibi inflicta, quã cõtumelioſũ Themiſtoclis verbum, quod aduerſus illũ protulerat. Honoris enim appetitus tã altas in animis hominũ egit radices, vt ſomniata inimicorũ trophæa non ſecus, ac ſi vera eſſent, vehementẽ dolorem ingerere ſoleãt, vt Themiſtocli accidit, qui dicere ſolebat: *Melchiadis trophæa me excitant, & in ſõnis quietem capere nõ ſinunt.* Quod & fratribus Ioſeph contigiſſe ſacra Geneſeos cõmemorat hiſtoria, quos nouimus aduerſũ Ioſephũ valde indignatos eo ſolũ nomine, quod ſomniaſſe referret ſe à ſtellis, ſole, & luna adorari. Cũ ergo hæc ita ſe habeãt, haud difficile inde erit eruere, quã ignominioſa Chriſto Domino mors Crucis extiterit. Nullũ, ait Saluſtius, infelicitatis genus maius eſt, quã meminiſſe ſe fuiſſe felicẽ. Certe nominis Chriſti gloria vbiq. gẽtiũ peruulgata erat, vt Dauid prædixerat: *Secundum nomen tuũ ſic & laus tua in fines terræ.* Hic tamen gloriæ, & nominis ſplendor in Crucis infamiã fuit poſtea conuerſus, vnde illum in Cruce pendentẽ intuẽtes non immerito vſurpare poterant illud Machabæorũ: *Sanctificatio eius deſolata eſt ſicut ſolitudo, dies feſti eius cõuerſi ſunt in luctum, ſabbatha eius in opprobriũ, honores eius in nihilũ: ſecundum gloriam eius multiplicata eſt ignominia.* Itaque honor ille, quem Saluator noſter in vita comparauerat, tẽpore mortis ceſsit in maiorẽ eius ignominiam: quãto enim antea glorioſior erat, tãto iniuriæ poſtea ei illatæ creuerunt, impletumq. eſt: *Morte turpiſſima cõdemnemus eũ.* Sed vt dixi, voluit Chriſtus Dominus hoc tã abiecto, ac humili mortis ſupplicio potius, quam alio mori, vt nos ad humilitatem amplectẽdam, futilemq: mundi honorem conculcandum nõ modo excitaret, ſed permoueret, & quantumcũq. reluctante, & recalcitrante veteri homine cõpelleret, non vim aliquam voluntati inferens, ſed fortiter, & ſuauiter illam trahens, ea quidem tractione (ſi ita fas eſt loqui) de qua Sponſa: *Trahe me poſt te, & curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

Secundam cauſam ex Auguſtino mutuatam tradit Diuus Thomas his verbis: *Sapientia Dei hominem ad exemplum, quo recte viueremus, ſuſcepit: pertinet autem ad vitam rectam, ea quæ non ſunt metuenda, nõ metuere: ſunt autem homines, qui quamuis mortem ipsã nõ timeant, mortis tamen genus horreſcunt. Vt ergo nullũ genus mortis recte viuenti homini metuendum eſſet, illius hominis Cruce oſtendendũ fuit: nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius, & formidabilius.* Quãtum vero homines crucis ſupplicium execrarẽtur, illud vnum, quod Scaliger refert, ſatis aperte comprobat: ait enim, quod cum Romæ peſti-

D. Hieron. in c. 7. Mich. — Pau. ad Philip. 2. — Symb. Nic. — Psal. 21. — Deut. 21. — Cicero. — Plutarchus. — Themiſtocl. — Gen. 37. — Saluſtius. — Psal. 47. — 1. Mach. 1. — Sap. 2. — Can. 1. — D. Th. 3. p. q. 46. art. 4. Aug. lib. 83. q. 25. in pr. tomo 4. — Refert Scaliger.

feræ cuiuſdam vertiginis morbus graſſaretur, adeoque increbuiſſet, & ægrotantium animos occupaſſet, vt plerique proprijs manibus ſibi necē inferrent, ſenatus Romanus varijs medijs huic tanto malo occurrere cupiens, tanquam præſentiſſimum remedium ac efficaciſſimum antidotū ſtabiliuit publicam legem; ne quis in poſterum ſe ſuſpendio tolleret, aut quouis alio modo interficeret, alioquin ignominiam Crucis in cōſpectu totius populi ſubiturus. Quę pœna turpitudinis, & ignominię tātum intulit pauorē, vt nullus deinceps violētas manus in ſe inijcere auſus fuerit. Vt hunc ergo tantum Crucis ignominiæ timorem Dominus à fidelibus arceret, voluit ipſe primus mortis Crucis ſuſtinere ſupplicium.

D. Athan. de paſſ. Dom. Tertiam cauſam docet Athanaſius, exiſtimās Chriſtum Dominum conſulto mortis Crucem elegiſſe, vt in aere moreretur, ita enim ait; ſublimatus aerem purgauit ab omni diabolica dæmonum infeſtatione. Singularis proculdubio apparet hæc Athanaſij ratio, ac proinde illuſtratione indiget. Chriſtus Dominus ſpeciali ratione præter aērem elementa ſanctificauerat: terram quidem ſāctificauit, per triginta & plures annos pedibus illam calcans; ſanctificauit aquam Matth. 3. Marc. 1. Iordanis, ingrediens illum, vt à Ioanne baptizaretur, ſanctificaturus poſtea ignem, cum Spiritū ſanctum in forma ignis deſcendentem mitteret. Solum ergo reſtabat, vt aerem ſanctificaret, & ad id præſtandum mori voluit in aere. vnde Chry- Chryſoſt. de paſſ. Domin. ſoſtomus in ſermone de paſſione ait: *In excelſo ligno, & non ſub tecto paſſus eſt, vt etiā ipſius aeris natura mundaretur*. Mori etiam elegit in aere, vt ſignificaret, tum quod ſicut aer eſt medius inter cælum, & terrā, ſic ipſe mediator eſſet inter Deū, & hominem; tum quia ſicut aer inter omnia elementa eſt communis (licet enim dicamus, hęc eſt terra mea, hæc eſt aqua mea, vel ignis meus, nemo tamen vnquam dixit, hic eſt aer meus) ita eius paſſio, & mors communis omnibus fuit, paſſiones enim, & mortes aliorum Martyrum propriæ eorum fuerunt, & in proprium eorum commodum redundarunt: at paſſio Chriſti Domini, licet propria adeo ipſius ſolius fuerit, vt ipſe di- Isai. 63. cat: *Torcular calcaui ſolus*; tamen fructus eius atque vtilitas ex ea orta non ſolum hominibus, ſed & Angelis communis eſſe agnoſcitur, Diuo D. Paul. ad Coloſſ. 1. Paulo dicente: *Pacificans per ſanguinem Crucis, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt*. Vnde nō dubitarim Chriſtum Dominum non ſolum caput hominum, & Angelorum eſſe, ſed & gratiam, & gloriam illis omnibus promeruiſſe, qui eam obtinuerunt, vel obtinebant. Sed vt propius accedā ad verba D. Athanaſij, dum ait, Chriſtum Dominum ſublimatum fuiſſe in Cruce, vt aerem diabolica dęmonum infeſtatione purgaret, in me- Iuſtus Lipſ. de Cruce. moriam reuocaſſe iuuabit, quæ Iuſtus Lipſius de Cruce commemorat; ait enim in Africa hunc morē viguiſſe, quod cum infeſtiſſimi leones, immaneſq. tigres iter agentibus obuiam frequenter occurrerent, ita vt homines lacerantes, atque diſcerpentes, hac ſingulari induſtria vſi fuere vicini incolæ illius regionis, plura ligna per vias exaltarunt, & ab eis totidem leones ſuſpenderunt, quorum aſpectu alij leones, & tigres ita perterriti fuere, vt illac pertranſire omnino pertimeſcerent. Refert hoc etiam Plinius, & addit Pli. l. 8. c. 16. Duces quoſdam Romanos tot leones ſuſpenſos videntes, & cauſam ignorantes obſtupuiſſe. Non diſſimili induſtria vſus eſt, Chriſtus Dominus, ipſe eſt *Leo de tribu Iuda*, vt teſtatur D. Ioannes. Apoc. 5. Leo etiam eſt Diabolus, D. Petro dicente: *Ad-* 1. Petr. 5. *uerſarius veſter Diabolus, tanquam leo rugiens*. Immaniſſimi ergo leones (dæmones intelligo) aerē infeſtantes, multa inde mortalibus nocumenta inferebant; vt tamen ab hac infeſtatione coercerentur, voluit Chriſtus Dominus ipſum tamquam leonem de tribu Iuda in Cruce ſuſpendi, cuius aſpectu diabolici leones ſtupefacti, & tabeſcentes, ea quæ olim ſolebant hominibus dāna inferre, cohibentur. Atque huc facit, quod in Concilio Niceno legimus, Procopium martyrē Conc. Nic. quandam conſtruxiſſe crucem, quam ſequenti die his tribus nominibus condecoratam inuenit, Emmanuel, Michael, Gabriel, quibus diuinitus ſignificatum eſt, Emmanuelem brachija Crucis, quibus illa erant exarata nomina, per carnem aſſumptam dæmones viciſſe, atque profligaſſe. Vnde D. Ioannes Chryſoſtomus: *Nunc,* Chryſ. ſerm. de paſſ. ait, *iudicium eſt mundi nunc Princeps huius mundi eijcitur foras. O admirabilis potentia Crucis, ò ineffabilis gloria paſſionis, in qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & poteſtas eſt crucifixi*.

Quartam cauſam mihi ſubminiſtrant egregia verba Eccleſiæ catholicæ, dum canit: *Ipſe lignum* Hym. Eccl. catholicæ. *tunc notabit, damna ligni vt ſolueret, hoc opus noſtræ ſalutis ordo depopoſcerat*. Quaſi dicat, forma hæc moriendi in ligno Crucis conſentanea valde fuit ad ſatisfaciēdum pro peccato primi parētis, qui ex ligno vetito fructum ſumens mortem induxit: At Chriſtus ſoluens, quę non rapuit, fructum ſalutis in ligno poſuit, & vitam in orbē terrarum introduxit. Hoc Sponſus in canticis innuens ait: *Sub arbore malo ſuſcitaui te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua*. Non Cant. 8. aliter faciens, quam filius, qui honorem offenſi patris ſui zelans, lignum quo pater eſt verberatus, ſeruat, vt illo ipſo vindictam faciat patris hinc Athanaſius: *Miſertus eſt ipſe Deus*, inquit, *re-* Athan. in 5. Paraſceue. *medium ad tollendum errorem intulit, Crucem videlicet proferens, diuinæ notitiæ inſtrumentum, omni natura potentius. ſiquidem efficax non fuit cælum ad impietatem corrigendam, erubeſcebat, quidem ſol ſed homines detinere non poterat, quo minus illum adorarent; terra corporibus medicamenta ſuppeditans ægrotātis animæ remediū ferre nequibat. mare quoq. verecūdabatur, cū diuinos honores ab hominibus ſimili errore detētis immerito ſibi offerri videret. ita miſeri homines cæcutiētes fouebāt creaturā, & quotquot in prōptu erāt, adorātes, interea Deū ipſū inuenire nō poterāt: vel vniuerſa prædicās natura ad eius vnius doctrinā, ac notitiam homines adducere nō valuit ſed quod non potuit cælum, potuit Crux, quem ſol nō docuit, Crucis fulgor ingens reuelauit, lignumq. illud, quod vile habebatur, cum eſſet iam plantatum, ex impietate ad pietatem transferens, quæ excoluit, orbem terrarum, lignum, quod erat damnationis inſtrumentum, damnatis hominibus libertatis fructum praeuexit.*

xit. Hæc ille tam pie, quam erudite.

Ioan. 12.

Quintam cauſam adhibeamus ex verbis Chriſti erutam: *Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me.* Aſtrologi omnes, & experientia docent, quod quanto altius ſol ſupra nos aſcendit, tanto fortius, & vigoroſius radiorum ſplendore terram calefacit, tantoq. efficacius vapores, & exhalationes terræ ad ſe trahit. Ita quidem verus ſol iuſtitiæ Chriſtus Dominus in Cruce exaltatus diuina illa, quæ ſibi inerat, virtute omnia ad ſe traxit. vnde D. Chryſoſtomus: *Traxiſti, inquit, Domine omnia ad te, & cũ expandiſſes tota die manũ tuam ad populum non credentem, & contradicentẽ ſibi, confitendæ maieſtatis tuæ ſenſum totus mundus accepit: Traxiſti Domine omnia ad te, cum in execrationem Iudaici ſceleris vnam protulerũt elementa ſententiam, cum obſcuratis luminaribus cæli, & conuerſo in noctem die, terra quoq. motibus quateretur inſolitis, vniuerſaq. creatura impiorum ſe vſui negaret. Traxiſti Domine omnia ad te, quoniam ſciſſo templi velo Sancta ſanctorum ab indignis pontificibus receſſerunt, vt figura in veritatem, prophetia in manifeſtationem, & lex in Euangelium verteretur. Traxiſti Domine omnia ad te, vt quod in vno Iudææ templo obũbratis ſignificationibus tegebatur, pleno, apertoq. ſacramento vniuerſarũ vbique nationum deuotio celebraret.* Hæc ille. Sed paulo minutius, quę ſint iſta, quę pertraxerit, perpendamus. Traxit nobis Patrem, illum placans, traxit Angelos, eorum ſedes reſtaurans, traxit peccatores, ad ſe conuertens: *Reuertebantur percutientes pectora ſua.* Traxit antiquos Patres, ex ſinu Abrahæ illos educens: traxit denique ſaxa, quæ in ſignum mœſtitiæ propter mortem Creatoris ſcindebantur, & inter ſe, ſe elidebant. Quæ omnia eloquenter, vt aſſolet, proſequitur D. Leo in hęc aurea verba: *Exaltatum Ieſum ad ſe traxiſſe omnia, non ſolum noſtra ſubſtantiæ paſſione, ſed etiam totius mundi cõmutatione monſtratum eſt: pendente enim in patibulo Creatore vniuerſa creatura congemuit, & Crucis clauos omnia ſimul elementa ſenſerunt, nihil ab illo ſupplicio liberum fuit, hoc in communionem ſui & terram traxit, & cælum, hoc petras rupit, monumenta aperuit, inferna reſerauit, & denſarũ horrore tenebrarum radios ſolis abſcondit. Debebat hoc teſtimonium ſuo mundus auctori, vt in occaſu conditoris ſui vellent vniuerſa finiri, ſed patientia Dei ſeruat rebus, atq. temporibus ordinem ſuum, noſq. in illum potius vocat affectum, vt eorum ſalutem petamus, quorum crimen horremus.* Hactenus D. Leo.

D. Chryſ. ſer 8. de paſſ.

Luc. 23.
Matth. 27.

Leo ſerm. 6. paulo poſt med.

Vltimam tandem rationẽ, eamq. præcipuam eſſe reor, quod Chriſtus Dominus agnouit Patris voluntatem eſſe, vt manibus extenſis, atque confoſſis ſuper Crucem mortem ſubiret, & ideo abiectam Crucis mortem elegit, iuxta illud: *Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio.* quã multis ipſe reſignauerat figuris, inter quas non infimum locum tenet ſacrificium veſpertinũ, cuius meminit Dauid: *Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.* Sic enim appellat eiuſmodi ſacrificium D. Iſidorus in cõmentario huius loci, dicens: *Veniente quaſi mundi veſpere, ſiue declinante iam ſole ad veſperam, Dominus eleuans manus ſuas obtulit ſe ipſum in ſacrificiũ, & deleta ſunt peccata noſtra.* Sacrificium hoc veſpertinum tanquã veneratione, ac pietate maiori conſpicuum, omnibus alijs, quæ in lege veteri fiebant, præferunt communi conſenſu Patres ſuper Pſal. 140. quod nõ abſque myſterio contigiſſe arbitror. Nam cũ vmbra eſſet, & imago veſpertinum holocauſtum Chriſti in ara Crucis oblati, quod omnium præſtantiſſimum eſt, oportebat etiam illud omnia alia vetera ſacrificia longo interuallo ſuperaſſe. Ita tradũt D. Auguſtinus, Ambroſius, Baſilius, Hieronymus, & Hilarius. Arcus etiam extenſus, de quo Dauid in perſona Chriſti loquẽs, dixit: *Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea,* Chriſtum in Cruce pendentem egregie adumbrat, vt vnanimi conſenſu Patres tradunt, Ambroſ. Gregorius, Beda, Dydimus relatus in Catena aurea, & Rupertus Abbas. Vere Chriſti brachia in Cruce extenſa arcus æreus ſunt, corda Crux eſt, quæ arcus brachia extendit, ſagitta velox, anima, quæ ſtatim atq. ex arcu hoc myſtico exploditur, hoſtes conſternit, mortem occidit, Diabolum vincit, infernum ſpoliat, & cęlum ditat. Hoc idem myſterium ſub gallina alas extendente ad protegendum pullos, Chriſtum Dominũ in Cruce extenſum ſignificare docent plurimi Patres, præſertim Auguſtinus, Origenes, & D. Bernardus, qui tractatu de Paſſione hæc ſcribit: *Videamus quid hoc ſibi velit, quod Dominus ſe gallinæ magis, quam alteri animali voluit comparare, quia vt à ſanctis Patribus tenetur, ideo factum eſt, vt exprimatur incomparabilis affectus charitatis: nullum enim animal circa pullos ſuos tanta cõpaſſione mouetur, ſicut gallina: fit enim toto corpore hiſpida, voce rauca, toto feruens animo, & omnibus membris infirma, & vſque ad ſupremum defectum deueniens. Si ergo gallina ita pullos compatitur, quantum putas optimum IESVM humano generi fuiſſe compaſſum?* Hactenus D. Bernardus. Cuius verba quam conſentanea ſint Chriſto Domino in Cruce pendenti, nullus eſt, qui nõ videat. Sed his addere liceat mihi verba Malachiæ: *Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius.* Singularis eſt locus iſte, & ſuam præfert difficultatẽ: nam quis vnquam vidit ſolem pẽnis veſtitum? ſed iuxta Patrum intelligentiam Auguſtini, Ambroſij, Hieronymi, Arnobij, Bedæ, Origenis, Anaſtaſij, & aliorum in hunc modum licebit illum interpretari in ſenſu myſtico. Sol Chriſtũ Dominum ſolẽ iuſtitiæ refert: nam ſicut ſol Rex eſt, & planetarũ princeps, ita Chriſtus Rex Regum, & dominus dominantium; & ſicut ille ſuo acceſſu terram floribus, frondibuſq. ſplendide ornat, ſpargit ver, æſtatemque proſcindit, ea vero recedente ſuccedit hyemis rigor, quo ornatu ſuo terra, arboreſque ſpoliantur; ita Chriſtus ad ſe Sanctos veluti vapores attrahit, adurit vitia, roremque virtutum infundit, multiſque animi dotibus infœcundam hominum terram exornat. Et ſicut ſol deſcendens ad inferiores partes, redit tandem ad locum ſuum; ita Chriſtus deſcendens ad inferiores partes terræ, victor tandem redijt ad vitam. & ſicut ſol tam-

Ioan. 19.
Pſal. 140.
D. Iſidorus.

Patr. in Pſ. 140.

Aug. in Pſ. 140.
Amb l. 2. de Abraha. c. 6.
Baſ in Pſ. 59
Hier. ibid. et in Mat. c. 8.
Hil. can 14. in Matth.
Pſal 17.
Amb. lib. de Noe c. 27.
Greg. hom 8 in Ezech.
Bed. in c. 9. Gen.
Dyd. rel. in catena aur.
Rup. in Gen 14 de oper. Sanct Trin.

Aug. l. 1. q. in Euang q. 36. et ſer. 29 de uer. Dom
Orig. ho. 26. in Matth.
D Ber trac. de paſſ. c. 3.

Malach. c. 4

Aug ſer 134 de temp.
Amb l. de Iacob Patriar c. 7 & 17 et
Hier. in l. 20. c. 44.
Arn. ſuper Pſ. 18.
Bed. in c. 1. Gen.
Orig. hom. 1. in Gen.
Anaſt in Hexamer.

Digitized by Google

quam luminare maius elucet, vnde reliqua luminaria lucem ſuam hauriunt, ita Chriſtus tanquam luminare maius Eccleſiæ, toti præfulget orbi, vnde accedente illo in die gratiæ tripudiamus, recedente in noctis tenebris cæcutimus. Sed videamus, quæ ſint huius ſolis pennæ, ſiquidem Propheta ait: *Et ſanitas in pennis eius*. Scio Hugonem Cardinalem per has pennas intelligere iuſtitiam, & miſericordiam, cui partim conſonant quæ Chriſtus Dominus reuelauit B. Brigittæ, his verbis: *Ego ſum quaſi gallina, qui currentes ad vocem meam pullos, id eſt deſiderantes obumbrationem alarum mearum, & patenter defendo à Diaboli laqueis, & ſapienter inſpirationibus meis prouoco ad ſalutem. Quid ergo eſt penna niſi miſericordia mea, quam qui obtinuerit, ita ſecurus eſſe poteſt, ſicut pullus, qui ſub alis matris refouetur? Ergo eſtote ſicut pulli currentes ad voluntatem meã, & in omni tentatione, & contrarijs dicite voce, & operibus. fiat voluntas Dei, quia ego confidentes in me defendo potentia mea, reficio miſericordia mea, teneo patientia mea, viſito conſolatione mea, illumino ſapientia mea, remunero in centuplum charitate mea*, hactenus ibi. Sed à propoſito inſtituto non recedens, per has ſolis iuſtitiæ pennas ſanitatẽ deferentes iuxta Prophetam Malachiam, aptè intelligi poſſe reor brachia Chriſti in Cruce extenſa, quibus velut pennis expanſis ſanitatẽ, ac ſalutem humano generi lethali morbo laboranti miſericorditer attulit, & de quibus rectè verificatur illud Deut. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas* (ſcilicet in Cruce) *& aſſumpſit eum, & aſportauit in humeris ſuis*.

Deut. 32.

Præterea torcular à Chriſto calcatum, de quo Iſaias: *Torcular calcaui ſolus*, Crucem in conſortio Chriſti ſignificare, permulti Patres annotarunt. Non me latet, perplures in diuerſos alios abire ſenſus: nã D. Gregorius ait, torcular eſſe preſſuras Martyrum, Athanaſius baptiſmum, Theodoretus Eccleſiam catholicam, Origenes altare holocauſtorum, Irenęus ſpiritum Prophetarum, Hieronymus ſcholam hæreticorum, Eucherius diem Iudicij, Dydimus caſtitatem, Beda gloriam cæleſtem, vbi in maxima copia iucunditatis multum exprimitur: at præſenti argumento accõmodatius torcular interpretãtur Crucem, & paſſionem Chriſti Diuus Auguſtinus, Bernardus, Hilarius, Rupertus, & noſter Lyranas. eſt hæc interpretatio valde conſona textui: nam dicentibus Angelis die Aſcenſionis, quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Chriſtus Dominus reſpondit, torcular paſsionis, & Crucis calcaui ſolus, ideo ſãguine vulnerũ ſũ cõſperſus.

Iſai. c. 63.

D. Greg. lib. 16. mor. c. 13. Athan q. 40. Theod. sup. Pſal 8. Iren. lib. 4. cont. hæreſ. Val & ſeq. quæſ c. 70. Hier c. 19. & Iſaia, & in c. 9. Oſea Euch in ſorma 4. ſpirit. Dydim. Pſ. 8 Hier. in c. 1 Matth. & in c. 63. Iſaia. Bern. tract. de paſſ. Domini c. 2. Hil. in c. 22. Matth. Rup. in 14. Zachariæ, c. 2. Agg Lyranus in Pſal. 8.

Ac tandem Chriſtum Dominum actum in Crucẽ ex obedientia Patris perpulchre adumbrat, nullo ſanctorum Patrum diſſentiente, hiſtoria ſacrificij Abrahę, vt eleganter proſequuntur D. Ioannes Chryſoſtomus, & Origenes, & Philo Iudæus. Præcepit Deus Abrahæ, vt offerret ſibi in holocauſtum filiũ ſuum vnigenitũ Iſaac, & mane conſurgens perrexit in montem holocauſti, ligna ſuper filium imponens, ipſe autem portabat in manibus ignem, & gladium, vt ait ſacer textus. Pater Abraham æternum Patrẽ præſignabat, qui in ſacra Scriptura antiquus dierum vocatur: hic ignem portat, diuinum ſcilicet amorem: *Quia ſic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*: gladium etiã affert, quo Filium percuſſit, ipſo dicente: *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum*. Sicut etiam Pater Abraham, *tulit ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac*; ita æternus Pater non ſolum materialem (vt ita loquar) ligni Crucem, ſed intolerabilem peccatorum noſtrorum ſarcinam humeris Filij ſui ſuperpoſuit, Iſaia dicente: *Poſuit in eo iniquitates omnium noſtrorum*. Et ſicut de Abraham ait Moyſes: *Vidit, & gauiſus eſt*, hoc eſt, videns in ſpiritu, & velut in vmbra mortem Chriſti, ſumma alacritate perfuſus eſt, propter ſummam eius vtilitatem inde emergentem; ita Pater æternus videns per mortem Chriſti diuinæ iuſtitiæ ſatisfieri, & humani generis miſeriam ſubleuari, valde gauiſus eſt. Iſaac autem filium Abrahæ, Chriſtum Dominum Filium ęterni Patris ad viuum exprimere concors Patrum ſententia docet: Iſaac enim natus eſt ex ſterili, Chriſtus ex Matre Virgine; Iſaac portauit ligna holocauſti, Chriſtus portauit Crucem; ſi Iſaac nõ eſt paſſus, ſed eius loco aries, id etiam mirifice quadrat Chriſto Domino, cuius diuinitas non eſt paſſa, ſed eius loco humanitas. Ac tandem: *Leuauit*, ait ſacer textus (ſcilicet Abraham) *oculos ſuos, viditque poſt tergũ ſuum arietem inter vepres hærentem cornibus*. vel vt legit D. Ambroſius. *Ecce aries vnus hærens ſuſpenſus cornibus in virgulto*. Quæ lectio valde cõſentanea eſt Hebraico originali, dicẽti: *Et vidit, & ecce aries appenſus eſt in perplexu cornibus ſuis*. Vnde Paraphraſtes Chaldæus ait: *Et ecce aries poſtquã apprehenſus eſt in arbore cornibus ſuis*. Quę omnes lectiones in eo conueniũt, quod viderit Abraham arietem cornibus ſuſpenſum inter ſpinas, ſeu vepres, quod ad viuum fatis referebat Chriſtum Dominum ſpinis coronatum in Cruce pendentem, vt præcitati Patres annotant. Illud etiam, quod Abraham facto arietis ſacrificio, dixit: *Dominus videt*, vel vt alia verſio habet, *Dominus videbit*, quaſi diceret, Dominus videbit impletum in Filio ſuo, quod in meo adumbratum fuit, à propoſito noſtro nihil diſſidet, ſed cõtentaneum potius eſt. Teſtatur etiam Moyſes, vſque in tempus ſuum appellationem hanc illius montis duraſſe, *Dominus in monte hoc videbit*, vel vt originale Hebræum habet, *Dominus videbitur*, quæ lectiones contrariæ non ſunt, immo vtraque fuit impleta, quia Filius Dei in Cruce ab vniuerſo populo viſus eſt, & Pater æternus vidit illum ſuper aram Crucis holocauſtum ſibi oblatum. Addo his, ita per omnia figuratum figuræ reſpondere in hoc Abrahæ ſacrificio, vt Chriſtus Dominus crucifixus fuerit, Deoque Patri immolatus in eodem monte nomine Moria, quo olim Abraham filium ſuum Iſaac immolauit, vt tradit D. Aug. id cõfirmans, vt ſupra annotaui auctoritate D. Hieronymi.

Homil-

Chryſoſt. in c. 22. Gene. hom 48. Orig hom 8 in Gen. Philo Iud. lib de Abr Gen. 22.

Ioan. 3. Iſai. 53. Gen. 22. Iſai. 53.

Hieronym. Gloſſ ord. Orig. hom 8. & 13. in Geneſis Ambr. lib. de Iſaac Patriarcha. Chr. hom. 47 in Gen. Clem. Alex. 1. pædag. c. 5 & l. 1 ſtrom. Tert. lib. ad uerſ. Iudæos Gen. 22. Ambr. lib. 1 de Abraha c. 8. Orig. Hebr. Paraphraſt. Chaldæus.

D. Aug. ſer. 71. de temp. D. Hieron.

Digitized by Google

Homilia XXIV.

De varijs figuris iuxta Patrũ doctrinã, quibus tam in rebus naturalibus, quam in ſacris literis Deus olim Dominicam Crucẽ præſignauerat, necnon de præcipuis epithetis, quibus ijdem Patres illam cohoneſtarunt.

ADEO nobis vtilem diuina ſapientia Crucis memoriam iodicanit, vt eius figuram ab ioitio ſemper in hominum oculis verſari voluerit; vnde omnia propemodum ita condidit, vt vel ipſa condita, vel eorum operationes crucem ipſam cunctis mortalibus ob oculos ponere videantur. Quod ne proprio marte aſſerere videar, non alionde probare annitar, quam ex ſanctis Patribus, probatiſſimiſque Eccleſiæ Doctoribus. D. Gregorius Nyſſenus vniuerſam mundi molem figuram crucis gerere his verbis egregie diſſerit: *Cælum ſuſpice, & partes infimas anima complectere, extremoſque, ac ſummos orbis terminos cogitatione comprehende, atque conſidera, quænam potentia, tan quam vniuerſitatis vinculum, hæc omnia deuinciat, videbiſque ſponte ſua in ea diuinæ potentiæ cantem platione crucis figuram exprimi, à ſuperis ad infera, ab extremis, ad extrema protenſam, atq. deſcriptam.*

D. Gre. Nyſ. ſen orat. 1. de reſurr.

Figuram hanc magnus etiam Dauid de ſe loquens expreſſit: *Quo ibo à ſpiritu tuo, aut quà à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum* (hæc eſt ſublimitas crucis) *tu illic es; ſi deſcendero in infernum* (hoc eſt profundum) *ades. Si ſumpſero pẽnas meas diluculo;* id eſt ad ortum ſolis (hæc eſt latitudo) *& habitauero in extremis maris* (hæc eſt longitudo.) Cernis qoomodo Crucis figuram deſcribat? Et paulo inferius adducẽs illud Diui Pauli: *in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtiũ, terreſtrium, & infernorum,* ait magnus Apoſtolus. his verbis per crucis figuram diuidit Chriſti adorationem: cæleſtis enim regio partem ſublimiorem, terreſtris ambas medias, inferna profundã continet. Diuus Ambroſius tomo 3. ſermone quinquageſimoſexto: *Cælum,* inquit, *quoque ipſum huius ſigni figura diſpoſitum eſt; nam quatuor partibus, hoc eſt Oriẽte, & Occidẽte, ac Meridiano, & Septentrione diſtinguitur, quatuor quaſi crucis angulis continetur.* hactenus ille. Immo & ipſas, quæ in octauo orbe ſitæ ſunt, ſtellas, in modum crucis formatas eſſe Arabes tradidere, teſte Cælio Rodighino, quibus ſubſcribunt Philo li. de Cherubin, & Marſilius Ficinus de triplici vita. Omnes etiam Aſtrologi in Polo Antartico quatuor fulgentiſſimas ſtellas collocant, ſpeciem

Pſal. 138.

Ad Phil. 2.

D. Ambr. to. 3. serm. 56.

Cal. Rodig. lib. 10. c. 8. Philo lib. de Cherub. Mars. Ficin. de tripl. vita lib. 4. c. 18

Crucis præſe ferentes, quas nautæ cruciferum appellare cõſueuere. Venti à quatuor mundi partibus dum aduerſis flatibus ſe infeſtant, in modum Crucis perflant, & contra ſe ſibilant. Origenes homilia 8. in diuerſa: *Aues quoque,* inquit, *quando in ſublimiora abuoluuntur, & pendent per aera, extenſis alis imitantur crucem.* D. Hieronym. in cap. 11. Marci: *Homo natans per aquas formam crucis, ſicut & piſces aſſumit.* Iuſtinus Martyr Apolog. 2. *Humana figura non alia re à belluis differt, quam quod & recta ſit, & manuum extenſionem habet, & in facie à fronte protenſum naſũ: quod non aliud demonſtrat, quam hoc ſignum Crucis.* Caſaneus in Catalogo gloriæ mundi refert fructum nomine Muſa in Veruth naſci ſolitum in portu ipſo maris Mediterranei, qui à pleriſque exiſtimatur ille, quem præceptum diuinum violans Adam comedit in paradiſo terreſtri: narrat inquam, auctor iſte, quod per medium diuiſus ſingulę partes ſignum crucis exacte referunt, quaſi præſagientes per lignum Crucis primi parentis infirmitati congruam in poſterum medelam fore adhibendam. Ac tandẽ Andreas Matthioli in commento vulgari ſermone edito ſuper Dioſcoridem lib. tertio cap. tertio, herbæ cuiuſdam meminit nomine Cruciata, quæ non ſolum voce, ſed, & mirabili ſua virtute crucem Dominicam adumbrat; ſingulæ enim frondes à dextro, & ſiniſtro latere virgæ erumpentes crucem ad viuũ exprimunt; virtus autem eius ita crucis virtutem oſtendit, vt & vermes, ſicut illa dęmones, facili negotio abigat, & contra venenum corpus infeſtans, non ſecus, ac illa contra virus peccati animam inficiens præſentiſſimum antidotum exiſtat.

Orig. hom. 8. in diuerſ.

D. Hier. in c. 11. Marc.

Iuſt. Mart. Apolog. 2.

Caſan. Catalog. glor. mund. concius. 99.

Andr. Matthiol. in comment. vulg. sup. Dioſc. lib. 3. cap. 4.

Verum ſi à rebus naturalibus ad artificioſas gradum faciamus, in his etiam præſignari crucem, erudite docuit Iuſtinus Martyr Apologetico 2. *Conſiderate,* ait, *omnia, quæ in mundo ſunt, an ſine hoc ſigno crucis gubernentur, aut poſſint præbere ſui vſum. Mare enim non ſcinditur niſi trophæum iſtud, quod malus appellatur, ſaluum in naui maneat; terra non aratur ſine eo, foſſores non abſoluunt, nec alij item operarij mechanici niſi per inſtrumenta, quæ formam hanc referant.* Similia tradunt Diuus Ambroſius tomo tertio, ſermone quinquageſimo ſexto, & Origenes homil. 8. in diuerſa; quibus addo Architectos, priuſquam ad erigendum ædificium aliquod normam adhibeant, prius ſolitos in charta vel tabula crucem depingere, quæ velut baſis, & fundamentum exemplaris extruendæ domus exiſtat. Chirurgos etiam, cum putrida vlcera ferro aperiunt, in formam crucis, eo quod id iuxta medicinæ documenta vtile valde ſit, illa plerumque aperire obſeruaui. Quid plura? ſtatera, qua res ponderantur, crucis formam, & effigiem habet. Vnde & ipſa Crux ab Eccleſia Statera, vnde noſtræ redemptionis precium pependit, vocitatur.

Iuſt. Mart. Apolog. 2.

D. Ambr. to. 3. serm. 56.

Hymnus de Cruce.

Beata cuius brachijs
Sæcli pependit precium,
Statera facta corporis,
Prædamque tulit tartari.

D.Bernard. dier. Paſch. homilia de duob.diſcip. in Emaus.

Quæ verba elucidans D.Bernardus, his quæ ſequuntur, mirifice illuſtrauit: *Crux facta eſt ſtatera corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia: appenſa ſunt cum ipſa peccata, quæ commiſimus: ipſe erat innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis conuerſatio eius, & quoniam talis, ac tantus, tam indigna dignatus eſt in Cruce pati, præponderare cœpit calamitas, cum adhuc tamen in Cruce erectus ſtaret; vacillare videbatur ſtatera, nec plane cognoſcebatur, quo cadere deberet, inclinato tamen capite emiſit ſpiritum, vt calamitas præponderando caderet, & quaſi arena maris grauior appareret.* Hæc ille. Vnde non immerito

Iob. 6.

vnuſquiſque noſtrum vſurpare poteſt illud Iob: *Vtinam appenderentur peccata mea in ſtatera*, ſcilicet Crucis, *& calamitas mea*, id eſt paſſio Chriſti, quæ mea eſt ex dono illius, *quaſi arena maris grauior appareret.* Deniq. tametſi quidpiã humile dicere videar, ita Crucis figura ad humanos vſus vtilis eſt, vt ipſæ etiam feminæ ſi quæ implicata fila explicare velint, tranſuerſis lignis in modum crucis vti ſoleant. Ex quibus omnibus non obſcure conſtat, quam multa, tam natura, quã arte confecta, Dominicã Crucẽ præferant.

Sed iam ad eius figuras, & imagines, quibus diuinæ ſcatent litteræ, noſtra dirigatur oratio, vt ex illis mira Crucis dignitas magis ſplendeat, & fides eius Chriſtianorum animis tenacius inhæreſcat. Nam vt egregie obſeruauit Tertullianus

Tertull. contra Marcionem lib. 3.

lib. 3. contra Marcionem: *Quanto ſacramentum Crucis creditu difficilius, & ſcandalo magis expoſitum, tanto magis oportuit per varias adumbrari figuras. vt ſic credibilius redderetur, &* (vt ibidem

Tertul ibid. Iſidorus.

dixit Tertullianus) *difficultas intellectus gratiam Dei quæreret.* Diuus Iſidorus figuram Arcæ Noe adducit: Noe (inquit) *per aquam, & lignum liberatur*, lignum quippe, & aqua crucem deſignat, & baptiſma: ſicut enim ille cum ſuis per lignum, & aquam ſaluatur, ſic familia Chriſti per baptiſmum, & Crucis paſſionẽ ſanatur. Quibus egregie conſonant verba Salomonis: *Cum aqua*

Sapien. 10.

deleret terram, ſanauit iterum Sapientia, per contemptibile lignum iuſtum gubernans: ſcilicet per lignum Crucis, per quod, ne in profundum inferni mergeretur genus ipſum humanum, prohibitum

D. Hieron. Pſalm. 18. Geneſ. 28. D. Auguſt. ſerm. 73. de tem. & tractatu de Catechiſmo.

eſt. Diuus Hieronymus: *Ego* (inquit) *puto Crucem Saluatoris illam fuiſſe ſcalam, quam vidit Iacob*; quam figuram in hunc modum illuſtrat D. Auguſtinus: *Iacob dormiebat, & Dominum in cacumine ſcalæ videbat incumbere. quid eſt in ſcala incumbere, niſi in ligno pendere? ſed quare hoc in itinere factum eſt, antequam Iacob vxorem acciperet? quia & verus Iacob Dominus noſter prius in ſcala, id eſt cruce accubuit, & poſtea Eccleſiam ſociauit.* Hæc ille. Recte autem dixit per mortem Eccleſiam ſibi ſociaſſe, quia licet die incarnationis ſponſalia de futuro cum ea contraxerit, in lecto tamen Crucis dicens: *conſummatũ eſt*, cum ea matrimo-

D. Aug. ſer. 79 de temp. Geneſ. 32. D. Damaſc. lib. 4. c. 12. Genes 48.

nium conſummauit. Idem etiam D. Auguſtinus, baculum Iacob crucis figuram fuiſſe docuit: *Iacob* (inquit) *ad accipiendam vxorem exhibuit baculum & Chriſtus ad redimendam Eccleſiam detulit Crucis lignum.* D. Damaſcenus: *Iacob*, ait, *cõcellatis manibus filios Ioſeph benedicens, ſignum crucis manifeſtiſſime deſcripſit*, quod & Tertullianus lib.

Tertul li. de Baptiſmo. D. Aug. de temp. ſerm. 86. & 87. Exod 7.

de Baptiſmo annotauit. De virga Moyſis egregia crucis ſignificatione in ſerpentem conuerſa ſic loquitur Diuus Auguſtinus: *Crux, quæ infidelibus ſtultitia eſſe creditur, verſa eſt in ſerpentem, hoc eſt in ſapientiam, quæ omnem ipſius mundi ſapientiam deuoraret.* Iuſtinus:

Iuſt. dialog. cum Tryph. Exod. 12. D. Cyp. de cœna Dom. D. Chryſoſt. hom. de cõmun Ioſeph. Exod. 13.

Agni carnes, inquit, *dum aſſantur, ſpeciem crucis præferunt.* ad quod ſimiliter Diuus Cyprianus reſpiciens dixit: *in veru crucis bona aſſatio.* D. Chryſoſtomus: *Sicut columna nubis figura noſtræ crucis Hebræorum multitudinem protegebat, ne quid mali ab Aegyptijs paterentur; ita Crux ante oculos viſa omnium ſtatim obigit malam volupta-*

D. Proſp. de prædeſt. p. 2. cap. 18. Rab. Salom. ſent. ex Abulenſi. Exo. 15. q. 8.

tem. D. Proſper, lignum, quod aquis Marath immerſum dulces reddidit (quod Rabbi Salomon teſte Abulenſi, Exodi decimoquinto, quæſtione octaua, putat fuiſſe Adelpham, quæ amariſſima eſt) figurã crucis fuiſſe his verbis oſtendit: *Chriſtianũ ſtatim vt amarũ paſſionis poculũ biberit, ligni & crucis dulcedine omni amaritudine liberandum.*

D. Dam li. 4 cap. 12. Exod. 17. Tertul. li. 3. contr. Mar.

Diuus Damaſcenus loquens de Moyſe ad Dominum orante: *Manus*, inquit, *inſtar crucis extenſæ Amalech repulerunt.* Vnde Tertullianus inquirens, cur expanſis manibus orauerit Moyſes, reſpondet: *Quia, vbi nomen Domini dimicabat, dimicatura quandoque aduerſus Diabolum, crucis quandoque habitus erat neceſſarius, per quam Ieſus victoriam eſſet relaturus.* D. Auguſtinus virgam

D. Auguſt. tract. 1 6 & 48. in Ioan.

Aaron, quæ præter naturæ ſuæ cõditionem refloruit, Crucẽ præſignaſſe in hunc modum docet: *Quod hæc virga nuces produxerit, imago Dominici corporis fuit in corio nucis carnem ſignificari, Saluatoriſque habuit in ſe aſperitatem, & amaritudinẽ paſſionis: in nucleo interiorem declarat dulcedinem Deitatis, in teſta lignum interſerens Crucis.* Ipſe

D. Aug. ibi.

etiam D. Auguſtinus virgam Moyſia bis percutientem petram figuram crucis putat, dum ait: *Gemina percuſſio duo ligna crucis ſignificat.* Vnde

Seuer. ar. 4. in præd. Cr.

Seuerinus Gabalorum Epiſcopus interrogans, cur ſemel, & iterum percuſſa fuerit petra? reſpõdet, *vt crucis imaginem deſignet hoc agit. Percuſſit ſemel & bis. ſed non eodem modo, ſed ita, vt formam crucis deſcriberet: vt natura etiam inanimata crucis formam veneraretur.* Hactenus ille. Nec tunc temporis ſolum crucis ſigno vſus eſt Moyſes, ſed cum etiam mare virga percuſſit, vt teſtatur

App. 4 par. cap 1. D. Damaſc. lib. 4 c. 12. D. Aug. de temp. ſerm. 90. & 101. Ioan. c. 3.

auctor Apparatij. Immo & D. Damaſcenus dicẽs: *Virga Moſaica in ſimilitudinem crucis mare percuſſit, & ſaluauit Iſrael, Pharaonem autem ſubmerſit, & in vniuerſum* D. Auguſtinus *nullum*, ait, *Moyſes ſignum ſine crucis ſacramento peregit.* Aeneum deinde ſerpentem à Moyſe exaltatum in vlcerum medelam imaginem crucis geſſiſſe diſertis verbis edocuit Chriſtus Dominus Ioann. cap. 3. *Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis:* quæ verba Seuerinus Epiſcopus ſapienter perpendens, acute ſatis in hæc verba prorupit: *Nonne credibilius erat ſi dixiſſet Moyſes, ſi quis veſtrum morſus fuerit, cælum ſuſpiciat, aut tabernaculum Dei, & ſalutem aſſequetur? verum his ille poſthabitis, crucis*

ton-

Digitized by Google

tantum imaginem ſtatuis. Cur autem hæc feceris Moyſes, qui populo dixerat: non facies tibi ſculptile, neque conflatile, neque ſimilitudinem vllam earum rerum, quæ ſunt in cælo ſurſum, aut in terra deorſum? dic obſecra fideliſſime Dei miniſter, quid, quod alijs vetas, id ipſe facis? quod præcipis euerti, id ipſe conſtituis? qui conflatum vitulum comminuiſti, ſerpentem ipſe ex ære conficis? At illa, inquit, mãdaui, quo materiam impietatis exciderem, & ab idolorum cultu populum abducerem; nunc autem ſerpentem vtiliter conflo, vt eiuſmodi experimento exercitatus populus crucis imaginem ac Seruatorem in ipſo pendentem præcognoſceret. Hactenus Seuerinus. Illud autem non immerito quiſpiam percontari poſſet, qua ratione ſerpens Chriſtum in cruce pendẽtem referat, cum ille à principio hominis exitium attulerit, hic ſalutem; ille in errorem induxerit, hic veritatis viã demonſtrauerit. Obiectio hæc Diuum Gregorium Nazianzenum ita permouit, vt putarit colubrum illum æneum non extitiſſe Chriſti typum, ſed antypum potius (vt ipſe loquitur) in eoque dumtaxat Chriſtum adumbraſſe putat, quod ſicut ille in ligno pependit, ita, & Chriſtus in cruce. cui ſentẽtiæ aſſeotiri etiam video Diuum Maximum; nam, vt inquit Theophanes ex ſententia illius, *Suſpenſus ſerpens mortis erat ſymbolum, cuius auctor, & procurator ſerpens fuerat: at ſignum, in quo eleuatus eſt, crucem denotabat, aſpectus autem illorum, qui percuſſi ſunt, fidelium confeſsio eſt.* Adſtipulatur etiã eidem D. Ambroſius, vbi propterea inquit Moyſen ſuſpendiſſe ſerpentem, & non aliud animal, quia cũ Diabolus ſub ſpecie ſerpentis Euã decepiſſet, prius oportebat in pœnam delicti ipſum crucifigi. Verum Patres alij in illo ſerpente Chriſtum præſignari autumãtes, egregias alias huius figuræ rationes exhibent. Nam Diuus Ambroſius in eo contemplatur ſimilitudinem colubri in Chriſto, quod quemadmodum ille videbatur coluber, cum tamen re ipſa coluber nõ eſſet, ita Chriſtus in Cruce erectus videbatur quidem peccator, re autem ipſa aliter ſe res habebat, cum ab omni labe peccati prorſus alienus eſſet, verba Diui Ambroſij ſunt: *Non verus ſed æneus ſuſpenſus eſt ſerpens, quia in veritate quidem corporis, ſed ſine veritate peccati, ſuſcepit Dominus ſpeciem peccatoris, vt per lubricum infirmitatis humanæ ſimulando ſerpentem, depoſitis exuuijs, veri deſtrueret ſerpentis aſtutiam.* Illa quoque ratione, vt egregie annotauit Nicetas, ſerpens, quem in cruce Moyſes ſuſtulit, figuram Chriſti geſſit, quoniam quemadmodum corporeus ſerpens non ſolum venenum habet, per quod, qui ab eo icti fuerint, extinguũtur, ſed etiã vitę pharmacum, quo accepto, qui percuſſi fuerint, ad vitam reuocantur; ſic Chriſtus in Cruce pendens morte ſua venenum Diabolo propinauit, fidelibus autem peſtiferis eius morſibus laceratis probatiſſimum vitæ antidotum exhibuit. Quare autem ſerpens ille non de auro, aut argento, ſed ex ære confectus fuerit, reſpondet D. Auguſtinus, rationem eſſe propter vocis claritatem. Nam vaſa ærea maiorem tinnitum reddere, & longius ſonare ſolent; Crucis autem prædicatio quoniam ad remotiſſimas quaſque nationes ita peruentura erat, vt regius Vates diceret: *& quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum*, ideo ad id præſignandum ex ære factus eſt coluber ille: niſi etiam velis (vt idem annotauit Auguſtinus) propterea æneum fuiſſe colubrum illum, quia ſicut, quæ memoria manent, vulgo dicuntur ęnea propter diuturnitatem, ita futurũ erat, vt ænea maneret Crucis fides, adeoque fidelium animis firma, & fixa, vt nullis tyrannorum, non dicam minis, ſed nec atrociſſimis tormentis infringi vllo modo poſſet.

Theoph. Dominica ante anal. S. cruc.

D. Ambroſ. ſerm. 11. de Cruce.

D. Ambroſ. de Spiritu ſancto lib. 3. cap. 9.

Nicetas.

D. Aug. ſer. 101. de tem.

Pſalm. 18.

D. Auguſt. in cap. epiſt. ad Galatas.

Sed ne à D. Auguſtini vberrima doctrina diſcedam, pleraſque alias ab eodem Crucis imagines ſapiẽter excogitatas ſubiungemus. Sermone centeſimo ſeptimo de tempore in Sampſone colomnas vtraque manu apprehendente figuram crucis agnoſcit: *Iam hic, ait, imaginem crucis attendite, expanſas enim manus ad duas columnas quaſi ad duo ligna crucis extendit, ſed aduerſarios ſuos interemptos oppreſſit, & illius paſſio, interfectio facta eſt perſequentium.* Et ibidem ſermone centeſimo nonageſimo ſeptimo: Dauid exijt contra Goliath, & in illo quidem tunc figuratũ eſt, quod in Domino Ieſu Chriſto completum eſt, venit enim verus Dauid Chriſtus, qui contra ſpiritualem Goliath, id eſt contra Diabolum pugnaturus crucem ſuam ipſe portauit. Homilia 18. & ſermone 201. de tempore, figuram affert de lignis, quę Sareptana vidua collegit: *Mulier, inquit, illa typum gerebat Eccleſiæ, & quia duo ligna crucem faciunt, quærebat moritura, vnde ſemper eſſet victura.* Sermone de tempore 206. baculũ Eliſei crucẽ eſſe Domini his verbis ediſſerit; *Baculus ſine Eliſeo nihil valebat; quia crux ſine Chriſto nihil poterat. venit ergo beatus Eliſeus, & aſcendit in cœnaculum, quia venturus erat Chriſtus, & aſcenſurus Crucis patibulum: inclinauit ſe Eliſeus, vt puerum reſuſcitaret, & humiliauit ſe Chriſtus, vt mundum in peccatis iacentem erigeret.* Ac tandem ſerm. 210. de temp. *Quomodo, ait, ſecuris illa de manu Prophetæ in profundum corruit, ita & genus humanum de manu Domini omnipotentis per ſuperbiam ſe excuſſit: veniens vero Eliſeus miſit lignum, & natauit ferrum. Quid eſt lignum mittere, & ferrum in lucem producere, niſi patibulum crucis aſcendere, & de profundo inferni humanum genus erigere, ac de omnium peccatorum limo per Crucis myſterium liberare?*

Iudic. 16. D. Aug. de temp. ſerm. 107.

Idem Aug. ibid. de tempore ſerm. 197.

Idem Aug. ser. 201. Homilia. 18. de tempore.

Idem serm. de tem. 206.

Idem Aug. ser. 210. de tempore. 4. Regum 6.

Quibus omnibus alias plures ſcitu etiam digniſſimas figuras adiungamus & nos. Clypeus certe, quem ex mandato Dei Ioſue leuauit in altum ad vincendum Regem Hai, manifeſtam crucis imaginem gerit, qua mediante in altum leuata, tanquam inexpugnabili clypeo verus Ioſue Chriſtus Dominus principem tenebrarum (id enim ſignificat Hai, vt notauit Origenes) deuicit, vniuerſum eius exercitum profligauit. Perſimilis eſt huic figuræ alia, quæ ex leuatione ſigni, de quo Eſaias cap. 18. *Cum eleuatum fuerit ſignum in montibus*, apte deſumitur, cum per illam Crucis Chriſti leuatio pręſignetur, iuxta illud

Pſal. 73. Ioſue 8.

Orig. in Ioſue c. 8. homil. 8.

Iſai. 18.

Ioan. 12.
illud Ioannis duodecimo: *Si exaltatus fuera a terra, omnia traham ad me*, ſatis vtique compertum eſſe arbitrer. Cui non parum fauet additio ad Gloſsam ordinariam in præcitato loco Iſaiæ, &
Iſai. vt ſup. Hier. ſup. c. 18. Iſai.
docet Hieronymus ibi, lignum videlicet illud in modum vexilli erectum fuiſse in monte obſcuro, & caliginoſo, quod & crucifero Chriſti vexillo etiam accidit, cum tempore crucifixionis, & mortis eius non ſolum montem Caluariom, ſed & vniuerſam terram denſiſſimę tenebiæ operuerint.
Heſter 4.
Aurea præterea Aſsueri Regis virga, ad quē nulli accedere licebat, niſi prius tactu eius aditum inſinuaret, nonne Chriſti Crucem adumbrabat, cuius virtute niſi prius mortalium corda diuinitus tangantur, in Deum, prout oportet ad ſalutem, nulla ratione conuerti poſsunt? Crucis etiam typum geſſit pſalterium illud, cuius
1. Regum 6. Genes. 9.
ſuaui concentu Dauid dæmones in corpus Saul inſultantes coercebat; arcus præterea varijs coloribus inſignitus in ſymbolum pacis, & pignus reconciliationis inter Deum, & homines cęlitus datur:
Iſai 22. Iudic. Ad Hebr. cap. 11. Genes 41. 1 Reg. 21. 1. Reg. 17.
Clauis Iſaiæ, ad ſeruandos Eccleſiæ theſauros, & reſerandos cæleſtes: *Iahelis clauus Siſaræ tempora* transfigens: ſceptrum Ioſeph Procegis Aegypti, cuius faſtigium adorauit Iacob, præuidens in ſummitate Crucis Chriſti, quā figurabat, ſanctiſſimum Ieſu nomen collocandum: *Anulus ſignatorius* eiuſdem, quo regiæ litterę obſignabantur: *Funda*, qua Gigantem Goliath humilis Dauid percuſſit, & gladius quo caput eius præcidit: palma, victoriæ ſymbolum, ad quam promiſerat Sponſus aſcendere: Funiculus coccineus a feneſtra pendens in ſignum liberationis.
Ezech 9.
Tau, quo tanquam ſingulari nota diuina iuſſione inſigniebantur, qui ab angelo percutiente indemnes, & illęſi prætermittendi erant, Crucem Dominicam mirifice exprimit. Terebinthus, ſub qua Iacob infodit Deos alienos, quia extincta eſt omnis idololatria virtute Crucis, de
Eccl. 24.
qua dicitur Eccl. 24. ego quaſi terebinthus extēdi ramos meos: illa trium propaginum vitis Geneſ. 40. quæ ſymbolum eſt redemptionis, quatenus per illam ſignata erat reſtitutio pincernæ.
2. Reg. 23.
Quid plura! Nonne Crux cathedra fuit ſapiētiſſimi Dauidis, vnde mūdo theologicas fidei, charitatis, & ſpei materias legit, ac aliarū virtutū moraliū ſalutifera documenta cunctis mortalibus
1. Reg. 14.
tradidit? Nonne Crux virga Ionathæ, qua mel comparauit, cum per crucis mortem Chriſtus Dominus, & corporis, & nominis gloriam ob-
Gen. 22.
tinuerit? Nonne faſciculus lignorum, quem humeris ſuperpoſitū patri obediens, humilis Iſaac in montem geſtauit, Crucem Chriſti ex varijs lignis compactam, quam Spōſa faſciculum myrrhæ vocauit, & humeris ſuperpoſitam in montem Caluariæ Chriſtus baiulauit, crucem eius
Gen. 2.
ad viuum refert! Ac tandem ſilentio non prætenibo lignum in Paradiſo poſitū, quod Crucis figuram geſſiſſe docuit Diuus Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 12. & merito, quia ſicut illud conſitum erat im medio paradiſi, ita Crux Chriſti in medio orbis terrę collocata fuit, iuxta illud Da-
Pſal. 73.
uidis: *Operatus eſt ſalutem in medio terræ*: & quia quemadmodum in Paradiſo ante peccatum nō amplius viuerent homines quā duraret lignum vitæ, cuius fructu reparabatur naturæ vigor, vt exponit Angelicus Doctor 1. p. q. 97. ar. 4. ita
D. Tho. p. 1. q. 97. ar. 4.
etiam in paradiſo Eccleſiæ populus Chriſtianus in fide, & charitate minime permaneret, niſi virtute ſanctæ Crucis fulciretur. Quod aperte ſatis mihi videtur indicaſſe Iſaias cap. 65. dicens: *Secundum dies ligni erunt dies populi mei*.
Iſaiæ 65. Aug. lib. 2. de ciui. 26. D. Io. Dam. lib. 4. de fide cap. 12.
Hos enim dies Diuus Auguſtinus lib. 2. de Ciuitate cap. 26. ad dies Eccleſiæ refert, idque diſertis verbis docuit etiam D. Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 12. dicens: *dies, & tempus huius viuifici ligni ſanctæ Crucis erunt dies Eccleſiæ, & populi Chriſtiani, qui ſine cruce viuere, & ſtare non poſſet*. Ac tandem ſicut lignum illud erat arbor ſcientiæ boni, & mali, ita nunc ſane crucis lignū arbor eſt iuſtis ſcientiæ boni, & mali, in quo declinare à malo, & facere bonum, inobedientiam execrari, & diuina mandata exequi addiſcunt.

Sed iam tempus eſt, ne in longius noſtra protrahatur oratio, clariſſima illa nonnulla, & illu-
Chryſ. hom. de Cruce, & latrone, & hom. de Cruce Domini 2. hom. 1. de Lazaro, & hom. de venerat. Cruc.
ſtriſſima epitheta, quibus Catholicæ Eccleſiæ Doctores ſacroſanctam Chriſti Domini Crucem exornant, in medium proferre. A D. Chryſoſtomo in homilia de Cruce, & latrone, appellatur *argumentum totius gratulationis ſpiritualis totius beatitudinis cauſa, diſcordiæ amputatio, pacis firmamentum, bonorum omnium copioſa largitio, ſalutis indicium, lætitia naſica, Sol iuſtitiæ, ſpes Chriſtianorum, reſurrectio mortuorum, cæcorū dux, deſperatorum via, claudorum baculus, conſolatio pauperum, refrenatio diuitum, deſtructio ſuperborum pœna male viuentium, triumphus aduerſus dæmones, deuictio Diaboli, adoleſcentium pædagogus, ſuſtentatio inopum, ſpes deſperatorum, nauigantium gubernatrix, periclitantium portus, obſeſſorum murus, parens orphanorum, tutrix viduarum, iuſtorum conſolatrix, tribulatorum requies, paruulorum cuſtos, virorum caput, ſenum finis, lumen in tenebris ſedentium, Regum magnificentia, ſcutum perpetuum, inſenſatorum ſapientia, libertas ſeruorum, Imperatorum philoſophia, lex impiorum, Prophetarum vaticinium annunciatio Apoſtolorum, Martyrum gloria, Monachorum abſtinentia, Virginum caſtitas, gaudium Sacerdotum, Eccleſiæ fundamentum, orbis terræ tutela, delubrorum deſtructio, Idolorum repulſio, ſcandalum Iudæorum, perditio impiorum, inualidorum virtus, ægrotantiū medicina, emundatio leproſorum, paralyticorum requies, eſurientium panis ſitientium fons, nudorū protectio, clauis paradiſi, Crux pretioſa, Crux viualis, diuini muneris ſignificatio, ſignum nobilitatis ſpiritualis, theſaurus tutus, ac certus ſanctimoniæ documentum, ſalus fidelium, cornu Eccleſiæ, hoſtium expugnatrix, Chriſtianorū gladius, ſcutum, thorax, galea tutum, certumque præſidium, perfugium, corona, certaminis præmium, bonorum omnium theſaurus, ſumma bonorum omnium.*
Andr. Arch. Creten. de exalt. S. Crucis homilia.
Ab Andrea Archiepiſcopo Cretenſi homilia de exaltatione ſanctæ Crucis his quæ ſequuntur honorificis nominibus cumulatur: *O Crux ſpes Chriſtianorum, ſeruatrix de-*

ſpera-

Digitized by Google

ſperatorum, portus eorum, qui tempeſtate iactantur, medica infirmorum, expultrix vitiorum, datrix ſanitatis, vita mortuorum, pietatis praſcriptio, blaſphemia obſtructio, ſceptrum regni, diadema pulchritudinis, virga potentia, fides propugnaculum, baculus ſenectutis, dux cacorum, eruditrix inſipientium, magiſtra infantium, peccati deletio, pœnitentia iudicatio, vita conciliatrix, mortis ſolutio, interitus alienatio, ignis extinctio, apud Deum fiducia, clauis regni calorum, Crux cuſtos in nocte, in die turris, in tenebris deductrix, reconciliatrix Dei, & hominum, refugium ſupplicibus, ſolatiũ amicis, patrona, tutatrix, adiutrix, in tentationibus opitulatrix, in periculis ſeruatrix, in neceſſitatibus auxiliatrix, in mari gubernatrix, in arumnis refrigeratio, robur imbecillorum, requies laborantium, alimentum eſurientium, vires ieiunantium, olipter athletarum, tegumentum nudorum, comes hoſpitum, caſtigatrix diuitum, pauperum procuratrix, protectrix viduarum, tutrix orphanorũ, honor magiſtratuum, potentia Regum, bellis ducũ victoria, ſacerdotum gloria, monachorũ adiutrix, virginum cohabitatrix, ſignaculum caſtitatis, vinculum coniugij, cuſtos ciuitatum, tutela domorum, pacis diſtributrix, charitatis adminiſtratrix, mundi reconciliatio, finium deſcriptio, cali altitudo, terra profunditas, create natura coagmentatio, terra apparẽtis longitudo, latitudo orbis terra, caput, & ſumma paſſionis Chriſti, gloria Chriſti, Chriſtum adorantiũ arrha, planta immortalitatis, corona Apoſtolica, ſpecula prophetica, Martyrum corona, contractus libertatis, regni largitrix, peccatorum ſolatrix, recte factorum datrix, theſaurus vita, ornamentum Eccleſia. A ſancto Ioanne Damaſceno Crux vocatur *clypeus, armatura, & trophaum contra Diabolum, iacentium excitatio, ſtantium fulcimentum, infirmorum baculus, ouium virga, reſipiſcentium adminiculum, proficientium profectiu, anima, & corporis ſalus, malorum omnium depulſio, & bonorum omnium cauſa.* A ſancto Ambroſio, *vexillum ſalutis, Chriſti triumphus, palma vita aterna, remedium immortalitatis.* A Gregorio Nazianzeno, *dulcis ſarcina, datrix ſalutis.* A ſancto Ignatio, *trophaum contra potentiam Diaboli, principium mortis eius, & interitus.* Ab Auguſtino, & alibi, *candelabrum, in quo poſita fuit lucerna illuminans orbem, venerabile monumentum omni veneratione digniſſimũ, praſidium amicis.* A ſancto Ephræm, *victrix mortis, fidelium ſpes lux orbis terra, paradiſi reſeratrix, profligatrix hareſum, monachorum adminiculum, firmamentum fidei, orthodoxorum gloria perpetua.* Ab Athanaſio, *Crux beata, & viuifica, triumphatrix mortis, gloria, & honor Chriſti.* A ſancto Martiali *galea cuſtodiens caput, lorica protegens pectus.* A ſancto Nilo, *ſalutifera Crux, per quam genus humanum liberatum eſt, & per quam daſperabundis vndique ſalus annunciatur.* A ſancto Paulino, *munimentum praſentis, & pignus aterna ſalutis.* A Sophronio, *vitale lignum, ſcutum magni Regis, Chriſtianorum tutelatrix, & fideliſſima cuſtos.* A Theodoſio Imperatore, *venerandum Chriſtiana religionis ſignum.* A Conſtantino Magno, *ſalutiferum lignum, fortitudinis documentum.* His Patrum nominibus, & epithetis adijciamus & nos alia ipſi cruci non parum conſentanea: Crux eſt thronus Salomonis, turris reſpiciens contra Damaſcũ, immobilis Eccleſiæ coluna, torcular à ſolo Chriſto calcatum, thalamus Spõſi ſanguinum, iugum ſuaue, onus leue, tremendum tribunal Chriſti, ſpeculum perfectionis, ſigillũ regium, ſchola veritatis, magiſtra Euangelij, exemplar omnium virtutum, flagellum Diaboli, infernus dæmonum, reſurrectionis ſemen, Eccleſię murus inexpugnabilis, mendicantium opulentiſſimus theſaurus, firmamẽtum fidei, iuuentutis inſtitutio, ſenectutis baculus, libidinis extinctio, ambitionis frenum, laborantium adiutrix, dormientium cuſtos, pignus adoptionis filiorum Dei, germen temperantiæ, teſtis tandem fideliſſimus charitatis, obedientiæ, & patientiæ Chriſti. Cui ſit honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Marginal notes: D. Io. Dam. lib. 4. c. 22. — D. Ambr. orat. de obit. Theod. Imp. — Gregor. Nazian. carm. ad Helen. — S. Ignat. in epiſt. ad Philip. — Aug. lib. 2. de viſit. infir. & epiſt. 9 ad Felician. — Ephr. lib. de vera pœnit. cap. 3. — Athan. ſer. de Cruce. — Mart. epiſt. 1. cap. 8. — S. Nil. epiſt. ad olymp. ex tom. in 7. Synodo act. 4. — Paul. epiſt. 1. ad Seuer. — Sophr. hom. de venerat. Crucis. — Theodos. C. Theod. li. 18 tit. 10. — Euſeb. de vita Conſtan. lib. 1 cap. 23 Conſt. Mag. — 2. Reg. 3. — Cant. 7. — Apoc. 9. — Idem 19. — Ioel 2. — Matth. 11. — Rom. 14.

Homilia XXV.

De titulo Cruci Chriſti Domini appoſito in illa verba: Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper Crucem, erat autẽ ſcriptũ: Ieſus Nazarenus Rex Iudaorum. (Ioan. 19.)

VT ſacri huius tituli recondita myſteria penetremus, a materia eius ſi placet exordiamur: quam etſi omnes ſilentio obuoluant, venerabilis Beda, (Beda in coll.) non præteriuit, ſed diſertis verbis tradit, tabulam tituli ſuper caput Chriſti poſitam fuiſſe buxeam, de qua in ſenſu myſtico nõ incongrue intelligi poſſe autumo illud Iſaiæ: (Iſai. 30.) *Scribe ei ſuper buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouiſſimo in teſtimonium vſque in aternum.* Hæc autem buxi materies inſcriptioni mirifice quadrat, nam teſte D. Iſidoro arbor iſta dura eſt, ſolida, & nodoſa, quæ ſoliditatem regni Chriſti, quod prædicabat titulus, aperte ſignificabat. Eſt etiam, vt annotauit Angles libro 17. capit. 20. arbor virorem ſemper conſeruans, (Bart. Angl. lib. 17. c. 20.) vt ſcriptionem tituli nonquam eſſe delendam, id fruſtra Iudæis procurantibus, manifeſte monſtraretur. Addit etiam idem auctor, buxum arborem eſſe figuræ in ea exaratæ tenaciſſimam, quod nõ obſcure comprobat tituli huius tabella, quam à me viſã teſtor Romæ in templo ſanctæ Crucis in Hieruſalem, quæ inſcriptio poſt mille fere, & ſexcentos annos legi facile poteſt. Quamuis autem doctiſſimus noſter Nicolaus de Lyra (Lyra.) exiſtimauerit titolũ in charta tabulæ affixa fuiſſe cõſcriptũ; aperte tamẽ cõſtat omnibus, qui tabellã inſpeximus, characteres tituli

tituli ferreo aliquo inſtrumento in ipſa lignea
Salmer. 37. tract. 10. materia fuiſſe inſculptos. Et quamuis etiam ſa-
pientiſſimus Salmeron doceat, tabellam inter
duo cornua Crucis funiculo hinc inde alligatã
fuiſſe, maiorem tamen cenſemus fidem adhiben
D. Cypr. ſer. de ieiu. & ten. dam eſſe D. Cypriano dicenti: *Pilatus in capite*
ligni clauis tabulam cum nomine Regis Iudæorum
confixit, quod idem lego apud Nonnum dũ ait:
Pilatus ſpectabilẽ inſcripſit teſtificante clauo inſcri
ptionẽ. Porro quot, & quibus linguis fuerit titu
Ioan. c. 19. Luc. c. 23. lus ſcriptus, duo Euangeliſtæ tradunt, triplici,
Hebraica, Greca, & Latina, quod nõ ita intelligẽ
dũ eſt, vt partim Hebraice, partim Grece, partim
Latine cõſcriptus, ſed totus integer Hebraice,
totus Græce, totus Latine ſcriptus fuerit. Vbi ob-
ſeruandum eſt Latinã in honoratiore loco poſitã
eſſe, non ſolum, quia vicinior capiti Chriſti, ſed
quia vltimus locus honoratior erat apud Ro-
Gretſ. li. de Cruce to. 1. Card. Baro. an. Chriſ. 10 manos, vt egregie probant Gretſerus in aureo
illo ſuo libro de Cruce, & Cardinalis Baronius
in ſuis annalibus. Vnde Nicolaus Papa in Epi-
ſtola ad Michaelem Imperatorem, qui in linguã
Latinam debacchabatur, ait: *Latina lingua, cum*
Hebræa, & Græca in titulo Domini a reliquis diſcre
ta inſignem principatum tenens, omnibus nationi-
bus prædicat Regem Nazarenum Regem Iudæorum.
Nec poteſt dici, Hebræam, aut Græcã linguam
in honoratiori loco fuiſſe cõſtitutã, tum quia, vt
tradit D. Chryſoſt. Hebræa lingua Romanis ma
xime deſpectui erat, tum quia Romani tanti La
tinum ſermonem fecerunt, vt in ipſa Grecia Va-
Valer. lib. 2. cap. 2. lerio Maximo id atteſtãte, licet Grece doctiſſimi
eſſent, non niſi Latine reſponſa darent. quibus
Tryph. in l. decreta ff. de iudic. conſonat illud Tryphonij iuriſconſulti in l. de-
creta. ff. de re iud. dicentis: *decreta à prætoribus*
Latine interponi debent. quæ omnia confirmat D.
D. Aug. lib. 19. de ciuit. Dei cap. 7. Auguſtinus dũ ait: *Opera data eſt, vt imperioſa ciui*
tas non ſolum iugum, verum etiam linguam ſuam
domitis gentibus per ſpeciem ſocietatis imponeret.
Cur autem nõ eodem idiomate, ſed pluribus cõ
ſcriptus fuerit titulus, alia eſt ratio facti, alia ſa
cramenti: cauſa facti in promptu eſt, vt à pluri-
D. Luc. act. cap. 2. bus legeretur. Vt enim tradit D. Lucas in Actis
Apoſtolorum: *tunc in Hieruſalem erant viri habi-*
tãtes ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt. Simile quid
Iul. Capit. legimus apud Iulium Capitolinum in vita Gor-
diani de Auguſti militibus, qui ſepulchro Gor-
diani titulum appoſuerunt litteris Græcis, Lati
nis, Perſicis, Iudaicis, & Aegyptiacis, vt ab omni-
bus facile legeretur. his autẽ tribus linguis ma-
gis vſus fuit Pilatus, quã alijs, quia ceteris erãt
clariores, & copioſiores. Ratio autem ſacramen
ti ea poteſt aſſignari, quod tres nationes Chri-
ſti fidem ardentius erant acceptures, ſed hoc or-
dine, quod religio Chriſtiana primum ab He-
bræis ad Græcos, deinde à Græcis ad Latinos
profectura erat. Lucas vero non abſque myſte-
rio poſt Græcos, & Latinos vltimo loco poſuit
Hebræos, ad id profecto reſpiciens, quod vltimo
Ad Rom. 11 loco ad fidem eſſent conuertendi: cum enim ple
D. Cyril. lib. 12. in Ioan. cap. 29. nitudo gẽtium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſal
uus fiet, vt Apoſtolus inquit. Aliã etiam ſacra-
menti rationem acute excogitauit D. Cyrillus,

qui libro 12. in Ioannẽ, de titulo agens ait: *Diui-*
nitus, vt ego puto, factũ eſt, vt trium linguarum (quæ
præcipuæ ſunt) litteris ſcriptus titulus fuerit: omniũ
enim gentium regnum Chriſto attributum eſſe ſigni- Daniel. 7.
ficauit: ipſi enim, inquit Daniel, honor, & regnum da
tũ eſt, & omnes tribus, & linguæ ipſi ſeruient. Fuit
autem titulus ad caput Chriſti poſitus, & non
ad pedes, tum quia regnum Chriſti nõ erat ter-
reſtre, profanam põpam redolens, ſed cęleſte,
ac diuinum, iuxta id, quod ipſe dixerat: *Regnum*
meum non eſt hinc: tum, quod regnum eius non
eſſet tyrannicum, aut violentum, velut eſt om-
nium illorum, qui ſubditos calcãt, ſpoliant, at-
que diripiunt, ſed regnum charitatis, quo Rex
tanquam verus paſtor, ouem errantem ſuper
humeros portat: tum tandem, quia, vt ait D. Am
broſius: *Merito ſupra Crucem titulus, non enim hu-*
mani corporis, ſed diuinæ poteſtatis eſt regnũ, quod
habet Chriſtus. merito ſupra Crucem titulus, quia li
cet in Cruce erat Dominus Ieſus, ſupra crucem ta-
men Regis maieſtate radiabat.

Sed iã ſacræ Script. teſtimonia, quibus Spiri-
tus Sãctus inſcriptionẽ huius tituli vel prędixe-
rat, vel adũbrauerat, in mediũ producamus. Fi- Ezechie. 35.
guratum arbitror illum apud Ezechielẽ: nã poſt
verba illa: *Erit eis memorata dies, in qua glorifi-*
catus ſum, paulo poſt ſubijcit: *Cumque viderint os*
hominis, ſtatuent iuxta illud titulum, donec ſepe-
liant illud pollinctores. Tunc ſolum viſum eſt os, &
facies hominis perfecti, quando viſum eſt os, &
facies Chriſti; tunc appoſitus eſt titulus, donec
pollinctores Ioſeph, & Nicodemus illum ſepelie-
runt. Extat ad idẽ vaticinium Iſaiæ, dicentis: *In*
die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti,
& titulus Domini iuxta terminum eius, & erat in
ſignum, & teſtimonium Domino, & mittet eis Salua
torem, & propugnatorem, qui liberet eos. Teſtimo-
nium illud ad hoc propoſitum adducit doctiſſi- Pal. in expl. ſacra Sind. cap. 5.
mus Archiepiſcopus Palęottus io explicatione
ſacræ ſindonis, & eundem locum verſans exem Ang. in ſym bolo li. 6. c. 3.
plo vitæ, ac doctrina inſignis noſter Angelus de
Pas, in ſuo ſymbolo ita exponit: *Erit altare Domi-*
ni in medio terræ Aegypti, id eſt mundi peruerſi, &
obſcuri. & titulus Domini iuxta terminum eius, titu
lus inquam triumphalis pro belli victoria, titulus
præconij, & dignitatis pro agnoſcenda familiæ di-
gnitate, qui portis ſolet affigi; & titulus memorialis
poſteris, vt videãt, & diſcernãt, in quem pupugerũt.

Porro cum ea limpidior cognitio rei habea-
tur, quam per rei cauſam venamur (vnde Philo-
ſophi hoc cognitionis genus notitiam a priori
vocarunt) oportebit ad exactam arcanorum co
gnitionem, quæ in ſcriptione huius tituli latent,
varias illius cauſas, tam litterales, quam myſti-
cas diligenti indagine inueſtigare. Prima cau-
ſa, ob quam titulum Cruci imponi Pilatus præ-
cepit, ea certe eſt, & omnino litteralis, quia mo-
ris erat apud antiquos, cauſam mortis, aut ſup-
plicij, vel publica præconis voce diuulgari, vt te
ſtatur Spartianus in Seuero, dicens: *Fuſtibus cum* Spart. in Seuero.
ſub elogio præconis cæcidit, & confirmat Lampri-
dius in Alexandro, dum ait, quod cum quidam
damnatus eſſet ad mortem fumi, præco valenti
voce

voce clamabat: *Fumo necatur, qui fumum vendi-*
Suet. in Caio c. 32. *dit*, vel grandiuſculis litteris ſcriptam indicare,
prout tradit Suetonius in Caio, vbi ait: *manibus*
abſciſſis, atque ante pectus, & collo pendentibus præ-
cedente titulo, qui cauſam pœnæ indicaret, inter epu-
Quint. in declamat. *lantium cœtus circumduci iuſſit*: & Quintilianus
in quadam declamatione meminit crucis cuiuſ-
dam inſcriptæ hoc modo: *Seruo danti venenum*
Dion. lib. 54. *domino*. meminit etiam alterius Dion, Mallo-
Mallon. de Cruce, & titulo c. 6. nius, Gretſerus, & alij: immo & Romæ vſque
Gretſ. lib. 1. de Cruce c. 25. & 3. modo hæc conſuetudo viget, quæ rationi valde
conſentanea eſt, nã cũ titulus præmittitur, qui
delicti grauitatem aperiat, indicatur ſuppli-
cium illud inferri non ex Principis tyrannide,
aut iudicis maleuolentia, ſed ob delicti atroci-
tatem, genus illud ſupplicij expoſcentem. Huic
ergo Romanorum conſuetudini Pilatus ſe con-
formans, titulum Crucis patibulo ſuperpoſuit,
Matth. 27. Mar. 15. ſupplicij cauſam exprimentẽ: vnde & Matthęus,
& Marcus titulum ipſum cauſam mortis vo-
carunt.

Chryſ. hom. 84. in Ioan. Secundam rationem adhibet D. Chryſoſto-
mus his verbis: *Scripſit autem, & titulum Pilatus,*
tum, vt Iudæos vlciſceretur, tum, vt Chriſtum excu-
ſaret: nam cum tanquam prauum tradidiſſent, &
ſententiam hanc latronum ſocietate confirmare vel-
lent, ne quis iam turpem mortis notam inurere, &
tanquam malum, & perditum accuſare poſſet, vt eo-
lumniãtibus os obſtrueret, in Regem ſuum ſurrexiſſe
denunciat. Hęc ille. Itaque aſſerit Chryſoſtomus,
Pilatum totum crimen in Iudæorum malitiã, &
inuidiam reiecisse, ac proinde mortem Chriſti
in eorum dedecus, & infamiam redundare, qui
in Regem, ac Meſſiam proprium, vſque ad Cru-
cis necem inſurrexiſſent: vnde grauati Iudæi illo
Ioan. 19. titulo, proclamabant, teſte D. Ioanne: *noli ſcribe-*
re Rex Iudæorũ, ſed, quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæo-
rum, id eſt falſo ſe de regno iactauit, regiamque
coronam vſurpauit. Perſiſtens tamen Pilatus re-
Ibidem. Pſal. 57. 58. & 59. ſpondit, *quod ſcripſi ſcripſi*: prædixerat enim re-
gius Vates in multis Pſalmis inſcriptionem
tituli nunquam fore delendam, tribus nanque
Ibidem. D. Aug. & D. Amb. in Pſal. hunc titulum præpoſuit: *Ne corrumpas tituli in-*
ſcriptionem. ita explicat D. Auguſtinus, cuius
aurea verba ſubnectere non pigebit: *Quod ſcripſi*
ſcripſi O ineffabilem vim diuinæ operationis etiam
in cordibus ignorantium: nonne occulto vox quæ-
dam Pilato intus quodam ſi dici poteſt clamoſo ſi-
lentio perſonabat, quod tãto ante in Pſalmorũ litteris
prophetatum eſt, Ne corrumpas tituli inſcriptionem?
ecce tituli inſcriptionem non corrumpit, quod ſcrip-
ſi ſcripſi, & addit: quid loquimini inſani pontifices,
nũquid propterea non erit verum, quod Ieſus ait, Rex
ſum Iudæorum? ſi corrumpi non poteſt, quod Pilatus
ſcripſit, corrũpi poteſt quod veritas dixit? ideo enim
Pilatus, quod ſcripſit ſcripſit, quia Dominus quod
dixit dixit. Hæc D. Auguſtinus.

Rup. lib. 13. in Ioan. Tertiam rationem valde diuerſam adhibet Ru-
pertus: exiſtimat enim, quod vt Caiphas in illis
verbis: *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro po-*
pulo, & non tota gens pereat, alium ſenſum habuit,
& alium Spiritus ſanctus, ita hunc titulum alio
ſenſu impoſitum à Spiritu ſancto, & alio à Pila-
to: nam ille in gloriã, hic in ludibrium, & iocum
illum appoſuit, & putabat ſe gloriari poſſe apud
Cæſarem, quod pro eius fide hominem affectan-
tem regnum, & quem multa illius gentis turba
cum ramis palmarum receperat, regiaſque lau-
des illi acclamauerat, dicens: *Benedictus qui ve-* Luc. 19.
nit Rex in nomine Domini, atrociſſimo Crucis
ſupplicio affeciſſet, iactans ſe certe, velut olim
Adonibezec gloriabatur ſeptuaginta Regum Iud. 1.
manus abſcidiſſe, quod prudentius feciſſet, quam
fecerat Herodes, qui Regem natum, a Magis illu-
ſus, interficere non potuiſſet. Hanc rationem
amplectens Caietanus, aſſerit Pilatum, ſicut Caiet. in Io.
& Herodem illum, qui Dominum illuſit in veſte
alba, tanquam ſtultum Chriſtum habuiſſe, ac
proinde titulum illum irriſorie appoſuiſſe.

Quartam cauſam aſſignauit ſapientiſſimus Palaeot. in expl. ſacræ ſind. c. 3.
Archiepiſcopus Palæotius in hæc verba: *Titulus*
iſte Seruatori perbelle conuenire viſus eſt, tanquam
qui de hoſtibus triumphum ductaret maximo Regi;
cum præſertim vetus inoleuiſſet mos, in triumphis ar-
catos extruere fornices, & in ipſis titulos, nomine,
patria, & deuictarum gentium prænomine triũphan-
tis, ad laudem peregregie inſcripto: hinc factum eſt,
vt iſti (ignorantes tamen quid facerent) ſanctiſſi-
mo cæli, terrarumq. Regi, in triumpho, quem deuictis
Diabolo, morte, ac peccata reportauit, Crucis arcum
erexerint, infixo titulo, in quo nomen Ieſus, Nazare-
na patria, Regia dignitas, ſubditi quoque Iudæi in-
ſcripti fuere. Hanc rationem iam antea, breuiter
tamen, indicauerat D. Chryſoſtomus his verbis: Chryſoſt.
Tanquam trophæo cuipiam litteras inſculpſit clara
voce, & victoriam, & regnum profitentes. Hæc ra-
tio, quia finem præintentum a Deo, vt ſcilicet in
maiorem Chriſti gloriam, & honorem titulus
hic cederet, exprimit, placet in ea illuſtranda
paulo amplius immorari. Meminit Feſtum do- Feſt. verbo titulus.
cuiſſe, *titulum*, a tuendo dictum, ſicut & de tem-
plo id tradidit Varro lib. 6. de lingua Lat. Titu- Varr. lib. 6. de lin. Lat.
lus ergo ſuperpoſitus capiti Chriſti, ſcilicet *Ieſus*
Nazarenus Rex Iudæorum, tuetur manifeſte Chri-
ſtum a calumnijs, & cauillis aduerſariorum, eiuſ-
que innocẽtiam, & dignitatem mirifice præfert:
nam prima dictio eius, quæ eſt *Ieſus*, Saluatorem
ſignificat: ſi ergo eſt Saluator, nõ erat crucifigẽ-
dus: ſecunda eſt *Nazarenus*, quæ floridum ſigni-
ficat, flos autem innocentiæ ſymbolum eſt; ſi er-
go innocens, non erat morte mulctandus: tertia
eſt *Rex*, ſi Rex, nõ igitur infami ſupplicio afficiẽ-
dus: ſi enim Ionathas a morte ſeruatus eſt, quia
erat filius Regis, multo magis Rex a crucis ſup-
plicio eſt liberandus: quarta dictio erat *Iudæo-*
rum, populi ſcilicet Deo chari, & dilecti, & inter
omnes nationes pietate inſignis; non ergo exe-
crandam illam impietatem crucifixionis Chri-
ſti committere debebat. Aliter etiam poſſumus
in hunc modum eadem verba exponere ad ma-
iorem Chriſti gloriã. Si enim *Ieſus* eſt Saluator,
ergo poteſt ſaluos facere: *Deus noſter*, inquit Da- Pſal. 67.
uid: *Deus ſaluos faciendi*. Nam ſicut medici offi-
cium eſt ęgrotis adhibere remedium, & aduoca-
ti vincere cauſam clientis, & cuiuslibet artifi-
cis præſtare, quod ars eius poſtulat, ita & ſaluos
facere

facere munus erit Saluatoris. Dicitur etiam Na-
Cant. 2. *Gen. 4.* *Idem. 8.* *Idem. 22.* zarenus, id eſt floridus, quia *Flos erat, & lilium*
conuallium, vt ipſe prædixerat, per cuius odorē
ſacrificium Patri offerebat, & in cuius repræſen-
tatione ſacræ litteræ teſtātur Deum odoratum
fuiſſe ſacrificia Abel, Noe, & Abraham. Inſcribi-
tur quoque *Rex*, dum in Cruce pendet, quoniam
ab ea regnare cœpit, vt prædixerat Dauid: *Re-*
gnauit a ligno Deus: qua in re valde differt eius
Ps. 95. regnum ab aliorum Principum regnis: nam il-
lorum imperia in morte pereunt, at regnum
Chriſti in morte incepit. Quarto tandem addit,
Rex Iudæorum, id eſt confitētium, & laudantium,
Apoc. 2. in quo ſenſu Ioannes in Apocalyp. *Ecce dabo de*
ſynagoga ſatanæ, qui dicunt ſe Iudæos, & non ſunt,
ſed mentiūtur: mēdacium autem erat, quod cum
Iudæus confitentem ſignificet, ipſi Chriſtum nō
cōfitebātur. Sed vt vno verbo dicam, quid aliud
ſibi vult titulus ille *Ieſus Nazarenus Rex Iudæo-*
rum, quam viuat Ieſus, viuat Nazarenus, viuat
Rex, & viuat Rex confitentium, & laudantium
Deum, ne aliam iacturam ſalutis, ſanctitatis, re-
giminis, & confeſſionis noſtræ faciamus: nam ſi
pereat ſalus, quomodo ſaluabimur? ſi ſanctitas,
quomodo sāctificabimur? ſi Rex, quis reget nos?
ſi Rex Iudæorum, quis agnoſcet nos, vt Chri-
ſtum confitentes? In eo autem mirum in modum
titulus hic honorem Chriſti tuetur, quod ad id
diuino conſilio appoſitus fuerit, vt omnibus pa-
lam fieret, Crucem eſſe trophæum, & triumphū
Chriſti: trophæis enim, & triumphis, atque or-
namentis triumphalibus ſolitos fuiſſe addi titu
los, multa antiqua monumenta teſtātur: nam
præter fornices Romanorum Imperato-
rum, de Saule legitur, quod reuerſus a cæ-
de Amalech erexit ſibi fornicem triumphalem,
1. Reg. 15. vt conſtat ex 1. Reg. 15. probat etiam id, quod
vt tradit Stobęus ſerm. de fortitud. nobilis The-
Stob. ser. de fortitud. ſeus hoſtibus deuictis, trophæum erexit, &
vtens, velut atramento, proprio ſanguine, hunc
titulum inſcripſit: *Lacedæmones de Argiuis*. Facit
etiam ad idem illud Suetonij: *Iulius Cæſar*
Suet. c. 37. *Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verbo-*
rum pertulit titulum, veni, vidi, vici. Erat igitur
Crux Chriſti arcus triumphalis, in quo Domi-
nus pactum pepigit, velut olim Gen. 9. de non
Gen. 9. amplius immittendo diluuio in mundum; & ſi-
cut in arcu nomen victoris proprium, patria, &
dignitas, ſeu officium apponi conſueuit, ita
in hoc triumphali arcu hæc omnia appoſita fue
re inſcripto titulo, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæo-*
rum: Quod ſi ibi non nominatur prouincia de-
bellata, vt in alijs fieri ſolebat (dicebantur enim
aut Africani, aut Parthici, aut Germani) id certe
fuit, quia latiſſime patet Chriſti triumphus, vt
in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium,
terreſtrium, & infernorum. Quintam rationem
ſubiungamus, quod ſacer locus, & maxime tem
plum, vel altare ſemper olim conſueuit aliquo
ſpeciali titulo inſigniri: vnde Iacob cum vidiſ-
ſet ſcalam illam myſticā ſummitate ſua cęlum
Gen. 28. pertingentem: *Erexit lapidem in titulum, fundens*
Idem. 31. *oleum deſuper*. Et cum aceruum lapidum in teſti-

monium initi cum Laban fœderis feciſſet, voca-
uit illum, *titulum*; & cum Deus loquutus eſſet
Moyſi, & 70. ſenioribus, duodecim titulos erexe- *Prouerb.*
runt. Et hinc eſt, quod Deus in Leuitico idolola-
triā dānans, prohibet titulos Dijs excitari, dicēs: *Leuit. 26.*
Nec titulos erigetis; & libro Numerorum erectos
iam confringi præcepit: *confringite* (inquit) *titu-* *Num. 33.*
los, & ſtatuas. Cum ergo Crux locus ſacer eſſet, &
velut altare ſanctiſſimum, quo Chriſtus Domi-
nus quaſi ſummus Pontifex, vt orator, Deum de-
precatur, & vt ſacerdos ſacrificium obtulit Deo
Patri, Miſſamq. ſumma religione celebrauit, cu-
ius introitus fuit per Incarnationem, Gloria in
excelſis Deo in Natiuitate, orationes cum perno-
ctabat orans in deſerto, lectio Epiſtolæ declarā-
do legem, & Prophetas, Euangelium, quādo di-
uinam illam doctrinam, quam a Patre accepe-
rat, euangelizabat, conſecrationem fecit, quan-
do ſe cōſecratum in cœnaculo morti obtulit; ho-
ſtiam vero eleuauit, dum ſe exaltatum in Cruce
toti mundo oſtendit; compleuitque ſacrificium
cum dixit: *Conſummatum eſt*, in quo fecit ſummā
& compēdium quoddam omnium ſacrificiorum
veteris legis: erat enim *agnus* propter innocen-
tiam; *ouis* propter māſuetudinem; *aries* propter
ducatum gregis Chriſtiani; *vitula rufa*, ob effu-
ſionem ſanguinis ſui extra Hieruſalem; *bos* labo-
rioſus Crucis aratro terram proſcindens; *hir-*
cus, ſiue hœdus propter ſimilitudinem carnis pec-
cati; *columba*, quia ſine felle alicuius doli; *turtur*
gemebunda, quia cum clamore valido, & lacry-
mis preces, ſupplicationeſque pro nobis offerēs
exauditus eſt; *paſſer ſolitarius*, quia torcular Cru-
cis calcauit ſolus. Cum ergo ſacroſancta Chri-
ſti Crux ara eſſet, & ara certe ignoti Dei, ſicut
olim ea, quam D. Paulus Athenis inuenit cum
hac tituli inſcriptione, *Ignoto Deo*, voluit Deus, *Act. 17.*
vt titulus apponeretur ad exprimendum eum,
cui ſacrabatur, & quia hic erat *Ieſus Nazarenus*
Rex Iudæorum, ideo hac inſcriptione verticem
Crucis cohoneſtari fecit, atque huc faciunt car- *Sedul. li. 4.*
mina Sedulij. *oper. pasch.*

Scribitur & titulus, hic Rex eſt Iudæorum,
Quod nihil a deitate vacet, nam cælitus actum.
Hoc Hebræa refert, hoc Græca, Latinaque lingua.
Hoc docet vna fides vnum ter dicere Regem.

Sextam ſubnectamus rationem ex varijs cauſis
contextam, ob quas titulus apponi conſueuit.
Propertius libro 4. refert titulum apponi ſoli- *Prop. lib. 4.*
tum ad oſtendendam rem eſſe venalem, ita vt
etiam ſeruis vendendis titulus apponeretur e
collo pendens, qualitatem eius deſcribens. Non
incōgrue hac ratione titulus Cruci appoſitus eſt,
in qua Deus operatus eſt ſalutem venalem in
medio terræ, ipſo dicente: Emite abſque argen-
to, & abſque vlla commutatione, quia hæc ſalu-
tis propriæ emptio nō pecunia, ſed peccatorum
contritione, & cordis ſuſpirijs celebratur, nec
iuſtitiæ obligationem inducit, vt in alijs emptio-
nibus, quia ſalus peccatori mere gratis datur.
Suetonius autem narrat victimis in Capito- *Suet. c. 38.*
lium deductis fuiſſe prælatum titulum; ſic enim
ait. *Nonnulli patrum familiarum teſtamento caue-*
runt,

Digitized by Google

runt, vt ab heredibus ſuis victimæ prælato titulo in Capitolium ducerentur, votûque pro ſe ſolueretur, quod ſuperſtitem Auguſtũ reliquiſſent. Cum igitur Chriſtus Dominus ductus fuerit in Capitolium montis Caluariæ, ut victima fieret pro nobis Deo Patri, voluit illo titulo inſigniri, prout olim in victimis fiebat. Diuus vero Auguſtinus in Pſalmum 21. tradit, ad cuſtodiendam domum, ne ab hoſtibus irrueretur, titulos potentiſſimorum Principum ſolitos fuiſſe collocari, verba eius ſunt: *Ne domum ipſius inuadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces, ipſe vult eſſe poſſeſſor, & frontem ſuam de titulo alieno munire, vt cum titulus fuerit lectus, conterritus quis potentiã hominis abſtineat ab inuaſione.* Olim crucis patibulum ignominioſum fuiſſe ſupplicij genus, & omnibus deteſtabile, ſatis illud Deuteronomij probat, vbi maledictus vocatur, qui pendet in ligno; vt tamen iam homines crucem non deſpicerent, aut contumelia aliqua eam afficere auderent, præmuniuit illam Deus honorifico potentiſſimi principis Chriſti Domini titulo, honorificum eius nomen præſeferente, quo inſpecto, conterriti potentia tanti nominis, infeſtiſſimi hoſtes Chriſti ab inuaſione abſtineant, vt verbis Diui Auguſtini vtar. Titulos etiam libris apponi, auctorem, & argumentum libri exprimentes, ſatis compertum eſt: erat Chriſtus liber vitæ intus, & exterius ſcriptus, de quo D. Bernardus loquens ait: *Vere Chriſtus eſt liber ille, quem Ioannes in ſua Apocalypſi conſcripſit, ſcriptus intus, & foris: foris enim Chriſti vulnera cernimus, ſed intus immenſi eius erga nos amoris incendia contemplamur: hunc docti, & indocti vident, hunc omnes legunt, ſed non eodem modo eius myſteria omnes intelligunt.* Et B. Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone nõ minus pie, quã docte hęc ad idẽ ſcribit: *Poterat plane homo, quãdiu in mundo conuerſatus eſt Chriſtus, de pacis bono, quam idem perficere venerat, dubitare; at vbi patibulo effuſus eſt cruor, de ipſa certificatus eſt pace. Hanc itaque non in membranis, non in lapide, neque in ligno, ſed ſanguine proprio in ſua carne conſcripſit, librum hunc, vt ab vniuerſis legatur, publice expoſuit, non autem ſermone compoſito, vel humanæ ſapientiæ exaratus eſt verbis, ſed hominum interueniente malitia, digito Dei ſcriptus, nempe ſæuientibus gentilibus, atque Iudæis depictus eſt foris; virtute autem, & ſapientia Chriſti formatus eſt intus: habet foris ſimplex, & indoctus quid legat, habet ſpiritualis, & perfectus, quod intus intelligat: legit ſimplex, & lætificatur, atque compungitur; exercitatus vero intelligens irradiatur, atque accenditur: quisnam niſi ſapientia doctrix poterat paucis tam multa colligere? abbreuiatam equidem legem legalia ſacramenta, charitatis compendium, perfectionis celſitudinem, virtutum normam, & totum humanæ redemptionis modum, ordinemque in hoc ſui corporis incluſit volumine. quamobrem cum ſcribere compleſſet, nihilque ſupereſſet, ſcribendũ inquit conſummatum eſt.* Hæc ille. Eſt igitur Chriſtus Dominus, iuxta horum Patrum doctrinam, liber ſcriptus digito Dei in incarnatione, publicatus, & in lucem editus in natiuitate, rubricatus per ſanguinis circumciſionem; approbatus a Patre, *Hic eſt Filius meus dilectus ipſum audite;* inauratus charitatis operibus; furto ſublatus, ac venditus a Iuda triginta argentorum precio; reprobatus, vt falſus, ac mendax a Pontificibus; ac tandem ſciſſus, ac ruptus in Cruce tã ratione vulnerum carnem rumpentium, quam ipſius mortis animam a corpore diuidentis, quod proprium ruptionis eſt. Cum ergo Chriſtus Dominus in Cruce vera ſit liber vitæ, oportebat apponi ei titulum, auctorem, & argumentum libri exprimentem, quod egregie pręſtat titulus hic, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc librum conſiderans eruditiſſimus Salmeron exclamat, dicẽs: *O librum ſuper omnem librum! hunc expedit nocturna verſare manu, verſare diurna, qui deſiderio progrediendi in via ſalutis tenetur: hic ſit noſtrũ enchiridion, iſagoge ad ſapientiam, verbum abbreuiatũ, contemptus mundi, ſoliloquium, ſtimulus diuini amoris, itinerarium mentis in Deum, ſumma totius ſcripturæ, & quod dici ſolet, vade mecum, & dormi ſecure.* His omnibus addamus, quod non ſolũ S. R. E. Card. ſed et ſummus ipſe Pontifex titulum ſpecialem habet alicuius eccleſiæ, eſt enim Epiſcopus eccleſiæ S. Ioannis Lateranenſis; cum ergo Chriſtus Dominus eſſet ſummus Pontifex, titulum ſibi reſeruauit S. Crucis in Hieruſalẽ, hic autem erat ille, qui in Cruce diuino conſilio inſcriptus fuit: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.*

Vltimam cauſam docuit me D. Cyrillus, qui eo quo ſolet ingenij acumine ſingularem quandam excogitauit rationem in hæc verba: *Omnes declinauerunt, & ſimul inutiles facti ſunt: & Diabolo ſeruientes turpiſſime degebamus. Habebat autẽ Diabolus aduerſus naturam noſtram chirographũ, maledictionem legis diuinæ tranſgreſſoribus debitã, & priſcam Dei ſententiam, quæ aduerſus primum hominem iuſtiſſime fuit prolata, in quo genus vniuerſaliter noſtrũ, quia nemo abſque peccato eſt, cõdẽnatum fuit; nam vt Adã peccauit, ſic & ceteri poſt ipſum mandatum Dei neglexerunt, quare de vno aduerſus omnes ſententia fuit prolata: hoc igitur aduerſus genus noſtrum chirographum titulo in Cruce confixo Saluator deleuit: liquido namq. hic titulus mortem in ligno ſuam ſignificauit, quam pro condemnatorum vita paſſus eſt, & pro delictis pœnã dedit ſufficientem.* Hæc D. Cyrillus. Nõ tamen prætermittam hic adiungere, quæ perdoctus quidam noſter Frater Minorita, qui, etſi ſe ob inſignem eius humilitatem ſimplicem appellet, doctrina tamen conſpicuus, in hiſtoria, quã tam pie, quã docte ſcripſit de Dominica paſſione arcana, in hoc titulo abſcondita, atque inuoluta, in hunc modum explicat: *Triplici famoſo idiomate ſcriptus eſt titulus, Hebraice, Græce, & Latine. Hebræi ſacerdotium habebant, & Theologiam; Græci induſtriam, & ſapientiam; Latini, imperium, & monarchiam. Chriſtus ergo: vt verus ſacerdos ſe ipſum obtulit in ſacrificium: vt Theologus primam vocẽ tituli vult eſſe Ieſus, myſterijs ampliſſimã; vt ſapiens, & induſtrius, artẽ Diaboli optima arte deluſit, ideo Nazarenus, id eſt florens in ſapientia; vt Rex, & Mo-*

Aug. in pſ. 21. & tract. 6. ſuper. Io. & ser. de verb. Do.

Deut. 21.

Ber ſerm. de Chriſt. vi.

B. Lau. Iuſt. de triumph. Chriſt. ago.

Ioan. 19.

Matth. 3.

Sal. to. 10. tract. 17.

Pſal. 13.

Simp. Min. in hiſt. de paſſ. Chriſti

Lib. x. L narcha

Digitized by Google

narcha, conſtitutus eſt Rex ſuper Sion montem ſanctum eius, & Rex in miſericordia. quare profert edictum pietatis, dicens: Ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt, & ſic ſe declarat Regem Iudæorũ. Adde quod Iudæi ſigna quærunt, Græci ſapientiam, Romani imperia, ideo Chriſtus Iudæis ſignum eſſe voluit, Græcis ſapientia, Latinis imperium. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XXVI.

De triumpho Dominicæ Crucis, ubi de priſtina eius ignominia in ſummum iam gloriæ ſplendorem conuerſa, tam ex profanis, quam ex ſacris litteris, & ſanctis Patribus copioſe diſſeritur.

VNANIMI Philoſophorum ſententia, immo & experientia ipſa docemur, inter ſymbola, ſeu ſimilia extrema faciliorem eſſe tranſitum, difficiliorem vero, quanto inter ſe ipſa diſſimiliora ſunt. Vnde conuerſio, ſeu tranſitio (vt more Theologorum loquar) panis in corpus Chriſti, inter omnes conuerſiones, tã natura, quam diuina virtute hucuſque confectas, ob hanc inter alias rationes præſtantiſſima à Theologis cenſetur, quod extrema eius, panis ſcilicet, & caro Chriſti Domini ſint adeo diſſimilia, vt in pauciſſimis conueniant. At ſi conuerſio ignominiæ Dominicæ Crucis in gloriam, quam iam ſibi comparauit, cum panis conuerſione in carnem Chriſti conferatur, tanto certe illam præ iſta, ſi difficultatem rei penſemus, mirabiliorem, quanto & difficiliorem facili negotio detegemus: illa enim nullius creaturæ virtute obſiſtente, aut potentia repugnante quotidie conficitur; illa vero infinitis propemodum potentiſſimis Principibus inuitis, & reluctantibus multifariam multiſque modis contra nitentibus facta eſt. Iſta min⁹ ſymbola habet extrema, quam illa, cum panis, & caro Chriſti intra rationem ſubſtantiæ (vt Philoſophorum more loquar) multipliciter conueniant: ignominiam autem, & gloriã, quæ extrema ſunt illius conuerſionis, per omnia inter ſe diſſidere nullus inficiatur, omnes conſentiunt. Quid enim commune habet infamia cum fama, turpitudo cum honore, dedecus cum gloria, abiectio cum celſitudine? eſt igitur conuerſio hæc ignominiæ Crucis in gloriam ardua magis ac difficilis, quam conuerſio panis in corpus *Ariſt.* Chriſti. Cum tamen iuxta Philoſophi doctrinam in omni conuerſione duplicem neceſſe ſit terminum, adhibere, a quo vt aiunt, & ad quem, ille ſcilicet, qui excluditur, & alius, qui acquiritur, explicaturus hanc mirabilem conuerſionem ignominiæ Dominicæ Crucis in gloriam eiuſdẽ, prius de priſtina eius, qua quondam fuerat deturpata infamia, deinde de eximia eius comparata gloria diſſerere compellor. Crucem olim turpe, & abiectum ſupplicij genus extitiſſe, tam Ethnicorum, quam catholicorum nec non ſacrorum voluminum monumenta aperte ſatis comprobant. Eloquentiæ parens de Cruce Gabiniana agens: *Facinus, ait, eſt vincire ciuem Romanum, ſcelus verberare, prope parricidium necare, quid dicam in crucem tollere? Verbo ſatis digno tam nefaria res appellari nullo modo poteſt.* *Cic. in Verrem l. 5.* Et oratione pro Rabirio magis adhuc illud exaggerat dicens: *Nomen ipſum crucis abſit non modo à corpore ciuium Romanorum, ſed etiam à cogitatione, oculis, & auribus.* *Cic. orat. pro Rabir.* Hæc ille. Pleroſque autem ſæculo illuſtres, vt infames redderentur ob facinora ab ipſis patrata, ſuſpendio perijſſe profanæ litteræ conteſtãtur. Ouidius ait in Ibin, *Ouid. in Ibi.* Achæũ Lydiæ Regem à populo cruci traditum, & Artagetem Regis Perſarum præfectum à Xantipone Athenienſium Duce captum mortis crucem ſubijſſe, dum eorum rempublicam deprædaretur. Herodotus ſimiliter ſcribit Hiſticum Mileſium inter Mileſios Principem in *Herod. lib. 7* Harpagi Darij tribuni manus cum veniſſet, crucis patibulo tamquam hoſtem damnatum fuiſſe. idem pertulit ſupplicium Caprunia virgo veſtalis, ob ſtuprum commiſſum, nec non, & Volmichar, eo quod cum Agathocle in patriã conſpiraſſet, vt tradit Iuſtinus. *Iuſtil. l. 11. & 22.* Glaucus etiam medicus Alexandri Macedonis, eo quod ſuum dilectũ Hephæſtionem male curaſſet, iuſſus eſt infami crucis ſupplicio mulctari, vt auctor eſt Plutarchus in Alexandro. *Plut. in Alexand.* Hinc Apuleius crucem vocat damnatam, Seneca infelix lignum, infelicem ſtipitem. *Apul. lib. 2. de Aſin.* *Sen. ep. 101.* Tacitus ſeruile ſupplicium, *Tac. l. 4. hiſt.* Lactantius ſupplicium homine libero indignum. *Lact. lib. 4. c. 27.* Vnde in vita Alexandri legimus, quod cum vrbem quandam Tyri ingrederetur, cuius ciues *Lectio in vita Alex.* peruulgata fama erat cum ſerui eſſent, dominos ſuos interemiſſe, tanquam infames pleroſque illorum crucibus affigi iuſſit. Latrones etiam in cruce ſuſpendi ſolitos tradunt Philo, Seneca, Apuleius, & Lipſius. *Phil. de leg. Sen. ep. Apul. l. 3. Lipſ. de Cru.* Quid plura? Gracchus nihil contra Popiliũ turpi⁹ proferre potuiſſe putauit, quã ſi diceret dignum fuiſſe, qui mala cruce periret. Plutarchus deinde ſingulis annis refert tempore *Plu. l. de for tu. Roman.* ſuo morem fuiſſe, vt canis cruci affixus per ciuitatem circumduceretur, quo ſignificare volebant eum, qui bono Reipublicæ non vigilabat, dignum eſſe non ſecus, ac mutum canem pro cuſtodia domus non latrantem turpiſſimo crucis ſupplicio affici. Iuriſconſultus etiam in lege, qui liberorum. ff. de ijs, qui notantur infamia. ſuſpẽdioſos ait non eſſe eligendos. *L. liberorum ff. de ijs, qui notantur infamia.* Ad hæc in Africa (vt teſtatur Plinius) leones hominum aggreſſores non alio mortis genere, quam crucis tormẽto afficiebantur. *Plin. l. 8. c. 16.* Ac tandem crucis antiquã turpitudinem ſatis aperte oſtendit, quod teſte Scaligero, cum Romani honoris cupidiſſimi iniuriã *Scaliger in feſtum.* aliquam paſſi fuiſſent, quam tamen nulla ratione vendicare poſſent, illam à ſe propulſaſſe arbitrabantur ſe ipſos interficiendo, à qua inſania

cum

Digitized by Google

cum nullatenus dimoueri poſſent, illud præſentiſſimum remedium excogitatū eſt, publica ſcilicet lege caueretur, vt quicumque ſe interfeciſſet, cadauer eius in crucem ignominioſe ageretur: cuius ſane ignominioſæ comminationis timore ita, omnes perterriti fuere, vt nemo eſſet qui violentas manus ſibi imponere turpiſſimum non iudicaret.

Deinde in idem argumentum non deſunt clariſsima Patrum teſtimonia, & præſertim D. Chryſoſtomi, qui *propterea*, inquit, *Iudæi Iudæi iſta morte interimere ſategerūt, vt probroſum quoque efficerent, vt etſi nemo propterea ab ipſo abſiliret, quod occiſus eſt, abſtineret tamen vel ideo, quod hoc pacto occiſus eſſet*. & in homilia alia ait: *Mors turpis, & exprobrabilis, eſt enim pœnalis mors, & omnium teterrima, & apud Iudæos maledicta, & inter gentiles abominanda*. Et D. Auguſtin. id ipſum his verbis confirmat: *Creator hominis homo eſſe dignatus eſt, factus eſt, quod fecerat, ne periret, quem fecerat. quid huic miſericordiæ addi poteſt? Et tamen addit: parum fuit ei hominem fieri, voluit etiam ab hominibus reprobari, parum etiam occidi, ſed addit: mortem autem Crucis illa morte peius nihil fuit inter omnia genera mortium*. & ibidem ſubdit: *Elegit extremū, & peſſimum genus mortis*.

D. Chryſ. in 10. 2. ep. ad Philip.

Chr. hom. de laud. S. Paul.

Aug. tract. 36. in Ioan.

Verum non ſolum ſancti Patres, ſed & ſacra ipſa volumina priſtinam crucis infamiam atteſtantur: nam apud Geneſeos hiſtoriam piſtorum magiſter, eo quod frumentum abſconderat, primo ſuſpenſus legitur: & apud Ioſue, ipſe Regem Hai propter idololatriam ſuſpendit in patibulo vſque ad veſperam, & ſolis occaſum. Gabaonitæ filios ſeptem Saul crucifixerunt in Gabaa in pœnam violati fœderis à Saul. Aman quam parauerat Mardochæo crucem ob conſpirationem in populum innocētem ipſe ſuſtinuit, eius etiam & participes facti ſunt poſtmodum decem filij, vt qui patris ſuperbiam imitabantur, ſentirent eiuſdem ignominiam. His ergo omnibus tanquam turpiſsimum mortis genus crucis ſupplicium datum eſt. vnde ait Sapiens. Impij vocē illam contra Chriſtum eleuarunt: *Morte turpiſſima* (hoc eſt Crucis morte) *condemnemus eum*. Idem etiam Sapiens crucem appellauit humiliatum, & contemptibile lignum, tantaque fuit eius turpitudo, & omnium in illam contemptus, vt & maledictam eam vocitarent: *quia maledictus a Deo eſt, qui pendet in ligno*, & pendentē in ea indignum haberent, vt in hominum conſpectu appareret, ideoque iubebatur condi, & ſepeliri, ne terra contaminaretur: *Eadem die*, inquit facer textus, *ſepelietur, & nequaquam contaminabis terram*. Et hinc eſt, quod volens Diuus Paulus profundiſsimā Chriſti humilitatem explicare, non aliter expreſsit, quam dicens: *Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis*. Tanta tunc erat crux cōmaculata infamia. At poſtquam Chriſtus Dominus in ea ſuſpenſus fuit, omne dedecus à Cruce diſceſsit, cunctaque eius ignominia in ſummam gloriam commutata, atque conuerſa eſt, vt impleretur diuina promiſsio ab Ezechiele promulgata: *Et Dominus humiliauit lignum ſublime, & exaltauit lignum humile*. Quæ verba tametſi D. Hieronymus, & Paraphraſtes Chaldæus de populo gentili exaltando, & Iudaico humiliando intelligant; multi tamen interpretes (Gloſſa id atteſtante) ad Crucem referunt, ita vt poſt reſurrectionem ipſum lignum ſublimatum fuerit, quod prius morte ſiccatū fuiſſet (vt verbis eius vtar) ita vt ſenſus ſit. Lignum Crucis, quod tempore mortis Chriſti humile, & abiectū erat, poſt Chriſti reſurrectionem exaltandum eſſe, & omnem eius ignominiæ obſcuritatem in fulgentiſsimum gloriæ ſplendorem commutandam fore. Vnde iam non amplius crux, arbor infelix dicitur, *ſed arbor decora, & fulgida, ornata Regis purpure*. immo, & beata arbor; tum quia eius brachijs, *ſecli pependit precium*; tum quia iam inter omnes arbores primatum tenet arbor vna nobilis, nulla ſilua talē profert fronde, flore, germine. Hæc perpendens Andreas: *O bona Crux*, inquit, *quæ decorem ex membris Domini ſuſcepiſti*. Et D. Auguſtinus: *Cum ſub antiquis* (ait) *ſcelerati cruci figerentur, modo nullus crucifigitur, Crux honorata eſt finita eſt in pœna, manet in gloria: à locis ſuppliciorum fecit tranſitū ad frontes Imperatorum, quæ tantum honorem dedit pœnis ſuis, quid ſeruat fidelibus ſuis?* D. Chryſoſtomus: *In purpuris*, ait *Crux, in diadematibus Crux, in precibus Crux, in armis Crux, in menſa ſacra Crux, & in toto orbe Crux, & ſuper ſolem fulget Crux*. Et Sedulius in idem cecinit:

Ezechiel. 17.

Gloſſa.

Hymn. Eccl.

And. Apoſt.

Aug. 16.

Chryſ. hom. quod Chriſtus ſit Deus

— Pœnam veſtiuit honore
Suppliciumq. dedit ſignum magis eſſe ſalutis,
Ipſeque ſanctificans in ſe tormenta beauit.

Sed. de Chriſto, & eius Cruce.

Hinc Crucis gloriam apud Gentiles quondam præſignatam fuiſſe, multa, eaq. grauiſsima ſuadent: nam teſte Sozomeno Sibyllicum extat carmen, id plane atteſtans:

O lignum felix in quo Deus ipſe pependit.

Sozom. l. 1. 15.

Et vt ait Rufinus, Ægyptij colebant litteram quandam ſacerdotalem Crucis figuram præſeferentem, qua ſecundum peritos hieroglyphicarum notarum, vitam venturam ſignificare aiebant. Et apud eoſdem, Cælio Rodighino referente, Crucis figura omnium perfectiſsima, cæli, & ſiderum domina, & mirabilium effectrix habita eſt. Vnde in Serapidis pectore depingebatur, vt ipſe ait ex Arabum ſententia. Refert etiam Iuſtus Lipſius eoſdem Ægyptios litteræ Crucis formam gerenti circulum ſuperponere ſolitos, qui nihil aliud erat, quam oculus: ſignificabant autem per oculum, ſolem, quem prius oculum vocare conſueuerant, vt docent Macrobius, & Pauſanias. Merito oculus, ſeu ſol circulo deſignatus Cruci adiungebatur, cum in Cruce aliquando futurum eſſet vt ſuſpenderetur verus ſol iuſtitiæ, mūdiq. oculus Chriſtus, qui ſuo ſplēdore radijs ſolaribus ſplendidiorē illā redderet.

Ruf. l. 2. c. 2.

Cal. Rodig. lib. 10. c. 8.

Iuſt. Lipſ. de Cruce c. 8.

Macr. l. 1. Satur. c. 15. Pau. an. in Corinth.

Sed iam ſigillatim, in quibuſnam hæc Dominicæ Crucis gloria præfulgeat, ſpeculemur: *Adeamus*, inquit D. Paulus *ad thronum gloriæ eius, miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus*.

Geneſ. 40. Ioſue 8. 2. Reg. 21. Heſter. 5. Cap. 2. Sap. 10. Deut. 21. Ad Philip.

mus. Thronus iſte Crux ſācta eſt, ante quē viginti
Apoc. 4. Pſal. 95. quatuor illi ſeniores Apocalypſis mittebā) vt ait
D. Leo ſerm. 2. de paſſ. D. Ioannes) coronas ſuas. Vnde D. Leo in ſerm. de
Luca 23. paſſ. explicans illa Chriſti verba: *Hodie mecum
eris in Paradiſo, promiſſio iſta* (ait) *non tā de ligno
Crucis, quā de throno editur poteſtatis*. Vt tamen,
quā apte Crucem Chriſti Domini thronum ap-
Iſai. 22. pellarit, clarius cōſtet, inſignem Iſaiæ locum id
manifeſte aſſerentē proferemus, multiſq. modis
illuſtrabimus. In perſona Dei loquens ait: *Dabo
clauem domus David ſuper humerum eius, & figam
illū paxillum in loco fideli, & erit in ſoliū gloria do-
mus Patris ſui* (ecce thronū) *& ſuſpendam ſuper eū
omnem gloriam domus Patris eius, vaſorum diuerſa
genera*. Clauē in primis domus Dauid ego cum
Hieron. ſup. c. 22. Iſaiæ. D. Hieronymo ſanctam Crucē intelligo, quæ in
Apoſtolica Eccleſia per domū Dauid ſignifica-
ta, ea propter clauis officium obtinet, quia vel
clauis ſcientiæ eſt ad reſeranda ſacrorum volu-
Luc. 24. minum arcana, iuxta illud: *Aperuit illis ſenſum,
vt intelligerent ſcripturas*, aperuit enim dū dicere
cœpit: *Nonne oportuit Chriſtum pati, & ita intra-
D. Aug. ho. 14. de verb. Domini. re in gloriam ſuam?* notauit id D. Auguſtinus, di-
cens: *Ipſe tanquam clauem Crucis ſuæ ſacramentum
exercet*; vel certe Crux clauis eſt, quia regni cæ
leſtis portas pœnitentibus patefecit, dicente
D. Chr. ho. 2. de dia. et Latro. Chryſoſtomo: *Crux Chriſti clauis Paradiſi eſt,
Crux Chriſti aperuit nobis Paradiſum*. Nec mi-
randum eſt, clauem illam ligneam fuiſſe: nam
cum ſera, qua primus parens cælum clauſit, fue-
rit lignea, etiam oportebat ligneam eſſe clauem
ad illud reſerandum. Et cum deinde ſacer tex-
tus ait, *& figam illum paxillum in loco fideli*, de
Eccleſia catholica loquitur, vbi ſolum viget Cru
cis fides, virique Chriſto fideles inueniuntur, iu-
xta illud Apocalypſis: *Rex Regum eſt, & qui cum
illo ſunt vocati, electi, & fideles*. In medio ergo Ec-
cleſiæ Crucis paxillus collocatus eſt, non ſecus
atque olim lignum vitæ in medio Paradiſi: apte
enim Crucem lignum vitæ compellari arbitror.
Deut. 28. Nam ſi Moyſes loquens de eo (iuxta ſentētiam
Dam. l. 4. c. 12. D. Damaſceni) prædixerat: *Erit quaſi vita tua
pendens ante te*, & ipſe Chriſtus ait: *Ego ſum via,
Ioan. 14. veritas, & vita*, plane efficitur, Crucem lignum
vitæ fuiſſe: ſiquidem vitæ auctorem, tanquam
fructum appendentem continebat. ſubdit Pro-
Deut. 28. pheta: *Et erit in ſolium gloriæ Domini Chriſti ſui*.
Solium hoc Crux eſt, vnde Chriſtus regnauit, Da
Pſ. 95. uid canente: *Dicite in nationibus, quia Dominus
regnauit à ligno*. Quod ſane carmen ita Iudęis in-
feſtum extitit, vt verba illa (*A ligno*) ab ipſis
Iuſt. dialog. cum Trypho. Tert. cont. Iud. expuncta fuiſſe teſtetur Iuſtinus. Sed Tertullia-
ni verba in eorum explicationem pietate, & elo-
quentia plena audiamus: *Age nunc ſi legiſti pe-
nes David, Dominus regnauit à ligno, expecto quid
intelligas, niſi forte lignarium aliquem Regem ſi-
gnificari Iudaeorum, & non Chriſtum, qui exinde à
paſſione ligni ſuperata morte regnauit. Et ſi enim
mors ab Adam regnauit vſque ad Chriſtum, cur Chri
ſtus non regnaſſe dicatur à ligno, ex quo Crucis li-
gno mortuus, regnum mortis excluſit? proinde, &
Iſai. 9. Iſaias: Quoniam, inquit, puer natus eſt nobis, quid
noui, ſi non de Filio Dei dicis? Et datus eſt nobis,
cuius imperium factum eſt ſuper humerum ipſius.
Quis omnino Regum inſigne poteſtatis ſuæ humero
præfert, & non aut capite diadema, aut manu ſce-
ptrum, aut aliquam propriæ veſtis notam? ſed ſo-
lus nouus Rex nouorum æuorum Chriſtus IESVS,
nouæ gloriæ & poteſtatem, & ſublimitatem ſuam
humero extulit, Crucem ſcilicet, vt ſecundum
ſuperiorem prophetiam, Dominus regnaret a ligno.
Hoc lignum & Hieremias tibi inſinuat, dicturis Hier. 11.
prædicans Iudæis: Venite mittamus lignum in pa-
nem eius, vtique in corpus*. hæc Tertullianus.
Atque his nos adiungamus, Crucem Chriſto ſo
lium, & thronum fuiſſe, vnde ipſa & mundum,
& Principem eius regia auctoritate iudicauit,
vt palam proximus morti ipſe docuit, dicens:
Nunc iudicium eſt mundi, nunc Princeps huius Ioan. 12.
mundi eiicietur foras. Quod ſi (vt ait Salomon) Prou. 20.
*Rex, qui ſedet in ſolio iudicii, diſſipat omne malū in-
tuitu ſuo*, nō inepte crediderim Chriſtū Dñm in
ſolio Crucis exiſtentem intuitu ſuo oēs dæmonis
inſidias in conſpectu oculorū eius diſſipaſſe, q
haud obſcure his verbis prædixerat Iob: *In oculis* Iob 40.
eius quaſi hamo capiet eū, hamo ſcilicet Crucis, vt
explicat D. Athanaſius. Illud tamen mirabile
eſt, quod Chirographū decreti, quod contrarium D. Atha. in vita D. Antonij.
erat nobis, & quod hoſtis humani generis pe-
nes ſe diligenter cuſtodiuit, Chriſtus Dominus
potenter abſtulit ab eo, affigiens illud Cruci, vt
ait Diuus Paulus: *Et expolians poteſtates, & prin-* Ad Coloſſ.
cipatus triumphans illos in ſemetipſo (vel vt le-
git Origenes) triumphans illos in ligno Cru-
cis. tandem concludit Iſaias: *Et ſuſpendam* Iſai. 22.
*ſuper eum omnem gloriam domus Patris eius, va-
ſorum diuerſa genera*. Per gloriam hanc à Cruce
ſuſpenſam apte ſatis primum intelligi poteſt
Chriſtus Dominus, qui non ſolum, vt Filius Dei
Patris eſt, dicēte Paulo: *Qui cū ſit ſplendor gloriæ,* Ad Hebr. 1
& figura ſubſtantiæ eius, ſed etiam vt homo, vi-
tæ ſuæ integritate, & ſanctitate Patrem mirū in
modum clarificauit, & glorificauit, vt ipſe teſta-
tus eſt: *Ego te clarificaui ſuper terrā*. Vnde ipſe Pa- Ioan. 17.
ter Chriſtum, tanquā hominem alloquens, gloriā
ſuam illū vocat: *Exurge gloria mea*. Poſſumus ſe- Pſal. 56.
cundo congrue ſatis per hanc gloriā à Cruce ſu-
ſpenſam intelligere ſupernaturalia dona, gratiæ
ſcilicet, & virtutum dotes, quas regius Vates
gloriā, & diuitias S. Eccleſiæ appellauit, dicens:
Gloria, & diuitiæ in domo eius. Animæ dotes, &
ornamenta, quæ ſunt vniuerſa gloria eius, vt idē Psal. 111.
teſtatur cum inquit: *Omnis gloria eius filiæ Regis* Hieron.
ab intus, vere à ligno Dominicæ Crucis, tanquā Psal. 44.
à cauſa, & perenni fonte pendent, vt recte ob-
ſeruauit D. Leo ſerm. de paſs. vbi ait: *Crux tua
fons eſt omniū benedictionum, omniū cauſa gratia-* D. Leo ser. 8 de paſſ.
*rum, in qua datur credentibus virtus de infirmitate,
gloria de opprobrio, vita de morte*. Si autē ſequa-
mur Græci interpretis tranſlationē, qui, vbi no-
ſtra vulgata legit: *Et ſuſpendā*, ipſe vertit: *& ſuſpē
dēs ſuper eū omnē gloriā*, interpretari licebit hūc
locū per illū Ezech: *Viri bellatores tui clypeum, &* Ezec. 27.
galeā ſuſpenderūt in te pro ornatu tuo. Hi bellato
res ſunt illi, qui audiētes regnū cælorum vim pa
ti, & violētos rapere illud aduerſus Diabolū, car Matth. 11.
nem,

Digitized by Google

nē, & mūdū acriter dimicātes, de oībus illis glorioſe triūpharunt: probe tū agnoſcētes in virtute S.Crucis victoriā illā reportaſſe, oīa ſpiritualia arma, quibus hoſtes ſuperauerunt, in Cruce, tanquā eius ornamenta ſuſpendant, ingenue fatentes, quod brachia ſua nō liberauerūt eos, vt prædixerat Dauid Pſal.43: *Et brachium eorum non ſaluanit eos*, ſed brachia S. Crucus, vbi abſcondita erat fortitudo Chriſti. Verum cū nō ſolū militū Chriſti arma ſed ipſos etiā SS.milites ab ea ſuſpenſos intueor, dicēte Iob, Crucem Chriſti præuidens; *Elegit ſuſpendium anima mea, & mortē oſſa mea*, & Paulo prædicante: *Chriſto confixus ſū Cruci*: in eam ducor ſententiā, vt per hanc gloriā in Cruce ſuſpenſam ipſos etiam Sanctos apte intelligi poſſe autumem; nā ſi ſpolia victoris, gloria eius ſunt, cum Sancti oēs ſpolia ſint Crucis victricis, ſeu Chriſti in Cruce vincentis, non immerito nomine gloriæ in cruce ſuſpenſæ veniunt ipſi intelligendi. Vocat autem illos Propheta vaſorū diuerſa genera, quia alij Apoſtoli; alij Martyres, alij Doctores, & vnuſquiſque ſecundum gratiam a Dño ſibi donatam in Eccleſ. Dei fulget.

Iob 9. Ad Gal. 2.

Sed iam aliam viam ingrediamur ad aperiendam eiuſdem Crucis ineffabilem gloriam. Experientia cōpertum eſt, fontium aquas, quanto plus in inferiorem locum deſcendunt, tanto altius poſtea conſcendere: non ſecus mihi videtur Cruci accidiſſe, quæ quanto inferius antea ex hominū opinione depreſſa decidit, tanto altius iā in eorū exiſtimatione exaltata conſcendit. Contemplemur parumper ſi placet mirabilem hunc aſcenſum. Sponſus crucem reſpiciens, palmam vocauit, dicens: *Aſcendā in palmam.* Et merito quidē, quia vt mea fert ſententia, ea propter victoriæ ſymbolū, & inſigne apud varias nationes ſemper extitit, quod id peculiare habeat, vt quanto maius pōdus ad eam deprimendam illi ſuperponitur, tanto fortius contra nititur ad erigendū ſe. Vnde a grauitate ponderis nunquam ſuperatur, ſed ipſa potius pōderis grauitatem mirabiliter vincit. Refert Niceph. in eodem loco, vbi Chriſti Crux ſita erat, ſimulachrum Veneris collocatū fuiſſe ab idolorum cultoribus, vt ſic Crucis memoriam a mortalium mentibus penitus abolerent. Verum tanta huius myſticæ palmæ, nempe Crucis, extitit virtus, vt tam grauis ſarcinæ pōderi ſibi ſuperimpoſito non cederet, nec ſuccumberet, ſed maiorem potius conatum exhibens in ſublime ſe erexerit, & in altiſſimum locum cōſcenderit. Aſcendit enim ad nobilium pectora, quæ honoris cauſa, rubea D.Iacobi, & Calatrauæ, alba D.Ioannis, viridi Alcantaræ cruce magis illuſtrantur, & nobilitantur, licet alioquin ipſos ſanguinis nobilitate conſpicuos vnanimi multorum teſtium conſenſu neceſſarium ſit cōprobari: indecorum.n.eſſet, vt a maioribus originem trahentes, qui ad infamiā Chriſti humero crucem impoſuere, ipſi ad proprium honorem, & gloriam Chriſti cruce nobilitentur. Aſcendit ſane Crux non ſolum ad illuſtrium pectora, ſed ad Principum vexilla, & clariſſima ſtemmata, quibus infinitas propemodum hoſtium turmas Crucis ſigno in eis inſculpto, aut exarato, glorioſiſſime profligarūt. Aſcendit ad naues, ad arciū, & turrium cacumina, vbi apud fideles collocari conſueuit; immo & aſcendit ad regia diademata, ad Imperatorum coronas, ad Pontificum tiaras. Audiamus Chryſoſt. iſta, & alia plura cogitantem: *Crucem* inquit *vbiq. celebrari, videlicet in domibus, in foro, in ſolitudine, in vijs, in mōtibus, in collibus, in vallibus, in mari, in nauigijs, in inſulis, in lectis, in veſtibus, in armis, in thalamis, in ſympoſijs, in vaſis argenteis, in aureis, in margaritis, in murorum picturis, in brutis male affectis, in corporibus dæmonibus obſeſſis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus, in delicatorum choreis, in monachorum ordinibus, adeo certatim donum hoc rapiunt omnes.* Hæc D.Chryſoſt. Quibus addo, quod cum Chriſtus ad iudicandum venerit, præcedet illum ad cælum vſque exaltata, iuxta illud Matthæi 24. *Tunc patebit ſignum filij hominis in cælo*, quod de Crucis ſigno contra perfidum Caluinum intelligendum eſſe, vnanimi conſenſu docent omnes Patres, D.Auguſt. Cyrillus, Hieron. Hilarius, Beda, Theophylactus, & Euthymius; immo non deſunt grauiſſimi doctores, qui per ſignum, non imaginem Crucis futuram eſſe in cælo, ſed ipſā ligneā Crucem, in qua auctor vitæ pependit, intelligēdā eſſe cēſeant; putant.n. prudēter ſatis Crucem illam redintegratum iri, Regemq. ad iudicandum venturum tanquam vexillum eius, ipſam fore præceſſuram. Huic ſententiæ adhæret Sozomenus, adijciens Sibyllica illa carmina:

Cant 7.

Niceph.li.8. cap.8.

Chryſoſt.ho. de Cruce.

Matth.24.

D. Auguſt. ſe.1 de tēp. D.Cyrill. D.Hieron. Hilar in c. 24. Matth. lib.3.c.9. Beda. Theophyl.

O lignum felix, in quo Deus ipſe pependit,
Nec te terra capit, ſed cæli tecta videbis,
Cum renouata Dei facies ignita micabit.

Sozom.lib.2 cap.1. Lib.6. orac.

D.Chryſoſt. ait: *Cum ipſa veniet, & cum ipſa ſecundum ſuam preſtantiam faciet.* & ibidem: *Crucem ſolam non reliquit in terra, ſed ſecum eam leuauit ad cælum* D.Ephrem: *Vbi*, inquit, *viderint omnes regium iſtud, ac tremendum ſceptrum reuelari, tā tūc agnoſcent ſinguli continuo ipſum quoque Regem reuelādum, qui in illo clauis affixus eſt.* Eiuſdem ſententiæ ſunt Hilar. lib.3. de Trinit. D. Auguſt. D. Leo Papa, Hieronymus, Beda, Theophylactus, & Euthym. Hos Patres ſequitur inſignis ille Vualdenſis, nec nō Iulian. Archiep. Tolet. immo pie & prudēter nōnulli exiſtimarunt, Dominicā Crucem tanquam inſigne Chriſti trophæū, in cælo empyreo perpetuo conſeruandā, & incorruptibilitate inſtar corporis glorioſi donatū iri, eo ꝙ ſpeciali quadā ratione fuerit inſtrumentū victoriæ Chriſti, & Redēptionis humanæ. ꝙ non incōgrue adumbratum putauerim in gladio illo, quo Dauid caput gigantis Goliath præcidit, & populū ab eius tyrānide liberauit, quē, vt ſacra narrat hiſtoria, in tēplo voluit ſemper cōſeruari, & a ſacerdotib. cuſtodiri pallio inuolutū poſt Ephod.

D.Chryſoſt. ho de Cruce & latrone. D Ephr. lib. de vera pænit. cap.4. Vuald. t.3. tit.10.c.98

Hilar. lib.3. de Trinitat. D. Aug. ſer. 130 de tēp. D.Leo papa epiſt.97. ad Leon. Imp. Hier. Beda Theoph. & Euthym in Matthæum. Iul. Archie. Tolet. l.b. 3 progn. c.5.

1.Reg.21.

Tandem illud Crucis gloriam nō parum oſtēdere exiſtimarim, quod a Catholicis adoretur, adorarique præcipiatur in Synodo ſexta. Vnde D. Hieron. elucidās verba illa Pſal. *Adorate ſcabellū pedū eius*, nomine ſcabelli Crucē intelligit, cui Chriſti pedes affixi extitere. Et D. Damaſc. accōmodat Cruci illud Dauidis: *Adorabimus in*

Synod. 6. c. 71. Synod. 7. & 8. Act. vlt. can. 1. Pſal. 131.

Digitized by Google

loco vbi ſteterunt pedes eius, & addit: Quod vero Crucē ſignificet, oſtendit, quod ſubdit: *Surge Domine in requiem tuam.* ſequitur enim Crucē reſurrectio. Iacob etiam cum Ioſeph virgam oſculatus eſt, Crucem Chriſti in ea adoraſſe, cōmunis eſt Patrum ſententia. Vnde permulti Epiſcopi, qui in Synodo Nicæna ab hac veritate deuiauerant, poſtquā cōuicti fuere, cum lacrymis diſceſſerunt, crucemq; Dominicam reuerenter adorarunt. Arbitror autē cū D. Thom. adorationē debitam Cruci eſſe latriā, quæ eſt ſupremū adorationis genus, atque adeo cultu diuino colendam fore, prout dicit habitudinem ad prototypū, hoc eſt ad Chriſtum, quem refert, & cum quo habet vnitatem quandā, nō in eſſe naturæ, ſed in eſſe obiecti adorabilis propter prædictam relationē ſigni, & imaginis ad illam. Atq. hanc veritatem, quæ innumeris hæreticis infeſta ſemper extitit, ea efficaci ratione fulcire poſſumus, quia idem eſt motus animi in imaginē, vt imago eſt, & in rē ſignificatā, vt docuit Ariſ. Sed adoratio eſt quidā motus in id, q adoratur. Igitur eadē adoratione latriæ, qua adoratur Crucifixus, adoratur & Crux, put eſt eius imago. Vnde D. Baſil. ait: *Imaginis honor, ad exemplar, ſeu ad prototypū tráſit.* Et D. Athanaſ. *Qui adorat* (inquit) *imaginem, in illa adorat ipsū Regem, quippe cū ipſa imago nihil aliud ſit, quā Regis forma, atq. ſpecies. & addit, imaginem Regis ſi loqui poſſet, dictură, Ego & Rex vnū ſumus, ego enim in illo ſum, & ille in me.* Et Nicephorus hæreticorum obiectioni reſpondens ſapienter valde dixit, cum hæreticus quæreret, vbi ſcriptum ſit, eſſe adorandam Chriſti imaginem? Reſpóndendum, ibi ſcriptum eſſe, vbi ſcriptum eſt, adorandum eſſe Chriſtum; ſiquidem inſeparabilis eſt à prototypo effigies eius. Vnde cum D. Paul. ait: *Et adorent eum omnes Angeli eius*, ibi etiam eius imaginem adorādam monet, eo q illum referat, atq. adeo ad illum referatur. Omnia iſta ex verbis, quibus catholica Eccleſia Romana Crucem adorat, mirum in modum corroborantur.

Synod. Nycena act. 4. — *D. Thom. 3. p. q. 25. ar. 1* — *Ariſt. lib. de memoria.* — *Baſil. lib. de Spiritu ſancto cap. 18.* — *D. Athan. ſerm. 4. contra Arrian.* — *Ad Heb. 1.*

Hymn. Eccl.

> O crux (inquit) *aue ſpes vnica*
> *Auge pijs iuſtitiam,*
> *Reiſque dono veniam.*

Ecce, quæ propria ſunt Dei, Eccleſiā tribuit Cruci. Putat ergo adorandā eſſe eodē genere latriæ, quo Deum. Quare licet Salomon merito nauigātis ſtultitiā reprehendat, qui tempeſtate ingruēte ligneum deum inuocabat: *ligno*, inquit, *portante fragilius lignum inuocat*: & Abacuch etiā hanc eandem dementiā deploret: *Væ*, inquiens, *qui dicit ligno expergiſcere*; tamen ligneæ Cruci Chriſti pie, religioſe, & prudēter dicitur, libera me, ſalua me; tū quia in ſe pendentem habuit Saluatorem mundi: tū, quia imago, in qua brachia ſua extendit, formā Crucis gerit. Hoc ipſum ex verbis D. Pauli cōuenienter ſatis mihi perſuadeo; nā poſtquam dixerat: *Qui gloriatur, in Domino glorietur*, continuo ſubdit: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Si ergo iudicaret nō idē eſſe gloriari in Cruce Domini, ac in Domino, vtique ipſe nō diceret gloriari, ſe in Cruce Domini, ſed potius in Domino. Sicut igitur, qui gloriatur in Cruce Domini, gloriatur in Domino, iuxta D. Pauli ſententiā, cōſimili ratione, qui adorat Crucem Domini, adorat ipſum Dominū, atq. adeo eodē genere adorationis, quo colitur Deus, adoratur & Crux (tāta eſt eius gloria, tāta celſitudo, atq. maieſtas) licet alioquin in modo adorandi hoc ſit diſcrimen, quod illā nō Catholicus adoret tāquā honoris præcipuū, & vltimū terminū, quod ſoli Deo debitum eſt; catholicus vero nō vt terminū, ſed vt mediū quoddā, cuius interuētu honor ad ipsū Chriſtū deferatur.

Sap. 14. — *Abacuch. 2.* — *Ad Gal. 6.*

Verū obijciunt nobis inimici Crucis Chriſti, *Quorum* (vt ait D. Paulus) *finis interitus eſt, & gloria in confuſione*, quod nō modo ſtultus, ſed ingratus iudicaretur filius, qui amaret, & coleret patibulum, in quo parens eius fuiſſet ſuſpenſus. Ingrati igitur ſunt, qui colunt Crucem, inſtrumentum, quo Dominus nō modo crudeliſſime cruciatus, ſed, & necatus fuit. Cauillus iſte facile diluitur, ſi perpendamus, nō eſſe eandē rationē de illo patibulo, ac de iſto; nam hoc fuit inſtrumentum noſtræ ſalutis reparandæ, & in illo Chriſtus non ſua, ſed noſtra peccata expiauit. Inſuper etiam omne maledictum, & quidquid in eo execrabile erat, ab eo abſtulit, eo ſolo relicto, q honorificū, clarum, amplum, & glorioſum erat. Vnde Crucis patibulum adorare non ingratitudinem, aut impietatem, ſed gratitudinem potius, pietatem, & religionem redolet. Sed replicant: Crux attulit Chriſto dolorem, & ignominiam, eſt igitur deteſtanda ab illis, qui Chriſtum amore proſequuntur. At cum non ſolum ignominiam, eamq. temporaneam, ſed æternam famā, immortalem gloriam, incredibilem honorem, & maximā ſui nominis exaltationem attulerit, dicente Paulo: *Humiliauit ſemetipsū, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illū, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomē*, facile futilis hęc hęreticorū argumētatio euaneſcit. Quod ſi adhuc contra Crucem cunctis gentibus venerandā debacchantes obijciant, ſi colendę ſunt omnes Cruces, quia Chriſtus pependit in Cruce; eadem ratione colendi eſſent omnes claui, quia clauis confixus fuit, & omnes ſpinæ, quia ſpinis coronatus eſt, & omnia ſepulchra, qa ſepulchro cōditus fuit. Vires huius calumniæ facile eneruantur ex D. Aug. doctrina, in hunc modum loquentis: *Omne ouum omni ouo, in quātum ouum, ſimile eſt, ſed ouū perdicis, quāuis ouo gallinæ ſimile eſt, tamen imago eius nō eſt, quia non eſt de illa expreſſum.* Hęc D. Aug. Quibus ſatis ingenioſe docet, ad imaginem, nō ſatis eſſe ſimilitudinem naturæ, vel artis, ſed opus eſſe, vt alterū ex altero imitatione quadā efformetur. Quia ergo omnes Cruces fiunt ad imitationē Crucis Chriſti, & vt illius figuræ, typi, & imagines ſint, non autē ad imitationē ſepulchri Chriſti ſepulchra omnia fabricantur, inde ſit, Cruces oēs eſſe adorandas, nō autē omnes clauos, ſpinas, aut ſepulchra, qa nō omnes imagines eorū ſunt: erunt tamen ſi cōſtruantur (vt ſæpiſſime fieri ſolet in Eccleſ.) ad imitationē, & repręſentationē clauorū, ſpinarū, & ſepulchri Chriſti. Cui ſit honor, &c.

Ad Philip. 3. — *Ad Phil. 2.* — *D. Aug. lib. 83. q. 73. & 74.*

Homi-

Homilia XXVII.

De Crucis, & clauorum inuentione per Helenam Conſtantini Imperatoris Matrem.

DE felici ſacroſanctæ Crucis inuẽtione pro modulo noſtro acturi, prius eius hiſtoriam, quę dicendorum baſis mihi futura eſt, paucis perſtringere libet, D. Helenã Chriſtianiſſimi Imperatoris Conſtantini matrẽ, diuino Spiritu fuiſſe afflatam ad inquirendum Crucis vexillum, præter Socratem diſertis verbis tradit D. Ambr. in oratione in funere Theodoſij, vbi introducit illam dicentẽ: *Ego in regnis, & Crux Domini in puluere? Ego in aulis, & in ruinis latet Chriſti triumphus?* Diuina ergo inſpiratione Regina Helena commota, anno reparatæ ſalutis trecenteſimo vigeſimo ſexto, poſt Concilium Nicænũ, imperante Conſtantino, & Silueſtro Papa Eccleſiam Dei regente, quem ad inueſtigandam Crucem ſibi ſociũ adhibuit (ſi credimus Zonaræ) ad Caluariæ montem octogenaria perrexit, vt refert Theodoretus. Tradunt autem D. Hieronymus & Sozomen. quod cũ Chriſtianæ religionis perſecutores illam penitus excindere omnibus ſuis virib⁹ niterentur, inter alia hoc execrandum facinus excogitarunt, vt in loco Crucis fanum Veneris extruerent, exiſtimantes fidem Crucis abolituros, ſi ſacrum illũ locum hoc ſpurciſſimo idolo polluiſſent, & hinc creuit difficultas inueniendi illam. Quãuis enim Regina Helena diuini Spiritus inſtinctu de eo perquirendo admonita fuerit, vt ait Theodoretus; de loco tamẽ definito, vbi ſacroſanctum lignum deliteſceret, edocta nõ fuit, vt dicit Diuus Ambroſius, quidquid reclamet Sozom. ſupra relatus, vt ſic laborioſa eius inquiſitio, copioſioris meriti ſibi cauſa exiſteret. Cum primum autem peruenit Helena ad locum Caluariæ, ingentem foſſorum multitudinem adhibuit, vt varia loca explorantes, tandem felicem Crucis locum detegerent; vnius tamen Iudæ indicio, qui poſtea ad fidem conuerſus Epiſcopus & Martyr fuit, (vt tradit Beda) præcipue inuenta fuit: ex traditione namque à maioribus accepta deſtinatum locum nouerat, quem tametſi propalare omnino recuſauerat, mortis tamen minis perterritus per Reginam ei illatis, tãdem illũ prodidit, vt teſtantur Gregorius Turonenſis, & Sozom. Aperta igitur humo, & decuſſo puluere, Cruces tres repertæ fuere, quas ruina contexerat, inimicus abſconderat; quænam tamen illarum eſſet Chriſti crux, anxia dubitatio cœpit ſubito Reginæ animum premere, vt auctor eſt Paulinus. Licet enim Chryſoſtomus, & D. Ambroſius ea propter agnitam credant, quod titulus: *Ieſus Nazarenus*, affixus ei inerat, cuncti tamen hiſtoriei vnanimi conſenſu repugnant, Nicephorus, Socrates, Sozomenus, Rufinus, Sulpitius, & alij, dicentes abluſum eſſe titulum: vnde ambigente Helena, quænam ex illis Crux eſſet, ſemimortuum, vt ait Rufinus, aut omnino mortuũ, vt verius tradit Sozomenus, afferri iuſſit, quo allato, vna de crucibus admouetur, deinde alia, ſed earum ligna mors ſpreuit: cum primum tamen tertia admota fuit, Dominicã eſſe prodidit mortui ſurrectio; nam ad ſalutaris ligni tactum morte profuga corpus ſurrexit, & velut alter Lazarus quondam vinculis expeditus inter apportatores ſuos rediuiuus inceſſit. Venerabilis Beda teſtatur in eodem loco, vbi mortuus mirabili Crucis virtute reuixit, in ſempiternum patrati miraculi monumentum columnam quandam erectam fuiſſe. Itaque illud diſcrimen inter Crucem Chriſti, & latronum innotuit, quod iſtæ mortuæ, illa, quaſi viua, viuificandi virtutem habuit. Sed nec in hoc ſolum vitam continere oſtendit, ſed in eo etiam, quod cum religionis, & pietatis cauſa pleræque particulæ ab ea detraherentur; certe in materia inſenſata vim viuam tenens, & quaſi intrinſeco vitæ principio, ac humido radicali pollens, ſimiles particulas germinabat, quibus detractæ reſtaurabantur, vt teſtatur Cyrill. Catecheſ. 10. & Paulinus ad Seueriuũ epiſt. 11. quos refert Cardinalis Baronius lib. 1. Annalium, anno Chriſti 34. fol. 182. Contẽplatur autẽ D. Ambr. poſt repertũ Crucis theſaurum Helenã in hæc verba prorupiſſe: *Quid egiſti diabole, vt abſconderes lignum, niſi vt iterum vincereris? Vicit te Maria, quæ genuit triumphatorem, & quæ ſine imminutione virginitatis edidit eum, qui crucifixus vinceret te, & mortuus ſubiugaret: vinceris & hodie, vt mulier tuas inſidias deprehendat: illa fecit, vt Deus inter homines videretur; ego ad remediũ peccatorum diuinum de ruinis eleuabo vexillum.* Hæc ille. Addit etiam Helenam clauos, quibus Dominus cruci affixus fuit, quæſiuiſſe, & inueniſſe, quorum duos miſit ad filium, vnum ad intexendum in diademate, alterum ad inſerendũ in fręno; illum ad decorem, hũc ad fortitudinem. Ne autem quiſpiam à pietate alienum iudicet clauum tanta alioquin veneratione dignum, fręno impoſuiſſe, audiat eundem D. Ambroſium: *Non inſolentia* (ait) *iſta ſed pietas eſt recte in capite clauus, vt vbi ſenſus eſt, ibi præſidium.* Et paulo poſt: *Sed quare ſuper frænum, niſi vt Imperatorum inſolentiam refrænaret, & omnibus illis ſancto dicere Spiritu videretur: Nolite fieri ſicut equus, & mulus, ſed in chamo, & fræno maxillas eorum conſtringe.* Audiat etiam Theodoretum, qui Helenam ait, clauorum partem in Imperatoris galeam artificioſe includendam curaſſe, quo capiti filij conſuleret, & hoſtium tela depellerentur; partem equi illius fræno admiſcuiſſe, quo tum Imperatorem ſecurum redderet, tum veterem prophetiam explere poſſet. Nam olim prædixerat Zacharias Propheta: *In die illa erit, quod ſuper frænum equi eſt, ſanctum Domino omnipotenti.* Quam prophetiam, tametſi D. Hieron. de clauo Chriſti, fræno equi Imperatoris inſerto, nulla ratione intelligendam contendat; illam tamen ex poſitio-

Socrates lib. 1. c. 17. D. Ambr. orat. in funere Theodoſi.

Zonaras l. 3. Annot. 325. D. Hierony. ad Paulinũ de inſtit. monac. Sozomen l. 20.

Theodoret. l. 1. c. 18.

D. Ambr. vbi ſup. Sozomen. ſup. relatus.

Beda in ſuo Martyrol.

Greg. Turonen. lib. 1. hiſt. Fran. c. 36. Sozom. vbi ſupra.

Paulin. epiſtola 11 ad Seuerum. Chryſoſt. hom. 84. D. Ambroſ. vbi ſup. Niceph. l. 8. cap.

Socr. l. 1. c. 13. Sozomenus vbi ſup. Rufin. l. 1. c. 7. & 8. Sulpit. l. 2. Sacra hiſt.

Beda l. de loco ſancto c. 3.

D. Ambr. vbi ſupra.

D. Ambr. vbi ſup.

Pſal. 31.

Theodoret. l. 1. c. 18.

Zach 14.

D. Hier. ſup. c. vlt. Zach. Greg. Tur. de glo. Mart. c. 6.

Greg. Turon. de glor. martyr. cap. 8. Sozom. li. 2. cap. 1. Niceph. li. 8 cap. 29. D. Cyrillus. Zach. ibid. quo ſupra. Ambroſ. de obitu Theod. Imp. Lyra ſup. 1. 14. Zachar.

poſitionem approbant Greg. Turonen. Sozomenus, & Nicephorus: immo D. Cyrillus abſq. vlla hæſitatione illã acceperat, & nihil improbabilitatis habere docet, quod Zacharias ibi rei valde memorãdæ, & Regis valde pij meminerit. eandẽ etiam amplectuntur D. Ambroſius, & Lyra. Sed vt ad Dominicę Crucis inuentionẽ reuertamur, quam præcipuum noſtri ſermonis ſcopum præfiximus, inde placet præfatę hiſtorię gloſſema exordiri, quod Græci feſtum hoc, quod nos Crucis inuẽtionem appellamus, apte ſatis Crucis reſurrectionem vocitant: nam cum tot annis emortua fuerit, quæ ſub humo ſepulta delituit, certe cum induſtria Helenę e viſceribus terrę prodijt, quaſi reſurrexiſſe videtur, aſcenſura poſtea in cælum, cum Dominus ad iudicãdum venerit, vt tradunt Chryſoſt. Ephræm, Vualdenſis, & alij. Sacra narrat Machab. hiſtor. ſolemni põpa olim apud Hebræos celebratum fuiſſe feſtum, quando ſacrũ ignem inuenerunt, qui per multos annos latuerat. Ignis ſane eſt lignum S. Crucis, quẽ Chriſtus Dñs venit mittere in terrã: cuius inuentio ignis illius inuentione felicior, & celebrior reputãda eſt: vt. n. facet ille ignis in aquam craſſam cõuerſus, denuo poſt inuentionem accenſus eſt, priſtinamq. naturam induit; ita Crucis gloria tot annis ſepulta, poſt inuentionẽ demum, toto terrarũ orbe exaltari, & clareſcere cœpit. Quid? quẽadmodũ olim repertus liber ſub Ioſia Rege, ruina fuit, & excidium omnis idololatriæ, quæ mirum in modum apud Hebræos inualuerat; ita Crux reperta idololatriã antea collabi incipiẽtem penitus peſſum dedit, adeo vt velut nouo ſole in mundum illato, certatim homines idololatriæ tenebras deſerentes, catholicæ Eccleſię ſe aggregauerint. Quod proculdubio metuẽs, atq. præſagiens humani generis hoſtis, crucẽ in abditiſſimo loco recondi, & per multos annos ignotã humi deliteſcere curauit, vt hac ratione idolorũ cultus non impediretur, & ipſe dãna per crucem ſibi illata reſarciret. Spes tamen hæc illũ fefellit, *& mentita eſt iniquitas ſibi*: nã Cruce per Helenã reperta, & omniũ oculis expoſita, gladius detectus eſt, quo veri Goliath caput cũ ſummo eius dedecore fuerat amputatũ, & idolorum cultus, qui valde increbuerat, mirũ in modum imminutus decreſcit. Vnde ſicut quondã ſacrę litterę referunt, feſtum, quod vocabãt Mardochęi, ab Hebręis inſtitutum fuiſſe, eo quod ignominia ab Amane illi parata, in ipſius Amanis ignominiam cõmutata fuit: ſic merito dies hic nobis celebris eſſe debet, quo Crux Chriſto, & Chriſtianis media felici eius inuentione, mediantibuſq. portentoſis miraculis ab ea tunc patratis, in honorem, victoriã, & gloriã Chriſti cedit. Curauerãt olim Philiſtæi obſtruere puteos, quos foderãt ſerui Abrahã, ſed Iſaac iã obſtructos eruderauit, nec aquã latere paſſus eſt. Ad eundẽ certe modũ inferorum Philiſtæi (dæmones intelligo) Crucis omniũ bonorũ, & ſpiritualiũ chariſmatũ altiſſimum puteũ, terra, & lapidib. immo & libidinoſę Veneris ſimulachro obſtruxerũt: ſed nõ ſecus ac Iſaac, Helena Conſtantini mater illũ diuinitus edocta

Chryſoſt. ho. de Cruce, & paſsione. Ephr. lib. de vera pæn. cap. 4. Tho. Vual. to. 2. tit. 10. cap. 118. 2. Mach. c. 1.

4. Reg. 22. & 23.

Pſalm. 26.

Heſter 9. 2. Machab. cap. vlt. Ioseph. li. 11 antiq. c. 6.

Geneſ. 26.

effodit, nec tantũ theſaurũ diutius latere paſſa eſt: theſaurum dico in agro mõtis Caluariæ abſcõditum, quẽ cũ Helena inuenit, nõ dubito, quin (iuxta parabolã Euang.) ſi ad emendũ illũ oportuiſſet omnibus bonis ſe expoliaſſe, cuncta illa alacriter vẽdidiſſet, vt Eccleſiã cathol. tã pretioſi pignoris theſauro ditaret. Nõ incõgrue quiſpiã inuẽtã Chriſti Crucẽ, inuẽtũ theſaurũ appellari arbitretur: quippe quia ſicut theſauri in terrę viſcerib. ſępe abſcõditi ſunt, ita & Crux. Et ſicut aurum, gẽmæ, & margaritæ a mirabili radiorũ ſolis influxu omnẽ ſuã virtutẽ accipiunt; ſic lignũ S. Crucis a ſole iuſtitiæ, in eo tanquã in curru ſuo ſedẽte, ſuoque ſplẽdore illud irradiãte, omnẽ ſuã virtutẽ, & efficaciã mutuauit; vnde fit, quod inter alia, quibus inæſtimabilis iſte Crucis theſaurus alios Orientalis Indiæ exuperat, illud mirabile eſt, quod ex mineralibus nec aurum elaboratũ, ſed rude procedit, nec gẽmæ, precioſiq. lapides, religioſæ alicuius figuræ ſculptura inſignitę prodeunt: at iſtud viuificę Crucis lignum clauorum opera elaboratũ, & purpurei ſãguinis Chriſti cruore depictũ, velut precioſiſſimã gẽmã, imaginem Crucifixi præſeferens ab Helena feliciter repertũ nouimus. Et quẽadmodũ hiſtoriæ naturaliũ rerũ auctores referunt in mõtibus Riphęis precioſiſſimos theſauros deliteſcere, quos immaniſſimi gryphi vigilãtiſſime cuſtodiunt, quapropter, qui ab illis theſaurũ aliquẽ extorquet, rẽ magnã feciſſe, ingẽtẽq. difficultatẽ ſuperaſſe ſibi videtur; ita ſane, cũ S. Crucis theſaurus ſub inculta humo latens, ab Hebræis tanquã ab immaniſſimis gryphis cuſtodiretur; Helena Regina, a Iuda, & ab alijs per minas mortis, theſaurũ ſalutaris ſigni extorquẽs, rẽ proculdubio cũctis ſæculis memorandã, & incredibili gloria dignã peregit. Quare hodie fratres chariſſimi, quaſi reperto cõmuni totius mundi theſauro lætari, & gaudere debemus. Gaudeat ergo primo S. mater Eccleſia, gaudeat & Regina Helena, quæ inuenta perdita drachma cõuocauerit amicos, & vicinos, vt gratularẽtur ei, dicatque nõ ſecus ac illa: Congratulamini mihi, quia inueni Crucis drachmã, quã perdiderã. Nos etiã inuẽto iã deperdito theſauro, nõ quem Chriſtus perdiderat, ſed quo nos perditos acquiſierat, iuſtũ eſt nõ ſolũ exultare, ſed & gloriari, præſertim cũ Apoſt. dicat: *Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti*, tantoque propenſius ſpiritualẽ lætitiam piè, ac religioſe concipere debemus, quãto nõ ignoramus ipſum humanæ ſalutis inimicum ſuſpirare. Deſiderabat nãq. Diabolus ad euadendum ignominioſæ ſuę confuſionis opprobriũ, quod triũphale vexillũ, ſub quo victus, proſtratus, & captiuus fuerat, diu maneret occultũ: ſic. n. tuioę ſuę dedecus, quod ſuccũbẽdo cõtraxerat, videbatur ſibi ſuppreſſo ſigno victorię (vt poterat) cõpẽſare, ſed ſicut olim per Mariã, caput eius cõtritũ eſt, ita ſane modo per Helenã in aſtutia ſua cõprehẽſus fuit, quia quanto ipſe diabolica arte Crucis vexillũ ſupprimere curauit, tãto Helenæ opera magis erectum, & exaltatum eſt in gloriam, & honorẽ Chriſti Domini. Amẽ.

Matth. 13.

Luc. 15.

Ad Gal. 2.

DE

DE SEPTEM VERBIS CHRISTI DOMINI. DE TESTAMENTO, AC LACRYMANDA EIVS MORTE, NECNON DE VARIIS ARCANIS

in his omnibus reconditis.

LIBER VNDECIMVS.

Homilia Prima

Luc.23. *Verba Chriſti Domini: Pater dimitte illis: quia neſciunt quid faciunt, multiplici ſacræ Scripturæ, & ſanctorum Patrum eruditione illuſtrantur: ac de efficacia Verbi diuini, & inimicorum dilectione pleraque tam fructuoſe, quam curioſe diſſeruntur.*

DIVINI verbi efficacitas adeo omnibus, & vbique gentium ſe oſtentauit, vt mirabilem eius virtutem nemo ſit qui non agnouerit: ſi enim rerum naturalium opificium contemplemur, omnia ſolo verbo Dei exiſtentiam accepiſſe reperiemus. Nam, vt ait Apoſtolus: *Vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt*: vocauit lucem, & ſtatim adfuit: *Dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux*: vocauit firmamentum, & non diſtulit aduentum ſuum: *fiat firmamentum & factum eſt firmamentum*: vocauit cælos, & ſubito comparuerunt: *Verbo Domini cæli firmati ſunt*: vocauit ſtellas, & vt ait Baruch, reſponderunt: *Adſumus & luxerunt ei cum iucunditate*. Ac tandem neceſſaria adeo eſt rebus producendis diuini verbi fœcundiſſima virtus, vt illud idem, quod de Verbo increato dixit Ioannes, de ipſo etiam creato Dei verbo omnimoda veracitate dici poſſit: *Et ſine ipſo factum eſt nihil*. Quod ſi altius ad rerum ſupernaturalium ordinem mentis aciem conuertamus, quid quæſo excogitari poteſt, quod virtute huius verbi in lucem non prodierit? Verbo hoc Verbum caro factum eſt: dicente enim B. Virgine, cuius verba Verbum ipſum diuinum poſuit in ore eius: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*. Verbum æternum carnem induit humanam, eaque indutum portentoſa illa, quæ edidit miracula medio verbo patrauit. Vocauit diſcipulos: *Venite poſt me, & continuo relictis retibus ſequuti ſunt eum*: loquutus eſt ventorum turbini, & tumentibus fluctibus maris, & ſedati ſunt, omnibus præ admiratione dicentibus: *Quis eſt hic, quia venti, & mare obediunt ei?* locutus eſt febri, imperãs vt abiret, & obediuit ei, Luca atteſtante: *imperauit febri, & dimiſit eam*: locutus eſt morti, & fugauit illã: *Adoleſcens tibi dico ſurge. Lazare veni foras*. quid plura? virtus quædã diuina ſingularis adeo inerat verbis eius, vt Io. dicat: *Ecce mundus totus abit poſt illum*. Sed quid mirũ? nam ſi M. Antonij verba ea fuere virtute prædita, vt conuerſos in ſe gladios longe a ſe auerteret: *ſermone eius ſtupefacti* (ait Valerius) *diſtrictos iã & vibratos gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt*: & ſi orationis poeticæ tanta vis eſt, vt eloquẽtiæ parens dicere nõ dubitarit: *Tantam vim habet illa quæ a bono poeta dicta eſt flexanima, & omnium regina rerum oratio vt hanc illi facultatem flectendi animos ſapientiſſimi viri tribuerint*: & ſi Herculis facundia, admirabiliſque in dicendo energia talis noſcitur fuiſſe, vt ad eam ſignificandam, Luciano id atteſtante, catenam quandam depingerent ab ore eius egredientem, qua ad auditorũ aures perueniente fortius, quã magnes ferrũ ad ſe pertrahebat; quid mirum, ſi tanta hominum verbis inerat virtus, talem verbis Chriſti infuiſſe, vt mundus totus poſt illum abiret, dicens: *nunquam ſic locutus eſt homo?* In hoc etiam hæc diuini verbi virtus mirum in modum præfulget, quod verba miniſtrorum Dei ſimilem virtutem ab ea mutuauerint:

Rom.4. Gen.1. Ibid. Ps.32. Baruch.3. Ioan.1. Matt.4. Luc.4. Ibid. Ibid. Ioan 12. Ibid. S.Max. l. 8. cap.9. M. Tul. de orat. & de diuinat. Luc. dialog. ... cap 13. Ioan.7.

D. Aug. de doct. Chriſti cap. 2.

nam vt dixit Diuus Auguſtinus: *Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum*. quod ſane molto ante prænuncianerat regius Vates cum cecinit: *Vox Domini ſuper aquas*, ecce ſacramentum Baptiſmi, cuius materia eſt aqua: *Vox Domini in virtute*, ecce Confirmationis ſacramentum, virtutem, & fortitudinem præſtaos ad fidei confeſſionem, & deſenſionem: *Vox Domini in magnificentia*, ecce Eucharistia, in qua Chriſtus Dominus ſummam oſtentanit non ſolum liberalitatem, ſed & magnificeotiam, diuinitatis, & homanitatis ſuæ theſauros in hoc vno dono profundeos: *Vox Domini confringentis cedros*, ecce ſacramentum Ordinis, quod poteſtate abſoluendi, quam præſtat, potentiſſimos ſæculi Principes ſacerdotum pedibus ſubijcit, & eorum ſuperbiam confriogit: *Vox Domini intercidentis flammam ignis*, ecce matrimonium, quod concupiſceotiæ, & libidinis flammas extinguit: *Vox Domini concutientis deſertum*, ecce pœnitentię ſacramentum, per quam Deus deſertum a ſe peccatorem, quia prius ipſe illum deſeruerat. dolore concutit, & ad bonum impellit: *Vox Domini præparantis ceruos*: ecce adumbratam extremam vnctionem, cuius hoc eſt ſingulare munus, vt ad fontem vitæ æternæ ſitientes ceruos itnros (iuſtos intelligo) peccatorum reliquijs expiet, præparet, ac vltima manu diſponat. Atque ex his Dauidicis verbis anſam ſumere liber, ad varias ſeptem horum verborum imagines in medium producendas: ſepties enim repetita *Vox Domini*, vt quid ſeptem Chriſti verba præſignaſſe non putauerim! Sed & illa, ni fallor, prænunciarunt ſeptē, quæ terrefaciebant, Apocalypſis tonitrua, ſeptem candelabra aurea, ſeptem ſtellæ lucentes, ſeptem tubæ ad bellum ſpirituale excitantes, quarum ſeptima victoriam, & imperium portendebat: prolato enim à Chriſto ſeptimo verbo, *conſummatum eſt*, conſūmatam dæmonis victoriam obtinuit. Quid plura? ſeptem hæc verba, ſeptem ſunt illæ oſcitationes, quibus Eliſeus puerum mortuum ſuſcitauit: ſeptem crines Samſonis, quæ abſconditam fortitudinem continebant; ſeptem aſperſiones ſanguinis ad expiandam maliciam; ſeptem illa aſtra Pleiadum chorum conſtituentia, ſeptem gradus templi, per quos ad veſtibulum aſcendebatur; ſeptem ſpicæ pullulantes ex grano frumenti in monte Caluariæ ſato; ſeptem etiam panes, quibus ſamelicam turbam ſatiauit. Septem tandem verba protulit, contra ſeptem illas plagas nouiſſimas Apocalypſis, & contra ſeptem capita draconis, & contra ſeptem diademata eius, & contra ſeptem phialas, ira Dei pleoas, & contra ſeptem illos ſpiritus nequiſſimos, de quibus apud vndecimum caput Lucæ; & contra ſeptem denique vitia capitalia, de quibus non incongrue myſtice intelligi poteſt illud Deuteronomij: *Per vnam viam venient ad te*, id eſt per viam obſeruationis mandatorum Dei, *& per ſeptem fugient a facie tua*, per ſeptem, videlicet peccata capitalia. Ea autem ratione opinor numero ſeptenario in his verbis vſum fuiſſe Chriſtum Dominum, quia numerus hic ſacer eſt in ſacra Scriptura, vt non leuiter nuper commemorata indicant. Vnde & orationem Dominicam ſeptem petitionibus exornauit, ſacramenta in Eccleſia ſeptem inſtituit, virtutes ſeptem infudit, Theologicas tres, fidem, ſpem, & charitatem; cardinales quatuor, iuſtitiam, temperantiam, fortitudioem, & prudentiam. Dona Spiritus ſancti totidem eſſe conſtituit, beatificas dotes in ſeptenarium numerum retulit, viſionem, amorem, & fruitionem in anima, ſubtilitatem, claritatem, agilitatem, & impaſſibilitatem io corpore: quæ omnia non obſcure indicant Chriſtum Dominum inſtaurationem mundi elaborantem, primam eius efformationem in numero ſeptem dierum imitari voluiſſe: ſicut enim mundum condens ſex diebus fabricatus eſt illum, & *ſeptimo die requieuit ab omni opere, quod patrarat*; ita ſeptimum proferens verbum, *conſummatū eſt*, dicens, requieuit a laboribus ſuis, & ſicut, ſacer textus ait, *ſanctificanit Deus diem ſeptimum*, ita morte ſua ſanctificationem diei Dominicæ, quæ ſeptima eſt, ſicut & exaltationem ſui nominis promeruit. Et ſicut ſeptimo die, ſacra Geneſeos commemorante hiſtoria, Noe columbam liberam ab Arca emiſit; ita cum ſeptimum verbum protulit Dominus, continuo exhalauit animam, *& inclinato capite emiſit ſpiritum*. Et ſicut poſt ſeptem dies, ex quo ingreſſus eſt Noe in Arcam, factum eſt diluuium; non diſſimiliter prolato iam ſeptimo verbo inundatio facta eſt aquæ, & ſanguinis, ex latere Chriſti copioſe profluentis, Ioanne dicente: *Exiuit ſanguis, & aqua*. Ac tandem ſicut Deus in ſignum fœderis, & reconciliationis arcum varijs coloribus inſignitum io nubibus poſuit; ita Chriſtus in Crucis brachijs extenſus ſignum erat placationis diuinæ iræ, & reconciliationis Dei cum hominibus, vt dixit Apoſtolus: *Erat Deus in Chriſto mundum reconcilians ſibi*. Obtinuit Chriſtus Dominus hanc reconciliationem, tum effuſione ſacri cruoris, tum petitione veniæ pro inimicis, de qua, quia Deo dante multa nobis effundenda ſunt, a figuris, & Prophetarum vaticinijs, quibus hæc celeberrima Chriſti poſtulatio & adumbrata, & prædicta fuit, exordiendum duxi: illam enim præſignauit primo id, quod quarto Regum legimus de Dauide, qui pro Abſalone machinante ſibi mortem, non ſolum orationem, ſed & lacrymas fudit. Secundo figurauit eam, quod in Exodo narratur de Moyſe, orante pro Iſraelitis, volentibus illum lapidare: necnon etiam, quod de Aarone libro Numerorum habetur, ad quem, ingrato illo populo in eos excandeſcente, dixit: *Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari mitte incenſum deſuper, pergens cito ad populum, vt roges pro eis: iam enim egreſſa eſt ira a Domino, & plaga deſæuit*. & alibi etiam ipſe Moyſes dixit: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo*. Pulchre etiam idem deli-

Marginal notes, left column: Apoc. 10. Idem. 1. 4. 8. 9. & 10. — 4. Reg. 4. — Iud. 16. — Leuit. 4. — Iob. 38. — Ezec. 40. — Gen. 42. — Matt. 15. — Apoc. 15. Idem. 12. & 16. — Luc. 11. — Deut. 28.

Marginal notes, right column: Gen. 1. — Gen. 1. & 2. — Gen. 8. — Ioan. 19. — 2. Cor. 5. — 4. Reg. 18. — Exod. 17. — Num. 16

Digitized by Google

delineauit tertio, quod Ioſeph fratribus dixit: *Vos cogitaſtis de me malum, Deus autem vertit illud in bonum, ego paſcam vos, & paruulos veſtros.* ac tandem hanc Chriſti orationem pro inimicis exorancis diſertis verbis prædixit Dauid, cum in perſona Chriſti ait: *Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam*, quibus conſonat aliud Iſaiæ vaticinium, dicentis: *Et cum ſceleratis reputatus eſt, & ipſe multorum peccata tulit, & pro transgreſſoribus rogauit.*

Ezech. 22. Deſiderauit olim Deus, vt Ezechiel commemorat, iuſtum aliquem, qui pro peccatoribus apud eum enixe intercederet: *Quæſiui inquit de eis virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra ne diſperderem eam, & non inueni:* at Chriſtus Dominus Patris deſiderium exacte in Cruce expleuit, aduocati munus exercens pro peccatoribus apud Deum, clamans ad eum: *dimitte illis, quia neſciunt, quid faciunt*: mirabile certe, & inauditum aduocati ingenium, ſingularis, ac rara conditio: alij clientis tutelam non niſi ſoluto precio, aut ſpe illius ſuſcipiunt, Chriſtus autẽ pro ijs, qui non aliud precium ei exoluunt, quam opprobria, & contumelias, preces ad Deum fundit, & aduocati munus perfectiſſime explet, vt concinne dixit melliſluus Bernardus: *Securum habes acceſſum homo ad Deũ, vbi mater ante filium, filius ante patrem: mater oſtendit filio pectus, & vbera, filius patri latus, & vulnera. non poterit vlla eſſe repulſa vbi tot ſunt inſignia charitatis.* Admiratione dignum eſſe reor, quod cum Chriſtus Dominus in horto pro ſe oraret, non abſolute, ſed conditionate loquutus eſt: *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte*, at quando a Patre expoſtulat, ne inimici eius damnationis calicem bibant, non conditionata, ſed abſoluta verba profert: *Pater dimitte illis*, quod ardentem Chriſti charitatem aperte indicat eo peruenientem, vt noſtram ſalutem propriæ vitę pręferens huius conditionatum, illius abſolutum deſiderium habuerit, cum etiam ante tribunal Caiphę, Herodis, & Pilati, qui iudex erat viuorum, & mortuorum, iudicandus adeſſet, multiſq. accuſationibus grauiter impeteretur tacet, ſilet, non ſe tuetur: at cum ante tribunal Crucis crucifixorum cauſa agitur, ipſo crucifixionis execrando ſcelere aduerſus ipſos proclamante, velut aduocatus ſuos clientes ita excruciantes ſe defendit, & pro eis veniam poſtulat, dicens: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.*

Ber. tract. de lau. virg. licet alij Arnold. illud aſcribant.

Gen. 49. Inter alias Iacob benedictiones illam huic argumento verba iſta Chriſti Domini explicãti ſatis conſentaneam eſſe reor, qua dixit: *Nepthali ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis.* Scio Hebræos doctores dicere, quod Iacob hic prophetauit de bello contra Siſaram, in quo Barach accepit ſecum decem millia de filijs Nepthali, qui fuerunt prompte, & expedite, quaſi ceruus emiſſus, & inde habita victoria Delbora, & Barach cecinerunt canticum Domino, vt habetur Iudicum quinto, & ideo aiunt ſubdi, *dans eloquia pulchritudinis*, id eſt eloquia diuinæ laudis. Nec me etiam latet Nicolaum de Lyra in hunc modum præfata verba interpretari, vt ſenſus ſit, quod ſicut ceruus velocior, & celerior eſt alijs animalibus ad currendum, ita pars terræ, quæ ſorti illi contingere debebat, ob eximiam eius vbertatem celerius maturos fructus redditura foret, & hinc factum iri, vt ſacerdotes oblatis ſibi huiuſmodi fructibus arborum celeriter ita mатureſcentium, diuinas laudes Deo eſſent decantaturi; quæ merito eloquia pulchritudinis vocari merentur. Verum, vt recte annotauit Rupertus, hunc locum intelligendum arbitror cum gloſſa ordinaria, de verbis Chriſti Domini, ac mirabili eius doctrina. verba Ruperti hæc ſunt: *Melius eſt ſi cuncta ad doctrinam Saluatoris referamus, ea quod ibi vel maxime prædicauerit, dans eloquia pulchritudinis, quippe cui veriſſime dictũ eſt: diffuſa eſt gratia in labijs tuis.* hęc ille. Inter pulchra autẽ Chriſti eloquia nulla quidẽ pulchriora cenſeri poſſunt, quam ea, quę eximiâ eius claritatẽ pręſeferũt, cuiuſmodi ſunt hæc: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt.* Vnde illa expendens D. Anſelmus, & excellentiam charitatis Chriſti admirans, dixit: *Chriſtus in Cruce leuatur, irridetur, blaſphematur, & ecce dicit: Pater ignoſce. O verbum magnæ patientiæ, magnæ dulcedinis, magni amoris, & indicibilis charitatis! ecce enim non ſuã attendit iniuriam, non pœnam reputat, non ſentit contumelias, non obliuiſcitur miſereri, ſed ipſis potius a quibus patitur, ille compatitur, o quibus vulneratur, ipſe medetur, vitam procurat, a quibus occiditur, orat pro eis, & non petit vltionem. Sic igitur anima mea, quid in Cruce agat, percontare, & reſpondebit tibi illud Pſalmographi: pro eo, vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam.* Hæc D. Anſelmus. Quibus nõ diſſimilia tradit D. Bernardus, dum ait: *Pater ignoſce illis, quaſi quæreretur indulgentiæ ratio in tam horrendo facinore, ſequitur, quia neſciunt quid faciunt, ac ſi diceret, ea digni venia, quo & puſilli ſcientia ſunt, ideo ignoſco illis, quia non agnoſcor ab illis: ſi enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Vt tamen excellentia huius charitatis Chriſti Domini magis effulgeat, in memoriam quæſo reuocemus, quæ ſanctiſsimi olim viri horribilia ſupplicia in hoſtes exercuerunt. Noe illuſus a proprio filio Cham, continuo illum maledixit: *Maledictus Chanaam, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* Elias venientibus ad ſe quinquaginta militibus cum eorum duce ab Ochozia Rege miſsis, audiens verba ducis; *Serue Dei Rex præcepit, vt deſcendas*, ipſe reſpondit: *Si ſeruus Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos*, continuo deſcendit ignis de cælo, & deuorauit eos. Eliſeus cum audiret pueros per irriſionem ei dicentes: *Aſcende calue, maledixit eis in nomine Domini*, vt ait ſacer textus, *& egreſſi duo vrſi de ſaltu lacerauerunt ex eis quadraginta duos.* Dauid etſi manſuetiſsimus, proximus iam morti filio ſuo Salomoni præcepit, vt debitas pœnas ſumeret de Ioab, qui per proditionem duos præclaros viros occiderat, & inſuper Semei, qui ipſum maledixerat, capitis plecteret

Lib. 23.

Nic. de Lyr. in cap. 49. Geneſ.

Rup. in Genes. lib. 9. c. 15. Gloſ. ord. in c. 49. Gen.

Anſel. ſerm. de paſſ.

S. Ber. li. de præcep. & diſpent.

1. Cor. 2.

Geneſ. 9.

4. Reg. 1.

4. Reg. 2.

3. Reg. 2.

Digitized by Google

ſupplicio. quid plura? Zacharias lapidibus impe-
titus vindictam a Deo poſtulans dixit, *Vi-
deat Dominus, & requirat.* Diſcipoli etiam Chri-
ſti, vt Diuus Lucas commemorat, incuriam,
& inurbanitatem Samaritanorum execraotes,
qui eos hoſpitio ſuſcipere renuerant, in eos gra
uiter animaduertere volentes, dixerunt magi-
Luca 9. ſtro: *Vis dicamus, vt ignis deſcendat de cælo, & con
ſumat illos?* at Chriſti charitas tantopere excel-
luit, vt neq. irriſus in Cruce, vt Noe, *Vah, qui de-
Marci 15. ſtruis templum Dei, & in tribus diebus readificas
illud:* neque rogatus, vt Helias, vt deſcendat Iu-
Mat. 25. dæis dicentibus: *Si filius Dei eſt, deſcendat de Cru-
ce:* neque prouocatus, vt olim Eliſeus, ab aſcen-
ſum eius in Crucem poſtulantibus, cum dicebāt,
Crucifige Crucifige: neque offenſus, vt Dauid ab
ijs qui eum maledixerant, & infinitis propemo-
dum conuicijs, & contumelijs affecerant, vindi
ctam aliquam ſumpſit: non maledictione, vt Noe
non igne deuorante, vt Elias, non vrſis irruenti-
bus, vt Eliſeus, non publico mortis ſupplicio, vt
Dauid, non flammis vrentibus, vt diſcipuli, ho-
ſtes conſumere ſatagit, ſed potius tanti ſceleris
Luca 23. veniam poſtulās ait: *Pater, Dimitte illis, quia ne-
D. Paul. ad heb. 12. ſciunt, quid faciunt.* vt non immerito D. Paulus
dixerit, *ad ſanguinis aſperſionem* acceſſiſtis *melius
loquentem, quam Abel.* Egregie, quidem ait melius
loquentem, quia illa vindictam fratris, iſta ve-
niam inimicorum expoſtulat. Hæc conſiderans
D. Bern. ſer. de paſſ. in fer. 4. hebd. pent. D. Bernardus aiebat: *Vide nunc opera Domini, qua
poſuit prodigia ſuper terram. flagellis caſus eſt, ſpi-
nis coronatus, clauis confoſſus, affixus patibulo, op-
probrijs ſaturatus, omnium tamen dolorum imme-
mor, ignoſce ait illis, quia neſciunt, quid faciunt.* Bo
ne Deus, quanta ſonorū diuerſitas auribus meis
perſtrepit? audio ſonum clauorum manus, & pe-
des Chriſti terebrantium; audio verba, & contu
melias irridentium; audio clamorem Chriſti ve
niam pro inimicis expoſcentem. Spiritusſanctus
Eccleſiaſ. 22 dixit: *Muſica in luctu importuna narratio,* at in
lacrymanda Chriſti paſſione canticum hoc: *Pa-
ter dimitte illis, quia neſciunt, quid faciunt,* quod
velut cygnus iam moribundus cecinit, non im-
portuna, ſed alacris, & læta narratio, cum nihil
charius debitori ſit, quam quod debitum ei di-
mittatur. Vt tamen naturam huius cæleſtis can-
tus melius percipiamus, nō abs re erit, ni fallor,
duorum illorum meminiſſe fratrum, de quibus
Gen. 4. ſacra Geneſeos narrat hiſtoria vnum *Iubal*, alte-
rum *Tubalcain* nominatos; primum fuiſſe pa-
trem canentium cithara, & organo; ſecundum
vero malleatorem, & fabrum ferrarium. Anno-
tant autem antiqui Hebræi, hac ratione artem
canendi Iubal adinueniſſe, quod ſecundum diuer
ſitatem ſonorum, quos Tubalcain faberferrarius
incudem percutiens cauſabat, diuerſos ipſe vo-
cum concentus efformabat. Non diſſimiliter
Chriſtus Dominus velut alter Iubal dulciſſimæ
illius muſicæ (dilectionis intelligo inimicorum)
primus inuentor, vt ſatis innuunt verba eius:
Ioan. 13. *Mandatum nouum do vobis,* ad ſonū ictuum clauo
rum manus, & pedes confodiētium, nec non, &
verborum, quæ contumelioſe in illum iacta-

bant, ipſe ſuauem illum orationis ſuæ concen-
tum adinuenit: *Pater dimitte illis, quia neſciunt
quid faciunt.* Narrat ſacra Scriptura 1. Regum 1. Reg. 16.
adeo mirabilem vim habuiſſe concentum, & mu
ſicam Dauidis, citharam tangentis, vt impium
ſpiritum Saulem obſidentem longe ab eo abige
ret. ſic enim ait ſacer textus: quando ſpiritus
malus arripiebat Saul, Dauid ſumebat citharam,
ac percutiebat manu ſua, & recedebat a Saul
ſpiritus malus. Non ſecus proculdubio Chriſtus
Dominus ſuauitate concentus orationis ſuæ
multorum corda ad ſe conuertit, & a peccatorū
obſidione, & dæmonis tyrannide liberauit. vt D. Aug. de
enim teſtatur D. Auguſtinus de ſeptem verbis ſep. verb. D.
Domini, ſuauitas huius orationis bonum latro-
nem, Centurionem, & illos omnes, de quibus ait
Euangeliſta, quod *Reuertebantur percutientes pe
ctora ſua,* efficaciter ad veritatis agnitionem per
traxit. & Diuus Leo ſer. de paſſ. ait: *De eiuus vti-* D. Leo. ser.
que orationis potentia fuit, vt prædicatio Petri A- 11. de paſſ.
*poſtoli ex ijs, qui dixerunt, ſanguis eius ſuper nos
& ſuper filios noſtros, & multorum ad pœnitentiam
corda conuerteret, & vno die baptizarentur tria ſe-
re millia Iudæorum, fieretque omnium cor vnum, &
anima vna paratorum iam pro eo mori, quem popo-
ſcerant crucifigi.* Et D. Hieronymus verſans ver-
ba illa Iſaiæ: *Ideirco ſuper hoc dimittetur iniquitas* Iſai. 27.
domus Iacob, ait, *propter hoc, id eſt, propter Chriſti
orationem auferetur peccatum eius ſi voluerit age-
re pœnitentiam, & merebitur benedictionem Dei,
qui ſibi maledictionem fuerat imprecatus, dicens: ſan
guis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Et D. Cy
prian. tradit ſer. de paſſ. propter hāc Chriſti ora D. Cypr. ser. de paſſ.
tionem Iudæorum ſupplicium per quadraginta
& eo amplius annos dilatum eſſe, vt poſsēt ſi vel
lent, pœnitentiam agere, ſuique peccati remiſſio
nem conſequi.

Verum iam ſingula huius diuini concentus
verba expendamus. Primum eſt, *Pater,* quaſi di-
cat, non clamo ad te tāquam ad iudicem, vt ſe-
uero iudicio in inimicos meos inueharis, non
tamquam ad Regem, qui potentia Regiæ maie
ſtatis velut immanes hoſtes comprimas atque
coerceas: ſed te inuoco tamquam Patrem beni-
gniſſimum, vt propter dulcedinem huius nomi-
nis, & propter amorem, & obedientiam, quam
tibi Patri, vt obſequentiſsimus Filius impendo,
etiamſi illi ſint ingrati, & inobedientes, ad me
reſpiciens, propter me veniam illis impertiaris.
Secundum verbum fuit, *dimitte illis,* quaſi dicat,
ego ſalutem eorum propriæ vitæ præfero, ergo
& tu præferre debes charitatem, qua pro illis
ſanguinem fundo, iniquitati eorum, ita vt in con
ſpectu tuo præponderet magis charitas hæc ad
dimittendam eis hanc noxam, quam iniquitas
eorum, ad illam grauiter puniendam, ergo *dimit
te illis.* Si enim mors in arbore paradiſi præua-
luit, ecce mortem in arbore Crucis confixam, *di
mitte* ergo *illis,* ne mortem incurrāt: ſi peccatum
nō dimittitur, niſi reſtituatur ablatū, & ex arbo
re illa ablatum fuit pomum ligni vetiti fructus:
ecce me in eius compenſationem velut arbo-
ris Crucis fructum ex eo pendentem accipe
ſolu-

Digitized by Google

ſolutionem illius debiti, dimitte ergo illis, tandem Pater ſancte. Profunda humilitas, inaudita patientia, ardentiſſima charitas, & aliæ excellentiſſimę virtutes, quas in me agnoſcis, à te hoc prę mium obtinere expoſtulant, vt tantum facinus patrantium corda contritionis dolore emollias, & ad te ſupremum, & vltimum omnium finem conuertas. Tertium verbum fuit: *quia neſciunt quid faciunt*. D. Auguſtinus libro quęſtionum veteris Teſtamenti ſacramenta huius verbi referans, ait: *Quid eſt, quod in Cruce poſitus Saluator ait, ignoſce illis, non enim ſciunt quid faciunt: ſi enim neſciūt quid eſt quod ignoſcitur, maxime cum dicat Rex Abimelech ad Deum? nunquid gentem ignorantem perdes? non omnis ignorans immunis à pœna eſt, ille autem ignorans poteſt excuſari à pœna, qui a quo diſceret non inuenit: iſtis autem hoc ignoſci petit, qui habentes a quo diſcerent, operam non dederunt* huiuſmodi ſcire, quę non licet ignorare. accipiāt ergo veniā ſi cōuertātur. His annectere placet illuſtre teſtimoniū Simonis Caſſiani, qui in hæc verba perdocte ſatis ſcripſit: *Sciunt quia crucifigūt, ignorant, quem crucifigunt; Romani enim erant, aut de gentibus incircumciſis miniſtri, & milites Pilati, qui hoc miniſterium exercebant, & nutriti ſub cultura perfidiæ, quæ dicebatur ſeruitus idolorum, nec aſſueti erant vaticinijs Prophetarum, vt coniecturare poſſent, aliquando Dei Filium in carne potuiſſe venire: vnde omnino neſciebant, quem crucifigebant. Quamobrem miſericorditer ſubuenit eis gratia Saluatoris, & omnis culpa eſt mitior, faciliuſque meretur veniam quæ ab ignorantia, quam quæ a malitia ſumit exordium: neſciebant enim quid facerent cum fidem credulam adhiberent diffamatoribus Iudæorum, & eis placere geſtientes animoſius pœnis Chriſtum afficiunt*. & infra. *Poteſt autem ex Chriſti magna benignitate comprehendi, quod etiam Iudæi ad hanc interceſſionem pro conſequenda indulgentia pertinerent illi dumtaxat, qui Chriſtum nullo modo cognouerant: ſi vero ſcientes in iſtam orationem veniſſent, fruſtra remiſſionis, ſeu dimiſſionis cauſam inueniſſet Saluator, quia neſciunt quid faciunt, eſt ſiquidem, Quia, ſemper redditio cauſæ*. hæc ille. Cuius ſententia videtur certe Auguſtini teſtimonio confirmari poſſe; nam ille ponderans Iudæos mente compunctos, quod Meſſiam occidiſſent, ad prædicationem Petri dixerunt: quid faciemus (in Ioannem ita ſcribit) *Viderunt enim ſe ingenti crimine impietatis aſtrictos, quando illum occiderunt quem venerari, & adorare debuerunt, & hoc putabant eſſe inexpiabile: magnum enim facinus erat, cuius conſideratio illos faceret deſperare: ſed non debebant deſperare, pro quibus in Cruce pendens Dominus eſt dignatus orare: dixerat enim, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Videbat quoſdam ſuos inter multos alienos, illis iā petebat veniam à quibus adhuc accipiebat iniuriā. Non enim attendebat, quod ab ipſis moriebatur, ſed quia pro ipſis moriebatur. Multum eſt, quod illis conceſſum eſt, ab ipſis, & pro ipſis, vt nemo de ſui peccati dimiſſione deſperet, quando illi veniam meruerunt, qui Chriſtum occiderunt*. hæc ille. Verum duæ hic non contemnendæ obiectiones ſe offerunt. Prima, quomodo cohęrent verba hæc, *neſciunt quid faciunt*, cum verbis illis, quæ antea Chriſtus Dominus pędixerat, *& viderunt, & oderūt me, & Patrē meū* & illa alia, *ſcitis, & vnde ſim ſcitis*. Huic obiectioni occurrimus, Chriſtum Dñm in illis verbis: *neſciunt quid faciunt*, locutum eſſe de crucifixoribus militibus Romanorum, & multis etiam vulgaribus Iudæis, qui ſacramenta legis, & Prophetarum ignorabant; in alijs vero verbis, quibus fatetur hoſtes ſuos illum non ignoraſſe, de principibus Sacerdotum loquitur, qui horrendum illud crucifixionis ſcelus Iudæis ſuggerebant, & vt illum perſequerētur, a principio excitarunt, immo & impulerunt. Secunda vero obiectio eſt, quia cum Chriſtus Dominus poſſet ex Cruce non minus facile peccatorum remiſſionem inimicis ſuis impertiri, quam antea Magdalenæ impertitus fuerat, dicens: *remittuntur ei peccata multa*: quare ipſe imperio, & poteſtate excellentiæ vtens, non dixit eis, ignoſco vobis! Huic obiectioni non aliter reſpondere duxi, quam Diuus Chryſoſtomus reſpondit his verbis: *Dominus dixerat, orate pro perſequentibus vos, hoc etiam Crucem aſcendens fecit dicens: Pater dimitte illis, non quod ipſe non poſſet relaxare, ſed vt pro perſequentibus orare doceret, non ſolum verbo, ſed opere*. hæc ille. Quibus etiam aperte indicat præcipuum fructum, quem ex hac Chriſti oratione decerpere debemus, hunc eſſe, nimirum, vt ad imitationem Seruatoris, inimicis noſtris facile iniurias condonemus: hoc enim arbitror eſſe præceptum illud, de quo regius Vates Chriſtum alloquens dixit: *Exurge Domine in præcepto, quod mandaſti, & ſynagoga populorum circumdabit te*. Noui certe priſcos Patres, & recentiores etiam quoſdam interpretes aliter interpretari hunc locum; Hieronymi verſio ſic habet: *Conſurge ad me in iudicio quod mandaſti*. Felix autem vertit: *Exurge ad me iudicium præcepti*, vel excita pro me iudicium, quod præcepiſti. conſonat his tranſlatio Chaldaica, *Accelera mihi iudicium, quod mandaſti*. Vnde ſenſum volunt eſſe, quod ſicut ipſe præceperat iudicibus, vt in flagitioſos animaduerterent; ita ipſe conſurgeret aduerſus eos, vt timore ſupplicij conterriti ad ipſum confluerent, illumque circumdarent. Subſcribit huic interpretationi Theodoretus, dicens: *Tu legem ſanxiſti, vt iniuria affectos vlciſceremur, quod igitur alios facere mādaſti, tu ipſe Dñe perfice, tu ipſe mihi Dñe auxiliū impertire; nā hac ipſa prouidētia tua declarata omnes tibi hymnos offerent, Deūq; altiſſimū, vt qui rerum omnium curam habes, & digna iniuſtis ſupplicia, irrogas, appellabunt*. Diuus Baſilius de præcepto honorandi parentes, prædicta verba exponit: *Deum*, inquit, *rogat, vt ad vindictam præcepti neglecti, quod mandauit exurgat, præceptum autem erat hoc a Deo perſcriptum, honora patrem tuum, & matrem tuam, quod filius ipſius tranſgreſſus erat: ideo rogat, vt & eum ipſum corrigat, atque caſtiget, & exēplū multis ſit, quo admoniti reſipiſcāt*. Remigius vult hoc præceptū, de quo Propheta, humilitatis, & obediētię pceptū eſſe, *manifeſtare*

D. Aug. de quæſ. vet. & nou. teſ.

Gen. 20.

Sim. Caſſ. li. de paſſ.

D. Auguſt. tract. 31. in Ioann. poſt med. 19.

Ioan. 15.

Luca 7.

D. Chryſ. in Matth. c. 5.

Pſ. 9.

D. Hier. pſ. 9. Felix ibid. Parap. Chaldaica ibid.

Theodor. in Pſal. 7.

D. Baſ. sup. Pſ. 7.

Remigius in Pſ. 7.

inquit, *in præcepto quod mandaſti primis parentibus, ſcilicet in obedientia, & humilitate, vt per illam conuertas eos ad te, vt diſcant per humilitatem eum vincere, qui per ſuperbiam primum parentem ſuperauit, & cum ſic apparueris, ſynagoga populorum circumdabit te, id eſt cōgregatio fidelium, & infidelium circumdabit te, illi ad imitandum, iſti ad perdendum*. Paulus Burgenſis aliam viam ingreſſus in expoſitione huius Pſalmi, ait: *Quia Aethiops ille Semei volebat prætendere, quod Dauid inuaſiſſet Regnum, vel intruſiue, idcirco Dauid petit ſtabilitatem Regni ſui, quod legitime habuerat, tum per inſtitutionem diuinam per Samuelem: vnde dicit: Exurge Domine in præcepto quod mandaſti, in confirmatione Regni mei, quod ex præcepto habui, tum quia Regnum habuit ex electione humana, conformanda ſe diuinæ inſtitutioni; vnde dicit, & ſynagoga populorum circumdabit te, quia populi congregati, ſcilicet in Hebron, & in Hieruſalem ſequendo mandatum Dei, ipſum Dauid receperunt in Regem, vt patet ſecundo Regum*. Chriſtopolitanus Epiſcopus diuerſam aliam adhibet intelligentiam in hæc verba: *Exurge Domine IESV Chriſte in præcepto, quod promiſiſti, quando fleuiſti ſuper Hieruſalem, dicens: Circumdabunt te inimici tui vallo, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, quaſi dicant, imple illud dictum, & prophetiam, & præcipe Romanis, vt veniant contra Hieruſalem, ad vindicandum mortem tuam, quia ſynagoga, id eſt congregatio omnium populorum gentilium circumdabit te, & venient ad deſtruendam Hieruſalem, te verum Meſſiam recipiendo*.

Paul. Burg. in Pſ. 7. — *Iacob. de Valen. Chriſt. epiſc. in Pſ. 7.*

Ceterum licet has omnes expoſitiones veneremur, aliam D. Chryſoſtomi noſtro argumento omnino conſentaneam hoc loco ſequendam duxi: *Quid eſt*, inquit, *in præcepto, quod mandaſti? vt opem feramus his qui iniuria afficiuntur, & non negligamus eos, quibus extruuntur inſidiæ: quod in erga nobis lege conſtituiſti, hoc etiam facto nobis exprime* & ſubdit hoc præceptū intelligi etiam de eo, quod iuſſit nō habere odio inimicos, & cōcludit: *nihil humanum ne hic quidem ſuſpiceris, etſi enim tales ſunt dictiones, ſunt tamen ſenſa, quæ Deo conueniant. quid eſt ergo circumdabit te, pro eo quod eſt canet tibi, laudabit te, quoniam hoc per choros faciebant in orbem circumſiſtentes in templo, & in altari*. Richardus hāc ſecutus expoſitionem ait: *Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mādaſti, id eſt in charitate, quod eſt nouum mandatum, & ſic ſynagoga populorum id eſt congregatio fidelium circumdabit te; ad imitandum*. Hoc igitur charitatis præceptum, ad cuius publicam impletionem vt omnes ſtimularentur, regius Vates Chriſtum Dominum inuitabat, ipſe in Cruce perfecta, atque omnibus numeris abſoluta obſeruatione impleuit: nam cum ipſe hoc præceptum dederat: *diligite inimicos veſtros*, certe Patri dicens ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, doctrinæ opera cōformans, quod docuerat re ipſa exequitur, vt ſic ad inimicorum dilectionem amplectendam non ſolum verbo inſtrueret, ſed exemplo fortius excitaret, ac vehementius impelleret. Mundus, velut olim Lacedæmoniorum reſpublica, legem tulit de vindicandis iniurijs: at ſicut quondam Traſibulus, qui poſt partam Athenienſium victoriā eam dulciſſimam legem condidit, ne quis quēpiam de quacunque iniuria præterita ſibi illata accuſare poſſet (quam apte obliuionis legem vocitauit) ita Chriſtus Dominus legem condidit dilectionis inimicorum, legem certe obliuionis iniuriarum, ne quis eas vlciſci audeat: tamen quia hoc profanis mundi ſectatoribus, arduum, ac perdifficile præceptum ſemper viſum fuit, id ſolum probare, Deo auſpice, annitar, obſeruationem huius diuinæ legis animæ, corpori, & honori mirum in modum vtilem, & conſentaneam eſſe, vt ſaltem tam mirificæ vtilitatis præmio fidelium animi allecti, difficultatem, quam imbecillis caro adeo exhorreſcit, Saluatoris gratia facile ſuperēt. Et quidem in primis dilectionem inimicorum vtilem valde eſſe animæ, præterquā rem Catholicis viris indubitatam aſſero, tria præcipue id ſatis probare autumo. Primum quidem inter omnia dona diuinitus elapſa, vnica hypoſtatica vnione excepta, quæ naturalem Dei filiationem Chriſto contulit, nullum excellentius excogitari poteſt, quam filium Dei adoptiuum eſſe: ſic enim homo fit conſors diuinæ naturæ: medium autem ad obtinendam hanc adoptiuam filiationem, Chriſto Dño id atteſtante, dilectio inimicorum eſt, diligite inimicos veſtros, *Vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt*. Sicut enim parentibus ſimiles filij euadere ſolent, in eo præcipue filij Deo Patri aſſimilantur, quod inimicis parcere, & ſicut ille, beneficia conferre non dubitent. Vnde cum Chriſtus Dominus in Cruce pro inimicis orauit, & cum clamore maximo expiraſſet continuo Centurio eo ſigno cognoſcens filium Dei eſſe, proclamauit: *Vere hic homo Filius Dei erat*. Atque huc facit, quod ſacra Scriptura 1. Reg. commemorat, Saulem nunquā Dauidem filij nomine donaſſe, niſi, quando ipſo in ſpelunca exiſtente Dauid nō voluit cum alioquin facile poſſet, ab eo vindictam ſumere. itaq. non nominauit illum filium quando gigantem Goliath viriliter interfecit, nec quando hoſtes alios fortiter expugnauit, nec tandem, quando propriam filiam Michol in vxorem ei dedit, ſed ſolum cum vidit ab opportuna vindicta ſe abſtinuiſſe, tunc dixit: *Nūquid vox tua hæc eſt fili mi Dauid?* Ac tandem legimus Moyſem tunc ſolum vocatum Deum: *Ego te conſtitui*, ait Dominus, *Deum Pharaonis*, quando perpluries dimiſſurus erat Pharaoni. Scio multos Doctores ea propter exiſtimaſſe vocaſſe illum Deum, quia decreuerat virtutem illi impertiri ad patranda portentoſa illa prodigia, quorum effectio ſolius omnipotentiæ Dei propria eſt: Clemens tamen Alexandrinus ideo ait vocaſſe illum Deum, quia illuc vſq. velut homo ſe geſſerat in Aegyptium animaduertens, & illum occidens, nunc Dei conditionem, & ingenium induens ſæpe verbo, & opere Pharaoni ignoſciturus erat, in quo quia valde Deo ſimilis fiebat, ideo illum Deū vocitauit, dicēs: *Ego te cōſtitui Deū Pharaonis*. Hæc aperte nobis

D. Chryſ. in expoſ. eiuſd. loci. — *Ricar. in expoſ. eiuſdem loci.* — *Matth. 5.* — *Matth. 5.* — *Mar. 15.* — *1. Reg. 24.*

Digitized by Google

nobis indicāt, eū nomine filij Dei dignum eſſe,
qui cū poſſit de inimicis debitas pœnas ſumere,
accēſus tamē charitatis ardore ad imitationem
Chriſti iniurias vlciſci minime tentat. Huc etiā
pertinet, quod inſigne diſcipulorū Chriſti, quo
ab alijs ſecernūtur, dilectio inimicorū eſt, vt pa-
Ioan. 13. lā ipſe teſtatus eſt, dicens: *In hoc cognoſcent, quod*
diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad in-
uicem. Quæ verba vt aliquantulum illuſtremus,
obſeruandum eſt, tam Principes, quam alios in-
ſignes viros conſueuiſſe in anulis, vel vexillis, &
ſimilibus inſignia nonnulla exſculpere, quibus
ipſi tam præſentibus, qua poſteris magis inno-
Ric. Brit. lib. 1. teſcerent. Romani enim, vt refert Richardus,
Aquilam, & Minotaurum vexillis imprimebāt,
Aſſyrij columbā Semiramis Reginæ, milites Da-
rij Regis accipitres tres, ſignificare volentes ar
morum vnguibus Regem Darium præcipuas
mundi partes arrepturum. Plato refert Regem
Gyges ſolitum portare in anulo ſingularem quē-
dam lapidem, qui in capite draconis reperitur,
& ſymbolum pacis eſt, vt ſe amātiſſimum illius
Alex. ab Alex. l. 2. c. 19 portenderet. Alexander etiam ab Alexandro,
& Solinus de Pyrrho Epirotarū Rege, tanta illū
erga Deum Apollinē religione viguiſſe narrāt,
vt in precioſo cuiuſdam anuli lapide effigiem
eius frequenter ſecum afferret, quam nouem
muſis circumdari fecit, vt ſe poeſis amantiſſimū
eſſe, omnibus innoteſceret. Catonem item me-
mini legiſſe anulum quendam portare ſolitum,
cui hæc inerat inſcriptio: *Amicus vnus, inimicus*
nullus. Itaque omnes iſti eorum, quæ amabilio-
ra, & chariora habebant, certa argumenta, &
indicia poſteris relinquere curarunt, quibus eo-
rum animos, & affectus magis omnibus propa-
larent. Non ſecus Chriſtus Dominus, vt ſe, &
diſcipulos ſuos omnibus gentibus palam face-
ret, amorem inimicorum, & dilectionem adin-
uicem, tāquam ſtēma, & inſigne religionis Chri-
ſtianæ poſteris ſuis reliquit, ad quod ſane allu-
2. Cor. 2. dens D. Paulus dixit: *Vnxit nos Deus, qui & ſi-*
gnauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus no-
ſtris. Primum ait, *vnxit nos*, vt lapideum cor
noſtrum diuina vnctione emolliēs ad ſigillatio-
nem, & impreſſionem, quam intentabat, magis
diſponeret. Secundo ait, *ſignauit*, eo quidem ſi-
Cant. 8. gnaculo, de quo in canticis: *Pone me ſignacu-*
lum ſuper cor tuum. Tertio ait impreſſiſſe *pignus*
ſpiritus in cordibus noſtris, quod non aliud, quam
charitatem eſſe, & dilectionem proximi, nemo
ſanę mentis ambigere poteſt, Apoſtolo dicente:
Ad Rom. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spi-*
ritum ſanctum, qui datus eſt nobis.

Secundum principale caput, vnde facile ve-
nari poſſumus, quantum dilectio inimicorum
vtilitati animæ conferat, illud eſſe reor, quod
nullū peccati genus ſeuerius puniat Deus, quā
inimicorum vindictam, charitati e diametro re
pugnantem, in cuius figura legimus Deum in
Deut. 14. Deuteronomio camelum reprobaſſe, indignum,
vt ei in ſacrificium offerretur, propterea arbi-
trans, quia iniuriis laceſſitos eius vlciſcendæ
libidine vehementer flagrat. Hericium etiam
ſimiliter reprobauit, eo quod aculeis pungen-
tibus circumdatus, alia ſibi adhærentia anima-
Leuit. 11. lia facile lacerat. Legimus etiam in Leuitico
reprobaſſe aquilam, miluum, accipitrem, & alias
rapaces aues, quæ vnguibus ſuis alias inclemē-
ter exulcerantes iniuriarum acerrimi vindices
ſunt. Hæc ad vmbram pertinent odij, quo Deus
inimicos odientes proſequitur, veniamus ad ea
quæ clarius id exprimunt, & abſque vllo ænig-
mate manifeſtant. Refert ſacra Scriptura libro
Exod. 17. Exodi, Amalechitas contra Iſraelitas ira perci-
tos tranſitum eis impediſſe, ne quo deſidera-
bāt proficiſci poſſent, quadraginta tamen annis
tranſactis eos in hunc modum Deus puniuit:
1. Reg. 15. vocauit Saul, dicens ei: *Recenſui quæcumque*
fecit Amalech Iſraeli, quomodo reſtitit ei in via cū
aſcenderet de Aegypto: nunc ergo vade, & percute
Amalech, & demolire vniuerſa eius, non parcas ei,
ſed interfice à viro, vſque ad mulierem, & paruulū,
atque lactentem, bouem, & ouem, camelum, & aſi-
num. Libro etiam Iudicum Rex Adonibezec,
immaniter adeo ſe gerebat aduerſus inimicos,
vt cum Reges quoſdam captiuos duceret, poſt-
quā grauiter eos percuti iuſſerat, eaſdem quas
canibus, eſcas edendas porrigebat. legē tamen
talionis Deus tāquam acerrimus vindex eum
Iudic. 1. ſubire coegit, Rege ipſo dicente: *Septuaginta*
Reges amputatis manuum, ac pedum ſummitatibus
colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias, ſicut
feci, ita reddidit mihi Deus. Aman ſimiliter, eo
quod videret Mardochæū nō ſibi genu flectere,
tanto iracundiæ feruore incaluit, vt illū in li-
gno ſuſpendere tentaret. At Deus iudex ęquiſ-
ſimus vindictam hanc, quam de hoſte ſumere
cupiebat, in illum conuertit: nam vt habetur eo-
dem libro Eſther, quodam eunucho dicente
Lib. Eſth. 7. Regi: *En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui*
locutus eſt pro Rege, ſtat in domo Aman, habens
altitudinem quinquaginta cubitos, reſpondit Rex:
Appendite eum in eo, & ſubdit ſacer textus: *Su-*
ſpenſus eſt itaq. Aman in patibulo, quod parauerat
Mardochæo. His addamus inſigne aliud ſuppliciū,
quo Deus Regem Achab, & Reginam Iezabel,
4. Reg. 7. ſeuero, ſed iuſto iudicio mulctauit. hi Reges con
3. Reg. 21. tra Nabot indignati, quod vnicam vineam, quā
habebat, eis concedere renuiſſet, mortem illi ma
chinati ſunt, falſum illi præcipientes imponi te-
ſtimonium. Adiudicatus eſt à iudicibus, vt la-
pidaretur, lapidatuſque eſt Nabot, & mortuus
eſt, & ſanguinem eius linxerunt canes. Elias ta-
men prædixit Regi ſupplicium, quod à Deo ſi-
bi imminebat: *Hæc dicit Dominus, in loco hoc, in*
quo linxerunt canes ſanguinem Nabot, lābent quo-
que ſanguinem tuum, & paulo poſt ait: *Sed & de*
Iezabel locutus eſt Dominus, dicens: Canes come-
dent Iezabel in agro Iezrahel. Sententiam hanc
impleuit Deus contra hos Reges, executionem au-
4. Reg. 9. tem eius habes libro quarto Regum, vbi ſacer
textus commemorat, carnes Iezabel à canibus
3. Reg. 21. fuiſſe deuoratas. Rex tamen quia humiliauit
ſe coram Deo, non induxit Deus malum ſuper
illum in diebus ſuis, ſed poſt mortem tamen
ſeptuaginta filios eius iugulari pręcepit, & quia

fru-

fructus vineæ Nabot in plures cophinos collegerat, ideo capita filiorum abſciſſa in cophinis poſita fuere, vt quemadmodum ipſe vindemiauerat alienæ vineæ fructus, ita mors vindemiaret fructus viſcerũ eius, nempe ſeptuaginta eius filios. ſic enim ait ſacra hiſtoria libri quarti

4. Reg. 10. Regum: *Tulerunt filios Regis, & occiderunt ſeptuaginta viros, & poſuerunt capita eorum in cophinis, & miſerunt ad eum in Iezrahel. venit autem nuncius, & indicauit ei dicens, attulerunt capita filiorum Regis, qui reſpondit, ponite ea ad duos acer*

Ioſue 10. *uos iuxta introitũ portæ vſq. mane.* Ac tãdem cum quinque illi Reges expugnare moliti ſunt Gabaonitas, eo quod pacem cum populo Dei inire vellent, deſiderabant enim, vt Gabaonitæ ſecum ſolum amicitiæ fœdere eſſent coniuncti, populo vero Dei inimici: Deus pacis amãtiſſimus indignatus contra illos, quod non vellent illum imitari in eo, quod ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos,

Matth. 5. luce ſolis, & pluuia eos debellari, & profligari fecit, nam poſtquam copioſam grandinem in eos miſit, quæ ad modum tormenti bellici omnes exulcerabat, atque interficiebat, ita vt fa-

Ioſue 10. cer textus dicat: *Mortui ſunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percuſſerant filij Iſrael.* vltra hoc inquam ſupplicium aliud etiam immiſit, quod ſtare fecit ſolem, ne tenebris noctis ingruentibus incepta expugnatio ad finem vſque perduci non poſſet, vnde Ioſue dixit: *Sol*

Ibidem. *contra Gabaon ne mouearis. Stetitque ſol in medio cæli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei.* Ecce quam ſollicita diuina iuſtitia fuerit in plectendis odio inimicos proſequentibus.

Tertium caput, vnde facile deprehendere poſſumus, quam vtilis ſit animæ inimicorum dilectio, à contrario argumẽtando facile colligi poteſt, cum nemo ſit, qui malum inferens inimico, grauius nocumentum animæ ſuæ nõ inferat. Sicut enim apis aculeo ſuo pungens, vitam amittit, ita qui alium lædit, ſeipſum prius interficit,

Ps. 36. iuxta illud Dauidis: *Gladius eorum intrat in corda eorum.* Vnde ſicut vulpes Sampſonis ignẽ, quẽ in caudis portabant, agros deuaſtantes maius nocumentum ſibi quam agris intulerunt: ita qui in inimicos inuehuntur, acrius ſe, quam illos exulcerant. Hanc veritatem non parum illuſtrari poſſe exiſtimo ex illo Geneſis 27. vbi legi-

Gen. 27. mus, quod quando Rebecca aduertit Eſau machinari mortem fratri ſuo Iacob, miſit illum in domum Laban, dicens: *Cur vtroque orbabor in vno die?* Probe enim agnoſcebat, quod Eſau Iacobum interficiens, ſeipſum etiam grauiori morte afficiebat, & ideo quaſi vterque moriturus foret, dicebat, cur vtroque (ſcilicet filio) or-

Boet. lib. 4. proſ. 4. babor? Atque hinc eſt, Boetij ſententiam plurimum commendatam fuiſſe, dum dixit, miſerior eſt iniuriæ illator, quam acceptor.

Sed quam vtilis etiam corpori ſit inimicorum dilectio, nunc videamus. id perſpicue oſtẽdit antiqua illa priſcorũ imago, teſte Char-

Carthar. de imag. Deor. fol. 169. tario, qui Deũ Martẽ pugione pectus terebrãte depingebant, & pedibus nigra, ac denſiſſima nube irretitis, quibus innuere volebant, odium inimici immanem mucronem eſſe, viſcera hominis confodientem, & paſſionem iracundiæ, velut denſiſſimam nebulam, mentis claritatem obſcura caligine obſcurare. Hoc idem egregie exprimit, quod Abigail dixit Regi Dauid, vt perſuaderet illi, ne vindictam de marito ſuo

1. Reg. 25. ſumeret: *Non erit*, inquit, *tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupulum cordis domino meo.* Quin & eodem loco bonum ei prænunciauit, quod ſi parceret Nabal marito ſuo, etiam ſi inimici irruerent in eum, Deum fore illum incolumẽ, & illæſum ſeruaturum: *Si enim* ait, *ſurrexerit aliquando homo perſequens te, & quærens animam tuam, erit anima domini mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuentium apud Dominum Deum tuum.* Deinde finge Deum tibi hanc legem impoſuiſſe, vt iniurias omnes à quocumque tibi illatas vlciſci deberes ſub æternæ damnationis pœna, nonne corpori grauior hæc lex, & intolerabilior foret? vt ſæpe ad id lõgiſſima itinera peragere, ingentes ſumptus facere, & vitæ diſcrimini ſæpe ſe exponere oporteret, maxime ſi à potentiori vindictam ſumere deberes. Legem igitur dilectionis inimicorum vindictam hanc prohibentem corpori vtilem valde eſſe nemo prudens negabit. Sed iam quã honori etiam conſentanea ſit, diligenter perpendamus: ſi enim nihil honorificentius excogitari poteſt, quam creaturam imitatricem eſſe Creatoris ſui, nihil conſequenter honoratius erit, quam inimicis iuxta morem, & ingenium Dei benefacere, ex quo facile elicio, quam abſurda loquendi ratio ſit ea, quæ multis fidelibus familiaris eſſe ſolet, contra proprium videlicet honorem eſſe, illatam iniuriam non vindicare. id enim exiſtimauerim implicite, & inuolute errorem contra fidem catholicam continere, eſt enim manifeſtus error aſſerere, obſeruare legem diuinã, cum proprio honore pugnare: at lex diuina inimici vindictam prohibet, ergo aſſerere contra honorem eſſe hanc cuſtodire legem, inuolutum, & implicitum continet errorem. Deinde ſi nobili alicui viro manibus, & pedibus ligatis alius alapam impingeret, quis adeo inſanæ mentis eſſet, vt propterea putaret illum proprio honore expoliatum iri? immo potius qui illum ligatum aggreſſus eſt, propriũ honorem denigrauit. Igitur cum Dei præcepta, inter quæ inimicorum dilectio continetur, ligamina quædam ſint, quibus fideles conſtringuntur, iuxta illud Eccleſia-

Eccl. 6. ſtici: *Vincula eius alligatura ſalutis*, quibus omnia & ſingula eorum membra alligata ſunt, ne proximo iniuriam aliquam inferre poſſint: nemo prudens inimicis parcere, eorumque vindictam execrari dedecori aut infamiæ adſcribet.

Homil-

Homilia Secunda.

Boni Latronis conuerſio quam mirabilis ac portentoſa fuerit. in illa verba: Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Quæ multiplici ſacra Scriptura, & ſanctorum Patrum doctrina palam fit.

ANTEQVAM abdita myſteria,
reconditaq. ſacramenta, qui-
bus propoſita verba ſcatent,
detegamus, prius nodum illum
enodandum duxi, an latro
iſte Chriſtum Dominum in
Cruce exiſtentem blaſphema-
uerit: totaque dubitandi ratio inde emergit,
Matth. 27. quod Diuus Matthæus dicat: *Latrones qui cru-*
cifixi erant cum eo, improperabant ei; Diuus vero
D. Lucas. Lucas aſſerat: *Vnus autem de his, qui pendebant*
latronibus, blaſphemabat eum. Huic apparenti cō-
D. Bona. c. 23. Luc. tradictioni occurrit Seraphicus noſter D. Bona
uentura, duplicem viam aperiens ad Euangeli-
ſtarum concordiam. ſic enim ait: *Hæc contra-*
rietas diſſoluitur dupliciter, vno modo, quod ver-
bum Matthæi intelligatur per Synecbdochē, vt quod
eſt partis attribuatur toti, vel quod ambo principio
blaſphemarunt, ſed alter tantum perſtitit. Ex du-
D. Aug. l. 3. de conſenſu Euang. c. 16. plici hac ſolutione primam docuerunt D. Au-
D. Epiph. hæreſ. 66. in catalogo hæreticum. guſtinus, D. Epiphanius, D. Anſelmus, D. Hie-
ronymus, Beda, D. Ambroſius, dicentes, vtrum-
que latronem blaſphemantem induci à D. Mat-
D. Anſelm. in c. 27. Mat thæo per tropum Synecdoches, aut per Enalla-
gen, vt habet D. Auguſtinus, vel per Syllepſim,
D. Hier. in c. 27. Matt. tom. 9. vt loquitur D. Hieronymus, ita vt numerus mul
titudinis pro ſingulari ſit poſitus, & pro vno
Bed. in c. 23 Luc. l. 6. c. 6. latrone pluraliter latrones dicantur blaſphe-
D. Amb. lib 10. in Lucā tom. 5. maſſe, ſicut & Lucas pluraliter dicit milites ob-
tuliſſe acetum, cum ex alijs Euangeliſtis mani-
Luc. 23. feſte conſtet, vnum ex eis id feciſſe. hunc enim
modum loquendi frequenter reperimus in ſacra
Scriptura. Vnde in Exodo 32. de illo vitulo au-
Exod. 32. reo dicitur: *Hi ſunt Dij tui Iſrael*. Et in Danie-
le, *Sidrach, Miſach, & Abdenago, Deos ait noſtros*
Dan. 3. *non colitis*, & loquitur de ſtatua aurea, & lib.
Iudicum 12. habetur: *Sepultus in vrbibus Ga-*
Iud. 12. *laad*, id eſt in vna vrbium. & Dauid Pſalm. 2.
Pſal. 2. in illis verbis: *Aſtiterunt Reges terræ, & principes*
conuenerunt in vnum, pluralem numerum pro
Act. 4. ſingulari, vt conſtat ex Actis Apoſtolorum:
nam Reges propter Herodem, principes pro-
pter Pilatum intellexit D. Lucas, qui teſtimo-
nium hoc Dauidis adhibet. & cum D. Paulus ait:
Ad Heb. 2. *Concluſerunt ora leonum*, de ſolo Daniele, qui id
fecit, loquitur, & cum addit, *ſecti ſunt*, de ſolo
Iſaia eſt ſermo, qui ſectus fuit, & cum ait: *Cir-*
cuierunt in melotis, de ſolo Elia eſt ſermo, qui
melotem ſolus induiſſe fertur. communis etiam
modus loquendi idipſum comprobat, cum dici-
mus, hi Annibales, iſti Scipiones, atque Metel-
li. Vſitata item phraſis eſt dicere, & ruſtici mi-
hi inſultant, cum tamen vnus dumtaxat ſit, qui
inſultet. hoc ergo loquendi genere vſus D. Mat-
thęus pluralem numerum pro ſingulari accepit.
Atque hanc interpretationem id cōfirmare vi-
detur, quo latro numquam ſe, accuſarit, quod
conuicium aliquod dixiſſet in I E S V M, quod
& verba illa non obſcure indicant: *Nec tu times* Luc. 23.
Deum, qui in eadem damnatione es? Nam ſi
ipſe Chriſto improperaſſet, non ita acriter in
latronē alterum excandeſcere poſſet, cum eum
qui alium carpit, ea labe carere oporteat, inau-
ditumque ſit, vt eiuſdem delicti reus in alterum
blaſphemiæ verba iactet.
Secundā vero interpretationem, D. Bonauen- D. Bon. in c. 23. Luc.
turæ ſcilicet, vtrumque latronem à principio
blaſphemaſſe, ſed poſtea cum alter reſipiſceret,
à blaſphemijs ſe abſtinuiſſe, & alterum blaſphe-
mantem, & improperantem compeſcuiſſe, do-
cuerunt grauiſſimi Eccleſiæ Patres, D. Hierony- D. Hier. in c. 27. Matth.
mus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Hilarius, D. Tho- Chryſ. ibid.
mas, Origenes, Theophylactus, & Euthymius, Cyr. Hieroſ. Catech 13.
quia id diſertis verbis dixiſſe videntur D. Mat- Hil. can 33. in Matth.
thæus, & D. Marcus, quibus ſecundum hanc in- D. Th. 3. p. q 46. ar. 11.
terpretationem nullatenus cōtradicit D. Lucas,
cum hic loquatur poſt conuerſionem latronis, Orige. tract. 35. in Matt.
illi vero ante eādem, quæ omnia paucis perſtrin Theop. in c. 27. Matth.
xit D. Ambroſius, dicens: *Fortaſſe & iſte prius* Euth. ibid.
conuiciatus eſt, ſed repente conuerſus, ecce primā D. Amb. lib 10. in Luc.
expoſitionem. & ſubdit, *potuit enim de vno plu*
raliter dicere, ſicut eſt illud ad Hebræos: In pelli- Ad Heb. 2.
bus caprinis, ſecti ſunt, obturauerunt ora leonum, cū
ſolus Elias melotem habuiſſe, Iſaias ſectus eſſe, Da-
niel à leonibus intactus māſiſſe doceatur. ecce ſecū-
dā interpretationem. Ego, vt verum fatear, huic
ſecundæ ſententiæ magis adhæreo, quia quanto
latro grauioribus peccatis infirmabatur, eo ma
gis facultas medici commendatur: nam vt recte
D. Auguſtinus dixit, quemadmodum medicum D. Aug. ser. 31. de temp. ante med. tom. 10.
tunc maxime admiramur, cum viderimus eum
difficiles hominum valetudines curantem, mor-
tiſq. pericula medendi arte vincentē; ita & Chri
ſtum admirari iuſtum eſt, quando inſanabilia
vulnera in corporibus, & mentibus curat. hacte-
nus D. Auguſtinus. Quanto etiam latro atrocius
deliquit, Chriſto improperans, tanto Chriſti ei
parcentis miſericordia clarius ſplendet, dum à
maiori miſeria illum ſubleuat. Vnde Propheta
Iſaias in perſona Chriſti id prędixiſſe videtur,
dum ait: *Glorificabit me beſtia agri, dracones, &* Iſai. 43.
ſtruthiones. Quaſi dicat, nihil mirandum, quod
me laudent aſtra matutina, & iubilent filij Dei,
ac omnes Angelorum chori à laudibus meis nō
ceſſent, cum & maieſtatem meam per longum
tempus agnouerint, & a me pene infinitis be-
neficijs cumulati ſint: id tamen admiratione
dignius eſt, quod beſtia campi, latro, qui in cā-
peſtribus deprędabatur, qui in nemoribus, vt
viatorum bona raperet, velut cruenta beſtia
fame

Digitized by Google

fame ſtimulata, eos excarnificare ſolebat, iam
in manſuetam ouem conuerſa, ad primã paſto-
ris vocem continuo accurrens, illi ſe ſubijciat,
& tamquam Deum ſuum reuereatur. Hæc conſi-
derans Iob, egregiam quandam, ac ſingularem
Iob 38. metaphoram vſurpans ait: *Numquid ingreſſus
es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexi-
ſti, quæ præparaui in tempus hoſtis, in diem pugnæ,
& belli?* Hanc interrogationem fecit Deus ami-
co ſuo Iobo, vt magnitudinem ſapientiæ, & om
nipotentiæ ſuæ ei oſtenraret. Id tamen mirabile
eſt, quod ad id explicandum dicat Deum plures
niuis, & grandinis theſauros congregaſse, cũ co-
pioſiſſima harum congeries non ingentes diui-
tiarũ copias, aut magnã alicuius Principis po-
D.Greg.c.39 moral. tentiã præſeferant, atq portendãt. D. Gregorius
in ſuis moralibus. in cõmentario huius loci e-
gregiã quandam moralem expoſitioné illi adhi-
bet; docet enim niue, quæ frigida eſt, & grandine
duritiem habẽte, gelidos peccatores deſignari,
Hier.6. iuxta illud Hieremiæ: *Sicut frigidã fecit ciſterna
aquã ſic frigidã facit animã malitia ſua.* Vnde etiã
eſt illud Matth. *Quoniã abundauit malitia, refrige-
Matth.24. ſcet charitas multorum.* In hac ergo peccatorũ ho-
minum niue, & grandine Deus aſseruatos habet
theſauros mirabiles, maieſtatem eius, & poten-
tiam mirum in modum oſtentantes: nam dum
ex ſceleratioribus hominibus ſanctiores reddit,
excellentius miſericordiæ, & potentiæ ſuæ incõ-
parabiles diuitias omnibus palam facit. Vnde
inter tres illuſtriores illas, quas legimus conuer
ſiones, Magdalenæ, Pauli, & latronis, hæc me ter
tia in maiorẽ rapit admirationem; primã enim
effecit Deus vitæ aura fruens, & mortali cor-
pore indutus; ſecundam in cælo iam regnans;
tertiam tamen in Cruce moribundus exiſtens,
cum videretur ſui magis, quam aliorum curam
habiturus. Magdalena quidem ſi cõuertitur, por
tentoſa eius miracula vidit, doctrinam eius in
concionibus audierat, exempla ſororis Marthæ
ad conuerſionem inuitabant, & quodammodo
trahebant. Paulus ſi conuertitur, vidit Chriſtum
ſplendentibus gloriæ fulgoribus radiantem, &
clarius ſole fulgentem. At bonus latro nec do-
ctrinæ Chriſti auditor extiterat, nec vt Magda-
lena, exemplo ſocij excitatus, qui potius ad
improperandum Chriſto illum alliciebat, nec vt
D. Paulus, Chriſtum ſplendoribus coruſcantem
vidit, ſed potius leproſum, vt ait Iſaias, & tã-
quam facinoroſum hominem, in infami crucis
patibulo vitã iam exhalãtem. Licet ergo vtraq.
illa cõuerſio Magdalenæ, & Pauli, gratiæ copia,
& donis cæleſtibus illuſtrior fuerit; hæc tamẽ la
tronis admiratione dignior, cũ ſecundum bonã
Philoſophiam, quo magis termini, à quo, & ad
quem, diſtantiores ſunt, & quo breuiori tẽpore
motus inter eos peragitur, eo mirabilior ſit. La-
tronem autẽ, qui toto ferme tempore ſuæ vitæ
latrocinijs, & homicidijs vacauerat, à vera cha-
ritate remotiorẽ fuiſſe quis nõ videat? ergo illã
breuiſſimo tempore aſsequutus, mirabiliorem
reddit ſuæ conuerſionis ſupernaturalem mo-
tum. Aliunde etiam effulget valde omnipoten-
tia Chriſti Domini in hac boni latronis conuer-
ſione, dũ militem hunc dæmonis militiæ adſcri-
ptũ, ab eo etiam inuito, & reluctanti extorquet.
Nam vt ipſe dixit: *Cum fortis armatus cuſtodit a-* Luc.11.
*trium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet: ſi autẽ for-
tior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius
auferet in quibus cõfidebat.* Latrones arma dæmo
nis eſſe, nemo ambigit, ſed Chriſtus Dominus eo
fortior ſuperueniens, inſignẽ latronem hunc ab
eo eripuit, vt proprij dæmonis armis eum expu-
gnet; hoc enim in magnum gloriæ Chriſti ſplen
dorẽ, & omnipotentiæ eius oſtẽtationem cedit,
vt ſubobſcura illa metaphora curruũ explicuit
egregie Sponſus, dicens: *Equitatui meo in curri-* Cant.1.
bus Pharaonis aſſimilaui te amica mea. Loquitur
hoc loco Sponſus, alludens ad equos, quos Rex
Ægyptius Salomoni mittebat, quibus tamquã
ſtrenuis magis, & aptioribus ad bella ineunda
ipſe Salomon poſtea vſus eſt ad eorundem Æ-
gyptiorum expugnationem: quod in maiorem
proculdubio illorum triſtitiam, & mœrorem,
ſicut & in maiorem Salomonis honorem cede-
bat, cũ armis ab eis ſubminiſtratis eos deuince-
ret. Ita ſane cum latro hic inter arma dæmonis,
quibus ipſe Chriſtum debellare tentabat, non Matth.27.
infimum locum teneret, in magnum Chriſti ho-
norẽ vergit, quod arma iſthæc, in quibus cõfide-
bat, in ipſum dæmonem detorſerit, & proprio
gladio ipſum iugulauerit. Diuino conſilio factũ
arbitror, vt portẽtoſa prodigia tẽpore, quo Chri
ſtus pendebat de Cruce, omnium oculis appare-
rent, vt inde magis potentia Chriſti, & maieſtas
eluceret: ſol obſcuratus, & terra commota eſt, pe
træ colliſæ ſunt, monumenta aperta, & corpo-
pora multorum reſurrexerunt; at inter omnia
hæc portenta nullum cum conuerſione latronis
comparari poſſe facili negotio conuincẽmus.
Nam ſi mirabile eſt obſcurari ſolem, mirabilius
eſt obſtinatũ ac cæcum illuminari latronem: &
ſi mirabile eſt petras inter ſe collidi, mirabilius
eſt Chriſtum Dominum, quem petram vocauit
D. Paulus: *Petra autem erat Chriſtus*, lapideum
latronis cor tangere, & inde ardẽtes amoris ſcin
tillas elicere: & ſi mirabile eſt terram treme fie-
ri, mirabilius eſt intrepidum ad patranda latro-
cinia latronis animum vocem Chriſti audientẽ
ſancta, & religioſa trepidatione cõmoueri: & ſi
mirabile fuit ſepulchra aperiri, mirabilius eſt,
os latronis, quod velut ſepulchrum patens ver-
borum fœtorem antea exhalabat, nũc ad verba
ſalutis proferenda pandi: ac tandem ſi mirabi-
le fuit corpora ad vitam animalem redire, mi-
rabilius ſunt, ac excellentius eſt, latronis ani-
mam ad ſpiritualem vitam reuocari. Hoc igitur
conuerſionis iſtius portentum reliqua omnia
cõmemorata longe antecedit. Vnde D. Leo ait:
Mira vtiq. mutatio, inſidiator viarũ vſque ad crucẽ Leo ſer.2.de paſſ.
*reus fit Chriſti repente confeſſor, & inter illos acer-
rimos corporis, animiq cruciatus, quos ſimul, & in-
ſtantia, & difficultas mortis augebat, mira conuer-
ſione mutatus, memento mei ait.*

Sed præter omnipotentiã Chriſti in hac latro-
nis conuerſione mirum in modum ſplendentem
ſingu-

ſingularis eius induſtria non minus effulget, quã ex duplici præſertim capite deprehendo. Primum munus Chriſti Domini fuit, venatorem, & piſcatorem animarum eſſe, vnde & diſcipulis ſuis hanc venandi, & piſcandi curam tradit,

Hier.16. Matt.4.

vt Hieremias prænunciauerat: *Mittam eis multos venatores, & venabuntur*; & Dominus ipſe eiſdem inquit: *Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum*. Inter venatores, quidam paſſerum, & auicularum capturæ vacant, quod pueris frequẽs eſſe ſolet; alij aquaticis canibus venationi inſiſtunt, in aqua multa venantes; alij in ſaltu tormentis manuarijs ſilueſtres feras inſequentes venantur; alij (quod excellentius venandi genus eſt) velociſſimas aues per aera volitantes, ſingulari venandi dexteritate capiunt. Hæc omnia venationis genera Chriſtum Dominum exercuiſſe comperio: nam imprimis cum puer erat, intra matris viſcera reconditus, inde venatus eſt ſuauiſſimi concentus

Ibid. Luc.5.

paſſerculum (Ioannẽ Baptiſtam intelligo) deſerti philomeam, qui a bimatu incola deſerti fuit.

Ioan.6.

Poſtea ſecus aquas maris Tiberiadis venatus eſt

Marci.2.

Petrum, & Andream, Matthæum vero in cano telonij iacentem aucupatus eſt, necnon pene infinitos alios doctrinæ reti capiauit: nunc autem excellentius venationis genus exercens, latronem, velut rapacem aquilam in aere exiſtentẽ, corpore proximum, ſed animo remotiſſimum, ardentis amoris iaculis ferit, & velut diuinus magnes ad ſe trahit. In eo etiam valde ſplendet rara, ac inaudita Chriſti Domini induſtria, quod in hac latronis conuerſione, multa inter ſe contraria, variaque inter ſe diſſidentia extrema ſimul in vnum copulauit. Eccleſiaſtis enim tertio

Eccl.3.

capite dicitur: *Tempus naſcendi, & tempus moriendi, tẽpus plantãdi, & tempus euellendi, tempus occidendi, & tempus ſanãdi, tempus ridendi, & tempus ædificandi, tempus flendi, & tempus ridendi tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexu, tempus acquirendi, & tempus perdendi, tempus cuſtodiendi, & tempus abijciendi, tempus ſcindendi, & tempus conſuendi, tempus tacendi, & tempus loquendi, tempus dilectionis, & tempus odij,*

Ad Rom. 6.

tempus belli, & tempus pacis. Hæc omnia inter ſe pugnantia extrema in vnum hodie coniunxit ſapientia Chriſti: *tempus*, ait, *naſcendi, & tempus moriendi*, ecce latronem eodem die morientem, moritur mundo, naſcitur Chriſto, maxime quod mors iuſtorum natalis vocatur: *tempus plãtandi, & tempus euellendi*, ecce Chriſtum Dominum e latronis anima culpam euellentem, & gratiam gloriæ ſemen plantantem: *tempus occidendi, & tempus ſanandi*, mundus Chriſto lethalia vulnera infligit, Chriſtus latronis vulnera ſanat: *tem-*

Rom.6

pus deſtruendi, & tempus ædificandi, quia nũc *cor-*

Ad Eph.2.

pus peccati deſtruitur in latrone, vt Paulina phraſi loquar, & ipſe ſuperædificatur ſuper fundamẽtum Apoſtolorum, & Prophetarum, vt de omnibus iuſtis teſtatur Paulus: *tempus flendi, & tempus ridendi*, ecce deflens latro peccata, paradiſum ingreſſus eodem die plorat, & ridet: *tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi*, quia quo tempore lapides ſanctuarij, Apoſtolos intelligo, diſperſi ſunt, eodem Chriſtus impolitum hunc latronis lapidem perpoliuit, ſuoque coaptauit loco ſacris ædificijs in æternum permanſurum: *tempus amplexandi & tempus longe fieri ab amplexu*, hoc namque tempore latro ab amplexibus fallacis Dalilæ ſe abſtinet, & Chriſtus brachija in cruce extenſa ſpiritualibus amplexibus eum proſequitur: *tempus acquirendi, & tempus perdendi*, nunc enim latro bonus æternam vitam lucratur, & malus in ſua obſtinatione perſiſtens vitam æternam amittit, eo quod in ſtatera crucis appenſus inuentus eſt minus habens: *tempus abijciendi, & tempus cuſtodiendi*, tunc enim Chriſtus Dominus improperantem ſibi perfidum latronem à ſe longe abijcit; bonũ vero latronem, quia de numero illarum ouium erat, de quibus

Ioan.10.

Chriſtus dixerat, *nec rapiet eas quiſquam de manu mea*, diligenter illum a faucibus cruenti leonis cuſtodiuit: *tempus ſcindendi, & tempus conſuendi*, quia hoc tempore, quo milites veſtem Chriſti ſcindunt, vt eam inter ſe diuiderent, Chriſtus ipſe ſplendidiſſimam gloriæ veſtẽ latroni contexuit: *tempus tacendi, & tempus loquendi*, quo enim tempore adſtantes blaſphemias aduerſus Chriſtũ loquebantur, & ipſe tacens, ac ſilens patienter eas ſuſtinebat, bonus latro partes eius agens, honorem Chriſti tuebatur, dicens: *Hic autem quid mali fecit?* rurſus *tempus dilectionis, & tempus odij*, adumbrant enim hos latrones Iacob, & Eſau, vnde ſicut de illis ait D. Paulus, quod *Deus Iacob dilexit Eſau odio habuit*, ita Chriſtus bonum latronem diligens, malum odio habuit: *tempus tandem belli, & tempus pacis*, quia in hoc bonus ille latro vitia debellans, propriaq; peccata expugnans, ſtabilem, ac perennem, & in æternum duraturam pacem cum Chriſto iniuit.

Sed iam propoſita latronis verba Chriſtũ alloquẽtis multis modis expẽdere, & exornare properemus. *Memento ait mei* noſtus latro, *cum veneris in regnum tuum*. Egregiam huius deprecationis imaginem ſecundo Regum reperio, cum Semei, qui Dauid improperauerat, poſtea reſipiſcens occurrit ei, veniam ab eo humiliter deprecans: *In die*, inquit, *qua egreſſus es domine mi*

2.Reg.19.

Rex de Hieruſalem, agnoſco ſeruus tuus peccatum meum, & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph, deſcendique in occurſum domini mei Regis. Semei, qui Dauidi maledixerat, latronem, qui ante conuerſionem ſuam Chriſto improperabat, vt tradit D. Matthæus, egregie adumbrat; manſuetiſſimus vero Dauid Hieruſalem egreſſus, Chriſtum extra portam Hieruſalem in Cruce exiſtentem apte repræſentat, & ſicut Semei Dauid primus occurrens peccatum ſuum agnouit, & veniam petijt; ita primus latro Chriſto in Cruce pendenti veniam petiturus occurrit, ſed non ſicut Semei, veniam ad tempus limitatum, ſed ſempiternam obtinuit: licet enim Dauid vſque ad mortem noxam dimiſit Semei, tamen

3.Reg.2.

iamiam moribundus precepit filio ſuo Salomoni, vt illum interficeret: itaque ſupplicium non

ab-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

abſtulit,ſed diſtulit:at venia, quam Chriſtus cõtulit latroni, omnibus numeris fuit abſoluta,omnem culpam abraſit, totum reatum pœnæ deleuit, cuncta debita remiſit, nec laxauit ad tempus,ſed in æternum duraturam veniam ei impertitur. Illud tamen diligẽti inquiſitione nobis inueſtigandum eſt, vnde latro iſte adeo bene Chriſtum Dominum cognouerit, vt quem tamquam infamem hominem in cruce pendentem aſpiceret, Regem eſſe non diffiteretur. Quidam non contemnendæ auctoritatis Doctores ex beato Anſelmo referunt, Matrem Virginem cum infante Ieſu, & ſponſo Ioſepho in Aegyptum proficiſcentem in manum latronum incidiſſe,quorum vnus nomine Dimas infantis pulchritudinem, ac ſingularem vultus ſplendorem admirans dixit: ſi fieri poſſet Deum carnem aſſumere, non dubitarem infantem hunc Deum eſſe aſſerere, eiuſque precibus reliqui latrones placati,ſacros hos viatores illæſos dimiſerunt. Chriſtus ergo, inquiunt, volens rependere latroni hoc beneficium,in ſe,& Matrẽ collatum,interiorem ſui notitiam ei exhibuit.

D. Vincent. Ferrer. ſermo de bono latrone.

D. Vincentius Ferrer ait fidelem hunc latronem ad dextram Chriſti fuiſſe verſus Aquilonem, & ideo in Meridie vmbram corporis Chriſti obumbraſſe illum,& virtute illius,ſicut vmbra Petri infirmos ſanabat,vt refert D. Lucas, latronem excitatum fuiſſe ad ſe in Chriſtum conuertendum.

Act. 5.

Idque ſane videtur prædixiſſe Dauid,dum in perſona latronis loquens ait, exaudi domine vocem deprecationis meæ(deprecatio erat: *Memento mei Domine cum veneris in regnum tuum*) & continuo ſubiungit: *Domine Domine virtus ſalutis meæ, obumbraſti ſuper caput meum in die belli*, quaſi diceret, vmbra tui ſacri corporis cooperuiſti me, quæ ad deprecationem hanc efficiendam, virtutem,ac vires ſubminiſtrauit.

Orig. tract. 35. in Matt.

Origen. tract. 35. in Matthæum,putans latronem hunc non ſolum famam miraculorum Chriſti audiſſe, ſed etiã nonnulla vidiſſe, facile reſpõderi ait poſſe, ab his permotũ fuiſſe.

Theophyl. super. Luc. cap 23. Euth. c. 67. ſup. Matth.

Theophylactus,& Euthymius motum arbitrantur latronẽ audita Chriſti Domini oratione pro inimicis exorantis, vnde aiunt illum agnouiſſe ex immenſæ charitatis, & miſericordiæ ſignis,quæ in Cruce edidit, quæ non niſi Dei videbantur propria.

Hilarius 10. de Trinit. D. Bonau. in Lucam.

D. Hilarius, & D. Bonauentura docent latronis viſcera commota fuiſſe, viſa inaudita patientia Chriſti, qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur,ſed tamquam agnus manſuetiſſimus cruentæ victimæ ſe offerebat.

D. Io. Chryſ. hom. 2. de Cruce, & latrone. Orig. tract. 35. in Matt. D. Hier. in c. 27. Matt.

D. Ioannes Chryſoſtomus, & Origenes aiunt, prodigia illa,& portenta obſcurationis ſolis, & aliorum, quæ Chriſto in Cruce pendente acciderunt, motiua fuiſſe conuerſionis huius latronis. Subſcribit huic ſententiæ D. Hieronymus his verbis: *Sole fugiente, terra commota, ſaxiſque diſruptis, & ingruentibus tenebris, vnum latronem cœpiſſe credere, & confiteri I E S V M.*

Petr. Dam. in quodam ſermone.

Petrus Damianus exiſtimat Beatam Virginem,quæ adſtabat Chriſto crucifixo ex parte dextra, vbi aderat latro,pro eo preces fudiſſe, & propterea conuerſum fuiſſe. Verum licet multa ex his, quæ cõmemorauimus, profuiſſe potuerint latroni, ex parte obiecti, & velut motiua ad ſuam conuerſionem; interna tamen motio, & illuſtratio Spiritus ſancti, quia *Spiritus vbi vult ſpirat*, præcipua fuit conuerſionis eius cauſa, vt recte annotauit Cyrillus,dicens: *Quæ virtus te illuminauit, o latro, quis te docuit adorare contemptum, & ſimul cruci affixum? o lumen perpetuum, illuminans obſcuratos!*

Ioan. 3. Cyr. cat. 13.

Quod idem D. Auguſtinus, Chryſoſtomus,& Leo diſerte tradidere. ſed numquid latronem alium non etiam illuminauit? illuminauit ſane: ſiquidem *Lux erat illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*. Quomodo ergo ille conuertitur,& iſte auertitur à Deo? Paulus reſpondet: *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius!*

Aug. ſerm. 130. de tem. D. Chryſ. ſerm. de latr. & ſer. 1. de Cruce. & latro. D. Leo ſer. 2. de paſ.

Cum igitur inueſtigationi iudiciorum Dei omnem præcludat viã D. Paulus, ſolum nobis admirationis aditus patebit: merito namque admirari poſſumus impletum videntes illud Matthæi: *Erunt duæ molentes in molo: vna aſſumetur, & alia relinquetur.*

Mat. 24.

Intuemur Ioſephum eodem carcere inter duos ſocios commorantem, quorum vnus in ſuſpendium mittitur, alius ad epulas conuiuantium fertur. Videmus ſummum ſacerdotem Aaronem ſuæ humanitatis thuribulo per vulnerum ora ſuauiſſimum odorem exhalantem, inter duos ſacrificium offerre,quorum vnus periit,alter ſuperſtes manet. quid plura? Quis quæſo in admirationem non rapiatur, prodigium illud Iobi conſiderans, quod hic re ipſa intueri licet? *Penna*, inquit, *ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij*.

Iob. 39.

Et nihilominus licet exteriori ſpecie ſimilitudinem habeant, effectibus tamen tanta diſſimilitudine diſſident, vt ſtruthio ne palmi menſura a terra ſe erigere poſſit, herodius vero tanta velocitate volitet, vt velociſſimos accipitres longe ſæpe ſuperet. Quis deinde non ſtupeat medium I E S V M ſtantem inter duos latrones, tamquam firmamento aquas diuidentem? *Fecit Deus*, inquit Moyſes, *firmamentum in medio aquarum, diuiſitq; aquas, quæ erant ſub firmamento ab iis, quæ erant ſuper firmamentum.*

Gen. 1.

Firmamentum hoc in medio aquarum, Chriſtum Dominum myſtice intelligo, quem ſic appellauit Dauid,dicens: *Dominus firmamentum meum.*

Ps. 17.

Quod ſi, vt Ioannes dixit: *Aquæ multæ, ſunt populi multi*, nihil mirum, ſi dicamus aquas ſub firmamento reprobum ſignificare latronem, aquas vero ſuper firmamentum,latronẽ bonum, & à Deo electum, & ſupra paradiſi firmamentum exaltatum apte adumbrare. video tandem Chriſtum Dominum, prout præuiderat Dauid, cum dixit: *Veruntamen in manu Dei calix vini meri plenus miſto, & inclinauit ex hoc in hoc*, latroni bono dulcem porrigere ſalutis potũ, perfido vero latroni dãnationis calicem propinare.

Ps. 74.

Hanc tantam ſortium diuerſitatem maxime eo tempore, quo Chriſtus Dominus ſanguinis ſui theſauros largiſſime profundebat, ſtupore dignam nemo non iudicabit. At nonnihil ceſſabit admiratio, ſi

Cru-

Crucem Chriſti Domini tribunal iuſti iudicij ſibi fuiſſe contemplemur. vt enim ait ſapienter Auguſtinus: *Aug. ſup. ibidem.* *Ipſa Crux, ſi attendas, tribunal fuit: in medio enim iudice conſtituto, vnus, qui credidit, liberatus eſt, alter, qui inſultauit, damnatus: iam ſignificabat quid facturus eſſet de viuis, & mortuis, alios poſiturus ad dexterā, alios ad ſiniſtram.* Quibus conſonāt verba D. Leonis Papæ: *D. Leo Papa ser. 4. de paſſ.* *Duo latrones, vnus ad dexteram, & alter ad ſiniſtram crucifiguntur, vt in ipſa patibuli ſpecie demonſtraretur illa, quæ in iudicio omnium hominum facienda eſt diſcretio, cum & ſaluandorum fides credentis exprimeret, & damnādorum formam blaſphemantis impietas demonſtraret.* *D. Thom. 1. par. q. 23.* Itaque licet iuxta angelici Doctoris ſententiam prædeſtinationis, & reprobationis nulla propria aſſignari poſſit cauſa ex parte boni, & mali latronis; recte tamen illam aſſignamus, vt præmij, aut ſupplicij iuſtam iudicis ſententiam ante tribunal crucis ſubituri acceſſerunt: nam cum *Apoc. 14.* Ioannes dicat: *Opera enim illorum ſequuntur illos*, merito boni latronis præmium operibus eius meritorijs adſcribendum, perfidi vero latronis ſupplicium demeritis eius tribuendum iudicabimus. Quæ autem fuerint boni latronis meritoria opera, in ſequenti homilia ex profeſſo diſſeremus. Illud tamen has inęquales horum latronum ſortes conſideranti animaduertendū duxi, omnino cuique cauendum eſſe, ne in alterum ex duobus illis extremis confidentiæ nimiæ, aut ſtultæ deſperationis prolabatur; inter ſpem, & timorem ſemper vitam agendam eſſe, ne alias Apoſtoli Thaddęi maledictionem incurrat, dicētis: *Væ illis qui in viam Cain abierunt.* ecce deſperationis maledictū. Cain enim dixit: *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear*: & mercede Balaam effuſi ſunt. ecce nimiæ fiduciæ maledictionem. Balaam enim prauis moribus cum eſſet imbutus, & multis ſceleribus implicatus, feliciter moriturum præſtulta confidentia falſo ſibi blandiebatur, dicens: *Num. 23.* *Moriatur anima mea morte iuſtorum.* Ne igitur quis deſperationis Charibdin vitare cupiens in ſtultę fiduciæ Scyllam incidat, inter timorem & ſpem ſemper incedat.

∴

Homilia Tertia.

Proſequimur conuerſionem boni latronis, heroica eius virtutum opera commemorantes, quibus ſe ad primam gratiam diſpoſuit, & vitam æternam promeruit.

DE heroicis boni latronis operibus ſermonem habiturus, Diui Gregorij Magni, hoc idem argumentum ingenioſe pertractantis, veſtigijs inſiſtētes, prius de virtutibus eius Theologicis, deinde de moralibus, quibus exiguo illo tempore mirifice præfulſit, diſſeremus. Sed vt felix huius homiliæ ſit exordium, placet illud mutare ex eodem Diuo Gregorio, in hæc verba ſic ſcribente: *D. Greg. l. 9. moral.* *In cruce claui manus eius, pedeſque ligauerant, nihilque in eo a pœnis liberum, niſi cor, & lingua remanſerant: inſpirante Deo totum illi obtulit, quod in ſe liberum inuenit, vt iuxta hoc, quod ſcriptum eſt, corde crederet ad iuſtitiā, ore confiteretur ad ſalutem. Theologicas virtutes, quas Apoſtolus commemorat, ſubito repletus gratia & accepit latro, & ſeruauit in cruce:* *Rom. 10.* *fidem namque habuit, qui regnaturum Dominum credidit, quem ſecum pariter morientem vidit: ſpem habuit, qui regni eius aditum præſtolauit, dicens: Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.* *Luc. 23.* *Charitatem quoque in morte ſua viuaciter tenuit, qui fratrem, & collatronem pro ſimili ſcelere morientem, & de iniquitate ſua arguit, & ei vitam, quam non cognouerat, prædicauit, dicens: Nec tu times Deum, qui in eadem damnatione es?* *Ibid.* Hactenus Diuus Gregorius: quę tamen fuſius pertractare oportebit. Non poſſum ſane non vehementer mirari excellentiam fidei huius fidelis latronis: ſi enim olim credidit Abraham, credidit Deo ſibi magna auctoritate loquēti pariter et dicēti: *Ego ſū merces tua magna nimis*: *Gen. 15.* hic vero credidit Chriſto ſumma infamia ex cruce pendenti. Si Iſaias *Isa. 6.* credidit Deo, videbat tamen illum in excelſo throno ſedentem Seraphinis acclamātibus: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*: hic autem non videt eum, niſi abiectiſſimo patibulo clauis confixum, & multis blaſphemijs, & contumelijs deſpectum. Si Moyſes credidit Deo, vidit illum in rubo *Exod. 3.* ſpinatum, qui ardebat, & non cremabatur, & quod ſpinæ non pungebant eum: hic tamen cernit Chriſti caput ſpinis redimitum, quæ illum vehementer pungebant. Si tres illi diſcipuli credunt, Petrus, Ioannes, & Iacobus, viderunt *Matth. 17.* Chriſtum in vertice montis Thabor transfiguratum, & faciem eius ſplendentem, ſicut ſolem, & vocem illam de cælo elapſam audierunt: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*; latro tamen videt illum non in monte

Thabor, ſed in monte Caluario; non inter Moyſem, & Eliam viros ſpectatiſſimos; ſed inter Matt.17. duos inſignes prædatores, non vultu ſplendenti, ſed facie ſputis fœdata, & colaphis denigrata: non audiuit vocem de cælo dicentem: *Hic eſt filius meus dilectus*; ſed vocem illam eum valde Matt.3. deſpicientem: *Si Filius Dei es, deſcende de cruce*. Si Paulus credidit, raptus fuit vſq. ad tertiũ cælũ & reſerata ſunt ei arcana, quæ non licet homini loqui. Si reliqui Apoſtoli crediderũt, portentoſa miracula Chriſtum Dominum patrantem con-Ioan.1. & 3 ſpexerunt. Si Nicodemus, & Nathanael crediderunt, Scripturis cõmoniti fuere. Si credidit Matt.15. & Mar.7. Chananæa, prius fuit ſignorũ claritudine attracta; ſed latro nec raptus fuerat vſque ad tertiũ cælũ, nec legerat ſcripturas, nec adfuerat eius miraculis, & nihilominus, quando princeps Ioan.18. Matt.26 Apoſtolorum negat Chriſtum Dominum, Iudas vendidit, diſcipuli fugiunt, nec vllus ex eis coram ſeruis Pontificis auſus eſt confiteri illum: latro intrepide coram Principibus populi palam illum confitetur Regem cælorum, & Dominũ. Porro vt excellentiam huius fidei, qua mirifice ſplenduit hic latro, clarius illuſtremus, acutiſſima Patrum teſtimonia, qui diligentiſſime de illa diſſeruerunt, in medium producamus. D. Aug. ſermone de feria 3. Paſc. Diuus Auguſtinus ait: *Huic fidei quid addi poſſit ignoro: titubauerunt, qui viderunt Chriſtum mortuos ſuſcitantem: credidit ille, quem videbat ſecum in ligno pendentem: quando illi titubauerunt, tunc ille credidit. qualem fructũ Chriſtus* Idem. ſerm. 144 poſt medium. *de arido ligno percepit?* Et ſer. 144. inquit: *Vim feciſti, credidiſti, rapuiſti, hodie mecũ eris in paradiſo. Nõ te differo, tãta fidei hodie reddo, quod debeo. Latro dicit, memẽto mei Domine cũ veneris in regnũ tuum. Non ſolum credebat reſurrecturum, ſed etiã* D. Leo. ſerm. 2. de paſsione in princ. *regnaturum* Diuus Leo hãc latronis fidem admirans, in hæc verba prorupit: *Quæ iſtam fidem exhortatio perſuaſit! quæ doctrina imbuit? quis prædicator accendit? non viderat prius acta miracula; ceſſauerat tunc languentium curatio, cæcorum illuminatio, viuificatio mortuorum, ea ipſa, quæ mox erant gerenda, non aderant, & tamen Dominum confitetur & Regem, quem vidit ſupplicy ſui eſſe conſortem*. Hæc magnus ille Pater. Audiamus Chryſoſt. homilia de cruce. nunc Diuum Chryſoſtomum: *Iſte, ait, videt Saluatorem non in regali ſolio, ſed in pœna, ſociatum latronibus: videt in cruce pendentem, & orat quaſi in cælis ſedentem: videt condemnatum, & inuocat Regem: Iudæi crucifigunt qui nouerunt legem, & tu latro vnde talia philoſophatis?* His adiungamus Euſebium Emiſſenum in hunc modum loquen-Euſ. Emiſſ. ho. de bo. la. tem: *Ecce inter ſigna, atque virtutes, atteſtantibus miraculis, & acclamantibus, aliquoties in diſcipulis meus iam robuſta titubauit, & nunc Chriſti ſupplicus quadammodo contradicentibus fides nouella conualuit. Sub ipſo paſsionis tempore ab ancilla interrogatus vnus ex diſcipulis beatus Petrus, peculiaris Chriſto cognitus, ita reſpondit: non noui hominem iſtum; & iſte, qui antea non nouerat, exclamat, memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum. Quam ſingularis, & quam ſtupenda deuotio? Sub illo tempore credidit reus, quo negauit electus. Aduertamus plenius: quo tempore Dominum confitetur, feruebat impietas negantium, exultabat impietas blaſphemantium. Contritio liuoris, & vulnera Chriſtum ſolum hominem demonſtrabant, ſacrarũ manuũ in lignum crucis extenſio, & reuerenda confictio per omnia infirmitatẽ hominis aſſerebat, tantum abſcondebat Dominum: alijs poſt diuina miracula deſperantibus, hic non acquieſcit ſcandalo crucis, & mortis, hic eſt teſtis maieſtatis, qui ſocius probatur doloris*. Merito ſancti Patres hanc latronis fidem exaltant; nam ſi fides eſt de rebus obſcuris, & non apparentibus, Diuo Paulo illam vocante *Argumentum* Heb.11. *non apparentium*, ibi ſane tanto magis elucebit fides, quanto obſcurius, & minus apparens eſt quod creditur. Quid autẽ obſcurius, quã quod ſub crucifixo homine lateret diuinitas, & quid minus apparens, quam quod ſub tãta abiectione deliteſceret diuina maieſtas? Cũ ergo latro id firmiſſime crediderit, inde valde commendatur eius credulitas.

Porro poſtquam latronis fidem contemplati ſumus, perſcrutemur parumper eius ſpem, atque ſingularem in Deo fiduciam. Quando Mat.15. alij clamabant diffidentes, ſe ipſum ſaluum facere non poteſt, latro firma quadam in Chriſtum confidentia gratiam, & gloriam ab eo poſtulabat; nec dubitabat ab eo petere veniam, quem tamquam reum in cruce ſupplicijs affectum videbat. Sapiens ait: *Exiguo ligno credunt* Sapient.14. *homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per ratẽ liberati ſunt*, quaſi diceret, credentes ſe homines naui, longiſſimum quod per terram foret iter, breuiſſimo temporis ſpatio abſoluunt. Non diſſimiliter contigit latroni, qui ligno crucis animam ſuam credens, & in Chriſto illius myſticæ nauis peritiſſimo nauta confidens, breuiſſimo temporis interuallo in præmium ſuæ confidentię longiſſimum ad paradiſum iter confecit. Idem etiam Sapiens ait: *Quis credit ei, qui non* Eccleſ.36. *habet nidum, & commoranti vbicumque aduesperaſcit, quaſi ſuccinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem?* Quaſi dicat, quis confidet, inopiam ſuam ab eo eſſe ſubleuandam, quem neque domum, neq; lectum, in quo iaceat, habere cernit? Sane Chriſtus Dominus in eam paupertatẽ deuenit, vt diceret: *Vulpes foueas habent, & vo-* Matt.8. *lucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuũ reclinet*. Quod eo in cruce iacente ſatis innotuit, vbi omni capitis reclinatorio caruit. Fiducia autẽ latronis eo tẽpore, quo Chriſti paupertas magis vigebat, adeo ipſa viguit, vt ab eo regnũ cęleſte obtẽturũ firmiter ſperaret. Vt tamen eximiã huius latronis fiduciã, ac firmiſſimã, quã in Chriſto collocauit ſpẽ, amplius illuſtremus, tã humanas, quã ſacras litteras cõſulamus. Narrat Oroſius, quod Alexãdro Oroſius. de Alexand. grauiſſimo cõtractionis mẽbrorũ morbo laboranti Philippus eius medicus tamquã præſtantiſſimum illius morbi antidotum, potionem quandam hauriendam propinauit. At Rex per epiſtolam certior factus, medicũ venefica illa potione mortẽ illi pararet tanta fuit Alexãdri

erga

erga fidelẽ medicũ fiducia, quod ſimul, & ſemel vna manu epiſtolã medico porrigẽs, alia potionẽ ori admouit, & eã ebibit. Inſignis ſane fiducia, nõ inficior, ſed quę cũ fiducia huius latronis non valet cõparari: tũ quia Alexander multis retro diebus medici illius fidelitatẽ expertus fuerat, eiuſque bonam ingenij indolem nouerat: at latro Chriſtum prorſus ignorauerat, nihil boni in eo antea expertus fuerat; & tamen totam ſuã fiduciam in eo collocat: tũ quod Alexander credidit medico vitam corporis; at latro confidit, & credidit Chriſto ſalutem, & vitam animæ, quæ tanto excellentior eſt, quanto ſpiritus præſtat corpore. Danielis, dum in lacu leonis verſaretur, mira fuit in Deo fiducia: licet enim tranſacti fuiſſent ſex dies, confidit in diuina prouidentia, non ſibi defuturam, vt neceſſarium ſibi cibum exhiberet. Vnde Dominus Angelum miſit, qui alimento eum confortauit. Sed quid mirum, quod Daniel ſperarit ſe cibum a Deo accepturum, per quem ab vnguibus leonum immunis inter ipſos degebat? At bonus hic latro nullum de Chriſti protectione periculum fecerat, non a leonibus ſe liberatum eius auxilio expertus fuerat. Moyſes quamuis ſumma atque portentoſa illa Dei prodigia oculis ſuis conſpexerat, aquas in ſanguinem conuerſas, mare rubrum diuiſum, populum Dei ſicco pede illud tranſeuntem, Aegyptios in eodem ſubmerſos, aquis diſcontinuis iterum ſe continuantibus, vt illos abſorberent; nihilominus tamen Exodi 17. legimus diffidentię morbo adeo laboraſſe, vt carnibus ſaturandam ingentem illam Hebræorum multitudinem, vt Deus pollicitus fuerat, minime ſperaret. At fidelis huius latronis fiducia creuit adeo, vt nullis antea viſis portentoſis Chriſti miraculis, ab eo ſperauerit cæleſtibus bonis ſaturari. Ad amuſſim ſane latro hic obſeruauit conſilium illud Iſaiæ: *Speret in nomine Domini, & innitatur ſuper Deũ ſuum:* ſicut Sponſa, quæ dicitur *Innixa ſuper dilectum.* Hieremias Propheta refert Deum idololatræ Abdemelech Aethiopi cuidam dixiſſe: *Liberabo te in die illa, & non traderis in manus virorum, quos tu formidas: ſed eruens liberabo te, & gladio non cades, ſed erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam.* Si ergo Deus propter naturalem quandam fiduciam idololatrã hominem dignatus eſt ab hoſtibus liberare; latronem fiducia ſupernaturali in Chriſto Domino ſperantem compertum erat ab eo ſubueniendũ fore. Subuentus ſane fuit in extremo periculo, cum iam iam ob latrocinia facta ab inferni faucibus deglutiẽdus erat: ſed non id ſolum præſtitit, ſed & cæleſte ei contulit regnum, dicẽs: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Hactenus de ſpe, & fiducia latronis: iam de ardenti eius charitate dicamus. Charitatis duo præcipui actus ſunt, primus erga Deum, ſecundus erga proximum. Diuino quidem amore erga Deum ita incaluit, vt antiquiſſimus Renaldus Abbas, vt in Bibliotheca ſanctorum Patrum refertur, non dubitarit dicere, propter excellentiam charitatis eius in ea ſede, a qua

Exod. 7. Exod. 14.

Exod. 17.

Iſa. 50.

Cant. 8.

Hierem. 39.

Luc. 23.

Renald. Abb. 9. tract. de 7 verbis Chriſti Domini inuenitur in biblioth. ss. Patrum.

Lucifer dictus fuit, ipſum locatum fuiſſe. Amore etiam erga proximum ita ferbuit, vt ſalutem alterius latronis a ſiniſtra exiſtentis vehementer cupiens, fraterna correctione, quæ actus eſt charitatis, illum increparit, dicens: *Nec tu times Deum, qui in eadem damnatione es?* Ecce latronem a charitate magiſtra edoctum factum iam concionatorem. Templum concionis eius mons Caluariæ fuit; ſuggeſtum crux, auditores ſocius, & alij circumſtantes: concionis thema fuit: *Nec tu times Deum?* Sicut autem boni concionatoris munus eſt vitia extirpare, & ſacræ Scripturæ myſteria, & Theologiæ arcana pro auditorum captu reſerare; hæc ad amuſſim impleuit nouus hic concionator. Nam vt obſtinationis impij illius latronis duritiem extirparet, acriter illum reprehendit. Præcipuũ vero ſacræ Scripturæ arcanum adſtantibus omnibus reuelauit, ingenue confitens, Chriſtum Dominum verum Deum eſſe, ac Regem cæli, & terræ. Huc vſque Diui Gregorij veſtigia ſequentes de Theologicis latronis virtutibus breuiter diſſeruimus; eadem etiam breuitate ad morales eius virtutes ſermonem conuertamus. Fortitudinem eius illud mirum in modum commendat, quod huius virtutis præcipuus actus eſt martyrium, vt docet Diuus Thomas ſecunda ſecundæ, cuius lauro latro hic minime caruit, vt ex Diuo Cypriano refert Diuus Auguſtinus libro primo de animæ origine, in hæc verba: *Latro ille non ante crucem Domini ſectator, ſed in cruce confeſſor, à Cypriano ſancto inter Martyres computatur.* Verba vero ſancti Cypriani hæc ſunt: *Sic in cruce latro confitens, non tantum indulgentiam meruit, ſed Chriſti familiaris effectus, promiſſus eſt in paradiſum, & factus eſt particeps regni per confeſſionem factus collega martyrij.* Sed obijciet quiſpiam, Diuum Auguſtinum libro tertio contra Creſconium dixiſſe: *Martyrem non pœna, ſed cauſa facit.* Cum autem latro ad crucis pœnam ob cauſam fidei damnatus non fuerit, non videtur qua ratione potuerit Martyr eſſe. Arbitror ſane, ſi Diuus Cyprianus non ſolum voluit illum fuiſſe Martyrem deſiderio, ſed re ipſa, milites quando latronis fregerunt crura, id non ſolum effeciſſe, quia ita moris erat crucifixos hoc ſupplicij genere, antequam morerentur, afficere, ſed ſimul etiam ex odio in Chriſtum, quia viderant latronem eum coluiſſe, & tamquam Regem cæli, & terræ confeſſum fuiſſe. Hæc ergo ſuſtinens latro illata tormenta propter egregiam, ac præclaram, quam de Chriſto protulerat confeſſionem, non dubitarim illum cum Diuo Cypriano Martyrem vocitare. Tandem fortitudo eius inuincibilis in eo ſatis ſplenduit, quod ipſe non ignorabat, Chriſtum innocentem, iuſtum, & ſanctum acclamando, Pilatum, principes, & Phariſęos, qui morti eũ adiudicarãt, apertiſſime damnare, & ex conſequenti euidenti periculo ſe exponere, vt in eũ inuehentes nouis ſupplicijs afficerent. Ipſe tamẽ has omnes difficultates ſuperans, innocentiam Chriſti fortiſſime defenſauit,

Luc. 23.

Ibid.

D. Tho. 2. 2.

Ex Cypriano refert. D. Aug. l. 1. de anima orig. tom. 7.

D. Aug. l. 3 contra Creſcon. cap. 4. & in ps. 34 concione. 2. D. Cyp. ser. de paſſ. Domini

palam enuncians: *Hic autem quid mali fecit?* quaſi diceret: ſanauit infirmos, cæcis viſum, ſurdis auditum, famelicis alimentum, mortuis vitam donabat, quid mali fecit? docebat ignorantes, auocabat errantes, conſolabatur triſtes, quid mali fecit? catholicam fidem promolgabat, cæleſtem legem exponebat, Prophetarum vaticinia elucidabat, quid mali fecit? famem ipſe paſſus eſt, vt nos ſaturaremur; peregrinatus eſt, vt nos quieſceremus; aſperas vias ambulauit, vt planas ac notas cæli vias faceret, quid mali fecit? corpus, & ſanguinem in cibum, & potum nobis dedit, vt cæleſti cibo nutriremur, ac tandem in Cruce mori voluit, vt nos in æterna beatitudine in æternum glorioſi, & triumphantes viueremus. quid ergo mali fecit? Hic ergo latro, quamuis illuc vſque multa etiam aliorum furta celauerat, cum tamen videret honorem Chriſti deprædantes, dum eum morte dignum iudicarent, confeſtim ſacrilegum illud furtum detexit, clara voce proclamans eius innocentiam; *Hic autem quid mali fecit?* In quo non ſolum mira eius fortitudo, ſed iuſtitiæ virtus enituit, cum ad hunc pertineat innocentem ab iniuſta accuſatione defendere, & cum etiam munus eius ſit vnicuique quod ſuũ eſt tribuere, id latro exacte obſeruauit: nam ſibi, & ſocio digna ſupplicia, Chriſto autẽ tamquã iuſto, & innocenti immunitatẽ ab omni pœna deberi dixit, & ei tamquam creatori ſuo ſe totum præbuit, atque ad extremam vſque vitæ periodum pro eo conſtanter propugnauit. Vnde non immerito præfiguratum illũ exiſtimauerim per ſtrenuum Ionathę famulum.

lib. 1. Reg. 14. Legimus enim libro primo Reg. 14. quod cum Ionathas Philiſtęorum caſtra ingreſſus fuit, non alium, quam hunc ſecum tulit, qui tanta animi fortitudine, & conſtantia pollebat, vt Principi Ionathæ dixerit: *Perge, quo cupis, & ero tecũ vbicumque volueris.* Hoc idem videtur mihi pollicitus fuiſſe Petrus, vt narrat D. Lucas, cum *Luc. 22.* Chriſto dixit: *Tecum paratus ſum & in carcerem, & in mortem ire.* At non ipſe tempore paſſionis promiſſionem hanc, ſed latro impleuit, Chriſti ſanctitatem, & innocentiam ad mortem vſque viriliter defendens. Cuius teſtimonium tametſi latronis ſit, non parui momenti exiſtimandũ eſt, *l. ſi decedens ff. de probationibus.* quia vt habetur in l. ſi decedens. de probat. quando reus ex patibulo iam iam moribundus aliquem a culpa impoſita excuſat, eius excuſatio innocentiæ rei non leue argumentum eſt. Quid de miſericordia eius dicam, quã erga Chriſtum ſitientem exercuit! Agnouit certe non tam illum aquæ, quam animarum ſitim premere, & ideo velocius, quam tres fortiſſimi viri, *2. Reg. 23.* qui ſitiẽti Dauidi aquam de ciſterna Bethlehem attulerunt, ei occurrit, conuerſionem ſuam tamquam deſideratum ab eo potum ei propinans. Quod ſi opus miſericordiæ eſt aquæ potum tribuere, corporalem ſitim extinguentis; excellentius ſane miſericordiæ genus fuit ſpirituali Chriſti ſiti, quantum potuit, ſubuenire. Arbitror quidem hoc latronis obſequium Chriſto adeo placuiſſe, vt ſicut olim Ioſeph recens ſibi nato filio Manaſſe dixit: *Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum:* *Gen. 41.* ita Chriſtus Dominus hoc ſibi virtute effuſi ſanguinis recens regenerato filio, præteritos labores obliuioni tradens merito dicere potuiſſet: *Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum.* Quid tandem de pœnitentia eius dicam? Humilis, & pœnitentis eſt peccata recognoſcere, inſuper & illa deteſtari, & odio habere: latronem autem hunc vtrumque præſtitiſſe ex verbis eius aperte liquet. Nam dicens; *Nos quidem digna factis recipimus,* *Luc. 23.* propria peccata agnouit; ſociũ vero latronẽ reprehendens, odiũ, quo peccata proſequebatur, aperte oſtẽdit. Præcellentem etiam contritionem in eo fuiſſe dubitare fas non eſt, cum vberrimus eius fructus, totius ſcilicet pœnæ, tot latrocinijs debitę copioſa remiſſio fuerit, vt nullam purgatorij ſatisfactionem opus fuerit pertuliſſe. Hanc latronis pœnitentiam, & humilitatem pariter Diuus Auguſtinus conſiderans, ita locutus eſt: *D. Aug. ſer. 8. de verbis Domini, & 41. de tempore.* *Conſiderabat facinora ſua, & pro magno habebat, ſi ei vel in fine parceretur: ſalutem ſuam longe futuram ſperabat, & poſt longum tempus accipere contentus erat.* Et ſermone 120. idem Auguſtinus ait: *D. Aug. ſermone 120.* *Nec ſalutis tempora ſciens diſtulit, nec remedia ſtatus ſui in momenta vltima infelici fraude poſuit. nec redemptionis ſuæ ſpem in deſperationis nouiſſimum reſeruauit, nec religionem ante, nec Chriſtum ſciuit. Quod ſi ſciuiſſet fuiſſet forſitan inter Apoſtolos non poſtremus in numero, qui prior factus eſt in regno.* Et Diuus *Chryſoſt. hom. de bono latrone. Luc. 23.* Chryſoſtomus eandem latronis humilitatem, & pœnitentiam contemplans, dixit: *Electus peccatum agnouit, & confeſſus eſt publice, dicens: Nam & nos digna factis recipimus: ſpemque in Deo inuiolatam ſtatuit, vnde & orauit.* Quid plura in laudem ſancti huius latronis proferam? niſi quod impletum fuit in eo id, quod fuit dictum in Iſaia: *Glorificauit me beſtia agri.* *Isai. 43.* Fabulantur Poetæ monſtrum quoddam, quod chimæram vocitarunt, ex varijs beſtiarum membris compactum, cuius collũ fingebant eſſe capræ, corpus leonis, caudam draconis, os vero ex igne flammifero. Scio alios dixiſſe chimæram non fuiſſe niſi montem, in cuius extremitate dracones demonſtrabantur, & paulo ſuperius leones, deinde in altiori parte capræ ſilueſtres, & tandem in cacumine eius os cernebatur, ardentes ignis flammas inſtar Aetnæ montis euomens. Quidquid tamen ſit chimæra illa, hæc quæ fabuloſa ſunt, in latrone vera cernere eſt. Erat velociſſimus velut ſilueſtris capra, vt viatores caperet; erat ferox, & immanis velut leo ad crudeliter eos pertractãdos; erat veneficus velut draco, vt eos deprędaretur commodius: habebat inſuper os flammigerum, eas, quas ſolent huiuſmodi ſcelerati homines, effutiens in Deum blaſphemias: tamen poſtquam Chriſtus Dominus factus eſt ei ſapientia, cum iam potuiſſet dicere illud, quod poſtea Paulus: *Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum*

Chri-

Digitized by Google

1.Cor. 2.

Chriſtum, & hunc crucifixum. Poſtquam Chriſtus factus eſt ei iuſtitia, cum vnicuique iam tribueret, quod ſuum eſſet, ſibi peccata, Ieſu innocentiã adſcribens: poſtquam Chriſtus factus eſt ei ſanctificatio, illum iuſtificans: poſtquam tandem factus eſt ei redemptio, tamquam primitias ſui ſanguinis iam effuſi offerens illum Patri, adeo in alterum virum mutatus fuit, vt prudentia vigeret, vt draco; fortitudine polleret, vt leo; velocitate in ſalute æterna quærenda capreę velocitatem excelleret; ac tandem amoris flammis inardeſcens, varijs modis illas ore foras emiſerit, dicens: *Hic autem quid mali fecit?* Hæc enim pro Chriſto defenſio ardentis eius amoris non exiguum indicium erat. Has omnes virtutes tam theologicas, quam morales, quibus latro hic mirifice effulſit, breui ſermone perdocte comprehendit Arnoldus Abbas Bonæuallis in hæc verba: *Dictator Euangelij latro efficitur, & (quod perſuaderi illa hora difficile erat) Chriſtum Deum in Cruce fatetur, ibi orat, ibi adorat, multa ſimul pietatis officia complectitur, credit, timet, compungitur, & pœnitet, confitetur, & prædicat, amat, confidit, & orat: fide illuminatur, timore ſubditur, compunctione molitur, pœnitentia concutitur, confeſſione purgatur, prædicatione zelatur, dilectione dilatatur, confidentia ſperat, oratione impetrat.* Verum ſi verba ipſius latronis perpendamus, hæ quæ ſequuntur virtutes aperte colliguntur. Ait, *Nec tu times Deum*, ecce correctionem fraternam: *Qui in eadem damnatione es*, ecce inſtructionem, & doctrinam: *Nos quidem digna factis recipimus*, ecce propriam ſui cognitionem, & humilem accuſationem: *Hic autem quid mali fecit?* ecce Chriſti defenſionem ex amore erga illum procedentem: *Memento mei*, ecce peccatorum veniæ poſtulationem: *Dum veneris in regnum tuum*, ecce diuinæ, ac humanæ regiæ poteſtatis Chriſti celebrem confeſſionem, ac omni exceptione maiorem atteſtationem. Tandem hic latro ex Chriſti gratia *conſummatus in breui expleuit tempora multa*. Illi ſit gloria in ſæcula ſęculorum. **Amen.**

Arnold. Abbas. tract. de nouiſſ. 7. verbis Chr.

Luc. 23.

Luc. 23.

Ibid.

Ibid.

Sap. 4.

Homilia Quarta.

De eximia Chriſti liberalitate erga bonum latronem, ac de feliciſſima eius ſorte, in illa verba: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo: quæ multiplici ſacræ Scripturæ eruditione illuſtrantur.

PROPOSITA verba explicaturus, arcanum a paucis obſeruatum, quod in primo illo verbo, *Amen*, deliteſcit, primo loco mihi reſerandum eſt. Etenim voluit Chriſtus Dominus ſingulare quoddam detegere diſcrimen, quod intererat inter antiquas veteris legis benedictiones, & eas, quæ in lege gratiæ ab ipſo iuſtis conferuntur. Legimus enim libro Deuteronomij, quod olim, quando illi, quibus ex diuino præcepto legis præuaricatoribus maledictiones imprecari incumbebat, dicebant: *Maledictus, qui non honorat patrem; maledictus, qui errare facit cæcum*, & ſimilia, ſingulis his maledictionibus reſpondebatur, *Amen.* Quando vero Leuitæ eos, qui diuinam legem ad vnguem obſeruabant, benedictionibus proſequebantur, dicentes: *Benedictus in ciuitate, benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ:* nulli harum, & ſimilium benedictionum vel ſemel, *Amen*, reſpondebatur. Cuius diſcriminis rationem eam abſque dubio autumauerim fuiſſe, vt innoteſceret, quantum propter Chriſti in carne aduentum ſuper veterem legem gratiæ lex præſtaret. In illa enim maledictiones, & calamitatum ſupplicia re ipſa implebantur, & ideo conuenienter ſingulis illis, ſingula *Amen*, reſpondebant. *Amen* autem idem eſt, quod, *ita ſit*. Quia tamen benedictionum adimpletio vberrima in lege gratiæ per Chriſtum ſeruabatur efficiẽda, ideo tunc benedictionibus nõ dabatur *Amen.* Vnde D. Theodoretus obſeruauit, quod tribus illę, quibus incumbebat benedictionum proclamatio, erant ex illis, de quibus Chriſtus Dominus ſecundum carnem deſcendere debebat, vt ſignificaretur, benedictionum cumulum per Chriſtum Dominum a nobis obtinendum, quod verba D. Pauli aperte ſatis indicant, dum ait: *Quotquot enim promiſſiones Dei, ſunt in illo, ideo & per ipſum amen Deo ad gloriam noſtram.* Ecce quomodo Paulus ait, quod *amen* illud, quod non reſpondebatur benedictionibus an-

Luc. 23.

Deuter. 27. & 28.

D. Theodor. in locum cit. Deuter.

2. Cor. 1.

Digitized by Google

antiquis,nunc per merita Chriſti datur: *Per ipſum, Amen* . quare nunc e contra ſe res habent,
quia tũc maledictionibus reſpõdebatur: *Amen*,
Luc.2. nunc vero benedictionibus . Dicens ergo Chriſtus Dominus latroni: *Amen dico tibi*, ſignificabat promiſſionem, quã ei fecerat, impletionem
ſine dubio habituram : idque etiam clare oſtendit ſequens illud verbum, *Hodie mecum eris*. Licet
enim quidam legant, *Amen dico tibi hodie*: ac poſtea ſubiungant , *Mecum eris in paradiſo* ,quam
Theophyl. sup. Lucam c.23. Biblia Tig. ſup. Luc.23. Caſſia.col.1 lectionẽ ſecuti ſunt Theophylactus,& biblia Tigurina ex Græcorum officina, lectio tamen hæc
minus catholica eſt,eamque optime labefactat
Caſſianus collatione prima . & pugnat quidem
cum ratione ipſa. Quid enim opus erat dicere :
Ego tibi dico hodie? de omnibus enim,quæ locutus fuit illa ſexta feria, poſſet diei , *Ego tibi dico hodie*. Ad hæc latro petierat modeſte, & humiliter,vt quando veniret in regnum,ſui meminiſſe dignaretur;Chriſtus tamen largitatem ſuam ,
ac munificentiam oſtentans, non pollicetur memoriã illius in futurum , ſed quod multo maius
eſt, & excellentius, diuinam eius liberalitatem
Luc.23. commendat: *Hodie*, inquit, *mecum eris in paradiſo*: id eſt,hoc ipſo die implebitur deſiderium tuũ,
& ſatiaberis , quia ſine dilatione apparebit tibi
Ambr. ſerm. 5. in ps.118. sub initio. gloria mea. Vnde recte D.Ambroſius dixit: *Futurum promittit , ſed id , quod futurum eſt , vnius diei ſpatio non patitur protelari* . Idem etiam
Chriſti Domini liberalitatem in hac pollicitatione ſplendentem commendans ait . *Pulcherrimum dat conuerſionis exemplum, quod tam cito latroni venia relaxatur , & vberior eſt gratia , quam precatio: ſemper enim Dominus plus tribuit , quam rogatur. Ille rogabat,vt ſui memoriam haberet, dum veniret in regnũ ſuum,ſed iſte abtulit ipſum regnũ.*
Hanc Ambroſij doctrinam veriſſimam eſſe ſacrorum voluminum aperte ſatis cõprobant mo-
Gene.15. numenta. Petijt olim Abraham a Deo filium
heredem, ſed Dominus donauit filium , ex quo
etiam Chriſtus deſcenderet,quod maius , & excellentius donum fuit.Precatus fuit Iacob,vt re-
Gen.46. 43. & 45. duceret Beniamin, quẽ mittebat in Aegyptum,
reductus eſt , & cum eo frater Ioſeph princeps
Tob.5. & 10 Aegypti. Orabat bonus Tobias,vt reduceret filium ſaluum,ſed Dominus donauit,vt rediret nõ
Iudit.9. & 13.& 15 ſolum ſaluus,ſed diues , & vxoratus. Iudith poſtulauit a Deo, vt ſolueret obſidionem ciuitatis,
non tamen id ſolum præſtitit , ſed Holofernem
exercitus ducem in manus eius dedit , vt proprio hoſtis gladio capite eum truncaret . Anna
1.Reg.1.et 2 vxor Elcanæ petijt filium a Domino, & obtinuit
non filium ſolum , ſed filium Samuelem inſignẽ
3.Reg. 3. virum ſanctum,& Prophetam.Salomon cum primum creatus eſt Rex, precatus eſt Deum,vt ſapientiam vellet ei impertiri,& nõ ſulum ſapientiam,ſed,& ingentes ei diuitias liberaliter elar-
4.Reg.20. gitus eſt . Rex Ezechias petit a Deo cum lacrymis iam morti adiudicatus vitę prolongationẽ,
& Dominus non contentus in annum ei vitam
prolongare,quindecim annos vitæ eius adiecit.
Poſtulauit ille alius debitor a patrefamilias
Deum exprimente , vt ſolutionem debiti poſſet
in longius differre tempus : *Patientiam habe in me*: ipſe tamen integrum debitum dimiſit,& ab Matt.18.
obligatione quidquam ſoluendi immunem penitus fecit. Tandem nunc bonus latro poſtulat a
Chriſto Domino, vt memor ſit illius in regno
ſuo,ſicut olim Ioſeph dixit pincernæ Pharaonis: Gen.40.
Memento mei , cum bene tibi fuerit , vt educat me de carcere iſto. Sed Chriſtus Dominus non ſolum non eſt oblitus , vt fecit pincerna , ſed regnum cæleſte eodem die ſibi dandum pollicetur. Plutarchus liberalitatem Alexandri me- Plutarc. de Alexan.
morans refert , quod cum Perillus ab Alexandro exiguam pecuniæ quantitatem pro nubendis filiabus peteret, quingenta ei talenta donarit . Illo autem dicente decem ſatis eſſe, reſpondit Alexander; *Satis erit tibi id accipere , ſed mihi non ſatis eſt tibi donare , quia Alexander daturus eſt, vt Alexander*. Ita bono latrone memoriam ſui in regno Dei poſtulante, quia Chriſtus
daturus erat, vt Chriſtus, hoc eſt, vt Deus homo,
& Rex Regum , & Dominus dominantium,cæleſte regnum ſe daturum ei pollicetur. Referunt
etiam alij de Alexandro , quod cum Abolonimus hortulanus eximiam Alexandri liberalitatem audiſſet,rogauit eum,vt ſe illius periculum
aliquod facere permitteret , & continuo ei annuens Alexander regnum Sidon liberaliſſime ei
donauit. Verum licet hæc ſumma inter homines
videatur magnificẽtia,cũ ea tamen,qua in latronẽ vſus eſt Chriſtus,nõ valet cõparari. Nã Alexãder hortulano, Chriſtus latroni regnũ donat.
Alexãder regnũ terrenũ, Chriſtus cæleſte. Darij
Regis , & Herodis tyranni liberalitatẽ plurimi
olim antiqui fecerunt;eo tamen ſolum peruenit,
vt medietatem regni ſui, ille Eſther Reginæ, hic Eſther.5.
Herodiadi promitteret : *Si dimidiam partem regni mei petieris, dabo tibi*. At hæc liberalitas inferior ſatis eſt liberalitate Chriſti: nam illi mediũ Marc.6.
regnum, Chriſtus integrum pollicetur : illi nec
dimidium re ipſa donarunt , ſed Chriſtus integrum re ipſa latroni largitus eſt. Idcirco hæc nõ
ignorans D.Paulus dixit de eo: *Qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter, quam petimus* . Vnde Ephes.3.
Eccleſia catholica hac Pauli doctrina edocta ait
in quadam oratione : *Qui merita ſupplicum excedis, & vota*.

Ceterum hic nobis occurrunt diſcutiẽda, primo,quid latro iſte in Chriſto Domino animaduertit , vnde deprehendere valeret,quod crucifixus homo ab omnibus deſpectus , & tamquam
ridiculus Rex ludibrio habitus poſſet cæleſte
regnum ei conferre ? Huic obiectioni non aliunde,quam ex ſententia,& ex verbis D. Auguſtini
reſponſionem mutuabo; ſic enim ait ſermone
primo in Paraſceue: *Dicito mihi regnum petens , quid in eo tale vides, vnde iſtud petas? nam quod in conſpicuo eſt, clauos , & crucem cernis*: & continuo
intruducit latronem in hunc modum reſponden-
tem : *Hæc crux ipſa regni inſigne eſt , & propter* Ioan.10.
eam Ieſum Regem appello , quia video crucifixum: opus enim Regis eſt vitam ſuam pro ijs , quibus regnat, ponere, nam bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.

Secun-

Secundo oportet diſcutere (id quod & Patres acute, & diligenter excuſſerunt) quid eſt, quod Chriſtus Dominus hunc latronem tot ſanctiſſimis viris antepoſuit, & deprędatore homine aſſociatus voluerit in regnum cælorum introire, cum ad honorem triumphi aſcenſionis eius ſpectare videretur, vt non latronibus, ſed viris illuſtriſſimis ſtipatus aſcenderet, ita vt in eius comitiua nec vnus latro reperiretur. Hanc difficultatem præſentientes Patres, multa ſapienter edixere: nam D. Cyprianus epiſt. 73. ait: *Quid in Domine amplius Stephano contuliſti? quid amplius ille obtinuit dilectus tuus, qui ſuper pectus tuum in Cœna recubuit? quid amplius Pauli meruere ſudores? quid labores Sanctorum? quid tot annorum tormenta? quid Martyrum plagæ? Vna hora huic collatū eſt præmiū, ad quod illi per diſcrimina peruenerunt. Si tu Domine, armentarios ſtatim prophetas, opiliones Reges, telonarios Apoſtolos, piſcatores Doctores facis, Dei perfecta ſunt opera?* Huic D. Cypriani obiectioni reſponden ex D. Cyrillo Hieroſolymitano, in hunc loquente modum: *Qui tulerunt pondus diei, & æſtus, nondum ingreſſi ſunt, & qui vndecima hora venit, ingreſſus eſt. Nemo murmuret contra patremfamilias, cum ille dicat, amice, non facio tibi iniuriam. Nonne poteſtatem habeo in meis facere, quod volo?* Quod autem Chriſto non ſit ignominioſum, ſed honorificum potius, & glorioſum ſecum ducere latronem, & in regium palatium illum introducere, acute, & eleganter docuit his verbis Auguſtinus: *Nemo Regum aliquando paſſus eſt latronem hominem, aut quemquam alium eiuſdem naturæ conſeruum ſecum aſſumens ita in ciuitatem introducere; ſed Chriſtus hoc fecit, qui mortis, & Diaboli victor, & ſacratiſſimam ingrediens patriam ſecum latronem introducit, non conculcans paradiſum iſto pietatis opere, ſed honorans; neque confundens latronis introitu, ſed illuſtrans. Honor namque paradiſi eſt, talem Dominum habere, qui etiam latronem dignum facere poſſet paradiſi deliciarum. Etiam cum publicanos, & meretrices introduceret in regnum cælorum, non confudit, ſed extulit illud: neque deiecit, ſed potius honorauit paradiſum.* Hactenus D. Auguſtinus.

D. Cyprian epiſt. 73.
Ioan. 21.
Deut. 32.
Cyrill. cate cheſi 13.
Matt. 20.

Tertio elucidandum nobis eſt, quid eſt, quod permulta a Deo petentes inſignes Dei amici, tā in veteri, quam in noua lege, ſæpe ea non obtinuerunt, & tamen ſimplici cuidam latronis petitioni ita benigne acquieſcat Dominus, vt cæleſte regnum nullo dierum interpoſito interuallo liberaliter donarit? Abraham poſt longam peregrinationem, & tentationem circa Vr Chaldęorum ſuperatam, poſt varia, quæ Deo pręſtiterat obſequia, interrogauit eum, dicēs: *Domine Deus, quid dabis mihi?* Cui reſpondit: *ſuſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes, ſic erit ſemen tuum.* Moyſes inſignis Dei amicus deprecatus eſt Deum, vt dignaretur vultum ſuum ſibi detegere: *Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, oſtende mihi faciem tuam.* Sed hanc ſolam reſponſionem accepit: *Poſteriora mea videbis, faciem meam videre non poteris.* Philippus, tametſi Chriſti Apoſtolus erat, cum ſimile quid ab eo poſtularet, dicens: *Domine oſtende nobis Patrem:* nō aliud reſponſum audiuit, quam illud: *Qui videt me, videt & Patrem meum.* claram tamen Patris viſionem minime tunc illi tribuit. Paulus petijt ſibi ſtimulum carnis, quē angelum Satanæ ſe colaphizantem vocauit, auferri, & non obtinuit. Et his ſimilia extant innumera in diuinis litteris. At bonus iſte latro & felix ſemel petijt, vt Chriſtus memor ſui eſſet in regno ſuo, & continuo cæleſte regnū obtinuit. Multiplex hic occurrit reſponſio. Primum enim aio, permultum referre, opportunam nanciſci ad poſtulandum occaſionem. Hanc præ alijs felix hic latro nactus fuit. Acceſſit enim, quando flammeus gladius ad ianuam paradiſi appoſitus a Chriſto remouebatur, & ſic facilem ad paradiſum ingreſſum habuit. vnde D. Cyrillus lib. 17. de adorat. ait: *Auertit Dominus gladiū, qui nos inde arcebat, liberque, eſt deinde credentibus ingreſſus, ipſo omnia in priſtinum ſtatum inſtaurante.* Acceſſit, quando regnum cælorum expugnabatur ab inuictiſſimo Duce Chriſto Domino, & cum ſcalam crucis videret erectam, per quam aſcendebatur ad prædam, ipſe cum eſſet famoſus latro, & in latrocinijs non parum verſatus, nouit bene per illam aſcendere. Acceſſit tempore, quo D. Paulus ait de Chriſto: *Quod introiuit ſemel in ſancta,* quando claue crucis cælorum ſeras reſerabat, & ideo illum ſolum tunc ad ianuam pulſantem Chriſtus in cæleſte regnum admiſit. Acceſſit tempore, quo Chriſtus Dominus regni in throno crucis poſſeſſionem accepit, quia, vt dixit Dauid: *Regnauit a ligno Deus.* Et ſicut Reges conſueuerūt eo præcipue die, quo poſſeſſionem regni capiunt, pecunias effundere, & liberales erga egenos ſe exhibere, idcirco indigenti latroni, & veniam poſtulanti, veniam, & regnum cæleſte liberaliter impertiuit. Acceſſit, cum Chriſtus Dominus volebat illius diuinæ theriacę ſui sāguinis periculum facere, vt omnibus mira eius virtute innoteſcente, pro peccati veneno extinguendo ad eum confugerent. Sicut autem theriacæ periculum fieri ſolet in eo, qui venefici ſerpentis morſu infectus noſcitur eſſe; certe cum latro hic tunc temporis adeſſet peccati veneno infectus, voluit Chriſtus Dominus effuſi ſanguinis antidotum præſentiſſimum, velut probatiſſimam theriacam ei adhibere, cuius virtus adeo mirabilis fuit, vt ad eius præſentiā peccati venenum prorſus euaneſceret, & qui infirmus erat, abſque vlla mora adeo bene conualeſceret, vt confeſtim longiſſimum in cæleſte regnum iter arripere poſſet, prout re ipſa arripuit ex diuino præcepto, mellifluo ex Chriſti ore audiens: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Deinde aliter eidem obiectioni reſpondeo. Arbitror enim Chriſtum Dominum conſulto liberalem erga latronē adeo ſe exhibuiſſe, vt nemo quantumcūque peccatis onuſtus de diuina miſericordia deſperaret, ſed ad thronum miſericordiæ confidenter adeat, vt miſeriæ ſuæ ſubleuationem accipiat. Hanc rationē egregie proſequitur Arnoldus Abbas in hæc verba: *Nō arctatur numero, non*

Gen. 15.
Exod. 33.
Ibidem
Ioan. 14.
Ibid.
2. Cor. 12.
Cyrill. lib. 17 de ador.
Heb. 9.
Pſ. 95. vt exponit D. Aug.
Luc. 23.
Arnold. Ab. tract. de 7. ver. vt habetur to. 6. biblio. ss. Pat.

clan-

clauditur fine, nullas omnino habet metas diuina
clementiæ: ſit qui innocet, erit qui exaudiet: ſit qui
pœniteat, non deerit, qui indulgeat. Non huic pœni-
tenti multorum annorum ieiunia imponuntur, non
nudipedalibus, vel ſacco afficitur ſimul & confitetur,
& iuſtificatur, & glorificatur. Vide horam, nota per-
ſonam. Vltima hora, peccatrix perſona, multa, anti-
quaque peccata illico abolet gratia, nec proceſſu mo
rave temporis indulgentia limat, colliditque culpæ
rubiginem; ſed vbi repente facto cælitus ſono Spiritus
ſanctus illabitur, quidquid immaduerat peccati tabe,
ſiccatur: nec ſupereſt vllum fœditatis veſtigium vul-
Ioan. 12. *neri, quod miſericordiæ abluit lauacrum. Fœtebat*
etiam quatriduanus in monumento Lazarus, ſuſci-
tatus non tabeſcit languore, erigitur, ſoluitur, & ſta-
Matt. 26. & Marc. 14. Luc. 7. *tim conueſcitur. Nulla lepræ crepido, nullum ſignum*
in facie Simonis ſupereſt. Hoſpes incolumis curatori
ſuo hilarem exhibet famulatũ. Nullũ ſignũ horroris
comitantibus magiſtrum, idem conuiua, & magiſter
prætendit. Maria Magdalena ad pedes Chriſti plorat,
Ioan. 11. & 12. *& orat, tergit, & vngit: nec improperat Chriſtus*
vitam infamem, & inuerecundiã, nec opponit, quod
diluit; nec exprobrat, quod ignoſcit: quidquid agit in
huiuſmodi, celeri nutu Spiritus ſancti conſũmat: nec
emendicat aliunde ſuffragia, qui quod illuminat, for-
mat: qui ſtatim piſcatores facit Doctores, & idiotas
prædicatores. In hac gratia non affligitur expecta-
tio dilatione, nec internallum eſt inter optatum, &
2. Reg. 12. *datum. Dauid dicit, Peccaui: & Propheta: transla-*
Ioan. 8. *tum eſt peccatum tuum. Ad mulierem in adulterio*
Matt. 12. Ioan. 2. *deprehenſam: Non te condemnabo, noli vltra pecca*
re. Quid commemorem Niniuitas, quorum pœniten-
tia ſubito iudicem amouet a ſententia? Quid Achab,
& Manaſſem, Reges impios, quorum contritionem in
4. Reg. 14. *anguſtijs non eſt aſpernata diuina clementia? Inter*
cetera pietatis exempla latro noſter nobis occurrit,
pœnitentiæ regula, confeſſionis forma, indulgentiæ
præco, ſpei exemplum, qui dum ingemit, ſubito quod
quærit, inuenit, quod petit, accipit, & illico audit:
Luc. 23. *Hodie mecum eris in paradiſo. Non ad loca purga-*
toria, flãmaſque peccatorum vltrices confitens deſti-
natur: non ad loca tenebroſa, & tormenta deducitur:
nullam pars aduerſa gratiæ Dei præſumit inferre
calumniam: vna Crucis pœna omnia abolet crimina:
immo nõ pœna, ſed gratia. Præmittitur igitur in pa-
radiſum hic noſtræ nuncius abſolutionis, & primi-
tias libertatis noſtræ teſtis libertate donatus, para-
diſi ciuibus id expectantibus, & deſiderantibus, pri-
mus inuexit. Hactenus hæc magnus ille Pater Ar
noldus. Inter alias autem cauſas, propter quas
Deus facile hominibus miſeretur, eam non infi-
mum locum tenere arbitror, quod probe Deus
agnoſcit infirmitatem, & fragilitatem humanæ
naturæ, qua poſt lapſum primi parentis procli-
uior adhuc facta eſt ad malum. Vnde Dauid di-
Pſ. 102. cebat: *Miſertus eſt Dominus timentibus ſe, quoniã*
ipſe cognouit figmentum noſtrum: recordatus eſt,
quoniam puluis ſumus. Paraphraſtes Chaldæus
Paraphraſt. Chald. vertit: *quoniam ipſe nouit fomitem prauum, qui pec*
catum ſuggerit. Quaſi dicat: Deo manifeſtum, &
exploratum eſt, per omnes nos peccati fomitem
graſſari, qui ad peccatum excitat, & ſtimulat.
Iob. 4. Egregie hoc ipſum Iob declarauit, cum dixit: *In*
Angelis ſuis inuenit prauitatem, quanto magis, qui
habitant domos luteas, quæ terrenum habent funda-
mentum, conſumentur velut tinea? quaſi dicat: ſi
fortiſſimæ Angelorum arces corruerunt, quanto
magis luto, & paleis contextæ hominum do-
mus flante tentationis vento, aut ingruente ſug
geſtionis pluuia decident? Sequentia Iobi verba
id magis exprimunt: *Conſumentur a tinea:* perpul
chram enim metaphoram tangit ad humanam
imbecillitatem detegẽdam. Nam ſicut tinea na
ſcens ex ipſo ligno, inſtar filij viperę, eius viſce-
ra corrodit; ita fomes peccati intra nos originali
labe infectos naſcens, quantũ eſt ex ſe, niſi diuina
gratia impediatur, ſpirituale humidum radica-
le abſumit, quo nos infirmiores, & ad ſuperan-
das difficultates imbecilliores reddit. Atque
hinc eſt, quod D. Gregorius ea ratione autumat D. Greg. l. 5. moral. c. 9.
hominem, & non Angelum apud diuinam cle-
mentiam miſericordiam inueniſſe, quia Angeli
peccatũ fuit ex malitia, hominis vero ex fragili-
tate. Ne tamen quiſpiam in peccatis perſeue-
rans, de diuina miſericordia veniam obtenturũ
ſibi falſo blandiatur, audiat quod in hoc genere
argumenti perdocte ſatis Euſebius Emiſſenus Euſeb. hom. de latrone.
ſcripſit: *Ne forte dicat aliquis in corde, non me vſ-*
que adeo contriſtet culpabilis vita, video ſub exiguo
ſpatio, video ſub momento latroni crimina fuiſſe do-
nata. Immittit Diabolus ſecuritatem, vt inferat per-
ditionem: nec dinumerari poſſunt, quantos hæc inanis
ſpei vmbra deceperit. Deterreant quæſo, vos ab hac
perſuaſione innumerabiles populi, ſub tãta ſecuritate
nudi, & vacui bonis, & malis pleni ex hac luce præ-
repti. Quotidie expaueſcenda tranſitus noſtri, & com
migrationis incerta hora: præueniendus eſt dies, qui
præuenire conſueuit. Periculoſiſſima eſt in vltimum
diem promiſſa ſecuritas. Hæc ille. Perſuadet id ip-
ſum ſingularis comparatio D. Maximi, qua bo- Maximus. Epiſc. Taurin. hom. 2. de latrone.
num latronem cum Iuda proditore confert. Ille
enim diuina miſericordia vſus, iſte abuſus:
Iudas diſcipulus quaſi trium annorum, latro
trium nondum horarum: ille oſculo tradi- Matt. 26.
dit, iſte reuerenter adorat: ille pecuniæ
auidus, iſte regni cupidus: ille dixit: *Quid vultis* Matt. 26.
mihi dare, & ego eum vobis tradam? iſte vero ait: Luc. 23
Hic autẽ quid mali fecit? ille ſimulate, *Aue Rabbi;* Matth. 26. Luc. 23
iſte abſque fictione clamat: *Memento mei Domine,*
cum veneris in regnum tuum. Tandem ſortes eorũ
inæquales adeo fuere, vt Iudæ dictum ſit: *Abijt* Act. 1.
in locum ſuum, & ſuſpenſus crepuit medius; latro-
ni vero, *Hodie mecum eris in paradiſo.* Neminẽ
ergo fratres, falſa ſecuritas decipiat, quia licet
certum ſit, ſummam in Deo miſericordiam eſſe,
incertum tamen, ſi ea vobiſcum vtetur, in dies
veſtram procraſtinantibus conuerſionem. Tan-
dem duplex occurrit ratio, ob quam latro tan-
ta celeritate, & intra tam breue temporis ſpa-
tium peccatorum veniam, gratiam iuſtificantẽ,
ac tandem regnum cælorum aſſecutus eſt. Prima
eſt, quod ipſe latronis artem, quam exercuerat,
non deſerens, ſed in melius commutans, eo die
cognouit oſtium regni cælorum eſſe apertum. Io. 10.
Chriſtus enim dixit: *Ego ſum oſtium, ſi quis per*
me introierit, paſcua inueniet. hoc oſtiũ erat tunc

quin-

quinque patentibus vulneribus reſeratum. Videns ergo latro tot foramina aperta, & neminē ingreſſum, cęleſtiſque theſauri rapinam impedientem, duplicem precioſiſſimum prædatus eſt theſaurum, & præſentis gratiæ, & futurę gloriæ. Hanc latronis in rapiendo induſtriam admiratus D. Cyprianus, in hæc verba prorupit: *Nullus latro huic valet comparari: nam alij latrones latrocinio vitam perdunt, hic autem latrocinio vitam furatur ſempiternam.* Famoſa quædam latrocinia ſacra volumina commemorant. Rapuit ſane primus parens pomum ſibi a Deo prohibitum, pomum ſane maioris diſcordiæ, quam illud Paridis, & in ſupplicium latrocinij, licet alioquin materia videbatur leuis, cæleſtibus iuſtitiæ originalis donis expoliatus fuit, & a paradiſo terreſtri relegatus ex ſentētia iudicis audiuit: *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* At latro iſte fructus arboris Crucis ſibi vſurpat, & diuinis nihilominus donis impletur: in paradiſum introducitur, & ingratam illam ſententiam: *Puluis es, & in puluerem reuerteris,* minime audiet, ſed iucundā hanc: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Pulchram Rachelem narrat ſacra Scriptura idola quædam patris ſui furatam fuiſſe, & vt quidam volunt, auri, vel argenti cupiditate allectam, vel vt verius exiſtimo, vt a patre idololatriæ occaſionē remoueret. At furtum huius latronis mirabilius eſt: nam ibi Rachel falſos Deos, hic autem Deū viuum, & verum furatus eſt. Acban olim contra diuinum præceptum virgam auream, & pallium coccineum clam ſurripuit, & iuſſu Dei capite mulctatus eſt. Latrocinium hoc peccaminoſum fuit; at latrocinium fidelis hujus latronis ſanctum, & Deo gratiſſimum extitit; rapuit enim regnum cælorum, quod omni auro, & coccino precioſius eſt. Sacerdotes quidā Idololatræ varias, quas Rex Darius idolorum altari appooebat, epulas nocte ſurripiebant, quorum furtum Danielis induſtria detectum fuit, ingentemque ſuſtinuerunt confuſionem, & ignominiam. At latro noſter non terreſtres, & vſu conſumptibiles, ſed incorruptibiles, & cæleſtes dapes furatus eſt, non confuſionem ſuſtinens, ſed ſummum honorem, & gloriam ſibi comparans. Tandem exploratores terræ promiſſionis vuarum racemum, ſeu botrum ab ea prædati fuere, vt pulchritudine, & magnitudine eius perſpecta, ad terram illam expugnandam militum animos excitarent. Vtile ſane latrociniū, ſed vtilius multo latroni, quod dulcem botrum Sponſæ rapuerit, de quo ipſa: *Botrus Cypri dilectus meus mihi.* Et quidē licet ipſa diligenter botrum hunc cuſtodiret, & in ſinu ſuo abſconderet, vt ſatis indicant verba, quæ ſubdit: *Inter vbera mea commorabitur*; tanta fuit latronis huius induſtria, vt ſibi illū ſurriperet: *Quo nullus latro huic latroni valet comparari.* Memini iure caueri, vt habetur l. 1. ff. de pœnis. vt ſi contigerit quempiam in arte ſua famoſum, & inſignem artificem in capitale aliquod delictū prolabi, pro prima vice ignoſcatur. Cum ergo latro hic adeo latrocinandi arte peritus fuerit, vt adhuc exiſtens in crucis patibulo, in quod propter latrocinia aſcenderat, ibi celeberrimum omnium furtum fecerit: regnum cælorum rapiens, & illud quod Chriſtus Dominus dixerat implens: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud:* non ſolum morte nō plecti, ſed ſummis laudibus ad cælum vſque efferri meretur. Ad id autem, quod non paucos in admirationē rapit, vt ſupra vidimus, nimirum, vt non contentus Dominus latroni polliceri regnum cælorum, eodem prorſus die illud obtenturum ei enunciauerit, dicens: *Hodie mecum eris in paradiſo*: vnde D. Ambroſius dixit: *Futurum promittit, ſed id, quod futurum eſt, vnius diei ſpatio non patitur protelari, ne dilatione gratia minueretur*; dicendum quidem arbitror, ſumma ſapientia Chriſtum Dominum id effeciſſe: voluit enim, ne magis iuſtitia, quam miſericordia eluceret, ſed e contra, quia miſericordia ſuperexaltat iudicium; ſępe autem iuſtitia ſine dilatione merita punierat, vt conſtat ex Pſalm. 77. *Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum & ira Dei aſcendit ſuper eos.* & ex li. 4. Reg. c. 2. vbi habetur, pueros quoſdā illudentes Eliſeo continuo ab vrſis dilaceratos, & in fruſta diſcerptos fuiſſe. Oportebat ergo ſimiliter non differri miſericordiam, ſed quod quemadmodum diuina iuſtitia, cum primus Adam velut latro vetitum pomum ſurripuit, illum e paradiſo eiecit; ita diuina miſericordia latroni parcens eo ipſo die, quo veniam petijt, veniam daret, & in cæleſtem paradiſum introduceret. Vnde gloſſa ordinaria ait: *Qua hora Adam e paradiſo electus fuit, eadē admiſſus latro ad paradiſū, quantum ad promiſſionem.* & merito quidem: nam ſi Adam excuſans ſe, & Deum accuſans: *Mulier, quam dediſti mihi, &c.* abſque mora e paradiſo expulſus fuit, rationi conſentaneum erat, vt latro hic accuſans ſe: *Nos quidem digna factis recipimus,* & excuſans Chriſtum a calumnijs ei falſo impoſitis: *Hic autem quid mali fecit*, abſque vlla interpoſita dierum mora in paradiſum introduceretur.

Ceterum reſtat exponere, vt propoſita a principio verba omni ex parte elucidata maneant, quid nomine paradiſi in illa Chriſti promiſſione: *Hodie mecum eris in paradiſo*, veniat intelligendum: totaque ratio dubitandi inde emergit, quod Chriſtus eo die non aſcendit in cælum, ſed deſcendit in infernum, Apoſtolico dicente Symbolo: *Deſcendit ad inferos*. D. Iuſtinus Martyr ait intelligi paradiſum terreſtrē, a quo primus parens eiectus fuit. Subſcribit eidem expoſitioni Irenæus lib. 5. in Hieremiam, & probat teſtimonio presbyterorū Aſiæ, qui fuerunt diſcipuli Apoſtolorum. Duplex fuit horum Patrum fundamentum. Primum, quod putabant animas iuſtorum ante Iudicium non clare viſuras Deum: ſed fundamentum iā dānatū eſt in Concilio Florentino ſub Eugenio IIII. quod tamen tunc non ita exploratū habebatur, & ideo inculpabiles erant Patres illi. Secundum, quod in ſacra Scriptura nomine paradiſi intelligitur ille, quem primus parens incoluit. Quod hoc loco videtur manifeſtius, cum nomine paradiſi non poſſit intelligi

regnum

D. Cyprian. ſerm. 1. de Latro.

Gen. 3.

Ibid.

Luc. 23.

Gen. 3.

Ioſu. 7.

Dan. 14.

Num. 13.

Cant. 1.

Ibid.

D. Cyprianus vbi ſup. l. 1. ff. de pœnis

Matt. 11.

Luc. 23.

Ambroſ. in pſ. 118. ſer. 8.

Pſ. 77.

4. Reg. 2.

Gen. 3.

Gloſſa ordinaria ibi.

Gen. 3.

Luc. 23.

Ibidem

Luc. 23.

D. Iuſt. mar. de bono latrone.

Iren. l. 5. in Hieremiam

regnum cælorum, cum illo die non fuerit illud ingreſſus Chriſtus Dominus, ſed poſt quadraginta dies. At hoc fundamentum debile, & infirmũ etiam eſt, tum quia, vt paret ex Xenophonte, horti, in quibus Perſarum Reges deliciabantur, paradiſi ſoliti erant vocari: tum ex Eccl. 2. uam vbi dicitur, Salomonem feciſſe hortos, & pomaria, Septuaginta tranſtulerunt, *Paradiſos*: tum denique, quia D. Paulus ait ſe raptũ fuiſſe in paradiſum, & D. Ioannes Apocalyp. 2. in perſona Chriſti ait: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.* Falſum ergo eſt, quod nomine paradiſi in ſacra Scriptura ſolum intelligatur paradiſus terreſtris. Quare germanus ſenſus eſt, latronem dici introductum illo die in paradiſum, quia eodem die vidit claram diuinam eſſentiam. Illa enim clara Dei viſio noſtrũ regnum, noſtrum cælum, & noſter paradiſus eſt, quem nobis præſtare dignetur Dominus Ieſus, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Eccl. 2.
2. Corint. 12
Apoc. 2.

Homilia Quinta.

De cauſis, ob quas Chriſtus è cruce pendens beatiſſimam Virginem vocauerit mulierem, & non matrem, & de mutua relatione matris, & filij inter ipſam, & D. Ioannem Euangeliſtam, in illa verba: Mulier ecce filius tuus; deinde dicit diſcipulo, Ecce mater tua: & ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua.

Io. 19.

DIVVS Ioannes Chryſoſtomus propoſita verba elucidans, admiratus, quod Chriſtus Dominus beatiſſimam Virginem mulierem, non matrem appellarit, ſolita ſua eloquentia in hæc verba exclamat: *O bone Ieſu, quid matrem tuam erubuiſti, quæ te tam diligenter nutriuit, reuerenter tractauit, dulciter lactauit? tam dure loqueris, mulierem inquiens?* Continuo tamẽ huic obiectioni reſpondens ſanctus Doctor ait: *Ideo factũ eſſe arbitror, ne materno nomine amplius dolorem excitares; non enim tempus tunc erat matrẽ dulciter alloquendi, nec nomen matris exprimendi.* Eandem rationem reddidit Baptiſta Mantuanus hoc duplici eleganter carmine.

D. Io. Chryſ. hom. 84. in Ioan. ſim. 3
D. Chryſoſt. ibid.
Bapt. Mantuan. l. 3. Marian.

Talibus admonuit matrem ſine nomine matris,
Ne materna pium laceraret viſcera nomen.

Verum quia non abſque ſingulariſſimo Dei conſilio Chriſtus Dominus beatiſſimam Virginem mulierem appellauit, non matrem, varia, quæ in hac appellatione deliteſcunt ſacramenta, aperire exordiamur. D. Epiphanius vocaſſe ait illam mulierem, non matrem, quia mater in communi hominum acceptione virginitatem excludebat, mulier vero non. Ad quod etiam videtur reſpexiſſe D. Paulus, dicens: *Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere*: non dixit, ex matre, licet re ipſa veriſſima mater eſſet. Ipſe etiam D. Epiphanius aliam ſingularem reddit rationem: ait enim conſulto illam vocaſſe mulierem, ne mundus deciperetur, Deam illam proclamans, tanta erat eius ſanctimonia, & vitæ integritas. D. Auguſtinus ait id Chriſtum feciſſe propter exemplum noſtrum: dixerat enim Matt. 23. *Nolite vocare vobis patrem ſuper terram.* vnde ipſe implere volens, quod docuerat, non vocauit Virginem matrem, ſed mulierem. Burgenſis Chriſtum Dominũ tradit præſcire, Virgini ex magna eius humilitate placuiſſe, nominari ſe humiliori nomine; filius vero matris voluntati annuens nomen matris Dei, quod excellentiſſimã dignitatem Virginis prædicat, non vſurpauit, ſed mulieris tantum, quod commune nomen eſt. His addamus nos, vocaſſe illam mulierem, quia mulier idem eſt, quod molliens virũ. Ipſa autem fuit, quæ diuinum cor aduerſus homines propter eorum peccata induratum emolliuit, ne in genus humanum deſæuiret. Vocat mulierem antonomaſtice, vt notauit D. Cyrillus, quaſi alludens ad mulierem illam, de qua Salomon: *Mulierem fortem quis inueniet?* ſed præcipue ad illam, de qua in creatione mundi dixerat: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem.* hæc enim Virgo ipſa erat, vt Patres omnes explicant. Itaque ſicut Chriſtus dicitur filius hominis per antonomaſiam, ita beata Virgo mulier per excellentiam. Vocat etiam eam mulierem, non matrem, quia qui ſe experiebatur derelictum à Patre, quatenus nullam ei cælitus conſolationem mittebat, voluit quoque eo ſolario, dulcedine, & ſuauitate, quę in nomine matris deliteſcit, & quam ipſe percipere ſolitus erat, animam ſuam priuare. Tandem vocat illam mulierem, quia ſi dixiſſet: *Mater ecce filius*, ambiguum valde redderet ſermonem, quia tunc hunc ſenſum poſſent verba illa reddere, vt reſpiceret ſe ipſum tot doloribus affectum; vel certe, quod loqueretur ad matrem Ioannis, quæ ibi aderat, & ei diceret: Ecce filius tuus fideliſſimus inter omnes, qui a lecto crucis non recedit. Propter igitur hæc omnia conuenienter Chriſtus matris appellationem reticẽs, mulieris nomine vſus eſt. Porro iam ſequentia verba: *Ecce filius tuus*, quæ ſingularem D. Ioannis Euangeliſtæ excellentiam continent, illuſtrare properemus. In illis latet afflictio Virginis; latet & ſolamen doloris eius. Afflictio quidem, quia intimabant verba illa mox ſpoliandam eſſe dilectiſſimo filio ſuo: vnde D. Auguſtinus hunc Virginis mœrorẽ conſiderans, ait: *An non tibi plus quam gladius fuit ſermo ille, reuera pertrãſiens animam*

D. Epiph. in hunc locum
Gal. 4.
D. Epiphan. in hunc locũ
Cyril. ep. 18
Prou. 3.
Gen. 3.
D. Aug. ep. 30 ad Paul.
D. Bernard. ſuper ſigno magnum

Digitized by Google

mm, vſque ad diuiſionem animæ, & corporis, mulier ecce filius tuus? Ioan. 19 *O commutatio! Ioannes tibi pro Ieſu traditur, ſeruus pro Domino, diſcipulus pro magiſtro, filius Zebedæi pro Filio Dei, homo purus pro Deo vero: quomodo afflictiſſimã tuã non pertranſiret animam auditio illa, quando noſtra, licet ſaxea, licet ferrea pectora ſola recordatione ſcinduntur!* Fateor quidem verba hæc: Ibidem. *Mulier ecce filius tuus*, vulnus animæ matris intuliſſe, ſed ſimul vulneris præſentiſſimam medelam attuliſſe, non inficiabor. Voluit enim Chriſtus, deſolatam matrem contemplans, propter ſuam futuram abſentiam, in ſolatium eius, vt ſolet inter amantes, imaginem aliquam ad viuum ipſum repræſentantem ei in pignus ſui amoris relinquere: quia tamen nulla erat, quæ ita expreſſe ipſum referret, ſicut Ioannes, idcirco loco ſuo illum ſubſtituit. Vt autem huius imaginis magna cum prototypo, Chriſto ſcilicet Domino ſimilitudo clarius innoteſcat, a nominis comparatione eam oſtendere inchoemus. Chriſtus vnctionem gratiæ donat; Ioannes gratiam ſignificat: cognomen Chriſti, Matt. 17. dilectus eſt: *Hic eſt filius meus dilectus*; Ioannes dilecti cognomine etiam gaudet: *diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus*. Chriſtus ſapientia Patris Ioan. 13. paterni cordis arcana nouit: Ioannes ſapientior reliquis, ac Theologorum facile princeps e corde Chriſti diuina myſteria hauſit. Si de Chriſto Ioan. 1 dicitur: *Qui eſt in ſinu Patris ipſe narrabit*; de Ioanne dicam, qui eſt in ſinu Chriſti, ipſe nobis cæleſtia ſacramenta reſeruauit. Adde, quod ſi vnica Virginis ſalutatio, vt teſtatur D. Lucas, Ioannem Baptiſtam in vtero matris ſuæ ſanctificauit, quid putabimus frequentem, ac diuturnam Matris conuerſationem in Ioanne Euangeliſta effeciſſe? Et ſi Chriſtus fuit genitus in pectore Patris; Ioan. 21. Ioãnes regeneratus eſt in pectore Chriſti: *Qui recubuit ſuper pectus Domini*: Et ſi in Chriſto duplicem natiuitatem agnoſcimus, vnam ex Patre, alteram ex matre, duplicem aliam fateri oportet in Ioanne; primam, per quã factus eſt filius Dei: *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*; ſecundam, per Ioan. 19. quam factus eſt filius Virginis: *Ecce filius tuus*. Vbi Gen. 42. obſeruatione digniſſimum arbitror, quod ſicut Ioſeph, quamuis haberet fratres vndecim, erant tamen ſemifratres, quia tantum ex parte patris, ſoluſque Beniamin erat integer frater eius, quia tam ex patre, quam ex matre: ita Chriſtus frater Rom. 8. erat omnium noſtrum, D. Paulo dicente: *Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus*; frater tamen ſolum ex parte Patris; vnde non niſi ſemifratres eius ſumus: Ioannes vero nõ ſolum frater ex parte patris, ſed ex parte matris exiſtit, cum reuera ſpeciali ratione a Chriſto Dño factus fuerit filius Virginis, cũ dixit, Ecce filius tuus. Vnde ſicut de Iſaia. 53. Chriſto dixit Iſaias: *Generationem eius quis enarrabit?* non immerito hanc nouam Ioannis generationem ex matre cõtemplantibus licebit ſimilia verba vſurpare. *Generationẽ Ioannis quis enarrabit*, cum in filium Matris Dei denuo genitus ſit? Quia tamen Chriſtus Dominus natiuitatem Ioãnis Baptiſtæ multis cæleſtibus cohoneſtatam donis fuiſſe nouerat, excellentioribus alijs voluit nouam hanc Ioannis Euangeliſtæ natiuitatem ex Virgine matre cumulari. Si Baptiſtę natiuitatem Angelus nunciauit, dicens: *Vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium*; Luc. 1. Chriſtus Angelorum Dominus natiuitatis Ioannis prænuncius fuit, dicẽs: *Ecce filius tuus*. Ioan. 19. Si Baptiſtæ natiuitatis nũcium datum fuit *a dexteris altaris incenſi*, vt ait Luc. 1. D. Lucas; nuncium natiuitatis Ioãnis datum fuit in ſacro Crucis altari, Chriſto dicente: *Ecce mater tua*. Ioan. 19. Et ſi illud datum fuit tẽpore, quo ſacerdos Zacharias ſacrificium offerre venerat; Luc. 1. hoc certe datum tempore, Ioan. 19. quo ſummus ſacerdos Luc. 1. Chriſtus Dominus cruentum corporis ſacrificium Patri in templo montis Caluariæ offerebat. Quod ſi Baptiſta natus eſt ex matre ſterili, Ioannes (quod excellentius eſt) ortus ſpiritualiter ex matre Virgine. Verũ quia de natura huius filiationis video multos inter ſe digladiantes, nõ poſſum duas extremas, & inter ſe pugnantes ſententias nõ in medium proferre, quibus prolatis, & confutatis veriorem, & rationi magis conſentaneam proferemus. Graues quidam Doctores retulerunt, exiſtimaſſe nonnullos, Chriſtum Dominum verbis illis: *Ecce filius tuus*, Ioan. 19. Ioannem filium naturalem Beatæ Deiparæ conſtituiſſe, ita vt ſicut illa verba: Matt. 26. *Hoc eſt corpus meum*, virtutem habent conficiendi verum corpus Chriſti: ſic & illa, Ioan. 16. *Ecce filius tuus*, efficiendi naturalem relationem filii in Ioanne, atque adeo ad conſtituendum illum naturalem Mariæ filium. Meminit huius ſententiæ inſignis ille Archiepiſcopus Valentinus nomine Villanoua, concione de S. Ioanne, & Romæ quidam nomine Baurinon publica diſputatione illam defenſauit: contra quem ſcripſit Brixienſis Epiſcopus ſub Pio ſecundo Pontifice Maximo. *Archiepiſcopus Valentinus Villanoua in feſto S. Ioannis Euang. Refert vtrũque Salmeron tomo 10 tract. 41.* Verum hæc opinio ad commendationem Ioannis minime neceſſaria, quam ſecundum bonam philoſophiam fere omnes impoſſibilem iudicant, docentes filiationem eſſentialiter, & intrinſece ſubſequi generationem, & in ea fundari; vnde & ipſe æternus Pater reddens rationẽ, quare Chriſtus Dominus naturalis Filius eius ſit, non aliam adhibuit, quam quod fuerat genitus ab eo: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Cũ ergo Ioannes non fuerit naturaliter genitus a Virgine, neutiquam habere potuit filiationem naturalem, quæ in paſſiua generatione neceſſario fundatur; hæc, inquam, commentitia opinio nullum dignum Ioanne præconium profert. Nam ſi demus, poſſibilem eſſe illam naturalem filij relationem, & potuiſſe a Deo produci in Ioanne, etiã illam potuiſſet producere in homine peccatore. Quodnam autem, quæſo, ſpeciale laudis genus eſt Ioanni, id habere, quod poſſibile eſt ineſſe homini peccatori? Alij per oppoſitum extremum in contrariam omnino ſententiam abeuntes, cõtendunt per verba illa, *Ecce filius tuus*, Ioannem non ſolum non conſtitutum fuiſſe filium naturalem Virginis, ſed neque adoptiuum: nam ad adoptionem, inquiunt, requiritur admiſſio ad ius hereditarium: beata autem Virgo tunc temporis non habebat, ex quibus Ioannem heredem conſtitueret: nulla ergo ibi fuit in filiũ adoptio.

At

Digitized by Google

At ſatius mihi videor dicere, quod ſicut antiquo
iure Romano ſolus Imperator concedebat mu-
lieri viduę, quę in bello vnicum filium amiſiſſet,
vt in ſolatium ſuum alium adoptaret; ita Chri-
ſtus Dominus, cæli & terræ ſupremus Impera-
tor moriens in bello, cum tamen eſſet vnicus ma
tris ſuę, filiali benignitate conceſſit ei, vt haberet
filium alium ſpiritualiter adoptatum: vnde con-
trarium opinantes aduertere debuiſſent, quod ſi-
cut adoptio temporalis præbet ius ad bona tem
poralia, ita etiam adoptio ſpiritualis ius tribuit
ad bona ſpiritualia adoptantis. Licet autem Vir-
go ſanctiſſima bonis terrenis pauperrima eſſet,
diuinis tamẽ chariſmatibus locupletiſſima erat.
ſicut ergo Eliſeus dicitur duplicem ſpiritum
4.Reg.2. Eliæ hereditaſſe, eo quod Elias in filium ſuum
ſpiritualem illum adoptauerat, & precatione
ſua a Deo obtinuerat, vt duplici ſpiritu Eliſeum
ornaret; ita ſacer Ioannes Euangeliſta tamquã fi
lius ſpiritualis adoptiuus Virginis ſingulari qua-
dam imitatione heres fuit virtutum, quæ ſin-
gulariter in ſacra Virgine emicuerunt. Si enim
D. Paulus euidentem cenſuit illam conſequentiã:
Galat.4. *Quod ſi filius, & heres*; ſatis vtique compertum
arbitror, quod ſi Ioãnes filius fuit Virginis, Chri
Ioan.19. ſto dicente: *Ecce filius tuus*, etiam bona matris
ſpiritualia hereditauit: *Quia ſi filius, & heres*. Vn-
de beata Virgo Ioannem alloquens vſurpare poſ
Luc.15. ſet illa verba Lucæ: *Fili, tu ſemper mecum es, & om
nia mea tua ſunt*. Arbitror autem id ſpeciale ha-
buiſſe hanc adoptiuam filiationem Ioannis præ
reliquis, quod verbis illis: *Ecce filius tuus*, Chri-
ſtus Dominus diuinã virtutem contulit, vt impri
merẽt cordi virgineo ſingularem quendam amo-
rem maternum in Ioannem fortiorem, & arden-
tiorem, quam ſoleat matribus natura ipſa tri-
buere; viſceribus etiã ſanctiſſ. Apoſtoli reuerẽtiã
filialem erga Virginem talem inſererent, qualem
nullus filius natura habuit vnquam in matrẽ ſuã:
quod aureis his verbis prædixit magnus Pater
Arnaldus: *Vices filij naturalis filius accepit ado-
ptiuus, & transfunditur in miniſtrum filialis affe-
ctus, formaturque, & firmatur in ambobus pietatis
vnicæ gratus concorſque complexus, non ex traduce
naturæ, ſed ex munere gratiæ*. hæc ille. Igitur ex
Heb.1. his omnibus efficitur, quod cum Ioannes, ſicut
Chriſtus fuit, & eſt naturalis Patris figura, ita fue
rit expreſſa quædam ſanctitatis, & morum Chri-
ſti myſtica imago, nihil ſane ad ſolatium Virgi-
nia in abſentia naturalis filij tam prodeſſe pote-
rat, quam Ioannem in filium ſibi datũ. Quemad-
D. Ambro. l. de fid. reſurrect. tom. 4. Plin. l. 10 natural. hiſtor. modum enim D. Ambroſius, & Plinius referunt,
quod phœnix, quæ vnica eſt, quamuis inter flam
mas odorantium lignorum emoriatur, in ſuper-
ſtite filio ſucceſſore eius viua remanet; ita quã-
uis Chriſtus diuini amoris flammis velut phœ-
nix exuſtus moreretur, in ſuperſtite Ioanne filia-
tionis ſuæ ſubſtituto viuus permanſit, vt non im
Eccleſ. 30. merito de eo dici poſſit illud Eccleſiaſtici: *Mor-
tuus eſt frater eius, & quaſi non eſt mortuus: ſimilem
enim reliquit ſibi poſt ſe: reliquit enim defenſorem do
mus contra inimicos*. Duo continent hæc verba,
quæ excellentiam Ioannis valde commendant,

Primum eſt, cum Chriſto ſimilitudo propter mo-
rum conformitatem, ob quam non potuit non ce
dere in magnum Virginis ſolatium, Ioannem in
filium habere. Vnde quemadmodum, cum Eua
propter mortem innocentis Abel ploraret, dedit
ei Dominus Seth filium alium loco eius (Seth
namque, *poſitio*, interpretatur, quia poſitus fuit Geneſ. 4.
loco Abel occiſi. vnde Eua dixit: *Poſuit mihi
Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain*) Ita
Chriſtus Dominus præuidens ingenti triſtitia
materna viſcera Virginis eius abſentia afficien-
da fore, Ioannem loco ſui in filium matris ſub-
ſtituit, dicens ei: *Mulier ecce filius tuus*. Vnde & Ioan.19.
beata Virgo iure optimo dicere potuiſſet illud,
quod olim Eua: *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro
Abel, quem occidit Cain*, hoc eſt Ioannẽ pro Chri-
ſto, quem occidit impia ſynagoga. Sed quã egre-
gie ſequentia verba illa Eccleſiaſtici: *Reliquit* Eccl.30.
enim defenſorem domus contra inimicos, beatiſſimo
Ioanni congruant, parumper contemplemur: hęc
enim noua Ioannis filiatio erga Virginem matrẽ
clypeus eſt inuincibilis ad matris virginitatem
tuendam, & ab hæreticorum calumnijs vindican
dam. Quod ne noſtro marte confingere videa-
mur, hanc Ambroſij, & Cypriani ſententiam ex-
preſſam eſſe affirmo. D. enim Ambroſius libro de Ambroſ. l. de inſtit. virg. cap. 7.
inſtitutione Virginum, de teſtamento Chriſti
in cruce agens, ait: *Legatur matri pudoris defen-
ſio, teſtimonium integritatis: legatur etiam diſcipulo
matris cuſtodia, pietatis gratia commendatur*. Simi-
lia dicit beatus Arnaldus Abbas: *Non eſt paſſus* D. Arnald. Abb. de ſeptem verbis Domini in Biblioth. ss. Pat.
*Chriſtus, vt Iudaico rabies in ſanctuarium ſuum pro-
fanam mitteret manum, vel aliqua infeſtatione vio-
laretur illud templum Spiritus ſancti: poſitus eſt fi-
delis æditiuus ad tanti theſauri cuſtodiam*. & paulo
poſt: *Probato, dilectoque diſcipulo pudor virgine-
us, matris thalamus, & ſanctimoniæ integritas aſſi-
gnatur, vt teſtis eſſet idoneus virgo Virgini*. Sed cla
rioribus adhuc verbis id ipſum edixit D. Cypria Cypr. ſerm. de. paſſione Domini.
nus: *Nunc materno*, inquit, *moueris affectu, & thala
mum humanitatis tuæ cubiculario dilecto commen-
das, & prouides ſedulo Apoſtolicam clientelam, & ob
ſequium Virginis virgini diſcipulo tradis, vt iam
non Ioſeph tanti myſterij oneretur præpoſitura, ſed
Ioannes; quia iam exigebat ratio, vt coniugij remo-
ueretur opinio, nec vltra pater Chriſti æſtimaretur,
quia eatenus vicem patris, & coniugis tenuerat. Ha-
bebat Ioſeph in hac Chriſti diſpoſitione rationabilẽ
contradictionem, cum alteri commendaretur Maria,
ſi ſe cognouiſſet carnalẽ maritum: ſed quia in ſpiritu
actum erat coniunctionis illud myſterium, paſſus eſt
Ioſeph æquanimiter ſibi eum in hoc ſeruitio præponi;
quem digniorem ſe iudicabat, & quia magiſtri ele-
ctio ſic negotium ordinabat*. hæc ille. Scio D. Epi-
phanium ex eo, quod Chriſtus matrem diſcipulo D. Epiphan. con. Antidicomarianitas hær 78.
commendauit, colligere, quod vir eius Ioſeph
mortuus erat; ſed alij nullũ reputãt inconueniẽs,
quod ſicut Ioannes habens matrem commenda-
tus eſt Virgini, ita Virgo ſuperſtite viro cõmen
daretur Ioanni. Cum ergo hæc tota Ioãnis filia-
tio erga dilectiſſimam Virginem ad integerrimæ
virginitatis eius defenſionem præcipue ordina-
ta fuerit, recte de Ioanne prædicta Eccleſiaſtici
verba

Digitized by Google

verba verificantur: *Reliquit enim defenſorem domus contra inimicos.* Domus hæc beata Virgo eſt, quam Chriſtus Dominus per nouem menſes habitauit, de qua dixerat Dauid: *Domum tuam decet ſanctitudo Domine in longitudine dierum.* Inimici huius domus hæretici Heluidiani fuere, puritatem huius domus labefactare contendentes. Defenſor vero illius domus contra hos infeſtiſſimos hoſtes Ioannes eſt, qui ardenti filij zelo accenſus pudorem Matris Dei, & ſuæ hac ſua filiatione acerrime defenſauit, vt præcitati Patres aperte conteſtantur.

Eccles. 30. Pſ. 92.

Hactenus de prioribus illis Chriſti verbis egimus: *Ecce mulier filius tuus;* iam de ſequentibus ſermonẽ inſtituamus: *Deinde dixit diſcipulo, ecce mater tua.* Verum antequam ad eorum explicationem accedamus, piæ cuidam interrogationi facere ſatis opus erit. Cum enim vox illa (ecce) aduerbium demonſtratiuum ſit, quærunt quidam, quibusnam ſignis demonſtrauit Chriſtus matri filium, & filio matrem. Huic quæſtioni reſpondet his verbis beata Brigitta: *Quod dixit, ecce mater tua, & ecce filius tuus, capitis, & oculorum nutu tam matrem diſcipulo, quam diſcipulum matri deſignauit.* Vel dicamus aliter, quod ſicut proprium eſt ouis, vt inter mille agnos clamantes proprij filij vocem agnoſcat; ita beata Virgo, quæ ouis manſuetiſſimum illum agnum in cruce oblatum pepererat, cum primum eius vocem audiuit, *ecce mulier;* ad ſe filium ſermonem direxiſſe probe agnouit. Vnde Diuus Bernardus hoc ipſum contemplans ait: *Quid igitur demonſtratiuum ſignum quæris, vbi non digitus foris, ſed gladius penetrans intus oſtendit? vbi non conniuens oculus, ſed verbum mentis inſinuat, vt & paſtorem, & agnum nullo intercedente ouis intelligat?* hæc ille. Iam ad propoſita verba redeamus, *Ecce mater tua.* Inter omnia bona, quæ Chriſtus poſſidebat, duo omnium precioſiſſima habebat, inæſtimabilem margaritam beatam Virginem, & probatiſſimum topazium Ioannem Euangeliſtam. Per hanc enim petram deſignatur, inter duodecim illas, quas ipſe vidit, duodecim Apoſtolos ſignificantes. Cum ergo Chriſtus Dominus Virginem matrem præ ceteris amore proſequeretur, vt qui in finem diligeret eos, amoris argumenta præbens beatæ Virgini precioſum Ioannis topazium in pignus dilectionis ſuę reliquit. Tria obſeruatione digna de topazio reperio huic argumento ſatis apta. Primũ eſt, facilem eſſe ad recipiendam artificis ſculpturam, bona adeo animi indoles Ioanni inſuit, vt volens Chriſtus in eo ſimul inſculpere tamquam ſupremus artifex triplicis cæleſtis hierarchiæ munera, & catholicæ Eccleſiæ officia, Apoſtoli, Euangeliſtæ, Doctoris, Cõfeſſoris, Martyris, & Virginis, & alia pene innumera donorum cæleſtium charismata, facile in ſe omnia reciperet. Secundo habet topazium hãc proprietatem, vt in bullientem calorem immiſſus, liquoris calor continuo tepeſcat. Hoc ipſum experientia ipſa comprobante cernimus in Ioanne, qui in feruentis olei dolium immerſus confeſtim feruorem eius euaneſcere fecit. Vnde ex eo non modo non læſus, ſed vegetior prodijt. De Philone referunt hiſtoriographi, quod cum topazium ad oram maris inueniſſet, tamquam ſingularis precij pignus Ptolemæi Regis matri in donum obtulit, cuius oblatione mirifice ipſa læta fuit. Non diſſimiliter Chriſtus Dominus cum hunc precioſiſſimum topazium, Ioannem intelligo, iuxta mare Galilæum inueniſſet: *Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ, &c.* donauit illum ſacratiſſimæ matri ſuę, dicens ei: *Ecce filius tuus.* Dilecto autem diſcipulo inæſtimabilem margaritam Beatæ Virginis in argumentum amoris ſui liberaliter elargitus eſt, dicens ei: *Ecce mater tua.* Sane ſingularis fidelitas, quam inter omnes eius condiſcipulos erga Chriſtum habuit, meruit tantum hoc ſibi donari munus. Quod vt clarius innoteſcat, in memoriam reuocare oportet, quod rerum naturalium auctores cum noſtro Bartholomæo Anglo annotarunt. Referunt ſerpentem, & pellicanum infeſtiſſimos ad inuicem eſſe hoſtes; vnde cum ſerpens pellicani filios mordet, ſemimortuos illos relinquit. Tunc autem pellicanus paterno amore commotus, proprium pectus percutiens vſque ad ſanguinis effuſionem, illo cruore filiorũ vulneribus medetur. At illi pro tãto beneficio patri ingrati illum aufugientes deſerunt, vno ſolo permanente, qui tamquam pro accepto beneficio gratias referens in ſolatium, & ſocietatem eius a nido minime recedit. Neminem ſane ignorare arbitror, per pellicanũ Chriſtũ ſignificari, Dauide dicẽte: *Similis factus ſũ pellicano ſolitudinis factus ſũ ſicut nycticorax in domicilio.* Antiquus ſerpẽs filios eius morſu peccati grauiter lacerauit, quibus vt ipſe mederetur, latus dextrum aperiri voluit, vt inde exiret ſanguis, & aqua ad eorum vulnera ſananda præſentiſſimum antidotum: at filij eius tanto ingrati beneficio omnes pariter abierunt, ſolo Ioanne excepto inter omnes eius diſcipulos, qui a nido crucis, vbi ſacer pellicanus Chriſtus Dominus vulneratus iacebat, non receſſit, ſed inuincibili conſtantia, & ardentiſſimo amore vſq; ad extremum vitæ halitum eum fideliſſime comitatus eſt. Hanc ergo Chriſtus Dominus remunerãs fidelitatem, beatam Virginem, precioſiſſimum omnium bonorum ſuorum donum in teſtamento ſuo ei legauit, quaſi dicens illud, quod olim Patriarcha Iacob iam moribundus dixit dilecto filio ſuo Ioſeph: *En ego morior, & erit Deus vobiſcum; do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Nemo catholicus ambigit præcipuam totius patrimonij Chriſti hereditatem abſque controuerſia fuiſſe Deiparam Mariam, quam ipſe de manu Amorrhæi, hoc eſt, Diaboli, in gladio, & arcu crucis ab immani originalis peccati hoſte immunem ſeruauit. Quia ergo Ioannem præ omnibus alijs diſcipulis

Ioan. 19. Ibid. — *B. Brigitta l. 4. c. 70. circa med.* — *D. Bernard. ſuper ſignũ magnum apparuit in cælo.* — *Ioan. 19.* — *Apoc. 20.* — *Eccles. Hist.* — *Matt. 4.* — *Ioan 19* — *Ibid.* — *Barthol. Anglus lib. 12.* — *Pſ. 101.* — *Gen. 48.*

ſpeciali dilectione in vita proſecutus fuerat,eandem in morte ei oſtendeos, precioſiſſimum hoc
Gen. 43. donum intemeratę Mariæ Virginis extra omnes illos ei dedit : *Da tibi partem vnam extra fratres tuos*. Et ſicut olim Patriareha Ioſeph fratres ſuos ad prandium inuitans dilecto Beniamino fratri ſuo minori meliores,& abundantiores dapes præ omnibus alijs in menſa fecit apponi,ita vt,quod in diſco ei apponeretur, *quinque partibus* excederet,vt ait ſacer textus;ita diuinus Ioſeph Chriſtus Dñs dilectũ ſuũ Beniaminũ Ioanné,quia frater vterinus erat,licet ætate minor, inter omnes diſcipulos, maioribus, & excellentioribus donis cumulanit, ſacratiſſimam Virginé in matrem ei tradens. Videtur mihi Chriſtus Dominus in hoc opere ſe geſſiſſe velut peritum agricultorem, qui conditionem,& naturam alicuius plantæ cognoſcens, pariterque animaduertens, quod ſi ei alia mater,quæ eum foueret, daretur, hoc eſt alia fœcundior terra,copioſos, & perfectiſſimos fructus produceret, transfert ipſam ad eam; ita Chriſtus Dominus bonam indolem,& ingenium Ioannis agnoſcens, videnſque,quod ſi melior, & præſtantior mater daretur, præſtantiores bonorum operũ fructus producturus foret,præſtantiſſimam omnium matré,
Eccles. 15. hoc eſt Matrem Dei, in matrem ei contulit: Vt ex illa hora,vt verbis Eccleſiaſtici vtar,*obuiauerit illi quaſi mater honorificata*. Quo tanto dono ditiſſimus omnium factus eſt Ioannes. Nam vt Salomon dixit(quod non ſolum de ſapientia,ſed de beata Virgine intelligitur) *Melior eſt acquiſitio ipſius negociatione auri, & argenti primi, & puriſ-*
Prouerb. 3. *ſimi,fructus eius precioſior eſt cunctis opibus. & omnia, quæ deſiderantur,huic non valent comparari*. Fateor quidem Petro commendatam fuiſſe Ec-
Ioan. 21. cleſiam;*Paſce oues meas*:Ioanni autem Mariã;*Ecce mater tua*: Petro tumultuoſa negocia; Ioanni pacifica,& quieta: Petro atria,& veſtibulum,& peccatorum pecora mactanda; Ioanni commendatur altare incenſi,& ſancta ſanctorum:ad culmen miniſterij Ioannis nullus admittitur, ſolus illi aſſiſtit propitiatorio: ſolus Ioannes vas aureum,continens manna diuinæ legis, tamquam Pontifex deſtinatus obſeruat. Ac tandé quia Ioannes aſſuetus erat in pectore Chriſti Domini reclinare,hoc reclinatorio per mortem Chriſti ei deficiente,voluit reclinatorium Matris ſuæ, in quo ipſe per menſes nouem recubuerat, loco illius dilecto diſcipulo ſubſtituere.

Tandem,vt finem dicendi faciamus,ad vltima verba exponenda oportet noſtram conuertere
Ioan. 19. orationem:*Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in*
Beda in Io. *ſua*. Quidam cum Beda legunt, accepit eam in
tom. 4. ſuam,id eſt,in matrẽ ſuam,vel curam. D.Epipha-
D.Epiphan. nius legit: *Ab illa die accepit ipſam ad ſe ipſum*;
hæres 78. in quod & Syriacus habet: *Ex illa hora recepit eam*
Antidico- *diſcipulus apud ſe*: ſed melius noſtra vulgata, &
marianitas conformius originali Hebræo, vt tradunt periti illius idiomatis,vertit:*Accepit eam diſcipulus in*
D. Aug. tract. 116. in Ioan. tom. 9. *ſua*. Sed quærit Diuus Auguſtinus, hæc verba explicans tractatu 116. in Ioannem,in quæ ſua Ioannes Matrem Domini accepit:nec enim non
Luc. 18. ex eis erat, qui dixerunt ei: *Ecce nos dimiſimus*
Salm. tract. de 7. verb. *omnia, & ſecuti ſumus te*. Eruditiſſimus Salmeron reſpondet, Ioannem recepiſſe Virginem in ędes quaſdam, quas ex pecunia hereditatis cuiuſdam ad eum deuolutæ comparauerat.
Niceph. lib. 2 Eccles. hiſtor. c. 4. Quam reſponſionem mutuauit ex Nicephoro libro ſecundo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro quarto, qui ex antiqua traditione ait,Ioannem vendito patrimonio domum emiſſe in monte Sion, in qua Dominus fecit vltimam cœnam, & Beata Virgo vſque ad mortem ſuam habitauit in ea, vbi Dominus apparuit ianuis clauis, in quam deſcendit Spiritus ſanctus, & fuit prima Eccleſia conſecrata ab Apoſtolis, vt ait Cyril-
D. August. vbi ſup. lus Hieroſolymitanus. Sed Diuus Auguſtinus, vbi ſupra, aliter reſpondet præcitato loco: *Suſcepit eam in ſua, non prædia, quæ nulla propria poſſidebat, ſed officia, quæ propria diſpenſatione compenſanda curauit*. Quod ſi quiſpiam interroget, quibuſnam pecunijs comparare poterat Ioannes neceſſaria pro alimentis ſacræ Virginis, cum ipſe pauperrimus eſſet;facile dicam, quod, vt commemorat Diuus Lucas,poſſeſſores prædiorum,vel domorum eas vẽdentes offerebant precia,& ponebant ea ad pedes Apo- Act. 4.
ſtolorum, indeq. diſtribuebatur vnicuique,prout ſingulis opus erat: vnde Ioanni putandum eſt diſtributum fuiſſe id, quod opus erat, vt illic beatæ Mariæ, tamquam matri eius, portio poneretur. Atque hic notat Euthymius, Chri- Euthym. c. 19. in Ioan.
ſtum Dominum matrem ſuam Ioanni commendaſſe,exemplo nos inſtituens, vt tamquam filij pij omnem curam impendamus parentibus ſubueniendi, eorumque inopiam ſubleuandi. Atque his omnibus auream coronidem imponamus, aurea doctiſſimi Arnoldi Abbatis Arnol. Ab. tract. de 7. verbis.
verba (tametſi non pauca) referentes, quia pietate,& eruditione plena ſunt: *Non eſt paſſus Chriſtus, vt Iudaica rabies in ſanctuarium ſuum profanam mitteret manum, vel aliqua infeſtatione violaretur illud templum Spiritus ſancti. Poſitus eſt fidelis æditus ad tanti theſauri cuſtodiam. Diſcipulus, qui in cœna Dominica ceruical ſibi in pectore magiſtri aptauerat; ecce iterum alio priuilegio honoratur,& poſt illud reclinatorium, in quo viderat,In principio erat Verbũ, & Verbũ erat apud Deum:officina illa,in qua Verbum caro factum eſt, diligenter a filio ei commendatur: probato,dilectoque diſcipulo pudor virgineus, matris thalamus,& ſanctimoniæ integritas aſſignatur, vt teſtis eſſet idoneus virgo Virgini, fidelis cubicularius matris Domini ſui, miniſter deuotus: pro reuerentia magiſtri vices filij. naturalis filius accepit adoptiuus; & transfunditur in miniſtrum filialis affectus, formaturque, & formatur*

in

Digitized by Google

in ambobus pietatis vniea gratus, concorſque complexus, non ex traduce naturæ, ſed ex munere gratiæ. Vnum igitur contubernium Ioannis, & Mariæ virginitas accipit: & vnius moris in domo, vnum integritatis propoſitum, vnam habitationem meretur, communemque conuictum. Ecce Ioannes piæ hereditatis ſuſcipit teſtamentum: eligeris, & in hoc præponeris omnibus. Ioseph, qui eatenus miniſtraueras te ſubrogato cedit: nec maritalia iura opponit, vt obſtruatur os loquentium iniqua in poſterum, quia matrimonium illud diſpenſationi diuinæ, non copula carnali ſeruierat; ideoque nec Ioſeph, cum Ioanne eam ſuſcipit in parentem, queritur de diſiuncto connubio, quod diſpenſatorium fuerat, ſine vllo carnalis copiæ commercio. Hoc teſtimonium integritati Matris Chriſtus in fine perhibuit, vt haberet Eccleſia ſancta ex Euangelio lapidem, quem Bonoſi, Heluidyque hæreticorum impudenti fronti infigeret, qui in Matre illibatæ virginitatem auſi ſunt impia blaſphemia garrire. Tu igitur Ioannes ſancte, ad hoc eligeris, vt miniſtres, & obſequaris ea dilectione, qua filius; ea obedientia, qua diſcipulus; ea ſubiectione, qua miniſter, & famulus. Hæc in laudem dilecti diſcipuli Chriſti. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Sexta.

Explicantur varia priſcorum Patrum eruditione verba illa: Clamauit Ieſus voce magna, dicens: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Matt. 27.

ANTEQVAM propoſita verba enucleare incipiamus, duo peſtilentiſſimi errores explodendi ſunt. Primus eſt, quẽ ſectati ſunt Eutychiani, qui ex prædictis verbis colligebant, Verbum diuinum dereliquiſſe humanitatem: exiſtimabant enim Verbum eſſe animam viuificantem illud corpus; contenduntque alij hæretici Eutychianæ factionis in eam ſententiam D. Hilarium, & D. Ambroſium trahere, quia Hilarius ait: *Clamor vero ad Deum corporis vox eſt, recedentis a ſe Verbi Dei conteſtata diſſidium.* D. vero Ambroſius inquit: *Clamauit homo diuinitatis ſeparatione moriturus.* (Hilar. can. 32. in Matt. ante med. Ambr. l. 10. in Lucam c. 24 sub. ani. no tom. 5.) Sed fruſtra hi hæretici tantis Patribus errorẽ ſuum imponunt, cum re vera, vt patet ex doctrina ab eiſdem alibi tradita, & ex contextu verborum illorum, apertiſſime loquantur de ſeparatione diuinitatis, non ſecundum rem, ſed ſecundum auxilium, & ſolatium, vt perdocte explicuit Magiſter ſententiarum, lib. 3. d. 21. Et quidem cum Deus a nullo ſubtrahat habitualem gratiam, niſi præcedente peccato, manifeſtum eſt non ſubtraxiſſe a Chriſto gratiam vnionis, cum in eo nullum prorſus præceſſiſſet peccatum, qui impeccabilis erat. Ac ne in re catholicis notiſſima immoremur, ſi Verbum diuinum ſeparatum fuerat in morte a Chriſto, vtique falſę eſſent oẽs illæ catholicæ veritates, Deus mortuus eſt in cruce, Deus ſepultus eſt, Deus deſcendit ad inferos; quas tamen catholica confitetur Eccleſia, in ſano ſenſu intellectas, vt mortuus fuerit Deus in humanitate, ſepultus ſecundum corpus, deſcenderit ſecundum animam. Vnde Hugo de ſancto Victore eleganter, & acute hunc errorem confutans, ſeparationem illam, quam ſupra præcitati Patres dixere, apto exemplo exponit in hæc verba: *Non autem reliquit, quia præſentiam abſtulit: protectionem ſubtraxit, ſed non ſeparauit vnionem Tu mecum pergis, ſimul ambulamus; ſecutus ſum te, quaſi amicum meum mecum habens: venit hoſtis meus me vulnerans; tu me plagari cernens nihil moueris, non curans mea vulnera. Bene dico tibi, vt quid me dereliquiſti? adhuc ſtas iuxta me, & cauſor te receſſiſſe à me: iuxta es loco, ſed longe es auxilio.* (Hugo de S. Vict. 2. de sacra. par. 1)

Secundus, & impudentiſſimus error fuit Caluini, quem ore promere animus perhorreſcit. (Error Calu. cap. 7. sua instit. sect. 29.) Non erubuit mendaciſſime effutire Chriſtum Dominum creatorem cæli, & terræ, humani generis redemptorem, & totius ſanctitatis auctorem, qui non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, in cruce deſperaſſe, dum dixit: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* (Matt. 27.) Nemo ſane vmquam ex Turcis in Alcorano, nemo ex perfidis Iudæis in Thalmud, vel Cabala, nemo ex paganis in comœdijs, aut ſcriptis theatricis ſaluatorem omnium Chriſtum, vnicum, & naturalem Dei Filium, impie magis, & impudentius Caluino blaſphemauit: *Exurge* (Ps. 73.) ergo *Domine, & iudica cauſam tuam, qui male dixerit tibi ſit ille maledictus.* (Gen. 27.) Sane ex verbis Chriſti Domini error hic facile euincitur; ait enim: *Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti?* (Ibid. Matt.) quæ repetitio, amantis & ſperantis eſt. deinde dixit: *In manus tuas cõmendo ſpiritum meum.* Quomodo, dic impie Caluine, ſpiritum ſuum in manus Patris commendabat, a quo, vt tu mentiris, nullam ſalutem ſperabat? audi Dauidem in perſona Chriſti errorem tuum confutantem: *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam a dextris ſemper eſt mihi, ne commouear.* (Pſal. 15.) Commotus tamen vehementer fuiſſet, ſi in deſperationis barathrum incidiſſet. Ac tandem, impudentiſſime Caluine, nonne deſperationis peccatum eſt cadere a ſpe conſequendæ beatitudinis? impoſſibile ergo erat Chriſtum hoc peccati genere infici, cum eſſentialis beatitudinis actualem poſſeſſionem haberet, non ſpem: at nemo cadit a ſpe, quam non habet; igitur impoſſibile erat Chriſtum deſperare. Quod ſi dicas deſperaſſe, quatenus cecidit ab ſpe, quam habebat beatitudinis, & glorificationis ſui corporis, blaſpheme oblatras con-

contra Sanctũ ſanctorum. *Quæ enim ſocietas lucie ad tenebras? quæ conuentio Chriſti ad Belial? quæ participatio iniuſtitiæ cum iniquitate? qui tandem conſenſus templo Dei cum idolis*, vt dixit Diuus Paul. ?ac tandem qui poſt mortem dixit: (2. Cor. 6. Luc. 24.) *Nonne oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam*; quomodo gloriam corporis reſurgens accepit, ſi per peccatum deſperationis illa priuari meruerat? obmuteſce ergo impie Caluine.

His iam confutatis erroribus, quibus impij hæretici in ſiniſtros, & ſacrilegos ſenſus propoſita verba iotorquebant, ad ſanos, & catholicos ſermonem conuertamus: ſed prius de valido illo clamore, de quo Diuus Matthæus ait: (Matt. 27.) *Clamauit Ieſus voce magna*, nonnihil dicamus. Clamor hic prædictus fuit à Dauide, in perſona Chriſti dicente: (Pſ. 68.) *Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ*. Iſaias olim dixit: (Isai. 26.) *Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum dolens, clamat in doloribus ſuis*. Quibus verbis ſimilia protulit Chriſtus, dicens: (Ioan. 16.) *Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius*. Cum ergo Chriſtus Dominus, velut amantiſſima mater, nos omnes in viſceribus ſuis portans, vt Iſaias prædixerat: (Is. 46.) *qui portamini a meo vtero*, hora iam partus aduentante, de qua Diuus Ioannes: *Sciens, quia venit hora eius*, parturire nos vellet, in Crucis lecto, præ dolore maximo, velut parturiens clamauit, iuxta illud: (Ioan. 13. Apoc. 12.) *Clamat parturiens, & cruciatur, vt pariat*. Cœperunt quidẽ dolores huius partus acriter vrgere in horto Gethſemani, dum dicebat: (Matt. 26.) *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*; tamen in cruce iam iam proximus partui, vehementius illum vexarunt, velut Rachelem in partu Benoni, qui interpretatur, (Gen. 35.) *Filius doloris mei*. Quare autem tunc clamarit Chriſtus Dominus, non ab omnibus eadem adhibetur ratio. Chryſoſtomus enim clamaſſe (Chryſ. hom. 8. in Mat. tom. 2.) ait hora nona, & in fine tenebrarum, vt innoteſceret, eum adhuc viuere, & intelligerent ab eo tenebras factas fuiſſe, vt meliores hac ratione fierent. Voce autem magna vſum eſſe, vt oſtenderet infirmitatem humanæ naturæ, & acerbitatem dolorum, quos patiebatur. Diuus (D. Leo. ser. 16. de paſ.) Leo inquit: *Vox hæc doctrina fuit, non querela*, vt nos inſtrueret, non tepide, ſed ardenter, & toto cordis conatu ad Deum clamare debere, vt feciſſe legitur Moyſes, cum pro populo deprecabatur. (Exo. 14.) vnde ei Dominus dixit: *Quid clamas ad me?* Alij dicunt clamaſſe clamore valido, vt oſtenderet non coacte, ſed voluntarie mori; nam qui infirmo, & exhauſto corpori virtutem dabat ad emittendum validiſſimum illum clamorem, potuiſſet eandem impertiri, vt non moreretur. addamus & nos aliam rationem. Iacet Chriſtus in cruce flagellatus, clauis confoſſus, ſpinis caput terebrantibus redimitus, deſpectus, ludibrio habitus, & nouiſſimus omnium virorum reputatus, & tamen propter hæc non clamat, neque vlla vocis querela in eo auditur; cũ autem modo nullo ei de nouo vulnere inflicto a crucifixoribus valide clamat, & conqueritur, ſane non poteſt in hoc clamore non latere aliqua ſpecialis eius cauſa. Hanc ego exiſtimauerim, quod illuc vſque milites vulnera inflixerãt: at Pater nunc grauiſſimum omnium vulnus illi inflixit, derelinquens illum abſque omni prorſus in inferiore parte animæ ſolamine eam demulcente: & idcirco tamquam de acerbiſſimo omnium dolore in clamorem illum prorupit.

Atque hinc anſam ſumere licet ad primum ſenſum ſubijciendum inter plures, quibus verba Chriſti Domini, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* ſacri interpretes illuſtrant. (Aſt. 27.) Receptiſſima intelligentia eſt, quod fuerit Chriſtus (Hier. Aul. Chryſ. Orig. Euth. Theoph. & alij permulti ſuper Matt. 27.) Dominus derelictus a Patre, ea derelictione, quæ importat carentiam omnis gaudij, & conſolationis in portione inferiori animæ. Nam ſicut in Olympo monte accidit, vt in eius cacumine nulla ſit aeris perturbatio, in inferiore vero, & extrema parte eius venti, & pluuiæ terram infeſtent: & ſicut Ezechielis primo, viſus eſt vir (Ezech. 1.) cum ſplendore vſque ad medium corpus, inde tamen vſque ad pedes cum igne deuorante: ac tandem, quemadmodum Apocalypſis decimo, (Apoc. 10.) pes vnus Angeli erat in terra firma, alter vero pes in turbulento mari; ita in Chriſto Domino capite erat pax: (Philip. 4.) *& pax, quæ ſuperat omnem ſenſum*; in ſuburbanis vero cruentum bellum. Pes ſuperioris portionis ſixus erat in patria, diuina viſione fruens: pes vero inferioris partis hærebat in ſalſo mari dolorum, & tribulationum. Vnde cernens ſe a Patre minima etiam conſolatione, poſt tot dolores alleuiante prorſus deſtitutum, clamat: (Matt. 27.) *Deus, Deus meus, quare me dereliquiſti?* quod perinde fuit ac ſi diceret: Deus meus, qui Noe a diluuio liberaſti, Abraham ab Vr (Gen. 7. 12. & 22.) Chaldæorum, Iſaac ab euaginato patris enſe, Iacob de manu Eſau, Ioſeph a fratribus aduerſis, (Exod. 14. 2. Reg. 14. Gen. 33. & 38.) Dauid a gigante Goliath, & a perſequente Saule, Ionam a ventre ceti, tres pueros ab ardenti (1. Reg. 17. & 19. Ione 2. Dan. 3. 6. & 13.) Babylonis fornace, Danielem in lacu a dentibus & vnguibus leonum, Suſannam a laſciuis, & iniquis iudicibus, Tobiam ab immani piſce, malignoq. ſpiritu, Ezechiam a morte, Hieremiam a (Tob. 6. & 8. 4. Reg. 20. Ierem. 38.) profunda cauea: quare Deus meus me dereliquiſti, ſolatium Filio naturali tuo denegans, quod ſeruis impendere non renuiſti? Quia tamen ſolet Deus auxiliari in tribulatione, vt iuſtus deſperatione non obruatur, ne quidquam peccet, quomodo Iobo auxiliatus (Iob. 1. 2.) fuit, cum in medio tam acerbæ tempeſtatis, vt ſacer textus ait, *Nihil ſtulte locutus eſt contra Deum, nec peccauit in labijs ſuis*: certe Chriſtus Dominus illo modo non fuit derelictus a Patre, quod, vt ipſe ſignificaret, dixit: (Ioan. 16.) *Non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt*. & Pſalmiſta prædixerat in perſona Dei Patris, dicens: (Ps. 9.) *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*. In quo etiam ſenſu dixit Dauid Pſalmo nono, quoniam non dereliquiſti quærentes te, Domine. & Pſalmo 36. *Non derelinquet Sanctos ſuos*. & ibidẽ: (Pſ. 36. ibid.) *Non vidi iuſtum derelictum*. Secundus ſenſus eſt venerabilis Bedæ (Beda. hom. de querela Chriſti.) ho. de querela Chriſti, vbi docet Dominum non con-

Digitized by Google

conqueſtum fuiſſe de doloribus, quos patiebatur, ſed quod Pater non permitteret illi plura alia pati, & vt id ſignificaret, dixiſſe: *Vt quid dereliquiſti me*, non protendens vitam, vt amplius, & amplius patiar? In cuius figura video Iobum

Iob. 6.

in perſona Chriſti clamantem: *Quis det, vt veniat petitio mea, & quod exopto tribuat mihi Dominus, & qui cœpit, ipſe me conterat, ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me, & hæc ſit conſolatio mea, quod affligens me dolore non parcat?* Vnde ſicut de Iacob, ſic de Chriſto merito dici poteſt: *Videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine.*

Origen. ſuper Matt. tract. 35.

B. Laurentius Iuſtinian. de triumphali Chriſti cor. c. 19. hãc expoſitionem amplectens ait, Chriſtum illis verbis nouum robur, virtutemque patiendi, & ne tam cito extingueretur, a Patre impetrauiſſe.

Orig. ibid.

Origenes ſuper Matthęum triplicem expoſitionem excogitauit. Prima, quod verba illa intelligantur cõparatiue, facta collatione gloriæ, & honoris, quẽ Pater ei impertierat, tot miracula, ac portenta cum eo coefficiens, cum ignominia, & dedecore crucis, quod in publico omnium conſpectu ſuſtinebat. Sicut enim reſpectu prioris dicebatur Deus eſſe in illo, ita reſpectu poſterioris derelictus ab eo. Secũda Origenis expoſitio, vt intelligatur non derelictus re ipſa, ſed in hominum opinione: qui enim videbant eum in eo ſtatu adeo miſerabili, iudicabant eum derelictum a Deo, & illi inuiſum, iuxta illud Iſaiæ: *Et nos putauimus eum percuſſum a Deo, & humiliatum.* Tertia eiuſdem Origenis explicatio, quod ſignificabat Chriſtus Dominus fructum ſuæ paſſionis ad pauciſſimos peruenturũ eſſe, vt ſit ſenſus, vt quid me dereliquiſti, cũ tã paucis electis, qui meæ paſſionis erũt participes?

Theophylact. ſuper hunc locum.

Theophylact. ait Chriſtũ Dñm locutũ fuiſſe in perſona populi Iudaici, qui propter peccata ſua adeo derelictus erat a Deo, vt permitteret eum atrociſſimũ illud peccatũ cõmittere occiſionis proprij, & vnigeniti Filij ſui. verba Theophylacti ſũt: *Hoc de Iudæis dixit, quaſi ipſe ſecundum carnem Iudæus exiſtens, ac ſi Patri diceret, vt quid Hebraicum populum dereliquiſti, vt tuum crucifigeret Filium?*

Incognitus ſup. ps. 21.

Alij, vt refert Incognitus ſuper Pſal. 21. arbitrantur, quod Chriſtus loquebatur in perſona generis humani, propter peccatum à Deo derelicti, ac ſi diceret, vt quid dereliquiſti genus humanum in peccatum illud inficiens vniuerſam naturam prolabi? Nam ex illa derelictione vt eos redimam, nunc oportet me hos acerbiſſimos dolores ſuſtinere. Tandem non prętermittam acutiſſimam aliorum grauiſſimorum Patrum expoſitionem, aſſerentium vocem illam, vt quid me dereliquiſti, vocem fuiſſe noſtram, quia etiam e cruce vetus homo noſter pendebat, Apoſtolo dicente: *Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati.*

Rom. 6. Cyrill. de vera fide ad Reginas paulo poſt prin. Grego. Nazianz. lib. 4. theo. Euthymi c. 67. in Mat. Damaſc l. 6 de orthodoxa fide c 24. Aug. in p. 21 tom. 8. & in ps. 49.

Ita D. Cyrillus, Gregorius Nazianzenus, D. Damaſcenus, Theophylactus, & Euthymius, eidemque expoſitioni aſſentit Diuus Auguſtinus in hæc verba: *Vnde hæc vox, niſi quia in carne infirmitatis agnoſcebatur vox peccatoris? qui enim ſuscepit ſimilitudinem carnis peccati, cur non ſuſciperet ſimilitudinem vocis peccati?* Eandem tandem expoſitionem amplexus eſt Iulius Africanus libro. 2. ſuarum interrogationum, dicens:

Iul. Afric. l. 2. Inter. 20

Numquid Deus dereliquit Chriſtum, cum eſſet Deus in Chriſto mundum reconcilians ſibi? Abſit: ſed in veteri noſtro vox noſtra eſt, quia ſimul crucifixus eſt vetus homo noſter cum illo, qui de ipſo veteri noſtro corpus acceperat, id eſt de Maria, qua de Adã erat.

Matt. 27.

Quidã contemplatiui prædicta verba, *Vt quid dereliquiſti me*, ad nos referri cõtemplantur, vt Chriſtus Dominus ſingulis peccatoribus dicat:

Ibidem.

Vt quid dereliquiſti me? numquid, quia te omnipotentia mea creaui, miſericordia redemi, & a faucibus inferni liberaui? Similem querelam propoſuit quondam Deus per

Hier. 2.

Hieremiam Prophetam: *Quid inuenerunt in me patres veſtri iniquitatis, vt derelinquerent me, & abirent poſt vanitatem? Conſiderate vehementer ſi mutauit gens Deos ſuos, & tamen ipſi non Dij: populus vero meus mutauit gloriam ſuam in idolum.* Væ nobis, ſi dereliquerimus Deum noſtrum, quia ipſe derelinquet nos, & continuo præ foribus aderit ſupplicium illud Dauidis:

Ps. 70.

Deus dereliquit eum, perſequimini, & comprehendite, quia non eſt qui eripiat. Et illud: Armauit Deus omnem creaturam ad vltionem inimicorum.

Porro duo nobis explicanda reſtant. Primum eſt, quare ſic Pater æternus voluerit Filium ſuum prædicto iam modo derelinquere, cum dolores alij, quos Dominus ſuſtinuerat, & quilibet etiam illorum ſufficiens eſſet ad faciendam integram, & rigoroſam ſatisfactionem omnium debitorum noſtrorum: quorum ipſe fideiuſſor factus fuerat. Reſpondeo Chriſtum Dominum derelictum fuiſſe, ne nos derelinqueremur a Deo: immo cum opera Trinitatis indiuiſa ſint ad extra, vt Theologi loquũtur, neceſſe eſt dicamus, Filium Dei pro nobis dereliquiſſe ſe, & ſeipſum omni conſolatione deſtituiſſe, ne nos Deus derelinqueret, ſed ea conſolatione repleret, quam expertus Diuus Paulus, dicebat:

2. Corint. 7.

Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio. Expertus etiam fuit S. Theodorus, de quo refert D. Auguſtin. lib. 18. de Ciuit. Dei c. 52. quod cum ſuſpenſus retraheretur, Euſebius petiuit, an equulei cruciatio grauis illi videretur? reſpondit Martyr tanta ſe perfuſum alacritate dum torqueretur ſuſpenſus, vt ægre tulerit ab illo extrahi cruciatu, eo quod pulcherrimus iuuenis aqua puriſſima lauaret ei loca plagarũ, & linteo tergeret mundiſſimo. Itaque voluit Pater Filiũ derelinqui, vt ea derelictione ex iuſtitia mereretur, ne nos derelinqueret ipſe, ſed continuis foueret auxilijs. quod ſane obtinuit, vt prædixerat Iſaias, dicens: *Non vocaberis vltra derelicta.* Secundum eſt, quare Chriſtus Dominus voluit hanc derelictionem verbis exprimere, cum tamẽ alios internos dolores ob alias diuerſas cauſas eũ affligentes reticuerit. Arbitror cauſam huius fuiſſe ſine dubio, ne quiſpiam falſo putaret ſe inter acerbiſſima illa tormenta fuiſſe a Deo magnis ſolatijs, & ſpiritualibus voluptatibus recreatum, ita vt vel non ſentiret dolores, vel ſaltem

eorum acrimonia cæleſti dulcedine ſibi propinata minueretur, vt ſæpe factum eſt cum Martyribus, qui inter ſuaues, & odoriferos flores verſabantur. Et vt etiam contigit antiquis Patribus, qui in eo ſperantes, ab eo miſericorditer liberati ſunt. Vnde de Ioſeph ait Sapiens: *Deſcenditque cum eo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum.* (Sap. c. 10.) & Dauid de ſe teſtatur: *Abſcondit me in tabernaculo ſuo, in die malorum protexit me.* (Pſal. 26.) Vnde in Pſal. 21. ex quo Chriſtus Dominus ſumpſit illa verba: (Pſal. 21.) *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* ſubdit regius Vates: *In te ſperauerunt Patres noſtri, ad te clamauerunt, & liberaſti eos.* Et poſtea ſubiungit: (Ibidem) *Ego autem ſum vermis, & non homo:* id eſt, ita me derelinquis, ac deſpicis, ac ſi eſſem abiectiſſimus vermis, cum tamen in me nulla proprij peccati cauſa, ob quam derelinqui merear, reperiri poſſit. (Matt. 27.) Id enim ſibi vult interrogatio illa: *Vt quid me dereliquiſti?* non enim ignorantiam, aut impatientiam indicat (abſit hoc) ſed oſtendit nullam ex parte Chriſti illius derelictionis adeſſe cauſam, ſed omnimodam eſſe illam, quam tradit Iſaias: (Esa. 53.) *Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrũ.* (Cyrill. Alex. de recta fide ad Reg.) Vel dicamus cum D. Cyrillo Alexandrino, ſæpe in Scriptura particulam (quare) non eſſe interrogãtis, quod ignorat, ſed dolentis, & gementis, ita vt idem valeat atque interiectio (heu) quomodo (Exod. 32.) ſumitur apud Exod. Cum Moyſes ait: *Quare iraſceris Domine, populo tuo?* (Iob. 3.) Et Iob. 3. *Quare abſcondis faciem tuam a me?* Vel tandem dicamus, quod Chriſtus Dominus petijt rationem a Deo, quare conſcius ſuæ iuſtitiæ, & innocentiæ derelinqueret eum: vt Deus ad querelam iſtam ſaltem miraculis, vt fecit, reſponderit, docens adſtantes, eum non derelictum, vt peccatorem, ſed vt iuſtũ, qui ad tempus, & in momento, ſiue in modico, vt (Esa 45.) ait Iſaias, ob magnum aliquem fructum a Deo derelinquitur. Ex quo etiam nos inſtruimur, vt bono animo internas derelictiones, & deſolationes patienter ſuſtineamus, memores quod Chriſtus Filius Dei naturalis exiſtens a Patre derelictus eſt. Vnde ſi, cum deſolatus es, inquiras cauſam tuæ deſolationis, reſpõdebit tibi Iob, dicens: (Iob. 33. Greg. ſuper c. 33. Iob.) *Semel loquitur Deus, & ſecundo idipſum non repetit.* Super quæ verba D. Gregorius ait; cum ſemel Chriſtus derelictus fuit, ſemel nobis loquitur Deus, vt inde ſciamus, quandoque derelinquendos nos eſſe in tribulationibus, vt ei ſimiles efficiamur. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Septima.

De multiplici ſiti, quam Chriſtus Dominus in cruce pertulit, cum dixit, Sitio: cuius verbi varij ſenſus ſecundum varias ſanctorum Patrum expoſitiones ſubijciuntur. (Ioan. 19.)

QVAMVIS permulti Patres varios ſpirituales, & myſticos huius verbi ſenſus excogitauerint, de quibus plura nobis dicenda ſuperſunt, litteralem tamen ſenſum minime inficiantur eſſe, quod vere Chriſtus Dominus corporalem ſitim habuerit, prout ſitis ſecundum omnes Philoſophos importat appetitum naturalem frigidi, & humidi. vnde D. Cyrillus affirmat, vnum ex grauiſſimis tormentis, quæ Chriſtus Dominus in cruce ſuſtinuit, fuiſſe ſitim hanc corporalem. (D. Cyrill. in ſuper Ioan. in par. 19.) Etenim cum Chriſtus Dominus ab hora Cœnæ feriæ 5. non bibiſſet, & inſuper copioſe ſudaſſet, & graue crucis pondus tuliſſet, & per effuſionem ſanguinis pene exhauſtus eſſet, ac tãdem nudus ſolis ardori, & vento in cruce pendens expoſitus pateret, non dubium, quin grauiſſima ſiti laboraret. Prænunciarat hanc ſitim Sibylla Erithræa, quæ præceſſit Chriſtum per mille, & quingentos annos: libro enim primo oraculorum ait:

------ & fellis amari
Apponunt eſcam, potumque immitis aceti.
Felle fames eius, ſitis illudentur aceto:
Hanc apponet ei gens ſcilicet hoſpita menſam.

Dauid eandem vaticinatus fuerat: *Et dederunt in eſcam meã fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.* (Ps. 68.) Acerbitatem autem huius ſitis ſatis etiam prædixit Dauid in eius perſona, dicens: *Aruit tãquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis, & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.* Vnde Chriſtus Dominus ſitiens ſignificatus eſt per ceruum, de quo in Geneſi dicitur: *Ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis.* Ceruus ſitientiſſimus eſt, vt non obſcure indicauit Dauid, clamans; (Gen. 49.) *Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita anima mea ad Deum fontem viuũ.* (Ps. 41.) Sitiens ergo Chriſtus, & dans eloquia pulchritudinis, quia pulchra verba in cruce locutus eſt, recte ceruo comparatur. vnde in Pſalm. 21. qui totus de Chriſti paſſione loquitur, ſpecialemque de eius ſiti, & potu fellis mentionem facit, hunc titulum legimus: *Victori pro cerua matutina,* (Ps. 21.) prout legunt D. Hieronymus, & Doctores Hebræi. Annotat autem D. Auguſtin. ſitim, qua laborat ceruus, ex duplici cauſa ſolitam prouenire. (ſuper pſ. 41.) Primo ex vehementi calore, & celeri eius curſu: motus enim eſt cauſa caloris. Iu-

dæi

Digitized by Google

dæi vero per plures vias Chriſtum Dominum crucem geſtantem perduxerunt, & tamquam rabidi canes ceruum inſectantes, vt prædixerat *Pſ.21.* Dauid: *Circumdederunt me canes multi*, vehementiſſime vexauerunt. Sicut autem inter canes venaticos quidam olfactu ad detegendam prædã, alij dentibus ad capiendam deſeruiunt; ita inter canes, qui ſacrum hunc ceruum inſectati ſunt, *Matt.26.* Iudas fuit canis olfacticus, qui prędam in horto exiſtentem detexit; alij vero eam comprehenderunt, & *Ibidem.* *Manus iniecerunt in Ieſum*. Secundo oritur ſitis in ceruo ex eo, quod cum ſerpentibus pugnans, & morſibus impetens venenum ebibit; vnde interius vrgetur, vt aquarum fontes deſideret: ita Chriſtus Dominus, velut ceruus cum ſerpente antiquo pugnam iniens, venenum peccatorum noſtrorum ad ſe traxit. Vnde Iſaias di- *Iſa.53.* xit: *Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum*; accidit quę illi quod Samſoni, qui interfe- *Iudic. 15.* ctis mille Philiſtęis dixit: *Tu dediſti in manus ſerui tui ſalutem hanc maximam, atque victoriam, & en ſiti morior*. Sed proh dolor, tunc certe Deus ſitienti Samſoni dedit portatilem fontem aqua ſcaturientem, quæ ex aſini mandibula profluxit. Sępe etiam alibi Deũ ſeruis ſuis ſitientibus aquã prouidiſſe legimus. Sitit populus rebellis, & durę ceruicis, a murmuratione numquam ceſſans; *Num. c. 20.* & vt habetur libro Numerorum, largiſsimaa aquas ex petra protulit ei Deus, melle ipſo dulciores. Amaræ erant aquæ Marath, ita *Exod. 15.* vt bibi non poſſent, & gratas eas, ſuaues, au. *Gen.21.* dulces reddidit. Puer Iſmael ſitiuit in deſerto, & matri Agar Angelum miſit Dominus, qui aquę *3.Reg. 17.* puteum ei detegeret. Cum Elias ſitiret, de torrente Carith aquam ſuppeditauit: & cum Manaſſes Rex iuſsit Iſaiam Prophetam immani ſecari ſerra, ſiti illum vexante, Deus fontem Siloe miraculoſe ei contulit, vt refert D. Epiphanius. *D. Epiphanius de vita, et morb. Prophetarũ* *2.Reg.23.* Et cum ſimiliter Dauid ſiti fatigaretur, tres milites irruentes per medias hoſtium turmas, cum ingenti vitæ ſuæ diſcrimine ex ciſterna Bethlehem, vnde Dauid bibere deſiderabat, potum aquæ ſumma velocitate attulerunt. Chriſto autem ſitienti ne aquæ quidem vnica gutta porrigitur à Patre, ſed quam in corpore habebat, effundere præcipitur: effudit enim aqueum lacrymarum humorem. Nam, vt ait Apoſtolus: *Heb.5.* *Cum clamore valido, & lacrymis* animam exhalauit, & iam mortuo, ex latere eius *Exiuit ſanguis, & aqua*, *Ioan.19.* vt D. Ioannes teſtatur. Sed (quæſo) bone Ieſu, ſi ipſe ais: *Ionæ 2.* *Circumdederunt me aquæ multæ, & pelagus cooperuit caput meum*, quomodo ſitis? Agnoſco te mihi reſpondere, quod aquæ iſtæ extra te ſunt, & quia manus confixas habes, non permitteris illis aquam capeſsere, ſimile Tantali tormentum ſuſtinens.

Horat. li. 1. ſatyr. 1.

> *Tantalus a labris ſitiens fugientia captat*
> *Flumina quid rides? mutato nomine de te*
> *Fabula narratur.*

Pſ.68. Nec obſtat, quod Chriſtus Dominus diceret: *Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam*; quia cum aquæ illæ, per quas dolores intelliguntur, amaræ, & ſalſæ eſſent, ſitim non extinguebant, ſed potius augebant.

Porro non immerito quidam interrogabit: quid eſt, quod cum Chriſtus Dominus in omnibus partibus ſui corporis grauiſſimos ſuſtineret labores, guſtus, & palati ſolius vexationem expreſſerit, dicens: *Sitio!* Poterat enim dicere: *Ioan 19.* *4.Reg.4.* *Caput meum doleo* quia ſpinis pungentibus terebratum erat: Clauorum fixuræ manus contorquent, & ingenti dolore afficior; flagellorum vulnera me vehementer excruciant: & nihilominus ſolius palati, & linguæ doloris meminit. Arbitror duplicem reſponſionem huic quæſito adhiberi poſſe. Primo quod cruciatus aliarum partium innocentiſſimi illius corporis omnibus ſatis innoteſcebant: *A planta pedis vſque ad verticem capitis non erat ſanitas in eo.* *Iſa.1.* Linguæ vero, & palati dolor latebat, & ideo hunc præ ceteris manifeſtauit, ne quiſpiam in illa parte minime torqueri exiſtimaret. Sane Chriſtus Dominus venerat, vt pro peccato Adæ plene Deo ſatisfaceret. Conſtat autem peccatum illud per linguam, & palatum commiſſum fuiſſe, dum vetitum ligni fructum comedit: ideo ergo per linguæ, & palati dolorem copioſam exhibet ſatisfactionem. Secundo factæ interrogationi reſpondeo cũ D. Ioanne, Chriſtum Dominum dixiſſe, *Sitio*, vt conſummaretur Scri- *Pſ.68.* ptura: *Et in ſiti mea potauerũt me aceto.* Scio multis difficilem videri hanc rationem, quia prædictio Scripturæ non fuit cauſa, vt Chriſtus ſitiret, ſed quia futurũ erat, vt ſitim pateretur, ideo id prædictum fuit. Sed nihil obeſt hæc obiectio, omnia namque, quæ Chriſtus Dominus tulit, fuerunt ab æterno præordinata, & decreta a Deo, & hæc ordinatio, & decretum fuit prænunciatum in ſacra Scriptura: Chriſtus autem tãquam filius Patri obediens ea patienter ſuſtinuit, vt impleret Patris ordinationem. Et quia illa erat expreſſa in ſacra Scriptura, idcirco ait Euangeliſta, dixiſſe Chriſtum: *Sitio, vt compleretur Scriptura.* Illud etiã arcanum, quod huc ſpectat, aperire hoc loco non pręte rmittã, quod ſæpe in Euangelio illud repetitur verbum, *Sicut ſcriptũ eſt*, latet .n. in eo ſum- *Ioan 19.* ma Chriſti liberalitas, & munificentia. Nam ſicut cum filius alicuius Principis ob eximiam eius largitatem ingentes ſumptus facit, ſolet pater eius taxatos illi redditus in ſingulos menſes præſcribere, ita vt non amplius expendere poſſit, quam in libro expenſarum ſcriptum ſit; ita ſane æternus Pater agnoſcens Chriſti ſummam largitatem, qui velut perennis fons ad omnes ſe vellet diffundere, vnde & ipſe dixit: *Sicut aqua* *Pſ.21.* *effuſus ſum*; agnoſcens etiam eximium eius amorem eo vſque perueniſſe, vt ſi pro humani generis redemptione oportuiſſet eoſdem, quos ſemel pertulit, labores iterum pati, & vſque ad diem extremi Iudicij in cruce viuum pendere, id nequaquam recuſauiſſet; ſcripſit, & præſcripſit tormenta, quæ paſſurus eſſet, & immenſo illi amoris ſui pelago dixit: *Huc vſque venies, & non procedes amplius.* *Iob.38.* Vnde nihil moleſtum Chriſtus ſuſtinuit, quod non fuiſſet iuxta Patris præceptum,

eius

eius metas nec latum digitũ tranſiliens, & ideo ad id ſignificandum non ſemel in Euangelio legitur: *Sicut ſcriptum eſt.*

D. Auguſt. ſer. 2. in ramis palmarum tom. 10. & in ps. 13. & 61.

Sed hinc iam ſumamus anſam ad varias proſequendas explicationes, quas huic verbo, *ſitio*, Patres adhibent. D. Auguſtinus explicat de ſiti ſpirituali, diuerſimode tamen: nam in Pſ. 61. & alijs locis explicat de ſiti, qua ſitiebat fidem, & ſalutem omnium hominum, etiam eorum, qui eum perſequebantur, pro quibus ad Patrẽ orauerat: hæc .n. ſitis acerbius eũ cruciabat, quã corporalis: ſic. n. ait: *Sitis mea salus veſtra eſt; ſitis mea redemptio veſtra; ſitio fidem veſtram, gaudium veſtrũ; plus animarum veſtrarum, quam corporis mei cruciatus me tenet.* Iob ſitim, quam habet dęmon nos ebibendi, & deglutiẽdi, deſcribens ait: *Fiduciam habet, vt Iordanis influat in os eius.* Cupit enim baptizatos in Iordane ſanguinis Chriſti ebibere, & deuorare. Nec contentus eſt vndam Iordanis haurire, hoc eſt, aliquam animam in ſe traijcere, ſed totũ integrum vellet ebibere. Chriſtus autem Dominus dæmoni per omnia contrarius ſiti laborat nos ebibendi, ac in ſe traijciẽdi, & ad id ſignificandum clamat in cruce, *ſitio*. In Pſalmo vero ſeptuageſimo primo verbum, *ſitio*, explicat de ſiti, quam Chriſtus Dominus habebat plures, ac plures a peccatis purgãdi: vnde exponens verba illa: *Cucurri in ſiti*, ait, *iſta cucurrit, & ſitit: multos enim bibit ſed numquam erit ſine ſiti.* Medici docent, & experientia ſatis comprobat, numquam infirmum magis ſitire, quam die purgationis, aut copioſæ alicuius euacuationis: cum enim Chriſtus, quantum eſt ex ſe, omniũ peccata in cruce purgaſſet, vnde ab Apoſtolo vocatur, *Purgationem peccatorum faciens*, cõſequens erat, vt in cruce vehementer ſitiret. Sitis itaque, quam Chriſtus Dominus habuit, fuit benefaciendi amplius, & amplius hominibus. Vnde ſicut Titus, id referente Suetonio, tanto, ac tam ardenti beneficia conferendi ſiti æſtuabat, vt quodam die, quo nullũ cõtulerat beneficiũ, dixerit: *Perdidimus hũc diem*; ita Chriſtus Dñs cum dixit, *ſitio*, ſitim, quam nobis benefaciendi habebat, exprimere voluit, perſimilem ei, quam antea manifeſtauerat, quando Samaritanæ dixit: *Mulier da mihi bibere*: ſitiebat enim conuerſionem eius, & deſiderabat fontem aquæ ſalientis in vitam æternam illi aperire. D. Ambroſius explicat ſitim hanc de animarum conuerſione. Vnde ſicut filia Caleb clamabat, dicens: *Terram arentem dediſti mihi, da & irriguam aquis*; ſic cum Pater dediſſet Chriſto Domino domum Iacob, & ſedem Dauid, quæ arens terra erant, vt ipſe dixit: *In terra deſerta, inuia, & inaquoſa*: nunc poſtulat a Patre, vt præbeat illi populum gentilem, qui futurus erat terra irrigua, nec non fœcunda bonorũ operum. D. Chryſoſt. & D. Cyprianus hanc Chriſti ſitim explicantes aiunt, adeo ardentem eius fuiſſe erga humanum genus amorẽ, vt pro illo inextinguibilem plura tormenta patiendi pateretur ſitim. Vnde pręſciens, quod ipſo dicente, *ſitio*, porrigendum illi erat acetum, iuxta illud: *Et in ſiti mea potauerunt me aceto*: conſulto id dixit, vt ſic plura patiendi occaſionem haberet. Atque hinc facile intelligemus, cur Eccleſia dulce crucis lignum, dulceſque clauos vocauerit. Cum enim Chriſtus Dominus eſuriret, & ſitiret grauia pati tormenta pro ſalute generis humani, & vt ait Salomon: *Anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet*, idcirco Eccleſia lignum, & clauos Chriſtum Dominum cruciantes dulces vocitauit; e contra vero lanceam, quæ nullum ei cruciatum intulit, minime vocauit dulcem, ſed diram: *Diro mucrone lanceæ*. Alij cum Vbertino ſuper hunc locum e contra in oppoſitum ſenſum propendent. Aiunt enim, quod cum cerneret Chriſtus Dominus animam ſuam in ſuperiori eius parte de torrente diuinæ voluptatis bibere, in inferiore vero parte deſolatam, & omni gaudio deſtitutam aſpiceret, ſitiebat, vt fluenta illius gloriæ in inferiorem partem deriuarentur. Sed hanc expoſitionem minus arbitror probabilitatis habere, cum, poſtquam eo in horto orante ſi poſſibile erat, vt tranſiret ab eo calix, reſponſum a Patre accepit, voluntatem ſuam eſſe, vt illum ebiberet, numquam deinceps inferior pars inculpabilem illam naturalem renitentiam oſtendit.

Iob. 25. · *Hebr. 1.* · *Sueton. de Tito c. 7.* · *Ioan. 4.* · *D. Amb.* · *Iudic. 1.* · *ps. 69.* · *D. Chryſoſt. sup. c. 19. Ioan. & Cyprian. de paſſ. Domini* · *ps. 68.* · *Vbert.*

Sed nunc iam videamus, Chriſto Domino tam ſpirituali, quam corporali laborante ſiti, quodnã potus genus ei porrectum fuerit; certe ſi ſermo ſit de ſiti corporali, Euangeliſta reſpondet: *At illi ſpongiam plenam aceto hyſſopo circumponentes obtulerunt ori eius.* Mirabitur quiſpiam, quomodo hæc tam in promptu eſſent, cum adſtantes minime prænouiſſent Chriſtum dicturum, *ſitio*. At difficultatem hanc facile diluemus, ſi animaduertamus, virtutem a natura inſitam eſſe aceto ſiſtendi ſanguinem, eandemq. hyſſopo, & ſpongiæ conuenire, vt expreſſe teſtatur Plinius lib. 23. & 31. natur. hiſtor. hinc eſt, vt Tertullianus aduertit de ſpectaculis cap. 25. moris fuiſſe gladiatori vulnerato ad ſiccandum fluentem ſanguinem ſpongiam adhiberi vulneri eius. Atque in hunc finem pręparatam tunc fuiſſe ſpongiam cum aceto, comprobat non leuis coniectura, quod, vt refert Cardinalis Baronius, ſpongia illa, qua potatus eſt Dominus Ieſus, quæ vſq. hodie ſummo aſſeruatur honore in baſilica Lateranẽſi, quaſi aliquando ſanguine tincta fuerit, ruborem illum, quẽ ſemel imbibit, adhuc retinet. Iudæi autem, vt qui in Chriſtum mille modis inſæuiebant, ſpongiam illã aceto implentes ſitientis ori Chriſti porrexerunt. Quomodo autem fuerit ei datũ fel in eſcam, in hęc verba reſpondet Euthym. *Arbitror fragmenta aridi fellis in aceto emollita fuiſſe, vt acetum quidem loco vini eſſet, illa vero fragmenta pro buccella panis.* Poteſt etiam dici, quod ſicut lac ſimul eſt potus, & eſca, ſic etiam acetum illud amaricatum ſimul in eſcam, & potum exhibitum Chriſto fuit: & id ſignificare verba illa: *Dederunt, in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.* D. Cyrillus hunc aceti potum Chriſto exhibitum conſiderans, acute ſatis dixit: *Qui ex ſilice eduxerat aquas, tunc petit potum a ſynagoga. Illa vero dat acetum, ſicut demonſtrans ſuam corruptionem, & degenerationem a ſanctitate maiorum ſuorum.*

Plin. c. 2. l. 23 ad fin. & c. 11. l. 31. Dioscor. l. 5 c. 14. · *Baron. ann. 34. tom. 1.* · *Euthym. super Ioan.* · *ps. 68.* · *Cyrill. catech. 13.* · *ps. 77.*

ſuorum. Acetum enim eſt vinum corruptum. & degenerans. Vnde Chriſtus rectè dicere potuiſſet Thren. 3 illud Ieremiæ: *Circumdedit me felle, repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abſynthio.* Aug. Aug. vero de hyſſopo, cuius meminit Euang. loquens, ait: Pſ. 50. *Hyſſopum autem, cui circumpoſuerunt ſpongiam aceto plenam, quoniam herba eſt humilis; & pectus, ipſius Chriſti humilitatem cõgruenter accipimus, quã circumdederunt, & ſe circumueniſſe putauerunt: vnde eſt illud in Pſal. Aſperges me hyſſopo, & mundabor. Chriſti namque humilitate mundamur, quia niſi humiliaſſet ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem crucis, non vtique ſanguis eius in peccatorum remiſſionem, hoc eſt, in noſtram mundationem fuiſſet effuſus.* Sicut autem ſiti Chriſti corporali nullum milites exhibuerunt refrigerium, ita & ſpirituali, quam noſtræ ſalutis habet, & qua vſque modo ſitit regnans in cęlis, pauciſſimi ſunt qui ſuccurrere velint. Quadruplici ſiti video quãplures laborare, & ab ea grauiter vexari. Quidã ſitiunt inimicorum vindictã. de quibus intelligi poteſt Iſa. 25. illud Iſaiæ Proph. *Quaſi turbo impellens parietem, & ſicut æſtus in ſiti.* Alij ſitiunt honores, ambitionis ſiti æſtuantes, de quibus Iſaias: Iſa. 5. *Nobiles eius interierunt fame, multitudo eius ſiti exaruit.* Alij ſitiũt diuitias, hi ſunt auari, ſimiles draconibus, elephãtis ſanguinẽ ſitientibus, de quibus Iob: Iob. 5. *Bibent ſitientes diuitias eius.* Alij tandem ſitiunt voluptates, & libidinoſas carnis illecebras, quorũ meminit Iſaias cum dixit: Iſa. 50. *Computreſcent piſces ſine aqua, & morientur in ſiti.* Chriſto ergo Domino iniuriarum remiſſionem, diuitiarum contemptum, dignitatum, & honoris conculcationem, caſtitatis amorem ſitienti, & enixe ab hominibus poſtulanti omnes iam commemorati ita crudeles exiſtunt, vt nec minimum aquæ potum ei porrigant. Sed audiant crudelitatis ſuæ debitam pœnã, quã vaticinatus fuit Oſeas, cũ dixit: Oſe. c. 2. *Ponam eam quaſi ſolitudinem, & ſtatuam eam velut terram inuiã, & interficiam illam ſiti.* Hanc ſitim ex- Luc. 16. pertus fuit ille epulo, qui petijt ab Abraham guttam aquę ad refrigerandam linguam, quę tamen minime fuit conceſſa. Verum ſi in hanc miſeram ſitim incidere nolumus, oportet, vt ſitim, quam habemus bonorum terreſtrium, in supernorum donorum, & cæleſtium chariſmatum, & gratiarum ſitim commutemus, onagros imitantes, de quibus Dauid Pſalm. 103. Pſ. 103. ait: *Expectabunt onagri in ſiti.* hæc eſt natura, & ingenium onagrorum, vt quantumcumque ſiti nimia vexentur, ex turbidis aquis minime bibãt, ſed claras, & puras exſpectant inuenire, vt ſitim ſuam expleant. Ita ſane oportet, vt qui voluptatum, honorum, & diuitiarum ſitim patiuntur, ex turbidis fontibus huius ſæculi minime bibant, ſed expectent peruenire ad perennem illum omnium bonorum fontem, quem deſiderabat Dauid, cum dicebat: Pſ. 41. *Sitiuit anima mea ad te fontem viuum.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Octaua.

Multiplici Patrum intelligentia pulchre exornantur verba illa Chriſti Domini è cruce pendentis, Conſummatum eſt. Ioan. 19.

PROPOSITA verba Chriſti Domini adeo myſterijs ſcatent, totque diuina arcana in eis deliteſcunt, vt in eorum expoſitione, & reſeratione non breuem oporteat me habere ſermonem. Dum enim Chriſtus Dominus: *Conſummatũ eſt*, dixit, pene innu- Ibidem. meras, eaſque heroicas, ac memorandas conſummationes ab eo factas breuiſſimo ſermone comprehendit. Prima fuit conſummatio omnium ſacrorum vaticiniorum, quæ de ipſo loquebantur. Secunda fuit peccati regni, Diaboli, & mortis tyrannice regnantium conſummatio, vt prędixerat Daniel: *Conſummabitur præuaricatio, finẽ accipiet iniquitas, delebitur iniuſtitia.* Dan. 9. De dęmone vero Chriſtus Dominus dicens: *Princeps huius mundi* Ioan. 12. *eijcietur foras.* De morte tandem per Oſeam inquiens: *Ero mors tua, o mors.* Oſe. 13. Tertia conſummatio fuit poteſtatis, quæ permiſſa fuit Iudęis ſæuiendi in Chriſtum, ipſo dicente: *Hæc eſt hora veſtra, &* Luc. 22. *poteſtas tenebrarũ.* hæc ſane cõſummata fuit, quia exinde non habuerunt poteſtatem aliquam in illũ: vnde tunc fuerunt conſummati omnes eius labores. Quarta conſũmatio fuit legis Moſaicę: nam poſt mortem Chriſti ceſſauit illa cõgeries præceptorum veteris legis, quam, vt dixit Diuus Petrus: *Nec nos, nec patres noſtri portare potuerunt.* Act. 15. Quinta conſummatio fuit iniquitatis, & malitiæ Iudæorum, quæ non amplius potuit excreſcere, quam vt auctorem vitæ, & creatorem ſuum interficerent. Ad quod ſane alludebat Chriſtus Dominus, cum dicebat eis: *Implete menſuram patrũ* Matt. 23. *veſtrorũ*: id eſt, implebitis. ſolet enim Scriptura nõ ſemel imperatiuum pro futuro vſurpare. Fuit ſexta conſummatio iuſtitiæ Chriſti erga Patrẽ, qui pro omnibus peccatis de rigore iuſtitiæ ei ſatisfacit. Septima cõſummatio fuit ardẽtiſſimi amoris erga homines; quia vt ipſe dicit: *Maiorẽ charitatem nemo habet, vt animã ſuam ponat pro* Ioan. 15. *amicis ſuis.* Octaua conſũmatio fuit operis redẽptionis, quod ei Pater commiſerat, iuxta illud Ioan. *Opus cõſummaui, quod dediſti mihi vt facerẽ.* Ioan. 17.

Verum hęc omnia oportet fuſius pertractare, vt mira, quæ latent in eis ſacramenta, paulatim detegamus. D. Hilarius, quem ſecutus eſt an- D. Hilar. tiquiſſimus Arnoldus Abbas tractatu de ſeptem Arnol. Ab. verbis Domini, ait per hæc verba, *Conſummatum* Ioan. 19. *eſt*, ſignificaſſe Chriſtum Dominum, veteres

ſcrip-

ſcripturas, quæ de eo loquebãtur, perfecte completas, & conſũmatas fuiſſe. Verba Arnoldi ſunt: *Nec tantum paſſionum ſuarum ſiurm, ſed illarum etiam obſeruantiarum intelligi voluit, vt poſtquam aduenerat veritas, figuræ ceſſarent, nec vltra ſuperflue vexarentur fideles ſpinoſis circuitionibus per deuia aberrantes, cum indicaret eis ipſa Veritas viam & loqueretur publice; qui loquebar, ecce adſũ.*

Arnol. Ab de 7. verb. & habetur in Bibl. SS. Patrum.

Ioan 19. Iſa. 52. *Gen. 2.* *Ioan. 19. Gen. 4.*

Et quidem in primis ſacramentum illud magnũ, quod de lateris Adæ dormientis coſta educeretur Eua, iam *conſũmatum eſt*, cum ex latere Chriſti ſomnũ mortis in cruce dormiẽtis diro lanceę mucrone aperto educta fuerit Eccleſia, tot Martyribus, Virginibus, & Confeſſoribus ornata. Sacramentũ illud, quod Cain innocentẽ fratrẽ ſuũ Abel occideret, eius cruore terram tingens, iam *conſũmatum eſt*: ſiquidẽ populus Iudaicus incredibili odio Chriſtũ Dominũ fratrem ſuum ſecundũ carnem immaniſſime interfecit, & ſanguinẽ eius in terram profudit. Sacramentum illud fabricationis Arcæ, quam Noe confecit, in quo mũdus protegeretur, dum cataractæ cæli copioſiſſimis aquis terram inundarent, iam *conſummatum eſt*: ſiquidẽ in Arca crucis diuini illius Noe Chriſti Domini, totum genus humanum ab inundante diuini furoris profluuio liberationem, & ſecurum refugium inuenit. Sacramentum illud, cũ arcus varijs coloribus depictus in ſignum pacis in cælo apparuit, iam *conſũmatum eſt*, cum Chriſtus Dominus velut arcus extenſis brachijs in cruce: *Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea*, varijs coloribus, cruore ſanguinis, ſputorum cãdore, liuore vulnerum diuerſicolor cerneretur, nos Deo Patri reconcilians, & amabile pacis bonũ in terram mittẽs. Sacramentum illud Iſaachi ligna ſuper humeros geſtantis, vt in monte ſacrificaretur, iam *conſummatum eſt*, cum Chriſtus lignum humero portans in montem Caluariæ in ara crucis ſacrificandus perrexit. Sacramentum illud Iacobi, manibus pellibus hœdinis coopertis, eas piloſas eſſe ſimulãtis inſtar manus Eſau, vt patris benedictionem compararet, iam *conſũmatum eſt*: ſiquidem verus Iacob Chriſtus Dominus pellibus hœdinis coopertus, hoc eſt, veniens in ſimilitudinem carnis peccati, benedictionem Patris nobis obtinuit. Sacramentum illud Dauidis inermis gigantẽ glorioſe deuincentis, cum tamen ſolo baculo, & quinque lapidibus illum inuaderet, iam *conſummatum eſt*: ſiquidem Chriſtus Dominus nudus ſolo crucis baculo, & quinque corporis ſui vulneribus infeſtiſſimum gigantem Goliath (dæmonem intelligo) non ſolũ illuſit, ſed eneruauit, & penitus interemit. Sacramentum illud ænei colubri, a Moyſe exaltati in ligno, quem morſu ſerpentis infecti intuentes ſanabantur, iam *conſummatum eſt*, cum Chriſtus Dominus velut veneficus ſerpens (cum tamen re vera omni peccati veneno careret) in crucis ligno exaltatus fuit, quem certe peccati morſu lacerati internis fidei oculis cõſpicientes, & ei ſe cõformãtes, ab omni peccati morſu liberãtur. Sacramentum, inquam, illud iam *conſummatum eſt*. Tandem ſacramentum rufæ vaccæ abſque macula, quæ extra ciuitatem cremabatur, cuius cineribus exterius ſanctificabatur populus, & habilis reddebatur ad ingreſſum tabernaculi, iam conſummatum eſt: ſiquidem Chriſtus Dominus velut vacca rufa, hoc eſt, ſanguine ſuo rubicunda, amoris igne combuſta, in ara crucis extra portam ciuitatis in ſacrificium oblatus eſt, cuius ſanguine peccatores digni efficiuntur, vt media pœnitentia in regni cælorum tabernaculum admittantur. Hæc & ſimilia, quæ prolixum eſſet recenſere, impleta, & conſummata tunc fuerunt; *Vt Prophetæ tui fideles inueniantur*, & vt oſtenderet Chriſtus Dominus, quod nec iota vnum, aut vnus apex præteriri deberet a lege, donec omnia fierent.

Gen. 6. & 7 *Gen. 7 & 9.* *Pſal. 17.* *Gen. 22.* *Matth. 15.* *Gen. 27.* *Rom. 8.* *1 Reg. 17.* *Num. 21.* *Num. 19.* *Eccl 36.*

Secundus ſenſus prædictorum verborum poteſt eſſe, vt ſignificare voluerit Chriſtus Dñs, catholicæ Eccleſię ædificium tunc cõſummatũ eſſe, licet Eccleſię catholicæ fabrica a primis noſtris parentibus cœperit: in lege tamen naturæ, & ſcriptæ vltimum complementum minime accepit. Vnde Eſdræ li. 1. dicitur: *Salmanaſarus ſubiecit fundamenta domus Domini, quæ eſt in Hieruſalem, & exinde vſque nunc ædificatur, & non accepit conſummationem.* Lex quidem naturæ iecit fundamenta in Eccleſiæ fabrica, lex ſcripta erexit parietes; ſed quia, vt ait D. Paulus: *Nihil ad perfectum adducit lex*; certe aurea lacunaria ſuperędificare, & vltimam manum imponere huic ædificio Chriſto Domino in lege gratiæ reſeruabatur. In cuius probationem pulchram lego figuram lib. Paralipom. veritatem hanc in Salomone adumbrantem. Dauid enim filium ſuum exhortans, vt ædificium domus Domini perficeret, & ad finem vſque perduceret, dixit ei: *Viriliter age, & confortare, & fac ne timeas, & ne paueas: Dominus enim Deus meus tecum erit, & nõ dimittet te, neq. derelinquet, donec perficias omne opus miniſterij domus Domini.* hoc patris mandatum ad vnguem Salomon impleuit. Ita æterno Patre iubente Chriſto, vt Eccleſiæ catholicæ ædificium conſũmaret, ipſe perfecte adeo id expleuit, vt diceret: *Opus conſũmaui, quod dediſti mihi.* Vnde D. Paulus ad Heb. 12. vocauit illum *Auctorem, & conſummatorem fidei*: & D. Auguſtinus libro quarto de Geneſ. ad litteram docet, quod ſicut Deus in mundi primordijs opera omnia creationis ſexto die expleuerat, vt ſeptimo requieſceret die: tunc enim ait Moyſes: *Et requieuit ab omni opere, quod patrarat*; ita Chriſtus in redemptione eundem ſeruans ordinem, quem ipſe in operibus creationis obſeruauerat, dixit in cruce, *cõſummatum eſt*, & ſeptimo die requieuit in ſepulchro, iuxta illud Dauidis, in perſona Chriſti dicentis: *Requieſcet caro mea in ſpe.* Quibus conſonant verba Iſaiæ ſecundum verſionem ſeptuaginta Interpretum: *Et erit requies eius honor.* Et originale Hebræum habet: *Requies a laboribus*. Itaque Chriſtus Dominus tamquam ſapiẽs, & locuples architectus proprijs expenſis, propriaque induſtria catholicæ Eccleſiæ ædificium ita perfecte conſũmauit, vt neutiquam de illo dici poſſit. *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.*

Eſdr 3. c. 6. *Hebr 7.* *1. Paral. 28.* *Ioan. 7.* *D. Aug. 4. de Gen. ad litt. c. 11. tom 3.* *Gen. 2.* *Ioan. 19* *Pſ. 15.* *Iſaia 11. 7o. Interpretes ſup. 28.*

Tertius

Tertius ſenſus dictorum verborum poteſt eſ-
ſe, vt loquatur de conſũmatione peccati. Ita Au
guſtinus dum ait: *Quis dicere poterat peccatum cõ-
ſummatum eſſe, niſi is, qui vt peccatum deleret, con*
D. Aug. *ſummatus eſt.* Quod mirabile dictum D. Auguſti-
ni æquiç comparatione intelliges, cui ipſa Chri-
Deut. ſtus ſe comparauit, dicens: *Sicut aquila prouocans
ad volandum pullos ſuos, &c.* Aquila enim cum
draconem videt venientem in nidum ad rapien-
dos pullos ſuos, non fugit, ſed cum illo acriter
pugnat, vt liberet illos: accidit tamen ſæpe, vt ip-
ſa interficiat draconem, & ſimul etiam eius ve-
neno infecta moriatur. Ita certe Chriſto accidit,
qui vt nos filios ſuos liberaret, cum morte, & pec
cato, eius auctore pugnauit, vtrumque ſuperauit,
& vtrumque interfecit. Sed ipſe etiam in bello
Hierem. 46. occubuit; vnde impletum eſt id Hierem. 46. *For-
tis impegit in fortem & ambo pariter conciderunt.*
Iud. 16. Sic Samſon, qui morte ſua Philiſtęos perdidit, &
1. Mach. 6. Eleazarus morte ſua elephantem interfecit, &
eos, qui in eo portabantur. Peccatum quidem
incœpit in dulcedine pomi in paradiſo, & finem
accepit in amaritudine fellis, & mortis Chriſti in
Prouerb. 23. cruce. vnde recte dici poteſt: *Ingreditur blande,
& in nouiſſimo mordebit, vt coluber.*

Quartus ſenſus ſit, vt Chriſtus Domi-
nus, accepto felle, quod erat vltimum ſup-
Ioan. 19. plicium ei inferendum, dicens: *Conſum-
matum eſt*, ſignificare voluerit iam pertuliſſe
omnes, & ſingulos labores, quos Pater illi
perferendos præſcripſerat. Vnde ſicut ſolent
oratores poſt integram orationis recitatio-
nem addere hoc verbum, *dixi*, vt orationis
conſummatio omnibus innoteſcat; ita Chri-
ſtus Dominus, cuius totius vitę curriculum con-
templor velut eloquentiſſimam quandam ora-
tionem, habitam in publico huius mundi thea-
tro, vt veniam delictorum noſtrorũ a Patre ob-
tineret, eius exordium fuit incarnatio: diuiſio,
fuit circumciſio: narratio Euangelij prædicatio:
confirmatio, multiplex miraculorum patratio:
epilogus tota Chriſti paſſio. Ita, inquam, finita
Ibid. oratione adiecit Chriſtus Dominus, *Conſumma-
tum eſt*, quod perinde fuit, ac ſi ſubiungeret, *Dixi*,
nihil mihi vltra reſtat iam patiendum. Nam
licet actualis mors reſtaret, iam tamen aderat
in cauſa, & ideo veriſſime Chriſtus dixit omnes
ſuos labores iam conſũmatos eſſe. Habuit ſe etiã
Chriſtus in hoc velut peritiſſimus quidam me-
dicus, qui pro ſalute ægroto præſtanda arctiorẽ
victus rationem præſcribit; deinde rationes ex-
cogitat ludoris excutiendi, quo praui humores
expellantur; poſtea ſanguinis minutionem adhi-
bet, naturam exonerantem; poſtremo potionem
aliquam amaram, qua penitus euacuata morbi
radice ſanitas reſtituatur. Ad eum certe mo-
dum Chriſtus tãquam prudens medicus, vt nos
peccati morbo ægrotantes ſanaret, primo qua-
draginta diebus & noctibus ieiunauit, nihil pror
ſus guſtans: deinde varios æſtus calores ſuſti-
nens, & horti Gethſemani grauem triſtitiam
perferens, vſque ad ſanguinem ſudauit: poſtea
in prætorio Pilati copioſam cruoris minutio-
nem paſſus. Supererat ei ſumenda potio ace-
ti amara, quam poſtquam ori admouit, quæ vl-
tima noſtri morbi medicina erat, continuo ſub-
iunxit, *Conſummatum eſt*, quia nihil acerbum vl-
terius perferendum ei reſtabat.

Quintus ſenſus prædictorum verborum ſit;
Chriſtum Dominum dixiſſe, *Conſummatum eſt*,
quia cum factus fuiſſet fideiuſſor noſter, & ra-
tione fideiuſſionis ad vniuerſa noſtra debita ſol-
uenda teneretur, nunc verbo illo explicat, ſe pro
redemptione noſtra perfectam, & conſummatã
precij ſolutionem Deo feciſſe, dum in ara crucis
tamquam in menſa totum ſanguinis precium
profudit, & ſacrificium, quod pro expiandis no-
ſtris peccatis a principio ſuæ conceptionis offer
re cœperat, perfecte tunc conſummauit. Si enim
attente contemplemur omnia Chriſti Domini
opera, inueniemus vniuerſam eius vitam fuiſſe
velut mirabile Miſſæ quoddam ſacrificium Deo
Patri oblatum. Primo ingreſſus eſt templum bea Ad Phil. 2.
tiſſimæ Virginis, vbi *habitu inuentus vt homo*,
ſacerdotales veſtes induit, quibus exornatus ora
re poſſet Patrem, quia in ſola diuina natura ma-
nens orare non potuiſſet. Vnde Apoſtolus dixit: Heb. 5.
Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus. Introi-
tum dixit, cum primam vocem emiſit plorans, vt
dixit Sapiens. Gloriam cecinerunt Angeli, dicen Sap. 7.
tes: *Gloria in altiſſimis Deo.* Epiſtolam dixit, cum Luc. 2. Ibid.
in templo ſacræ Scripturæ arcana reſerabat: E-
uangelium, cum ad turbas concionem habebat; Ioan. 7. & 10.
Sanctus Sanctus, Sãctus, pueri in die ramorũ into- Luc. 13. Matt. 21. &
nuerunt, clamantes: *Benedictus, qui venit in nomi-* 21.
ne Domini. Primum, Memento, pro viuis dixit: Ioan. 17.
Rogo Pater, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Matt. 26.
Cõſecrationem in vltima cœna fecit: *Hoc eſt cor-
pus meum*, dicens. Memento pro defunctis in cru-
ce dixit, dum pro peccatoribus vita gratiæ fun-
ctis orauit. Hoſtiam leuauit, cum ipſe factus ho-
ſtia pro peccatis eleuatus fuit in cruce. Agnus
huius Miſſæ, quos recitãtes pectora percutiunt,
qui adſtabant ſacrificio illi, dixerunt, Euange- Luc. 23.
liſta atteſtante: *Multi reuertebantur percutientes
pectora ſua.* Nunc tandem in cruce dicit, *Ite Miſſa* Ioan. 19.
eſt, dum ait, *Conſummatum eſt*, quod perinde fuit,
ac ſi diceret; cum iam completum fuerit ſacri-
ficium, cuius inæſtimabili valore integram, per-
fectam, ac ſuperabundantem ſolutionem pro pec
catis generis humani, & copioſa eius redẽptione
Patri obtuli, nihil reſtat mihi ſoluendũ eorum,
quorum fideiuſſor factus ſum. Vnde ſicut inter
nos, cum quis ſoluit integrum debitum, rumpi-
tur chirographum, obligationẽ ſoluendi conti-
nens; ita integro ſoluto precio à Chriſto Domi-
no, Deus chirographum noſtræ obligationis caſ
ſauit, & cancellauit, vt expreſſe teſtatus eſt bea-
tus Paulus, dicens. *Et vos cum mortui eſſetis in de-* Coloſ. 2.
*lictis, & præputia carnis veſtræ, conuiuificauit cum
illo, donans vobis omnia delicta delens quod aduer-
ſus nos erat chirographũ decreti, quod erat contrariũ
nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci.*

Philo Epiſc. Carpaſius (& hic ſextus ſenſus ſit) Philon. Epiſcopus in
per verba illa, *Conſummatũ eſt*, ſignificare ait Chri hunc locum.
ſtũ Dñm, amorẽ eius vltra progredi non potuiſ- Ioan. 19.
ſe;

ſe, quia vt ipſe prædixerat: *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Quam interpretationem aliorum expoſitio confirmat, qui prædicta verba legunt interrogatiue, *Conſummatum eſt?* Ita, vt Chriſtus Dominus præ ardenti eius charitate plura, & plura tormenta pro hominibus pati deſiderans, Patrem Ioan. 19. Ibid. alloquens, interrogauerit eum, *Conſummatum eſt?*

Septimus ſenſus ſit, vt, *conſummatum eſt*, dicẽs, Luc. 2. pacẽ, quã mundo in natiuitate dare cœpit, Angelis proclamãtibus, *Et in terra pax hominibus*, morte ipſa conſummatam, ac perfecte ſtabilitam, & obſignatam eſſe oſtenderet. Conſueuit non ſemel longum, ac diuturnum bellum matrimonio aliquo inter diſſidentes partes contracto terminari, ſolutis tamen damnis iniuſte illatis a parte illa, quæ iniuſtum bellum fouerat. Non diſſimiliter orto bello inter Deum, & hominem, ad pacem ſtatuendam ſponſalitia celebrata ſunt inter vnigenitum Dei Filium, & naturam humanam. Reſtabat tamen ad eandem firmandam pacem, vt humanum genus honori diuino illata damna Deo perſolueret. Verum cum ſoluendo illi non eſſet, idem Dei Filius pro nobis ſoluere, & Deo nos reconciliare decreuit: vnde orta eſt pax illa conſummata, de qua D. Paulus Philippen. 4 ait, *Quod exuperat omnem ſenſum*, quia Filium Dei naturalem in mortem Crucis tradi, vt pacem inter nos, & Deum iniret, humanum, & angelicum ſuperat captum, ſolumque tantum conſilium in mentem Dei cadere potuit.

Alij tandem explicant, vt ſignificare velit, Hebræorum peccatum conſummatum fuiſſe, ita Iob. 1. vt de eo recte dici poſſit: *Peccatũ cum conſummatum fuerit generat mortem*, mortem quidem Chriſti. Vnde D. Auguſtinus ſuper Pſalmum ſeptimũ, D. Aug. ps. 7 in illa verba: *Conſummetur nequitia peccatorum, & diriges iuſtum*, ait, *Tunc conſummata eſt, cum homines in ipſum Deum auſi ſunt manus iniicere.* Alij demum volunt, per illa verba ſignificare voluiſſe Chriſtum Dominum mirabilem eius fortitudinem, & conſtantiam, qui difficillimũ redemptionis negociũ per varios caſus, & per innumera diſcrimina rerum tandem aliquando ad finẽ vſque perfectiſſime duxit. quod præfiguratum Exod. 39. videtur in magno illo ſacerdote Aaron, ex cuius fimbria veſtimenti mala punica, & tintinnabula pendebant: mala punica, quę coronam habebant, conſtantiam in coronando incepto opere ſignificabãt; ſonora vero tintinnabula clamorem adũbrabant, quibus verba illa: *Conſummatum eſt*, &: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*, in extrema vitæ ſuæ hora protulit.

Hæc & alia, quibus apte explicantur propoſita verba Chriſti Domini, paucis verbis pulchre Taulerius in exerc. de vita Chriſti c. 49. comprehendit piiſſimus ille Taulerius in exercitationibus de vita Chriſti, vbi ait: *Conſummatum eſt quidquid æterna ſapientia conſtituerat, quidquid iuſtitia rigida pro ſingulis quibusque exigebat, quidquid charitas amanter poſcebat, quidquid erat promiſſum Patribus, quidquid myſteria, figura, cerimoniæ, & ſcripturæ præſignarant, quidquid ad noſtram redemptionem erat accõmodatum, ac neceſſarium, quidquid in noſtris abolendis debitis erat conducibile, quæcunque ad noſtras explendas, reſarciendaſque negligentias cõferebant, quidquid glorioſum. atque amicabile eſſe poterat ad ſublimẽ demonſtrandum amorem, quæque pro noſtra ſpirituali inſtitutione, ac informatione deſiderare potuiſſemus, quidquid demum honeſtum, atque congruum erat mirificæ redemptionis noſtræ triumpho celebrando. atque victoria: cuncta hæc iſta ſunt determinata verbo illo Chriſti: conſummatum eſt.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Nona.

De teſtamento, quod Chriſtus Dominus, præcipue tamen in vltima Cœna recumbens, & in lecto crucis iacens condidit, in illa verba: Clamans voce magna Ieſus, ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum: quæ Luc. 23 *Patrum multiplici doctrina locupletantur.*

NON poſſum non vehementer mirari, quoſdam huius noſtræ tempeſtatis ſcriptores, alioquin doctrina conſpicuos, auſos fuiſſe dicere, non ſolum contra totam priſcorum Patrum antiquitatem, ſed aduerſus clariſſima ſacrorum voluminum monumenta, Chriſtum Dominum proprie, & vere non condidiſſe teſtamentum. Vnde aiunt nullum in verbis Chriſti prolatis in cruce veſtigiũ fuiſſe inſtitutionis Teſtamenti. Rem tamen vt altius repetamus, & cunctis catholicis innoteſcat, Chriſtum Dominum verum condidiſſe teſtamẽtum, partim in diſcurſu ſuę vitæ (quia nõ ſemper omnia capita teſtamenti ſimul fiũt) partim in vltima cœna; partim in cruce pendentẽ iã iam moribundum: obſeruandum eſt in primis, ſatis vſitatam eſſe in ſacra Scriptura diſtinctionem veteris, & noui Teſtamenti, vt conſtat ex Hieremiæ trigeſimo primo, & ex Paulo ad Galat. 4. Hierem. 31. Galat. 4. Hebr. 8. & ad Hebr. 8. Dauid etiam de veteri Teſtamento loquens in perſona Dei teſtantis, dixit: *Diſpo-* Ps. 88. *ſui teſtamentum electis meis*, id eſt, Patriarchis, & Prophetis, qui ſingulares Dei amici erant. Propheta vero Baruch de nouo Teſtamento ſermo- Bar. 16. nem faciens in perſona Chriſti, ait: *Statuam eis teſtamentum alterum ſempiternum.* Vbi manifeſtum eſt loqui de Teſtamento nouo, cum vetus abolitum in multis fuerit, nouum vero remanſerit. Inter quæ duo Teſtamenta illud præcipuum intererat diſcrimen, quod in veteri terreſtria bona Deus legabat, in iſto Chriſtus ęterna, cęleſtiaque

imper-

Digitized by Google

Galat. 4. impertitur, vt notauit D. Paulus, dicens: *Melioris teſtamenti mediator eſt, quod melioribus ſanctionibus ſancitũ eſt.* Quãuis autẽ multi velint, quod non inficior, Chriſtum Dñm teſtamentum ſuum facere cœpiſſe a principio ſuæ prædicationis, dũ legẽ implentibus vitæ æternæ hereditatem ſibĩ ab eo dandã pollicebatur. Vnde D. Paulus dixit: *Hebr. 7.* *Melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus.* Vocat illũ ſponſorẽ, quia teſtamentum Chriſti partim per modũ pacti, & ſpõſionis factum eſt, promittendo dona cæleſtia, & hereditatem æternã obſeruantibus leges a teſtatore ipſo præſcriptas. *Matth. 19.* Vnde ait: *Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplũ accipietis, & vitã æternã poſſidebitis.* Omnes etiã heredes inſtituit, quotquot per baptiſmũ in filios legitimos regenerarentur. Nã, vt ait Apoſt. ad Rom. 8. *Si filij, & heredes, heredes quidẽ Dei, coheredes autem Chriſti.* Quamuis, inquã, ſuũ teſtamentũ ab illo prædicationis tẽpore facere inciperet, illud tñ poſtea in cœna & Cruce proſecutus eſt. *Damasc. lib. 4. c. 14. Chryſ. hom. 83. Tertull. lib. contra Marcio. cap. 40.* Et vt obſeruarũt D. Damaſcenus, Chryſoſt. & Tertull. ſicut inter nos ſapiẽs teſtator in teſtamento veteri a ſe facto iamiam moribundus mutat nunc vnã, vel alteram clauſulã, detrahendo, vel ſubiungendo nouas: ita Chriſtus Dñs ſapientia Patris, quia multa, quæ erant in veteri teſtamento, nolebat firma manere, ideo ante mortẽ plurimas clauſulas deleuit, quarum loco alias appoſuit, quæ morte eius penitus confirmatæ, & ſtabilitę permanſerunt, Paulo dicẽte, *Hebr. 9.* teſtamentũ firmum nõ eſſe, niſi intercedat mors teſtatoris. Populus Iſrael in veteri teſtamento heres nominatus erat, ſed hãc clauſulã mutauit: Iã nõ hereditas mea Iſrael; ait enim per Oſeam cap. 1. *Nõ populus meus vos.* Et per Apoſtolum ad Rom. 9. *Non plebs mea vos*, Gentilitatẽ volo vt in bona mea heres ſuccedat; illa mihi fidelis, & *Pſal. 17.* obediẽs erit. *Populus, quem nõ cognoui, ſeruiuit mihi, & in auditu auris obediuit mihi.* In alia clauſula eiuſdẽ veteris teſtamenti iubebar, vt ſacerdo- *Exod. 35.* tes eſſent ex progenie Aaron. Deleatur, ait, hæc clauſula, eligantur deinceps ſacerdotes ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Et ego tamquam ſummus *Pſal. 109.* Sacerdos ſecundũ eundẽ ordinẽ (vt prædixerat Dauid) inſtituo Apoſtolos meos in ſacerdotes, & Petrũ eorũ principẽ, & Vicariũ meum eligo. *In Leuit. per multa capp.* Sacrificiorũ clauſulæ, quibus præcipiebãtur offeri varia animalia, abradantur, quia omnia illa erant figura duplicis ſacrificij, cruẽti, & incruẽti, mortis ſcilicet Chriſti in cruce, & Euchariſtiæ. Cum autẽ vmbrã in fugam abire faciat veritas, omnia illa ſacrificia aboleri volo. Clauſula verò, *Leuit. 19.* Decalogi mãdata cõtinens firma, & ſtabilis per- *Matth. 5.* maneat, quia *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.* Moleſta vero, & grauia cærimonialia præcepta in veteri illo meo teſtamẽto præſcripta nullã deinde obligandi vim habeãt, quia in lege gra- *Matth. 11.* tiæ, quã condidi, *Iugũ meum ſuaue eſt, & onus meũ leue.* Ex præcipuis etiã circũſtantijs, quæ in vltima Cœna cõcurrerunt, haud obſcure colligitur, Chriſtũ Dominũ ibi proſecutum fuiſſe ſuũ teſtamentũ. Nã tunc præcipua legis nouæ præcepta *Ioan. 13.* tradidit diſcipulis, dicẽs: *Hoc eſt præceptum meũ, vt diligatis inuicem.* Corpus ſuũ ſub ſacramento reliquit: *Hoc eſt corpus meum*, & ſanguinẽ etiã *Matth. 26.* expreſſe, dicens: *Hic eſt ſanguis meus, noui, & æterni teſtamenti.* Deinde præceptũ noui ſacrificij de- *Luc. 22.* dit: *Hoc facite in meã cõmemorationem.* Et vt olim Alexander, vt 1. Machab. legimus, teſtamentum condidit: *Cum vocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecũ erãt nutriti a iuuentute ſua, & diuiſit illis regnũ ſuum cum adhuc viueret*; ita Chriſtus Dñs diſci- *Luc. 23.* pulis ſuis, & in illis oĩbus nobis dixit: *Ego diſpono vobis regnũ, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meã in regno meo.* Ac tandẽ Apoſtolos ſacerdotes, & *diſpenſatores myſteriorum Dei* deſignauit, vt lo- *1. Corint. 4.* quitur Paulus. Diſpẽſatores autẽ teſtamẽti quis nõ videat in ipſo teſtamento inſtitui ſolitos eſſe, nõ extra illud? Quod ſi in teſtamẽto oportet ſeptẽ adſint teſtes, certe hic nõ deſiderabãtur, cum duodecim adeſſẽt legitimi teſtes, qui futuri erãt principes Eccleſię, & miniſtri noui teſtamẽti. Ne tamẽ videar ex proprio marte dicere Chriſtum Dñm in Cœna partim teſtamẽtũ cõdidiſſe, egregia Patrũ teſtimonia id aſſerentium ſubijciã. D. *Damasc. lib. 4. c. 14.* Damaſcen. ait: *Cum voluntariã mortẽ noſtra cauſa ſuſcepturus eſſet ea nocte, qua ſeipſum tradebat, teſtamentum nouũ ſãctis ſuis diſcipulis, & Apoſtolis, ac per illos omnibus qui in eũ credunt, inſtituit.* *Chryſ. hom. 13. in Matth.* D. Chryſoſt. hoc ipſum docet: *Teſtamentum nouũ cõfirmat, & quemadmodum vetus pecudes & vitulos habebat, eodem modo nouũ, Dominicum poſſidet ſanguinem.* *Tertull. lib. 4. cont. Marcion. c. 43.* Tertullianus de myſterio in Cœna peracto loquẽs, dicit: *In Calicis mentione teſtamentum cõſtituit ſanguine ſuo obſignatum.* Ecce ſacrã Scripturã, & Patres aperte aſſerentes, Chriſtũ Dñm vetum in Cœna cõdidiſſe teſtamẽtum: verũ quia plura alia ei legãda erant, nõ clauſit illud, ſed ad vltimã horã, quã ipſe recte pręcognoſcebat, cum in lecto Crucis iaceret, vltimã manum, & obſignationem eius diſtulit. Vbi reuera adeo aperte oẽs veri teſtamenti, ſeu codicilli cõditiones elucent, vt nulla ratione negari poſſe videatur, niſi in re clariſſima cæcutiamus, Chriſtũ Dñm partim teſtamentum ſuum in Cruce cõdidiſſe. Licet enim bonis tẽporalibus pauperrimus eſſet, ipſo *Luc. 9.* dicente: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis nõ habet vbi caput ſuum reclinet*; bonis tamen cæleſtibus ditiſſimus erat, & de eis liberum illi erat teſtamentum cõdere, & ea, quibus luberet, relinquere. Inter conditiones ad teſtamẽtum validum requiſitas illã, quæ omnino neceſſaria eſt, vt ſcilicet teſtator mente minime alienatus, ſed ſciens, & prudens teſtamẽtum cõdat, manifeſtiſſimum eſt hic non defuiſſe: tum quia teſtator erat ſapiẽtia Patris; tum quia *Ioan. 13.* Ioãnes expreſſe dixit: *Sciens Ieſus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Secunda conditio eſt, vt adſit tabellio teſtamenti, ſcriptura ſua fidẽ illius faciens. Adfuit quidem Ioannes, vnus & præcipuus inter quatuor Euangelicos tabelliones, qui vt ipſe teſtatur: *Teſtimo- Ioan. 5.* *nium perhibuit veritati, & verum eſt teſtimonium eius.* Tertia conditio, vt teſtes adſint: quis hanc defuiſſe dicat, cum corã omni populo, & coram teſtibus omni exceptione maioribus, B. Virgine, & reliquis pijs viris & feminis ibi aſtantibus, Chriſtus Dñs vltimã ſuã voluntatẽ expreſſerit? Solẽt in teſtamẽto inimicis iniuriæ dimitti apud Catholicos; Chriſtus Dñs huius laudabilis conſuetudinis primus auctor fuit, dicẽs tũc: *Pater di- Luc. 23.* *mitte illis: non. n. ſciunt quid faciunt.* Solet etiã te-

ſtator, ſi matrē, & filios habeat, illorū protectio-
oē alicui cōmendare. Chriſtus Dñs matri Ioāi ē
cōmendauit, & Ioāni matrem: *Mulier ecce filius
tuus, deinde dixit Diſcipulo, Ecce mater tua.* Præter
id iūe vere, & proprie dicitur aliquis cōdere te-
ſtamentū, quādo aliquibus bona ſua poſt mortē
relinquit habenda: at Chriſtus Dominus latro-
Luc. 23. ni paradiſum legauit: *Amen dico tibi, hodie me
cum eris in paradiſo*: militibus veſtimenta, quæ
Matt. 27. poſtea ipſi inter ſe diuiſerunt: Eccleſiæ crucis
vexillum, velut victoriæ ſuæ trophæum reliquit:
peccatoribus valorem ſanguinis ſui effuſi elar-
gitus fuit: mortuum corpus ſuum Nicodemo,
& Ioſepho ab Arimathæa ſepeliēdum tradidit.
Manifeſtum ergo eſt, verum ibi condidiſſe teſta-
Amb. ep. 82. mentum. Vnde D. Ambroſius dixit: *Teſtabatur
in Cruce Chriſtus, & inter matrem, & diſcipulum
Arnol. abb. tract. de 7. verbis Dom. in illa verba: Ecce mater tua.* diuidebat pietatis officia*. Et Arnoldus Abbas cū
Ioanne loquens, ait: *Ecce Ioannes piæ hereditatis
ſuſcipis teſtamentum, eligeris, & in hoc præponeris
omnibus.* Tandem tunc dicitur aliquis teſtamen-
tum nouum condere, quādo abrogat prius. Chri-
Matt. 26. ſtus autem Dominus, dicēs: *Hic eſt ſanguis meus,
noui & æterni teſtamenti*, vetus teſtamentum
Hebr. 8. abrogauit, quia vt ait Paulus, *dicendo nouum, ve-
terauit prius: quod autem antiquatur, & ſeneſcit,
prope interitum eſt.* Hic autem interitus non ni-
Ioan. 19. mium dilatus fuit. Nam in Cruce dicens: *Con-
ſummatum eſt*, quo ſignificare voluit, vt D. Tho-
D. Tho. 3 p. q. 47. art. 2. ad 1. mas interpretatur, omnes prophetias, omneſq.
figuras, & vmbras completas, & conſequenter
conſummatum, & abolitum teſtamentum, quod
in illis fundabatur, illud prorſus interire fecit.
Licet autem in teſtamentis primum legatum,
quod fit, eſt commendare animam Deo creatori
ſuo, ad vltimam teſtamenti ſui clauſulam Chri-
Luc. 23. ſtus id reſeruauit, dicens: *Pater, in manus tuas cō-
mendo ſpiritum meum.* Quia alij cōmendant Deo
animam ſuam, vel vt illis pareat, vel vt ad cla-
ram ſui viſionem admittat, quod merito omni-
bus alijs præponendum eſt; Chriſtus autem Do-
minus ex neutro illo capite opus habebat com-
mendare animam, quia & omnis peccati expers
fuit, & a principio ſuæ conceptionis clare vidit
diuinā eſſentiā. Quæ cum ita ſe habeant, oportet
diligēter examinare, quid ſibi voluerit Chriſtus
Dominus in prędicta Patri animæ ſuæ commen-
datione. Sed prius aperienda ſunt ſacramenta,
Ibid. quæ latēt in eo, quod *clamans voce magna*, vt ait
Athan. § 76. ad Antioch. Lucas, commendationem illam fecerit. D. Atha-
naſius ait, Chriſtum Dominum validum illum
clamorem emiſiſſe, vt ſuæ potentiæ virtutem
oſtentaret. Voce enim illa Iudæos deterruit, ve-
lum templi diuiſit, petras ſcidit, & monumenta
aperuit. Agnouit Centurio virtutem diuinam
illius clamoris, ſiquidem Marco id atteſtante,
Marc. 15. videns, quod ſic clamans expiraſſet, ait: *Verè ho-
D. Bern. ſer. 28 in Cant. mo hic Filius Dei erat.* Vnde acute D. Bernardus
dixit: *Ad vocem credidit, ex voce agnouit Filium
Dei, & non ex facie. Erat enim ex ouibus eius, de
Ioan. 10. quibus ait: Oues meæ vocem meam audiunt.* D. Hila
rius ait, clamaſſe tunc Chriſtum Dominum præ
nimio dolore, animam eius velut pugione tranſ-
figēte, quod præuidebat dirā ſuam paſſionem, &
acerbam mortē pauciſſimis profuturam fore re-
ſpectu eorū, ad quos fructus eius peruenturus nō
erat. Eruditiſſimus Salmeron ait: *Clamat voce ma* Salmer. to. 10. de paſſ. tract. 40.
gna, vt egregius de morte triumphator, ingeminans Oſe. 13.
illud, ero mors tua, o mors; morſus tuus ero inferne.
Et ſubdit aliā ingenioſam rationem in hæc ver-
ba: *Inclamat quoque mortem ad ſe accedere non au* Rom. 1.
*dentem, quia cum Chriſtus eſſet iuſtus, & innocens,
mors nihil iuris habebat ſuper eum; ideo longiſſime
ab eo diſtabat, ita vt opus fuerit clamare voce ma-
gna, quaſi ad rem, quæ procul ab eo erat; docetque
nos ſuo exemplo, vt tempore mortis clamemus ad Do
minum, vt ſpiritum noſtrum ſuſcipiat. nam ibi iaci-
tur alea, deq. extremo capitis noſtri periculo agitur.*
Ad hæc clamat certe, vt a ſomno excitet dor-
mientes, vt videant hoc mirabile ſpectaculum,
quod Deus patitur, vita moritur. Clamat quaſi
attentionē captans, vt attendamus eā mortem,
quæ mortē noſtrā deſtruxit, & vitā inſtaurauit.
Clamat tamquā ad ſurdos, vt lectionē eius audia
mus, quā ex cathedra Crucis nobis legit. Clamat
tandē, vt illa ſua terribili voce infernus prædam
dimittat, quā per tot retro ſæcula tenaciſſime in
faucibus ſuis tenebat. Si .n. Dñs in Lazari mor-
te clamauit, quando eius animā ab inferni den-
tibus extraxit; quāto maiori voce congruū erat
clamare, vt infernus valido illo clamore deterri
tus vinctos, quos in lacu tenebat, liberos abire
permitteret? His ita prælibatis, ad verba ipſa,
quæ clamās Chriſtus protulit, redeamus: *Pater,* Luc. 23.
in manus tuas cōmendo ſpiritū meū. D. Ambroſius, Ambros. in Luc. 23.
& Tertullianus aiunt, quod quemadmodū ſi quis Tertull. lib. con. Prax.
per triduū iter facturus amico ſuo interim cō-
deret, & cuſtodiendā crederet rē precioſiſſimā,
& ſibi chariſſimā, quā ſecū haberet; ita Chriſtus
Dñs, cuius reſurrectio per triduū differēda erat,
interim rē precioſiorē, quā habebat, ſanctiſſimā
ſcilicet animā ſuā, Patri cōmēdauit. Cōmendat
autē, nō vt damnationē non incurrat, cū beatifi-
ca viſione frueretur, ſed vt annotarūt ſapientiſ- Maldonat. ī c. 27. Mat. & alij ibid.
ſimi quidā recentiores interpretes, ne eā relin
queret in inferno per longū tēporis ſpatiū, quo
deſcēſura erat, & ne daret Sanctū ſuū videre cor-
ruptionē, vt prædixerat Dauid. D. Antoninus a- Pſ. 10 & 15 D. Anton. de paſſ. Chriſti 2.3. tit. § 5.7
liā expoſitionē adhibet in hæc verba: *Animā cō-
menda in manus tuæ poteſtatis ad carnē reſumendā;
in manus tuæ miſericordiæ, & benignitatis ad viſi-
tandū animas, quæ ſūt in pœnis tenebrarū.* D. Atha- D. Athanaſ. lib. 10. de natura hum. cont. Apollinarem.
naſ. & D. Anſel. aiunt Chriſtū, vt caput, pro mē-
bris ſuis loqui, & in ſuo ſpiritu oēs animas ſan-
guine ſuo recēptas ac viuificatas, quæ oēs vnum D. Anſel. de paſſ. Dom. c. 10. 6.
ſunt cū illo, (quia *qui adhæret Domino vnus ſpiri-
tus eſt*) Patri ſuo ardēti erga nos charitate com-
mēdaſſe. D. Gregorius eidē expoſitioni conſen- D. Greg. l. 3. Mor. c. 34.
tiens ait, nomine Spiritus non ſolū animā ſuam,
ſed Eccleſiā catholicā intellexiſſe, quā pro amo-
ris magnitudine ſpiritū ſuū, vt inter amātes cō-
ſueuit, vocitabat. Itaq. cū Chriſtus ſpiritū in ma-
nus Patris cōmendauit, volūt hi Patres nos om-
nes cōmendaſſe: vnde exinde ſpeciali, & nouo ti-
tulo cœpit verificari illud Sapiētis: *Iuſtorū animæ* Sap. 3.
in manu Dei ſunt. Et iuſti, qui antea in ſinū Abra
hæ tradebantur, iā in ſinū, & manus Dei tradun-
tur. D. Auguſtinus 4. de Trinit. clamare Chriſtū Aug. de Trinit. l. 4. c. 13.
ait, vt oſtenderet, non neceſſitate, ſed voluntate
ſua ductum fuiſſe ad mortem, iuxta illud Ioānis:
*Poteſtatem habeo ponendi animam meā, & iterum
reſumendi eā.* Idq. fundatur in Græco codice: nā Ioan. 10.
vbi

Digitized by Google

vbi vulgata noſtra legit, *Commendo*, vtitur ille verbo quodam ſignificante dari aliquid in depoſitum, quod in voluntate dantis eſt tradere, & reaſſumere. Vnde ſimul etiam atteſtatur certitudinem ſuæ reſurrectionis. Nam quod in depoſitum datur, poſt exiguum tempus poteſt reaſſumi pro voluntate eius, qui depoſitum dedit.

Verum duo, quæ hic excutienda ſe offerunt dubia, quæ ad exactius exponenda propoſita verba non parum proderunt, minimè ſilentio præteribo. Primum eſt, quid ſit, quod cum Chriſtus Dominus certiſſimus eſſet, animam eius a Patre protegendam, & recipiendam beneuole in manus ſuas, immo & re ipſa receptam eſſe, cum clara eius viſione frueretur; nihilominus tamen ſingulari conatu, vt clamore illo valido indicauit, animam in Patris manus commendarit. Huic dubitationi multiplex pro reſponſione occurrit ratio. Primo, quod conſulto id fecit Chriſtus Dominus, ad extirpandos, & damnandos varios errores, quos de veritate animæ eius præuiderat futuros. Primo namque iugulauit errorem negantium, animas ad propria corpora poſſe reſtitui, in quo errore multi antiqui Philoſophi velut talpæ caecutierunt. Nam iuxta
Græcus cod. Luca 23. lectionem Græcam, quam nuper allegauimus, vtentem loco vocis, *Commendo*, verbo, in depoſitum aliquid dare ſignificante, manifeſtè hic error euincitur, cum depoſitum ex natura ſua non ſit perpetuum, ſed deponenti aliquando ſit reſtituendum. Quare cum anima in manus Dei, velut in depoſitum detur, ille tamquam liberaliſſimus depoſitarius cum fœnore cumulatiori depoſitum ſibi creditum reſtituet. Secundo refellit errorem ponentium animas mortales; nam cum animam ſuam in manus Patris commendarit, apertè oſtendit animam non perire ſimul cũ corpore, ſed a Deo in ſuo proprio eſſe conſeruari, atque adeo immortalem, & incorruptibilem eſſe. Tertio damnat hæreſim, aſſerentem animas ex ſemine traduci, vel ex ſole, & homine gigni, vel ex præiacente aliqua materia conſtitui. Quod quidem ſi verum eſſet, animæ profecto eo redirent, vnde originẽ ſumpſerunt. Cum ergo non niſi ad manus Dei redeant, nõ obſcure colligitur, a Deo per creationem ex nihilo emanaſſe. Vnde Iob, & Dauid di-
Iob 10. Pſal. 118. xerunt: *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me*. Fecerunt quidem quoad ſpiritum, plaſmauerunt quoad corpus. Quarto confutat Arrianorum hæreſim, aſſerentium Chriſtum caruiſſe anima rationali, Verbo diuino eius vices ſupplẽte. Nam cum Chriſtus commendauerit ſpiritũ, qui altera pars erat humani ſui compoſiti, apertiſſime conſtat, ipſum anima non caruiſſe; nam Verbũ diuinum cum ſit perfectiſſimum quoddam totum, rationem partis informantis minime induere poterat. Secunda ratio ſit, per illa verba Chriſtum Dominum obtuliſſe Patri ſpiritum ſuum, tamquam in precium noſtræ redemptionis, quod Patri gratiſſimum fuit, quia in ſpiritu eius nullius prorſus doli veſtigium erat. Vt
D. Iſid. lib. 16. Etymol. n. in bono nomiſmate, teſte D. Iſidoro, tria præcipue deſiderantur, quod ſit ex bono metallo, debitam, & verã habeat figuram, ac iuſtum quãtitatis pondus, ne velut adulterina moneta, aliquo illorum deficiente, reprobetur: non diſſimiliter Chriſtus Dominus ſpiritum ſuum puriſſimum Patri obtulit, ſine aliqua fæce peccati, & qui per vnionem hypoſtaticam impreſſam habebat ſubſtantialem ipſam imaginem Dei, ipſum ſcilicet Verbum diuinum, de quo Apoſtolus: *Cũ ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius*: & qui *Heb. 1.*
tandem erat iuſti ponderis, ita vt in ſtatera Crucis poſitus, deſcenderet ad inferiores partes terræ, vt ſic humilis noſtra natura humana poſita in altera lance ſtateræ, eleuata fuerit in cælum vſque. Vnde Eccleſia cantat:

Beata, cuius brachijs *Eccleſia.*
Sæcli pependit precium,
Statera facta corporis,
Prædamq; tulit tartari.

Et licet verum ſit, quòd in Cruce obtulerat in precium redemptionis corpus, & ſanguinẽ ſuũ; vt tamen integerrima eſſet eius oblatio, & omnibus numeris abſolutiſſima, obtulit etiam Patri animam, dicens: *In manus tuas commendo ſpi-* *Luc. 23.*
ritum meum. Certe in veteri lege differebat in hoc ſacrificium ab holocauſto, quod ſacrificij pars vna Deo offerebatur, altera ſacerdoti remanebat: holocauſtum vero totum integrũ Deo tradebatur. Obtulerat quidem Dominus Ieſus Patri corpus ſuum, quod pars erat ſacratiſſimi illius compoſiti humani; ſed volebat non tantũ offerre ſacrificiũ, ſed holocauſtum, & ideo ſimul obtulit ei ſpiritum, vt ſic ſe totũ ac integrum illi traderet, dicens: *Pater in manus tuas commendo* *Ibidem.*
ſpiritum meum. Tertia ratio ſit, commendaſſe Chriſtum Dominum ſpiritum ſuum, vt doceret contra errorem Caluini, quem præuiderat, quod cum dixit Patri: *Vt quid dereliquiſti me?* nullo *Matt. 27.*
motu diffidentiæ adductum ea verba protuliſſe. Nam qui commẽdat aliquid in manus alterius non diffidit, ſed confidit potius in illo. Quarta, & ſingulariſſima ratio, obſeruationeq; digniſſima ſit, quod propterea Chriſtus commendarit animam ſuam Patri, vt oſtenderet inuincibilem ſuam cõſtantiam in confitendo, ſe eſſe Filiũ Dei, cum adhuc in vltimo verbo ſuæ vitæ, tamquam verus, & naturalis Dei Filius Deũ ipſum Patrẽ vocare non ceſſaret. Vnde cum Chriſtus Dominus mortuus fuerit pro hac veritate Catholicæ fidei tuẽda, quod ipſe eſſet Filius Dei naturalis, fateri tenemur ipſum proprie, & in rigore fuiſſe Martyrem, immo & Martyrum ducem, & coronam, ſeu per excellentiam, & antonomaſiã Martyrem. Vltima tandem ratio ſit, Chriſtum Dominum commendaſſe Patri ſpiritum ſuum, ne quiſquam quantumuis iuſtus, & ſanctus tutũ ſe, ac ſecurum a dæmone, qui inſidiatur calcaneo vitæ hominis, falſo ſibi blandiretur. Refert enim ex Bedæ ſententia hiſtoria Scholaſtica, Satanam *Hiſt. Schol. c. 71. lib. de Euang. In. 2.*
ſuper brachium Crucis ſiniſtrum extitiſſe, diligenterque obſeruaſſe, an in animam è corpore Chriſti egreſſuram ius aliquod habere poſſet. Sed cum nullum maculæ veſtigium inueniret,

Ioan. 14. Chriſto Domino dicente: *Venit Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam;* recedit confuſus, & deſiderio ſuo omnino defraudatus.

Secundum dubium diſcutiendū eſt, quare Chriſtus Dominus non dixerit, commendo animam, Ioan. 10. ſed ſpiritum, cum antea dixiſſet: *Poteſtatem habeo ponendi animam meam.* Exiſtimo rationem huius petendam eſſe a diſcrimine, quod verſatur inter ſpiritum & animam. Anima enim dicitur ab animando: & ideo cum ſpiritus Chriſti animabat eius corpus, vocauit illum animam. At cum ſeparatus, & non animæ, ſed ſpiritualia tantum exercet officia, vocat illum ſpiritum. Vt melius tamen hanc differentiam animæ, & ſpiritus percipiamus, audiamus D. Hieronymum id perdocte, & eleganter explicantem in hæc verba: Hier. in c. 5. ad Galat. an te med. to. 9. *Aliquod ſumamus exemplum; caro terra, anima aurum, ſpiritus ignis vocetur: quamdiu aurum fuerit in terra, perdit vocabulum ſuum, & à terra, cui commixtum eſt appellatur. Cum vero ſeparatum ab humo, auri & ſpeciem, & nomen acceperit, aurum quidem dicitur, ſed necdum probatum. Si autem per ignem excoctum fuerit, & purgatum, tūc auri ſplendorem, & ornatus ſui accepit dignitatem: ita & anima inter humum, & ignem; hoc eſt, inter carnem, & ſpiritum conſiſtens, quando ſe tradiderit carni, caro dicitur: quando ſpiritui, ſpiritus appellatur.* Dixit autem Luc. 23. Chriſtus Dominus: *Commendo ſpiritum meum;* & non ſpiritum abſolute. Nam licet anima nobis donata ſit, non tam noſtra eſt, quam Dei, qui donauit. Ezech. 18. Vnde ipſe ait per Ezechielem: *Omnes animæ meæ ſunt.* At licet Chriſtus animam a Deo acceperat, ſua tamen erat, cum ipſe Deus eſſet, & illam creaſſet; & quia per nullum peccatum dæmonis poteſtati eam ſubdiderat, ſicut nos peccando facimus, niſi poſtea dono Dei nobis reſtituatur: Act. 7. tunc enim cum Stephano vere dicemus: *Suſcipe ſpiritum meum.*

Demum obſeruatione dignum arbitror, quod Chriſtus Dominus a Patre incepit primam vocē Matt. 27. in Cruce, dicens: *Pater, dimitte illis.* Et ad Patrem etiam conuertit vltimam hāc: Luc. 23. *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Ecce loquentem filium prodigum, Luc. 15. ſed ſancta, & immaculata prodigalitate prodigum, qui cum omnem ſuam ſubſtantiam vſque ad ſanguinis profuſionem, cum peccatricibus animabus expenderat, fame, & ſiti oppreſſus de reditu ad Patrem cogitat, & oculos ad cælum leuans, beatoſq. ſpiritus Patris ſui miniſtros regio cibo ali, & cæleſti pane ſaturari contemplans, merito dicere poterat: *Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus? ego autem hic fame, & ſiti pereo.* Ibo ergo ad Patrem meum: Luc. 23. *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Et cum etiam Deus ſit totius bonitatis principium, & origo, voluit Chriſtus Dominus ſignificare, quod ſicut a Deo omnis noſtra actio, & operatio incipiat oportet, ad eundem tamquam ad bonitatis perennem fontem terminari debet. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Decima.

De varijs figuris, mortem Chriſti Domini adumbrantibus, necnō de quibuſdam eius circumſtantijs in illa verba: Et hæc dicens expirauit. Luc. 23.

PRopheta Habacuc contemplans æternum Patrem ducentem ad mortem primogenitum ſuum, ait: Habacuc. 3. *Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutē cū Chriſto tuo.* Quibus verbis alludere videtur ad egreſſum Abrahami Gen. 22. cū filio ſuo Iſaac ad immolandū illū in monte Moria, qui ſecundū ſententiā D. Auguſtini fuit D. Auguſt. 71 de temp. idē locus, in quo Chriſtus Dñs in ara Crucis immolatus fuit. Sicut autem ibi non Iſaac, ſed aries mortē illius loco paſſus eſt, ita Chriſtus non in quantū Deus, ſed in quantū homo mortē ſuſtinuit. Fuit enim figuratus per arietem, quē Deus in Exodo ſibi immolari præcipiebat: Exod. 29. *Et offeres totū arietem in incenſum ſuper altare: oblatio eſt Domino odor ſuauiſſimus victima Domini.* Victima hæc ſacrificium fuit cruentum, quod Chriſtus in Crucis altari Deo Patri obtulit. Vnde quia ſacrificiū illius arietis, figura erat huius, & eius odorē præferebat, ideo dicit: Ibidem. *oblatio eſt Domino odor ſuauiſſimus.* Huius etiā ſacrificij odorem præſenſit Dominus poſt diluuiū, quando Noe placationis ſacrificiū ei obtulit: Gen. 8. *Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait, nequaquam vltra maledicam terræ propter homines.* Ecce quomodo cū primum Deus percepit fragrantiā, & ſuauem odorē huius ſacrificij, confeſtim quieuit ira eius, & placatus eſt, fœderaq. amicitiæ, & pacis cū homine ſtatuit. Atque huc faciunt verba illa Leuitici: Leuit. 2. *Pones memoriale ſuper altare in odorem ſuauiſſimū Domino.* Vocat proprijſsimè ſacrificiū veteris legis memoriale, quia reuera erat recordatio illius diuini holocauſti, quod Chriſtus in Crucis ara oblaturus erat. Verum ſicut olim Aſaele fratre Ioab ab 2. Reg. 2. Abner interfecto, omnes qui tranſibant per locū, in quo ceciderat, ſubſiſtebāt, vt Regū narrat hiſtoria, Amaſa quoque per fraudē a Ioab extincto 2. Reg. 2. ſanguine cōſperſo in via, omnis populus ad videndum eū gradum ſiſtebat, vt ibidē narratur; ita in admirabili atque ſtupenda Chriſti morte oportet nos parumper ſiſtamus. Et quidē licet permulta huic argumento conſentanea lib. 10. diximus, de Sup. lib. 10. ab Hom. 1. vſque ad ſ... mult. Chriſti crucifixione agentes, plura mihi dicenda ſuperſunt. Deuter. 21. In Deuteronomio. 21. habētur hæc verba: *Quādo inuentū fuerit in terra hominis cadauer occiſi, & ignorabitur cædis reus, egredientur maiores natu, & Iudices tui, & metientur a loco cadaueris ſingularum per circuitum ſpatia ciuitatum, & quam viciniorem ceteris eſſe perſpexerint, ſeniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, & ducent eam ad vallem aſperam, & cædent in ea ceruices vitulæ.* Videmus hodie in publico foro montis Caluariæ

riæ nobilis Galilæi corpus mortuum, nullus tamen eſt, qui fateatur reum mortis eſſe, vnde ad explorandam veritatem oporteat examinare. Iudæi quidem non fatentur ſe eſſe reos; dicebant Ioan.18. enim: *Nobis non licet occidere quemquam.* Gentiles verò, qui ſatellites, & carnifices erant, excuſant ſe, dicentes, ad eos non ſpectare mulctandorum cauſam examinare, ſed quod eis præcipitur, iuxta munus ſuum executioni mandare. Iudas etiam ſe excuſat, precium, quod pro proditione acceperat a Pontificibus, reddens eis. Matt.27. Pilatus lauit manus ſuas, dicens: *Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius.* Ac tandem omnes ſe excuſant, culpam in dæmonem reijciẽtes, iuxta Luc.22. illud Chriſti Domini: *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.* Verum licet vanæ ſint, & futiles omnes illæ excuſationes, quia innocentia Chriſti Domini omnibus ita patula erat, vt nulla ratione liceret quidquam detrimenti ei inferre, alia principalior, & quæ nullam excuſationem patitur, mortis Chriſti cauſa extitit, Isa.53. quam ſcilicet Iſaias prædixerat: *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.* Re vera peccata omnia inſtar armatæ cladis in Chriſtum Dominum è Cruce pendentem immaniter irruerunt: dux illius crudeliſſimi exercitus ſuperbia fuit, caput Luc.19. omnium vitiorum: *Nolumus hunc regnare ſuper nos.* Auaritia grauiter eum percuſſit, timens, ne ſi Chriſtus ſuperſtes eſſet, diuitiarum iacturam Ioan.11. pateretur: *Si dimittimus eum ſic, venient Romani, & tollent locum noſtrum & gentem.* Inuidia ſacrilegas manus in eum impoſuit, ægre ferens honorem, qui a multis Chriſto deferebatur: Matt.27. *Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum.* Ira, & indignatio contra eum inſurrexit; & in-Matt.26. dignati ſunt ſacerdotes populi. Inuerecundia mortem eius, a quo tot beneficia populus acce-Ioan.19. perat, palam poſtulauit, clamans: *Tolle, tolle, crucifige eum.* Calumnia illum circumuenit: Luc.23. *Inuenimus hunc ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari.* Teſtimoniorum Matt.26. falſitas illum perſecuta eſt: *Cum acceſſiſſent multi falſi teſtes.* Iniuſtitia illum condemnauit, eligens magis Barabbæ vitam, quam Chriſti ſaluam fie-Ioan.18. ri: *Non hunc, ſed Barabbam.* Mundanus timor ei Ioan.19. mortem parauit: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris.* Tandem Pilati ambitio, ne a dignitate caderet, & Cæſarem offendere videretur, vt Iudæi proclamauerant, crudeliſſimam ne-Matt.27. Luc.23. cem innocentiſſimo Dei Agno intulit: *Videns, quod nihil proficeret, tradidit Ieſum voluntati eorum.* Huius mortis typum ſatis expreſſum geſſit Regis Ioſiæ mors, vt legimus quarto Regum, 4.Reg.23. de quo ſacer textus ait: *Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in toto corde ſuo, & in tota anima ſua iuxta legem Moyſis.* Et Hiſt. Eccleſ. de Rege Ioſia. Eccleſiaſtica hiſtoria tradit, quod mortuus fuit iſte Rex proximus arbori, & fonti, & quod ex tunc duo illa aruerunt in ſignum iniuſtitiæ, qua 3.Eſd.1. ille occiſus fuit. Et vt conſtat ex tertio Eſdræ capite primo, mors eius adeo deplorata fuit, vt per centum annos ea cõſuetudo vigeret, vt multi in vnum congregati Hieremiæ lamentationes can-

tarent, quas multi referunt in hanc finem ab eo fuiſſe compoſitas. Atque huius lamentationis mẽtio fit 2. Paralip. cap. 35. & apud Zachar. cap. 2. Paralip. 35. Zach. 12. 12. Hæc omnia quam egregie Chriſto Domino in Cruce mortuo conueniant, facilè erit aperire. Si de Rege Ioſia dicitur: *Similis illi non fuit ante* 4.Reg.23. *eum Rex*; de Chriſto Rege ait Sponſa: *Electus ex* Cant. 5. *millibus.* & alibi: *Sicut malus inter ligna ſiluarũ ſic* Cant. 2. *amicus meus inter filios.* Si mortuus eſt Rex Ioſias, eo quod fauorẽ impertiuit amico cuidam Regi contra Regem Aegypti, qui ingenti militum cateruа ad illum expugnandum properabat; Chriſtus Dominus mortem ſuſtinuit non ſolum vt ſaueret amicis, ſed vt liberaret inimicos: *Qui enim* Rom. 5. *inimici eſſemus, reconciliati ſumus in morte Filij eius.* Si Ioſias oppoſuit ſe Regis Aegypti furori; Chriſtus furori iuſtitiæ diuinæ ſe obiecit, iam iam arcus ſui ſagittis confodere tentanti genus humanum: *Arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & in* Pſalm. 7. *eo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit.* Et quod mirabilius eſt, nonnullas, quas diuina iuſtitia ſagittas emiſit, Chriſtus Dominus, quaſi ſcuto protegens nos, in ſeipſũ recepit, vt in perſona eius teſtatur Iob, dicens: *Sagittæ Domini* Iob. 6. *in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meũ.* Quaſi dicat; ita indignatus eſt contra me, vt ira eius videatur me totum abſorbere. Sicut etiam mortuus eſt Ioſias circa arborem; ita Chriſtus mortuus eſt in arbore Crucis. Et ſi ille obijt circa fontem, etiam mortuo Chriſto fons lateris eius aqua, & ſanguine ſcaturire cœpit, Ioãne dicente: *Exiuit ſanguis, & aqua.* Ac tandem ſi in Ioan. 19. morte Ioſiæ cõmunis fuit omnium planctus; familiæq. vniuerſæ cõgregabantur, iuxta illud Zachariæ: *Erit planctus magnus in Hieruſalem, ſicut* Zach. 12. *planctus Adadrẽmon in campo Maggedon*, ita per vniuerſas Eccleſias Chriſtianorũ familiæ ad lacrymandam Chriſti mortem pie, & religioſe cõgregantur. Plorẽt ergo eum Reges, quia Princeps Regũ eſt, *Rex Regum, & Dñs Dominantium* Plorẽt Apoc. 19. ſacerdotes, quia moritur ſummus Sacerdos: *Tu* Pſal. 109. *es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Plorẽt Duces, quia moritur inuictiſſimus Dux: *Ducem & præceptorem gentium*, vt ait Iſa- Iſai. 55. ias. Plorent diuites, & pauperes, quia moritur ditiſſimus pariter, & pauperrimus omnium: *Qui* 2. Cor. 8. *cum diues eſſet, pro nobis egenus factus eſt.* Plorent mercatores, quia ſapientiſſimus omnium negociator mortuus eſt. ſic enim ſeipſum appellauit: *Simile eſt regnum cælorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas.* Plorent agricolæ, quia perfectiſſimus omnium agricultor, & ſeminator mortuus eſt: *Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen* Luca 8. *ſuum.* Ac tandem vt vnico verbo multa cumprehendam, omnes & ſinguli plorare debent illum, ſiquidem pro ſingulis mortuus fuit, ita vt verba D. Pauli merito quiſque ſibi vſurpare poſſit: *Qui* Gal. 2. *dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* Quando amici Iob ad conſolandum illũ venerunt, qui Iob 1. & 2. in ſua prima gloria, ac regali maieſtate cognouerant omnibus Regibus orientalibus ditiorẽ, ac potentiorem, atque ſapientem, adeo vt omnes eo loquente tacerent, digitũ ori imponentes:

cum poſtea eum in ſterquilinio poſitum cõſpexerunt a planta pedis vſque ad verticem capitis lepra percuſſum, liberis, ſeruis, ac re omni familiari orbatum, à propria coniunge deſpectum, ſic attoniti, ſuſpenſi, & ſtupidi permanſerunt, vt ſeptem diebus muti, & abſque loquela coram eo ſederent: Quid faciam ego bone Ieſu, ſi te ex vna parte conſidero in throno regali maieſtatis Deo conſubſtantialem, diuitijs affluentem, ſumma omnipotentia præditum, maieſtatis ſplendore coruſcantẽ, in ſinu Patris exiſtentem, & nunc ex alia parte te video in ſterquilinio poſitum inter caluaria, & oſſa damnatorum vndequaque exulceratum, pedes clauis in ligno confixos, caput ſpinis obſitum, oſſa omnia diſſoluta, ſcapulas flagellis laceratas, faciem liuidam, deſpectum, ludibrio habitum, derelictum ab omnibus, etiam à Patre, cur hoc ſtupendum ſpectaculum non plorabo, & maiori circumdatus ſtupore, quam illi amici Iob, elinguis, ac mutus abſque loquela perſiſtam? non tacente tamen pupilla oculi mei, quæ crebro tuam mortem lacrymatur. Itaque vt ad id, vnde nonnihil digreſſus ſum, redeã, non ſolum creaturæ rationis participes, ſed & mentis etiam expertes, vt ſol, luna, lapides, terra, & velum templi, obſcuritate, terræmotu, colliſione, ſciſſura, doloris inditia, quo poterant modo, exhibuerunt. Pulchre etiam eandem Chriſti Domini mortem delineatam reperio in morte alterius Regis Iſrael, nomine Achab: hic enim mutato habitu in bello contra Syros cum in curru ſuo exiſteret, percuſſus ſagitta fuit inter pulmonem, & ſtomachũ, & ſero mortuus eſt, & ſanguis effluxit in curru ſuo, & quod inde ſecutum eſt, fuit, quod vnuſquiſque in deſideratam ſuam patriã rediret, præcone intonante in vniuerſo exercitu: *Vnuſquiſque reuertatur in ciuitatem, & in terram ſuam*. Certe Chriſtus Dominus *habitu inuentus vt homo*, vt ait Paulus, pugnauit in bello contra infeſtiſſimos hoſtes, mortem, mundum, & Diabolũ: currus eius crux erat, quem trahebant charitas Patris, & obedientia Filij. Percuſſus quidem fuit non ſolum inter pulmonem, & ſtomachum, ſed in omnibus ſui corporis membris, ita vt a planta pedis, vſque ad verticem capitis non eſſet ſanitas in eo. Sicut autem Rex Achab cum mortuus fuit, ſtabat; ita Chriſtus Dominus nõ iacens, ſed ſtans in cruce obijt: & ſicut mors illius Regis ſerotino tẽpore fuit; ita Chriſtus Dominus (qui iuxta Auguſtini, Chryſoſtomi, & D. Thomæ ſententiam obijt vigeſima quinta die Martij, cuius optimam congruentiam reddit Irenęus: *Quia decuit Chriſtum eadem die, qua homo creatus eſt, mori, quia pro illo redimendo, & veluti recreando moriebatur*) tempore etiam ſerotino mortuus eſt, Matthæo dicente, quod iuxta horã nonã exclamauit, dicens: *Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti?* & ſtatim ſubiungit expiraſſe. Et ſicut effectus mortis illius Regis fuit, vt quiſque in patriã ſuam rediret; ita etiam ex Chriſti morte hoc tantum bonum ſecutum eſt, vt homines ad cæleſtem patriam, vnde exules erant, reuertantur, prout bonus latro tunc expertus eſt, qui eo die in paradiſum introiuit, iuxta munificam Chriſti promiſſionem: *Hodie mecum eris in paradiſo*. Ac tandem ſicut de Rege illo ait ſacer textus: *Mortuus eſt Rex, & perlatus eſt in Samariam, ſepelieruntque Regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piſcina Samariæ, & linxerunt canes ſanguinem eius*: ita Chriſtus Dominus ductus eſt in cuſtodiam ſepulchri (Samaria enim, *cuſtodita*, interpretatur) & immiſſus fuit currus crucis cruentæ in piſcinã ſacri baptiſmatis, quod ex virtute eiuſdem crucis, & cruoris eius vim habet ad abluenda, & expianda peccata. Ac tandem ſicut tunc canes linxerunt ſanguinem currus; ita Gentiles in canibus repræſentati, iuxta verba Chriſti Domini ad Chananæã mulierem gentilem: *Non eſt bonũ ſumere panem filiorum, & mittere canibus*, piæ meditationis lingua Chriſti vulnera ad fidem iam conuerſi lingunt, & ſacrum eius cruorem, velut infantes lac ad vbera matris, ſugunt. Extat & alia inſignis mortis Chriſti figura, quam libro Numerorum capite decimonono legimus, de vacca rufa, quam Dominus ſibi immolari mandauit: *Præcipe filijs Iſrael, vt adducant ad ſe vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla ſit macula, nec portauerit iugum*. & ſubdit: *Tradetiſque eam Eleazaro ſacerdoti, qui eductam extra caſtra immolabit in conſpectu omnium*. D. Gregorius in commentario Pſalmi quinquageſimi ait, vaccam hanc humanitatis Chriſti imaginem geſſiſſe; illa enim rufa erat; hac enim ratione Spõſa dicebat: *Dilectus meus candidus, & rubicundus*. & Dauid, qui eius fuit typus, rufus erat, vt 1. Reg. c. 16. legimus. Niſi dicamus rufam eſſe, quia proprio erat cruore rubricata. Erat etiã ſine macula, vt & ipſe iudex ingenue ſaſſus eſt, dicẽs: *Ego nullã in eo inuenio cauſam*. Erat item ætatis integræ. Nã licet quidam, vt auctor eſt Irenęus, voluerint Chriſtũ Dominum prope quinquageſimum annum obijſſe, fundati in illo Ioannis 8. *Quinquaginta annos nondum habes*. Alij, vt refert Diuus Auguſtinus, diſceſſiſſe anno quadrageſimo ſexto vitæ ſuæ, ad reſponſum Iudæorum attendentes, *quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc*. Alij cum Valentino hæretico, teſte Diuo Epiphanio affirmarint, mortuum fuiſſe anno trigeſimo: cuius errori ſubſcripſere quidam non pauci graues auctores, ex Græcis, & ex Latinis Tertullianus. Et licet Philaſtrius vnum ſupra triginta annos tribuat vitæ Chriſti: quod etiam ſentiũt, qui decimo ſeptimo anno Tiberij Chriſtum tradunt paſſum, vt Oroſius libro ſeptimo ſuæ hiſtoriæ capite quarto; nec non qui tantum per annum poſt baptiſmum prædicaſſe Chriſtum arbitrantur, vt olim Gnoſtici apud Irenæum libro 2. capite 28. Ac tandem licet Cyrillus Alexandrinus in Iſaiam, dum duos prędicationis Chriſti annos tantum concedat, videatur triginta duos annos dumtaxat Chriſto tribuere, quem Caſſiodorus imitatur in ſua Chronica: Diuus tamen Epiphanius triginta tres annos Chriſto tribuit, & Beda de ratione temporum ait: *Habet tamen, ni fallor, Eccleſiæ fides Dominum in carne paulo plus, quam triginta tres annos vſque ad ſua tempora*

paſ-

Philip. 2.

Iſai. 1.

Aug. l. 4. de Trinit. c. 7. & 13 de ciuit. c. 5. D. Chryſoſt. ſermone de natiuit. Io. Bap. D. Th. ſup. c. 1om. Iren. l. 3. c. 19 hæreſ. c. 23. Matt. 27.

Luc. 23.

3. Reg. 22.

Matt. 15.

Num. 19.

D. Greg. in Pſ. 50.

Cant. 5.

Ioan. 18.

Irenæus l. 2. c. 39. D. Aug. l. 2. de doctr. Chriſt. c. 28. Ioan. 2. D. Epiphan. hæreſi. 51. Clem. Alex. l. 1 ſtrom. Tertull. aduerſus. Iudæos. c. 9. Philaſtr. de hæreſib. capite. 107. Oroſius l. 7. hiſtor. c. 4. Irenæus l. 2. c. 38. In Iſaiam c. 20. Caſſidor. in ſua chronic. Epiph. an. hæreſi. Bed. de ratione temporum. 44. D. Hieron. de ſcript. eccl. c. 16.

Digitized by Google

paſſionis vixiſſe: quod & ante ipſum dixerat Ignatius, relatus a Diuo Hieronymo de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Erat igitur Chriſtus Dominus vacca illa rufa, perfectæ, & integræ ætatis, cum [Heb. 13.] ad montem ſacrificandus venit. Quod ſi vacca illa educebatur extra caſtra, idem prorſus contigit Chriſto, Apoſtolo eius dicente: *Extra portam paſſus eſt.* Et quia oblatio eius futura erat verũ holocauſtum, in quo totam animam, & corpus, & quidquid in ipſo erat ad immolationem aptũ, pro nobis Patri obtulit, & in holocauſto ad comburendam hoſtiam opus erat ligna ferre, ipſe velut alter Iſaac [Gen. 22. Ioan. 19.] crucis lignum ſuſtulit humeris ſuis: *Baiulans ſibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locus.* Et ſicut tandem vacca illa igne [Num. 19.] combuſta eius cineribus aqua madefactis immũdi purificabantur; ita Chriſto Domino amoris igne accenſo, & in holocauſtum pro nobis Patri oblato in cruce, puriſſimo eius sãguine inquinati peccatores purificantur. His ſubnectamus diluuij Arcæ figuram. Perfecerat Noe Arcam illam, in qua ſeruanda erat generatio iuſtorum, & ingreſſa ſunt in illam animalia munda, & immunda: & tunc cataractæ cæli cœperunt aperiri, & vniuerſa terra aqua repleta eſt. Hæc Arca Chriſtum præfigurabat; quia in eo, ſicut in illa, ab ira Dei præſeruari debemus. Perfectum fuit hoc Arcæ opificium, quando perfecta fuit ætas in Chriſto, vt pro nobis moreretur. Tunc per vehementem eius apprehenſionem ingreſſa ſunt in animam eius, tamquam in Arcam Noe, animalia munda, & immunda; iuſti ſcilicet, & peccatores. Ibi non ſolum regiæ aquilæ, ſimplices columbæ, turtures caſtæ; ſed etiam ſerpentes callidi, baſiliſci, viperæ, ſcorpiones, leones, lupi, vrſi, & vulpes: boni ſcilicet, & deprauati homines per aues illas, & animalia hæc adumbrati, in illam, vt protegerentur, intrarunt: mali quidem ab ira Dei; boni vero ab inſidijs Diaboli, qui circuit quærens quem deuoret. Sicut autem ſuper Arcam apertis cataractis cæli, & ruptis fontibus abyſſi cœpit tempeſtas iræ Dei irruere; ita ſuper Arcam illam corporis Chriſti, animam eius continentem diuinæ iracundiæ imber copioſe deſcendit: cum omnia, & ſingula eius membra varijs tormentorum generibus acriter vexarentur. Tanta autem dolorum copia [Ps. 68.] animam Chriſti inundauit, vt clamaret ad Patrem: *Saluum me fac Deus, quia intrauerunt aquæ vſque ad animam meam, infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.* Tandem mortem Chriſti, & mirificos eius fructus Sãſonis geſta, & mors [Hieron. Lauretan. Syluæ alleg. verbo Samſon] ad amuſſim adumbrarunt, vt elegantibus verbis erudite ſatis proſequitur Hieronymus Lauretus in aurea illa ſua Silua allegorica. *Vt enim Samſon ſolet eſſe typus Chriſti, & vt occidit leonem, eſt* [Iud. 14.] *Chriſtus conuertens gentiles; & vt ingreſſus ad meretricem,* [Ibid. 15. Ibid. 16.] *Chriſtus eſt veniens ad gentes. Idem ligatus, & illuſus, eſt Chriſtus a Iudæis illuſus; & vt* [Ibid.] *Samſon multo plures occidit in morte, quam viuens, manifeſte id oſtendit excellentiam victoriæ* [Ibid.] *Chriſti in morte habita de dæmonibus, & ceteris hoſtibus; & vt obſeſſus in ciuitate Gaza ſurrexit me*[Iud. 16.]*dia nocte, & tulit portas ciuitatis, eſt Chriſtus reſurgens ex mortuis; & vt Samſon fuit fortis, & infirmus; ita Chriſtus apparuit fortis, & infirmus:* [Iud. 16.] *vel ipſa Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, habet fortes, & infirmos. In Samſone etiam, qui leonem tenuit, & occidit, & in ore mortui leonis fauum mellis inuenit ſignificatũ eſt, quod in ſuperbis, in quorum ore prius fuerat blaſphemia, eſſet poſtmodum* [Iud. 15.] *dulcedo laudis, & gratia Dei. Et vt ille Samſon ſitiens de molari dente aſini, inuocato Deo, aquam, vt biberet, hauſit; ita & Chriſtus de immundo, & duro* [Ibid.] *gentium populo fide credentium tamquam refrigerij pocula ſaturatus eſt. Maxilla quoq; eiuſdem aſini, de cuius dẽte molari aqua copioſe effluxerat, occidit mille viros. In maxillis, & dentibus ariſ eloquiũ intelligitur. Doctrina igitur eorum, qui ex Gentibus crediderunt, perfecta quodam numero finitur. Samſon vero hoſtes ſuos, atque aduerſarios tribus modis interfecit, & occidit; dum alij non credenda pereunt, alij vero credenda fidei moriuntur peccato. Opus hoc maxillæ eleuatio appellatur, ita enim doctrina, & prædicatio Euangelij magnificata ſuperat omnem terram, vt eam omnes gentes vbique eleuatam mirentur. In illis igitur vulpibus figuratum eſt, vt per* [Num. 13.] *doloſos, & ſanæ fidei inimicos, quorum principatus in caudis eſt, pars poſt tergum relicta, pars circa fructus Chriſto aduerſantium vexaretur.* His adde figuram botri ex ligno pendentis, qui a ſpeculatoribus ad Iſraelitas delatus fuit, quam hic verbis [Greg. Nyſſ. in vita Moyſis.] eleganter ediſſerit Gregorius Nyſſenus: *Racemus ex ligno dependens quisnam alius erit, quam is, qui in nouiſſimis ſæculis ex ligno pependit? cuius ſanguis potus factus eſt credentibus ſalutaris, Moyſe id ænigmatice prædicante ſanguinem enim vuæ bibebant, qua ex re ſalutaris paſſio Chriſti prænunciatur.* Ad idem D. Auguſtinus ait: *Dictus eſt Dominus botrus vuæ, quem ligno ſuſpenſum de terra promiſſionis, qui præmiſſi erant a populo Iſrael, tamquã crucifixum attulerunt.*

Porro iam triplicem mortis Chriſti circumſtantiam obſeruatione digniſſimam in medium [Ps. 73.] producamus. Prima eſt, quod mori voluerit in medio terræ, vt Dauid vaticinatus fuerat: *Operatus eſt ſalutem in medio terræ.* De qua circumſtantia licet libro decimo, agens de Chriſti crucifi- [ſup. Lib.] xione, non pauca dixerim, alia hoc loco dicenda ſuperſunt. Fuit quidem Chriſtus Dominus quaſi lucerna ardens in candelabro crucis poſita, & ideo oportebat illum conſtitui in medio, vt melius inde omnes eius lucem participarent. Erat enim Chriſtus Dominus centrum noſtrum, extra quod nulla poteſt eſſe quies, & ad id oſtendendum medium locũ terræ elegit. Et forte hæc fuit cauſa, ob quam antiquum valde fuerit Chriſto, ſemper medium eligere locum. Nam ſicut inter diuinas perſonas, quia ipſe Filius Patris eſt, medium tenet locum ſecundum ordinem originis inter Patrem, & Spiritum ſanctum; ſic etiam in quantum homo, medium ſemper elegit locum. In [Habac. 3. ſecundum ca. ſep. 70. Luc.] medio vteri virginalis conceptus, inter duo animalia natus, iuxta illud Habacuc: *In medio duorum animalium cognoſceris.* Parentes eius illum [Matt. 17.] quærentes in medio Doctorum in templo inue-

ne-

Digitized by Google

Matt. 17. Ioan. 10.

nerunt; in transfiguratione inter Moyſem, & Eliam ſe conſtituit: in morte inter duos latrones crucifigitur, & poſtquam reſurrexit, apparuit diſcipulis in medio eorum, dicens, *Pax vobis*. Elegit autem Dominus toties medium locum, tum propter rationem iam dictam, tum vt ad virtutem capeſſendã excitaret, quia, vt ait proloquium Philoſophorum moralium: *In medio cõſiſtit virtus*. Vnde Boetius dixit: *Firmis viribus medium occupate, quidquid aut infra ſubſiſtit, aut vltra progreditur, habet contemptum felicitatis*, Vnde dictum eſt.

Boet l. 4. de conſol. proſ.

------ *Medium tenuere beati.*

Adde quod per hoc monemur tradere cor noſtrum Chriſto Domino ad habitandum in illo, cum cor humanum ſit in medio corporis. Vnde, ſicut ipſe in principio mundi plantauit lignum vitæ in medio paradiſi, & apparuit Moyſi in flãma ignis de medio rubi: ita deſiderat collocari a nobis, & habere ſedem in medio noſtri, hoc eſt, in corde. Et hinc eſt, quod loquens Deus de mandatis diuinis, ait per Salomonem: *Cuſtodi ea in medio cordis tui*.

Gen. 2. Exod. 3. Prou. 4.

Secunda circũſtantia eſt, quod voluerit Chriſtus Dominus mori in aere: quam perpendens D. Athanaſius ait: *Dominus venit, vt Diabolum præcipitaret, aeremque purificaret, & viam ad cælum nobis muniret*. & Paulo poſt: *Solus ille in aere moritur, qui in cruce vitam finit*. quare non ſine ratione eam Dominus ſuſtinuit. Ita enim ſublimatus aerem purgauit ab omni diabolica, aliorumque dæmonum infeſtatione, dicens: *Videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem*. Eandem rationem his verbis tradit D. Chryſoſtomus homilia de cruce, & latrone: *Hac de cauſa in excelſo, & non ſub tecto immolatur, vt vniuerſus aer in excelſo immolata ouis a tetro odore mundetur*. Sanctificauerat Chriſtus Dominus terram, pedibus ſuis illã calcando; ſanctificauerat aquam, Iordanem ingreſſus, vt aqua eius baptizaretur, ſanctificaturus poſtea ignem, in ſpecie ignis mittens Spiritum ſanctum: ſolum reſtabat, vt aerem sãctificaret, & ad id aſſerunt prædicti Patres voluiſſe in aere mori. Dicamus etiam mortem in aere elegiſſe, vt ſignificaret, tum, quod ſicut aer eſt medius inter cælum, & terram; ſic morte ſua ipſe mediator fuit inter Deum, & hominem: tum quod ſicut aer eſt omnibus cõmunis, & inter omnia elementa communiſſimus, adeo vt licet multi dicant, hæc eſt aqua mea, hæc eſt terra mea, hic ignis meus, nullus tamen ſimilem ſermonem vnquam vſurpauit de aere, vt diceret, hic eſt aer meus; ita Chriſtus Dominus, vt ſignificaret mortem, paſſionemque ſuam non eſſe inſtar aliorum Martyrum, qui ſibi ſolis proficiebant, ſed omnibus eſſe communem, & ad omnes extendi: quia vt ait D. Leo: *Sicut à reatu nullum liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit*. Atque hinc ad tertiam circumſtantiam ſubijciendam anſam ſumere licet, nimirum quod non in ciuitate, ſed extra portam paſſus fuerit: id enim fecit, primo, quia locus ille communior erat, & omnibus patens, nulli enim præcluditur aditus ad participandos, ſi velit, mirificos mortis Chriſti fructus. Secundo, vt veritas reſponderet figuræ: nam ſicut ſacrificium Chriſti fuit ſignatum in Abel, ita etiam & modus illius: quemadmodum enim Cain eduxit fratrem, vt eum in campo occideret; ita & Iudæi eduxerunt Chriſtum extra ciuitatem, vt eum interficerent. Et ſicut vitulus, & hircus, quorum ſacrificium ſolemne fuit ad expiationem totius multitudinis, extra caſtra comburebantur, vt lib. Leuit. legimus, & meminit illius D. Paulus, dum loquens de prædictis animalibus, ait: *Horum corpora cremantur extra caſtra*; ita Chriſtus tamquã victima extra Hieroſolymitanã vrbem in monte Caluariæ oblatus fuit. Tertio, vt ſignificaret Chriſtus Dominus parum ſuam mortem profuturam eſſe illius vrbis genti, quamuis non ex defectu eius, ſed ex culpa illorum: ideo extra portã mori voluit. Quarto, quia ſecundũ legem Moyſis præcipiebatur, vt blaſphemus duceretur extra caſtra: Chriſtus autem Dominus non diffitens ſe eſſe Filium Dei, iudicatus fuit blaſphemus: *Blaſphemauit: quid adhuc egemus teſtibus?* & ideo extra portam vrbis mortuus eſt. Vltimo, vt ait D. Thomas, paſſus eſt Chriſtus extra ciuitatem, vt nobis exhiberet exemplum exeundi a mundi conuerſatione, iuxta illud Pauli: *Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes*. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Athanaſ. l. de incarn. Luc. 10. D. Chryſoſt. hom. de cruce ad latron. Leo Papa ſerm. 1. de natiuitate. Matt. 27. & 35. Luc. 23. Ioan. 8. Gen. 4. Leuit. 16. Heb. 13. Leuit. 24. Tom. 3. par. q. 46. ar. 10. ad 2. ad Hebr. 13.

Homilia Vndecima.

Reſerantur varia ſacramenta ſcitu dignißima, quæ in verbis illis latẽt: Inclinato capite tradidit ſpiritum: quæ permultis tã antiquis, quam nouis expoſitionibus mirifice illuſtrantur.

Ioan. 19.

HANC exordiens homiliam, beati Laurentij Iuſtiniani de Chriſti agone verba mihi vſurpabo: *Sacramentum maximum nobis commendatur in eo, quod dicitur, Inclinato capite tradidit ſpiritum*. Maximum ſane, cum in tam breui oratione pene innumera deliteſcant myſteria, inter quæ non vltimum locum meretur illud, quod nobis aperuit idem beatus Iuſtinianus. Ait enim, quod cum D. Paulus dixerit ad Corin. *Caput Chriſti Deus eſt*: mori Chriſtũ Dominum capite inclinato, ſignificat Deum, qui antea propter peccata faciẽ, & oculos auerterat ab homine, iam per mortem Chriſti integram ſatisfactionem ei exhibentis, inclinatum eſſe ad protegendum, parcendum, & fauendum homini. Eſt enim phraſis ſacræ Scripturæ, vt cum quis ex animo amicum diligit, dicatur in illum inclinari: vnde libro ſecundo Machab. dicitur

B. Laurent. Iuſti. de agone Chr. c. 20. Ioan. 19. Vbi ſupra ſtatim. c. 22. circa med. de agone Chriſti. Corinth. 1. 2. Machab. 14.

de Nicanore; *Habebat autem Iudam ſemper charum ex animo, & erat viro inclinatus*. B. Iuſtiniani verba ſunt hæc: *Caput hoc Dei, dum paſſionum ludibrio, & mortis ſupplicia pro hominibus pertulit, mediator liqueſecit ad miſericordiam, flexit ad gratiam, inclinauit ad indulgentiam.*

Secunda expoſitio. D. Athan. l. 4. ad Antioch.

D. Athanaſius libro quarto ad Antioch. acute, & ingenioſe dixit, quod cum mors ſis ſtipendium peccati, & effectus eius, & Chriſtus Dominus omnis peccati expers eſſet, non audebar mors illum inuadere; ipſe tamen nutu inclinationis capitis illam acceſſiuit, vt veniret. Verba Athan. ſunt hæc: *Impletis omnibus quæ pati debuerat ſola mors adhuc reſtabat, atque hæc quidē ſibi metuens appropinquare non audebat; ideo Chriſtus eam inclinato capite vocauit; nam antequam caput inclinaſſet, propius accedere verebatur.*

Tertia expoſitio. D. Cyrillus in Ioan. c. 36. tom. 1. li. 12. c. 5.

D. Cyrillus libro duodecimo in Ioannem ait, Chriſtum Dominum inclinatione illa capitis in partem inferiorem ſignificare voluiſſe iam tempus inſtare, de quo D. Petrus, vt ſpiritibus prædicaret apud inferos, & vt ad conſolandos Patres limbi deſcenderet. Sicut enim olim Noe emiſit columbam, quæ ramum oliuæ in ore geſtans, diluuij tempeſtatem finitam eſſe prænunciauit; (Gen. 8.) ita diuinus Noe ex arca corporis ſui columbinam animam ad Patres illos emiſit, vt paſſionis ſuæ cruentum diluuium, & eorum è paradiſo cæleſti exilium iam conſummatum eſſe prænonciaret.

Quarta expoſitio. D. Ambr. ſup. Pſal. 118.

D. Ambroſius ſuper pſalmum centeſimum decimum air, Chriſtum inclinaſſe caput, quia homo poſt peccatum manſit verſus terram inclinatus, vt ad Caim dixit Dominus: (Gen. 4.) *Quare concidit vultus tuus?* Vt ergo homo caput ad cælum eleuare poſſit, & audire illud: *Leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra*, voluit demiſſo, & inclinato capite mori. Vnde Arnobius magiſter Lactantij Firmiani locum illum: *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput* explicat, quod propter humiliationem (bibere enim ex torrente non fit, niſi per inclinationem & humiliationem capitis) Chriſti caput, & noſtra in illo fuere exaltata. Diſcamus hinc cum Chriſto humiliari, & inclinare caput, (Num. 16.) ne nobis dicatur illud Numerorum: *Multum erigimini filij Leui.*

Quinta explicatio. D. Aug. lib. de Virgine.

D. Auguſtinus ait inclinaſſe caput ad oſculū nobis præbendum. Verba D. Auguſtini ex ardenti diuini amoris pharetra deprompta hæc ſunt: *Inſpice vulnera pendentis, ſanguinem morientis, precium redimentis, cicatrices reſurgentis; caput habet inclinatum ad oſculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extenſa ad amplexandum, totum corpus expoſitum ad redimendum; hæc quanta ſint cogitate, hoc in ſtatera veſtri cordis appendite, vt totus vobis figatur in corde, qui pro vobis totus eſt affixus in cruce.* Itaque ſicut pater ille (Luc. 15.) filij prodigi miſericordia motus oſculatus eſt eum; ita Chriſtus Dominus tamquam pater amantiſſimus ad oſculandum nos filios prodigos caput inclinauit, vt ſecum nos reconciliaret.

Sexta explicatio. D. Chryſ. ho. 104.

D. Chryſoſtomus homil. 104. docet, Chriſtum inclinato capite tradidiſſe ſpiritum, vt non neceſſitate, ſed voluntate ſe mori oſtenderet: *Quātum voluit vixit, quando voluit tradidit ſpiritum.* Idipſum confirmat D. Athanaſius, (D. Athan. vbi ſupra.) qui obſeruanit alios morientes primo emittere ſpiritum, deinde caput inclinare, quia caput exanime grauitate ſua naturaliter deorſum fertur. Vnde Ouidius hāc inflexionem capitis naturalem eſſe hoc duplici carmine indicauit;

Sic corpus moriens — — — — — — Ouidius.
Ipſa ſibi eſt oneri ceruix, humeriſq. recumbit.

In Chriſto autem e contra accidit, prius enim caput inclinauit, deinde ſpiritum emiſit. Cum ergo libere inclinauit caput, re vera inclinauit quando voluit, vnde mortuus eſt, non quando inimici voluerunt, ſed quando ipſe voluit, vt egregie Diuus Auguſtinus ſuper Ioānem dixit; (Aug. tract. 119. in Ioa. in fin. to. 9.) *Quis ita dormit quando voluerit, ſicut Ieſus mortuus eſt quando voluit? Quis ita veſtem deponit quando voluerit, ſicut ſe carne exuit quando voluit? Quis ita cum voluerit abit, quomodo cum voluit obijt? Quantum timendo poteſtas eſt iudicantis, ſi apparuit tanta morientis?* Et Ambroſius inquit: (D. Ambroſ. ſuper hunc locum.) *Tradidit, & bene tradidit, qui nō inuitus amiſit; denique Matthæus ait, emiſit ſpiritum, quod enim emittitur voluntarium eſt, quod amittitur neceſſarium.*

Septima explicatio. Mallon. de vuln. lateris Chr. c. 20.

Daniel Mallonius de vulnere lateris Chriſti cap. 20. inter alias egregias explicationes hanc adhibet: *Inclinato capite: nam ſupra caput titulum habebat, quo Rex dicebatur. Vt igitur Chriſtus oſtenderet, ſe regnum temporale non ambire, caput auertit, & inclinans illud, forte vt nobis humanos faſtus, regioſq. honores, & titulos oſtenderet fugiendos*: quod & ipſe antea exemplo docuerat, cum volentibus turbis illum in Regem ſuum creare, *vt raperent, & facerent eum Regem*, (Ioan. 6.) ab oculis eorum effugiens euanuit. Docuerat etiam olim Dauid, qui tametſi Rex creatus fuerat, regnum ſuum in Salomonem tranſtulit. Et hac tandem noſtra tempeſtate inuictiſſimus Imperator Carolus Quintus innumera regna poſſidens, filio ſuo Philippo Secundo Hiſpaniarum Regi renunciauit, & vitam ſolitariam contemplationi vacans elegit.

Octaua expoſitio. Gliſſand. q. 3. in Dom. Palm. Philipp. 2.

Gliſſandus in Dominica Palmarum tradit, Chriſtum inclinaſſe caput, vt oſtenderet, quod moriebatur ex obedientia: *Factus obediens vſque ad mortem.* In cuius figura videtur mihi præceſſiſſe obedientia Moyſis in moriendo; mortuus enim fuit ex ſpeciali præcepto Domini, dicentis ei, vt conſtat ex Deuteronomio 32. *Morere in monte.* (Deut. 32. 34.) Et infra cap. 34. ſequitur: *Et mortuus eſt ibi Moyſes in terra Moab, iubente Domino.* Hāc autem obedientiam, quam Chriſtus in morte habuit, glorioſus in cælo conſeruat, vt teſtatur D. Paulus, qui loquens de Chriſto, ait: (1. Cor. 15.) *Omnia ſubiecta ſunt ei ſine dubio præter eum, qui ſubiecit ei omnia: cum autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe Filius ſubiectus erit ei.* Difficilis ſane locus, ſed quam perdōctoe D. Chryſoſtomus, Theo-

Digitized by Google

D.Chr.Theoph. & Theodoret sup. c. 15. p. ad. cor.

Theodoretus,& Theophylactus elucidarũt:aiũt enim, quod cum eo gentilium dementia perueniſſet, vt facinoroſos homines, tamquam Deos colerent, vt homicidam Martem, Iouem adulterum, Adonidem laſciuum, & alios ſimiles, quorum memoria recens apud Corinthios extabat,ideo D.Paulus, ne exiſtimarent Chriſtũ Dominum eſſe inſtar illorum Deorum, qui aduerſus proprios parentes ſuperbi erant,cõſulto dixit,omnia eſſe Chriſto ſubiecta excepto Patre: vnde tantum abeſt, quod ipſe non ſe ſubijciat,& obediat Patri,vt quando vniuerſa erunt ei plene ſubiecta, vt in conſũmatione, & perfectione regni eius fiet in gloria Patris, tunc etiam in ſumma illa proſperitate cum a coetu omniũ beatorum adorabitur,ipſe in quantum homo Patri ſuo ſe ſubijciet, & in omnibus, & per omnia obſecundabit.

Nona expoſitio.

Lanſpergius hom. 52. de paſſione

Pijſſimus Lanſpergius homilia quinquageſima ſecunda de paſſione, ait inclinaſſe caput, quia eũ omnium peccata portaret, eorum onere grauabatur, vt in perſona eius prædixerat regius Vates, inquiens: *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſũt ſuper me*. Iniquitates ſuas vocat, non quia ipſe eas commiſerat,quia impeccabilis erat,ſed quia eas delendas ſuſceperat.

Ps. 37.

Decima explicatio.

His Patrum, & aliorum Doctorum expoſitionibus alias nos breui ſermonis compendio ſubiungamus. Non poteſt quidem myſterio vacare, quod alij ſancti iam iam moribundi oculos ad cælum leuarent. Vnde D. Lucas de Stephano cum lapidaretur,ait: *Intuendens in cælum vidit gloriam Dei*. Et de beato Martino Seuerus Sulpicius commemorat,quod morti proximus, oculis, & manibus verſus cælum leuatis,dicebat: *Sinite me cælum videre, vt & ſpiritus dirigatur ad Dominum*. E contra vero Chriſtus capite inclinato, & oculis in terram demiſſis animam exhalat.Rationem huius non incongrue eam exiſtimauerim eſſe, quod ea inclinatione capitis Chriſtus Dominus ſignificare voluit,ſe non mori pro redimendis Angelis cæli incolis, ſed pro hominibus in terra degentibus: non enim fuit Angelorum redemptor, ſed hominum. Non tamen propterea eorum ſententiæ aſſentior, qui dicunt, Chriſtum Dominum non meruiſſe Angelis gratiam,& gloriam. Putãt enim eſſe inintelligibile, quod Chriſtus meruerit aliquibus gratiam,& gloriam eſſentialem, & quod non ſit mortuus pro illis.Sed in hoc nullum prorſus implicationis veſtigium reperio,cum Chriſtus Dominus per alios actus meritorios, præterquam per actum moriendi potuerit mereri gloriam, & gratiam non ſolum nouem choris Angelorũ, ſed infinitis alijs, cum meritum eius infiniti fuerit valoris.Sed de hoc alibi Deo dante in noſtris ſelectis vniuerſæ ſcholaſticæ Theologiæ diſputationibus late agemus.

Act. 7.

Seuer. Sulpit. in vita S.Martini

D.Thom. 3. par. q. 59 artic. 6. & de veri. qu. 29 art. 7. ad 5.

Vndecima explicatio.

Addamus etiam ad idem, quod ſicut mos eſt quibuſdam oſtendere viam errãtibus aliquando verbis, aliquando ſigno magnus, & quandoque nutu capitis; ita Chriſtus Dominus humilitatis amantiſſimus,poſtquam nos verbis monuerat: *Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum*, nunc iam iam moribundus humiliati capitis nutu viam cæleſtis patriæ oſtendit eſſe humilitatem, & ſubmiſſionem,per cruciatis inclinationem ſignificatam, quia: *Qui ſe humiliat,exaltabitur*.

Matt. 18.

Luc. 9.

Duodecima explicatio.

Aliam expoſitionem adiungamus, pro qua obſeruandum eſt, quod titulus,qui cruci inerat, quadrupliciter Iudæos accuſabat. Primũ,quod interficiebant ſaluatorem, id enim ſignificabat verbũ illud primum, *Ieſus*,qui ſaluator interpretatur.Secundo,quod interimebant hominem ſapientia,doctrina,miraculis,& vitæ integritate florentem: ſecundum namque verbum, *Nazarenus*, quod floridum ſignificat,id portendebat. Tertio, quod crucifigebant Regem, vt aliud illius tituli verbum, *Rex*,denotabat. Quarto tandem,quod internecioni dabant non quẽcunque Regem,ſed ſuum proprium,& legitimum,vt vltimum verbum indicabat, *Rex Iudæorum*. Cum ergo omnes iſtæ accuſationes eſſent velut quædam criminalis querela aduerſus Iudæos, Chriſtus Dominus inclinans caput, & a tituli illius ſcriptura illud ſeparans, ſignificare voluit,ſe diſcedere tamquam amantiſſimum Patrem ab ea querela, & criminali cauſa,quam aduerſus eos iuſte tentare potuiſſet.vnde paulo ante ad Patrẽ pro eis orauerat: *Pater dimitte illis*,& illos excuſauerat: *Quia neſciunt,quid faciunt*.

Ioan. 19.

Luc. 23.

Decima tertia explicatio

Dicamus etiam, quod ſicut inclinatio capitis ſolet eſſe indicium concedentis, & petitioni annuentis; ita Chriſtus Dominus inclinatione capitis ſignificauit,non fruſtra nobis dixiſſe: *Petite, & accipietis*; cum omnibus noſtris iuſtis petitionibus inclinatione capitis oſtendat ſe liberaliter acquieſcere. Vnde quemadmodum Eliſeus clamans ad Eliam eleuatum in curru igneo accepit ſpiritum duplicem eius; ita & nos ſi eum puro corde acceſſerimus ad triumphalem ſanctæ Crucis currum,in quo Chriſtus igne charitatis ſuccenſus eleuatus eſt, duplicem ſpiritum accipiemus, fidei videlicet,& dilectionis,quia fides ſine operibus mortua eſt.Vel quod in idem fere recidit, inclinatione capitis reſponſum dedit multis interrogationibus, quibus ardentiſſimus Chriſti amor nobis amplius innoteſcat. Dic nobis, ò bone Ieſu, ſi propter hominem oporteret de Virgine in ſumma egeſtate iterum naſci,tempore rigido,& in loco horrido, & moleſto,faceresne? *Inclinato capite* reſpondet,quod ſic.Si neceſſarium eſſet iterum laborea infantiæ, & iuuentutis tuæ propter ouium tuarum bonum perpeti, patienterne ferres illos? *Inclinato capite* reſpondet,quod ſic.Si oporteret pro noſtra ſalute iterum comprehendi,falſo accuſari, flagellari, ſpinis coronari,graue crucis onus geſtare, clauis affigi,lancea latus perforari,omnibusne iſtis diſcriminibus te libenter exponeres? His omnibus *Inclinato capite*,reſpondet,quod ſic.

Decima quarta explicatio.

Poteſt etiam apte dici, quod inclinatio capitis fieri ſolet ad requieſcendum: vnde de Iacob in Geneſi legitur: *Volens requieſcere poſt ſolis occubitum*

Gen. 28.

Digitized by Google

cubitum, ſuppoſuit lapidem capiti ſuo, & dormiuit, ſic Chriſtus Dominus, vt ſapienter obſeruauit Diuus Auguſtinus, longo itinere vitæ, & paſſionis ſuæ fatigatus, quem Iacob defeſſus præfigurabat, nunc ſuper lapidem ſanctæ Crucis, quē capiti ſuo ſuppoſuit, reclinauit caput, ac dormiens requieuit a laboribus, non amplius iam laboraturus. Vt enim D. Ambroſius dixit: *Mors requies eſt corporis, & animæ libertas*.

D. Aug. ſer. 99.

D. Ambroſ. de bono mortis c. 8.

Decima-quinta explicatio.

Tandem, vt paucis plura comprehendamus, inclinauit caput, & oculos Chriſtus Dominus, vt reſpiceret Adamum, qui ſub eius cruce ſepultus iacebat, vt teſtantur Athanaſius, Ambroſius, Epiphanius, Chryſoſtomus, Origenes, & alij, quaſi dicens illi: *Surge, qui dormis, & illuminabit te Chriſtus*. Inclinauit caput, vt ſignificaret tantam curam nos ad ſe vocandi gerere, vt tandem moribundus nutu capitis nos ad ſe vocet: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*. Inclinauit caput, quaſi exhibens honorem, & reuerentiam Patri, cuius nomen inuocans nuper nominauerat: vel quaſi, *Vale*, dicens mundo, a quo amplius iam videndus non erat in carne mortali, vel certe, *inclinato capite*, occubuit, vt Lanſpergius annotauit, vt matri iuxta crucem ſtanti vltimum, *Vale*, daret. Inclinauit caput, quia omnes ſui corporis perluſtrans partes, & videns latus dextrum non ita acriter vulneratum eſſe, vulneri locum elegit, & deſignauit vt cor eius etiam feriretur. Vel, vt ait Bernardus tractatu de paſſione, inclinauit caput, vt obſeruaret, ſi quem inueniret, qui ſanguinis riuos abſtergeret, & de cruce depoſitum munda ſindone, non panni, ſed cordis obuolueret. Vel demum non abſque ſingulari myſterio inclinationem capitis cum emiſſione ſpiritus coniunxit. Erat quidem humana natura propter Adæ peccatum mortua: Chriſtus autē Dominus, qui iuxta Pauli ſententiam: *Factus eſt in ſpiritum viuificantem*, inclinatione capitis conuerſus ad terram emiſit ſpiritum, vt illam viuificaret, quam olim viuificationem poſtulabat Dauid, cum dicebat: *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ*.

Athanaſ. de paſſ. Ambroſ. l. 5 c. 19. Epiphan. l. 1. aduerſ. hæreſ. Chryſoſt. c. 17. in Mat. Orig. hom. 35. ſup. Matt. Ad Epheſ. 5.

Decima ſexta explicatio. Matt. 11.

Decima ſeptima explicatio

Decima octaua explicatio

Lanſperg. hom. 52. de paſſ.

Decima nona explicatio

Vigeſima explicatio

Vigeſima prima

Bernard. tract. de paſ.

Vigeſima ſecunda

1. Cor. 15. Pſ. 103.

Illud tamen hoc loco examinādū reſtat (quod ad exactius propoſita verba intelligenda non parum proderit) quare Chriſtus Dominus crucifixus caput in eum modū inclinarit, vt ad Occidentē directe reſpiceret, veluti expreſſe teſtatur D. Ioannes Damaſcenus, qui ait eſſe traditionē, necnō Sedulius, Bedā, & D. Hieronymus. Vnde in memoriam huius ſanctua Dionyſius Areopagita refert hunc ritum fuiſſe in Eccleſia, quod baptizatus ita ſtatuebatur, vt reſpiceret Occidentē, manus expanderet, & ſic ter dæmonem exſufflaret. Vt germanam propoſitę dubitationis ſolutionem ſubiiciam, præmitto, quod quemadmodum, vt refert Suetonius in Veſpaſiano, cum Imperator iam morti vicinus eſſet, præciperet ſeruis ſuis, vt illum ſubleuarent, atq; dū eorū manibus ſubleuaretur, dixit: *Imperatorem ſtantem mori oportere*. Simile quid commemorat Dio Caſſius in vita Hadriani Imperatoris accidiſſe Turboni præfecto prætorij. Nam cum ille ęgrotaret, & in lecto non quieſceret, Hadriano Imperatori conſulenti, vt cunquieſceret, reſpondit, *Præfectū ſtantem mori oportere*. Non diſſimiliter Dominus Ieſus ſummus Imperator in acie contra has poteſtates decertans, ac Iudex, & Pręfectus a Deo conſtitutus ſtans mori voluit. Sic enim tum generoſitas eius, tum & inclinatio capitis magis innotuit, quæ tamen in alijs moribundis in lecto iacentibus vix percipitur. Inclinauit autem caput, deorſum illud inflectens in dextrum latus verſus pectus ipſum, quod erat lancea aperiendum, vt reuelatum fuiſſe tradit ſapientiſſimus Salmeron. Vnde quemadmodum iam moribundus verſus eam partem caput flectit, qua perſonam ſibi magis dilectam cernit; ita Chriſtus Dominus caput deflexit verſus Europam fidelem, & in catholica veritate ſtabilem, quæ occidentalem plagam incolit, cuius partes Iſaias nominauit, Africam, Lydiam, Italiam, & Græciam. Ita enim ait capite vltimo: *Ponam in eis ſignum, & mittam ex eis, qui ſaluati fuerint, ad gentes in mare, in Africam, & Lydiā tendentes ſagittam, in Italiam, & Græciam ad inſulas longe, ad eos, qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam, & aſſumā ex eis ſacerdotes, & Leuitas, dicit Dominus, quia ſicut cæli noui, & terra noua quæ ego facio ſtare coram me, dicit Dominus* Felices inſulæ, ait Mallonius, felices regiones, quibus Chriſtus faciem ſuam oſtendere dignatus eſt: felix Italia, ſuper quā Chriſtus miſericordes oculos cōuertit, placidūq; flexit caput. Cū ergo Chriſtum Dominū in cruce pendentem verſus Occidentem reſpicere intueor, id feciſſe præcipue cenſeo, vt præſignaret, Sponsā ſuam dilectam Eccleſiam Romanam ex occidentali parte, ac pręcipue ex Europa congregandam magis, quam ex Oriente, vbi hodierna die maxime hæreſis graſſatur. Adro autem verſus Romanam Eccleſiam, in occidentali parte exiſtentem reſpicere Chriſto placuit, vt non ſolum in cruce pendens Occidentem reſpicere, ſed etiā in ſepulchro iacens caput Occidentē verſus poſuerit, vt ex ſacri Sepulchri inſpectione obſeruauit Adricomius in deſcriptione Hieruſalem: & in monte Oliueti cælū aſcendens faciem ad occidentalem plagam conuerterit, vt impreſſa in monte Oliueti pedum Chriſti veſtigia clare comprobant, & teſtatur idem Adricomius. Ex quo colligo, quod cum D. Lucas dicat: *Quemadmodum vidiſtis aſcendentem in cælum, ita veniet*: etiam venturus ad iudicandum orbem faciem ſuam conuertet Chriſtus ad Occidentem. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorū, Amen.

Damaſcen. li. 4. de fid. orthodoxa c. 13.

Sedul. l. 4. opere. Paſchalis. Beda in Luc. l. 4. c. 23. Hieronym. c. 15. Marc. D. Dion. de Eccl. Hier.

Sueton. in Veſpaſian. c. 24.

Dio Caſſ. in vitam Hadrian.

Salmeron to. 10 tract. 40.

Iſai. c. vlt.

Mallonius de vulnere lateris Chriſti c. 20.

Adricom. in deſcrip. Hieruſ. n. 239.

Idem Adricom. num. 193. Ibid. Act. 1.

HOMIL-

Homilia XII.

Chriſti Domini mortem mirum in modum glorioſam fuiſſe ex tribus præcipuè colligitur: nimirum quod non coacta, ſed voluntaria pluſquam omnium Martyrum fuerit: quod glorioſam victoriam de hoſtibus ſuis tulerit: quòd tandem mirificos fructus pepererit.

ANtequam propoſitum argumentum proſequar, operæpretium duxi prius turpiſſimum Baſilidis errorem confutare, qui vt teſtantur Irenæus, & Euſebius, auſus eſt mendaciſſime dicere, Simonem Cyrenæum, qui poſt Chriſtum tulit Crucem, loco eius crucifixum, & mortuum fuiſſe, quia Deuter. 21. dicitur: *Maledictus a Deo eſt qui pependit in ligno*. Chriſtus autem cum maledictus non fuerit, ſed benedictus potius, iuxta illud, quod Elizabeth ad B. Virginem dixit: *Benedictus fructus ventris tui*, conſequens eſt in ligno Crucis mortuum non fuiſſe. Verum hanc execrandam hæreſim, præter Euangeliſtarum clariſſima teſtimonia, & Apoſtolicum Symbolum, mortem Chriſti in Cruce vnanimi conſenſu atteſtantia, verba Deuteronomij aperte refellunt: *Erit vita tua pendens ante te*. Quæ de Chriſto crucifixo exponunt S. Leo Papa, D. Irenæus, & Tertullianus, quibus conſonant verba Dauidis: *Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit a ligno*. Si autem Chriſtus in Crucem actus non fuiſſet, minime regnaſſet a ligno. Et quamuis verbum, *a ligno*, non inueniatur in noſtra vulgata, immo neque in Hebræo Originali, Hebræorum malitia fuiſſe deletum ab Hebraico Codice, teſtatur D. Iuſtinus Martyr dialogo contra Tryphonem. Vnde lectionem illam ſeruant D. Cyprianus libro de monte Sinai, & Sion, D. Auguſtinus, Arnobius, & alij ſuper Pſalmum 95. & Romana probat Eccleſia, canens:

Impleta ſunt quæ concinit
Dauid fidelis carmine,
Dicens in nationibus
Regnauit a ligno Deus.

D. Iren. li. 1. cont. hæres. cap. 23. Euſe. 4. hiſt. cap. 8.
Deut. 21.
Luc. 1.
Deut. 28.
D. Leo Pap. ſer. 8. de paſ. Iren. lib. 5. c. 18. Tertull. cont. Iud. c. 91. & 13.
Pſal. 95.
Iuſt. mart. dial. contra Tryphonem.
Cyprian. lib. de monte Sinai & Sion.
D. Aug. & Arnob. in pſal. 95.
Hym. temp. paſ.

Nec locus Deuteronomij a Baſilide productus alicuius momenti eſt ad labefactandam hanc catholicam veritatem. Nam vt obſeruauit D. Hieronym. ad Galat. 3. ſenſus litteralis eſt, maledictionem illam ferri in eum, qui ſua culpa penderet in ligno. Chriſtus autem non ſua culpa, ſed Hebræorum malitia pependit in ligno. Addit q. Hieronymus, ſe edoctum a quodam Hebræo, poſſe illum locum Deuteronomij ita legi: *Non permanebit cadauer eius in ligno, quia contumelioſe Deus ſuſpenſus eſt*. Iuxta quam expoſitionem ſenſus erit, quod quia Deus ſuſpendendus erat, inde in gratiam illius non deberent corpora manere in ligno, ſed ſepulturæ tradi. Hoc iam confutato errore, ad rem noſtram accedentes, in eo valde Chriſti Domini omnipotentia effulſit, quod tametſi hoſtes eius turpiſſima morte eum damnarunt, tanta fuit morientis maieſtas, ac præexcellens virtus, vt totam illam turpitudinem in ſummam gloriam commutarit. Scio quidem D. Auguſtinum non probare Origenis ſententiam, aſſerentis Chriſtum Dominum in morte ſua clarificatum fuiſſe, iuxta illud: *Pater venit hora, clarifica Filium tuum*. Impugnat autem D. Auguſtinus hac ratione. Nam mors, & paſſio non ad exaltationem, ſed ad humilitatem pertinent, & ideo non eſt dicendus clarificatus Chriſtus morte ſua. at grauiſſimi alij Patres, præter Origenem, contra ſentiunt. Nam D. Hilarius tertio de Trinitate elucidans illum locum: *Venit hora, clarifica Filium tuum, ait. quæ erat hæc hora? Iam nunc conſpuendus, flagellandus, crucifigendus erat, ſed clarificat Pater Filium. Sol de curſu operis defecit, & interitum ſuum cum eo reliqua mundi elementa ſenſerunt. ad onus Domini in Cruce pendentis terra tremuit, & in eum, qui mortuus erat, intra ſe conteſtata eſt non capere, proclamat Centurio, Vere Filius Dei erat iſte. prædictioni conſentit effectus, Dominus dixerat: Clarifica Filium tuum*. Et D. Ambroſius libro quarto Hexameron verſans eadem verba: *Pater clarifica Filium tuum*; ait, *vt ille occaſu ſuo det vitam æternam, iſti perpetuæ mortis vrgebantur occaſu. Quid enim glorioſius excogitari poteſt, quam quod morte ſua vitam æternam nobis conferat?* Ac tandem D. Bernardus explicans verba illa: *Si Filius Dei eſt, deſcendat de Cruce*, ingenioſe dixit: *immo quia Filius Dei eſt, ſolium gloriæ ſuæ non dimittit*. Atque eorum Patrum doctrinã ex duplici alio ſacræ Scripturæ loco non parum fulciri poſſe arbitror. Nam vbi noſtra vulgata legit, *Cornua in manibus eius*, quæ de manibus Chriſti Domini Cruci affixis intelligunt communiter interpretes; alij vertunt: *Splendor in manibus eius*. Splendor autem ad claritatem & gloriam pertinet. Iſaias etiam ait: *Ecce Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur*. Alludit ſine dubio Propheta ad vaſa illa terrea, ſeu vrnas Gedeonis, quæ media nocte a militibus contractæ latentem lucem emittentes Madianitas hoſtes in fugam abire compulerunt. Non diſſimiliter corpus Chriſti Domini perforatum in Cruce fulgentem adeo ſplendorem emiſit,

D. Hieron.
D. Hieron. vbi ſupra.
D. Auguſt. tract. 104. in Ioan.
Orig. hom. ſup. Ioan.
Ioan. 17.
D. Hilar. l. 3. de Trinit.
Ioan 17.
Matth. 27.
Ioan. 17.
Amb. 4. Hexam. c. 8.
D. Bernar. ſer. de 7. verbis.
Habac. 3.
Iſai. 10.
Iudic. 7.

Digitized by Google

emiſi, vt non ſolum homines ſtupefactos, ſed
totam mundi machinam attonitam redderet.
Ac tandem neſcio qua ratione quiſpiam infi-
ciari poſſit, glorioſam Chriſti fuiſſe mortem,
cum per eam omnium mortem deſtruxerit, Dia-
bolum vicerit, mundi peccatum deleuerit, vitam
reparauerit, hominem Deo recõciliauerit, opus
ſane magnificentiſſimum, & ſola Chriſti omni-
potentia dignũ. Sed vt hæc manifeſtius pateãt,
duo ante omnia, quæ ethnici homines aduerſus
Chriſtianam religionem ſæpius obiectarunt, &
adhuc obiectare non ceſſant, elucidare oportet.
Primo enim aiunt, quod ſi Chriſtus Dominus,
Deus, & homo, vnum, & idem ſuppoſitum eſt,
moriente illo in humanitate, neceſſe eſt & mori
ſecundum diuinitatem. Deum autem, quem cõ-
ſtat immortalẽ eſſe, mori impoſſibile eſt. Nea-
nias enim infidelis dicebat: *Si Chriſtus erat Deus,
cur hæc ſuſtinuit? & ſi ſeipſum liberare non potuit,
quomodo alios liberabit?* Ita refert Simeon Meta-
Metaphraſtes in 3. pro cepti. phraſtes. Huic Ethnicorum obiectioni acutiſſi-
mis exemplis ad humanæ mentis ruditatem
inſtruendam ingenioſe ſatis reſpondent Patres.
Damaſc. lib. 3. de orthod. fid. c. 26. Nam D. Damaſcenus libro de orthodoxa fide,
ait: *Quemadmodum ſole arborem ſuperillucente, ſi
ſecuris incidat arborem, inincíſus, & impaſſibilis
perſeuerat ſol: multa magis impaſſibilis Verbi diui-
nitas ſecundum hypoſtaſim carni copulata carne pa-
tiente impaſſibilis perſeuerauit.* Ibidem etiam ſub-
iungit aliud ſatis aptum exemplum: *Quemadmo-
dum, inquit, ſi quis ignito ferro ſuperinfundat aquã,
quod quidem natum eſt pati ab aqua, ignis, dico, ex-
tinguitur, incolume vero manet ferrum; non natum
enim eſt ab aqua corrumpi: multo magis carne paſ-
ſa ſola impaſſibilis diuinitas paſſionem non admi-
ſit.* Et Euſebius lib. de demonſtratione Euange-
Euſeb. lib 4. de demonſt. Euang. c. 13. tom. 1. lica ingenioſa duplici ad idem vtitur compara-
tione, dicens: *Neque item qui paſſibilis natura ex-
pers erat, aliquid a mortali ſecundum eſſentiam pa-
tiebatur. Nam nec (verbi gratia) dum lyra pulſatur,
aut nerui conuelluntur, pati veriſimile eſt eum, qui
ita præludit. Neque dum cuiuſpiam viri ſapientis
corpus torquetur, illius ſapientiam cædi, aut puniri
merito dicere poſſumus.* Ac tandem doctiſſimus
Arnob. lib. 1. contra gentes circa fin. Arnobius hanc eandem veritatem his elegãtiſ-
ſimis verbis illuſtrat: *Quis eſt viſus in patibulo pẽ-
dere? quis mortuus eſt? Homo, quem Deus induerat,
& ſecum ipſe portabat. Incredibile dictum eſt, &
cæcis obſcuritatibus inuolutum: ſi velis, non cæcum
eſt. Si quo tẽpore Sibylla præſaga oracula illa depro-
mens fundebat, vi (vt dicitis) Apollinis plena, ab
impiis eſſet cæſa, atque interfecta latronibus, nũquid
Apollo diceretur in ea eſſe occiſus? Si vates Hele-
nus, ſi Martius, aliq. ſimiliter vates ariolantes vita,
& luce priuati eſſent, nunquid aliquis diceret, lege
eos humanitatis extinctos, qui illorum per ora lo-
quentes vias rerum poſtulantibus explicabant?
Mors illa, quam dicitis, aſſumpti hominis fuit, non
geſtaminis ipſius, non geſtantis.*

Secundũ, quod obiectant Ethnici, & Iudæi, eſt, vt
turpem, & ingloriã Chriſti mortem cõprobent,
quod Chriſtus Dñs inuitus, reluctans, & coactus
mortem ſuſtinuerit. Sed vana hæc eſt calumnia.
Nam qui mare calcauit, imperauit ventis, præ- Matt. 14.
cepit febribus, mortuos verbo excitauit, voce Luc. 4. Luc. 7.
coegit hoſtes retrorſum abire, & cum voluit, ab Ioan 18.
eorum oculis facile euanuit; qua ratione dici po- Luc. 24.
teſt, defuiſſe illi potentiã, ne Iudæis traderetur?
maxime dicente Ioanne: *Omnia dedit ei Pater in* Ioan. 3.
manus. Deinde ignorantne Iudæi illud Iſaiæ: *Ob-* Iſai. 53.
latus eſt, quia ipſe voluit? Nonne legerunt apud
regium Vatem, quod reprobanti Deo eorum
ſacrificia Chriſtus reſpondit: *Ecce venio?* ſed Pſal. 39.
quorſum? vt daret certe iuxta vaticinium Hie-
remiæ percutienti ſe maxillam, & ſaturaretur Thren. 3.
opprobrijs. Cõſulant perfidi Iudæi ſuum Rabbi-
num Moyſem Gerondenſem in illud Geneſis: Gen. 27. Moyſes Gerondenſis in c. 27. Gen.
*Super eum, qui introduxit eam in tabernaculum Sa-
ræ matris ſuæ.* Vbi ait: *Hic eſt Rex Meſſias, qui de-
dit cor ſuum ad petendum miſerationes pro Iſrael,
& ad ieiunandum ſe, & humiliandum ſe pro eis.*
Verba etiam, quæ Chriſtus Dominus ad Petrũ,
diſſuadentẽ illi mortem, illum acriter reprehen-
dens, locutus eſt, aperte ſatis indicant non coa-
cte, ſed ſpontanee mortem ſuſtinuiſſe: *Vade*, in- Matt. 16.
quit, *poſt me Satana, ſcandalũ es mihi, quia non ſa-
pis ea, quæ Dei ſunt, ſed quæ hominũ.* Vnde & eidẽ
Petro ſæuienti in Malchũ, dixit iterum: *Calicem,* Ioan. 18.
quem dedit mihi Pater, nõ vis vt bibam illum? Vn-
de mors Chriſti Dñi adeo in eius poteſtate fuit,
vt ipſe ſolus potuerit dicere: *Animam meam po-* Ioan. 10.
no pro ouibus meis. Nam licet amicus pro ami-
co, & Martyres etiam pro ipſo Chriſto vitã ex-
poſuerint, reuera tamen morituri erant, etiã ſi
pro alio eam non expoſuiſſent. Vnde potius di-
cendi ſunt vitam ſuam diminuiſſe, ſeu mortem
ſuam acceleraſſe. At Chriſtus non ſic: ex vnione
enim ad Verbum caro illa immortalis futura
erat, & ei impaſſibilitas, & immortalitas debe-
batur; ipſe tamen paſſibilem & mortalem ſe fe-
cit, impediendo, ne eius gloria, quæ in anima de-
liteſcebat, ad carnẽ ſe extenderet. Quare ipſe ſo-
lus eſt, qui vere poſuit vitam pro ouibus ſuis. Ita
acute annotauit Card. Toletus. Ex quo aperte Card. Tol. in Ioan. c. 10.
efficitur, magis liberã, & voluntariã fuiſſe mor-
tem Chriſti, quam reliquorum Martyrum. Hac
enim ratione ipſe dixit: *Nemo tollet eam* (id eſt Ioan. 10.
animam) *a me, ſed ego pono eam a meipſo.* Quibus
verbis patet, ſe nõ mori vt ceteros homines, qui
neceſſitate naturæ moriuntur, nec in poteſtate
eorum eſt ingraueſcente morbo, aut lethali in-
flicto vulnere, animã in corpore detinere. Vere
Martyres elegerunt pro Chriſto mori, tñ non
erat in poteſtate eorũ, vt ſufficienti mortis cau-
ſa poſita per vulnerum inflictionem, mors nõ ſe-
queretur, quod tamen pro libito Chriſtus tam-
quam Dñs vitæ, & mortis poterat; idq. ſibi vo-
lunt verba illa: *Nemo tollit animam meã a me, ſed* Ibidem.
ego pono eã a meipſo. Oſtendit tandem nõ obſcu-
re hanc ſpontaneam Chriſti Dñi voluntatem in
moriendo, quod alacri, & læto animo mortem
ſubierit. Quod enim alacriter ſuſcipitur, nõ coa-
cte fit. Sponſa quidẽ, cui animus ſpõſi innoteſce-
bat, diem mortis eius dixit illi fuiſſe lætum: *In
die lætitiæ cordis eius.* Vnde ſicut res, quæ iucun- Cant. 3.
ditatẽ affert, ſolet ſui deſideriũ excitare; ita Chri

ſtus Dominus ardenter adeo mortẽ deſiderauit, vt dilatio eius grauis,& moleſta ſibi videretur, & ideo dixit: *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiatur?* [Luc. 12.] Baptiſmus autem erat inundatio ſanguinis in Cruce effundendi. Atque huc poteſt accommodari illud Deuteronom. 33. [Deut. 33.] *Inundationes maris quaſi lac ſuget*: ac ſi diceret; dolores,& tribulationem mortis quaſi dulce lac bibet, ſed non ſolum bibet, ſed & ſuget, quod maiorem auiditatem præſefert. Atque hæc ſufficiant ad vindicandam mortem Chriſti Domini ab iniuria, qua Ethnici, & Iudæi illam afficere ſunt conati, mentientes inuoluntariã,& coactam ſibi fuiſſe.

Sed iam videamus,quomodo aliunde etiam glorioſa fuerit mors Chriſti Domini,ex eo quod mortẽ ipſam moriendo deſtruxerit: cuius egregiam figuram apud Danielem lego. [Dan. 14.] Porrigens enim ille buccellam ex pice, & adipe compoſitam immani cuidam draconi,continuo ille interijt. Non diſſimiliter Chriſtus Dominus ſeipſum tãquam buccellam ex diuino ſuppoſito, & humanitate compoſitam ferociſſimi draconis, id eſt mortis ori, deglutiendam obijciens, mortem ipſam interemit, implens quod per Oſeam dixerat: [Oſe. 13.] *O mors ero mors tua*. Atque in hanc cogitationem videtur incidiſſe D. Damaſcenus,dum dixit: [Damaſc. lib. 3. de orthod. fid. c. 27.] *Intercessit mors, & tranſglutiens illicientem corporis eſcam,diuinitatis hamo transfixa eſt, & inſons, & viuificum guſtans corpus perijt, ſed & omnes reſtituit, quos olim deglutiuerat.* Vt enim cibus pernicioſus in ſtomachum iniectus cauſa eſſe ſolet corruptionis ipſius ſtomachi, & aliorum ciborum in eo deliteſcentium: ita offa illa Chriſti,quã mors ſuis faucibus deuorauit, in cauſa fuit, vt & mortuos ſanctos reſtitueret,& ipſa numquam reſurrectura interiret. His conſonant egregia verba Gregorij Nyſſeni,dicẽtis: [Greg. Nyſſ. orat. Cat. cap. 23.] *Natura noſtræ integumento celata fuit diuinitas, vt inſtar piſcium cum eſca carnis ſimul attraheretur hamus diuinitatis, & ſic vita ad mortem introducta, & luce apparente in tenebris luce,& vita deleretur id, quod eis contrarium intelligitur.* Sed non ſolum mors, ſed & Diabolus eius auctor per mortem Chriſti deuictus fuit: [Ioan. 12.] *Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras*. Sicut enim Pharao, qui ſuo crudeli ſceptro,& imperio Iſraelem ſubiugauerat, virga Moyſis portentoſa in profundum maris demerſus fuit: [Exod. 14.] ita Chriſtus Dominus prodigioſa illa Crucis virga cõmunem humani generis hoſtẽ, Pharaone crudeliorem,in inferni barathrum detruſit,& omnia eius ſimulachra ſolo æquauit,vt prædixerat Iſaias,dicens: [Iſai. 55.] *Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus, & erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur.* Quid,quæſo,eſt ſaliunca,vel ſpina alba? quid & vrtica,niſi idola,& idololatræ,qui nihil prorſus erant, quam ruina populorum, atque deceptio? Aſcendit in locum illorum abies ligni Crucis, atque myrtus odorifera Crucifixi, quæ in ſignum æternum adorationis perpetuę durabit. Vnde ad idem obſeruatione dignũ arbitror Chriſtum Dñm mori voluiſſe die vigeſimaquinta Martij, qua incarnatus fuerat, occurrente tunc æquinoctio, quando ſol eſt in Arietis ſigno,vt plene eo notaret incarnatum,& mortuũ ad omnia idola euertenda: obſeruauitq. noſter Angelus,vir doctrina,& vita angelica inſignis, [Ang. in expoſit. Symb. Apoſtolici.] quod de Virgine naſcẽte Domino Sole iuſtitiæ, ſol ſtetit in Capricorno, qui fingitur mutata imagine ſuperiori parte in hominem, inferiore in piſcem, deluſiſſe Typhonem gigantem in Aegypto. Sic namque Deus in Chriſto inhabitans portione hominis inferiore apparente miſerijs plena,ſuperiore tamen ſemper beata,Diabolum non ſolum deluſit,ſed in morte tandem penitus interemit. Plinius de naturali hiſtoria [Plin. lib. 16. c. 16.] refert,quod in bellis Cimbricis quædam arbor, nullo cogente, quaſi ſponte cecidit in aram Iunonis,quæ tandem ſponte ſua poſtea ſurrexit,& floruit. Quod prodigium Romani omnes futuræ victoriæ contra hoſtes certiſſimum præſagium cenſuerunt. Dauid comparat Chriſtum Dñm [Pſal. 1.] arbori, quæ ſecus decurſus aquarum dabit fructum ſuum in tempore ſuo. Hæc myſtica arbor cecidit ſponte ſua ſuper aram Crucis in monte Caluariæ, ſed poſt triduum ſponte ſua etiam ſurrexit. Quod ſane certius argumentum fuit, quam illud Romanorum, victoriæ,quam Chriſtus de infeſtiſſimis ſuis hoſtibus habiturus erat. Vnde ſicut id, referente Plutarcho, & Diodoro Siculo, moris fuit apud antiquos,in ſignum victoriæ trophæa in altum erigere [Plut. in probl. c. 19. Diod. Sicul. lib. 5.] (trophæum autem erat nudum lignum,ex quo deuictorum hoſtium arma pendebant) ita plane Chriſtus in ſignum victoriæ,quam de dæmone, morte,& mũdo reportauerat,lignum Crucis nudum Caluariæ montis terræ affixit, & ab eo ſuſpendit chirographum decreti nobis aduerſantis,quod pręcipua dæmonis arma erant, vt expreſſis verbis tradidit D. Paulus: [Coloſ. 2.] *Delens chirographum decreti, quod erat aduerſarium nobis,affigens illud Cruci, & ſpolians principatus & poteſtates,traduxit confidẽter,palam triumphans illos in ſemetipſo.* Sed explicemus, quid ſibi velit hoc chirographum: non enim vna eſt omnium ſententia. Quidam dicunt eſſe debitum Adæ ex tranſgreſſione præcepti; alij idololatriæ ſcelus, quo fere orbis totus, etiã Hebræi ſe non ſemel infecerant; alij debitum legis Moſaicæ,ad quã ſe Hebræus populus aſtrinxerat,dicens: [Exod. 19.] *Omnia quæ præcepit nobis Dominus faciemus.* Vnde Rabbi Acthana in epiſtola ad filium Neomiam ſcripſit, [R. Acth. epiſt. quam ad filium Neomiã dirigit.] Chriſti morte chirographum decreti,& obligationem ẽ medio ablatam,cum dixit: [Ioan. 19.] *Conſummatum eſt.* Ego autem cum alijs chirographum hoc intelligendũ cenſeo eſſe omnium noſtrum peccata, quibus nos peccatores,& debitores inferni cõſtituimur. Per hoc enim chirographi genus, quod nobis omnino contrarium eſt, obligati eramus dæmoni tãquam per validam,& authenticam ſcripturam, qua ei nos(heu)miſeri vẽdidimus. Chriſtus ergo debitũ noſtrũ in ſe ſuſcipiens,& pro nobis morte ſua exſoluens,chirographũ illud de medio tulit, ita vt vere pœnitẽtibus nihil vmq; nocere poſſit.

Porro

Aug. lib. cur Deus homo. cap. 4. Anſelm. lib. 1. cur Deus homo, in princ. D. Bernard. ſup. Miſſus eſt. ſerm. 1. Luc. 1.

- Porro iam ad mirificos alios fructus mortis Chriſti, quod tertium caput erat, vnde glorioſam fuiſſe comprobare polliciti ſumus, ſermonem conuertamus. Diuus Auguſtinus libro, Cur Deus homo, & Diuus Anſelmus libro eiuſdem tituli, necnon ſanctus Bernardus ſuper illud: *Miſſus eſt Angelus*, contemplantur obortam fuiſſe controuerſiam in Dei tribunali inter miſericordiam, & iuſtitiam. Commiſſo enim Adæ peccato, genus humanum inficiente, miſericordia ſuadebat, vt mera ex gratia Deus illud remitteret; iuſtitia vrgebat, vt iuſte puniret: porro miſericordia proferebat Dei natiuam bonitatem, propitiationem, ac lenitatem, & quod eſſet Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis: in oppoſitum obijciebat diuina iuſtitia, iura eius violanda non eſſe: ius autem iuſtitiæ poſtulat, vt debitum exſoluatur: at diuina miſericordia Prophetarum oracula adijcebat, diuinam clementiam ſæpiſſime decantantia: *Conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ*. Et alibi: *Numquid voluntatis meæ eſt mors impij, & non vt conuertatur a vijs ſuis, & viuat?* Iuſtitia tamen è contra teſtimonia alia vltionem Dei commendantia allegabat: *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum libere egit*. Et iterum: *Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios*. Miſericordia deinde inſtabat, quod ſi Deus non parceret, totius mundi regnum delere opus eſſet: *Quia omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt*. Ex aduerſo tandem iuſtitia obijciebat, quod ſi Deus gratis parceret, nullum verum ei eſſet regnum, quia vbi non eſt iuſtitia, quæ regni fundamentum eſt, neque ædificium eius altius conſurgere poteſt. Varijs his rationibus, fortiſſimisq. argumentis vtrinque adductis diuina Sapientia ſententiam protulit, vt miſericordia eſſet iuſta, & iuſtitia miſericors. Moriatur Chriſtus innocens pro peccatis, & mortis pœnam pendat, quod eſt iuſtitiæ mirabile opus, & omnes morte eius viuant, quod eſt miſericordiæ. Sic enim implebitur, quod prædixerat Propheta regius: *Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt*. Sed expendamus, quæſo, paulo altius hoc miſericordiæ genus; id enim inæſtimabiles fructus mortis Chriſti nobis aperiet. Quod vt melius faciremus, liceat mihi quærere, quomodo cum diuina iuſtitia recte conſentiat, vt Filius Dei innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, & omnis culpæ expers moriatur, vt impij, & peccatores, & pœnæ infinitis culpis onuſti ad mortem non damnentur. Videntur ſane hic omnia iuſtitiæ iura violari, quæ innocentem ſaluandum, nocentem vero damnandum præcipiunt. Hanc difficultatem præſentiens inſignis ille Thomas Archiepiſcopus Valentinus ſermone tertio de Natiuitate, in hæc verba prorupit: *Exceſſiſti Domine, exceſſiſti omnes iuſtitiæ metas, & dum nimium videri vis iuſtus, plus iuſto factus es iuſtus, immo ſi dicere auderem, præ nimia iuſtitia (niſi quia Deus es) dicerem vtique, quia appareres iniuſtus*. At huic difficultati plene ſatisfaciunt verba Eccleſiaſtici, vocantis Chriſtum fideiuſſorem: *Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam*. Narrat princeps eloquentiæ libro quarto Officiorum, Damonem, & Pythiam Philoſophos Pythagoricos tanto amicitiæ amore inter ſe deuinctos fuiſſe, vt cum alter in carcerem a Dionyſio Syracuſano detruſus fuiſſet, propter vehementem cuiuſdam proditionis ſuſpicionẽ, alter fideiuſſoriam cautionem pro amico Regi tribuens, vt liberum abire permitteret in patriã ſuam ad negotia magni momenti, quæ valde vrgebant, peragenda, clauſuram carceris elegit, hoc inito pacto, vt ſi amicus non rediret, ipſe delicti pœnam pro eo ſoluturus eſſet. Sane ſi ille non reuerteretur, fideiuſſori eius poenam delinquentis Rex inferens iuſtitiæ iura minime diceretur violaſſe. Hoc enim eſt onus fideiuſſoris, vt poenam rei ſuſtineat. Cum ergo Chriſtus Dominus non coacte, ſed libere fideiuſſor noſter fuerit, etiam ſi alioquin omnis culpæ expers ſit, iuſte Deus poenam mortis ei intulit. Atque hic maxime diuinæ ſapientiæ ordo effulget, volens hominem de toto rigore iuſtitiæ liberari, vt ſic cum maiori ſuo honore, a dæmonis, & peccati captiuitate liber prodiret. In rebus humanis cum Rex abſoluta poteſtate reum abſoluit, non id in tantum illius honorem cedit, quantum, ſi iure iuſtitiæ illi ſuffragante abſque vlla Regis liberali condonatione a delicto impoſito abſolueretur. Tunc enim, cum ordine iuris ſeruato capita delictorum obijciuntur, & ipſe ab illis iuridice ſe purgat, & ſic abſolutionem obtinet, id innocentiam eius valde cõmendat, ac proinde maiori cum honore liber euadit. Poterat quidem Deus, non inficiamur, poteſtate ſua abſoluta vtens, cuncta debita, & vniuerſa hominis delicta liberaliter dimittere; tamen non remanſiſſet cauſa eius iuſtitiæ ſplendore cohoneſtata, nec homo tantum ſibi comparaſſet honorem, cum ſatis non fuiſſet per ſe, vel per alium ad vnguem omnia ſua debita perſoluere, nec dignam pro delictis ſatisfactionem exhibere. Honorificentius igitur fuit homini, vt Chriſtus Dominus ordine, ac rigore iuris ſeruato, pleniſſime pro eo perſoluens a debitis ſuis illum liberaret, vt prædixerat Iſaias: *Sion in iuſtitia redimetur*. Fertur de Alexandro Magno, quod cum audiret milites ſui exercitus ære alieno oppreſſos eſſe, publico edicto euulgari fecit, vt quotquot eſſent creditores debiti, chirographo oſtenſo, de proprio eius ærario ſolutionem acciperent. Verum tam creditores, quam debitores parum credentes illi pollicitationi Imperatoris, nullus pro ſolutione pecuniam expoſtulauit. Quod Alexander animaduertens, in publico præcepit foro ante fores palatij mẽſas parari, quibus decem millia talentorum poſita fuere, tuncq. confeſtim omnes certatim adierunt, vt Imperiali liberalitate fruerentur. Non ſecus Chriſtus Dominus, poſtquam dixerat illa

Margin notes: 2. Cor. 1. — Ioel 2. — Ezech. 18. — Pſal. 93. — Exod. 20. — Pſal. 13. — Pſal. 84. — Heb. 7. — Thom. Villanoua Archiep. Valent. ſer. 3. de Natiuit. — Eccl. 29. — Cic. 4. Offic. — Iſai. 1.

Ioan. 14. verba: *Quidquid petieritis Patrem in nomine mea dabit vobis:* quibus omnes, vt preciũ ad debita ſua perſoluenda acciperent, inuitauit. Homines ſummam Chriſti liberalitatem non plene agnoſcentes, promiſſa ab eo petere renuebant.
Ioan. 16. Vnde ipſe dixit: *Vſque modo non petiſtis quidquam: petite, & accipietis.* Ideireo Chriſtus Dominus id animaduertens, magnificentius, quam olim Alexander, in publico montis Caluariæ emporio parat Crucis menſam, precium infiniti valoris, hoc eſt ſanguinem ſuum in ea effundens, vt vnuſquiſque inde quod opus ſibi fuerit, ad plenam debiti ſui ſolutionem accipiat. Nec timendum eſt, quantumcunque innumeri accedant, precium illud eſſe exhauriendum. nã
Ambroſ. in Pſal. 35. vt dixit D. Ambroſius in præfatione Pſalmi 35. *Bonum aurum ſanguis Chriſti, diues ad precium, profluus ad lauandum omne peccatum.* Quibus
Aug. lib. cur Deus homo, cap. 9. conſonat quod D. Auguſtinus inquit libro, Cur Deus homo: *Quid iuſtius, quam cui datur precium maius omni debito, vt peccatum dimittat illi, qui pro debito affert hoc precium?* Sed clarius adhuc his Patribus ſummus Pontifex Clemens Sextus
Clem. VI. in Extrau. 15. Vnigenitus, de pœnit. & remiſſ. cap 7. in Extrauaganti, Vnigenitus, infinitum valorem huius precij edixit in hæc verba: *Chriſtus ſuis meritis, & ſatisfactionibus infinitum theſaurum acquiſiuit hominibus, quo qui vſi ſunt, Dei amicitia participes ſunt effecti.* Atque hinc eſt, quod maxime obſeruandum exiſtimo, quod cum precium exhibitum a Chriſto Domino fuerit infiniti valoris, & valor ille infinitus, quem eius ſanguis, mors, & opera a Verbo diuino illa eliciente mutuabant, nulli eſſet debitus, vere ipſe ex alias indebitis Deo Patri perſoluit, atque adeo de toto rigore iuſtitiæ, de quo late Deo auſpice, in ſelectis diſputationibus totius Scholaſticæ Theologiæ. Quidquid tamen ſit de hoc, id certiſſimũ eſt, nullibi vmquam tantum effulſiſſe diuinam iuſtitiam, quantum in acerba Chriſti morte. Hac enim ratione Apoſtolus
Rom. 3. dixit: *Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ.* Si enim iuſtitia eſt, vnicuique quod ſuum eſt tribuere, nullibi ſane magis, quam in Cruce iuſtitia ſe oſtentauit. Pendens enim in Cruce Chriſtus, honorem indebite a Deo ablatum ei reſtituit; vacuas Angelorum ſedes reſtaurauit; humani generis debita perſoluit; dæmoni tyrannicum, quod vſurpauerat, abſtulit dominium; a faucibus inferni Sanctorum prædam extraxit; morti vires infirmauit; matri debitum honorem exhibens Ioanni commendauit; latroni pœnitenti paradiſum tribuit, quem operibus charitate informatis promeruerat. Hæc quis non videat ad iuſtitiam pertinere partim commutatiuam, partim diſtributiuam, partim
Ibidem. vindicatiuam? Merito ergo Paulus dixit, in ſanguine Chriſti in Cruce fuſo valde diuinam iuſtitiam oſtentari. Pulchre etiam Sapiens di-
Sap. 14. xit: *Benedictum lignum, per quod fit iuſtitia.* His addamus alium mirificum fructum paſſionis Chriſti, cuius meminit Diuus Paulus,
Coloſſ. 1. qui loquens de Chriſto, ait: *Pacificans per ſanguinem eius, ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt.* Pacem humanam, & quæ non exuperat omnem ſenſum, tanti habuere antiqui, vt Cicero primo Officiorum dixerit, bello vigente nihil charum, & iucundum exiſtere. Vnde Euri- Euripid. in Creſponte.
pides in Creſponte:

O pax opulenta, & beatos inter pulcherrima Diuas,
Deſiderium me tui habet! O quam tarda moraris!
Atqui metuo ne prius laborioſa vincar ſenecta
Quam iucundum tui tempus inſpexero,
Cantusq. pulchricolores, conuiuiaq. coronis gaudentia.
Huc ades ô veneranda, hanc ad vrbem, ædibus inimicam expelle ſeditionem,
Inſanamq. litem, ferro quæ gaudet acuta.

Hæc Euripides, quibus conſonant alia Philemonis in Pyrrho:

Nunc bona quæ ſunt pacis, inueni ô Iupiter clariſſime,
Amabilis illius, & benigniſſima Diua
Nuptias, feſta, cognatos, liberos, amicos,
Diuitias, ſanitatem, amorem, vinum, voluptatẽ,
Pax confert: quod ſi omnia hæc defecerint,
Perijt omnis communiter viuentium vita.

At pax, de qua D. Paulus, ſublimior, & excellentior eſt iſta; non enim caduca, & terrena, ſed ſpiritalis, ac diuina: quam vt melius percipiamus, triplicem intelligentiam, quam Paulina verba ſuſtinent, ſubijciemus. Prima ſit, quod dicens pacificaſſe Chriſtum per ſanguinem Crucis, *Siue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt,* ſen- Coloſſ. 1.
ſus ſit, reconciliaſſe hominem in terra degentem cum Deo in cælis exiſtente. Hanc enim reconciliationem numquam antiqua ſacrificia a Deo obtinere potuerant. Sicut enim, vt legimus capite primo Ionæ, turbulento mari quantumcũ- Ion. 1.
que omnia, quæ in naui ſecum habebant, in mare proieciſſent, numquam mare ad priſtinam ſuam redijt tranquillitatem, quouſque Prophetam Ionam in mare detruſerunt: tunc enim ait ſacer textus: *Quieuit mare a feruore ſuo,* quia
vt acute notauit D. Hieronymus: *Inuenerat quem quærebat;* ita ſane nullis Deo oblatis ſacrificijs & holocauſtis furoris ſui mare efferuens placatum fuit generi humano, quouſque Chriſtus Dominus, cruentum corporis ſui ſacrificium in ara Crucis ei obtulit. In cuius figura ſacra D. Hieron.
Geneſeos narrat hiſtoria, quod cum primum Noe erexit altare Domino, & in eo victimam mactauit, continuo dixit Deus: *Nequaquam vltra maledicam terræ propter hominem, nec vltra percutiam omnem animam viuentem, ſicut feci.* Extat etiam ad idem inſignis locus 2. Reg. Gene. 8.
24. vbi ſacer textus narrat, quod cum Angelus percutiens magnam ſtragem faceret, continuit gladium ſuum iuxta aream Arcuna: 2. Reg. 24.
vbi obſeruat Nicolaus de Lyra, hanc aream Arcuna eſſe eundem locum, in quo Abra-

ham

ham immolauit filium ſuum Iſaac. Conſtat
D. Aug. ser. 71. de temp. autem iuxta ſententiam Diui Auguſtini, in
eodem loco, in quo Abraham obtulit ſacrificium, Chriſtum immolatum fuiſſe, in arâ Crucis. Continere ergo Angelum gladium cum acceſſit ad illum ſacrum locum, aperte prænunciabat diuinam iram fore placandam, cum Chriſtus ibi immolaretur. Secunda expoſitio
Hieron. ſup. ad Coloſſ. 1. illorum verborum ſit, iuxta mentem D. Hieronymi, vt Paulus velit docere, per ſanguinem Chriſti factam eſſe reconciliationem inter homines & Angelos, qui propter peccatum maxime illis erant aduerſarij. Subſcribit huic expo-
Theod. ibid. ſitioni Theodoretus, dicens: *Nobis enim aduerſabantur etiam populi Angelorum propter ſummam improbitatem*. Conſentit etiam D. Chryſoſto-
Chryſ. ibid. orat. 3. mus, inquiens: *Vis ſcire quoniam Angelorum eſſet in nobis odiũ, & quomodo nobis ſemper aduerſarentur? mittuntur ad ſupplicium aduerſus Iſraelitas, aduerſus Dauid, aduerſus Sodomitas, aduerſus vallem luctus, ſed non nunc, ſed contra in ter-*
D. Anſelm. ibid. *ra canebant valde lætantes*. Vnde D. Anſelmus in commentario eiuſdem loci: *Qua hora*, inquit, *ſanguis redemptionis exiuit de latere Domini in Cruce pendentis, dimiſſum eſt peccatum Adæ humano generi, & pacificata ſunt cæleſtia & terreſtria, quia tunc patuit hominibus introitus ad regnum cælorum*. Reuera olim nullus erat tanta ſanctitate conſpicuus, vt ad Angelorum conſortium eueheretur, ſed omnes ad inferiores terræ partes deſcendebant; morte autem Chriſti pax tanta inter homines & Angelos orta eſt, vt nunc animæ iuſtorum, cum de corporibus egrediuntur, manibus Angelorum in purgatorium, vel in cælum aſportentur. Tertia expoſitio mihi valde grata, & Chriſto Domino mirum in modũ honorifica, ſit, quod dũ Paulus ait: *Pacificans per*
Coloſſ. 1. *ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt*, ſignificare contendat ſanguinem Chriſti non profuiſſe ſolum hominibus, ſed & Angelis: illis quidem, a peccati miſeria eos ſubleuãdo; iſtis verò ab ea, in quam prolabi potuiſſent, præſeruando. Scio non paucos Scholaſticos Theologos huic ſententiæ refragari, ſed nos maiorem fidem adhibendam cenſemus ſanctorum Patrum teſtimonijs, hanc ſententiam docentium. Hieronymus enim ſuper illud: *Ve-*
D. Hierony. sup. cap. 2. ad Ephes. *niens euangelizauit pacem*, ait: *Crux Domini non ſolum terræ, ſed & cælo profuit, non ſolum hominibus, ſed Angelis, & omnis creatura Domini ſui cruore purgata eſt*. Omnis creatura, ait, id eſt humana, & angelica. Cum autem inquit purgatam eſſe, non præſupponit in Angelis fuiſſe peccatum, a quo purgarentur, ſed præſeruationem a peccato, in quod prolaberentur, dum fuerunt in via, niſi per ſanguinem Chriſti
D. Bernard. in Cant. Apoc. 12. præuiſum munirentur. Diuus Bernardus ſuper Cantica, locum illum Apocalypſis: *Vicerunt propter ſanguinem Agni*, expreſſe refert ad Angelos, qui Chriſti merito inſimulantem Diabolum debellarunt, ſeque Deo obedientes, Chriſti ſeruituti manciparunt. Conſentit etiam
Orig. hom. 2. in Leuit. 2. Origenes ſuper illud Leuitici: *Fundentes ſangui-*

nem per altaris circuitum, quod eſt ante oſtium tabernaculi teſtimonij, vbi ait: *Sanguis Ieſu non ſolus effuſus eſt in Hieruſalem, vbi erat altare, ſed etiam ſuper altare illud, quod eſt in cælis, vbi eſt Eccleſia primitiuorum*. Ad quod probandum adducit allegatum locum D. Pauli: *Paci-* Coloſſ. 1.
ficans per ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in terra ſunt, ſiue quæ in cælis. Et quidem teſtimonium hoc ad hanc noſtram ſententiam aſtruendam mirum in modum vrget, ſi præmiſſa verba perpendantur: *Quoniam*, inquit, *in ipſo condita* Ibidem.
ſunt vniuerſa in cælis, & in terra; viſibilia, & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue Dominatus, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates, omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt. Quibus verbis aperte docet Apoſtolus, prius præuiſum fuiſſe Chriſtum Dominum, quam Angelos, & conſequenter quidquid boni habent, ab illo, & per illum obtinuiſſe. Suffragatur tandem eidem manifeſtiſſima ratio, quæ vnius generis ſingula tam in ordine naturæ, quam in ordine gratiæ ad vnum primum reducit. Ergo ſi Angeli meruerunt ſupernaturalem beatitudinem, vel merito ſuo, vel Chriſti. Si primum concedas, iam non omne meritum ad vnum reducetur, ſed ad plura non ſubordinata, ad meritum ſcilicet Angelorum, & ad meritum Chriſti. Neceſſe igitur erit admittere ſecundum membrum, vt in genere meriti vnum ſit primum principium, ad quod ſingula omnium merita reducantur.

Hos, & alios mortis Chriſti fructus egregie in vnum collegit inſignis ille noſter Angelus in Ang. in expoſi. Symb. lib. 6. c. 33.
expoſitione Symboli, cuius verba licet non pauca, quia tamen varia eruditione, & pietate plena, hic apponere non pigebit. ſic enim ait:
Quis ergo iſthæc penſitans, non applicabit Chriſto? Eccl. 24.
Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, quaſi cypreſſus in monte Sion, quaſi palma exaltata ſum in Cades, & quaſi plantatio roſæ in Hierico, quaſi oliua ſpecioſa in campis, quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas. Dum enim aquæ paſſionis inundant animam eius, extendit ipſe ramos ſuæ potentiæ per orbis gyrum; dum in campis, & conſpectu omnium percutitur, & blaſphematur, pulchreſcit præ olei, & gratiarum liquore. Dum in Hierico horto vt latro quæritur, & vincitur, ſe benignum, & beneficum inimicis reddit, & oſculandum offert, & tractandum. Dum in tetro monte Caluariæ ſuffigitur Cruci, tametſi vt palma, inferius appareret deſpectus, & deſtitutus ſolatio, at deſuper germinabat, continuo vt palma ſuaues proferens dactylos. Et qui vt cypreſſus mortuus abſque ſpe reputatur, in monte Sion feruentiores tunc mittit odores, vt quis ſit agnoſcatur. Nec Libanus vmbroſus, aut denſiſſimæ tenebræ, quæ a ſexta hora ad nonam vſque durarunt, Chriſtum cedrum optimam impedire potuerunt, quin virtutem ſuam ad infernum vſque dilataret, & ſummitas eius vſque ad Angelos pertingeret, operiret vincentes vmbra eius, & fructus mortuos delectaret. Propterea infert:
In plateis docens, ſcilicet ſicut cinnamomum & Ibidem.
balſamum aromatizans odorem dedi. At in monte exaltatus in Cruce, ait: *Quaſi myrrha* Ibidem.

electa dedi ſuauitatem odoris. *Myrtus enim vera Chriſtus, quando amara flagella inciſus, & duro claua perfoſſus, ſpinaque pungenti dilaniatus, tam electos liquores emiſit, & ſupra modum fragrantes, vt adhuc & in perpetuum ſit cæleſti Patri in odorem ſuauitatis, nobis autem vnguenta precioſiſſima cõtra quaſcumque morbos præſtet. Denique ſancti ea paſſim tradunt a Cruce edita & præſtita: vt merito iudicetur excors, quiſquis illis conſideratis, Crucem vel ab alijs colendam negat, vel ipſe colere detrectat.* His accedant Chryſoſtomi, Athanaſij, & Damaſceni præclara teſtimonia. *Crux*, inquit ſanctus Chryſoſtomus, *noxia, mortiferaque venena extinxit, morbos profligat, cicutæ vim elidit, dæmones fugat, belluarum venenatarum morſus curauit, tenebras pellit, fines orbis terræ illuminat, inferorum portas aperuit, cælorum orbes laxauit, paradiſi aditum renouauit, terram cælum fecit, homines fecit Angelos, mortem deleuit, cælos aperuit, terram expiauit, naturam noſtram in ſolium regium deduxit, tyrannidem diaboli diſſoluit, morbos profligat, obſcuras tenebras pellit, omnes terræ fines illuminat.* Crux, inquit ſanctus Athanaſius, *de morte triumphauit, Diabolum ſuſtulit, innumera bona per Crucem contigere, Cruce conculcata eſt mors, & in exilium relegata maledictio, infernus ceſſit in prædam, peccatum eſt abolitum, tranſgreſſio ſublata, natura hominum ab effectuum ſeruitute liberata, Diabolus eſt ligatus, plantata eſt ſalus, reſurrectio eſt patefacta, malitia eſt abacta, vita eſt orta, & idololatria diſſoluta.* Cruce, ait Damaſcenus, *peccatum deletum eſt, primi parentis peccatum extinctum, infernus ſpoliatus, reſurrectio donata, vis contemnendarum rerum præſentium, atque ipſius quoque mortis conceſſa, reditus ad veterem beatitudinem comparatus eſt, paradiſi portæ patefactæ ſunt, natura noſtra ad Dei dexteram cõſidet, filij denique Dei, & heredes facti ſumus.* Hæc ille. Ex quibus omnibus clare liquet, quam ſplendida, ac glorioſa fuerit Chriſti Domini mors. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amẽ.

Chryſoſt. de vener. Cruc.

Athan. in q. ad Antioch. q. 138.

Damaſc. lib. 4. c. 12.

Homilia XIII.

De prodigijs omnibus ab Euangeliſtis commemoratis, quæ partim ante, partim poſt mortem Chriſti in die obitus eius acciderunt. In illa verba: Tenebræ factæ ſunt in vniuerſa terra. Et illa alia: Ecce velum templi ſciſſum eſt, terra mota eſt, petræ ſciſſæ ſunt, & multa corpora Sanctorum quæ dormierant ſurrexerunt.

Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23.

DIVVS Ioannes Chryſoſtomus aureum eloquentiæ flumen acute obſeruauit in die mortis Chriſti facta de cælo ſigna, ac prodigia, quæ increduli Iudæi a Chriſto petebant, ſed non in gaudium certe, ſed ad execrabile eorum facinus deteſtandum, vt annotauit Diuus Bernardus. Loquens enim de grauitate peccatorum, ait: *Grauiſſimum autem eſt, ſingulare quod commiſſum eſt in diuinam maieſtatem, cum viri impij ſacrilegas manus iniecerint in Dominum ipſum Dei Filium crudeliſſimi homicidæ, immo, ſi fas eſt, Deicidæ. Ad hoc expauit tota machina mundialis.* Sed non ſolum expauit, ſed indignata eſt adeo, vt ſol, quaſi ægre ferens tam horrendum ſpectaculum, ſuſtulerit illis radios lucis, quia ſplendidiſſimum ſolem iuſtitiæ, & lucis auctorem obfuſcare, & contumelijs, ac iniurijs obſcurare contendebãt. De hac ſolis defectione, quia mortem Chriſti anteceſſit, primo loco nobis differendum eſt. Illam vaticinatus fuit in primis Ezechiel: *Solem nube tegam, & luna non dabit lumen ſuum: omnia luminaria cæli mœrere faciam ſuper te, & dabo tenebras ſuper terram tuam, dixit Dominus Deus.* Præuidit etiam eandem Ioel, iuxta expoſitionem Diui Hieronymi. Nam explicans verba illa huius Prophetæ: *Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem*, ſic ait: *Sol quoque eſt verſus in tenebras, quando pendentem Dominum ſuum videre non auſus eſt: & luna in ſanguinem, quod aut iuxta hiſtoriam factum eſſe credamus, aut certe quomodo ſol verſus in tenebras eſt, non quod ipſe ſit mutatus in tenebras, ſed tenebras mundo induxerit: ſic & luna non eſt verſa in ſanguinem; ſed Iudæos blaſphemiarum, & negationis in Chriſtum horrore coopertos æterni teſtimonij ſui ſanguine con-*

Chryſoſt. ho. 89. in Matt. in tract. 60. b.

Bernar. ſer. in feria 4. hebdom. pœnoſa ante medium.

Ezechiel. 32.

Ioel. cap. 2.

D. Hier. in cap. 2. Ioelis in fine.

ne condemnauit, dicentes: Sanguis eius ſuper nos, &
Amos 8. *ſuper filios noſtros.* Eandem ſolis eclipſim prædi-
xerat Amos: *Occidet ſol in meridie, & tenebreſcere*
faciam terram in die luminis, & conuertam feſtiui-
tates veſtras in luctum. Similia verba habet Hie-
remias cap. 15. *Occidit ei ſol, cum adhuc eſſet dies,*
confuſa eſt, & erubuit. Ita certe accidit in morte
Chriſti, ſiquidem a ſexta hora, quæ meridies eſt,
Matth. 27 tenebræ factæ fuerunt, vt teſtantur ſacri Euange-
Marc. 15. liſtæ. Sibyllæ tandem eandem prophetarunt.
Luc. 23. Libro enim primo Oraculorum dicitur:

cuius cauſa tribus horis
Nox tenebroſa die medio, monſtroſaq. fiet.

Tunc ſane videtur mihi Chriſtus Dominus
impleuiſſe figuram illam Moyſis, quando obte-
Exod. 10. nebrauit terram Aegypti. *Extendit,* ait ſacer te-
xtus, *Moyſes manum in cælum, & factæ ſunt tenebræ*
horribiles in vniuerſa terra Aegypti tribus diebus:
nemo vidit fratrem ſuum. Ita Chriſtus Dominus
expanſis brachijs, & manibus in Cruce, per tres
horas, præſignatas per illos tres dies, obtene-
breſcere fecit terram. Sicut autem illæ tenebræ
non fuerunt naturales, ſed miraculoſæ, ita etiam
Georg. Paraphraſtes. & iſtæ. Cuius triplicem cauſam indicat Geor-
D. Dionyſij Græcus ſup. gius Paraphraſtes Græcus diui Dionyſij. Prima
epiſt. 7. ad ex tempore lunæ, quo ipſa ſoli opponitur, cum
ramen eclipſis fiat ex coniunctione lunæ ad ſo-
lem. Secunda, quoniam obſcuratio ſemper ab oc-
cidẽtali parte prouenit: atqui tunc luna ab Oriẽ-
te venit vſque ad corpus ſolis, & tum retroceſſit.
Tertia, quia ab eadem parte incipit obſcuritas,
& redit illuminatio, quod tamen tunc minime
obſeruatum eſt. Prius tamen illo caſdem ratio-
D. Hierony. in Matth. 27 nes tradidere diuus Hieronymus, Euthymius, &
Euthym. & Theophylactus, & ante omnes illos D. Dionyſius
Theophyl. ibidem. Areopagita peritiſſimus aſtrologus. Quia tamẽ
D. Dionyſ. ſupernaturalis illa lucis defectio varijs modis a
epist. 7. ad Polycarpum Patribus explicatur, oportet omnes illos breui-
Hieron. vbi ſup. ter in medium producere. D. Hieronymus docet
Orig. tract. fuiſſe per hoc, quod ſol ea diuina virtute retra-
35. in Matth. xerit radios ſuos: Origenes vero putat obſcuri-
tom. 2. tatem illam cauſatam fuiſſe ex denſiſſimis nu-
bibus in aere miraculoſe productis: ac tandem
Diony. vbi ſupra. D. Dionyſius ait, obſcuritatem illam ortam ex
interpoſitione lunæ, quæ alioquin naturaliter
tunc eſſe non poterat, quia fuit in plenilunio. Cõ-
Phlegon lib. 14. ſentit eidem ſententiæ Phelegon Olympiadarum
egregius ſupputator. An autem tenebræ illæ ſo-
lam Iudæam, an vero vniuerſum orbem occupa-
Orig. tract. uerint, licet Origenes arbitretur ad ſolam Iu-
34. in Matth. dæam protenſas fuiſſe, cõmuniter SS. Patres vni-
D. Ambroſ. uerſales fuiſſe autumant, vt D. Ambroſius, & alij
lib. 10. in Luc. tom. 3. interpretes ſuper Matthæũ, poteſtq; hæc ſenten-
D. Chryſoſt. homil. 89. in tia tripliciter corroborari. Primo ea verbis Mat-
Matth. 10. 3. thæi, Marci, & Lucæ, expreſſe aſſerentium: *Tene-*
Matth. 27 *bræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram:* reſtringere
Marc. 15. autem illa ad vniuerſam terram Iudææ, rationi
Luc. 23 non congruit. Nam ſi portentum illud Ioſue: *Sol*
Ioſue. 10. *contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem*
Aialon, non tantum vnij parti mundi, ſed vniuer-
ſæ terræ manifeſtatum fuit, & ſi retroceſſio ſolis
per decem lineas in horologio Achaz tempore Iſa. 38. & 4. Reg. 20.
Ezechiæ non tantum Iudæis innotuit, ſed exteris
gentibus exploratiſſima fuit, vt conſtat e a lega-
tione Chaldæorum ad Ezechiam, vt de portento
illo ſolis certi redderentur: nulla ſane, nec appa-
renti ratione poteſt tenebrarum illud prodigiũ
ad Iudæam coarctari. Secundo, quia multi genti-
les, qui a Iudæa longiſſime aberant, tenebras il-
las tamquam rem portentoſam, & contra vni-
uerſum ordinem naturę valde obſeruarunt. Dio- Dion. Areopag. epist. ad Polycarpum
nyſius enim Areopagita in epiſtola ad Polycar-
pum, diſputans contra Apollophanem, hæc ver-
ba habet: *Quid de illo, qui tempore Crucis Domini-*
ca factus eſt ſolis defectu dicturus es? eramus tunc
ambo apud Eliopolim, amboſque ſimul incidentem
mirabiliter ſoli lunæ globum notabamus (non enim
eiuſce coniunctionis tunc aderat tempus) ipſamque
rurſus ab hora nona. ad veſperam, ad ſolis diametrũ
ſupra naturæ vires reſtitutam. Et in epiſtola ad
Apollophanem Philoſophum, reuocans illi in
memoriam prodigioſam illam eclipſim, quam
ambo attentiſſime contemplati fuerant, inquit:
Diuino quodam afflatu, & non humani ſenſus ſermo-
ne ſubintuliſti: Hæc, o bone Dionyſi, *diuinarum vi-*
ciſſitudines ſunt rerũ. Et Suidas refert ipſum Dio- Suid. in voce S. Dion.
nyſium tunc dixiſſe: *aut Deus patitur, aut patienti*
compatitur: quod vtrumque impletum erat. Nam
& Deus erat, qui in humanitate, quã ſuppoſita-
bat, patiebatur, & eidem compatiebatur, & com-
paſſionis inditia ꝑ omnes creaturas ꝓferebat.
Multi etiam ferũt, propter huiuſmodi tenebras
apud Athenienſes aram illam IGNOTO DEO
inſcriptam fuiſſe, cuius meminit D. Paulus, vt
refert S. Lucas. Tertio tandem, quia cum ad glo- Act. 17.
rificationem Chriſti Domini pendentis in Cru-
ce factæ fuerint illæ tenebræ, & ad id magis con-
ferret vniuerſales eſſe, vt omnibus innoteſcerẽt,
non eſt cur ad Iudęam illas reſtringamus. Quare
autem voluerit Deus mortem Chriſti Domini
hoc tanto portento cohoneſtare, permultæ &
pulchræ occurrunt rationes. Prima, quod in ma-
gnorum Principum obitu ſolita ſunt oſtenta vi-
deri. Secunda, vt deſignaret, occidere verum ſo-
lem iuſtitiæ, qui illuminat omnem hominem ve-
nientem in hunc mundum. Tertia, vt per tene-
bras illas denotaret, lumen doctrinæ, & veritatis
receſſiſſe a Iudæis, ſolemque iuſtitię, verum Meſ-
ſiam eclipſim paſſum in cordibus eorum, qui in
hodiernum vſque diem, ſicut nati fuerunt in vm-
bra legis, de qua dixit Apoſtolus: *Vmbram enim* Paul. ad Hebr. 10.
habens lex futurorum bonorum, ita & extincti ſunt
culpa ſua in tenebris. Vnde D. Auguſtinus ora- D. August. orat. contra Iud. Paganos, c. 17.
tione contra Iudæos, Paganos, & Arrianos c. 17.
ait: *Quæ cæcitas infuſa eſt in cordibus veſtris, vt*
nec illa vos tanta terreret medio die ſolis obſcuritas,
& inter eius radios claros amputata lux, nox recon-
dita in die, immo nox vſurpauit diem, nec curſum
ordinis ſeruauit, & obtenebratur cælum, luget terra,
velum templi conſcinditur, petræ finduntur, inferna
reſerantur, omnis pene creatura expaueſcit mortem
Chriſti, nec tamen in his tantis aperti ſunt oculi ve-
ſtri. Quarta, quia cum illi qui aderant ad mor-
tem Chriſti, de funeralibus eius exequijs mini-
me

Digitized by Google

me cogitarentur, ſed in Ieſum acriter inſurgerent, cælum & terra hunc defectum ſuppleuerunt: cælum quidem veſte lugubri, & obſcura vniuerſum tegens aerem; terra vero motus, & clamorem, quaſi eiulando emittens, vnde a planctu, quem non edebant rationis participes creaturæ, certe illius expertes non ſe abſtinuerunt. Vnde eleganter D. Leo Papa ſerm. 6. de paſſione, ait: *Pendente in patibulo Creatore, vniuerſa creatura cõgemuit, & Crucis clauos omnia ſimul elementa ſenſerunt. Nihil ab illo ſupplicio liberum fuit. Hoc in communionem ſui & terram traxit, & cælum: hoc petras rupit, monumenta aperuit, inferna reſerauit, & denſarum horrore tenebrarum radios ſolis abſcondit. Debebat hoc teſtimonio ſuo mundus Auctori, vt in occaſu conditoris ſui vellent cuncta finiri.* Et D. Auguſt. ſerm. 120. *Aperte rerum natura perſpicitur commoueri, velut in vindictam Auctoris ſui velit armari: terra ipſa concuſſa a fundamentis ſuis, quaſi quæ Crucem Domini vix ſuſtineat, tamquam ad ſcelus proprium contremiſcit: dies refugo lumine, quomodo poteſt, ſumit lamentum, & fuſco triſtium tenebrarum habitu more lugentis induitur. Et vt tota cæli facies Dominicæ Natiuitatis gloriam nona luce teſtatur, ita Crucis iniuriam nouis tenebris deteſtatur.* Quarta, quod ſicut Hebræi ægre ferebant videre Chriſtum Dominum, vnde dicebant: *Grauis eſt nobis etiam ad videndum*; ita ſol quaſi tantum facinus exhorreſcens, & eius auctores indignos ſua luce conteſtans, noluit eos ſpectare, & clara ſua luce perfundere. quod his verbis egregie diſſerit D. Leo ſermone 10. de paſſione: *Vocibus his veſtris ſtultis reddunt omnia elementa reſponſum, & vnam in vos ſententiam ferunt: cælum, terra, ſol, ſideraque indignos vos ſuo miniſterio proteſtantur, terribili motu, inſolitoq. defectu tenebras mundo veſtræ cæcitatis oſtendunt.* Quinta, tempore mortis Chriſti factæ ſunt tenebræ, vt doceremur, ſtupendum mortis Chriſti arcanum obſcura fide credendum, non naturalis rationis luce ſcrutandum, quia huic ſolum innitentes eiſdem erroribus inuoluuntur, ac illi, apud quos mors Chriſti ſcandalum, & ſtultitia reputata eſt.

Sap. 2.

Secundum prodigium fuit veli templi ſciſſio, circa quod quamuis non defuerint, qui putauerint vnum tantum fuiſſe illud velum, verba tamen diui Pauli duo fuiſſe ſuadent: *Poſt velamentum autem ſecundum tabernaculum, quod dicitur Sancta ſanctorum.* Verbum enim, *ſecundum*, non poteſt coniungi verbo illi, *tabernaculum*, quod Græce feminini generis eſt. Ergo neceſſario coniungendum eſt cum *velo*, extatque ad idem inſigne teſtimonium antiquiſſimi Ioſephi lib. 6. belli, cap. 6. qui ſæpe aſpexit hoc velum, & teſtatur duo eſſe, primum externum variis coloribus inſignitum, in quo, vt verbis eius vtar: *Erat perſcripta omnis cæli ratio præter ſigna*: alterum internum, quo intima templi pars, quæ Sancta ſanctorum nominabatur, a reliquis templi partibus ſegregabatur. Atque huic tandem ſententiæ ſubſcribunt communiter Patres, Hieronymus, Origenes, Leo Papa, Gloſſa ordinaria, & alij plerique. In quo autem velo facta fuerit hæc ſciſſio, non eſt vnanimis omnium ſententia. Ariſteas enim vetuſtus auctor in eo libello, quo Philocrati fratri ſuam ad Eleazarum Pontificem profectionem deſcribit, loquens de externo velo, quod in templo teſtatur ſe vidiſſe, ait in morte Chriſti ſciſſum fuiſſe, poteſtque confirmari egregia congruentia: nam ſciſſo velo externo, integro manẽte interno, ſignificabatur, patiente humanitate, & in duas partes per mortem diuiſa, latentem tamen diuinitatem ſemper indiuiſam, & impaſſibilem permanſiſſe. D. Hieronymus, & Origenes eidem ſententiæ conſentiunt. D. vero Leo Papa, ſermone de paſſione, Euthymius, Lyranus, & Cardinalis Caiet. alijque, in quorum ſententiam valde propendet doctiſſimus Salmeron, cenſent vtrumque velum externum & internum ſciſſum fuiſſe a ſummo vſque deorſum: nec eſt inconueniens, vt non ſemel fieri ſolet in ſacra Scriptura, ſingulare pro plurali accipi: vel ſi quis nimium hæreret ſingulari verbo, veli, aiunt tunc vnum Euangeliſtam locutum fuiſſe de vno velo, alterum de altero; ſæpe enim quod ab vno Euãgeliſta reticetur, ab alio ſuppletur. Quod ſi vera eſt hæc ſententia, illa ratio non parum illi ſuffragari videtur, quod cum abſcondita, & reſerata fidei myſteria, non ſolum per fidem fidelibus aperta fuerint tunc, ſed & patribus veteris Teſtamenti, & bono latroni reſerata per claram Dei viſionem, congruebat reuera ad id ſignificandum, vtrumque velum diſrumpi, & aperiri. Myſteria vero, quæ in hac veli ſciſſione deliteſcunt, acute & ingenioſe elucidant Patres, præcipue tamen D. Auguſtinus, cuius aurea verba hæc ſunt: *Reuelata iam ſunt myſteria abſcondita, vt iam omnes poſſint in Sancto ſanctorum introire, precio redemptionis noſtræ æterno Patri exhibito: palam fit Arca, vbi erat manna, quoniam iam corpus Domini in cœna diei præcedentis inſtitutum fuit, quod per manna ſeruatum præfigurabatur: vbi erat & virga Aaron, quoniam iam Crux erat erecta in ſignum æterni ſacerdotij Chriſti, vbi etiam teſtamenti tabulæ aſſeruabantur, quia iam impleta lex erat, & Prophetæ.* Euthymius vero ait: *Quid autem mihi magis placet accipe, quia interiora veli figura erant cæli, exteriora vero terram figurabant: ſciſſum iam velum, ſignificauit diuiſum iam eſſe medium parietem, inter cælum, & terram, qui inter Deum erat, & homines, & factum eſſe cælum hominibus peruium, ſoluto iam per Chriſtum obſtaculo medio.* D. Ambroſ. c. 10. in Lucam cenſet per ſciſſionem veli ſignificari, legem veterem, quo ad ſua cærimonialia diſrumpi per introductionem nouæ legis gratiæ. Moderni quidam non parum eruditi apte ſatis arbitrantur, per ſciſſionem veli ſignificatam fuiſſe populi Iudaici in diuerſas partes diuiſionem, & diſſipationem. Alij illam ſciſſionem aiunt ſignificaſſe animæ & corporis Chriſti diuiſionem, qua vnio earum diſſoluta fuit in morte Chriſti, indiſſoluta tamen ſemper manẽte vnione ſingularum partium cum Verbo diuino, illas ſuppoſitante. Placent quidem hæc omnia, ſed liceat mihi addere; velum illud, quaſi veſtem templi fuiſſe, quo induebatur, & ornabatur: & quem-

Heb. 9.
Ioſeph lib. 6 belli c. 6.
Hieron. ſup. Matth. 27. Orig. tract. 35. in Matth.
Leo Papa ſerm. 10. de Paſſione. Gloſſa ord. ſup. Matth. 27.
Ariſteas.
D. Hieron. epiſt. ad Hedib. q. 8. to. 3. Orige. tract. 35. in Matt. Leo Papa ſerm. 10. de Paſſione. Euthy. c. 67. in Matth. Lyran. ſup. c. 27. Matth. Caiet. ibid.
Aug. in lib. loc.
Heb. 9.
Ibidem
Euthy. prædicto loco.
Maldonatus in c. 27. Matth.

Digitized by Google

3 Reg. 1.

& quæad modum moris erat apud Iudæos in luctu veſtem ſcindere in argumentum interni doloris cor ipſum ſcindentis; ita templum moriente Chriſto vitæ auctore inſtar dolentis & lugentis veſtem ſuam a ſummo vſque deorſum ſcidit. Ad quod alludens inſignis Poeta Sedulius, pulchre & eleganter dixit.

Illud ouans templum maiaris culmina templi
Procubuiſſe videns, rim plangentis alumni
Sancia diſciſſa nudauit pectora vela,
Interiora ſui populis arcana futuris
Iam reſerenda docens, quia lex velamine Moyſi
Tecta diu Chriſto nabis veniente pateſcit.

Tertium prodigium fuit terræmotus, præfiguratus quidem in terræmotu, qui contigit tempore Oziæ, ad ſacrilegam eius audaciam retundendam, eum in altari Thymiamatis contra ſacerdotes thurificare attentauit: cuius terræmotus meminerunt Amos, & Zacharias, necnon Ioſephus in ſuis Antiquitatibus. Quamuis autem Origenes contendat terræmotum hunc ſolum fuiſſe Hieroſolymis, nec id reuera aduerſetur ſacro textui; verius tamẽ videtur, vniuerſalem fuiſſe: nam Plinius, & Cornelius Tacitus teſtantur tẽpore Tiberij Cæſaris plures ciuitates in Aſia terræmotu corruiſſe, ad quas ſubleuandas Imperator noua tributa impoſuit, vt auctor eſt Suetonius de Tiberio: hos autem terræmotus, qui tempore Tiberij acciderunt, & alios ſimiles, eodem die mortis Chriſti contigiſſe, teſtantur D. Auguſtinus de mirabilibus ſacræ Scripturæ lib. a.c.3. & Phelegon, vt refer Euſebius, qui multas ædes in Bithynia Nicænæ vrbis ſubuerſas tradit: eidemque adſtipulatur Oroſius lib.7. ſuæ hiſtoriæ cap.4. Per hos autem terræmotus duo præcipue ſignificabantur: tum deteſtandum mortis Chriſti crimen, propter quod Iudæi merebantur a terra abſorberi, vel ædificiorum mole ſuper illos irruente penitus conteri; tum fauorem, & ſingularem gratiam nobis per Chriſtum collatam eſſe: ſolet enim terræmotus Dei benefacientis præſentiam portendere, vt conſtat ex illo Pſalmi: *Deus cum egrederéris in conſpectu populi tui, cum pertranſires in deſerto, terra mota eſt*: immo reſurgente Domino, & adueniente Spiritu ſancto: *Terræmotus factus eſt magnus*. Cũ ergo Chriſti mors Deum alioquin propter peccata abſentem, per gratiam præſentem eſſe fecit, ideirco ad id celebrandum terræmotus ille præceſſit.

2 Paral. 26
Amos 1. & Zach. 14. Ioseph lib. 9 antiquitatũ c. 11. Orig. tract. 35. in Matth.
Sueton. in Tiberio c. 40. Auguſt. vel quicumque auctor eſt de mirabil. sacra Scrip. lib. 3. c. 3. Phelegon apud Euſeb. Chron. anno Chriſti 33. Oroſ. lib. 7. suæ hist. c. 4
Pſal. 67. Matth. 28. Act. 2.

Quartum prodigium fuit petrarum ſciſſio. Sciſſionem hanc, ſicut & veli, prædixerat Iſaiæ oraculum dicentis: *Reuelabitur aperimentũ Iudæ, & videbitis in die illa armamentarium domus ſaltus: & ſciſſuras ciuitatis Dauid*. D. Cyrillus catecheſ. 13. tradit rupes Golgotha diuiſas fuiſſe, quarum diuiſio vſque in hodiernum diem apparet. D. Anſelmus lib. de Paſſione Domini, teſtatur lapidem, cui ſuperpoſita erat Crux Chriſti Domini, diſruptum tunc fuiſſe; extantque nunc Romæ columnæ marmoreæ ex Hieroſolymis Romam translatæ, & in templo S. Ioannis Lateranenſis collocatæ, quæ per medium præciſæ conſpiciuntur. Cum enim Chriſtus Dominus eſſet, velut lapis ſine manibus abſciſſus, qui iam ſtatuam conterere venerat, non ſolum Hieroſolymis petras ſcidit, ſed & alibi, vt teſtatur D. Hieronymus in cap. 27. Matthæi, & Cardinalis Baronius in ſuis Annalibus anno 34. quibus conſentit vetus traditio de montis Aluerniæ diuiſione in Hetruria, & de promontorio prope litus Campanum Caietæ, & de Terraconenſis Hiſpaniæ monte, qui Monſſerratus dicitur. Hæc petrarum ſciſſio ſignificabat Iudæorum corda duriora quam ſaxa; ſiquidem ipſis nõ compatientibus creatori ſuo, illa quomodo poterant ei compatiebantur. Denotabat etiam potentem eſſe Deũ de lapidibus gentium ſuſcitare filios Abrahæ, qui obſtinatiſſimis Iudæis benedictionem, & hereditatem præriperent. D. Hilarius ſuper Matthæum iſta confirmans, ait: *Petræ ſciſſæ ſunt, quia omnia valida penetrat Dei Verbum, & non ſolum cor lapideum rumpit, ſed ruptum in carneum commutat, vt ſint iam non duræ ceruicis, ſed omnes docibiles Deo, & quæ erant arida fiant in ſtagna aquarum, & aquas largiſsimas petra ſciſſa emittat.*

Iſai. 22.
S. Cyrill catech. 13.
D. Anſel lib. de Paſſ.
Hieron. c. 27 Matth. & epiſt. 150. Card. Baron. in Annal. anno 34
Luc 3.
Hilar. ſup. Matth.

Quintum prodigium fuit monumentorum apertio, quam tametſi Cardinalis Baronius in ſuis Annalibus tribuat terræmotui, ſed ſine dubio tamquam ſignum diuerſum, narratur ab Euangeliſtis, ſpecialique Dei prouidentia id factum eſt. Primo (vt ait D. Chryſoſtomus) vt potentia pendentis in Cruce pateſceret, qui ſicut voce illa: *Lazare veni foras*, Lazarum reſuſcitauit, & clamore, quem emiſit in Cruce, monumenta aperuit, & mortuos ſuſcitauit, eadem facilitate potuiſſet ſe a morte præſeruare, eademque ſe ſuſcitare poſſe oſtenderet. Secundo monumentorum apertio, vt ait D. Thomas tertia parte, prænotabat per mortem Chriſti immortalem vitam nobis dandã. Tertio tandem aperta fuere monumẽta certatim, mortuũ Chriſti corpus inuitãtia, vt ad ea diuertere dignaretur, quaſi vſurpantes verba illa filiorum Heth: *Audi nos domine, Princeps Dei es apud nos: in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum*: illo namque ſuſcepto, mortui torum ad vitã reſtituẽdi erãt, quemadmodum olim ſepultus in Eliſæi monumẽto, cum primũ illius oſſa tetigit, ad vitam reuocatus fuit. Subdit Euangeliſta: *Et multa corpora Sanctorum qui dormierant, reſurrexerunt*. D. Hieronymus addit: *Vt Dominum oſtenderent reſurgentem*. immo tradit & poſt illum Vincentius in ſuo hiſtoriali, duos Simonis iuſti filios tunc a mortuis ſurrexiſſe, & in ipſo templo præſentibus ſacerdotibus teſtimonium pro Chriſto tuliſſe: atque ex his portentis ortum eſt aliud mirabilius. Nam vt tradit D. Matthæus: *Centurio & qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſa terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, glorificantes Deum, & dicentes: Vere hic homo iuſtus filius Dei erat*. Vbi Hieronymus acute dixit: *Ex hoc conſiderandum, quod Centurio in ipſo ſcandala paſſionis vere Dei Filium confiteatur, & Arrius in Eccleſia prædicet creaturam*. D. Leo ſermone de Paſſione hanc Centurio-

Card. Bar. in Annal. anno 34.
Chryſ. ſup. c. 27. Matth. Ioan. 11.
S. Th. 3. par. q. 41. ar. 4. ad 3.
4. Reg. 13.
Matth. 27. D. Hieron. in Matth. Vincentius in suo hist.
Matth. 27.
D. Hierony.
D. Leo ſer. de Paſſ.

Digitized by Google

me cogitarent, ſed in Ieſum acriter inſurgerent, cælum & terra hunc defectum ſuppleuerunt: cælum quidem veſte lugubri, & obſcura vniuerſum tegens aerem; terra vero motus, & clamores, quaſi eiulando emittens, vnde a planctu, quem non edebant rationis participes creaturæ, certe illius expertes non ſe abſtinuerunt. Vnde eleganter D. Leo Papa ſerm. 6. de paſſione, ait: *Pendente in patibulo Creatore, vniuerſa creatura cõgemuit, & Crucis clauos omnia ſimul elementa ſenſerunt. Nihil ab illo ſupplicio liberum fuit. Hoc in communionem ſui & terram traxit, & cælum: hoc petras rupit, monumenta aperuit, inferna reſerauit, & denſarum horrore tenebrarum radios ſolis abſcondit. Debebat hoc teſtimonio ſuo mundus Auctori, vt in occaſu conditoris ſui vellent cuncta finiri.* Et D. Auguſt. ſerm. 120. *Aperte rerum natura perſpicitur commoueri, velut in vindictam Auctoris ſui velit armari: terra ipſa concuſſa a fundamentis ſuis, quaſi quæ Crucem Domini vix ſuſtineat, tamquam ad ſcelus proprium contremiſcit: dies refuga lumine, quomodo poteſt, ſumit lamentum, & fuſca triſtium tenebrarum habitu more lugentis induitur. Et vt tota cæli facies Dominicæ Natiuitatis gloriam noua luce teſtatur, ita Crucis iniuriam nanis tenebris deteſtatur.* Quarta, quod ſicut Hebræi ægre ferebant videre Chriſtum Dominum, vnde dicebant: *Grauis eſt nobis etiam ad videndum*; ita ſol quaſi tantum facinus exhorreſcens, & eius auctores indignos ſua luce conteſtans, noluit eos ſpectare, & clara ſua luce perfundere. quod his verbis egregie diſſerit D. Leo ſermone 10. de paſſione: *Vocibus hic veſtris ſtultis reddunt amula elementa reſponſum, & vnam in vos ſententiam ferunt: cælum, terra, ſol, ſideraque indignos vos ſuo miniſterio proteſtantur, terribili motu, inſolitoq. defectu tenebras munda veſtræ cæcitatis oſtendunt.* Quinta, tempore mortis Chriſti factæ ſunt tenebræ, vt doceremur, ſtupendum mortis Chriſti arcanum obſcura fide credendum, non naturalis rationis luce ſcrutandum, quia huic ſolum innitentes eiſdem erroribus inuoluuntur, ac illi, apud quos mors Chriſti ſcandalum, & ſtultitia reputata eſt.

Sap. 2.

Secundum prodigium fuit veli templi ſciſſio, circa quod quamuis non defuerint, qui putauerint vnum tantum fuiſſe illud velum, verba tamen diui Pauli duo fuiſſe ſuadent: *Poſt velamentum autem ſecundum tabernaculum, quod dicitur Sancta ſanctorum.* Verbum enim, *ſecundum*, non poteſt coniungi verbo illi, *tabernaculum*, quod Græce feminini generis eſt. Ergo neceſſario coniungendum eſt cum *velo*, extatque ad idem inſigne teſtimonium antiquiſſimi Ioſephi lib. 6. belli, cap. 6. qui ſæpe aſpexit hoc velum, & teſtatur duo eſſe, primum externum varijs coloribus inſignitum, in quo, vt verbis eius vtar: *Erat perſcripta omnis cæli ratio præter ſigna*: alterum internum, quo intima templi pars, quæ Sancta ſanctorum nominabatur, a reliquis templi partibus ſegregabatur. Atque huic tandem ſententiæ ſubſeribunt communiter Patres, Hieronymus, Origenes, Leo Papa, Gloſſa ordinaria, & alij plerique. In quo autem velo facta fuerit hæc ſciſſio, non

Heb. 9.

Ioſeph lib. 6. belli c. 6.

Hieron. ſup. Matth. 27. Orig. tract. 35. in Matth.

eſt vnanimis omnium ſententia. Ariſteas enim vetuſtus auctor in eo libello, quo Philocrati fratri ſuam ad Eleazarum Pontificem profectionem deſcribit, loquens de externo velo, quod in templo teſtatur ſe vidiſſe, ait in morte Chriſti ſciſſum fuiſſe, poteſtque confirmari egregia congruentia: nam ſciſſo velo externo, integro manẽte interno, ſignificabatur, patiente humanitate, & in duas partes per mortem diuiſa, latentem tamen diuinitatem ſemper indiuiſam, & impatibilem permanſiſſe. D. Hieronymus, & Origenes eidem ſententiæ conſentiunt. D. vero Leo Papa, ſermone de paſſione, Euthymius, Lyranus, & Cardinalis Caiet. alijque, in quorum ſententiam valde propendet doctiſſimus Salmeron, cenſent vtrumque velum externum & internum ſciſſum fuiſſe a ſummo vſque deorſum: nec eſt inconueniens, vt non ſemel fieri ſolet in ſacra Scriptura, ſingulare pro plurali accipi: vel ſi quis nimium hæreret ſingulari verbo, veli, aiunt tunc vnum Euangeliſtam locutum fuiſſe de vno velo, alterum de altero; ſæpe enim quod ab vno Euãgeliſta reticetur, ab alio ſuppletur. Quod ſi vera eſt hæc ſententia, illa ratio non parum illi ſuffragari videtur, quod cum abſcondita, & reſerata fidei myſteria, non ſolum per fidem fidelibus aperta fuerint tunc, ſed & patribus veteris Teſtamenti, & bono latroni reſerata per claram Dei viſionem, congruebat reuera ad id ſignificandum, vtrumque velum diſrumpi, & aperiri. Myſteria vero, quæ in hac veli ſciſſione deliteſcunt, acute & ingenioſe elucidant Patres, præcipue tamen D. Auguſtinus, cuius aurea verba hæc ſunt: *Reuelata iam ſunt myſteria abſcondita, vt iam omnes poſſint in Sancta ſanctorum introire, pretio redemptionis noſtræ æterno Patri exhibito: palam fit Arca, vbi erat manna, quoniam iam corpus Domini in cœna diei præcedentis inſtitutum fuit, quod per manna ſeruatum præfigurabatur: vbi erat & virga Aaron, quoniam iam Crux erat erecta in ſignum æterni ſacerdotij Chriſti, vbi etiam teſtamenti tabulæ aſſeruabantur, quia iam impleta lex erat, & Prophetæ.* Euthymius vero ait: *Quod autem mihi magis placet accipe, quia interiora veli figura erant cæli, exteriora vero terram figurabant: ſciſſum iam velum, ſignificauit diuiſum iam eſſe medium parietem, inter cælum, & terram, qui inter Deum erat, & homines, & factum eſſe cælum hominibus peruium, ſoluto iam per Chriſtum obſtaculo medio.* D. Ambroſ. c. 10. in Lucam cenſet per ſciſſionem veli ſignificari, legem veterem, quo ad ſua cærimonialia diſrumpi per introductionem nouæ legis gratiæ. Moderni quidam non parum eruditi apte ſatis arbitrantur, per ſciſſionem veli ſignificatam fuiſſe populi Iudaici in diuerſas partes diuiſionem, & diſſipationem. Alij illam ſciſſionem aiunt ſignificaſſe animæ & corporis Chriſti diuiſionem, qua vnio earum diſſoluta fuit in morte Chriſti, indiſſoluta tamen ſemper manẽte vnione ſingularum partium cum Verbo diuino, illas ſuppoſitante. Placent quidem hæc omnia, ſed liceat mihi addere, velum illud, quaſi veſtem templi fuiſſe, quo induebatur, & ornabatur: & quem-

Leo Papa ſerm. 10. de Paſſione. Gloſſa ord. ſup. Matth. 27.

Ariſteas.

D. Hierony. epiſt. ad Hedib. q. 8. 10. & Orige. tract. 35. in Matt. Leo Papa ſerm. 10. de Paſſione. Euthy. c. 67. in Matth. Lyran. ſup. c. 27. Matth. Caiet. ibid.

Aug. in hic loc.

Heb. 9.

Ibidem

Euthy. prædicto loco.

Maldonatus in c. 27. Matth.

1. Reg. 1.

& quēad modum moris erat apud Iudæos in luctu veſtem ſcindere in argumentum interni doloris cor ipſum ſcindentis; ita templum moriente Chriſto vitæ auctore inſtar dolentis & logentiu veſtem ſuam a ſummo vſque deorſum ſcidit. Ad quod alludens inſignis Poeta Sedulius, pulchre & eleganter dixit.

Illud ouans templum maioris culmina templi
Procubuiſſe videns, ritu plangentis alumni
Sancta diſciſſo nudauit pectora velo,
Interiora ſui populis arcana futuris
Iam reſeranda docens, quia lex velamine Moyſi
Tecta diu Chriſto nobis veniente pateſcit.

2. Paral. 26. — Amos 1. & Zach. 14. — Ioſeph lib. 9. antiquitatū c. 11. — Orig. tract. 35. in Matth. — Sueton. in Tiberio c. 48. — Auguſt. vel quicumque auctor eſt de mirabil. sacræ Scrip. lib. 2. c. 3. — Phelegon apud Euſebiū Chron. anno Chriſti 31. — Oroſ. lib. 7. ſuæ hiſt. c. 4.

Tertium prodigium fuit terræmotus, præfiguratus quidem in terræmotu, qui contigit tempore Oziæ, ad ſacrilegam eius audaciam retundendam, eum in altari Thymiamatis contra ſacerdotes thurificare attentauit: cuius terræmotus meminerunt Amos, & Zacharias, necnon Ioſephus in ſuis Antiquitatibus. Quamuis autem Origenes contendat terræmotum hunc ſolum fuiſſe Hieroſolymis, nec id reuera aduerſetur ſacro textui; verius tamē videtur, vniuerſalem fuiſſe nam Plinius, & Cornelius Tacitus teſtantur tēpore Tiberij Cæſaris plures ciuitates in Aſia terræmotu corruiſſe, ad quas ſubleuandas Imperator noua tributa impoſuit, vt auctor eſt Suetonius de Tiberio: hos autem terræmotus, qui tempore Tiberij acciderunt, & alios ſimiles, eodem die mortis Chriſti contigiſſe, teſtantur D. Auguſtinus de mirabilibus ſacræ Scripturæ lib. 2. c. 3. & Phelegon, vt refer Euſebius, qui multas ædes in Bithynia Nicænæ vrbis ſubuerſas tradit: eidemque adſtipulatur Oroſius lib. 7. ſuæ hiſtoriæ cap. 4. Per hos autem terræmotus duo præcipue ſignificabantur: tum deteſtandum mortis Chriſti crimen, propter quod Iudæi merebantur a terra abſorberi, vel ædificiorum mole ſuper illos irruente penitus conteri; tum fauorem, & ſingularem gratiam nobis per Chriſtum collatam eſſe: ſolet enim terræmotus Dei benefacientis præſentiam portendere, vt conſtat ex illo Pſalmi:

Pſal. 67. — Matth. 28. — Actis.

Deus cum egredereris in conſpectu populi tui, cum pertranſires in deſerto, terra mota eſt: immo reſurgente Domino, & adueniente Spiritu ſancto: *Terræmotus factus eſt magnus*. Cū ergo Chriſti mors Deum alioquin propter peccata abſentem, per gratiam præſentem eſſe fecit, idcirco ad id celebrandum terræmotus ille præceſſit.

Iſai. 22. — S. Cyrill. catech. 13. — D. Anſel. lib. de Paſſ.

Quartum prodigium fuit petrarum ſciſſio. Sciſſionem hanc, ſicut & veli, prædixerat Iſaiæ oraculum dicentis: *Reuelabitur operimentū Iudæ, & videbitis in die illa armamentarium domus ſaltus, & ſciſſuras ciuitatis Dauid.* D. Cyrillus catecheſ. 13. tradit rupes Golgotha diuiſas fuiſſe, quarum diuiſio vſque in hodiernum diem apparet. D. Anſelmus lib. de Paſſione Domini, teſtatur lapidem, cui ſuperpoſita erat Crux Chriſti Domini, diſruptum tunc fuiſſe; extantque nunc Romæ columnæ marmoreæ ex Hieroſolymis Romam tranſlatæ, & in templo S. Ioannis Lateranenſis collocatæ, quæ per medium præciſæ conſpiciuntur. Cum enim Chriſtus Dominus eſſet, velut lapis ſine manibus abſciſſus, qui totam ſtatuam contererre venerat, non ſolum Hieroſolymis petras ſcidit, ſed & alibi, vt teſtatur D. Hieronymus in cap. 27. Matthæi, & Cardinalis Baronius in ſuis Annalibus anno 34. quibus conſentit vetus traditio de montis Aluerniæ diuiſione in Hetruria, & de promontorio prope litus Campanum Caietæ, & de Terraconenſis Hiſpaniæ monte, qui Monſſerratus dicitur. Hæc petrarum ſciſſio ſignificabat Iudæorum corda duriora quam ſaxa; ſiquidem ipſis nō compatientibus creatori ſuo, illa quomodo poterant ei compatiebantur. Denotabat etiam potentem eſſe Deū de lapidibus gentium ſuſcitare filios Abrahæ, qui obſtinatiſſimis Iudæis benedictionem, & hereditatem præriperent. D. Hilarius ſuper Matthæum iſta confirmans, ait: *Petræ ſciſſæ ſunt, quia omnia valida penetrat Dei Verbum, & non ſolum cor lapideum rumpit, ſed ruptum in carneum commutat, vt ſint iam non dura corniete, ſed omnes docibiles Deo, & quæ erant arida fiant in ſtagna aquarum, & aquas largiſſimas petra ſciſſa emittat.*

Hieron. c. 27. Matth. & epiſt. 150. — Card. Baron. in Annal. anno 34. — Luc 3. — Hilar. ſup. Matth.

Quintum prodigium fuit monumentorum apertio, quam tametſi Cardinalis Baronius in ſuis Annalibus tribuat terræmotui, ſed ſine dubio tamquam ſignum diuerſum, narratur ab Euangeliſtis, ſpecialique Dei prouidentia id factum eſt. Primo (vt ait D. Chryſoſtomus) vt potentia pendentis in Cruce pateſceret, qui ſicut voce illa: *Lazare veni foras*, Lazarum reſuſcitauit, & clamore, quem emiſit in Cruce, monumenta aperuit, & mortuos ſuſcitauit, eadem facilitate potuiſſet ſe a morte præſeruare, eademque ſe ſuſcitare poſſe oſtenderet. Secundo monumentorum apertio, vt ait D. Thomas tertia parte, prænotabat. per mortem Chriſti immortalem vitam nobis dandā. Tertio tandem aperta fuere monuméta certatim, mortuū Chriſti corpus inuitātia, vt ad ea diuertere dignaretur, quaſi vſurpantes verba illa filiorum Heth: *Audi nos domine, Princeps Dei es apud nos*: in *electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum*: illo namque ſuſcepto, mortui eorum ad vitā reſtituēdi erāt, quemadmodum olim ſepultus in Eliſæi monumēto, cum primū illius oſſa tetigit, ad vitam reuocatus fuit. Subdit Euangeliſta: *Et multa corpora Sanctorum qui dormierant, reſurrexerunt.* D. Hieronymus addit: *Vt Dominum oſtenderent reſurgentem.* immo tradit & poſt illum Vincentius in ſuo hiſtoriali, duos Simonis iuſti filios tunc a mortuis ſurrexiſſe, & in ipſo templo præſentibus ſacerdotibus teſtimonium pro Chriſto tuliſſe: atque ex his portentis ortum eſt aliud mirabilius. Nam vt tradit D. Matthæus: *Centurio & qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, glorificantes Deum, & dicentes: Vere hic homo iuſtus filius Dei erat.* Vbi Hieronymus acute dixit: *Ex hoc conſiderandum, quod Centurio in ipſo ſcandalo paſſionis vere Dei Filium confiteatur, & Arrius in Eccleſia prædicet creaturam.* D. Leo ſermone de Paſſione hanc Centurio-

Card. Bar. in Annal. anno 34. — Chryſ. ſup. c. 27. Matth. — Ioan. 11. — S. Th. 3. par. q. 53. ar. 4. ad 3. — 4. Reg. 13. — Matth. 27. — D. Hieron. in Matth. — Vincentius in suo hiſt. — Matth. 27. — D. Hieron. — D. Leo ſer. de Paſſ.

Digitized by Google

turionis confeſſionem contemplans, in hæc, vt ſolet, elegantiſſima verba, & pietate plena prorupit: *Exemplo igitur Centurianis contremiſcat in redemptianis ſuæ ſupplicia terrena ſubſtantia; rumpantur infidelium mentium petræ, & qui mortalitatis grauabantur ſepulchris, diſcuſſa obſtaculorum mora proſileant: appareant nunc in ciuitate ſancta, id eſt Eccleſia Dei, futuræ reſurrectionis inditia, & quod credendum eſt in corporibus, fiat in cordibus: ſiquidem Centurionis repentina mutatio Gentilis populi conuerſionem in Deum præſignauit, & ſingulorum.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XIIII.

Referuntur varia alia prodigia ab Euangeliſtis non enarrata, quæ tamen a grauiſsimis Doctoribus commemorantur in die obitus Chriſti Domini contigiſſe.

INTER hæc portenta, quæ ex varia Doctorum lectione hoc loco mihi adſcribenda ſunt, primum locum teneat illud, quod Euſebius ex Plutarcho his verbis cômemorat: *De morte dæmonum audiui ego ab Aemiliano viro prudente ſimul atque modeſto, quem credo multos veſtrum cognouiſſe, quod cum in Italiam pater ſuus nauigaret, circa inſulas, quas Echinadas appellant, flatu ventorum deficiente, noctu prope Paxas deueniſſe; cumque omnes pene, qui ſimul nauigabant, attentiores vigilarent; repente a Paxis inſula vocem magnam auditam fuiſſe, qua Thramnus quidam vocabatur: quæ vox nouitate rei omnes magna perculit miraculo. Thramnus enim ille, qui vocabatur, homo erat Aegyptius, eius ipſius nauis gubernator, qui hic vocatus nihil reſpondit. Tertio vero vocatus, morem geſſit vocanti, atque reſpondit. Illum vero multo maiore voce ſic exclamaſſe: quando iuxta paludem fueris, annuncia tunc, Pan magnum mortuum eſſe. Qua re audita, magna, dicebat Epitherſes (ſic enim Aemiliani pater vocabatur) omnes terrore perculſos fuiſſe. Cumque dubitarent, vtrum obtemperandum eſſet voci illi, an non: hoc Thramni conſilium ab omnibus approbatum eſt, ſi ſecundi quidem ſpirarent venti nihil eſſe dicendum; ſin vero tranquillitas maris eſſet, & ventorum flatus, cum eo loco eſſent, omnino deficeret, non eſſe reticenda, quæ audiuere. Cum igitur iuxta paludem eſſent, quia nullus eſſet flatus ventorum, tunc Thramnum in mare pronum reſpicientem magna voce dixiſſe, quæ audiuit: Magnus Pan mortuus eſt. Qua re nunciata, magnus multarum gemitus, immo vero innumerabilium miraculo quodam commixtus ſubito auditus fuerat. Et quoniam multi fuerant, qui ea in naui nauigabant, cito ac facile cũ Romam veniſſent, huiuſmodi rei rumores vniuerſam Vrbem repleuere, & a Tiberio Cæſare, qui tunc gubernacula Reipublicæ gerebat, Thramnum accerſitũ fuiſſe. Cui rei tantam fidem Tiberius præbuit, ut Philoſophis, qui tunc Romæ reperti erant, accitis, diligenter, quiſnam eſſet ille Pan, ac curioſe ſcrutaretur. Omnes autem illos quibuſdam in idem conueniſſe coniecturis. ac dixiſſe, de illo ſibi videri nunciatum fuiſſe, qui a Mercurio, & Pelope natus fuit. Cum hæc de morte Panis Philippus dixiſſet: nonnulli eorum, qui aderant, eadem ipſa ab Aemiliano ſene audiuiſſe ſe teſtabantur.* hactenus ille. Quidam auctores nullum in hoc reperientes myſterium ad gloriam Chriſti Domini ſpectans, cenſent ſermonem ibi fuiſſe de falſo illo Deo Pan nominato, quorum ſententia licet vera eſſet, multum ſane per omnem modum ad Chriſti Domini in Cruce morientis gloriam pertinet, quod mors eius falſos Deos interficeret, iuxta oraculum Sophoniæ: *Attenuabit omnes Deos terræ.* Vnde Plutarchus in tractatu de oraculis, ait a tempore mortis Chriſti Domini dæmonum oracula ceſſaſſe, quia *Moriens multos falſos Deos enecauit*, inter quos connumerandus venit Pan ille, qui mortuus acclamabatur, cuius mortẽ reliqui dæmones vlulabant. Verũ alij, quorũ ſententiæ ſubſcribo, eique adſtipulatur Cardinalis Baronius, arbitrantur per Pan, vel vt alij dicunt, Pana Chriſtum Dominum intelligendum, cuius mortem vt ſuam ipſorum cladem luxerunt dæmones, qui adhuc ipſo viuente, ſæpe lamentabantur ab illo torqueri: *Ieſu fili Dauid, vt quid veniſti perdere nos?* idque rationi valde conſentaneum cenſeo. Nã vt recte obſeruauit Iacobus Gretſerus in aureo illo libro de Cruce, ſi Pan homo erat, longe ante illa ſecula obierat; ſi vero dæmon, non moriebatur, cum ſpiritualis, & intellectualis creatura morti non ſubiaceat. Reſtat ergo portẽtum illud de Chriſto Domino fore intelligendum, maxime quod nomen Pan recte illi conuenit, qui de ſe ipſo dixit: *Ego ſum panis, qui de cœlo deſcendi*, immo ſi formam, ſub qua decepta illa gentilitas Deum Panem depingebat, & alia quæ de ipſo falſo prædicabat, attentius contemplemur, facile omnia Chriſto Domino, vere ac recte adaptari comperiemus. In primis Pan Græce interpretatur, *totum*, eoque nomine illum cohoneſtabant, quia falſo arbitrabantur totius naturæ Deum eſſe: alij Deum Paſtorum illum fingebant, vnde Virgilius cecinit:

Pan primus calamos cera coniungere plures
Inſtituit, Pan curat oues, ouiumq; magiſtros.

Hæc quam bene Chriſto congruant Creatori cæli & terræ, vt mortis portenta oſtentarunt, & ſupremo omnium Paſtori, qui de ſe ipſo dixit: *Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oues meas*, nemo ſanæ mentis inficias ibit. Forma vero, ſub qua illum depingebat, hæc erat: cornibus in fronte,

vultu

Euſeb. lib. 5. de Præpar. Euang. c. 9

Soph. c. 2. Plutarch. lib. de orac.

Baron. in Annalib. tom. 1.

Luc. 4.

Iacob. Gretſer. de Cruce tom. 1. lib. 1. c. 13.

Ioa. 6.

Virg. in 2 eclog.

vultu ardenti velut igne, pallio ſtellis pleno coopertus. Secundum partem inferiorem animalis figuram portendebat, in manu organum geſtabat. Cornua lunam ſignificabăt, quia quandoque cornuta apparet; vultus ardens radiantē ſolem, pallium ſtellatum cęlos, inferior pars animalis terram, organum in manu harmoniam & miram conſonantiam inter ſuperiora & inferiora denotabat. At altius & ſublimius hæc conſiderans, in imagine illa Dei Panis Chriſtū Dominum contemplor; cornua enim in fronte reuocăt in memoriam Chriſtum Dominum vnicornem a Dauide vocatum: *Aedificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum*: ſicut enim, vt Incognitus annotauit, vnicornis non patitur reliqua animalia ad ſuum cubile accedere; ita Chriſtus Dominus non permittit hæreticos, ſpurciſſima monſtra, Eccleſiæ ſuæ catholicæ cubile deturpare, ſed a fidelium communione illos præcidit. Vultus ardens memores nos reddit eius, quod dixit Moyſes: *Deus noſter ignis conſumens eſt*. Inferior pars animalis, cum tamen ſuperior intellectualem naturam portenderet, duplicem Chriſti naturam, diuinam, & humanam, illam ſuperiorem, hanc inferiorem, ob oculos ponit. Organum, quod in manu geſtabat, bene temperatam carnem Chriſti, organum diuinitatis a Theologis appellatā, ſignificat, qua mediante ſuauis ſuæ doctrinæ cōcentu in mortalium animis miros ſui amores excitauit.

Pſal. 77. Incognit. ſup. Pſ. 77.

Deut. 4.

Secundum prodigium & valde ſingulare memoriæ proditum reperio apud plures & graues Doctores: illud enim referunt Lucianus Antiochēſis presbyter, Adricomius, Breidēbacchius, Agrippinas, Euſebius Cæſarienſis: ab his omnibus vnanimi conſenſu traditur, in petroſo Caluariæ monte in eo loco, qui ſiniſtræ manui Chriſti in Cruce extenſi ſubſidet, cum Chriſtus animam Patri tradidit, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, tunc etiam excauatam eſſe ſciſſuram quandam, & foramen quoddam magnum, cuius latitudo tanta erat, vt hominem capere facile poſſet, profunditas immenſa adeo, vt demiſſa bolide explorari non queat, nec perpendiculo ſubſidens locus, adeo vt foramen illud ad inferos vſque dilatari dicatur, vt myſterio locus pateat: vt enim latroni, qui a dextris erat, locū aperuit, quo ad cælum vſque eueheretur; ita impio latroni a ſiniſtris pendenti, & omnibus qui eius impietatem ſequuntur, locum ad inferos vſque effoſſum patere fecit. Sanguis nāque Chriſti, qui iuſtis auctor eſt gloriæ, impijs confuſionis acerbiorisque pœnæ exiſtit cauſa. Cōfirmat hoc prodigium Hieroſolymis locus, & Golgothana rupes, ſub patibuli onere diſrupta.

Lucian. Antiochen. oratione ratio. redden. cathol. relig. Adricom. in deſcriptione Hieruſ. num. 252. Breidembacchius in deſcrip. Terra ſancta ſub die 22. Iulij. Agrippin. in Theat. præcipuar. vrbium totius mundi itinere 4. Euſeb. Cæſarien. lib. 9. hiſt. Eccleſ. cap. 6.

Tertium prodigium refert D. Ephrem, aſſerēs columbam ea templo viſam fuiſſe tunc euolare, ſic enim ait: *Spiritus ipſe ſanctus conſpiciens dilectum Filium Patris in ligno Crucis pendentem, rupto mundiſſimo illo templi velo, quod a ſurſum erat vſque deorſum, in ſpecie columba continuo de templo exiuit*, itaque egreſſus ille columbæ de templo Iudæos Spiritus ſancti gratia deſtitui ſignificabat, iuxta illud Threnorum: *Egreſſus eſt a filia Sion omnis decor eius*, quia peccauerunt Domino decori, id eſt Chriſto, qui eſt decor, pulchritudo, ſplendor Patris, & figura ſubſtantiæ eius.

S. Ephrem ſerm. de Paſſ.

Thren. 1.

Heb. 1.

Quartum prodigium lego apud D. Hieronymum, & Euſebium, qui tradit auditam tūc eſſe a templi cuſtodibus hanc vocem: *Tranſeamus ex his ædibus*, ad denotandum proculdubio, prædicatores, & cuſtodes Eccleſiæ Dei a Iudæis ad gentes poſt Chriſti mortem tranſiſſe, atque adeo & ſacerdotium omne, legem veram, & incorruptam ſcripturam, & quidquid ad ſanctitatem domus Dei pertineret, vt iam tunc impleretur oraculum Iſaiæ: *Ecce derelinquetur domus veſtra deſerta, vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas, quæ vaſtatur.*

D. Hieron. ſup. Matth. Euſeb. in chron.

Iſa. 1.

Vltimum prodigium, quod in morte Chriſti accidit, fuit Satanæ inuerecunda audacia, qui cum a Chriſto Domino toties deuictus fuiſſet, non eſt veritus tempore mortis eius ſuper brachium Crucis adeſſe, vt conſideraret, an aliquid peccati in eo inuenire poſſet: at vt Chriſtus Dominus prædixerat: *Venit Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam*. Hoc Satanæ turpiſſimum impudentiæ portentum docuit me D. Gregorius, qui homil. 39. verſans præcitata verba, ait: *Cogitandum nobis, quam rabidus, quam terribilis ſua in nobis opera requirens in die noſtri exitus Princeps huius mundi veniet, ſi etiam ad Deum carne morientem venit, et in illo aliquid quæſiuit, in quo ſuum inuenire nihil potuit*. Subſcribit eidem ſententiæ venerabilis Beda in hęc verba: *Exiuit Tobias, vt lauaret pedes ſuos ad fluuium Tygrim, & ecce piſcis immanis exiuit ad deuorandum eum: & Domino paſſo in Cruce, venit Diabolus, qui eum crucifigi docuerat, quærens, ſi quid forte in eius anima ſceleris inueniret*. hęc D. Gregorius. Quibus conſonant, quę tradit Euſebius lib. 10. de demonſtratione Euangelica in hęc verba: *Cum adhuc Chriſti corpus in ligno eſſet ſuſpenſum, circa hunc aerem verſantes incorporeæ poteſtates, circum ipſum, quaſi crudiuora aues & feræ aduoluebantur, & ad mortuum cito futurum corpus ipſius vndique confluebant dæmones circum terram in aere volitantes*. Atque hęc de prodigijs in honorem Chriſti factis, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſęcula ſęculorum. Amen.

Ioan. 14.

Greg. hom. 39.

Tob. 6. Beda expoſitione alleg. in Tob. tom. 4.

Euſeb. de demonſtrat. Euang. demonſtr. 5.

Digitized by Google

Homilia XV.

De matrimonio, quod diuinus Spōſus Chriſtus Dominus in lecto Crucis cum Eccleſia catholica eius Sponſa conſummauit, in illa verba Dauidica: Eructauit cor meum verbum bonum, cum reliquis illius Pſalmi, quæ de Chriſti morte, iuxta grauiſſimorum Patrum ſententiā pulchre explicantur. [Pſal. 44.]

Elucidatur titulus huius Pſalmi, & argumentum eius.

CVM Chriſtus Dominus Sponſus ſanguinolentus ſit iuxta illud, quod in figura eius dictum fuerat: *Sponſus ſanguinum tu mihi es*: [Exod. 4.] nemo (queſo) miretur, ſi Chriſtum in Cruce pendentem, ſanguinis profluuio cruentatum, tamquam ſponſum matrimonium ibi cum dilecta Sponſa ſua Eccleſia Romana celebraſſe, & conſummaſſe probare annitar. Quia tamen, vt acute obſeruauit D. Hieronymus in præfatione Pſalmorum, [Hieron. in præfat. pſal.] titulus cuiuſcumque Pſalmi habet ſe, velut clauis ad reſeranda, quę in eo clauſa latent: & D. Auguſtinus in commentario Pſalmi quinquageſimi octaui inquit, [D. Aug. in com. ps. 58.] Pſalmorum titulos eſſe velut tabellas, quæ ante portam in officinia pendent, breui ſermone comprehendentes ea, quæ ibi venduntur: vel certe Pſalmorum tituli ſe habent velut epiſtolarum inſcriptiones, quæ eum, ad quem dirigantur, indicant: ideo quia tituli Pſalmorum ad hæc omnia deſeruiunt, oportet prius quam Pſalmum, eius titulum elucidare, [Vide I ps. 44.] cuius verba hæc ſunt: *In finem pro his, qui commutabuntur, filijs Core ad intellectū, canticum pro dilecto.* Singula iſthæc verba myſterijs ſcatent, & ideo ſingula paulatim exponenda ſunt. *In finem*, ait Latinus Interpres, quo etiam modo verterūt ſeptuaginta Interpretes; D. Hieronymus legit: [D. Hieron. sup ps. 44. Symach. Aquil. & Theodotion ibidem. Felix Praten. Ibid. Rabbi Dauid ibidem.] *Ad victoriam*, vel, *victori*; Symmachus, Aquila, & Theodotion, *victoriæ auctori*; Felix Pratenſis, *vbique vincenti*, vel *danti æternitatem*, vel, *effundenti ſanguinem*; Rabbi Dauid doctiſſimus Hebræus tranſtulit: *Prædito arte canendi*, vel, *pulſandi*. Nos tamen vulgatam, & ſeptuaginta Interpretum lectionem retinentes, [Vulg. & 70. interp. translat.] aſſerimus verbum illud: *In finem*, cum in titulo Pſalmi apponitur, ſignificare id, quod in eo pertractatur, ad Chriſtum Dominum pertinere, quē Paulus vocauit: *finem ſæculorum*, vt annotarunt Patres Græci cum Theodoreto, & quamplurimi Latini cum Hieronymo, Auguſtino, Remigio, & Caſſiodoro. [1. Cor. 10. Theod. Hieron. August. Remig. Caſſiod.] Atque hoc modo in præſenti lectio hæc noſtræ vulgatæ reliquas omnes ſupradictas verſiones complectitur. Nam ſi Chriſtus finis eſt: *Finis quidem legis*, vt ait Paulus ad Romanos, [Rom. 10.] & finis, propter quem omnia procreata ſunt, vt ait idem Paulus: *Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt*: [Coloſ. 1.] ſane ipſe erit cuiuſcumque victoriæ auctor; ipſe, qui ſanguine ſuo vim, & fortitudinem ad vincendum præbet; ipſe, qui victori in victoriæ præmium æternitatem dat: ipſe tandem, qui choro canentium diuinas laudes, ob beneficia accepta Deo velut præcipuus canendi magiſter præeſt. Addit etiam titulus: *Pro his, qui commutabuntur*: Alij vertunt: *Pro floribus, pro roſis, pro lilijs*, quia in Originali verbum Hebræum eſt, quod lilia ſignificat, & quia flores, roſæ, & lilia facile marceſcunt, & mutantur, ideo ſeptuaginta Interpretes verterunt: *pro his, qui commutabuntur*. Verum duo omnino explicare oportet, de quibuſnā hominibus hic loquatur, & quorſum illos flores, & mutabiles vocitet. D. Baſilius reſpondet ſermonem eſſe de omnibus hominibus, [D. Baſil. sup. ps. 44.] quia pro omnibus Chriſtus mortuus eſt, & quia omnes velut flores mutabilitati ſubiecti ſunt, immo nihil homine mutabilius videtur eſſe. Mouentur quidem cæli, ſed proprium locum numquam deſerunt: mutatur quidem luna, ſed a cælo, in quo eſt, numquam diſcedit: mare numquam quieſcit, ſed terminos, & limites a Deo pręfixos numquam tranſilit: animalia licet diuerſimode mutentur, naturales vero propenſiones, & inſtinctus ſemper firmos, & ſtabiles conſeruant. homo tamen omnia hæc mutabilitate ſuperat. Mutabilior eſt cælis, ſiquidem a proprio centro, quod Deus eſt, ſæpe diſcedit: mutabilior eſt luna, quæ non ita facile rubeſcit, ac nigreſcit, ac ipſe a rubore charitatis, ad peccati nigredinem ſe transfert: mutabilior eſt tempeſtuoſo mari, cum legis terminos, diuinarumque ſanctionum limites non ſemel transgrediatur. Vnde Hebræi, vt quidam moderni interpretes annotarūt, [Forer. in Isa. 38.] vniuerſam hominis vitam vocarunt, *Dor*, quod reuolutionem, ſeu circularem motum ſignificat. Hinc eſt, quod Iob humanam vitam [Iob. 7.] telæ, quę a textore facile ſucciditur, comparauit, vel, vt alij ibi verterunt: *Comparauerunt illam textoris pano, qui velociſſimo motu inter telæ fila pertranſit ad illam contexendam*. Verum ſeptuaginta Interpretes eo loco vitam noſtram labili verbo vocali, cuius totum eſſe in tranſitu conſiſtit, & nihil eius permanet, humanam vitam compararunt. Qua etiam comparatione vſus fuit Dauid: nam vbi noſtra vulgata legit: *Anni* [Pſal. 89.] *noſtri ſicut aranea meditabuntur*, Originale Hebræum habet: *Anni noſtri ſicut verbum æſtimabuntur*: Vnde diuus Hieronymus tranſtulit: *Conſumimus* [D. Hieron.]

ſumimus

ſumimus dies noſtros inſtar loquentis verbum.
Quæ comparatio præcedentes omnes excedit,
cum verbum nihil prorſus firmitatis habeat.
Iob. c. 9. Ex quo quamuis ipſe Iob velociſſimo curſori,
qui nec ad victum ſumendum quieſcit, velociſ-
ſimæque naui poma portanti, cui nullibi ſacere
moram licet, ne poma putreſcant (vnde qui-
dam vertunt: *Similes nauibus feſtinantibus*; alij,
ſimiles nauibus voluntatis, hoc eſt, quarum ve-
locitas tanta eſt, vt nautæ deſiderium, & volun-
tatem expleat. Et licet etiam velocitatem hu-
manæ vitæ velociſſimo aquilæ motui, quando
famelica ad prædam ſe demittit, comparat, quæ
adeo præexcellens eſt, vt ad ſignificandam ſum-
mam motus alicuius celeritatem aquilæ velo-
citatem non ſemel ſacra Scriptura vſurpet:
2. Reg. 1. laudãs enim Ionathę velocitatem, & patris eius
Hierem. 4. Saul in perſequendis inimicis, vocauit illos
aquilis velociores: & Hieremias velocitatem
equorum, qui apud Chaldæos erant, deſcribens,
velociores aquilis eos vocitat) nulla tamen
illarum comparationum verbi vocalis egregiam
ſimilitudinem non ſolum ſuperat, ſed neque
æquat. alias nihilominus Dauidis ſubijciamus.
Pſal. 89. Pſalmo enim 89. comparat velocitatem huma-
næ naturæ excubitori, ſeu ſpeculatori. vbi tamen
noſtra vulgata legit, *& cuſtodia* in nocte, *quæ
pro nihilo habentur, eorum anni erunt*, alij ver-
tunt ex Hebræo: *Eorum anni ſicut diluuium*,
aut fluminis torrens, aut ſicut ſomnus: alij trans-
Pſal. 38. ferunt: *Bulla eorum anni erunt*. In Pſalmo deinde
38. imagini apparenti illam comparat: *Verum-
tamen in imagine pertranſit homo*: Originale He-
Orig. Hebr. Campens. ſup. pſal. 38 pſal. 89. bræum habet: *Tranſit velut vmbra*: Campenſis
vertit: *Fert homo ſecum vitam imaginariam*. Illam
etiam comparat flori: *Mane floreat, & tranſeat, ve-
ſpere induret, & areſcat*. vbi Propheta videtur al-
Ariſt. lib. 5 de hiſtor. anim. ludere ad animalia illa, quæ refert Ariſtoteles
de hiſtoria animalium, quorum natura labilis
adeo eſt, vt mane orti, meridie incremen-
tum, veſperi ſenectutem habeant, ac tandem in-
tra quatuor ſuper viginti horas intereant ab eo-
rum ortu. vnde dicti ſunt piſces *Himeridiones*,
vel, *Ephimeri*, quia ſolum vnius diei vitam viuũt.
Ac tandem ſi liberum hominis arbitrium intro-
ſpiciamus, tanta in eo regnat mutabilitas, vt
nunc triſtetur, nunc hilareſcat, nunc amet, nunc
odiat, nunc hoc approbet, nũc illud idẽ reprobet,
nũc deuotus, nunc indeuotus, nunc pius, nũc im-
Iob. 14. pius exiſtat, & vt vno verbo dixit Iob. 14. *Nũquã
in eodem ſtatu permanet*. Alij prædicta uerba: *Pro
Athan. Cyrill. Hieron. Heſych. Eugub. his, qui commutabuntur*, cum diuo Athanaſio,
Cyrillo, Hieronymo, Heſychio, & Eugubino, in-
telligenda eſſe docent de ſolis prædeſtinatis,
qui ex mortali, & caduca ad immortalem, & glo-
rioſam uitam in extrema reſurrectione commu-
1. Cor. 15. tandi ſunt, de qua locutus eſt D. Paulus cum di-
xit: *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes im-
mutabimur*. Apteque ſatis prædeſtinati in illa
mutatione comparantur lilijs candidis, quorum
hæc eſt natura, ut hiemali tempore ſub terra
deliteſcentia ſe conſeruent, adueniente tamen
æſtate in ſpicam, pulchroſque flores erumpant.

Non diſſimiliter prædeſtinati in hieme huius
mortalis vitæ ſub terra humilitatis ſuæ abſcon-
diti, nullumque ſplendorem honoris præſeferen-
tes: *Quorum vitam æſtimabamus inſaniam, & finem* Sap. 5.
illorum ſine honore, poſteà florido reſurrectionis
tempore aduentantẽ, gloria, & honore fulgẽtes,
ac rutilantes in conſpectu omnium prodibunt.
Hanc interpretationem vt veriorem, & noſtro
argumento magis accommodatam eligo: nam
vere Eccleſia, cũ qua Chriſtus Dominus in Cru-
ce nuptias celebrat, ex prædeſtinatis præcipue
componitur. Hi enim ſunt proprijſſime lilia, ma-
terna Eccleſiæ viſcera vallantia, ut Sponſus dixit:
Venter tuus aceruus tritici vallatus lilijs. Sunt etiã Cant. 7.
lilia primo, quia ut ait Pierius Valerianus, lilia Pier. Valer.
pulchritudinis & felicitatis ſymbola olim exti-
tere: unde ciuitas illa, in qua Perſarum Reges hi-
berno tempore, ut ab hiemis inclementia pro-
tegerentur, habitare conſueuerant, uocabatur
Suſa, quod in lingua Perſica lilium interpreta-
tur. Conſtat autem prædeſtinatos pulchritudi-
nis, & felicitatis inter omnia pulchra, & felicia
primas tenere. Secundo, quia, ut obſeruauit
diuus Hieronymus aduerſus Iouinianum, cuius D. Hieron. aduerſ. Iouinian.
etiam meminit Propertius Poeta, lilia uirginita-
tem denotant, & puritatem, quæ in prædeſtina- Proper. Poet.
tis præfulget: quia ab infidelitatis corruptio-
ne immunes, & cælo ipſo puriores puriſſimum
Agnum comitantur, unde Sponſa dixit: *Qui
paſcitur inter lilia*, ex quo Eccleſia catholica
canit: *Qui paſcis inter lilia*. Adeoque lilia purita-
tem redolent, ut Plinius referat libro octauo ſuæ Plin. lib. 8. c. 51.
hiſtoriæ, in uniuerſa Arabia ſues immundiſſima
animalia ea ratione non inueniri, quod ſuauiſſi-
mis floribus, & candidiſſimis lilijs abundet. Ter-
tio merito prædeſtinati cum Chriſto regnaturi,
lilia uocantur: quia lilia imperij & regni ſym-
bola etiam ſunt. Flos enim liliorum quãdo aper-
tus eſt, regiæ coronæ figuram præſefert. Quod ſi
ad cærulea lilia ſermonem conuertamus, non
incongrue prædeſtinati lilia dicentur, quia
ut Homerus finxit, oratores Troiani lilijs ue-
ſcebantur cæruleis, ut elegantius loquerentur:
& niſi mea me fallit opinio, fundamentum huius
fictionis arbitror fuiſſe, quod, ut medici teſtan-
tur, cæruleum lilium ori graueolenti medetur, &
halitum ſuauem, & gratum reddit. Lilia ergo ſũt
prædeſtinati: tum quia in diuinis laudibus de-
cantandis eloquentiſſimi; tum quia ab inordina-
ta, & proximi noxia loquela linguam coercent.
Deinde ait titulus: *Filius Core*. D. Chryſoſtomus
in præfatione Pſalmorum ait, hos filios Core di-
ſertiſſimos fuiſſe quoſdã muſicos, quos regius
Vates Dauid Pſalmorum auctor ad pulſandũ, &
canendum ante tabernaculum elegerat, quorum
ſinguli præſidebant ſingulis canẽtium choris, ut
habetur 2. Paralipomenon. Vnde uerba illa, quæ 1. Paral. 16. & 25.
in titulis Pſalmorum inueniuntur: *Aſaph Idithũ,
Eman Ezraita*, nomina ſunt illorum cantorum. Id
tamen, utpote noſtro argumẽto de Chriſti mor-
te mirum in modum conſentaneum ſilentio mi-
nime præteribo, nimirum tres inſignes Patres, D. Hieron. ſup pr. 44.
Hieronymũ, Auguſtinum, & Cyprianum in cõ- Aug. ibid. Cypr. ibid.

Digitized by Google

mentario huius tituli dixiſſe, quod cum Core ſignificet caluariam, per filios Core allegoriee intelligi debere filios Caluariæ, hoc eſt, filios Chriſti crucifixi in monte Caluariæ. Obſeruare etiã oportet, vt nõ pauci Hebræi obſeruarunt, immo

Hieron. in pſal. 41. Cypr. ſer. de Reſurr. Orig. hom. vna in lib. Reg.

& D. Hieronymus, Cyprianus, & Origenes annotarunt, filijs Core eos Pſalmos ſolum a Dauide commiſſos canendos, qui lætitiam, & alacritatem narratæ hiſtoriæ ſecum afferrent. Vnde infero, quod cum Pſalmus iſte nuptias Chriſti Domini cum dilecta Sponſa ſua Eccleſia catholica contineat, quæ omnis alacritatis, & lætitiæ, etiam qua beati perfruuntur, fons, & origo fuerunt, ideo huius Pſalmi concẽtus filijs Core cõmiſſus fuit. Subiungit præterea titulus; *Ad intellectum*: Originale Hebræum habet, *doctrinam*, vel, *ſapientiam*. Chaldæus interpres vertit, *intelligentia bona*: alij legunt, *ſermo clarus, elegans, eruditus*.

Orig. Heb. & interp. chal.

Rabbi Salom. ſup pſal. 44. Didimus Alexandr. & Heſych. in catena Græca.

Vnde Rabbi Salomon vocat hunc Pſalmum inſigne oraculum, ſapientiam profundam, doctrinã excelsã. Didymus Alexãdrinus, & Heſychius referunt verbũ iſtud, *ad intellectum*, ad illos, qui cõmutabuntur, vt habet principium tituli huius Pſalmi, quos tunc aiunt intellecturos ſacramenta huius Pſalmi, quando illa crediderint, quia, vt dixit Iſaias ſecundum ſeptuaginta Interpretum verſionem: *Niſi credideritis non intelligetis*. Vnde

Iſai. 7.

ſicut non expedit ferrum candens, & ignitũ manu tãgere, ne alioquin illã comburat, ſed forcipe eſt tenẽda, atque verſãda ferri materies; ita Chriſti Domini humanitatẽ in Crucem acti, per diuinitatis conſortium deificatam, nõ ratione nuda, ſed forcipe fidei proreƈta attingere debemus, pariterque cum Dauide clamare: *Emitte lucem tuã, & veritatem tuam, ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum*, id eſt in Caluariæ locum, vt varia, quæ in morte latẽt ſacramenta, contemplari, & elucidare valeam. Addit, *Canticũ pro dilecto*, quę ſunt vltima verba tituli. Quidam iuxta Originale Hebræum vertunt: *Canticum dilectionum*, alij, *canticum amorum*. Hieronymus, *cãticum amantiſſimum*: quæ omnes verſiones ſatis noſtro argumento congruunt, cum inter nuptias non alii, quam amoris cantus inſonent. Vulgatæ tamen noſtræ inhærentes lectioni, quæ legit: *Canticum pro dilecto*, oportet explicare, quis iſte dilectus.

Pſal. 42.

S. Cyrill. in catena Græca. Athan. in comm huius Pſ. contra Arrianos. Hieron. ad Prin. Aug. his aduerſus Iudaos. c. 4. Orig. lib. 1. contra Celſum Matth. 17. Cant. 4. 5. 5. & 8. 2. Cor. 5.

S. Cyrillus nomine dilecti intelligit populũ electum, gentem ſanctam, ſanguine Chriſti redẽptam. D. Athanaſius, Hieronymus, Auguſtinus, & Origenes concedunt dilectum hunc eſſe Chriſtum Dominum, Patris voce cælitus intonante: *Hic eſt Filius meus dilectus*. & ſponſa millies repetente dilecti nomen: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum: dilectus meus candidus, & rubicundus: fuge dilecti mi*. Inter alia multa, propter quæ Chriſtus Dominus meretur ſuper omnia nobis dilect⁹ eſſe, & nominari illud vehemẽter nos vrgere debet, vt D. Paulus, loquitur: *Charitas Chriſti vrget nos*, quod amor eius erga nos ita præexcellẽs fuerit, vt dũ grauiſſima peccata contra Maieſtatẽ eius cõmittere non veremur, ipſe præ amoris magnitudine ſola ſua infinita bonitate impulſus munificentiſſima beneficia nobis conferat: cuius amoris, & bonitatis magnitudinem quia nõ bene nouerunt Moyſes, & Aaron acriter puniti fuere. Refert namque ſacra Scriptura, quod cum *Num. 20.*

populus Iſrael in deſerto verſaretur, deficientibus aquis ad bibendum, populus duræ ceruicis obmurmurare cœpit de Deo, & Moyſe; ipſe autẽ rem cum Deo conſulens, Dominus ei, & Aaroni præcepit, vt populo præſente a petra aquas educerent. Tunc Moyſes Deo obediẽs percuſſit portentoſa illa ſua virga petram, ſed neque vnica aquæ gutta erupit; percuſſit iterum eandem, & continuo velut fons ſcaturiuit. tunc Deus iratus contra Moyſem, & Aaron, minatus eſt eis futurũ ſupplicium. Variæ ſunt inter Doctores ſentẽtiæ, quodnã fuerit Moyſis & Aaronis peccatũ, quod diuinam iram prouocauerit. Quidam enim cum D. Auguſtino aiunt peccatum eorum fuiſſe, quod *Aug. in pſ. 105. lib. 16. con. Fauſt.*

dubitarent, an petra percuſſa aquas largiretur, cum ſaxi percuſſio non aquam, ſed ignem elicere ſoleat. Difficilis tamen creditu eſt hæc ſententia, quia iam experti fuerant ſimile miraculum in petra Oreb, ex qua eadem virga percuſſa duodecim vberrimi fontes frigidiſsimę aquę eruperãt. *Exod. 17.*

Magiſtri quidam Hebræi, quos ſequuntur Gregorius Nyſſenus, & Lyra in hunc locum, aſſerunt inobedientiam fuiſſe peccatum eorum, quia Dominus dixerat eis: *Loquimini ad petram*, ipſi vero illã percuſſerũt. Sed nec hęc intelligentia videtur ſatis firma: nam ſi prima vice, quia percuſſerunt, & non locuti fuere, aquam non hauſerunt, etiam ſecunda vice idem repetentes illam non haurirent, maxime quod Deo dicente, quod loquerentur ad petram, non prohibebat illam percutere, ſed potius, quod percuſsioni verba adiungerent, quæ ſacer textus reticet. Quare exiſtimauerim apte ſatis hoc loco dici poſſe de omnipotentia Dei, quam tot portentis experti fuerant, minime dubitaſſe, ſed totã dubitationẽ eorum fuiſſe circa diuinã, & immenſam Dei bonitatẽ, quod ſibi perſuadere nõ poſſent, quod eodem prorſus tẽpore, quo multis, & grauiſsimis ſceleribus ab ingrato illo populo offendebatur, ad eius ſitim extinguẽdã miracula ediditurus eſſet. At que hãc eſſe germanã intelligẽtiam ex verbis, quæ Dñs eis dixit, non obſcure colligitur: *Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, &c.* In eo autem valde ſanctificabatur Deus, quod contradicente populo illo ſuis peccatis Dei volũtati, adeo immenſa eius bonitas ſe oſtentaret, vt beneficia eis conferre non dubitaret. Vnde continuo ſacer textus addit: *Hæc eſt aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filii Iſrael contra Dominum, & ſanctificatus eſt in eis*, id eſt, contradicente populo ſuis ſceleribus Dei voluntati, & Deo illi benefaciente, & eorum ſitim miraculoſe extinguente, immenſa eius bonitas cognita fuit; in quo valde ſanctificabatur Deus. Ad rẽ noſtram ergo redeũtes, ea potiſſimũ ratione inter alias Chriſtus Dñs ſup omnia dilectus nobis eſſe debet, q adhuc eũ inimici eſſemus, & eũ demereremur eius nuptias, eũ Eccleſia nihilo feci⁹ eas in thalamo Crucis celebrauit.

Greg. Nyſ. & Lyra ſup. c. 20. Num. Num. 20.

Ibidem.

Ibidem.

Titulo iã huius celeberrimi Pſalmi elucidato, ſingulas eius ſententias multis myſteriis grauidas

das expicare exordiamur. Antequam tamen huic expoſitioni calamum admoueam, oportet obſeruare Pſalmum hunc epithalamium vocari, ſicut & Canticum canticorum, Hieronymus, Auguſtinus, & Origenes vocarunt. Et merito quidẽ: nam argumentum eius ad eũ ſcopum tendit, vt nuptias inter Chriſtum, & Eccleſiã decantet, & egregias animi, & corporis dotes vtriuſque Sponſi palam omnibus faciat.

Hieron. ad Paul. c. 9. Aug. lib. 6. de Ciuit. c. 10. Orig. in Cãt.

Ad id enim vetus olim fuit conſuetudo, vt cum nuptiæ celebrarẽtur, elegantiſſimi hymni in nubentiũ laudẽ decantarẽtur, immo & Deo Hymenæo varia laudum cantica antiqui offerebant, quæ propterea hymni vocabantur, vel hymenæi cantus, vt teſtatur comicus Poeta Terentius in Adelphis. Quod vt melius intelligamus, & quia res noſtro argumento accommodatiſſima eſt, diui Auguſtini conſilio acquieſcens, qui libro ſecundo de doctrina Chriſtiana monet, veritates, quas multis falſis intermiſcent Ethnici, tamquam ab iniuſtis poſſeſſoribus auferendas eſſe, & rebus ſacris accommodandas, placet commemorare, quomodo antiqui Hymenæum, quem tamquam nuptiarum Deum colebant, depingerent.

Terentius in Adelph. D. Aug. lib. 2. de doctr. christ.

Iuuenem illum fingebant pulchrum, corona ex ſuauiſſimis floribus contexta redimitum, in manu dextera lucernam accenſam tenentem, in ſiniſtra vero velum ſericum pallidi coloris, ab antiquis flammeum vocatum, quia flaminum vxores illo caput ornabant. Vnde Plinius ait vocari ſolitas flamicas. Pedes calceatos habebat calceis pallidi coloris, quod feminarum proprium erat calceorum genus. Ita eum depingit Catullus in ſuo epithalamio. Deus iſte Hymenæus, quem decepta gentilitas fingebat, nuptijs præſidebat, ſed non omnibus, ſed tantum illis, quæ inter virgines celebrabantur. ad quod ſignificandum depingebant illum iuuenem imberbem. Corona vero florea caput eius cingebant in argumentum læti, & feſtiui animi, quia huiuſmodi coronarum vſus frequẽs erat, quando ſe inuicem amici ad epulas inuitabant, vel ad recreandos animos ſeſe congregabant.

Plin. lib. 28. c. 10.

Additque Plinius libro 21. cap. 1. floreas illas coronas, quæ facile marceſcunt, tacite admonere, quam cito corporis voluptates euaneſcant. Alij vero arbitrantur illum viguiſſe coronarum vſum, propter quaſdam florum, & herbarum proprietates, quibus recens nupti, quomodo ſe habere deberent, edocebantur. Vnde Plutarchus in præceptis connubialibus teſtatur in Boetia moris fuiſſe ſponſam aſparagis coronari, vt ſignificaretur ei, citius quam aſparagi coquuntur, triſtitiam, quam ex paternæ domus diſceſſu conceperat, abolendam fore eſt enim aſparagus facilis coctionis, vnde abijt prouerbium: *Citius aſparago coquuntur*, vt auctor eſt, Suetonius in Tranquillo, & refert Ambroſius. Inter Romanos vero conſueuit verbenæ folijs ſponſas coronari, quia iuxta medicorum ſententiam, cum ſucco illius renes liniti concupiſcentiæ ardores mitiget, pro honeſti matrimonij ſymbolo habebatur.

Plin. lib. 21. c. 1. Plut. in præc. connub. Sueton. in Tranquill. Ambroſ. Calep. verbo aſparagus.

Conſueuerant etiam myrrhæ folijs, & floribus ſponſis contexere coronas, vt ſignificarent, incorruptibile, & inuiolabile futurum eſſe vinculum illius matrimonij. Nec mos iſte coronarum apud gentiles ſolum inoleuit, ſed etiam apud fideles: nam Sponſa inuitat filias Sion, vt egrediantur ad Salomonem coronatum in die Sponſationis ſuæ videndum, & Sponſus vocat ſponſam, vt illam coronet: *Veni de Libano coronaberis*, & Iſaias vocat Chriſtum ſponſum corona coronatum.

Cant. 3. Cant. 4. Iſa. 62.

Habebat præterea Hymenæus in dextera manu ardentem facem, quia iuxta veterum conſuetudinem, ſponſa noctu in ſponſi domum traducebatur, conſultoque id fiebat, vt obſeruauit Plutarchus, propter honeſtatem, & verecundiam virginis recens ſponſatæ. Verum tamen eſt, Marcum Varronem diuerſam omnino eius rationem aſſignaſſe; ait enim accenſas lucernas ſolitas tũc portari in honorem Deæ Cereris, quæ ardentibus facibus diligenter Proſerpinam quæſiuit. Palæſtini etiam more illo ducendi noctu cum accenſis facibus ſponſas vtebantur, vt ex parabola Chriſti Domini apud Matthæum perſpicue colligitur.

Plutarch. in Problem. Marc. Varr. de vit. Pop. Rom. Matth. 25.

Obſeruat autem Plutarchus præcitato loco numerum facularum, quæ poterant accenſæ in nuptijs geſtari, taxatum, & præfixum eſſe; non enim poterant eſſe plures, quam quinque. Cuius licet perplures ipſe reddat rationes, ea magis congruere videtur, licet eius ipſe non meminerit, quod numerus quinarius primus eſt omnium, qui ex paribus numeris componitur, inter pares tamen numeros diuidi non poteſt, niſi vnitas rumpatur, quod tamen minime fieri poteſt. hac enim ratione duo ſignificabant. Primum, matrimonium debere eſſe inter æquales, vnde abijt in prouerbium

Si vis apte nubere, nube pari.

Secundum debere eſſe indiſſolubile, & nullatenus niſi ſola morte rumpendum. Geſtabat præterea Hymenæus in dextera manu flammeũ, ſeu velum nuptiale pallidi coloris, quo ſubiectionem perpetuam, quam ſponſa ſponſo ſe habituram profitebatur, denotabant. Vnde etiam in Eccleſia catholica velo ornãtur moniales cum profeſſionem emittunt. Et apud Geneſim huius veli mentionem fieri lego: nam cum Rebecca ducta fuit in ſponſi ſui Iſaac domum, cum primum ingreſſa eſt, velo ſerico ſe ornauit. Et Spõſa in Canticis inter iniurias, quas a cuſtodibus noctis ſibi illatas conqueritur, velum ſibi ablatum commemorat.

Gen. 24. Cant. 5.

Nam licet vulgatus Interpres *Pallium* tranſtulerit, Originale Hebræum, vt periti illius idiomatis annotant, verbum habet, quod etiã ſignificat ſericum velum. Tandem Deus Hymenæus pallidis calceamentis calceatus erat, ad ſignificandum, clauſuram ſeruandam ab ſponſa, quia calceis pallidis per calles diuagari indecorum erat. Porro poſtquam in ſuperioribus titulũ huius Pſalmi, & argumentũ eius elucidauimus, reſtat iam ſingula eius uerba noſtro inſtituto ualde conſentanea enucleare.

Eructauit cor meum verbum bonum.

Pſal. 44. Cymmach. ver.

Symmachus legit: *Commotum eſt cor meum verbo bono*: ſed lectio noſtræ vulgatæ, vt Hebræi idiomatis periti obſeruant, conformior eſt Originali Hebræo, quia *Eructauit*, apud Hebræos idem valet, quod ebullit: ebullitio autem perſimilis valde eſt eructationi. Scio diuum Cyrillum, S. Ambroſium, Gregorium Nazianzenum, Hieronymum, Athanaſium, Tertullianum, Caſſiodorum, Rupertum, explicare hæc verba de æterno Patre, producente Verbum diuinum; verum interpretationem diui Baſilij, & Euthymij in hunc Pſalmum ſectantes, vtpote noſtro argumento conſentaneam, & valde litteralem, opinamur verba illa protuliſſe Dauid non in aliena, ſed in propria perſona. Regius enim Vates velut eloquentiſſimus orator in principio huius epithalamij, vt captet attentionem, ait: ſublimes & profundæ in pectore meo ebulliunt cogitationes, & cor varijs animi cōceptionibus grauidum parturire eas cupit, velut olim Iob, cum dicebat: *Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei: en venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas diſrumpit: loquar, & reſpirabo paululum*: eructationis, & ebullitionis vtraque metaphora adamuſſim explicat, quam plenus ſermonibus eſſet Dauid, quos in laudem diuini Sponſi promere deſiderabat. Ebullitio bifariam dici poteſt: ebullit enim aqua ad ignem admota, & vi caloris feruens, quaſi impulſa, foras proſilire tentat: ebulliunt etiam animantia in locis, in quibus gignuntur, dum ab eis egrediuntur. Cum ergo Dauid dixit: *Eructauit cor meum verbum bonū*, ſignificauit adeo diuini ignis amore incaleſcere cor eius, vt vrgeret eum conceptum ſermonem foras emittere, iuxta illud diui Pauli: *Charitas Chriſti vrget nos*. Eructationis etiam ſimilitudo in idem tendit: eructatio enim nihil aliud eſt, quam ventus in ſtomacho incluſus, qui a ſuperueniente cibo compreſſus, & vi caloris impulſus foras erumpit, ferens ſecum odorem ipſius cibi. Ait ergo regius Vates, cor eius adeo plenum eſſe cæleſti cibo diuinarum reuelationum, vt cum, ex nimia earum copia, tum ex ardore amoris in Chriſtum, compelleretur in mirificas eius laudes prorumpere, quæ Dei, quem in corde habebat, odorem præſeferrent. Vt enim dixit Chriſtus Dominus: *Ex abundantia cordis os loquitur: bonus homo de bono theſauro profert bona, & malus homo de malo theſauro profert mala*. Quibus verbis (licet obiter id dicam) concionatores monētur, quod vt bona de theſauro ſuo proferant, mirum in modum conducit ipſos bonos eſſe. nam vt Apoſtolus dixit: *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalū tinniens*, quaſi dicat: etiā ſi ſim eximius diuini Verbi præco in conſpectu hominum, & angelicis animi conceptionibus eleganti oratione expreſſis eorum animos ſuſpendam, ſi tamen verba mea ex charitatis feruore non prodeāt, vana, & futilis non ſecus ac rumor cymbali tinniētis reddentur, cuius licet ſonus vtilis ſit ad aliquid indicandum, tinnitus tamen eius nullius prorſus vtilitatis eſt. Exiſtimo etiā hæc D. Pauli verba alludere ad priſcū illud prouerbiū, *Dodonæū Aes*, cuius meminere D. Clemēs Alexādrinus, Gregorius Nazianzenus, Theodoret⁹, & Suidas, qui refert, quod in vrbe Dodona in Epyro, Iouis celebratur oraculum vndique circumdatum æreis vaſis, ita ſe inuicem contingentibus, vt pulſato vno, omnia continuo tinnientia ſonarent. Scio Zenodotum aliter id commemorare; ait enim in ciuitate illa Dodona duas fuiſſe ingentis magnitudinis erectas columnas, quarum vni inerat æneus peluis, alteri vero inſidebat puer etiam æneus flagellum æneum manu tenens, qui eo artificio affabre factus erat, vt a vento motus continuo æneo illo flagello æneum peluim percuteret, ex qua percuſſione tinnitus cauſabatur perſeuerans adeo, vt Auſonius diceret: *Nec Dodonæi ceſſat tinnitus aheni*. Quidquid tamē de hoc ſit, verbis illis manifeſte ſignificat Apoſtolus, quod quamuis prædicator velut fons verbis ſcaturiat, illaque tumida, & pompatica proferat, vt dixit Poeta:

Cyrill lib. 1. in Io. c. 7. Ambr. lib. 2. de fide c. 2. & 3. Naz. orat. de fide. Hieron. ad Pra. Athan. Tertull. ad Praxeam. Caſsiod. & Rup. etiam hic.

Iob. 32.

Pſal. 44.

2. Cor. 5.

Matth. 12. Luc. 6.

1. Cor. 13.

Clem. Alex. in exhort. ad gentes. Greg. Naz. orat. 3. contra Iul. Theod. lib. 10. de cur. Græc. affect. Suidas eodē verbo. Zenodotus.

Virg.

Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia verba:

Verba, ſcilicet illa humanæ ſapientiæ colore fucata, quæ execrabatur Apoſtolus cum dicebat: *Non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis*; his enim non dæmon, ſed aer verberatur. quod a munere concionatoris alienum eſſe debet, vt ſignificauit idem Apoſtolus cum dixit: *Sic pugno non quaſi aerem verberans*, in plurimum tamen ille aerem verberat, qui vitæ integritate caret. quod valde dedecere iuſtitias Dei narrantem, ſatis indicat illa indignantis Dei vox: *Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis nomen meum per os tuum?* Lacedæmones (vt refert Pierius Valerianus) vt ſignificarent, qualem oportet eſſe alios docētem, Apollinem depingebant citharam quatuor manibus pulſantem: inſtrumentum quidem muſicum vnum erat, pulſatrices vero manus quatuor, vt innuerent, quod tametſi lingua vna prædicatoris ſit ad docendum, quatuor debent eſſe manus ad operandum, quæ alios edocet, immo & centum, inſtar Briarei, quem antiqui finxerunt linguam vnam, ſed manus centum habentem, & ideo vocabant illum centimanum.

1. Cor. 2.

Pſal. 49.

Dico ego opera mea Regi.

Pſal. 44.

Duplicem hæc verba ſuſtinent expoſitionem

Digitized by Google

tionem. Prima eſt diui Hieronymi, explicantis verbum illud, *Dico*, vt idem ſit, quod *Dedico*, vnde ſenſus eſt, opus hoc, quod nunc in lucem edo, Chriſto Regi dicatum, & conſecratum volo. Sicut enim olim Poetæ carmina ſua Muſis, & nuptiales cantus Hymenæo dicabant, & nunc opera magni momenti Principibus inſcribuntur; ita regius Vates epithalamiũ hoc, quod in ſpõſi Regis laudem compuſuerat, ei dedicat, & propterea ait: *Dico ego opera mea Regi.* Secunda expoſitio eſt aliorum, qui iuxta Originale Hebræum volunt verbum illud, *Dica*, non ſignificare *dicare*, ſed *dicere*, vnde: *Dico opera mea Regi*, perinde eſt, ac ſi Propheta diceret, verba mea in hoc epithalamio non aliũ ſcopum reſpiciunt, quam Regis laudes, nec ad alium ea dirigo, quam ad ipſum. Hunc autem Regem, cuius laudes decantandas ſe profitetur ſuſcipere Dauid, Chriſtum Dominum eſſe, vel illud vnum ſatis perſuadet, quod non vocat illum Regem huius vel illius regni, ſed Regem abſolute, quia ipſe ſolus eſt Rex per antonomaſiam, vt dixit diuus Ioannes: *Rex Regum, & Dominus dominantium;* non enim vt alij, ab hominibus factus eſt Rex, ſed a Deo ex inſtanti conceptionis: vnde Magi Reges dixere: *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum?* & in Cruce corona inſignitus, & titulo capiti ſuperpoſito regiam eius dignitatem acclamante mortuus eſt. hoc enim fuit Patris præceptum, vt tamquam bonus Rex pro ſubditis ſanguinem & vitam in Cruce effunderet, vt aperte indicant verba Dauidis, in perſona Chriſti dicentis: *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, prædicans præceptum eius*: moriens enim prędicauit opere ipſo præceptum illud. Ad hunc igitur Regem in throno Crucis ſedentem, quem propheticis oculis intuebatur regius Vates, verba ſua dirigere profitetur, dum ait: *Dico ego opera mea Regi.*

Psal. 44. *Apocal. 19.* *Matth. 2.* *Psal. 2.*

Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis.

Psal. 44.

Inter Aegyptiorum hieroglyphica ſingulare eſt illud, quod refert Pierius lib. 17. vbi narrat, quod vt ſignificarent Deum ineffabilem eſſe, crocodilum depingebant ore aperto, quia teſte Plinio, animal hoc lingua caret: quaſi dicerẽt, humanam rationem ad diuina myſteria diſſerenda elinguem eſſe. Cuius non ignarus Dauid, monet nos, ad diuina ſacramenta nobis reſeranda, linguam eius, tamquam calamum a diuino Spiritu, velut ſcriba moueri. Moyſes alias eloquentiſſimus (vt tradit diuus Stephanus) cum primum ineffabile Dei nomen audiuit, balbutire cœpit, & ad nuncij munus præſtandum, quod ſibi a Deo imponebatur, imparem, & inſufficientem ſe fatſus eſt. vnde oportuit, vt diuina legatione fungeretur, quod diuina manus linguam eius velut calamum moueret: quod idem ſine dubio ſignificant verba illa, quæ ſæpe repetuntur, cum Deus aliquem Prophetam ad prædicandum mittebat: *Facta eſt manus Domini ſuper eum*, quaſi dicat: manus Domini deſcendebat ſuper eum, vt moueret eius linguam. Hoc etiam prædicaturis Apoſtolis promiſit Dominus: *Ego dabo vobis os, & ſapientiam.* vnde poſtea miſit eis Spiritum ſanctum ſub linguis igneis. Atque hoc eſt, quod antiqui ſolo lumine naturæ veritatem hanc prędorantes, teſtes Pierio, vt ſignificarent ſingularem alicuius ſapientiam, linguam depingebant, quam manus digitis ſuis apprehendebat; ſic enim innuebant eam ſolam linguam ſapienter loqui, quam manus diuini ſcribæ velut calamum ducebat. Vnde eſt, quod Megarenſes Mercurio, quem ipſi Deum eloquentiæ falſo autumabant, non aliud victimæ genus, quam animalium linguas offerebant, quaſi deprecantes, cæleſtes ſibi dari, vt ſapienter eloqui poſſent. Quod ſi (vt refert Plinius) Alexander publico edicto præcepit, vt nemo præter Apellem inſignem picturem faciem eius depingere auderet, nec quiſpiam excepto Pyrgotele celeberrimo ſtatuario, illam ſculperet, nec tandem vllus niſi Liſippus poſſet eandem ære fundere: ſane ad Chriſtum Dominum depingendum, & mirifica eius encomia exprimenda nullius tametſi eloquentiſſima lingua, ſi Spiritu ſancto non moueatur, ſufficiens eſſe poterit: vnde profundo ſilentio ſatius, quam imperitis verbis Chriſti maieſtas colenda, & exaltanda erat, in quo videremur imitari inſignes, ac celebres illos duos pictores Timantem, & Appellem. vt enim refert Plinius, Timantes prauidens non poſſe in facie Agamemnonis ad viuũ exprimere eximium moerorem, quem conceperat, cum chariſſima eius filia Iphigenia in victimam offerretur, vultum illius velamine texit, quo magis, quam penicillo mæſtum, & triſtem expreſſit. Apelles itidem cum in depingendis pulcherrimis quibuſdam Grȩciæ feminis totam qua pollebat pingendi artem effudiſſet, adhueque ſupereſſet ei Helenam, quæ pulchritudine reliquas omnes longo interuallo antecedebat, pariter cum reliquis depingere: animaduertens artem eius ab Helenæ venuſtate, & lepore longe ſuperari, locum, quo depingenda erat, vacuum reliquit, cum hac inſcriptione: *Hic locus Helenæ*, quaſi diceret: adeo pulchra eſt, vt non niſi ipſamet locum hũc implere poſſit. Non ſecus ea, quæ ad Chriſti Domini maieſtatem ſpectant, excelſa adeo, ac ſublimia ſunt, omnemque humanum captum præcellentia, vt niſi linguæ diuinus Spiritus manum

Pier. Valer. lib. 17. *Plin. lib. 8. cap. 25.* *Act. 7.* *3. Reg. 18. 4. Reg. 3. Ezech. 1. & 33.* *Luc. 21.* *Act. 2.* *Pier. Val. lib. 31.* *Plin. lib. 7. c. 37.* *Plin. lib. 35. cap. 10.*

Digitized by Google

admoueat, illam dirigens, nihil Chriſti gloria dignum effundere valeat. Ne ergo quiſpiam audaciæ tribueret Dauidi, quod diuinas Chriſti laudes decantandi arduam, ac difficilem prouinciam ſuſciperet, ideirco præmittit ante omnia linguam eius, velut calamum a Spiritu ſancto moueri, dicens: *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.*

Pſal. 44.

Sed ad expoſitionem propius accedens: Originale Hebræum habet: *Lingua mea calamus ſcribæ velocis*, id eſt doctiſſimi, atque eloquentiſſimi ſcriptoris: in hoc enim ſenſu non ſemel vſurpatur in ſacra Scriptura. Vnde ad ſignificãdum, quod Eſdras doctiſſimus erat in lege, ait: *Et ipſe ſcriba velox in lege Moyſi.* Atque ſecundum hanc acceptionem diuus Cyprianus locum hunc Dauidis vertit in hunc modum: *Lingua mea calamus ſcriptoris acute ſcribentis*. Et diuus Hieronymus obſeruat, quod *Scriba velox*, idem eſt, quod ſcriptor rerum per compendium, qui paucis verbis multitudinem ſententiarum perſtringit: quia tamen nomine ſcribæ hoc loco poteſt intelligi, vel ipſe Dauid, vel Spiritus ſanctus, duplicem ſenſum ſuſtinent propoſita verba. Primus eſt, vt Dauid in propria perſona loquens, polliceatur paucis verbis non pauca diuini Sponſi encomia artificioſe, & compendioſe comprehenſurum fore. Secundus ſenſus eſt, vt ſignificet Dauid, quod quamuis imperita, & balbutiens eſſet eius lingua ad diuinas Chriſti laudes decantandas, excelſa nihilominus ac ſublimia de Chriſto dicturus erat ex motione Spiritus ſancti, velut ſcribæ calamo eius lingua vtentis, ac proinde etiam digna eſſe arcana in hoc ſuo cantico referanda, vt æternæ memoriæ mandarentur. vt aperte indicat Originale Hebræum, quod, vbi noſtra vulgata vertit: *Calamus ſcribæ*, habet verbum quoddam, quod ſignificat idem, quod *Stylus ferreus*, cuius meminit Iob, cum dixit: *Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice?* Vnde ſicut olim antiqui, vt memoranda geſta ex hominum memoria numquam exciderent, illa ſculpere conſueuere in lapideis columnis, quas in publico loco erigebant, prout feciſſe legimus Machabæos, qui propter libertatis priuilegium Simoni Pontifici a Senatu Romano conceſſum, & munera, quæ a Pontifice in gratiarũ actionem Senatui Romano delata fuerũt, illud marmoreis columnis affixerunt; ita Dauid hoc loco contendit ea, quæ in lucem editurus eſt, digna eſſe, vtpote ab Spiritu ſancto infuſa, vt indelebilibus characteribus in ſempiternam rei memoriam exarentur.

1. Eſdr. 7.
Cypr. lib. 3. ad Quir. c. 28.
D. Hieron. ſup Ps. 44.
Iob. 19.
1. Mach. 14

Specioſus forma præ filijs hominum.

Scio hunc locum explicare diuum Baſilium, & Cyrillum de pulchritudine diuina, & increata, quæ conuenit Chriſto Domino quatenus Filius Dei legitimus, & imago naturalis eius eſt: verũ cũ Dauid ait, ſpecioſum eſſe præ filijs hominum, aperte indicat ſe præferre, & conferre humanam Chriſti pulchritudinem cum pulchritudine eorum. Nec me latet diuum Gregorium, Euſebium, Theodoretum, Euthymium, Remigium, Arnobium, Eugubinum, & Titelmannum exiſtimare, regium Vatem loqui in propoſitis verbis de ſpirituali animæ Chriſti pulchritudine: ſi hæc tamen expoſitio vera eſſet, parum proculdubio extuliſſet illam Dauid, hominum pulchritudini tantum illam anteponens, cum & angelicam longe antecelleret: præter gratiam enim vnionis hypoſtaticæ, quæ ſuper omnes gratias tã productas, quã producendas, & producibiles primatũ tenet: certe gratia habituali capitis, vt loquuntur Scholaſtici Theologi, quæ omnium creaturarum, gratiam ſupra modum ſuperat, anima eius condecorata erat, ex qua velut ex fonte quidquid gratiæ Angeli obtinuere a Deo, acceperunt: vnde ipſi, ſicut & homines omnimoda veracitate vſurpare poſſent illud diui Ioannis: *De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia*. Vnde omiſſis his expoſitionibus, duplicem aliam veriorem exhibeamus. Prima eſt, Dauidem loqui de corporali Chriſti pulchritudine, qua ex thalamo virginali prodiuit. Ita explicant diuus Chryſoſtomus, Hieronymus, Auguſtinus, Bernardus, & Caſſiodorus. Eximiam hanc Chriſti pulchritudinem non ſolum probat ratio, ſed grauiſſima teſtimonia confirmant. Ratio quidem, quia iuxta communem Philoſophorum ſententiam corporis venuſtas ex tribus præcipue oritur, ex integritate, ſeu perfectione membrorum, ex mutua inter ſe proportione, & ex natiuo colore, qui ex optimo temperamento habente quatuor humores *ad pondus* (vt medici loquuntur) reſultat, quæ omnia, vel quodpiam eorum Chriſto Domino defuiſſe nemo ſanæ mentis concedet, cum corpus eius efformatum fuerit ab Spiritu ſancto excellentiſſimo omnium opifice. Si enim Adam, & Euam, quia ex manibus Dei immediate prodierunt, ſingulari pulchritudine donatos fuiſſe nemo inficiatur, certe cum ſecundus Adam ex virgineo thalamo per Spiritus ſancti operationem prodierit: nemo illum, niſi amens, primo parente pulchriorem fuiſſe abnegabit. Teſtimonia itidem ad idem clariſsima reperio; nam in primis extat inſignis reuelatio beatiſſimæ Virginis facta ſanctæ Brigittæ in hæc verba: *Qualis erat filius meus in mundo, cognoſce: Ipſe tam pulcher facie erat, quod nullus videbat eum facie, qui non conſolaretur aſpectu eius, etiam ſi præcordialiter dolorem haberet. Iuſti vero ſpirituali conſolatione conſolabantur, ſed & mali a triſtitia ſæculi tanto tempore, quo eum videbãt releuabãtur. Vnde et dolentes dicere cõſueuerũt:*

D. Baſil. ſup Pſal. 44.
D. Cyril. lib. 5. in Ioa. c. 18.
Gregor. Euſeb. Theodoret. Euthym. Remig. Arnob. Eugub. & Titelman.
Ioan. 1.
D. Chryſoſt. hom. 28. in Matth.
Hieron. ad Princ.
Auguſt. in Pſal. 44.
Bernar. ſer. de omnibus Sanct.
Caſſiod. in Pſal. 44.
D. Brig. in ſuis reuelat. lib. 4. c. 70.

Eamus,

Digitized by Google

Eamus, & filium Mariæ videamus, & ſaltem tanto tempore releuemur. Anno igitur vigeſimo ætatis ſuæ in magnitudine, & fortitudine virili perfectus erat. Inter medias moderni temporis magnus, non carnoſus, ſed neruis, & oſſibus corpulentus. Capilli eius, ſupercilia, & barba crocee brunea erant, longitudo barbæ palmo per tranſuerſum manus. Frons vero non prominens, vel merſa, ſed recta. Naſus æqualis, non paruus, nec nimis magnus, oculi vero eius tam puri erant, quod etiam inimici eius delectabantur aſpicere: labia non ſpiſſa, ſed clare rubentia. Mentum non erat prominens, nec nimis longũ, ſed pulchro moderamine venuſtum: maxillæ carnibus modeſtè plenæ. Color eius erat candidus, claro rubeo permixtus. Statura eius recta, & in toto corpore ſuo nulla macula erat, ſicut & illi teſtabantur, qui eum totaliter viderunt nudum, & ad columnam ligatum flagellabant. Numquam ſuper eum vermis venit, non perplexitas, aut immunditia in capillis.

Lentulus ep. ad Imp. Tiberiũ, cuius meminit S. Antonin. in Chronico ex Eutropio, & Egeſipp. lib. de excidio Hieroſolym.

Eſt etiam aliud teſtimonium Lentuli Romani, Iudaici populi præſidis, effigiem Christi his verbis explicantis: *Homo quidem ſtatura procera mediocriter, & ſpectabilis, vultum habens venerabilem, quem intuentes poſſunt diligere, & formidare. Capillos habens coloris nucis auellanæ præmaturæ, & planos fere vſque ad aures, ab auribus vero cincinnos, criſpos, aliquantulum cæruleos, & fulgentiores ab oculis ventilantes, diſcrimen habens in medio capitis, iuxta morem Nazaræorum; frontem planam, & ſereniſſimam cum facie ſine ruga, & macula aliqua, quam rubor moderatus venuſtat. Naſi & oris nulla prorſus eſt reprehenſio, barbam habens copioſam & intenſam, capillis concolorem, non longam, ſed in medio biſurcatam. Aſpectum habet ſimplicem & maturum, oculis glaucis, variis, & claris exiſtentibus. In increpatione terribilis, in admonitione blandus, & amabilis, hilaris ſeruata grauitate. Qui tamen numquam viſus eſt ridere, flere autem ſæpius. Sic in ſtatura corporis propagatus, rectas habens manus, & brachia, & omnia viſu delectabilia, in colloquio grauis, rarus, & modeſtus, ſpecioſus inter filios hominum.* Hæc ille. Extat etiam ad idem tam inſigne quam elegans teſtimonium Nicephori, quod his verbis refert:

Niceph. lib. 1. c. 40.

Egregia et, viuidoque vultu fuit, corporis ſtatura ad palmos prorſus ſeptem. Cæſariem habuit ſubflauam, ac non admodum denſam, leniter quodammodo ad criſpos declinantem, ſupercilia nigra, non perinde inflexa. Ex oculis ſubflaueſcentibus mirifica prominebat gratia. Acres hi erant, & naſus longior. Barba capillus flauus, nec admodum demiſſus. Capitis porro capillos tulit prolixiores. Nouacula enim in caput eius non aſcendit, nec manus aliqua hominis, præterquam matris, in tenera ætate eius. Collum fuit ſenſim decliue, ita vt non arduo & extento nimium corporis ſtatu eſſet. Porro tritici referens colorem, non rotundam, aut acutam habuit faciem, ſed qualis matris eius erat, paullum deorſum verſum vergentem, ac modice rubicundam, grauitatem atque prudentiam cum lenitate coniunctam, placabilitatemq; iracundiæ expertem præſeferentem. Perſimilis denique per omnia fuit diuinæ immaculatæ ſuæ Genitrici. Hactenus antiquiſſimus, & eruditiſſimus Nicephorus.

D. Hierony. lib. 1. in Matthæum c. 9.

D. Hieronymus perſcpidè Chriſti Domini pulchritudinem his verbis deſcripſit: *Certe fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occulta, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu. Si enim in magnete lapide, & ſuccinis hæc eſſe vis dicitur, vt annulos & ſtipulam & feſtucas ſibi copulent, multo maiorem in Chriſti facie ad alliciendum vim explicat.* Et lib. 3. in Matthæum ait: *Igneum quid, atque ſidereum radiabat ex oculis Chriſti.*

D. Hiero. in Matt. lib. 3. cap. 21.

Et D. Ambroſius lib. 3. de Virginibus non obſcure indicat eximiam Chriſti pulchritudinem, dum ait: *Chriſtus matrem corpore, virtute referebat Patrem.* Beatam autem Virginem pulcherrimam fuiſſe tradunt Epiphanius, Antoninus, Nicephorus, Albertus Magnus, & Cedrenus nobilis hiſtoriographus: vnde ſi Chriſtus referebat matrem, neceſſe erat pulcherrimum eſſe. vnde Diua Agnes de eo dixit: *Cuius pulchritudinem ſol, & luna mirantur.* Beatus Laurentius Iuſtinianus humanam Chriſti venuſtatem eleganter deſcribens, inquit: *Aſcendente Chriſto, egrediebantur interdum Angeli, & delectabiliter intuebantur humanitatis illius elegantiam præclaram formam, radiantem faciem, imperiale decus, & honorabile ſtatum.*

Epiph. lib. de hæreſ. Antonin. 4. p. tit. 5. cap. 11. Niceph. lib. 2. cap. 23. Albert. Mag. ſup. Miſſus. Cedrenus in compend. hiſt.

Tandem id non parum putauerim excellentiſſimam Chriſti pulchritudinem detegere, memoriæ proditum eſſe, vt tradit D. Damaſcenus, cum Abagarus Edeſſæ Rex inſignem quendam pictorem miſiſſet, vt Chriſti Domini faciem imagine aliqua exprimeret, minime id pictorem conſequi potuiſſe ob eximium ſplendorem è Chriſti pulchritudine manantem: vnde Chriſtus Dominus hac comitate viſus eſt erga Regem, quod pulchræ ſuæ faciei pallium admouit, imaginemq. ſuam ei impreſſit, quam Abagaro, vt pro eius deſiderio faceret ſatis, miſit. Atque hiſtoriam hanc non ſolũ D. Damaſcenus, ſed & Nicephorus, Euagrius, Hadrianus Papa, & Summus Pontifex Stephanus in Concilio Romano, vt refert Cardinalis Baronius, tam quam veram, & certam approbant, extatq. in eius confirmationem inſigne teſtimonium in Synodo Nicæna actione 2. vbi hæc Leonis verba recitantur: *Edeſſam petiui, & venerandam imaginem non factam hominum manu, adorari, & venerari a populo vidi.* Demum ſi tantam fuiſſe commemorat Ioſephus Moyſis pulchritudinem, vt cum per vias & plateas ciuitatis Memphis incederet, artifices omnes ab operibus ſuis ceſſantes, certatim ad eum conſpiciendum proſilirent; quantam putabimus fuiſſe corporis Chriſti elegantiam, & vultus eius venuſtatem, de quo Sponſa: *Ecce pulcher es dilecte mi, & decorus?*

D. Io. Damaſcen. de fide orthod. li. 4. cap. 17.

Niceph. lib. 2. hiſt. c. 7. Euagr. lib. 4. hiſt. cap. 26. Hadrian. papa epiſt. ad Carolũ Magnum extat tom. 3. Conc. noua edit. Bar. in ſuis annal. anno 31. Nicæna Syn. act. 2. Ioſeph. lib. 2. Antiq. c. 5.

Cant. 1.

Decuiſſe autem Chriſtum Dominum pulcherrimum fuiſſe, duplex ratio, multis aliis omiſſis, præcipue probat. Prima, quia Principis pulchritudo ſubditorum animos non parum ſibi cõciliat. Vnde Euripides apud Porphyrium dixit: *Facies prima* (vel vt alij legunt, *Priami*, qui

Eurip. apud Porph. cap. de ſpecie.

Digitized by Google

valde pulcher erat) *dignu eſt Imperio*. Hincq. eſt, moris fuiſſe apud antiquos, vt referunt Strabo, & Diodorus Siculus, Pomponius Mela, & ante omnes illos Ariſtoteles, vt in Reges pulchriores eligerent. Idem etiam mos viguit, vt tradit Stobæus, apud Reges Aethiopiæ, qui, cum contingebat legitimum heredem ex proprio ſanguine deficere, pulchriorem, & elegantiorē inter ſubditos in regni ſucceſſorem eligebant, naturam apum in hoc imitantes, quas conſtac (vt tradunt D. Baſilius, Ambroſius, Plinius, & Seneca) pulchriorem apem in regem creare. Secunda ratio eſt, quia corporis elegantia, & vultus pulchritudo, bonæ indolis indicium, & pulchri etiam animi argumentum eſſe ſolet. Vnde Plato in Alcibiade ex profeſſo probat, bonitatem cum pulchritudine vt plurimum coniunctam eſſe. Cuius ſententiæ non parum fauet, quod, vt obſeruant Hebraici, & Græci idiomatis periti, idem verbum apud Hebræos, & Græcos ſignificat pulchrum, & bonum; vnde etiam videmus in ſacra Scriptura, pulchriores a Deo fuiſſe electos in Reges, vt ſubditi ex pulchritudine externa corporis, internam animi conijcerent. In principem populi Iſraelitici, vt eum a tyrannica Pharaonis ſeruitute educeret, Moyſem omnium illius ætatis pulcherrimum elegit; eximia enim eius pulchritudo filiæ Pharaonis Termutæ perſuaſit, vt cum infans ille erat, in filium ſuum cum adoptaret, vt habetur Exod. 2. Quando etiam populus moleſtis precibus a Samuele exigebat Regem ſibi dari, regia corona donauit Saulem, qui corporis elegantia, & pulchritudine longe omnes antecellebat, vt libro 1. Regum legitur: nam vbi vulgata noſtra vertit: *Saul electus, & bonus, & non erat vir de filijs Iſrael melior illo*, alia tranſlatio habet: *Iuuenis erat formoſus Saul, & inter filios Iſrael nullus formoſior illo*. Et ſubdit ſacer textus ad corporis eius elegantiam declarandam: *Ab humero, & ſurſum eminebat ſuper omnem populum*; Saule verò a regia dignitate ob eius inobedientiam decidente, electurus Deus loco illius alium Regem, Dauidem pulchritudine valde conſpicuum creauit, vt ſacra Regum narrat hiſtoria; vocans illum *virum pulchrum*. E contra vero in Leuitico legimus ita ingratam fuiſſe Deo in veteri lege inelegantiam, & turpitudinem corporis, vt illa deturpatos, minime ad ſacrificia offerenda admitteret: *Qui habuerit maculam non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius: ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi paruo, vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem, &c.* Quin & ipſa animalia in victimam ſibi ſacrificanda, ſi maculam aliquam habebant, reſpuebat, vt habetur in Deuteronomio, vbi dicitur: *Sin autem habuerit maculam, vel claudum fuerit, vel cæcum, aut in aliqua parte deforme, vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo*. Vt igitur Propheta Dauid egregiam Chriſti Domini indolem, & animi pulchritudinem, manſuetudinem, & lenitatē oſtendat, a pulchritudine corporis laudes eius exorditur, quæ omnium illorum non leue indicium eſſe ſolent.

Strab. li. 16.
Diod. Sicul. lib 17.
Pomp. Mel. lib. 1.
Ariſt. 4. Pol. cap 4.
Stob. ſer. 42.
Amb. lib. 5. Hexam.
Baſil ho. 8. in Hexam.
Plin. lib. 11. cap. 16.
Senec. lib. 1. de clemen. cap 9.
Plato in Alcibiade.
Exod. 2.
1. Reg. 9.
1. Reg. 16.
Leuit. 21.
Deut 15.

Secunda expoſitio noſtro inſtituto mirum in modum conſentanea traditur a D. Auguſtino, Euſebio Emiſſeno, & celebri doctore Breidembacchio, aſſerētibus Prophetam in his verbis: *Speciosus forma præ filijs hominum*, loqui de pulchritudine, quam Chriſtus Dominus è ligno Crucis pendens, pijs, & fidelibus hominibus, ex quibus coaleſcere debebat Eccleſia catholica, dilecta eius Sponſa, oſtentauit: licet enim Iſaias dicat: *Non eſt ſpecies ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus*; id tamen in perſonam inimicorum eius dixit, qui tamquam hominem execrandum illum vilipendebant: quare ſtatim ſubiunxit: *Vnde nec reputauimus eum*; amicis tamen, & vere fidelibus, quanto magis deformata facie, tanto pulchrior, & elegantior videbatur; vnde D. Auguſtinus ſermone 9. Natiuitatis, ait: *Vbique Chriſtus Dominus pulcher occurrebat; pulcher in ligno, pulcher in cælo, pulcher & in ſepulchro*. Itaque licet corporis oculis appareat, quod *nō eſt aſpectus ei, neque decor*, perſpicacibus tamen fidei diuinæ hominibus, *Speciosus forma præ filijs hominum* videtur. Imagines quaſdam non ſemel ego vidi tam in Italia, quam in Hiſpania, adeo ſingulari artificio affabre factas, quæ, cum ex vno loco illas intuebar, deformem colubrum referebant; ex alio vero loco eaſdem conſpiciens, pulchram faciem ab oculos mihi ponebant. Non diſſimiliter Chriſtus Dominus è Cruce pendens, ſi corporeis luminibus ſpectetur, deformi facie apparet, oculis vero fidei conſpectus, ſummam pulchritudinem exprimit: ſicut enim ſub humilitate maieſtas, ſub infirmitate fortitudo latebat, quæ nonniſi oculis fidei innoteſcebat; ita ſub deformitate mira eius pulchritudo abſcondebatur, quæ tamen nonniſi fide illuſtratis oculis patebat. vnde vbi noſtra vulgata legit: *Sicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum*. Inſignis commentator Foreirus legit ex Hebræo: *Quanto magis ſuper eum obſtupuerunt, eo maior erit gratia aſpectus eius*: & ſubdit quod Chriſtus Dominus ſic deſpectus in Cruce adeo pulcher eſt, vt multi nullam aliam formam pulchriorem, aut maiori cum voluptate aſpiciant, quam Crucifixi vultum; vnde D. Agnes dixit: *Sanguis eius ornauit genas meas*. Quod a D. Paulo didicit, dicente ad Epheſios 5. Chriſtum Dominū morti Crucis ſe tradidiſſe, vt lauacro ſanguinis maculas, & rugas Sponſæ ſuæ abſtergeret, & pulchram illam redderet. Cui conſonat illud Apocalypſis: *Lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni*. Sicut ergo aſpicientibus oculis ſtellas cæli, non videntur ordinate diſpoſitæ eſſe, cum plures quaſi coaceruatæ, aliæ vero quaſi nulla ſeruata diſtantiæ proportione eſſe videantur, reuera tamen mirabili ordine a Deo ſupremo opifice in cælo ſtellato ſunt collocatæ; ita ſub deformitate illa

D. Aug. in expl. huius Pſal 44.
Euſeb. & Breideb. in commentat. Pſal. 44.
Iſaiæ 53.
Ibidem.
D. Aug. ſer. 9. Natiu. & de temp 13.
Iſai. 52.
Foreir in cō ment. ſuper Iſaiæ c. 52.
S. Agnes, vt habetur in eius officio.
Ephes 5.
Apocal. 7.

Chri-

Digitized by Google

Chriſti in Cruce pendentis, quæ humano intuitui objeiebatur, mira deliteſcebat pulchritudo. Hoc idem nobis Sponſus ſingulari quadam metaphora noſtræ intentioni valde congrua manifeſtauit, dum laudans Sponſam, dixit: *Pulchra vt Luna.* (Cant. 6.) Certum eſt tunc pulchriorem apparere lunam, cum plena eſt; plena vero tunc eſt, cum ſol occidit. Ita ſane Eccleſiæ Sponſæ Chriſti cõtigit, quæ tunc plenior, & affluentior, tunc diuinis charismatibus cumulatior, tunc pulchrior & venuſtior apparuit, quando ſol iuſtitiæ Chriſtus Dominus occidit in Cruce. Sed & Sponſa itidem alijs verbis pulchritudinem Chriſti Domini non obſcure ſignificauit, dum dixit: *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus, caput eius aurum optimum.* (Cant. 5. Isa. 7.) Exiſtimauerim quidem candidum illum vocaſſe; quia candor erat lucis æternæ; rubicundum vero, quia in Cruce effuſi ſanguinis rubore, quaſi purpura indutus erat; hic enim rubor oculis Sponſæ mirum in modum illum pulchrum, & ornatum reddebat. Quod vero addit: *Electus ex millibus*, vbi alia translatio vertit: *Vexillum geſtat in millibus*, aperte indicat, Chriſtum pulchritudine illa longe omnes alios antecellere, ſicut vexillifer omnes alios anteit. Cum tandem ſubiungit: *Caput eius aurum optimum*, alij vertunt: *Caput eius coronatum auro optimo.* Conſtat autem Chriſtum Dominum in Cruce redimitum extitiſſe corona ſpinea, vt tradunt D. Cyprianus, Origenes, & alij permulti Patres; alij tranſferunt: *Caput eius coronatum lapidibus pretioſis.* (Cyprian. ser. de paſſ. Orig. tract. 35. in Matt.) Hæc autem quis non dicat pulchrum reddidiſſe oculis Sponſæ Chriſtum Dominum? Quod ſatis ipſa ſignificauit, auro cõparans caput eius, quod præterquam inter omnia metalla pulcherrimum eſt, frequenter ad ſignificandam pulchritudinem vſurpatur. Vnde Pindarus cuiuſque rei pulchra initia *columnas aureas* vocabat. (Pindarus ode 6.) Homerus, & Virgilius Venerem propter eius pulchritudinem *auream* appellarunt. pulchre etiam, & concinne loquentem, aurea verba proferre dicimus; proindeq; Diuum Chryſoſtomum aureum eloquentiæ flumen vocitamus. Quia ergo caput Chriſti ſpinea corona terebratum, pulcherrimum videbatur Sponſæ; idcirco auro, quod pulchritudinis ſymbolum eſt, comparauit. Ad extremum verba illa Iſaiæ: *Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? iſte formoſus in ſtola ſua*, (Isa. 63.) pulchritudinem Chriſti Domini, cum totus in Cruce vulnerum ſanguine perfuſus erat, mirum in modum efferũt. Et quidem in primis, cum Chriſtus Dominus crucifixus fuerit in Hieruſalem, & non in Edom, nec in Boſra, nec vnquam regiones illas incoluiſſet; abſque dubio cum Angeli aiunt Chriſtum Dñm venire de Edom, quod interpretatur rubicundum, & de Boſra, quod fortitudinem ſignificat, alludunt ad ruborem ſanguinis in Cruce effuſi, & ad fortitudinem, quam in eius effuſione tunc oſtentauit, infeſtiſſimos ſuos hoſtes profligans. Vt ſignificarent autem ruborem illum ſanguinis mirum in modum illum decoraſſe, ſubiunxerunt: *Iſte formoſus in ſtola ſua.* (Ibidem.) Chriſtus etiam reſpondens eiſdem Angelis interrogantibus, vnde ruborem illum, qui ita formoſum illum reddebat, mutuaſſet, dixit illum accepiſſe in Crucis torculari: *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum.* (Isa. 63.)

Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

(Pſal. 44.)

Poſtquam Propheta eximiam Chriſti vultus pulchritudinem laudauerat, ad extollendam eius eloquentiam, & ſingularem ſermonis leporem progreditur, dicens: *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.* Certe cum hæc duo inter ſe copulantur, pulchritudo, & eloquentia, plurimum valent ad conciliandos animos, vt non obſcure indicat illud, quod Olympię Philippi Regis Macedoniæ vxori contigit. Nunciatum fuerat ei, Theſſalam pulchram feminam amatoria pocula, ſeu philtra Regi dediſſe, quibus eius animum ſibi penitus ſubdiderat. Continuo Regina præcepit illam ad præſentiam ſuam adduci, vt rei veritatem exploraret: at mirabilem eius venuſtatem intuens, cum ſingulari ſermonis lepore coniunctam, in hæc verba prorupit: *Valeant calumniæ, tu enim in te ipſa medicamenta habes.* quaſi diceret: diſcedant falſæ calumniæ, non opus eſt te philtra condire, cum vultus tui pulchritudo, & verborum elegantia philtra ſint, & amatoria medicamenta, quibus in Regis animo mirabiles tui poſſis excitare amores. Vt ergo diuinus Vates amabiliorem redderet Chriſtum Dominum Sponſæ ſuæ, non ſolum contentus eſt eius venuſtatem, ſed & eloquentiam deſcribere, & ideo ſubiungit: *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.* Paraphraſtes Chaldæus vertit hũc locum in hæc verba: *Datus eſt ſpiritus prophetiæ in labijs tuis.* (Paraphraſt. Chald. verſ. D. Hieron. ad Princip.) Diuus autem Hieronymus docet, intelligendum eſſe de virtute, & efficacia, qua ad operandum verba Chriſti pollebant, iuxta illud Lucæ: *Erat potens opere, & ſermone.* (Luc. 24.) & illud Pſalmi: *Dedit voci ſuæ vocem virtutis.* (Pſal. 67.) alij explicant de lepore ſermonis eius, quem audiẽtes dicebant: *Numquam ſic locutus eſt homo.* (Ioan. 7.) Poſſumus etiam apte ſatis ad noſtram intentionem verba hæc: *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis*; (Pſal. 44.) de ſeptem verbis Chriſti è Cruce pendentis intelligere, quibus ipſe talem virtutem impertiuit, vt & latro conuerteretur; Centurio Filium Dei illum eſſe fateretur; & alij percutientes pectora ſua reuerterentur. (Luc. 23. Matt. 27. Luc. 23.) Quæ omnia non obſcure indicant, virtutem verborum Chriſti longo interuallo antecellere eam, quam Poetæ Orpheo, Arioni, & Amphioni fabuloſe tribuerunt. Nam ſi fingebant illos, vt referunt D. Auguſt. de Ciuitate Dei, nec non Ouidius de arte amandi, ſui concentus ſuauitate etiam ſaxa ad ſe pertrahere: (Aug. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 13. Ouid. lib. 1. de arte amandi.) Chriſtus Dominus ſaxea corda pertraxit, & ho-

Digitized by Google

& homines more beſtiarum viuentes, in viros ſanctiſſimos conuertit, non vim aliquam eis inferens, ſed ſuauiter allieiens, quia vt dixit Salomon: *Fauus mellis compoſita verba, dulcedo animæ, & ſanitas oſſium.* Prouerb. 6.

Propterea benedixit te Deus in æternum.

Pſal. 44.

Reddit Propheta cauſam, propter quam æternus Pater Chriſtum Dominum in ſempiternum benedicturus erat: nimirum propter pulchritudinem, quam in Cruce oſtendit, & propter verborum leporem, quæ in ea pendens locutus fuit. Quæ autem hæc fuerit benedictio, nō eſt concors omnium ſententia: nam D. Hieronymus, Caſſiodorus, Lyranus, & Titelmannus interpretantur benedictionem illam fuiſſe glorificationem corporis Chriſti, exaltationem nominis ſui, & poteſtatem ei ſuper omnia conceſſam, iuxta illud: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.* Alij per hanc benedictionem intelligunt heroica Chriſti Domini opera, per quæ in vniuerſo mundo innotuit, cæleſtibus bonis ſupra modum affluere, & a Patre multis benedictionibus donatum fuiſſe. Eſt enim frequēs ſacræ Scripturæ phraſis, vt annotarunt D. Auguſtinus, & S. Thomas, vt aliquid dicatur tale eſſe incipere habere, quando illud ab eo poſſideri alijs innoteſcit: atque iuxta hanc expoſitionem ſenſus eſt, tum propter pulchritudinem Chriſti in Cruce, tum propter ſingularem eius doctrinam, miram eius ſapientiam, & potentiam hominibus innotuiſſe. Alij diuerſam omnino viam ingreſſi, arbitrantur benedictionem hanc intelligendam eſſe de ea, quam iuſti propter merita Chriſti a Deo recipiunt, iuxta illud ad Epheſios 1. *Benedixit nos Deus omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto.* Vnde Diuus Paulus ad Galatas ſcribens, probat pollicitationem, quam Deus fecerat ad Abraham, benedicendi omnes gentes in filio illius, adimpletam fuiſſe in Chriſto, in quo omnes gentes per mortem eius benedictionem receperunt. Alij cum Euthymio exponunt benedictionem hanc eſſe, quam fideles Chriſto Domino in gratiarum actionem præbent; vnde perinde fuit dicere: *Benedixit te Deus in æternum:* ac ſi diceret: Fecit æternus Pater, vt fideles te benedicant, colant, & venerentur in æternum. In quo ſenſu vſurpatum lego apud Homerum verbum, *benedicere*, dum Odyſſea 1. ait: *Strenuus eſto, vt tibi aliquis in poſterum benedicat.* Ceterum quāuis expoſitiones has omnes non inficiemur, aliam, vt mea fert ſententia, ſatis germanam è ſacris litteris haud difficile erit eruere; benedicere enim non ſemel accipitur pro eo quod eſt fœcundare, & copioſam filiorum ſobolem alicui dare. in quo ſenſu dicitur in Geneſi cap. 9. *Benedixitque Deus Noe, & filijs eius.* & cap. 12. Deus ad Abrahamū locutus, ait: *Faciamq. te in gentem magnam, & benedicam tibi.* Et regius Vates eandem vſurpans phraſim, inquit: *Et benedixit eis, & multiplicati ſunt.* Dum ergo nunc ait: *Benedixit te Deus in æternum*, perinde fuit, ac ſi diceret: Dedit tibi vt ſis Pater futuri ſæculi, ita vt in lecto Crucis iacens, quotquot filij Dei futuri ſunt, a te progignantur, iuxta illud, quod Iſaias vaticinat⁹ fuerat: *Si poſuerit pro peccato animā ſuā, videbit ſemen longæuum:* quod & Chriſtus Dominus adducta grani metaphora pulchre explicuit: *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert;* id eſt copioſam ſpiritualium filiorum ſobolem, quam præ multitudine admirans Iſaias, dixit: *Generationem eius quis enarrabit?* Licet enim hæc verba nonnulli explicent de æterna Chriſti generatione ex Patre, alij de temporali ex matre: certe verbis ſequentibus Iſaiæ: *Quia auulſus eſt de terra viuentium*, conſentanea magis expoſitio eſt, vt intelligantur de ſpirituali filiorum generatione, quos in Cruce genuit, quando per mortem, velut arbor, abſciſſus fuit de terra viuentium. Vnde quemadmodum abſciſſa arbore ſolent noua germina velut filij eius pullulare; ita abſciſſo Chriſto Domino, qui arbor erat fœcundiſſima ſecus decurſus aquarum ingentium tribulationum plantata, innumera iuſtorum nouella germina, tamquam legitimi eius filij, pullulare cœperunt.

D. Hieron. Caſſiod. Lyran. & Titelman. in commen. huius loci. Matt. 28. — Epheſ. 1. — Galat. 3. — Pſal. 44. — Hom. Odyſ. 1. — Geneſ. 9. & 12. — Pſal. 106. — Pſal. 44. — Iſai. 53. — Ioan. 12. — Iſai. 53. — Ibidem.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſsime.

Pſal. 44.

Pergit Propheta in deſcribendis præclaris dotibus, quibus diuinus Sponſus Chriſtus Dominus ornatus erat: vnde poſtquā de eius pulchritudine, & ſapientia, vt Sponſæ animum ad amorem eius impelleret, locutus fuerat, de eius mira fortitudine ſermonem facit, vt eam ſecuram reddat, brachio Sponſi ſui ab omnibus eius inimicis defendendam, ac vindicandam fore. Antequam tamen fortitudinem hanc elucidemus, oportet examinare, quid verbo cingendi, & nomine gladij, quibus regius Vates vtitur, veniat intelligendum. *Accingere*, bifariam poteſt accipi. Primo, vt idem ſit quod præparare ſe ad bellum: nam olim apud Romanos, qui togis vtebantur, hoſtes expugnaturi veſtes complicabant, & ſuccingebant: vnde Conſul, vt bellum indiceret hoſtibus, zona veſtes cingebat, quam Gabinam appellabant, cuius meminit Virgilius lib. 7. Aeneidos, dicens:

Ipſe Quirinali trabea, cinctuq. Gabino
Inſignis reſerat ſtridentia limina Conſul.

Virg. lib. 7. Aeneid.

In hoc

Digitized by Google

Ephes. 6. In hoc etiam ſenſu D. Paulus dixit : *State ergo ſuccincti lumbos veſtros:* vbi manifeſte alludit ad milites bello accinctos, vt ex translatione Græca colligunt periti illius idiomatis, qui a proprijs locis non diſcedentes, impetum inimicorum expectant. Secundo ſolet vſurpari verbum, *accingere*, ad oſtendendam animi fortitudinem : vnde olim in ſignum illius, moris fuit ſtrenuis militibus cingulum, ſeu baltheum militare præbere, quo enſem accingebant. Vnde cum duces militis alicuius inſolentiam plectere volebant, baltheo militari illum expoliabãt. Iob 12. in quo ſenſu Iob dixit ; *Baltheum Regum diſſoluit*, id eſt priuat eos honore quo antea gaudebant. Iſai. 23. & Iſaias ait : *Non eſt cingulum vltra tibi* : Reg. ibid. vbi Pagninus legit : *Non eſt fortitudo tibi vltra*. Duo ergo ſignificat Dauid in prædictis verbis : primum eſt, quod Chriſtus Dominus in montis Caluariæ palæſtra infeſtiſſimos ſuos hoſtes debellaturus, prius fortitudinis ſuæ baltheo ſe accinxit. Secundum eſt, Chriſtum Dominum in die belli oſtentaturum fore miram eius fortitudinem, tres illos fortiſſimos hoſtes deuincendo, mortem, peccatum, & dæmonem. Mortis fortitudinem nemo eſt qui non agnoſcat, cum eius inſigne ſit: *Nemini parco* : vnde Spiritus ſanctus, vt amoris fortitudinem ſignificaret, mortis robori Cant. 8. eam comparauit, dicens : *Fortis eſt vt mors dilectio*. Fortitudinem autem peccati magnam eſſe, præterquam id clare oſtendit, quod mors Iob. 18. primogenita eius eſt, vt dicit Iob, a quo tamquam filia a parente vires, & robur ſuum mutuabit, vnius ſolum peccatum Adami totum genus humanum expugnauit, originali macula illud inficiens. Fortitudinem tandem dæmonis multifariam, multiſq. modis exaggerant diuina Iob. 40. monumenta; nam Iob vocat illum *Behemoth*, *Leuiathan*, *regem ſuper omnes ſuperbos*. Dauid ap- Pſal. 73. 90. pellat eum aſpidem, baſiliſcum, draconem, & Iſai. 10. 49. leonem: Iſaias fortem, robuſtum, & gigantem : Luc. 11. ac tandem Chriſtus Dominus fortem armatum illum vocitauit. Cum ergo ipſe hos fortiſſimos hoſtes in Crucis patibulo viriliter profligarit, Oſee. 13. vnde ipſe dixit : *O mors ero mors tua*. & alibi : Ioan. 12. *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras*. & Iſai. 25. Iſaias : *Præcipitauit mortem in ſempiternum* ; quam in Cruce præcipitaſſe catholica teſtatur Eccleſia, canens : *Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit*: manifeſtum eſt, Chriſtum in Cruce mirum in modum inuincibilem ſuam fortitudinem oſtentaſſe.

Sed iam ad ſecundum accedentes, quid nomine *gladij*, regius Vates intelligat, ediſſeramus : ex hoc enim germana intelligẽtia illorum ver- Ambr. pſal. 118. borum palam fiet. Scio D. Ambroſium, quem Ianſen. hic. ſecutus eſt Ianſenius, per gladium hũc intelligere diuinitatem, quam vniens humanitati in die incarnationis, eam accinxit. Scio etiam diuum D. Hieron. Hieronymum, Auguſtinum, Euthymium, Caſ- Auguſt. Euthym. ſiodorum, Vatablum exiſtimare per hunc gla- Caſſiod. & Vatabl. ſup. dium ſignificari doctrinam, & prædicationem Pſal. 44. Chriſti Domini : hæc enim fuit gladius, quo ipſe hoſtes ſuos glorioſe ſuperauit. Vnde Iſaias ad id ſignificandum dixit : *Percutiet terram virga* Iſai. 11. *oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium*. Et Apoſtolus vocauit illum gladium an- Heb. 4. cipitem : *Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti*. S. Clemens Ale- Clem. Alex. 1. ſtromatũ. xandrinus refert D. Petrum ſolo verbo Ananiã Actor. 5. & Sapphyram interfeciſſe, ſicut olim etiam, vt Exod. 2. ipſe opinatur, Moyſes Aegyptium ſolo verbo interemit. Si ergo diuinum verbum in alieno ore poſitum, tanta ac tam mirabili fortitudine pollet ; quantæ quæſo fortitudinis erit, cum ex proprio Chriſti ore prodierit? Illam certe experti fuere pluſquam quingenti milites illius Ioan. 18. cohortis, qui audito illo verbo Chriſti: *Ego ſum*, omnes pariter retrorſum ceciderunt : illamque multo antea prædixerat Iſaias in perſona Chri- Iſai. 49. ſti, dicens: *Poſuit os meum quaſi gladium acutum*. Hoc certe gladio non ſolum vicit homines, ſed & tartareas poteſtates, non ſolum vitia deſtruxit, ſed infernum etiam expoliauit, indomitam carnem noſtram domuit, laſciuiẽtem appetitum compeſcuit, ac tandem huius gladij acie ſeparauit filium a patre, filiam a matre, nurum a ſocru : *Litigat pater cum filio* (ait Rufinus) *quia* Rufin. ſuper pſal. 44. *vult filius ſeruire Deo : ille promittit terrenam hereditatem; iſte appetit cæleſtem : ille pugnat ; iſte repugnat: ſed fortior eſt gladius ſpiritualis ſeparãs, quam natura carnalis copulans*. hæc ille. Quæ Matth. 10. omnia vno verbo Chriſtus Dominus dixit: *Non veni pacem mittere ſed gladium*. Verum his expoſitionibus ſuperſedens, vt propoſito noſtro argumento inſeruiamus, doctiſſimi Heſychij expoſitionem amplectens, per gladium intelligendam eſſe reor Crucem, in qua Chriſtus pependit. Verba eius ſunt hæc : *Gladium crucem vo-* Heſych. ſup. pſal. 44. *cat, hac enim tamquam gladio vſus, duos hoſtes, diabolum, & mortem interfecit. Accingere ergo cruce in carne, qua vere hoſtes noſtros ſuperare potuit*. Crucem autem in ſacra Scriptura pro gladio vſurpari, non ſemel legimus. Nam Iſa- Iſai. 27. ias dixit : *Viſitauit Dominus in gladio ſuo duro, & grandi, & forti ſuper Leuiathan*. Et Zacharias Zach. 13. ait : *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum*. Et Pſal. 21. Dauid in perſona Chriſti : *Erue a framea Deus animam meam*. Ex quibus locis non obſcure colligitur, ob duplicem cauſam merito Crucem gladium vocari, & quia vitæ Chriſti telam præcidit, & quia hoſtes ſuos confodit. Eſt tamen obſeruatione dignum, quod ad illos expugnandos non æreo, & ſplendenti gladio, ſed ligneo & obſcuro illos debellauit. hoc enim mirifice Chriſti fortitudinem commendat. Nam quanto infirmioribus ac debilioribus armis fortiſſimus vincitur hoſtis, tanto magis potentia vincentis ef- Iudic. 15. fulget: vt contigit Samſoni in Philiſthinorum expugnatione, quos non diſtricto enſe, non haſta vibrante, non ſagittarum ictibus, ſed aſini mandibula ignominioſe interfecit. Simile 1. Reg. 17. quidpiam accidit Dauidi, qui debellaturus gigantem Goliath fortiſſimis armis munitum, non gladio, ſed quinque lapidibus lethali vulnere eum percuſſit. Non diſſimiliter, vt reportata a Chriſto de hoſte victoria magis eluceret, &

com-

Digitized by Google

commendabilior eſſet, non armorum ſtrepitu, non militibus ſtipatus, non tormentis bellicis vtens, ſed infirmo Crucis ligno a reas poteſtates deuicit.

Pſal. 44.

Specie tua, & pulchritudine tua intende proſpere, procede, & regna.

Doctores Hebræi, quos ſecuti ſunt Enthymius Engubinus, & Ianſenius, coniungunt hæc verba cum præcedentibus: ſic enim legunt, vt Folengiua obſeruauit: *Accinge gladium tuum ſuper femur, gloria tua, & decor tuus*: hoc eſt, gladius hic gloria tua eſt, atque decor, o potentiſſime. Placuit hæc lectio Paraphraſti Chaldæo, verba illa perſimili modo ſic vertenti: *Cinge enſem tuum ſuper latus tuum ô fortis, quo interficias Reges, & Principes ſplendore tuo, & gloria tua.* Ceterum noſtra vulgata, & ſeptuaginta Interpretes connectunt verba illa: *Specie tua, & pulchritudine tua*, cum ſequentibus verbis, *intende proſpere procede, & regna.* Vnde ſenſus erit, Chriſtum Dominum mediante decore, & pulchritudine, quam in Cruce oſtendit, multorum animos imperio ſuo ſubiugaſſe, & inde regnare coepiſſe, vt prædixerat Dauid: *Regnauit a ligno Deus*; & præuiderat Iſaias, cum dixit: *Et factus eſt principatus ſuper humerum eius.* Alij Reges ſtabilire volentes ſua regna, fundant illa ſuper humeros ſubditorum, varijs tributis illos vexãtes, quos minatur his verbis Habacuc: *Væ qui ædificant ciuitatem in ſanguinibus*: at Chriſtus Dominus nouum ſuum regnum fundat ſuper humeros ſuos, Crucis pondus & dolores pro ſubditis in corpore ſuo ſuſtinens. vnde vbi noſtra vulgata legit: *Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſapphyris*; alij vertũt: *Sternam ordine lapides tuos in fuco, vel in ſtibio*; vbi D. Hieronymus obſeruat, alluſiſſe Prophetam ad fucum muliebrem, quo ſuppoſititijs figmentis feminæ facies ſuas decorant. Vult ergo Propheta regnum hoc Chriſti fundandum eſſe non in pulchritudine naturali corporis Chriſti ei congenita, ſed in ſuppoſititia, & aduentitia, quam liuidus color colaphorum, candidus ſalinarum, purpureus ſanguinis, ex ſpinarum punctuis per ſacrum eius vultum decurrentia, ei præſtituri erant: *Per manus iniquorum affligentes*, vt Petri verbis vtar. Subiungit continuo Propheta: *Intende proſpere, procede, & regna*: id eſt, vt Chaldæus Paraphraſtes vertit: *Gloria autem tua multiplicabit filios, ſic proſperaberis.* Rufinus in commentario huius loci varias inſinuat expoſitiones. ait enim: *Dici poteſt, proſpere procede, de vna gente ad aliam, & regna in acquiſitis ſecundum bonos mores & virtutes: poteſt etiam intelligi hoc modo: Intende in ſpecie, & pulchritudine tua, vt imaginem & ſimilitudinem, quam prima noſtro parenti dediſti, in filijs eam renouare, & reformare digneris. Proſpere procede, proſpere ex vtero virginali progredere: proſpere de ſepulchro conſurge; proſpere ab inferis ad Patrem reuertere.* Conſtat autem totam hanc felicitatẽ, & proſperitatem ortum habuiſſe ex ſanguine, quẽ diuinus hic Spõſus: *Quia Sponſus ſanguinum eſt*, in ara Crucis effudit. Sed Chaldaicæ interpretationi inſiſtens, quæ proſperitatem hanc (vt diximus) intelligit de multiplicatione filiorum, quos Chriſtus in Cruce progenuit, apte id accommodari poteſt, quod Plutarchus in Apophthegmatibus de Ageſilao Lacedæmonũ Rege commemorat, qui interrogatus quouſque ſecundum latitudinem loci, regnum & imperium eius protendendum eſſet, ipſe arripiens ab extremitate haſtam, quantum brachio potuit illam porrexit, dicens: *Quouſque hæc perueniat*; ſignificans tantum dilatandum fore eius regnũ, quantum robore proprij brachij haſtam vibrãtis comparare potuiſſet. Non diſſimiliter regnũ Chriſti eo ſane peruenit, quo Crucis haſta ſe extendit, & ideo Propheta ad id alludens, præuidens Chriſtum a Crucis ligno regnantem, ait illi: *Intende proſpere, procede, & regna.* Dilatationẽ hanc egregia quadam metaphora ſignificauit Chriſtus Dominus, per Dauidem Prophetã eam prædicens: *In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ ſubditi ſunt.* Quæ verba duplicẽ ſuſtinent ſenſum. Primus eſt, ut calceamentum ſignificet idem, quod poſſeſſio, quia poſſeſſio idem eſt quod pedum poſitio, qua locorum poſſeſſiones ſumũtur: unde proijcere a ſe calceamentum, erat cedere iuri alicuius poſſeſſionis, ut habetur Ruth. 4. In hac ergo acceptione perinde fuit, ac ſi diceret, in omnes gentes extendam dominium meum; per Idumæam enim omnia Gentilium regna intelliguntur, ut in commentario illius loci obſeruant D. Hieronymus, & Gregorius. Secundus ſenſus magis noſtræ intentioni conſentaneus eſt, quẽ tradunt Nazianzenus, Auguſtinus, Baſilius, Eucherius, Hugo, & Rupertus, hi omnes Patres aſſerunt, per calceamentum intelligi ſactam Chriſti humanitatem, qua uelut calceata erat diuina Maieſtas, unde D. Gregorius Nazianzenus, & Ambroſius uerba illa Ioannis: *Non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum eius*, de Chriſti humanitate Verbo unita explicãt. & metaphora quidem eſt ſatis congrua: tum quia ſicut intra calceum latet pes, ita ſub ſacra illa humanitate Verbi diuinitas deliteſcebat: unde Iſaias dixit: *Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator*: tũ mirifice ad noſtram intentionẽ: quia ſicut calceus fit ex emortui animalis pelle, multis percuſſionibus cõcuſſa; ita mortalis Chriſti humanitas innumeris fuit percuſſa doloribus, & permultis laboribus, immo & clauorum ictibus in Crucis ligno concuſſa. Senſus ergo erit, ut Verbum diuinum dicat ſe in poſſeſſionem gentium

Margin notes: Pſal. 44. — Engubinus. Ianſenius. Folengius. Paraphraſt. Chaldæus. — Pſal. 44. — Pſal. 92. — Iſai. 9. — Habac. 2. — Iſai. 54. — D. Hieron. — Act. 2. — Rufin. ſup. Pſalm. 44. — Exod. 4. — Plutar. in Apophth. — Pſal. 44. — Pſal. 107. — Ruth. 4. — D. Hieron. & Gregor. ibidem. — Nazianzen. orat. in S. Lum. Aug. ps. 59. Baſil. ps. 61. Eucher. lib. de formu. Hug. ps. 59. Rupert. l. 1. D. Greg. Nazian. hom. 7. in Euang. Ambroſ. de inſtit. virg. cap. 14. Marc. 1. — Iſai. 45.

Digitized by Google

tium introducendum mediante eius humanitate clauis confixa, qua calceatum incedebat, hoc eſt mediante paſſione corporis, & morte illius. Poſſumus etiam addere tertium alium ſenſum ex doctiſſimo quodam Hebræo nomine Immani, in hunc modum vertente prædicta verba: *In Idumæam extendam chirothecam meam*: alludit ſine dubio ad conſuetudinem antiquam: cum enim Dux vrbem aliquam obſidebat, intra ciuitatis mœnia chirothecam mittebat, in ſignum quod minime ablaturus eſſet obſidionem, quouſque eam deuiciſſet, vel ſponte illa ei ſe tradidiſſet. Ita ſane Verbum diuinum cum obſidionem ſuper Gentilitatem poſuiſſet, vt eam ſacræ ſuæ ſeruituti ſubiugaret, mittit in illam chirothecam ſuæ humanitatis, paſſionis doloribus inſtar pellis chirothecæ concuſſam, proteſtans minime auferendam ſibi obſidionem, quouſque illa ſponte, ac libere diuina eius gratia ſuffulta, ſuæ ditioni ac imperio ſe ſubdiderit. Nomine autem chirothecæ apte deſignari humanitatem Chriſti, ex duplici ratione præcipue conſtat; tum quod chirotheca manum cooperiat. (Eſt autem Dei Filius manus Dei. vnde dicebat: *Emitte manum tuam de alto, & eripe me*. Humanitas ergo Chriſti manum hanc Dei cooperiens velut chirotheca eius erat) tum quia ſicut chirotheca, & maxime Principis, ſolet varijs vnguentorum pigmentis, vt florum liquore, ambaro, vel muſchio condiri, quorum odoris ſuauitate domus repletur; ita ſacra illa humanitas diuinorum charíſmatum vnguentis fuit delibuta, cuius fragrantia innumeras gentes ad ſe currentes pertraxit, quæ cum Sponſa dicebant: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Vt magis autem Propheta proſperum hoc Chriſti dominium, & eius excellentiam commendaret, poſtquam dixit: *Proſpere procede*, continuo ſubiunxit, *& regna*: vbi Hebraicæ linguæ periti acute obſeruarunt, quod verbum Hebraicum originale, cui correſpondet Latinum verbum, *regna*, ſignificat *equitare*, quod apte vſurpatur pro eodem quod regnare: nam qui equitat, ſi equitandi arte peritus ſit, non ſolum equum ducit, quo lubet, ſed omnino ſibi ſubiectum, & quaſi ad nutum habet; ita vt quod alij calcarium puncturis ab equo extorquere non poſſunt, ipſe ſuaui ac leni virgulæ percuſſione facile ab eo obtineat. Vt ergo Propheta exprimeret, Chriſtum Dominum fortiter & ſuauiter vniuerſum orbem ſibi ſubditurum fore, ſtrenuo equitanti illum comparat, qui equum nulla illata ei violentia ſibi ſubijcit, regit, atque gubernat: & ideo ait, *equita*, ſeu *regna*, quod & docuit Diuus Paulus, dicens: *Oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius*.

Rabbin. Immanuel in Ps. 107. — *Pſal. 143.* — *Cant. c. 1.* — *Pſal. 44.* — *1. Cor. 15.*

Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam deducet te mirabiliter dextera tua.

Pſal. 44.

Poſtquam regius Vates ſermonem fecerat de regno, quod Chriſtus Dominus per ſanguinem ſuum in ligno Crucis acquiſierat, iuxta illud: *Feciſti nos Deo regnum in ſanguine tuo*: pergit nunc ad manifeſtandam veritatem, manſuetudinem, & iuſtitiam regiminis illius, quo regnum ſuum tuetur, atque conſeruat; quia non minor eſt virtus parere, quam parta tueri. Vnde Plutarchus refert, Auguſtum Cæſarem ualde admiratum fuiſſe, quod Alexander poſt deuictam Aſiam, & Europam dixiſſet: neſcio quid in reliquo vitæ meæ tempore faciendum ſit, cum iam nullum regnum reſtet mihi acquirendum. Hanc enim ſententiam Auguſtus Cæſar his uerbis labefactauit: *Quia non maius apud Alexander exiſtimaſſet partum gubernare imperium, quam magnum acquiſiſſe*. Manifeſtat ergo Propheta in prædictis uerbis heroicas Chriſti uirtutes, quibus partum regnum ſemper conſeruat, inter quas primo loco commemorat ueritatem, & manſuetudinem. Nam ut dixit Salomon: *Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius*. Bene quidem ait roborari ueritate & clementia thronum Principis. Nam ſi ille in promiſſis uerax eſt, & cum miſerendi occaſio ſe offert, ſubditos a miſeria ſubleuat, omnium animos in amorem ſuum accendit. Nulla autem ſtrenuior ac diligentior cuſtodia Principis throno adhiberi poteſt, quam amor: unde antiqui illum depinxerunt armatum & dormientem, ut ſignificarent, ſecure poſſe dormire dilectum, cum ad eius cuſtodiam amor aſſiſtit. Quod non obſcure indicauit Sponſa cum dixit: *Ego dormio, & cor meum vigilat*, id eſt: Secura ſum, quod nemo me dormientem excitabit, quia Sponſus, qui eſt cor meum, & amor meus, uigilat in mei cuſtodiam. Refert Seneca, Imperatorem Neronem in familiari quadam confabulatione dixiſſe: *Ferrum tuetur Principem*: at ipſe continuo reſpondit: *Melius fides*; id eſt, promiſſa adimplere, cui ſi manſuetudo & clementia iungantur, mirum in modum Principem ſuis ſubditis amabilem reddunt. Quod probe nouiſſe mihi uidetur Imperator Seuerus: nam cum animaduerterent Mammea eius mater, & Memmia uxor eiuſdem, ſeuerum non eſſe, ut nomen Seueri præſeferebat, dixerunt ei, eximia ſua manſuetudine regalem auctoritatem demittere, & minuere: quibus ipſe

Apoc. 5. — *Plutarch. in Auguſto.* — *Aug. Cæſar.* — *Prou. 20.* — *Cant. 5.* — *Seneca in Octauia.*

Digitized by Google

ſpondit dignam tanto Imperatore ſententiam, *Imma ſecuriorem & diuturniorem reddo.* Cui non diſſimilis eſt alia Antiochi Regis Macedoniæ reſponſio, qui interrogatus quid cauſæ eſſet, quod in iuuentute ſeuerum, in ſenectute vero benignum ſe exhiberet: reſpondit: *Prius opus fuit regno, nunc gratia, & beneuolentia*: quibus verbis ſapienter admodum indicauit, quod quãuis regnum armorum vi, & violentia ſoleat cõparari, conſeruari vero non niſi beneuolentia, & clementia. Verum tamen eſt, debitis temporibus iuſtitiæ virgæ manum a Principe eſſe admouendam. Quod vt Aegyptii ſignificarent, pingebant *Pier. Valer. lib. 9.* (vt refert Pierius) ſceptrum, in cuius vertice quędam erat ciconia, in extremitate vero inferiori Hippopotamus. Sceptrum regnum denotabat: Ciconia, quæ piiſsima eſt, clementiam: Hippopotamus animal ferocitate præditum, rigorem; quia licet Rex mãſuetudine inſignis eſſe debeat, iuſtitiæ virgam non omnino obliuiſci debet. In Chriſto autem Domino omnes has virtutes mirifice enituiſſe, & præſertim cum è Cruce pendebat, nemo ſanæ mentis inficiari poterit: adeo enim verax erat, vt Dauid vocauerit illum non *Psal. 42. Ioan. 14.* ſolum veracem, ſed ipſam veritatem: *Emitte lucẽ tuam, & veritatem tuam*: nec ſolum fuit verax ſermone, ſed & opere etiam, implens plene omnia Dei promiſſa, vt vltimo verbo in Cruce expreſ- *Io. Apoc. 3.* ſit, dicens: *Conſummatũ eſt.* Vnde Ioannes ait: *Hæc dicit Amen, teſtis fidelis*, ac ſi diceret, Chriſtus hæc loquitur, qui eſt *Amen*, & *fiat*, & *fidelis* in adimplendis promiſsionibus. Manſuetudinem *Iſa. 53.* vero eius quis ignorat, cum *tamquam agnus corã tondente ſe obmutuerit*, vt dixit Iſaias, maxime quod tãta eſt Agni manſuetudo, vt interficienti ſe carnem & ſanguinem ſuum præbeat in cibũ? Ita Chriſtus Dominus omnibus ſe in Euchariſtia exhibuit in cibum, & potum, etiam interfectori- *Matth. 26.* bus ſuis: *Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum.* Cũ hac tamen tanta manſuetudine iuſtitiam, vt decet Principem, miſcuit: nam præter commutatiuã, quã in Cruce exercuit, Patri ſanguinis ſui pretio ineſtimabili condignam de toto rigore iuſtitiæ ſatisfactionem exhibẽs, vindicatiuam etiam manifeſtauit, ſacrilegos tem- *Ioan. 2.* pli profanatores flagello ex funiculis confecto *Mar. 11. Matth. 23. Ibidem.* a domo Dei eijciens, infructiferam ficum maledictione ſua exſiccans, Phariſęorũ hypocriſim, & ſanctitatis fucum acriter obiurgans, ſepulchra *Ioan. 8.* dealbata, & Satanæ germina illos vocans: *Vos ex patre Diabolo eſtis.* Ac tandem non ſemel ſeueris ſuppliciis diuinæ legis præuaricatores af- *Iacob. 2.* ficit. Sed quia, vt dixit D. Iacobus: *Superexaltat miſericordia iudicium*, quoties Chriſtus plectit, numquam quantitas pœnæ adæquat magni- *Isa. 59.* tudinem culpæ, vt non obſcure ſignificauit Iſaias his verbis: *Peccata noſtra reſponderunt nobis, quia ſcelera noſtra nobiſcum.* Pro cuius loci exacta intelligentia obſeruandum eſt, duo nobis in eo edoceri: primum eſt, ſupplicia, & labores, quos Deus immittit, ex proprijs noſtris peccatis oriri: nam *D. Greg.* vt dixit Gregorius: *Nulla ei noceret aduerſitas, ſi nulla dominaretur iniquitas.* Equidem homine nõ offendente Deum, nulla illum offendebat creatura; ipſo autem contra Deum inſurgente, omnes contra eum inſurrexerunt: vnde ſicut canes Actæonis, vt refert Ouidius, cerui pelle indutum *Ovid. Metamorph. 3.* videntes, in illum acriter irruerunt, & in fruſta conciderunt, ita creaturæ videntes hominem, cui antea ſubdebantur, deformi peccati pelle indutum, debitam ei ſeruitutem, & ſubiectionem denegantes, acerrime illum inuaſerunt, varijs miſerijs, & ærumnis eum opprimentes. Confir- *Psal. 38.* mant hanc veritatem verba Dauidis: *Propter iniquitatem corripuiſti hominem*, & quæ ſequuntur, non minus eandẽ corroborant: nam vbi noſtra vulgata legit: *Et tabeſcere feciſti ſicut aranea animã eius*, D. Hieronymus iuxta Originale Hebræum vertit: *Euaneſcere feciſti, vel diſſoluiſti quaſi tinea animam eius*, quaſi diceret: ſicut tinea, quę corrodit lignum, ex ipſo naſcitur, ita ſupplicia, ac labores quos peccator ſuſtinet, ex proprijs eius peccatis ortum habent. Secundum in prædictis verbis obſeruatione dignũ eſt, quod cum dicit: *Peccata noſtra reſponderunt nobis*, vbi per peccata intelligit pœnas peccatis debitas (licet Rufi- *Rufinus Oseæ 3.* nus exiſtimet Prophetam vſurpare metaphoram agrorum, de quibus ſolemus dicere vulgari ſermone loquentes, ager hic reſpondet, vel refert tãtam quantitatem frumenti pro tanta in eo ſeminata, quam phraſim redolent verba Virgilij. *Virg. 1. Georg.*

Illa ſeges demum votis reſpondet auari
Agricolæ, &c.

Vnde ſenſus erit, quod ſicut feracis agri abundãtiores ſunt fructus, quam ſemina; ita pœnæ reſpondentes peccatis maiores eſſe ſolent, quam eorum uoluptas fuerit) mihi tamen uerba illa uidentur explicanda per metaphoram Echo, de qua Sapientiæ 17. *Reſonans de altiſſimis montibus* *Sap. 17.* *Echo: deficientes faciebant illos præ timore.* Sicut enim uox Echo non reſpondet integra, ſed confracta (nam ex uerbo non niſi unam, uel alteram ſyllabam refert) ita pœnæ ac labores præterquã ex peccatis ipſis proficiſcuntur, ſicut uox Echo a uociferante præcipue ortum habet, numquam reſpondent plene, & adæquate magnitudini peccatorũ. Quod adeo uerum eſt, ut non ſolũ in hac uita, ſed & in futura, licet Deus præmiet ultra condignum, citra condignum tamen ſemper puniat, ut loquũtur Scholaſtici Theologi. Cum igitur in Chriſto adeo emicuerint ueritas, manſuetudo, & iuſtitia, manifeſte cõſtat, his uirtutibus, quæ bonum Principem decent, cumulatiſsimum fuiſſe.

Sagittæ tuæ acutæ (populi ſub te cadẽt) in corda inimicorũ Regis. *Psal. 44.*

Quamuis apud deceptam Gentilitatem multi-

plex

plex viguerit modus proprios Deos depingendi iuxta varia diuerſarum nationum prædominantes affectiones: Lacedæmonij enim illos depingebant armatos, quia potentiæ ſuæ armis omnia ſubdebant: Aſſyrij cõpedibus ligaros, ne fugerent a ſe: Phoenices auro, & argẽto plenis crumenis è cingulo pendentibus, quia auro dicebant omnia dominari: *Pecuniæ* enim *obediunt omnia*: nihilominus tamen in depingendis tribus dijs, Cupidine, Ioue, & Apolline, concors fuit omnium ſententia, dum illos omnes arcu, & ſagittis depinxerunt: Cupidinem quidem, quia amoris; Iouem, quia vindictæ; Apollinem, quia eloquẽtiæ ſagittis mortalium corda feriebant. His prælibatis diuinus Sponſus Chriſtus Dominus in throno Crucis ſedens, videtur mihi hoc triplici ſagittarum genere inſtar ſtrenuiſsimi iaculatoris hominum corda transfigere: arcus eius Crux eſt, vel brachia illius in Cruce extenſa, vt per Dauidem ipſe prædixerat: *Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea*, inde nudus velut cæleſtis Cupido, arcum ſuum tetendit, & in eo parauit, non vt olim, ſagittas mortis, ſed vitæ, ſed beneuolẽtiæ, ſed amicitiæ, & charitatis, quibus Sponſa percuſſa dixit: *Amore langueo*, vel vt alij ex Hebræo vertunt: *Vulnerata ſum charitate*. Sed cuius, quæſo, cor etſi æneum nõ vulnerent ſagittæ tã ardentis amoris, vt qui auctor vitæ erat, mortẽ ſuſtineret ad hoc vt vitam nobis donaret? Poſſumus etiam dicere cum diuo Hieronymo, per has ſagittas intelligi ſacros Apoſtolos, iuxta illud Pſalmi: *Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum*: has enim ſagittas Chriſtus Dominus ex pharetra diuini ſui amoris extrahens in mundum miſit, vt praua & prauos diſſiparent, iuxta illud: *Miſit ſagittas ſuas & diſſipauit eas*. Ex Cruce etiam Chriſtus Dominus velut diuinus Iupiter, qui iuuans pater interpretatur, potentiæ ſuæ ſagittis non homines, vt ille, ſed hominum peccata confodit: ſicut enim, Marco Manilio id referente, Alco peritiſſimus ſagittarum iaculator, cum ingentem colubrum inuaſiſſe in ſilua filium quendam ſuum, quem ad venandum ſecum duxerat, & vndequaque cingentem corpus eius cum ingenti vitæ illius diſcrimine cerneret, paterna pietate commotus arcum tetendit, impulſumque ſagittæ tã ſingulari arte, & induſtria attemperauit, vt colubrũ trãsfigens, & illũ interficiens, filium indemnem omnino reliquerit. & addidit Marcus Manilius, *Mirabile fuiſſe hoc opus: Sed ars erat eſſe patrem*. Ita Chriſtus Dominus videns peccatores peccati colubro vndique eos circũdante oppreſſos, quamuis reuera poſſet illos ardentibus iræ ſuæ ſagittis interimere, & in inferni barathrum detrudere, taliter tamen has ſagittas temperat, vt eorum malitiam, non eos euertat: *Ars enim erat eſſe patrem*. vt & Dauid dixit: *Quomodo miſeretur pater filiorum: miſertus eſt Dominus timentibus ſe*. Tandem velut diuinus Apollo, Chriſtus Dominus tam in terra degens, quam in cælo regnans, verbis ſuis velut ſagittis acutiſſimis corda hominum penetrauit, quia ſermo Dei penetrabilior eſt omni gladio ancipiti, ſolo vno verbo: *Venite poſt me et faciã vos fieri piſcatores hominũ*, Apoſtolos ad ſe pertraxit, & principes Eccleſiæ conſtituit, & poſtea ex empyreo cælo clamãs: *Saule Saule, quid me perſequeris*, ex lupo rapaci & immani in manſuetum agnum conuertit, & ex Eccleſiæ infeſtiſſimo perſecutore, clariſſimum gentium doctorem effecit. Ad hæc igitur omnia ſagittarum genera reſpiciens Propheta, dixit: *Sagittæ tuæ acutæ (populi ſub te cadent) in corda inimicorum*, quaſi dicat: mira iſtarum ſagittarum virtute omnium corda transfixa tuæ ditioni ſubdentur, teque vt Regem ſuum adorabunt: cadere enim pro adorare frequenter in ſacra Scriptura vſurpatur. vnde de Abigail, ait: *Et cecidit ad pedes eius*, & de Thecuite: *Cecidit coram eo ſuper terram*, & ſubiungit: *& adorauit*.

Eccl. 10. — Pſal. 17. — Cant. 2. — Pſal. 126. — Pſal. 151 — Marc. Manil. de Alcono. — Pſal. 102. — Lib. 2. — Matth. 4. — Act. 9. — Pſal. 44. — 1. Reg. 25. — 2. Reg. 14.

Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi, virga directionis, virga regni tui.

Pſal. 44.

Ecce inſignem locum ad probandam diuinã huius Sponſi diuinitatem, cum regius Propheta vocet illum Deum, cuius loco in Originali Hebræo eſt: *Tetragrãmaton*, quod ſoli Deo, ipſis Iudæis atteſtantibus, conuenit. Et licet ipſi, vt frequenter conſueuere, velint hoc teſtimonium eludere, legentes: *Sedes tua Dei in ſæculum ſæculi*, prærerquam pugnat hæc lectio cum communi omnium Patrum intelligentia, ſatis eſt viro catholico, quod hoc teſtimonio vtitur diuus Paulus ad Hebræos 1. ad comprobandam Chriſti diuinitatem. Hinc ergo eſt, quod cum Chriſtus ſit Deus æternus, æternum etiam debet eſſe eius regnum, & ideo ait Propheta: *Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi*. Deinde hoc eſt diſcrimen inter regnum aliorum Principum, & regnum Chriſti, quod illud eſt labile, & caducum; hoc firmum, & in æternum duraturum. vnde Dauid cecinit: *Regnum tuum, regnum omnium ſæculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generationem*. Huius autem diſcriminis cauſam duplicẽ præcipue arbitror aſſignari poſſe, deſumptam ex verbis ipſius Dauid, quorum expoſitioni nunc inſiſtimus. Prima, quia cum regnum hoc non ſit puri hominis, ſed Dei virilis, ſeu hominis Dei, *Sedes tua Deus*, certe ab æternitate, quam habet ipſe per eſſentiam, regnum hominis mutuat æternitatem per participationem. Secunda ratio venanda eſt ex diuerſitate fundamenti vtriuſque huius regni: firmitas enim, & diuturnitas ædificij maxime dependet ex conditione fundamenti: regna temporalia futili, & infirmo fundamento nituntur; coeperunt enim fundari quædam in tyrannide, quædam in inſatiabili auri cupiditate, quædam tandem in ambitione, & inanis gloriæ deſiderio: & cum hæc omnia fundamenta vana ſint, facile ſuperædificata eis regna euaneſcunt, & in ventum reſoluuntur, vt teſtantur Daniel,

Ibidem. — Ad Heb. 1. — Pſal. 44. — Pſal. 144.

G 2

Daniel 7. Zach. 6. niel, & Zacharias; quibus quatuor monarchiæ per viſionem oſtenſæ ſub figura quatuor equorum dictum eſt: *Hi ſunt quatuor venti*, quibus manifeſte miram eorum caducitatem expreſsit. At regnũ Chriſti Dñi, cum non in tyrannide fundetur, nõ in cupiditate, & ambitione, ſed in virga directionis, hoc eſt in iuſtitia, quæ valde conſeruat regna (nam vbi vulgata noſtra legit: *Iuſtitia, & iudicium correctio ſedis eius*, Campenſis vertit: *Iuſtitia, & æquitas fulcra, vel firmamentum throni eius*) necnon in ſanctitate, in humilitate, in manſuetudine, in vitæ integritate, ac tandem in profuſo ſanguine ſuo, quæ firmiſsima, & incorruptibilia fundamenta ſunt, firmiſsimo & incorruptibili fundamento erectum eſt, vt Daniel prædixerat: Dan 7. *Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non præteribit, & regnum eius non corrumpetur*. Ad quod manifeſtãdum ait Propheta: *Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi, virga directionis, virga regni tui*. Pſal. 96. Pſal. 44. Sed quia in ſuperioribus non ſemel oſtẽdimus Chriſtum Dominum à ligno regnaſſe, non incongrue dicemus virgam hanc Crucem eſſe, inſtar ſceptri Chriſti Regis, per illud Aſsueri, quod Eſther oſculata fuit, & illud ꝙ Gen 49. Iacob moribundus adorauit, ad amuſſim præfigurati, cuius meminit diuus Paulus ad Hebræos ad Heb. 11. D. Chryſoſt. homil. de Cruce. ſcribens: vnde diuus Chryſoſtomus homilia de Cruce vocat illam, *Inſigne regale*. Hoc ergo ſceptro, & virga Chriſtus Dominus tyrannorum Regum ſceptra contriuit, mundum deuicit, peccatũ fugauit, & inferni feras cõfregit. Sicut enim olim Moyſes prodigioſo illo ſceptro, ſeu virga, quam manu geſtabat, vt Prorex populi Hebræi, inſignia prodigia patrauit, ſubmerſit Ægyptios, Exod. 14. ditauit Iſraelitas, aquas conuertit in ſanguinem, Exod 7. Num. 20. petram velut fontem ſcaturire fecit: non diſsimiliter Chriſtus Dominus prodigioſa Crucis virga mira portenta oſtentauit, viſibiles, & inuiſibiles inimicos profligauit, cæleſtibus chariſmatibus animos locupletauit, dulces voluptatum aquas in ſanguinem, & dolorem pœnitentiæ conuertit, inundantem lacrymarum fontem ex ſaxeis cordibus eruit, peccatorum remiſsionem præbet, ſatisfactionem pro culpis noſtris exhibet, ac demum cæleſtis Hieruſalem portas nobis reſerat. Arbitror etiam propterea Dauidem vocare Crucem virgã directionis, ſeu vt vertit diuus Ambroſius, virgam rectitudinis, ſeu rectam, quæ obliquitatem neſcit, vt ſignificet, quod quemadmodum ſceptrum illud Moyſis nunc apparebat in forma colubri formidoloſi, & timorem incutientis, nunc ſub figura virgæ, & baculi ad requiem deſeruientis; Ægyptijs enim coluber fuit, illos infeſtans, Iſraelitis vero baculus leuaminis, & conſolationis, illos recreans, quadam veluti vtens diſtributiuæ iuſtitiæ rectitudine: ita Chriſtus Dominus Crucis virga inimicos conterit, amicos conſolatur, peccatores excruciat, iuſtos recreat, & demulcet. Vnde diuus Baſilius in commentario horũ verborum: D. Baſil. ſup. Pſal. 44. *Virga tua, virga directionis*, ait: *Correctrix, & index eſt virga Dei in caſtigando, recta, & non obliqua inducit iudicia, vnde & rectitudinis virga, virga regni ipſius dicta eſt. Si enim dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, viſitabo in virga iniquitates eorum.* Pſal. 88. Pſal. 22. Pſal. 2. *Vides iuſtum Dei iudicium, quo non in quoslibet, ſed in peccatores vtitur? Has autem, & conſolationis virga nominatur: Virga enim tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt: has & contritionis virga eſt: reges eum ipſos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos.* His perſimilia ſunt, quæ ſcribit Incognitus in commentario huius Pſalmi, dum ait: *Regimen tuum eſt ad dirigendos ſubditos, non ad opprimendum, vel eſt virga directionis, vnicuique tribuens ſecundum merita bonis præmia, & tormenta malis. Nemo ergo ſibi de miſericordia Chriſti multum blandiatur, quia virga directionis eſt ei: ſic namque alios regit, vt alios conterat*. vt de iuuene quodam Rege teſtatur Virgilius lib. 6. Æneidos. Virg. Æneid.

Ille vides pura iuuenis qui nititur haſta.

Et Beroſus refert lib. 5. Beroſ. lib 5. Noe, quando pronepotem ſuum in Italiam Regẽ creauit, loco ſceptri & inſignis regalis, haſtam dediſſe, & hinc vocatus fuit Coritus, quod vt tradit Macrobius, interpretatur: *Rex haſta ornatus*. Macrob. lib. 1. Saturnalium. c. 9. & inde ortum habuit, quod Romani viros illuſtres reipublicæ gubernacula tenentes, *Quirites* vocabant. Immo hac ratione, ſi credimus Ouidio 2. Faſtorũ, Ouid. 2. faſt. Romulus primus Romæ fundator Quirinus fuit appellatus. Vnde conſuetudine introductum fuit apud eoſdẽ Romanos, vt Plinius, & Marcus Varro cõmemorãt, Plin. lib. 7. c. 28. Marc. Varr. lib. de Gente pop. Rom. vt illi, qui in bello propria manu hoſtem interemiſſet, in præmium haſta daretur, tamquam ingenui, ac generoſi animi inſigne. Cũ ergo Chriſtus Dominus in deſerti palæſtra, fortiſſimum, & humano generi infeſtiſſimum hoſtẽ glorioſe deieciſſet, æternus Pater non ſolum haſtam, ſed & ſceptrum Crucis regale ei tribuit, quod Dauid hoc loco, virgam directionis appellauit.

Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis

Pſal. 44.

Proſequitur regius Vates Regis Chriſti commendationem a iuſtitia & æquitate, quam ait in eo manifeſtaſſe, quod iuſtum amore, impiũ odio proſequatur. Isai 7. Præuiderat hoc Iſaias, cum dixit: *Butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum*. Pſal. 17. Quid enim eſt, *agere bonum*, niſi iuſtum eligere? & quid *reprobare malum*, niſi impium odio habere? Atque in hoc ſenſu

ſu videntur mihi poſſe intelligi verba illa: *Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris.* Sicut enim in naturalibus experientia compertum eſt, ſpeculum talem reddere figuram, qualis intuentis facies eſt, ſi pulchra pulchram; ſi turpis turpem; ſi placida placidam; ſi indignans indignantem: ita etiam in ſupernaturalibus accidit. *Sap. 7.* Chriſtus Dominus in quantũ Deus, Patris fulgentiſsimũ ſpeculũ eſt, vt Sapiens ait: *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis:* tamen quatenus homo, ſpeculum etiam eſt hominum. Nam licet verum ſit, quod ſicut in cryſtallino vitro, niſi bitumine retro ſit delinitum, propriam faciem intueri non poſſumus; ita nec ante carnem a Verbo aſſumptam, in illo tamquam in ſpeculo intueri nos poteramus: lucem enim habitabat inacceſsibilem: tamen poſtquam carnis bitumine fuit delibutum, iam non ſolum Patris, ſed & hominum ſpeculum eſt, in quod intuentes mores noſtros componere poſſumus. Vnde ſit, quod qualis animę facies eſt, tale ſe præbet: ſi beneuola, & amicabilis, beneuolum, & amicabile ſe reddit: ſi vero ingrata, iratum & indignans ſe exhibet. Atque hoc eſt, quod Propheta ait: *Pſal. 17.* *Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris*, per quæ, illa *Pſal. 44.* alia explicantur propoſita verba: *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem.* Cuius dilectionis cauſam reddit, quia prius Pater vnxerat illum: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ* *Ibidem.* *conſortibus tuis.* Inter Hebræos duo hominum genera vngebãtur, Reges & ſacerdotes, vt habe- *Exod. 30.* *3. Reg. 1.* tur Exodi 30. & 3. Regum 1. & vt quibuſdam doctoribus placet, etiam Prophetæ, vt colligi vi- *3. Reg. 19.* detur ex illo 3. Regum: *Eliſeum autem filium Saphat vnges Prophetam:* hi enim vngebantur tamquam perſonæ Deo conſecratæ, quibus nemini nocere licebat, iuxta illud Pſalmi: *Nolite tangere Chriſtos meos.* *Pſal. 104.* Vngebantur autem oleo, quod miſericordiæ ſymbolum eſt: tum vt agnoſcerent, non ex iuſtitia per merita eorum, ſed ex pura Dei miſericordia dignitate regia, aut ſacerdotali, vel ſpiritu Prophetico donatos fuiſſe; tum vt intelligerent, debere ſe circa alios miſericordes, & benignos exhibere. Cum ergo Chriſtus Dominus ſummus Propheta, ſummus Sacerdos, & ſupremus omnium Regum Rex ſit, dubium non eſt, quin multiplici a Patre fuerit vn- *Ath. serm. 1 contra Arr.* *Io. Damaſc. lib. 4. fidei c. 6.* ctione delibutus. D. Athanaſius, & ſanctus Ioannes Damaſcenus, aiunt vnctum fuiſse Chriſtum Dominum gratia vnionis hypoſtaticæ, quando *Ioan. 1.* *Verbum caro factum* eſt: diuus Gregorius Papa *D. Greg. lib. 9 epiſtolarũ epiſt. 61.* explicat, vnctum fuiſſe, quatenus ex puriſsimis ſanguinibus beatiſsimæ Virginis, Spiritus ſancti operatione conceptus fuit. Diuus tamen Chry- *Chryſ. Homil. 1. ſup. ad Rom.* ſoſtomus, & Bernardus vnctionem referunt ad *Bern. serm. 1 in c. ieiuniꝗ.* gratiam habitualẽ, variaque Spiritus ſancti chariſmata, quæ Chriſti anima recepit, cum ad diuinam hypoſtaſim fuit aſſumpta, vnde cum triplici hac ſpirituali vnctione, ab his Patribus aſſignata, Chriſtus Dominus fuiſſet vnctus, non opus ei erat externa, & materiali aliqua vnctione deliniri, quamuis & hæc non mihi videatur

Lib. xj.

deſuiſse, cum, proprio ſanguine in Cruce inunctus fuerit: hæc enim decebat eum. Nam vt Rab- *Rabbi Salomon.* bi Salomon obſeruauit, vnctio, qua ſummus Sacerdos vngebatur, fiebat hoc ſigno X. quod propriam Crucis figuram refert: quo etiam ſigno alii dicunt ſolitos fuiſse Reges inungi. Vnctionem hanc Chriſti Domini, per proprium ſanguinem adumbratam video in vnctione Dauidis facta, per Samuelem, quæ in eo valde diuerſa fuit ab vnctione, qua vnxerat Saulem, quod vt habetur. 1. Regum, oleo vnxit eum, quod *1. Reg. 10.* erat in fictili vaſe, quod ſacer Textus vocat: *Lenticulam olei:* Dauidem vero vnxit oleo, quod in corneo vaſe aſſeruabatur, quæ vaſorum diuerſitas ſignificabat, regnum Saulis, vt vas fictile, *1. Reg. 16.* *Luc. 1.* confringendum; Dauidis vero velut cornu, diuturnum fore. Quia ergo regnum Chriſti in æternum permanſurum erat, iuxta illud Angeli Gabrielis: *Et regni eius non erit finis*, apte per vnctionem, & regnum eius unctio & regnum Chriſti deſignata fuere. Non ſolum autem unctionum olim uſus uiguit ad vngendos Sacerdotes, Reges, & Prophetas, nam etiam adhibebantur, tum, ut annotauit diuus Hieronymus, *D. Hier. in Daniel. 10* in diebus feſtiuis, & præcipue in conuiuiis, ut ex unctione Magdalenæ, in domo Phariſæi, & ex querela Chriſti aduerſus illum, quod non unxiſſet eum, necnon ex carmine illo Plauti; *Luc. 7. & Ioan. 12.* *Plaut. in Bacch.*

I hac intro vbi ſit tibi lepide victibus vino, & vnguento.

ſatis aperte conſtat; tum etiam adhibebantur in ſymbolũ fortitudinis & ad exercitiũ illius, ut *2. Reg. 1.* nõ obſcure colligitur. Primo ex illo 2. Regũ: *Ibi abiectus eſt clypeus fortium, clypeus Saul, quaſi non eſſet vnctus oleo.* Solebant enim clypei quodã oleo reſinoſo inungi, vt inimicorum tela proiecta facile laberẽtur. Secundo & ex antiquo more luctantium, qui ſe oleo vngebant, ne ab aduerſario facile apprehẽdi poſſent. Chriſtus ergo Dominus propter hanc etiam duplicem rationem, oleo ſui ſanguinis in Cruce fuit inũctus, tum in ſignum alacritatis & lætitiæ, vt lætari ſolent ſponſi in die ſponſationis ſuæ, vnde Spon- *Cant. 3.* ſa diem paſsionis Chriſti, vocauit diem lætitiæ cordis ſui; tum etiam in ſymbolum eximiæ illius fortitudinis, quam in palæſtra Caluariæ, irruens in illos tres potentiſsimos hoſtes, mortem, peccatum, & dæmonem, & illos interficiens, oſtentauit. Ac tandem, quod addit Propheta, vnctum fuiſſe *Præ conſortibus ſuis,* explicat gratiam capitis, qua Chriſtus omnes alios ſpiritalis vnctionis participes longe antecellebat.

Digitized by Google

Pſal. 44.

Myrrha, & gutta, & caſia a veſtimentis tuis, a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo.

Cum regius Propheta ex profeſſo intendat nuptias Chriſti Domini ſtylo proſequi, ſilentio minime prætermittit ornatum veſtimentorum Sponſi. Verum antequam ad verba hæc elucidãda calamum admoueam, pulchram, & ingenioſam eorum expoſitionem apponam, quam ex Nicolao de Lyra refert Incognitus in commentario huius loci, in hæc verba: [*Myrrha, & gutta, & caſia*. Per iſtas ſpecies aromaticas, intellige aromata, quæ ſanctæ mulieres emerunt ad vngendum corpus Domini, quia de talibus ſpeciebus erant confecta, & quia corpus dominicum erat quaſi veſtimentum diuinitatis, vt dicitur Philippen. 2. *Habitu inuentus vt homo*, ideo ſubditur: *A veſtimentis tuis*, quod dicitur in plurali propter diuerſas corporis partes. *A domibus eburneis*. Domus eburneæ fuerunt pyxides ſactæ de ebore, uel de alabaſtro, quod eſt ſimile ebori, in quibus illa aromata erant repoſita, ſicut in domibus ſuis: *Ex quibus delectauerunt te*, quia deuotio illarum mulierum fuit accepta à Chriſto, licet non unxerint eum in ſepulchro, iam enim reſurrexerat. *Filiæ Regum*. Inter illas enim mulieres fuerunt Maria Iacob, & Salome, quæ fuerunt ſorores Virginis Mariæ ex parte matris, de qua certum eſt, quod deſcendit de ſtirpe Dauid, & aliorum Regum a Dauid deſcendentium. Et ſimile eſt, de ſuis ſororibus. ideo dicitur hic: *Filiæ Regum in honore tuo*, quia illam unctionem facere uoluerunt ad Chriſti honorem], hæc ille. Sed iam ad noſtram explicationem accedentes, præmitto, propoſita uerba de Chriſto Domino è Cruce pendente explicari a Didymo, & Heſychio. Poſtquam Propheta in ſuperioribus egerat de inſignibus Chriſti regalibus, nunc agit de ornamentis, & inſignibus nuptialibus. Ternas refertur in ſacris litteris feciſſe nuptias Patrem Filio ſuo: primæ fuerunt, quando *Verbum caro factum eſt*, de quibus apud Matthæum: *Simile eſt regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias Filio ſuo*: ſecundæ in die Epiphaniæ, de quibus Eccleſia catholica canit: *Hodie cæleſti Sponſo iuncta eſt Eccleſia*: tertiæ tandem fuerunt in Cruce, ubi matrimonium fuit conſummatũ, & de his Ioannes in Apocalypſi dixit: *Venerunt nuptiæ Agni, & Sponſa ornauit ſe*. Cum autem nuptiæ iſtæ fuerint ſpirituales, non ſunt quærenda in Sponſo materialia ornamenta, ſed ſpiritalia. Scio diuũ Auguſtinum, Hieronymum, & Gregorium, per Chriſti ueſtimenta intelligere iuſtos, iuxta illud Iſaiæ: *Viuo ego, dicit Dominus, his omnibus velut ornamento veſtieris*. Hæc ueſtimenta propter uirtutis fragrantiam ſunt odorifera, illo quidem odore, de quo diuus Paulus: *Bonus odor Chriſti ſumus*. Tamen noſtræ intentioni inſeruientes, duplicem ei congruam expoſitionem adhibemus. Primam tradunt Baſilius, & Euthymius, nec nõ D. Hieronymus, aſſerentes, per ueſtimenta Chriſti, intelligi ſacram Chriſti humanitatem, qua uelut habitu amictus incedebat, iuxta illud diui Pauli: *Habitu inuentus vt homo*. Sicut enim ueſtimento operitur caro, ita humanitate, uelut ueſte, diuinitas tegebatur. Hæc ueſtis in Cruce purpurea fuit inſtar regiæ chlamydis, ob ruborẽ ſanguinis, ſacrum illud corpus inundantis. unde Ioannes dixit: *Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocabatur nomen eius Verbum Dei*. Atque in huius figura, præcepit Deus olim, ut ſummus Sacerdos Aaron purpura indueretur, ut habetur Exodi 28. immo & quod ueſtimenta eius ſanguine aſpergerentur, ut eodem libro legimus capite 29. Ex hac veſte purpurea tanta prodijt ſuauitatis fragrantia, vt allectæ pleræque virgines, inſigneſque aliæ feminæ, de quibus ait Propheta: *A domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ Regum*, ex regia proſapia ortæ, vt Catharina Alexandriæ Regis filia; Vrſula Regis Britanniæ; Margarita, nec non Eliſabeth Regis Vngariæ, & aliæ permultæ, quas longum eſset percenſere, *A domibus eburneis*, hoc eſt regia palatia lacunaribus eburneis ornata contemnentes, ad Chriſtum cõfluxerint, iuxta illud Canticorum: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Secunda expoſitio non minus noſtro argumento conſentanea eſt, quæ per Chriſti veſtimenta precioſa inæſtimabiles eius animi dotes, ac virtutes eſſe docet; hac enim phraſi vtitur ſacra Scriptura: nam explicare volens dona, & virtutes, quibus Deus primum hominem cumulauit, dixit: *Et ſecundum ſe veſtiuit illum virtute*. Vt autem Propheta palam faceret, quæ eſsent virtutes illæ, quibus velut ſplendidiſsimis veſtimentis diuinus Sponſus præcipue effulgeret in Cruce, ſpecialiter nominauit myrrham, guttam, & caſiam. Myrrham quidem nemo ignorat carnis mortificationem propter amaritudinem, quam habet, præſeferre, quam Chriſtus patiẽter tulit in paſsione ſua: myrrha doloris plenum fuit cor eius, cum dicebat: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*: myrrha etiam aſflictionis totum eius corpus fuit in Cruce delibutum, cum a planta pedis vſque ad verticem capitis non eſſet ſanitas in eo. Gutta rurſus, quæ, vt annotauit Incognitus in commentario huius loci, ſpecies quædam aromatica eſt, diſſoluens omnes inflationes & tumores, quid proprius præſignificare poteſt, quam profundam Chriſti, cum Deus eſſet, in Cruce morientis humilitatem, qua mortalium ſuperbiæ tumores, & vanitatis inflationes expellit? Caſia denique, quæ & fiſtula dicitur

Marginal notes: Incogn. sup. Pſal. 44. Lyran. & Epiſc. Chryſopol. — Philipp. 2. — Pſal. 44. — Didymus in Pſal. 44. Heſych. ibidem. — Ioan. 1. — Matth. 22. — Eccl. — Apoc. 19. — D. Aug. & Hieron. ep. pſa. 44. Greg. lib. 33. moral. c. 13. Iſa. 49. — 2. Cor. 2. — D. Baſil. pſal. 44. Euthymius ibidem. D. Hieron. ibidem. Philip. 2. — Apocal. 19. — Exod. 28 & 29. — Pſal. 44. — Cant. 1. — Eccleſ. 17. — Matth. 26.

tur,quæ in locis aquoſis creſcit in immẽſũ,im-
menſam Chriſti charitatem adumbrat, quæ in
medijs inundantibus tribulationum aquis adeo
ſe manifeſtauit, vt non ſolum ad amicos,vt ad
Matrem, & ad diſcipulum Ioannem, ſed & ad
inimicos illum crucifigentes pijſſime, & cle-
mentiſſime extenderetur,veniam tam immanis
facinoris,quale erat, crucifigere Deum ſuum,
Luc. 23. a Patre enixe poſtulans: *Pater dimitte illis,quia
Iacob.de Valen.Chriſtopolit. Epiſc. in pſal.44. neſciunt quid faciunt.* Verum hoc loco minime
ſilentio prętcribo,quod tradit Epiſcopus Chri-
ſtopolitanus in Pſalmum 44 Refert myrrham
eſſe quandam paruam arborem aromaticam,
quæ naſcitur in Arabia, quæ agitata a ventis
contrarijs, Aquilone, & Auſtro, emittit ſudo-
rem precioſiſſimum: ſed quia ille eſt in parua
quantitate,vt copioſior effluat,agricolæ vulne-
rant arborem, incidentes eam in latere trunci,
quod tamen fit menſe Martij, & vterque liquor
dicitur myrrha prima. Ad huius ergo arboris,
& liquoris ſimilitudinem tam Chriſtus, quam
eius Paſſio dicuntur myrrha prima, & electa:
nam in menſe Martij Chriſtus fuit varijs ven-
torum turbinibus agitatus, hoc eſt Iudæis, &
gentilibus, & in horto primo emiſit ſudorem
ſanguinis, poſtea per flagella, & clauos, ac de-
Ioan. 19. mum per vulnus lateris inciſus ſanguinem
copioſum profudit, cuius virtutem receptam,
& repoſitam in domibus eburneis, id eſt in ca-
pſis ſacramentorum, iugiter Eccleſia ſibi vſur-
pat, educens ex eis vnguentum,ex myrrha, &
caſſia, & gutta paſſionis Chriſti confectum,ad
ſanandas omnes infirmitates, & vulnera pecca-
torum: hiſque vnguentis Chriſti valde delecta-
tur propter reconciliationem fidelium. Quod
Greg.lib.11 moral.c.23. autem Dauid addit: *A domibus eburneis,ex qui-
bus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo*
diuus Gregorius legit: *A gradibus eburneis.*
Hieronymos tamen refellit hanc verſionem,
vnde ipſe vertit: *A palatijs, vel templis elephan-
Euſeb. bic relatus ab Aquileien.Patriarcha in ſua cat. pi. tinis.* Alij vero cum Aquila legunt: *A templis
dentium*, quia ebur eſt elephantis dens. Atque
hanc lectionem ſecutus Euſebius,ait: *Templa
hoc loco dicta ſunt Eccleſiæ,Sponſæ,& animæ Chri-
ſto addictæ. At ſecundum reliquos interpretes tẽ-
pla eius, ſeu domus elephantinæ dicuntur, propte-
Coloſ.3. rea quod ex elephanto animali mortuo ornamenta
conſequuntur,& qui in Eccleſia clari,& ornati ha-
Rufin. ſuper pſal.44. bentur, non aliter ſplendant, niſi ex Apoſtoli ſen-
tentia, mortua reddiderint membra, quæ ſunt ſuper
terram.* hæc ille. Rufinus intelligens per domos
eburneas Apoſtolos, quia Dominus habitabat
in eis, & quia eburnei erant, propter fortitu-
dinem, & vitæ candorem, aliam pulchram ad-
hibet expoſitionem in hæc verba: *Ex quibus de-
lectauerunt te filiæ Regum in honore tuo: ac ſi di-
ceret: propter hæc odoramenta placuerunt tibi Ec-
cleſiæ ſingulæ, quarum patres & rectores eas
genuerunt fonte baptiſmatis in honore non ſuo,
ſed tuo. Ad hoc ſacramentum pertinet, quod ſcri-
ptum eſt in lege: ſi mortuus fuerit frater,accipiat
vxorem frater eius, & ſuſcitet ſemen fratris ſui.
Deut.25. Mortuus eſt Chriſtus,abſentauit ſe corpore; ſuſce-
perunt fratres illius vxorem eius Eccleſiam, præ-
dicatione Euangelij filios generaturi non per ſe
ipſos, ſed per Euangelium propter nomen fratris:
In Chriſto Ieſu* (inquit Paulus) *per Euangelium* 1.Cor.4.
*ego vos genui: itaque ſuſcitantes propter nomen
fratris ſemen fratri ſuo, quotquot genuerunt,non
Paulinos, non Petrinos, ſed Chriſtianos nomina-
uerunt; hoc eſt in honore tuo, quia non quæſierunt
honorem ſuum, ſed tuum.* Hæc Rufinus tam ſa-
pienter,quam eloquenter.

Adſtitit Regina a dextris tuis, in veſtitu deaurato, circumdata varietate.

Refert Lucianus, quod cum in ludis Olym- Lucian. in Herodot.
picis propoſitum fuiſſet præmium pictori, qui
pulchriorem in medium protuliſſet imaginem,
palmã tulit celebris, ac inſignis Pictor Aëtius,
qui pulchre, & artificioſe in quadam tabula
nuptias Alexandri Magni cum Roxanes filia
Regis Darij deſcripſerat. Depinxit mira colo-
rum varietate, ac viuacitate in latere vno Ale-
xandrum pulchrum iuuenem,purpurea chlamy
de indutum, coronam manu porrigentem
Roxanes ſponſæ ſuæ, quæ ab altero latere ade-
rat ſumma venuſtate, & modeſtia ſingulari or-
nata.Non longe ab eis thalamum deſcripſit,au-
reis cortinis ab eo pẽdentibus:ante eos ſedebat
Hymenæus, quẽ nuptiarũ Deum antiqui finge-
bant,accenſam lucernam in manu tenẽs.Vtrũq;
ſponſum circumdabant varij Cupidines ri-
dentes, inter quos a tergo ſponſæ Roxanes ad-
erat vnus, qui clanculum mira ſubtilitate or-
namenta capitis ab ea detrahebat, & ſubri-
dens Alexandro ea oſtendebat: alter intra pur-
puram Regis iacebat, illum impellens in lo-
cum,vbi Sponſa ſedebat. Hæc, & alia huius ge-
neris ſingulari artificio depinxit Aëtius: ſed
maiori ſine dubio, & excellentiori deſcribit
regius Vates celebres illas nuptias diuini Spõſi
Chriſti Domini cum dilecta Sponſa Eccleſia
catholica: huc vſque depinxerat præclaras a-
nimi dotes Sponſi, nec non precioſa eius ueſti-
menta; nunc uero deſcribit Sponſam regio a-
mictu indutam, & coronam ex manu Sponſi ad Galat.5.
accipientem, & idcirco ait: *Adſtitit Regina a
dextris tuis in veſtitu deaurato.* Quidam Inter-
pretes coniungentes ultima uerba præcedentis
uerſiculi cum prioribus iſtius, uertunt in hunc
modum: *Inter honorabiles tuas,& ſpecioſas puel-
las adſtitit Regina,&c.* Quæ lectio uidetur allu-
dere ad id,quod ſacræ litteræ referunt de Rege
Aſſuero,qui inter honoratiſſimas,& pulcherri-

[Eſter. 2.] mas feminas ſolam Eſther in ſponſam ſibi accepit, & ad regium ſolium, & coronam euexit. [S. Hieron. in pſal. 44.] ſanctus Hieronymus aliter vertit: *Stetit coniux in dextera tua, in diademate aureo*. vltima vero verba: *In veſtitu deaurato*, diuerſimode Interpretes legunt. [Paraphr. Chald. Symmach.] Paraphraſtes Chaldæus: *In obrizo Ophir*. Symmachus: *In maſſa, vel pondere*. alij: *In auro optimo*. alij, *In maſſa, vel pondere Ophir*, quæ omnia eo tendunt, vt exprimant aurum illud, ex quo contexta erat veſtis Sponſæ, eſſe præclariſſimum, & probatiſſimum. Aurum autem, quia excellentiſſimum omnium metallorum eſt, excellentiſſimam omnium virtutum charitatem deſignat, qua præcipue induitur Eccleſia catholica Chriſti Sponſa, Chriſtum eius Sponſum imitans, qui tanto eam proſecutus eſt amore, vt Paulus dicat: [ad Eph. 5. pſal. 44.] *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret*. Sed preter inhærentem Sponſæ charitatem, alijs etiam erat ornamentis decorata; nam ſi vxor Philonis dixit, vt refert Philo: *Sufficiens ornamentum mibi eſt mariti virtus*; potiori id iure dicere poterit Eccleſia catholica de Chriſti Sponſi ſui virtutibus, & meritis. Sicut enim olim pulchræ feminæ ornabantur rubicundis Abſalonis capillis, quos ipſe ſingulis annis cæſariem tondens ducentis ſiclis pondere publico ponderabat, vt habetur 2. Regum [2. Reg. 14.] 14. ita Eccleſia catholica, & quælibet anima Chriſti Sponſa virtutibus, & meritis Sponſi ſui mirum in modum exornatur. Quod agnoſcens [Gal. 3.] diuus Paulus dixit: *Quotquot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*. ait autem Propheta: *Adſtitit a dextris tuis*, quia ex dextero latere Chriſti in Cruce poſt mortem lancea perforati, egreſſa eſt Eccleſia, vt in Eua ex latere Adę formata tamquam in figura contemplatus eſt diuus [ad Eph. 5.] Paulus, dicens: *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia*. Eſt autem obſeruatione dignum, quod ſicut diuinus Sponſus Chriſtus Dominus ex thalamo virginali ortus eſt Rex, vt clare indicarunt verba Mago- [Matth. 2.] rum: *Vbi eſt, qui natus eſt Rex?* ita etiam diuina Sponſa Eccleſia catholica, ex latere Chriſti prodijt Regina, & regio diademate redimita. quod non obſcure Sponſus ſignifi- [Cant. 4.] cauit, cum ei dixit: *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum*, vel, vt vertit Genebrardus: [Genebrar. in pſal. 44.] *Propagines tuæ viridarium malorum granatorum*. cum enim mala granata coronas in vertice habeant, comparans Sponſus Sponſam malis granatis, ſignificare voluit, quod ſicut hæ coronata naſcuntur ex innata virtute ipſius arboris, a qua procedunt: ita etiam Eccleſia catholica eius Sponſa prodijt ex latere Chriſti regia corona inſignita: cum enim Chriſtus in Cruce, velut malum granatum coronatus penderet, conſequens erat, vt Eccleſia, velut partus, vel fructus eius coronata prodiret: & ſicut ille Rex, ita & ipſa Regina vocaretur, vt Iſaias [Iſa. c. 62.] prædixerat: *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit, & eius corona gloriæ in manu Domini*. Nomen hoc nouum fuit nomen Reginæ, quod Eccleſia catholica non habuit, quouſque os Chriſti Domini illud ei indidit, ſæpe repetens: *Simile eſt regnum cælorum, &c.* [Matth. 13. 20. & 23.] ſed minime præteribo, quod noſtræ intentioni valde inſeruit, quod vbi noſtra vulgata legit: *Quod os Domini nominabit*; alij ex Hebræo vertunt: *Quod os Domini perforabit, vel excauabit*. [Iſaia.] Quibus uerbis aperte oſtendit Propheta, Chriſtum Dominum Sponſæ acquiſiuiſſe celebre illud Reginæ nomen, permittendo manus, & pedes in Cruce clauis excauari, & caput, & latus ſpinis, & lancea perforari. Dixit tandem Propheta: *Circumdata varietate*: primo, [Pſal. 44. D. Hieron. & Euthym. in pſal. 44. Cyrill. in Iſa. c. 61.] vt exponunt ſanctus Hieronymus, Euthymius, & Cyrillus, propter varietatem colorum, hoc eſt virtutum, quibus Sponſa exornata eſt: alba enim eſt per puritatem fidei, cærulea per ſpem cæleſtis patriæ, rubicunda per charitatem, pallida per pœnitentiam, nitida, & ſplendens, per doctrinæ fulgorem. Secundo propter varietatem ſacramentorum Baptiſmi, Confirmationis, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis. Tertio, propter diuerſitatem ſtatuum, ſacerdotum, coniugatorum, virginum, viduarum, continentium, eremitarum, doctorum, prædicatorum. Quarto propter varietatem religionum mendicantium, monachalium, & militarium. Vltimo propter diuerſitatem nationum: credunt enim Græci, Latini, Scythæ, Indi, Aethiopes, Perſiani, immo & nonnolli Hebræi, & multæ aliæ nationes, tam ex Oriente, quam ex Occidente.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Et cōcupiſcet Rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. [pſal. 44.]

Cum in ſponſalibus requiratur mutuus vtriuſque coniugis conſenſus, primo ſponſi, deinde ſponſæ; poſtquam æternus Pater ab Sponſo conſenſum accepit, conuertit ſe ad Sponſam, poſtulans ſimiliter ab ea liberum ſuum conſenſum: & quia nemo venit ad Filium, niſi Pater traxerit eum, ideo monet & excitat [Ioan. 6.]

Sponſam

Sponſam,vt cõſentiat, & trahi ſe ſinat,idque vt
obtineat,quatuor conſilia præbet.Primum eſt,
vt audiat. Bifariã poteſt ſumi hoc loco,*Audi-*
re,tum pro credere,iuxta illud: *Si audieris me,*
Pſal 80. 1 Cor. 10. *non erit in te Deus recens*.vnde diuus Paulus ait:
Hierem. 38. *Fides ex auditu*: tum etiam pro obedire,in quo
ſenſu Hieremias ait: *Audi quæſo vocem Domi-*
ni, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, id
eſt, ſi obedieris voci Domini,beatus eris. Vn-
de etiam Aegyptij (teſte Pierio) ad ſignifican-
dam obedientiam, depingebant aurem tauri,
quia animal hoc licet ferociſſimum ſit, cania
tamen aurem eius dentibus apprehendẽs, quo-
cumque vult, ducit illum. Secundum conſi-
lium eſt, vt videat, hoc eſt, vt alta mentis
cõſideratione clare cernat vilitatem,miſeriam,
& turpitudinem, tyrannicamque Diaboli ſer-
uitutem, a qua diuinus Sponſus, illam ſibi in
Sponſam aſſumens, educere tentabat.Solet etiã
in ſacra Scriptura ſumi, *videre*, pro irridere,ſeu
Pſal. 53. deſpicere,iuxta illud: *Super inimicos meos deſpe-*
xit oculus meus. vnde perinde fuit dicere, *vide*,
ac ſi dixiſſet: *Exulta ſatis filia Sion, iubila filia*
Zach. 9. *Hieruſalem*, quia in bello Caluariæ Sponſus om-
nes hoſtes tuos ſuperabit: & tamquam victos
deſpicere poteris. Vel aliter dicamus: *Audi*
filia, & vide, audi per fidem, & quia fides
charitate formata emundat animam, vt ait
Act. 15. diuus Petrus: *Fides purificans corda*, poſtea
Matth. 5. ſequetur viſio, quia dictum eſt: *Beati mundo*
corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Vel tandem
poteſt aliter dici, quod cum auditus, & viſus
ſint præcipui hominis ſenſus, vt tradit Ariſt.
3. Metaphyſ. ac proinde præſtent præ omni-
Ariſt. 3. Metaph. bus alijs ad hoc, vt intellectus diſcernat verum
a falſo, certe per illa verba: *Audi, & vide*,
monetur Sponſa ad cognitionem rerum ſuper-
naturalium per fidem, & ad contemplationem
rerũ naturalium, per earum ſpeculationem at-
Ad Rom. 1. tendere,quia vt ait D.Paulus: *Inuiſibilia ipſius*
a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta
D. Aug in Pſal. 44. *conſpiciuntur*. Vel tandem aliter cum diuo Au-
guſtino pulchre in hæc verba hunc locum expo-
nente dicamus: *Audi filia, & vide, prius audi,*
poſtea vide: prædicatũ eſt nobis,quod nondum vi-
demus, & audiendo credimus, & credendo videbi-
mus, ſicut dicit ipſe Sponſus apud Prophetam:
Pſal. 17. *Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in au-*
ditu auris obediuit mihi. Quid eſt in auditu au-
ris? niſi quia non vidit: viderunt Iudæi, & cru-
cifixerunt: non viderunt gentes, & crediderunt.
Veniat Regina de gentibus in veſtitu deaurato cir-
cumamicta varietate; veniat a gentibus; veniat
circumamicta omnibus linguis in vnitate ſapien-
tiæ: dicatur ei: Audi filia, & vide: ſi non audie-
ris, non videbis. Tertium conſilium fuit: *Inclina*
Pſal. 44. *aurem tuam*, hoc eſt, vt diuus Auguſtinus in-
D. Aug ibi. terpretatur, vt non ſolum audiat, ſed humili-
ter audiat: ſic enim ait: *Inclina aurem tuam,*
parum eſt, audi, humiliter audi: ſicut enim in-
clinatio capitis ſymbolum eſt humilitatis, ita &
inclinatio auris, cum hæc abſq; inclinatione ca-
pitis minime fieri poſſit. Hoc conſilio humilian-
di ſe præuenitur Sponſa, ne ob dignitatem re-
galis ſponſalitij intumeſcat, alioquin auditu-
ra ab Sponſo: *Si ignoras te o pulcherrima inter* Cant. 1.
mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum
tuorum. Vocat Sponſus pulcherrimam Spon-
ſam, vt ſciat, quod quantacumque pulchritu-
dine præſtet, & quibuſcumque donis fuerit in-
ſignita, deficiente tamen humilitate, ab Spon-
ſo longe repudiandam fore. Lucifer pulcherri-
mus erat inter omnes Angelos, tamen cum pri-
mũ humilitatem a ſe abiecit, a Deo etiam abie-
ctus fuit, adeo vt licet ab Ezechiele uocatus fue-
rit: *Tu ſignaculum ſimilitudinis meæ*, id eſt, imago
meæ pulchritudinis, uel ut Originale Hebræum Ezech. 28. Orig. Heb.
habet: *Tu ſignaculũ numeri perfecti*, id eſt, beatiſſ.
Trinitatis: Deus tamen eum a ſe repulerit. & de
Iechonia ait Dñs per Hieremiam, *Viuo ego dicit* Hierem. 22.
Dominus: quia ſi fuerit Iechonias filius Ioachim Re-
gis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam
eum, uel ut Paraphraſtes Chaldæus ait: *Si fue-* Paraph. Chald. in c. 22. Hier.
rit Iechonias ſicut ſculptura annuli in dextera
mea, inde eijciam eum, hoc eſt, ſi ſuperbierit, &
non ſe humiliauerit, eradam eum, & delebo de
libro uiuentium, longeque a me illum expel-
lam. ſubiungit deinde Sponſus: *Abi poſt ve-* Cant. 1.
ſtigia gregum tuorum, ſignificans hoc eſſe di-
ſcrimen inter animam iuſtam, & peccatricem,
ſponſam fidelem, & infidelem, quod illa gre-
gem ſuorum deſideriorum, & appetituum ſa-
pienter regit, gubernat, & non ſecus, ac pa-
ſtor hœdos, poſt ſe illa trahit; hæc uero regitur,
gubernatur, & trahitur ab inordinatis ſuis de-
ſiderijs, quæ eam poſt ſe abire ſuadent. Ne er-
go Sponſa hanc patiatur iacturam, ſuadetur ſub
metaphora inclinationis auris, ut ſe humiliet,
& demittat. Quartum tandem conſilium fuit:
Obliuiſcere populum tuum, & domum Patris tui.
Similem admonitionem fecit Deus Abrahæ: Pſal. 44. Gen. 12.
Egredere de domo tua, & de omni cognatione tua,
& veni in terram, quam monſtrauero tibi. Diſpli-
cuit olim Deo ualde, quod filij Iſrael educti ex
dura Pharaonis ſeruitute, dicerent: *Recorda-* Num. 11.
mur piſcium quos comedebamus in Aegypto gra-
tis: in mentem nobis ueniunt cucumeres, & pepo-
nes, porrique & cæpe, & allia: anima noſtra arida
eſt, &c. unde Chriſtus Dominus animæ ad ſe
conuerſæ ait: *Nemo mittens manum ad aratrum,* Luc. 9. Luc. 17.
& reſpiciens retro aptus eſt regno Dei. & cap. 17.
adducit exemplum uxoris Loth, quæ contra
præceptum Domini retro reſpiciens conuerſa
fuit in ſalſi lapidis ſtatuam, quam poſt duo
millia annorum ſe uidiſſe teſtatur Ioſephus li-
bro 2. antiquitatum. Antiqui finxerunt olim, ut Ioſeph. lib. 2. antiqu. c. 11 Lucianus lib. 8.
Lucianus refert, pro defunctis flumen Lethæum,
cuius aquam ebibentes omnium rerum imme-
mores fiebant. cum ergo ait Sponſus Sponſæ,
ut obliuiſcatur populum ſuum, & domum pa-
tris ſui, monet lethæam aquam bibere, qua
obliuioni tradat deceptam gentilitatem, quæ
Idolis inſeruire ei ſuaſerat, omnibuſque huius
ſæculi uoluptatibus, & lenocinijs finem impo-
nere. Quod ſi hoc fecerit in præmium ei pro-
mittitur, quod ſequentia uerba indicant: *Et*

concu-

D. Aug. ſup. pſal. 44. *concupiſcet Rex decorem tuum.* diuus Auguſtinus vertit: *Concupiſcet Rex ſpeciem tuam*, & continuo ſubiungit: *quam ſpeciem? niſi quam ipſe fecit? concupiuit ſpeciem: cuius ſpeciem! peccatricis iniquæ, impiæ, qualis erat apud patrem Diabolum, & apud populum ſuum? Non, ſed de qua dicitur, quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata? antea ergo non alba, poſtea dealbata, quia ſi fuerint peccata veſtra ſicut phœniciũ, tamquam niuem dealbabo. Concupiuit Rex ſpeciem tuam. Quis Rex? Quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus. Iam vide ſi non debes dimittere patrem tuum, & populum tuum illum, & venire ad Regem iuſtum Deum tuum.* Vnde & ad ſignificandum, tantam eſſe dignitatem Sponſi, vt non homo purus, ſed Deus etiam ſit, addit, & *adorabunt eum*, id eſt, latriæ cultum ei offerent omnes gentes. quod & verba ſequentia magis exprimunt.

Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuũ deprecabuntur: omnes diuites plebis.

Pſal. 44.

Virgil. 7. Aeneid. Moris fuit apud antiquos, Dijs, & Regibus munera a ſubditis offerri. Virgilius 7. Aeneidos ait, Aeneam ad Regem Latinum Oratorem ſuum miſiſſe, vt nomine ſuo precioſa quædam ei afferret dona, & Candidus refert, Parthis nõ licuiſſe ante Reges ſuos recens electos ſine muneribus comparere. Regina etiam Saba Salomonem Regem inuiſere veniens, magna ei obtuliſſe munera 3. Regum legimus, ac tandem diuinum præceptum fuit: *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*. & licet Deus muneribus noſtris non egeat: *Deus meus es tu, quia bonorum meorum non eges*, grata nihilominus eſt ei noſtrorum munerũ oblatio, quia præterquã & recognitionem ſupremi eius dominij oſtendit, & gratitudinis manifeſtũ argumẽtum eſſe perhibetur, ad nobis benefaciendum Deus ipſe flectitur. Ad quod ſignificandum Ouidius lib. 5. Faſtorum finxit, Iouem tribus fulminibus vniuerſam terram deſtruendam extento brachio minantem oblato ei thuris munere manum retraxiſſe, & furorem depoſuiſſe. Cum ergo diuinus Sponſus ſimul ſit & Deus, & Rex, vtroque iure, diuino, & regio, munerum oblatio ei debita eſt. Ait autem a filiabus Tyri hæc munera eſſe ei adhibenda, quia Tyrus, quæ gentilitatem ſignificat, cuius etiam typus fuit Chananæa illa, de qua ait Matthæus: *Egreſſa eſt de finibus Tyri*, egreſſa inquã, pro afferenda filia ad Chriſtum a dæmone obſeſſa, futura erat dilecta Chriſti Domini ſponſa. Quid, quæſo, tam mirandum in terris vnquam viſum eſt, quam ex peccatoribus, ex meretricibus, ex lenonibus, idololatriæque deditis hominibus, vnum in Chriſto, & id quidem virgineum, concretum eſſe corpus? Quis crederet ex turpiſſimis ſordibus exſuſcitatam eſſe Eccleſiæ puritatem, ac ſanctimoniam? Currit iam Tyrus, currit Sidon, currit Babylon, currunt diuites plebis, hoc eſt, egregij tum ſapientia, tum diuitiarum copia æque inſignes, & ſe, & ſua ad pedes Eccleſiæ proijcientes, fatentur nullam vſquam ſapientiam, nullaſque veras, neque in cælis, neque in terris inueniri poſſe diuitias, præter quam in Chriſto Eccleſiæ Sponſo, cuius faciem præſentiamque venerabundi & contemplantur, & tamquam diuini numinis domicilium adorant. Clamat alio in Pſalmo Dauid: *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic*. Vides hic quoque ex alienigenis, & peccatoribus, & diuitibus, vt Aethiopes, Aegyptij, Syri, Sabæique eſſe ſolent, erectam eſſe pulcherrimam, & honeſtiſſimam Chriſti Sponſam. Pſal. 86.

3. Reg. 10. Exod. 23. Deuth. 16. pſal. 15. Ouid. lib. 5. Faſtorum. Matth. 15.

Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus, in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus.

Pſal. 44.

Triplicem ſenſum his verbis adhibere poſſumus. Primus eſt, vt ſignificare velit regius Vates, ſanctitatem Sponſæ prouenire ab intimis præcordijs Chriſti Domini, & ab interiori latibulo vulneris lateris eius, ex quo egreſſa fuit Eccleſia, ſicut Eua ex latere Adami. Secundus ſenſus eſt, Prophetam ſignificare, ſanctitatem Sponſæ Chriſti mirum in modum pẽdere ex eo, quod intra terminos, & fines ſuos clauſa maneat, ne ad hæreticorum conuenticula, aut Hebræorum ſynagogas diuertat, ut in figura olim præceperat Deus, dicens: *Maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum, & nullus egrediatur de loco ſuo.* Vnde Sponſus deſiderans hanc ſuæ Sponſæ clauſuram, dixit 8. Canticorum: *Quid faciemus ſorori noſtræ, in die qua alloquenda eſt?* vel vt alij vertunt, quando nuptui tradenda eſt! *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea; ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.* Tertius tandem ſenſus eſt, quod loquatur Propheta de ſanctitate Sponſæ, quam ait præcipue conſiſtere in interiori pulchritudine: cum enim diuinus Sponſus ſit veritatis amantiſsimus, immo & ipſa veritas increata, mendacem ſanctitatem valde execratur: exterior autem ſanctitas abſque interiori, ſanctitas non eſt, ſed ſanctitatis fallax ſimulatio, & fucus, quo hypocritæ intuentium oculos decipiunt. quos proinde acute diuus Auguſtinus comparauit hiſtrionibus, qui licet pauperrimi, perſonam Regis, & licet ſceleratiſſimi, ſancti Hieronymi, aut ſancti Franciſci perſo-

Gen. 2. Exod. 16. Cant. 8. D. Aug. lib. 2. de ſerm. Domini. c. 3.

Digitized by Google

perſonam referunt. Diuus Gregorius comparauit eoſdem ſtruthionibus, qui licet alas habeāt, & volare poſſe videantur, ſummo tamen grauitatis ſuæ pondere depreſſi ſemper terræ hærent. Sanctus Gregorius Nazianzenus contulit illos cum feminis fucatis, aduentitiam, & emēdicatam pulchritudinem oſtentantibus. Alij eos aſſimilant amygdalis amaris, quę licet pulchros flores emittant, medulla tamen fructus eorum amariſſima eſt. Alij ſimiles eos dicunt cygnis, qui licet exterius candidiſſimi ſint, ſub pennarum tamen candore nigerrima caro delitesſcit. Alij tormentis bellicis eos aſſimilant, ferreis globis, & igneo puluere vacuis. Oſeas eleganter illos comparauit viti in fructificando infœcundæ, in emittendis vero magnis frondibus fœcundiſſimæ: *Vitis frondata Iſrael.* Paraphraſtes Chaldæus vertit: *Vitis vaſtata Iſrael*: Gloſsa ordinaria refert alios vertere; *Vitis aquoſa Iſrael.* ſuper quæ verba ipſa ait: *Id in malo accipitur, quia ſicut aquoſa vitis plus in foliorum, quam fructuum emiſsione ſolet luxuriare, ſic Iſrael creuit in multitudine populorum, ſed cum deberent agricolæ ferre vuas, fecit labruſcas.* Atque huc facit, quod Chriſtus Dominus, vt tradit diuus Matthæus: *Videns ficı arborem vnam ſecus viam venit ad eam, & nihil inuenit in ea, niſi folia tantum*, & ideo illam maledixit. Tādem Chriſtus Dominus hypocritas comparauit ſepulchris dealbatis, quæ licet exterius perpulchra videantur, intrinſecus tamen putredine, & vermibus ſunt plena. Addit demum Propheta: *In fimbrijs aureis circumamicta varietate*, quia Sponſa Chriſti Eccleſia catholica, non ſolum interiori ſanctitate oculis Dei prælucere debet, ſed exteriori etiam per exercitium bonorum operum in conſpectu hominum opus eſt præfulgeat, vt bono eius exemplo infideles nationes ei aggregentur.

D. Greg. lib. 31 moral. c. 15.
Oſea. 10. Paraphr. Chald. Gloſſ. ord.
Matth. 21.
Matth. 23.
Pſal. 44.

Adducentur Regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi: afferentur in lætitia, & exultatione: adducentur in templum Regis.

Ibidem.

Doctiſsimus Foleugius ait verſum hunc Dauidis Hebræis copioſiorem eſſe, quam noſtra habeat editio vulgata, & merito id obſeruauit: nam Felix addit: adducentur virgines veſtibus phrygiatis, uel, ut alij legunt, acu pictis, Paraphraſtes Chaldæus vertit, veſtibus elegantiſſime variegatis perducentur ad illum virgines. quæ omnia ſignificant id, quod per Ezechielem prædixerat Deus: *Veſtiui te diſcoloribus*, id eſt, varijs virtutum coloribus te ornaui. Hoc ſuppoſito varias horum verborum expoſitiones ſubijciamus. Incognitus ait, quod cum beatiſſima Virgo fuerit prima, quæ in Eccleſia catholica virginitatem Deo deuouerit, facta virginitatis vexillifera, & virginum Regina, primo fuit ad Chriſtum adducta; poſt illam vero ad eius exemplum permultæ aliæ virgines ſe Chriſto conſecrarunt. & hoc ſibi volunt verba Dauidis: *Adducentur Regi virgines poſt eam.* addit tamen Heſychius, per virgines has intelligi debere non imprudentes, & fatuas, ſed prudentes, quæ oleum charitatis duxerunt ſecum in vaſis ſuis. Ad hanc expoſitionem conſequenter acute ipſe Incognitus explicat verba ſequentia: *Proxima eius afferentur tibi*, de viduis continentibus, quæ vere *viduæ ſunt*, vt dixit Paulus, non falſæ, & fictæ: & reddit pulchram rationem in hæc verba: *Notandum, quod triplex gens eſt in Eccleſia, virginum, continentium, & coniugatorum, vt dixit Auguſtinus ſuper illo verbo Matthæi: Et attulit fructum aliud centeſimum aliud ſexageſimum, & aliud trigeſimum: centeſimus fructus virginibus, ſexageſimus viduis, & continentibus, trigeſimus autem ſancto matrimonio deputatur. Ex quibus patet, quod ſtatus continentium approximatur virginitati.* & paucis interpoſitis concludit: *Viduæ caſtæ ſunt in gradu ſecunda*, & de illis ait intelligi: *Proximæ eius afferentur tibi*, Verum noſtræ intentioni, & inſtituto aptior, & congruentior eſt expoſitio diui Auguſtini, per hanc ſponſam, quæ affertur Regi, Eccleſiam catholicam intelligentis; per virgines vero particulares Eccleſias, quæ illi aggregantur. Iucundiſſima cogitatu plane res eſt, Sponſam iſtā nuper quidem è medio Tyri laceram, extramque egreſſam, ad tam ſublimem dignitatis gradum aſcēdiſſe, vt regalibus induta veſtibus, chorisque virginum comitata, diuinum pæana, ſeu hymnum Apollinis, caſtumque hymenæum concinentium, vniuerſorum Regi Chriſto Domino, Deo Optimo Maximo, coniugio copuletur. Hanc expoſitionem Didymus ille doctiſsimus his verbis egregie illuſtrauit: *Cum abſtruſa dictio ſit, aliunde ſententiam eliciemus in Cantico canticorum, vbi animarum differentiam, quæ ad Chriſtum accedunt, ſermo interpretans dicit: ſeptuaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus: vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ, vt de illo dictum ſit, viderunt te filiæ, & beatiſsimam prædicauerunt, Reginæ, & concubinæ laudauerunt eam. Ex quibus liquet, præter filias, quæ adoleſcentulæ, & reginæ, & concubinæ dictæ ſunt, aliam eſſe. Ex his verbis oſtenditur, ex his animabus, quæ ad Chriſtum accedunt, alias quidem non-*

dum

Foleng. ſup. pſal. 44.
Felix ſuper pſal. 44.
Ezech. 16.
Incogn. ſup. Pſal. 44.
Heſych. ſup. pſal. 44.
Incogn. ibid.
1. Tim. 5.
Matth. 13. Aug. ibid.
Didym. ſup. pſal. 44. relatus in catena Græcorum ſuper pſalm.
Cant. 6.

Digitized by Google

dum nuptijs aptas, alias vero, quæ ad ipſum ſibi iam coniunctum ingrediuntur. Quæ igitur ex ijs ingenuæ mundum ſex diebus conditum ſupergreſſa ſunt, Reginæ *ſexaginta ſunt, quæ vero accepta circumciſione, quæ octauo die peragitur, ætate tam prouecta ſpiritum ſeruitutis habentes, octoginta ſunt concubinæ: ſed quæ omnibus præſtat ſpiritu electa, vt columba ſit, eſt Eccleſia glorioſa, non habens maculam, aut quidquam huiuſmodi. Hanc Eccleſiam cum diuinus Propheta in præcedentibus verſiculis commendaret, dicit poſt illam ductum iri Sponſo ſuæ Regi adoleſcentulas, quæ olim quidem pulchritudinem non habuerunt; nunc vero cum perfectæ ſint, in thalamo introducuntur.* Subdit propterea Propheta: *Afferentur in lætitia & exultatione.* Hoc exiſtimauerim dixiſſe, vt ſignificaret, Eccleſias particulares, quæ aggregantur primitiuæ Eccleſiæ, Chriſti Sponſæ, non venire coactas, ſed ſpontaneas & hilares:

2. Cor. 9.

Hilarem enim datorem diligit Deus. Notanter autem vtitur nomine lætitiæ, & exultationis, vt indicaret, alacritatem illam fuiſſe internam, & externam, quia lætitia, illam, exultatio, hanc denotat: nec enim ingrata & inuiſa eſt, externa exultatio debite habita: Dauid enim olim coram Arca exultauit, & tripudiauit, vt libro

2. Reg. 6.

2. Regum legimus. de Ioanne etiam Baptiſta Lucas ait: *Exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Illud tandem, quod ait Dauid: *Adducentur in templum Regis,* diuus Auguſtinus intelligit de Templo Eccleſiæ catholicæ, in hæc verba: *Templum Regis ipſa Eccleſia: intrat in templum ipſa Eccleſia. Vnde conſtruitur Templum? de hominibus, qui intrant in templum. Lapides viui qui ſunt, niſi fideles Dei?* Atque ſecundum hanc diui Auguſtini intelligentiam huc facere poteſt id, quod refert diuus Antoninus ex auctoritate Heliandri. Narrat in Heraclea ciuitate Lacedæmoniorum, theatrum quoddam fuiſſe mirabili adeo ſtructura affabrefactum, vt inter ſeptem mundi miracula, ſeu portenta connumeraretur: erat valde ſpatioſum, ita vt innumerabilem multitudinem caperet, & tamen non niſi vnius lapidis erat, ingenſque eius machina ſuper ſeptem lapideas baſes nitebatur: erat inſuper ibidem aliud mirabilius prodigium, quod nullus verbum aliquod adeo ſecretum proferre poterat, quod non ab omnibus ita bene perciperetur, ac ſi ſingulis ad aurem diceretur. Mirabile hoc & artificioſum theatrum, tēplum Eccleſiæ catholicæ ad amuſſim mihi refert: hoc enim in primis adeo ſpatioſum eſt, vt ſi in infinitum creſceret fidelium numerus, infinitam illam multitudinem facile capere poſſet: eſt etiam vnius lapidis propter vnitatem fidei, & charitatis, qua adeo fidelium animos conglutinat, & in vnum redigit, vt diuus Lucas dixerit de fidelibus primitiuæ Eccleſiæ: *Erat credentium cor vnum, & anima vna.* Tota quoque machina huius celebris ædificij fundatur ſuper ſeptem firmiſſimas baſes ſeptem ſacramentorum, tantaque eſt non ſolum bonorum verborum, ſed & operum communicatio, & mutua participatio, vt quæ membra Chriſti ſunt viua ex ſingulis bonis actionibus, ſingulos fructus percipiant, iuxta illud Dauidis: *Particeps ego ſum omnium timentium te:* & illud Apoſtolici ſymboli: *Credo communionem Sanctorum.* Sed ad rem noſtram reuertentes, Rufini duplex interpretatio mihi valde arridet. Prima, *Adducentur in templum Regis,* id eſt, in cæleſtem Hieruſalem. Secunda, adducentur in templum Regia, id eſt, ad hoc, vt ſint templum Regis, vt Dominus in eis tamquam in templo habitet, iuxta illud Pauli: *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.*

Luc. 1. Pſal. 44. D. Auguſt. D. Anton. 2. par tit. 4. c. 1. §. 21. Helian. lib. 10. Act. 4. Pſal. 118. Symb. Apoſtol. 1. Cor. 3.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.

Pſal. 44.

Quatuor præcipue ſolent ſponſam permouere ad præbendum conſenſum in ſponſalitium, quæ omnia ingenioſe Propheta ſponſæ ob oculos ponit. Primum eſt ſponſi pulchritudo, & ſapientia: *Speciosus forma præ filijs hominum: Diffuſa eſt gratia, &c.* Secundum eſt, quod ab ſponſo ardenter diligetur: *Concupiſcet Rex decorem tuum.* Tertium eſt, quod ad ſummam euehetur dignitatem, & honorem: *Adſtitit Regina a dextris tuis.* Quartum tandem, quod fœcunda erit, & copioſam filiorum ſobolem videbit: *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.* Ecce iam qualis è cæleſti connubio inter Chriſtum, & Eccleſiam prodijt partus, impleto illo Iſaiæ: *Lauda ſterilis quæ non paris: decanta laudem & hinni quæ non pariebas, quoniam multi filij deſertæ magis quam eius, quæ habet virum.* Ecce pro antiquis Patriarchis Abraham, Iſaac, & Iacob, & alijs ſimilibus nati ſunt tibi Apoſtolici viri, duodecim ſcilicet Chriſti diſcipuli: ſicut enim Iacob genuit duodecim filios Patriarchas, a quibus deſcenderunt, ſecundum carnem omnes filij Iſrael; ita Chriſtus regenerauit duodecim Apoſtolos, ſecundum ſpiritum, a quibus deſcendunt omnes Chriſtiani per ſpiritualem regenerationem. alij explicant: *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij,* id eſt, loco Platonis, Ariſtotelis, Socratis, Cyri, Darij, Alexandri, Cæſaris, Pompeij, & ceterorum inſignium, tam Philoſophorum, quam Regum, & Imperatorum, nati ſunt tibi filii, ſcilicet Epiſcopi, Doctores, & prædicatores, qui te regant, doceant, & bonis moribus inſtituant. Obſeruandum vero eſt, quod licet natiuitas ſpiritualis varijs modis contingat fieri, cum tamen hic dicat Propheta: *Nati ſunt tibi filij,* loquitur Propheta, vt recte obſer-

Pſal. 44. Ibidem. Gen. 49. Pſal. 44.

Digitized by Google

Incog. ſup. pſal. 44. Ioan. 3. obſeruauit Incognitus de natiuitate per lauacrum Baptiſmi, de quo Chriſtus Dominus: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei*, & per conſequens, nec filius Dei fieri, cui regnum Dei iure hereditario debeatur. Arist. lib. problem. Quærit Ariſtoteles libro Problematum, quare aqua pluuialis maiori virtute ſit prædita ad generationem eorum, quæ ex terra naſcuntur, quam aqua putealis: & reſpondet rationem eſſe, quod pluuialis aqua ſubtilior cũ ſit, facilius penetrat terram: non diſsimiliter aqua Baptiſmatis, quia eſt aqua illius pluuiæ cæleſtis, quæ ex latere Chriſti profluxit: Ioan. 19. *Exiuit ſanguis & aqua*, virtutem habet penetrandi ſubſtantiam animæ, & abſtergendi eam a macula peccati originalis, & reliquorum, ſi quibus alijs fuerit infecta, & deturpata. Atque huc etiam facit, Incog. ſup. pſal. 44. quod vnanimi conſenſu omnium Aſtrologorum tradit Incognitus in commentario huius loci, qui aiunt, quod ſi fœtus naſcatur in octauo menſe, viuere non poteſt, ſi autẽ naſcitur in ſeptimo, vel in nono, diu ſuperſtes eſſe poteſt. Cuius rationem aſsignant, quod quilibet planeta per menſem integrum dominatur ſuper fœtum eo ordine, quo ſunt diſpoſiti, ita quod in primo menſe dominatur Saturnus, in ſecundo Iupiter, in tertio Mars, in quarto Sol, in quinto Venus, in ſexto Mercurius, & ſic iterum incipiẽdo, in octauo Saturnus, in nono Iupiter, &c. & idem de alijs proportionaliter. Dicũt ergo natum fœtum in octauo menſe non viuere, quia naſcitur ſub Saturno, qui duplicem habet qualitatem mortiferã, nimiam ſiccitatem, & frigiditatem: ſi autem naſcatur in ſeptimo menſe viuit, quia naſcitur ſub dominio lunæ, quæ habet virtutem generatiuã, eo quod dominatur in aquis, vbi illa maxime viget in piſcibus: & ſimiliter ſi naſcitur in nono menſe, viuit, quia naſcitur ſub dominio Iouis, qui eſt planeta dulcis, & beneuolus, vt nomen ipſum præſefert: Iupiter enim interpretatur iuuãs pater. Ad rem ergo noſtram hæc accommodãs, Saturnus, qui eſt planeta maleuolus, propter nimiam eius frigiditatem, & ſiccitatem peccatum deſignat, quo anima præ nimio frigore alget, iuxta illud: Hier. 6. *Sicut frigidam fecit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam fecit malitiam ſuam*, & præ nimia etiam ſiccitate contabeſcit. Cũ ergo omnes ſub hoc peccati inclementi planeta concipiantur, ad quod reſpiciens Propheta, dixit: *Et in peccatis concepit me mater mea;* Pſal. 50. niſi diuina clementia per Chriſti ſanguinem illi inclementiæ ſe oppoſuiſſet, omnes pariter perirent. Clemẽtia autem hęc fuit, vt iam permulti ſub lunę planeta Eccleſiam Chriſti præfigurante naſcantur, quæ cum in aquis ſacri baptiſmatis, quibus abundat, dominetur, lauacro eius loti in filios Dei renaſcuntur. Et ad id ſignificandum Propheta dixit: *Nati ſunt tibi filij*, natiuitate ſcilicet per aquam regeneratiuam ſancti baptiſmi. Vnde Incognitus ſuper Pſal. 21. ait, ſuper aquam refectionis educauit me, id eſt, per aquam baptiſmi eduxit me de ſtatu culpæ ad ſtatum gratię: vel aliter eduxit me de gentilitate ad fidem, & hoc eſt, quod ſubdit, animam meam conuertit, ſcilicet ab Idololatria ad verum Dei cultum. Refert Plinius lib. 8. cap. 1. elephantes in noua luna, ſeu in renouatione lunę conuenire gregatim, & in flumine ſe abluere, & nouo ſideri ſe inclinare. Plin. lib. 8. c. 1. Ita quidem accidit gentilibus, qui in renouatione Eccleſiæ catholicę, Chriſto Ieſu nouo ſidere adueniente, in baptiſmi flumine balneantur, & illi ſe inclinantes eum adorant, & reuerentur, aqua baptiſmatis non ſolum abluti, ſed illuminati, & mirifice recreati, vt eleganter proſequitur Cyrillus Alexand. lib. 6. in Ioannẽ his verbis, Cyrill. Alexan. lib. 6. in Ioan. c. 14. [Inſuper populus Iſrael duce Moſe mare rubrũ ſicco pede pertranſit, ſubmerſis ibidem Ægyptijs, quod per baptiſmi ſuſceptionem totam diabolicę prauitatis cohortem a nobis dimoueri inſinuat, vt teſtis eſt Paulus. 1. Cor. 10. 1. Cor. 10. Quid pręterea populus Iſraeliticus Ioſue ductu, Iordane traiecto, in terram promiſſionis perductus ſignificat, niſi Chriſto auctore quicumque lauacri baptiſmum rite ſuſceperint, in terram viuẽtium, tandem peruenturos? Quid Naaman Syrus ſepties in Iordane ablutus, & a lepra mundatus 4. Reg. 5. nobis innuit niſi baptiſmo Chriſti lotos, ab omni prorſus animæ lepra, peccatoque purgari? Quid denique aqua expiationis, ſecundum veteris legis ritum tollens immunditiam ex contactu morticinorum contractam denotat, niſi aquam baptiſmi omnem prorſus animi impuritatem abſtergere? Num. 19. Poſtremũ hanc baptiſmi gratiam prę ſignauit Probatica piſcina, in quã poſt aquæ ab Angelo motionẽ deſcendens, quacumq. Ioan. 5. tenebatur ęgritudine lãguidus, illico ſanabatur. Non autem ſimpliciter ſanabat aquarum piſcinę natura (ſemper enim hoc fieret) ſed in Angeli deſcenſione. Sic & in baptizatis non ſimpliciter aqua operatur, ſed cum Spiritus ſancti acceperit gratiam, tunc omnia ſoluit peccata.] hęc ille. Quibus conſonant, quę paucioribus verbis perſtrinxit Cyrillus Hieroſolymitanus, dicẽs: Cyrill. Hieroſol. præfat. Catecheſeon. [Magnum eſt ſane propoſitum hoc baptiſma, captiuitatis liberatio, peccatorum remiſſio, mors peccati, animæ regeneratio, veſtimentum candidũ, ſignaculum ſanctum, & indelebile, currus ad cælum, deliciæ Paradiſi, regni cæleſtis conciliatio, chariſmaque adoptionis filiorum.]

Pſal. 44.

Memores erunt nominis tui in omni generatione, & generationem: propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi.

Græci

Digitized by Google

Foleng. & Titelm. in Pſal. 44.

Græci legunt: *Memor ero*, quam lectionem ſequens Folengius, & Titelmannus, aiunt, vocem hãc eſſe ſponſæ, quæ cum tot ac tantis beneficiis ab Sponſo ſe cumulatã cernat, in gratiarũ actionem pollicetur in ſempiternum futuram eſſe tantæ largitatis, & beneficentiæ memorem. ſed noſtræ vulgatæ lectioné ſequentes, ſenſus eſt, Eccleſiæ filios Chriſtum diuulgaturos per omnes mundi plagas, iuxta illud eiuſdem Dauidis: *Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum*, & Ieſu Chriſti nomen vbique prædicaturos, ita vt a nomine Chriſti Ieſu fideles omnes Chriſtiani dicerẽtur, vt egregie annotauit Euſebius in Catena Græcorum relatus. Illud tandem, quod Propheta addit: *Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi*, Heſychius in hunc modũ exponit: [Propterea. Quare iſtud eſt? quoniam de ipſis indeficiens myſterium peractum eſt. Confitebuntur autem in ſæculum ſæculi, duplicem quandam confeſsionem ordinauit, vnam quidem præſentem, alteram vero futuram: ſed præſens fit ad expungenda debita eorum, qui peccata ſua cõfitentur; altera ad poenam, & examen fiet. Nos ergo hac præſenti cõfeſsione futuram illam præueniamus, vt ſupplicium cum benignitate lueremur.] Folengius vero aliter explicat; ait enim per geminationem illam: *Generatione, & generationem, in ſæculum, & in ſæculum ſæculi*, ſignificari, numquam defuturam filiorum Eccleſiæ ſobolem, quæ æternis velut excubiis a poſteris in poſteros, quoad mundus perſtiterit, diuinum laudibus Ieſu nomen extollat. Nicolaus de Lyra: *Memores erunt, &c. quia per doctrinam, quam ſeminarunt, & quam in ſcripto dimiſerunt, reduxerunt, & reducent ad memoriam facta Regis Chriſti generationibus ſibi ſuccedentibus vſque ad finem mundi*. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſal. 18.

Euſebius in Catena Græcorum.

Heſych. relatus in Catena Græcorũ ſup. Pſal. 44.

Foleng. pſ. 44.

Nicol. de Lyra pſ. 44.

DE

Digitized by Google

IN VVLNERE LATERIS CHRISTI LATENTIBVS LIBER DVODECIMVS.

Homilia Prima.

Expenduntur variæ figuræ vulnus lateris Christi Domini, poſt mortem ei inflictum adumbrantes; in illa verba: Unius militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua. Ioan. 19.

Guido Carmelita, et Caſtro de hæreſibus verbo Chriſtus hæreſi 10.

QVAMVIS non defuerint hęretici, quos tam veteres, quam recentes noſtræ ætatis auctores acriter refellũt, qui ſub quodam pietatis prætextu aſſerere auſi fuere, lateris vulnus Chriſto viuente in Cruce illatum fuiſſe, vt hac ratione populum ad maiorem commiſerationem prouocarent (quaſi mendacio indigeret paſsio Chriſti, vt compaſsionem pareret) veritas tamen catholica habet, poſt mortem Chriſti lancea latus eius apertum fuiſſe. Id quod Diuus Ioannes ita diſertis verbis edocet, vt de morte per anticipationem locutum fuiſſe reſpectu apertionis lateris, nulla ratione dici queat, ſic enim ait: *Ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit.* Ecce reddit rationem, & cauſam non frangendi crura, quod iam obijſſet. Id etiam ad explodendum prædictum errorem definitum fuit in Concilio Viennenſi, his quæ ſequuntur verbis: *Nos igitur ad tam præclarum teſtimonium, ac ſanctorum Patrum, & Doctorum communem ſententiã, Apoſtolicæ conſiderationis (ad quam dumtaxat hæc declarare pertinet) aciem conuertentes, ſacro approbante Concilio, declaramus, prædictum Apoſtolum & Euangeliſtam Ioannem rectum in præmiſſis ſactæ rei ordinem tenuiſſe, narranda, quod Chriſto iam mortuo vnus militum lancea latus eius aperuit.*

D. Ioan.

Conc. Vien. & habetur c. 10. de Sũma Trin. & Fid. cath.

Hoc iam errore confutato, faxit Deus, vt qui mortuus in profundendo ſanguinem, & aquam ita liberalis extitit, glorioſus nunc in effundenda in nos diuina gratia eadem largitate nobiſcũ vtatur, vt hoc ſacratiſsimo lateris vulnere digna effundere valeamus. Non immerito putauerim ſingulari myſterio carere non poſſe, ſolum Ioannem inter omnes Euangeliſtas apertionis lateris Chriſti per lanceam meminiſſe, cuius rei arbitror eſſe rationem, quod cum ipſe eſſet diſcipulus ille, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuerat, vnde arcana illa hauſit, *quæ non licet homini loqui* (vt Paulus dicebat) ipſe autem poſtea illa locutus eſt, dicens: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Ad eundem ſpeciali titulo ſpectabat, quaſi illius pectoris zelatorem de percuſsione eius differere, & cum theſaurarius eſſet arcanorum, quæ in ſacro illo pectore, quaſi in locupletiſsimo ærario delitescebant, ipſi incumbebat apertionem velut clauc lanceæ ferro factam enarrare. Quod ſi etiam attendamus, inter reliquos Euangeliſtas ſolum Ioannem ſub regiæ Aquilæ figura, nemine diſſentiente, deſignari, facile inde eruemus, ad eundem ſpectaſſe lanceæ vulnus cordi Chriſti inflictum commemorare. Sicut enim teſte Plinio *filius ille ab aquila ardentius diligitur, qui ad latus cordis, cum mater eua fouet, adhæret;* ita ſane Ioannes, quia in corde Chriſti recumbens, ſpiritualiter ab eo enutritus fuit, ſpecialem dilectionis prærogatiuam obtinuit, & filius cordis Chriſti præ ceteris vocitari meruit. Vnde ſicut aquila quaſi futuram hominum necẽ præſagiens, euntem ad bellum militum exercitum inſequi ſolet, quia, *vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ;* ita Ioannes, tanquam regia aquila mortuum Chriſti corpus, quaſi prædotans integram militum cohortem, quæ ad mortem Chriſtum ducebat, inſecutus eſt, vſque ad Crucis locum, vbi pedem fixit, indiuiduus comes Chriſti factus. Et ſicut aquila teſte Iob contẽplatur eſcam, ita Ioãnes à Chriſti latere, à quo ſpiritualẽ lactis cibũ exſpectabat, contẽplationis oculos non auertebat: non tamen à longe eſcam illam contemplabatur, velut olim Iacob, qui dormiens ſcalam vidit, cuius ſummitas cælum tangebat; aut velut Moyſes procul aſpiciens rubum ardentem, & incombuſtum, vt verba eius indicant: *Vadam, & videbo viſionem hanc grandem;* aut tandem velut Balaam, qui dicebat: *De ſummis ſilicibus videbo eum, intuebor illum, ſed non prope.* At Ioannes non dormiens, ſed vigilans, non à Chriſto elongatus, ſed vicinus, & proximus Crucis patibulo, in quo Crucis auctor pendebat, eius lateris cruentum vulnus contemplabatur, & cum inter omnes Euangeliſtas ipſe ſolus illius teſtis oculatus fuerit, ſolus ipſe eius teſtimonium exhibuit, dicens: *Et qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius.*

Ioan. 13. 2. Cor. 12. Ioan. 1. Plinius. Matth. 24. Iob 39. Gen. 28 Exod. 3. Num. 23. Ioan. 19.

Sed iam propoſita Ioannis verba minutim enucleare incipiamus: *Vnus militum* (ait) *lancea latus*

Digitized by Google

cea latus eius aperuit. Singula enim hæc explicatione indigent. Sacri Euangeliſtæ, quis fuerit iſte miles, non aperuerunt, communis tamen, & receptiſſima ſententia obtinuit, illum fuiſſe Longinum: nam præterquam id teſtantur Martyrologia, tam antiqua, quã moderna Franciſci Maurolicij, Petri Galeſini, & Cardinalis Baronij, quos vt benè Greterus ait lib. 1. de Cruce, non debet temere reijci: confirmant id etiam Patrum teſtimonia. Auguſtinus enim in ſuo manuali vocat illum Longinum: *Longinus*, inquit, *aperuit mihi latus Chriſti lancea, & ego intraui, & ibi requieſco ſecurus*. Et D. Iſidorus ait: *Longinus latus Saluatoris aperuit, & tactu ſanguinis Chriſti cum eſſet altero oculo priuatus, illuminatus eſt extra, & intra lumine fidei*. Gregorius Nazianzenus tragœdia de Chriſto patiẽte, de Lõgino loquẽs ait:

Maurolic. Galeſinus. Baronius in ſuis Martyrologijs. Greſer lib. 1. de Cruce c. 33. Auguſt. in Manuali c. 21 tom. 9. D. Iſidor. Hiſpal relatus à Salmerone tractat. 48. de Paſſ. Greg. Naz. tragœdia de Chriſto patiente.

Vbi fixit haſtam defluentis ſanguinis
Tinctam liquore: & ecce vt vtraque è manu
Haurit oculoſque hoc vngit, hinc vt ſcilicet
Detergat oculum nocte quæ cæca obtegit.

Mant. lib. feſtor. dierũ

Et Mantuanus lib. feſtorum dierum hæc de eodem Longino carmina ſcribit:

Tu cæcus non mente minus, quã corpore ſãctũ
Lancea, & admota pectus mucrone petiſti,
Inde cruor confuſus aquis hoſtilia circum
In digitos lapſus tetigit cum lumina morbum
Suſtulit: iſta Deus collyria miſit, vt atram
Ex animo, ex oculis fugiens Auaritia nubem
Secum ageret, vitaque dares te cernere ſõtem.

Geor Vicel.

Georgius Vicelius ex quorundam ſententia refert, Longinum ſic dictum fuiſſe à voce Græca, ſignificante haſtam, ſiue lanceam, quamuis alij velint dictum Longinum à longo, ſicut Iuſtinus à iuſto. In Menologio etiam Græcorum ſub die 16. Octobris habetur, hunc Longinum fuiſſe Cẽturionem illum, qui mortuo Domino videns ſigna, & prodigia, quæ fiebant, dixit: *Vere Filius Dei erat iſte*. Et Mallonius eruditus interpres Paleotti in ſtigmata Domini ſacræ ſindoni impreſſa, eidem ſententiæ ſubſcribit. Cui ſi obijcias, Si cognouit quod Chriſtus erat Filius Dei, quomodo auſus fuit tam horrendo vulnere Chriſti latus fodere? Reſpondet hoc ipſum feciſſe, vt grauiorem à Chriſto arceret iniuriam, ne eius crura confringerentur, quod fecit lanceæ vulnere, oſtendens iam eſſe mortuum; viuis enim tantum confringebantur crura. Et Greterus libro 1. de Cruce, capite 34. reſpondet, quod cum muneris Centurionis eſſet, ne viuus crucifixus deponeretur de Cruce, ad ipſum pertinebat experimentum facere, an iam obijſſet; in quo nihil piaculi admittere putabat. Quod idem confirmat ex D. Ambroſio in Pſalm. 40. & ſuper Lucam lib. 10. c. 33. dicente: *Quo tempore iuſti plerique nutabant, ipſi certe latebant Apoſtoli, carnifex ipſe Centurio non negauit*. & loco citato ſuper Lucam: *Iam*, inquit, *etiam Centurio Dei Filium, quem crucifixerat, confitetur*. Qui autem mores, vitam, & mortem Longini noſſe deſiderauerit, hæc quæ ex inſigni hiſtoriographo Petro de Natalibus mutuauimus, non pigeat legere: *Longinus fuit quidam Centurio, de prouincia Iſauria, qui cum alijs militibus Cruci Domini aſtans, latus eius lancea perforauit, & vidẽs ſigna quæ fiebãt, ſolem ſcilicet obſcuratum, & terræmotum, in Chriſtum credidit: maxime ex eo, vt quidam dicunt, quod cum ex infirmitate eius oculi caligaſſent de ſanguine Chriſti per lanceam decurrẽte caſu oculos tetigit, & protinus clare vidit. vnde renuncians militiæ, & ab Apoſtolis inſtructus, in Cæſarea Cappadociæ xxviij. annis monaſticam vitam duxit, & plurimos ad Chriſtum conuertit. Cum autem ab Octauiano Præſide tentus, ſacrificare nollet, iuſſit Præſes omnes dentes eius excuti, & linguã abſcindi, ex hoc tamen loquelã non amiſit, ſed accepta ſecuri, omnia Idola confregit; dæmones autem de Idolis exeuntes, & in aere vlulãtes in Præſidem, & in eius ſocios intrauerunt, qui inſanientes, Longini ſe pedibus proſtrauerunt, quos omnes Longinus in Chriſti nomine ab oppreſſione dæmonum liberauit, & dæmones in deſertum miſit. Quo miraculo quidam Aphrodiſius Commentarienſis cum multis alijs ad Chriſtum conuerſus eſt. Poſt dies aliquot cum Octauianus Longinum tentum ad ſe adduci iuſsiſſet, vt eum pœnis afficeret, & ipſum ob hoc Aphrodiſius reprehenderet, eo quod de ſuſcepto ab eo beneficio ingratus eſſet, iuſſit Præſes Aphrodiſio linguam præcidi, ſed & ipſe nihilominus loquebatur. Præſes vero confeſtim excæcatus eſt, cui Longinus ſuaſit, quod liberari non poſſet, niſi ipſum occideret: nã Martyr effectus pro Præſide oraret, et ipſe lumen recuperaret, ſtatimque Præſes Longinum decollari fecit. Poſt hæc ad corpus eius adijt, & proſtratus cum lacrymis pœnitentiam egit, & continuo viſum recepit, corpuſque Martyris honorabiliter tumulauit, & in bonis operibus perſeuerauit. paſſus eſt autem Martyr Chriſti Idibus Martij*. Hæc ille. Sed videamus iam, cum Ioannes dicat, militem latus Chriſti lancea aperuiſſe, ſiniſtrũ ne erat, an dexterum hoc latus; vtrinque enim probabiles poſſunt adduci rationes: nam in ſiniſtro latere ſedes eſt, & domiciliũ cordis, & quia in corde recubat amor, vt teſtatur Sponſa, dicens: *Vulneraſti cor meũ, ſoror mea Spõſa*. Et ideo vt eximij ſui amoris manifeſtum argumentum exhiberet, in corde voluit vulnerari. Deinde, quia vt docet D. Auguſtinus; *Quemadmodum ex latere Adæ dormientis Eua formata prodijt, ita ex latere Chriſti Eccleſia*. Vt autem figuratum figuræ reſpondeat, oportebat ex Chriſti ſiniſtro latere Eccleſiam proficiſci: nã ex ſiniſtro Adæ latere creditur formata Eua, quia in illud vergit cor humanum, in quo reſidet & amor inter virum, & vxorem. Ob hanc enim amoris cauſam formata fuit femina ex viro, vt obſeruarunt D. Aug. Theodoret. Ruper. D. Th. & alij. Vnde quia mulier de latere ſiniſtro formata fuit, factum eſt vt vxor appelletur viri ſiniſtra, & quod quidam (vt refert D. Auguſtinus) verba illa Chriſti Domini: *Te autem faciente eleemoſynã neſciat ſiniſtra tua*, explicarint, id eſt, *neſciat vxor tua*. Quia cum in re familiari tenaciores pecuniarum ſoleant eſſe feminæ, oportet eas lateat, quod miſericorditer viri earum egenis impendunt. Verum tamen eſt, D. Auguſtinum hanc expoſitionem ibi refellere. Scio etiam alios ex impietate, atque adeo ex odio in Chri-

Mal. in c. 38

Greſ lib. 1. de Cruce c. 34.

D. Ambroſ. in Pſal 40. & ſup. Luc. lib 10. c. 33.

Petr. de Natal. l. 3. c. 203

Luc. 23.

Cant. 4.

D. Aug. in Ps. 127. & ad Catech. c. 7. & trac. 9. & 15. & 120. in Ioan

D. Aug. 12. de Ciu. c. 36 Theodor. & Ruper. ſuper Geneſim. D. Th. p. p. q. 92. ar. 2.

D. Aug.

Digitized by Google

Chryſ. homil. 85. in Ioan. Theoph. & Iſidor.
S. Brigitta lib. 7. c. 5.
Theoph.
Ant. Gliſſan. q. 74. in Fer. 6. Paraſc.
Iſaias 14.
D. Auguſt. lib. 2. de ſer. Domini in monte c. 4. Matth. 6. Leuit. 1. Ezech. 47. Ber. in Pſal. qui habitat ſerm. 7. Idem ſer. 30. in Cant.
Aug. lib. 1. de Anima, & eius orig. c. 9.
S. Brigitta lib. 7. ſuar. reuel. c. 15.

Chriſtum vulnus illatum dicere: ita Chryſoſt. Homil. 84. in Ioannem, eiuſque diſcipulus, Theophylact. atque Iſidor. qui etiam dicunt, eo ictu grauius, quam in crucifixione commiſſum eſſe delictũ: videturq. hoc ex S. Brigittę reuelationib⁹ poſſe confirmari, quæ lib. 7. c. 5. dicit: *Irruens autem vnus, qui erat in circuitu cum maxima furia, lanceam in Chriſti latus infixit, tam valide, vt non deſiſteret, donec lancea coſta inhæſerit.* Theophilus, quem refert Ant. Gliſſand. q. 74. in Fer. 6. Paraſc. dicit Longinum lancea latus Chriſti aperuiſſe, vt contumeliam Chriſto inferens, Iudæis complaceret. Præterea, quia ſi miles ille percuſſit latus Chriſti, vt exploraret, aut perficeret mortem eius, vero ſimilius eſt, cor eius voluiſſe vulnerare: ſic enim magis notum omnibus eſſet, & manifeſtius, Chriſtum iam obijſſe. Ac tandem, quia cũ Ioannes ſimpliciter dicat, militem latus eius aperuiſſe, nobis intelligendum videtur de dextero loqui, quod excellentius eſt; ſic enim in ſimili accipitur apud Iſaiam, cum ait: *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis*, id eſt, *ad dexterã, tanquam Meſſias*, vt omnes vnanimiter interpretantur. vndę etiam figurę huius vulneris, quę deſumuntur, ex Leuitico, & ex Ezechiele, aperte dicunt, latus dextrum altaris adſtipulatur eidem D. Bernardus, dicens: *Dexterũ ſibi propter me paſſus eſt latus fodi, quod videlicet non niſi de dextru mihi propitiare velis, non niſi in dextra locum parare refugij.* Et ſuper Cant. *Dexterum, inquit, mihi latus effodi permiſit, vt à dextera in dexteram tranſeamus.* Idem etiam non obſcure probari poteſt ex D. Auguſtino, dicente: *Non incredibiliter dicitur latronem, qui tunc credidit, iuxta Dominum Crucifixum aqua illa, quæ de vulnere lateris eius emicuit, tanquam ſacratiſſimo Baptiſmo fuiſſe perfuſum.* Et lib. 3. de Anima ait: *Creditur aqua ſimul cum ſanguine exiliente de latere Domini, iuxta confixum potuiſſe perfundi, atque huiuſmodi ſanctiſſimo baptiſmate dilui.* Hæc ille. Conſtat autem bonum latronem ad dextris Chriſti pepẽdiſſe, atque adeo ſecundum Auguſtinum aqua lateris dextri fuiſſe perfuſum, cũ iuxta illud eſſet confixus. Quæ omnia non parum confirmantur ex communi, & receptiſſimo Eccleſiæ vſu, quæ imagines Chriſti crucifixi cum vulnere in latere dextro depingere conſueuit, à quo vſu non eſt temere vſquam recedẽdum, maxime quod beata Brigitta lib. 7. ſuarum reuelationum c. 15. teſtatur reuelatum ſibi fuiſſe, Longinum lanceam infixiſſe in latere Chriſto dextro.

Poſtquam iam in ſuperioribus priora illa verba, *vnus militum*, & illa, *latus eius*, explicuimus, iã illud aliud exponamus, nimirum, *aperuit*, vbi latiſſimus nobis patet cãpus, vt multa eaque grauiſſima, iuxta Patrum doctrinam, de hac lateris apertione in mediũ producamus. Illã in primis vt rem valde memorandã multiſq. ſacramentis refertam non paucæ figuræ olim adumbrarunt, nec non pauciora vaticinia prædixere: vt tamen ab antiquioribus exordiamur, apertio lateris Adæ, ex cuius coſta Eua formata fuit, apertionem lateris Chriſti, vnde Eccleſia extracta fuit, non obſcure præfigurauit, vt frequenter annotant ſancti Patres Clemens Papa, Eucherius, Rupertus, & alij in Geneſim; Hieronymus, Auguſtinus, Leo Papa, Tertullianus, & præſertim Diuus Auguſtinus ſuper Pſalmos, dũ ait: *Cum dormiret Adam, coſta illi detracta eſt, & Eua facta eſt. Sic & Dominus cum dormiret in Cruce, latus eius lancea percuſſum eſt, & ſacramenta profluxerunt, vnde facta eſt Eccleſia. Eccleſia enim coniux Domini facta eſt de latere, quomodo Eua illi facta eſt de latere. Sed quomodo illa non eſt facta, niſi de latere dormientis, ſic iſta non eſt facta, niſi de latere Chriſti in Cruce dormientis.* Vt tamen, quã apte hæc lateris apertio Adæ, lateris Chriſti apertionẽ adumbret, perſpicue agnoſcamus, obſeruare oportet myſticum morbum, quo Adam laborauit, lateris fuiſſe infirmitatẽ, quia ex eius latere Eua egreſſa fuit, quæ initium doloris, & peccati eius extitit, vt egregie annotauit Rufinus in expoſitione Symboli, dicens: *Videtur mihi in latere per coſtam mulierem indicari, quia fons peccati, & mortis de muliere prima, quæ fuit primi Adam coſta, proceſſit.* Hæc ille. Quod idem non parum confirmat, quod, vt periti linguæ ſanctæ obſeruarunt, verbum, quo ſacra pagina vtitur ad ſignificandum ſomnum Adam, dum ait: *Immiſit Dominus ſoporem in Adam*, idem prorſus vſurpat ad exprimendum ſomnum, quo Ionas correptus fuerat, quaſi diceret: ſõnus iſte tuus perſimilis eſt ſomno Adæ, quia ſicut Adam dormiẽte orta eſt tempeſtas, hoc eſt Eua procreata, quę illum velut grauis procella in profundum peccati demerſit, ita te ſomno correpto, tempeſtas ſuperueniet, quæ te in ventrẽ cæti demergat. Cũ igitur initium peccati Adæ, & totius generis humani, ex Eua, quæ ex latere Adæ efformata fuit, prodijſſet, & Chriſtus Dominus tanquam peritiſſimus medicus ad medelam noſtris infirmitatibus adhibendam veniſſet, ea proculdubio medicamenta adhibuit, quæ huic lateris infirmitati humanum corpus vexanti applicari conſueuerunt, diætam nimirum, ſanguinis minutionẽ, amaram aliquam potionem, ac tandem cucurbitulam lateri admouendo infirmo, tonſoriſque lanceola illum percutiendo, & ſanguinẽ inde extrahendo. Similia ſane Chriſtus Dominus adhibuit medicamenta, ieiunauit enim inauditę abſtinentiæ genere, per quadraginta dies non mãducans, nec bibens, vt prædicto Adæ morbo mederetur: minutionem inſuper ſanguinis adhibuit, dum illum in circumciſione, in ſudore horti, in flagellatione, coronatione, & crucifixione profudit: amaram deinde fellis potionem guſtando ſumpſit, ac tandem non tonſoris lanceola, ſed militis dira lanceæ latus aperiri permiſit, vnde copioſius manauit ſanguis, quo tanquam vltimo medicamine infirmitati lateris Adæ remedium mirabile adhibuit.

D. Auguſtinus aliam egregiam huius vulneris imaginem affert, oſtium ſcilicet Arcæ Noe, dicens: *Hoc prænunciabat, quod Noe in latere Arcæ oſtium facere iuſſus eſt, qua intrarent animalia, quæ non erant diluuio peritura.* Sane paſſionem Chri-

Clem. PP. in Clementin. Eucher. Rupert. in Geneſim. Hieron. ad Eph. 5. Aug. tract. 9. in Ioan. & lib. 9. De Geneſ. ad liter. c. 10. Leo PP. ep. 93. Tert. lib. de Anima c. 43. Aug. in Pſ. 126 et 2. ad Catech. c. 6. & tract. 9. & 15 et 120 in Ioannem
Rufin. in expoſit. Symb.
Gen. 4.
Matth. 4.
Luc. 2.
Luca 22.
D. Aug. ſer. 120 in Ioannem c. 10. Gen. 6.

ſti diluuio ſimilem nõ incongrue exiſtimauerim; tum propter inundantes diuini furoris aquas, Chriſtum Dominum adeo vexantes, vt diceret: *Pſal.68.* *Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam:* tum quia ſicut tempore diluuij *Gen.7.* *cataractæ cæli apertæ ſunt, ruptique fontes abyſſi*, ita fere omnes venæ corporis Chriſti ſciſſæ fuerunt, & ſanguinis inundatio corpus, Crucem, & pauimentum terræ cruento liquore madefecit. Arcæ autem oſtium recte lateris vulnus præſignabat: nam ſicut ibi *Gen.6.* ait ſacer textus, Arca Noe oſtium habebat, quo ingreſſa ſunt animalia. Ita ſane in hac myſtica Arca, humanitate ſcilicet, Chriſti Domini oſtiũ fuit lateris vulnus, quo animalia non peritura, prædeſtinati ſcilicet, de quibus Chriſtus Dominus dixit: *Ioan.10.* *Nemo rapiet eos de manu mea*, in vitam æternam ingrediuntur, Chriſto Domino dicente: *Ibidem.* *Si quis per me introierit paſcua inueniet.* Illud tamen mirabile eſt diſcrimen, quod oſtiũ illud clauſum erat, vt ait Moyſes: *Clauſitque Dominus oſtium deforis:* at oſtium hoc vulneris lateris Chriſti omnibus patet, nulli clauſum eſt. vnde ipſe ait: *Ioan.6.* *Eum qui venerit ad me, non eijciam foras.* Erat deinde Arcæ Noe feneſtra quædam, per quam ſolari luce perfuſa, quæ intus erant palam videri poſſent, ſi perſpector adeſſet. Erat autem feneſtra hæc cryſtallina, vt refert Magiſter hiſtoriæ, *Magiſter hiſtor. Schola.* vel vt peritiſſimi quidam Hebræorum tradunt, ea fulgentiſſimo carbunculo cõfecta, & quidquid horum ſit, egregie hæc feneſtra lateris Chriſti vulnus adumbrabat, per quod, tanquam per mirabilem feneſtram, luce, & claritate ſplendentem viſcera Dei noſtri ardentiſſimo amoris igne ſuccenſa proſpicienti, velut Spõſę, *Cant.2.* per huius vulneris cancellum manifeſtiſſime patent.

Exod.17. Num.20. Tertiam adiungo figuram huius vulneris petram illam, quæ virga Moyſis percuſſa largiſſimas protulit aquas. Sic enim lanceæ virga latus Chriſti percuſſum non ſolum ſanguinem, ſed aquam ſalientem in vitam æternam ſitientibus propinauit. Meminit ſane huius figuræ Diuus Paulus, *1.Corin.10. nu.4.* hæc ſcribens ad Corinthios: *Omnes eundem potum ſpiritualem biberunt, bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus.* *D.Cyp. epiſ. ad Iucilium. Iſai.48.* Vnde Diuus Cyprianus ait vaticinium illud Iſaiæ: *Aquam de petra produxit eis, & ſcidit petram, & fluxerunt aquæ*, adimpletum fuiſſe, quando Chriſtus, qui eſt petra, finditur ictu lanceæ in paſſione.

Quartam & egregiam huius vulneris figurã arbitror fuiſſe illam Ezechielis, *Ezech.47.* dicentis, quod reſpiciens ad portam orientalem vidit redundantes aquas à latere dextero egredi, & quod dum vellet illas pertranſire, intumuerunt aquæ profundi torrentis, qui non potuit tranſuadari. Chriſtum Dominum merito vocari templum, præterquam Dominico eius ore didicimus, cũ dixit: *Soluite templum, hoc autem dicebat* (ait D. Ioannes) *Ioan.2.* *de templo corporis ſui*, illud ſatis ſuperque idipſum ſuadet. Quod ſi templum locus eſt, quo ſpecialiter inhabitat Deus, ſpecialique religionis cultu honoratur: certe cum in Chriſto, vt ait D. Paulus, *Ad Coloſ.2.* habitaret omnis plenitudo diuinitatis, & in eo excellentiſſimo religionis cultu anima eius Deum veneraretur, nullum templum ſacra eius humanitate dignius excogitari poterit. Tunc autem à latere dextro tẽpli vidit Ezechiel redundantes aquas profluere, quando ictu diræ lanceæ ſacro pectore lacerato exiuit ex eo ſanguis, & aqua. Vnde Rupertus ſuper c. 16. lib. 3. 2. Regum: *Rupert. ſup. c.16.l.3.Reg.* *Oſtium* (inquit) *lateris templi vulnus eſt in latere lanceato Dominici pectoris, præter quod non eſt aditus neque ianua per quam intret quis, aut in quouis ordine coram Deo ſtare poſſit.* Merito autem ait prædictas aquas tranſuadari non poſſe, quia ſtupenda, quæ in hoc lateris vulnere abſconduntur ſacramenta, mens tam humana, quam angelica nulla ratione exhaurire, aut comprehendere valet.

Quintam, & non contemnendam figuram deſumo ex tribus lanceis, quibus percuſſus fuit *2.Reg.18.* Abſalon, dum hæreret per capillos in quercu, (nec enim raro in ſacra Scriptura malorum hominum res patratę bonorum bene geſtas repręſentant) Erat quidem Abſalon filius regis Dauidis, inſignique pulchritudine præditus: talis eſt Ieſus æterni Regis Filius, *Pſal.44.* *& ſpecioſus forma præ filiis hominum*, vt prædixerat Dauid: hic mortuus eſt in quercu crucis: & vt Abſalonis morte pacificatum eſt regnum, ita morte eius mundus cum Deo reconciliatus eſt: *Pacificans per ſanguinem Crucis* (vt ait Paulus) *Ad Coloſſ.1.* *ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.* & vt Ioab occidit Abſalonẽ patre eius Dauide repugnante; ita populus Hebræus Ieſum occidit, Patre cæleſti ſua lege, & præcepto innocentem occidere prohibente. Quod ſi Abſalon tribus lanceis fuit cõfixus, recte triplex illa lancea vnam Longini ſignificat, quia licet vna, tamen, quaſi triplex aut tricuſpis eſſet, trium corda tranſfixit, cor ſcilicet Chriſti, cor Matris, & diſcipuli Ioãnis, qui huic ſpectaculo tunc aderant.

Ac tandem figuratam reperio hanc lateris apertionem in vulnere illo illato Regi Achab, *3.Reg.22.* qui percuſſus fuit inter pulmonem & ſtomachũ in curru ſuo; & in fonte, de quo Zacharias: *Zach.13.* *In die illa erit fons patens domui Dauid*, & in cauerna macerię, de qua Spõſus: *Cantic.2.* *Veni in foraminibus petræ in cauerna maceriæ*; in porta aurea, in qua ſedentes mendici peccatores à diuina miſericordia eleemoſynam implorant; in puteo aquarum viuentium, in ciuitate refugij, in Sancto ſanctorum, & myſtica Teſtamenti arca, quia ſicut ibi tria illa latebant, virga Moyſis, tabulæ *3.Reg.8.* legis, & manna de cælo miſſum; ita in pectore Chriſti omnipotentiæ virga, diuinæ ſapientiæ tabulæ, ac dulciſſimi amoris manna per illa tria deſignata deliteſcunt. Cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homi-

Digitized by Google

Homilia Secunda.

Apertionis lateris Chriſti Domini egregia redduntur cauſæ in illa eadem verba: Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua. Ioann. 19.

RESTAT iam diligenti indagine quæramus, quare Chriſtus Dominus, cum tot vulnera ſuſcepiſſet, adhuc mortuus permiſit latus ſuum lancea perforari. Huius rei plures ſcituque digniſſimæ occurrunt cauſæ. Prima, vt immanitas ac ferina crudelitas Hebræorum cum ſummo odio coniuncta aduerſus Chriſtum Dominum magis omnibus innoteſceret, qui in hominem mortuum velut immaniſſima hyæna ſæuierunt, leone ipſo crudeliores, qui non modo homini iam mortuo, ſed & proſtrato generoſe parcere ſolet, vt quidam Poetarum dixit:

Ouidius.

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,
Pugna ſuum finem cum iacet hoſtis habet.

Cui conſonat illud Virgilij:

Nullum cum victis certamen, & æthere caſſis.

Memini etiam Polyſtratum Poetam quendã increpaſſe, quod in extinctum tyrannum ſtylum acuiſſet: *Inſtitutum* (inquit) *tuum laudarem, ſi viuum accuſaſſes: viuentem namque tyrannum laceſſere viri eſſe duco, at mortuo inſultare cuiuſuis.* Similia lego apud Platonem, lib. 5. de republica, vbi ait: *Mortui corpus hoſtem putare, cum hoſtis ipſe abierit eo relicto, quo pugnabat. Quid putas eos, qui ita ſe gerunt, differre à canibus, in lapides ſæuientibus, eo, qui receſſit, prætermiſſo?* Atque hinc patet, quid ſibi velit Eccleſia, dulces vocans clauos, dulce lignum, dulce pondus ſuſtinet; lanceam è contra crudelem, & diram appellãs: quo vulneratus inſuper mucrone diro lanceæ. Videbatur ſane ſapientius vocaſſe dulcem lanceam, & diros clauos, quia vulnus quod cruciat amarum eſt, quod vero nõ, dulce ac ſuaue. Igitur cum Chriſtus Dominus vulnera clauorum præſenſiſſet, non vero lanceę, illos crudeles, hanc dulcem appellare debuiſſet. Verum merito Eccleſia epitheta hæc cõmutauit, cuius D. Bernardus indicat egregiam rationem, qua ſcilicet crux & claui filium transfixerunt, & lancea matris etiam animam pertranſiuit: *Vere* (inquit) *tuam, ò Beata Mater, gladius animam pertranſiuit alioquin non niſi eam pertranſiēs carnem filii penetraret.* Et quidẽ poſtquam emiſit ſpiritum tuus ille Ieſus, omnium quidem, ſed ſpecialiter tuus, ipſius plane non attigit animã ipſa crudelis lancea, nec mortuo parcens, cui cũ nõ poſſet nocere, aperuit latus, ſed tuam vtique animam pertranſijt. Fuit etiam dira lãcea, quia vitæ Chriſti inſidiantes Hebræi, ſi forte aliqua eius ſcintilla ſupereſſet, illam penitus extinguere cupientes, latus eius acriter vulnerarunt. Et quia inter Philoſophos fuit opinionum diuerſitas, vbinam animalis vita reſideret, quibuſdã aſſerentibus in corde cum Ariſtotele, alijs in cerebro cum Galeno, alijs tandem in ſanguine iuxta illud Leuitici: *Anima carnis in ſanguine eſt;* Iudæi quidem in vanum quærentes animam Chriſti, vt radicitus illum eraderent de terra viuentium, fuderunt eius ſanguinem per flagella, cerebrum acutiſſimis ſentibus terebrarunt, ac denique lancea latus, immo & cor eius aperuerunt, vt B. Brigitta teſtatur in libro ſuarũ reuelationum, dicens: *In corde punctus erat tam amare, & immiſericorditer cor pungens non deſtitit, donec lancea attigit coſtam, & ambæ partes cordis eſſent in lancea.* Hæc illa. Ac tandem quia Hebræi latus Chriſti lancea percutientes falſa ſcelera, quæ Chriſto impoſuerant, mirum in modũ exaggerarũt, ſignificãtes grauia adeo eſſe, vt nõ ſolũ viuus mulctari deberet, ſed & mortuus excarnificari (ſicut modo etiam obtinuit conſuetudo, quod ob atrociſſima crimina non ſolum malefactores occiduntur, ſed occiſa iam corpora trucidantur, & in varias partes diuiduntur) voluerunt igitur Iudæi latus Chriſti transfigentes quaſi os quoddam aperire, quod atrocitatẽ criminum Chriſti proclamaret, qui non tantum viuus, ſed & mortuus vulnerari mereretur. Sed mentita eſt hæc iniquitas ſibi, quia vulnus illud os fuit, eximiam Chriſti charitatem vociferans, cum ſanguis ex eo profluens inſtantius, quam ſanguis Abel fratricidæ vindictam poſtulans, noſtrorum peccatorum veniam deprecetur. Ecce ergo, quam merito Eccleſia cæleſti lumine illuſtrata lanceam diram appellet, quę mortuum Dominum vulnerauit, clauos vero, qui viuum transfixerunt, dulces compellet: eſt enim dulce amanti pro dilecto aduerſa ſuſtinere.

Plat. lib. 5. de Repub.

Bern. in ſermone ſignũ magnum apparuit.

Ariſt. lib. 3. de partibus animalium cap. 4. Galenus lib. 5. de Placitis. Leuit. 17. Hier. 11.

B. Brigitta lib. 2. ca. 21. in initio.

Gen. 4.

Secunda huius apertionis cauſa fuit, vt oſtenderet nobis, lateris vulnus locum ſpiritualis noſtræ regenerationis eſſe, vt olim Iſaias prædixerat: *Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.* Certe Chriſtum velut matrem omnium noſtrum amãtiſſimã in viſceribus nos geſtaſſe, diſertis verbis ipſe per eundem Prophetam prænunciarat: *Qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua,* vel vt alij vertunt, *à viſceribus meis.* Sæpe autem fieri conſueuit, vt cum mater prægnans, vel dolore partus, aut alia cauſa moritur, viſcera matris aperiantur, vt infans viuus extrahatur. Ita contigiſſe referunt Hiſpani hiſtoriographi Regi Sancio, Abarca nomine; nam cum hoſtes vrbem ingrederentur, & matrem eius lancea confodiſſent, per foramen vulneris infans manum foras protendit, & inde incolumis eductus eſt. Non diſſimiliter cum Chriſtus dominus in lecto crucis iaceret, & velut parturiens nos, ex vehementia doloris acerbi huius partus tandem animam exhalaret, lancea voluit latus ſuum aperiri, vt inde copioſa illa

Iſa. 60.

Iſa. 46.

filio-

Digitized by Google

filiorum generatio prodiret, de qua Iſaias: *Generationẽ eius quis enarrabit?* quia abſciſſus eſt de terra viuentium; & Eccleſia catholica velut altera ſapiens Minerua, quam mendax gentilitas ex Iouis cerebro uaſei confinxit, vel certe velut Eua de latere Adæ egrediens, vt orthodoxæ fidei veritas atteſtatur, ex latere Chriſti ipſa orietur cum legitimo iure ad æternam hereditatem adeundam, D. Paulo dicente: *Quod ſi filii, & heredes*.

Iſa 53. — Rom. 8.

Tertiam cauſam ſubiungo, quod voluit Chriſtus Dominus nobilius domicilium, quam Adæ, nobis in habitaculum dare; illi enim paradiſum floridum, nobis autem cor ſuum ardenti amore æſtuans in habitationẽ donauit: ibi gladius erat neminem ingredi permittens, hic lancea cor Chriſti, vt intremus, aperiẽs. Liceat mihi dicere cum Dauid: *Hic habitabo quoniam elegi eam*; & cum D. Petro: *Bonum eſt nos hic eſſe*; & cum beato Elzeario ad ſponſam ſuam per epiſtolã reſpondente: *Si me videre cupis, quære me in vulnere lateris Chriſti, ibi enim habitabo, ibi me reperies, fruſtra alibi quæſitura*; liceat eãdem cum D. Bernardo proclamare: *O quam bonum, & quam iucundum habitare in corde hoc. Bonus theſaurus, bona margarita cor tuum bone Ieſu, quam foſſo agro tui corporis inuenimus. quis hanc margaritã abijciat? quin potius dabo omnia, omnes cogitationes, & affectus mentis commutabo, & comparabo illam mihi, iactans omne cogitatum meum in cor Domini Ieſu, & ſine fallacia illud me enutriet. ad hoc templũ, ad hæc ſancta Sanctorum, ad hanc arcam teſtamenti adorabo, & laudabo nomen Domini*.

Gen. 2. — Pſal. 131. — Matth. 17. — Surius in vita ſancti Elzarij. — D. Bernar. ſerm. 3. de Paſſione c. 3

Quartam cauſam adhibet idem D. Bernardus, vt ſcilicet eximius Chriſti amor erga genus humanum per foramen lateris nobis pateret, clariuſque immenſa cordis illius charitas innoteſceret. ſic enim ait: *Propterea latus vulneratum eſt, vt per vulnus viſibile vulnus amoris inuiſibile videamus. Quomodo hic ardor melius oſtendi poteſt, niſi quod non ſolum corpus, verum etiam ipſum cor lancea vulnerari permiſit? carnale ergo vulnus ſpiritnale oſtendit*. Hæc ille. Lucianum memini referre, Philoſophos quoſdam gentiles naturam dixiſſe in eo valde erraſſe, quod feneſtrã non fabricaſſet in humano pectore, per quam abſcondita cordis videri poſſent: ſed ipſi certe erant qui errabant: nam ſi, vt Chriſtus Dominus dixit: *Ex corde exeunt malæ cogitationes, homicidia, adulteria, & ſimilia*, nemo ſane execrandum eorum fœtorem ſuſtinere poſſet, ſi feneſtra, qua paterent, adeſſet. Nunc autem id quod Philoſophi confingebant, reipſa factum eſt, cum latus Chriſti per vulnus lanceæ apertum fuit; tunc enim artificioſa ſculptura feneſtram fabricauit diuinus artifex, per quam non obſcure diuini amoris flammæ Chriſti præcordia ſuccendentes palam videri poſſent. Contigit non ſemel in morte quorundam, qui abſque vlla infirmitate, vel morbo perierunt, corpus eorum aperiri, vt mortis cauſam exquirant atque diſcernant. Ita ſane accidit Chriſto Domino: moritur quidem, ſed abſque vlla morbi peccati cauſa, vt & Iudas cõfeſſus eſt: *Peccaui sãguinem iuſtum tradẽs*; nec nõ & Pilatus: *Ego nullã in eo cauſã inuenio*; ac tãdem bonus ac fidelis latro: *Hic autem quid mali fecit?* Deinde, *mors per peccatum introiuit in orbẽ terrarum*. Chriſtus autem Dominus *peccatum nõ fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius*. Oportebat ergo lanceæ ferro latus eius aperiri, vt cauſam mortis nobis manifeſtaret: manifeſtauit ſane, ardẽtẽ cordis amorem eſſe, vt tam eleganter, quã deuote tradit D. Bernardus in hæc verba: *Vulneraſti cor meum ſoror mea Sponſa, vulneraſti cor meum, vtriuſque enim vulneris ipſa ſoror, & ſponſa eſt. ac ſi Sponſus aperte diceret, quia zelo amoris tui vulneraſti me, lancea quoque militis vulneratus ſum. Quis enim cor ſuum palo vulnerari permitteret, niſi prius amoris illius vulnus accepiſſet?* Hæc mellifluus Bernardus. Atque hinc eſt, quod vt diuini amoris ignis in corde Chriſti, quaſi in propria ſphæra reſidens, amplius & facilius nobis pateret, voluit latus dextrum adeo aperiri, vt vulnus eius longitudinis quaſi vncias duas haberet, latitudinis vero vnciam mediã. Sumitur autẽ quandoque vncia pro menſura geometrica vnius pollicis, vt tradunt peritiſsimi linguæ Latinæ. Id vero ita eſſe, facile deprehenditur tum ex vulnere lateris Chriſti ſacræ ſindoni impreſſo, qui Turoni aſſeruatur, & ex ferro lanceæ, quod in ſupremo omnium D. Petri templo Romæ ſumma veneratione ſingulis annis oſtenditur.

Idem. — Lucianus. — Matth. 15. — Matth. 27. Ioan. 18. — Luc. 23. — Sap. 2. — 1. Petr. 2. — Cant. 4. Bernardus ſerm. 2. de Paſſione. — Ambr. Calepinus verbo vncia, & alij.

Quintam cauſam tradunt cõmuniter Patres, & præſertim D. Auguſtinus, vt ex latere eius Eccleſiæ ſacramẽta, quæ ſunt efficaciſſima animarum medicamina, & ſpiritualis profectus præſentiſſima adminicula, fluerẽt. verba D. Auguſtini sũt hæc: *Vigilãti verbo Euãgeliſta vſus eſt, vt non diceret; latus eius percuſſit, aut vulnerauit, aut quid aliud, ſed aperuit, vt illic quodammodo vitæ oſtium panderetur, vnde ſacramenta Eccleſiæ manauerunt, ſine quibus ad vitam, quæ vera vita eſt, non intratur*. Atque hinc facile erit noſſe, quam apte Chriſtus permittẽs in cruce latus eius aperiri, pellicano ſe cõparauerit. *Factus ſum ſimilis pellicano ſolitudinis*: id enim dixit, tũ quia ſicut pellicanus animal erat immundum, & in lege Leuitici reprobatum ſub nomine porphyrionis, (idẽ quippe pollet pellicanus quod porphyrio) ita Chriſtus in cruce pendens tãquam immundus habitus eſt, iuxta illud: *Maledictus a Deo eſt, qui pendet in ligno*. & reprobatus etiam, vt D. Petrus ait: *Lapis reprobatus eſt ab hominibus*. Et ſicut pellicanus tanta ſolicitudine filiorum ſaluti conſulit, vt morſu ſerpentis grauiter ſauciatos, proprium pectus feriens, & inde ſanguinem extrahens, hoc tanto medicamine in priſtinam ſanitatem eos reſtituat, vt tradunt varij rerũ naturalium auctores: ita Chriſtus Dominus, vt nos diabolico antiqui ſerpẽtis veneno infectos medicaretur, noſtræ ſalutis ſupra modũ anxius ac ſolicitus, propriũ pectus, velut alter pellicanus, aperiri voluit, vt precioſiſſimo ſui ſanguinis balſamo noſtris vulneribus neceſſariam medelã adhiberet, & ad priſtinam ſanitatem reuocaret,

Aug. ſerm. 120. in Ioa. tom. 10. — Pſal. 101. — Leuit. 11. & 14. — Deut. 21. — Act. 4. — Auguſt. lib. 12. cap. 30. & alij.

vnde

D. Ambr. ſu per Pſ. 118. ſerm. 5. vnde egregie D. Ambroſ. *Vulnus (inquit) eſt quod Chriſtus excepit, ſed vnguentũ eſt quod effudit.* Prodigioſam ulam putarũt & merito veteres illi Hebræi piſcinam illam, in quam Angelo Dei deſcẽdente, & aquã eius mouente, à quacũque quiſque primus eam ingrediẽs ſanabatur infirmitate. Ac in lege gratiæ, in qua receſſerunt vetera, & noua ſunt omnia, aliã vice illius antiquæ piſcinæ prodigioſam magis ac precioſiorẽ Dominus in Eccleſia ſua catholica ſubſtituit piſcinã, vulnus ſcilicet lateris ſui, in quo, vt virtutem ſanandi habeat, non oportet, vt deſcendat Angelus de cælo, cum in carnem illam media vnione hypoſtatica iam deſcenderit Verbum diuinum, Iſa. 9. *Magni conſilij Angelus*, nec opus eſt, vt infirmus, a quacumque peccati infirmitate detineatur, primus in hãc ſacram piſcinam abluendus deſcendat, cum etiam ſi nouiſſimus aduenerit, ſalutem conſequi poterit, Matth. 20. Chriſto Domino dicente: *Erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi*, nec tandem ſemel & vni tãtum ſingulis annis hæc piſcina, vt vetus illa, ſanitatem largitur, ſed toties, quoties diuino auxilio fultus ſanari deſiderat. Zach. 13. Hac enim ratione Zacharias ſapienter vulnus hoc vocauit fontem patẽtem, non dixit fontem clauſum, ex quo aquam non cuilibet pro libito licet haurire, ſed patentẽ, cuius ſalutiferam aquam quiſque quoties ſibi libuerit, ſumere poteſt. Homerus. Meminit quidem Homerus Achillis lanceæ, quam fabulatur tantæ virtutis fuiſſe, vt vulnera ſuſcepta nõniſi tactu eius ſanari poſſent. manifeſtam id redolet fictionem. Sed de lancea ſacrum Chriſti pectus aperiente veraciter dicemus, non aliter quam virtuali eius contactu (vt more ſcholaſtico loquar) virtutem ſanguinis Chriſti illam rubricantis omnia quotquot expiantur, peccatorum vulnera curare.

Sextam cauſam dicamus eſſe, aperuiſſe in Cruce pectus ſuum, vt nos ad vbera ſua lactaret, Oſeas 2. iuxta id quod per Oſeam pollicitus fuerat: *Ducã eam in ſolitudinẽ, & lactabo eam.* Olim conſueuerat Dñs tanquam Deus vltionum lac miſericordiæ intra pectus ſuum continere, illudque denegare his præſertim, qui immiſericordes erãt, vt teſta- Oſea 1. tur idem Propheta, dicens: *Ablactaui eã quæ erat abſque miſericordia*: nunc autem iram deponẽs, & matris, aut nutricis viſcera induens pectus detegit, latus aperit, & ſanguinem, qui lac eſt magis concoctus & elaboratus, infantibus peccatoribus propinat, vt miſericordiæ dulciſſimum lac ſugant etiam illi, qui in ipſum immiſericordes extiterũt. Suxit ſane Centurio, ſuxit bonus latro, ſuxit & Lõginus, qui adeo fortis factus eſt in bello, vt pro Chriſti fide ſumma cunſtãtia ſanguinem fuderit. Cant. 1. Atque hinc facile erit intelligere, quid ſibi velint verba illa Spõſæ: *Meliora ſunt vbera tua vino*, quæ propterea difficilia redduntur, quia alibi dixerat Cant. 7. Sponſus Spõſæ: *Et erunt vbera tua ſicut botri vineæ.* Si ergo vbera Sponſæ, ad quæ filij eius lactandi ſunt, vice lactis vinum emittere debent, vt quid vbera tua, ad quæ lactanda eſt Sponſa, non vinũ, ſed lac propinant? Reſpõdeo, frequẽter ſacra volumina nomine lactis Dei dulcedinem, ſuauitatẽ, & miſericordiã ſignificare, vt aperte indicãt ver- Exod. 3. ba illa: *Dabo vobis terrã fluentẽ lacte & melle.* e cõtra vero nomine vini diuinam iracundiam atque furorem exprimere conſueuiſſe, vt conſtat tum ex David: *Calix in manu Domini vini meri plenus miſto, & inclinabit ex hoc in illud*, Pſal. 74. & ex D. Ioanne, aſſerente: *Qui adorauerit beſtiam, & imaginem eius, bibet de vino iræ.* Apoc. 14. Cum ergo ait Sponſa: *Meliora ſũt vbera tua vino*, perinde fuit ac ſi diceret, ſuauitate ac miſericordiæ dulcedine vehementius ad te allicis, quã olim ira, ac furore à malo deterreres, & auerſos animos ad te cõuerteres. Vt igitur Chriſtus Dñs oſtenderet, morte ſua Dei miſericordiã nobis promeruiſſe, lactis fontem, illã ſignificãtis, in latere ſuo aperuit. Vnde impletum eſt illud: *Ad vbera mea portabimini*, Iſa. 66. & illud: *Sicut nutricius Ephraim ſic portabam eos in brachijs meis.* Oſea 12.

Tãdem vt plures huius vulneris cauſas paucis comprehendam, latus aperiri voluit, tum quia latus à latendo dictum eſt, eo quod infra brachium, aut alam ſitum ſit; noluit tamen quæ in corde abdita erãt arcana nobis laterẽt, & ideo clauſuram eius aperuit: tum vt ianuam regni cæleſtis illucvſque omnibus occluſam iam reſeratam præſignificaret: tũ quia ſicut olim mos inoleuit, vt in ſignum pacis quis lanceam ferri cuſpide contra ſe verſa in altum eleuaret, verſus reconciliandos vero ligno ſolum eos reſpiciente; ita Chriſtus Dominus in argumentum pacis & reconciliationis Dei cum hominibus voluit contra ſe verti cuſpidem lanceæ, ne contra nos diuini furoris aculei verterentur. Virgilius etiam refert, quod Troiani oblato ſibi à Græcis equo ligneo haſta latus percutiente periculum facere moliti ſunt, lateret ne in eo aliquod belli ſtratagema;

Validis ingentem viribus haſtam Virgilius Æneid. 2.
In latus inque feri curuam compagibus aluum
Contorſit. &c.

At Troiani certo id non agnouerunt, nec percuſſio illa lãceæ ſecuros eos reddidit; at apertio hęc lateris Chriſti mucrone diræ lãceæ facta nos certos omnino ac ſecuros facit, in corde illo nunniſi pacẽ eſſe. iuxta illud: *Ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis*, Hier. 29. & adeſſe pariter ardentem dilectionem, vt ipſe dixit: *Ego diligentes me diligo.* Prou. 8.

Vltima tandem verba: *Et cõtinuo exiuit ſanguis & aqua*, Ioan. 19. iam exponamus, & illuſtremus. Notanter ait Euangeliſta: *continuo*, vt ſignificaret, quam ardenti deſiderio Chriſtus flagrabat reliquum ſanguinem pro nobis profundendi. Vnde abſque mora cum primum percuſſum eſt latus, illũ effudit, nec per momentum precium noſtræ redẽptionis ſoluere diſtulit, quia neſcit tarda molimina paternus eius amor. Quare ſicut ex nimia ſãguinis copia ſolent venæ intumeſcere, & ſi exiguam etiã ſectionem patiantur, cõtinuo ſanguis erumpit; ita ſane Chriſtus Dominus, qui potiori iure quam Elin dicere potuiſſet: *Coarctat me ſpirit⁹ vteri mei, & venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas diſrupit*, Iob 32. cum primum apertum fuit ſacroſanctum latus eius, continuo ſanguis repreſſus foras effluxit. Sed quid mirum, quod ferro lanceæ prouocatus ſanguis prodeat, quando in horto nũ vocatus per omnes corporis poros copioſe adeo erupit, vt eius guttas in terram decurriſſe ſacer Euangeliſta referat?

Quid

Luc. 22. Quid ſūt myſterij lateat in hac ſanguinis, & aquæ effuſione, attēte quæſo perpēdamus: id facile (ni fallor) ante omnia deprehēdemus, ſi verba illa D. Ioannis in memoriā reuocauerimus: *Tres ſunt qui teſtimoniū dāt in terra, ſpiritus, aqua, & sāguis, & hi tres vnū ſunt;* vel (vt alij legūt) *hi tres in vnū ſunt.* Futuri quidē erāt hæretici, Manichæi præſertim, qui veram Chriſti humanitatē abnegarēt, & ad hanc refutandā hæreſim, & contrariā veritatē ſtabiliendā tres eius voluit Dñs in morte ſua adhiberi teſtes cōteſtes, qui omnes in vnū ſūt, quatenus vnū integrū & adæquatum huius veritatis teſtimoniū exhibēt. Hi fuerunt ſpiritus, quē emiſit in Cruce, vt tradit D. Ioannes, Ioan. 19. & ſanguis, qui cum ſit vnus ex quatuor humoribus, & aqua, quā conſtat ſecundū eſſe elemētū ex quatuor, ex quib' corpus humanū coaleſcit, aperte teſtificātur, Chriſtum Dñm verum corpus humanū habuiſſe ſpiritu informatū, vnde D. Thomas ait: D. Th. in 3. par. q. 66. ar. 4. ad 3. *Fuit autem aqua pura miraculoſe egredsēs a corpore mortuo, ſicut & ſanguis, ad cōprobandā veritatem Dominici corporis, cōtra Manichæū errorem, vt ſcilicet per aquā (quæ eſt vnū quatuor elemētorū) oſtenderetur corpus Chriſti vere fuiſſe compoſitum ex quatuor elementis; per ſanguinē vero oſtenderetur eſſe compoſitū ex quatuor humoribus.* Illa item verba eiuſdē D. Ioannis: 1. Io. 5. *Hic eſt, qui venit per aquam et ſanguinē Ieſus Chriſtus, nō in aqua ſolum, ſed in ſanguine,* mirifice elucidant eundē locū. Olim quidē peccatorū expiatio fiebat adhibito ſanguine hircorū & vitulæ, vt teſtatur D. Paulus. ad Hebr. 9. Poſtea D. Ioannes vſus eſt baptiſmo aquæ, qui vim abluendi animam non habebat: at Chriſtus Dñs venit in ſanguine & aqua, quia nō ſolū aqua baptiſmatis corpus abluit, ſed virtute ſanguinis ſui maculas animæ abſtergit, & ad id ſignificandū voluit, vt ſimul ex latere eius fluerent ſanguis & aqua. Euth. in c. 17. in Ioan. cap. 39. Euthymi' alia in hoc fluxu recōdita arcana his verbis detegit: *Sanguinem & aquā ſcaturire fecit, duo deſignans baptiſmata, vnū quidem per ſanguinis martyriū, alterū vero per aquā regenerationem: atque horū fluxu peccati fluxum demergit.* Præterea aliter: *nā duos ſcaturire fecit fontes: aqua quidem purificans Eccleſiā, ſanguine vero eam enutriens. Siquidem per aquam renaſcimur, per ſanguinē aūt & carnem paſcimur, quæ diuina ſunt ac myſtica.* Hæc ille. Deinde D. Cyrillus hoc loco Cyrill. Cateches. 13. Catecheſi 13. ingenioſe, vt aſſolet, huius aquæ, & ſanguinis inſigne aliud myſterium aperuit in hæc verba: *Initiū ſignorū tempore Moyſis ſanguis & aqua. & vltimū Ieſu ſignorū hoc idem. Primum Moyſes mutauit flumen in ſanguinem: Ieſus poſtremo aquā miſit à latere vna cū ſanguine: fortaſſis propter duas cædes, alterā iudicantis, alterā vero clamātiū.* Hæc magnus Cyrillus. In cuius loci intelligentiam obſeruare oportet, quod cū Pilatus Chriſtum Dñm volun- Matth. 27. tati Iudæorum tradidit, lauit manus ſuas, dicēs: *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius;* Iudæi uero Ibidem. qñ mortē eius poſtularūt, dixerunt: *Sāguis eius ſuper nos & ſuper liberos noſtros.* Cū ergo Pilatus homo gentilis gentilē populū deſignarit, qui ignorans Chriſtū Dñm crucifixit: Iudæi uero iudaicū, qui malitioſe necē eius poſtulauit, certe gentibus ſanguis Chriſti velut aqua fuit, à maculis peccatorū illos emundans; Iudæis uero in turpitudinē, & infamiā uerſus eſt, & maculas eorū, dum illum effundebāt, mirū in modum auxit. Vnde recte D. Hier. ſuper Ioan. c. 19. Hiero. ſup. Ioan. c. 19. Exiit (inquit) *aqua ad abluendū fideles, ſanguis ad damnandū incredulos:* & D. Cyrillus ait: Cyrillus vbi ſupr. *Iudæis quidem ſanguis, Chriſtianis vero aqua; illis quidem tanquam inſidiatoribus ex ſanguine condemnatio, tibi vero nunc credenti per aquā ſalus.* Ad hæc, exiuit ex latere Chriſti ſanguis, & aqua, Cant. 5. qui candidus erat & rubicundus vt dixerat Spōſus, vnde vt candidus aquam præbet, qua dealbat, vt rubicundus, ſanguinē, quo animas rubicundat ac decorat; vel quia cum aqua ignē extinguat, & ſanguis experientia comprobante hebetē reddat, aquā, & ſanguinē emiſit, vt ſignificaret illa aqua ignē noſtræ libidinis extingui, & diuinæ iuſtitiæ gladium contra nos vibratū auerti. Vnde ſi rē altius perpēdam', reperiemus propterea Chriſtum Dñm ſanguinem cordis foras emiſiſſe, vt ſecuros nos redderet, conceptā contra nos irā foras expuliſſe. Philoſophi cauſā pro effectu vſurpantes dicunt irā eſſe ſanguinē cordis accenſum, qui ad vindictā impellit: itaque ſanguis iuxta cor exiſtens materies eſt, vnde iracundiæ ignis accēditur: vnde cū Chriſtus Dñs totum ſanguinē per hoc lateris vulnus emiſit, conſequens fit omnē irā depoſuiſſe: ſiquidē hæc abſque ſanguine cōſiſtere nō poteſt. Quid plura? Chriſtus Dñs fons & vitis erat, atque ideo, vt fons aquarum viuentiū, aquā ad refrigerandū, vt vitis vero, rubicundā ſanguinis vinū emittit ad abluēdum, iuxta illud: *Lauabit in vino ſtolam ſuam, et in ſanguine vuæ palliū ſuū.* Gen. 49.

Tandem in hac emiſſione ſanguinis & aquæ ex latere Chriſti poſt mortē eius effluentis & ingēs miraculum effulget, & ſingulare myſterium latet. Miraculum quidem, quod ex corpore iam emortuo & adeo exhauſto vera aqua veruſque ſanguis exierit. vnde Origenes ait: *In alijs corporibus mortuis ſanguis cogitur. nec aqua limpida ex eis promanat; ex Ieſu autem mortui corpore ne tunc quidē ceſſantibus miraculis ſanguis, et aqua profluxit de latere.* Origen. lib. 2. contra Celſum. Myſterium autē, quod latet, ex varijs figuris, quibus fluxus huius aquæ in ſacris litteris adumbratur, haud difficulter deprehendemus. Præfiguratur enim in aqua contradictionis, quæ ex petra Deut. 33. ictu virgæ percuſſa ſcaturiuit, & in aqua, quæ ex mādibula ſanguine intincta prodiuit, cum hoc tamen diſcrimine quod illa Sāpſonem refocillauit, Iudic. 15. hæc vero nos ſitibundos refrigerat. & abluit. præſignatur etiam in aqua ciſternæ Bethleem à Dauide Deo ſacrificata, 3. Reg. 23. vnde ipſe per Prophetā ait: *Et ego ſicut aqua effuſus ſum,* Pſal. 21. alludens ſane ad aquā hanc ex latere effuſam, de qua Auguſtinus in eū- D. Aug. in Pſal. 21. dem Pſalmū ait: *Aqua quādo effunditur, aut abluit, aut irrigat: effuſus eſt Chriſtus ſicut aqua, abluti ſunt ſordentes, irrigatæ sūt mentes.* Præſignatur denique Gen. 2. in aqua ex fonte Paradiſi progrediente, & vniuerſam terram fœcundante & in ea quæ in mari rubro Pharaonem & exercitum eius abſorbuit. Exod. 14. Vere enim aqua hæc ex latere Chriſti effluens & ſterilem animam fœcundat, & vniuerſa eius peccata, velut olim Ægyptios mare rubrum, ſuffocat, in quo ſingularis eius virtus enitet cum ſummo ſplendore Chriſti. Cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

DE

DE HONORIFICA CHRISTI DOMINI SEPVLTVRA ET ARCANIS IN EA RECONDITIS.

LIBER DECIMVSTERTIVS

Homilia vnica,& inſignis valde.

De eximio ſplendore, ac ſingulari gloria ſepulchri Chriſti Domini, & ſacri funeris illius, quæ ex multiplici capite deprehenditur in illa verba Iſaiæ: Et erit ſepulchrum eius glorioſum. Iſai.11. *& illa alia Dauidis: Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Pſ.15.

SEPVLCHRI Chriſti Domini gloria, atque maieſtas minime penſanda eſt ex materiæ excellentia,aut ex arte: nec enim materiam opus ſuperabat,nec opere Corinthiaco, Dorico, aut Moſaico elaboratũ ſeu affabrefactum erat;huiuſmodi namque ſplẽdoris, & gloriæ genus corruptibile eſt non ſolũ in ſeipſo,ſed & in hominum opinione, è quorum memoria ſuperba quæque hominum ſepulchra excidere;gloria autem, atq; maieſtas ſepulchri, & funeris Chriſti Domini altius, atque ſublimius,quam ex materia,& arte perpendenda,atque commendanda venit. Antequam tamen ad illam manifeſtãdam manum calamo admoueã, placet varias quæ præceſſerunt imagines, Chriſti Domini ſepulchrum, & ſepulturam adumbrantes præmittere. Nauis, quam ingreſſus eſt Ionas Propheta, ſepulchrum hoc ad viuum exprimit: Ionas Propheta,corpus Chriſti ſummi Prophetæ refert: velum expanſum huius nauis, ſindon munda erat, qua ipſum inuolutum fuerat. Præter corpus autem Chriſti varias hæc nauis ſpecies aromaticas portabat,non vt præſeruarent corpus Chriſti a putrefactione, ſed vt illam non eſſe paſſurum præſignificarent. Iona.1. Iudæi autem,qui nautæ fuerunt huius nauis, ſigillantes,& cuſtodientes illam per triduum,nauigandi arte penitus amiſſa, viam illius in medio maris minime potuerunt percipere: ſed neque in hodiernum vſque diem illam capere poſſunt, quamuis alioquin viderunt nauem ſepulchri corpore Chriſti vacuam, triumphantis illius reſurrectionis, quam ipſe eis prædixerat, non obſcurum argumentum. Sepulchrum etiam hoc præfiguratum cerno in ſepulchro Abrahami ſimul cum campo, in quo erat,empto, cuius ſolemnem emptionem celebrauit Ephron Hetheus in præſentia totius populi. Gen.23. Et in domo Dauid,a militibus Saul vndique obſeſſa, à qua tempore auroræ, ipſis ignorantibus, clam egreſſus eſt,& manus eorum effugit. 1.Reg.19 Quod & Chriſto Domino contigit,qui cuſtodibus ſepulchrum eius obſidentibus diluculo reſurgens, aufugit. Cum tandem Ioſephum video in ciſterna miſſum a fratribus,& rurſus in carcere vinctum, & cum Hieremiam in lacu vbi non erat aqua, incluſum, necnon Danielem intractum in lacu leonum verſari contemplor, hæc omnia Chriſtum in ſepulchro latentem mihi ob oculos ponunt.Sed his aliam pulchram figuram addere poſſumus,quam acute annotauit Rupertus in commentario ſuper Leuiticum: Rupert. l.1. commentary ſuper Leuit. c.6. cum enim Deus præcepit corpus vituli mortui poni extra

caſtra in loco mundo, aperte id præſignificauit, Chriſtum Dominum velut vitulum in ara crucis mactatum extra ciuitatem, ſindone munda inuolutum, in ſepulchro eſſe ponendum.

His iam prælibatis figuris, ad gloriam ſepulturæ Chriſti D. accedentes, primum caput, vnde illam venari poſſumus, nobilitatem, & dignitatē ſepelientium eſſe reor, quam præuidens Iſaias, dixit: *Et dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua, eo quod iniquitatem non fecerit.* Septuaginta ſic legunt: *Et dabo impios pro ſepultura eius, & diuites pro morte eius;* vt non ſolum Ioſephum ab Arimathęa hominem primarium in ciuitate, ſed & Nicodemum legis doctorem, & apud plebem magnæ auctoritatis comprehenderent. Hūc locum D. Auguſtinus ſic explicat: *Mali dati ſunt pro ſepultura ad cuſtodiendum eum, quia intrauerūt Iudæi ad Pilatum, dicentes ei: Audiuimus, quod ille impoſtor dixerat diſcipulis ſuis, quia ſurrecturus erat, iubeto cuſtodire ſepulchrum: dati ergo ſunt pro ſepultura eius ad cuſtodiendum mali cuſtodes, qui corrupti pecunia a ſacerdotibus, veritatem abſconderunt; dati diuites propter mortem eius, qui eum ſepelirent, & ſumma reuerentia terræ corpus eius commendarent.* hactenus magnus ille Pater Auguſtinus. Hi ergo, qui ſepulturæ corpus Chriſti commendarunt, fuerunt Nicodemus (vt teſtatur D. Ioannes) & Ioſeph ab Arimathęa, vt tradunt tres alij Euangeliſtæ. Nicodemus, inſignis illius Gamalielis nepos fuit, atq. vt refert auctor ſupplementi, Phariſæorum ſectæ princeps: venit ad Ieſum nocte, & receſſit illuminatus, qui in tenebris aduenerat; & vt conſtat ex Euangelio, iuriſperitus erat, & magiſter in Iſrael, & cum Chriſto Domino diſputauit de ſpirituali renaſcentia, & in concilio Phariſæorum Chriſto Domino patrocinatus fuit, eiuſque piam clientelam aſſumpſit, & (vt refert Mallonius) ſanctitatem eius Gamaliel illius auus miro deſcripſit emblemate, dicens, Nicodemum fuiſſe veluti aureū caniſtrum candidis roſis plenum. Ioſeph autem, qui fuit alter, & præcipuus Chriſti Domini ſepultor, recte ab Arimathęa fuit cognominatus, quia, vt annotauit D. Hieronymus, *deponens*, interpretatur: ipſe autem Chriſtum Dominum e cruce depoſuit, vt teſtatur D. Marcus: *Deponens eum inuoluit ſindone.* Ioſephi etiam nomen recte ei congruit: nam ſicut olim Ioſeph pia patris ſui Iacob ſepultura non parum ſibi ſplendoris conciliauit; ita Ioſeph ſepultura Chriſti Domini, qui Pater erat futuri ſæculi, immortalem pietatis gloriam comparauit: tum quia ſicut Ioſeph ſponſus Virginis celebris factus eſt ex eo, quod thalamus, in quo corpus Chriſti viuum delitеſcebat, ei creditus fuit; ita Ioſeph ab Arimathæa immortale, ac celebre nomen comparauit thalamo ſepulchri ſibi credito, in quo Dei corpus emortuum iacebat. Ingenuitatem prĕterea illius expreſſit D. Marcus, nec non & dignitatem, vocans eum nobilem decurionem: nomen enim decurionis non erat officij militaris, ſed dignitatis municipalis: nā qui Romæ dicebatur Senator, in municipijs, & in coloniis vocabatur decurio. Sanctitatē vero eius paucis illis, & grauiſſimis verbis perſtrinxit D. Lucas: *Vir bonus, & iuſtus, hic non conſenſerat conſilio, & actibus eorum.* Vnde D. Hieron. verba illa Pſal. *Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum,* de hoc Ioſepho ad litteram exponenda eſſe arbitratur. Magnanimitas eius ex eo valde elucet, quod vt ait D. Marcus, audacter introiuit ad Pilatū, & petijt corpus Ieſu. Cū nullus patrocinium corporis Chriſti emortui ſuſcipere, immo nec de eo loqui auderet propter metum Iudæorum, ipſe ſe Chriſti diſcipulum indicauit. Licet. n. iuxta legē Deuteronomij deponenda erant corpora crucifixorū: *Non permanebit cadauer eius in ligno;* id tamen fieri non poterat inconſulto iudice, ſed expreſſa eius licentia, vt habetur in iure, quā ipſe Apoſtolica audacia cum ingenti diſcrimine efflagitare non exhorruit. Modus autem illam obtinendi, vt tradit Ludolphus, quem refert, & ſequitur Daniel Mallon. hic fuit, quod Ioſeph quinque annis ſeruierat Pilato, non humili, ſed vt decurio, nobili obſequio, vt obſeruauit Petrus Comeſtor, & pro tota mercede, quæ illi debebatur, petijt corpus Ieſu ſibi donari ad ſepeliendū. Vbi meditatione expendas obſecro quis petat? id eſt Ioſeph: quid petit? corpus Chriſti: a quo? a Prĕſide Pilato: quomodo? audacter ex feruore fidei: *quia Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam,* vt ait Paulus: quando petit? eodē die, quo Chriſtus in cruce obijt: ad quid petit? ad honorifice ſepeliendū. In hac petitione mira quoq. eius enituit pietas, qui, tamquam verus Leuita, viſo vulnerato non præterijt, ſed illum ſepulturę tradendum curauit, vt qui longe aberat ab hæreticorum huius tempeſtatis execrando errore cū impio Caluino in præf. ſuarum inſtit. qui pium funeris opus irrident: volunt enim nos catholicos Eccleſię Romanæ alumnos eſſe Trogloditas, qui mortuum cum iocis mandabant terræ; Lotophagos, qui dilectorū cadauera in mare projiciebant; Sabæos, qui etiam Reges mortuos inter ſterquilinia mittebant; Scythas, qui honoris, & beneuolentiæ gratia cadauera corū, quos diligebant, inter epulas deuorabant; Hyrcanos, qui canibus mortuorum corporum cibo nutriendis obijciebant; Maſſagetas, qui feris ea deglutienda dabant: vel certe nos arbitrantur impij hæretici eſſe Albanos, qui olim nullam, vel minimam de mortuis curā habebāt; immo volunt nos barbaris magis impios, ac deteriores eſſe. Nā omiſſis Aegyptijs, & Romanis, qui in ſepulchris extruendis, & in honore mortuorum corporibus deferendo conſpicui fuere; infideles alij illis antiquiores funerales exequias mirum in modum coluerunt, vt teſtatur Poeta:

------ & de more antiquo
Funereas rapuere faces, lucet via longo
Ordine flammarum, & late diſcriminat agros.

De modo autē, quo hi illuſtres, ac nobiles viri Nicodemus, & Ioſeph ab Arimathęa, necnon & alij, qui illos comitati ſunt, Chriſtū depoſuerunt (affirmat. n. D. Anſelmus, cū B. Virgine, & Ioanne adfuiſſe ibi D. Petrū, & Iacobū fratrē Dūi) tametſi quidā putauerint demiſiſſe ad terrā crucem

ipſam

Iſa. 54.
D. Aug. homil. 36. ſuper illud Abſcondit ſicut vir guſtum tom. 10.
Ioan. 3.
Matt. 27.
Marc. 15.
Luca. 23.
Auctor ſupplementi chronicarū anno Chriſti 33.
Ioan 3.
Ioan. 7.
Dan. Mallo. de ſacroſancta ſindone cap. 1.
Marc. 15.
Gen. 50.
Luc. 23.
Pſ. 1.
D. Hieron. in Matt. tom. 9.
Marc. 15.
L. corpora. ff. de cadaueribus puni torum.
Mallon. de ſacroſancta ſindone c. 1.
Petrus Comeſt. in Hiſtor. Euang. c. 180.
Cont. Caluin. circa exequ. in præfat. inſtit.
Virg. Lib. 11. Aen.
Anſelmus l. de paſ.

Digitized by Google

Greg. Naz. trag. de Chriſto patiente. Nonnus in cap. 19. Ioannis.

ipſam ſimul cum corpore Domini. Gregorius tamen Nazianzenus, & Nonnus Græci auctores tradunt modum deponendi corpus fuiſſe, ſoluẽdo illud de Cruce, extractis clauis, cruce erecta, & in ſublimi manẽte. Cui ſane opinioni picturæ eccleſiaſticæ mos valde opitulatur, quæ illo modo depoſitum, vt plurimum fidelium oculis ſubijcit. Extat ad id Beatiſſimæ Virginis inſignis reuelatio, facta B. Brigittæ, prout refertur lib. 2. ſuarum reuelationum in hæc verba: Hi duo, Nicodemus & Ioſeph, qui filium meum deponebãt de Cruce, tres applicabant ſcalas, vna protendebatur ad pedes, ſecunda ſubtus aſcellas, & ad brachia, tertia ad medietatem corporis. Atque in hoc non parum fuoeris buius honor ſplẽdet, cum hucuſque inauditum fuerit, viros perquam illuſtres ac dignitate præcellentes damnatorum patibulum aſcendere ad eorum corpora deponenda: at Nicodemus, & Ioſeph maieſtatem pendentis conſiderantes, non dubirarunt hunc honorem corpori Chriſti deſerre, propriiſque manibus illud de Cruce deponere, & è brachijs Crucis ad brachia Virginis transferre, vt tradit Gregorius Naaianaenus præcitaro loco. Depoſito autem iam corpore Chriſti, vt honorem, qui Principibus defunctis exhiberi mos erat, Chriſto Domino deferrent, mixturæ myrrhæ, & aloes quaſi libris centum, vt teſtatur D. Ioannes, ſacrũ eius corpus vnxerunt.

Ioan. 19.

Licet enim moris eſſet apud Iudæos, cadauera vnguento condire, Aegyptiorum conſuetudinem imitantes, à quibus ipſi morem illum mutuauerant, vt auctor eſt Tacitus, triplex tamen erat eis, velut Aegyptiis, cõdiendi cadauera modus, vt tradit Herodotus.

Tacitus lib. 21. annalium.
Herodotus lib. 2.

Primus erat minimi ſumptus, vulgaribus hominibus conſentaneus, qui ex quibuſdam ablutionibus, & earum exſiccatione conſtabat. Secũdus erat mediocris ſumptus pro ciuibus, nitrũ, & vnguinem cedrinum corporibus mortuis apponẽs; eſt autem virtus nitri talis, vt carnes penitus tabeſcere faciat, cute, tantum & oſſibus relictis, vnguini vero ea eſt inſita vis, vt teſte Plinio in Aegypto corpora hominum defunctorũ eo perfuſa ſeruentur.

Plin. lib. 16. cap. 11.
Plin lib. 24. cap. 5.

Tertius & præſtantiſſimus erat Principum, & opulentiorum hominũ, quorum corporibus ad eorum conditurã adhibebant vinum phoeniceum, myrrham puram, contuſam caſsiam, vel ſimiles alias ſpecies aromaticas, excepto thure, vt refert Herodotus lib. 2.

Herodotus lib. 2.

Viri ergo illi clariſſimi, non prima, nec ſecunda, ſed tertia conditura, quæ omnium erat nobiliſſima, nihili expenſas facientes (erant enim diuites magnificentiſſimi) ſacrum Chriſti corpus cõdierunt. Quod licet D. Chryſoſtomus dicat, ardentis amoris erga Chriſtum magis quam firmæ fidei argumentum fuiſſe: *Si enim*, inquit, *celerem reſurrectionem nouiſſent, illumq. Dei Filium credidiſſent, non hæc a putredine præſeruantia medicamenta paraſſent*: bona tamen venia tanti Doctoris oppoſitum veriſſimum mihi perſuadeo: tum quia, quando corpora mortua gratia præſeruandi illa a corruptione vngebantur, prius exenterabantur, Chriſti autem corpus non fuit exenteratum: tum quia putauerim Ioſephum, & Nicodemum tunc crediſſe Chriſtum eſſe Filiũ Dei: nam ſi milites, vt ait D. Matthæus: *Viſo terræmotu, & his quæ fiebant timuerunt valde, dicentes: vere Filius Dei erat iſte*, vt quid putabimus viros alioquin pios, & Chriſti doctrina ſæpe inſtructos (vt ex euangelica hiſtoria conſtat) id ipſum non crediſſe?

Matth. 27
Ioan. 3.
Ioan. 19.

Vnde cum emortuo Chriſti corpori adhiberent aromatica vnguenta, non ad præſeruandum corpus eius a putredine putandum eſt præſtitiſſe, ſed vt qui cum ignominia mortuus fuerat, cum honore ab eis ſepeliretur. Nec incõgruum exiſtimauerim dicere, vnctionẽ hanc a Ioſepho factam præfiguratam fuiſſe in vnctione illa honorifica a Patriarcha Ioſepho corpori Iacob patris ſui adhibita, quam ſacra Geneſeos narrat hiſtoria, licet alia, cum nõ eadẽ intentione vtraque facta fuerit.

Geneſ. 50

Illud autem, quod multis mirabile videtur, quomodo ad vnctionem vnius corporis centum libræ vnguenti fuerint adhibitæ, oportet hoc loco elucidare. Quidam putant, quod ſicut modo apud Venetos certa pecuniæ quantitas libra vocatur, ita hic libra non ſignificat pondus, ſed precium, vnde perinde fuit, dicere D. Ioannem Ioſephum emiſſe centum libras vnguenti, ac ſi dixiſſet emiſſe certam ſufficiẽtem, & precioſam vnguenti quantitatem precio centum librarum. Verum hæc interpretatio ex eo videtur a veritate aliena, quod Budæus lib. 2. de aſſe non commemorat aliam libram quam nummariam, quæ mille quaſi argenteis valebat: incredibile autẽ, & aperte falſum eſt, tam ingentem ſumptum in vnctione illa factum fuiſſe.

Budæus lib. 2. de Aſſe.

Alij ſuper tertiã partem D. Thomæ probabiliter putant, quod cum libra non ſit eiuſdem ponderis apud omnes nationes, fortaſſe libra apud Hebræos vna vncia erat, vel duæ: ſed neque hæc interpretatio admittenda videtur, quia licet numerus vnciarum libræ non ſit idem apud omnes nationes, ſemper tamen libra pluribus vncijs conſtat, quam duabus, & minima omnium agnoſcitur eſſe duodecim, prout viget in Italia.

Medina in 3. partem S. Tho. q. 50. art. 4.

Quare dicendũ arbitror, Ioſephũ ex animi generoſitate, & ex amore erga Chriſtum voluiſſe ingentem illam vnguẽti precioſi quantitatem eius corpori adhibere, vt totũ corpꝰ quaſi immerſũ in eo eſſet, vt magnis Principibꝰ fieri ſolebat apud antiquos. ad id autem mirũ non eſt, quod opus eſſet centũ libris.

Vncto iam corpore Chriſti Dñi, mundiſſima ſindone longitudinis duodecim palmorũ, latitudinis vero trium, vt tradit Archiep. Palæottus, de ſacra ſindone cap. 2. illud inuoluerunt, quam lineam eſſe verbũ illud, linteamina, quo vtitur D. Ioannes, ſatis aperte manifeſtat, cũ linteamina dicantur quæ ex lino texuntur, vt obſeruauit D. Auguſt. lib. 3. de conſenſu Euangeliſtarum: cuius rationem tribuit S. Remigius, his verbis: *Sindon lineus pannus eſt: linum autem ex terra procreatur & cum magna labore ad candorem perducitur. Deſignatur, quod corpus illius, quod ex terra, id eſt, ex Virgine ſumptum eſt, per laborem paſsionis peruenit*, ſcilicet ad gloriam reſurrectionis, hæc

Ioan. 19 & 20.
D. Aug. de conſenſu Euangeliſt. cap. 23
D. Remigius relatus ab Archiep. Palæotto de ſacra ſindone cap. 2.

Beda ſuper cap. 27. Matthæi. hæc diuus Remigius. Hinc, vt ait venerabi-
lia Beda: *In Eccleſia mos inualuit, vt ſacrificium*
altaris non in ſerico, neque in pãno tincto, ſed in li-
no terreno celebretur, ſicut corpus eſt Domini in ſin-
done munda ſepultum, iuxta quod in geſtis pontifica-
libus a Papo Siluestro legimus eſſe ſtatutum. Verũ
Euſebius Papa in cap. conſulto de conſecr. diſt. 1. id non ſolum a Siluestro Põtifice, ſed ab Euſebio
Papa eius prædeceſſore ſtabilitum fuit, vt cõſtat
ex capite, conſulto. de conſecrat. diſt. 1. lineo an-
tem velo Chriſti corpus in morte honorifice ob
tegendum fore præſignificatum video in pallio,
Gen. 9. quo iacentis io tabernaculo Noe nuditas cõte-
Geneſ. 37. cta fuit; & in tunica talari Ioſeph hœdioo ſãgui-
Prou. 31. ne tincta; in ſtragulata veſte, quã fecit mulier for
tis viro ſuo; ſed præcipue io velamine poſito ſu-
Exod. 34. per faciem Moyſis, & io veſte linea, qoa indue-
Exod. 28. batur ſummus Pontifex ſacrificium Deo oblatu-
1. Reg. c. 2. rus: ac tandem in lineo ephod, quo Samuel or-
nabatur, vt ſacra Regum cõmemorat hiſtoria.

Secundũ caput, vnde gloriam ſepulturæ Chri-
ſti Domini facile venari poſſumus, eſt ex loco ip
ſius ſepulchri: & celebri titulo, quo Iſaias illud
Adricom in deſcrip. Hieruſ. nu. 239. cnboneſtauit. Locus, vt Adricomi⁹ in deſcriptio-
ne Hieruſalem tradit, *Diſtabat centum & octo pe-*
dibus a monte Caluariæ, & non poterat non eſſe
Chryſoſt. hom. 75. in Ioannem. honorificus: ſiquidẽ io illo nobiliſſimus vir Io-
ſeph (ita enim illum appellat D. Ioannes Chry-
Matth. 27. ſoſtomus) nouum monumentum ſibi exciderat,
Beda in Matth. cap. 27. tom. 5 vt tradit D. Matthæos. Refert autem Beda, quod
ſepulchrum hoc domoncula erat rotunda, & pe-
tra tantæ altitudinis, vt vix poſſet homo manu
extenta culmen attingere: oſtium paruum habe-
bat ab Oriente, in parte vero eius Aquilonẽ ſpe-
ctante erat locus Dominici corporis, de eadem
petra exciſus longitudinis ſex pedum, altior ve-
ro atque eminentior reliquo pauimento tribus
palmis, quaſi ſarcophagus quidam patulus; oſtiũ
vero tam erat paruum, vt ingredi volentẽ opor-
teret caput inclinare, ideoque de venientibus
Ioan. 20. diſcipulis dicitur a Ioanne, quod inclinauerunt
ſe: color vero monumenti, ac loculi rubicundo,
Plutarch. lib. de fun. an antiq. & albo dicitur eſſe permixtus. Plutarchus lib. de
funerali, narrat conſueuiſſe, cum amicus morie-
batur, in ſepulchro eius cordis figũram inſculpe-
re, vt hoc ſymbolo ſignificarent, quod nõ ſolum
viuum, ſed mortuum amicum amore proſeque-
rẽtur, & in corde ſuo illum ſculptum retinerent.
Non longe ab hac conſuetudine abeſſe videtur
Cant. 1 Sponſa; nam vbi noſtra vulgata legit: *Faſciculus*
myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commo-
rabitur, Originale Hebræum habet: *Stactes liga-*
mine, ſeu panniculo inuolutæ. Alludit Spõſa ad cõ-
ſuetudinem feminarum Palæſtinarum, quæ odo-
riferas quaſdam myrrhæ guttas panniculis io-
uolutas inter vbera deferebant, vt ſuaui earum
odore potirentur: vnde prædicta verba redolent
ſine dubio hiſtoriam ſepulturæ Chriſti Domini,
myrrha vncti, & linea ſindone inuoluti. Sponſa
igitur præ amoris magnitudine ſculptum habẽs
in corde ſuo, tãquã in ſepulchro Chriſtum Dñm
Cant. 1 myrrha, & aloe vnctum, dicebat: *Faſciculus myr-*
rhæ dilectus meus mihi: vnde ad id ſignificandum
potiori iure, quam commemorati antiqui, in la-
pide ſepulchri Chriſti, cordis figuram deſcribe
re potuiſſet. Idem etiam Plutarchus refert, quod Plutarchus & Semiram.
in ſepulchro Semiramis hoc erat inſcriptum epi
taphium: *Quiſquis regũ pecunijs eguerit demoliẽs*
monumentum quotquot velit ſumito. Rex Darius
theſauri huius amore allectus, aperuit ſepul-
chrum, & nihil aliud qoam putrida oſſa iouenit,
cum alio valde diuerſo epitaphio in hũc modũ,
dicente: *Niſi malus, & pecuniarum inexplebilis fo-*
res, mortuorum loculos numquam mouiſſes. Non ſic
ſepulchrum Chriſti Domini, in quo cum vitæ au
ctor ſepultus deliteſceret, in quo erant infiniti
theſauri cæleſtium bonorum, cuique licet quid-
quid ex eis ſibi opus fuerit, diuina adiuuante
gratia ſibi deſumere: fuit namque pręfiguratum
in celeberrimo illo Dauidis ſepulchro, de quo
Ioſeph de antiquitatibus cõmemorat, Hebræos Magiſtri Hebr. in co. 1. Reg. 2.
tam ingeotem auri quantitatem in eo depoſitã
reperiſſe, vt ea non ſolum cuidã neceſſitati rẽ-
publicam valde vexanti præſentiſſimo remedio
occurrerent, ſed quædam xeondochia pro infir-
mis curandis conſtruerent. Hoc quid quęſo prę-
figurabat, niſi infiniti pretij theſaurum corpo-
ris Chriſti emortui in ſepulchro latentem, cuius
quidem diuitijs omni auro precioſioribus, eius
ſcilicet vulneribus, & precioſo ſanguine & rei-
publicæ Chriſtianæ ſpiritualibos neceſſitatibus
ſuccurritur, & peccati morbo laborantes ad pri
ſtinam ſanitatem reuocantur. hoc quis non vi-
deat gloriam huius ſepulchri mirum in modum
commendari? Memini me apud Fabium Paulum Fab. Paulus in Herod. lib. 3. c. 3.
legiſſe, quod cum antiqui inſigne Iſocratis ſepul
chrum fabricarent, in eius vertice Sirena arieti
inſidens cernebatur, citharam io manu tenens.
Quidam arbitrantur ſimulachrum hoc tacitam
quandam fuiſſe Iſocratis increpationem, quod
vitam in muſicis Sirenum cõſumpſiſſet, & quia
ſignum cæleſte Arietis oratorum linguis fauo-
rabile eſſe fertur, dicatum erat Mercurio, quem
eloquentiæ Deum putabaot. Sirenes autem
manifeſtum eſt a Poetis confictas vultus venu-
ſtate, & muſices melodia pergratas, nauigantes
in bruta animantia conuertiſſe, quæ in profun-
dum maris poſtea demergebant. Verũ cum an-
tiqui in honorem Iſocratis illud monumentum
erigerent, non videtur, deſcriptionem illam in
opprobrium eius vertendam eſſe, ſed ſignificare
voluerunt, aureo ſuæ eloquentiæ flumine, ac dul-
ciſſimo ſuæ orationis concentu audientium om-
nium animos ad ſe pertraxiſſe. Vnde ſecundum
veriorem hanc intelligentiam nemo ſanæ men-
tis negabit deſcriptionem illam, Iſocratis ſe-
pulchro appoſitam aptius cõgruere Chriſti Do-
mini ſepulchro, cuius tanta fuit dicendi facun-
dia, tantus orationis lepor, tanta perſuaſionis
eius vis, atque energia, vt turbæ illum audiẽtes
exclamarint: *Numquam ſic locutus eſt homo,* & Ioan. 7
plus quã quinque millia hominum proprii cor-
poris alimenti immemores, vt illom audirent,
per deſertum inſequebantur, vt vere & non ficte
velut alter Orpheus lapideos animos ſermone
ſuo commoueret, & ad ſe perduceret. vnde He-
bræi dicebant: *Totus mundus abijt poſt eum.* Ioan. 12

Porro

Porro tameſi omnia ſuperius enarrata epitaphia, & alia plura, quæ conſulto ſilentio prætereo, ſepulchro Chriſti congruant; Iſaiæ tamen epitaphium paucis verbis gloriam huius ſepulchri deſcribens longe illa omnia antecel- *Iſa. 11.* lit: *Et erit*, inquit, *ſepulchrum eius glorioſum*, alij legunt: *Manſio eius erit in gloria*, Septuaginta vertunt: *Erit requies eius honor*, Originale Hebræum habet verbum, vt periti illius linguæ annotarunt, quod ſignificat quietis habitationem, domum regiam, aulam Imperialem. Hinc non parum effulget gloria huius ſepulchri, *Pſal. 49.* quam e corpore Regis Regum in eo ſepulti mutuat. Sane regius Vates loquens de morte diuitum, Principum & Regum huius ſæculi, ait: *Cum interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius.* Vnde manifeſtum eſt, nullius Principis ſepulchrum poſſe eſſe glorioſum, cum gloria ipſius principis omnino deſtitutum ſit; at quia cum Chriſtus moritur, deſcendit cum eo gloria eius, ſolum eius monumentum meretur *Iſa. vt ſup.* Iſaiæ epitaphium: *Et erit ſepulchrum eius glorioſum.* Sed quomodo non glorioſum, cum Verbi diuini gloria, ac indicibilis maieſtas ſacrum illud corpus ſuppoſitantis, illic adeſſet? licet enim corpus ab anima diuiſum fuerit, minime tamen a Verbo, ſed ſicut non alius fuit Samſon captus a ſe ipſo libero, ſic non aliud ſuppoſitum fuit Chriſtus Dominus mortuus a ſe ipſo viuo: vere enim Verbum diuinum *Deſcendit cum illo* *Sap. 10.* *in foueam, & in vinculis non dereliquit eum*, vt *Chryſoſt. in demonſtratione quod Chriſtus ſit Deus.* prædixerat Sapiens. Atque huc facit, quod acute obſeruauit diuus Chryſoſtomus, diuerſo valde modo contingere in vita, & morte Chriſti, ac in vita, & morte aliorum Principū: illi.n. in vita glorioſi, in morte inglorij pereunt: e contra vero *Iſa. 53.* Chriſtus Dominus in vita *Inglorius inter viros*, vt ait Iſaias, glorioſus vero in morte obijt. Quod *Matth. 27. Marc. 15.* autem ſacri Euangeliſtæ commemorant de Chriſti ſepulchro, nimirum, quod in horto fuerit, quod nouum, & quod alienum eſſet ad gloriam eius elucidandam, non parum arbitror conferre: nam ſicut olim Adam in horto pec- *Luc. 23. Ioan. 19.* cauit, ita Chriſtū Dominum in morte in horto ſepeliri decebat. Rationem autem huius decen- *D. Th. 3. p. q. 71. ar. 2. ad 4.* tiæ tradit diuus Thomas in hæc verba: Chriſtus ſepelitur in horto, ad ſignificandum, quod per mortem, & ſepulturam ipſius liberamur a morte, quam incurrimus per peccatum Adæ, in horto paradiſi commiſſum. Cum etiam Chriſtus Dominus ſecundum animam deſcendiſſet ad beatificandas eas, quæ in ſinu Abrahæ morabantur, congruenter corpus eius in horto ſeminabatur, vt fructum ferret reſurrectionis corporum electorum, & vt inſtar grani, integram, & pulchram ſpicam producentis, nec non velut *4. Reg. 4.* Eliſei corpus tactum mortuum excitantis, corpus eius electos ſibi per baptiſma conſepultos ad vitam excitaret glorioſam. Erat etiam ſepulchrum nouum: nouum enim monumentum nulli melius, quam nouo homini conueniebat: voluit autem nouo monumento Dominus ſepeliri, tum, vt annotarunt diuus Ambroſius, Cyril- *D. Ambroſ. lib. 3. de Virginibus.* lus, Hieronymus, & Chryſoſtomus, ne ſi alius *D. Cyrill. lib. 12. c. 42.* vnquam ibi ſepultus fuiſſet, non Dominus, ſed alius reſurrexiſſe diceretur: tum quia vt anno- *D. Hieron. ſup. Matth. 27.* tauit Origenes, quemadmodum eius natiuitas *D. Chryſoſt. hom. 84.* ex puriſſimo, & intacto thalamo fuit, ex per- *Orig. lib. 2. contra Celſum.* petua enim Virgine natus eſt: ita ſepultura eius inſignem puritatem debebat habere, & a nullo alio mortuo corpore antea contingi. Vnde diuus Auguſtinus id confirmans, ait: *Sicut in* *D. Aug. tra ctat. 120.* *Mariæ Virginis vtero nemo ante illum, nemo poſt illum conceptus eſt: ita hoc monumento nemo ante illum, nemo poſt illum ſepultus eſt.* Fuit deinde ſepulchrū illud alienū duplici ratione. Primam adhibet idē D. Auguſtinus in hæc verba: *Videa-* *Aug. ſerm. 133. de tep.* *mus quare Saluator in aliena ſepultura ponatur, & ſuam non habeat: ideo in aliena ſepultura ponitur, quia pro aliorum moriebatur ſalute, mors enim iſta non illi accidit, ſed nobis profuit; mors iſta non illi illata eſt, ſed nobis delata: vt quid ergo illi propria ſepultura, qui in ſe propriam mortem non habebat? vt quid illi tumulus in terris, cuius ſedes manebat in cælis? vt quid illi ſepultura, qui tridui tantum temporis ſpatio, non tam in ſepulchro mortuus iacuit, quam velut in lecto quieuit?* D. Ambroſius ſecundam rationem huic valde perſimilem his verbis tradit: *Alienum ſepulchrum fuit, quia ſuum monumentum Dominus non quæſiuit: habeant tumulum proprium qui ſub lege ſunt mortis, victor mortis ſuum tumulum non habebat: non enim ille ſepulchrum mortis deſiderabat, qui de morte trophæa referebat*. hæc ille. Sepultus etiam fuit in alieno monumento, vt quēadmodum in aliena domo naſci voluit, nec in vita ſua habuit, vbi caput ſuum reclinaret, ita in alieno monumento mortuus iaceret. Conueniebat etiam in aliena ſepultura ſepeliri, vt ſignificaret, pro aliena culpa mortem ſuſtinuiſſe. Hęc omnia gloriam huius ſepulchri adeo oſtentant, vt magnus Athanaſius oratione in ſanctiſſimam Paraſceuen vocauerit illud immortalitatis locum, officinam reſurrectionis, diſſolutionem ſepulchrorum, ac tandem monumentum, in quo mors deſinit eſſe mors, & in quo vita ſata fuit finem non habitura.

Tertium caput, vnde perſpicue ſatis deprehendo ſingularem gloriam, & ſplendorem huius ſepulchri, ſubminiſtrant mihi verba Dauidica: *Non dabis ſanctum tuum videre corruptio-* *Pſal. 15.* *nem*: latet enim primo in eis arcanum a paucis obſeruatum, quod non parum ad gloriam ſepulturæ Chriſti confert; myſterium ergo eſt, quod, vbi noſtra vulgata legit: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*, Hebræum Originale habet: *Foueam corruptionis*: erat enim mos, vt tradit Miſnolot peritiſſimus Hebræorum, vt *Miſnolot. c. penult.* qui tamquam malefactores occidebantur, non permitterentur in ſepulchro honorifico ſepeliri, ſed in profundum quendam locum, quem foueam corruptionis vocitabant, illos mittebant: cum ergo hac conſuetudine vrgente Chriſti Domini corpus permiſſum fuerit (vt dile-

ctus

ctus Ioannes annotauit) in ſepulchro honorifico, quod nobilis vir Ioſeph ab Arimathæa ſibi exciderat, ſepeliri, ſane permiſſio hæc Chriſti innocentiam atteſtata eſt. Sed aliter etiam illuſtremus hunc locum. Certe alia monumenta quantumcumque extrinſecus ſplendeant, corpora corruptioni obnoxia continent: at corpus Chriſti Domini, vtpote Verbo diuino incorruptionis principio vnitum nulli corruptioni ſubiacuit: quod & figuræ, & teſtimonia ſacræ Scripturæ, nec non ratio ipſa ſuppoſita fide non obſcure comprobant. Arca enim in primo teſtamenti ex materia imputribili erat, vt ſignificaretur, arcam corporis Chriſti, in qua diuinitatis theſaurus latebat (ſic enim illud vocauit Dauid: *Exſurge tu, & arca ſanctificationis tuæ*) ſemper incorruptam, & imputridam permanſuram. Manna etiam illud cæleſte ſexto die collectum, & Sabbato ſeruatum, quod numquam computreſcebat, vt habetur libro [Exod. 16.] Exodi: *Non computruit, nec vermibus ſcaturiit*, quid quæſo aptius præſignificare potuit, quam corpus Chriſti ſexta feria velut diuinum manna de Cruce collectum, & ad Sabbatum vſque in ſepulcbro aſſeruatum omnis putredinis expers futurum, nec vermium dominio vnquam ſubiugandum? Eandem incorruptionem corporis Chriſti præuiderat Dauid, cum in per[Psal. 15.]ſona illius prædixit: *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam a dextris eſt mihi, ne commouear*, id eſt, ne corrumpar. Vnde Chaldæus Paraphraſtes tranſtulit, quoniam quieſcit maieſtas eius, a dextera mea non mouebor, vtpote ad deſitionem, ac deformationem, vt creatura mundi, quæ corruptioni ſubiecta eſt: fi[Psal. 17.]quidem, vt ait: *Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus*: vel vt habet Hebraicum Originale: *Dominus petra mea, & robur meum, & ſaluator meus*. Verum alius etiam extat inſignis eiuſdem Dauidis locus, ſub requiei metaphora hanc incorruptionem corporis Chriſti emortui non obſcure demonſtrans: *In pace*, ait, *in idipſum dormiam, & requieſcam*. ſicut enim Deus in creatione mundi, vt refert Moyſes, poſtquam vniuerſitatem [Gen. 2.] creaturarum produxerat, *Die ſeptimo requieuit ab vniuerſo opere, quod patrarat*; ita Chriſtus in mundi reparatione completo redemptionis opere, vt ipſe in Cruce dixerat: *Conſummatum eſt*, requieuit per diem etiam Sabbati in ſepul[Psal. 4.]chro: ſed obſerua, requieuit in pace: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam*. In quo ſingulare hoc myſterium latet: ceteri enim defuncti, qui in Domino moriuntur, pace quidem perfruuntur in animabus ſuis Deum clare videntibus, & ab omni labore, & dolore in ſinu Dei requieſcunt; corpora autem eorum emortua, non ſolum non quieſcunt in pace, ſed potius inter ipſa, & contraria corrumpentia crudele bellum incipit graſſari, per varias alterationes, & corruptiones, vſque tandem in vermes & cineres conuertuntur. Vnde cum Eccleſiaſticus dixit de Sanctis loquens: *Corpora eorum in pace ſepulta ſunt*; [Eccles. 44.] loquitur de pace, a tyrannis a tormentis, & neceſſitatibus huius vitæ protegente, non autem de pace, a corruptione, & vermibus liberante: at hæc eſt gloria corporis Chriſti emortui, vt non ſolum requiem, & pacem obtinuerit ab omni labore, ſed ab omni prorſus corporis corruptione, ſeu corruptiua alteratione: propterea enim dixit: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam*, [Psal. 4.] quaſi dicat: in illo *idipſum*, quod non mutatur aut variatur, ſed incommutabiliter permanet, *Dormiam in pace*, ab omni corruptione liber. Atque ad hoc diſcrimen docendum, quod inter corpora aliorum, & corpus Chriſti intereſt, nonnulli graues doctores arbitrantur Dauidem dixiſſe Chriſto: *Mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipſe es*. [Psal. 101.] Ratio tandem perpulchra hanc fidei veritatem confirmat: nam cum honor & gloria victoris ſit equum, arma, & inſtrumenta victoriæ ſeruare illæſa, diligenter illa cuſtodire, & in tuto loco, ne æruginent, eadem collocare, vt Dauidē & Iudith feciſſe narrat ſacra Scriptura, alioſque etiā [1. Reg. 21. Iudith. 16.] duces frequenter idipſum facere videmus, dum vexilla, quibus victoriam de hoſtibus reportarunt, velut glorioſum trophæum in templis deponunt, vt perpetuo ibi conſeruentur; ita ſane cum Chriſti corpus gladius fuerit vltor iniquitatum noſtrarum, quo dæmonem debellauit, & tartareas poteſtates expugnauit, decebat omnino poſt tam glorioſam victoriam, vt illæſus a vermibus, & incorruptus ſeruaretur. Neque huic veritati quidquam obſtat hæreticorum cauillus, dum contra illam obijciunt verba Diui Pauli: *Quod autem ſuſcitauit ipſum a mortuis amplius iam non reuerſurum in corruptionem*, [Rom. 6.] ergo aliquando vidit corruptionem, ſcilicet in triduo ante reſurrectionem: dicendum enim eſt, ibi Diuum Paulum ſolum velle Chriſtum Dominum non iterum moriturum, mortem autem vocat corruptionem, quam vere corpus Chriſti ſuſtinuit per ſeparationem animæ ab eo, ipſo tamen imputrido ſemper permanente, incinerationi, aut vermium corroſioni ex diuina virtute minime ſubiecto.

Quartum caput, vnde gloriam ſepulchri Chriſti colligo, eſt eius ſigillatio, & militū cuſtodia, iuxta illud: *Illi autem abeuntes munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus*: [Matth. 27.] quæ verba enucleantes nonnulli Patres, quædam adeo acute, & pie dixere, vt merito hæc adſcribenda putarim. D. Athanaſius ſermone in ſancta Paraſceue, ait: *Miſer, & infelix Iudex, qui mortis vincula diſſoluit, non ſoluet ſepulchri ſigilla? qui ſpoliauit infernum, timebit monumenti ſignacula? muni ſepulchrum, ſigna lapidem, ſtatue milites, obſide monumentum cuſtodibus: iſta modo egregium opus maius efficis: ſtatuis enim ſpectatores, ac teſtes reſurrectionis, meorumq. miraculorum præcones miniſtros tu præparas.* hæc ille.

Amphi-

Digitized by Google

Amphilochius vero ſerm. de ſepultura Domini, hęc ſimiliter habet : *Quis inquam vidit mortuum aſſeruari, vel potius, quis vidit vnquam mortuum belligerare? quis audiuit aliquando mortuum, & vndique circumſeptum metum eis incutere, qui eum interemerunt?* hactenus ille. Refert nobilis auctur

Bau. Bapt. Fon. l. de pro. ss. gent.

Baptiſta Font. in ſepulchro Q. Martij fortiſſimi ducis ſculptum fuiſſe arietem, duobus ſtantem pedibus, & leporem iuxta illum mortuum. Per arietem, qui bellicoſus eſt, vtpote, qui cornibus fortiter impetat, ſignificabatur mira illius ducis fortitudo: lepus vero ad pedes eius extinctus, inimicos ab eo deuictos deſignabat. Aptius ſane, quam Q. Martio illa ſepulchri eius deſcriptio Christo Domino cõgruit: ipſe enim eſt aries

Daniel. 8.

ille, quem Daniel vidit *cornibus ventilantem contra Occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem, & omnes beſtiæ non poterant reſiſtere ei, nec liberari de manu eius, fecitq. ſecundum voluntatem ſuam*: timidi autem lepores Chriſti hoſtes ſunt, quos ipſe non ſolum viuus deuicit, ſed mortuus adeo exterruit, vt ſepulchrum eius multis ſatellitibus ſtiparent, quaſi ne in eos irrueret, pertimeſcentes. Si ergo tanta eſt potentia, atq. maieſtas Chriſti ſepulti, non poteſt non magna eſſe ſepulchri illum continentis gloria. Hinc eſt, quod Angeli, tamquam glorioſum illum colentes, & tamquam domicilium regale ſui creatoris illud recognoſcentes, in ipſum deſcenderunt. Vnde D. Chryſoſtomus in comment. Pſ. 2. dixit: Angelos ideo viſos in ſepulchro, vt oſtenderetur ibi Deum eſſe ſepultum, cui Angeli inſeruiebãt, & velut lectulum Salomonis inſtar fortiſſimorũ virorum illud circumdabant.

Vltimum tandem caput, maieſtatem, & gloriã huius ſepulchri manifeſtans, non incongrue exiſtimauerim eſſe mirificos, & inæſtimabiles fructus, quos nobis exhibuit: nam præterquam imitans virgineum partum ex inuiolata Virgine, ita nobis inuiolato lapide ei ſuperpoſito, nec vllam in reliquo ſciſſuram patiente Chriſtum, quẽ mortuum conceperat, viuum, immortalem, &

Aug. serm. 153.

glorioſum peperit: vnde acute D. Auguſtinus dixit: *Vbique beato corpori defertur ſanctitas, vbique virginitas, nouus ille venter concepit, nouus tumulus concluſit.* Sed audiamus D. Chryſologum de hoc fructu eleganter hæc dicentem ſermone 74. *Angelus Domini deſcendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, non dicit voluit, ſed reuoluit lapidem, quia obuolutus probauit mortem, & reuolutus extitit reſurrectionis aſſertor: beatus lapis, qui Chriſtum velare, & reuelare potuit: beatus, qui non minus corda aperit, quam ſepulchrum: beatus, qui dat reſurrectioni fidem, fideiq. reſurrectionem. Mutatur hic ordo rerum, mortem, non mortuum decorat hoc ſepulchrum.* hæc ille ſatis ingenioſe. Præter hunc, inquam, fructum, qui omnium aliorum potiſſimus eſt, alios etiam magni momenti nobis præbuit, vt Patres annotarunt. D. enim

Bernar. sermone ad milites templi c. 11.

Bernardus ſepulchro Chriſti ſpecialem vim tribuit præ omnibus alijs locis ſanctis ad excitandam deuotionem. verba eius ſunt: *Sepulchrum Chriſti inter loca deuotionis tenet quodammodo principatum, & deuotionis neſcio quid plus ſentitur vbi mortuus requieuit, quam vbi viuens conuerſatus eſt, atque amplius mouet ad pietatem mortis, quam vitæ recordatio.* Vnde D. Hieronymus epiſt. 72. loquens de Paula ait: Ingreſſa ſepulchrũ Domini oſculabatur lapidẽ, & ipſum corporis locum, in quo Chriſtus iacuerat, quaſi ſitiens deſideratas aquas fideli ore lambebat. D. Auguſtinus a-

D. Aug. sermone 131. c. 5. & 60.

lium inæſtimabilem fructum commemorat: ait enim: Sepultus eſt, vt ſepulturæ Sanctorũ benediceret, & vt nos ſibi vitijs, & concupiſcentijs ſepeliret. Atq; hinc eſt, quod Baptiſmus, in quo fidelibus remiſſio peccatorum datur, cenſetur a D. Paulo ſpiritualis ſepultura: conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in morte. Quæ verba elucidans idem D. Auguſtinus ait: *Magna igitur*

Rom. 6.

Aug. serm. 140.

ſepulturæ huius (id eſt Baptiſmi) *eſt gratia, in qua nobis & vtilis mors infertur, & vtilior condonatur: magna inquam ſepulturæ huius gratia, quæ purificat peccatorem, & viuificat morientem.* Cum igitur tot, ac tantis nominibus celebre, atque glorioſum ſit ſepulchrum Chriſti Domini, merito aliorum omnium etiam Principum, & Regum ſepulchra in conſpectu eius ſilere poſſunt. Sileat ſepulchrum, quod Abrahamo excitum fuit in duplici ſpelunca: ſileat, quod Iacob a filijs extructũ fuit: ſileat illud, in quo Ioſephum tumulatum legimus: ſileat illud, quod Dauidi patri ſuo Salomõ erexit: ſileat, quod Iobo ædificatum ſacra narrat hiſtoria: ſileat, quod Alexãder amico ſuo Hephęſtioni haud exiguis ſumptibus extrui præcepit: ſileant tandem ipſius Magni Alexandri, Cyri, Themiſtoclis, aliorumq. Principũ, & Ducum celeberrima monumenta, quia hæc omnia pariter, & honores, quos in exequijs delatos Herodianus in Commodo deſcribit, cum ingenti ſplendore, & ſingulari gloria ſepulchri Chriſti Domini minime valent comparari. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE TRIVMPHANTE CHRISTI DOMINI RESVRRECTIONE, ET ARCANIS IN EA RECONDITIS.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

Homilia Prima.

De Chriſti Domini in ſinum Abrahæ deſcenſione, iuxta Apoſtolici Symboli verba: Deſcendit ad inferos.

ANTEQVAM de Chriſti Domini triũphante reſurrectione diſſerere aggrediar, operæprecium duxi, veritatem catholicam de deſcẽſu animæ Chriſti in ſinum Abrahæ prius ſtabilire: quam etſi Eccleſiæ Patres in Synodo Epheſina ſilentio obuoluerint (vel quia nullus hæreticorum tunc temporis id negaret; vel quia cum Chriſti mortem definiſſent, conſequenter deſcenſum animæ eius ad inferos, quo omnes ſanctorum animæ tunc pergebant, implicite, & inuolute definitum arbitrarentur) eadẽ tamen catholica Eccleſia in Apoſtolico Symbolo, quod in orientalibus, & occidentalibus regionibus cantare conſueuit, minime id ſilentio præteriit, immo fatetur expreſſe, dicens: *Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis.* quod etiam Lateranenſe Concilium definiuit, & vnanimiter Patres omnes Græci, & Latini, vt aduertunt ſcholaſtici doctores cum S. Thoma, idque multis ante annis Sibylla prædixerat.

Symb. Apo. Concil. Lat. Tertio anno de ſum. Trin. & fid. S. Tom. 3. p. q. 52. a. 2. ſib. lib. 8.

Arbiter vt terras æternus venit in imas,
Deuenietq. bonam ſpem portans omnibus orcum,
Et tridui ſomno peraget mortalia fata,
Tunc demum linquet manes, lucemq. reuiſet.

S. etiam Thaddæus, referente Euſebio: *Deſcendit,* inquit, *ad inferos, & diſrupit maceriam, quam in ſæculo nemo diſruperat.* ſed & alia non minus illuſtria ſuppetunt huius rei teſtimonia. Chriſtus Dominus Dauidico vaticinio ait: *Exiſtimatus ſum cum deſcendẽtibus in lacum;* & alibi: *aſſimi labor deſcendentibus in lacum.* Eccleſiaſticus in perſona Chriſti prædixerat: *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino* Idẽ docuit Apoſtolus ſcribens ad Epheſios: *Quod autem aſcendit quid eſt, niſi quia deſcendit prius in inferiores partes terræ?* Limbum vocat partes inferiores terræ, vt Theophylactus explicat, eo quod in profundiſſimis terræ partibus locum habeat. Quod ſi irrefragabile prorſus ſacræ Scripturæ teſtimonium ad hoc probãdum proferre velimus, illud meo iudicio plene ſatisfacit Matt. 12. *Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Quod quamuis Chryſoſtomus, & Euthymius de ſepulchro intelligant, eo quod mos apud Hebræos inoleuiſſet, vt in abditis terræ finibus cõderentur, Theophylact. tamẽ & Hieron. Tertullianus, & Irenęus varijs rationibus adducti, de Chriſti in inferis cõmoratione illud intelligũt. Primo, quia terræ cor eſt illius cẽtrum, cum in medio terræ viſcerum ſit, ſicut animalium corda in illis; ſecundo, quia aptius Ionæ figura Chriſto tumulato congruit, ad quam Deus reſpexit cum dixit: *Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Sacrum enim eloquium de Iona hæc habet: *Fuit in vẽtre inferi, in profundo, in corde maris, in abyſſo,* quæ ad ſepulchrum Chriſti, in quo conditus fuerat, adumbrandum minime aptari poſſunt, ſed inferno aptiſſime congruunt, & animæ in inferno exiſtenti. Hinc deducerẽ, per tres illos dies, quibus mortuus Chriſtus iacuit, ſemper eius animã in inferno extitiſſe, quod voluerunt Ignatius, Chryſoſtomus, & Iuuencus, qui hæc habet.

Thad. apud Euſe. lib. 1. hiſt. eccl. cap. vlt.

Pſal. 107.

Pſal. 124.

Eccle. 24.

Ad Eph. 4.

Matt. 12.

Chryſos. & Euth.

Theoph. & Hiero hic. Tertul. lib. de ani. c. 55. Irenæus lib. 5. con. hær. cap. 31.

Ionæ c. 2.

Namque Propheta cauo quantum ſub pectore ceti
Temporis aſſumpſit terræ in penetralibus altis,
Progenies hominis tantum demerſa manebit.

Ignat. epist. ad Trall. S. Chryſ. ho. 44 in Matth. Iuuen. lib. 2 hist.

S. tamẽ Anſelmus, & Tertullianus exiſtimãt modicum tẽporis ſpatiũ in eruendis è limbo sãctis Patribus conſũpſiſſe, eoſque ſtatim in terreſtrẽ paradiſum trãſtuliſſe, iuxta id quod latroni promiſerat: *Hodie meum eris in paradiſo:* ſed infirmo hæc ſententia nititur fundamento; paradiſi enim vox hic non materialiter de paradiſi loco, ſed formaliter pro viſione beatifica intelligitur, vnde idem fuit dicere: *Hodie mecum eris in paradiſo*

Anſel. in elucid. Tertull. lib. 4. hist. c. 34.

Digitized by Google

ſo, ac ſi dixiſſet hodie clara diuinæ eſſentiæ viſione frueris, vt communiter Patres explicant cum Auguſtino. Quod ſi ad hoc myſterium illuſtrandum humanis diuiniſque monumentis vti voluerimus, quamplurima inueniemus, quæ ad amuſſim id exprimunt. Valerius quippe Maximus narrat, Romæ olim cum terra profundiſſimo, patuloque ore aperiretur, monuiſſe Sibyllã, nunquam terræ illius os obturandum, donec fortiſſimus Romanorum illuc deijceretur. Curtius hoc comperto ſuis onuſtus armis in illud ſeſe deijecit. Effert hoc magnis verbis Valerius, Romanumque illum maximis extollit encomijs. Os illud terræ profundum mihi limbũ ante oculos ponit, vbi ſancti Patres conſtituti captiuitatem lacrymabantur ſuam, ſed diuina fuerat lege ſtatutum, nunquam inde excludendos, donec ibi nõ fortiſſimus Romanorum, ſed potẽtiſſimus virorum omnium Chriſtus Ieſus deſcenderet, qui noſcens inde animarum medelam futuram, libere in ſinum Abrahæ deſcendit, ſtatimque terræ ſinus occluſus fuit: nemini enim exinde limbus patuit. A diuinis etiam litteris hoc idem hauſimus; etenim Ioſeph cum petulanti, ac laſciuientæ dominæ aſſentiri renueret, pallio relicto fugam arripuit: hoc idem Chriſto accidit, qui ne, ſynagogæ placitis aſſentiret, maluit non ſolum in crucem agi, ſed mori, vnde limbũ petijt, corporis pallium in ſepulchro derelinquens. Tandem S. Ioãnes ſe vidiſſe teſtatur Angelum abyſſi clauem habentem, cui tradita poteſtas erat: infernales beſtias ligandi, ſanctorumque animas, qui illius aduentum præſtolabantur, eruendi, ac ſi apertius dixiſſet: Chriſtum Dominum, qui eſt magni conſilij Angelus, filij Dei poteſtatem habentẽ, ad mũdi abyſſum, quæ eſt infernus, penetraſſe, atque ibi, ſanctis Patribus erutis, nouis vinculis Luciferum alligaſſe. Verum & id rationi non eſſe diſſentaneum ex eo probari poteſt, quod triumphalis victoriæ iure ei debebatur, vt hoſtis propugnacula ingreſſus in propria inimici domo eum inuaderet, ſpolijſque detractis, precioſiora raperet, euiuſmodi erant ſanctorum Patrum animę. Quamuis autem ad inferos penetraſſe dicatur, compertum tamẽ eſt, limina tantũ tetigiſſe, vt docent ſcholaſtici cum D. Tho. & Bonauentura. Quod firmo etiam nititur fundamento: princeps enim quis, vt poſſeſsionis iura obtinuiſſe dicatur ciuitatis alicuius, quam ipſe ſubegerit, neceſſe non eſt, vt in intima domorum penetralia, coquinaſq. ipſas & ſtabula penetret, nec vlla eſt præterea ratio, quæ contrarium docere videatur, vt tradit Auguſtinus, dicens: *Nulla cauſa occurrit, cur illuc veniſſe credatur Saluator, niſi vt ab eius* (id eſt inferni) *doloribus ſaluos faceret.* Ex cuius verbis clare verba illa Petri Apoſtoli explicare licet, quæ communi interpretum ſententia difficillima ſunt explicatu: *Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni:* ſignificare enim videtur Apoſtolus, Chriſti animam per illos tres dies inferni doloribus cruciatam. Verum de Chriſti doloribus intelligenda verba non iuat, ſed de ſanctorum Patrum triſtitia, qua angebãtur, eo quod tamdiu ibi detenti fuiſſent. Voluit igitur Apoſtolus Chriſto ad inferos deſcẽdente ſanctorũ animas a cruciatibus liberatas fuiſſe, ſolutis doloribus inferni. Deſcendit igitur ad inferos Dominus carceres explorans, iuxta Iſaiæ vaticinium: *Et poſt multos dies viſitabuntur.* Iudex enim cum carceres inuiſit, alios inde eruit, alijs vincula duplicat; ſic Chriſtus in limbum penetrans, dæmones nouis vinculis colligauit, ſanctoſque Patres inde erutos libertate donauit, clare illis ſuam eſſentiam inſpiciendam concedens. Regia mihi in hoc aquila videtur Chriſtus; non enim in aſcenſione tãtum ad ſuperã generoſę huic aui ſimilem Chriſtũ contemplor, ſed cum ad infera etiam deſcendit: vt enim Anglicus teſtatur, quãplures ad hoc probandum auctores adducens, tanta oculorum acie præcellit, vt per aera volitans, minimos quoſque piſciculos riui profunditate natantes ſumma perſpicacitate conſpiciat, eoſque ſuperis delapſa ex aquis extrahat. Sic Chriſtus antequam ad ſupremam empyrei cæli plagam euolaret, inferna loca perluſtrans, familiares ſuos, qui ibi detinebantur, eripuit. Quod vaticinatus fuerat Zacharias: *Tu quoque in ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu.* Sicut etiam aquila e nido eductos pullos ſolis radijs, cum in meridie feruet, apponit; ſic Chriſtus ſanctos illos Patres filios ſuos eduxit a limbo, diuinæque eſſentiæ ſolem, quam animæ vnitam habebat, clara beatifica viſione cernendam præbuit. neque myſterium ſilentio prætereundum eſt. Neque enim credendum eſt, ſeparata in morte anima a corpore, diuinum Verbum ab alterutro extremorum ſeparatum, ſed ſicut gemmam ex anulo extrahens, gemmam vna manu, altera anulum retinet; & ſicut ſtrenuus miles, quem euaginato gladio vaginam à latere pudet excidere, dextra enſem arripiens, lęua vaginam arripit; ſic diuinum Verbum ex corporis ſui anulo animæ precioſam gemmam extrahens, & mortalitatis vagina animæ gladium educens, nec gemmam, nec anulum dereliquit, nec vaginã, aut enſem deſeruit, ſed animę gladio inferos inuadẽs, illum nunquã amiſit, ſed ſecum ſemper habuit, iuxta Dauidicum vaticinium: *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Huc reſpexiſſe videtur Abacuch, cum dixit: *Suſcitãs ſuſcitabis arcum tuum,* cõmuni loquẽdi more, arcum Chriſtum appellãs, ad cõfirmandum, quod in præſenti ſermone inquirimus. Arcus equidem Chriſtus fuit in cruce propter diuiſionem corporis ab anima vere confractus; ita namque diuinæ iuſtitiæ rigor neruum produxit, vt neruo cõfracto, vinculo ſcilicet quo Chriſti anima, & corpus inter ſe ſimul annectebãtur, tandẽ anima a corpore ſepararetur; tamen ſicut arcus neruo confracto, pars vtraque nerui pendens manet ab arcu; ita proculdubio diſrupto vinculo animæ cum corpore Chriſti, vtraque pars, anima ſcilicet, & corpus a diuino ſuppoſito eas ſuppoſitante pendẽtes manſerũt, nec ab ea vllatenus diuiſæ ſunt.

Pro-

Aug. ſuper euang. — *Val. Max. lib. 5. cap. 6* — *Apoc. 20.* — *D. Tho. 3. p. q. 52. art. 2. D. Bona. in 3. diſt. 22.* — *Aug. ep. 99.* — *Act. 2.* — *Iſai. 24.* — *Bart. Angl. lib. 12. c. 2.* — *Zach. 9.* — *Abacuch 3.*

Digitized by Google

D. Thom. 3. 9. 16. a. 2.

Probat hæc D. Thomas congruenti admudum ratiune: ſupernaturalia enim bona cælitus infuſa oon auferuntur, niſi culpa interueniente. vt enim dixit Apoſtolus: *Deum non pœnitet donorum quæ elargitus eſt*: ſine pœnitentia enim dona Dei ſunt. Cũ igitur hypoſtatica vnio donum ſit excellentiſſimum, abſque Chriſti culpa auferri minime debebat, quæ tamen cum in eum cadere non poſſet, quia impeccabilis erat, compertum remanet, quod dixit Suphronius: *Idem ipſe vnus manens Chriſtus, & Filius, & vnigenitus inſeparatus in vtriſq. naturis conſpicitur.* Hoc Nyſſenus breuiſſimo ſermone perſtrinxit: *Cum Deus* (inquit) *totum hominem per ſui infuſionem, & contemperationem in diuinam naturam transformauit in tempore, quo paſſio adminiſtrata eſt, ab altera parte id quod ſemel immixtum, & contemperatum erat, nõ ſeparabit; nam dona Dei huiuſmodi ſunt, vt eorum illum pœnitere non poſſit ſed animam quidem Deus à corpore ſpõte ſua diſiunxit, ſe autem in vtriſque manere oſtendit.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Paul.

Sophron. Patri. ep. ad Serg. Greg. Nyſſ. orat. 1. de reſurrect.

Homilia Secunda.

De varijs figuris, quæ olim triumphalem Christi Domini Reſurrectionem præſignauerant, ac de multis naturæ ſymbolis, quibus facilior redditur huius reconditi myſterij fides.

EA ſemper fuit erga nos diuinæ Maieſtatis in docendis, ac ſuadendis diuinæ fidei myſterijs ſollicitudo, vt præuijs varijs figuris, atque imaginibus, illorum veritatem adumbrantibus, ea illuſtrarit, quibus humanus intellectus figuram cum veritate conſonam, imaginiſque ad prototypum miram perſerutatus conformitatem, viam ſibi faciliorem inueniret ad alma, ſublimiaque myſteria infallibili, ac certiſſima fide credenda. Et quidem, tametſi ceterorum myſteriorum vnam, aut alteram, aut plures aliquot Deus præmiſerit figuras; huius tamen triumphantis reſurrectionis, eo quod tantã præſeferat difficultatem, ac nouitatem, vt Paulus illud Athenis prædicans, ſtultus, atque amens, vnanimi auditorum conſenſu reputaretur: Deo Optimo Maximo rei difficultatem præuidenti placuit opportune ei occurrere, nõ vnum tantum, aut alterum, ſed mille, tam in naturis rerum, quam in ſacris litteris ſymbola, ac figuras eius præmittens, quæ rem ipſam firmius ſtabilirent, & nobis creditu ſuauiorem, ac faciliorem redderent. Primo ergo delineatum arbitror hoc myſterium in bõbyce

Act. 16.

verme ſerico, vt teſtatur D. Baſilius: hunc enim experientia ipſa comprobante nouimus ſerico illo domicilio inclusum, atque ſepultum, innata ſua vi, atque virtute ex illo veluti anguſto ergaſtulo innouatum proſilire, atque viuum, & alatum in vermem prodire; adeo, vt cum reuera idem ipſe ſit, qui antea, quaſi alter omnino conſpicientibus appareat. Nemo eſt, quem lateat, Chriſtum Dominum vermi ſe comparaſſe: *vermis ſum, & non homo.* Hic igitur vermis ita humilis in paruo ſepulchri domicilio incluſus, mirabili adeo præualuit virtute, vt inde nullius alterius indigens adminiculo, ſaluus, & incolumis prodierit, non iam mortalis, atque terreni vermis conditionem præferens, ſed agilitatis, & ſubtilitatis alis, nec non immortalitatis, & ſplendoris dotibus mirifice donatus, vt eum reuera idem ipſe ſit, qui antea, quaſi alter prorſus eſſe videatur. Hoc bõbycis ſymbolo ad illuſtrãdum reſurrectionis arcanum vſus eſt D. Baſilius, in hæc verba: *Quid dicitis vos? Quid Paulo non creditis de ea mutatione, quã in reſurrectione fore dicit? qui pleraſque videtis aeris animantes formas permutare, qualia de vermiculo Indica cornua protendenti gemina narrari ſolent; hic in erucam vertitur primum, fit deinde temporis progreſſu id, quod bombyx appellatur, atque neque in hac forma perſiſtit, sed illis prætenuibus corniculorum bracteolis ſeſe ſenſim prolatãtibus in alarum ſpeciem, ita demũ fit volucris.* Sanctus Epiphanius, & D. Ambroſius Chriſtum reſurgentem aui phœnici contulerunt. verba D. Ambroſij adeo grauia ſunt, vt ſilentio ea præterire non liceat: *Auis, inquit, in regione Arabiæ, cui nomen eſt phœnix, rediuiuo ſuæ carnis humore reparabilis, cum mortua fuerit reuiuiſcit: ſolos non credimus homines reſuſcitari? Atqui hoc relatione crebra, & ſcriptorum auctoritate cognouimus, memoratam auem quingentorum annorum ſpatia vitali vſui habere præſcripta, eamque, cum ſibi finem vitæ præſaga quadam æſtimatione cognouerit, thecam ſibi de thure, & myrrha, & ceteris odoribus adornare, cõpletoq. opere pariter, ac tempore, intrare illã, atque emori, ex cuius humore oriri vermem. paulatimque eum in auis eiuſdem figuram concreſcere, rurſumque formari: ſubnixam quoque remigio pennarũ innouatæ vitæ officia munere pietatis ordiri: nam thecam illam, vel tumulum corporis, vel incunabulum reſurgentis. in qua deficiens occidit, & occidens reſurgit, ex Aethiopia in Lycaoniam vehit, atque ita reſurrectione auis huius locorum incolæ completum quingentorum annorum tempus intelligunt. Ergo illi aui quingenteſimus reſurrectionis annus eſt nobis milleſimus: illi in hoc ſæculo, nobis in conſũmatione mundi. Plerique etiam opinantur, quod auis hæc rogum ſibi ipſa ſuccendat, & rurſus de fauillis ſuis, & cineribus reuiuiſcat.* hęc ille. Quæ omnia paucioribus comprehendit verbis Lactantius Firmianus carmine de phœnice Chriſtum adumbrante.

D. Baſil. in Hexameron homil. 8.

Pſal. 21.

D. Baſilius in hexameron Hom. 8.

Epiphan. in Anchorato Ambros. lib. de fide Reſurrectionis tom. 4.

Vnica ſed viuit morte refecta ſua.
Nam perit, vt viuat, ſe tamen ipſa creat;
Vt poſſit naſci hæc appetit ante mori.

Lactantius carm. de phœnice Chriſtum adumbrante.

Plin. lib. 10. Tacit. lib. 6. Annal. Bar. Angl. lib. 16. c. 116.

Et licet non deſint, qui parum firmum, parumq. veritati conſonum hoc naturæ miraculum ſuſpicentur; hæc tamen ſuſpicio cum communi omnium, qui de naturali hiſtoria ſcribunt, ſententia pugnat, & contra experientiā ipſam: vt enim ab Alano Bartholomæus Anglus refert, cum Onias Sacerdos in templo exiſtens, magnam lignorum molem ex arboribus aromaticis, & fragrantibꝰ ſacrificij cauſa congregaſſet, ſtatim ac illa igne fuerunt ſuccenſa, ſuper ipſum in omniū cōſpectu phœnix quædam deſcendit, quæ ignis voracitate aduſta, in cineres eſt reſoluta, de quibus intra breue temporis ſpatium vermis procreatur, de iſtoq. poſt triduū phœnix ipſa renata eſt. Quodnam, ne dicam humanæ mentis imbecillitas, ſed vel perſpicaciſſimus intellectus aptius exēplar excogitare poſſet, quam quod de phœnice prędicti Patres producunt, quę eadē perſeuerans, e ſepulchro, in quo mortua iacuerat, venuſtior, atq. elegātior reſurgit?

D. Greg. in Pſal. 101. Pſal. 101.

D.Greg. in 7. Pſal. pœnitētiales verſans verba illa Pſal. *Similis factus ſum pellicano ſolitudinis*, hunc Chriſto eſſe ſimilem his verbis manifeſtat: *Ferunt Philoſophi, quod pellicanus filios ſuos ſtatim vt nati ſunt, interficit, & poſtea ſanguine ſuo reſuſcitat. Quis Pater noſter, niſi mediator Dei, & hominum, qui occidit in nobis omnem iniquitatem, vt meliorem inueniamus reſurrectionem?* hęc ille. Si igitur in pellicano virtutē agnoſcunt Philoſophi, vt extinctos filios ad vitā reuocare poſſit; cur temere Chriſto Domino ad hanc ipſius corporis reſurrectionē propria virtus denegabitur?

Pſal. 102.

Nobis etiā ſacrę Script. teſtimonio cōſtat, & grauiſſimorū virorū doctrina receptū eſt, deſignatis, ac certis quibuſdā tēporibus aquilā, accipitrē, ceruum, & ſerpentē veteribus alis, & pelle dimiſſis, nouas induere. *Renouabitur* (ait Propheta) *vt aquilæ iuuentus tua*. Quod & D. Baſil. aſſeruit, & Auguſt. Orig. & Hilar. ſup. Matth. Ambroſ. ſup. Luc. Baſil. ſup. Pſ. Iob etiā inquit: *vt accipiter expandens alas ſuas ad auſtrum*, quod idē de ipſo referunt D.Greg. & Hieron. ſup. Iob, Origen. ſup. Luc. Clemēs Alex. Euſeb. ſup. Leuit. cerui deinde meminit Dauid: *Quemadmodū deſiderat ceruus ad fontes aquarum*; meminereq. ex antiquis Patribus Ruper. D.Greg. Bernar. Auguſt. Baſilius, & Hieronym. Illud quoq. ſatis exploratū arbitror, teſte Origene, quod & cōmunis naturalium ſententia ſuſtinet, ſerpentē per anguſtū petræ foramē ingrediērē, veteri exuta pelle, nouā ſibi acquirere. Mirabile ſane hoc eſt myſterij huius ſymbolum; Chriſtus noſter anguſtū ſepulchri antrū ingreſſus, antiquas mortalitatis exuuias depoſuit, & noua, nitidaq. immortalitatis iuuētute indutus, glorioſus ſurrexit. Incognitus ſuper Pſal. in id: *Et in multitudine miſerationū tuarum*, &c. lapidem ſardonicum Chriſto reſurgenti his verbis accommodat: *Hic autem Chriſti reſurrectionis demonſtratur veritas. Hic inquam lapis duabus conſtat partibus, ſardini vna, onychini altera, quarum in vnum lapidem vnio, præclare eam quæ in reſurrectione animi, & corporis eſt, cōpoſitionem repræſentat.* Sardinus enim rubro ſanguinis colore merito eſt animæ ſymbolum, quæ ſedem habet in ſanguine.

D. Baſil. in Pſal. 102. D. Aug. homil. 6. Orig. ho. 3. in Matth. D. Hilar. in Matth. c. 25. D. Ambroſ. ſup. Lucam cap. 17. Baſil. in Pſ. 39. Iob cap. 39. D. Greg. lib. 31. moral. c. 6 & 13 & 32. D. Hier. in c. 33. Iob. Orig. ſuper Lucam c. 7. Clem. Alex. 1 stromat. Euſeb. in c. 11. ſup. Leu. Pſal. 41. Rupert. 9. de diuin. offic. Greg. lib. 3. moral. c. 16. Bern. in cāt. ſerm. 31. D. Aug. & D. Baſil. in Pſal. 41. D. Hier. in Iſai. c. 34. & 35. Baſil. in ps. 28. ho. 1. & 6. Orig. ſuper Exod. ho. 14. Auct. incog. in Pſal. 50.

Leuit. 17. Incogn. vbi ſupra. ad Galat. 5.

Anima omnis carnis in ſanguine eſt, vt Leuit. habetur; onyx vero, qui rixas contentioneſq; immittēdi occultam vim habere dicitur, teſte Incognito, corporis videtur ſymbolum eſſe: omnis enim rixæ, contentioniſq. & ſpiritualis pugnæ videtur corpus principium, & origo exiſtere, iuxta illud Pauli: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*. Lapis igitur ſardonicus ex duobus illis coaleſcens merito imago reſurrectionis Chriſti reputatur, in qua corpus, atq. anima ſimul in antiquam denuo compoſitionē cōuenerunt.

Greg. lib. 14. moral.

D.Gregor. Magnus lib. moraliū, Chriſti, & noſtram reſurrectionem ingenioſe ſatis luci poſt tenebras ſplendenti confert: *Tenebræ quippe, ait, imago quædam ſunt mortis. Quid enim quotidie niſi reſurrectionem noſtram in elementis ſuis mūdus imitatur? per quotidiana quippe momenta lux ipſa temporalis quaſi moritur, dum ſuperuenientibus noctis tenebris, ea quæ aſpiciebatur ſubtrahitur, & quaſi quotidie reſurgit, dum lux ablata oculis ſuppreſſa iterum nocte reparatur.* Equidem nullum aliud apparet diſcrimē in hac ſimilitudine (quod & ad rem noſtram facit) niſi quod ibi lux oritur a ſole, hic a terra; ibi a ſublimi orbe cęleſti, hic ab inferiori ſepulchro; ibi poſt obſcuras tenebras aerem obſcurantes, hic poſt mortis caliginem, auctorem vitæ vita expoliantem.

Ambr. in or. de fide reſurrect. to. 4.

Magnus Ambroſius in oratione de fide reſurrectionis, præclare admodum dixit myſterium hoc reſurrectionis Chriſti, & noſtræ delineari, ac depingi in grano frumenti arido, quod, cum terra molli ſuo gremio illud exceperit, & abſconderit, poſtea mirabili virore in ſpicam erumpens, & omnibus aſpectu gratam prodiens ſuſcitari videtur. *Quid dubitas* (ait) *de corpore corpus reſurgere? granum ſeritur, granum reſurgit, pomum decidit, pomum reſurgit, ſed ſtare granum induitur, folliculoque veſtitur, & hoc mortale oportet induere immortalitatem.* Eodēque loco ad idem adducit, quod in aliorum fructuum ſeminatione accidit. *Quid de fructibus loquar? nonne tibi videntur orridere, cum decidunt, reſurgere, cum reuiuiſcunt? quod ſatū eſt reſurgit, quod mortuum eſt. & in eadem genera, & in eandem ſpeciem reformatur.*

Iob. 14.

Quod ſymbolum prius certe tradiderat Iob: *Lignum habet ſpem, ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant: ſi ſenuerit, in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit, trūcus eius ad odorem aquæ germinabit.*

Orig. & D. Greg. quos refert gloſ. c. 17. Num.

Origenes, & D.Greg. quos refert gloſſa, docēt, imaginem reſurrectionis fuiſſe virgam Aaronis, quę inter reliquas omnes aridas ſola mirabiliter floruit: *Virga Leui* (ait gloſſa) *ad florē rediit, quia corpus Domini veri ſacerdotis in mortis ariditate poſitum, in florem reſurrectionis erupit.* Hæc autem virga ſi amygdalina fuit, vt plerique Hebræorum tradunt, apta ſatis eſt ſimilitudo. Vt enim inter oēs arbores prima omniū amygdalus floret, ita Chriſtus noſter primus fuit, qui inter homines ad vitam immortalem ſurrexit, vt propterea merito Paulus primogenitum eum omniū mortuorum vocauerit.

Ad coloſ. 1. Exod. 7.

Quod ſi mētis oculos ad illam aliam virgam Moyſis conuertamus, illuſtriora ſicut omnia, quæ hucuſque diximus; illa

nam-

1 Petri. 3. namque integra, victrixque manẽs, omnes alias
Magorum Pharaonis virgas deuorauit. Non ali
ter Chriſtus deglutiens mortem, eam deſtruxit,
inuiſibilique ſuæ omnipotentiæ dextera omnes
ſuos aduerſarios expugnauit, ac præ timore ta-
beſcentes, multo magis, quam Moyſes Magos
Chryſoſt. in 1. Epiſtolam ad corinth cap. 8 illos Pharaonis, deluſit. D. Chryſoſtomus in pri-
mam ad Corinthios Epiſtolam in hanc reſurre-
ctionis ſimilitudinem ſtupendum, ac prodigio-
Gen. 17. Gen. 25. ſum ſterilis Saræ, atque Rebeccæ partum addu-
cit, quæ meo iudicio in eo valde aſſimilantur:
tum quod nihil in rerum vniuerſitate ſterilius
eſſe videatur ſepulchro, & nihilo ſecius Chriſti
Domini ſepulchrum tanta viguit fœcũditate, vt
copioſiſſimum nobis germinauerit fructũ, Chri-
ſtum videlicet Dominum immortalẽ, ac glorio-
ſum: tũ quod Chriſtus moriens Iſaac filio Saræ,
victor vero reſurgens Iacob Rebeccæ filio, qui
Eſau fratris victor euaſit, congrue ſatis aſſimi-
latur. Id tamẽ mirabile, & prodigioſũ eſt, atque
Solinus de mirabilibus mundi cap. 13. ad rem noſtram non parum conferens, quod So-
linus refert lib. de mirabilibus mundi, vbi nar-
rat in prouincia quadam fontem inueniri eius
naturæ, & conditionis, vt ſicut in eum ſi fax ce-
rea accenſa immittatur, prodit extincta, ſic ſi
intra extincta ſubmergatur, accenſa, atque in-
flãmata proſilit. Hoc ſane eſt, quod Chriſto acci
diſſe Catholici fatentur, viuus enim ſe immiſit
Psal. 68. in mare tribulationum, quæ adeo illum vndique
oppreſſerunt, vt dicere compellerent: *Intraue-
runt aquæ vſque ad animam meam. Infixus ſum in
limo profundi, & nõ eſt ſubſtantia.* Eo tamen per-
uenit calamitas, vt tandẽ ſpiritum amiſerit, vt
Psal. 68. fatetur ipſe: *Veni in altitudinem maris, & tempe-
ſtas demerſit me,* tamẽ velut fax illa extincta, im-
miſſus in ſepulchri fontem, inde velut nouis glo
riæ flãmis accenſus, viuus, atque glorioſus pro-
dijt; itaque flammã vitalem, quam perſecutio-
num procella, inimicorumque rabies extinxe-
rat, ſplendidiorem è ſepulchro recuperauit: nã
antea mortali aura fruebatur, ex ſepulchro ve-
ro reſurgens, immortali iam, atque glorioſa ani-
mæ pariter, & corporis fruitur vita.

Sed ſi placet, contemplemur hæc eadem ſub-
limius in humani generis capite, primoque om-
nium parente Adamo, cuius Deus corpus luteũ
atque informe plaſmauit, & in eum ſpiritum vi-
Gen. 2. tæ immiſit: *Spirauit in eum ſpiraculum vitæ:* diui-
no enim flatu ex lutea, inanimique materia
corpus viuum, atque animatum efformauit. *Et
factus eſt homo in animam viuentem.* ita ſane con-
tigit in reſurrectione Chriſti, in cuius corpus,
cum exanime eſſet, Deus immiſit ſpiritum vitę,
animam ſcilicet, quam ei reuniuit, ex quo Chri
ſtus mortuus, factus eſt homo in animam viuen-
tem. Hoc idem nobis ad viuum exprimit ſuſci-
tatus Iacob Patriarcha à ſomno, quo correptus
Geneſ. 28 erat: *Euigilauit Iacob de graui ſomno;* ſurrexit ſa-
ne Chriſtus, quaſi euigilans à mortis ſõno, quo
ſopitus in ſepulchri lecto per triduũ dormiens
Genes. 37. Genes. 47. & Pſalm. 104. iacuerat. Idẽ nobis præfert Ioſeph eductus è
ciſterna, in quam miſſus à fratribus, in maximũ
poſtea regni totius imperium prouectus, à ſuis
etiam parentibus, ac fratribus per ſolem, lunã,
ſtellas, & manipulos in ſomno ſibi oſtenſis præ-
ſignatis, quaſi omnium dominus adoratur. Sic
hodie Chriſtus è ciſterna ſepulchri liber pro-
diens, in quam ſuorum fratrum inuidia, populi
nempe Hebræi, impie proiectus fuerat, glorio-
ſus exurgit, ſceptro regni, atque regio diade-
mate cohoneſtatus, vniuerſorum, quæ cæli, ac
terræ ambitu continentur, heres, ac legitimus
Dominus declaratus, adeo, vt verius multo Deo
Patri dicere liceat, quod fratres Ioſeph Patri Ia Genes. 45.
cob protulerunt: *Filius tuus viuit, & dominatur
in vniuerſa terra,* prout, & ipſe teſtatus eſt: *Data* Matth. vlt.
eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Idẽque
etiam videtur adumbraſſe, quod Ioſeph ob fal-
ſum crimen impoſitum in carcerem detruſus,
& vinculis alligatus, ad priſtinã libertatẽ redu-
ctus, regijſque ornatus veſtimẽtis, hoſtium ſuo-
rum victor euaſit. Iacob afflictus, crudelis Eſau Genes. 30.
manus, deaſque hoſtium acies hilaris effugit.
Dauid à cuſtodibus, lictoribuſque Saul vnde- 1. Reg. 19.
quaque circumdantibus cõprehendi nõ potuit,
quin ſemel arreptam fugã perfecerit, ac ſaluus,
& liber remanſerit. Iob nudus bonorum omniũ Iob. 1.
iacturam paſſus, omnique humano ſolatio deſti-
tutus, tandem in meliorẽ, ditioremque fortunã
ſumma alacritate redijt. Filius mulieris Sarep- 3. Reg. 17.
tanæ iã mortuus, vitã iterum recuperat, & filius 4. Reg. 4.
Sunamitidis ſuſcitatur à mortuis. Hieremias Hierem. 38.
in puteum coniectus, ſanus, incolumiſque egre- Zach. 3.
ditur. Ieſus ſacerdos magn⁹ exuit veſtẽ ſordidã, 1 Paralip. 11 4 Reg. 25.
& nitida, atque precioſa exornatur. Fortis Ba-
naias Dux egregius in profundiſſimam cauea
deſcendens tempore niuis leonẽ illæſus inter-
fecit. Tẽplum celeberrimum ſemel à Chaldæis
funditus euerſum, poſtea miro artificio reædi-
ficatur, ad quod forte alluſit Dominus, cũ dixit:
Soluite templũ hoc, & in tribus diebus reædificabo Ioan. 2.
illud. Fide namque Catholica certum eſt ipſum
de templo corporis ſui fuiſſe locutũ, quod mor
te ſolutũ poſt triduum erat in vitã reſtaurãdum
glorioſum, & immortale. *Ipſe autem* (inquit Ioan
nes) *loquebatur de templo corporis ſui.*

Quid plura de tanto ac tam fœcundo argumẽ-
ti genere dicam, niſi quod me copia inopẽ facit?
Sane tot imaginum ac figurarũ præludijs hoc
tantũ myſterium Deus cumulauit, vt præ mul- Geneſ. 8.
titudine, quaſi huc vſque nihil prorſus effude-
rim, nunc inchoare videar. Hodie enim arca Genes. 9.
teſtamenti in curru ſui glorioſi corporis doti-
bus immortalitatis commutati ſiſtitur. Hodie Gen. 9.
cãdida illa colũba trãſacto inundanti paſſionis
diluuio in arcam redit, arcę Eccleſię ramum de-
ferens oliuæ in ore ſuo, *Pax vobis* dicens: oli-
uam enim pacis, & victoriæ ſymbolum ext-
tiſſe nullus ignorat: niger vero, ac infelix cor-
uus (Iudam intelligo) in profundum deſpera- Gen. 22.
tionis demerſus miſere interijt. Hodie ſanctus
Noe Chriſtus diuini erga nos amoris vino ine-
briatus, a ſomno mortis euigilat, maieſtatis, ac
gloriæ veſtimentis cooperta nuditate. Hodie Exod. 2.
Iſaac diuinus perfecto ſacrificio, viuus poſt ter-
tium diem in Patris ſui domum redit. Hodie cę-

leſtis Moyſes ex fiſcella bitumine linita, ne fluctibus Nili, id eſt, mortis ſubmergeretur, ſaluus, ac incolumis euadit, ſuos in mari rubro demergens aduerſarios, & ex capite Pharaonis regiã coronam auferens. Hodie manus, quæ in ſinu [Exod. 4.] Moyſis leproſa iacebat, inde educta munda comparet, fortis, & pulchra. Chriſtus enim manus [Pſal. 143.] eſt Patris: *Emitte manum tuam de alto*. Hæc manus quaſi leproſa abſcondita fuit in ſepulchro: [Iſai. 53.] *Et nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo*; è ſinu tamen ſepulchri ſana, fortis, atque pulcherrima prodijt. Hodie lapis angularis deiectus, ac reprobatus, hominumque exiſtimatione contemptibilis in præcipuo ædificij loco col- [Pſal. 117.] locatus, *factus eſt in caput anguli*; ſiquidem reſurgens Chriſtus ſupremus terræ cælorumque Monarcha, & caput omnis creaturæ, erectus eſt la- [Tobias 6.] pis, *quem reprobauerunt ædificantes factus in caput anguli*. Hodie verus Tobias poſt longam diuturnamque peregrinationem liber ab immani deuoratore mortis piſce, qui eum inuaſerat, lætus, & gaudens in domum reuertitur. Ho- [Heſter. 7.] die ſanctus Mardocheus hoſtem ſibi Aman, principem ſcilicet tenebrarum, in ligno crucis ſu- [Exod. 3. Leuit. 14.] ſpendit. Hodie rubus poſt ardorem Crucis illæſus ab igne mortis conſumente euaſit. Hodie paſſer in hoſtiam pro leproſo oblatus dotibus gloriæ, alarum vice ab igne ſacrificij liber euolat. [Ionæ 2.] Hodie diuinus Ionas incolumis è ventre ceti progreditur per 40. dies prædicaturus non Niniuæ, ſed diſcipulis futuris mundi magiſtris, vt [Actor. 1.] ait D. Lucas: *Per dies quadraginta apparens eis,* [2. Machab. 1.] *& loquens de regno Dei*. Hodie ſol iuſtitiæ, qui aliquantulum nebulis fuerat obſcuratus, clarioribus radijs ſplendens oritur. Hodie fortis atque [Iudic. 16.] inuictus Sampſon obſeratis Gazæ portis victor prodijt de hoſtibus triumphans, vt elegantiſſime Chryſoſtomus his verbis proſequitur: [Chryſ. vbi ſupra. Iud. 14.] *Samſon iter faciens leonem manibus enecauit; & Dominus, ac Saluator noſter per ſuſcepti corporis ſacramentum leonem Diabolum extenſis in Cruce manibus interemit. Samſon de ore leonis fauum mellis abſtraxit; Dominus de faucibus Diaboli plebem ſuã, quæ ſibi per viam facta eſt dulcis, eripuit. Samſon* [Ibidem.] *populum Iſrael debilitatis hoſtibus; Dominus extinctis dæmonijs populum ſuum de morte perpetua liberauit. Samſon obſeratis portis clauditur in ciuitate;* *Dominus obſignata clauditur monumento. Samſon* [Iud. 16.] *fractis feris ſublatiſque portis ſecurus euadit; Dominus ruptis infernæ ſedis obicibus, apertoque ſepulchro recepta carne, à morte liber egreditur*. Hodie denique progreditur victor fortis leo de tribu [Apocalyp. 5.] Iuda. *Vicit* (inquit Io. in Apoc.) *Leo de tribu Iuda.*

Verum cum reliquas tantum myſterium adumbrantes figuras celerius percurrerim, in hac vltima paulo amplius libet immorari. Pro cuius clariori intelligentia in memoriam quæſo reuocemus, ſolem omnium planetarum facile principẽ per varia Zodiaci ſigna diſcurrentẽ, integrũ anni ſui curſum peragere; vnde opus eſt aliquando in Virginis, aliquando in Aquarij, quãdoq. in Tauri, quandoque in Leonis ſigno commorari, quod ea propter hoc nomine appellatur, quia eo tempore ardentiores emittens radios, quaſi leo rugire videatur. Sic igitur noſter ſol iuſtitiæ Chriſtus Dominus, poſtquam ſignum Virginis, hoc eſt viſcera Virginis Matris ingreſſus eſt, ſignum tranſcurrit Aquarij, lacrymarum videli- [Ioan. 11. Luc. 19. Heb. 5.] cet, quas effudit Lazari ſuſcitandi cauſa: *Lacrymatus eſt* (inquit Euangeliſta) ingreſſus etiã Hieruſalẽ, *videns ciuitatem fleuit ſuper illam*. In Cruce denique, *cum clamore valido*, & lacrymis (teſte Paulo) *emiſit ſpiritũ*. Signum Tauri etiam pertrãſiens, factus Deo Patri tamquam vitulus, in ara Crucis ſe obtulit. Hodie tamen his omnibus, & alijs ſignis tranſcurſis in ſignum progreditur Leonis, quod Iacob his verbis expreſſit: *Catulus* [Geneſ. 49.] *leonis Iuda ad prædam fili mi aſcendiſti, requieſcẽs accubuiſti, vt leo, & quaſi leæna: quis ſuſcitabit eum?* Hunc locum de Chriſto reſurgente interpretantur S. Athan. S. Ambroſ. D. Aug. S. Bernard. & D. [Athana. in quaſtion. ad Ant. q. 105. D. Ambr. in benedict. Patriarc. D. Aug. lib. 16. de ciuit. Dei c. 41. D. Bern. ho. ſuper miſ. D. Greg. in ſup. Ps. 101.] Gregor. Tria autem de Chriſto habentur in verbis Iacob. Primum: *Ad prædam fili mi aſcendiſti*, quod in montẽ altum rupemque præruptã Crucis aſcẽderet, vt inde hominum corda prædaretur: neque enim præda abſque labore cuiquã cõceditur, iuxta antiquam Græcorum ſententiam: *Dij bona laboribus vendunt*. Et Horatius magno ingentique labore infernum dixit vinci. *Prærupit Acheronta Herculeus labor*. Secũdo ait: *requieſcens accubuiſti, vt leo*, quia præuidebat Corpus eius in ſepulchro requieſcere, vt Dauid etiã prædixit. *Caro mea requieſcet in ſpe*, & anima eius ſi- [Pſal. 15. Paraphraſ. Caldai.] militer in ſinu Abrahæ. Paraphraſis Caldaica transfert: *Requieſcet in fortitudine quaſi leo*. Nam licet mortuus iacebat, vt homo, intus fortitudine, ac virtute diuina pollebat, vt Deus; alij vertunt: *Dormiſti, vt lea, & ſicut catulus leonis*; ſicut enim dormiẽs leo fortitudinẽ leonis nõ amittit; ita Chriſto mors hominis, Dei potentiã nõ abſtulit. tandem ſubiungit: *Quis ſuſcitabit eum?* Orig. [Orig. ho. 17. in c. 49. Gen. Euch. ibid.] & Eucherius aduertunt, catulum leonis recẽs natũ dormire per dies tres, & totidẽ noctes, tertia vero die leæna eius mater vehementẽ adeo rugitum emittit, vt locus cubilis tremefactus dormientẽ excitet. Verba hæc ſunt Eucherij. *Matrẽ fortiſſimi leonis ſcimus eſſe beatiſſimã Virginem, eique nomen leænæ aptiſſime accõmodatur: vnicũ enim* [Epiph. lib. 1. aduer. hær. 7 tom. 3.] *leæna habet partum (teſte Epiphanio) leænæ non accidit ſecundus partus*; ita cæleſtis Virgo vnicũ tãtum edidit filiũ, leonẽ de tribu Iuda. Et ſicut leæna rapto ſibi catulo, præ dolore tremẽdos repetit rugitus, quibus dormiẽtẽ catulum tertia die excitat; ita hæc beata leæna acerbiſſimo Chriſti mœrore cõfecta prærreptũ ſibi catulum, ac mortis ſomno in ſepulchro iacentẽ valido ſuſpiriorum clamore ad vigiliam vitæ reuocauit. Mihi enim credibile valde eſt, Chriſtum Dominum amantiſſimum huius leænæ catulum ob leniendum Matris dolorẽ reſurrectionis tẽpus accelераſſe; quamuis enim ad veſperum diei Dominicæ ſurrexiſſet, promiſſum ſane adimpleret de tertia die reſurgendo, cum adhuc tunc fuiſſet tertius dies; vt tamen deſolatã Matrẽ ſolaretur, ſũmo mane ſurrexit iuxta illud Dauid: *Exurgã diluculo*. Verũ, vt clarius appareat, quã apte Chriſtus [Pſal. 56.]

reſur-

reſurgens leoni aſſimiletur, peculiares quaſdam huius regij animalis cõditiones (quarum & antiqui Patres, & naturalium rerũ ſcriptores meminerunt) attente contemplemur. Anaſtaſius Sinaita aſſeruit leonem numquam dormire, fuitque ſententia Manethonis Aegyptij (referente Pierio) ſed re vera dormit; ſomnus enim (vt docet Ariſtoteles) ita proprius eſt animali, eique neceſſarius, vt abſque eo conſeruari nequeat. Ideo tamen vulgo leo numquam dormire, ſed ſemper vigilare dicitur, quod ob breuitatem palpebrarum neceſſe ſit apertis dormiat oculis; & ob id antiqui in ſymbolum vigilantiæ leonem apertis oculis depingebant. Alexandrũ etiam Magnum (refert Pierius) monetam excudiſſe, eique ſuam imaginem, pellem exuuiaſque leonis habentem ſuper caput, impreſſiſſe, quo ſignificaret eam eſſe eius vigilantiam, vt adhuc dormiens vigilaret: vnde & inſignem ciuitatẽ à ſe ædificatam Leontopolim nominauit, & pectori matris ſuæ Olympię imaginem leonis imprimi fecit. Ideo autem Alexander ſe vigilantem gloriabatur, quod extento extra lectum brachio dormiret, manu tenens globum quendam æneum, quo in argenteum peluim decidente eius ſonitu continuo excitaretur: potiori tamen iure Chriſtus Dominus vigilantiam ſibi vendicat adſcribi, cum mortuus ipſe, & in ſepulchro dormiens, regia eius perſona, Verbum videlicet diuinum, omnino vigilaret. Vnde aptius, quam Spõſa, verba illa ſibi vſurpare poſſet: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Quamuis non diffitear, quod licet Sponſa prædictis verbis loquatur, adhuc præſenti myſterio congruunt: vocans enim Eccleſia Chriſtum cor ſuum, vno illo verbo duo eius attributa expreſſit. Primum, quod ſicut cor inter omnia membra primũ omnium gaudet vita, ob quod primogenitum membrorum merito nuncupari poteſt; ita Chriſtus Dominus ea proculdubio ratione à Diuo Paulo compellatur *primogenitus mortuorum*, quod primus ipſe fuerit, qui ex mortuis ad immortalem vitam redierit. Secundum, quod adhuc ad rem, de qua agimus, accommodatius eſt, ex ſomno deſumitur. Sicut enim omnes cognoſcitiuæ dormientis potẽtiæ ab operationibus ſuis vacant, ita vt nec intellectus diſcurrat, memoria recordetur, voluntas amet, nec oculi videant, aut aures auſcultent, cor tamen ſemper vigilat, neque per momentum temporis operationi parcit, ſed perpetuo motu agitatur: ita ſane Chriſtus Dominus, eius corpore mortis ſomnum dormiente, ſuppoſitum diuinum quaſi cor in eius cuſtodia inceſſanter vigilabat. Sanctus Ambroſius in Hexameron reſtatur, leonis rugitu ceteras campeſtres belluas tremefieri, & pręe timore ita animo cadere, vt vltra progredi minime poſſint. Ita ſane contigit in Chriſti reſurrectione: nam præterquam ipſo reſurgente cuſtodes ſepulchri perterriti, & velut emortui in terram deciderint; talis fuit, tamque potens Chriſti reſurgentis fremitus per Apoſtolorum prædicationem, vt efferatos homines more beſtiarum viuentes, diuino timore perterruerit, vt iam olim prædixerat Abacuch: *Aſpexit, & diſſoluit gentes* (vel vt Septuaginta, & Theodoretus, Theophylactus, & D. Hieronymus tranſtulerũt) *Aſpexit, & diſtabuerunt gentes.* Conſentiunt etiam omnes rerum naturalium hiſtoriographi cum Ariſtotele, leonem regem omnium animalium eſſe, & argumento eſt ipſum nomen: nam Græce leo regem ſignificat. Chriſto Domino regalis dignitas, regiaque corona adeo cõgruit, vt Rex natus fuerit: *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?* & vt Rex eſſet, vitam mortalem accepit. Quærenti namque Pilato, *Tu es Rex?* reſpondit: *Ego in hoc natus ſum*, quaſi diceret, ego vt eſſem Rex, natus ſum. In Cruce etiam mortuus iacens Rex perſeuerat, vt ipſa tituli inſcriptio præ ſe fert: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* Nullibi tamen ita ſplenduit abſcõdita, quæ præerat in illo potentiæ magnitudo, & Regia maieſtas, ac in triumphali eius reſurrectione effulſit. Vnde dilectus Ioannes in ſua Apocalypſi vidit illũ regio comitatu circumdatum, & in fœmore eius conſcriptum: *Rex Regum, & Dominus dominantium.* Et quidem ſi ea propter leo rex merito omnium animalium nuncupatur, quod fortitudine præ omnibus illis præſtet; *Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum.* Vnde in ventre matris per 26. menſes immoratur, donec dentibus, & vnguibus quaſi armatus prodeat (vt ait Sileſius S. Iuſtini martyris commentator in libro de veritate Chriſtianæ religionis) Quam apte id etiam Chriſto conueniat, nemo eſt, qui non videat, ipſe enim inuincibili fortitudine præcinctus, quaſi fortiſſimus leo ab vtero matris prodijt, & cum primum natus eſt, vbera matris ſugens Damaſcum perterruit, & ſpolia Samariæ, inuito Aſſyriorum Rege, abſtulit, vt prædixerat Iſaias: *Antequam ſciat puer vocare Patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ corã Rege Aſſyriorum.* Itaque reſurgens Chriſtus, mortis victor, atque triumphator euaſit, fortemq. armatum à ſua ſede deturbauit, & glorioſe in fugam adegit: *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* Aliam leonis miram proprietatem adfert D. Iſidorus, quod iter faciens ſua ipſe cauda ſua veſtigia ita caſſet, & deleat, vt nullum deinceps eorum ſuperſit indicium. Hoc quam egregie Chriſto reſurgenti aptetur, facile quiſque intelligit, cum ſua reſurrectione omnia mortis veſtigia deleuerit, vt Salomon de colubro prædixerat per petram tranſeunte, qui nullum ſui relinquat ſignum: *Viam colubri ſuper petram.* Chriſtum petram contemplemur: *Petra autem erat Chriſtus*, & poſt gloriam reſurrectionis nullum mortiferi ſerpentis ſignum in eo ſupereſſe inuenimus. Ediſſerunt hoc egregia Tertulliani verba: *Mortem autem, & ſepulturam, & reſurrectionem Chriſti vna voce Iſaiæ volo oſtendere, dicentis: Sepultura eius ſublata eſt de medio, nec ſepultus enim eſſet, niſi mortuus; nec ſepultura eius ſublata de medio, niſi per reſurrectionem.* Atque ad hoc idem alluſiſſe videtur Diuus Hieronymus

in

Anaſt. Sinaita lib. 4 in comm. in Hexam. refertur in appendice bibliop. ſanct. Patr. libr. 1. fol. 2.

Ariſt. l. de ſomno, & vigilia.

Cant. 5.

Ad Coloſſ. 1.

D. Amb. lib. 6. Hexam. cap. 3.

Abacuch 3. Sept. interp. Theodor. Theophyl. D. Hieron. tranſlatio hiſtoriogr. & Ariſt. de animalib.

Matth. 2.

Ioan. 18.

Ioan. 19.

Apoc. 19.

Prou. 30.

Sileſius in comment. S. Iuſt. mart.

Iſai. 8.

Ioan. 12.

Prou. 3.

1. Corin. 10.

Tertullian.

Iſai 53.

D. Hier. in c. 13. Oſee.

in Oſeam dicens: *Nequaquam mors in Chriſtum, ſed ipſe morti ſuperuenit, nec mors in illo vllam poteſtatis ſuæ viam reperit, & hoc eſt quod in prouerbijs, Impoſſibile eſt ſuper petram ſerpentis inueniri veſtigia.*

Solin. et alij

Ac tandem Solinus, cæterique naturalium rerum ſcriptores, dum de natura leonis agunt, vnanimes dicunt, eum adeo generoſo, ac liberali animo eſſe præditum, vt cuiuſlibet captæ prædæ partem reliquis impertiatur animalibus; ita Chriſtus prædæ, quam accepit gloriæ, ac immortalitatis, permultos participes effecit, qui ſimul cum eo ad vitam immortalem reſurrexerunt, vt grauiſſimorum doctorum ſententia fert. Manet ergo ex his (ni fallor) ſatis ſuperque exploratum, Chriſtum in pleriſque leoni eſſe valde ſimilem. Vnde ea verba, quæ auctor libri Machabæorum, dixit de Iuda, qui Chriſti præcipua fuit figura: *Similis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venatione*, congruentius, quam ipſi, noſtro Chriſto conueniunt. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

1. Mach. 3.

Homilia Tertia.

Chriſtum Dominum ſua virtute ad vitam reſurrexiſſe immortalem, multa, ac ſelecta Scripturæ loca, varia, accurataque eruditione elucidata comprobant.

Ad Rom. 1.

MERITO tantæ rei, grauiſſimique argumenti initium à grandioribus illis, maieſtatéq. redolentibus verbis auſpicabimur Apoſtoli Pauli ad Romanos: *Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum.* Quorum non eadem, ſed diſcrepans videtur expoſitio à Patribus tradita. Latini namque Patres, D. Ambroſius, Anſelmus, D. Auguſtinus de Ciuitate, nec non de prædeſtinatione Sanctorum, retinent, ſequunturque vulgatam hanc lectionem: *Qui prædeſtinatus eſt.* Græci vero, Chryſoſtomus, Theophylactus, Theodoretus, Cyrillus lib. de fide ad Reginas, S. Ioannes Damaſcenus de fide legunt: *Qui declaratus eſt Filius Dei*, Cui tranſlationi valde fauét Biblia regia, iuxta expoſitionem Guidonis Fabricij, ſic legentis: *Agnitus Filius Dei in virtute.* Mea ſententia hæc ſecunda expoſitio primam non neceſſario reijcit, ſed veraque aptari textui optime poteſt. Chriſtus enim non ſolum fuit prædeſtinatus in Filium Dei, ſed etiam vt Filius Dei agnoſceretur eſſe, Atque ita hunc locum interpretatur

D. Ambr. Anſelmus. D. Aug. l. 10 de Ciu. c. 6. & l. de præd. ſanct. c. 15. Chryſoſtom. Theophyl. Theodoret. Cyr. l. de fide ad Reg. S. Ioan. Damaſc. l. 4. de fide c. 19. Guid. Fabr.

Gloſ. ord.

Gloſſa ordinaria, ſic explicans: *Qui præſcitus eſt manifeſtari Filius Dei in virtute.* Et multi quidem Patres, vt S. Athanaſ. contra Arrianos, ſanctus Ioannes Chryſoſtomus in Actis Apoſtolorum, & D. Ambroſius lib. de ſacramentis 3. docuerũt phraſim eſſe Scripturæ ſacræ, tũ aliquid fieri, vel eſſe inchoare, cum declaratur, ac manifeſtatur. Idque facile colligere licet ex illis Apocalypſeos verbis: *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere diuinitatem.* Certum enim eſt, Agnum non ſolum illo tempore dignum fuiſſe diuinitate; certum etiam, tunc recens non accepiſſe diuinitatem, quam tamen ab inſtanti incarnationis habebat, ſed quia poſt mortem, & reſurrectionem eius cœpit amplius declarari, ac manifeſtari, ideo tũc diuinitatẽ accipere dicũt. Hac certe phraſi vtens, Deus Abrahæ in victimam Iſaac ſibi offerrenti dixit: *Nunc cognoui, quod timeas*, quaſi dicat, hac nempe tua tã egregia obedientia, qua in re tam difficili mihi paruiſti, omnibus ſit patẽs, & manifeſtum, quod timeas Deum. His quaſi iactis fundamentis, tria ponit Paulus, quibus Chriſtus declaratus eſt Filius Dei, iſque naturalis: Primo per miracula, atque prodigia *in virtute*: ſecundo per ſanctificationem animarum: *Secundum ſpiritum ſanctificationis*: tertio, quod vltimum eſt, & velut omnium coronis, per reſurrectionem ex mortuis vi, ac, virtute ſua: *Ex reſurrectione mortuorum.* Quis enim, niſi qui ſimul Deus eſſet, & homo, cuiuſmodi Chriſtus, poſſet tam mirabile, tamq. prodigioſum opus exhibere? vt homo quidem, fuit mortuus; vt verus Deus, reſurrexit: ſi ſolum eſſet Deus, non poſſet, & ſi ſolum eſſet homo, reſurgere ex mortuis non valeret. *Morientes non viuant, gigantes non reſurgant*; aut vt alij legunt: *Mortui non viuunt, gigantes non reſurgunt*, verba ſunt Iſaiæ, quorum egregiam expoſitionem tradit Procopius: *Vis ſcire* (inquit hic auctor) *quam neceſſaria illatione ſequatur, Chriſtum eſſe Deum, ſiquidẽ ſeipſum à mortuis ſuſcitauit?* attende: *quæro à te, quis vnquam hominum muſcipula mortis captus, clauſuſq. ſemel, inde potuit vi ſua, atque virtute liber egredi? aut quem gigantum hactenus experti ſumus ita fortem, vt mortuus, atque in ſepulchrum clauſus ſeipſum potuerit inde viuum liberũque ſuſcitare!* Non certe abſque myſterio, vbi noſtra vulgata habet: *Gigantes non reſurgunt*, Septuaginta interpretes tranſtulerunt: *Nec medici ſuſcitabunt.* Quantumuis legas, conſulas, euoluas, colluſtres medicorum antiquiſſimos, ac celeberrimos, Galenum, & Hippocratem, vel etiã Aeſculapium, quem ob inauditam artis medicæ excellẽtiam inter Deos retulit antiquitas; neminem eorum reperies, qui herbam, aut antidotum ſibi, aut alicui alteri detexerit aduerſum morbum mortis; vel remedium aliquod, aut pharmacum tradiderit, quo mortuos in vitam reuocarent. Si igitur hoc ita eſt, omneſque fatentur præcluſam omnino à natura eſſe viam, qua à priuatione ad habitum ſit regreſſus, & à morte ad vitam tranſitus, efficaciſſimum ſane manet Pauli argumentum, quo Chriſtum Deũ eſſe

S. Athan. contra Arrian. Chryſ. Act. 3. D. Ambr. l. 3. de ſacr. c. 1. Apoc. 5. Gen. 22. Iſaiæ 26. Proc. in hunc locum. Sept. interp. D. Paulus.

eſſe declaratum, infert, quia ſeipſum potuit à
mortuis ſuſcitare. Erat Chriſtus antea mundo
ignotus, quibuſdam mendax, alijs ſeductor, im-
mo & dæmones conſulens, alijs Samaritanus,
vel dæmonium habens videbatur; ſi qui vero di-
gnitatem eius tuebantur, tamquam rem ma-
gnam, dicebant eum Hieremiam, aut Eliam, aut
aliquem ex Prophetis eſſe. Per victoriam autē,
atque triumphum reſurrectionis, qua ſe inſita
vi, atque potentia à mortuis in vitam reuoca-
uit, perſpicue declaratus eſt eſſe Filius Dei
Ezech. 38. naturalis: *Magnificabor, & ſanctificabor, & no-
tus ero in oculis multarum gentium, & ſcient, quia
ego Dominus.* Omnes mihi triumphum canent
victori, Filiumque Dei eſſe fatebuntur, cum vi-
derint me Dominum eſſe vitæ, & mortis. Hinc
etiam patebit, quare Chriſtum Paulus, alibi
1. Corin. 15 ſcribens ad Corinthios, *primitias* appellauerit
mortuorum. Numquid non prius à mortuis
reſurrexerat Lazarus, & filius viduæ, ab eodem
Chriſto ambo ſuſcitati? Elias etiam olim mor-
tuum ſuſcitauerat, Eliſeus vero duos; quare er-
go cum Paulus *primitias* appellat *mortuorum*?
Primum quidem, quia ipſe ſolus fuit primus,
atque erit vltimus, qui ſe virtute ſua à mortuis
Epip. lib. ad Honoratum ſuſcitauerit. Secundo, quia, vt Epiphanius ad
Honoratum ait, ceteri ſuſcitati fuerunt, vt ite-
rum morerentur; Chriſtus vero, vt in vita ma-
neret immortali, in omnem æternitatem. Mors
namque ab eo ita victa manſit, vt timens, ac pa
Rom. 6. uida, eum ſecundo prouocare non audeat: *Chri-
ſtus* (inquit ille) *reſurgens* ex *mortuis, iam non
moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Id forte
obſtare videbitur, quod inter cetera, quæ in paſ-
ſione Domini euenerunt prodigia, atque portē-
ta, narrat Matthæus, multos, videlicet ex mor-
Matth. 27. tuis ſimul cum Domino ſurrexiſſe: *Et multa*,
inquit, *corpora ſanctorum, quæ dormierant, ſurre-
Clem. Alex lib. 6. Stromatum. xerunt.* Et vt docent Clemens Alexandrinus,
D. Epiph. heres 75. D. Epiphanius, Origenes, S. Ambroſius, & pleri-
que alij Patres, omnes illi, qui cum Chriſto ſur-
Orig. libr. 2. ſuper Epiſt. ad Rom. rexerunt, in vitam redierunt immortalem: nam
cum eorum reſurrectio à Deo in teſtimonium
S. Amb. l. 4. de fide c. 2. daretur reſurrectionis Domini, oportuit eos ad
immortalē, ſicut Chriſtum, reſurgere vitam, ne
alioqui minus congrua eſſet eorum teſtificatio.
Fuerunt ergo alij, qui prius, quam Dominus, in
vitam immortalem reſurrexerunt. Huic argu-
Aug. ad Euodium. mento ſuccubuiſſe videtur magnus Pater Augu
ſtinus in Epiſtola ad Euodium, conuictus loco
D. Th. 3. p. q. 53. ar. 3. Pauli, & ſequitur illum D. Thomas, dicens: re-
ſurrectionem Domini non potuiſſe cauſam eſſe
exemplarem reſurrectionis aliorum hominum,
vt reuera fuit, niſi ipſe primus ante omnes in
vitam rediret immortalem; quod in vniuerſum
exemplaris cauſa aliqua duratione ſaltem
naturæ debeat effectum præcedere. Sentit ergo
D. Thomas illud miraculum per anticipationē
narrari ab Euangeliſta, quaſi tempore paſſionis
contigerit, quod reuera contigit poſt reſurre-
ctionem. D. autem Hieronymus prodigium illud
putat à tempore paſſionis ante reſurrectionem
incepiſſe: tunc enim ſepulchra fuerunt aperta;
poſt reſurrectionem vero fuiſſe omnino perfe-
ctum, & conſummatum, quia tunc corpora ſur-
rexerunt. Forte conciliari non incongrue poſ-
ſent ambę ſententiæ, ſi diceremus, corpora quidē
illa ante reſurrectionem Domini reſurrexiſſe
mortalia, neque tamē poſtea fuiſſe iterum mor-
tua, ſed à Chriſto reſurgente in participationem
ſuæ immortalitatis, atque glorię tranſmutata.
Sed quia variæ ſunt in hac re, & diſcrepantes ſē-
tētiæ, accōmodata nobis hoc loco videtur ſub-
tilis quædam expoſitio Chryſoſtomi, ſermone Chryſ. de Aſcen. Dom.
de Aſcenſione Domini, pro intelligentia Pauli.
Aduertit igitur, primitias Deo nō offerri ex pri
mis terræ fructibus; neque enim hi ſolent eſſe
præcipui, immo ècontra forte peſſimi, ſed of-
feruntur ex fructibus optimis, atque maturis.
Ex vinea namque vuas acres, licet primæ ſint, in
primitias offerri, minime conſueuit, & hic eſt,
quod D. Clemens magiſtrum ſuum Petrum vo- Clemens I.
cat primitias Apoſtolorum, non quod primus
in Apoſtolatum fuerit vocatus (prior enim fuit
Andreas) ſed quia fuit inter omnes primatum
tenens, atque excellentiam, & dum ab eodē Pe-
tro fuit ipſe Clemens ordinatus, eiuſque ſucceſ-
ſor deſignatus, refert ſibi hæc verba dixiſſe: *Tu
es primitiæ earum gentium, quæ per me ſaluæ fiunt.*
Nonne primus ex gentibus Petri prædicatione
conuerſus ad fidem Cornelius? Quomodo ergo
cohæret, quod Clemens ſit primitiæ conuerſio-
nis gentium? Erat nempe primus dignitate, ac
perfectione inter omnes, quaſi fructus optimus,
ac maturitate dulciſſimus. Hac igitur ratione
Paulus, dum Chriſtum vocat primitias reſurgē-
tium, præſertim docet, eius reſurrectionem reli-
quis eminere excellentia, ac dignitate, quod re-
liqui omnes aliena virtute, Chriſtus ſua poten-
tia non aliunde mutuata reſurrexerit; ſicque
fructus, hic multo ſuauior, ac dulcior; reliqui vt
immaturi putreſcere potuerunt, iterumque mo
ri, iuxta ſententiam Patrum iam memoratam:
Chriſtus vero reſurgens, numquam vltra mor-
tuus eſt, ſed vita fruitur immortali, ac glorioſa,
in omnes æternitates feliciter duratura.

Præclara ad hoc inſtitutum ſunt verba Da-
uid, quæ Chriſti perſonam agens protulit: *Vi-* Pſ. 101.
gilaui ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Videtur me-
ditatus Dauid mortem Chriſti, velut ſomnum
fuiſſe, qui ſuum finem habet, & terminum, poſt
quem potentiæ omnes ad ſuas vitæ actiones,
quaſi viuaciores reſurgunt. Multo ergo magis
Chriſtus poſt mortem immortalitatis, & gloriæ
dotibus ornatus, quaſi à ſomno ſurrexit, quod
idem Dauid de eodem Chriſto dixit: *Ego dor-* Pſal. 3.
*miui, & ſoporatus ſum, & exurrexi; quia Dominus
ſuſcepit me.* Primo dicit ſe dormiuiſſe, & ſurrexiſ-
ſe. Quo ſane ſignificat, ſicut is, qui dormit, in ſe
principium habet inſitum, à quo excitetur, nec
altero indigeat exterius excitante; ſic Chriſtum
interna ſua propriaque virtute ſeipſum à ſom-
no mortis excitaſſe, à nullo exterius excitatum.
Ammianus Marcellinus vitam ſcribens Iuliani Amia. Marcel. in vita Iul. Imper.
Imperatoris, refert eum ita ſomni fuiſſe veluti
Dominum, vt pro voluntate dormiret, & vigi-
laret,

luret, quoties vellet. Quod an ſit verum, nouit
Dominus; fuit tamen veriſſimum in Chriſto,
Ioan. 10. qui pro voluntate & ſomnum cœpit mortis: *Po-
teſtatem habeo ponendi animam meam*, & quando
iterum voluit, à mortis ſomno euigilauit ad vitã
immortalem: *Et poteſtatem habeo iterum ſumen-
di eam*. ſecundo addit: *quia Dominus ſuſcepit me.*
Neque hoc prius dictis aduerſatur; quamuis
enim negari non poſſit, Chriſtum à Patre fuiſſe
ſuſcitatum, iuxta id: *quem Deus ſuſcitauit à mor-
tuis*; quia tamen eadem vis, & poteſtas eſt Pa-
tris, & Verbi, quæ intima erat Chriſto, veriſſi-
me dicitur, Chriſtum innata ſibi internaque
virtute, ac poteſtate à mortuis ſurrexiſſe. Im-
mo & animam Chriſti, & corpus ſuæ reſurre-
ctionis fuiſſe inſtrumenta, docet D. Thomas:
D. Th. 3. p. q. 53. a. 4. ad 1 *Secundum virtutem*, inquit, *diuinam, corpus, & ani
ma ſe inuicem reſumpſerunt*. Summopere autem
aduertendum eſt hoc loco illud verbum, *ſuſce-
pit me*: nam ſe patientem dixerat Chriſtus, qua-
ſi aquam effuſum, quam ſemel effuſum, proie-
ctamque in terram nemo ſperat colligi poſſe, ac
Pſ. 21. recuperari, *ſicut aqua effuſus ſum*; modo autem
ſe à Domino ſeruatum, ac ſuſceptum, *Dominus
autem ſuſcepit me*. Quod olim videmus in Iona
Iona 2. præfiguratum: *Præparauerat Dominus piſcem
grandem, vt deglutiret Ionam*. Sciebat Deus Io-
nã à nautis in mare proijciendum, vt ſubmer-
ſus periret; ſed ipſe Dominus, quaſi rete miſe-
rat, remediumque prouiderat, quo Ionam ſerua-
ret illæſum, & à tanto periculo liberaret. Sic
igitur Chriſtum hoſtes inhumani in mare mor-
tis proiecerunt, vt periret in æternum, ſed *Do-
minus*, inquit, *ſuſcepit me*, & è faucibus mortis
in vitam gloriæ ſuſcitauit. Nec minus commo-
de ſe Chriſtus paſſerem vocat ſolitarium in hoc
Pſ. 101. myſterio; *Vigilaui ſicut paſſer ſolitarius*. Solus e-
nim, & vnicus ipſe eſt, qui hac virtute gaudet ſe
ipſum ſuſcitandi. Contigit quidem non ſemel,
vt viuens quis ſuſcitaret alterum mortuum, vt
Act. 9. Petrus Tabitham ſuſcitauit: contigit etiam, vt
vnus mortuus alterum mortuum ſuſcitaret, vt
Eliſeus mortuus mortuum ad eius ſepulchrum
adductum ad vitam reuocauit: quod vero ali-
quis mortuus ſeipſum ſuſcitauerit, *à ſæculo non
eſt auditum*. Chriſtus autem noſter & viuens
Lazarum mortuum ſuſcitauit, & mortuos mul-
tos ad priſtinũ vitæ gaudium redegit: *Et multa
corpora ſanctorum reſurrexerunt*. Sed quod præ-
cipuum eſt vnum, & ſingulare, etiam ipſe mor-
tuus ſeipſum ſuſcitauit, quod Magdalena my-
ſterij quidem neſcia, à Spiritu tamẽ ſancto afflа-
ta dixiſſe videtur, dum Dominum hortulanum
Ioan. 20. eſſe exiſtimans allocuta eſt: *Domine ſi tu ſuſtu-
liſti eum dicito mihi*; nempe ſi tu extraxiſti eum
à ſepulchro, & ſuſtuliſti, dic mihi. Vere quidem
ita factum erat, ipſe enim Dominus ſuſcitans ſe-
ipſũ ſuſtulerat ſe à ſepulchro. quod meditatus
fuiſſe videtur D. Auguſtinus ſermone 133. de
tempore. alias ſecũdo in die Paraſceues, dum
D. Aug. ser. de tẽp. 133. dicit: *Recte interrogat, ſi tu ſuſtuliſti eum; ipſe
enim tulit corpus ſuum, qui illud protulit de ſepul-
chro; ipſe tulit corpus, qui illud iacens, & dormiens
ſua aſpiratione collegit; ipſe tulit corpus ſuum, qui
illud diuinitatis virtute geſtans, portauit ad cælos.*
Hæc omnia roborari præclare videntur illuſtri
quodam loco Hieremiæ: *Sed & lamiæ nudauerũt* Thren. 4.
*mammã, lactauerũt catulos ſuos filia populi mei, cru
delis quaſi ſtruthio in deſerto*. Quo primũ ſignifi-
cat, matribus quibuſq. ita à natura inſitã eſſe fi-
liorũ curam, vt & lamiæ quãtumuis feræ, ac cru-
deles nudent mammam, quo filios lactẽt, ac nu-
triant; Populus autem meus erga me crudelis,
& inhumanus extitit, quaſi ſtruthio in deſerto.
Hector Pintus in annotationibus in hunc locũ Hect. Pin.
aduertit, Hebræa voce ſignificari animal Lati-
nis dictum draconem, de quo tradit Iſidorus li- Iſid. lib. 8. c. 15.
bro 8. eſſe crudele, ac venenoſum, & ſerpentium
maximum. Alij Plinium ſecuti, dicunt eſſe feræ Pl. l. 5. c. 40.
genus, quod in interiori Africa degit, quod
vultu quaſi mulieris, & vberibus magnis, ac pul
chris blanditur, trahitque homines ad ſe, ſicq.
deceptos in fruſta diſcerpit, atque deuorat. A-
lij ſtriges mulieres maleficas ſignificari putant,
quæ filios rapiunt alienos, eorumque ſanguinẽ
ſugunt. Quidquid horum verum ſit, prædictis
verbis ſignificatur, maiorem fuiſſe ſęuioremque
inhumanitatem illius populi, quam draconum,
& lamiarum: quantumuis enim ferociſſimi dra-
cones, quantumuis lamiæ feræ ſæuiſſimæ, quan-
tumuis ſtriges crudeles, & inhumanæ in filios
alienos, nuſquam auditum eſt dracones, lamias,
vel ſtriges in filios ſuos ſæuiſſe, eoſue occidiſſe,
aut ſanguinem eorum ebibiſſe: ſuo potius ſan-
guine eos nutriunt in lac conuerſo. & ſubiungit
Propheta: *Filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio* Iob 39.
in deſerto. Huius beſtiæ naturã depinxit Iob: *De-
relinquit oua ſua in terra, & obliuiſcitur, quod pes
conculcet ea, aut beſtia agri conterat: duratur ad fi-
lios ſuos, quaſi non ſint*. Deſerit itaque oua ſua
humi, operitque terra, nec curat, quod concul-
cari poſſint, prorſuſque frangi à tranſeuntibus.
De quorum progreſſu vſque ad pullorum pro-
creationem agẽs Cælius Rhodiginus, dicit ea
eminus ab ſtruthione ipſo oculorum reſpectu, Cal. Rhodig. lib. 22. c. 5.
radijſque foueri, donec pullos emittant. Veriſi-
milius tamẽ eſt, quod Albertus Magnus ſcribit, Alb. Mag. lib. 23.
ardentibus ſolis radijs in terra primum foueri,
eiuſque calore, quaſi materno, in vitam vſque
perfici, ſicque viuos inde egredi pullos. Me-
rito igitur Chriſtus Dominus duram erga ſe
ſui populi inhumanitatem exaggerans, non ſo-
lum draconis veneno comparat, & lamiæ fe-
ritati, ac infeſtantium ſtrigum immanitati,
verum etiam ſtruchionis crudelitati, qui oua
ſua in terram, quaſi eorum prorſus oblitus, ſe-
pulta derelinquit. Non aliter quippe fera gens
Chriſti Domini corpus in illo ſepulchri antro
detruſit, quam vt ſimul cum corpore eius etiã
memoriam in ſe prorſus ſepeliret. ſed Dei bo-
nitate, ac virtute contra res accidit. In illo e-
nim ſacratiſſimo corpore ab Spiritu ſancto ef-
formato latebat, quaſi in ouo, croceus vitellus
diuinitatis, Deuſq. illud radijs ſuæ virtutis, ita
fouit, vt redeunte in ipſum anima, illico nouo,
quaſi reſumpto calore in vitam redierit immor
talem,

talem, & ſicut de filio ſtruthionis dicit Iob: *Cum tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum, & aſcenſorem.* Ita Chriſtus illuſit venatores, cuſtodes ſcilicet, qui circum ſepulchrum expectabant, tamque celeri volatu ſe erexit, vt mulieres quantumuis mane diluculo venerint, & Petrus quamtumcumque velociter acceſſerit, & cucurrerit, ipſum non inuenerint. Vnde Angelus dixit: *Surrexit, non eſt hic.* Quæ verba ſi altius perpendamus, præclare noſtrum ſtabiliunt intentum, multum enim intereſt inter hoc, quod eſt ſurgere, & hoc, quod eſt excitari, vel erigi. Reliqui certe mortui excitati, erectique fuerunt à ſepulchris, in quibus iacebant; Chriſtus vero noſter ipſe ſeipſum erexit, ipſe ſurrexit à ſepulchro, nempe virtutem habens intimã, qua ſeipſum excitaret, atque erigeret: *Surrexit, non eſt hic.* Enim vero cum in hæc inciderimus verba, ſilentio prætereundum non eſt, quod circa ipſa occurrit, à noſtro inſtituto minime alienum. Antiqua iam olim receptum inuenio conſuetudine, virorum illuſtrium, heroumque ſepulchra epitaphijs exornari, amplitudinis, dignitatiſque eorum, quaſi præconibus virtutum, atque facinorum quaſi compendijs. Sic Plutarchus ad ſepulchrum Alexandri refert poſitum emblema, Aſiam, & Europam deuictas, hac addita inſcriptione, *Alexandri victoria.* Rex vero Cyrus hoc ſibi in ſepulchro inſcribi iuſſit epitaphium, *Hic iacet Perſarum debellator.* Themiſtoclis in monumento inciſa fuerunt præcipua totius vitę facinora, ſuperſcriptis his verbis, *Memoranda facta Themiſtoclis.* De ſepulchro Ioſue Hebræi doctores teſtantur, in eo pro emblemate fuiſſe ſolis imaginem, hiſce inſcriptis: *Sol contra Gabaonem ne mouearis,* in prodigij illius æternam memoriam, quo ſolem velociſſimo curſu properantẽ coercuit. Has tamen omnes inſcriptiones longe ſuperat ſepulchri cæleſtis Regis epitaphium, ab Angelo inſcriptum: *Surrexit, non eſt hic.* Mirabilis ſane, ac inaudita inſcriptio, & cum omnibus hucuſq. factis inſcriptionibus quaſi e diametro pugnans: cuiuſuis enim quantumuis maximi Monarchæ inſcriptio dicere conſueuit. Hic iacet Rex Alphonſus: Hic iacet Princeps Carolus, exempli gratia: in hoc tamẽ Chriſti ſepulchro omnino diuersã reperio inſcriptionẽ, hic nõ iacet Ieſus, *Surrexit, nõ eſt hic.* Appropinquante enim die tertia, Deus illi, quã impie Iudæi abſtulerant, vitam reſtituit, eamq. iam nõ mortalẽ, ſed immortalem cõtulit. Quod ita fieri conſonum valde fuit legi ciuili, atque canonicę, qua ſtatuitur, vt ſpoliatus, ante omnia ſit reſtituendus; additurque in lege recompilationis noſtrę Hiſpanię, vt hæc reſtitutio fiat tertia die. Cum ergo iniuſte Chriſtus Dominus fuerat vita ſpoliatus, Agnus quippe erat innocentiſſimus, ad perſonam Verbi diuini, quæ ſacram illam humanitatem protegebat, pertinebat imperare, vt die tertia vita calũnioſe ablata ei reſtitueretur, eaque multo iam melioris conditionis, quam antea; vita enim mortali fuerat ſpoliatus, atque paſſibili; immortali tamen & impaſſibili indutus, & in integrum reſtitutus glorioſus reſurrexit, Angelo dicente: *Surrexit, non eſt hic.* Vt tamen myſterium in hoc epitaphio recõditum melius intelligamus, addamus alterum ſuper idem ſepulchrum, quaſi primi illius commentarium. Emblema igitur depingatur, phoenix auis, & inſcriptio ſit hæc: *A me ipſa renaſcor,* hoc eſt, vim reſurgendi mendicare minime indigeo ad fores alienas, habeo enim intra me innatam virtutem, qua renaſci poſſim. D. Ambroſius, & Lactãtius Firmianus, de phoenice, Chriſtum adumbrante, docent, phoenicem hanc auem, dum morti ſe vicinam, ſentit, naturę inſtinctu ligna colligere ex arboribus maxime odoriferis, atque aromaticis, & in illis tamquã intra ſuum nidum alas quatere ſuper ſtruem lignorum, eoque concuſſu ligna accendi, ipſãq. cõburi, & ex cineribus ipſius oriri vermiculũ, ex hoc vero ipſam in vitam renaſci, vt merito dicere poſſit, *A me ipſa renaſcor.* Sic igitur Chriſtus noſter, velut altera phœnix in mundo ſingularis iacens in ſepulchro, circumdatus odoribus, conditusque aromatibus precioſis (centum quippe libræ myrrhæ, & aloes emptæ fuerunt ad ſacrum corpus condiendum) alas omnipotentiæ ſuæ propria atque innata virtute quatiens, à morte in vitam renatus eſt immortalem: *A me ipſo renaſcor.* Quod longe aſpiciens ſanctus Iob, perſonam Domini agens, Prophetice dixit: *In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies meos.* Translatio Græca, vt Beda annotauit in Iob, habet: *Sicut phœnix multiplicabo dies meos,* & ſepeliar in nidulo ſepulchri, quaſi auis phoenix, inde tamen multiplicabo dies meos. Sed vt videas, quam apte Chriſtus reſurgens dicatur renaſci, atque regenerari, memento ipſum per Matthæũ reſurrectionem, regenerationem vocaſſe: *In regeneratione, cum ſederit Filius hominis:* & in Iob, vbi noſtra vulgata legit: *Expecto donec veniat immutatio mea;* id eſt, expecto diem reſurrectionis meę, Symmachus legit: *Expecto donec veniat natiuitas mea,* nempe quia reſurrectio eſt natiuitas. Et Petrus in Actis Apoſtolicis de reſurrectione Domini loquens, affert verba Pſalmi ſecundi, quibus Pater Filium alloquitur reſurgentem: *Ego hodie genui te.* Eſtque hic ſenſus contextui valde conſonus; egerat enim Propheta ſanctus de paſſione Domini: *Aſtiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius,* poſt hæc vero de reſurrectione agit, dicitque: *Filius meus es tu, ego hodie genui te,* quaſi dicat, hodie Fili te regenerani. Et quia in die præſertim reſurrectionis Chriſto in hereditatem datæ ſunt gentium nationes, quaſi ſpolia, ac triumphus victoriæ, cõtinuo addit: *Et dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poßeſſionẽ tuam terminos terræ.* Et ſi rem attentius cõſideremus, interpretationem hanc Petro dignã ratio ipſa confirmabit. Sicut enim granum frumenti primum in terram proijcitur, ibiq. moritur, atque ſepelitur, poſtea vero in nouum calamum, viridemque ſpicam renaſcitur; ſic Chriſti

Plut. in vit. Alexandri

l. 2. tit. 13. lib. 4.

Amb. lib. de fide reſurrect. Lact. Fir. de phoenice.

Ioan. 8.

Iob 29.

Bed. in Iob comm. 12.

Matth. 19.

Iob 14.

Act. 3.

Pſ. 2.

Ibidem.

Ibidem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſti corpus in terram, ac ſepulchrum proiectum, mortuum, atque ſepultum, poſt triduum fuit renatum, forma, pulchritudineque mirabilē præditum, ita vt oculos, animoſque omnium ad ſe cogeret. Immo ſi natiuitatem primam Domini cum eius reſurrectione velimus cōparare, nō pauca detegemus ſimilitudinis argumēta. ſicut enim in intactæ matris viſceribus delituit; ita ſepulchro nouo, in quo nullus poſitus fuerat, ſepultus fuit: & ſicut in virginali thalamo anima fuit corpori vnita; ita in ſepulchro fuit reunita: & ſicut ab vtero matris exijt inuiolato virgineo clauſtro; ita in reſurrectione exijt ab vtero ſepulchri, irrupta petra, & inuiolatis ſigillis, quibus ſignatum erat monumentum. Quæ omnia inueniemus apud Ambroſium, vbi loquēs de ſepulchro Chriſti, ait in hæc verba: *Vbique beato corpori defertur ſanctitas, vbique virginitatis purus illud venter concipit, nouit tumulus includi: quin potius ipſam ſepulturam, vulnam dixerim, eſt enim ſimilitudo non parua. Sicut enim Dominus de matris vulua viuus exiuit, ſic de ſepultura viuus ſurrexit: niſi quod glorioſior iſta eſt, quam illa natiuitas: illa enim corpus mortale, hæc immortale dedit. Poſt illam natiuitatem ad inferos deſcenditur, poſt hanc remeatur ad cælos.* Merito igitur Petrus reſurrectionem vocat ſecūdam natiuitatem, cum tanta ſit ſimilitudo rationum. Immo ex communi, vulgarique vſu loquendi poſſunt hæc confirmari. Si quis enim filiolum videat in terram periculoſe cadentem, eumque poſtea omni vulnere, atque nocumento liberum perſpiciat, gratulatur, o fili cordis mei, hodie mihi natus es, hodie incipio eſſe pater tuus: eodem modo Chriſtum, qui in manus mortis tam graui caſu inciderat, videns Pater tertia die liberum omnino, atque prorſus illęſum, gaudet, gratulaturque illi, dicens: *Ego hodie genui te.* Fili, hodie mihi videris naſci, cum in nouam renaſceris immortalitatem, & gloriam.

Ambros. ſermone 43.

Pſal. 2.

Tandem hoc idem arcanum, quod Chriſtus ſe ipſum virtute ſua à mortuis ſuſcitauerit, inuenio figuratum olim in Ioſeph, prædictum à Dauid, & in ipſa rerum natura ſingulari quodam admirādoq. prodigio adumbratum. Figuratum in Ioſeph video, de quo, poſtquā in carcerē coniectus fuerat, inquit ſacer textus: *Inuenit gratiā in cōſpectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuerſos vinctos qui in cuſtodia tenebantur, & quidquid fiebat, ſub ipſo erat. Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis*: ex quo carceris claues & ſanctum Ioſeph habuiſſe colligi poteſt. Erat ergo vinctus ſpontaneus, & liber, vt quoties vellet, poſſet carcerem aperire, indeque euadere. Sic certe Chriſtus, licet vinctus, ac traditus in mortis carcerē, atq. ſepulchrū fuerit, claues tamen habebat, vt exire poſſet, quando, & quomodo vellet, prout ipſe teſtatur, dicens: *Fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſæcula ſæculorum, & habeo claues mortis, & inferni.* Dauid vero hoc prędixerat: *Factus ſum ſine adiutorio inter mortuos liber.* vbi aduertendum, & pręcipue obſeruandum eſt verbum illud *ſine adiutorio*: eſt enim ac ſi diceret, ſolus ſum ego, qui poſſum ſuſcitare meipſum abſque alterius iuuamine, meaque virtute corpus meum à mortis ſeruitute liberare. Et in ſignum, & cōfirmationem, quod eſſet Filius Dei, de corpore ſuo loquens, dixit: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud,* quaſi diceret: ſi mors meum corpus inuaſerit, eique vitam abſtulerit, facile ei ego ipſe reſtituam, in vitamque excitabo illud. Prodigium vero naturę, quo veritas hæc ęgregie & adumbratur, & confirmatur, inuenio apud Photinum in deſcriptionibus vniuerſi: dicit quippe, vas aureum plenum rore cæli optime clauſum, atque opertum, quāuis in intimis terræ viſceribus ſepeliatur, virtute radiorum ſolis extra eiuſdem terræ ſuperficiem egredi: ſimiliſque alterius prodigij meminit Ariſtotelis cōmentator Auerroes. Ita igitur præclarum illud vas, omni auro Arabiæ precioſius, ſacroſanctum Chriſti corpus intelligo, cæleſti rore diuinitatis plenum (in ipſo quippe omnis plenitudo diuinitatis inhabitat corporaliter, vt ait D. Paulus) quamuis ſepultum fuit, & incluſum in viſceribus ſepulchri, magnoque valde lapide opertum, *aduoluit* (inquit) *ſaxum ad oſtium monumenti*, ibi tamen detineri nō potuit: vis enim, atque virtus radiorū ſolis iuſtitiæ, qui hypoſtatice ſacro illi corpori erat vnitus, ipſū viuum ſupra terræ faciem extulit, atque excitauit glorioſum, vt teſtatus eſt Angelus præcitatis verbis: *Surrexit, non eſt hic.* Tandem in eandem fidei veritatem confluunt omnes Eccleſiæ Patres, & ex multis primus ſit Athanaſius lib. de incarnatione Verbi, vbi ſic ait: *Reuixit per ſuā (quæ in ipſa erat) vitam.* & inferius addit: *Quomodo Dominus ex tota ſe eſſe demonſtraſſet, niſi id quod mortale erat viuificaſſet?* & D. Leo Magnus lib. de reſurrectione egregie dicit: *Deitas, quæ ab vtraque ſubſtantia non receſſit, quod poteſtate diuiſit, poteſtate coniunxit.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ioan. Apocalyp. 1.

Pſal. 87.

Io. cap. 2.

Photinus in deſcriptione vniuerſi.

Auerroes ſuper tertio Meteor. Ariſtotelis.

Ad Coloſ. 2.

Math. 27.

Athan. lib. de incarn.

D. Leo Papa lib. 1 de reſurrect.

Homilia Quarta.

Multis ſacrarum litterarum teſtimonijs pulchre explicatis, reſurrectio Chriſti Domini illuſtratur.

ETSI plurima ſint Scripturæ loca, quibus in hac homiliarū ſerie, ad Chriſti Domini glorioſam reſurrectionem explicandam, & commendandam vtor: quia tamen pleraque eorum peculiaribus diuerſorum argumentorum inſtitutis adaptantur, placuit illis conſulto omiſſis alia noua illuſtria, & à paucis ad hoc inſtitutum excogitata in medium producere. Horū primus ſit titulus, qui in Scriptura ſacra, & ab eiuſdem interpretibus præfigitur

Digitized by Google

Pſal. 15. tur Pſalmo 15. incipienti: *Conſerua me Domine*,
Nic. de Lyr. com. expoſit ad cuius intelligentiam pernotarim cum Lyrano,& communi expoſitorum, Pſalmum iſtum ad litteram non de Dauid, ſed de Chriſto loqui. Quod ex eo facile probatur, quod in hoc ſenſu ſic illum explicauit D. Petrus, vt refert S. Lucas
Act. 2. Hieron. ex Symmacho, & Aquila. Act. 2. D. Hieronymus refert ex Symmacho, & Aquila, Pſalmum iſtum immaculato Dauidi inſcriptum eſſe: immaculatus vero Dauid, ſolus Chriſtus dicitur, qui ſpeculũ ſine macula eſt, vt
Eccl. 6. ait Eccleſiaſtic. quippe, qui nec originalis, nec actualis peccati macula infici vllo modo potuit. Hoc prænotato, titulus iſtius Pſalmi iuxta noſtram vulgatam lectionem ita habet: *Tituli inſcriptio, ipſi Dauid*, Græcus textus legit: *Humilis, & ſimplicis Dauid*. Recte procul dubio, vt denotet, viam, qua ſibi Chriſtus gloriam ſuæ reſurrectionis parauerat, manſuetudinẽ fuiſſe, & hu-
Matth. 11. militatem, iuxta illud à ſe dictum: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*. Euſebius vertit:
Euſebius. *Inſcriptio ſtylographiæ ipſi Dauid*. Sicut enim olim præclara victorum facinora in columnis inſculpta, & delineata relinquebãtur (cuius plurima Romæ inſpeximus exempla) ita huiuſmodi Pſalmus inſtar columnæ fuit à Dauide erectus, vt in ea clariſſimam reſurrectionis Chriſti victoriam depictam, & ad viuum expreſſam æternitati commendaret. Non abſimilis eſt huic Gloſſæ interlinearis lectio, quam & Rufinus ſe-
Gloſſ. interl. quam ſequ. Rufinus. quitur: *In arcu triumphali ipſi Dauid*; alludens plane ad Romanorum conſuetudinem, victoribus arcus triumphales cõſecrantium, in quibus varijs exercituum, & bellorum figuris inſignes eorum victorias minutim deſcribebant: & huic ſatis etiam conſonat interpretatio Danielis Patriarchæ Aquileienſis, referentis hæc verba ex
Niceph. Nicephoro: *Præſens Pſalmus appoſitus eſt Chriſto mortis victori, & diaboli deſtructori, tamquam columnæ ad perpetuæ gloriæ monumentũ.* Habetur allatæ expoſitionis fundamentum in Paraphra-
Par. Chald. ſi Chaldaica, hunc titulũ Pſalmo præſenti præfigẽti, *Sculptura recta Dauid*, quo denotat, in eo ſculptas, & inciſas eſſe Chriſti Filij Dauid præclaras victorias. Hinc recte Theodoretus in hunc
Theodor. in Pſ. 15. Pſalmum: *Columnæ inſcriptio propter mortem, victoriam etiam demonſtrat: columna non ſepulchris ſolis imponitur, verum etiam viuentibus erigitur, quæ ſcripta habet, quæ inſcientes victoriam docent.*
Fol. Mant. Doctiſſimus Folengius Mantuanus iuxta Græcos quoſdam codices transfert, *Statua, ſeu inſignia Dauid*, plane Romanorum, aliarumque Italiæ Rerumpublicarum innuens morẽ, æneas ſtatuas victoribus, aut ſingularibus patriæ benefactoribus erigendi ad eorum præclara geſta, & gloriam illuſtrem immortalitati conſecran-
D. Iacob. de Valen. Archiep. Chriſtopolitan. da. Iacobus de Valentia vertit, *Promiſſio hereditatis, & dominij promiſſi ipſi Dauid.* In reſurrectione nãque impletæ ſunt promiſſiones à Deo factæ, de Chriſto in poſſeſſionem gloriæ ſuæ introducendo, eodemque vniuerſali omnium gen-
Pſ. 2. tium dominio exhibendo: *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Pagninus ex Hebræo aliter præductum titulum legit: *Inſignẽ aureolum ipſi Dauid*, quaſi diceret: *Pagnin. in Ps. 15.*
Chriſtum in ſua reſurrectione immortalis gloriæ corona exornandum, cui tranſlatio ſeptuaginta Interpretum ſatis conſonat: vſi enim ſunt dictione quadam, quæ idem valet, ac *margarita*; aut (vt alijs placet, & notauit ad eum locum Ianſenius) *corona, vel diadema*. Vtrumque vero coniungendo dicere poſſumus, ſignificaſſe, Chriſti Domini in victoriæ ſuæ palmam capiti imponendam fulgentiſſimã coronam, margaritis, alijſque gemmis intextam, iuxta illud eiuſdem Dauid: *Poſuiſti Domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo*.

Ad hoc etiã Chriſti reſurrectionis argumentum elucidandum magis notari ſingulariter poteſt titulus Pſalmi 21. ad litterã de Chriſti paſſione, & reſurrectione loquentis, iuxta communem Interpretum ſententiã, ita quidem, vt Theodorus quidam hanc communem veritatem negans, contendenſq. litteram illius Pſalmi de ſolo Dauid exponere (vt Nicol. de Lyra refert) in *Nic. de Lyr. refert in Cõcil. quodam Toletano.*
Concilio quodam Toletano damnatus ſit. Titulus ergo illius Pſalmi in noſtra vulgata ſic præfigitur: *In fine pro ſuſceptione matutina*. Græcus Interpres vertit: *Victori pro cerua matutina.* Multumque conſonant verſiones iſtæ fonti Hebræo, dicenti: *Victori ſuper ceruam auroræ canticum Dauid*. D. Athanaſius, referente Daniele Aquileiẽſe Patriarcha, his verbis hunc titulum exprimit: *Matutinam ſuſceptionem intelligit Dominicæ reſurrectionis tempus, reſurrexit enim valde mane, ſcilicet vna ſabbatorum, viam humanæ naturæ ad im-* *D. Athan. vel à Danie. Patr. Aquil.*
mortalitatem patefaciens. Idem tradit D. Hiero- *D. Hieron.*
nymus, his verbis *Matutina aſſumptio reſurrectionis Dominicæ ſignificat ſacramentum*. Dignum etiam eſt animaduerſione verbum illud, *ſuſceptio*, eo enim denotatur, quod quãdo Chriſti inimici iudicabant ipſum in præcipitium abiecisſe, turpem, & crudelem mortem eidem inferendo, tunc à Patre æterno in manibus ſuſceptus Chriſtus eſt, iuxta illam, quam ad Patrem in Cruce emiſerat petitionem: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*. Et quoniam hoc matutino tẽpore contigit, ideo, *pro ſuſceptione matutina* dixit. Itẽ quia finis, ad quẽ mortis Chriſti ignominia deuenit, fuit gloria reſurrectionis, ideo Pſalmi quidã de eadem verba facientes, dicunt in titulo, *in fine, vel in finem*. At reuera illud, *pro cerua matutina*, vel *pro cerua auroræ*, peculiare quoddam myſterium occludit, quod procul dubio pandit Lyranus ad Pſalmum vigeſimumprimum, & eſt ſatis conforme ijs, quę in Chriſti re- *Nic. de Lyr.*
ſurrectione cõtigerunt. Per ceruã matutinã (inquit Lyran.) intelligitur humanitas Chriſti, quę tempore noctis, ſeu in triduo ſuæ mortis latuit, quaſi in cubili, corpus in ſepulchro, & anima in ſanctorum limbo: ſed in mane tertia die reſurgens apparuit manifeſto. Huic aliud adiungit myſterium Iacobus de Valentia, dicens: *Quemadmodum cerua lactis copia abundat, haudq. minori cura, & ſollicitudine in filiorum procreatione affecta eſt; ita Chriſtus matris inſtar amore flagrantis, ac viſcera, miſericordiæ, ſuauitatis, dulcedinisq. re-* *D. Iacob. de Valen. Archiep. Chriſtopolitanus*

ferta poſſideulis, vt primum reſurrexit, ſtatim procreationis, & educationis filiarum ſuorum anxius, pectus, & lac doctrinæ ipſis impertitus eſt, quo illos in fide reſurrectionis confirmauit. Quibus & nos adiũgere poſſumus duas cerui proprietates. Pri- *Ariſt. de rerum natur.* ma referente Ariſtotele eſt, ſi aliquãdo venatores ceruum inſequantur, fluuiuſque occurrat; proijcit ſe in aquam, & paulatim natans flumen tranſit, ad lituſque appellit, ab infeſtatione venatorum immunis. Ita Chriſtus perſequentium Iudæorum agitatione grauatus, in aquas rapidiſſimi torrentis ipſius mortis ſe immiſit, velut tamen callẽtiſsimus natatoriæ artis, tertia die ad litus floridæ reſurrectionis liber, & illæſus appulit, eius venatoribus vana ſua ſpe omnino fruſtratis permanentibus. Rurſus, ſicut etiam *S. Iſidorus. Plinius. Ariſtotel.* ceruus teſte S. Iſidoro, Plinio, & Ariſtotele, eo eſt in ſerpentẽ inimico affectu, vt non ſolum ipſum quaſi rabie exeandens mordeat, ſed etiam dentibus terat, deglutiat, & voret: ita Chriſtus haud ſecus atque miraculoſus, & diuinus ceruus, ea fuit in tabificum mortis ſerpentem inimicitia, vt non ſolum ipſum momorderit, ſed etiam de- *1. Petr. 3.* glutierit: *Deglutiens* (vt inquit Petrus) *mortem*. Sed quia mors intra Chriſtum neutiquam manere poterat, factum eſt, vt quemadmodum, qui cibum ſumit, ipſum in propriam ſubſtantiam conuertit, indeque cibus eo peruenit, vt qualitatibus comedentis afficiatur; eodem modo Chriſtus mortem vorans, ipſa mors in vitam conuerſa permanſit: ſiquidem Chriſtus, vt ipſe- *Ioan. 14.* met fatetur, ipſiſsima vita eſt: *Ego ſum via, veritas, & vita*. Vita quidem non quomodocumque, ſed iuxta diuinam in ipſo latentem naturam plane diuina; iuxta humanam vero noſtram immortalis quidem, & glorioſa, qualem in reſurrectione adeptus eſt.

Selectiſsimus etiam eſt huic inſtituto locus *Pſ. 108.* ille Pſalm. 108. *Sicut vmbra cum declinat, ablatus ſum, & excuſſus ſum ſicut locuſta*. His etſi breuibus verbis Dauid mortis, & reſurrectionis Chriſti myſteria attingit; ad eorum tamen perſpicuum captum ſuppono, iuxta philoſophicam ſcholam, vmbram à ſole ortum ducere ex interpoſitione media alicuius corporis opaci, illa vero eo longior eſt, quo ſol in noſtro hemiſphęrio eſt minus eleuatus, & ex oppoſito eo minor, quo ſol magis eleuatur; ita quidem, vt ſi ſua eleuatione ſol ad eum punctum perueniret, vt perpendiculariter ſuper corpus, quaſi in eius, vt vocant, zenith eſſet, reuera nulla ex tali corpore vmbra cauſaretur, vt etiam experientia cõpro- *Incognitus.* batum refert Incognitus in commentario huius loci, dicens, in monte Sion columnam erectam eſſe tali poſitione, vt in ipſo mundi medio ſita ſit, proindeque, quando in ſolſtitio æſtiuali ſole illuſtratur, nullam prorſus emittere vmbrã, ſed eam omnem circumquaq. clariſsimis ſolaribus radijs ſplẽdeſcere. Vtitur ergo Chriſtus in præſenti hac ſimilitudine, quia auctore D. Gregorio, per ſolem radijs ſuis terram ferientem perſecu- *Greg. 34. Moral. c. 6.* tio denotatur: *Per ſolem, ait in Scriptura perſecutis deſignatur, ſicut Dominus in Euangelio dicit, quod orta ſine radicibus ſemina orto ſole aruerunt*. Quo igitur magis iſte ardentiſſimus perſecutionis ſol ſuper Chriſtum eleuatus eſt, eo vitę Chriſti vmbra breuior effecta fuit, adeo vt paulatim corporis vires defecerint in Cruce morienti, vt ipſe hoc loco fatetur: *Sicut vmbra cum declinat, ablatus ſum*: & mox noſtro inſtituto ſatis cõcinne ſubdit: *Et excuſſus ſum, ſicut locuſta*, quaſi dicat, ſed me ipſum liberaui ſaltibus inſtar locuſtæ. Varios reperio Chriſtum Dominum dediſſe ſaltus in vitæ ſuæ curriculo, primum ex viſceribus matris in terram; deinde in infantia à Nazareth in Aegyptũ, Herodis perſecutionẽ *Matth. 2.* fugiendo; rurſus in iuuentute ſua Iudæorum inſidias declinando trans Iordanem, & quia audierunt illum dicere antiquiorem ſe Abrahamo, cum illum propterea lapidare voluiſſent, quaſi ſaliens in alium locum ſe abdidit, Ioanne dicente: *Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo*: *Ioan. 8.* & poſtquam vltimo inito conſilio decreuerunt illum occidere, Caipha dicente: *Expedit, vt vnus* *Ioan. 11.* *homo moriatur pro populo*, ſeceſsit in ciuitatem Ephrem: *Abijt in regionem iuxta deſertum in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem*. Deinde in Cruce appenſus ſalit, ſecundum corpus quidem in ſepulchrum, ſecundum animam vero in limbum, vt tradit Symbolum Nicęnum: ac tandem tertia die triumphantis reſurrectionis extremum, & longiorem emiſit ſaltum, à ſtatu lugubri mortis ad immortalem, & glorioſam vitam propria virtute ſe transferẽs, vt egregię dixit Magnus ille Gregorius, in hęc verba: *Locuſtæ nomine per* *D. Greg. lib. 31. Mor. cap. 19. & 20.* *comparationem Redemptoris noſtri reſurrectio deſignatur, vnde & voce eius per Prophetam dicitur: Et excuſſus ſum ſicut locuſta: teneri enim ſe Chriſtus vſque ad mortem à perſecutoribus pertulit, ſed ſicut locuſta excuſſus eſt, quia ab eorum manibus ſaltu ſubitæ reſurrectionis euolauit*.

Extat in idẽ genus argumenti egregius alius locus ex Canticis: *Mandragoræ dederunt odorem* *Cant. 7.* *in portis noſtris*. Philo in hunc locum per odo- *Phil. vel. in Biblio. ſanct. tom. 1.* rem mãdragoræ intelligi putat famam, & boni nominis odorem, quem Sãcti nobis reliquerunt, dum ante iudicum tribunalia, quæ olim in portis eſſe ſolebant, in fidei confeſſione conſtantes ſe exhibuerunt. Cõgrue autem vocat Martyres mandragoras, quia iſtarum radix mortui hominis figuram præ ſe fert, vnde proinde fuit, ac ſi diceret, tales, ac tantę ſuaueolentiæ Martyrũ opera fuiſſe, vt poſt humata iam corpora, & in cinerem conuerſa precioſiſſimum odorem exhalarent. Erãt enim Martyres in manu Dei, velut purpureæ roſæ in modũ faſciculi colligatæ: *Quaſi* (vt dixit Abigail) *in faſciculum viuentiũ*. *1 Reg. 25.* Ad quod proculdubio alluſiſſe videntur Hebręi, vt nonnulli eorum commemorant Rabbini, qui ſuper ſepulchra hanc inſcriptionem exarare conſueuerunt, *Colligat te Dominus in faſciculum viuẽtium*. Si ergo Sancti poſt mortem huiuſmodi ſanctitatis odorem, ac fragrantiam emittebant, quam putabimus Sanctum ſanctorum, ac totius ſanctitatis perennem fontem emiſiſſe? Sane odorem emiſit non ſolum æternæ famæ,

sed

ſed immortalis gloriæ, vt non obſcure indicant verba Iſaiæ, qui poſtquam dixerat: *Iſai 53.* *Aſcendit ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix in terra viuentium*, mox ſubiunxit: *Et erit ſepulchrum eius glorioſum*. Vbi obſeruanda eſt tacita illa, & inuoluta illatio Prophetæ; alludens enim ad mandragoræ odorem, ex eo quidem, quod Ieſus ſit radix, infert, futurum eſſe, vt ſepulchrum eius ſit glorioſum: nam ſicut ſuauitas odoris mandragoræ ortum habet ex radice humata, imaginem mortui hominis exprimente; ita ex morte Chriſti iam ſepulti, tanquam ex radice, & potiſſima cauſa meritoria reſurrectionis gloria erupit, & exaltatio nominis illius pullulauit, vt diſertis verbis teſtatur D. Paulus, dicens: *Ad Phil. 2.* *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*. Atque hanc odoris ſuauitatem animæ ſanctæ ſubodorantes, ad Chriſtum Dominum properant, dicentes: *Cant. 1.* *Curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Verum hæc omnia explicata loca longe ille Dauidicus antecellit: *Pſ. 27.* *Et refloruit caro mea*. Pro cuius loci intelligentia præmitto, Chriſtum Dominum in *Iſai. 11.* natiuitate floruiſſe: *Et flos de radice eius aſcendit*, in morte emarcuiſſe: *Nau. 1.* *Flos Libani elanguit*, in reſurrectione autem refloruiſſe: *Et refloruit caro mea*. Ad quod non obſcure alluſiſſe videtur Angelus, dum in die reſurrectionis dixit: *Hieron. de nom. Hebr.* *Ieſum quæritis Nazarenum, ſurrexit, non eſt hic*. Ait enim Hieronymus, Nazarenum idem eſſe, quod floridum: vnde perinde fuit, ac ſi dixiſſet Angelus, ſi Ieſum floridum in horti ſepulchro quæritis, iam inde flos auulſus eſt, quin immo & tempus ipſum, quo Chriſtus Dominus reſurrexit, hoc idem ſtabilit: nam ſicut arbores hyberno tempore algẽt, & priſtinam pulchritudinem, ac venuſtatem amittunt, floribuſque, & fructibus, & plerumque folijs etiam deſtituuntur, ac tandem velut emortuæ omnium oculis apparent, poſtmodum tamen, quia reuera vitalis virtus eis inerat, vitæque principium, & origo in eis remanſerat, tempore veris appropinquante repullulantes, & refloreſcentes, grata folia, odoriferos flores, & ſuauiſſimos fructus producunt, priſtinamque elegantiam, & pulchritudinem recuperant. Non diſſimiliter fructifera illa arbor (Chriſtum Dominum intelligo) *ſecus decurſus aquarum* (hoc eſt tribulationum) plantata, vt prædixerat David, tametſi gelidę mortis tempore clauorum cuſpidibus perforata emarcuerit, tamen quia in corpore eius mortuo principium, & radix vitæ diliteſcebat, Verbum videlicet diuinum, vitæ auctor, & dator, ideo florido reſurrectionis vere appropinquante repullulauit, refloruit, ac fructum immortalitatis, & gloriæ protulit, vt vaticinatus fuerat Dauid, dicens: *Pſal. 1.* *Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo*. Vbi obſeruatione dignum arbitror, quam apte ſanctus Proheta tempus reſurrectionis vocauerit ſuum, inquiẽs: *In tempore ſuo*, id enim dixit, conferens tempus mortis Chriſti eum tempore reſurrectionis eiuſdem: illud namque tempus fuit inimicorum, Chriſto ipſo id atteſtante: *Luc. 22.* *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum*. Tunc enim Iudæi hanc arborem radicitus e terra euellere totis viribus curarunt, vt deinceps amplius floreſcere non poſſet: *Hier. 11.* *Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius*. Tamen hoc ſolum nocumentum ei inferre potuerunt, vt arborem abſcinderent, non euellerent: *Abſciſſus eſt* (ait Iſaias) *Iſai. 53.* *de terra viuentium*: morte enim, velut Parca forfice ſua ſubtilem vitæ telam interſecante animam à corpore diuiſerunt: quia tamen radicem vitæ non euulſerunt, quippe qui arctiſſimum vnionis hypoſtaticæ nodum diſſoluere non valebant, mox vt tertia dies illuceſcere cœpit, caro Chriſti refloruit. Atque huc mirifice faciunt verba Diui Bernardi, dum verſans verba illa: *Bern. ſerm. 58. ſup. Cãt.* *Flores apparuerunt in terra noſtra*, ait: *Quæris, quando hoc fuit? quando putas, niſi cum refloruit caro Chriſti in reſurrectione? hic primus & maximus flos, qui apparuit in terra noſtra: nam primitiæ dormientium Chriſtus, ipſe inquam flos campi, & lilium conuallium: putabatur enim filius Ioſeph a Nazareth, quod interpretatur flos: is ergo flos apparuit primus, ſed non ſolus, nam & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, pariter ſurrexerunt, qui veluti quidam lucidiſſimi flores ſimul apparuerunt in terra noſtra*. Eundem etiam Dauidis locum: *Et refloruit caro mea*, non parum illuſtrari autumo ex illo alio eiuſdem Prophetæ: *Iuſtus vt palma florebit*, hoc eſt, Chriſtus, qui iuſtus eſt per antonomaſiam, & excellentiam, reſurget. Vnde Tertullianus libro de fide reſurrectionis annotat, *Tert. lib. de fide reſur.* verbum, quod in Hebræo ſignificat palmam, ſignificare etiam phoenicem, & ideo vbi noſtra vulgata legit: *Iuſtus vt palma florebit*, ipſe vertit: *Iuſtus vt phœnix florebit*. Quod abſque dubio præcipuũ ni fallor fundamentum habetur apud Pliniũ, aſſerentem, certum palmæ *Plin. de natur. hiſtor.* genus reperiri, quæ vnica exiſtens in ſua ſpecie, vt iam ſenio confecta iuueneſcat, germen emittit, per quod depoſita vetuſtate omnino inſtauratur. Vnde fit, quod cum phoenix in hoc ſingulari renaſcendi more palmę illi perſimilis ſit, ideo verbum idem, quod in Hebræo ſignificat palmam, ſimul etiam phoenicem auem conſignificat. Cum ergo Dauid ait: *Iuſtus vt phoenix florebit*, perinde fuit, ac ſi diceret, ſicut phoenix, licet moriatur, non moritur, vt pereat, ſed vt mox renouetur, & vegetior prodeat: ita Chriſtus licet vere mortuus fuerit, tamen quia mors illi dominatura non erat, non obijt, vt periret, ſed vt tertia die denuo inſtauraretur, & pulchrior, ac venuſtior, quam antea, refloreſceret. Diuus Ambroſius hanc reflorititionis metaphoram contemplans, eleganter dixit: *Amb. hom. 3. in die S. Pentecoſt.* *Conueniens erat, vt flos precioſior in hortulo gigneretur; Chriſti enim reſurrectio cunctorum eſt redemptio populo-*

rum: ergo in hortula Saluator rediuiuum corpus aſſumit, & inter florentes arbores, & candentia lilia iam mortua reflorescit, & ita germinat de ſepulchro, vt germinantia, & nitentia cuncta reperiat: ſic enim poſt hyemalis rigoris frigidam quodammodo ſepulturam pullulare elementa omnia feſtinarunt, vt reſurgente Domino, & ipſa conſurgerent. Nam vtique ex reſurrectione Chriſti aer ſalubrior eſt, ſol candidior, terra fœcundior, ex ea ſurculus in fruticem, herba creſcit in ſegetem, vinea pubeſcit in palmitem. Si igitur cum refloreſcit Chriſti caro, omnia floribus veſtiuntur, neceſſe eſt, vt cum idem fructum affert, etiam vniuerſa fructificent, ſicut ait idem Dominus: Niſi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: cum autem mortuum fuerit multum fructum affert. Refloruit igitur Dominus, cum reſurrexit è tumulo, fructificat, cum aſcendit ad cælum. Verum & multo ante aſcenſionem videtur mihi maturos rediddiſſe fructus, ſiquidem à puncto reſurrectionis coepit eos producere, vt aperte indicant verba Eze-

Ezech. 17. chielis: *Plantaba ſuper montem excelſum, & eminentem, in monte ſublimi Iſrael plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam, & habitabunt omnes volucres, & vniuerſum volatile ſub vmbra frondium eius nidificabit.* Mons ille, cuius meminit Propheta, mons eſt Caluariæ, vbi Chriſtus Dominus ea Crucis patibulo ſuſpenſus fuit, vt ſeptuaginta Interpretes expoſuere: nam vbi vul-

Sep. Int. in c. 17. Ezech. gata noſtra legit: *In monte ſublimi plantaba illum*, ipſi vertunt: *In monte ſublimi ſuſpendam illum*. Hanc igitur arborem in terra montis Caluariæ plantatam, teſtatur Iſaias, reſurrectionis tempore fore, vt refloreſceret, & copioſum ferret fructum: *Erumpet in germen, & faciet fructum*, fructum quidem gloriæ, claram ſcilicet Dei viſionem, latroni, & Patribus in ſinu Abrabæ exiſtentibus magnifice donans. & ſubdit (quod ſatia vtique completum cernimus) *ſub ea, vniuerſum volatile ſub vmbra frondium eius nidifi-bit.*

Homilia Quinta.

Neruoſæ rationes, vrgentiſſimaque argumenta, multiplici eruditione illuſtrata, ad comprobandam, & ſuadendam Chriſti Domini reſurrectionẽ, ſuper illa verba: Præbuit ſeipſum viuũ in multis argumẽtis. Act. 1.

INTER ceteras noſtræ fidei veritates Chriſti Domini reſurrectio gentibus difficillima ſemper fuit, quæ crederetur, Iudæis vero fabula, & figmentum viſa eſt. Vnde B. Hieronymus teſtatur, quamuis Pythagoras, Socrates, & Plato, animæ immortalitatem cognouerint, corporum tamen reſurrectionẽ ſibi minime perſuaſiſſe, immo & ſtultitiã exiſtimaſſe, vt conſtat ex Actis Apoſtolorum. Cum enim Paulus apud Agrippam Regem, & Proconſulem Feſtum de hoc ageret, reſponſum accepit: *Inſanis Paule, multæ te litteræ ad inſaniã conuertunt.* & Actorum 17. cum Athenis de reſurrectionis myſterio ſermonem haberet: *Semi-* Act. 17.

nator (dixerunt) *verborum, annunciator nouorum dæmoniorum.* Tum à veritate alienam corporum reſurrectionem exiſtimabant, vt illius auctorẽ ſolum dæmonem extitiſſe conſtanter aſſeuerarent. immo cum ſanctæ illæ feminæ nunciaſſent Apoſtolis, reſurrexiſſe Chriſtum: *Putabant* (ait Luc. 24.

Lucas) *eſſe deliramenta, quæ dicebantur.* Eoq. conſtantius infideles mendaciũ ſibi hoc ſuadebant, quia irrefragabile axioma illud credebant: *A priuatione ad habitum non eſt regreſſus.* Cum ergo mors priuatio ſit vitæ, impoſſibile autumabant, poſſe reſurrectione ad vitam defuncta hominũ cadauera reuocari. Verum quamuis illius axiomatis doctrina comperta ſit, certum tamen eſt, in cauſis tantum naturalibus locum habere. ſi tamen diuinam omnipotentiam inſpiciamus, nullo firmo fundamento inniti poteſt; omnia enim Deus ſua omnipotentia metitur, & placito. In hũc eundẽ errorẽ lapſi ſũt Sadducæi, qui inter Hebræos, vt inter Chriſtianos, hæretici extiterunt: hos arguit Chriſtus in Euãgelio, falſamq. eorum ſententiam eſſe cõprobauit, dicens: *De re-* Matth. 22.

ſurrectione mortuorum numquam legiſtis, quia dictum eſt à Deo: Ego ſũ Deus Abrahã. Deus Iſaac, Exod. 3.

& Deus Iacob; non eſt Deus mortuorũ, ſed viuorũ! Quo teſtimonio vſus eſt Dominus, nõ quia efficaci' eſſet ceteris (multa enim alia clariora proferre potuiſſet, vt illud Iob: *Credo quod redemptor* Iob 19.

meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum ego ipſe, & non alius, & rurſum circumdabor pelle mea. & illud Dauidicum: *Numquid, qui* Psal. 40.

dormit non adÿciet, vt reſurgat. & iterum: *Tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam*) ſed Psal. 138.

quia

quia Sadducæi libris Moyſis plenam adhibebāt fidem, atque adeo, vt argumentum vrgeret, ex irrefragabilia ſcripturæ teſtimonio ab eis admiſſo deſumptum fuit, ne daretur negationi locus. Perſpicuum igitur eſt, difficillime reſurrectionis veritatem hominibus perſuaſam, atq; ideo multa afferuntur argumenta, vt credatur, Act. 10. vt ex Actis Apoſtolorum conſtat, cum dicitur: *Quibus præbuit ſe ipſum viuū poſt paſſionē in multis argumentis per dies quadraginta*. Verum vt rem propoſitam aſſequamur, expendamus, quæ do- Luc. 24 cuerit Dominus, de quo S. Lucas ſcribit: *Incipiēs a Moyſe, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ erant de ipſo.* Quod vnū quia inter præcipua argumenta, quibus Dominus ſuā reſurrectionem dubitantibus Apoſtolis patefecit, principem locum tenet (probauit enim omnia in ſe ipſo completa, quæ Prophetæ diuino afflati Spiritu de ipſo fuerat vaticinati) placet breuiter diuinæ Scripturæ loca percurrere, quæ ad rem noſtram faciunt. Atque in primis ſi de conceptione Virginis Matris agitur, apud Isaia. 7. & Luc. 1. Iſaiam habetur: *Ecce virgo concipiet, & pariet fi-* Matth. 1. & Luc. 2. *lium*: ſi de natiuitate in Bethlehē: *Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meū*: ſi de fuga in Ægyptum, ab eaque regreſſu: *Ex* Osea 11. & Matth. 2. *Aegypto vocaui filium meum*: ſi de Magorum ado- psal. 71. & Matth. 2. ratione: *Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent: Reges Arabum, & Saba dona adducent*: ſi de Chriſti psal. 46. & Luc. 2. in templo præſentatione: *Suſcepimus Deus miſericordiam tuā in medio templi tui*: ſi de baptiſmate: psal 28. & Matth. 3. *Vox domini ſuper aquas Deus maieſtatis intonuit*: ſi psal 9. & Luc 2. de victoria: *ſuper aſpidem, & baſiliſcū ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem*: ſi de prædica- psal. 44. & Ioan. 7. tionis facundia, & lepore: *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum*: ſi psal. 18. & Matth. 17. de legis iuſtitia, & ſanctitate: *Lex Domini immaculata conuertens animas*: ſi de parabolico dicendi psal. 77. & Matth. 13. di more: *Aperiā in parabolis os meum, loquar pro-* psal. 68. & Matth. 4. *poſitiones ab initio.* ſi de abſtinentia, & ieiunio: *O-* *perui in ieiunio animam meam*: ſi de paupertate: psal. 39. & Luc. 9. *Ego autem mendicus ſum, & pauper, Dñs ſollicitus* psal. 106. & Ioan. 11. *eſt mei*: ſi de prodigijs ſola voce patratis: *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos de interioribus eorū*: ſi de zelo, quo negotiatores a tē- psal. 68. & Ioan. 2. plo eiecit: *Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrātiū tibi ceciderūt ſuper me*: ſi de inimi- psal. 108. & Luc. 23. corum dilectione: *Pro eo, vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam*: ſi de Scribarum ps. 117. & Matth. 26. & Phariſæorum perſecutione: *Lapidem quem reprobauerūt ædificātes, hic factus eſt in caput anguli*: ſi de ingreſſu in Hieruſalē, & applaudentibus pueris: *O Domine ſaluū me fac, o Domine bene proſpe-* ps. 117. & Matth. 21. *rare, benedictus qui venit in nomine Domini*: ſi de infantilibus clamoribus ſuis laudibus acclamantibus: *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti lau-* psal 8. & Matth. 27. *dem propter inimicos tuos, vt deſtruas inimicum, & vltorem*: ſi de Iudæ proditione: *Qui edebat pa-* psal. 40. & Matth. 27. *nes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem*: ſi Zach. 11. & Matth. 27. de vēditione: *Et appenderunt mercedem meā triginta argenteos*: ſi de dignitate, a qua deturbatus eſt ps. 108. & Act. 1. Iudas: *Et Epiſcopatum eius accipiat alter*: ſi de Eu-

chariſtiæ inſtitutione: *Tu es ſacerdos in æternū ſe-* Ps. 109. & Matth. 26. *cundum ordinem Melchiſedech*: ſi de Herodis, Pilati, & Iudæorum aduerſus Chriſtum conſilio: *Ad-* psal. 2. & Matth. 26. *ſtiterunt reges, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius*: ſi de Apoſtolorum fuga: *Longe feciſti notos meos a me, poſuerunt me abominationem ſibi*. ſi de falſis te- psal 87. & Matth. 26. ſtibus contra Dominum aduocatis: *Surgentes teſtes iniqui quæ ignorabam, interrogabant me*: ſi de psal. 34. & Matth. 27. flagellis: *congregata ſunt ſuper me flagella, & igno-* psal 8. & Matth. 28. *raui*: ſi de felle, & aceto: *Dederunt in eſcam meā fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto*. ſi de ſilentio, cū psal 37. & Matth. 27. iniurijs laceſſeretur: *Factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones*: ſi de clauis manuum, & pedum: *Foderūt manus meos,* psal. 21 & Matth 27. *& pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea*: ſi de ſorte ſuper veſtem impoſita: *Diuiſerūt ſibi veſti-* psal 21. & Matth 27. *menta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem*: psal 21. & Matth 27. ſi de agonia in cruce: *Deus Deus meus quare me dereliquiſti?* ſi de cōtemptu, quo illudebatur: *Spe-* psal 21 & Matth. 27. *rauit in Domino, eripiat eum, ſaluum faciat eum, quoniam vult eum*: ſi de anima Patri commendata: *In* psal 30. & Luc. 23. *manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*: ſi de mortis opprobrio, qua mortuus fuit: *Morte* Sap. 2. & Matth. 27. *turpiſſima condemnemus eum*: ſi de reportato mortis in Cruce triumpho: *Dicite in gētibus, quia Do-* psal 95. & Matth. 27. *minus regnauit a ligno*: ſi de morte iam victa: *Præcipitauit mortem in ſempiternum*: ſi de ſepulchro: Isa. 25. & Petr. 3. *Poſuerunt me in lacu inferiori in tenebris, & vmbra mortis*: ſi de ſepulchri victoria: *Et erit ſepul-* psal. 87 & Matth 27. *chrum eius glorioſum*: ſi de corporis incorruptibilitate: *Non derelinques animam meam in infer-* psal. 15. & Matth. vlt. *no, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem*: ſi Zach 9. & Matth. 27. de animarū liberatione a limbo: *Eduxiſti vinctos tuos de lacu in quo nō erat aqua*: ſi de corporis re- psal. 3. & Matth. 27. ſurrectione: *Ego dormiui, & ſoporatus ſū, & reſur-* psal 71 & Matth vlt. *rexi*: ſi de poteſtate, quæ ſupra cælum, & terram tributa ei fuit: *Et dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine, vſq. ad terminos orbis terrarū*. Cū perſpicuum itaq. ſit, vaticinia omnia Prophetarum in Chriſto ad litteram adimpleta, quis ambiget de veritate hac, quæ ad reſurrectionē pertinet, præſertim cum Chriſti etiam inimici hoc faſſi ſint? inimicorum autem teſtimonium irrefragabile eſt, cum veritate coacti loquātur. Egeſippus teſtatur Pilatum Tiberio Cæſari litteris Eges. in ſua hist. de vita & reſur. Christi. Chriſti reſurrectionem nunciaſſe, his verbis: *Crucifixerunt igitur illū, & ſepulchro, quo cōditus erat, cuſtodes adhibuerunt, inter quos etiam ex meis militibus erant, qui tertio die illum a mortuis reſurgentem viderunt.* Addit etiā Matth. ipſos ſepulchri cuſtodes Chriſti reſurrectionis præcones fuiſſe, eamque per vniuerſam ciuitatem annūciaſſe: *Ec-* Matth. vlt. *ce* ioquit *quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem, & annunciauerunt principibus ſacerdotum omnia, quæ facta fuerant.* Certum tamen eſt, ſacerdotum principes enixe operam adhibuiſſe, vt Chriſti reſurrectio celaretur, milites pecunia corrumpentes, vt dicerent, dormientibus ipſis diſcipulos Chriſtum mortuum ſuſtuliſſe: *Congregati cum* Matth. 28. *ſenioribus conſilio accepto pecuniā copioſam dederūt militibus, dicētes: Dicite, quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus.*

Chryſ. ho. 61 in Matth.

quæ verba Chryſoſtomus hæc habet: *Quomodo enim diſcipuli furati eſſent ipſum, homines paupe-res, & rudes, qui neque in hominum cõſpectum prodire audebant? an non erat ſignaculum appoſitum? an non aſſiſtebant tam multi cuſtodes, & milites, & Iudæi? an non niſi iſti ſuſpectum hoc ipſum habebãt, & vigilabant, atque ſatagebant?* & Auguſtinus addit:

Aug. ibid.

Si dormiebant cuſtodes, vnde ſcire potuerunt, quis illum ſuſtulerit de ſepulchro? o mali, o peſſimi: aut vigilabatis, & cuſtodire debuiſtis; aut dormiebatis, & quid ſit factum neſcitis. Impletum eſt enim, quod Spiritus ſanctus per Pſalmiſtam multo ante prædixerat: cogitauerunt conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire.

Pſal.

Nos etiam addere poſſumus, nunquam fures crumena relicta nummos ibi iocluſos auferre, ſed ſimul omnia incunctãter capere, pecuniam, & crumenam, ne vel aliquantulum immorentur. Si ergo diſcipuli Chriſti corpus abſtuliſſent, nequaquam ſudarium, in quo reuolutum erat, reliquiſſent, quod in ſepulchro abſque corpore inuentum teſtatur Lucas:

Lucæ. 24.

Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit linteamina ſola, & abijt, ſecum mirans, quod factum fuerat. ad quod confirmandum mirum in modum conferunt verba Chryſoſtomi, quæ non pigebit apponere:

Chryſ. vbi ſup.

Nec enim, inquit, *ſi qui corpus abſtuliſſent, illa reliquiſſent, neque ſi furati eſſent, ſudarium inuoluere, & ponere in vnum locum curaſſent, ſed vt erat corpus abſtuliſſent. Propterea prædixit Ioannes eum multa myrrha fuiſſe ſepultum. Myrrha non minus, quam pix corpori linteamina conglutinat, vt cum audieris ea in ſepulchro relicta, furto abreptum non arbitreris: non enim fur adeo ſtultus fuiſſet, vt ſuperflua re tantum laboraſſet: etenim diutius in ea immorandum erat, & deprehendi potuiſſent.*

Sedulius.

Sedulius etiam non longe ab hoc abeſt, cum inquit.

------ fare improbe cuſtos
Reſponde ſcelerata cohors ſi Chriſtus, vt audes
Dicere, concluſo furtim productus ab antro
Sopitos latuit, cuius iacet intus amictus,
Cuius ad exuuias ſedet Angelus: ante beati
Corporis ablator velocius eſſe putauit
Soluere contectum, quam denectare ligatum?

Verum, quia de Chriſti linteo ſermo incidit, ſilentio nequeo præterire, cur nam Lazarus linteo obuolutus e ſepulchro prodierit:

Ioan. 11.

Ligatus (inquit Euangeliom) *pedes, & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata:* Chriſtus autem omni ſolutus vinculo, & linteamine liber ſurrexit. Rationem crediderim, quia Lazarus iterum erat vinculis, & mortis carcere detrudendus, & ideo mortis ſigna geſtat: at Chriſtus immortalis reſurrexit, dicente Apoſtolo:

Rom. 5.

Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra nõ dominabitur. Ergo ſicut qui e carcere prodit, manibus, pedibuſq. ligatis morte mulctãdus eſt, qui vero immunis a ſupplicio, ſolutus abire permittitur: ſic, quia Lazarus erat iterum moriturus, laqueis obuolutus, Chriſtus vero, qui reſurrexerat immortalis, omnibus vinculis liber e ſepulchro egreditur. Aliud autem argumentum quo vtitur ad hoc probandum D. Th. illud eſt,

D. Tho. 3. p. q. 54. art. 4.

quia ſicut turpiſſima Chriſtus fuerat morte punitus, plenamque pro criminibus noſtris ab eo æternus Pater vindictam deſumpſerat, congruũ profecto erat, vt æquiualens ei repẽderetur pręmium, & ad immortalem vitam, glorioſamque euocaretur: diuina quippe iuſtitia nõ in mulctis, & ſupplicijs tantum, ſed in rependendis etiam præmijs iuſtiſſima eſt. Huic nititur fundamento Apoſtoli argumentum:

Ad Philip.

factus obediens, &c. propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Diuus etiã Athanaſius fatetur victori Chriſto iuxta iuſtitiæ leges nihil aliud deeſſe morte iam deuicta, niſi vt mortis ſpolia reportans ad vitam reſurgeret glorioſam.

Athan. de incarn. Ver.

Petrus autem Apoſtolus diuinam intuens iuſtitiam: *Impoſſibile,* inquit, *erat detineri illum ab eo,* id eſt a diro mortis hoſte.

Act. 2.

Neque enim ſepulchrum aptus erat locus, in quo tantus Chriſti corporis theſaurus reconderetur. Multa ſunt quæ extra proprium locum detineri nequaquam poſſunt, ignis extra lunæ conuexa non continetur; vnde cum intra ſubterraneos terrę ſinua deliteſcit, totis erumpens viribus, muros, turres, integraſque vrbes euertit: aer ibidem incluſus terręmotu terribili aſcendens montes inuertit: quod uõ aliunde oritur, niſi quia extra naturalem detinẽtur ſphęram, quam vt petant, tot prodigia patrant. Cum igitur empyrei cæli ſedes Chriſto Domino, tamquam proprius locus debeatur (erat enim diuinus homo teſtante Apoſtolo:

1. Cor. 15.

Secundus homo de cælo cæleſtis) compertum eſt non potuiſſe in terreno ſepulchro diutius immorari, ſed mortis confractis vinculis proſilire. Tandem Chriſtus etiam alio vſus eſt argumento, vt ſuam ipſius reſurrectionem diſcipulis dubitantibus perſuaderet, cum per omnes ſenſus percurrit. Senſu auditus cum ſolito vocis ſonu, *Pax vobis.* Verum quia ancipites adhuc non credebant, phantaſmaq. ſibi conſpicere videbantur:

Luc. vlt.

conturbati vero, & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre, Chriſtus viſua ſenſu vtitur, dicens: *Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum.* Senſu etiam tactus voluit vt hanc veritatem quaſi manibus contrectarent, addens: *Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Et cum dixiſſet, oſtendit eis manus, & pedes.* Sed perſeuerãtibus nihilominus in ſua incredulitate diſcipulis: *Adhuc autem,* inquit Euangeliſta, *illis non credentibus,* guſtus ſenſum adhibet: *Habetis hic aliquid quod manducetur? at illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & fauum mellis, & cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis.* Validum fuit, & efficax valde hoc vitæ indiciom, & irrefragabile argumentum: etenim vita functi non comedunt, ſed comeduntur a vermibus, deuorantur a terra. Deficere hic tantum odoratus ſenſus videtur: verum neque hic meo iudicio defuit. Quod vt probemus, ſciendum glorioſa corpora miro odore fragrare: vt enim dixit inſignis Hiſpaniarum prædicator ſanctus Vincentius

Ibidem.

Fer-

Digitized by Google

Ferr. ſer 7. Paul. 10 20 Ioann. 20. Ferrerius, cum Chriſtus, teſte Ioanne, *Inſufflauit & dixit, accipite Spiritum ſanctum*, propria reſpiratione ſuauiſſimum communicauit odorem. D.Thom. 40. lib. ind. 1. Itaque ſicut id referente D. Thoma, cum cetus ſameſcit, ſuauem adeo emittit odorem, vt ab illo piſces attracti, tam prope accedant, vt illos deuorare poſſit, & fami ſuæ plene ſatisfacere; ſic Chriſtus odoris fragrantia diſcipulos attraxit ſuos, vt illos ſpiritaliter ſecum incorporans viuificaret. Atq; hinc colligo, Chriſtũ ſenſuũ argumentis ita ſuam ipſius reſurrectionem incredulis perſuaſiſſe diſcipulis, vt Thomas etiam pertinacia dimiſſa conſtanter crediderit, & iuſſa exequens Domini dicentis: *Infer digitum tuum huc, & affer manum tuam, & mitte in latus meum*, Ioan. 20. reſponderit: *Dominus meus, & Deus meus*. Tandem Ioannes Apoſtolus ſuo, & reliquorũ nomine teſtatus eſt: *quod vidimus, & audiuimus, & manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ, hoc annunciamus, & teſtamur vobis*. Sed dicet quiſpiam, Angelos etiam perſæpe humana corpora aſſumpſiſſe, & cum hominibus conuerſatos, immo & comediſſe, vt videre eſt in Angelis ab Abrahã hoſpitio receptis, & eo, qui comitatus fuit Tobiam, qui tamen veri homines videbantur, cum re vera non eſſent; ſic quis dicat phantaſticum fuiſſe, non verum Chriſti corpus. Plene difficultati huic ſatisfactum credere poſſemus, rationem Diui Thomæ ſectantes, qui inquit: D.Th. 3. p. q. 55. a. 6. *Licet ſingula argumentorum non ſufficerent ad manifeſtandam perfecte Chriſti reſurrectionem, tamen omnia ſimul accepta perfecte reſurrectionem manifeſtaui, maxime propter ſcripturæ teſtimonium, & Angelorum, & etiam ipſius Chriſti aſſertionem miraculis cõfirmatam.* Verum præter hæc dicamus, quod vbi verum corpus non eſt, ibi vera comeſtio non intercedit, ſed apparens tantum, vt Tobiæ 12. Tobiæ ſignificauit Angelus, dicens: *Cum eſſem vobiſcum videbar quidem mandacare, & bibere, ſed ego cibo inuiſibili vtor.* Verum in Chriſto fuit vera comeſtio, etenim, vt dixit Auguſtinus: Aug. 13. de ciuit. *non poteſtas, ſed egeſtas corporibus reſurgentium auſertur.* Quod tamẽ mihi plenius ſatisfacit, illud eſt, latum intereſſe diſcrimen inter hæc duo, & quod veritas aliqua euidenti ratione in ſe ipſa comprobetur, & quod credibilis ſit, euidenter conuincatur. Argumenta igitur, quæ Chriſtus congeſſit, ab vſu ſenſuum mutuata ad reſurrectionem comprobandam, duplicem poterant finem reſpicere. Primus eſt, vt euidẽtem reſurrectionis cognitionem diſcipulorum pectoribus infunderet, & hanc non mathematicam, ſed moralẽ, quæ ſecum fidei obſcuritatem, & ęnigmaticam cognitionem compatitur, & hanc habuere diſcipuli; etenim nulla certiora vitæ ſigna oſtendi potuiſſent, quam quæ oſtendit Chriſtus. Secundus eſt, vt Chriſtus ſuam reſurrectionem euidenter credibilem perſuaderet, quam Theologi euidentiam credibilitatis dicunt, qua poſita, inſanum eſſet non credere, & ideo incredulos diſcipulos in Emaus inſauiæ ipſe arguit: *O ſtulti, & tardi corde ad credendum!* Sed vt magis argumenti vis eluceat, quo vſus eſt Chriſtus ex ſenſibus, dicant Hebræi, mortuus eſt ne vere, an phantaſtice tantum Ieſus? certe pro comperto habent, vere vita defunctum: eadem ergo certitudine comperta eiuſdem reſurrectio apud ipſos eſſe deberet: nullum enim certius verę mortis ſignum experti in Chriſto fuerunt, quam ſenſuum defectum; ergo eorundem vſus euidens reſurrectionis ſignum eſſe deberet apud ipſos. Sicut enim in morte ſenſus, cetereque vitales operationes defecerunt, & in frigido corpore arteriæ etiam immotæ quieuere; ſic in reſurrectione vitæ operationes exercuit, ambulauit, comedit, conuerſatus eſt, & ſenſibus omnibus vſus fuit. Qui ergo tot, ac tam vrgẽtibus reſurrectionis Chriſti argumentis non conuincitur, obſtinatæ mentis morbo manifeſte laborat.

Homilia Sexta.

De victoria, quam Chriſtus Dominus in triumphante eius reſurrectione tulit de triplici hoſte, dæmone, morte, ac inferno.

REGIVS Propheta Dauid Chriſti Domini triũphum vatidico ſpiritu intuens, non victorem ſcilicet, ſed victoriæ auctorem maluit nuncupare: Pſ. 8. in Pſalmo enim 8. in quo de Chriſti palma ad litteram loquitur, exponente id Paulo ad Hebręos 5. Hebr. 5. vt verba ipſa Pſalmi præſeferunt: *Gloria, & honore coronaſti eum*, vulgata legitur editione in pſalmi titulo, *Pro torcularibus*: reſpexit quidem ad illud Prophetæ: *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus nõ eſt vir mecum.* Sicut enim ex expreſſis vuis vinum elicitur, ſic Chriſtus vniuerſis eius venis reſeratis in crucis torculari expreſſus propriũ ſãguinẽ elicuit. Aquila, & Theodot. (victoriæ auctori) trãſtulere. Verba autẽ, *in finẽ*, quæ ſeptuaginta Interpretes apposuerunt, mirum in modum rei noſtræ aptari poſſunt: qui enim ad finem vſque prælij cum hoſtibus dimicans, eoſque fugans, illæſus euadit, non modicis eſt laudibus efferendus. Tã extitit inſignis Chriſti triumphus, vt de eo dixerit Apoſtolus: Coloſ. 2. *Expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo*, vel vt alij vertunt, *in ſemetipſis*. In cuius loci verbis animaduertendum, vbi noſtra vulgata legimus, *traduxit*, Græcus interpres trãſtulit *exemplauit*, ac ſi diceret, hoſtes non ſolum deuicit, ſed palam multis cumulauit opprobrijs, eoſque in ſignũ, & exemplum conſtituit, vt qui in Chriſtum

con-

Digitized by Google

conſpirarint, indè addiſcant retrocedere, diui-
Solinum lib. de admirar. nam vltionem exhorreſcentea. Memini apud So-
linū legiſſe, quod etiam Polybius vidiſſe teſtatur,
in Africa plurima a leonibus hominum millia
enecata, multiſque adhibitis in hac re remedijs
ſed incaſſum, hoc tādem adinuenere: captum leo-
nem patibulo ſuſpenderunt, ceteriſque leonibus
expoſuere, qui ſuſpenſi leonis morte deterriti
aufugerunt: ſic Chriſtus ſuiſmet clauis ferocem
leonem Luciferum (hac enim voce eum expro-
1. Petris. brauit Petrus: *Aduerſarius veſter Diabolus tam-
quā leo rugiens circuit quærens quem deuoret*) cru
ci affixit, vt videntes ceteri dæmones ſui prin-
cipis ignominiam, vires, animoſque deperde-
rent. Sed ne alicui minus glorioſa, quam par eſt,
Chriſti victoria videatur, eo quod in cruce ſuſpē
ſus obierit, aduertat, quamuis per modicum
temporis in agone deciderit; caſus tamen ille
non dedecoris inditium, ſed ſingularis ſtratage-
matis argumentum extitit. Athleta enim nequa-
quam diiudicandus inglorius, ſi cùm hoſte pu-
gnans vna cum hoſte concidens victo aduerſa-
rio inuictus aſſurgat. Chriſtus igitur cum athle-
ta dæmone dimicans, quem nullus vnquam ho-
Iob. 41. minum vincere potuiſſet, iuxta Iob ſententiam:
Nō est poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei, il-
lum glorioſiſſime diuicit: & quamuis dū luctaret,
cum eo in vnum concidit, ſed aduerſario ad pe-
des, & ſub ſe proſtrato, quia non virium hebe-
tudine, aut virtutis defectu, ſed induſtria decide-
Symbolum Apoſtol. rat, inuictus illico aſſurrexit: *Tertia die reſurrexit
a mortuis*. Sed pręter hoc etiam maximum inter-
cedit inter caſum vtriuſque diſcrimen. Chriſtus
enim per tria tantū dierum ſpatia in ſepulchro
cecidit: dæmon per totam ſæculorum æternita-
tem ad inferos relegatus fuit. Hinc eſt, quamuis
Baſil. libro quod Deus non ſit au-ctor malo. Gloſ. c. firm. nonnulli cum Baſilio affirment, vocem hanc,
Diabolus, Græcam eſſe, quæ *criminatorem* deno-
tet, quamuis Gloſ. c. firm. de ſum. Trinit. & D.
Thom. 2. part. c. 5. dicant, vocem eſſe ex dia,
quod eſt duo, & *bolus*, quod buccellam ſignificat,
eſſe compoſitam, quia dæmon duas tantum buc
cellas appetit, animā ſcilicet rationalem, & cor-
Iſid. l. etym. pus: S. tamen Iſidorus vocem eſſe Hebræam autu
mat, ſignificantem eum qui per infirma loca
incedit. Mirum in modum hoc dæmoni compe-
tit, non eo ſolum, quod ad vilia infimaque homi
num animos impellat, ſed etiam, quod ad inferio
ra, & abiectiſſima inferorum loca fuerit detur-
batus. Iſtud Chriſti prælium cum Lucifero pu-
gnantis, draco cum elephante dimicans ad amuſ
Plinius de natu. hist. ſim exprimit. Docet Plinius calidiſſimæ natu-
ræ draconem eſſe, atque adeo mira ſiti impul-
ſum elephantem quęritare, qui ſanguinis eſt fri-
gidiſſimi, vt eo ſitim extinguat. vnde cum eum
arbori adnixum comperit (ſic enim dormire con
ſueuit) ſanguinem ab eius venis ſugit. Tunc exan
guis elephas inſtantem mortem intuens in ter
ram decidens ſui corporis pondere draconem
comprimit, ſicque moriens victoriam reportat
psal. 103. de dracone. Lucifer in ſacro eloquio draconis
nomine nuncupatur: *Draco iſte, quem formaſti ad
Apoc. 12. illudendum ei*. & illud: *Michael præliabatur cum
dracone*. Hic adeo ignitæ naturæ eſt, vt Iordanū
fluuium potare audeat: *Abſorbet* (ait Iob) *fluuiū
& non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat
Iordanis in os eius*. Non cupit ſolum dæmon pec-
catores, qui ſuarum paſſionum fluctibus defe-
runtur, abſorbere, verum etiam iuſtos ipſos Ior-
dano expreſſos, quo Deus mira prodigia perpe-
trauit. Draco igitur ille infernalis Chriſti ſan-
guinem ſitiens, qui crucis arbori innitebatur,
Hebræorum manibus, & ore ſanguinem ſuxit,
in ipſum tamen decidens, diuinitatis pondere in
eum irruens compreſſit: tu confregiſti capita
draconis. Porro expertus dæmon ſuarū virium *Pſal. 73.*
imbecillitatem, mortem in ſui præſidium, & opē *Is. 50.*
aduocauit, dicens: *Stemus ſimul, quis eſt aduer-
ſarius meus*? Aduenit vocata a dęmone mors, quę
pungenti aculeo Chriſtum ferijt, ſed ad initar
apis, quę in viuam carnem ſæuiens, ſuccumbit, vi
uam Chriſti carnem, in qua diuinitas vigebat, fe-
riens deperijt. Mirifice rem hāc exprimit, quod
Geminianus narrat de ſilueſtri tauro: hic colo- *Hieron. lib. 1. fol. 130.*
res mirum in modum abhorret: venator verſus
ipſum viridi, aut purpureo colore incedit. Hunc
taurus mira ferocitate impetere tētat: tunc ille
poſt arborem effugiens, taurum fruſtratur, qui
cornua in arborem inferens, cū inde ea educere
nequaquam poſſit à venatore cōfoditur, ſicq. fu
ror ipſe quo in inimicū efferbuit, hoſtis manibus
eum tradit. Hoc Chriſto accidit, qui cum pur-
pureo humanitatis habitu cruci affixus eſſet,
irruens in eum mors, ſilueſtris taurus, cornua
in crucis arborem intulit, cum victricem ſe ia-
ctaret, victa ſuccubuit, ciuſque cornua Chriſtus
dominus detulit. Quod prędixerat Abacuch: *Abacuch.*
cornua in manibus eius, eiq. tanquam deuicto
tauro ſibilat, ac illudit Apoſtolus, obijcens illi:
*Vbi eſt mors ſtimulus tuus, vbi eſt mors victoria
tua*? ac ſi diceret: defuerunt tuarum virium acu-
lei, ſub me morieris: *O mors ero mors tua, morſus
tuus ero inferne*. Exponamus ſi placet hæc verba;
mirifice enim conferunt ad rem noſtram. Ait
primo: *O mors ero mors tua*. Iſaias hæc habet. *Væ* *Iſaia. 33.*
qui prædaris, nonne prædaberis? quaſi dicat, qui
prędatur, aliquādo cogetur reſtituere, quod de-
prędatus eſt. Multa hominum corpora mors fue
rat deprędata, ſed reſtituere coegit Deus, & ape
rire loculos: *Monumenta aperta ſunt, & multa cor-* *Matt. 27.*
pora ſanctorum surrexerunt. Accidit morti id,
quod latro experitur, qui parui momenti res ra
piens, cum magnum aliquid ſuſtulerit, omnia
in patibulo ſuſpēſus exoluit. Rapuerat mors ho
minum parui momenti vitas, vita enim eorum
Vapor eſt ad modicū parens: ſed Chriſtum rapiens, *Iacob. 4.*
cuius vita infinitæ erat virtutis, ac valoris, cum
furtum illud crimen læſæ maieſtatis eſſet, ſta-
tim mors morte damnatur. *O mors ero mors tua*: *Oſe. 13.*
continuoque reſtituere coacta eſt: *Et monumenta
aperta ſunt*. Sicut eum, qui multa comederat, ſi
quidpiam, quod ſtomachus reſpuit, degluriat,
quę prius comederat euomit: ſic mors cum mul
ta hominum corpora deglutiſſet, hęc vna corpo
ris Chriſti buccella tantam ei intulit inquietudi
nem, vt multa euomere cogeretur, Euangeliſta
dicen

dicére: *Et multa corpora ſanctorũ reſurrexerũt.* Non incõgrue aptarẽ hic quę de Hercule effinxit antiquitas, hic cũ dimicaret cũ Antheo terræ filio, nec vincere poſſet, quia eũ proſtratus terram tãgeret, pia parens gremio ſuo illum excipiẽs ad vitam iterum, atque iterum reuocabat: hoc cum cõperiſſet Alcides, brachijs ſuſpensũ in altũ ſuſtulit. Sic mors terræ filia cum terrenis hominibus dimicans coerceri, ac vinci nõ poterat, quia parens terra vires præſtabat; verum Chriſtus homo de cælo cæleſtis, vt dixit Paulus, vt eam deuinceret, e terra eleuauit, ac inter Dei hominis brachia eam conſtituens, eiſdem brachijs, quamuis clauis confoſſis enecauit, implẽs, quod prædixerat. O mors ero mors tua.

Hoc idem egregie exprimit, quod rerum naturalium hiſtorici de colubro enhydros vocato, cõmemorant, hunc crocodilus innato quodam odio inſectatur, enhydros vero cũ illum paſcentem comperit, ſub herbis ſe abſcondens, os intrat illius, & vẽtrem, & viſcera diſrumpit, quod facillimum eſt, quia mollia ſunt, vt docet Plinius, & ſic mortuo crocodilo, illæſus egrediens eius victor euadit. Quis abſorptũ enhydrũ cernẽs nõ illum victum, victoremque crocodilum iudicaret? at e contra ſeſe res habuit, ſuccubuit crocodilus, ſuperauit illũ enhydros: ſic ſane mors deuorauit Chriſtum, ſed ipſe mortis viſcera diſcerpens, mortem interfecit, & poſt tres dies mortis victoriam annuncians e ſepulchro glorioſus erupit. Olim ante hanc victoriam non alius felicior prorſus erat poſt mortis naufragiũ, quam limbus ſanctorum Patrum: at poſt mortem Chriſti morte iter panditur ad vitam, & vitam æternam. Terribilis fuerat occiſus a Samſone leo, ſed eo mortuo in ore eius mellis fauum inuenit. ferociſſimus leo fuerat mors, ſed amyſtico Samſone deuicta dulcis mellis fauos iuſti experiuntur. Euſebius Emiſſenus paucis hæc om-

Euſ. Emiſſ. ho. 6. Paſc. nia perſtringens ait: *Mortis iniquitas, quæ tamquã hominem vincere gaudebat, expauit ſubito prædam ſuam, & in ſuo regno, a ſuo, vt putabat debitore conſtricta eſt, a ſuo condemnata reo, a ſuo ſubiugata eſt captiuo, ideo ſuis laqueis illigata, & irretita perditio, dum deciperet ſublata eſt, dum interficeret extincta eſt, dum deuoraret aſſumpta eſt.* Quod ſi quis petat, quonã pacto a Chriſto mortẽ inter-

3. Reg. 4. 1. Cor. 15. fectã dicamus, cũ adhuc in ſuo robore perſiſtẽs, vniuerſos interimat: *Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur*, reſpondendum cum Apoſtolo, omnes iuſtos reſurrecturos nunquam morituros, & tunc mortis tyrannidem ceſſaturam: *Cum mortale hoc induerit immortalitatem. Tũc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt, abſorpta eſt mors in victoria tua.* Et quia vniuerſalis illa corporum reſurrectio ad Chriſti exemplar ex ſuæ paſſionis meritis fiet, ideo vere dicimus eius morte mortem noſtram fuiſſe deuictam, quæ ante Chriſti mortem fuerat immortalis. Vnde Lyranus explicãs prędicta verba: *O mors ero mors tua*, &c. hęc habet *Hoc dicitur in perſona Chriſti, qui mortem deſtruxit inchoatiue, in ſua reſurrectione, & in fine mũdi deſtruet conſummatiue.* Ad idem alludit Pagnini verſio, qui transfert; ero peſtis tua o mors, excidium tuum inferne; ſubdit tandẽ Oſeas: *morſus* Oseæ 13.

tuus ero inferne. Dupliciter verba hæc liceat exponere; primo, quod morſus paſſiue ſumatur, ita vt Chriſtus ab inferno morſus fuerit; & iuxta hanc intelligentiam ſenſus erit, quod infernus, futurũ erat, vt in viſceribus ſuis contineret Chriſtũ, limbus animã, & ſepulchrũ corpus; verum quia calor non ſuppetebat eis ad digerendum tantum cibum, non potentes eum retinere, coacti ſunt quaſi ſtatim illum reſtituere, iuxta quod dixit Petrus: *impoſſibile erat detineri illum.* Accidiſſe inferno crediderim, quod in ruſticis experimur, hi cum ruſticis, vilibuſque cibis ſtomachum aſſuetum habeant, ſi nobile quidpiam cibi abſumant, ſtomachum inſolita agitatum inquietudine ſentiunt, nec continere ſe poſſunt, donec inſolitum illud, quod abſumpſerant euomant. Inferni, & ſepulchrorum ora mortalibus peccatorum corporibus, & animabus veſcebãtur, aptique erant eorum faucibus cibi, ſed cum innocentem Chriſti Domini animam, ſanctumque corpus abſorbuiſſent, indigeſtum poſt tres dies tradiderunt, quod in Iona illæſo prodeunte e ceti vẽtre fuerat præſignatum. ſecundo exponi Oſeæ verba poſſunt, ſi vox, morſus, ſumatur actiue, ita ut Chriſtus dominus inferos, mordens morſus inferni dicatur, ſumpta metaphora a morſu materiali: etenim ſicut, qui præ manibus pomum habet, id quod in eo ſanum eſt comedit, quod putridum reſpuit; ſic Chriſtus putridam reproborum partem reſpuens, dulci ſanctorum Patrũ buccella ſe cibauit, & ideo prędixit, mor-

ſus tuus ero inferne; annuit hoc interlinearis Gloſſ. interl. ſup. Oſe. 13.

gloſſa, dicens: *Morſus tuus ero inferne, dixit, meos electos educendo, reprobos ibi relinquẽdo.* Cum igitur tantis fuerit Chriſti victoria cohoneſtata triumphis, rite morti, inferno, & Lucifero tenebrarum principi licuit, illudẽs eos, obijcere, vbinã virtus tua o mors? quonam abijt robur tuũ o Lucifer? vbinam captiui? quis te munde tuis expoliauit Idolis? quonam pacto o lex Moyſis excidiſti? diſpacuere ritus tui, euanuere cærimoniæ, ſacerdotium redactum ad nihilum, fruſtrati eſtis o ſatrapę veſtris conſultationibus, reſeratũ eſt monumentũ o Phariſæi, cui, vt munirẽt cuſtodes adhibuiſtis. Hæc omnia caſſa facta ſunt, reſurgens enim Chriſtus Dominus mortẽ deuicit, de dæmone triumphauit, inferna deterruit, Idola confregit, ſcriptam legem in Euangelicã commutauit, hoſtibus exprobrauit ſepulchri cuſtodes, Angelum miſit, qui ſignaculum auferens victoriæ ſuæ præco eſſet, dicens, Ieſum quem quæritis Nazarenum, ſurrexit, non eſt hic.

Ho-

Homilia Septima.

Sub cõgrua ſatis ſolis, & ſtellarum metaphora de Chriſti Domini reſurrectione, & eorum, qui cum illo ſurrexerunt, concinne diſſeritur.

Iſidor in etymol. APTISSIMVM eſt reſurgenti Chriſto ſolis nomen, etenim prȩterquam, vt dixit Iſidorus, planeta hic ſol nuncupatur, quaſi ſolus, quia vnicus eſt, quod Chriſto etiã congruit, quia vnicus propria virtute ſurrexit, ſi diligentius inſpiciamus, in ſole velut in imagine expreſſas quodammodo noſtri Saluatoris gloriæ dotes licebit intueri. Claritas eius omnibus comperta: ipſe enim eſt fons, & origo omnium claritatis: velocitas apparet, cum paucis horis tam longam percurrat viam, vt noſtrum hoc, aliudque etiam hemiſphȩrium perluſtret: impaſſibilitatẽ haud difficile erit inuenire, etenim peregrinis non ſubiacet impreſſionibus, nec cum tot ſpatia cõficiat, nec ſeneſcit, nec defatigatur: tandem nec deeſt illi ſubtilitas, cum ſuorum acumine radiorum, terrȩ viſcera penetret, ibique aurum, argentum, cęteroſque precioſiſſimos lapides generet. Cum ergo hoc ita ſit, aptiſſimum eſt Chriſto ſolis, Phœbique coruſcantis nomen, cuius corpus his omnibus dotibus decoratum ſit. Sicut autem ad cæli decorem mirum in modum conſerunt ſol, luna, lucifer, ceteraque duodecim ſigna Zodiaci, ſic etiam ſupernaturali ordine ad ſuæ Eccleſiæ cælum decorandum iuſtitiæ ſolem Chriſtum, Mariam lunam, Luciferum Baptiſtam, ceteroſq. duodecim creauit Apoſtolos; & ſicut inter cæleſtia hæc duodecim ſigna vnum eſt peſſimum, vt docent Aſtrologi, quod Scorpionem vocãt, ſic inter ſpiritualia ſigna vnicus extitit perfidus, & proditor Iudas; & ſicut in firmamento motum *Ptol. Alph.* admittunt trepidationis, vt Ptolemæus, & Alphagranus docent, ſic militantis Eccleſiæ cælo motus hic fuit, cum non inueniẽtes in ſepulchro Chriſti corpus diſcipuli, trepidatione commoti ſunt: *Sed & multi ex noſtris terruerunt nos*, tantuſque hic tremor fuit, vt ex altiſſimo ſpei cælo in profundiſſimam diffidentię abyſſum ceciderint, *Luca. 4.* vt faſſi ſunt diſcipuli, Chriſtum alloquentes: *nos autem ſperabamus*, &c. adeoque in ſua incredulitate ſiſtebant, vt Chriſti reſurrectionem muliebre ſomnium iudicarent; *viſa ſunt ante illos ſicut deliramenta verba iſta*: & ſicut in cælo errantia videmus ſidera, quæ modo circa ſolem feruntur directo motu, modo ab eo longo recedũt motu retrogrado, ſic ſacræ illæ Mariæ, veluti ſidera errantia modo ſepulchrum recto greſſu petebant, mox inde retrogrado motu redeuntes, in Hieruſalem redibant, dicentes: *Tulerunt Dominum de monumento, & neſcimus.* Verũ quid mirum, ſi Chriſtum inter mortuos non inueniebant, cum ille ad immortalem, glorioſamque vitam reſurrexiſſet? Ibãt Chriſtum peruncturæ, ſed æternus Pater reſurrectionis gloriæ oleo eum per ungens, illas præuenerat: *Propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*: & ſicut (vt ab incepta metaphora non recedamus) luna nullo trepidationis motu agitur, ſic B. Virgo per lunam expreſſa, ſole filio in cruce obumbrato, doloris eclypſi obnubilata, ſemper immota permanſit; nec modicum de filij reſurrectione trepidauit, ſed cõſtanti fide, firma ſpe, ignita charitate munita, diuinæ voluntatis placita admirabatur, & venerabatur: & ſicut ſol primi mobilis motu ad occidens ab oriente circũfertur; ſic Chriſtus diuinæ voluntatis motu raptus, quæ erat primum mobile, a vitæ ortu, vſq. ad mortis occaſũ, vbi inclinato capite e noſtro hemiſphȩrio, declinauit, & mira celeritate Patrum hemiſphȩrium perluſtrauit; ſol, quem intuemur, quamuis velociſſimus ſit, compertum tamẽ eſt Ioſue iubẽte a motu ceſſaſſe, & tẽpore Ezechiæ decem lineas retrogreſſum fuiſſe: verum Chriſtus nequaquam a motu ceſſauit, nec per modicũ ſpatium retroactus eſt: *Ego autem non contradico, retrorſum non abij*: nunquam mouenti Patris reſtitit voluntati, ſed clauis venas ſuas incidi cupiebat, vt ſtatutam a Patre crucis mortem obiret. Vnde cum in ciuitatibus illum apud ſe demorari deprecabãtur, renuebat, dicens: *Quia alijs ciuitatibus oportet me euangelizare*; immo & poſt reſurrectionem etiã id oſtendit, etenim inclinata iam die cum diſcipuli eius rogaſſent, *mane nobiſcum Domine*, finxit ſe longius ire. Quod ſi iter tunc non arripuit, veluti coactus, id effecit: *& coegerunt illum*; immo cum apud eos manere decreuiſſet, manifeſtationem ſui non diſtulit poſt cœnam, ſed in menſa recumbens, antequam quidquam comederet, ſe illis oſtẽdit, in ipſa panis fractione: *Et cognouerunt eum in fractione panis*: vel quia manibus, tamquã cultro frangeret (vt placet Lyrano) vel quia benedictionem præmittebat, vt conſueuerat, alias cum illis conueniẽs (vt placet Vatablo) vel quia panem frãgens, manuſq. detegens vulnerum cicatrices conſpexerunt; vel tandem, quia fractum panem, ſacram ſynaxim intelligo, omnibus communicauit. eſt enim Scripturæ vſitatus ſermo, vt communionem, panis fractionem nuncupet: *Et erant perſeuerantes in fractione panis.* Patrauit Chriſtus, quod diligenti congruit mercatori, hic nunquam immotus à nondinis ad nundinas progreditur, nũc oriẽtales, nunc occidentales perluſtrat plagas: ſic Chriſtus diuinus animarum mercator, qui electorum margaritas in Eccleſiæ nundinis quæritabat, de ciuitate in ciuitatem gradiebatur, e conuiuio in conuiuiũ ibat, etiã peccatorum: *multi publicani, & peccatores diſcumbebant cum Ieſu*, vt eos lucrifaceret, & a Patre ſibi datam augeret hereditatẽ, videnſ

que

que totum hoc ex eo pendere, vt animam in Cruce exhalaret: *Si poſuerit animam ſuam pro peccato, videbit ſemen longæuum*, Crucem alacriter petit, in qua & lucrum eius, & noſtra omnium ſita erat ſalus. Inſinuauit hoc Dauid, cum dixit: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tamquam ſponſus procedēs de thalamo ſuo. Exultauit, vt gigas ad currēdā viam, a ſummo cælo egreſſio eius.* Tabernaculum hoc Chriſti eſt humanitas, vbi Verbum æternū cōmoratur: *In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter:* huic tabernaculo inſidēs, velociter, ſicut ſol in ſua quadriga, perenrrit. Dæmō autē Chriſto hāc tātā velocitatē inuidēs, eū a curſu detinere poſſe falſo ſibi promittēs, tabernaculi huius rotas clauis confixit, pedes, manuſque, in crucis ligno eas affigens, ſed efficere nequaquam potuit, vt ab incepto deſiſteret itinere: immo ſicut qui iter peragit, ſi equi pedes, vt frequenter aſſolet, clauis lacerentur, vel ſi curru vehitur, & rota eius confringatur, inde inſiliens vlterius progreditur; ita Chriſtus pedibus manibuſque in Cruce confixis, ſuſceptum iter non dereliquit, ſed maxima velocitate animæ è corporis curru diſcedente in ſinum Abrahæ ad ſanctos illos viſendos properauit, qui, vt docet Auguſtinus, clare Dei eſſentiam ſtatim intuiti ſunt, atque adeo limbum in cælū, inferos in paradiſū, carceres in regias domos conuertit, indeque iuſtitiæ ſol locis illis perluſtratis ad noſtrum iterū aſcendit hemiſphęrium. Vnde ſicuti fabulantur Poetæ ſolem nitido illi Phaëtontis currui inſidētē loca noſtra percurrere: non diſſimiliter Chriſtus lucida illa ſuæ humanitatis quadriga tamquā triūphali curru, qui quatuor illis glorioſis dotibus, velut rotis, impaſſibilitate ſubtilitate, agilitate, claritate vehitur, noſtrū viſitauit hemiſphęriū. Et quāuis in primo ſuo aduentu, in quo pauperrimus aduētabat, a creaturis dona ſuſceperit: *Obtulerūt* enim ei Magi Reges *aurum, thus, & myrrham*: verum in ſecūdo aduentu plenis manibus munera elargitur, Patrib' limbi in anima eſſentialem gloriam impertiens, & quibuſdā in corpore etiam: nā dicente Euangeliſta: *Et multa corpora Sanctorū ſurrexerūt:* ad immortalē vitā reſurrexiſſe tradunt Hieronymus, Clemens Alexandrinus, Iuſtinus Martyr, D. Thomas, Epiphanius, & quamplures alij. Voluit Dei Filius primo adueniens noſtri fieri ſimillimus, vt dixit Apoſtolus: *Debuit per omnia fratribus aſſimilari*; verum in ſecundo aduentu nos ſibi voluit fieri ſimillimos, ita vt ſi ipſe anima pariter, & corpore cælos aſcendit, velit & nos pariter animæ & corporis gloria indutos aſcendere. Et ſicut ſolē ſiderum ingens comitatur copia, quæ ſolis radijs coruſcant; ſic aſcendente Chriſto, maximus eum cōitatur electorū numerus, quos ſuę gloriæ radijs perfundebat, animam, & corpus glorificans, vt in eorum reſurrectione, velut in authentica, & fideli copia originalis, reſurrectionis Chriſti veritas clare eluceſceret. Similes ſane ſanctos hos Patres venerandis illis ſenibus dixerim regijs coronatis ſertis, palmaſque in victoriæ ſigna geſtantibus, quos Ioānes in Apocalypſi vidiſſe teſtatur, qui ad Agni pedes procidentes, depoſitis coronis, eas ab illo recepiſſe fatebātur. D. Gregorius, Aretas, & Andreas Cæſarienſis exiſtimant, adorationē, & confeſſionem hanc, illam horum ſanctorum Patrum pręſignaſſe, qui cū Chriſto reſurgētes reſurrectionis gloriam Chriſti meritis tribuebant. Itaque ſicut mos apud Romanos inoleuerat, vt victores coronas Ioui dicarent, qui iuuans pater interpretatur, vt ſignificarent ſe Iouis ope, & iuuamine viciſſe; ſic ſacri hi Patres depoſitis coronis Chriſtum venerantur, ſuæ victoriæ auctorē profitentes, qui iure optimo iuuans pater appellari debet, cū adiutorium ſui nemini deneget. Sed notanda ſunt ſequentia Apoſtoli verba: *Et qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis, & ſardinis, & iris erat in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinæ.* Plinius, D. Hieronymus, Epiphanius, & Iſidorus aiunt iaſpidem viridiſſimum eſſe, ſimillimūque ſmaragdo, qui vt Plinius teſtatur, oculis grātiſſimus eſt: *Nullius quippe* (ait) *coloris aſpectus iucundior eſt illo*; & rationē eſſe crediderim, quia lapis ille de extremis albo nigroq; colore ęqualiter participāt, mediuſque eſt inter illos. Chriſtus Dñs in primo aduētu viridi venerat amictus habitu, duo enim extrema copulans, cādorē ſcilicet regię ſuæ naturæ: *Candor eſt lucis æternæ*, & naturę noſtrę obſcuritatē, medius inde prodijt Chriſtus Deus, & homo, Dei hominumq; mediator, qui felici ſuo aduentu noſtræ ſalutis ſpem certiſſimā viridi colore præſignatam nobis præbuit. Verū quia in diſcipulorū cordibus ſpes hæc viua tepeſcere cœperat: *Nos autem ſperabamus*, ac ſi iam viſa dilatione deſperaſſent, ideoq; vt iterū reuiuiſceret; eadem indutus veſte ſed immortali, & glorioſa apparuit, firmiorē adhuc ſpem nobis præbens, quod *Similes ei erimus, quia videbimus eū ſicuti eſt.* Firma de eo erat in Pauli pectore ſpes hęc, vt iā ſibi in cæleſtis gloriæ throno ſedere videretur. *Qui conſuſcitauit, & conſedere nos fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu.* Nonne Paule in lacrymarū valle vitam degis? in ſpumantibus ſæculi vndis naufragas ſimulātium amicorum inſidias ſuſtinēs, ad tribunal quaſi reus duceris, ter virgis cæſus, ſemel lapidatus es? quonam igitur pacto cæleſtis gloriæ conſortē, & diuino throno inſidentē te dicis? adeo certus erat de ſua gloria Paulus, tā firma erat ſpes, qua ad cæleſtem gloriā anhelabat, vt de ea tamquam poſſeſſa iam loqueretur, & ideo non dixit, qui conſedere nos faciet: *ſed cōſedere nos fecit.* Addit præterea Ioānes iridē, ſeu arcū Chriſtū circūdātē, quem cōſtat ſerenitatis ſymbolum eſſe, & tranquillitatis Indicium: antea imber, ignis, turbines, ac tempeſtates Deum cingebāt; *Ignis in circuitu eius, tempeſtas valida*, nūc autē iride cingitur, pacis nūcio, quo reconciliationis, & remiſſionis ſpem portendit. Cum etiam Ioānes eodem loco ait, vultum ſardini ſimilē, qui coloris eſt ignei, vt docet Epiphanius, & Plinius, ardentem Chriſti charitatem ſignificat, cuius, etſi primo aduentu in carne mortali degens manifeſtiſſima indicia dederit, nunc etiam

Margin notes: *Matth. 9.* — *Pſal. 18.* — *Aug. ep. 57 ad Dard.* — *Hieron. de aſſum. Clem. lib. 6. hoſt. Iuſtin. quæſt. 82. D. Thom. in Matt. c. 27. Epiph. hær. 75.* — *Alex. ab Alex. 1 dierum genialium.* — *Apoc. 4.* — *Plin. lib. 15. c. 8. Hier. in Eſai c. 94 Epipha. l. 17 de lapid. Iſid. lib. 16 cap. 7. Plin lib. 37. cap. 4.*

etiam glorioſȩ illa exhibere non ceſſat, clauſis ianuis domum eorum ingrediens, ſolis virtutem in eo etiam ſuperans, quod ille clauſis ianuis, niſi rimulæ pateant, ingredi non poteſt: at Chriſti virtus, & corporis eius ſubtilitas, obſeratis etiam portis, domum penetrat, vt ſui luminis radios in omnes diffundat. Diffudit certe illos copioſe adeo in diſcipulos, vt eorum incredulitatem in firmiſſimam fidem conuerterit, Thoma omniũ incredulisſimo dicẽte: *Dominus meus, & Deus meus*. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Octaua.

Quod Beatiſsima Virgo prima fuerit, cui Chriſtus Dominus poſt reſurrectionem glorioſus apparuerit, ac de ſingulari lætitia, quam tunc percepit.

ADEO plana ſunt Marci Euangeliſtæ verba, quibus teſtari videtur, Magdalenæ primum omnium poſt reſurrectionem apparuiſſe Dominum: *Apparuit,* inquit, *primo Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia*: (Marc. vlt.) vt antequam propoſitum aggrediar, argumentum congruum, immo & neceſſarium huic difficultati occurrere mihi videatur. (D. Anſel. de excel. Virg.) D. Anſelm. exiſtimat, ex ijs, de quibus poterat dubitari, cuinam primo Chriſtus apparuerit, Magdalenã fuiſſe, cui primo viſus fuerit, & de ea loquitur Euangelium. Verum de Beata Virgine, quia Mater erat, dubitari minime poterat, ſuperfluumque Euangeliſtȩ fuiſſet de hoc agere; hominibus enim intellectu præditis loquebatur, alioquin audituris: (Matth. 15.) *Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?* Rupertus putat ex teſtibus præordinatis à Deo, (Rup. lib. 7 de diu. off. c. 25) ad Chriſti reſurrectionem conteſtandam, primam omnium Magdalenam extitiſſe, verum inter teſtes omni exceptione maiores Mater non connumeratur, vt conſtat ex lege, (l. videamus ff. de in leg. Iul. admitt.) videamus. ff. de in leg. Iul. admittitur; vbi cautum eſt, matrem pro filio numquam poſſe teſtimonium perhibere. Additque Rupertus rem, tanto viro non indignam, quod licet de hoc non meminerint Euangeliſtæ, ſufficiens inde contra noſtram aſſertionem non deſumi argumentum: dicendum namque conſequenter eſſet, numquã Matri apparuiſſe, quia nullus Euangeliſtarum hoc ſcripſit! *Quod ſi idcirco* (inquit Rupertus) *verum non videtur, quia nullus Euangeliſtarum ſcriptis hoc atteſtatur, conſequens eſt, quod numquam poſt reſurrectionem ſuam viſus ſit Matri, quia quã-do, vel vbi apparuerit illi, nullus eorum dixit.* Verum quãuis hac reſponſione difficultati factum videatur ſatis, aliam tamen in medium afferam, forſitan non ingratam, eaq. eſt, quod ſicut filius maternam domum repetens plagis Indicis perluſtratis, ſi primo mane familiarem adierit ſuũ, iure optimo diceremus, illũ primo viſitaſſe; quod enim Matrem antea viderit, hoc viſitaſſe nõ eſt, ſed propriæ domi degere. Hoc Chriſto accidit, quamuis primo viderit Matrem, primo tamen dicitur Magdalenam viſitaſſe; & hoc eſt, quod Euangeliſta teſtatur: *Apparuit primo Magdalenæ*. Nunc ergo, quia Euangeliſta teſtimonio nõ impedimur, facili hoc nobis poſſumus negotio ſuadere. Primo, quia in libro Iudicum graphice præfiguratum hoc videtur: (Iud. 14.) ibi enim ſacrum teſtatur eloquium, Samſonem; cum in ore leonis dulcẽ mellis fauum adinueniſſet, primo matri impertijſſe: *Venenſque ad matrem, dedit partem*. Sic fortiſſimus Samſon Chriſtus, cum primum fauum mellis, ſui nempe corporis gloriã, reſurgens inuenit, quem à leoninis mortis faucibus abſtraxerat (Mors enim Dominum gloria coronauit, teſtante Apoſtolo: (Ad Heb. 2.) *Vidimus Ieſum propter paſſionem ſuam gloria, & honore coronatum*) ſtatim ante omnes alios guſtandum illum præbuit Matri. Et quamuis apertis verbis hoc Euangeliſtæ non teſtentur, clare tamen ex illorum verbis colligimus: Angelus enim dixit mulieribus, (Matth. vlt.) *ſurrexit, non eſt hic*. Videamus vbinam Dominus poſſit commorari. Non eſt cum mulieribus ſepulchro aſtantibus; non eſt cum Magdalenã; hæc enim maximo animi ardore illum inquirit in horto; non eſt apud Petrum, neque Apoſtolos; hi enim poſt mulieres adiere ſepulchrum Dominum inquiſituri: vbinam igitur locorum erit, niſi apud Matrem? cui poterat Dominus Dauidica verba proferre: (Ps. 136.) *Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non propoſuero te in principio lætitiæ meæ*. Angeli etiam mulieribus præceperunt, vt Chriſti reſurrectionem notam facerent, nec tamen dixerunt: (Marc. 16.) *Ite & dicite diſcipulis*, & Matri, ſed *diſcipulis, & Petro*. Nouerunt enim hoc non latere Matrem: ipſi enim primo Filius apparuerat. Immo antequam hoc mulieribus contingeret, exiſtimo Beatæ Virgini Chriſti reſurrectionem reuelatam fuiſſe; tum quia (vt refert beatus Vincentius Ferrerius) (Vinc. Fer. in paſchat. ferm. 1.) D. Gregorio Papæ reuelatum fuit, Angelum Gabrielem, qui ante Incarnationem venturum Deum Virgini nuntiarat illis verbis: *Aue gratia plena*, poſt reſurrectionẽ Virginem ſalutaſſe verbis illis, quæ nunc canit Eccleſia: *Regina cæli lætare &c.* Tum quia cum collegiſſet Beata Virgo (quod probabile crediderim, mos enim hic apud fideles erga Martyres illis temporibus inoleuerat) guttas ſacratiſſimi ſanguinis, quas è Cruce Chriſtus effuderat, ex quibus forte ſuper veſtes etiam Beatiſſimæ Virginis ceciderant (adſtabat enim Cruci: (Ioan. 19.) *Stabat iuxta Crucem Maria mater Ieſu*) cum vidiſſet ſanguinem in veſtibus non apparere (docent enim omnes Theologi Chriſtum Dominum in reſurrectione effuſum ſanguinem reaſſumpſiſſe)

plane

plane Filij reſurrectionem cognouit. Nõ deſunt ſanctorum Patrum teſtimonia ad rem noſtram confirmandã. S. Ambroſius hæc habet: *Vidit Maria reſurrectionẽ Domini, & primo vidit, & credidit.* & S. Bernardus: *Prima vidit Dominũ in forma glorioſa, & non ad confirmationem dubij, ſed ad cõſolationem gaudij: vnde & Euangeliſtæ eam non recenſent.* Rupertus: *Geſtit Chriſtiana deuotio perpendere, quantus torrens gaudij repente inundans animam eius, ferro doloris confoſſam, inebriarit, cum rediuiuus Filius illi ante omnes mortales, materno Virginem non defraudans honore, victoriam ſuam annunciauit.* Nicephorus Calliſtus, primum quidẽ ait à Matre, & reliquis cõſpectus eſt mulieribus, deinde à dilectis diſcipulis. Sedulius:

Semper Virgo manens huius ſe viſibus adſtans
Luce palã Dominus prius obtulit, vt bona mater.

Sancta etiam Brigitta refert dixiſſe Virginem: *Mihi apparuit Filius meus, priuſquam alijs, quamuis hoc non ſit ſcriptum.* Atque ad hoc denotandum primus poſt Paſcha ſtationum dies fidelibus indicitur à Romana Eccleſia, quæ caput eſt omnium Eccleſiarum, in templo Diuæ Mariæ, quæ dicitur Maior. Tandem S. Antoninus: *Creditur,* inquit, *licet in Euangelio non habetur, quod ante omnes primo apparuit Mariæ matri ſuæ, vt quæ plus omnibus doluit, citius, & magis conſolaretur; & quia plus hæc meruit, cũ omnibus alijs deficientibus, in fide firma fuerit. & hæc eſt cauſa, quare non iuit ad monumentum.* His Antonini verbis innixi, non incongruas huius rei rationes in medium proferre poſſumus: glorioſa namque Chriſti viſio proprium eſt fidei præmium, dicente Scriptura: *Apparet illis, qui fidem habent in illum.* Virgo fuerat immobilis in fide columna, & prima, quæ reſurrectionem crediderat: congruum ergo erat, vt ei Chriſtus primo appareret. Quod ſi compertum eſt, amorem amantem ad amatum attrahere, dicente Ioanne: *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum,* cum Virginis dilectio ardorem, quo Seraphim in cælo æſtuant, ſuperaret, iure optimo omnibus fuit præferenda, eique primo Chriſtus debuit apparere. Quod ſi Spiritus ſanctus præcepit: *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris:* & Dominus honorandos parentes præcepit: *Honora patrem, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram,* quis ambiget ante omnes Matri Filium viſum, cum illinc matris gemitus, hinc filij iura compellerent? Et ſi de Tobia diuinum teſtatur eloquium, quod rogauti, vt plures, quam parentes eius decreuerant, dies in peregrinatione demoraretur, ipſe ob maximam qua eos dilectione proſequebatur, reſponderit: *Ego noui, quod pater meus, & mater mea modo dies computant, & cruciatur ſpiritus eorum in ipſis:* qui fieri poteſt, vt in hoc Chriſti dilectio defecerit, aut minus feruens, quã illa Tobiæ erga parentes ſuos fuerit? Cum etiam Beatiſſima Virgo prima fuerat, quæ Chriſtum paſſibili indutum carne conſpexerat, iure optimo prima omnium immortali præcinctum gloria conſpicere debuit. Verum enucleatius inſpiciamus, quonam pacto manifeſtatio hæc Filij Matri contigerit. Diuinis vacabat B. Virgo colloquijs, dilectũq. Filium alloquẽs Dauidicis vaticinijs, vt pie cõtẽplari licet, clamabat: *Exurge pſalterium, & cithara: exurge Domine in, & arca ſanctificationis tuæ:* vel verba matris Siſaræ proferebat: *Cur moratur regredi curſus eius?* Cur non cõſpiciendum adeſt glorioſum corpus Filij mei, triumphali curru quatuor gloriæ dotibus vectum? *Forſitan diuidit ſpolia, & pulcherrima feminarum eligitur ei.* Forſitan parta victoria lætabundus hoſtiũ ſpolijs potitur, eaq. inter amicos diuidit. Sicque res ſe habebat in Chriſto: gloriã enim Patribus è limbo erutis largiebatur. Forſitan de eligenda ſpõſa agitur, nec in hoc à veritatis ſcopo aberrabat: etenim de vnienda ſacro corpori anima, & de cõiungenda ſibi coniugio Eccleſia agebatur, cui antea fidẽ manibus in Cruce extenſis præbuerat. Enimuero ſi de Tobiæ matre Scriptura cõmemorat, quod tãto filij aduentus deſiderio flagrabat, vt quotidie domus ſublime conſcendens, vtrum venientem filium poſſet aſpicere, diligenter aduerteret; quotidie exiliẽs, ſurſũ aſpiciebat, & circuibat vias eius omnes, per quas ſpes remeandi videbatur, immo & mõtis cacumina cõſcendebat: *Anna autem ſedebat quotidie ſuper culmen montis, vnde reſpicere poterat de longinquo:* quis nõ credat deſiderium hoc feruentius in B. Virginis pectore æſtuaſſe? mõtemq. contemplationis altiſſimum cõſcẽdiſſe, illincque, vtrũ aduentaret Filius, oculorum aciem direxiſſe? Etenim nullum B. Virgini nuncium gratius, ac iucundius deferri potuiſſet, quã Filium ſurrexiſſe glorioſum. Narrat Plutarchus, cum quadam die mœrore conficeretur Alexander Magnus, militem ad eum perueniſſe clamantem, bonum nuncium tibi affero inuictiſſime Imperator; Alexandrũq. reſpondiſſe: *Quid mihi boni vir magne nunciabis, niſi nuncies Homerum reuixiſſe?* Sic dixerim, ſi quis Virgini reſurgẽte Chriſto dixiſſet, bonum nuncium tibi affero ſacratiſſima Maria: reſpõſuram Virginẽ: Quid mihi boni vir magne nunciabis, niſi nuncies Ieſum reuixiſſe! Hoc inquit B. Vincentius Ferrer, Gabrielẽ B. Virgini nũciaſſe, vt ſupra dixim⁹, & D. Gregorio id reuelatũ fuiſſe. Enimuero ſicut poſt Angelicum nuncium Chriſtus affuit thalamo virginali: ſic in reſurrectione poſt Angeli aduentũ, Chriſti reſurrectionẽ Virgini prædicẽtis, mox Chriſtus ipſe manifeſtus ei apparuit, & B. Virgo dilectũ ſuũ intulta eſt Filiũ, ſicut Ioan in Apocal. depingit: teſtatur enim Chriſtũ albũ prementem equum apparuiſſe, caput corona redimitum, arcumque geſtantem: *Ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum, habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit vincens vt vinceret.* Tempore paſſionis viderat Beata Virgo Filium ſuper equum purpureum, ſacroque ſui corporis ſanguine cruentatum; verum in reſurrectione ſuper equum candidum immaculatæ humanitatis, precioſis gloriæ dotibus diſtinctum conſpicit, tanquam inuictum

Marginal notes: *S. Ambro. de Virg.* — *S. Ber. ferm. de reſurr.* — *Rupert. li. 7. de diu. off.* — *Niceph. Calliſt. lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 12.* — *Sedul. lib. de Chriſti apparitione.* — *Brig. li. 6. reuelat. c. 94.* — *S. Ant. 1. p. chron. c. 7. de Chriſti reſurr. tit. 5. de Chriſt. appar. c. 7.* — *Sapien. 1.* — *Ioan 14.* — *Eccleſiaſt. 7* — *Exodi 20.* — *Tobias. 10* — *Pſal. 107.* — *Pſal. 131.* — *Iud. 5.* — *Tob. 10.* — *lib. 4. apoph.* — *Vin. ſerm. 1. Paſch.* — *Apo. 6.*

ctū ducem cæli, terræq; principem aurea corona redimitur, arcum in manibus, victoriæ inſigne, quam ex inferno, dæmone, & morte reportauerat geſtantem, & vt ſignificaret B. Apoſtolus [Luca. 22.] Ioannes hac Chriſti victoria poſſe etiā nos victis hoſtibus coronari, addidit: *Exiuit vincens, vt vinceret*, ſcilicet in nobis. Io hac prima apparitione ſecum duxit, ni fallor, Chriſtus Dominus Patres illos, quos ex inferis eduxerat, quibus ſane præſtitit, quod Aſſuerus fecerat, qui poſt ſolemne conuiuium, quod ſuis regni magnatibus appoſuerat, voluit conuiuas æleganti Vaſthis Reginæ aſpectu recreare. Nō diſſimiliter Chriſtus, appoſita iā Patribus felicitatis menſa (ſic eum per Lucam nuncuparat: *Vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo*) aſpectum B. Virginis præbuit, quæ adeo formoſa, ac pulchra erat, vt non immerito de ipſa dicatur: *Cuius pulchritudinem sol, et luna mirantur.* Quis verbis B. Virginis lætitiam valeat explicare, cum vidit [Ioseph. 9.] dilectum filium tanta gloria, ac maieſtate præcioctum, tot ſui regni magnatibus ſtipatum? Si Sara, vt ſcribit Ioſephus, incredibili gaudio læta [Exod. 2.] batur, cum viuū Iſaac filium e ſacrificio redeuntem aſpiceret: ſi incodeb Moyſis mater lętabunda gaudebat, cū Regis filia Moysē filium aduptaſſet, qui eiuſdem Regis iuſſu flumine fuerat [Genes 45.] demergendus: ſi Iacob ita lętabatur, cum nouerat filium ſuum Ioſeph nequaquā mortuum, ſed toti imperātē Aegypto, vt Scriptura dixerit, reuixit ſpiritus eius: ſufficit mihi, ſi adhuc filius meus viuit: tandem ſi Tobiæ mater, cum e montis cacumine peregrinatione tranſacta, aduentantē conſpiceret dilectum filiū, lacrymas præ gaudio effudit: quo gaudio exhilaratam B. Virginem credimus, quę poſt cruentum in cruce filij ſacrificium liberū eum cernebat, & quē intra maris vndas fluctuantē proſpexerat, incolumē, ſceptrumque geſtantem, hoſtium viribus ſuperatis, diuitem, & alacrem, completis iam diuturnæ ſuæ peregrinationis anguſtijs contemplabatur? Tantam exiſtimo Virginis fuiſſe lætitiā, vt pręcipuo Dei fauore indiguiſſe crediderim, ne [Cicero. Tuſcul quaeſt.] lętitię vi deficeret: bi enim lętitię, dolorisq; affectus, vt experimur, animā mirifice ſolent extor- [Plin. l. 7. c. 6. Crinitus de Honest. Disc.] quere. Tullius enim refert Diagoram repentina occubuiſſe lętitia, idemque de Polycrata inſigni matrona narrant Plinius, & Crinitus. tandem de Romana quadā ſcribunt hiſtoriographi, cū a milite accepiſſet, filium ſuum in prælio occubuiſſe, Annibale Romanos debellante, maxime doluiſſe; verum cum poſtea filium, quem periſſe crediderat, incolumem cōſpexiſſet, adeo lætatā fuiſſe, vt præ lætitia ne vnicum proferens verbum, admotis ad filij colla brachijs, animam exhalarit. Hoc beatę Virgini forte accidiſſet, niſi diuino auxilio foueretur: triſtitia enim e corde aſcendebat, vt lætitiæ locus daretur. Reluctabatur Virginis anima inter gaudij, & mœroris affectus: triſtitia mortis recedebat, gaudium reſurrectionis intrabat: defeciſſet ſane in tanto conflictu Virgo ſanctiſſima, niſi filius ſpeciali prouidentia huiuſcemodi effectum cohibuiſſet.

Homilia Nona.

Quam mirifice Chriſti Domini reſurrectio noſtrorum corporum reſurrectionis ſpē erigat, ac fiduciam præbeat, multis ſacrorum voluminum monumentis egregie illuſtratis ſtabilitur.

ANGELICVS Doctor, quod & [D. Tho. 3. p. q. 56. a. 1. Ariſt. 2. Met. 21.] prius docuerat Philoſophus ait, præſtantiſſimum in vnoquoque genere cauſam exiſtere ceterorum, quæ ſub illo continentur, ſicut inter luminoſa corpora ſol, qui eſt excellentiſſimum mundi lumen, cauſa lucis eſt, in diaphanis ignis, qui inter calida calidiſſimus cauſa eſt caloris ab vnoquoque participati. Hinc eſt, quod ſicut inter omnes ad immortalem vitam reſurgentes Chriſtus obtinet principatum, eo quod propria virtute ſe ipſum a mortuis excitauerit, ipſe etiam cauſa ſit reſurrectionis noſtræ, non meritoria tantum, & efficiens, vt teſtatur ipſe: *Ego* [Ioan. 7.] *reſuſcitabo eum in nouiſſimo die*, ſed & exemplaris, Apoſt. id teſtificante: *Reformabit corpus hu-* [Ad Phil. 3.] *militatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ*. & ibidem: *Sicut portauimus imaginem terreſtris, ſic & portabimus imaginem cæleſtis.* Figuræ, & imaginis vox, qua D. Paulus vtitur, apte explicat, Chriſti Domini reſurrectionem, noſtræ exemplarē cauſam extitiſſe, ideoque dixit Am- [Ambro sup. 1. corinth. 15] broſius: *Prior ſurrexit, vt forma fieret credentibus ſibi*. Sed quāuis quis dicere poſſit, Deum in ſuis operibus perfecte exercendis nullo indigere exemplari, & conſequenter reſurrectionem Chriſti exemplarem cauſam non eſſe, reſpondet egregie D. Thomas his verbis: *Exemplar* [S. Tho. 3. p. q. 56. ar. 1. ad 3] *neceſſarium non eſt ex parte reſuſcitantis, qui non indiget exemplari, ſed ex parte reſuſcitatorum, quos oportet illi reſurrectioni cōformari.* Itaq; ex Chriſti reſurrectione reſurrectio noſtra deducitur, vt recta ſit illatio illa Apoſt. *ſi Chriſtus reſurrexit, &* [Paul.] *nos reſurgemus.* hoc tantum intercedit diſcrimen inter Chriſti reſurrectionem, & noſtram, quod fons vitæ, qui in Chriſto eſt: *apud te eſt fons vi-* [Psal. 35.] *tæ*; immediate ſacratæ eius humanitatis communicatur, indeq; ad nos deriuatur, quod & docuit etiā S. Thomas, dicens: *Habet hoc loco natu-* [S. Thom. loc. cit.] *ralis ordo, vt qualibet cauſa operetur in id, quod eſt ſibi propinquius, deinde mediāte illo in remotius, vt videre eſt in igne, calorē ſuum in partes proximas inducente, & his medijs in remotas.* Immo Deus ipſe, vt docet Dionyſius, immediate ſupremū Se- [Dionys. de caleſt. hier. cap. 3.] raphim illuminat, eoq; medio proportionaliter reliquas hierarchias; ſic diuinū Verbum, quod

eſt vita

eſt vita ipſa per eſsentiam Chriſti humanitati ſibi proxime, vtpote hypoſtatice vnitæ vitam communicat, eaque mediante omnibus, quos ad æternam gloriam deſtinauit: hoc voluit Apoſtolus verbis illis: *Si ſpiritus eius, qui ſuſcitauit a mortuis Ieſum, habitat in vobis, qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, ſuſcitabit mortalia corpora veſtra.* (Rom. 8.) Ex his Pauli verbis clare infertur, quod cum ſuſcitatus Chriſtus cauſa ſit exemplaris reſurrectionis noſtræ, & Deus, qui ipſum ſuſcitauit, nos etiam ſuſcitaturus ſit, Chriſti reſurrectio præcipuum eſt fundamentum, cui ſpes noſtræ reſurrectionis ad ſuæ ſurrectionis imaginem innititur. Nouerat hoc Dauid, ideoque clamabat: *A cuſtodia matutina vſque ad noctem ſperet Iſrael in Domino.* (Pſal. 129.) Deſcribuntur hic ſepulchri cuſtodes, quos ad Chriſtum cuſtodiendum adhibuere Iudæi, vt voluit Auguſtinus hoc explicans: *Quid ergo* (inquit) *fratres putatis hoc eſſe: A vigilia matutina vſque ad noctem ſperauit anima mea in Dominum? quia Dominus, per quem nobis dimiſſa ſunt peccata, in vigilia matutina reſurrexit a mortuis, vt hoc ſperemus in nobis futurum, quod præceſſit in Domino;* (Aug. in pſ. 129.) additque præterea: *Quodammodo hoc nobis dixit Dominus: quod in me vidiſtis: ſperate in vobis, id eſt, quia erit reſurrectio reſurgentis, & vos reſurgetis. Sed ſunt, qui dicunt, etſi reſurrexit Dominus, nunquid propterea ſperandum eſt, & me poſſe reſurgere? vtique propterea.* Igitur iuxta Auguſtini ſententiam idem eſt: *A cuſtodia matutina vſque ad noctem*, ac ſi dixiſſet: ex eo tempore, quo cuſtodes Chriſti ſepulchrum cuſtodierunt, ſpes noſtra cœpit reſurgendi, & vſque ad mortis noctem perſeuerabit: *Vſque moriamur*, vt dixit Auguſtinus loco citato, vel vt explicat Gregorius: *Vſque ad finem mũdi noctis voce denotatũ, qua diei finis eſt*: & rationem ſubdit, *breuis enim diei expectatio. Sed recurrendum eſt ad titulum Pſalmi, qui habetur pro aſſumptione matutina*, ſcilicet pro reſurrectione facta mane, vbi alia translatio habet: *A vigilia matutina*; nam qui dormit in morte, vigilat in reſurrectione. Breuis equidem eſſet Dauid ſpes, ſi mane incipiens nocte deſineret, atque ideo ait Gregorius ad Pſalmi titulum recurrendum: *Pro aſſumptione matutina*, quæ matutinam reſurrectionem deſignat; (Pſal. 21.) vnde teſtatur Dauid noſtram ſpem incœpiſſe. Cum enim a noſtro capite cœperit reſurrectio, certum eſt per vniuerſa membra diffundendam. Scribit Pierius (Pierius. lib. 24. fol. 216.) de creſcentibus inundantis Nili aquis, piſces quoſdam inueniri, quos aquæ humiditas generare inchoauerat, formata habentes capita vitali motu vigentia, nullum tamẽ in reliquo corporis, quod terreum adhuc erat, vitæ ſignum apparere: hinc cernere eſt, naturam opus ſuum inchoaſſe, nõdum tamen perfeciſſe. Hoc in Chriſti reſurrectione videre eſt: cœpit in noſtro capite reſurrectio, ſed myſticum electorũ corpus terreum adhuc eſt, nec immortalis vitæ influxus participat, ſed influere non deſinet: opus enim hoc paulatim perficitur, atque is, qui incœpit non deſiſtet, donec ſurgenti Chriſto illud aſſimilauerit, vt in ſimili ait Paulus: *Donec formetur Chriſtus in vobis*: a Chriſto enim, qui primogenitus eſt mortuorum, nos, qui ad immortalem vitam reſurrecturi ſumus, velut minores germani immortalitatis, gloriæque, alimenta inquirimus, freti ſpe firma, quam Chriſti reſurrectio nobis tribuit. De hoc loquutum Oſeam crediderim, cum de Chriſto aiebat: *Ero quaſi ros, Iſrael germinabit ſicut lilium.* (Oſea. 14.) Reſurgẽs Dominus rori comparatur: ſicut enim rore terra fœcundatur, & plãtæ vel ſiccæ vireſcunt; ſic eo reſurgẽte veluti cœleſti rore terrea electorum cadauera morte areſacta fœcundantur, & candentia lilia reuiuiſcunt. Sed cur lilij ſimilitudine, & non alterius floris Propheta vtitur? rationem exiſtimauerim, quia quamuis quilibet flos ſpei ſit ſymbolum, cum hi futuros fructus præſagiant, lilium tamen præcipue inter flores id deſignat, quamuis fructus non proferat. Vnde cernimus Francos in ſuis lilijs hæc habere (ſpes auguſta) quod ex Alexandro Pio Romano Imperatore deſumpſiſſe videntur; qui in numiſmate dextram lilia effundentem incidebat, ſcriptionemque hanc adhibebat, *Spes publica*. Nouimus & Poetam, vt ſignificaret maximæ ſpei, indoliſque virum eſſe, dixiſſe lilia effundenda.

Manibus date lilia plenis.

Rationem autem huius eam eſſe reor, quod vnicum lilium inter flores e materna radice excerptum folia explicat, & ſic viget, ac ſi euulſum non fuiſſet, ita reſurrecturos electos ait Oſeas: illis enim mortuis viget adhuc in anima ſpes reſurgendi, cumque ad nihilum eos redactos mundus exiſtimat, maxima in eis gloria, maximus fulgor elucebit. Huc Iſaias reſpexit cum ait: *Mane ſemen tuum florebit.* (Iſaia 17.) Quæ verba adducens Incognitus, illud pſalmi explicans: (Incog. pſ. 29.) *Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia*, ait: *quid enim ſemen, niſi corpus, quod ſeminaliter generatur, quod quidem mane florebit, quia mane reſurget? ſicut enim Chriſti reſurrectio mane accidit, ſic etiam eodem tempore noſtra erit hæc ſpes. Iob dum maximis detineretur anguſtijs conſolabatur, & in carne mea* (aiebat) *videbo Deum Saluatorem meum, quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* (Iob. 19.) Verum quia antiqui Philoſophi, & quamplures hæreticorum catholicam fidem, qua reſurrectionem credimus, irridẽt catholicæ veritatis præcipua fundamenta mihi afferenda ſunt. Nonnulli ita contra noſtram fidem inſaniunt, vt impoſſibilem reſurrectionem inſtanter aſſeuerent, hoc referẽte Luca, & Matthæo. (Act. 17. Matt. 22.) In hunc errorem lapſus etiam eſt Porphyrius, vt annotauit Auguſtinus, (Aug. lib. 22. de ciuit. Dei c. 25.) lapſus Plinius, vt colligitur ex cap. 2. & 7. ſuæ hiſtoriæ; Flauius etiam, referente Tertulliano libro de præſcrip. hæreticorum cap. 7. (Tertul. l. de præſcrip. heret. c. 7.) additque hoc fuiſſe commune Philoſophorum placitum: *Vt carnis reſtitutio negetur, de vna omnium Philoſophorum ſchola ſumitur*, ſed re vera cõmunis nõ fuit omniũ hæc ſententia. Etenim Epiphanius (Epipha. in Ancor.) Græcos admiratur Philoſophos, qui patrũ

reſurrectionibus fidem adhibentes, reſurrectioni, quam fides credendam nobis proponit, denegabant: *Porro* (inquit) *admiratum animũ meũ ſubit de incredulorũ Græcorũ, atq. aliarũ barbarorũ deceptа per omnia mente, quod in fabulis ſuis nõ vereantur reſurrectionem oĩbus declarare, & de reſurrectione ſæpe cauere, veluti fabulæ ipſorum deſcribunt. Alceſten quidem Peliæ filiam mortuam eſſe propter virum ſuum Admetum, & propter Herculem, poſt triduum vero reſurrexiſſe, & ex adytis eductam eſſe; Pelopem vero Tantali filium vbi carnes ipſius diſtributa eſſent a propria patre, & Amphiarao ſuum appellatus ipſorum Deis, & Encelus ab Aeſculapio reſuſcitatus eſt, & Caſtor per Pollucẽ fratrem ſuum, qui vtrũ ipſi vitam alternis diebus alternare voluit, & Proteſilaus propter Laodamiã ſed, vt Siſyphum, & Tantalum, & Caucaſi filios, quos Erinnyas vocauerunt, & vna cum his Tyreſiam ad Tartarum detruſas eſſe tradunt atque illic pœnas dare, illum quidem per ſaxum, hunc per rotam, & alios aliter ſupplicio affectos eſſe, & adhuc in ſupplicio eſſe, velut qui non ad interitum ſint redacti, licet ſint in corporibus: ſi enim corpora non haberent, quomodo ſub petram, & rotam ſupplicijs traderentur?* Sed hanc opinionem ſequuti fuerunt Philoſophi, nec ne. S. Auguſtinus manifeſte infidelem ſic redarguit. *Te appello, quicumque infidelis animo de reſurrectione dubitas, & putas non poſſe mortuos reſuſcitari. Quid eſt amplius, ex nihilo homines facere, qui viuant, an eos, qui facti ſunt & vixerunt reparare poſt mortem? vtique plus eſt facere, quod unquam fuit, quam reparare, quod fuerit. Quomodo ergo impoſſibile eſſe dicis, vt Deus, qui hominem formauit ex nihilo, reformet? Quomodo nos ſuſcitare non poteſt conuerſus in puluerem, qui & ſi in nihilũ rediremus, facere poterat vt eſſemus?* Hac etiam ratione, quia potiſſima eſt, vtuntur Cyrillus Hieroſolymitanus, & D. Gregorius, pluresque alias addunt Ambroſius, Tertullianus, Athenagoras, Baſilius, Theophilus Antiochenus, D. Thomas. ſed gentilibus reiectis Philoſophis, quamplures etiam hæreticorum corporum reſurrectionem negarunt. Irenæus inter hos recenſet Simonem Magum, Cerdonem, Marcionem, Baſilidem, Apellem, & Valentinum, quos etiã commemorant Epiphanius, & Tertullianus: hoc etiam, & Philetum, & Hymenæum voluiſſe credendum eſt, quos arguit Apoſtolus: *Exciderunt,* inquit, *dicentes reſurrectionem eſſe iam factam:* quod ſic explicat Epiphanius: *Reſurrectionem iam factam eſſe dicunt per liberos genitos, ab vnoquoque generante,* quo etiam modo Ambroſius, & Theodoretus exponunt. Ad hunc errorem labefactandum aduerſus hæreticos præcipua ſacri eloquij teſtimonia adducemus, inter quæ primo loco profero illud Matth. *De reſurrectione mortuorum non legiſtis, quod dictum eſt a Deo, dicente vobis Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob?* quod perinde fuit ac ſi diceret: cum Deus hos patres habuerit tanquã charos amicos, & fideliſſimos ſeruos, non patietur eos ſine remuneratione abire: vnde cum illi anima ſimul & corpore, non anima ſolum Deo ſeruierint, conſequens illud eſt, vt etiam corpori præmia rependantur, eoſque ad immortalem deducat gloriam. ſic Hieronymus, & Anſelmus expoſuere, cum D. Thom. Veritatem tamen hanc clarioribus verbis prædixit Ezechiel: *Vaticinare, ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris, & inducam vos in terram Iſrael. & ſcietis, quia ego Dominus cum aperuero ſepulchra veſtra, & eduxero de tumulis veſtris:* exponunt hæc de reſurrectione Auguſtinus, Cyrillus Hieroſolym. Cyprianus, Tertullianus. Daniel etiam reſurrectionem manifeſte vaticinatus eſt, dicens: *Multi de ijs, qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, alij in vitam æternam, & alij in opprobrium.* S. Hieronymus ſuper Ezechielem 37. vocat hoc teſtimonium robuſtum ad reſurrectionis veritatem comprobandam, ſed æque robuſtum eſt illud Iſaiæ: *Videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt, & cognoſcetur manus Domini.* Quamplura alia ad hoc idem teſtimonia ſuppetunt, vt 2. Machab. 7. Iob. 14. & 19. Io. 5. 6. & 11. ad 1. Corint. 15. ad Rom. 3. & 7. 1. Theſſal. 4. Actor. 24. Apoc. 20. libenter alia prætereo conſulens breuitati. Vnicum referam varijs expoſitionibus illuſtratum, quod difficillimum eſt explicatu. Paulus 1. Corint. 15. ait: *Aliuquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis: ſi mortui nõ reſurgunt, vt quid baptizantur pro illis?* Chryſoſtomus ſupponit in primitiua Eccleſia neminem baptizari, niſi carnis baptiſmate tergendæ reſurrectionem ſperarent: *Hoc,* inquit, *vocat Paulus baptizari pro mortuis:* atque vanum fore baptiſma, ſi de carnis reſurrectione deſperarent. Diuus Thomas idem ait eſſe baptizari pro mortuis, ac pro peccatis, quæ mortua ſunt opera. Epiphanius exiſtimat ſermonem eſſe de ijs, qui mortis tempore baptizantur, quos vocat mortuos, quia morti ſunt proximi. Ambroſius ait, olim hæreſim inoleuiſſe, quæ crederet defunctos vita homines, ſi morte præuenti baptiſmo detergi non potuiſſent, poſſe baptiſmatis gratia adiuuari, ſi quis pro eis viuus baptiſma ſuſciperet. atque hinc colligit Apoſtolus, cum pro mortuis baptizarentur, de reſurrectione non ambigere. Theodoretus alia incedit via, ait enim: *Qui baptizatur Dño conſepelitur, vt cum mortis fuerit particeps, ſit etiã particeps reſurrectionis, ſi autem corpus nõ reſurgit, cur etiam baptizatur?* Ait igitur Theodoretus loquutum Apoſtolum de baptiſmate Chriſtianorum, quod Chriſti ſepulchri figuram nuncupauit; *conſepulti enim eſtis cum Chriſto per baptiſma;* & quia qui baptizatur mortuum præfert, ideo Paulus ipſum baptizari, *ſepeliri pro mortuis,* nuncupauit. Nonnulli etiam credidere Iudæos ad cadauerum contactum pollui, quibus & baptiſmatis aqua præcipiebat Dominus ablui, vt ab illa legali macula emundarentur, atque id vocaſſe Apoſtolum baptizari pro mortuis. Nam ſicut apud Eccleſiaſticum capite trigeſimo ille dicitur baptizari a mortuo, qui ſe lauat, vt

Aug. ſer. 31. de verbis Apoſt.

Cyril. cat. 4. & 18. Greg. hom. 26. ſuper Euang. Baſil. hom. 8. Theop. lib. 1. ad Autol. Chriſt. relig. ſolum. D. Thom. 4. in gen. c. 79. Iren. l. 1. c. 25. epiph. hær. 64. Tertul. l. de reſur. l. 5. adu. Marcio. Timot. 2. Epiph. hær. 40. Ambroſ. & Theodoret. Super epiſt. ad Timot.

Mat. c. 22.

Hieron. Anſel. D. Thom. in Matt. 22. Ezech. 37.

D. Auguſt. lib. de ciu. chriſt. c. 30. Cyril. Hieroſolym. cat. 18. Iuſt. Apol. 2. pro Chriſtianis Cyprian. l. 3. ad Quirin. Tertul. de reſur. c. 29. Dan. 12. S. Hieron. Iſaiæ 66.

2. Mach. 7. Iob 14. & 19. Ioan. 5. et 6. 11. ad Cor. 15. ad Rom. 3. & 7. 1. ad Theſ. 4. Act. 24. Apo. 20.

Chryſoſt. hom. 4. ad 1. ad Corint. D. Tho. hic. Epiph. hær. 28.

D. Ambro. hic.

Theodoretus hic.

Coloſſ. 2.

Leuit. 19. Eccleſ. c. 30.

uat, vt abſtergat maculam, propter contactum corporis mortui contractam; ita proportionaliter merito ille dici poterit baptizari pro mortuo, qui propter ſepeliendũ corpus mortuũ legalem maculam contraxerat, & ad illam delendam luſtrali aliqua lotione vtebatur. Reſpiciens ergo D. Paulus ad curam, & ſollicitudinem, quam in ſepeliendis mortuorum corporibus Hebræi adhibebant, inde eliciebat, futuram eſſe resurrectionem mortuorum, alioquin vana fuiſſet pia illa, ac religioſa corpora ſepeliendi mortuorum cura.
Lans. hic. Doctiſſimus Ianſenius aliam ſingularem adhibuit expoſitionem, ait enim baptizari pro mortuis idem eſſe, quod baptizari cruento ſanguinis baptiſmo, mortem ſubeundo in defenſionem catholicæ veritatis, reſurrectionem mortuorum docentis, iuxta illud Pauli: *Quoniam de*
Act. 24. *reſurrectione mortuorum ego iudicor hodie a vobis.* Colligebat ergo D. Paulus iuxta hãc interpretationem, mortuorum reſurrectionem ex laboribus, atrociſſimiſque tormentis, quæ libentiſſimo animo Martyres ſuſtinebant. Tandem nunminus ingenioſam, ac ſubtilem exiſtimauerim
S. Ephrem in ſuo teſtam. Hugo, & Dionyſ. hic Petrus Cluniacenſis. Epiſt. contra Petrobruſianos. expoſitionẽ aliã, quã ſequũtur S. Ephrem, Hugo, Dionyſius, & Petrus Cluniacenſis: hi enim aſſerunt, D. Paulum hoc loco non loqui de baptiſmo aquæ, aut ſanguinis; ſed de baptiſmo pœnitentiæ, qualis eſt ille, quo quis mundatur, & purificatur per opera pœnalia, & ſatisfactoria, vnde aiunt, baptizari pro mortuis, idem prorſus eſt, quod opera pœnalia, & ſatisfactoria Deo offerre in compenſationem pœnarum, quas mortui pro commiſſis delictis exſoluere debẽt: quod ſane omnino vanum, & futile eſſet, ſi mortuorum reſurrectio futura non foret, iuxta illud Macha-
2. Machabæorum 12. bæorum: *Miſit Hieroſolymã offerri pro peccatis ſacrificium, bene, & religioſe de reſurrectione cogitans: niſi enim eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis.* Et his apponere placet egregia verba magni Gregorij: *Qui reſurrectionis fidem ex obe-*
D. Gregor. lib. 14. moral. c. 32. *dientia non tenent, certe hanc tenere ex ratione debuerunt; Iuſtitiæ enim ratio & æquitatis ius mortuorum reſurrectionem iure optimo ſibi vendicant, vt ſicut corpus in conſortio animæ in viuendo Domino laborauit, laboris præmium in conſortio eius reportet. Quod nequaquã fieri poſſet, niſi corruptibilia hæc noſtra corpora incorruptionem, & immortalitatem per reſurrectionem induant.*

Homilia Decima.

Chriſti Domini reſurrectionem in carne exemplar eſſe, ad cuius normam ſpiritualis noſtra reſurrectio fieri debet, multiplici eruditione diſſeritur.

CHRISTI Domini reſurrectio non corporalis tantum horum reſurrectionis exemplar eſt, vt ſupra diſſeruimus, ſed ſpiritualis etiam, vt docet Apoſtolus: *Traditus eſt propter* ad Rom. 4.
delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã. Duplicẽ diſtinguit Apoſtolus in peccatoris iuſtificatione terminum: is enim motu quodam a termino, a quo, nempe peccati excluſione, ad terminum, ad quẽ, gratiæ videlicet introductionem mouetur: primũ tribuit morti, alterum Chriſti reſurrectioni, non quod vtraque, immo qualibet ſigillatim conſiderata, quoad moralem efficientiam, verumque non effecerit, ſed ob diuerſa, quę vnaquęque illarum denotat. Quod egregie obſeruauit gloſſa Pauli verba exponens: *Mors, & reſurrectio Chriſti in nobis efficiendo ſunt idem, ſed ſignificando ſunt diuerſa: quia mors ſignat, vt moriamur veteri vitæ, reſurrectio, vt in nouitate vitæ ambulemus,* ac ſi diceret, quamuis in iuſtificatione paris fuerint efficientiæ, in ratione tamen exemplaris maximum intercedit diſcrimen: mors enim exemplar eſt, quo peccatis, anteactam vitam deteſtantes, moriamur: reſurrectio formam præſcribit, qua ad nouam gratię vitam reſurgere debemus. Expoſuit hoc D. Tho- D. Thom. 3. p. q. 56. ar. 2. ad 4.
mas his verbis: *In iuſtificatione animarum duo concurrunt, remiſſio culpæ, & nouitas vitæ: quantũ ergo ad efficientiam, quæ eſt per naturam diuinam, tam paſſio Chriſti, quam reſurrectio eſt cauſa iuſtificationis quo ad vtrumque; ſed quantum ad exemplaritatem, proprie paſſio & mors Chriſti eſt cauſa remiſſionis culpæ, per quam morimur peccato; reſurrectio autem Chriſti eſt cauſa nouitatis vitæ, quæ eſt per gratiam, ſiue iuſtitiam, & ideo Apoſtolus dicit: traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Cum igitur Chriſti reſurrectio exemplaris cauſa ſit, inſpiciamus, quenam debeat imitari, qui ſpirituali animæ reſurrectione ad iuſtificationis vitam cupit reuocari, & quonam pacto peccatoris iuſtificatio reſurrectioni ſimilis ſit. Primum eſt, ſicut Chriſti reſurrectio omnipotentis Dei dexteræ opus fuit, qui ſolus a priuatione ad habitũ regreſſum facit, ſic anima totis etiam naturæ viribus diuina virtute non intercedente nunquam poterit

de peccatorum morte ad iuſtificationis vitam aſcendere, quod contra Pelagium Tridentinum Concilium definiuit, his verbis: *Si quis dixerit hominem ſuis operibus, quæ vel per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam fiant, abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia poſſe iuſtificari coram Deo, anathema ſit.* [Conſil. trid. ſeſſ. 6. can. primo de iuſtificatione.] Ideo mortiferam culpã ferę compararem, quã faberferrarius tali arte confecit, vt ſi oſtium claudatur, claue exterius remanẽte, qui in cubiculo eſt, nullã ratione valeat adaperire: ita cũ peccator in mortiferã culpã labitur, cordis ianuã Deo adeo occludit, vt niſi ipſe diuinę gratiæ excitantis claue cor aperiat, neutiquam homo poſſit a tyrãnica peccati ſeruitute liberari. Aptiſſimum eſt ad idem, quod de Cretenſi labyrintho fiuxit antiquitas: innumeris fuerat fabricatus viarum ambagibus, ita vt ſi quis ſemel ingrederetur, nulla vnquam redeundi facultas, abſque alterius adiutorio illum ducentis concederetur. Quod dixit Virgilius quamuis alio reſpiciens. [Virg. 6. Aen.]

—— facilis deſcenſus Auerni,
Sed reuocare gradum, ſuperasque euadere ad auras
Hoc opus hic labor eſt.

Labyrintheas peccatorum ambages ingredi quam facillimum eſt, ſed inde euadere diuinæ dexterę opus eſt, *hoc opus hic labor.* Pręſignatam inuenio hanc catholicam veritatem in Pharaonis Magis: hi actiua paſſiuis applicantes, colubros venenatos, angues lethales procreabãt, verum eoſdem enecare proprijs viribus non valebant. Certe noſtri arbitrij libertate lethalis culpæ anguem (ſic eum ſacrum vocat eloquium: *Quaſi a facie colubri fuge peccatum*) [Eccleſ. 21.] progignere facile poſſumus: verum quamuis omnes noſtros conatus adhibeamus, nunquam propria virtute venenatũ peccati colubrum interimere poterimus. Secundum, quod in ſpirituali animę reſurrectione proponitur imitandum, illud eſt, vt ſit vera reſurrectio, non ficta. de Chriſto enim dicitur: *Surrexit Dominus vere.* Tertium, vt in reſurrectione animæ perſeueremus: *Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra nõ dominabitur.* Vt vtrumque hoc intime penetremus, aduertendum, triplex reſurrectionis genus in ſacris Scripturis ſignatũ. Primum eſt apparens tantum, non verax, cuiuſmodi fuit reſurrectio Samuelis, qui iubente Deo a Saule vocatus apparuit: [1. Reg. 28.] quamuis enim tunc Samuelis anima aduemiſſet, phantaſticum tamen corpus aſſumpſit, vt ex Auguſtino colligit Lyranns ibi. Reſurrectio hæc peccatores illos præfigurauit, quos reſurrexiſſe crederes, quia confeſſione peccatorum præcedente cõmunicarunt; ſed apparenter tantum ſurrexerunt, nam a proxima peccandi occaſione non elongati, in eadem peccata prolabendi periculo iterũ expoſiti remanſerũt. Rex Ioſias, ſicut habetur in ſacris litteris, vt idola penitus aboleret, omnes idololatrandi radicitus occaſiones abſtulit, [4. Reg. 23.] idolorum artifices relegauit, nemus ipſum, quod lignariam materiam præbebat, ſuccidit, aruſpices deleuit, & eos, qui adolebant incenſum lunæ, exterminauit, ac lucum in puluerem conuertit; hac etiam de cauſa Ezechias æneos ſerpentes, quos populus venerabatur, confregit. [Exod. 32.] Compertum etiam eſt, Moyſem aureum vitulum in puluerem redegiſſe, ne ſi qua illius particula ſuperſtes fuiſſet, populo relinqueretur occaſio iterum idola colendi: nec puluerẽ ipſum dereliquit, ne iterũ conflarent vitulum, vt temporibus Ieroboam accidit, ſed potandum illum præbuit, vt penitus idolum e memoria excideret. [Num. 6.] Nazaræis etiam cum Dominus vinum prohibuiſſet, non ſolum præceptum fuit ab omni, quod inebriare poſſet, abſtinerent, ſed quod nec vuas, aut grana illarum minutiſſima deguſtarent: *Vuas recentes, ſiccaſq. & quidquid ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſque ad acinum, non comedent*: etenim ſi vuę grana guſtaſſent, paſſam etiam vuam cupiuiſſent, & hac guſtata, quid ſaporis haberet, antequam deſiccaretur, experiri tentaſſent, ac tandem ad vinum etiam potandum progreſſi eſſent, a quo vt abſtineant, acini ipſi vuę prohibentur, vt omnis quantumuis minima peccandi occaſio prorſus amoueatur. [Gen. 2.] Hinc eſt, quod Eua ſerpenti dixerit: [Ibidem.] *Præcepit nobis Dominus ne comederemus, & ne tangeremus illud.* non habetur certe, Deum tactum prohibuiſſe, ſed eſum: *ne comedas, ne forte moriaris.* Verum, quia Eua cæleſti tunc gratia erat irradiata, quia ab innocentiæ ſtatu non exciderat, cum prohibitum a Deo cognouerat pomi eſum, prohibitum etiam ex conſequenti quidquid ad id conducebat, aut viam parabat, intellexit, atque adeo *præcepit*, inquit, *nobis ne tangeremus, & ne comederemus.* Qui igitur omnem peccandi occaſionem non deſerit, clare indicat ſe a peccatorum opere ceſſare non velle, atque adeo phantaſtice, & apparenter, nõ vere reſurrexiſſe. Secundum reſurrectionis genus eſt eorum, qui vera reſurrectione reſurgunt: hoc pacto filius viduæ ab Eliſeo reſuſcitatus, Lazarus a Chriſto, & alij quamplures ad vitam reuocati fuere. Horum quidem reſurrectio, quamuis non ficta, ſed vera fuiſſet, tamen cum mortales reſurgerent, iterum emorituri erant. Hæc illorum reſurrectionem præſignat, qui integra peccatorum confeſſione præmiſſa, a peccandi occaſione recedentes, vera reſurrectione ad ſpiritualem vitam reſurgunt; ſed poſt aliquod temporis ſpatium, velut canes ſpurciſſimi, quæ ſemel euomuerunt deglutientes, in priſtina peccata iterum, atque iterum miſere prolabentes, iterato moriuntur. Narrat ſacra Scriptura, cum arca Dei Iordanem fluuium tranſiret, aquas a conſueto curſu deſtitiſſe, ſed poſtquam progreſſa erat, iterũ ſicut antea effluxiſſe. Idem nonnullis videmus accidere, cum ſanctæ hebdomadæ diebus laſciuiæ ignem temperant, a ludis ſe abſtinent, linguam a detractione coercent, vltionẽ inimicorũ nõ tentãt, ſed ea tranſacta, effrenatis animi paſſionib⁹, odio, ludo, auaritię, & luxurię habenas relaxãt, & exũdãtes culparũ aquę eodẽ

quo

quo antea impetu ferũtur. his ſane accidit, quod illis, qui armati noctu ciuitates circumeunt, hi ſi inſequentes ſatellites aduertant, tuto in loco arma deponunt, qui cum inermes videantur, liberi dimittuntur: cum tamen pertranſierint ſatellites, reſumptis armis, malum, quod cœperant, ad finem perducere conantur. Non diſſimiliter aduenientibus ſacræ hebdomadæ diebus, cum concionatores inſtantem Dei iuſtitiam promulgant, deponit vnuſquiſque per modicum temporis peccatorum arma, concubinæ domum non adit, aleis, & taxillis non vacat, manus vindictam non quæritat aduentante Paſchali tempore, depoſita arma reſumunt, mortemq. iterũ ingrediuntur, vita cæleſtis gratiæ ſpoliati, qua fuerant a Chriſto reſurrectionis auctore donati. Tertium reſurrectionis præcipuum genus eſt Chriſti, qui nunquam moriturus reſurrexit: *Chriſtus reſurgens ex mortuis iã non moritur.* Hoc reſurrectionis exemplar diligenter intuendum ante oculos peccatori proponitur, qui ad cæleſtis gratiæ vitam cupit reuocari. Inſinuauit id egregie Chryſoſtomus his verbis: *Non oportet exordia ſola habere clara, ſed & finem clariorem. Nonne rhetor circa finem orationis ſatagit clarior apparere, vt cum plauſibus diſcedat? nonne circa finem perfectionis ſuæ actionem clariorem demonſtrat? nonne athleta, niſi finem oſtendat clariorem, & vſque ad conſummationem ſemper exuperet, etſi omnes vincat, vincatur autem a nouiſſimo, nonne omnia illi infructuoſa forent? nonne gubernator, ſi pelagus totum pertranſeat, circa portum autẽ confringat ratem, omnem perdit anteriorem laborem? quid etiam medicus ſi liberauerit ægrotum morbo, cum autem ad perfectionem ſalutis peruenturus erat ægrotus, tunc eius corrumpat valetudinem; nonne inquam totum corpus corrumpit, & perdit? ſic etiam in virtute contingit, quotquot exordijs finem non impoſuerunt competentem, & conſequentem, & continuum perierũt, & corrupti ſunt.* S. etiam Auguſtinus verba illa Dominica exponens: *ſi manſeritis in ſermone meo vere diſcipuli mei eritis: Aduerte, ait, quod nõ dicit, ſi me audieritis aut ad me acceſſeritis, aut ſimile quid, ſed ſi manſeritis. Et certe, aut perſeuerare laborioſum eſt, aut non: quod ſi laborioſum eſt, debemus nobis præmium ante oculos proponere; ſin minus, plane grauiſſimam incurrimus reprehenſionem ſi non perſeueramus.* S. etiam Gregorius pulchram de hoc ſententiam protulit, eius verba iuuabit apponere. *Non eſt abſolutus debitor, qui multa, ſed qui omnia reddidit, nec ad brauiũ victoriæ peruenit, qui in magna parte ſpectaculi currit, ſi iuxta metas veniẽs in hoc, quod eſt reliquum, deficit: nec ad qualibet deſtinata loca pergentibus inchoando prodeſt longum iter capere, ſi non etiam totum valeant conſummare. Qui ergo æternam vitam quærimus, quid aliud quã quædam itinera agimus, per quæ ad patriam feſtinamus? ſed quid prodeſt, quod carpimus multa, ſi ea, quæ ad perueniendum reſtant negligũtur?* Quibus Cæſarei Arelatenſis verba cohærẽt. *Quid, ait, mihi prodeſt, ſi mihi ſata viridantia in herbis ſpem meam oſtendant, & me ſub ipſo falcis tempore ſubita, vel aeris intemperie, vel pluuiarum inundatione decipiãt? quid mihi prodeſt ſi vinea ſpem omnem in flore promittat, & vel ferarum incurſio, vel vaſtitas grandinis ſpem omnem in conſummatione ſubducat? ideoque omnis proſperitas, aut felicitas in fine conſiſtit.* ſed hoc altius repetamus. Cicero, a quo D. Thom. accepit, perſeuerantiam definiens: *Eſt,* inquit, *in ratione bene inſtituta, ſtabilis, & perpetua permanſio:* atque ideo Apoſtolis dixit Chriſtus: *ſicut palmes non poteſt facere fructum, niſi manſerit in vite, ſic & vos niſi in me manſeritis.* huc etiam reſpexit Seneca: *Non coaleſcit fortaſſe planta quæ ſæpe transplantatur.* Verum non plantæ ſolũ, ſed nihil in natura reperire eſt, quod in bene cœpto opere ſtabilitatem, firmitatemque non prædicet. Certe quamuis quæ ſphericæ figuræ ſunt, quam facillime hinc inde agantur, terra nihilo ſecius rotunditate prædita, licet in medijs aquis ſita, quæ nullius ſũt ad ſuſtentandũ roboris, nunquam tamen ad dexteram, vel ad ſiniſtram deflectit, ſed immobilis in imo centro perſiſtens perſeuerat: *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi.* Aquæ etiam elementum perennis eſt mundi totius fons, nec vnquam potuit abſorberi. Si aerem intueris, miram in ſuo miniſterio perſeuerantiam admiraberis, qui vt vacua loca compleat (quod Philoſophi docent, & experientia comprobat) æra, & ferra cõfringit. Quid de igne dicendum, qui ſummum ſui caloris gradum retinens perpetuo contiguas aeris partes inflammat, perpetuaque ſtabilitate damnatorum animas caloris vi torquet? Quid de cæleſtibus orbibus, a regulato ſuo motu nec per breue temporis ſpatiũ ceſſantibus? quid de continuo planetarum influxu? quid de empyreo cælo, cuius firmitas beatorum ſtabilitatẽ, qui in eo habitant, ad viuũ exprimit? quid de Chriſti ipſius in Cruce perſeuerantia, a qua nec prouocatus quidem deſcendit? *Si filius Dei eſt deſcendat de cruce:* perfecto tamen, & conſummato iã opere deſcendit, prius, *conſummatũ eſt,* dicens. Hinc Apoſtolus *auctorem, & cõſummatorẽ Ieſũ Chriſtũ,* dixit. quod ſi vlterius progredientes, Deum, qui caput eſt Chriſti, iuxta illud, *caput Chriſti Deus,* intueamur, mirum in bonis operibus perſeuerandi exemplar intueri licebit. Inſpiciamus Deum optimum maximum ad intra, diuinas, ac immanentes actiones exercentem, principio carens, Filiũ ſuum vnigenitum perpetuo generat, nec per momentum quidem temporis a ſuo opere vnquam deſiſtens. hoc enim annuit illud Dauidicum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te:* idemque Pater, & Filius, Spiritus ſancti ſpirationi, reciproco amore ſe amantes, perpetuo, ac inceſſanter inſiſtunt. Si opera deinde ad extra Dei inſpiciamus, illud verificari comperiemus: *Dei perfecta ſunt opera.* Vnde in Geneſi nunquam Deum a mundi creatione deſtitiſſe, donec extremam manum operi admoueret, legimus: *Igitur perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum, compleuitque Deus die*

ſeptimo

Marginal notes: *Ad Rom. 6.* — *Chryſ. ho. 29 ſup. epiſt. ad Hebræos.* — *c. 15. Ioan. D. Aug. de verbis Dom. ſer. 48. tract. 40.* — *D. Greg. lib. 22. mor. c. 6.* — *Cæſar. ho. 25* — *Cic. in Rhet. D. Tho. 2. 2. q. 137. ar. 1.* — *Ioan. 15.* — *Pſal. 103.* — *Ioan. 19. Ad Hebr. 12.* — *Geneſ. 2.*

ſeptimo opus ſuum, quod fecerat, & requieuit ab omni opere, quod patrauerat, hoc eſt, ceſſauit à noua creaturarum creatione, ſed quas cōdiderat, non dereliquit, ſed creatas conſeruauit: neque enim vnquam à mundi conſeruatione deſiliit: *Pater meus operatur, et vſque modo ego operor.* Verum inter omnia condita duo nobis perſeuerātiæ exemplaria dereliquit: primum eſt illud

Plin. lib. 35. c. 10. Alb. libr. 2. miner. c. 2.

lapidis, quem abeſton vocant, id referente Plinio, & Alberto. hic cū ſemel ad ignē applicatus flāmam conceperit, numquam extinguitur, quamuis maxima aquarum vi perfundatur:

Arcadia tellus lapidem producit Abeſton,
Ferreus huic color eſt, natura mira poteſtas:
Nam ſemel accenſus conceptos detinet ignes,
Extingui nequit perlucens perpete flamma.

S. Iſid. l. 16.

S. Iſidorus refert olim in Veneris templo lapidē hunc extitiſſe, quo veluti accenſa face vtebātur. Talis iſtorum perſeuerantia in virtutibus deberet eſſe, vt ſemel diuini amoris igne concepto, tanto ardore feruerent, vt vndantes anguſtiarū

Cant. 8.

fluctus non valerent extinguere: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.* Alterum perſeuerantiæ exemplar laurus præ ſe fert: hæc

Gem. libr. 3. de Vegetab. c. 61.

enim Geminiano referente, tum brumali, tum æſtiuo tempore natiuam retinet viriditatem, immo tonitrua ſpernit. Et hinc eſt, quod Tibe-

Ibidem.

rius Cæſar cum fulgura videret, & tonitrua, lauro cingebat caput, vt fulmē euaderet. Eſt & lauri proprium phantaſmatum viſiones fugare, ideoq. in præfato Geneſis capite legimus Rebeccā laureo ſerto redimiſſe caput. Hoc perſeuerātiæ mirū in modū congruit: hæc enim hinc diuinæ iuſtitiæ fulgura, quæ noſtris prouocata criminibus iaculatur; inde inferni phantaſmata, dæmones ſcilicet ipſos propellit, ac fugat: dæmonis enim proprium eſt perſeuerantiam inſe-

Bern. in quadam epiſt.

ctari. Vnde illud Bernardi: *Scias diabolum ſoli ſēper perſeuerantiæ inſidiari, quam ſolam virtutem nouit coronari*: Nouit quidem dæmon perſeuerantia deficiente palmam victoriæ denegari,

D. Greg. ſup. c. 1. Iob.

ideoque Gregorius: *Sine perſeuerantia* (ait) *nec pugnans victoriam, nec victor accipit palmā.* Completur autē in dæmone, quod de eo in ipſo mun-

Gen. 3.

di primordio prædixerat Deus: *Tu inſidiaberis calcaneo eius*, id eſt, in extremis vitæ diebus hominibus laqueos, & inſidias parabis: ſic enim verba hęc D. Gregorius exponit, illudq. Dauidi-

Greg. in dialog. c. 1. pſal. 51.

cum affert: *Ipſi calcaneum meum obſeruabunt*, id eſt: extremis vitæ meæ diebus inſidiabuntur: tūc enim omnes animi conatus in lędendo adhibēt, quia quæ nunc machinati non explent, nullam in poſterum dandam ſibi perficiendi facultatē recte norunt. Verum ſi ea omnia, quæ hactenus enumerauimus perſeuerantiam non ſuadēt, quę

[illegible]

Eccleſiaſticus admonet, ſatis eſſe putauerim, vt numquā cæleſti militiæ adſcriptus miles animum à bonis auertat operibus, & ſub alio, quā

Eccl. 26.

Chriſto duce militet: *In duobus* (ait Spiritus ſanctus) *contriſtatum eſt cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit: vir bellator deficiens per inopiā* (emeritæ militię miles, ſumma inopia laborans, ob denegata ſibi debita ſtipendia) *vir ſenſatus contemptus*, vir doctus deſpectus. Hæc Eccleſiaſtici angebant animum; verū de eo, quod ſubdit, vehementius dolebat: *Qui transgreditur à iuſtitia ad peccatum*. Dolendum ſane, quod tam prompte ſuaui Dei lege proiecta ferreo diaboli iugo colla ſubmittat: at ſacer textus inquit, debitas dabit poenas: *Deus parauit eum ad rompheam*, quod interlinearis gloſſa exponit: *Deus reſeruat eum pœnis perpetuis.* Vatablus, *Dominus eum cædi deſtinabit.* Vt autem ad perpetuas ęternitates puniendum monſtraret, romphææ voce vtitur, quæ lōgum enſem ſignificat, vt ferreo enſe poena, longitudine æternitatis perpetua duratio denotetur.

Homilia Vndecima.

De vniuerſali omnium lætitia, quam mundus ex Chriſti reſurrectione percepit.

INTER ceteras prærogatiuas, quibus triumphalis Chriſti reſurrectio ſecūdos humanarum rerum euētus excedit, ea minima non eſt, quod proſperi mūdi euētus limitati ſemper fuere (quippe qui vnicam domum, cognationem, vel ad ſūmum vnam, vel alteram exhilarauere rēpublicam; verum in Chriſti Domini reſurrectione communis eſt totius mundi lætitia, non eſt limitatum domus alicuius gaudium, vt in natiuitate Iſaac riſum ſignificantis; non cognationis v- Gen. 21.

nius, vt Ioannis Baptiſtæ; non totius ciuitatis, Luc. 1.

vt Bethuliæ libertas; non totius proſapiæ, vt Re- Iud. 13.

gnum Ioſeph; non totius generis, vt Hebræis accidit ea Babylonica, & Ægyptiaca captiuitate erutis; vel enim pœna eis, Regina Eſther interce- Iud. 12. & 13. Eſth. 8.

dente, inflicta non fuit poſt mortis in eos latam ſententiam: ſed vniuerſalis potius totius mundi lætitia fuit. Sicut enim in Chriſti morte ita communis fuit omnium dolor, vt cælum lugubri amictum habitu videretur, ſol eclypſatus, luna obſcurata, terra patula cerneretur, lapideſque inuicem colliſi ſcinderentur; immo nec defuit, qui dixerit Angelos aeris aſſumptis corporibus lacrymis mœrorem teſtatos, quod prædixerat Iſaias: *Angeli pacis amare flebunt*; tan- Iſai. 33.

dem tantus fuit dolor, vt deficiente in Cruce Domino, omnia deficere, diemq. ſuum obire cuperent, vt dicit S. Leo, *In obitu conditoris ſui* S. Leo de paſ. Domini.

voluit omnia finiri: Sic etiam eo reſurgente communis fuit cæli, terræq. lætitia: *In reſurrectione tua Domine, cæli, & terra lætantur*. Angeli conceptum gaudium retinere non potuerunt; primi enim præcones fuere Chriſti reſurrectionis, candidiſq. veſtibus induti apparuerunt, quæ lætitiæ ſigna ſunt, nigra mæſtitiæ, vnde tunc cā-

tat

rat Eccleſia: *Exultet iam Angelica turba cœlorum*, cuius rationem aſſignauit Gregorius: *Quia aut* inquit, *reuocanda ad cœleſtia eorum numerum cõplet. Cœli gaudium incredibile eſt quantum extiterit: ſol enim præcipua cœli lampas, tribus horis ſolitam oriendi legem præueniens inſolita radiorum ardere coruſcus eniuus.* Quod teſtatur Petrus Chryſologus, à quo nec doctiſſimus Rauanus diſcrepauit: *Sol*, inquit, *qui propter quod Dominum compateretur morientem, abſceſſerat, claritate, vt conſurgeret Domino, ante tempus occurrit: & vt ſuo cõmoreretur auctori, ipſam meridianam mortificauerat claritatem, vt conſurgeret auctori ſuo cunctis tenebris antelucanus erupit: & qui ante fugerat, nunc ipſam noctem præuenit fugaturus, vt reddat tres lucis horas, quas tranſitu Dominicæ paſſionis inuaſerat.* quod ante præuiderat Pſalmiſta dicẽs: *Nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebra eius, ita & lumen eius.* quæ verba Incognitus explicans: *Præuidens ait, Pſalmiſta tempus Chriſti paſſionis, & reſurrectionis, quod ſcilicet tempore paſſionis lux diei per tres horas obſcuraretur, volens Chriſtus ſatisfacere lumini diei amiſſo in ſua reſurrectione, per tres horas illuminauit noctem. ſic quod ſol ante tempus ſecundũ curſum naturæ debitũ per tres horas ante ſurrexit.* Nec longe ab hoc abeſt S. Maximus: *In reſurrectione*, inquit, *Chriſti elementa omnia gloriantur: nã & ſolem ipſum arbitror in hac die ſolito clariorem fuiſſe.* Atque hinc crediderim, terræmotum in reſurrectione auditum nihil aliud ſignificaſſe, quam terram præ lætitia tripudiantem exiliſſe, eamq. remotiſſimis etiam Inſulis fuiſſe diffuſam, vt cecinerat Dauid: *Dominus regnauit, exultet terra, lætentur inſulæ multæ.* In quo Pſalmo, titulus notandus eſt, ad rem, de qua agimus, accommodatiſſimus, qui talis eſt: *Pſalmus Dauid, quando ei terra reſtituta eſt.* Commemorat Pſalmus euentum 2. Reg. 17. cum Abſalon per ſummam iniuriam Patris Regnum occupans, eum è Hieruſalem eliminauit, qui deinde, mortuo ſuſpendio Abſalon, Regno reſtitutus, in tranquilla pace vitam duxit, atque Pſalmum hunc illius memor compoſuit, cui prædictum titulum inſcripſit: *Pſalmus Dauid, quando ei terra reſtituta eſt.* Verum vt recte annotauit Incognitus, non agitur hic de euentu illo, ſed de illius ſignificato, vnde ait Dauid nomine, Chriſtum ſignificari, qui inter plures iuſtos filios Iudam habuit rebellem, & proditorem, ſicut Abſalon, qui etiam patrem prodidit. Terra, quam Iudas à Chriſto bello diripuerat, Chriſti caro fuit, dicente Gregorio: *Quid nomine terræ, niſi caro exprimitur?* quam ipſe tradidit inimicis. nec ab exitu hi duo fuere diſſimiles. Sicut enim Abſalon crinibus ſuſpẽſus animam exhalauit, ſic Iudas ex arbore pendens, teſtante S. Euangeliſta Matthæo: *Laqueo ſe ſuſpendit.* & ſicut mortuo Abſalon illico terræ dominium reſtitutum legimus Dauidi, à quo fuerat expulſus, ſic moriente Iuda, carnem ſuã reſurgens reaſſumpſit Chriſtus, quæ ab anima, Iuda tradente, fuerat ſeparata, quo mortuo (inquit Incognitus) ſicut terra ſua reſtituta fuit ipſi Dauid, ſic & Iuda ſuſpẽſo Chriſtus terram, ſuam ſcilicet carnem reſurgendo reaſſumpſit, & poſtea regnauit in pace, tamquam verus Rex. Præuidens igitur Dauid fœlicem hunc Chriſti reſurgentis euentum, quẽ id quod ſibi acciderat, præfigurauerat: *Exultet*, dixit, *terra, lætentur inſulæ multæ.* Verum ſigillatim inſpiciamus, ad quoſnam lætitia illa peruenerit. Iure optimò inter congratulantes Chriſto; ſanctos illos Patres, in ſinu Abrahæ cubantes, dixerim annumerandos. Sicut enim non modicum lætitiæ affert voti compotem fieri; ſic inenarrabile fuiſſe crediderim ſanctorum Patrum gaudium: Chriſto enim Domino reſurgẽte ſpes omnium completa fuit. Sed maius fuiſſe exiſtimandum eſt Abrahæ gaudium, qui ſolo ſpiritu myſterium hoc præuidens, adeo gauiſus eſt, vt Chriſtus Dominus dixerit Ioanne atteſtante: *Abraham Pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt.* Quamuis enim D. Gregorius putet diem hunc eſſe illum, in quo myſterium Trinitatis ei fuit reuelatum, & S. Chryſoſtomus exiſtimet diem hunc mortis diem fuiſſe, Lyranus quamplures referens, diẽ Incarnationis, & Auguſtinus dubitet, verum dies hic de temporali, an de æterna natiuitate intelligendus ſit: *Incertum eſt* (ait) *an diem temporalem intelligit, quo erat venturus in carnem, an vero diem æternitatis ſed vtrumque Abraham vidit*: tantutum tamen pace virorum S. Theodoretum ſequutus, exiſtimo, hic de reſurrectionis ſuæ die Dominum loquutum, qui per antonomaſiam dies dici poteſt, quippe qui cunctorum dierum Rex ſit. Quod & innuit Eccleſia cum cõcinit: *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea.* Dies quidem omnes fecit Deus; verum reſurrectionis dies præcipue ſibi adſcribitur, quia in nullo dierũ ita eius maieſtas enituit, ſicut in hoc, in quo Filium Dei ſe eſſe manifeſte oſtendit, ſuæq. doctrinæ veritatem confirmauit: reſurrectio enim Chriſti ſigillum fuit, & nota, quibus vniuerſa noſtræ fidei myſteria munita fuere. Sicut enim Apoſtolicæ litteræ, & regia mandata, Apoſtolico, vel regio ſigillo muniuntur, vt integra illis præſtetur fides, ſic Chriſtus myſteriorũ fidei noſtræ veritates confirmans, reſurrectionis ſigillo communiuit, ſine quo inualida, & infirma eſſent, vt dixit Apoſtolus: *Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt fides noſtra.* Dauid etiam de Chriſto loquens: *Quæ vtilitas*, inquit, *in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?* Ac ſi diceret iuxta Incogniti expoſitionem, ſi corpus meum non reſurgeret, ſed vt cetera corrumperetur, quodnã ex mea morte emolumentum humano generi præſtabitur? Sed vt Euangelica illa verba exponamus: *Pater veſter exultauit &c.* in memoriam reuocemus Apoſtoli verba, qui de Abraham agens filium iã iam immolaturo, habet hæc: *Arbitrãs, quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus, vnde eũ, et in parabolam accepit.* id eſt ſicut explicat Theodoretus, in ſymbolũ, & typum reſurrectionis. Quod enim immunis à morte Iſaac euaderet, ſymbolum fuit Chriſtũ reſurrecturum illæſum à mor-

tis

Greg. hom. in paſch. — *Chryſol. ser. de reſurr. Rau. in cõm. c. 15. Marc.* — *Incogn. in Ps. 138.* — *S. Max. hom. de reſur.* — *Ps. 96.* — *2. Reg. 17.* — *Greg. lib. 8. mor. c. 21.* — *Matth. 27.* — *Incognit. in Ps. 138.* — *Ioan. 8.* — *Greg. hom. 18. in Euan.* — *Gen. 8.* — *Chryſ. 54.* — *Lyr. sup. Io.* — *Aug. refer. Gloſſ. ord.* — *Theod. super Ioan. 8.* — *Corinth. 15.* — *Ps. 29.* — *Inc. in Pſal.* — *Ad Heb. 11*

Digitized by Google

tis ferro. Vel dicamus Abraham Chriſti reſur-
ctionem cognouiſſe, cum promiſit ei Deus ex ſe,
& vxore Sara, quamuis ſterilibus, & ad genera-
tionem ineptis, & veluti mortuis filiũ procrean-
dum. Non eſt commentum meum hoc, ſed id
Ad Rom. 4. Apoſtolus docuit, cum dixit: *Non infirmatus eſt
fide, neque conſiderauit corpus ſuum emortuum, cũ
fere centum eſſet annorum, & emortuam vuluam
Saræ*: Itaq. ex hac Abrahæ, & Saræ morte Deus
illis filium ſuſcitauit Iſaac, & hanc eſſe figuram,
quam præuidit Abraham, voluit Paulus, vnde
cum in parabolam accepit, quod tum in ſeipſo
figuratum videret Abraham, magnopere læta-
tus eſt: *Vidit, & gauiſus eſt*. Aggrediamur nunc
ſanctarum Mulierum in Chriſti reſurrectione
gaudia, inter quę, quia excellẽtiſſimum fuit Vir-
ginis Matris gaudium: ab hoc ſi placet, exordia-
mur. Illud crediderim B. Virgini accidiſſe, quod
in nube ſoli oppoſita videmus. Sol cum aduerſã
ſibi caliginoſam nubem, proſpicit, lucidiſſimis
eam perfundit radijs, & ita rutilantem reddit, vt
ſolem mentiatur; obſcuram nubem Mariæ cor
exiſtimarim, ob triſtitiam ex paſſionis tẽpeſta-
te conceptam; aduentante tamen iuſtitiæ ſole
Chriſto illã irradiante, incredibili lætitia, ſum-
maq. compleuit gloria, humanitatem ſuã illius
oculis offerens. Innumeræ rationes ſuadent,
Mariæ gaudium in Filij reſurrectione, totius
mundi exceſsiſſe lætitiam; verum quia de hoc
paulo ante abunde egimus, vnum nunc proferã;
nã ſicut natura ducti ſummopere lętamur, cum
amiſſas res, quas plurimi faciebamus, reperi-
mus, vt ſignificauit Dominus in Euangelica pa-
Luc. 15. rabola: *Epulari, & gaudere oportebat, quia hic fra-
ter tuus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuen-
tus eſt*. & alibi: *Congratulamini mihi, quia inue-
Ibidem. ni drachmam, quam perdideram*: ſic B. Virgo cum
in Chriſti reſurrectione ineſtimabilem illum
ſui Filij theſaurum, ſupra omnes cæli, terræque
theſauros inueniſſet, quem morte perdiderat,
mirum in modum lætatã credẽdum eſt. Drach-
ma preciosiſſima erat Matris ad Filium relatio,
hanc, iuxta rectam philoſophandi normã, Virgo
perdiderat mortuo Chriſto; Mater enim, & Fi-
lius correlatiui ſunt, ſicq. deficiente vno alterũ
deficere neceſſe eſt. Reſurgente Chriſto, Virgo
etiam in ſua relatione, Matriſq. dignitate ſurre-
xit, poteratq. merito in Euangelica verba pro-
Ibid. rumpere: *Congratulamini mihi, quia inueni drach-
mam, quam perdideram*, B. Virgini congratula-
tas etiam cenſeo ſacras illas Mulieres; quæ e-
nim fuerant paſſionis tempore contriſtatæ, iure
optimo Chriſti reſurgentis triumphum cele-
brare debebant. Mos apud priſcos inoleuerat,
mulieres vincentibus obuias canticis, muſicíſque
inſtrumentis illorum celebrare victoriã. Sic Da-
uidi Golia ſubacto Hieroſolymitanæ mulieres
occurrerunt, honorifica carmina decantantes:
1. Reg. 18. *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia*. Idem
Flauius. recenſet Ioſephus Flauius de Athenienſibus mu-
lieribus, cum Titus Imperator debellauit Athe-
Pauſanias. nas. Pauſanias etiam refert, cum à Lacedęmo-
nijs Meſſenij grauiter premerentur, quendam
Ariſtomenem nomine noctu Palladis templum
ingreſſũ, & ibi clypeum repoſuiſſe, vbi ipſi ho-
ſtes parta victoria arma reponere cõſueuerant,
deinde inimicos inuadens fugauit exercitum,
populumque ſuum è moleſtijs eripuit, eique
triumphanti Meſſeniæ mulieres occurrerunt,
carmen illud, quod Rianus retulit, decantan-
tes: [illegible]

*Per medium campum Stenicleron, & iuga bonum
Spontaneos fugat fortis Ariſtomenes.*

Sic cum fortis armatus dęmon mundum ſua ty-
rannide opprimeret, miſericordia motus diui-
nus Ariſtomenes (Ieſum intelligo) repoſuit in
Crucis ſublimi inſigne illud I. N. R. I. & in
mortis templo, vbi dæmon victorum hominum
trophæa aſſeruabat, ſacræ ſuæ humanitatis cly-
peum locauit, quo munitus dæmonem domat,
tartareas poteſtates coercet, carceres reſerat,
& captiuos redimit. Cui deinde opimis ſpolijs
onuſto primæ illæ, atque inſignes legis gratiæ
mulieres lætabundæ occurrerunt, victoriam
decantantes, verum non ſolitis inueteratiſque
concentibus (nouam enim canendi rationem
in tanto triumpho deſiderabat à nobis Dauid:
Cantemus Domino canticum nouum; non vetus
canticum Mariæ ſororis Moyſis, cum mare ru-
brum ſicco pede permeantes Hebræi glorioſam
reportauerunt ex Pharaone victoriam; non can-
ticum Debborę inſignis decus victoriæ; non An-
næ, ob ſterilitatis opprobrium ſibi ablatum;
non Ezechiæ, quindecim annis eius ætati ſuper-
additis) ſed nouũ decantetur canticum, quod in
cęlo ab Angelis cõpoſitum, ab iiſdẽ fuit in noſtri
Saluatoris ſepulchro decantatũ: *Quid quæritis* Luc. 24.
viuentem, cum mortuis? non eſt hic, ſed ſurrexit. Po-
terant quidem canticum, quod Dauid nouum
dixit, canere: *Saluauit ſibi dextera eius, & brachiũ* Psal. 97.
ſanctum eius. Iure canticum hoc nouum inſcri-
bi meretur; quamuis enim antiquum iam eſſet,
poſſe ad vitam mortuos reuocare, quod Eliæ, &
Eliſeo negatum non fuerat; poſſe tamen defun-
ctum ſemetipſum ſuæ omnipotentiæ dextera
ſuſcitare: *Saluauit ſibi dextra eius*, opus nouum
erat, & inauditum. Celebrarunt etiam diſcipu-
li maxima animi lætitia reſurgentis Chriſti
trophæum: *Gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino*. De- Ioan. 20.
ſcripſit ad amuſſim tranſlato loquendi more
gaudium hoc Iſaias: *Lætabuntur coram te, ſicut* Isai. 9.
*qui lætantur in meſſe, & ſicut lætantur victores ca-
pta præda, quando diuidunt ſpolia, & ſicut in die
Madian*. Ait primo ſimilem futuram læti-
tiam gaudio meſſorum; ſicut enim arandi ſe-
rendiq. elapſis interuallis, niuibus, & frigori-
bus tranſactis, brumaliſq. temporis inclemen-
tia, maxime lætantur, cum copioſas colligunt
meſſes, quibus horrea complent: hoc diſcipulis
accidit; ſato enim Chriſti corporis frumento in-
tra ſepulchri terram: *Granũ frumenti cadens &c.*
eorum corda mœror maximus occupauit; ve-
rum rediuiuum videntes Dominum, tamquam
maturã ſplendentemque ariſtam, quã credendũ
eſt lætitia perfuſos? Euangeliſta dicente: *Gaui-
ſi ſunt diſcipuli viſo Domino*. Comparat ſecun-
do

doloco Propheta diſcipulorum lætitiam militum gaudio victoria parta. certe tempore belli milites magis premuntur anguſtijs, quia vt veteranus quidam dixit miles; *Varius eſt euentus belli*. Verum cum ſecundus belli exitus acciderit, vexilla extollunt, tympanis perſonant, concrepāt tubis, & innumera alia lætitiæ ſigna præſeferunt. Non aliter Chriſti diſcipuli, cum in mōtis Caluariæ acie dimicaretur, tanto fuerunt terrore concuſſi, vt terga vertentes, proprium ducem in hoſtium manibus reliquerint: at parta victoria, quam Chriſto reſurgente cognouerunt, triſtitia in tripudium, moerore in gaudium conuerſo, mirum in modum lætati ſunt: *Gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino*. Tandem comparat nominatim lætitiam hāc gaudio bellantium in bello Madian: reſpexit Propheta ad victoriam, quam ex hoſtibus reportarunt cretaceis cōfractis vaſibus, in quibus accenſus ignis incluſus aſſeruabatur; confracto enim clauis mortali Chriſti corpore, indeq. rutilante ſuæ animæ face prodeunte dæmonem debellauit, & poſt reſurrectionem humani generis hoſte deuicto, incredibili gaudio Apoſtoli lętati sūt, ideoq. ſacroſācta Mater Eccleſia tēporib' his adeo lætatur, vt nihil aliud effari, nihil aliud quā in Alleluia, Alleluia erūpere videatur, in ſingulis pene verbis illud repetens. Tranſire contemplor Matrē Eccleſiam temporibus his ab extremo triſtitiæ paſſionis cauſa, ad extremum lætitiæ reſurrectionis gratia, eiq. euenit, quod phialæ aquæ plenæ videmus accidere, quam ſi repente intorqueas, cum anguſtum habeat orificium, & tota ſimul inde aqua pondere ſuo eam impellente tentet defluere, nec vnica ſolum gutta decidere poteſt, vnde oportet quaſi excutere phialam, & ſic guttæ quædam diſcretæ abſque continuo fluxu decidunt: non diſſimiliter Eccleſia ſancta à ſummo moerore paſſionis, ad ſummum reſurrectionis gaudium ſe repente conuerſam contemplans, cum tanti gaudij copiam in filios ſimul effundere non poſſit, quaſi guttatim lætitiam ſtillat, gaudij ſui has diſcretas guttas emittens, Alleluia, Alleluia, Alleluia. Quod ſane cum Dauidico concentu recte cohæret, qui cum de Chriſti Domini reſurrectione in Pſalmo decimoſeptimo loquutus eſſet, primo in iucundum Alleluia erupit, Pſalmo titulum hunc inſcribens: *Alleluia, Alleluia*, quaſi dicat, lætemur, & iterum lætemur. Sed ſpirituali gaudio nos lætari commonet, non terreno, ſicut profani homines, ſacro hoc tempore cōſueuere, qui Chriſti reſurrectionem nequaquam celebrant, ſed iniurijs laceſſunt, vt recte dixit Bernardus, hanc calamitatem deplorans: *Ipſius plangimus ſolemnitatis iniuriam. proh dolor peccandi terminus, tempus recidendi facta eſt reſurrectio Saluatoris. Ex hoc tempore comeſſationes, & ebrietates redeunt, impudicitiæ repetuntur, & laxantur concupiſcentiæ fræna, quaſi ad hoc ſurrexit Chriſtus, & non magis propter iuſtificationem noſtram. Sic honoratis miſeri Chriſtum, quem ſuſcepiſtis? quid minus reuerentiæ reſurrectionis tempus exigit, quam paſſionis! ſed vos, vt manifeſtum eſt, neutrum honoraſtis, nec tempore paſſionis deuote compatientes, nec tempore reſurrectionis Chriſtiana lætitia congaudentes*. Poſſet non immerito Eccleſia conqueri Euangeliſtæ verba repetens: *Cantauimus vobis, & non ſaltaſtis; lamentauimus vobis, & nō ploraſtis*. Tempore paſsionis flebat Eccleſia fletibus mæſtiſsimis, qui vel duriſsima quæq. corda emollire potuiſſent, & non eſtis compuncti, & lacrymati; nunc tempore reſurrectionis deuotis vocibus lætabunde concrepat, & ecce ſpiritualis lætitia non adeſt, ſed magis profana, & mortifera, vt olim dicebat Chryſoſtomus auditoribus ſuis in hæc verba: *Nonnulli (dilectiſſimi) feſtiuos ſe eſſe dubitant, niſi gulæ, niſi ventri, niſi luxuriæ ſatis fecerint. non eſt hoc fratres feſtiuitatem colere Dei, ſed coinquinare. Vultis ergo ſcire, quid ſit hominem feſtiuum eſſe? imitamini in aliquo illos, qui primi hac feſtiuitate vſi ſunt, dico ſanctos Dei, quorum ſemper fuerunt dies ſobrij, noctes pudicæ, ſanctæ vigiliæ, ſapor caſtus, actus probi, conuerſatio honeſta, neque illos ſequamur, quorum, vt Apoſtolus ait, finis eſt interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſionem eorum; qui terrena ſapiunt*: ſermonemq. claudit ſuum dicens: *Si ergo vultis vera ſolemnitate vti, in veris gaudijs frui gaudete*, vt Apoſtolus ait: *Sed gaudete in Domino ſemper*. Horatius etiam non longe ab hac doctrina aberrauit: epiſtolam enim ad Celſum ſcribens hæc primo appoſuit verba: *Celſo gaudere, & bene agere*; lætari amicum cupit, ſed non improba lætitia, ſed honeſta, quæ a virtute proficiſcitur, & a familiæ & rei familiaris cura mentem non auocat, non profana. Tandem ſi rite diem hunc celebrare deſideras, memento, quod docuit Paulus: *Itaq. feſtum celebremus* (ſic transfert Vatablus) *nō in fermento veteri, nec in fermento malitiæ, & verſutiæ, ſed in panibus fermento carentibus*, hoc eſt ſinceritate, & veritate; ſinceritate in voluntatis affectu; veritate in intellectus cognitione: ſic enim fauſto fruemur Paſchate, in gloriam Chriſti reſurgentes.

Cui ſit honor, & gloria in ſęcula ſęculorum.

Amen.

Pſ. 17.

Ber. ſerm. 1. de reſurr. ſub fine.

Luc. 7.

Chryſ. ſer. 8 de reſurr. tom. 3.

Horat. Ep. ad Celſum.

Ad Cor. 5.

Ho-

Homilia XII.

De varijs circumſtantijs comitãtibus Reſurrectionem Chriſti Domini, vt quod in Dominica reſurrexerit, in aurora, in diẽ tertiam illam diſtulerit, Angelus apparuerit iuxta ſepulchrum, terræmotus magnus fuerit, præ timore cuſtodes ceciderint, in ſpecie hortulani, & peregrini Chriſtus comparuerit, ac tandẽ qui fuerint illi, qui cum eo reſurrexerint.

DE præcipua Dominicæ reſurrectionis circumſtantia, de qua, quia iam longum ſermonem habuimus, nihil eſt quod loquamur, nimirum, quod propria virtute ſe ipsũ a mortuis excitarit, quæ adeo mirabilis eſt, vt de ea dixerit Bernardus: *Quis in omnibus ceteris aliquando ſuſcitauit ſemetipſum? ineffabile illud eſt, vt a morte ſe excitet ipſe, qui dormit, ſingulare eſt, non eſt vſque ad vnum*: proferam tamen hac de re vnicum tantum, ſed ſingulare teſtimonium: virtutem enim hanc ſe ipſum excitandi in Chriſti nomine adumbratam reperio, quod vnctum ſignificat. Experientia namque compertum eſt, cum in vas aqua plenum oleum effunditur, quãuis deorſum tendat, propria tamen virtute in altũ aſcẽdit. Decidit in mortis riuũ Chriſtus, de quo Sponſa dicit: *Oleũ effuſum nomen tuũ*: ibique
Can. 1.
immerſus: *Infixus ſum* (ait) *in limo profundi*, ſed
Pſal. 68.
per modicum temporis ibi detentus eſt: corpore enim e ſepulchro, velut oleo, anima e limbo aſcendẽte, propria virtute ſurrexit, qui claues habet vitæ, & mortis. Dies hæc Chriſti reſurrectionis dies Dominicus fuit (vt alteram temporis circumſtãtiã aggrediamur) quod apte teſtatur
Matth. 28.
Matth. dicẽs: *Prima ſabbati*: vel enim ſabbatũ hebdomadam ſignificet, vel diem ipſum ſabbati, & quidquid horum ſit, ſemper prima ſabbati Dominicus dies ſignificabitur: ipſum enim eſt primus hebdomadæ dies, primuſque poſt ſabbatum. Quapropter Auguſtinus Pſalmi 23. in-
Aug. ſuper pſalm. 23.
ſcriptionem, quæ in prima ſabbati inſcribitur, de Domini reſurrectionis die, qui iam Dominicus dicitur, interpretatur. Hoc nomine ab ipſo Apoſtolorum tempore dies hæc decorata fuit, vt ex Apocalypſi Ioannis conſtat: *Et fui in*
Apoc. 1.
ſpiritu in Dominica die: idemque docuit Auguſtinus illis verbis: *Dominicum diem Apoſtoli, & Apoſtolici viri ideo religioſa ſolemnitate habendum ſanxerunt, quia in eodem Redemptor noſter a mortuis reſurrexit*: & inferius quamplures diei huius excellentias enumerat: *Ipſe eſt primus dies ſeculi; in ipſo formata ſunt elementa mundi; in ipſo creati ſunt Angeli, in ipſo quoque a mortuis reſurrexit Chriſtus, in ipſo de cælis Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos deſcendit; manna in eremo primo die de cælo datum eſt: his enim indicijs Dominica dies extat inſignis*. Verum ſermone 137. verba illa: *Hæc dies, quam fecit Dominus, &c.* exponens, longiorẽ hac de re ſermonem intexuit: *Videtur*, inquit, *mihi hæc dies ceteris diebus eſſe lucidior, ſol mundo clarius illuxiſſe, aſtra quoque omnia, & elementa lætari, & quæ patiente Domino proprium lumen retraxerant, & noluerant creatorem ſuum aſpicere crucifixum, ecce nunc victorem, & ab inferis reſurgentem nouo claritatis ſuæ venerantur obſequio, credit cælum, credit terra*, ſermonemque ſuum hic claudit. *Quomodo Maria Virgo mater Domini inter omnes mulieres principatum tenet, ita & inter ceteras dies hæc omnium dierum mater eſt: rem nouam dico, ſed quæ Scripturæ teſtimonijs comprobatur.* Tandem Iuſtinus martyr diem hanc *diem ſolis* appellat: in qua nempe ſol iuſtitiæ Chriſtus, qui mortis eclipſi fuerat obumbratus, noua claritate effulſit. Colligimus igitur die Dominica Dominum ſurrexiſſe, cum ex Apoſtolorum traditione, & Patrum teſtimonijs id comprobetur. Sed ſi de hora loquamur, etſi Hieron. in quadam epiſtola, quam Hedibiæ ſcripſit: *Surrexiſſe dicat Dominũ, qua hora voluit, quæ nulli mortalium cognita eſt*: idemque ſenſerint Dionyſius Alexandrinus, & Theophylactus; Euthymius tamẽ in Matthæum: *Omnes*, inquit, *vnanimiter ſancti Patres, & doctores tempus reſurrectionis eius fuiſſe dicunt circa primum gallicinium, qui iam Dominici diei lucem præferebat, ideoque poſt ſextam noctis horam virtutis ſectatores ſoluto ieiunio lætitiam auſpicãtur.* Nõ refert Euthymius Patres, ſed quos reperi apponã: Gregorius: *Samſon ait media nocte non ſolum exijt, ſed etiam portas tulit, quia videlicet Redẽptor noſter ante lucẽ ſurgens nõ ſolũ liber de inferno exijt, ſed & ipſa etiam inferni clauſtra deſtruxit.* Athanaſius: *Media nocte excitaberis, & hymnis celebrabis Dominum Deum tuum: ea enim hora ſurrexit Dominus a mortuis.* Rupertus: *Dominus noſter media nocte de Virgine natus idem vt Samſon quondam obſeſſus, media nocte confractis portis inferni ſurrexit a mortuis, media nihilominus nocte venturus aſſeritur.* Idem affirmant S. Cyrillus Alex. Gregorius Nyſſenus, Victor Antiochenus, nititurque hæc opinio teſtimonio Ioannis, qui ait Magdalenam, quæ (cum adhuc tenebræ eſſent) ad ſepulchrum aduenerat, reuolutum lapidem inueniſſe: Chriſtus igitur nocte ſurrexerat, ideoque cantat hac die Eccleſia. *Quæ ſola noſti punctum, & horam, in qua Chriſtus ab inferis victor aſcendit*: communior tamen, & quæ magis mihi arridet opinio eſt, Chriſtum Dominum mane ſub aurora reſurrexiſſe: hoc voluit Auguſtinus,

Aug. ſer. 251 de temp. — Aug. ſer. 137 de temp. — Iuſt. mart. Apol. 2. in f. — Hier. ep. 150 — Dion. ep. ad Baſilidem. Theop. Marc. vlt. Euth. in c. 28. Matth. — Greg. hom. Paſch. — Athan. l. de virgin. circa medi. — Rup. de diu. off. — Cyr. li. 12. in Ioan. 44. Nyſſ orat. 1. & de reſur. Vict. Ant. in 16. Marc. Ioan. 20. — Aug. in pſ. 38.

Digitized by Google

nus, illud Pſalmi exponens: *Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo mane miſericordiam tuam*, vbi hæc habet: *Merito ipſius Domini reſurrectio diluculo fuit, vt impleretur, quod dictum eſt in Pſalmo: Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* & ſuper Pſalmum 127. in illa verba: *A vigilia matutina vſque ad noctem ſperet Iſrael in Domino*, ait: *A vigilia matutina reſurrexit a mortuis, vt hoc ſperemus in nobis futurum, quod præceſſit in Domino.* S. Ignatius: *Illuceſcente*, inquit, *Dominico die ſurrexit ex mortuis.* S. Proſper: *Veſpere Dominus in cruce, mane in reſurrectione, meridie in aſcenſione.* S. Cyprianus: *Mane orandum eſt, vt reſurrectio Domini matutina oratione celebretur.* S. Thomas: *Chriſtus ſurrexit iuxta diluculum, illuceſcente iam die, ad ſignificandum, quod per ſuam reſurrectionem nos ad lucem gloriæ inducebat.* Euſebius Emiſſenus luctantem in aurora cũ Angelo Iacobum Chriſto reſurgẽti accõmodat. Sedulius etiam hoc idem carmine decantauit.

[Aug. ſuper Pſ. 129.]
[Ignat. ep. ad Traia.]
[S. Proſp. lib. ſent. 203.]
[Cypr. in exp. orat. dom.]
[D. Tho. 3. p. q. 53. a. 4. ad 3. & 53. a. 2. ad 3.]
[Euſeb. Emiſ. ho. 8. de Paſ.]
[Sed. l. 4. car.]

Cœperat in terra poſt triſtia ſabbata felix
Irradiare dies, culmen qui nominis alti
A Domino dominante trahit, primuſque videre
Promeruit naſci mundum atq. reſurgere Chriſtũ.

Hoc etiam voluere Leo Papa, Hilarius, Anſelmus, Bonauentura, & Scholaſtici ibidem. Annuit etiam hoc ſancta Eccleſia cum in Paſchalibus ſolemnitatibus ad laudes concinit.

[Hil. in Matt. can. 3.]
[Anſelm. in Mat. c. 12.]
[Bonau. in 4. diſt. 21. & 22.]
[& Schol. ibidem.]

Aurora lucis rutilat,
Cum rex ille fortiſſimus
Victor ſurgit de funere.

Et alibi Prudentij verba decantat,

Ales diei nuncius
Lucem propinquam præcinit.

Quod ſi ad diuini eloquij teſtimonia mentis oculos conuertamus, quamplurima hac de re tum myſtice, tum ad litteram protuliſſe comperiemus. Pſal. 56. habetur: Exurgam diluculo, vel vt alij legunt: *Excitabo auroram*, quaſi diceret: Quãuis Poetæ fabulentur velociſſimis equis auroræ currum vehi, lento tamen greſſu mihi incedere videtur; & ideo ego eam præueniam: *Excitabo auroram*. Huc faciunt Sophoniæ verba iuxta Septuaginta verſionem, præparare, conſurge diluculo, expecta me, dicit *Dominus in die reſurrectionis meæ*. Quem deinde latet, Pſalmum 21. pro ſuſceptione *Matutina* inſcribi, *vel pro cerua auroræ*, in quo iuxta communem omnium ſententiam de tempore, quo Chriſti reſurrectio fuit, verba fiũt? & in Pſalm. 58. legimus: *Exaltabo mane miſericordiam tuam*, vel vt Chaldæus Paraphraſtes interpretatur: *Celebrabo tempore matutino bonitatem tuam.* Tandem Marci Euangeliſtæ verba mirum in modum rem noſtram confirmant, quæ ſi, vt ſonant, explicentur, omiſſis inutilibus recentiorum quorundam interpretationibus, nullum relinquent dubitationi locum: *Surgens autem Ieſus mane prima ſabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ.* Nec obſtat, quod Ianſenius apponit in Græco, ſcilicet non haberi vocem illam, *ſurgens*, *ſed cum ſurrexiſſet*, ita vt vox, mane, non ſit coniungenda cum reſurrectione, ſed cum apparitione, vnde inquit, ſurgens noctu mane apparuit: non obſtant, inquam, Ianſenij hęc dicta: tum quia Concilium Tridentinũ, vulgatam ſacræ Scripturæ editionẽ Gręcæ, Syriacæ, & Chaldęæ verſioni anteponit; tum quia, etſi Græcam verſionem admittamus, adhuc voces illæ cum ſurrexiſſet, idem prorſus ſignificarent: vox enim, mane, circumſtantiam denotat temporis, quo Chriſtus a mortuis reſurrexit, quam Euangeliſta contendebat exponere. Quod ſi quis dicat Dominici diei mane, poſt tranſactam ſabbati mediam noctem inchoari, ſicque voce illa, *mane*, cum reſurrectione coniuncta, Chriſtum a mortuis noctu reſurrexiſſe, veriſſime dici, atque adeo, mane, ſtricte acceptum poſſe noctem etiam ſignare: tamen iuxta conſuetum loquendi morem planum eſt, mane cõtra noctẽ diſtingui, tenebraſq. excludere, & iuxta hãc acceptionem citati Patres expo nũt, nec obſtat, quod D. Ioan. dicat Marias noctu ad monumentum veniſſe: *Cum adhuc tenebræ eſſent*: ſanctus enim Marcus orto iam ſole aduenisſe teſtatur: dicendum enim, ne inuicem pugnantes Euangeliſtas dicamus, in aduentu hoc duplicem poſſe nos terminum reſpicere, a quo, & ad quem: a quo quidem, cum ſcilicet e domo diſceſſerunt, & hoc noctu accidiſſe, cum adhuc tenebræ eſſent; alterum ad quem, quo ſcilicet venerunt, nempe ad ſepulchrum, & id illuceſcente die fuiſſe, orto iam ſole; vel dicamus intelligenda eſſe Euangeliſtarum verba cum ſol horizontem conſcenderat, vt placet Dionyſio Alexandrino, & alijs, vel cum aſcendiſſet iam, & horizõtem illuſtraſſet, nondum autem aerem illuminaſſet, quod verius videtur Auguſt. Euthymio, & Theophylacto, quamuis certius ſit, nihil nobis euidenter in hac re tamquam certum omnino ſtabilire poſſe, vt docet Hieronymus vbi ſupra.

[Pſ. 56.]
[Sophon. 3. Sept. interp.]
[Pſal. 21]
[pſal. 22.]
[pſalm. 58.]
[Ian in conc. c. 145.]

[Conc. Trid.]
[Ioan. 20.]
[Marc. 16.]
[Dion. Alex. Mar. 16.]
[Aug. Euth. Theoph Hieronymus.]

Sed intueamur, quænam myſteria in tertia circumſtantia deliteſcant, quod Chriſtus Dominus tertia die ab inferis reſurgere voluerit, quod ante diem tertium non reſurrexerit. Congruens videtur ratio D. Thomæ: *Oportuit moram eſſe inter mortem, & reſurrectionem; ſi enim ſtatim poſt mortem reſurrexiſſet, videri poſſet, quod eius mors vera non fuiſſet.* Et Chryſoſtomus ad idem inquit: *Non enim Cruce ſolum, & viſu omnium, qui tunc aderant, verum etiam dierum numero mortem confirmat. nam etſi vniuerſa tempora morti teſtatura erant*, tamen ſi tunc non multa morti atteſtata fuiſſent, potuiſſet dubitari: morte autem non credita reſurrectionis etiam myſterium vacillabat. Prius autem hoc inſinuauerat Athanaſius his verbis: *Vt mortuum eſſe ſuum corpus doceret, non prius, quam triduanum cadauer eſſet, excitauit.* Sed cur tertia die, & non ſequentibus reſurrexerit, varias rationes ſancti Patres excogitarunt. Sanctus Thomas, vbi ſupra, ad hoc ait: *Vt confirmaretur fides de veritate diuinitatis ipſius, oportuit, quod cito reſurgeret, & eius reſurrectio non differretur.* Athan. loco cit. *Ne quiſpiam*, ait, *obiceret ipſum, non idem, ſed aliud corpus circumferre, ea de cauſa vltra tridui moram non paſſus eſt, neque eos, qui ipſum audierant de reſurrectione promittentem in longum diſtuli, ſed cum adhuc prope-*

[D. Tho. 3. p. q. 53. a. 2. in corp.]
[Chryſ. ho. 3. in cap. 13. Matth. h. 44]
[Athan. l. de incar. verb.]
[S. Thom. vbi ſupra.]
[4. Athan. vbi ſupra.]

Digitized by Google

modum verba illa in eorum auribus obſtreperent, oculiſque eius ſpeciem retinerent. intra triduum ſpatium, quod pluſquam mortuum erat, immortale, & incorruptibile omnibus oſtendit, quo intelligeretur, illud non imbecillitate naturæ. cum Verbum in eo domicilium ſuum haberet, extinctum fuiſſe, ſed ideo extinctum, vt mors viribus noſtri Saluatoris Leo Pap. ser. de reſur. *Ieſu Chriſti aboleretur*. S. Leo Papa non dilatam Chriſti reſurrectionem exiſtimat: *Ne turbatos*, inquit, *diſcipulorum animos longa mæſtitudo cruciaret*, Pſal. 11. iuxta illud Pſalmi: *Propter miſeriã inopum, & gemitũ pauperũ nunc exurgã, dicit Dominus*. Poterant tunc Apoſtoli Dauidica illa verba proferre: Pſal. 41. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus?* vt ergo eos Dominus conſoletur, tertia die reſurgens Luc. 24. ait illis: *Ego ſum, nolite timere*. Voces illę, *Ego ſum*, præcipua ſunt Dei inſignia: poſtulans enim Moyſes, quodnam eſſet Dei nomen, & quẽ dicturus Exod. 3. eſſet qui mitteret illum, reſponſum accepit: *Ego ſum qui ſum, hæc dices filijs Iſrael: qui eſt, miſit me ad vos*. Aug. 4. de Trinit. c. 5. Multas etiam ad hoc congerere poſſumus morales rationes. Aug. 4. de Trinit. ait: *Per diem integrum, & noctes duas in ſepulchro commoratum, vt ſua morte, quæ (vt ait ipſe) fuit lux propter iuſtitiam, duas noſtras mortes, corporis ſcilicet, &* D. Tho. 3. p. q. 53. a. 2. in corp. *animæ deſtrueret*. D. Thom. vbi ſupra, duas alias rationes appoſuit. Prima eſt, vt ſignificaret: *Quod per reſurrectionem Chriſti tertium tempus incipiebat, nã primum fuit ante legem, ſecundum ſub lege, tertium ſub gratia. Incœpit etiam in Chriſti reſurrectione tertius ſtatus ſanctorum: nam primus fuit ſub figuris legis, ſecundus ſub veritate fidei, tertius erit in æternitate gloriæ, quem Chriſtus inchoauit reſurgendo*. Alia ratio D. Thomę eſt, vt ternario numero, quem in diuinis perſonis credimus, præſtaret obſequium: *Per hoc enim quod tertia die reſurrexerit, commendatur perfectio ternarij*, & quia vt ait Ariſtot. *ternarius eſt numerus omnis rei, vtpote habens principium, medium, & finem*: reſurrectione Chriſtus ſuæ vitæ principium, medium, & finem immortali gloria decorauit.

Quarta eſt huius myſterij circumſtantia, Angelus, quem in ſepulchro apparuiſſe teſtantur Matth. 28. Marc. 16. Matthæus, & Marcus, digna, quam intime perſcrutemur: etenim in illa, ſi alta mente Chriſti reſurrectionem perpendamus, eam mirifice expreſſam comperiemus. In Angelis impaſſibilitatem cernimus: cum enim per tot ſæcula cęleſtes orbes mouerint, nunquam defatigati ſunt: eſt in illis agilitas, quã in Angelo vidimus, qui ꝑ breuiſſimũ tẽporis ſpatiũ Abacuch Prophetam in leonum lacum detulit: nec deeſt ſubtilitas, cum eum nullis confractis ſeris, neque regio ſigno amoto, quo fuerat ſignatus lacus, ad Danielem introduxit; claritas nec deeſt, cum de eo Matth. 28. dicat Euangeliſta, aſpectus eius, ſicut fulgur. Hę Angelorum conditiones quatuor Chriſti dotes præſignabant, quibus glorioſus aſcenderat, iuxta illud Apoſtoli: 1. Cor. 15. *Seminatur corpus in corruptione, ſurget in incorruptione*, ecce impaſſibilitatem; *ſeminatur in contumelia, ſurget in gloria*, ecce claritatem; *ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute*, ecce agilitatem; *ſeminatur corpus animale, ſurget ſpiritualem*, ecce ſubtilitatem, vt in hoc loco exponit Lyranus. & vt magis Chriſtum Lyranus. Angelus ſignificaret, ait Euangeliſta apparuiſſe Angelum iuuenilem ſpeciem præferentem, quod glorioſi corporis proprium eſt: *Et introeuntes monumentum, inuenerunt iuuenem coopertum ſtola candida*, Marc. quod reſurgenti Chriſto ad amuſſim congruit. Dauid enim de eo loquens ait: *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua*: & Iſaias: Pſal. 102. Iſaiæ 63. *Iſte formoſus in ſtola ſua*. Tandem teſtatur Marcus vidiſſe Angelum ſedentem in dextris, quod ad Chriſti triumphum declarandum conducit: vt enim annotauit Beda: naſcente Chriſto ſteterunt Angeli, qui prœliantem Chriſtum ſignabãt; militum autem propriũ eſt ſtare cum prœliãtur: at quia qui regnat ſedet, ſtare pugnantis eſt, ſedere regnantis, ideo Angelus, qui reſurgentis Chriſti victoriam nunciabat, ſedet a dextris, ſedet autem a dextris, vt denotetur, reſurgentem Chriſtum a dextris Dei conſeſſurum.

Quinta huius rei circumſtantia eſt, de militũ metu, qui terręmotu vehemẽti audito perterriti ſunt. & de cauſa huius terroris S. Iſid. hęc habet: Iſid. lib. 12. *Leo cubile, in quo habitat, tremere facit*. cũ igitur Ioan. Pſal. 103. Chriſtus Dñs fortiſſimus de Iuda leo eſſet: *Vicit leo de tribu Iuda*, poterat ſola voce, immo & intuitu terrã tremefacere, vt dixit Dauid: *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere*: ait ergo Matthæus: *terræmotus factus eſt magnus*. Curioſius intueamur Matth. quęſo, cur reſurgente Domino terræmotus hic factus eſt. Multa hac de re alij congerunt; ego vnum, aut alterum proferam. Terręmotus inde ortum ducunt, generantur in terræ viſceribus venti, his inuicem dimicantibus, qui fortior exiſtit victor aſcendit, maximoſque fragores terram ipſam erumpens emittit: ſic in inferorũ clauſtris Chriſti anima aduerſus infernales ſpiritus dimicauit, eumque victor, & glorioſus aſcenderet, terræmotus factus eſt magnus. Mos apud plures nationes inoleuit, vt ſi quando ciuitatem princeps quiſpiam de nouo ingreditur, æneorum, & muralium tormentorum fragore excipiatur: reſurrectionis ergo die cum princeps pacis Chriſtus dominus terram poſſeſſurus ingrediatur, terræmotibus, veluti æneis tormentis, felicẽ eius ingreſſum celebrat. Quod ſi illud: *Et multa corpora ſanctorum ſurrexerunt*, vt explicat D. Thomas, per anticipationem dictum ſit (neque enim exiſtimat ante Chriſtum, ſed cum eo reſurrexiſſe) certe hoc ſuppoſito dicere licebit, exclamaſſe, atque ingemuiſſe terram præ dolore, tamquam in die partus, dum eos omnes, quos reſurrexiſſe teſtatur Euangeliſta, peperit: reſurrectionem enim partum Chriſtus vocauit: Matth. 19. *in regeneratione cum ſederit filius hominis*. Quod ſi, vt ait Chriſtus, mulier eum parit, triſtitiam habet, quid de terra vniuerſali omnium matre dicendum, quæ tot ſimul peperit filios? Cui autẽ dubium eſt eum, mulris qui ſpoliatur diuitijs, maxime contriſtari? Aſſeruabat in ſuis viſceribus terra ſanctorum theſauros

ros

Digitized by Google

Matth. 28. ros,quibus vi priuata maximos edidit, clamores,Euang.dicẽte: *Terræmotus factus eſt magnus*. Experiẽtia ẽt docemur,cũ arci cuidã igneus puluis ſupponitur,ſi is incẽdatur, ingenti ſtrepitu, & fragore mille exitus rẽcat,& arcẽ ſolo æquat. Hoc artificio fortis armatus demũ euerſus fuit: mundi arcẽ ipſe tyrãnica occupauerat poteſtate, ſupponit Chriſtus corporis ſui puluerẽ ſub ſepulchro,in reſurrectione antẽ vitali calore animã corpori occtẽns,veluti incendit puluerẽ illũ emortuum, ſicque maximis editis fragoribus victor aſcendit, & ideo *Terræmotus factus eſt magnus*. Vnde ſicut acclamãtibus militib⁹ Ierici mœnia corruerunt, ſic facto terræmotu tyrãnicum Diaboli dominium concidit: Ioan. 12. *Nunc princeps mũdi huius eijcietur foras*. Præterea,ſicut helluo, qui multis expletus epulis,ſi quid ſtomacho ingratũ,& cõturbans illum comedat,euomit vniuerſa,quæ deuorauerat: non diſſimiliter terra, quæ helluo merito appellari poteſt inſatiabilis, Isaia. 5. (infernus enim,vt ait ſapiẽs,nunquam ſatiatur) plurima quidem peccatorum corpora deglutierat,quæ ſuo ſtomacho non ingrata fuerant: admiſit innocentiſſimi Chriſti corporis cibum, qui, quia incorruptibilis erat ex diuina virtute, non dabis ſanctum tuum videre corruptionem, vniuerſa terræ viſcera conturbauit,ita Matth. vt in voces lacrymabunda erumperet, vt non obſcure indicat Euangeliſta, dicens: *Terræmotus factus eſt magnus*: verum non ſolum clamauit, ſed euomuit, nedum Chriſti corpus, vt olim cetus Ionã, ſed multa alia ſanctorum corpora: *Et multa corpora ſanctorum ſurrexerunt*, completumque eſt, quod de diuite improbo Iob vaticinatus fuerat: Iob. 20. *Diuitias quas deuorauit euomet,& de ventre eius extrahet eas Deus*. Tandem terræmotus factus eſt magnus, vt ſepulchri cuſtodibus terrorem terra incuteret: quamuis enim præ lætitia voces emiſerit,hoc tamen gaudium tremorem ſecum compatitur,dicente Dauide: Psal. 2. *Exultate ei cũ tremore*. Terræmotus igitur factus eſt, vt ſepulchri cuſtodes fugarẽtur. Sicut enim tonante cælo perterrita animãtia ſpeluncas repetunt; ſic terræmotu audito ſepulchri cuſtodes, Marc. 16. præ timore tabeſcentes,tandem de monumento aufugerunt. Etenim ſicut cum promiſerat Deus Moyſi,ſe illi oſtenſurum,tertia die tonitruum fragores inſonuerunt, qui populum perterrefaciebãt: *Iamque aduenerat tertius dies,& mane inclaruerat,& ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura,clãgorque buccinæ vehementius perſtrepebat*. Exodi. 19. Sic cũ vellet Chriſtus viuus,& glorioſus apparere,præmiſit die tertia terræmotus buccinã, D. Ambr. Luca. 24. qua eius aduẽtus annunciaretur. hoc annuit D. Ambroſ. his verbis: *Terræmotus fidelibus reſurrectio eſt,impijs metus,adeoque cuſtodes perterriti ſunt,vt dicat Euangeliſta, præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui*. Iſai. 33. Quod vaticinatus fuerat Iſaias: *Conterriti ſunt in Sion peccatores,poſſedit tremor hypocritas*. quos ſũmo ſermonis lepore irridet Leo Papa in hæc Leo ſerm. 3. de Paſſ. verba: *Hoc mane Iudæi nõ ortus vobis lucis cõtigit ſed occaſus,nec veſtris oculis ſolitus dies produit*,

Lib. aiv.

ſed impijs mentibus nox tetra cæcitatis incubuit. Hoc mane vobis templum,& altare diruit; legem,& Prophetas ademit; regnum,& ſacerdotium diſtulit; in luctum æternum omnia feſta conuertit. Nahum etiã Propheta vt viles exprobrat,& indecoras Nahum. 3. locuſtas: *Cuſtodes tui quaſi locuſta,quæ conſidunt in ſepibus,in die frigoris ſol ortus eſt, & auolauerunt*. Iure optimo locuſtas eos vocat: hæ enim,vt D. Gregorius teſtatur,noctu loco non dimouentur frigore concretæ, ſed oriente ſolis calore D. Greg. moral. 12. euolant, fugiuntque: ſic ſepulchri cuſtodes; qui nocturno tempore à ſepulchro non receſſerunt, aſcendente tamen iuſtitiæ ſole Chriſto,fulgurantibus ſuæ reſurrectionis radijs: *Orto iam ſole*, quod de reſurgente Chriſto Bernardus intelligit,e ſepulchro aufugerunt, *auolauerunt*. Bern. ser. 33. sup Cant. Iud. 7. Quod Madianitæ præſignarunt,cum detecta luce,quã in vaſis abſcõderãt Iſraelitæ,fugã arripuerũt. Apte etiã locuſtas Propheta Iudæos dixit: nam,vt Auguſtinus ait: *Locuſtis ſignantur ij,qui falſis teſtimonijs proximos perſequuntur*, quod aptiſſimũ Aug. ps. 77. & item 17. de temp. eſt cuſtodibus illis infidelibus, quibus ſatrapæ dixerant: *Dicite, quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus*. Bonau. in rodu. lib. 7. c. 46. de locus. Tandem ſicut locuſtæ maxime omnium amygdalo arbori nocent,vt docẽt naturales, & ſacra Scriptura teſtatur,dicens: *Florebit amygdalus,impinguabitur locuſta*; ſic ſepulchri cuſtodes falſo ſuo teſtimonio Chriſtũ lædere conati ſunt,merito amygdalo expreſſum,quia ſicut hæc arbor prima omniũ flores emittit,ſic Chriſtus primus omniũ Eccl. 12. veluti refloreſcens reſurrexit, vt Dauid prædixerat: *Et refloruit caro mea*. Chriſtus etiã horum Psal. 27. cuſtodum ineptiã exprobrauit: vt enim in libris Regum legimus,cum impius Saul Dauid Regem quæreret, vt eum occideret, ipſe autem proditionem præſagiens aufugerat: *Miſit*(ait Scriptura) 1. Reg. 19. *ſatellites ſuos nocte in domum Dauid,vt cuſtodirent eum,vt interficeretur mane. Porro ille aufugit,atque ſaluatus eſt*. Sic etiam, vt Auguſtinus exponit: *Iniuſtus iudex, vt Iudæis obſecundaret, milites in ſepulchri cuſtodiam deſtinauit, ne reſurgens Chriſtus glorioſus appareret: ſed nihil profuit, Chriſtus enim ſua omnipotentia reſurgens eos fefellit. Porro ille aufugit,& ſaluatus eſt*. Aug. super Psal. 58.

Sexta huius reſurrectionis circumſtantia,diligenti digna examine, varius eſt Chriſti reſurgentis habitus,quo apparuit: Magdalenæ enim horti cultor videbatur: *Exiſtimans, quod hortulanus eſſet*: Ioan. 20. diſcipulis Emaus petentibus Peregrini ſpeciẽ prætulerat: *Tu ſolus peregrinus*. Luc. vlt. Aptiſſimum eſt Chriſto hortulani nomen: ipſe enim paradiſum plantauerat,ipſe Eccleſiæ ſata, tum ſacro cruore,tum lateris aqua,doctrinæque fluentis irrigauerat; ipſe de cælis fœcundum ſpiritus rorẽ immiſit; adeoque Chriſtus hac cultura oblectatur, vt ad Patris dexteram ſedens ab hoc munere non deſiſtat: *Pater meus operatur,& vſque modo ego operor*: Ioan. 5. immo inſtar agricolæ,in manibus ex aſſiduo terrã colendi labore callos habentis, vulnerum cicatrices in ſuis manibus aſſeruauit. Voluit etiam Chriſtus tali forma Magdalenæ apparere,vt exteriori ſpecie ſigni-

Digitized by Google

ficaret, in excolenda eius anima hortulani munus exercuiſſe: ipſa enim, quæ peccatis veluti totidem ſpinis conſitam animam habebat: *A qua ſeptem dæmonia eiecerat*, in paradiſum deliciarũ, virtutum floribus ſcatentem, virtute, & induſtria huius cæleſtis hortulani conuerſa fuerat. Quod autem ſub peregrini forma Chriſtus appareuerit, multis abundat myſterijs, quæ Chriſto peregrini nomen aptiſſimũ eſſe oſtẽdunt. Chryſoſtomus dixit: *In ſacra Scriptura etiam in breuiori dictione variam ſententiarum vim & incredibiles diuitias inuenire licet.* Hæc Chryſoſtomi doctrina plane vtique verificatur in voce hac, *Peregrinus*: ea enim totam Chriſti vitam, nedum humanam, ſed diuinam Cleophas perſtrinxit, ſi enim diuinam Chriſti generationem intueamur, quid peregrinius illa, quæ ab æterno, & a ſolo Patre nulla matris opera proceſſit, qua Filius Patri extitit æqualis tempore, & natura? ſi humanam conſiderabis, quid peregrinius, quam filium concipi a virgine nullo viri complexu? hoc tamquam peregrinum, & inauditum in ſignum dedit Iſaias: *Ecce virgo concipiet, & pariet filiũ*, quod adeo ſit humano captui peregrinum, vt dixerit Leo Papa: *Vtramque naturam in vnam conueniſſe perſonam, niſi fides credat, ſermo non explicat.* Peregrinus etiam fuit nomine Chriſtus: de eo enim prophetauit Iſaias: *Ecce nomen Domini venit de longinquo*, peregrinus autem dicitur, qui de longe peregrinatur. Eius ſermo ita peregrinus fuit, vt ab inimicis etiam eius dictum legamus: *Nunquam ſic locutus eſt homo.* in medendis etiam infirmis peregrinus fuit, etenim luto, quo videntes poſſent excæcari, cæcos illuminauit: *Expuit in terram, & fecit lutum, & liniuit oculos eius.* Vitam vixit peregrinam: viator enim erat, & comprehenſor terminum attingens, in via erat, & currebat. Quid acerba eius paſſione peregrinius, tum ex parte pœnarũ, tum patientiæ ipſius, tum prodigiorum, quæ cęlum, & terra ediderunt? Eius mortem peregrinam ne extitiſſe negabis? quid peregrinius, quam vitæ auctorem mori? illud, vt inſuetum quid admirabatur Iſaias: *Vt faceret opus ſuum peregrinum, opus eius ab eo.* Precium, quo venditus fuit, neſcio quid habuit peregrini; nam, vt ait Euangeliſta, ex illo *emerunt agrum figuli in ſepulturam peregrinorum*. Peregrinum extitit eius ſepulchrum, etenim vnde ceteri hominũ gloria ſpoliantur, inde glorioſus aſcendit, incorruptus, & immortalis: quod prædixerat Iſaias: *Et erit ſepulchrum eius glorioſum.* Peregrina fuit ſepulchri inſcriptio, nam cum in reliquis inciſum videamus, hic iacet, &c. Angelus non aliud appoſuit, quam *Surrexit, non eſt hic*, quaſi dicat, hic non iacet Ieſus, quia iam ſurrexit. Tandem in ſua reſurrectione peregrinus extitit, quia primus omnium propria virtute reſurrexit, quod circumſtantiam valde peregrinam præfert: cũque empyrei cæli locus propria ſit beatorum patria, iure peregrinus dictus eſt Chriſtus toto ſuę vitæ curriculo, quo nobiſcum conuerſatus eſt, & ab ea abſens fuit. Poſt reſurrectionem vero peregrinus etiam diſcipulorum oculis videbatur, poteratque Iob verba proferre: *Alienum habuerunt me, & quaſi peregrinus fui in oculis eorum*: & illud Dauidicum: *Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.*

Vltimam dominicæ reſurrectionis circumſtantiam Matthæus ſubdit: multa corpora reſurrexerunt, quod quamuis ex aliorum placitis iam ſupra expoſuerimus, placet tamen ex propria ſententia apponere, quinam hi fuerint, quibus cum Chriſto feliciter reſurgere datum fuit. Ardua res eſt, & in qua certum eſt nihil certi inueniri: quare eos ſolum in hunc numerum referam, quos a ſanctis Patribus relatos inuenio. S. Auguſtinus: *Durum, ait, videtur, vt Dauid non fuerit in illa reſurrectione iuſtorum, ſi eis iam æterna donata eſt, cuius Chriſtus eorum ſemine tam crebro, & tanta euidentia, tantaque honorificentia commendatur.* Sophronij dicta huic Auguſtini ſententiæ fauent: *Quia, inquit, Petrus de morte Dauidis loquutus, non dixit cadauer eius Hieroſolymis eſſe, ſed tantum, ſepulchrum eius apud nos eſt.* Sanctus Ambroſius Moyſen etiam ſurrexiſſe exiſtimat: *Moyſen, licet corpus eius non apparuerit in terris, nuſquam tamen in cæleſti gloria legimus, niſi poſteaquam Dominus reſurrectionis ſuæ pignore vincula ſoluit inferni, & piorum animas eleuauit.* Nonnulli recentiorum hæc Diui Ambroſij verba ad probandum hoc adducunt, ſed re vera, ſi auctoris animus perpendatur, Moyſis corporis gloriam nõ probant, ſed animarum, vt ex verbis illis: *Legimus*, &c. & ex illo, *eleuauit*, nõ obſcure colligitur. Septuaginta Interpretes, Iob cum Chriſto ſurrexiſſe, videntur plane tradere: hi enim verba illa Iob: *Et in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum*, ſic tranſtulere: *Mortuus eſt Iob ſenior, & plenus dierũ: ſcriptum eſt autem ipſum reſurrecturum, cum quibus ſuſcitat Dominus.* Quę verba ait Nicetas, quãuis nec in Hebræo, neque apud Aquilã, aut Symmachum inueniantur, Theodotion tamen admittit, illiſque editio Vaticana Sixti ſubſcribit: quod placuit etiam Origeni, & Clementi Romano, qui Apoſtolicæ doctrinæ cohærere ſententiam hanc exiſtimat: *Diuinus ille, inquit, atque inſignis tolerantia Iob, de quo ait Scriptura, ipſum rurſus ſuſcitandum eſſe, cum quibus Dominus reſurgit.* Quamplures etiam Abraham hic annumerant, nixi Ioannis teſtimonio. Nec obſtat, quod ipſe Iob dixerit, in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, quibus ſurrectionẽ in vltimã Iudicij diem differendam videtur oſtendere, nam ſicut Ioannes gratiæ legis ſtatum horam nouiſſimam vocauit, quia extrema ætas eſt; ſic Iob vltima ætate ſuſcitandus, id eſt reſurrectionis Chriſti die. Volunt etiam nõnulli Abraham cũ Chriſto reſurrexiſſe ex illis verbis Ioannis: *Exultauit Abraham, vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt.* Quod Theodoretus de Chriſti reſurrectione exponit, affertque ad hoc illud Apoſtoli: *Tunc accepit filium ſuum Iſaac in parabolam, quod ſcilicet Iſaac a morte erutus Chriſtum reſurgentem præſignauerit.* Sed ſermo non eſt fundamento nixa ſententia: quamuis enim diuino afflatus Spiritu

mente

Marginal notes (left column): *Chryſ. ho. 2. Gen.* — *Iſai. 7.* — *Leo de nat. Domini* — *Iſai. 30.* — *Ioann. 7.* — *Ioan. 9.* — *Iſai. 28.* — *Matth. 27.* — *Iſai. 11.* — *Matth. 28.*

Marginal notes (right column): [illegible] *Iob. 19.* — *Pſal. 68.* — *Aug. ep. 99. ad Euod.* — *Sophro. in aſſump.* — *70 interp. Iob. 42.* — [illegible] *Orig. ep. ad Afr. de hiſt. Suſannæ. Clem. Rom. lib. 5. c. 6. Ioh. 3.*

mente præuiderit figuram, non tamen figuratũ corporeis oculis vidiſſe inde colligitur. Illud tandem in hac re veriſimile valde crediderim, ſanctorum corpora, quæ tunc reſurrexerunt, ex illis fuiſſe, qui propria oſſa apud Hieruſalem cõdi ſolliciti fuerunt, vna cum Chriſto reſurrexiſſe: ad hoc enim Spiritus ſanctus eorum corda impulerat, quod de Iacob affirmauit Lyranus his verbis. *Videbat in ſpiritu, quod cum Chriſto reſurgente reſurgerent multi ſancti iam defuncti, vt habetur Matth. 26. & ſperabat cũ eo reſurgere.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Lyran. in 49 Gen.

Homilia XIII.

Cur Chriſtus poſt reſurrectionem, clauorum, & lanceæ ſigna in ſuo corpore aſſeruauerit, multiplici eruditione diſſeritur.

HÆRETICI, ſicut nihil intentatũ relinquunt, vt catholicas veritates euertãt, ſic ſemper labefactare, ac deſtruere conati ſũt id, quod ſancta mater Eccleſia de Chriſti cicatricibus docet, profitens reſurrexiſſe Chriſtũ veris nõ apparẽtibus vulnerũ veſtigijs, atque nunc etiã in ſuo glorioſo corpore aſſeruare. S. Aug. de impio Porphyrio refert, qui hæc dicebat: *Si poſt reſurrectionẽ ſtatus beatus futurus eſt, quid ſibi vult cibatũ Chriſtũ fuiſſe, & vulnera monſtraſſe? ſed ſi propter incredulũ fecit, finxit: ſi autem verũ oſtendit, ergo in reſurrectione accepta futura ſunt vulnera.* Beda etiam ait: *Solent hoc in libro gẽtiles calumniã aſtruere, & fidẽ ſperatam nobis reſurrectionis ſtulta garrulitate deriderei ſi enim ipſe Deus (inquiũt) nec ſibi inflicta a Iudæis vulnera curare præualuit, ſed cicatricũ veſtigia eaſo ſecũ, vt dicitis, inuexit, qua temeritate putatis eũ veſtra de puluere membra ad integrũ eſſe reſtauraturũ?* Verũ vtraq. cauillatio debilis valde, ac futilis eſt: ſi enim Chriſtus vulnerũ veſtigijs reſurrectionis veritatẽ probare voluerat, ficta vulnera oſtẽdere nõ debuerat; quod autem ea reliquerit, impotẽtię argumẽtũ nõ eſt: ſicut enim ait Chryſoſtomus: *Qui mortuum corpus ſuũ ſuſcitauit, qui tulit coſtã de latere Adæ, & suppleuit carnem, nunquid etiã nõ potuit corpus ſuũ ſanare, & integrũ ſuſcitare?* Qui enim vitã ſibimet reſtituit, poterat facilius vulnerũ delere veſtigia, vt e capite ſpinis cõfoſſo deleuit: voluit igitur manuũ, lateris, pedũq; veſtigia retinere, vt teſtati ſũt Angeli, cũ a Dño cęlũ aſcẽdẽte interrogauerũt iuxta interpretationẽ Hieronymi, & Cyrilli Alexandrini: *Quid ſũt plagæ iſtæ in medio manuũ tuarum?* Hoc catholico fũdamẽto præiacto, cõpertũ ſatis eſſe reor, nõ abſq; præcipuo aliquo hoc factũ eſſe myſterio. Sancti Eccleſiæ patres varias huius rei rationes tã pie, quã ſapiẽter excogitarunt, omneſq; ſcitu adeo dignas, vt nequaquã debeãt ſilẽtio prætereri. Venerabilis Beda reliquiſſe exiſtimat Chriſtũ plagas tamquã partæ victoriæ trophæũ, vt in *perpetuũ*, ait, *victoria ſua circumferat triũphũ;* nihil enim amãti ſuauius, quã vulnera pro dilecto ſuſcepta geſtare. S. Thomas remãſiſſe exiſtimat vulnera ad maiorẽ Chriſti corporis pulchritudinẽ, ſicut remanſura etiã in Martyrũ corporibus cenſet Auguſtinus. D. Thomæ verba apponã: *vnde, & Auguſtinus dicit, quod fortaſſis in illo regno in corporibus Martyrũ videbimus vulnerũ cicatrices, quæ pro Chriſti nomine pertulerũt: nõ enim deformitas in eis, ſed dignitas erit, & quædam quamuis in corpore, non corporis, ſed virtutis pulchritudo fulgebit.* Itaq; ſicut veſtis ſerica varijs inciſuris diſtincta magis emicat, internãq; pulchritudinẽ manifeſtat; ſic Chriſti vulnera in ſuæ humanitatis habitu (ſic eum vocat Paulus) *habitu inuentus vt homo*, decorem illi addunt, & a vulneribus nitidiſſimus quidã fulgor rutilabit: vnde D. Thomas dixit: *In illis locis vulnerũ quidã ſpecialis decor apparebit.* Cyrillus Alexãdrinus putat aſſeruata vulnerũ ſigna, vt incredulis reſurrectionẽ perſuaderet: *Chriſtus*, inquit, *ipſe præter illud, quod rerum conditio requirit, propter vtilitatem noſtram paſſionis notas retinuit, vt reſurrectionis myſterium recte intelligamus, non aliud corpus reſurrexiſſe credentes, quam quod cruciatu mortuum fuit.* Idem docuit Auguſtinus, dicens: *Ad dubitantium corda ſananda vulnerum ſunt ſeruata veſtigia.* Eidem ſubſcribit Petrus Chryſologus, qui Chriſtum diſcipulos alloquentem his verbis introducit: *Tactus digiti veſtri intrent veſtigia clauorũ, manus veſtræ alta vulneris exquirant, aperite manuum foramina, ſulcate latus, aperite vulnera, quia negare non poſſum diſcipulis ad fidem, quod inimicis in pœnam ſæuientibus nõ negaui: palpate, & vſque ad oſſa inquiſitores ardui peruenite, vt vel oſſa carnis aſtruant veritatem, & me eſſe ipſum, vel vulnera ſeruata teſtentur.* S. Leo Papa, & Ioannes Damaſcenus idem ſentiunt. Verum S. Cyprianus aſſeruaſſe illa ait, vt pro nobis illis Patrem interpellaret. *Vt appareat vultui Dei pro nobis, & vt ſemper ſeruatæ in corpore plagæ ſalutis humanæ exigant precium, & obedientiæ donatiuum.* S. Tho. Ioãnis verba explicãs: *Aduocatũ habemus ad Patrem*, idem cenſuit, dum docet in cęlo placari iram Patris, repręſentando naturam humanam cicatricibus ſignatam. Certe orandi facultas edocet, non ſolum verbis, verum etiam geſtibus in perſuadendo vtendum: vnde dictum percrebuit, manuum actus ſecundam linguam eſſe, quia ipſis facilius aliquando, quam verbis intentum perſuademus. Cum ergo Chriſtus, vt dixit Ioannes, aduocati vices pro nobis apud Patrem ſubire voluerit, non tantum verbis, ſed manibus etiam vtitur, eaſque plagis confoſſas ęterno Patri oſtẽdat. Hoc facit, quod narrat Tullius, ait ipſe: orãte apud ſenatũ pro Aquileio Marco Antonio, facillime patres illos conſcriptos perſuaſos, cũ ſenatui Aquileij veſtem oſtendens ſingula vulnera pro republica ſuſcepta numeraret. Sic Chriſtus vulnerum notas reliquit in corpore ſuo, quippe, qui nouerat nihil poſſe facilius æterno Patri noſtrorũ veniam peccatorum perſuadere,

Aug. epiſt. 49.
Beda lib. 6. in Lucam
Chryſoſ. ho. 5. in cap. 24. Matth.
Hier. ſup. c. 13 Zach.
Cyrill. 12. in Ioan. 5C.
Beda in Lucam.
S. Tho. 3 p. q. 54. a. 4.
Aug. 22. de ciuit. Dei
Ad Phil. 2.
D. Tho. vbi ſup.
Cyrill. lib. 12 in Ioan.
Aug. tract. 121. in Ioan.
Chryſol. ſer. 28.
Leo de reſur. ſer. 1.
Damaſc. l. 4. de fide. c. 18
Cyprian. ser. de bapt. Hebræorum.
S. Tho. ſup. 1 Ioan. c. 2.
Cicero. orat. in Verrem.

Digitized by Google

quam oſtenſa vulnera, quæ pro nobis ſuſcepe-rat. Quinque igitur Chriſti vulnera totidẽ ſunt patula ora, quæ ante iuſtitiæ tribunal diuinis auribus clamant, non ſecus quam ſanguis Abel, Gen. 4. de quo ſcriptum eſt: *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra*, ſcilicet vindictam. D. Bern. reſeratas exiſtimat cicatrices, vt inde de- Ber. ſer. 61. in cant. notæ animæ miſericordię mel, dilectioniſq. dulcedinẽ ſugerẽt: *Ego vero fidẽter, quod ex me mihi deeſt, vſurpo mihi ex visceribus Domini: quoniã miſericordiæ effluunt, neque deſunt foramina, per quæ effluant. Foderunt manus eius, & pedes, latuſque lancea forauerunt, & per has rimas licet mihi ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo.* Idem Ber- D. Bern. vbi ſup. nardus & ibidem aliam myſticam aſtruit rationem, vt peccatores a paſſionum hoſtibus vexati, vel a diuina iuſtitia damnati, veluti pauidæ columbæ effugium in illis vulneribus inuenirent, ſicut hoc ſignificans dixerat Dominus Moyſi: Exo. 33. *Apud me locus, ſtabis ſuper petram, & tranſibo, & abſcondam te in foraminibus petræ.* verba Bernardi hæc ſunt: *Dominus meus, & Deus meus, vnde hoc reportatum oraculũ niſi ex foraminibus petræ? in his ſe columba tutatur, & circũuolitantem intrepida intuetur accipitrem, & ideo ait: colũba mea in foraminibus petræ. Quid non boni in petra? in petra ſecurus, in petra firmiter ſto, ſecurus ab hoſte, fortis a caſu.* Quinque igitur Chriſti vulnera, quinque 2. Paralip. 6. refugij ciuitates eſſe crediderim, quæ delinquentium ſaluti patebant antiquitus, aut quinque illas ſacras Aegypti vrbes, quarum maxima *Solis ciuitas* vocabatur, quæ maius lateris vulnus denotat: ibi enim coruſcantis Chriſti amoris ſol, velut in ſuo curru triumphãs, reſidet. Et ſicut in vrbe illa, quam alio nomine *Heliopolim* dixerũt antiqui, phœnix auis reuiuiſcẽs renouabatur; ſic anima interiorem vitam renouare deſiderãs, ad Chriſti latus accedit, vt antiquarum paſſionum pennis, & anteactę vitę culpis relictis, nouas cæleſtium cupiditatũ pennas, nouaque ſuperna dona recipiat. Tandem Cæſarius Cæsar. Arelat. hom. 24. Arelatenſis credidit cicatrices vulnerum retinuiſſe, vt illis in die Iudicij reprobos cõfundat: *Illa*, inquit, *clauorum ſigna bonis ſalutaria, malis terribilia, vſque ad diem Iudicij*: Inſinuauerat hoc Aug. l. 2. de Symb. c. 8. Auguſtinus, dicens: *Sciebat Chriſtus quare cicatrices in ſuo corpore ſeruaret: ſicut enim demonſtrauit Thomæ non credenti niſi tangeret, & videret, ita etiam inimicis vulnera demonſtraturus eſt, vt conuincens eos veritas dicat: ecce hominem, quem crucifixiſtis, videtis vulnera, quæ infixiſtis, agnoſcitis latus, quod pupugiſtis, quoniam per vos, & propter vos apertum eſt, nec tamen intrare voluiſtis.* Innituntur Patrum horum dicta verbis Zachariæ: Zachar. 12. *Aſpicient ad me quem confixerunt*, vel vt Septua- Ioan. c. 19. ginta transferunt: *Aſpicient ad me, pro eo quod inſultauerunt*. quod commemorans D. Ioannes Ibid. ait: *Et iterum alia ſcriptura dicit, videbunt in quem transfixerunt*. quibus cohærent verba eiuſdem Apoc. 1. & Hipp. orat. de cons. mundi. Ioannis in Apocalypſi: *Et videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* S. Hippolytus martyr addit Chriſtum in die Iudicij non ſolum videndum vulneratum, verumetiã ſpinis redimitum.

Sed omnibus his liber alias myſticas hac de re addere rationes, quæ ſeſe mihi offerunt, ad diuinum erga nos amorem in hoc cognoſcendum: primaque ſit, Chriſtum vulnera aſſeruaſſe, vt illis veluti anulis ad noſtri reminiſcendum vteretur, vt eum in manibus eius ſcriptos nos cognoſcamus, ſciamus nos obliuiſci non poſſe: *In manibus meis ſcripſi eos*, nõ calamo, ſed clauis; Isai. 49. non atramento, ſed ſanguine. vel aliter: *in manibus meis ſcripſi eos*, id eſt quaſi noſtrum omnium imagines in ſuis effinxit manibus, veluti dilecti effigiem. Secundo dicamus, quod ſicut in cęlo ex quinque ſideribus cõſtellatio quædam reſultat, quã vocant ſagittã: tum, quia ſagittæ inſtar apparet; tum quia effectus ſuos ſumma velocitate, tanquam ignita ſagitta producit: ſic etiam in nitido Chriſti corporis cælo, quinque impreſſa vulnera, quinque videntur ſidera, quæ diuinam ſui amoris ſagittam conficiunt, qua Deus ſuauiter dilectas animas ferit: ſagittam ſane, cuius plumbum vera fides, cuius pennæ incenſa charitas, cuius ſanguinis tinctura, non draconis, ſed Chriſti Domini precioſiſſimus cruor fuit, quo iaculata corda nõ pereunt, ſed ad vitæ melioris gaudia euocãtur. Tertio, quia Chriſtus dixerat: *Ego ſum vitis vera, & vos palmites*, ſi nos a vite Ioan. 15. diuiſi, & ſeiuncti longe ab illa aberramus, ad nihil vltra valebimus, niſi ad inferni incendia nutriẽda. Verum, vt ab hoc tãto malo indemnes euaderemus, voluit Chriſtus plurimas in ſua vite inciſuras aſſeruare, vt nos tanquam palmites illic inſerti, ipſius vitis vita, quæ diuina eſt, viuentes, vberes, ac vberrimos bonorum fructus proferamus. Quarto, in Incarnationis die Deus diuini amoris aquam viuam e cælo delapſam in ſuo corpore, velut in quodam fonte concluſerat, nec Eccleſiam irrigabat. verum quid agit? vt aquæ huic aditus pateat, rumpi patitur aquæ venam, & quinque ei vulnera, veluti aquæductus pateſiunt, vt inde animas ſacro cruore, & aqua e latere deflu[e]nte emundaret. Cum ergo poſtea artificioſam hanc amoris inuentionem nobis profuiſſe experiẽtia comperiſſet, vulnera nõ concluſit, ſed veluti totidem fiſtulas, quibus Eccleſiæ vallis irrigaretur, aſſeruauit. Quinto, quia ſicut olim, vt diuina Scriptura teſtatur, vt elephantes ad prœlium irritarent, pãnum illis mori, nigrique botri liquore perfuſum offerebant: 1. Mach. 6. *Et elephantis oſtenderunt ſanguinem vuæ, & mori, ad acuendos eos in prœlium*; ſic Chriſtus, vt Martyribus, Confeſſoribuſque ad prœliandum contra proprium corpus, & dęmones vires adderet, corpus ſuum reliquit vulnerum ſanguine cruentatum. Inſinuauit hoc S. Bernardus cum dixit: Ber. ser. 61. in cant. *Vult ergo videri, vult benignus dux decori militis vultum, & oculos in ſua ſuſtolli vulnera, vt illius ex hoc animum erigat, & exemplo ſui reddat ad tolerãdum fortiorem. Enim vero non ſentiet ſua dum illius vulnera intuebitur. Stat Martyr tripudians, & triumphans; toto licet lacero corpore, & rimante latera ferro, non modo fortiter, ſed & alacriter ſacrũ e carne ſua conſpicit ebullire cruorem. vbi ergo tũc anima Martyris? nempe in tuto, nempe in petra,*

nempe

Digitized by Google

nempe in viſceribus Ieſu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si in ſuis eſſet viſceribus, ſcrutans ea ferrum ſentiret, dolorem non ferret, ſuccumberet, & negaret, nunc autem in petra habitans, quid mirum ſi in modum petræ durnerit? Sexto, vt cognoſcamus, quam Chriſtus plagas dilexerit, cum vulnerum dolores, quia impaſſibilis eſt, ſentire non poſſit, voluit pro nobis poſt reſurrectionem illarum aſſeruare veſtigia, vt in vniuerſa tum militanti tum triumphanti Eccleſia plagæ ei non deficerent; immo non ſolum veſtigia, ſed profunda etiam clauorum loca reliquit, vt Chriſti Domini ad Thomam verba manifeſte indicant: *Infer digitum tuum huc, mitte manum tuam in latus meum.* Quamplures hoc dixerunt Patres, præcipue Cyrillus, qui hæc habet: *Poſtquam Thomas manus in latus, & digitos in clauorum foramina intuliſſet, ſtatim exclamauit, Dñs meus, & Deus meus*, Angelicus Doctor in Chriſti vulnerib⁹ foramina partib⁹ ad inuicē diſcōtinuatis eſſe cōcedit: *Apertura, inquit, vulnerū quāuis ſit cū quadā ſolutione cōtinuitatis, totū tamen hoc repræſentatur per maiorem decorē gloriæ.* Cum igitur hæc ita ſe habeant, alium poſſumus myſticā rationem inueſtigare, quod ſcilicet voluerit Chriſtus ſummam hominibus liberalitatem oſtendere: liberalem enim eſſe, aut manum perforatā habere, coincidūt apud Hiſpanos. Sponſa Chriſti dixit, manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Cum igitur pateāt foramina manuū, quis nō dicet hyacinthos inde caſuros, quibus noſtra pauperies ſubleuetur? deſeruiūt etiā eadē vulnerū foramina, vt per illa, velut per totidē feneſtras diuini amoris, cæleſtiſq. ſapientiæ, vt inquit Bernardus, theſauros inſpicimus: *Quis, ait, cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? At clauis reſerans clauus penetrans factus eſt mihi, vt videam voluntatem Domini: quidni videam per foramen? clamat clauus, clamat vulnus, patet arcanum cordis per foramina corporis, patet magnum illud pietatis ſacramentum, patent viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto.* Cui ſit gloria, &c.

Chryſ. ſer. 18. Abul. ſup. c. 95. & 20. Caet. 3. p. q. 54. ar. 4. Tol. Io. 20. Cyril. lib. de fid. ad Theo. circa fin. D. Tho. 3. p. q. 54. a. 4. ad 3.

Cant. 5.

Homilia XIV.

Varia, ac multiplici ſanctorum Patrū, & aliorū doctorū interpretatione explicantur verba illa Chriſti Dñi, in die reſurrectionis ſuæ ad D. Magdalenā dicentis: Noli me tangere, nōdū enim aſcendi ad Patrē. Ioan. 20.

PROPOSITA Chriſti Domini verba adeo intellectu difficilia ſūt, vt proceres Eccleſiæ Catholicæ, Patres, alioſque interpretes in varias ſententias abire compulerit. Præcipuaque huius difficultatis ratio inde emergit, quod minime legitima videatur cauſa, quā Chriſtus Dñs adhibuit, vt pedum tactum Mariæ denegaret, nimirum: *Quia nondum aſcendi ad Patrem*, cum reuera ſi aſcendiſſet, tangi non potuiſſet; vnde, quia tunc nondum aſcēderat, contingi ab ea poterat. Deinde cum ante reſurrectionem Magdalenam Chriſtus dominus ad oſculū pedū admiſiſſet, vt quid poſt reſurrectionem renuit ab ea tangi? D. Cyrillus lib. 12. ſuper Ioann. in hunc modum propoſita verba explicat, dicens: *Quia nondum Spiritum ſanctum miſerat, ideo a tactu ſuo Mariam prohibebat, dicens: Nondum enim aſcendi in cælum ad Patrem meum, vnde ipſe per me Spiritum ſanctum ad vos mittet.*

D. Cyril. lib. 12. in Ioan. cap. 10. 1. expoſitio.

Non lōge ab hac expoſitione recedit Herſelius in hiſtoria paſſionis, & reſurrectionis Domini, dum ait D. Magdalenam non ſolum tentaſſe deoſculari pedes Domini, ſed ab eo poſtulaſſe, vt ei Spiritum ſanctum communicaret, iuxta promiſſionem, quam de illo poſt reſurrectionem mittendo in cœna cum diſcipulis fecerat, & propterea reſpondiſſe Chriſtū, ſe tunc non daturum fore illi Spiritum ſanctum, quia nondum aſcenderat in cælum, vnde illum ſe miſſurum promiſerat.

Herſ. in hiſt. paſſ. reſurr. Domini. 2. expoſitio.

Ianſenius in ſua concordia capit. 145. & Caietanus in commentario huius loci, aliam viam ingreſſi ſunt, quæ ſi a veritate nō deflectit, rem facilem, & omnino planam reddit: aiunt enim Magdalenam præ nimia alacritate oſculo pacis in faciem voluiſſe ſalutare, & contingere Dñm, & ob hoc tam familiari contactu Chriſtū Dominum illam repuliſſe, dicendo: *Noli me tangere*; & addidit rationem: *Quia nondum aſcendi ad Patrem*, ſignificans beatos admittendos eſſe in gloriam ad hunc familiarē tangendi, & conueniendi modum, vt ſatis indicat D. Bernardus ſer. 2. de omnibus ſanctis, vbi explicans prædicta verba, ait: vide ne me tetigeris, quouſque perueniamus ad Patrem.

Ianſ. in cōc. c. 145. Caiet. comment. de paſſ. 3. expoſitio.

Ber. ſer. 2. de omn. Sanct.

D. Hieronymus epiſ. 95. ad Hedibiam in hunc modum ea exponit: *Noli me tangere, quia in fide tua nondum reſurrexi, & ad gloriæ ſtatum perueni: ſic enim ait: Quem mortuum quæris, viuentem tangere nō mereris; ſi me nōdū putas aſcēdiſſe ad Patrē, ſed hominū fraude ſublatum, meo tactu indigna es.*

4. expoſitio. Hier. ep. 95. ad Hedib.

D. Auguſtinus tract. 21. in Ioannem, & ſerm. 60. de verbis Domini. & 152. & 155. de tempore. & D. Ambroſius Luc. vlt. & lib. de Iſaac, & anima, cap. 5. & ſerm. 58. exiſtimant Chriſtum Dominum loqui in prædictis verbis de aſcenſione non corporali in cælum, ſed de myſtica, & ſpirituali in animam, quaſi diceret: O Magdalena, in fide tua nondum aſcendi ad æqualitatem cū Patre, quia nondum bene firma es in fide meæ diuinitatis, & ideo nolo vt me tangas. Exinde autem ita Magdalena a Chriſto Domino illuminata fuit, vt deinceps non ſolū crediderit, ſed & alias feminas ad credendum inſtruxerit, vnde poſtea omnes ſimul permiſſæ ſunt pedes Chriſti Domini deoſculari, vt refert D. Mat.

5. expoſitio. Aug. tract. 21. in Ioan. ſer. 60. de verb. Dom. & 152. & 155. de tem. D. Ambro. Luc. vlt. & li. de Iſaac & anim. c. 5. & ſer. 58.

Mat. c. 28.

D. Leo in eodem ſermone ſuam etiam adhi-

6. expoſitio.

bet

bet expoſitionem, dicens: *Nolo, vt ad me corporaliter venias, neque vt me ſenſu carnis agnoſcas, ad ſublimiora te differe, maiora tibi præpare, cum ad Patrem aſcendero, tunc me perfectius, veriuſque palpabis, apprehenſura, quod non tangis, & creditura, quod non cernis.* Hæc ille. Quibus aperte indicat, propter imperfectionem fidei repulſam paſſam fuiſſe Magdalenam a Chriſto Domino. Verum

Iuſt. mart. ep. 4 ad Orthodoxos.

Iuſtinus Martyr ep. 4. ad Orthodoxos, putat minime imperfectioni fidei Magdalenæ tribuendũ eſſe, quod prohibita fuerit Chriſtum contingere. Quod etiam placuit antiquiſſimo Tertulliano, qui lib. contra Prax. cap. 25. dixit: *Illam fidelem feminam, quæ non ex curioſitate, neque ex incredulitate, ſed ex fide, & dilectione Chriſtum tangere aggreſſa* eſt. Cenſet ergo Iuſtinus, Chriſtum Dominum non omnino prohibuiſſe Magdalenæ oſculum pedum; ſed ne priſtina illa familiaritate, qua eum in carne mortalem intuebatur pertractaret, indicans poſt Reſurrectionis gloriam reuerentiue, & grauius cum illo agendum eſſe, & non ſicut antea, quando apparebat in ſimilitudinem carnis peccati, vt dixit D. Paulus. Eidemque expoſitioni ſubſcribit Chryſoſtomus homilia 58. in Ioannem, eique recte cohærent ſequẽtia verba: *Nondum aſcendi ad Patrem*, quia perinde ſunt, ad ſi dixiſſet: Nondum aduenit ſtatus ille glorioſus, vbi facultas dabitur tractandi mecum ea familiaritate, qua tu deſideras, ideo quouſque aſcendam, ab ea te abſtine.

Tert. lib. contra Prax. c. 25.

Ad Philip. 2

Chryſ. ho. 58 in Ioan.

9. expoſitio. Card. Tolet. ſup. c. 20. Io.

Alij moderniores, (quos ſuppreſſo nomine refert Cardinalis Toletus ſuper cap. 20. Ioan.) dicunt, Chriſtum Dominum non aliud prohibuiſſe Magdalenæ, quam ne nimium temporis abſumeret, prout antea ſolebat, ad pedes eius, ſed quã citius inde ſe expediret, vt de eius Reſurrectione certiores faceret fratres ſuos. Poteſtque hæc ſolutio illuſtrari ex eo, quod ſicut cum Chriſtus dixit diſcipulis ſuis: *Neminem ſalutaueritis in via*, nõ prohibuit ipſis ſalutationes, quas charitatis officium poſtulat; ſed vt cito, & diligenter, & abſque mora proficiſcerentur. Ita cum Magdalenæ dixit: *Noli me tangere*, non ei interdixit pedum tactum, ſed ne in eo moram faceret. vnde illud: *Nondum aſcendi ad Patrem*. explicant per illud, quod *Hiſpanice* dicitur, *Aun no ſoy ido*, nõdũ diſceſſi, ſuppetet tibi poſtea tẽpus antequã diſcedã ad diutius immorãdũ; & oſculãdũ pedes meos, nunc perge abſque mora ad annunciãdũ fratribus triũphũ reſurrectionis meę.

Luc. 10.

8. expoſitio. D. Leo ſer. 2 de Aſcen.

D. autem Leo aliter id explicat ſerm. 2. de Aſcenſione: ait enim Magdalenam tunc geſſiſſe typum gentilitatis. Et quia Chriſtus Dominus non ſe manifeſtandum gentilitati, nec ab illa tangendũ decreuerat, niſi media fide poſt Aſcenſionem, propterea ei dixiſſe: *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem*.

9. expoſitio. D. Ber. ser. 28. in Cant.

D. Bernardus alia via incedit ſer. 28. in Cantica; hunc enim ait eſſe germanum ſenſum illorum verborum: *Noli me tangere, noli meam Reſurrectionem iudicio ſenſuum comprobare, ſed parumper expecta tempus meæ aſcenſionis, & miſſionis Spiritus ſancti, & tunc longe melius, & tenacius percipies veritatem reſurrectionis meæ, quam modo me cõtingens.* Hęc ille. Et in eãdẽ recidit alia expoſitio B. Odonis, in explicatione Canonis, qui refertur in Bibliotheca ſanctorũ Patrũ c. 4.

D. Odo in explic. can. c. 4

10. expoſitio. Card. Tolet. c. 20. Ioan.

Card. Tolet. in c. 20. Ioan. quibuſdã interrogationibus, & reſponſionibus ſubintellectis præpoſita verba elucidat: *Noli me tangere* (inquit) *quaſi enim ſi ipſa interrogaſſet. Quare non te tangam? reſpõdet. Quia non iã tale mihi corpus eſt mortale, quale, cum in terra verſarer, ſed quaſi in cælo, immortale, & glorioſum, & deinde, quaſi iterum ſubinferret. Quare igitur nunc in terris ambulas, ſi tale habes corpus? nondum* (reſpondet) *aſcendi ad Patrẽ, aſcenſurus autem ſum: modo autem hic maneo propter veſtram vtilitatem.*

11. expoſitio D. Epiph. hæreſ. 26.

S. Epiphan. hæreſi 26. prope finem, alium putat longe diuerſũ ſenſum: ait enim: *Vt oſtenderet manifeſtam caſtitatem, & ſanctimoniam per ſanctificationem, dicit Maria: Ne me attingas.* Itaque vult D. Epiphan. propter exemplum puriſſimæ caſtitatis noluiſſe, cum ſolus erat, a Maria contingi, poſtea vero in præſentia diſcipulorum, non ſolũ illã, ſed & alias ſanctas feminas, quæ ad monumentum abierant, ad oſculum pedum admiſiſſe. Poteſtque huic expoſitioni non incongrue accommodari ratio ſubiuncta: *Quia nondũ aſcendi ad Patrem*. quaſi diceret, vt hæc prohibitio alijs ſit exemplum caſtitatis: Noli me tangere: Tanges vero in cælo, vbi cum homines ſine ſicut Angeli Dei, qui nec nubẽt, nec nubẽtur, opus nõ erit ſimili exẽplo, ſicut modo, vt puriſſime viuãt.

D. Epiphan.

12. expoſitio

Alij putant, quod ſicut D. Petrus in mõte Thabor gloria transfigurationis Chriſti diu frui deſiderans dixit: *Faciamus hic tria tabernacula*, & Euangeliſta ſubiunxit: *Neſciebat quid diceret*; ita Magdalena neſciẽs, quid ſibi vellet, frui volebat Chriſto glorioſo, ipſe autem dixit ei, noli me modo tangere ad fruendum me, quia ſtatus viæ non eſt ſtatus fruitionis, ſed differ hoc ad ſtatũ beatitudinis cum aſcẽdero ad Patrẽ, modo namque nondum aſcendi. Scio quoſdam recentiores plus ſapientes, quam oportet ſapere, valde immorari in lacerandis nonnullis ex relatis Patrũ expoſitionibus, ſed nos huic ſtudio ſuperſedendum omnino cenſuimus, ſanctorum Patrũ intelligentiam, quos Chriſtus D. Eccleſiæ ſuæ diſertiſſimos magiſtros prępoſuit, ſatius, & religioſius iudicantes ſuſpicere, & venerari, quam cauilloſis quibuſdam, ne dicam puerilibus argumentationibus impetere. Fateor non omnes, & ſingulas eiuſdem loci expoſitiones omnibus, & ſingulis placere poſſe, verum cui nõ placet hęc, accipiat aliam, non mordeat illam; quod ſi omnes diſplicent, diſplicentiæ cauſam ex parte ſubiecti, non obiecti facile crediderim, cui morbo ſolus Deus mederi poteſt. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Matth. 9.

Digitized by Google

DE ADMIRABILI CHRISTI DOMINI ASCENSIONE ET EIVS ARCANIS.

LIBER DECIMVSQVINTVS.

Homilia Prima.

Glorioſa Chriſti Saluatoris noſtri Aſcenſio plurimis figuris, ac ſingularibus ſacræ Scripturæ locis pulchre explicatis illuſtratur.

OMNIS memoriæ cō-
mendatione digna eſt
feliciſſima hæc trium-
phantis Chriſti Aſcen
ſionis dies. Etenim ho
die ſupremus ille vni-
uerſi Monarcha ingen
ti cum apparatu, ſum-
maque pompa, non in
curru igneo, ſicut E-
3. Reg. c. 19. lias, ſed in nube quadam glorioſa in altum con-
ſcendit: hodie diuinus ille Eliſeus aſcendit ab
Hierico ad ciuitatem Bethel: hodie vberrimus
Num. 20. ille eloquentiæ fons Aaron aſcendit ad montem
1. Reg. 1. Hor: hodie integerrimus Elcana domino viſen-
do in Silum aſcendit: hodie fortiſſimus ille Sam
ſon fauum mellis, quem ex ore leonis eripuerat,
patri ſuo tradit, hoc eſt inſigne illud ſanctorum
Patrum ſpolium, quod e faucibus dæmonij ven-
dicauit: hodie ſtrenuus ille Moyſes e medio a-
quarum mortalitatis ereptus montem Sinai a-
ſcendit: hodie candidiſſima illa columba ramum
oliuæ virentibus folijs veræ pacis ſymbolum
portans, eo vnde digreſſa fuerat, reuertitur: ho-
die arca illa ſancti Noe ſuper montes Armeniæ
cæleſtis Hieruſalem requieſcit: hodie Eliæ nu-
Ibid. 18. becula altius euehitur, vt inde copioſam cæle-
ſtium donorum, atque munerum pluuiam abun
danter demittat: hodie Chriſtus ſol iuſtitiæ, qui
in Cruce eclipſim paſſus fuit, refulgens, coru-
ſcans, atque glorioſus ab hoc infimo mundi he-
miſphærio ad Angelicum tranſmeat: hodie di-
uinus ille ignis, qui e cælo defluens, terreſtrem
materiam, hoc eſt, carnem humanam apprehen-
dit, ad antiquum ſphæræ ſuæ globū reuertitur:
hodie fons ille de terra exortus eadem curſus
celeritate in ſublime conſcendit, qua ante in
Gen. 2. procliue deſcenderat: *& fons aſcendebat de terra:*
hodie Chriſtus velut ampliſſimus quidam mi-
litiæ dux cæleſtis patriæ arcem occupat, gla-
dium prius e manibus illius Cherubin Paradiſi
portis præfecti fortiter eripiens, ac tandem ad
radiantes cæli vertices propria virtute aſcēdit,
& ad abundantiſſimos illos æternæ beatitudinis
theſauros viam, atque aditum liberum nobis a-
perit: hodie, vt plura vno verbo comprehen-
dam, Chriſtus noſter extollitur, ac tamquam re
galis quædam aquila per vniuerſam aeris re-
gionem in diſcipulorum ſuorum cōſpectu tranſ-
uolat, & (vt inquit S. Lucas) *Videntibus illis ele-*
uatus eſt. Egregie admodum Chriſto domino Act. 1.
aſcendenti aquilæ nomen conuenire mihi vide-
tur: ſiquidem ſicut aquila ad probandum
pullos ſuos, eos aduerſus ardentiores, atque
clariores fulgentis ſolis radios opponit, & ſplē-
didum ſolis fulgorem oculis non cōniuentibus
fortiter intuentes in legitimos receptat, cete-
roſque tamquam degeneres e nido expellit: ita
quoque hodierna die Chriſtus periculum facit
diſcipulorum ſuorum, quandoquidem ipſi in
eum tamquam in diuinum ſolem, clariorem, at-
que ſplendidiorem, quā vnquam, oculos nō cō-
niuentes defigunt, Euangeliſta dicente: *Viden-*
tibus illis eleuatus eſt: nec ab illius intuitu vlla-
tenus abſtinuere, quouſque lucenti quadam nu-
be coopertus, oculis aſpicientium ſublatus fuit:
Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Magnum Ibidem.
profecto, atque inſigne argumentū hoc eſt, iſtos
diuinæ huius aquilæ pullos fuiſſe legitimos, vt
qui corde, atque oculis eum ita inſequerentur:
& quemadmodū aquila in partes diuerſas hinc
inde trahitur, principale volatus ſui intentum
quaſi diſſimulans, in certum tamen aliquem ſco
pum, partemq. dirigitur, vt prædam faciat, quam
deſiderat; ſimili quoque ratione Chriſtus tam-
quam regalis quædam aquila volatum ſuum ad

cæleſte ſolium dirigens, quaſi ſcopum hunc cælare videbatur, cum humili quodam, atque exiguo volatu è viſceribus Matris ſuæ ad præſepij paupertatem euolauit: inde tamen trium Regum corda, qui ſe illius regali coronę ſubdiderunt, ad ſe rapuit. Quod initium quoddam fuit ſpoliorũ, quæ ex humani generis hoſte extorquere vellet. Sed miror ſane, quomodo in infantili ætate cœperis deprędari: ſane ſi tã cito latrocinijs vacas, grandior effectus ſuſpendium tibi imminet: latrocinia enim in infantia, infamem ligni mortem præſeferunt, ac præſagiunt. atque hic fuit primus huius regiæ aquilæ volatus. Secundum fecit, cum redeuntibus Maria, & Ioſeph ex Hieroſolyma, ab eorum conſortio ſe ſeparauit, ſed ibi etiam in templo inuentus, mira ſapientia ex ore eius effluente ſapientes ſtupefecit, & auditorum animos in ſui admirationem pariter & amorem excitauit. Tertius volatus, quo eundem ſcopum ſimulabat, fuit, quando manducabat cũ peccatoribus, in ſimilitudinem hominum factus, ſed tunc etiam ex faucibus Diaboli rapacem auẽ, Matthæum ſcilicet telonariũ, & alios plures peccatores venatus eſt, & extraxit. Quartũ volatũ conſidero, cum aſcendit in Crucem, ſed ibi & homines aucupatus eſt, & ſaaa etiam traxit ad ſe, vt ipſe prædixerat: *Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me.* hinc Diabolum deluſit, mundum ſubiugauit, ac mortis victoriam terræ, & cælo oſtentauit, quando *Videntibus illis eleuatus eſt.* Ex quibus verbis, communi omnium huius loci interpretum ſentẽtia, colligitur, Chriſti Aſcenſionem non in inſtanti, aut momento, ſed cum temporis interuallo contigiſſe: etenim euidenter eius diſcipuli per aeris regionem euntem viderunt. Nec deſunt etiam, qui dicant vnumquemque ſecundum ſanctitatis ſuæ gradũ, qua præditus erat, Chriſtum altius, atque altius aſcendere vidiſſe, ita vt hoc vno ſuppoſito nobis dubium minime eſſe debeat, ſacratiſſimam Virginem omnium fuiſſe vltimam, cuius aſpectui Chriſtus ſe ſubtraxit. Quippe ſicut ſolaris herba, quam communi nomine gigantam dicunt, propter ſingularem illius eminentiam, quia ſuper omnes terræ herbas excreſcit, ſolis orientis greſſus inſequitur, & per gradus ſuos euntem ſine intermiſſione proſpicit, donec ſe in Occidentem abſcondit: eadem quoque ratione Virgo illa ſanctiſſima, tamquam Eccleſiæ catholicæ giganta ob eximiam ſanctitatis, ac dignitatis ſuæ excellentiam, qua ceteros antecellit, diuinum illum iuſtitiæ ſolem ſuis oculis inconniuenter intuebatur, donec ad ſplendidiſſimum ſuperni domicilij hemiſphærium translatus fuit.

Ioan. 12. *Act. 1.*

Act. 1. *Videntibus illis eleuatus eſt.* Figuram quandã in ſacris litteris reperio, quæ huiuſcemodi præſentis noſtri myſterij propoſito non incongrue adaptari poſſe videtur, hiſtoriam videlicet illã Angeli Tobiæ, quæ effigies quædam, atque imago eſt totius Chriſti vitæ, & diſcurſus, vſque ad illius triumphantis Aſcenſionis diem. Referunt ſacræ litteræ, Angelum quendam e cælo veniſſe,

Tob. c. 5. & per. vt Tobiæ domum protegeret, illi faueret, ac neceſſitatibus vniuerſis prouideret, quem Tobias iunior domum egreſſus in platea in habitu viatoris itineri paratum apprehendit. Angelus vero ei ad ciuitatem Medorum Rages nomine eũti, itineris comitem ſe exhibuit, ac a prodigioſi cuiuſdam piſcis inuaſione, qui tamquam ſerpẽs, aut draco quidam, ad eum deuorandum e flumine proſilierat, eripuit, & Saram a Diabolo eam infeſtante liberauit, vxorem ei dedit, omnem pecuniam debitam patri illius recuperauit, filium ſanum, & opulentum reduxit, reuerſus Tobiæ ſeni viſum reſtituit: ac demum tot, tantiſq. beneficijs in ipſum collatis, die quadam omnibus ſimul menſæ accumbentibus abeundi licentiam petijt, ac ad eandem cæli regionem, vnde venerat, conuolauit. Angelus iſte Verbum diuinum in carne humana exprimit, quem Iſaias magni *Iſa. 9. ſec. 70.* conſilij Angelum appellabat, qui in hoc mundi theatro palam, non ſolum inquirentibus, ſed nõ inueſtigantibus eum obuiam venit: *Palam inuentus ſum a non quærentibus me*: eumq. in forma *Iſa. 65.* viatoris præcinctum, ac itineri paratum homines inuenere: *Quaſi viator declinans ad manendũ*, vt inquit Hieremias, quoniam quantumcumq. *Ierem. 14.* anima comprehenſor, atque beatus eſſet; nihilominus in paſſibili, ac mortali huius corporis ergaſtulo incluſus etiam viator erat, homini ad cæleſte iter peragendum comitem ſe exhibuit, innumera in eum beneficia conferens: *qui pertranſijt benefaciendo*: inter quæ non minimum fuit, ho- *Act. 10.* minem a fero illo dracone, morte videlicet æterna, liberare: *Qui mortem noſtram moriendo deſtru-* *In Præfat. Eccleſiæ.* *xit*, & a ſeruitute, ac dæmonum tyrannide tam infeſta: *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* *Ioan. 12.* Alterum beneficium fuit, nuptias inter Deum, & Eccleſiam ſuam celebrare, ac vniuerſum terrarũ orbem perpetuis ignorantiæ, & cæcitatis tenebris inuolutum illuminare. Omnia hæc ſolita ingenij ſubtilitate breuibus explicuit magnus ille Pater D. Auguſtinus: *Chriſtus*, ait, *fuit* *D. Aug. ſer. 3. de ſanct.* *piſcis ille mortuus, cuius iecore per paſſionem aſſato, fugatus eſt Diabolus, & per amaritudinem fellis ſanatus eſt cæcus, & illuminatus eſt mundus.* Quin etiam breuioribus id ipſum expoſuit D. Paulus: *Deſtruxit quidem mortem, illuminauit autem vitã.* Et quemadmodum Angelus ille omnem pecuniã Tobiæ debitam recuperauit, eodem quoque modo Chriſtus in ſinũ Abrahæ deſcendẽs, ſpecioſos Dei theſauros, atque opes, quæ erant ſanctiſſimi illi Patres, tot annorũ curriculis in limbi carcere detenti, recuperauit, ac Patri reſtituit adimplens ea, quæ Iſaias prædixerat: *Vectes ferreos cõ-* *Iſaiæ 45.* *fringam, & dabo tibi theſauros abſconditos.* Peracto igitur legationis Chriſti munere, diuino huic Angelo nihil aliud peragendum ſupererat, niſi vt ad cæleſte animarũ domiciliũ, vnde venerat, remearet, atq. ideo diſcipulis ſuis dixit: *Vado ad eũ, qui* *Ioan. 7.* *me miſit.* Iã tẽpus eſt redeundi ad Patrẽ meum, quod eſt omnino idẽ, quod Angelus Tobiæ dixerat: *Tẽpus* *Tob. 12.* *eſt, vt reuertar ad eũ, qui me miſit.* Et ſicut de Ange- *Ibid.* lo illo dicit ſacer text. *Et cũ hoc dixiſſet, ab aſpectu eorũ ablatus eſt*: ita etiã Euãgeliſt. dicit de Chriſto: *Marc. 16.* *Dñs quidẽ Ieſus poſtquã loquutus eſt eis, aſſũptus eſt*

in

Digitized by Google

in cælum, ac velut ibi Angelum ad cælum volantē aſpicere non valuerunt, & vltra eum videre non potuerunt, quia diſparuerat. Eodem quoque modo hic eueniſſe legimus, quoniam dicit S. Lucas: [Act. 1.] *Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum*; ac ſi diceret, nubes illa, quæ ſe inter diuinum illum ſolem, & oculos eorum interpoſuit, intuitum videntium impediuit. Ac demum ſicut ibi S. Tobias, ac vniuerſa illius familia admiratione perculſi remanſere propter tam inauditum myſterium, laudantes, ac Deum glorificantes: *tunc proſtrati per horas tres benedixerunt Deo*, & exacto ſpirituali hymno, mirabilia, atque prodigia Dei omnibus nota fecerunt: [Tob. 12.] *Exurgentes narrauerunt mirabilia eius*: non diſpari modo vniuerſa illa Chriſti ſacra familia Deum laudando in perpetuis precibus, atque oratione permanſit: *Erant omnes perſeuerantes vnanimiter in oratione*; & illinc exeuntes cœperūt prædicare mirabilia Dei: [Act. 2.] *Audiuimus noſtris linguis loquētes magnalia Dei.*

Videntibus illis eleuatus eſt. Inter grauiſſimos illos ſermones, quibus Deus ad omnipotentiam, & excellentiam ſuam, hominiſq. vilitatem, atq. exiguitatem declarandam, ſanctum Iobum alloquens vſus fuiſſe legitur, ſingularis profecto eſt [Iob 4.] ille, qui habetur c. 4. dum ait: *Si habes brachium ſicut Deus, aut ſimili voce tonas, circumda tibi decorem, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus, diſperde ſuperbos, & omnē arrogantem humilia. & ego confitebor, quod poſſit te* [Hier. ſup. c. 40. Iob.] *ſaluare dextera tua.* Sane non me latet, D. Hieronymum locum iſtum intelligere de gloria, de maieſtate diuinitatis Dei, ac de potentia, qua ſuperbum illum Luciferum, ſuoſq. ſequaces caſtigauit, quando ipſe ſe tam micantem, tam ſplendidum, atque fortem videns, fortitudinis ſuæ periculum facere voluit, ac diuini potentia brachij ita acriter percuſſus fuit, vt in profundiſſimam inferni abyſſum depulſus, nunquam ab huiuſmodi caſu reſurgere valuerit, ſed, vt inquit [Bern. in ſer. 1. de Adu.] S. Bernardus in primo ipſius de Aduentu ſermone: *Et continuo ſideribus cunctis clarius micantē æterna caligine obumbrauit.* Dicit deinde Deus Iob, iuxta expoſitionem D. Hieronymi: Videturne tibi brachium aliquod ſimile meo, poteſtas ſicut mea; lux vel gloria, quæ cum mea collata tenebroſa non videatur; vel tandem vox tantæ maieſtatis, quæ diuinitatē redoleat, velut mea? [Greg. lib. 32 moral. c. 36] Verum enimuero Gregorius ille Magnus per forte, ac potens illud Dei brachium, & per diuinam illam vocem Dei Filium intelligit, per quē [Ioan. 1.] omnia facit: *Omnia per ipſum facta ſunt*, & per quem arcana ſua reuelauit: *Quæcunque audiui à* [Apoc. 10.] *Patre meo, nota feci vobis.* Quamobrem huiuſmodi ſuffultus fundamento, verba illa Iob vna cum admirabili illa viſione diui Ioannis, quæ triumphantis Chriſti Aſcenſionis feſtum nobis ad viuum ob oculos ponit, breuiter explicabo. Ait S. Ioannes ſe vidiſſe Angelum quendam nube amictum, & in capite illius irim, cuius forma, & facies vt ſol, ac pedes eius tamquam columnæ ignis: erat in manu ſua liber apertus: tenebat vero pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram ponebat, ac tam magna voce clamabat, vt tonitrua loquerentur. Et deinde ſuperaddit, Angelum illum leuaſſe manum ſuam ad cælum, & iuraſſe per viuentem, & regnantem in cælo, in terra, & in mari, venturum tēpus, quo conſummaretur, & finiretur myſteriū Dei. Angelus ille nube amictus, quid quæſo aliud niſi diuinum illud Verbum, huiuſce noſtræ carnis nube circumdatum ſignificat? ſplendor vero ille inſtar ſolis, qui a diuino illius vultu emanabat, quid aliud niſi diuinitatis ſuæ ſplendorem indicat, Paulo dicente: *Qui cum ſit ſplendor gloriæ*? [Heb. 1.] pedes ſicut columnæ igneæ, quid niſi maximam illius agilitatem, qua ſe, & nos ad cæleſtis domicilij regna perducit, denotāt? pedum altero ſuper mare, altero vero ſuper terram poſitis, ſuprema eius poteſtas, qua non modo per vniuerſos cælorum orbes, ſed etiam per maris, terrarumque ſola vltima pollet, egregie deſcribitur: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in* [Matth. 28.] *terra.* Sed quid per tonitrua, quæ voce ſua commoueri cœperunt, aliud denotari putatis, quā omnia cælorum corpora eius diuino, ac humano ſubiecta eſſe imperio? & tam potentiſſimos quoſque mundi principes, & opulentiſſimos regnorum monarchas, quam nefarios illos inferorum ſpiritus, illius audientes vocem, contremiſcere, atque expaueſcere debere? Porro apertū in manibus tenere librum, denotabat abſcōditum illud ſacræ ſuæ Incarnationis ſacramentum ab eo declarandum venire; quippe, qui Dei Agnus eſſet, cui ſoli librum aperire, & ſeptem illius ſignacula ſoluere conceſſum fuerat. Vox autem, quam emiſit Angelus, erat ſonora illa ſancti Euangelij vox, à Chriſto ſuis diſcipulis tam enixe commendata, dicente: *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* [Marc. 16.] Demum brachij in altum eleuatio, dicentis, quod conſūmaretur myſteriū Dei, toties per Prophetas celebratum, nihil aliud prorſus ſignificat, quam id, quod Chriſto in eleuatione & Aſcenſione ſua glorioſa, quæ finis, metaque ſui in hunc mundum aduentus fuit, obtigiſſe traditum reperimus: in ea enim quanta potentia, quantaque virtute, & fortitudine brachium eius polleret, omnibus clare demonſtrauit, qui nullius ſuffultus præſidio, ſed propriæ virtutis viribus per immenſa aeris ſpatia in ſublime tranſuolauit, & in altiſſima cælorum faſtigia, gloriæ, atque immortalitatis veſtibus indutus penetrauit: *Et precioſis induere veſtibus*, ac denique tamquam victor glorioſus, montiumque, ac rupium occupator, infeſtiſſimos eius hoſtes [Iob 40.] confregit, ac ſubiugauit: *Diſperge ſuperbos, & omnem arrogantem humilia.* Hæc igitur tam heroica Chriſti geſta, ac præclara facinora intuentes, nō obſcure indicant dexteram eius tam fuiſſe potentem, vt ſemetipſum in tuto pacis porto conſtituere, & promeritū ſibi locū accipere potuerit: [Ibidem.] *Et confitebor, quod ſaluare te poſſit dextera tua.*

[Act. 1.] *Videntibus illis eleuatus eſt.* David Propheta loquens in perſona Chriſti dicit: [Pſalm. 68.] *Intrauerunt aquæ vſque ad animā meā, demerſus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.* Amaræ tribulationum

aquæ in os vſque deuenıunt, & quamuis egregius videar natator in illis, nihilominus immergor, atque ſubmergor: vere enim mortuus, atq. ſepultus fuit. tandem tamen turbulentas illas tempeſtatum vndas ſic enauit, vt caput extolleret:
Pſ. 109. *De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput.* Sane ſingulari nota dignum mihi eſſe videtur verbum illud, *propterea*: perinde enim fuit ac ſi diceret, Chriſti exaltationem fructum eius mortis fuiſſe, id atteſtante Salomone, in perſona
Cant. 7. Chriſti loquente: *Aſcendā in palmā, & apprehendā fructum eius*: tunc aſcendit in palmam, cum in Crucem conſcendit. Palmæ huiuſcemodi fructus fuit corona illa glorię, qua ipſum reſurrectionis ſuæ tempore ſupremus rerum omnium opifex
Hebr. 2. æternus Pater cohoneſtauit: *Gloria, & honore coronaſti eum Domine*. fructus etiam huiuſce palmæ fuit glorioſiſſimus Aſcenſionis eius triumphus, & dexteræ æterni Patris aſſeſſio: *Sedet ad dexteram Patris*. fructus denique fœcundiſſimæ illius palmæ, nobis cæli oſtia reſerare, in ſupremo illo æternę felicitatis domicilio conſedera, ac demum nos cæleſtibus illis, diuiniſq. animis aggregare, iuxta illud Pauli: *Qui conſedere nos*
Eph. 2. *fecit in cæleſtibus, in Chriſto.* Atque huc ſpectare arbitror obſeruatione dignam differentiam, quam inter Salomonis templum, & illud, quod a Deo Ezechieli demonſtratum fuit, legimus: in illo nāque nullæ ad ſedendum in ſanctuario, in hoc vero multæ, & diuerſæ inter Sancta ſanctorum ſedes conſpiciebantur, quas Propheta
Hugo Card. Dion. Carth. latera per circuitum vocat: vnde Hugo Cardinalis, & Dionyſius Carthuſ. tot fuiſſe aſſerunt, vt quatuordecim in loco, Sancta, nuncupato, & centum, ac ſex in loco, Sancta ſanctorum, extiterint. Videamus nunc igitur, qua de cauſa, vel qua ratione in celeberrimo illo Salomonis templo nullæ, in illo autem Ezechielis multæ eſſent ſedes. Id factum fuiſſe aiunt præcitati Doctores, ad ſignificandum illo, tempore legis ſcriptæ cæli portas occluſas fuiſſe, ideoq. in illo Salomonis templo ſedes non fuiſſe neceſſarias, cum in cælum, cuius figurā gerebat, introire mortalium nemini permiſſum eſſet. Verum cum poſtmodum glorioſa Chriſti Aſcenſio nobis liberūm fecit aditū ad ſancta ſanctorum æternæ beatitudinis, per tēplum Ezechieli oſtenſum denotatæ: propterea in illo multæ ſedes reperiebantur, iuxta illud
Ioan. 4. Chriſti: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Hinc itaque eximiam, & ſingularem quandam excellentiam infero, quam ſacra Scriptura hominibus præ Angelis tribuit, quod videlicet, quando de illis loquitur, dicit, quod ſtant ante
Tob. 12. ſedem Dei, *& Seraphin ſtabant, & Angelus Raphael aiebat: Ego ſum vnus ex ſeptem, qui ſtamus ante Deum*: verum de hominibus loquens, dicit eos ſedere ante Deum vna cum Chriſto: *Sedebi-*
Luc. 22. *tis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Prærogatiuæ iſtę omnes quid aliud ſunt, niſi palmæ Crucis fructus vberrimi?
Cant. 7. *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructum eius.* Antiquus mos inoleuit, originem a naturæ lege trahens, Deo omnium fructuum primitias offerre; vnde hac ratione ipſa terra hominum, quos alebat, cælo primitias dare quodammodo tenebatur. Verum cum primitiæ eſſe debeant non de primis fructibus, qui minutiores eſſe ſolent, ſed ex melioribus, vt conſtat ex eo, quòd à Deo in Leuitico ſtatutum legimus, vbi iuſſit, ne de frugibus agri de nouo proſciſſi primitias ei offerrēt, donec prius quadriennio excultus fuiſſet, cum primi fructus debiliores, minoris vigoris, ac minoris ſubſtantiæ eſſe ſoleant: hinc eſt, quod quamuis primus huius mundi fructus fuerit noſtrum omnium pater Adam, nihilominus, quia non erat pro primitijs idoneus, cum velut corrupta planta putridam habens radicem, culpæ, atque peccati fructus germinaret; ideo vnigeniti Dei in carne humana, qui eſt fructus omnium pulcherrimus, atque ſuauiſſimus, aduentum expectauit, ac poſtmodum iam maturum, atque adultum in ipſa Aſcenſionis die pro hominum primitijs æterno Patri offert, vnde beneficium, ac ſingulare emolumentum in nos omnes deriuatur. Quēadmodum enim ob Deo oblatas primitias illius benedictione ceteræ omnes fruges, germinaque replentur; ita etiam ob primitias, quas terra donat æterno Patri, Chriſtum vnigenitum eius illi offerens, omnes æternæ benedictionis cumulo abundamus, teſte D. Paulo, Eph. 1.
dicente: *Benedixit nos in omni benedictione in cæleſtibus in Chriſto.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Secunda.

Aquilæ metaphoram Chriſto in cælum aſcendenti adaptamus, perplura quæ in ea latent arcana detegere incipientes,

APVD clariſſimos quoſque omnium temporum, omniſque rerum militię pręfectos, duces, atque etiam apud principes, Reges, ac Imperatores, ad eorum res egregie geſtas, præclarataq. facinora perpetuę poſterorum memoriæ commendanda, moris ſemper fuiſſe reperimus, clypeos, ac ſcuta ex eorum armis conficere, eaque in militantibus vexillis ſculpere, quibuſdam imaginibus, & inſcriptionibus inſignitas, quæ tamquam linguæ, ac præcones eorum virtutis, ſtrenuitatis, atque animi fortitudinis interpretes, ea perpetuis futuris tēporibus celebrarēt, ne labilis iniuria tēporis, aut vetuſtas, quæ omnia deſtruit, atq. conſumit, res omni memoria dignas vlla obliuione deleret. Hinc videmus Semiramim Aſſyriorū Reginā, fœminarū omniū illius nationis clariſſimā ſcuto ſuo columbā quandā, ac gladiū pro ſuis ſtēmatibus, ac armis

inſcul-

Digitized by Google

inſculpſiſſe. Colūba ſignificare volebat, ſe tāquā deā ab Aſſyrijs in colubę figura adorādā: gladio autē potētiā portēdebat atq; fortitudinē armorum, qua pollebat, tum ad ceteros orbis terrarū nationes ſuo ſubijciendas imperio, tū ad regiæ maieſtatis mandatis rebelles acriter puniēdos. Ad quod ſane videtur alludere illud Hieremię:
Hierem. 46. *Fugite a facie colūbæ, a facie gladij*, quaſi dicat, fugite, ne vos cōtingat, & trucidet gladius occiſor columbæ. Aegyptij quoque armorū loco ferociſſimis quibuſdam vtebantur draconibus, quos in ſuis vexillis, atque ſignis egregie laboratos geſtabant, illiſque feritatem ſuam ſerpentina crudeliorem, ac vindicandi ſe de ipſorum inimicis inueteratam quandam libidinem atque inſatiabilem cupiditatem denotare volebant. Quod non obſcure prædixiſſe videtur Propheta Dauid, ſecundum Theodoreti expoſitionem, dum obtentam Dei de Aegyptijs victo-
Pſ. 73. riam celebrans ait: *Contribulaſti capita draconum in aquis*: quaſi dicat, immortales ago tibi gratias, Domine, qui iſtorum ferocium draconum capita in vndis immerſiſti, ac in altiſſimis rubei maris fluctibus ſuperbiſſima ſigna, ac hoſtium tuorum vexilla perdidiſti. Non reuocabo in memoriam horrentia illa Frācorum arma, e tribus bufonibus antiquitus cōſiſtētia, ac deinde in tres candidiſſimos flores, lilia videlicet, conuerſa. Conſulto etiam taceo arma illa Perſarum celeberrima, cum eadem, quę Cupidinis, illa eſſe ſciamus, arcum videlicet, pharetram, & ſagittas: nec memorabor regales illas Romanorum aquilas, non medias Ottomānorum lunas, non illuſtrium Hiſpaniæ Principū inſigniū, aut armorū varietatē, quippe ſingula recēſendo dicendi finē vix inuenirem. Ita igitur Chriſtus tāquam vniuerſali Eccleſię militanti ac triumphanti a Patre præpoſitus, veluti ſummus Princeps, & Monarcha vniuerſi, iuxta varias inſigniter ab eo res geſtas, ac varia totius vitę ſuę decurſu opera heroica, varia, atquæ diuerſa inſignia, vti myſteriorum ſuorum præcones, ſibi elegit. Et quidem omnia ad viuum expreſſa inuenio in quatuor illis, quę ipſe Deus in quatuor Iſraelitici populi militantibus vexillis poni
Num. 2. mandauerat, iuxta doctiſſimorum Hebræorum expoſitionem, de qua fit mētio in additione ad
Nicolaus Lyrenſis in ſpi. ad gloſſ. ſup. c. 2 Num. gloſſam Nicolai Lyrenſis. Primū illorū geſtabat Rubē, in quo figura quædā hominis in cāpo rubro depicta exiſtebat, euidētiſſimū Incarnationis diuini Verbi ſymbolū. Secūdū Ephraim obtigit geſtandū, cui inſigne erat taurus in cāpo ru-
Deut. 33. beo: *Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius*: manifeſta certe imago atq effigies cruēti Chriſti in Cruce ſacrificij. Tertij delator erat tribus Iuda, & pro inſignibus gerebat leonē in viridi cāpo:
Gen. 49. *Catulus leonis Iuda* Figura hęc certiſſima Chriſti
Apocal. 5. reſurrectionis, ſecundū illud ſancti Ioannis: *Vicit leo de tribu Iuda*. Dan denique quartum deferebat, cuius ſtemma erat regalis quædā aquila in campo candido coronata, vera arma, aptaque inſignia præſentis Chriſti triumphantis Aſcenſionis, in qua ipſe tamquam regalis quædā aquila tā in ſublime ſe euexit, vt per omnia aeris ſphæram peruolans, ſupremoſque cælorū vertices penetrans, non ſubſiſterit, quouſque in altiſſimo cęlorum ſedem ſuam collocarit, quod mirabilium omnium mirabiliſſimum iure optimo dici poteſt, vt ipſe etiam Salomon palam profiteatur, ſe eo ingenij perſpicacitate pertingere numquā potuiſſe: *Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro, viam aquilæ in cælo, viam colubri ſuper petram, viam nauis in medio maris, & viā viri in adoleſcentia*, vt vulgata noſtra habet, Prou. 30.
vel, *in adoleſcentula*, vt vertunt ſeptuaginta Interpretes. Quis quæſo noſtrū videns Deū in tenerrimę Virginis viſcera introeuntem, atq; ibi humanū corpus aſſumentē, indeque ſine aliqua virginei clauſtri lęſione in mundum prodeuntē, non obſtupeſcat? aut quis non admirabitur myſterioſam illā humanitatis Chriſti nauē in turbulētiſſima amaræ paſſionis ſuæ tēpeſtate a tot archipiratis obſeſſā, & in tot partibus perforatā, quot erant ei plagæ a clauis, & lancea inflictæ, perpetuæ mortis naufragiū paſſam minime fuiſſe? quis tandē ſtupendū portentū diffiteatur, Chriſtū vti ſerpentē in terra reptātē, ſepulchro incluſum, propriæ virtutis ſuæ viribus antiquæ mortalitatis pelle exutū, immortalis glorię habitu indutū in empyreū cælū altius ſe extuliſſe? Verū, ꝙ præ ceteris oībus in maiorē me rapit admirationē, ait Salomon, eſt celer ille volatus huius regalis aquilæ, quę duabus alis, agilitatis videlicet, & ſubtilitatis ſuæ proprijs ſubnixa viribus ad cæleſte hemiſphæriū cōuolauit, omneſq; cælorū axes penetrās ad dextrā Patris ſe collocauit. B. Iob admirandum hoc myſterium conſiderans, nōnulla protulit verba, quæ huius volatus celeritatē, ac incredibilē vtilitatē inde nobis ꝓuenietē ad amuſſim declarare vidētur:
Numquid ad præceptū tuū eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidū ſuū? inde contemplatur eſcā, & de longe oculi eius proſpiciunt: pulli eius lambent ſanguinem, & vbicumq, cadauer fuerit, ſtatim adeſt? Ma- Iob. c. 39.
gnus ille Pater D. Ambroſius ſermone ſuo 62. ac S. Maxim. ho. 2 poſt Pent. dicūt aquilę metaphorā Chriſto mirū in modū cōuenire: *Eſt enim*, ait D. Max. *ſimilitudo non parua: ſicut enim aquila humilia deſerit, alta petit cælorū vicina cōſcendit; ita & Saluator humilia inferni deſeruit, altiora Paradiſi petiit, cælorū faſtigia penetrauit*: & queadmodū oīa Chriſti opera per obediētiā Patris in lucē prodibāt, hinc eſt, quod ſicut ex præcepto Patris in præſepio natus, in Cruce mortus fuit, ac de ſepulchro reſurrexit; ita etiā de mandato æterni D. Ambros. serm. 62 S. Maximus hom. 2 post pentecostem.
Patris ad cælum fuit eleuatus: *Numquid ad præceptū tuū eleuabitur aquila?* & addit, *& in arduis ponet nidum ſuū?* id eſt, in loco, humanis viribus inacceſſibili, cęlo nimirū empyreo, vbi filijs ſuis Iob. 39.
nidos ꝑparat, vt ait Proph. Dauid. Etenim: *Paſſer inuenit ſibi domū, & turtur nidū vbi reponat pullos ſuos*. ꝙ & pollicitus fuerat dū dixit: *Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiā vos ad me ipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis*. Im- Pſal. 83. Ioan 14.
mo addit Iob: *Inde contemplatur eſcam, & de longe oculi eius proſpiciunt*. Referunt Plinius, ac Iob 39. Plin. &

Ariſtot. de aquila. Ariſtoteles de aquila, ipſam quantumcumque in altum euolantem, ſemper in pullos ſuos intra nidum remanentes defixos tenere oculos, vt ſi qua ex rapacibus auibus eos lædere tentaret, continuo eis ſubſidium impẽdere poſſet. Nõ diſpari ratione licet Chriſtus, tamquam aquila quædam regalis, ſublimius euehatur, omniaque cęleſtis curię faſtigia ſuperuolet, ac ſuper Che- *Pſal. 17.* rubim etiam tranſcendat (*Aſcendet ſuper Cherubim, & volabit*) nihilominus oculos a filijs ſuis nõ deflectit, quos in Eccleſiæ ſuæ nido reliquit, ſed beneuolo aſpectu intuetur, vt tueatur, atq; de- *Iob. 39.* fendat, ac eorum corporali, ac ſpiritali ſuſtẽtationi neceſſaria prouideat: *Inde cõtemplatur eſcã.* Vnde quẽadmodum aquila omnium naturalis Scriptorum hiſtoriæ anctoritate atteſtante, tam generoſi eſt animi, vt rapinam non modo inter pullos ſuos, verũ etiam inter ceteras volucres eam comitantes diſtribuat; eodem quoque modo Chriſtus glorioſa hac ſua Aſcenſione ingentem cæleſtium bonorum copiam, quorum hodie poſſeſſionem capit, adipiſcens, abſq; vlla interpoſita mora inter ſuos diuiſit, vt ait D. Paulus: *Eph. 4.* *Dedit dona hominibus.* Paulifper tamẽ in his verbis ſubſiſtamus, quippe ardua atque intellectu fatis difficilia reddi videntur, propter illa Da- *Pſ. 67.* uidis, de Chriſto dicentis: *Aſcendiſti in altum, accepiſti dona in hominibus.* Secundum enim neotericam nonnullorum ſcribentium expoſitionem, ad antiquum illum morem, quo victi victoribus munera offerebant, alludit Propheta; vnde ſenſus eſt, quod eodem temporis momento, quo Chriſtus ſceptro ſuo potitus fuit, omnes populi ſuæ fidei, ac confeſſionis tributum obtulerunt: quomodo ergo ſanctus Paulus ait eũ dona hominibus dediſſe, Dauid vero ab hominibus recepiſſe? Verũ nulla omnino hic adeſt repugnãtia, aut cõtradictio. Primo quippe nõ immerito dicere poſſumus, Chriſtum hodie, & munera dediſſe, & recepiſſe: dediſſe quidẽ hominibus, & recepiſſe ab æterno Patre, quos in hereditatem, & velut patrimoniũ dare pollicitus ei *Pſ. 2.* fuerat, dicens: *Dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Secundo reſponderi poteſt, quod quãuis videatur adeſſe aliqua D. Pauli, & Dauidis verborũ varietas, cum alter dediſſe, alter vero recepiſſe aſſerat, nulla tamen in eorum genuino ſenſu cadit diſcrepantia. Etenim accipere, non ſemper ab alio recipere, ſed ſæpenumero ſibi recolligere ſignificat, vt Exodi c. 25. *Loquere ad filios Iſ-* *Exod. 25.* *rael, vt accipiant mihi primitias.* & 3. Reg. c. 17. *3. Reg. 17.* *Accipite mihi parum aquæ.* Dauid itaque conſiderat Chriſtum, velut victorię ſuæ ſpolia recolligentem, vt illa hominibus diſtribuat, ac communicet, ideoque dicit: *Accepiſti dona in hominibus.* Verum S. Paulus conſiderabat eum, vti illũ, qui iam donorum, ac munerum ſuorum diuiſio- *Iob. 39.* nẽ fecerat, ac propterea dicit: *Dedit dona hominibus.* ſubdit S. Iob: *Pulli eius lambent ſanguinem;* id eſt, iuſti, qui tam aſſidua paſſionis eius meditatione, quã diuinorum ſacramentorum ſuſceptione, in quib' innocuus ille, ac feruidus sãguis ebullit, illum continuo ſumma auiditate ſugẽt: *Et pulli eius lambent ſanguinem.* ac tandem con- *Ibidem.* cludit: *Vbicumque fuerit cadauer ibi adeſt.* Ait magnus ille Pater D. Gregorius: Omnis, qui in *D. Greg. lib. 31. Mor. c. 20.* peccati mortẽ inciderit, non immerito cadauer vocari poteſt; iure ſane optimo in peccati mortalis ſordibus deliteſcens, cadaueris nomen meretur, quandoquidem præcipua gratiæ vita orbatus manet. Vbicumq. igitur horum aliquis fuerit, cõtinuo diuina hęc aquila accedit, deſiderans illius conuerſione cibari, atque nutriri. Hæ ſunt enim gratæ eius epulæ, hic cibus, hæc eſca, qua ipſa alitur, vt diſertis verbis nobis ipſe indicauit, dicẽs: *Ego cibum habeo mãducare, quẽ* *Ioan. 4.* *vos neſcitis.* Demum ſicut aquila inuitat pullos ſuos, vt eam volando imitentur: *Sicut aquila pro-* *Deut. 32.* *uocans ad volandum pullos ſuos*, ſimili quoq; ratione Chriſtus in hac glorioſa ſua Aſcẽſione fidelium animas ſignis, atq; vocibus, vt eum comitentur, inuitat: *Surge, propera amica mea*, qua- *Cant. 2.* ſi dicat, vt exponit D. Ambroſius: *Reſurge a terre-* *D. Amb. lib. de Iſaac. 4.* *nis, & veni ad me: ſurge a delectationibus mundi, & veni ad me ſupra mundum.* Sed notatu admodum dignum eſt, quod quemadmodũ Chriſtus, ſecundum illam Ezechielis Prophetæ viſionem, quatuor habet facies, de quibus ſupra diximus, hominis videlicet, leonis, tauri, atq; aquilæ: ita quoquę Chriſtus Sponſam ſuam, priuſquam ad cæli iter ſeſe accingat, examinat, an illis quatuor faciebus aſſimiletur, ac propterea dicit ei: *Oſtende mihi faciem tuam.* Si enim huiuſ- *Cant. 2.* modi facies ei defuerint, non erit ei ſimilis, nec eius imagini cõformis, & per cõſequens, nec ad regnum cælorum apta. Ex his formis omnium prima eſt hominis, quam aſſumere oportet fratres, confitendo vos eſſe homines ex puluere natos, non tamen ex quocumque, cũ precioſi, magnique valoris aliqui reperiantur, vt ſunt ſtomachales, ac pectorales; alij ex gemmis, & margaritis; alij ex auro; alij etiã ex aromatibus cõpoſiti: ſed ex inutili vos eſſe compactos puluere mementote. Vnde ſapienter Dauid loquens de hominibus, non fuit contentus dicere: *In puluerẽ* *Pſ. 103.* *reuertentur*; ſed ſuperaddidit: *In puluerem ſuum*, quem conſtat inutilem, turpem, ac foetidum, atque adeo diuerſum valde ab alijs, qui vtiles, odoriferi, ſalutares, ac precioſi ſunt. Verũ quia ſola humilitatis opera, ac ſui ipſius ſubmiſſio ad æternæ felicitatis gloriam aſſequendam nõ ſufficiũt, neceſſarium etiam eſt vituli formam induere, vt ſicut vitulus, vti iuuencus, iugi pondera ſuſtinere non poteſt; ita & Chriſtiani anima moleſto dæmonis iugo, intolerabilique peccatorũ ſarcina grauari minime patiatur, quippe cæli aſcenſum tanto pondere præpeditus, non ſolum perficere, ſed nec tentare poterit. Leonis etiam forma neutiquam deeſſe debet, vt vniuerſo inferorum coetui ſe opponere valeat, ſpẽ omnem in diuina collocans gratia, qua fultus omnes eius infeſtiſſimos hoſtes facile debellabit. etenim *Iuſtus quaſi leo confidens abſque terrore* *Prou. 28.* *erit.* Denique aquilæ forma indui oportet, vt in eorum numerũ recipiatur, quorum meminit Iſaias c. 4. dicens: *Aſſument pennas vt aqui-* *Iſai. 40.*

le, cur-

le, current, & non laborabunt, ambulabunt, & nõ deficient. Spiritus ſanctus enim ſuaui quodam, ac leni flamine illorum voluntatis atq; intellectus vela perflans, eorum animos recreabit, ac indefeſſos efficiet. Quod ſecus impijs accidit, quos propria peccata, velut viperarum partus matrẽ
Iſa.3. euiſcerãt, vnde lamentantur, dicẽtes: *Laſſati ſumus in via iniquitatis*. Sed prius quam ab Iſaiæ verbis longius recedam, in eo tantiſper immorandum duxi, in quo aliquibus fortaſſe videbitur Propheta ab artis oratoriç prçceptis deuiaſſe, cum iuxta illius præſcripta documenta ſemper gradatim a minori ad maius ſit aſcendẽdũ: è conuerſo vero hiç a Propheta factitatum videmus, quoniã prius dicit, quod iuſti volabunt: *Aſſument pennas, vt aquilæ*; deinde quod currẽt: *Current, & non laborabunt*; ac denique, quod ambulabunt: *Ambulabunt, & non deficient*. E contra vero ſermonis ſeries contexẽda videbatur, ita vt inde inciperet, vbi deſijt, dicẽs primo, *ambulabunt*, quod incipientium eſt: deinde, *current*, quod eſt proficientium: ac demum, *volabunt*, quod ad contemplatiuos ſpectat. id enim incrementũ, ac profectum redoleret. è conuerſo vero volare, deinde currere, ac tandem ambulare, defectum, ac decrementum præ ſe fert. Huic difficultati bifariã occurerre poſſumus: primo, dicentes iuſtos volaturos contemplatione, curſuros ardenti deſiderio, ambulaturos vero bonis operibus in via diuinæ legis, quod omnium
Pſal.118. perfectiſſimum eſt, iuxta illud Dauidis: *Beati, qui ambulant in lege tua Domine*. Secũda, & huic propoſito noſtro congruentior expoſitio eſt, quod quamuis ſit laudabile, ad tempus contemplationis pennis volare, aut in via diuini obſequij
Pſal. curſum accelerare cum Dauid, dicente: *Viam mandatorum tuorum cucurri*; laudabilius tamen, & pluris pendendum eſt, ad cæli iter arduũ peragendum, paſſu tametſi lento, ſine aliqua tamen mortiferi peccati interruptione ambulare: *Ambulabunt, & non deficient*. Id ſane reliquis omnibus excellentius eſt: viam enim ad æternam felicitatem primum parat, paradiſi aditum patefacit, regni cæleſtis portas pandit, ac tandem quod feliciſſimum eſt, nos ſecuros reddit regnãdi cum Chriſto. Vnde quemadmodum de cæleſti illa Hieruſalem ſcriptum inuenimus, quod nihil coinquinatum introibit in illam; neceſſe eſt ad hoc, vt illic introeamus, nos ad Chriſti imitationem renouare. Etenim ſicut aquila ſe in altum ſubleuans alas ſuas expandit, illaſque ardentibus ſolis radijs comburendas extendit, ac deinceps ſe in fontem quendam proijciens, & in aqua ſe balneans, igne, & aqua tandem innouatur: ita etiã Chriſtus, tamquam aquila regalis, in flagranti illo Caluariç monte in altum Crucis lignum aſcendit, ac extendens alas brachiorum ſuorum, ſe ipſum diuini ſui amoris ardentibus radiis inflammauit, ac deinde copioſiſſima lateris ſui aqua madefactus ſe ipſum tertio die penitus renouauit, ac plumas mutauit, corpus impaſſibile, agile, ſubtile, atque glorioſum aſſumens: & hac ratione fulgentiſſimos diuini domicilij orbes ſuperuolans, ſupremi cæli faſtigium conſcendit. Nos ergo eodem quoque modo, vt nobis ad cæleſtem illam omnibus delitijs affluentem Hieruſalẽ aditus pateat, oportet prius inſtar aquilæ renouari, vt ſurſum corda noſtra contemplationis pennis eleuemus, diuini amoris flammis æſtuemus ac denique in fluenti lacrymarũ noſtrarum fonte abluamur. Sic enim renouati, nitidi, ac pulchri in conſpectu Dei apparẽtes, ad ſocietatem Chriſti in dextera Patris ſedentis admittemur. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſçculorum. Amen.

Homilia Tertia.

Aquilæ metaphorã proſequimur, varijs ſacræ Scripturæ locis pulchre illuſtratis illam locupletantes.

APRISCIS iam temporibus more comparatum fuiſſe legimus, vt Principes de ſtatus ſui bono regimine, ac reipublicç vtilitate ſollieiti, oẽs imperij ſui terminos per ſe ipſos viſitent, ſubditos agnoſcant, de legibus prouideant, neceſſitatibus ſuorum conſulant, ac demum his omnibus peractis, ad commodiorem imperij ſui ciuitatẽ ibi commoraturi ſe recipiant. Chriſti regnum in tres partes diuidebat Diuus Paulus Apoſtolus: *In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum*, in terram videlicet, Philipp.2.
in inferos, & in cælum. Deus itaque hominis formam aſſumẽs, vniuerſa regni ſui loca viſitare, ac inde ad cæleſtis curiæ gloriam requiem capturus reuerti voluit. A terra igitũr viſitationem ſuam inchoauit: *Viſitauit nos oriens ex* Luc.1.
alto; leges, ac ſanctiones, & pragmaticas condidit, tyrannides è medio ſuſtulit, ac e terra nefarium Satanam, communem humani generis hoſtem eiecit, expulit, atque proſtrauit: *Nunc* Ioan.12.
princeps huius mundi eijcietur foras. Prima hac viſitatione, quæ triginta trium annorum curriculo perdurauit, abſoluta, ſecũdç regni ſui parti viſitandæ incubuit, inferni ſcilicet limbo, vt in Apoſtolico Symbolo fatemur: *Deſcendit ad in-* Apoſt.Sym
feros. Duriſſimos ibi viſitauit carceres, ex illis ſanctos illos Patres captiuos, tamquam innocuos eripiẽs, dçmones, velut ſuo rebelles imperio in arctiora, ac duriora vincula conijciẽs, illorumque foribus nouas, ac fortiores ſeras affigens: poſt hæc ad terram glorioſus exurgens reuertitur, reipublicæ ſuæ negocia componit, Petrum Eccleſiæ vicarium, ac vicedeum prçpoſuit, Apoſtolos Epiſcopos declarauit, ceteros autem diſcipulos nouis peditum militiæ ſuæ
copijs

Digitized by Google

Luc. 10. copijs præfecit: *Ecce ego mitto vos*. His omnibus feliciter geſtis, Chriſtus ad omnium regni, atque imperij ſui ciuitatum ampliſſimam, & amœniſſimam, ad clariſsima nempe cæli empyrei, quod omnium ſupremum eſt, faſtigia, ſummam ibi requiem habiturus conſcendit: Marc. 16. *Aſſumptus eſt in cælum & ſedet a dextris Dei.*

Verum in hac Chriſti Aſcenſione graue dubiũ examinandum occurrit: nam prima quaſi fronte nobis incommodum eſſe videtur, Chriſtum in cælos aſcendere, noſque gratiſſimo eius aſpectu orbatos relinquere; dum enim Deus Pater vnigenitum ſuum nobis tollit, donationem illam inter viuos eiuſdem vnigeniti antea mortalibus factam reuocare videtur. Vnde non inepte, ſine aliquo etiã dialectices artificio arguere, ac inferre poterimus, quod quemadmodum ipſius donatio ſummi erga nos amoris, ac diuinæ amicitiæ ſymbolum extitit, ita illius oblatio ſit euidens incredibilis cuiuſdam odij, ac inimicitiæ Ioan. 3. ergã nos indicium, ac verba illa: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*, in hunc modum inuertemus, & commutabimus; ſic Deus odit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum tollat ab eo. Si Indiæ quæſo omnia auri, atque argenti pondera inde exportata auferrent, quã inops, quam mendica, quam pauper, quam denique deſtituta vniuerſa remaneret Hiſpania? Si mare omnium aquarum, fontium ſcaturientium, ac inſigniorum fluminum ex eo profluentium reſtitutionem poſtularet, quam ſicca, quãque infœcunda appareret terra? ſi demum cælum ipſum ſolem ſuum celaret, ac ſplendidiſsimum Phœbi radiãtis iubar aſpectui noſtro ſubtraheret, quam obſcurum, quam infœlicem, quã lugubrem hunc orbem redderet? At ſine dubio proficuus Eccleſiæ catholicæ magis, ac neceſſarius eſt Chriſtus Dominus noſter, quam aurum, & argentum Hiſpaniç, quam aqua vniuerſæ terræ, quam denique ſol toti mundo. Si igitur eum nobis auferat Deus Pater, conſequens eſt, quod in ſumma rerum omnium egeſtate, in continua ſterilitate, in perpetuis denique tenebris verRom. 11. ſemur. His adiunga illud D. Pauli: *Dona Dei ſunt ſine pœnitentia*; Deum enim beneficiorum collatorum numquam pœnitet: quomodo igitur, vel qua ratione iam æternus Pater Filium ſuum nobis datum adimit? ſane factæ donationis eum pœnituiſſe, ac antiquam ſuam voluntatem retractaſſe videtur. At huius obiectionis reſponſio in promptu eſt, quod æternus Pater ita nobiſcum ſe gerit in glorioſa Chriſti Aſcenſione, ſicut nutrix cum tenero infante, cui, cum ſatis ex altero vberũ exſuxit, illud abſcõdit, aliud ei detegens, vt paruulus infans amborum vberum beneficio potiatur. Deum noſtrum bina habere vbera, catholica nobis edocet fides, quorum vnum Chriſtus, alterum Spiritus ſanctus eſt, quibus omnium animas educat, atque Oſee 2. enutrit, vt ipſe per Oſeam dicit: *Ego lactabo eam*, quaſi dicat: Ego vbera mea lactãda ei exhibebo, vnum per intellectũ, alterum per voluntatẽ meã profluens. Iam primum vber, Filium nempe ſuum, nobis lactandũ obtulerat, & mundus de ſacro doctrinæ ſuæ lacte iam dudum ſuxerat: at cum in triumphantis Aſcenſionis die illud occultat, & nobis ſubtrahit, id propterea efficit, vt aliud vber, id eſt Spiritũ paraclitum, qui iam proximus eſt nobis, lactãdum detegeret, ac diuinæ illius dulcedinis, ac ſolatij lac ſugendum propinaret. Atque hinc videtur haud difficulter ſoluendum aliud fortiſſimum argumentum, quod Sponſæ proponi poſſet, deſumptũ ex vltimis illis epithalamij ſui verbis, vbi Sponſum ſuum alloquens dicit: *Fuge dilecte* Cant. 8. *mi, aſſimilare capreæ, hinnuloq. ceruorum ſuper mõtes aromatum.* Merito inquiram a te Sponſa ſancta, ſi tuus ille amor eſt, cur ei dicis, vt fugiat, & diſcedat a te? amor enim vnio eſt, amor nexus eſt, amor vinculum eſt, amor laqueus eſt, ac denique amantium amor aurea quædam catena, amantem cum amato ſtrictiſſime copulans eſt, adeo vt ſi vere amanti conceſſum eſſet, dilecti ſibi præſentia, atque conſortio ſemper frui, id pergratum ſibi eſſet: quomodo igitur eum tam obnixe rogas, vt a te fugiat, ac ſeparetur, *Fuge dilecte mi*? Hocne eſt antiquũ illud, quo ardebas, deſiderium, vt Sponſus tuus te inuiſeret: *Veniat* Cant. 4. *dilectus meus in hortum ſuum*? O vtinam Sponſum meum ad fruendũ amœniſſimis horti mei floribus venientẽ viderẽ! Hæc ſunt antiqua illa deſideria: *Deoſculetur me oſculo oris ſui*. O vtinam Cant. 1. inter dulciſsimos Sponſi mei amplexus cõquieſcerem! Hæ ſunt cordis illæ anxietates? hæ ſollicitudines, quibuſcum intempeſta, atque obſcura nocte, amiſſo epitogio, ab excubijs expoliata, ad eum vndiq; diſquirendum egreſſa fuiſti? Bone Deus, Sponſa ſancta, quam te nunc mutatã intueor? adeo quidem, vt aſpectui tuo ſe ſubtrahat, Sponſum importune depreceris, dicens: *Fu-* Cant. 8. *ge dilecte mi*. Huic difficultati reſpõdent Diuus Bernardus, ac doctiſſimus ille Carpatiorũ An- D. Bernar. tiſtes Ogylon, in ſuis commentarijs ſuper Cantica, quod petitio illa Sponſæ, vt Sponſus in Ogylon ſuper Cant. c. 5. hortum ſuum introiret, & deſiderium fruendi dulci illius amplexu (*Veniat dilectus meus in hortum ſuũ, & oſculetur me oſculo oris ſui*) nihil aliud Cant. 5. erat, niſi diuini Verbi aduẽtum in carne humana exoptare, vt diuini illius vberis ſuauitate, atque dulcedine gauderet; at poſtquam illud ſibi propinauerat, flagranti quoque deſiderio incenſa, altero vbere, quod erat ſanctus Spiritus, frui percupiebat: quia tamen ei exploratum erat, ita cælo ſtatutum, & Dei Patris voluntatẽ eſſe, alterum pectus nobis neutiquam detegere, quouſque aliud in Aſcenſione Chriſti occultaretur, ipſo dicente: *Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos*, ideo Sponſa dixit Chri- Ioan. 16. ſto: *Fuge dilecte mi*; regredere, mi Rex, ad pala- Cant. 8. tium tuum, reuertere mi Chriſte è terra ad cæleſtium ſpirituum cõſortia: præterquam enim, huiuſmodi tuus abſceſſus tibi ſummæ gloriæ, nobis etiam maximæ erit vtilitati.

Eximius ille Pater ſanctus Maximus verumque magna certe ingenij perſpicacitate com- S. Max. hom. poſt cons. probat, Chriſtum regiæ aquilæ comparans: *Per*

omnia

Digitized by Google

omnia, inquit, *aquila cōparatio conuenit Saluatori.* In omnibus, & pomnia Chriſto aſcendēti aquilæ comparatio congruit, tum ad probandum, Aſcenſionem ſuam ei admodum fuiſſe glorioſam; tum etiam ad demonſtrandum, eandē nobis mirifice conduxiſſe. Inter ceteras Principum res generoſe, ac glorioſe geſtas ea ſane vel maxima eſt, victorias incœptas ſtrenue proſequi, nec ab illarum incœpto vllatenus deſiſtere, quouſq. ſua victricia inſignia in altiſſimæ turris vertice, vbi hoſtis ſua defixerat, collocarint. Omniū maximus, atque antiquiſſimus Chriſti hoſtium fuit Lucifer, ita vt de eo dixerit: *Ille à principio homicida erat*, ille à principio, quo me agnouit, me ſibi infeſtum ſemper habuit, inextinguibili ſiti ſanguinem meum ebibendi, ardentiſſimeque vitam mihi adimendi deſiderio ſemper exæſtuauit: hoc ſtudium ſemper illi fuit. Truculētus iſte hoſtis in empyreo cælorum omnium eminētiſſimo ſigna, vexillaque ſua erexit, ſuper aſtra cæli, & in lateribus Aquilonis ſedem ſuam locare ſatagens: at Chriſtus Dominus tyrannum illum crudelem tam inſigni victoria perſequutus fuit, vt à moleſta infeſtatione illius numquam deſtiterit, quouſque vexilla, inſigniaque ſua in eodem loco, ad quem Lucifer aſcendere tentarat, glorioſus extuliſſet, & in eo triumphans cōſederet, vt ait D. Marcus: *Aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei.*

Ioan. 8.

Marc. 16.

Hinc anſam ſumere placet ad ſatisfaciendum curioſæ, ſed piæ quorundam quæſtioni, interrogantium, qua de cauſa catholica Eccleſia in *Rogationibus*, quas diebus proxime elapſis celebrauit, vocet Incarnationem ſanctam: *Per myſterium ſanctæ Incarnationis*. Baptiſmum, & Ieiunium ſanctum: *Per Baptiſmum, & ſanctum Ieiunium tuum*. Reſurrectionem ſanctam: *Per ſanctam Reſurrectionem tuam*. Et nihilominus de Aſcenſione loquens, eam admirabilem nuncupet: *per admirabilem Aſcenſionem tuam*. An fortaſſis ipſa Chriſti Incarnatio non eſt admirabile myſterium, duas in vno ſuppoſito copulari naturas? res forſan prodigioſa non eſt, vitæ auctorem in ligno Crucis emori? Portentum non eſt inauditum, hominem propriæ virtutis viribus reſurgere? Qua de cauſa igitur Aſcenſionis myſterium præ ceteris omnibus admirabile vocat Eccleſia? *Per admirabilem Aſcenſionem tuam*. Ego ſane id effectum fuiſſe ſine dubio crediderim, vt Eccleſia nos doceret, in Chriſtiani hominis vitæ curriculo, rem tam admirabilem, ac Dei conſpectui ſuper omnia gratiſſimam non eſſe, quidem recte viuendi iter inſtituere, ſed in finem vſque conſtanter fortiterque perſeuerare: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Quis rogo mortalium tam peruerſi erit animi, qui ſemel atque iterum iniquitatum laqueo ſolutus non fuerit? vel quis erit, qui ſaltem ſemel cum vera animi compunctione de peccatis confeſſus non fuerit? Id quidem fuit recte viuendi initium ſumere, verum vſque in finem ſtrenue perſeuerare, ac conſtanter ſine aliqua mortalium peccatorum macula vſque ad extremum vitæ ſpiritum perdurare: hoc opus, hic labor, hoc rarum, hoc admirabile, hoc apud Deum in ſummo precio, ſummaque æſtimatione habetur. Olim Deus in lege ſcripta præcepit, vt ſacerdotes habitu longo in terram vſque defluente amicti incederent, malis Punicis, ac tintinnabulis circumpendentibus. Habitus ille in terram vſque defluens quid aliud ſignificabat, quam rectam Chriſtiani hominis vitam, quæ eſt habitus illius ceteris honeſtior, atque ornatior, vſque ad eius ſepulturam, ac vltimum vitalis auræ halitum durare debere? Tintinnabulorum vero appenſione denotabatur, Chriſtiani opera talia eſſe debere, quæ ad tintinnabuli ſonitum fieri, ac ante Dei, Angelorum, hominumque conſpectum in publicum prodire valeant. Demum è veſtimenti illius fimbrijs granata, quæ fructus ſunt coronati, dependentia, ſignificabāt, Deum illis tantummodo gloriæ coronam donaturum, quorum in eius ſeruitute, & obſequio vſque ad extremum ſpiritum conſtans eſſet perſeuerantia: *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Hæc omnia perfecte impleuit Chriſtus, qui non contentus in Bethlehem naſci, Hieroſolymis mori, ac tertia die reſurgere, redemptionis humanæ negotium eo pertraxit, vt non deſtiterit ab incœpto, quouſque in cælos tranſcenderit, æternæ felicitatis oſtia aperuerit, & omnibus illorum ingreſſum optantibus aperta reliquerit. Quid profuiſſet Chriſtum naſci, niſi mortuus fuiſſet? vel quid etiam mori, niſi reſurrexiſſet? *Si Chriſtus non reſurrexit, inanis*, ait Paulus, *eſt fides noſtra*. Et ſi Chriſtus ad cælos aſcendere, & ſtellas calcare non potuiſſet, quid profuiſſet eius reſurrectio, niſi vt phantaſma, ac viſum aliquod oculos deludens iudicaretur? & vt de eo diceretur: *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare*. hic homo ædificij redemptionis humanæ fundamenta iecit, ad finem autem, metamque perducere minime valuit. Quamobrem, quoniam Chriſtus glorioſa ſua Aſcenſione vniuerſis ſuis operibus coronam adiecit, vltimam manum redemptionis negotio imponens, ac ad perfectionem tanta cum laude, animique conſtantia illa deducens, ideo ſancta Mater Eccleſia ei illuſtre illud, atque inſigne (admirabilis) cognomen tribuit, dicens: *Per admirabilem Aſcenſionem tuam*. Quia igitur inter omnia volatilia nullum eſt aquila volatu admirabilius, tum quia ceteris ſublimius proуolat, tum quia illis aſt volatu conſtantior, nec à ſuo incœpto facile deſiſtit, donec prædam, quam inſequitur, vnguibus apprehendat; ideo ſanctus Maximus Chriſtum in cælum aſcendentem aquilæ conferens, optime declarat, Aſcenſionem huiuſmodi ingentem gloriam, ac ſummum honorem ei peperiſſe. At nobis quoque vtilem valde, ac mirum in modum proficuam fuiſſe, illud Dauidis egregie probat, abſq; eo, q à propoſita aquilæ metaphora digrediamur: *Herodij domus dux eſt eorum*. Non modica inter auctores eſt controuerſia, cuius generis animal ſit herodius. Suidas non ignobilis auctor nioniam

Matth. 10. & 24.

Exod. 28.

Apoc. 2.

1. Corin. 15.

Luc. 14.

S. Maxim.

Pſ. 103.

Suidas.

Rogationibus. — margin: Arcl. cathol. in Letaniis.

Digitized by Google

Theod. ab Ambroſiat. niam eſſe dicit; at Theodoretus, vt refert doctiſſimus Ambroſius in ſuo Dictionario, aſſerit idem eſſe, quod auẽ, ardeã nuncupatã, eo quod volando ardua petat, iuxta illud Virgilij primo Georg.

Virg. lib. 1. Georg. —— *atque altam ſupra volat ardea nubem.*

Non incongrue id Chriſto aſcendenti quadrat: fide enim catholica docemur, ipſũ in nube aſcẽdiſſe: *Act. 1.* *Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorũ*; iuxta *Pſ. 103.* Dauidis Prophetiam: *Qui ponis nubem aſcenſum suum*. Sed ad rei noſtræ propoſitum magis *Nic. Lyr. ſup pſal. 103.* facit, id quod ait Nicolaus Lyrenſis, cuius hæc eſt ſententia, herodium idem quod gryphum eſſe, de quo recenſent naturales, quandã illius inueniri ſpeciem tam admirabilem, atque portentoſam, vt pedibus agno, pectore, ac humeris leoni, facie vero aquilæ ſimilis ſit. Admirabile hoc eſt Chriſti ſymbolum, & quaſi viua quędã illi' effigies, ad amuſſim eũ reprę̃ſentans: Chriſtus enim in natiuitate, ac paſſione ſua agno *Iſai. 53.* ſimilis erat: *Tamquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe obmutuit.* In reſurrectione ſua forti, ac animoſo leoni ſimi*Act. 5.*lis extitit: *Vicit leo de tribu Iuda*, quemadmodum vidit illum dilectus eius diſcipulus Ioãnes. In Aſcenſione autem erat inſtar aquilæ regalis: quoniam non ſecus, ac aquila pullis ſuis ſe ducẽ, atque magiſtram exhibet ad docendum eos & volare, & terræ clima, atque temperiem, & alia ſibi conducibilia inueſtigare; ita etiam Chriſtus in illa glorioſæ ſuæ Aſcenſionis die, tamquam princeps quędam aquila, regali ſuo volatu nos ad æternam beatitudinem ducit, inſtituit, atque excitat, vt omnem ingenij noſtri aciem ad vo*Deut. 3.*landum in cælum conferamus: *Sicut aquila prouocans filios ſuos ad volandum, & ſuper eos volitãs, expandit alas ſuas*; quod etiam ad litteram di*Mich. 2.*xit Michæas: *Aſcendit pandens iter ante eos*. Aſcendit Chriſtus in cælum, tamquam dux noſter iter occluſum aperiens, quod idem Propheta *Pſal. 15.* Dauid, alijs tamen ſub verbis, cecinit: *Notas mihi feciſti vias vitæ*; atque hoc ipſum ſignificant illa alia iam citata: *Herodij domus dux eſt eorum.* Cõſtituit ſe ducem noſtrum Chriſtus Dominus, vt liberum faceret aditum ad cæleſtem gloriã, ac æternæ beatitudinis portas in illam vſque diem obſeratas panderet. In cuius rei figuram legimus Deum ad paradiſi portas ianitorem, ac cuſtodem quendam, Angelum videlicet, igneo in manibus enſe poſuiſſe. At Chriſtus Dominus hac die in cælum conſcendens nudatum illum gladiũ Angelo ianitori tollit, in fruſta redigit, penituſque diſrumpit, ardentique charitatis ſuę calore liqueſacit, ex eoque ſic liqueſacto claues cæli portis aperiendis affabrefacit, & quidem tot numero, quot ſacerdotes, & confeſſores in Eccleſia Dei approbati reperiuntur: geſtant enim illi omnes tamquam Dei cubicularij clauem auream è cingulo pendentem, qua cæli portas aperiunt. Introite ergo, precor, facilius has, nec enim deſunt ianitores, portas illis reſerandis paratiſſimi. At veſtrum fortaſſis dicet aliquis; Pater, omnes meæ curæ, omnia mea deſideria, & ſtudia eo reuera tendunt, vt per medias has claues ad æternas illas cæleſtium manſiones introire valeam. recta equidẽ, & laudanda ſunt iſthæc tua deſideria; ſed dic, quæſo, illiſne opera tua correſpondent? claues enim Eccleſiæ non aperiunt cæli portas in peccatorum fæcibus permanenti, & voluptatum cęno ſe volutanti: vnde ſi cum Chriſto ad æthera conſcendere deſideras, peccatorum ſarcinam deponas opus eſt. Etenim niſi antiquas veteris prauitatis plumas euulſeris, fieri minime poteſt, vt nouæ ad volandum in cælos pennæ renaſcantur. Recenſet S. Iſidorus aquilam eius *S. Iſidorus.* eſſe ingenij, atque naturæ, vt pullos ſuos è nido ad ſublimius volandum non educat, donec veteres plumas, putridoſque pilos exuerint: eadem quoq. ratione nobis perſuaſum eſſe velim, Chriſtum ſimilis omnino cum aquila eſſe conditionis, atque ingenij, vt ad cæleſtium animarum cõſortia admittat neminem, niſi prius corruptos antiquæ turpitudinis pilos, vetereſque ſuæ vanitatis plumas, effrænis licentiæ, ac nimiæ libertatis pennas præſciderit. Quoniam, vt ait magnus ille Hieronymus, Paulo Stochio ſcribens: *Aula cæleſtis non ſuſcipit niſi Sanctos,* *D. Hieron. ad Paulũ Stochium.* *ſimplices, & iuſtos.* Hæ ſunt conditiones, hę qualitates, hæc requiſita ad æternæ beatitudinis gloriam conſequendam neceſſaria; cogitationum ſanctitas, verborum ſinceritas, ac operum, quæ cum lege Dei conſentanea ſint, iuſtitia. Et ne diutius in genere diuagemur, veniamus ad ſpeciem. Vos omnes, qui ſacerdotio initiati eſtis, ſacris manibus pectora veſtra admonete: vos vero, qui ſacerdotes non eſtis, ponite manus veſtras ſuper Crucem, & iurate, plene reſpondere propoſito D. Hieronymi interrogatorio: *Aula cæleſtis non ſuſcipit niſi Sanctos, ſimplices,* *Hieronym.* *& iuſtos.* Dicite nunc ſub iuramento præſtito, vt ſe habet veſtra animi ſanctitas, & cogitationum puritas? Pater, vix dum peruerſa cogitatio intellectum pulſat, cui continuo voluntatis conſenſus non acquieſcat. & vos dicite, quæſo, vt ſe habet verborum veſtrorum ſinceritas? es ne murmurator, maledicus, homo duplex, & velut alter Ianus bifrons? amicus publice, inimicus priuatim? Denique, vt ſe habent opera tua? facisne ſatis officio, & muneri tibi iniuncto? orationi vacas? inopi ſubuenis? caſtitatem ſectaris? an fortaſſis in ſumma libertate, in diſſolutione, in nimia morum licẽtia vitam trahis, vt ne in cogitationẽ tuam veniat, quot & quantis periculis æternam tuam ſalutem exponas? Pater mi, difficilia valde à me poſtulas, nimis animum meum vexas. Reſponde, infelix peccator, ad D. Hieronymi interrogationem, nec à quæſtione reſilias. Si reſpondendum mihi eſt, Pater, certe has à me conditiones, atque qualitates longius abeſſe nõ diffiteor, & ſub iuramenti ſacramento antea præſtiti, omnes in me contrarias eſſe fateor. Dic igitur nunc, ſi præfatas conditiones, cogitationum ſcilicet puritatem, verborum ſinceritatem, ac bonorum operum venuſtatem neceſſarias eſſe fateris, & nihilominus

nus

nus eas tibi deeſſe affirmas, quãdo hæc tibi præſtanda credis? aut ad quæ tẽpora bonũ operari procraſtinas? forte fortuna tes aliqua tibi eſſe poteſt, cuius tua magis interſit, quã æterna animę tuæ ſalus? quomodo ergo, precor, tanta te illius cepit obliuio, aut eam rebus omnibus poſtponis, cũ agnoſcas, quod *Aula cæleſtis non ſuſcipit niſi ſãctos, niſi ſimplices, niſi iuſtos*? At licet tãta ſit obſtinatæ mentis peruerſitas, talis eſt Chriſti clementia, talia pijſſima Chriſti viſcera, vt ipſe cum peccatoribus non aliter ſe gerat, ac regia aquila cũ pullis ſuis. Referunt Ariſtoteles, & Plinius de hiſtoria animaliũ, & Aelianus de varia hiſt. aquilã pullos quaſi nido affixos ſponte egredi nolentes, roſtro eos pungens, per vim inde expellere, atq. ad volandũ cogere: eadẽ ſane ratione Chriſtus tamquam pia quædam aquila de filiorum ſuorum ſalute valde ſollicitus, ſi poſtquam eos de peccatorum tenebris facillimis quibuſdam antidotis, ac ſuauiſſimis medijs eruere tentauit (velut ſunt diuinæ inſpirationes, rẽcta cõfeſſorum conſilia, ac viuæ prædicantium voces) ſi nequidquam hæc proficiant, ipſis nequaquã ad bonum commoueantur, ſed veluti iniquitatum nido affixi illi adhæreãt, inde eos extrahit, quandoq. aduerſa corporis valetudine vexans, quandoque in amaros aduerſæ fortunæ ſcopulos eos deijciens, quandoq. filijs eorum vitam adimẽs, ac vnde minime cogitabant, inde vt lites, indeque rixæ oriantur, permittens, quæ tandem illos penitus conterant, atque conſumant. Hi ſunt fratres diuinæ illius aquilæ punctura: hi ſunt Chriſti ictus, atque morſus, qui de ſalute veſtra ſollicitus, vos e mortifero prauitatum nido, cui tenaciter adhæretis, eruere, atque diuellere, & in pulchro diuinæ gratiæ ſtatu collocare nititur, vt in omnem æternitatem feliciſſimo Dei aſpectu frui mereamini. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ariſtot. & Plinius in ſuis hiſtorijs animal. Aelianus de varia hiſto.

Homilia Quarta.

Triumphantis Aſcenſionis Chriſti Domini ſingularis maieſtas, ac triumphi illius inaudita pompa, & apparatus varia ſacra Scripturæ eruditione pulchre deſcribitur.

INTER varia, atque diuerſa ſapientiſſimi illius Salomonis ænigmata prouerbiorum ſuorum libro compendioſe inſerta, principem locum ſibi facile vendicant ea, quæ capite 30. propoſuit, inter quę omniũ illud excellentiſſimum arbitror, tam ob illius metaphoræ obſcuritatem, quam etiam ob ſententiarum profunditatem, quod de leone, gallo, ariete, & Rege ſcripſit, dicens: *Tria ſunt, quæ bene gradiuntur, & quartum, quod incedit feliciter; leo fortiſſimus beſtiarũ ad nullius pauebit occurſũ: gallus ſuccinctus lumbos: & aries: nec eſt Rex, qui reſiſtat ei.* Leo dũ graditur, magnã in inceſſu præſefert grauitatem, vt quaſi agnoſcere videatur, ſe animantium omnium Regem eſſe, & nuncupari. Gallus etiam ſingulari quodam modo incedit, erecto videlicet collo, criſpata criſta, & caput hinc inde circumuoluens. Aries etiam, qui gregem anteit, quis non videat, quam lentis, tardiſque greſſibus oues antecedat? Verum enimuero Regis inceſſus, atque auctoritas, qua in publico ſubditorum conſpectu progreditur, ceteros omnes longo interuallo ſuperat, præſertim cum regiæ dignitatis maieſtatem oſtentare opus eſt. Scio ſane nonnullos ſacrę Scripturæ interpretes vna cum Nicolao Lyrenſi in ſuis commentarijs huiuſmodi locum intelligere de quatuor illis, Babylonico videlicet, Perſico, Alexandri, ac Romanorum Imperijs: quippe leo Nabuchodonoſorem Babyloniæ Regem repræſentat, cui Propheta Hieremias leonis nomen indidit: *Surrexit leo de cubili ſuo.* Cyrum Perſarum Regem gallus denotat, qui ingenti armorũ, gentiumque ſuarũ fortitudine, ac potentia fretus, Darijque comitis auxilio ſuffultus, ſuperbã Babylonem, Perſarum, Medorumque ſubiecit Imperio. Sub arietis nomine intelligẽdus venit Alexander Macedo: nã quẽadmodum ipſe aries, licet animal quoddam mite, ac manſuetũ ſit, nihilominus ſtimulatus, & prouocatus, impugnantẽ ſe fortiter aggreditur, & inclinato capite cornu petit; ita etiam ipſe Alexander Perſarũ iniurijs laceſſitus, atque eorũ arrogantia prouocatus, ipſos Grecorum iugo ſubdidit, ac breui temporis ſpatio maximam terrarum orbis partem ſuperauit. Rex denique, cui nemo obſiſtere poteſt, Romanorum indicat Imperiũ, quod ceteris omnibus regnis, atque Imperijs fortius, validius, ac potentius extitit, adeo vt propterea *ferrum*, à Propheta Daniele vocaretur: nam ſicut ferrum cetera omnia metallorum genera domat, ſic Imperium Romanum alia omnia Imperia, atque regna in poteſtatem ſuam redegit, vt ea propter non immerito de eo dicatur, quod feliciter incedit. Verum Magnus ille Gregorius, ac venerabilis Beda in hunc locum, myſtice illũ intelligendũ eſſe volunt, atq. ita ſpirituale aliquid ex huiuſmodi textu depromere cupientes, Salomonem hic quatuor illa officia à Deo Patre vnigenito ſuo iniuncta denotare voluiſſe, ſapienter edocent, Prædicatoris videlicet, Redemptoris, Iuſtificatoris, & Glorificatoris. Gallus itaque, vt obſeruat D. Gregorius, prædicatoris officium ſignificat: debet enim ſicut gallus, dormientes, ac in peccatorum ſordibus ſe volutantes prædicationis cantu expergefacere. Aries Redemptoris officiũ præfert, in cuius rei ſymbolum legimus Patriarcham Abraham in Iſaac filij ſui immolatione, arietem quendã vepribus hęrentem in ſacrificium Deo obtuliſſe,

Prouer. 30.

Nicol. Lyra

Hierem. 4.

Greg. lib. 30 mor. cap. 3. Beda in hic locum.

Greg. 3. p. paſt. cap 3.

Geneſ. 22.

quod

Digitized by Google

quod expreſſam Chriſti corona ſpinea redimi-
ti,& in ara Crucis immolati imaginē gerebat.
Leone iuſtificatoris officium repræſentatur, ſi-
quidem tamquam leo rugiens, in ſua reſurre-
ctione peccatum,& mortem ipſam deuincens,
vitam nobis dedit, ita vt merito cum D.Paulo
Rom. 4. dicere valeamus, quod R*eſurrexit propter iuſti-*
ficationem noſtram. Ac Rex glorificatoris officiū
deſignat,in quo nullus eſt,qui ei obſiſtat,aut ſe-
Prouer. 30. cū cōtendere valear: *Neq. eſt, qui reſiſtat ei*. Ait
ergo Salomon, qaod licet tria bene gradiantur,
id eſt, licet Chriſtus in prioribus tribus officijs
potentiam, virtutemque ſuam ſatis, ſuperque
manifeſtarit,nihilominus excellentius,& cum
maiori ſui nominis ſplendore in quarto eius of-
Prouerb. 30. ficio propalauit. *Et quartum feliciter incedit*,dum
tamquam Rex, ac vniuerſi Monarcha in cælo-
rum cacumina glorificatoris officium geſtu-
rus conſcendit. Non diffiteor Chriſtum in præ-
dicatoris, ac diuini verbi ſeminatoris officio
admirabilem ſe exhibuiſſe,ſed non ea,qua opor
tuiſſet felicitate diuini eius verbi ſeminatio pro
fecit; quandoquidem tres ex quatuor ſeminis
partibus ſuffocatas fuiſſe non ignoramus, id
Luc. cap 8. atteſtante nobis ſancto Luca. Quin etiam &
redemptoris officio perfunctus egregie fuit,
Pſal. 129. etenim ſecundum illud Dauidis: *Copioſa apud*
eum redemptio; ſed præterquā,quod magni con-
ſtitit illi ea, ibi ſe immiſcuit infelicitas,quod cū
pauci ſint electi, eis admodum exiguum com-
modum,aut vtilitatem attulit, habita eorum
conſideratione, quibus nec vnquā profuit, nec
proderit in futurum. Iuſtificatoris quoque offi-
cium dextere admodum peregit; verum quis
neſciat eum multorum animos aduerſos adeo,
atque rebelles reperiſſe, vt illius iuſtitiæ,
atque ſanctitatis participationem nec a primis
labijs deguſtarint,& cum reſurrexit Thomas in
fide,deficere Cleopham in ſpe,vacillare, ac flu-
ctuare nouimus.Omnes iſti erant velut taxillo-
rum,aut aleæ infelices puncti, qui quidem do-
loris, ac acerbitatis multum afferre ei potuiſ-
ſent, ſi doloris tunc capax fuiſſet. Ceterum in
triumphanti illa ad cælos Aſcenſione,glorifica-
toris ibi functurus officio, ſumma cū felicitate,
ac omnibus numeris abſoluta proſperitate
præibat: *Et quartum feliciter incedit*, tunc om-
nia grata, proſpera omnia, cuncta felicia, vt
nec vel minimum quidem aduerſitatis eis ad-
Prouerb. 30. miſceretur. *Et non eſt qui reſiſtat ei;* nullus mor-
talium illi aſcendenti ſe oppoſuit, aut cum eo
ref. hiſt. eccl. concertare tentauit, prout impio illi Simoni
Mago contigiſſe legimus,qui in medio ſui vola-
tus miſere prolabens ab incœpto deſiſtere coa-
ctus fuit.Chriſto omnia ad libitū ſucceſſere,om-
nia deſiderij ſui menſuram pleniſſime exple-
bant, omnia denique illius voluntati, ac nutui
parebant,ac felicius vltra quā dici poſſit contin
gebāt.In primis ſiquidem, quamuis triumphan
tium gloria eorum animos incredibili quadā
lætitia, atque gaudio afficere ſoleat,nihilomi-
nus tamen multa militum cædes, quibus victo-
ria parta fuit, non modicę triumphi, & gloriæ
lętitiam imminuit,immo & victoriæ ſplendorē
obnubilat. Pericli Athenienſium Duci ex bello
contra Samios geſto redeunti, inceuſam victo-
riæ partæ voluptatem tepidaſſe legimus, quod
quędam inſignis matrona Elpinice nomi-
ne obuiam ei veniens dixit: *Præclara ſunt iſta*
quæ geſsiſti, qui nos tot fortibus viris, & liberis
ſpoliaſti. Hinc etiam Pyrrhus Epirotarum Rex,
poſt duplicem contra Romanos obtētam victo-
riam,cæſorum tamē militum,ac aliorum inter-
necionem animo reuoluens,dixiſſe fertur: *Si vno*
adhuc prælio Romanos vicerimus, actū fuerit de
nobis; quaſi diceret,quid proderit Romanos ite-
rum vincere, ſi victoria cum tanta gentis noſtræ
iactura futura eſt? Verum illa Chriſti aſcenden-
tis victoria tam ſingularis,tamque admirabilis
fuit,vt ne vnū quidem ex deſtinatis ſibi ab æter-
no Patre,eique traditis perdiderit,ipſo dicente:
Pater quos dediſti mihi non perdidi ex eis quem- Ioan. 18.
quam,atque ita non potuit triumphi ſui gloriā
memoria interfectorum, aut cæſorum, qui nulli
erāt,quidquam minorare. Secundo ſi verum eſt,
quod tanto glorioſior,tantoq. dignior ſit victo-
riæ triumphus, quanto minori militum copia
contra innumerum hoſtium exercitum parta
fuit; quænam erit illa huius Chriſti triumphi
gloria,quem in ipſo conflictu omnes eius mili-
tes deſtituere! *Omnes pariter fugerunt*,omnes de- Marc. 14.
nique inter hoſtium manus dereliquerunt: ipſe
tamen abſque bellicis tormentis,abſque arma-
tis militū copijs, ac tandem abſque vllo homi-
num auxilio prælium cum hoſte cōmiſit, eum-
que ſolus debellauit: *Torcular calcaui ſolus, & de* Iſaiæ 63.
gentibus non eſt vir mecum; nullus mecum cū ho-
ſte conflixit,nullus adiuuit,nullus aſtitit, ideo-
que victoria mea tanto fuit glorioſior, quanto
clarius ſine internecione aliqua meorum,& abſ-
que alieno ſubſidio partam eſſe conſtat. Bene
igitur ait Salomon, quod *quartum feliciter ince-* Prouerb. 30.
dit Rex,nec eſt,qui reſiſtat ei. Vniuerſam ſacram
Scripturam perluſtrans, nullum ſane reperio
triumphum glorioſum magis, aut maiori cum
pompa, atque apparatu celebratum,quam illū
Patriarchæ Ioſeph,quoniam, vt habetur in Ge- Gen. 41.
neſi, Rex Pharao tulit anulum de manu ſua, il-
lum ei in manu tradidit, veſtiuitque eum ſtola
byſſina,quæ tunc temporis in ſumma erat apud
omnes æſtimatione, torquem auream in eius
collo impoſuit, & in triumphalē currum aſcen-
dere,ac ad dexteram ſuam ſedere iuſſit, vniuer-
ſis regni primatibus,& nobilibus eum comitan
tibus,præconeque clamante, vt omnes coram
eo genu flecterent,& totius Aegypti regno præ-
fectum eſſe agnoſcerent. Tradidit autem ei a-
nulum, quia antiquitus ille erat Regia inſigne,
& hinc Nabuchodonoſorem laci leonum por- Dani. 6.
tam ſuo proprio anulo obſignaſſe legimus, vt
videntes anulum inſigne regium nullus ape-
rire præſumeret: *Allatus eſt lapis vnus, & poſi-*
tus eſt ſuper os laci, quem obſignauit Rex anulo
ſuo. Et hinc etiam Aſſuerus beneuolentiam illam Heſt. 3.
ſingularem,qua Aman proſequebatur, demon-
ſtrare cupiens, tulit anulum, quo vtebatur, de
manu

manu ſua, & dedit eum Aman, cum etiam teſte Quinto Curtio lib. 2. hiſt. dum Alexander Magnus in ciuitate Babyloniæ morti proximus eſſet, quærentibus ſui regni magnatibus, ac Principibus, quem monarchiæ ſuæ ſucceſſorem eſſe vellet, reſpondit, veſtrum optimum, ac poſtmodum cum morbo ingruente ſermonem promere nequiret, anulum ſuum e digito tollens, in omnium conſpectu eximio cuidam Duci Perdicæ nomine tradidit. Dare autem Pharaonem Ioſepho ſtolam byſsinam, fuit eum ſacerdotem inſtituere velle, quando, vt refert Apuleius lib. 18. ſolis Aegypti ſacerdotibus permiſſum erat veſtibus byſsinis vti. Dum autem illius collo torquem illam aureā appoſuit, meritorū eius ſplendorem exprimere voluit, cum huiuſmodi præmium non niſi eorum, qui aut doctrina, aut vitæ integritate conſpicui erant, dari conſueuerat, vt cecinit Ouidius:

Quint. Curt. lib. 2. hiſtor. — *Apul. lib. 18.* — *Ouidius.*

Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.

Itaque animus Pharaonis fuit, anulum Ioſepho porrigentis eū Regē declarare; ſtola byſſinæ veſtientis ſacerdotem creare; monilia vero collo apponētis, meritis ſuis præmia digna conferre, ac labores illius laureare. Prodit deinde in publicum tanta ſplendens maieſtate Ioſeph, præcone per vniuerſam curiam clamante: *Genu flectite, Ioſeph enim tranſit*, & ſecundum textum Hebraicum: *Benedicite, laudate omnes, atq. magni facite, magnificate Ioſeph*. et iuxta Paraphraſim Chaldæam: *iſte eſt pater Regis*, & ſecundum S. Hieronymum in ſuis quæſtionibus Hebraicis: *Iſte pater tener*, pater propter mirabilem illius prudentiam, tener vero propter illius iuuentutem, & modicam ætatem. Celebris ſane, atq. inſignis fuit triumphus ille, quem tamen ſi cum illo glorioſæ Aſcenſionis Chriſti conferre voluerimus, vmbra, atque fumus quidam apparebit, neque vnius cum alterius magnificentia, atque ſplendore vllo modo comparari poteſt: nō huius comitatus cum illius comitiua; non huius concentus cum illius muſices ſuauitate. Etenim ſi triumphalem currum attente contemplari velimus (& hæc ſit tertia circumſtantia apparatus, atq. pōpæ huius ſolēnis triumphi) in memoriā partim reuocare iuuabit Poetarum figmenta, partim veros Romanorum triumphos, partim, quos diuinę litteræ commemorant. Bacchi curui tigres, Phaetontis equos, Neptuni piſces, Turni ſerpentes, Oceani ingentes balenas, Thetidis delphinas, Dianæ ceruos, Veneris cygnos, Iunonis pauones ſuppoſitos legimus. De Iulij Cæſaris iactantia recenſent hiſtorici, quod in currum, quē quatuor elephanti ducebāt, triumphans aſcenderit: Aureliani currum cerui quatuor ducebant; illum vero Marci Antonij quatuor ferociſſimi leones. Eliam autem referunt ſacræ litteræ in curru quodā igneo triumphaſſe, Abrahamum debellatis, atque proſtratis quinque Regibus, Melchiſedech ei obuiam veniente, ac dicente: *Benedictus Abraham Deo excelſo, &c.*

Para. Chal. — *D. Hieron. in ſuis quæſt.* — *4. reg. 2.* — *Gen. 14.*

glorioſe triumphaſſe. Dauid etiam ſimiliter de Philiſtæo, gerens pro victoriæ ſuæ inſigni enſem illū, quo fortiſſimi, & immaniſſimi gigantis caput abſciderat, & in eius triumphi honorem puellarum choris canētibus: *Saul percuſſit mille, Dauid autem decem millia*, ſummo omnium applauſu triumphauit. Mardochæus in equo Regis ſui, diuitijs, ac gemmis vndique affluente ſummo honore inceſſit, veſtibus regalibus indutus, præcone clamitante: *Sic honorabitur, quem Rex voluerit honorare*. Demum Ioſeph triumphauit in Pharaonis curru, illius honoris, & gloriæ circumſtantijs ſupra commemoratis. At Chriſtus ſupremus omnium Monarcha pro triumphali curru in fulgentiſſima, ac ſplendidiſſima quadā nube incedit, vt ait S. Lucas: *Et nubes ſuſcepit eū ab oculis eorum*. quod etiam prædixerat Propheta Dauid: *Qui ponis nubem aſcenſum tuum*; & ſecūdum originale Hebraicum: *Qui ponis nubem vehiculum, ſiue currū tuum*. Splendidū hunc currum multa Angelorum millia ducebant: *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium*; ſed & Felicis tranſlatio numerum ampliat: *Currus Dei centena millia duo millia Angelorum*; immo illis S. Hieronymi lectio, quam de Hebræo tranſtulit, ſuperadijcit: *Currus Dei innumerabilia millia Angelorum*. Itaque currum illum, in quo princeps noſter triumphans inceſſit, innumera Angelorum cæleſtis hierarchiæ multitudo ducebat, pariter & lucidiſſimæ Sanctorum phalanges, qui ſimul cum Chriſto reſurrexerant, circuibant, quorum erat numerus copioſiſſimus, qualem ſupremi rerum omnium opificis, ac Monarchæ comitatum decebat. Nam ſicut *In multitudine populi dignitas Regis*, vt ait Salomon, non ſecus principi ignominioſa exiſtit, tam in eius regno, quā in aula regia populi, famulorūq. paucitas. Ideo præcitato loco continuo ſubdit Salomō: *In paucit. vero plebis ignominia principis*. Paraphraſtes etiā Chaldęus ad viuum huius currus imaginem nobis depingit: *Currus Dei venis ardentis, duo millia Angelorum ducunt illū, diuinitas Dei quieuit ſuper illos*. Verum ſi oculos noſtros ad ornatum, aut ad vultum, quo diuinus ille triūphator incedit, conuertere velimus, ad amuſſim illū deſcribit D. Ioann. *Vidi ſimilē filio hominis veſtitū podere, et præcinctum ad mamillas zona aurea; caput autē eius, & capilli erāt candidi tamquam lana alba, & tāquā nix, & oculi eius tāquam flāma ignis, & pedes eius ſimiles aurichalco ſicut in camino ardenti, & vox illius tamquam vox aquarum multarum*; adhuc tamen breuis admodum videtur S. Ioannis deſcriptio: maior enim, atque ſplendidior multo erat diuini huius triūphantis elegantia, vultus pulchritudo, veſtium venuſtas, ac magnificentia. Quartā circumſtantiam glorioſi huius Chriſti triumphi contemplamur fuiſſe vexillorum varietatem, in quibus Chriſti præcipua operæ inſculpta videbantur. Primum vexillum erat deargentatum, & triangularis formæ inſtar nauigantium, in cuius medio depicta erat imago honeſtiſſimæ cuiuſdam puellæ Virginis, infantem in brachijs

1. Reg. 18. — *Eſter. 6.* — *Act. 1.* — *Pſal. 103* — *Pſ. 67.* — *D. Hieron. tranſlat.* — *c. 14. prou.* — *Para. Chal.* — *Apocal. 1.*

Digitized by Google

Ioan. 1. amplexantis: eius inſcriptio erat: *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Signum hoc ſacrę
Incarnationis myſterium ſignificabat: campus
autem argenteus Virginis immaculatam puritatem, forma vero triangularis myſterioſam
coniunctionem trium naturarum in vna perſona, animam, corpus, atque diuinitatem in vno
diuino ſuppoſito pulchre adũbrabat. Vexillifer
erat Archangelus Gabriel, cui tamquam paranympho, atque huius altiſſimi myſterij nuncio
iure optimo huiuſmodi honor debebatur. Continuo ſequebatur alterum vexillum, quod in pacis, ac ſecuritatis ſymbolum erigi ſolet: in hoc
impreſſus cernebatur vitulus flaui coloris in
campo rubeo. Hoc plane Christi mortis myſterium ſignificabat, dum in ara Crucis velut vitulus immolatus fuit, eiuſque caro, quę vndique
rubicunda, ac ſacro illius ſanguine tincta remanſit, facta, velut arcus quidã cæleſtis, in ſignũ
ſerenitatis, & pacis inter Deum, & hominem.
Iſai. 11. Epitaphij hæc erat inſcriptio: *Leuabit ſignum in nationibus, & congregabit profugos Iſrael.* Huius
vexillifer erat S. Michael Archangelus, qui, vt
dicunt ſacri Doctores, Christo patienti ſemper affuit, & in horto ſolatiũ præſtitit. Tertium
vexillum leonem quendam corona redimitum
campo inſculptum viridi geſtabat, cum hac honorifica ſubſcriptione: *Vicit Leo de tribu Iuda.* Apoc. 5.
Hoc aperte glorioſæ illius reſurrectionis arcanum denotabat, vbi Chriſtus tamquam leo ad
ſacræ illius leænæ Virginis Mariæ fremitus reſurrexit, & in præmium victoriæ contra hoſtes
ſuos obtentæ immortalitatis glorioſo diademate coronatus fuit. Campus viridis ſpem certiſſimam indicat, quam glorioſa eius reſurrectio
futurę noſtrę reſurrectionis nobis exhibet. Erat
huius vexillifer Angelus ille, qui ſuper ſaxum
ſepulchri Christi ſederat, ac primus fuerat, qui
Chriſti reſurrectionem pronunciarat. Quartum
vexillum in campo ſtellato, ac cęruleo aquilã
quandam regalem ſuper, eius pullos volantem
Deut. 32. habebat, cuius erat inſcriptio: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos.* Hoc vexillo ſignificabatur pręſens Aſcenſionis Christi myſterium, in qua tamquam aquila quædam regia
in conſpectu diſcipulorum ad ſuperos euolauit.
Campus autẽ ſtellatus cęruleus erat, ad ſignificandum, quod ſuper cæleſtem orbem nidum
Iob. 39. poſiturus erat: *In arduis poſuit nidum ſuum.* Vexillifer erat Cherubin ille, quem ad Paradiſi portam Deus cuſtodem poſuerat, vt Adam illuc intrare tentãtem prohiberet. Quo nõ obſcure innuebatur, Chriſtum in hac Aſcenſionis ſuæ die
portas cælorum aperuiſſe, quas Adæ peccatum
nobis antea pręcluſerat. Neque huic tã admirando Chriſti triumpho muſica, atque inſtrumenta ad illius celebritatem defuere. Atque
hæc fuit quinta tam inſignis pompæ, atque apparatus circumſtantia: vniuerſi enim ſupremorum cæleſtium ſpirituum chori, quibuſcum cõcinebant dulciſſimæ glorioſorum corporum
Chriſtum comitantium voces, ſuauiſſimam
quandam muſicam, atque admirabilem harmoniam, concentumque efformabant, vt S. Cyprianus contemplatur in ſermone ſuper huius feſti D. Cypr. in ſer. Aſcen.
celebritate. Hi præcedentes, & ſubſequentes applaudebãt victori, & in iubilatione concinentes
modulabantur canticum nouum: replebat cælos
mira illius harmonię conſonantia: hi cornubus,
tubiſque accinebant: *Aſcendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ:* illi citharam, lyramque Psal. 46.
pulſabant: *Vox citharœdorum citharizantium in citharis ſuis:* alij denique alia tangebant inſtrumenta, quos, vt creatorem ſuum laudarent, Dauid multo antea inuitauerat: *Laudate eum in* Apoc. 14.
pſalterio, & cithara: laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in cymbalis beneſonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis. His etiã Psal. 150.
voces victoriam acclamantium occinebant: *Viuat Rex, viuat Rex,* & per vniuerſam aeris ſphæram nullæ audiebantur voces niſi victoris gloria, triumphus, victoria: *Iter facite ei, qui aſcẽdit* 1. Reg. 10.
ſuper occaſum; illæ reſonabant in auribus eum Psal. 67.
comitantium, iſtæ in altiſſima cælorum teſtudine reboabant; hæ denique in ceteris cæleſtium
orbium partibus perſonabant, & vt huiuſmodi
harmoniæ concentus dulcior eſſet, ſuauiuſque
audientium aures demulceret, Chriſtus etiam
diuinam vocis ſuę ſymphoniam eleuauit, ſuauiſſima illa verba canens: *Aſcendo ad Patrem* Ioan. 20.
meum, & Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum, attollenſque vocem hanc, diuina virtute ſacratiſſimum illud corpus euexit, iter ſuum
ad cæleſte Capitolium dirigens, per vniuerſam
aeris regionem tranſiens, nubes penetrans, per
ignis ſphęram iter conficiens, per vniuerſos cæli orbes, per lunæ circulum, per atrium Mercurij, per ſphæram Martis, per Solis globum, per
Iouis ignem, per curſum Veneris, per thronum
Saturni, per cælum ſtellatum, per primum mobile, per aquas condenſatas & ſolidas cæli cryſtallini: nec ſubſtitit, donec ad cæli empyrei portas, quod eſt ſupremum cælorum omnium, euectus attigiſſet. Tunc diuini illi ſpiritus, animæque felices eum comitantes cœpere dicere: *Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Angeli autẽ per- Psal. 23.
ſonæ conditionẽ nõ ignorantes, ſed gloriã, atq;
maieſtatem admirabilẽ, qua incedebat, demirati dixerũt: *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* quibus reſpõderũt: *Dominus fortis, & potẽs, Dominus potens in prælio.* Verũ veſtimẽta humanitatis Chriſti rubẽtia, Psal. 23.
ictus, atque vulnera plagarũ eũ cũ primis decorãtia, atq; exornantia intuẽtes, dicebãt: *Quis eſt* Iſai. c. 63.
iſte, qui venit de Edom tinctis veſtib⁹ de Boſra? nominat hic Edom locũ Idumæorũ ab Eſau deſcẽdentiũ, & Boſra pręcipuã Moabitarũ ciuitatẽ, intelligẽs per hæc duo loca habitatores illorũ, qui erãt
Iſraelitarũ inimici omniũ maximi, atq; infeſtiſſimi. Vnde perinde fuit, ac ſi dicerẽt, quis eſt iſte,
qui veniens e terra hoſtiũ ſuorũ plagarum cicatrices deferẽs? reſpondit Chriſtus: *Ego, qui loquor* Ibid.
iuſtitiã: & continuo tunc vltro apertæ ſunt duodecim illæ cæleſtis Hieruſalem portæ, quas S. Ioãnes viderat, admodumq; perfecte impletũ fuit id,
quod tot retro annis Prophetæ Danieli reuelatum

Digitized by Google

iū fuerat (& hæc eſt ſeptima circūſtantia excellentiæ huius glorioſi triumphi) *Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce in nubibus cæli quaſi Filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum.* Mirabilis hæc viſio imago quædam eſt, Aſcēſionem Chriſti egregie adumbrans. Primo ait ſe Chriſtum vidiſſe venientem in nubibus; vere

Act. 1. enim aſcendit in nube: *Et nubes ſuſcepit eū ab oculis eorum.* Vocat illū, quaſi Filium hominis, quia licet fide carentibus Filius tantum hominis, ſicut ceteri eſſe videretur; reuera tamen Filius eſt etiam Dei, & non niſi matrem habebat in terra, Patrem vero in cælo, illū ſcilicet, quem Ioannes vocat antiquum dierum, non eo, quod Filio, aut Spiritu ſancto vllatenus ſit antiquor, ſed quod eorū principium, & origo eſt. Ait deinde, quod ſummo eum honore afficiebat, conſtituens ipsū à dextris ſuis, ſuper Angelorum vniuerſas hie-

Eph. 2. rarchias, & vt dixit S. Paulus: *Conſtituens illum ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro.* Atque hic impletū fuiſſe cernimus illud Iſaiæ, in perſona Patris æ-

Iſai. 52. terni loquentis: *Ecce intelliget ſeruus meus: exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde.* Aduertite, quod dilectum meum Filium, quē in forma ſerui vidiſtis peſſundatum, atque afflictum vſq. ad mortem Crucis, nunc in ſua triumphanti Aſcenſione tam exaltatum, atque eleuatum videbitis, vt thronum ſuum ſuper excelſos cęlorum vertices cōſtituat. Sed Chaldæus Paraphraſtes maiora prodidit, in hunc modum illuſtrans

Parap. Chal. cap. 52. Iſai. præcitati Iſaiæ teſtimonium: *Exaltabitur plusquā Abraham, eleuabitur plusquam Moyſes, ſublimabitur plusquam Angeli ſuperiores.* Demum dicit Daniel, Patrem non ſolum honore, ſed & regno illū cohoneſtaſſe: *Dedit ei poteſtatem, honorem, & regnum*: regnum non temporale, ſicut Ioſepho in ſuo triumpho datum, ſed regnum æternum, vt

Pſal. 144. dicit Dauid: *Regnum tuum, regnum omnium ſæculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generationem.* Ad cuius perennitatem, & perpetuitatem ſignificandam ingenioſa metaphora vſus Dauid, regnum Chriſti vocauit montē lactis coa-

Pſal. 67. gulatum: *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus*; ad conſtituendā differentiam illius à regnis temporalibus, quę veluti lac liquidum defluunt, & tranſeunt, ac pereunt. Vnde Spiritus ſanctus terram promiſſionis, quæ erat bonorum tempo-

Ibidem. ralium abundantiſſima, vocauit terram lacte, & melle manātem; ſed regnum cælorum vocat lac coagulatum ꝓpter eius perpetuitatē: *Mons*, ait, *coagulatus*; & velut alia lectio habet: *Mōs caſeus.* Chriſtus igitur hodie poſſeſſionem regni æterni accipit, & æternus Pater collocat eum in throno maieſtatis ad dexteram ſuam, continuoque ait S. Ioannes audiuiſſe creaturas omnes cę-

Apoc. 5. circa finem. li, & terræ, & maris, & ſingulas earum, dicentes:

Sedenti in throno, & regno, gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Lib. XV.

Homilia Quinta.

Proſequimur Chriſti in cælū aſcendentis triumphum, pariterque oſtendimus, quam et glorioſa, & nobis proficua eius Aſcenſio extiterit, in illa verba: Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorū.

DIVI Auguſtini clariſſimi catholicæ Eccleſiæ Doctoris ſanctimoniam, ac ſingularem vitę integritatem commemorans Poſſidonius, tria præcipuè magni huius viri celebrat deſideria, quorum vnum erat, celebri alicui adeſſe Romanorum triumpho; alterum, diuinum illum ſacræ eloquentię fontem D. Paulum prædicantem audire; tertium, Chriſtum in carne paſſibili, ac mortali proprijs oculis intueri. Atqui ſi D. Auguſtinus triumphantium illam Romanorum gloriam, tam admirabilem, ac viſu dignam eſſe exiſtimauit; quanto omni admiratione, omnique ſtupore dignior eſſe cēſeri debet glorioſus ille Chriſti triumphus, vbi non creatura, ſed creator ipſe, ac rerum omnium opifex; non purus homo, ſed homo, & Deus; non intra ſuperbiſſima Vrbis Romæ mœnia, ſed in cęleſti illa Hieruſalē; nō de hoſte, carne, & ſanguine cōpacto, ſed de peruerſis ſpiritibus, mundi huius principibus, ac tenebrarū ſuarum rectoribus glorioſe triumphauit? Fortiſsimos profecto, ac potentiſsimos hoſtes habuit Chriſtus, dæmonem videlicet, infernum, & peccatum: at omnibus fortior, ac potentior ipſe fuit, qui omnes potentia ſua fortiter profligauit, ac vna die tot illuſtribus trophæis, atque glorioſis victorijs potitus, in primis de peccato, vti infeſtiſsimo omnium hoſte, ac quod inſolita quadam tyrannide vniuerſum terrarum orbem arctius ſibi ſubdiderat, triumphauit, vt D. Paulus ſub myſterioſis hiſce verbis egregie explicauit: *Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato dānauit peccatum in carne.* *Rom. 8.* Miſit quidem Deus vnigenitum ſuum in forma carnis peccati, tametſi enim caro eius, quia diuina, hoc eſt diuino ſuppoſito vnita, peccati eſſet incapax; peccati tamen pœna, cuiuſmodi ſunt dolores, curæ, atque moleſtiæ, quas perpeſſus fuit, peccatum ipſum deſtruxit, penituſq. deleuit. Dignum profecto artificium admirabili, ac diuina Chriſti ſapientia, qui ipſius veneno ſordidiſsimo, quo totum humanum genus antiquus ſerpens infecerat, ipſum curauit: ex ærumnis enim, ac pœnis, & calamitatibus peccato noſtro debitis, quas in innocua illa ſua carne tolerauit, medicinam atque antidotum, ac medium ſalutare contra peccati mortiferum venenum confecit: & quemadmodum antiquitus robuſtiſſimus ille Banaias deſcendit in campum cōtra Aegyptium, & vi haſtam e manu eius ex-

Digitized by Google

[Dan. 14.] torſit, eadẽq. ipſum interemit: *Hoſtia ſua interfecit eum.* Ita etiam Chriſtus videns arma ſua, quibus peccatum vniuerſo mundo bellum gerebat, eſſe pœnas, famem, paupertatem, dedecus, quippe homo, ne illis ſubijceretur, peccato ſe tradebat, Chriſtus ei huiuſmodi arma eripuit, ac illis ſingulari dexteritate vſus, omnes illas ærumnas, calamitates, ac miſerias conſtanter in carne ſua pertulit, vt peccatum in terram proſtratum, & velut hoſtis extinctus concideret, ac de illo glorioſus victoriam reportaret: idq. ſignificant verba Pauli: *De peccato damnauit peccatum.* [Rom. 8.] De morte etiam Chriſtus triumphum egit, cum morte ſua ita illam debellauerit, ac exanimem reddiderit, vt iam ipſa mors non mors, ſed vita, requies, ac tempeſtatum, & naufragiorum huius mundi portus tutiſſimus exiſtat. Cuius rei figuram habemus in Samſone, qui morte ſua inimicis ſuis vitam ademit. De Antheo gigante Neptuni, & terræ filio fingunt Poetæ, quod quoties membra labore defecta eſſent, cõtactu terræ recreabantur, quando Hercules cum eo luctans in terram eum deijciebat, nouis contra eum viribus inſurgebat; deiectio enim illius in terram triumphi, atque nouæ victoriæ cauſam Antheo præbebat, Fabula hæc eſt, inquit S. Gregorius Nyſſenus, ſed ex illa egregie declarare poſſumus [Greg. Nyſſ. de Christo triumphante] illius triumphi, ac victoriæ veritatem, quam Chriſtus de morte obtinuit; cum ea enim in ligno Crucis colluctans, ac in terram ſepulchri conijci paſſus, huius caſus mirabili ſtratagemate humanũ genus ſubleuauit. Neq. caſus ille quidquã vires eius eneruauit: quin potius tanto animo inſurrexit, vt mortẽ deſtruxerit ſpolia eius tulerit, & vitã nobis cõpararit æternã, prout ſancta canit Eccleſia: *Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgẽdo reparauit.* De dæmone etiam Chriſtus honorificee triumphauit, vt grauiſſima illa D. Pauli verba aperte indicant: *Expolians principatus traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo.* [Coloſ. 2.] Alludit hoc loco Apoſtolus, vt inquit Theophylactus, ad antiquos Romanorum triumphos, [Theoph. sup. 2. ad Coloſ.] apud quos more receptum erat, vt ante ipſos triumphãtis victoris currus victi, onerati colla catenis, & manibus poſt terga reuinctis, ad maiorem illorum confuſionem, atque dedecus, & ad ampliorem triumphantis gloriam, atque honorem procederent. Vnde vbi vulgata noſtra legit: *Principatus, & poteſtates traduxit confidẽter;* perdocte interpretatus S. Ambroſius vertit: *Oſtentauit confidenter,* hoc eſt, publica quadam demonſtratione principes, ac poteſtates inferni cõfudit. S. Auguſtinus aliter tranſtulit, videlicet: *Exemplificauit,* in exemplum, ac ſymbolum gloriæ, & honoris, inſignis ſuæ victoriæ, principes, ac poteſtates manibus retrorſum reuinctis, omniũ oculis expoſuit. Admirabilis quædã huius veritatis imago fuit hiſtoria, quam nobis recenſet Daniel, [Dan. 14.] vbi Babylonios commemorat draconẽ quendã adoraſſe, per cuius os dæmon loquebatur, & reſpõſa dabat: at S. ille Propheta, vt huic tam notabili damno, & errori occurreret, maſſam quãdam ex pice, adipe, ac pilis confecit, illãq. in os draconis coniecit, quam cũ draco accepiſſet, continuo interijt. *Tulit,* ait ſacer textus, *Daniel picem, & adipẽ, & pilos, & coxit pariter, & fecit maſſã, & dedit in os draconis, & diruptus eſt draco.* Grande hoc eſt myſterium, inquit S. Gregorius Nyſſenus: [S. Greg. Nyſſ.] nonne animaduertitis, bucceã, quę illius debebat ſuſtentationi, ac vitæ cedere, mortẽ ei attuliſſe? Admirabilis hæc effigies victoriã, quam Chriſtus de dæmone reportauit, ſatis ad viuum exprimit. Etenim ſi Daniel vnica buccea ex pice, & adipe cõpoſita feroci illi draconi vitam ademit; Chriſtus ſe ipſo, qui eſt buccea illa, in qua pix reperitur humanitatis, quæ in Cruce liuorẽ, & nigredinę cõtraxit, & adeps pinguis ſuæ diuinitatis, veneficum illum ſerpentem, ac ſerũ draconem, dæmonem ſcilicet, medium dirupit. Peracta huiuſmodi victoria de ipſis inferis glorioſe etiã triũphauit, vt prędixit Michęas Propheta: [Mich. 2.] *Aſcẽdet enim pandens iter ante eos: diuident, & tranſibunt portã, & ingredientur per eã, & tranſibit Rex eorum corã eis, & Dominus in capite eorũ.* Aſcendit Chriſtus, Patribus illis ſanctis liberum aditum aperiens, portas limbi reſerauit, vt per illas glorioſi, & triumphantes egrederentur, & Rex eorum Chriſtus in capite ſplendentis illius cohortis omnes anteibat: *Et Dominus in capite eorũ.* [Ibidem.] Ita huiuſmodi verba intelligẽda eſſe volunt Ionatas, Paraphraſtes Chaldæus, & plurimi Hebræorum grauiſſimi, quos refert noſter Galatinus. [Gal. lib. 5. de arcanis cath verit.] Vidit hos omnes glorioſos Chriſti triũphos dilectus eius Ioannes, dũ in Inſula Patmos moraretur, vbi ait: [Apoc. 6.] *Vidi, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illũ habebat arcũ, & datæ eſt ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret:* Primaſius D. Auguſtini diſcipulus dicit equum iſtũ album ſignificare candidã Chriſti humanitatem, [Primaſ. sup. c. 6. Apoc.] propter eius puritatem, atq. ſãctitatem: per equitem vero intelligit diuinum Verbum, quod illã regit, & gubernat: per arcum, & ſagittas, arma, quibus omnes eius hoſtes, atq. inimicos debellauit. Deiecit peccatũ, vt nos ex illius eriperet ſeruitute; morte expugnauit, ne homines illã pertimeſcerent, dæmonis ſuperbiam, atq. animi arrogantiã cõpeſcuit, & inferni ſeras reſerauit, atq. confregit, vt eum pręda ſua ſpoliaret. Deniq. corona in capite illius equitis, quid aliud quæſo aptius ſignificare poteſt, quã coronam illã Chriſto pro tantis meritis, tantiſq. victorijs debitã, cum glorioſa illa inſcriptione fęmoris: *Rex Regũ, & Dominus dominantiũ?* [Apoc. 19.] Verũ peractis omnibus iſtis, deerat Chriſto triumphus omnium glorioſiſſimus mirabilis ſuæ Aſcenſionis, ad cuius gloriã ampliandam venit nubes quædam, vt inquit S. Lucas: [Act. 1.] *Et nubes ſuſcepit eũ ab oculis eorum.* Quæ ſplẽdida adeo erat, vt S. Ambroſius dixerit: [S. Amb. ser. 61.] *Nec enim poterat obſcura eſſe, vel tenebroſa, quia ſcriptũ eſt, tenebræ eã non cõprehenderunt, tenebræ enim lucem geſtare nõ poterant.* Et quãuis Card. Caietanus voluit, non fuiſſe illam veram nubem, ſed quoſdã [Caiet. sup. c. 1. Act. Apoſt.] micantes radios, qui e glorioſo Chriſti triũphantis corpore prodibant; nihilominus Abulenſis, & communis doctorum opinio docet, eam veram [Abul. & cõmun. sent. doctorum sed.]

ram

Digitized by Google

Act. 1. ram nubem fuiſſe, vt D. Lucæ verba ſonant: *Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum*. Cum etiam Angelus dixerit diſcipulis. *Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum*; & deinde in ſecundo aduentu Act. 1. venturus ſit in nube vera, ſicut ipſe prædixit. *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli.* Rationi, & facto rerum admodum congruit dicere, Chriſtum in vera nube cõſcendiſſe, quæ, vt Tert. de Aſcen. Chriſti. dixit Tertullianus, non ſub eius tantùmodo pedibus, vt aliqui opinantur, fuit, ſed à vertice vſque ad plantas vndiq. ipſum circumdedit: Act. 1. *Circumfuſa*, ait, *nube in cælum raptus* eſt. Recen-Exod. 40. ſent ſacræ literæ, quod poſtquam Moyſes omnem ornatum, quem Deus ei mandauerat, in tẽplo poſuiſſet, nubes quædam à cælo delapſa tabernaculum cooperuit: *Poſtquam perfecta ſunt omnia, nubes cooperuit tabernaculum*. Non diſsimiliter hodie, poſtquã Chriſtus omnia ſuæ Eccleſiæ neceſsaria copioſiſsime prouiderat, Euangelicã doctrinã euulgauerat, ſacramenta inſtituerat, Epiſcopos creauerat, infeſtiſsimos hoſtes relegauerat, tandem deſcendit nubes quædam cœlitus delapſa, quæ ſacratiſsimi illius corporis tabernaculũ operuit. Sic enim illud vocauit S. Paulus tabernaculum, quod finxit Deus, & non Ad Hebr. 8. & 9. homo: *Tabernaculũ non manufactum*. Vocat illud tabernaculum Dei manibus non hominis fabricatum: etenim Spiritus ſancti opera, nulla virili Exod. 15. operatione interueniente formatũ fuit: *Sanctuariũ tuum, quod formauerunt manus tuæ.* ita locum Orig. hom. 16. interpretatur Origenes. Quod ſi diligẽtius perſcrutari velimus, quare Deus nubem iſtã Chriſto Aſcenſionis ſuæ tẽpore dimiſerit, audiamus ante omnia magnum illum Patrem S. Ambroſiũ Amb. ser. 61 ſermone ſexageſimoprimo, vbi ait: *Semper Deus, quos per iniurias perducit ad requiem, protegit nubis vmbraculo, ſicut filios Iſrael liberatos de Aegypto nubis cælum protexit, & vt poſt multum laborem in terram promiſſionis induceret, expandit nubem in protectionem eorum*. Verum ſecundo ego crediderim eum venerabili Beda, ac Theophylacto, Chriſtum hac nube vſum fuiſse, vt nobis demõſtraret, ſe Deum verum eſse, eumque, qui aſcendebat, non eſse purum hominem. Etenim vt affirmant Patres præcitati, nubes ſẽper habitæ fuerunt pro loco proprio, atque domicilio ipſius Dei, ex quib⁹ ſolitus erat alloqui Num. 13. homines. In nube apparuit Moyſi: *Et deſcendit Deus per nubem, & loquutus eſt ad eum*; in nube Exod. 16. conueniebat Aaronem: *Ecce gloria Domini apparuit in nube*; in nube ſe manifeſtabat ſuper propitiatorium: *In nube apparebat ſuper oracu-Leuit. 16. lum*; nubes aliquando Deo currus fuit: *Ecce Isai. 19. Dominus aſcendit ſuper nubem lucidam*; aliquando vero thronus: *Thronus meus in columna nubis*. Hinc eſt illud Dauidis, qui ad declaran-Psal. 88. dum, nullum eſse Deo æqualem, dicit: *Quis in nubibus æquabitur Domino?* Execrabilis ille Nabuchodonoſor adorari volẽs tamquã Deus, dixit: *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ſimilis ero Altiſſimo.* Chriſtus ergo Dominus ſplendida illa nube in die Aſcenſionis ſuæ circumdari voluit, vt ſignificaret, cum in Dei throno, quæ nubes ſunt, ſedeat, non ſolum hominem, ſed verum etiã Deum eſſe. Sane ſi omnia Chriſti opera attenta mentis acie perluſtrauerimus, in omnibus quãdam diuinitatis ſuæ vmbram, in Aſcenſione tamen ſplendidiſſimos illius radios detegemus. In præſepio recẽs natus frigoris aſperitate tremebat, & cæleſtes Angelorum chori illius natiuitatem cohoneſtabant. Circumcidunt eum tãquam peccatorẽ, Ieſu tamen nomen, quod eſſet ſuper omne nomẽ, ei imponunt. Fugit in Aegyptum, tamquã Herodis furorem timeſcens: at ibi Aegyptiorũ Idola deſtruxit, dæmonum ora cõpeſcuit. Baptizatur in flumine Iordanis, tamquã ſi baptiſmo egeret, & ibi auditur vox æterni Patris, eum Filium vocantis. Cæli pãduntur, diuini Spiritus aura ſuper caput eius in forma cãdidæ colũbæ defluit. Et denique inter duos latrones Cruci affixus, ab vno Rex nũcupatur, & poſt eius mortem ſol obſcuratus, ac petræ ſciſſæ fuerunt. Signa hæc atq portẽta ſpeciem quandam, atque odorem ſuæ diuinitatis præ ſe ferebant. Verum illa ſuæ triũphantis Aſcenſionis die apertiores, ac clariores diuinitatis ſuæ radios emittit, ita vt omnis creaturarum vniuerſitas Creatorẽ, ac Dominum eum agnoſceret: homines è monte Oliueti, tamquã æterni Patris Filium adorant, aer lucẽ, & ſerenitatem nouam induit, cæleſtia corpora nouis ſplendoribus coruſcant, nubes ſplendida ad ſuſcipiendum eũ obuiã venit, Angeli ſuaui laudũ, hymnorumq. harmonia occurrunt; omnes deniq. creaturæ vnanimes hodierna die Deum ſuum eſſe affirmant, æternuſq. Pater, tamquam verum, ac naturalẽ Filium eũ recognoſcit, eiq. regni ſui claues tradit, atq. ad eius dexterã collocat: *Sedet ad dexteram Dei.* Atq. his ſatis ſuperq. cõprobatum arbitror, Chriſti Aſcenſionẽ in ſummũ honorẽ, ſummãq. eius gloriã ceſſiſſe. Videamus ergo, qua ratione, quove modo nobis Aſcẽſio conduxerit. Sane illa adeo, ꝓfuit, vt ſãcti Spiritus aduẽtũ ei debeam⁹, quẽadmodum iam Chriſtus prædixerat *Si ego nõ* Ioan. 16. *abiero, Paracletus nõ veniet ad uos; ſi autem abiero, mittã eum ad vos.* Sacroſancti Spiritus aduentus à mea in cælum Aſcẽſione dependet, inde vobis eũ mittã, vt animis veſtris viuam fidẽ inſpiret, firmã ſpem infundat, corda veſtra ardenti, atque perfecta charitate inflãmet, tenebras intellectus expellat, fragilitatẽ fortificet, varia gratiarum chariſmata, Apoſtolorũ videlicet, Euãgeliſtarũ, paſtorum, ac doctorũ diſtribuat, quibus Eccleſia catholica in dies augeatur, & creſcat. Inſignis huius rei imago fuit cæleſtis illa Eliæ Prophetæ pluuia: ſiquidẽ eum vniuerſum Iudææ regnum, ob triennalẽ pluuiæ inopiã ſumma ſterilitate opprimeretur, ſanctus Propheta ad faſtigium cuiuſdã altiſsimi montis ſe tranſtulit, feruentibus illic precibus Deum deprecans, vt terrã ſiccã, & aqua carentem irrigaret, Deoq. preces offerens, mãdauit famulo ſuo, vt verſus mare aſpiceret, & ei recẽſeret, quidquid videret. Cui famulus: *Ecce nubecula magna quaſi veſtigiũ hominis aſcẽdebat de mari.* Perſeuerante autem Elia in oratione, huiuſmodi nubecula ita excreuit, & breui tẽporis

ſpatio totum cælum operiens copioſum adeo aquarũ imbrem emiſit, vt terram omni genere fructuum abundantem, atque fertilem redderet. Quemadmodum igitur tunc in altum aſcendens nubecula illa tam ingentem aquarum copiam effudit; ita Chriſtus ad altiſſimum cælorum aſcendens, inde diuinã illam ſancti Spiritus pluuiã demiſit: Pſ. 67. *Pluuiã voluntariã ſegregabis Deus hereditati tuæ.* Originale Hebręũ vocat illã pluuiã liberalitatum, pluuiam inquam donorũ, chariſmatum, atque gratiarum, quæ ſuper sãctos Apoſtolos effluxit, vt ab illis tamquam à montibus in vallẽ Eccleſiæ deriuaretur. Totius huius feliciſſimi euentus mihi prognoſticum, & præſagium quoddam fuiſſe videtur ſplendidiſſima illa nubes, in qua Chriſtus ad cælum aſcendit: nam Plin. l. 2. c. 65. vt ait Plinius, ſi cælo ſereno, claro, lætoque exiſtente nubes inter Septemtrionem, & Meridiem oriatur, ſignum euidens eſt, copioſam inde pluuiam naſcituram: naturam enim duorum extremorum participat, atque ita ventos, pluuiamq. prænunciat. Hac ratione Chriſtus admirabilis illa nubes per medium Septentrionis, atque Meridiei aſcendens, ventos, atque cæleſtes pluuias nobis prænunciauit, vnde in die Pentecoſtes dicit Act. 2. S. Lucas: *Quod factus eſt repente de cælo ſonus, tamquam aduenientis ſpiritus vehementis.* ecce Pſal. 67. ventos. Dauide autem dicente: *Pluuiam voluntariam ſegregabis hereditati tuæ*, ecce pluuiam, quæ ſanctam Dei Eccleſiam ita fœcundauit, fertilemq. reddidit, vt è terra in amœniſſimum, ac pulchertimum floſculorum hortum excreuerit, purpureas Martyrum roſas, caſtiſsimarumque Virginum candida lilia germinantem, ac vtrique hemiſphęrio, cęleſti, & terreſtri inſolitam, inſuetamque quandam odorum fragrantiam, ac ſuauitatem emittentem, vt inde euidentiſſime innoteſcat, quantum vtrique conduxerit glorioſa Chriſti in cælum Aſcenſio. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Sexta.

Chriſti Domini mirabilem Aſcenſionem longo interuallo antecellere reliquas omnes aſcenſiones, quas tã humanæ, quã diuinæ recolunt hiſtoriæ, palam fit.

INTER cæteras noſtræ Chriſtianæ religionis excellentias illam non exiſtimarim infimũ locum tenere, quod falſa Ethnicorum gentilitas fabularibus Poetarum ſuorum figmentis eo numquam attingere potuit, vt res tanta admiratione dignas, tãtaq. prodigia, atq. portenta effinxerit, quanta de ſacris Chriſti myſterijs catholica prædicat veritas. Et quoniam iſta partim libro ſecundo, partim libro nono multis teſtimonijs à nobis latius comprobata fuere, idcirco in præſentiarum pro huius veritatis corroboratione, atq. firmitate ea ſolummodo recenſebimus, quæ ad triumphãtis Chriſti Aſcenſionis myſteriũ pertinent. Princeps Latinæ Poetices libro primo Aeneidos ſcribens de Neptuno Deo aquarum, depingit eum incedentem in quodam curru, alatis, & volantibus equis inſtructo:

Flectit equos, curruq. volans dat lora ſecundo. Virg. 1. Aeneid.

Et idem libro quarto refert de Mercurio Deo poeta, fingens eum ſupra maria, atque terras aureis alatum talaribus volaſſe:

---- Et primum pedibus talaria nectit Virg. libro 4. Aeneid.
Aurea quæ ſublimem alis ſiue æquora ſupra,
Seu terrã rapido pariter cum flamine portant.

Atque iterum idem libro ſexto dicit de antiquo illo Dędalo, quem Græci inſtar auium alatum finxere, alarum ſuarum miniſterio de homicidio accuſatum, è fortiſsima arce, maris vndiq. circuitu circumuallata fugientem prouolaſſe:

--- Gelidas enauit ad Arctos. Virg. libro 6. Aeneid.

Quod ſe per aerem ita tranſportauit, vt ad polorum axem peruenerit. Verum, vt hæc omnia prætermittam, quis eſt litterarum humanarum tam expers, qui neſciat Poetas antiquitus finxiſſe, Perſeum Iouis filium, perempta Meduſa, cuius aſpectus homines in lapides conuertebat, in argumentum tam celebris, atq. inſignis victoriæ ab hoc infimo mũdi hemiſphærio ad cælos trãſferri meruiſſe? Nec ignoramus eoſdẽ fabulari, Bellerophontẽ Glauci Regis Ephyræ filiũ, poſt deuictum ferociſſimum Chimeræ monſtrũ, & apertum vngula equi ſui, quem Pegaſum vocãt, admirabilẽ illum Hippocrenes fontem, ad cęleſtiũ conſortia glorioſum & triumphantem pariter delatũ fuiſſe. Icari autem fabula quid vulgatius? quẽ ceræ alę, nimia illarum fretũ fiducia volentem ad cælos volare, ſolis ardore liquefactæ præcipitem in profundum pelagus egerunt? Fictio certe, quã ſacrilegus ille Simon Magus ſibi imitandã propoſuit, ita vt in conſpectu totius populi magicæ ſuæ ſuperſtitionis alis in cælos etiam aduolare præſumpſerit; ſed in medio eius conatu ferventes D. Petri orationis radij, atq. ardores illas, vt tradit Egeſippus, Egeſippus. liquefecerunt, eumq. deorſum, non ſine maxima plantarum iactura, in terram depulerunt: *Vt qui,* veluti refert ſanctus Maximus, *pennas aſſumpſerat, plantas amitteret.* D. Maxim. Plenæ etiam ſunt hiſtoriæ arroganti illa Romanorum vanitate, atque ſuperbia, qui, vt eorum Imperatores, tamquam Dij ab omnibus colerentur, ipſa funeralium die regalem quandam aquilam (vt ſcriptum reliquit Herodotus) Herodotus. quæ diuinitatis, atque aſcenſus eorum ad ſuperos elogium eſſet, ab eminentiori eorum tumuli faſtigio dimittebãt, & huiuſmodi cærimoniæ genus apoſtoſiam appellabãt (quod canonizationem ſignificat.) Hac enim via ipſos deorum immortalium numero aſcriptos eſſe aſſueuerabant. Ac demum magnus

ille

Digitized by Google

D. Aug. lib. 8. de Ciuit. Dei c. 18.

ille Pater D. Auguſtinus libro 8. de Ciuitate Dei refert, ſenatores Romanos, optantes Vrbis ſuæ fundatorem Romulum, vt Deum coli, ſubornaſſe Proculum quendam, vt ſe vidiſſe ipſum ad cælos euolaſſe, tamquam eorum dominum, publice teſtificaretur. Verum enim vero ſi tot Poetarum fabulis, varijſq. Ethnicorum, ac gẽtilium ſuperſtitionibus poſtpoſitis ad diuinas hiſtorias oculos conuerterimus, ſane inueniemus Eccleſiaſtem de Enoch referre, quod placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum, quod aſcendit per aera è terra, in qua exiſtebat, & in aliam regionem ſpatioſiorem, atque amœniorem, videlicet in paradiſum terreſtrem, delatus fuit. De Elia quoque dicit ſacra Scriptura: *Ecce currus igneus, & equi ignei, & aſcendit Elias per turbinem in cælum.* Et de Diuo Paulo memoriæ traditum eſt, ipſi in tertium cælum rapto grandia ſecreta aperta fuiſſe. Porro licet in aliquibus harum, ſimilibuſque aſcenſionibus, tum veris, tum etiam fictis multa hominum adiunxerint ingenia, in alijs vero diuinam ſe demonſtrauerit potentia; earum tamen omnium memoriam vna illa glorioſa Chriſti noſtri Redemptoris Aſcenſio obliuione vindicat, penituſq. obſcurat. Quippe ſi Neptunus, ſi Mercurius, ſi Dædalus alas habuere, ſane non niſi maria cũ illis tranſuolaſſe feruntur: at illæ Chriſti alæ tantæ virtutis, tantæq. erant potentiæ, vt ijs ignis, atque aeris regionẽ tranauerit vniuerſam, ſuique volatus viribus vltimos cælorum cardines, atque faſtigia ſuperarit. Si Perſeo poſt obtruncatam Meduſam ſerpentem ad ſuperos euolaſſe conceſſum fuiſſe permittimus; Chriſtum etiam deuicto antiquo illo ſerpente dæmonio, proſtratoque ferociſſimo illo dracone, morte videlicet, quippe: *Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit*, in præmium tam illuſtris, tamq. inſignis victoriæ, glorioſum, atque triumphantem ad altiſſimos diuini domicilij receſſus tranſmigraſſe non ignoramus. Si Bellerophon feroci illo Chimeræ prodigio domito, ac inuento Hippocrenes fonte vna cum ſuo Pegaſo ad cælos elatus fuiſſe traditur, figmentum profecto eſt iſtud, atque inuentum Poetarum: at vero Chriſtus ſine cuiuſpiam ſuffragio ſolo corporis ſui immortalis equo ſubnixus, feroci illa beſtia, mundo ſcilicet debellato (*Ego vici mundum*) & aperto documentis ſuæ doctrinæ præclaro illo diuinę ſapientiæ fonte, vbi non Muſæ Poetis cognitæ, ſed Chriſtianæ animæ commorantur, cũ ingenti cæleſtium omnium iubilo, atque applauſu ad antiquam illam cæleſtis patriæ gloriam remeauit. Si Icarus, & nefarius ille Simon Magus in altum ſeſe extulerunt, id omne ſane pennis artificialibus obtinuerunt, & talibus quidẽ, vt nec cælum attingere potuerint, cum in medio ſui volatus ab incœpto deſiſtere, atq. hic in terram, ille vero in profundum pelagus decidere nõ ſine magna animi perturbatione, atque confuſione coacti fuerint; at Chriſtus cum ſumma, atque incredibili cõſtantia à glorioſo Aſcenſionis ſuæ volatu nõ deſtitit, ſed eodem, quo cœperat motu progreſſus eſt, donec in altiſſimo cælorum ſedem ſuam collocauit. Neque porro id magiæ (vt Simõ Magus) ſed diuinæ virtutis miniſterio effecit. Et ſi Romani ſuis Imperatoribus diuinitatis dignitatem aſcribere totis viribus elaborauere, eiſq. pennas pro cælorum peragendo conſcenſu addidere: non immerito Iuſtino martyri in 2. ſua Apologia ludibrio fuere, dum in eos ita ludit. *Imperatores, qui apud vos è vita excedunt, immortales eſſe vultis, quendamq. iuratũ producitis, qui Cæſarem combuſtum in calũ ex igne reuerti viderit*: at Chriſtus, neque diuinitatem, quam habet, neque pennas, quibus ad eminentiſſimos cælorum vertices tranſuolauit, à ſubditis ſuis, ſed ab æterno Patre rerum omnium opifice ſuſcepit. Si Romani quoq. ſenatores, vt omnes gentes Romulum Vrbis conditorem, tamquã Deũ adorarent, nihil facere omiſerũt, vti talem ad ſuperos eũ aſcendiſſe affeuerantes, idq. falſiſſimo Proculi cuiuſdam teſtimonio, afferentis, ſe illius fuiſſe pręſentem aſcenſui, probauerunt: bene profecto D. Cyprianus eorum arrogantiam, atque impudentiam illudit, dũ ait: *Romulus præſente Proculo Deus factus eſt*, quod idẽ tradit Tertullianus, dicens: *Romulus ſtalis mẽdacũ aſcendit in cælum*: at Chriſtus ad Aſcenſionis ſuæ veritatem cõprobandam non falſos, nõ ſubornatos, ſed Apoſtolicos inducit teſtes; non vnicum, vt erat Proculus, ſed plures, eoſq. conteſtes, ac omni exceptione maiores, vt eorum perſonæ, eorumq. dicta nulla ratione taxari, nullaq. calũniantium iniquitate conuelli queant. Et quamuis Elias, & Enoch è terra fuerint ſubleuati, id tamen non vt ad cæli, ſed terreſtris paradiſi auram tranſmigrarent, effectum fuiſſe legimus, vbi hodie permanent, atque Antichriſti aduentum expectaturi permanebunt: ſed Chriſtus ad cælos euolauit: *Aſſumptus eſt in cælum*, non in curru igneo, qui formidinem incutit, ſed in ſplendida, atque lucenti nube: *Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* Demum ſi S. Paulus in cælos, non tamen vltra tertium raptus fuit, Luca atteſtante: *Raptus eſt vſque ad tertium cælum*, & nihilominus, vt ipſemet teſtatur, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſciebat: Chriſtus autẽ, vt inquit S. Thomas, vſq. ad conuexã vltimi cęlorum ſuperficiem aſcendit, neq. id raptu quodam imaginario, aut ſolo animo, ſed & corpore, quod cum eo ſimul ad cælum glorioſum peruenit. Verum vt vniuerſas iſtas Aſcenſionis Chriſti prærogatiuas, atque excellentias prætermittam, vnam attingam ſolummodo, tamquam earum præcipuam, & ad quam poeticæ fictiones, hominumq. ingenia numquam attingere potuerunt, cum nullo vnquam tempore vel in eorum deuenerit cogitationem, hominum quempiam proprijs viribus, atque virtute, ſine alieno ſubſidio volare potuiſſe, ita vt his alas, illis talaria, iſtis equos, alijs vero currus aſcripſerint; Eliæ etiam currum igneum, Enoch, & Abacuch, Angelos, qui illos per aerem veherẽt, attribuerint. Ceterum Chriſtus in illa glorioſæ ſuæ, atque triumphalis Aſcenſionis die propria virtute,

Eccl. 44. — 4. Reg. 2. — 2. Cor. 12. — Eccleſia Romana in præfat. reſurrectionis. — Ioan. 16. — D. Cyp. de vanit. Idol. — Tert. contra Marcion. — Marc. 16. — Actor. 1.

pio-

proprijſque viribus fretus ad cælum aſcendit, quemadmodum prædixit Iſaias: Yſai. 63. *Iſte formoſus in ſtola gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ* vtitur hoc dicendi genere, vt nobis ſignificet, quod diuinitatis, atque animæ ſuæ ſanctiſſimæ virtute in altum gradiebatur, neque ei corporis deerat poteſtas, cum inſigni illo agilitatis dono præditus eſſet, quod ab incluſa gloria in corpus redundabat. Quæ omnia quẽadmodum ſine medio aliquo à Chriſti aſcendentis perſona proueniunt, ita apud omnes indubitatum eſſe debet, aſcenſionem huiuſmodi proprijs eius viribus, non alienæ virtutis auxilio contigiſſe; & ob tam ſingularem illius Pſal. 101. excellentiam Dauid paſſerem ſolitarium Chriſtum vocaſſe non immerito crediderim, cum in volandi modo ſit vnicus, ſolus, ac ſingularis: ob eandem quoque rationem arbitror Eccleſiam iure optimo Aſcenſionem admirabilem vocaſſe: nam quamuis alia etiam quamplurima corpora per aerem aſcendiſſe ſcriptum inueniamus, tamen id (vt nuper dicebam) non eorum propria virtute, ſed alieno contigit ſubſidio: ita, vt merito Chriſti Aſcenſio tamquam res rara, admirabilis fuerit appellata, & quam, vti talem, felices illi Chriſti diſcipuli admirabantur, dum eiſdem ſuſpicientibus dixit Ange-Act. 1. lus. *Quid admiramini aſpicientes in cælum?* Quãobrem non abs re erit hoc loco Hieremiæ de Chriſto loquentis verba explicare, dum dixit: Hier. 39. *Quaſi leo aſcendet de ſuperbia Iordanis*. Refert Euſtratius. enim Euſtratius auctor antiquiſſimus, tantam eſſe leonis, eiuſque ſanguinis generoſitatem, vt quamuis fortitudo, atque virtus cordis ceterorum animantium ex ſtellarum, ac cæleſtium ſignorum influxu valde dependeant, illiſque ſpecialiter ſubordinentur; nihilominus vis illa leonis ita egregia ſit ſui natura, vt ab huius ſpeciali dependentia, atque ſubordinatione libera penitus exiſtat. Si igitur Chriſtus ex ſui naturæ ingenuitate, ac conditionis generoſi-Apoc. 5. tate leo eſt, Ioanne dicente: *Vicit leo de tribu Iuda*; ſane quando ad cælos tranſmeauit, illa propria eius virtute, non ab alio quopiam, aut alieno dependens auxilio aſcendit. Et quamuis veritas ſe habeat, eum nube circũdatum, prout Pſal. 103. Dauid prædixerat aſcenſurum: *Qui ponis nubem aſcenſum tuum*; non tamen illa adminiculi, aut ſuſtentaculi ſedes erat, aut vehiculum, cum ipſe eam ſuſtineret, atque veheret, ſed ad ornatum, pompamque glorioſiſſimæ ſuæ Aſcenſionis deſeruiebat. Itaque, vt nunc paucis ſuperius dicta perſtringam, hæc eſt glorioſæ Aſcenſionis Chriſti prærogatiua, hæc ſingularis eminentia, quod hodierno die aſcendit, non alis, aut pennis artificialibus, vt Neptunus, Mercurius, atque Dędalus: non cereis, vt Icarus: non arte magica, vt Simon: non aquilæ fallaci ingenio, vt Romani imperatores: non falſorum teſtium atteſtatione, vt Romulus: non curru igneo, vt Elias: non in puncto, vel momento temporis, vt Enoch ſed paulatim translatus fuit: *Viden-*Act. 1. *tibus illis eleuatus eſt*: non quopiam imaginario aſcenſu, vt Ezechiel, aut Diuus Ioannes in ſua Apocalypſi: non demum raptu, aut mentis extaſi, vt Diuus Paulus: ſed reuera, corporaliter, & ſenſibiliter gradiens, ſupra omnes cælos propria ſua virtute eleuatus fuit. Nam quamuis Deus per ſe ſolum moueri, ipſaque humanitas per ſe ſolam in altum aſcendere nequeat, cum ipſa tamen humanitate coniunctus Deus alio diuertere, ipſa vero humanitas in altum conſcendere poteſt. Atqui, vt huiuſce rei veritatem vobis ob oculos clarius exhibeam, ingenioſo illo Alciati de cæco, & clau-Alciatus in ſuo emblemate. do tractantis vtar emblemate, qui dum ad ripam cuiuſdam fluminis ſimul ſtarent, & ad alteram illius partem tranſgredi deſiderarent, vnicuique tamen eorum per ſe ſolum id obtinere eſſet impoſſibile, cum claudus pedibus, cæcus vero oculis caret, ita ſibi inuicem ſubuenerunt. Cæcus claudum humeris impoſuit, atque ita claudus cæcum oculis, cæcus vero claudum pedibus docebat, ſicque alter alterum iuuando ad alteram fluminis partem ſibi inuicem tranſitum dedere. Ita etiam nec diſpari ratione, cum ob magnam Dei immutabilitatem, & immenſitatem ei impoſibile ſit per ſe ipſum ad cælos è terra moueri: *Ego enim Do-*Mal. 3. *minus, & non mutor*: atque ipſa humanitas in altum per ſe ipſam aſcendere ob põderoſam corporis grauitatem eam deorſum detinentem minime valeat, vtique diuinitas cum humanitate ſe coniungens, pedes humanitas Deo, vt moueri poſſet; humanitati autem Deus virtutem impertitus eſt, vt ad cælos ſe eleuaret, & regni ſui poſſeſſionem acciperet, in dextra Dei Patris ſedens. cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſęculorum. Amen.

Homilia Septima.

Chriſti Domini Aſcenſionis ſplendidiſſimum triumphum proſequimur, in illa verba: Sedet à dextris Dei, qua multiplici tam ſacrarum, quam humanarum litterarum eruditione explicãtur, ſimulque aperitur, in qua empyrei cæli parte Chriſtus Dominus thronũ ſuum locarit, & an ſedens, vel ſtãs in eo reſideat.

PRIVSQVAM ad varios circa propoſita verba certantium Doctorum ſenſus progrediar, turpiſſimum quorundam errorem, cuius D. Auguſtinus Aug. c. 15 de Agone Chriſti. meminit, in primis refellere operæpretium dux:. Ait enim

Digitized by Google

enim nonnullos hæreticorum aſſeruiſſe, Chriſtũ non reuera, ſed ficte, ac metaphorice in cælum aſcendiſſe, opinionis ſuæ fundamentum ſumentes ex illo Diui Ioannis: *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo.* Ex quo ipſi etiam inferebant, Verbum diuinum in tantum in terram deſcendiſſe, in quantum ſub humanæ naturæ humilitate magnitudinem ſuam, potentiamq. occultauit, abſque vlla tamen cum carne hypoſtatica vnione: & verſa vice in tantum in cælos aſcendiſſe, in quantum terrarum orbi gloriam, & maieſtatem ſuam in Chriſto oſtentauit. Quin etiam præcitati loci verbis innitentes, Chriſti humanitatem iure in cælis non eſſe, aſſerere non erubuerunt: *Nemo,* inquiebant, *in cælum aſcendit, niſi qui de cælo deſcendit*: ergo cum Chriſti humanitas de cælo non deſcenderit, ſequitur in cælo ſecundum realem, & veram exiſtentiam minime eſſe. At catholica veritate edocemur, Chriſtum reuera in cælum conſcendiſſe, vt diſertis verbis tradit S. Lucas, dicens: *Et ferebatur in cælum,* idque vnanimi conſenſu confeſſi ſunt vniuerſi Patres Concilij Nicæni, ex Symbolo Apoſtolico edocti, quod & prædixerat Dauid multis in locis, inter quæ obſeruatione digna ſunt illa verba: *Parauit in cælo ſedem ſuam,* quibus aperte præſupponebat, eum reuera illuc fore aſcenſurũ, vt illius loci corporalem poſſeſſionem caperet. Neque huic tam manifeſtæ veritati quidquam refragantur verba illa: *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo*: ſiquidem, vt prudenter aduertit Theodoretus: *Non alius deſcendit, & alius aſcendit, ſed aliter aſcendit, & aliter deſcendit.* Quod & ab Auguſtino in commentario eiuſdem loci clarius expoſitum legimus, dum ait: *Quia aſcendere eſt perſonæ, non naturæ, niſi in quantum eſt in perſona; eadem perſona Chriſti deſcendit, & aſcendit. Deſcendit quidem ſine corpore, aſcendit vero corpore induta.* Hoc iam confutato errore, varia ſunt circa intelligentiam illorum verborum, tam priſcorum, quam recentiorum Doctorum placita. Quippe omiſſo, quod Dei tamquam veri ſpiritus, nulla poteſt eſſe manus, aut dextera, aut ſiniſtra, quæ tametſi concederetur, neutiquã dextera Filio deberetur, cum apud omnes catholicos indubitatum ſit, Spiritum ſanctum eiuſdẽ eſſe dignitatis, & maieſtatis, cum illo: non ergo honoratior locus Filio deberet dari, quam Spiritui ſancto. Deinde cum Pater aliarum perſonarum origo, & fons ſit, & hac ſpeciali præ ceteris diuinis perſonis polleat dignitate, quod a nulla alia procedat; reliquæ vero ab eo originẽ ducant: certe ratione huius dignitatis dextera deberet ei aſcribi, non Filio. Permulti neoterici Doctores hac preſſi difficultate in eam abiere ſententiam, vt antiquitus ſiniſtram dextera digniorem fuiſſe affirmauerint, idq. comprobare contendunt ex eo, quod, vt S. Thomas recenſet, in antiquis illis Diui Petri, & Pauli Apoſtolorũ imaginibus, D. Petrus ad ſiniſtram, Paulus autẽ ad dexteram collocarentur, quæ conſuetudo huc vſque perdurat, vt patet tum in ſacro palatio, tũ in bullis ſummorum Pontificum: & tamen apud omnes indubitatum eſt, D. Petro, tamquam Eccleſiæ catholicæ, ac Apoſtolorum principi primum, & digniorem locum dari. Euſebius vero recenſet, Conſtantinum adhuc ætate tenerum Imperatoris patris ſui dexteræ aſtitiſſe. Quin & huic opinioni ſacræ litteræ opitulari videntur: legimus enim Salomonẽ Regem matri ſuæ Bethſabeæ ad eum introeunti occurriſſe, eamque ad throni ſui dexteram collocaſſe. Et Propheta Dauid, loquens de Rege ſponſo, quod Reginam ſpõſã ad dexterã locarit, ait: *Aſtitit Regina a dextris tuis.* Eſt autem ſatis compertum, dedecere perſonam publicam, etiam patri ſuo, aut matri in publicis actionibus primum locum deferre; vnde non immerito antiquitas laudabile illud, atque inſigne Fabij factum celebrauit, vtpote qui dum conſulatus fungeretur officio, patrem ſuum ſibi obuium equitantem aſpiciens (quod apud Romanos in conſulum præſentia prohibitum erat) ſatellitem miſit, qui, vt ex equo continuo deſcenderet, eum admoneret; qui filij ſui mandato lubenti animo obtemperauit, & eundẽ tamquam conſularis dignitatis zelotypum collaudans cenſuit. Cum ergo, aiunt, Salomon matrem in publico actu ad throni ſui dexteram collocauit, primarium ei locum non detulit, ſed inferiorem. Cauſa autem, qua antiqui moti fuere ſiniſtram digniorem reputare, ea, inquiunt, fuit, quod ij, qui illuſtrem aliquem virum comitabãtur, aptiorem locum ad eum protegendum, cuiuſmodi eſt dextera, ſumebant, & veluti defenſores, ac cuſtodes a dextris ei aſſiſtebant. Vnde etiam fiebat, quod illuſtrioris perſonæ latus ſiniſtrum, medium locum obtineret inter latus ſiniſtrum protegentis, & dexterã protecti. Hincq. originem traxit, quod ij, qui ita ad alicuius dexteram tamquam defenſores illius incedebant, antiquitus *laterones, aut ſtipatores,* nuncuparentur. Eadem etiam de cauſa D. Petro Apoſtolorũ principi, cui tamquam Chriſti in terris Vicario primus, digniorque locus erat debitus, in imaginibus, ac litterarum Apoſtolicarum ſigillis ſiniſtram, D. Paulo dexteram, tamquam illius defenſori, nudum præ manibus gladium geſtanti Romani aſſignauerunt. Ex qua ſingulari doctrina illius ſequaces colligunt, æternum Patrẽ in illa glorioſa Aſcenſionis die, Chriſto dicentẽ: *Sede a dextris meis,* non digniorem, ſed proximũ a ſuo loco attribuiſſe locum, ipſumque ſiniſtram tenuiſſe, vti maieſtate, & auctoritate digniorem habitam. Verum hæc ſententia vulgi tantum aures demulcens, mihi probari non poteſt: fundamentum enim illius, dexteram videlicet antiquitus inferiorem fuiſſe dignitate, debile admodum iudico. Nam præterquam id falſum eſſe cenſent D. Hieronymus, & S. Ambroſius, ex Geneſi euidenter nobis contrarium demonſtratur: dum enim Patriarcha Ioſeph ad patris ſui dexteram filium ſuum Manaſſem collocaſſet, ſanctus ſenex Ephraim illi præferre volens, manus cõmutauit, ac dexteram ſuper Ephraim, ſiniſtram vero ſuper Manaſſem poſuit, quem inferiorem futurum prænunciabat. Quinimmo Chriſtus in Euan-

Ioan. cap. 3.
Ibidem.
Luc. Actor. 1.
Conc. Nicæni Symb.
Pſal. 113.
Theod. in c. 4. ad Ephes.
D. Aug. in comment. illius loci.
S. Tho. in epiſt. ad Galat. lect. 2.
Euſeb. lib. 1. de vita Conſtant. c. 13.
3. Reg. 2.
Pſal. 44.
Pſ. 109.
Hieron. in c. 5. ad Ephes.
Amb. ſer. 68
Gen. 48.

Digitized by Google

Euangelio teſtatur, ſe prædeſtinatos ad dexteram, damnatos vero ad ſiniſtram poſiturum. iudicauit igitur ipſe illam hac multo digniorem. Nec videntur admodum vrgere, quæ in contrarium allata ſunt: etenim ſi Salomon, aut ſponſus, ille matrem, hic ſponſam ad dexteram poſuere, id ſolum indicat, eis præ ceteris alijs primum locum dediſſe, ſed non digniorem ſuo. Ad illud autem de imaginibus DD. Petri, & Pauli Apoſtolorum apprime reſpondet D. Thomas, quod quemadmodum in ſacris litteris per ſiniſtram præſens vita, per dexteram vero cæleſtis ſignificatur: hinc eſt, quod ſicut S. Petrus à Chriſto, in hac mortali vita exiſtente, ſanctus vero Paulus, poſtquam Chriſtus in cælo æterna vita gauderet, vocati fuerunt, hac ratione moti, S. Petrum ad ſiniſtram, Paulum autem ad dexterã collocarunt. Aliam vero reſponſionem inſtituto noſtro admodum congruam ſuggerit nobis doctiſſimus ille Io. Molanus, qui id effectum fuiſſe autumat ad ſummam D. Petri humilitatem demonſtrandam, qui cum omnibus maior eſſet, inferiorem tamen locum ſibi elegit, vt ſucceſſoribus ſuis exemplo eſſet capiendi pro illorum inſigni humillimum illum titulum: *Seruus ſeruorum Dei*. Verum omiſſa hac explanatione, tanquam magis curioſa, quam vera, D. Athanaſius, S. Ioannes Damaſc. ac S. Chryſoſt. locum huiuſmodi exponunt de Chriſto in quantum Deus eſt, ita vt per dexteram, diuinam eius maieſtatem, & cum æterno Patre æqualitatem intelligant: *Qui nõ rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo.* Et ſane paraphraſis iſta recte admodum in D. Paulo fundari videtur, vtpote, qui cap. 1. Epiſt. ad Hebr. probat Chriſtum Deum eſſe: *Quia ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.* Porro ſanctus Theodoretus in hunc D. Pauli locum, & Cyrillus Alexandrinus eundem de Chriſto, in quantum homo eſt, intelligendum eſſe aſſerunt, adeo, vt quod æternus Pater illum à dextris poſuit, id fuerit ei tantum honoris, tantumque maieſtatis attribuere, vt propter vniuerſale dominium ei in omnes creaturas conceſſum, in proprio ſuæ maieſtatis throno collocarit, & ipſum latriæ cultu coli, atque adorari voluerit. Cuius rei imaginem quandam nobis ob oculos poni videmus in Salomone, qui in proprio Dauidis patris ſui throno ſedit: *Salomon autem ſedit ſuper thronum patris ſui, & firmatum eſt eius regnum nimis.* Verum obijciet aliquis, Chriſtum hæc omnia ante eius in cælum aſcenſionẽ habuiſſe; aliquid ergo ab his diuerſum eſt, quod in die Aſcẽſionis ad dexteram Dei Patris ſediſſe ſancta confitetur Eccleſia. Huic obiectioni reſpondeo, Chriſtũ in Aſcenſione diuinæ excellentiæ, & ſupremæ ſuæ dignitatis ſingularem manifeſtationem, ac claritatem recepiſſe, quam quidem ipſe antea à Patre poſtulauerat, dicens: *Nunc clarifica me tu Pater apud temet ipſum claritate, quam habui priuſquam mũdus eſſet, apud te*: id eſt, manifeſta hominibus me tibi æqualem eſſe, & Deum verum de Deo vero. Demum quia Chriſtus in glorioſa illa triumphantis Aſcenſionis

Thom. Epiſ. Adelaid.

Io. Molanus c. 37 de imaginibus.

D. Athana. ora. 3. cont. Arrianos. Damas. l. 4. de fide c. 2. Chryſo. hom. 1. ad Heb.

Ad Philip. 2

Paulus ad Heb. c. 1.

Cyrill. Alex. l. 12. theſ. uni cap. 7.

3. Reg. 2.

Ioan. 17.

ſuæ die, imperij, ac regni ſui poſſeſſionem apprehendit, ibique excellentiſſimum inter omnes locum, ac ſupremam eum ſumma auctoritate ſedem obtinet, propterea etiam æternum Patrẽ à dextris ſuis eum collocaſſe aſſerimus. Verum ne in hoc prolixiori forſan dicendi genere vti videar, indagemus modo, quo in cęlo, aut in qua illius parte Chriſtus ſibi ſedem, thronumque locari delegerit. Neſarij illi Seleuciani hęreticę prauitatis ſectatores, vt D. Auguſtinus atteſtatur, aſſerebant, Verbum diuinum in Aſcenſionis die ſe humanitate ſua exuiſſe, humanitatemque ipſam in ſplendenti ſolis globulo locaſſe, iuxta illud Dauidis: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*. Et Serapion Epiſcopus, referente Sixto Senenſi, Origini aſcribit, Chriſtum in Aſcenſionis ſuæ die in ſole ſubſtitiſſe, nec vlterius fuiſſe progreſſum, prędicto Dauidis loco innitenti. Vnde etiam Manichæi, vt ſcribit etiam ſanctus Auguſtinus, ſolem adorabant tamquã locum quẽdam ſacrum, in quo Chriſti corpus depoſitum conquiſceret. At vt recte Pamphilius martyr in quadã apologia ſua teſtatur, nõ modo Origenes in hunc errorẽ nõ incidit, quin potius eum euidenter refutauit in explanatione illorum verborum, eaque allegorice explicat, ſicut & S. Auguſtinus, licet diuerſa ſub allegoria ea expoſuerit: tabernaculum enim putat glorioſum Chriſti corpus eſſe, quia animę velut domicilium, & tabernaculum eſt, & illud ait poſuiſſe in diuina perſona, quam per ſolem intelligit. Nicolaus autem de Lyra, alijque quamplurimi interpretes ad litteram de ſole ipſo prædicta verba exponunt, cui ait Dauid cælum pro tabernaculo traditum eſſe. Verum quidquid de hoc ſit, Chriſtum in ſole ſubſtitiſſe, pugnat euidentiſſime cũ D. Pauli doctrina, aſſerentis eum ſuper omnia cælorum faſtigia tranſuolaſſe: *Aſcendit ſuper omnes cælos.* Compertum eſt autem, ſolem in quarto cælo eſſe, ac ſuper illud plures alios exiſtere, quidquid nonnulli delirantes Aſtrologi oblatrent. Porro hic tria præcipue diſcutienda occurrunt. Primum eſt, An Chriſtus intra ipſum cælum an extra illud ſit. Noſter Alexander Alenſis eum intra cælum empyreum eſſe aſſeuerat, eiuſdemque ſententiæ fuit Durandus, fundanturque in eo, quod Chriſtus corporaliter videt, & à Beatis corpore conſtantibus corporaliter videtur: viſio autem fieri nequit ſine ſpeciebus viſibilibus, quæ ab obiecto ad potentiam attingere minime poſsũt, niſi per diaphanũ aliquod corpus pertranſeant, quod cum extra vltimum cælorum non reperiatur, neceſſario dicendum eſſe videtur, Chriſtũ intra illud exiſtere. Verum Angelicus Thomas aſſerit, totum Chriſti corpus extra vltimam cælorum ſphæram exiſtere, ita, quod pedum plantis conuexam cæli empyrei ſuperficiem attingat. Quod etiam ſignificauit D. Paulus, dicens: *Excelſior cælis factus*: idemque antea prædixerat Dauid: ſiquidem vbi vulgata noſtra tranſlatio dicit: *Aſcendiſti in altum*, Græci interpretes verterunt: *Aſcendiſti in faſtigium*. Quam interpretationem ſequitur Ter-

tullianus

Aug. lib. de hær. c. 59.

Pſ. 18.

Sixt. Sen. 5. annot. 104.

Pamph. martyr in quadam apolog.

Lyr. & alij interpretes.

Ephes. 4.

Alex. Al. 3 par. q. 13. Durand. 4. 3 diſtinct. 22. q. 8. art. 7

D. Thom. 3. par. q. 57. art. 4. ad 2 argum.

Ad Heb. 7

Pſal. 67.

Digitized by Google

Tert. lib. 5. contra Mar. cap. 3. Nicol. Lyra. in Pſ. 67. tullianus contra Marcionem;& eidem ſenteutię conſentiens Nicolaus de Lyra in Pſalmum 67. dicit,quod Chriſtus aſcendit ſuper extremitatē cęli empyrei,quod eſt excelſius ſuper omnes cælos. Nec ratio Alexandri de Ales, & Durandi videtur mihi eſſe alicuius momenti, cum per cælum,& per ipſum corpus Chriſti,& cuiuſcunque alterius Beati, propter eximiam eorum claritatem,ſpecies viſibiles diffundi, & multiplicari facile poſſint vſque ad viſiuam potentiam. Secundū quæſitū eſt, in qua cæli parte Chriſtus thronū ſuū,ſedēq. locarit: etenim quāuis aliquibus videatur ad Orientē,propter illud Dauidis:

Pſal. 67. *Pſallite Deo, qui aſcēdit ſuper cælū cæli ad Orientē*: eadem tamen ratione dici poteſt, thronum Chriſti in Occidente eſſe: ſiquidem in eodem Pſalmo dicit: *Qui aſcendit ſuper occaſum: Dominus nomen*

Ibidem. *illi*. Vnde Nicolaus Lyrenſis primum locum explicans, dicit, quod quando Dauid refert de Chriſto: *Qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orien-*

Ibidem. *tem*,ſignificat,quod Chriſti Aſcenſio fuit a monte Oliueti,qui eſt in Orientali Hieroſolymorum

Ibidem. parte. Dum vero ſecundo loco dicit: *Qui aſcendit ſuper occaſum*,id dixiſſe, ad ſignificādum,Chriſtum eo direxiſſe iter ſuum, vt confirmaret, & approbaret id,quod Iſraelitis mandauerat,vt ad Occidentem orarent,Idolorum cultoribus ſe opponentes,qui cum ſolem, tamquam Deum colerent,ad eius Orientem orabant,vt ex Ezechielis

Ezech. c. 8. cap. 8.colligitur. Eadem quoque de cauſa præcepit Deus,vt conſtat ex Exodi cap. 26. vt taber-

Exodi 26. naculum,in quo erant Sancta ſanctorum, Occidentem verſus collocaretur. Porro ſi coniecturæ hic quidquam deſeruire poſsunt, rationi admodum conſentaneum eſſe videtur dicere, Chriſtū in medio conuexæ cæli empyrei ſuperficiei thronum poſuiſſe. Etenim omiſso nunc, quod locus ille medius omnium digniſſimus eſt, nō ignoramus etiam ſolem in Planetarum medio exiſtere,& indiuiſibile cuiuſque ſphæræ centrum in medio illius obtinere ſedem. Sic igitur Chriſtū, qui tamquā ſol iuſtitię, cæleſtem illā Hieroſolymam illuminat,& in cuius aſpectu, veluti in centro quodam,Beati conquieſcunt,non immerito in medio cælorum collocaſſe ſedem arbitrabimur. Sed cum diuinæ litteræ illius thronum, ſedemque nobis ſatis aperte innuant,non eſt,quod ab eis vllatenus recedamus. Capite 14. Iſaiæ

Iſa. cap. 14. legimus,Luciferum thronum ſuum ponere præſumpſiſſe in eodē loco, vbi Chriſtus proprium ſuum collocaret. At ipſe Lucifer dixit ſe illū poſiturum in Aquilone: *In cælum aſcendam, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis*. Igitur Chriſtus thronum ſuum in eadem cæli parte collocatum habet,quam ipſe occupare ſuperbe appetierat. Confirmatur id potiſſimum ex illo

Pſal. 47. 3. Pſalmi 47. *Latera Aquilonis ciuitas Regis magni*. habet ergo Chriſtus thronum in latere Aquilonis. Tertium tandē reſtat examinandum,num Chriſtus in cælo ſtet,vel ſedeat? Diuus Paulus

ad Eph. 2. cap. 2. ad Epheſios videtur clare docere,Chriſtum ſedere: *Qui conſedere nos fecit in cæleſtibus in Chriſto*. Verum nullus ſanctorum Patrum hunc D. Pauli,aut ei ſimilē illum Symboli locū: *Sedet ad dexteram Patris*, de corporali Chriſti conſeſſu,ſed de gloriæ eius dignitate, atque excellentia intelligit: vnde rationi cōſentaneum magis eſſe videtur,Chriſtum ſuper cęlum empyreum ſtare; ſtantem enim vidit illum ſanctus

Act. c. 7. Stephanus: *Video cælos apertos,& Ieſum ſtantem a dextris Dei*. Et quamuis nō inficiemur,verbum illud, *ſtantem*, exponi poſſe, vt idem ſignificet, quod exiſtentem: in quo ſignificatu vſus fuit Matth. 16.

illo Chriſtus Dominus,dum ait: *Sunt de his ſtantibus,qui non guſtabunt mortem*,id eſt,de hic exiſtentibus: Diuus tamen Chryſoſtomus, plurimi-

que alij Patres Græci,in commentarijs huius loci explicant verbum illud, *ſtantem*, pro,in pedibus conſiſtentem. Et quamuis etiam verum ſit, quod locus iſte,eo etiam ſenſu acceptus, tem hanc omnino certam,& exploratam non faciat, cum recte Chriſtus,qui prius ſediſſet, tunc ſurgere,& ſtare potuiſſet, vt dilecto ſuo Stephano promptitudinem,qua eum adiuuare, & fauere paratus erat,demonſtraret, vt exponit ſanctus Gregorius homilia 24. in Euangelia: at proculdubio glorioſi corporis perfectioni magis congruit,erectum,& ſtantem eſſe, quam ſedentem: ſedemus enim,ne corpus nimio labore fatigetur,& cum defeſſum eſt,conquieſcat. Vnde cum glorioſum Chriſti corpus omnis laſſitudinis ſit incapax;non eſt cur dicamus ipſum ſedere in cælo,ſed ſtantem eſſe: vnde in hac poſitione veriſimilius eſt Deum creaſſe hominem in ſtatu innocentiæ,& non iacentem, aut ſedentem. Veroſimilius igitur eſt,Chriſtum in cælo ſtare. Cui ſit honor,& gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Chryſ. ho. 16 in Act. Ap.

Greg. ho. 24 in Euang.

Homilia Octaua.

Proſequimur aliter clariſſimum Aſcenſionis Chriſti triumphū, palam facientes,quibus honoris indicijs tum à Patre, tum ab Angelis, & alijs creaturis in cælum exceptus fuerit.

ASCENSIONIS Chriſti Domini honorem, & gloriam contemplans Iſaias,hæc verba prędixit: *Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes*. Vnanimis eſt Patrum ſententia, Ambroſij, Auguſtini, Hieronymi, Origenis,& Arnobij,per montem Chriſtum Do-

Iſai. 2. Ambr. ſup. Luc. c. 19. D. Aug. q. in Euang. 29. Hier. ſuper Iſai. cap. 2. Orig. hom. 1. in Cant. & homil. 4. in Matth. Arnob. ſup. Pſal. 67.

minum

minum intelligi, magnum quidem, & excelſum virtute, & incomprehenſibilem cogitatu. Sed videamus, quando hic mons factus, quando præparatus, quando eleuatus, quando tandem ad eum confluxere omnes gentes, maxime, quod cōfluere non ad ſuperiorē, ſed ad inferiorē locū fluxū deſignat, Chriſtus autē cōſcendens in cælū, inferiora deſeruit, ſublimia petijt. Hic mons factus eſt, quando *Verbum caro factū eſt*; pręparatus eſt, quādo, vt vnigenitus à Patre, plenus gratia, & veritate Patri obediens, quāuis excelſus mōs, humilis vallis conditiones induit; eleuatus fuit in vertice montiū, quando in præmiū eximiæ eius humilitatis, & abiectionis excelſior cælis factus, ſuper empyrei cæli cacumen ſedē ſuam locauit, propter quod & tunc, & modo, ac ſemper iuſti cuncti ad eum fluere cōtendent, ſi quomodo aſcendant ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, ſicque ſecum ſcandant, ac ſedeant: nam, vt in centonibus Proba Falconia cecinit:

Ioan. 1.
Heb. 7.
Iſai. 2.
Proba Falconia in centonibus.

Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, iuuat vſque morari,
Et conferre gradum, & dextræ coniungere dextram.

Confluere autem illos dicit ad montem, vt ſignificet, quod quemadmodum aqua natura ſua in inferiorem locum propendit, & ideo ſi ſurſum aſcendat, quandam violentiam patitur, eam tamen libenter ſuſtinet, vt muneri ſuo, quatenus pars eſt vniuerſi, ſatisfaciat; ita iuſti tamquā habentes corpus, quod aggrauat animam, licet ad inferiora deijciantur; ipſi tamen contra nituntur, & violentiam ſibi inferunt, quia *regnum cælorum vim patitur*, &, *violenti rapiunt illud*, & quia membra myſtici corporis Chriſti ſunt, capite ſurſum ſe ferente, ſurſum & ipſa feruntur, & cum Dauid inceſſanter proclamant: *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius?*

Pſ. 23.

Ceterum, vt ad honoris, & gloriæ inaudita indicia in hac Chriſti Domini Aſcenſione à Deo Patre, & creaturis ei exhibita accedamus, illud in primis obſeruare oportet, quod quamuis humanitas Chriſti dum aſcenderet, pluſquam ſol in ortu ſuo præfulgeret, nec egeret his, quę ſolitum eſt in triumphis ad pompam, & apparatum triumphantis exhiberi; eis tamen neutiquam carere voluit, vt ſpectaculum intuentibus magnificentius fieret, & maieſtas triumphantis magis innoteſceret; dumque alios exornaret, illum non exornarent, aut decorarent, ſed potius decorarentur ab eo, velut ſtellæ à ſole, quæ non illuminant illum, ſed illuminantur ab eo. Licet autem permulta de gloria huius triumphi in ſuperioribus effuderim, argumentum adeo fœcundum eſt, vt materia dicendi numquam deficere poſſit. Addam ergo illis, quæ de Romanorum triumphis dixi, quædam alia noſtro inſtituto nō parum conſentanea, quorum auctores D. Iſidorus, Plutarchus, & Tranquillus: hi duo vltimi auctores tradunt neminem triumphi gloria potiri potuiſſe, niſi qui quinque millia hominum in bello occidiſſet. Vnde aiunt Iulium Cæſarē noluiſſe triumphantem Vrbis portas ingredi, antequam quinque illas inſignes obtinuiſſet victorias, primam Gallicam, ſecundā Alexandrinam, tertiam Ponticam, quartam Africanam, quintam Hiſpalenſem. Non diſſimiliter Chriſtus Dominus triumphi gloriam renuit ſibi vſurpare, quouſque de quinque infeſtiſſimis hoſtibus victor euaſiſſet, Dæmone ſcilicet, mundo, peccato, morte, & populo Hebræo. Aliā præter hanc triumphi conditionem commemorat D. Iſidorus, nempe, quod celebrari non poterat abſque totius Senatus conſenſu, & vnanimi ſuffragio: ſed nec hæc conditio Chriſti triūpho defuit: Senatus enim Angelorum omnium concordi ſuffragio non ſolum ei conſenſit, ſed illum, quantum potuit, auxit, & ſplendidiorem reddidit, omnibus victoriā triumphantis acclamantibus. Refert etiam D. Iſidorus, ſolitum eſſe triumphantem purpura indutum, corona laurea redimitū, & manu ſceptrum, cuius vertici aquila inſidebat, geſtantem incedere, ac tandem in curru triumphali vſque ad Iouis Capitolium duci, vbi inſignis orator eloquentiſſimam orationem, multis encomijs triumphantem ad cælum vſque efferens recitabat. Hæc ad amuſſim obſeruata cerno in Chriſti ad cælos aſcendentis triumpho Primo Verbum diuinum carnis purpura indutū aſcendit, vnde Angeli proclamarunt: *Quare rubrum eſt veſtimentum tuum?* Secundo corona redimitum proceſſit, vt prædixerat Dauid: *Gloria, & honore coronaſti eum.* In manu imperij ſceptrum geſtabat, quia ſceptrū exactoris ſuperauerat: *Sicut in die Madian*, vt prædixit Iſaias. Currus triumphalis fuit, quem regius Vates pręedixit: *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætātium.* Nec defuerunt captiui, quos ſecum duceret, Paulo atteſtante: *Captiuam duxit captiuitatem*, ſed non, vt conſueuit alijs triumphantibus, ſeruituti addicendam, ſed in libertatem dandam, quia nouus is triumphans non venit captiuare, & opprimere, ſed liberare, redimere, & conſolari. Ac tandem ad Capitolium non Iouis, ſed ad dexteram æterni Patris conſcendit, vbi non vnus adfuit orator, ſed tot diſertiſſimi, ac eloquentiſſimi oratores, quot Spiritus Angelici, qui triumphantē ſummis encomijs laudare cœperunt, & nunc, & in ſæcula ſæculorum laudabunt.

D. Iſido. lib. 18. etymol. c. 2. Plut. & Tranquil. de Caſ.
D. Iſid. vbi ſup.
D. Iſid. vbi ſup.
Iſai. 63.
Pſal. 8.
Iſa. c. 9.
Pſal. 67.
Ephes. 4.
Pſal. 85.

Hæc tamen, quæ de Chriſti Domini glorioſo triumpho paucis perſtrinxi, placet maiorē eius in gloriam latius, ac fuſius diſſerere. Reticent illa Euangeliſtæ, non diffiteor: ſed quare? non alia ratione, niſi quia incredulis fidem non facerent; fidelibus vero permulta, eaque præclara tam ex ſacris, quam ex profanis litteris licet contemplari. Nam ſi Iudith, quando Holofernem obtruncauit, Iſrael totus proceſſit obuiam; Eſther, quæ populum liberauit, vel externi commendabant; Moyſem, qui Aegyptum & afflixit, & nudauit, etiam gentiles ſequebantur; Dauid, qui bella feliciter geſſit, vſque modo Hebræa gens extollit; nec Salomonem, qui percircuitum regna fecit tributaria, ſibique amica, &

Iudith. 15.
Eſther. 7.

ca, &

Digitized by Google

-ca,& pacifica,ceſſant admirari:quid ni & Chriſtum, qui hiſce maiora, meliora, & diuturniora cęli,& terrę incolis prę̄ſtitit bona, hęc à ſuis in Aſcēſione mirabili accepiſſe encomia affirmabimus? Coronatur Pōtifex, & Roma vbiq. luminibus claret; Imperator eligitur,& cōuiuia paſſim in Germania celebrantur. Ad ſolium Rex in Polonia ſublimatur, & fit totius regni conuentus omnium ſtatuum, vt Regem magnificent: & eum, *Qui eſt Rex Regum, & Dominus dominantium*, (*Apoc. 19.*) admittemus ire ad ſolium Patris, vt ſolet ad ardua montium aquila, ceruus ad petrarum abrupta, nauis piratica ad portum; & vt fur ſolus, aç ſilens ad theſaurum? apage: (*Pſal. 65.*) *Omnis terre adoret te, & pſallat tibi* ò Chriſte: (*Pſal. 18.*) *Et cæli enarrent gloriam tuam*; & Angeli numquam laudare ceſſent. Contemplare ergo fidelis, quem Angelus per capillos capitis inter cælum, & terram eleuat, vt videas, quem non licet loqui mirabilia, quæ in Chriſti Domini aſcendentis triumpho acciderunt. Oportet enim, vt contemplatio narrationem noſtram longius tranſcendat. Nam vt rectè Sedulius:

(*Sedul. praef. lib. 5 hiſt. Euang.*)

Si cuncta ſacris voluiſſent tradere chartis
Facta Redemptoris, nec totus cingere mūdus
Sufficeret denſos per tanta volumina libros.

(*Act. 1.*) Cum primum intuentibus diſcipulis in monte Oliuarum cœpit ſacroſanctum Chriſti corpus cum ingenti omnium ſtupore altius ſubleuari, & ouans triumphum proſequi, tunc inquit inſignis Arator Poeta:

(*Arat. l. Act.*)

Nec ceſſant elementa ſuo ſeruire Tonanti,
Stella comes pręgreſſa Magos venientis honorē
Militat.

Voluiſſet tunc terra & hortos memorabiles, ſiluas denſiſſimas montium, & collium, & campeſtrium arbores,& herbas eradicari, & flores omnes euelli, & proſterni creatori ouanti. (*3. Reg. 6. 1. Paral. 15. 2. Par. 35.*) Nec tantam animalium multitudinem mactauit quondam Dauid, vel Salomon, vel Ioſias ante arcam, quantam tunc obtuliſſet terra, ſi potuiſſet, quando non iam typica, ſed vera illa arca Domini proceſſit ad locum, qui præparatus erat ei. Immo etiam terra mortuos dediſſet, ſi placuiſſet eius dominatori: interim tamen Dauide id atteſtante: (*Pſal. 113.*) *Montes exultauerunt, vt arietes, & colles ſicut agni ouium*. Quemadmodum & Virgilius cecinit in bucolicis:

Ipſi lætitia voces ad ſidera iactant
Intonſi montes.

(*ibidem.*) Quod ſi ab eis quæras: Montes, *quid exultaſtis ſicut arietes?* reſpondebunt, quid miramini nos exultare, quando (*ibidem.*) *A facie Domini mote eſt terre, à facie Dei Iacob?* Id reuera factum Hebræi affirmant, quando ad montem Sinai venit An- (*Exod. 19.*)

-gelus, legem daturus. Quid igitur, putas, terram, & montes feciſſe, quando magni conſilij Angelus, & Dominus vniuerſorum aſcendit in gloriā Patris ſui? Mare etiam ſuo creatori exultauit: *Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus*. (*Pſal. 92.*) Flumina ex eo profluentia mare imitabantur: *Eleuauerunt flumina vocem ſuam*, (*ibidem.*) quia Arca Noe ſuper montes cæleſtis Armeniæ eleuabatur. (*Gen. 8.*) Volucres cæli non defuerunt, quibus ætherea regio triumphanti Domino obſequium ſuum præſtitit: illæ enim cantuum melodia, prout auctor concefferat, triumphanti Chriſto famulabantur. Silentio etiam nulla ratione præteribo, quod & Chriſti triumphum ſplendidiorem, ac celebriorem reddit. Dum enim eum ſummo iubilo Aſcenſionem proſequeretur, (*Ouid. vers. 2. lib. 5.*) & micantibus radijs omnia replēs ad mediam aeris regionem, quæ ex ſententia Philoſophorum, per tria milliaria à nobis diſtare creditur, perueniſſet, quid putas, legiones dæmoniorum innumeras illuc incluſas, vt ex communi Patrum ſententia Theologi tradunt, (*Theol. in 2. diſt. 12.*) tunc effeciſſe? ſane id quod Dauid eis prædixit: *Turbabuntur à facie eius*. (*Pſ. 67.*) Equidem *Turbati ſunt, & moti ſunt, ſicut ebrius*. (*Pſ. 106.*) Aderant ibi inter illa dæmoniorum agmina, fauni, ſatyri, & alij huiuſmodi, qui inde varijs præſtigijs homines dementicabant, fulminum prodigijs turbabant, grandinibus fruges conterebant, diluuijs ædificia deuaſtabant, & alia pene innumera mala patrabant. In hos ergo infeſtiſſimos humani generis hoſtes, vt olim in Sodomitas:

Tunc ſol exoritur toto feruentior igne
Irato fulgore micans, radioſque ſeueros
Dirigit.

Sol quidem iuſtitiæ Chriſtus ſuis ſplendoribus habitatores illius regionis turbauit, omneſque contabuerunt, vt ſolent rei, qui iudicem iratum adeſſe cernunt: vnde impletum fuit, quod Dauid dixit: *Ortus eſt ſol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur*. (*Ps. 103.*) Nam dæmones, vt ait Incognitus, (*Incognitus.*) Chriſti maieſtate territi fugati fuerunt. Verum quia non poterant fugere à facie Domini, exiſtimarim compulſos fuiſſe ſtare; cum fugam arripere tentarunt: tum vt confuſionem ſuſtinerent in conſpectu Domini, totiuſque Sanctorum glorioſi cœtus; tum vt triumphanti Chriſto (tametſi inuiti, & reluctantes) genua flecterent, iuxta illud Pauli: *In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum*. (*Philip. 2.*) Quantum hic dolor dæmones contorſerit, facile eſt coniectare. Videbant enim hominem, acerrimum eorum hoſtem, ad Dei gloriam exaltatum, regnumque, & imperium, quod ipſi appetierant, ei datum, ſeſeque ei ſubiectos, ac propter eum hominibus ceteris, quos deſpexerant, & inferiores natura probe agnoſcebant. Hinc iam tranſcendere cœpit Chriſtus Dominus cæleſtes orbes,& quamuis eius corpus mixtum,

& compoſitum eſſet, ſimplicia cælorum corpora, nullo ſciſſuræ veſtigio derelicto, quæ nulla fuerat, propria virtute penetrauit. Luna, quę ſecundum Iſidorum eſt quaſi *Luminum vna*, & iuxta Ambroſij ſententiam: *Eſt decor noctis, dominatrix maris, & moderatrix humorum*; vt Marcianus teſtatur, ſolique in nouilunio, & in linea ecliptica generat eclipſim: nunc ſub pedibus humanitatis Chriſti Domini ſternitur. Mercurius, quem eloquentiæ Deum fingebat antiquitas, ſilet ad tranſitum ſapientiſſimi, ac eloquētiſſimi Pręceptoris noſtri, in quo tota Dei ſapientia deliteſcit. Venus planeta beneuolus, qui in piſcibus regnat, ſed in virgine regnum perdit ſecundum Ptolemæum, tametſi in Chriſtu non habeat quidquam, ad introitum eius beneuolum, & præfulgentem ſe præbuit, vt opere ipſo veneretur, & agnuſcat auctorē ſuum. Quid dicam de ſole, qui vel ad occaſum properabat, vel ſub noſtro tunc hemiſphæriu erat? non retraxit radios, ſed ſplendidius ſcintillans clariores illus emiſit, dum coram ipſis triumphare diſpoſuit ſol iuſtitiæ Chriſtus. Mars, qui belli auctur fingitur, nunc recipit pacis auctorem, & arma omnia ſua triumphanti cedit. Iupiter, quem Deorum ſummum excors, & inſana gentilitas antumabat, aureis ſuis radijs tranſeunti Chriſto per cælum ſuum acclamabat: *Ipſe fecit nos, & non ipſi nos*. Saturnus planeta ſuo modo agnouit ſaturitatem aduentare; quę nedū temporalium, ſed cæleſtium opulentiam, & felicitatem aſportaret. Ad firmamentum deinde cum venit Chriſtus ſplendor Patris, præ nimia eius alacritate videbantur ſtellæ cæli non expandere lumen ſuum, vt Ioel prædixerat, & ſtellæ ſplendorē ſuum non excitare, vt Chaldæus tranſtulit: ceſſerunt vt ſtillæ cataclyſmo, vt oceano riuuli, vt immēſo igni paruæ ſcintillæ, vt Aſſuero Aman, vt Salomoni Tyrus, vt Alexandro vniuerſa terra, quæ *ſiluit in conſpectu eius*. Tandem empyreum cæli cacumen iam iam Chriſtu aſcenſuro, contemplatur D. Ambroſius multitudinem illam ſanctorum Patrum, quæ illum comitabatur, factam eſſe velut ſedem, qua Chriſtus glorioſe ſcandebat. ſic enim ait: *Solebat, ſicut dicunt, Regum triumphantium currus captiuorum pompa præcedere: Ecce Dominum euntem ad cælos non præcedit, ſed comitatur glorioſa captiuitas: nō ante vehiculum ducitur, ſed ipſa euehit Saluatorē. quodam enim myſterio, dum Filium hominis extollit ad cæli, ipſa captiuitas portatur, & portat*. hæc S. Ambroſius. Portat quidem (intelligendum eſt) non eleuans corpus, nec aliquod fulcimentum præbens illi, qui vt nubes volat, ſed ad gloriam, & magnificentiam aſcendentis quærens ſe illi approximare, ſeque ſolium exhibere, vt licet in multitudine fortitudinis ſuę graderetur, quaſi ſedes geſtatoria, collectio illa Sanctorum videretur Chriſto adhærere: quemadmodum in examine apum, quæ volantem Regem comitantur, in gruum multitudine, & in exercitu militū, qui equitantem ducem circumdat. Humeris igitur Sanctorum inſidente Domino, & portis cæleſtis Hieruſalem appropinquante cœperunt Angeli, qui illum comitabantur, ad eos, qui in cælo empyreo triumphantem ſummo honore excepturi expectabant, clamare: *Attollite portas Principes, veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ*. Sed cur (quæſo) nunc clamant, non aperite portas, non leuate, ſed attollite? nonne ſufficiebat ad ingreſſum triumphantis Chriſti portas cæleſtis Hieruſalem reſerari? In ingreſſu Dauid poſt victoriam, quæ triumphum hunc pręfigurabat, non leguntur ablatæ portæ, ſed apertæ. Baptizatu etiam Chriſto, aperti ſunt ei cæli: vt enim annotauit Euthymius: *Veteris vtique Adam inobedientia paradiſum nobis clauſit, noui autem obedientia cælum nobis aperuit*. Reſpondeo huic difficultati cum Diuo Chryſoſtomo, quod videntes Angeli, quod cæli iam numquam erant claudendi, ſed omnes peccatores pœnitentes in cælum aſcenſuri, quantumcumque enormibus peccatis onuſti fuiſſent, iudicabant minime iam neceſſarias portas cæli, & ideo non dicunt: *Aperite portas*, quæ iam in baptiſmo Chriſti fuerant apertæ, ſed, *attollite portas, Principes, veſtras*. Diuus Damaſcenus tradit, in hoc Chriſti ſolemni, ac celebri ingreſſu, omnes cæleſtes Angelorum hierarchias ſummum, quem potuere, ei honorem, ac reuerentiam, triumphum Regis ſui celebrantes, detuliſſe: *Interim*, ait, *toto illo decurſu ab empyrei introitu vſque ad ſummos Angelorum ordines, ò Chriſte, humanam naturam vna tecum aſcendentem conſpicientes, ſumma admiratione perculſi, ſine vlla intermiſſione laudes tuas celebrant*. ſed quas, quæſo perſcrutemur. Certe Angelorum chorus ait: *Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine*, qui ad fideles terræ reſpexiſti. Archangelorum ſecundus chorus: *Miſericordias Domini in æternum cantabo, quoniam dixiſti, in æternum miſericordia ædificabitur in cælis*. Tertius Virtutum cecinit: *Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime*, quia tu altiſſimus in æternum Domine. Ad ſecundam hierarchiam cum veniſſet, occurrerunt Poteſtates, ſimulque laudem intonant: *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, & pſallam in gloria mea, quia magna eſt ſuper cælos miſericordia tua, & vſque ad nubes veritas tua. Exaltare ſuper cælos Deus*. Subſequuntur Principatus pariter cantantes: *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votū in Hieruſalem. Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis*. Statim Dominationes eructarunt: *Afferte Domino, filij Dei, afferte Domino gloriam, & honorem: Adorate Dominum in Chriſto eius*. Quamprimum ad proximam acceſſit hierarchiam, ecce Throni obuiam clamant: *Thronus tuus Deus in ſæcula ſæculorum*. Volant illico Cherubim, dicentes: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in mōte ſācto eius*. Deniq. Seraphim laudē eius non ſilent: *Tu Dominus altiſſimus ſuper omnem terram, nimis exaltatus es ſuper omnes Deos*. Hoc eſt profecto

iubi-

Marginal notes (left column): Iſid. l. etym. — Amb. in exa. mero. — Ptol. de pla. net. grad. — pſal. 99. — Ioel 3. — 1. Mach. 1. — D. Amb. ſer. 3. Pentec.

Marginal notes (right column): pſal. 23. — Matth. 3. — homil. 4. in Matth. — Dam. de aſ. cen. Chriſti — pſal. 100. — pſal. 88. — pſal. 91. — pſal. 56. — pſal. 64. — pſal. 28. — Hebr. 1. — pſal. 47. — pſal. 96.

Digitized by Google

iubilum, hæc vox exultationis, quam omnes Angelorum chori emiſerunt Domino aſcendente, quod iuxta Gregorij ſententiam in die Aſcenſionis Chriſti in albis apparentes, non obſcure indicarunt. ſic enim ait: *Quid eſt, quod nato Domino, non in albis veſtibus, aſcendente autem Domino, in albis veſtibus Angeli apparent, niſi quod tūc magna ſolemnitas Angelis facta eſt, cum in cælum Deus homo penetrauit? quia naſcente Domino, videbatur humanitas humiliata, at aſcendente Domino eſt humanitas exaltata.* Sed his laudibus non contenti ſpiritus illi Angelici, aliud grandioris laudatinnis genus excogitarunt, referente Chriſto Domino, quæ per ipſum in ſingulis eorum choris operabatur Deus. Amat namque in Seraphim vt charitas, nouit in Cherubim, vt veritas, ſedet in Thronis vt æquitas, dominatur in Dominationibus vt maieſtas, regit in Principatibus vt principans, agit in Poteſtatibus vt ſalus, tuetur vt virtus in Virtutibus, in Archangelis reuelat vt lux, & aſſiſtit vt pietas in Angelis. Acceptū ferūt Chriſto Seraphim, quod Deo per exceſſum amoris appropinquent, & inextinguibilem lucem habeant, qua ceteros perfecte illuminent, & excitent ad feruorem, vt Iſaiam, Iſaia. ad quem vnus de Seraphim volauit: Cherubim, quod plenitudinem ſcientiæ habeāt, qua Deum vident, & in eo omnia, noſque erudiunt, vt Ioannem, quem ſuſtulit Angelus in montem magnum, & altum, illique oſtendit ciuitatem Apocal. Hieruſalem: Throni, quod ſedes ſint Dei, per eos Deus diſcernat iudicia, & ſubiecta diſponat, Act.7. legemque tradat, iuxta illud: *Accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum*: Dominationes, quod participationem veri dominij, quod eſt in Deo, ſortiti fuerint, à ſeruili conditione liberum, & tyrannide, quo alijs diuina myſteria imperant: Principatus, quod ducatum præbeant inferioribus ad explenda myſteria, quæ à Deo impe- Pſ.67. rantur, iuxta illud: *Præuenerunt Principes coniuncti pſallentibus*: Poteſtates, quod valeant coercere eos, qui opera Dei impediunt, vt Exod.14. Raphael Aſmodeum, & Angelus, qui inter Aegyptios, & populum Iſraël ſe interpoſuit: Virtutes, quod ad virtutis opus, & miraculorum miniſtri ſint, virilem quandam, & inconcuſſam habentes virtutem, abſque timore aggredientes, quod miniſterij eſt proprium: Archangeli, quod principes nunciorum Dei aſſignentur, ſub quorum ordine vnicuique Angelorum officia deputantur ab eis; Archangeli enim præſunt Angelis: Angeli, quod voluntatem Domini denunciare hominibus ſint ordinati. Itaque quidquid boni in cælis poſſident ſpiritus beati, ad Chriſtum ordinant, illique vt principi, ac principio, & principatum in omnibus tenenti referunt, & inceſſanter cantant ipſæ tres hierarchiæ. Prior intonat: *Sanctus*, qui eſt Filius Patris: reſpondet ſecunda, *Sanctus*, qui erat in principio apud Deum, antequam quidquam fieret: repetit tertia, *Sanctus*, qui venturus eſt in cōſummationē Sanctorum, vt tradat regnum Deo & Patri. Accedit ad hunc honorem, quem creaturæ ſuo exhibuere creatori, alius, quem æternus Pater longe illo excellentiorem Chriſto triumphanti impertiuit, ad dexteram ſuam illum collocans, omnia imperio illius ſubijciens: *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues* Pſal.8. *& boues vniuerſas, inſuper & pecora campi.* Hoc eſt, Angelos ſanctos, qui vt oues Deo ſemper fuerunt ſubiecti; homines iuſtos, alios docentes, qui velut boues ſpirituali animarum agriculturæ inſeruiunt; pecora campi magnates intelligit Hieronymus, & merito, cum plerumque velut animalia rationis expertia viuant: Volucres cæli contemplatiuos accipe; piſces vero maris vitæ actiuæ deditos. Sedulius hanc Chriſti ſublimitatem ſuper omnem creaturam conſiderans, apte ſatis cecinit:

Iam ſuper aſtra ſedet, cuncti exultate fideles:
Perfide quid ſaeuis? iam ſuper aſtra ſedet.

Sed paucioribus verbis regius Vates id dixit: *Gloria, & honore coronaſti eum Domine. Gloria,* Ibidem. inquit Hieronymus, cum in eius deſcenſu inferi Hieronym. claruerunt *honore*, cum vicit mortem: *coronas*, cum circumdatus Sanctorum choro triumphans rediit ex inferno. Magiſter autem ſententiarum ſuper Pſalmo octauo; *Gloria*, hoc eſt Lombar. in Pſ.8. *corporis incorruptibili claritate, & honore, vt omnibus ſit venerabilis*. Id autem, quod honorem, & gloriam Chriſto collatam mirum in modum commendat, illud præcipue eſt, quod non velut fumoſi mundi honores, euaneſcere poſſit, ſed permanens, firma, & ſtabilis, & in æternum, & vltra duratura ſit, quod nullus vnquam aſſecutus eſt eorum, qui nomen ſuum voluerunt in terris celebrare, vel armis, vt Aſſyrij, vel ſapientia, vt Athenienſes, vel diuitijs, vt Aegyptij, vel operum curioſitate, vt Corinthij, & alij alijs huiuſcemodi. Vnde qui in his primatum habuit, dixit: *Cumque me conuertiſſem* Eccl.2. *ad vniuerſa opera, quæ fecerunt manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtra ſudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole.* Sed agite, vbi eſt domus Principis, quam Nero voluit auream dici? Vbi tabernacula impiorum, quæ Arbaces, Soſarmos, Diocles in Media, in Perſia Cyrus, Cambyſes, Artabanus, in Syria, & Aſia Seleucus, Antiochus, ac ſimiles in regnis alijs, atq. Imperijs ſtruxerunt? Cecidit, cecidit Babylō illa magna, quæ vino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes gentes. Illa quidem, quam Nem- Gen.11. broth ædificauit, quæ idololatriam inuenit, & per orbē diffudit, & cecidit Babylon omnis, quæ prioris cōfuſionem imitata eſt, vt Niniue, vt Tyrus, vt Sidon, Memphis, Troia, & huiuſmodi, quę olim fuerunt ſedes Dynaſtarū Aegypti, Dictatorum Romæ domus ampliſſimæ; habitatores autem vbi? Erunt ſicut paleæ ante faciem venti, & ſicut fauilla, quā turbo diſpergit. Quia in diē perditionis ſeruatur malus, & ad diē furoris ducetur; vel iuxta Chaldæum: quoniam in diem interitus ſeruatur malus, in diem, quo furores inducentur: *Tunc* (vt Danielis vtar ſymbolo) *contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, ar-*

gentum, & aurum, hoc eſt bellator, & imperium, quod ferro vel acquiſiuit, vel conſeruauit. Artifex, qui opus vanitatis, vel ad ſuperſtitionem, vel ad curioſitatem conflauit: auarus, ac diues, qui æs multum collegit, ac fructus, dixitque: *Anima mea, habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare*: ſapiens apud ſemetipſum, qui perdit ſapientiam in decore ſuo: & hypocrita, qui cum nihil ſit, ſe aurum ſimulat. Horum figmenta, & ſpectra redacta ſunt quaſi in fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento, nulluſque locus inuentus eſt. Vbi Cyrus, qui pro Imperio tantum effudit ſanguinem? Vbi Plato, quem Græci pre ſapientia diuinum appellabant? Neque Scopas, neque Timotheus, qui Artemiſiæ Reginæ Cariæ pro marito mauſolæum, vnum è ſeptem mirabilibus mundi, condiderunt, neque Simon Magus, aliuſue falſorum hominum reperitur in terra: *Transierunt, & ecce non ſunt, cecidit flos; verbum autem Domini manet in æternum*. Quid plura? poſtquam Chriſtus Dominus aſcendit in cælum, nemo vnquam fuit, qui Dei nomen ſibi vſurpare tentaret. Id enim ſolum debitum erat Chriſto, qui quanto Angelis excelſior, tanto præ illis excellentius nomen hereditauit, nomen certe Dei, quia naturalis Filius erat Patris. Caius Imperator licet diu contenderit, voluerítque Deus ab omnibus coli, vt tradunt Philo, Suetonius, & Diodorus, id tamen non eſt aſſecutus; immo ob immane illud ſacrilegium gladijs confoſſus cum vxore, & filia occubuit. Quam pœnam ſuſtinuit quoque Domitianus ob ſimile flagitium, vt teſtatur Philoſtratus. Atque hinc eſt, quod prouidente Deo, eodem tempore, quo Chriſtus cælum ſcandit, & ad dexteram Patris ſedere cœpit, Tiberius Monarcha ſecundus poſt Auguſtum, ſe Dominum à quocumque dici vetuerit, ſi credimus Suetonio in vita eius id referenti; neque vt ſcribit Diodorus, vllum templum ſibi proprium extrui, nec ſe in vllo alio coli paſſus ſit; quin & nomen Patris patriæ à ſenatu ſibi oblatum recuſauit, vt tradit Tacitus, ſed neque his contentus, à ſenatu enixe poſtulauit Chriſtum Dominum, tamquam verum Deum ab omnibus deinceps haberi, vt Tertullianus, Euſebius, Oroſius, & Gregorius Turonenſis, & alij grauiſſimi auctores ſcriptis tradiderunt.

Luc. 12.
Iſai. 40.
Philo l. de legat. ad Caium.
Suet. in Caio c. 22.
Diod. l. 59.
Philoſtr. in Tyado l. 7.
Sueton. in vita Tiber. c. 27.
Diodor. l. 57 hiſt. Rom.
Tacit. lib. 1. annal.
Tertull. in apolog. c. 5.
Euſeb. lib. 2. hiſt. c. 2.
Oroſ. l. 7. c. 4
Greg. Tur. l. 1. c. 4.

Porro poſtquam iam vidimus, & pro modulo noſtro contemplati ſumus honorem, & gloriam, tum à Deo Patre, tum à cælicolis omnibus, tum à planetis, & elementis triumphanti Chriſto exhibitam, contemplemur tandem, ſi placet, laudes, quibus Beatiſſima Virgo, orantis Mater, & diſcipuli eius hoc eodem tempore intonabant. Nec enim credibile eſt, quibus poterant, laudibus, & encomijs triumphantem Chriſtum non cumulaſſe: immo Hieremias id non obſcure prædixiſſe mihi videtur: *Tunc lætabitur Virgo in choro, iuuenes, & ſenes ſimul*: quænam Virgo hæc, niſi illa, de qua Iſaias: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium?* quinam iuuenes, & ſenes, niſi de quibus Ioel: *Somnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt?* Hi ſunt Apoſtoli, vt & Rabbini ipſi tradunt, præſertim Rabbi Samuel Maazochianos. Somnium ſomniarunt cum futura prædixerunt, & viſiones viderunt, quando Spiritum ſanctum in linguis igneis ſuper capita eorum deſcendentem conſpexerunt. Hinc Virgo ſacra primatum in choro illo tenens intonare cœpit: *Exaltabo te Deus meus Rex, & benedicam nomini tuo in ſæculum, & in ſæculum ſæculi*. Tunc Apoſtolorum corypheus Petrus ad omnes conuerſus dixit: *Venite exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro, præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei*: reſpondit diſcipulorum multitudo: *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius. Confeſſio, & magnificentia opus eius, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi*; denique communis, ac priuata laus erat: *Dominus regnauit, exultet terra, lætentur inſulæ multæ: Dominus in Sion magnus, & excelſus ſuper omnes populos*. Sed ne & nos à Chriſti laudibus, & celebratione huius glorioſi triúphi ceſſemus, regius Vates, vt pſallamus, nos inuitat: *Pſallite Domino noſtro, pſallite pſallite Regi noſtro, pſallite*. Vbi obſeruatione dignum eſt, vt & Incognitus ſuper Pſal. 40. annotauit, quod quater repetit, *pſallite*, vt quatuor modis Chriſto Domino honorem exhibeamus, poſtulando, obſecrando, orando, & gratias agendo. Quorum meminit Bernardus in hæc verba: *Reuerentiam Chriſto offerre debemus quadrupliciter, poſtulatione, obſecratione, oratione, & gratiarum actione. Poſtulatio eſt, quam primam ponimus circa obtinenda temporalia neceſſaria vitæ, in qua Deus poſtulantis approbans bonam voluntatem, facit tamen quod melius ipſe iudicat. Obſecratio vero in exercitijs ſpiritualibus eſt annexa ad Deũ inſtantia, quibus ante gratiam ſuccurrentem, qui apponit ſcientiam non apponit niſi dolorem: Oratio vero eſt hominis Deo adhærentis familiaris quædam, & pia allocutio. Porro gratiarum actio eſt in intellectu, & cognitione gratiæ Dei bonæ voluntatis indeficiens ad Deum, & irreflexa intentio*. Vt ergo regius Vates ad hos quatuor pſallendi modos nos inuitaret, quater repetit, *pſallite*, *pſallite Deo noſtro* poſtulando, *pſallite* obſecrando, *pſallite* orando, Regi noſtro *pſallite* gratias agendo. Sed aduertere oportet, fratres, laudes à nobis Chriſto Domino exhibendas non præcipue conſiſtere in canticis, ſiue mente tenus, ſiue ore prolatis, ſed in operibus ex feruenti charitate elicitis, aut imperatis; quod vt nos edoceret Dauid, conſulto vſum fuiſſe arbitror verbo illo *pſallite*: nam ſi linguæ Latinæ peritiſſimis credimus, proprie idem eſt, quod geſtu corporis gaudium mentis exprimere. Vnde recte Incognitus præcitato loco ait: *Pſallere à pſalterio ſcriptum eſt, quia Dauid decantabat Domino non ſolum voce humana, ſed principaliter, pſalterium decem chordarũ manu tangẽdo. Quid autem per pſalterium decem chordarum intelligitur, niſi decalogus decem præceptorum?* Tunc

Hier. 31.
Eſa. 7.
Ioel. 2.
Rabbi Sam. Maazoch. l. de aduentu Meſſiæ c. 12.
Pſal. 144.
Pſal. 94.
Pſal. 110.
Pſal. 96.
Pſal. 98.
Pſal. 46.
Bern. in ep. ad Cart.
Incogn. vbi ſupra.

ergo

ergo pſallimus Domino, cum decem Domini præcepta manu tangentes adimplemus opere. Collaudemus igitur (fratres) Chriſtum triumphantem, non ſolum voce, & mente, ſed & opere: ſic enim promerebimur cum ipſo regnante regnare. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Nona.

Multis ſacræ Scripturæ locis pulchre elucidatis oſtenditur, viã, per quam Chriſtus Dominus in cælum aſcendit, fuiſſe humilitatem, ac proinde hanc eandẽ viam nos ingredi oportere, ſi cum Chriſto illuc conſcendere cupimus.

NEC fruſtra, fratres, intexendæ hac homilia operam impendam, nec modicum ex ea fructum percepiſſe me arbitrarer, ſi vobis cæli iter panderem, ſcalamque, per quam in æternam beatitudinem conſcenditur, palam detegerem. Equidem iudicio meo auſim aſſerere, olim & Deũ, & hominem eiuſdem propoſiti fuiſſe. Vterque enim ad eundem finem, & ſcopum tetenderunt. Appetijt homo Deo ipſi ſimilis eſſe, diabolico Gen. 3. ſerpente illi ſuggerente: *Eritis ſicut Dij*: deſide- ibidem. rauit & Deus hominem ſimilem fieri Deo, vnde in eius creatione ad ſimilitudinem, & imaginem ſuam illum efformauit, & in eius ſancti- Gen. 1. ficatione diuinæ naturæ conſortem fecit. Idem ergo proculdubio Dei, ac hominis erat ſcopus, verum in adhibendis medijs ad illum pertingendum magna fuit diſparitas, ingens conſiliorum diſcrepantia. Certe hominem falſa ſui fefellit opinio, vt qui non recta, ſicut decebat, via ad inſtitutum proceſſit, ſed Luciferum infeſtiſſimum humani generis hoſtem in propoſiti ſui conſultorem imprudens adhibuit, qui idem, quo ipſe Isai. 14. antea vſus fuerat, conſilium dedit, vt videlicet ſe ſimilem Altiſſimo fieri, & ad deitatis thro- Gen. 3. num aſcendere tentaret: *Eritis ſicut Dij*. Quod ſane cõſilium peruerſum adeo, & inſanum fuit, vt aſcendens deſcenderet, & præceps in ſuperbiæ barathrum decideret. Vnde dum ſuper ſtellas thronum, ſedemque ſuam ſe collocaturum ibidem. credebat (*Eritis ſicut Dij*) in profundam inferni abyſſum prolapſus eſt. Hac igitur fallacia Satanas hominem circumuenit. Deus autem Optimus Maximus videns hominem à recto tramite deflexiſſe, voluit eum ad rectum iter reducere, per quod ſine dubio aliquo ad cæli faſtigia cõſcenderet. Hoc fuit humilitatis iter, hominis opinioni omnino contrarium, quippe qui aſcendendo aſcendere cogitaret: at humilitas nos deſcendendo aſcendere docet, & quod, qui humilius deſcendit, eo glorioſius aſcendit. Vnde propterea Chriſtus ceteris omnibus ſublimius, altiuſque euolauit, quoniam præ ceteris humilius ſe deiecit, vt egregie annotauit ſãctus Gregorius his verbis: *Quia naſcente Domino humi-* Greg. ho. 29. *liata eſt diuinitas, aſcendente Domino eſt humilitas exaltata.* Manifeſtum eſt, quod quanto quis in altiori loco eſt, tanto magis poteſt deſcendere. Cum ergo Chriſtus Dominus adeo excelſus eſſet, vt Dei altitudinem æquaret, liquido conſtat, nullum magis deſcendere potuiſſe, quam illum: vnde quia plus omnibus ſe deijciens deſcendit, plus omnibus eſt exaltatus, ad eundem certe modum, quo in fontibus contingit, quorum aqua quanto magis deſcendit, tanto poſtea ſublimius aſcendit, fortiuſque ſcaturit. Quod non obſcure edixit D. Paulus: *Quod au-* Eph. 4. *tẽ aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit ad inferiores partes terræ, vt adimpleret omnia?* Quid præſepi inferius, & humilius! quid Cruce abiectius, quæ tunc infamis ſupplicij patibulum erat? & tamen eo Chriſtus deſcendit, vt adimpleret omnia, hoc eſt, vt omnem terræ, cælique defectum, & vacuum compleret. Deficiebant in cælo homines, vacuæ erant ſedes Angelorum, qui ceciderant: deficiebat etiam in terra ſpiritus, omnia carnem redolebant: *Omnis quippe caro corru-* Gen. 6. *perat viam ſuam*: at in cælum aſcendens ſecum ducit animas ſanctorum Patrum, qui vacuas illas ſedes occupare incipiant, indeque mittit eis Spiritum ſanctum, quem eis pollicitus fuerat: *Cum aſſumptus fuero a vobis, mittam vobis cum*, cuius proprium eſt vacua replere: *Spi-* Sap. 1. *ritus Domini replenit orbem terrarum.* Charitate enim vacuos charitate replet, ſapientia vacuos ſapientia replet, caſtimonia vacuos caſtimonia replet, humilitate tandem vacuos humilitate replet. & hoc eſt, quod ait Diuus Paulus, aſcendiſſe Chriſtum, vt mittens nobis Spiritum ſanctum, *adimpleret omnia*. Atque Eph. 4. ex hoc Paulino loco reſponderi poteſt quæſtioni cuidam, à Salomone Prouerbiorum trigeſi- Prou. 30. momotæ, vbi de tribus interrogatis ait primo: *Quis aſcendit in cælum?* ſecundo: *Quis con-* ibidem. *tinuit Spiritum in manibus ſuis?* tertio: *Quis ſu-* ibidem. *ſcitabit terminos terræ?*

Prima quæſtio erit vltimo loco diſcutienda, duas vero poſteriores prius exponemus: *Quis continuit Spiritum in manibus ſuis?* Quis tanta potentia, aut fortitudine pollet, vt hominis effrænem appetitum coercere valeat, præſertim laſciui hominis amoris flammis exuſti, qui nec per momentum ab ea, cuius amore madeſcit, mentem deflectit, aut cogitationem diuertit? Vnde id, quæſo, euenire credideris? ſane ex eo, quod ab initio huius peruerſi animi, ac voluntatis cupidinem nõ refrænaſti, quod principio non obſtitiſti:

Principijs obſta, ſero medicina paratur.

Effrænatæ, atque indomitæ libidini habenas laxaſti. Si naſcenti prauæ cogitationi in infantia eius, priuſquam adoleſceret, & fortiores vires aſſumeret, viam præcluſiſſes, aut eam ſuffocaſſes, neque ipſa radices egiſſet, neque damnum, aut dolorem illum, quo modo affligeris,
Exod. 1. attuliſſet. Dum Pharao primogenitos Hebræorum internecioni tradere iuſſit, vnus ſolum ex omnibus, qui euaſit in fiſcella quadam ſcirpea, Moyſes nomine, dum adultus erat, coronam capiti illius, ac ſceptrum manibus abſtulit, re-
Exod. 2. gno priuauit, ac demum in mari rubro eundem
Exod. 14. cum vniuerſo militum agmine ſuffocauit, & extinxit. Eadem quoque ratione obſcenæ illæ cogitationes, quibus aditum in animam tuam irrepentibus pateſeciſti, paulatim creſcentes, tantum robur, vireſque acquirunt, vt charitate priuent, quæ virtutum corona eſt, & de manibus ſceptrum Chriſtianæ fortitudinis eripiant, neque deſiſtant, quouſque in rubrum illud propter ardentes flãmas inferni mare præcipites trahant, atque miſere ſubmergant. Animam in his peruerſis, atque obnoxijs cogitationibus
Hierem. 14. perſeuerantẽ increpat Dominus, dicens: *Quouſque morabuntur in te cogitationes noxiæ?* San-
D. Greg. lib. 7. Moral. ctus Gregorius hæc verba elucidans obſeruat, Deum non reprehendere animam, quod prauis cogitationibus agitetur, cum id ſæpius in eius poſitum non ſit poteſtate; immo plerumque ea renuente prauæ ebulliant cogitationes; ſed quod in eis detineatur, ac moroſa delectatione laſciuiat: *Quouſque*, ait, *morabuntur*; propter moram enim, atque oblectationem peccatum erumpit. Vermes ſericei in ſemine veluti acini quidam paruuli, minutioreſque ſunt: hæc tamen minima ſemina, dum vberibus ſuis feminæ admouent, & calore fouent, vermes inde gignuntur. Ad eundem modum prauæ, ac peruerſæ hominis cogitationes, quæ cum primum eruperunt, velut minima ſemina erant, ac tenuiſſimi acini, dum voluntaris ſuæ calore diutius confouentur, ex eiſdem infeſtiſſimi peccatorum vermes progignuntur, intima præcordia corrodentes, quæ animæ virtutem exſugunt, atque penitus abſorbent. De baſiliſco, ſeu regulo ſerpente referunt naturales, contigiſſe non ſemel, vt poſtquam oua ſua peperit, auis ad ea deſcenderit, quæ vitali ſuo calore illa confouet, donec in lucem reguli filij prodeant: prodeuntes tamen, veneno ſuo, quod in eam euomunt, enecant. Sic proculdubio accidere ſolet his, qui prauas cogitationes enutriunt. Hæc enim oua ſunt à baſiliſco illo Satana humanæ mentis nido impoſita. Ipſa vero affectus, atque conſenſus ſui calore illa confouens, tandem peccatorum partus prodeunt, qui veneno ſuo conſcientiam inficiunt, ſupernaturalem gratiæ vitam penitus extinguunt, & æternæ pœnæ reatum in animam inducunt. Remedium igitur præſentiſſimum, quo tanto malo occurrendum, videtur illud eſſe, mihi credite, vt dum prauas ſubintrare nouerítis cogitationes, continuo eas excutere, & longe abigere conemini, ſanctum Paulum imitantes, cuius manum, vt ait D. Lu-
Act. 28. cas, cum vipera quædam inuaſiſſet, confeſtim nulla interpoſita mora illam excuſſit, ac repulit, ne virus ſuum in eam euomere poſſet. Ita ſane, dum prauæ cogitationis vipera animam exulcerare tentat, illi ex aduerſo occurrere cõtinuo neceſſe eſt, dicendo: Nõ ego tam vili precio Chriſtum meum venundabo. Egone Deum immenſum ac infinitum tam ſordida, impuraque, ac breui voluptate permutabo? Abſit à me tanta dementia. Hac ratione longe propulſatur praua cogitatio, & venenum ſuum in animam exſpuere impeditur.

Secunda quæſtio erat: *Quis ſuſcitabit terminos*
Prou. 30. *terræ?* Quis erit tam potens, vt nouam vitam terminis terræ eos ſuſcitans conferat? Per terminos terræ intelligit homines, quippe ipſi in prima rerum creatione vltimi fuere; ipſi etiam ſunt finis, & terminus, quibus, & propter quos Deus reliquas omnes, & inferiores creaturas ordinauit. Eſt igitur ſenſus eorum verborum: Quis erit tantæ virtutis, tantæque potentiæ, vt hominem peccati morte extinctum ad gratiæ vitam reuocare valeat? Id ſane quam arduum ſit, quantaque difficultate plenum, ſanctus Cyrillus Alexandrinus egregie edocet, obſeruans verbum illud Græcum; *Hagios*, quod Latine, *Sanctus*, ſignificat, idem eſſe, quod *ſine terra*. Dum Deus creauit hominem, corpus eius ex
Genes. 2. terræ limo efformauit, & poſtea *inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus* eſt *homo in animam viuentem*, ſtatimque eum vocauit Adam, quod idem ac terrenus eſt. Poſſet quiſpiam merito Deum interrogare, vt quid huiuſmodi nomen homini imponis? nonne ita eſt, quod in hoc compoſito præter corpus terrenũ, & corruptibile adeſt & anima immortalis, & incorruptibilis? Certum etiam eſt, animam partem hominis eſſe digniorem, & iuxta Dialecticæ, ac philoſophiæ documenta à præcipua, ac digniori parte rei ſumitur denominatio: non igitur homo terrenus, ſed cæleſtis potius, & diuinus appellandus erat, iuxta Pauli ſententiam, Athenienſibus dicentem illud Poe-
Act. 17. tæ: *Ipſius enim & genus ſumus*; id eſt, ex diuina progenie Dei, & ſanguine regio: non autem dixit ex humili, & terreno. Huic difficultati reſpondeo, propterea Deum hominem terrenum vocitare, quia præuidit futurum, vt terræ ſemper adhæreret. In terra naſcitur, terrã homo incolit, in terra laborat, in terra dormit, in terra viuit, in terra moritur, in terra ſepelitur, in terram tandem conuertitur, & quod miſerrimum eſt omnium, terræ amore trahitur, hic honoris, ille diuitiarum, alius voluptatum, & ſimilium. Hinc igitur manifeſte innoteſcit, quam ardua ſecundum ſe, ac difficilis ſit hominis iuſtificatio, & ſanctificatio; eum terram terrenum exuere, & quod natura ſua terreſtre eſt, efficere, ne terram, aut terrena ſapiat, rem ſumme difficilem eſſe, nemo ſanæ mentis negabit. At omnipotentia Chriſti ſolo verbo, ſoloque nutu id poteſt, vt aperte patet in Paulo,

dicente,

Digitized by Google

Gal. 2. Ibid. 1. Cor. 15.

dicente, *Viuo ego iam non ego*, iam non terrenus, iam non perſecutor Eccleſiæ: *Sed viuit in me Chriſtus*: ipſe eſt vita mea, qui cum ſit homo de cælo cæleſtis, iam non viuo vita terreſtri, ſed cæleſti, & diuina. Demum tertia à Salomone pro-

Prouerb. 30. Ephes. 4.

poſita quæſtio erat: *Quis aſcendit in cælum?* ſanctus Paulus apte reſpondet præcitata verba: *Qui deſcendit, ipſe eſt, qui aſcendit ſuper omnes cælos*. Lubet igitur modo ex præmiſſis duabus quæſtionibus in hunc modum, Chriſtiana hac argumentatione ſyllogiaare: Si Chriſtus Dominus, qui humanas poteſt coercere cogitationes; ſi Chriſtus, qui ſolo verbo adeo præpotens eſt, vt etiam hominum corda immutet, & ex terrenis hominibus cæleſtes efficiat: ſi denique Chriſtus Dei vnigenitus ad aſcēdendū deſcendit; toto cælo aberrāt huius ſeculi amatores, qui aſcendēdo aſcēſuros ſe autumāt, cum reuera e cōtra deſcē-

Luc. 3.

dendo aſcendere oportet, Chriſto dicente: *Qui ſe humiliat exaltabitur*. Hanc normam ſecutus eſt magnus ille Ioannes Baptiſta, quem, quantum ipſe ſe deijciebat, tantundem Chriſtus exaltabat.

Ioan. 1. Luc. 7. Ioan. 1. Matt. 3. Luc. 7. Ioan. 3. Luc. 7.

Dicebat Ioannes: *Non ſum Propheta*; Chriſtus ait, & *pluſquam Propheta*: Ioannes, non ſum Elias; Chriſtus, & ipſe eſt Elias: Ioannes, Ego ſum vox; Chriſtus, & ipſe Angelus eſt: *Ecce ego mitto Angelum meum*. Ioannes, non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calceamenti eius; at Chriſtus ait, *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*. Itaque Ioannes per eoſdem gradus, quibus deſcendebat, iure aſcendebat. Hue etiam mirifice facit, quod Chriſtus Dominus pluris habitus eſt, dum humilitatis, quā dum magnitudinis, atque omnipotentiæ ſuæ ſi-

Luc. 11.

gna oſtentauit: *Erat quidem Ieſus eijciens dæmonium*. Et quamuis huiuſmodi expulſio ſolo imperio Chriſti facta, omnipotentiæ eius non exiguum erat indicium; nihilominus Hebræi, in

Ibid.

Beelzebub Principe dęmoniorum eiecit dæmonia, effutierunt. At dum ſeipſum humiliauit, infamem Crucis mortem ſubiens, & inter duos latrones poſitus animam exhalauit, non defuit,

Matt. 28. Luc. 23.

qui clamaret: *Vere Filius Dei erat iſte*: nec defuerunt alij, qui ſanctum, & innocentem prædicantes reuerterentur *percutientes pectora ſua*. Hoc quid erat, niſi quod Chriſtus deſcendendo aſcendebat, & deijciendo magis ſe ſublimabatur? Porro, fratres, omne Satanæ ſtudium, omniſque eius cura eo tendit, vt ab hac via deflectatis, & contrariam ingrediamini, vt ſcilicet aſcendatis. Sed credite mihi, hæc aſcenſio non abſque ingenti veſtro detrimento erit. Etenim ſicut aquila, cum altius teſtudinem roſtro ſubleuat, non eam in altum tollit, vt in aere ſublatam detineat, ſed vt ipſa maiori cum ruina labatur, confractoque conchylio tandem eam deuoret. Haud diſſimili ratione Satanas non ſemel ex humili loco in excelſæ dignitatis faſtigium quoſdam euehit, non vt eos ibi cum gaudio morari faciat, ſed vt inde turpiori caſu decidentes perpetuo miſeram vitam agant, & in deſperationē miſerius prolabantur. In quo videtur humani generis hoſtis, quod olim Herculem cum Antheo Neptuni, & Terrę filio feciſſe Poetæ finxere, quoties pugnans cū eo, in terram illum deiiciebat, toties membra eius laborę pugnæ defeſſa, tactu terræ eius matris illum excipientis nouas vires aſſumebat: quod Hercules animaduertens, eundem altius ſublatum, & terræ contactum illi prohibens, inter brachia altius, vehementiuſque illum conſtringens enecauit. Accidit quidem eodem modo dæmoni; pugnat enim cum homine, & diuina permiſſione humi illum deijcit, diuitias tollit, honorem deturpat, & ſimilia nocumenta ei infert. At videns homo ab omnibus, quę vulgo vocant, fortunæ bonis penitus deſtitui, continuo adhæret Deo. Tunc autem dæmon videns humilitatis via non ſolum hominem non expugnaſſe, ſed maioris boni ſpiritualis materiam ei ſubminiſtraſſe, illum exaltat, & ad alta dignitatū cacumina prouehit, & velut alter Hercules in aerem ſubleuatum ſuperat, ac facile vincit; vnde ille aſcendens miſere deſcendit, & ab hoſte ſuo irridetur, & illuditur. Hoc ſibi volunt ver- Luc. 9.

ba illa Chriſti Domini: *Qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur*: quaſi dicat, qui ſe exaltauerit, parum ſe exaltabit, quia parum poteſt: ego autem multum humiliabo eum, quia multū poſſum. Et vice verſa; qui ſe humiliauerit, parū ſe humiliabit, quia parū poteſt; ego multū exaltabo illū, quia multum poſſum. Quod in Chriſto ad amuſſim adimpletum cernimus, qui cum ſe humiliaret vſque ad turpiſſimam Crucis mortem, æternus Pater eum exaltauit vſque ad ſupremum empyrei cæli cacumen, propter quod ait Paul. *Et Deus exaltauit illum, &* Philip. 2.

dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Vnde quemadmodū in libris rationū fieri ſolet, vt in fine paginæ ſumme eorum, quæ expenſa ſunt omnia, ibidem commemorata contineat; ita Deus permulta egregia opera patrauerat, ſed vnum tandem effecit, quod ſumma, & compendium eorum eſt, nempe vt Verbum æternum humana carne indueret, qua indutum in nouiſſimo loco Psal. 21.

eum collocauit, adeo vt ipſe diceret: *Vermis ſum, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis*. At verſo folio cum ad Patrem reuertitur: Psal. 119.

Factus eſt in caput anguli. In principio quidem paginæ aſcribitur: *In capite libri ſcriptum eſt de* Psal. 39.

me. Ad dexterā Patris aſſidet: *Sedet à dextris Dei*. Marc. 16.

Hinc iam facile intelligemus, quid ſibi velint verba illa: *Mittet radicem deorſum, & faciet fru-* 4. Reg. 19

ctum ſurſum. Plane ſermo mihi videtur de Chriſto, qui deorſum profundas adeo humilitatis radices iecit, vt mereretur ſurſum, id eſt, in cælo, exaltationis, & gloriæ ſui corporis copioſum fructum percipere: *Et faciet fructum ſuum*. Fecit ſane adeo vberem, vt opprobria omnia, & contumelias in ſummam gloriam, & honorem cōuerteret, coronam ſpineam in diadema precioſis margaritis contextum, arundinem in regale ſceptrum, purpuram deriſionis in veſtem immortalitatis, & glorię, Crucis ſedem in luciſſimum nubis thronum. Dolor etiam, gaudiū, blaſphemantium conuicia in concentus Angelo-

rum

rum commutauit: ac tandem ſicut ille Euange-
lij conuiua, qui pro eximia eius humilitate, &
morum ingenuitate infimam in conuiuio elegit
ſibi ſedem, a Patrefamilias conuiuij auctore in
capite menſæ collocatus eſt, dicente illi: *Amice,
aſcende ſuperius*; ita & Chriſtus, quia ſe in
humillimo, atque abiectiſſimo omnium loco
Iſaiæ 53. collocauit, vt Iſaias teſtatur: *Vidimus eum de-
ſpectum, & nouiſſimum virorum*: æternus Pater il-
Luc. 14. lum exaltans vocat, dicens: *Amice aſcende
ſuperius*. Cœpit Chriſtus Patri obediens in con
ſpectu diſcipulorum ſuorum aſcendere, & eleua-
Act. 1. ri: *Videntibus illis eleuatus eſt*. Et primo quidem
gradu in aeris regionem conſcendit: *Qui ambu-
las ſuper pennas ventorum*; ſed continuo clama-
uit: *Amice, aſcende ſuperius*. Lucidiſſimam ignis
Luc. 14. ſphæram ingreditur, ſed audit iterum: *Amice,
aſcende ſuperius*. Superius tranſcendere te opor-
tet, Fili mi, quandoquidem pectus tuum ita cha
ritatis igne ardet, vt altera diuini ignis ſphæra
naturali igne ſubtilioris, ac penetratioris mihi
Ibidem. eſſe videatur. Aſcendit deinde in cælum Lunæ,
ſed Pater ait: *Amice aſcende ſuperius*. Hic enim
planeta mutabilis, tuus autem thronus firmus,
ſtabilis, atque ab omni viciſſitudine alienus eſt.
Aſcendit in cælum Mercurij, ſed Pater inquit:
Ibidem. *Amice aſcende ſuperius*: nam ſi hic planeta elo-
quentiæ virtutem influere dicitur, vt falſa Ethni
corum gentilitas commentabatur, vnde illum
vti ſcientiarum parentem, ac Deum adorabat:
Coloſſen. 2. diuinæ mentis partus tu es: *In quo ſunt omnes the
Luc. 14. ſauri ſapientiæ, & ſcientiæ* Dei. Progreditur ad
Veneris cælum, ſed dicere Pater non ceſſat: *Ami
ce aſcende ſuperius*: dignior magnificentiorque
locus tibi debetur. Venus enim laſciuus planeta
eſt, tu vero puritas ipſa, ſpeculum ſine macula,
& Spiritus ſancti opera, atque virtute in vtero
Ibidem. virgineo efformatus. Conſcendit in Solis cælum,
auditque Patris vocem: *Amice aſcende ſuperius*.
Tu enim es ſol iuſtitiæ, cuius ſplẽdori cõpara-
ta lux iſtius, obſcura quædam caligo videtur.
Luc. 14. Hinc ad Martis cælum gradirur, atque Pater ei
dicit: *Amice aſcende ſuperius*: ſi enim Mars filius
Dei reputatur (ſed falſo) tu autem verus, & na-
turalis mihi Filius es, Deus verus de Deo vero.
Ibid. Poſtmodum in Iouis cælum principis monar-
charum aſcendit, ſed *Amice* (ait Pater) *aſcende
ſuperius*. Tuum enim eſt regna, & monarchias
Prouerb. 8. impertiri: *Per me Reges regnãt, & legum condito-
res iuſta decernunt*. Denique vt finem faciam, ſu-
per firmamentum cæli aſcendit, ac primum mo
bile, cælumque empyreum, & adhuc Pater in-
Luc. 14. quit: *Amice aſcende ſuperius*, ad thronum diui-
nitatis meæ, ſedens ad dexteram meam. Quid
plura? Aequum, ac conſentaneum mihi videtur,
vt cũ hodierna die Chriſtum Dominũ regni ſui
poſſeſsionem capere intuemur, ei congratule-
mur. Solemus etenim, cum quis ad Epiſcopalem
dignitatem promouetur, ter ei congratulari. Pri
mo, quãdo recens facta eſt electio: ſecundo, quã-
do peracta Apoſtolica diplomatũ expeditione
conſecratur: tertio, quando Eccleſiæ, cui præfi-
citur, poſſeſsionem accipit. Ita etiam Chriſto

Domino naſcenti congratulati ſumus: *Gloria ti-* Eccl. in off. B. Mariæ.
bi Domine, qui natus es de Virgine. Deinde reſur
genti, dum illi bullæ dignitatis ſuæ abſolutæ, &
expeditæ traditæ ſunt, vt ipſe dixit: *Data mihi eſt* Matt. 28.
omnis poteſtas in cælo, & in terra. Tunc illi congra
tulantes cecinimus: *Chriſtus reſurgens ex mortuis* Rom. 6.
iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.
Verum quia deerat illi, vt regni ac throni ſui ad
dexteram æterni Patris poſſeſsionem caperet,
ideo illam nunc accipienti exultantes congratu
lemur, ſummoque dicamus iubilo: Aſcendat in
cælũ noſter Ioſeph, qui regnum a fame, & anno- Gen. 41.
næ infeſtatione liberauit. Aſcendat noſter Moy Exod. 15.
ſes, qui populum Iſraeliticum a captiuitate Ae-
gypti eripuit. Aſcendat noſter Ioſue, qui filios
Iſrael in terram promiſsionis introduxit. Aſcen
dat inuictiſsimus Rex Cyrus, qui vniuerſum
Perſarum regnum, populumque a ſeruitute ven-
dicauit. Aſcendat Rex noſter per eoſdem gra-
dus, quibus ipſe deſcendit. Venit, vt miniſtraret:
Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare; aſcendat, vt Matt. 20.
in æternum Angeli miniſtrent ei. *Deſcendit in in-* Ephes. 4.
feriores partes terræ, vt ait Paulus: aſcendat ſuper
cæleſtes orbes: *Exaltare ſuper cælos Deus, & in* Pſal. 56.
omni terra gloria tua. Deſcendit vt ab homini- Symb. Apoſt.
bus iudicaretur: *Paſſus ſub Pontio Pilato*; aſcen-
dat vt Iudex viuorum, & mortuorum: etenim
æternus Pater omnem ei iudicandi poteſtatem
conceſsit: *Omne iudiciũ dedit Filio*. Deſcendit de Ioan. 5.
mum mortali, atque paſſibili carnis veſtimento
indutus; aſcendat impaſſibilitatis, atque immor
talitatis dotibus exornatus. Deſcendit tandem,
vt cum iniquis deputatus moreretur; aſcendat,
vt cum Patre, & Spiritu ſancto viuat, & regnet
in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Decima:

Sub metaphora ducis omnibus in re militari numeris abſoluti de Chriſti Domini Aſcenſione agitur, & pleraque alia ad idem myſterium ſpectantia multiplici ſacræ Scripturæ eruditione exornata ſubijciuntur.

INTER alia illuſtriſsima no
mina, & clariſsima epitheta,
quibus Pater Filium ſuum vni
genitum humana carne indu-
tum cohoneſtauit, illud ſane,
quo illum ducem vocauit, mi-
rum in modum ei congruit:
Ex te enim (ait) *exiet dux, qui regat populum meũ* Michææ 5.
Iſrael. & alibi: *Ecce dedi eum gentibus ducem, &* Daniel. 9.
præceptorem. Tres præcipue cõditiones in duce
deſide-

deſiderantur, vt huic muneri omni ex parte ſatisfaciat. Prima, vt in arduis rebus, & grauioribus cum hoſte congreſſibus ipſe primus omniū milites ſuos antecedat, & belli pericula non pertimeſcat. Secunda, vt plurimi faciat cuiuſcumque militis vitam, & ſalutem; hac enim ratione omnium animos ſibi conciliat, dum milites vident ducem de eorum vita, & ſalute ſollicitam curam gerere. Tertia tandem eſt ſingulare ſtudium, & ſollicitudo, vt diſperſi milites congregentur, infirmorum militum vulnera curentur, & victoriæ ſpolia inter eos diuidantur. Sane cum hæ ſint boni ducis proprietates, dux noſter Chriſtus carere eis minime potuit, cum inter omnes duces ipſe principatum teneat, & (vt
Cant. 5. Sponſa dixit) *Electus ſit ex millibus*, vel vt ſeptuaginta Interpretes vertūt: *Electus ex milliaribus*, vel vt habet originale Hebræum: *Vexillatus in decem millibus.* Primam conditionem, vt dux primus ſit in rebus belli arduis, ad amuſſim ob-
Lucan. l. 9. ſeruauit Iulius Cæſar: nam vt refert Lucanus lib. 9. Pharſaliæ, ad expugnandos acriter inimicos volens ipſe militum animos excitare, in hæc verba prorupit:

Ad magnum virtutis opus ſummoſque labores
Primus arenas
Ingrediar, primuſque gradus in puluere ponam.
Me calor ætherius feriat, mihi plena veneno
Occurrat ſerpens, fatoque pericula veſtra
Præſentate meo.

Additque Poeta, exemplo ſuo animos militum permouere efficaciter adeo ſolitum eſſe, vt cogere, & compellere eos videretur.

Ibidem. *---- Cogit, ait, tantos tolerare labores*
Summa ducis virtus, qui nuda fuſus arena
Excubat, atque omni fortunam prouocat hora.
Primus iture manus, poſtremus ponere Martem.

Aeneas Sil. de Duce Alberto. Huc etiam facit, quod Aeneas Siluius de Duce Alberto de Auſtria commemorat; ait enim, quod cum de bello Bohemis indicendo pertractaretur, interrogauerunt eum quidam milites, quis futurus dux eorum in eo bello eſſet? quibus ipſe continuo reſpondit: Si alterum quam me ducem habituri eſtis, vt quid me ducem vocatis? cum ducis officium alios ducere ſit. Hanc boni ducis conditionem in Chriſto Domino ſplenduiſſe non obſcure indicant, quæ de illo ſacri Euangeliſtæ referunt: nam D. Marcus ait, quod cū iā ad bellum cū hoſte in monte Caluario ineundum cum diſcipulis properaret; ipſe tamquam dux militiæ præibat ante omnes:
Marc. 10. *Erant autem in via aſcendentes Hieroſolymam, &*
Luc. Act. 1. *præcedebat illos Ieſus.* Et D. Lucas Act. 1. teſtatur, Chriſtum Dominum in rebus arduis, quæ præcipiebat, primū executioni mandare, quam eas doceret; *Cœpit Ieſus facere, & docere.* Sicut enim ſacra referente hiſtoria dux Abimelech in præſentia multorum virgam arboris præcidens, & hu-
Iudic. 9. mero ſuo imponens dixit eis: *Quod me videtis facere cito facite*, & ſinguli confeſtim ſingula ligna præciderunt, & proprijs humeris impoſuere; ita Chriſtus Dominus lignum Crucis primus humero ſuo imponens, militiæ ſuæ ſectatoribus dixit:
Si quis vult venire poſt me, abneget ſe ipſum, & *Matt. 16.*
tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Secunda etiam boni ducis conditio, quam prędiximus, nimirū vt militum vitæ ſollicitus ſit, nec non & ſalutis, minime Chriſto Domino defuit, qui tantam incolumitatis ſuorum militum, & indemnitatis eorum curam geſſit, vt cum hoſtes præuideret tamquā rabidos canes in eos irruere velle, excellētiæ poteſtate, qua vigebat, vtēs, eis dixerit:
Si ergo me quæritis, ſinite hos abire, & illæſi abire *Ioan. 18.*
permiſſi ſunt. Ipſe etiam pro eorum ſalute Patrem rogabat: *Pater ſancte ſerua eos in nomine* *Ioan. 17.*
tuo quos dediſti mihi, & exauditus fuit pro ſua reuerentia, ipſo dicente: *Quos mihi dediſti, non per-* *Ibid.*
didi ex eis quēquam. Licet enim Iudas perijt, ſed non fuit ex numero eorum, quos Pater dedit Chriſto, vt cūm eo re ipſa perſeuerarent. Tertia tandem boni ducis conditio erat, vt de vulnerū militum medela curaret, diſperſos in varias partes in vnum aggregaret, ac tādem victoriæ ſpolijs eos locupletaret. Vtrumq. ſane perfectiſſime ſolertiſſimus dux noſter Chriſtus Dominus obſeruauit; diſperſi fuerant milites eius, prout ipſe prædixit. *Percutiam paſtores, & diſpergentur* *Matt. 26.*
oues; ipſe autem eos in vnum cōgregauit, vt præuiderat Ezechiel, in perſona Chriſti dicens: *Ezech. 34.*
Viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerant in die nubis, & caliginis, hoc eſt, paſſionis tempore. Spolijs etiam milites ſuos locupletauit, vt vaticinatus fuerat
Dauid Pſal. 67. *Rex virtutum dilecti dilecti, & ſpe-* *Pſal. 67.*
ciei domus diuidere ſpolia. Paulus teſtatus eſt: *Ca-* *Epheſ. 4.*
ptiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Hæc vt magis illuſtrentur, varijs diuinarum litterarum monumentis ea exornare properemus. Regius Vates diuini huius ducis conditionem, & ingenium probe agnoſcens, dixit: *Et propter* *Pſal. 7.*
hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.
Incognitus hunc locum intelligit de Aſcenſio- *Incognitus.*
nis myſterio: *Sicut enim (ait) Chriſtus per incarnationem de alto venit ad ima, de cælis ad terras; ſic per Aſcenſionem ſuā de terris ad cælum, de imis ad alta eſt regreſſus.* Sed quid eſt quæſo, quod ait: *Et propter hanc?* Exiſtimo ſane ſignare ſynagogam, de qua in præcedenti verſu dixerat: *Et ſynagoga* *Pſal. 7.*
populorum circumdabit te. Duplex autem Chriſtum Dominum circumdedit ſynagoga, amantium ſcilicet, & odientium, & de vtraque dicit: *Et propter hanc in altum regredere*, hoc eſt ad cælum aſcende, ſed ob diuerſos fines: nam propter hanc, ſcilicet credentium diſcipulorum *In altum regredere*, vt de altō mittas eis Spiritum
ſanctum: vt enim tu dixiſti: *Si nō abiero, Paracle-* *Ioan. 16.*
tus non veniet ad vos. ſi autem abiero, mittam eum ad vos; verum etiam in altum regredere propter ſynagogam odientium te, vt inde iudicium vltionis in eos exerceas. vnde continuo ſubdit Da- *Pſal. 7.*
uid: *Dominus iudicat populos*, hoc eſt ſingulis impertiens, ſecundum quod eorum merita, vel demerita

Digitized by Google

merita poſtulant: hoc enim ſibi vendicat recti-
tudo iudicij. Idem Dauid Chriſti Aſcenſionem
contemplans, & munera, quæ tunc largitus eſt,
Pſal. 18. ait: *Occurſus eius vſq. ad ſummũ eius, nec eſt qui ſe
abſcondat a calore eius.* Loquitur hic Propheta de
regreſſu Chriſti in cælum: ſicut enim Verbum
Dei ab æqualitate Patris deſcendit in mundum,
humilem carnem noſtram aſſumpturũ, ſic poſt-
quam aſſumpſit, factus iam homo, ad ſummum
eſt reuerſus per Aſcenſionem, id eſt ad Patris æ-
qualitatem. Quid autem per talem aſcenſum no
Ibidem. bis contulerit, cõtinuo exprimit, dicens: *Nec eſt,
qui ſe abſcondat a calore eius.* Chriſtus enim poſt-
quam aſcendit ad Patrem, Spiritum ſanctum in
ſpecie ignis miſit, a cuius calore, & flammarum
ardore nemo, niſi renuat, ſe abſcondere poteſt: ſi-
cut enim ſol, quãtum eſt ex ſe, omnes illuminat;
quamuis non omnes quandoque illuminentur,
ex ipſorum tamen defectu, non ſolis: ſic diuinus
iſte Spiritus ſancti ignis, quantum eſt ex ſe, calo
rem emittit, vt omnes eo incaleſcant; quod ſi
quidam non calefiunt, id non caloris defectui,
ſed ipſorum ignauiæ tribuendum eſt: in quorum
3. Reg. 1. figura ſacra pagina commemorat, quod Dauid
cum operiretur veſtibus, nõ calefiebat. Cuius rei
In cognitus ſuper. 18. rationes tres ex Stephano refert Incognitus ſu-
per Pſ. 18. in præcitata verba: *Nec eſt qui ſe ab-
ſcondat a calore eius.* Prima, quod erat antiquus
dierum. Secunda, quia in bellis cruentis multum
profuderat ſanguinem. Tertia, quia ex tempo-
re, quo viderat Angelum Domini diſtricto gla-
dio populum percutientem, ingenti pauore cõ-
2. Reg. 24. tabuit. Tria hæc totidem impedimenta ad vi-
uum exprimunt, ob quæ plerique Spiritus ſancti
igne nõ incaleſcunt. Primum erat antiquitas tẽ-
poris. Spiritualiter .n. antiquari, idem arbitror
eſſe, quod antiquioribus mũdi peccatis implica
ri: antiquorum autem peccata inuidiam, & ſu-
perbiam eſſe nemo ambigit, Sapiente dicente:
Sap. 2. Eccles. 24. *Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum;*
& Eccleſiaſtico aſſerente: *Initium peccati ſuper-
bia.* Quorũ ergo animi huiuſmodi antiquioribus
peccatis deturpati ſunt, Spiritus ſancti igne ca-
Iſai. 47. lefieri non poſſunt, vt teſtatur Iſaias dicens: *Nõ
ſunt prunæ, vt calefiant, nec focus, vt ſedeant ad eũ.*
Secundum impedimentum erat magna ſan-
guinis profuſio; hæc crudelitatem in proximos
noſtros ſignificat, quam qui exercent, cum a ſe-
ipſis charitatis ignem longe abijciant, quid mi-
rũ ſi nõ calefiant? Tertium tandẽ erat tremor,
pauor, & tabor, quem Dauid ex viſione Angeli
populum cædentis conceperat. Hic vehementio-
rem, quam oporteret, diuinæ iuſtitiæ, & iracun-
diæ conſiderationem, quæ ad vſque deſperatio-
nis barathrũ homines perducit, apte ſatis deli-
neat: hi diuino Spiritus ſancti igne calefieri mi-
nime poſſunt, cum ad eius ingreſſum omnem pe-
nitus viam ei præclodant. Quo igitur remedio
vtemur, vt huius ignis flammis incaleſcamus?
certe mandatorum cuſtodiam tamquam præſen
Pſal. 38. tiſſimum expertus eſt Dauid; nam poſtquam
protulit: *Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delin-
Ibid. quam in lingua mea;* confeſtim ſubiunxit: *Conca-
luit cor meum intra me, & in meditatione mea exar
deſcet ignis.* de his ergo Dauid dixit præcitato
loco: *Nec eſt, qui ſe abſcondat a calore eius.*

Sed iam nonnullas huius mirabilis Aſcenſio-
nis circumſtantias præter omnes ſuperius di- Clementin. conſt. c. 31. & 20.
ctas ſubijciamus. Clemens Papa in ſuis conſtitu
tionibus ait, Diem Aſcenſionis fuiſſe diem Iouis,
quinta die Maij. Humilitatem exercuerat Chri-
ſtus Dominus die Iouis; lauit enim pedes diſci-
pulorum, vnde conuenienter & die Iouis exal-
tatur vſque ad empyreum cælum, vt ſic exalta-
tio reſpondeat humiliationi. Et quia die Iouis
creatæ fuerunt omnes aues, quarum regina eſt
aquila, conueniens etiam fuit, vt regia Aquila
Chriſtus vſque ad cacumen ſupremi cæli euola-
ret. Meridiano tempore aſcendit in cælum, qui
meridiano tẽpore mortuus fuerat in Caluario,
Paulo dicente: *Qui aſcendit, ipſe & deſcendit in
inferiores partes terræ.* Auguſtinus in Pſal. 54. huic Aug.
conſentit ſententiæ suam in verba illa: *Veſpere,* Pſal. 54.
*& mane, & meridie narrabo, & exaudiet vocem
meam,* ait: *Veſpere in Cruce, mane in Reſurrectio-
ne, meridie in Aſcenſione. Narrabo veſpere patien-
tiam morientis; annunciabo mane vitam reſurgen-
tis; orabo, & exaudiet meridie ſedens ad dexteram
Patris.* Eſt alia congruentia huius temporis,
quia eadem hora eiecit Deus Adamum de pa-
radiſo, & ianitorem Cherubinum cum flammeo
enſe ingreſſum eius impedientem ad fores eius
poſuit: eadem ergo hora oportuit Chriſtum pa-
radiſi portas aperire, vt quod primus Adã ter-
renus amiſerat, ſecundus cæleſtis recuperaret.

De lapide autem, ex quo Chriſtus eleuatus
eſt, & in quo veſtigia eius manſerunt impreſſa,
teſtatur D. Hieronymus de locis Hebraicis, Pau D. Hieron.
linus in epiſtola ad Seuerum Sulpicium, & Car- Paul. ad Seuerum Sulpicium.
dinalis Baronius tomo 1. Annalium. Et mirabi- Card. Baro. tomo 1. ſuis
le quidẽm eſt, quod cum peregrini deuotionis Annalibus.
cauſa, multas illius lapidis particulas illum
abradentes demerint, veſtigia tamen ſemper in-
tegra manent: quod difficile creditu cuiquam
non erit, ſi legerit Gregorium Turonenſem, & Greg. Turonen. l. 1. hiſtor. Franc. c. 10.
Paulum Oroſium in ſuis hiſtorijs, vbi auctores
iſti tradunt, quod ſtatua illa ſalis, in quã conuer-
ſa fuit vxor Loth, quamuis non paucæ partes ab
ea detractæ fuerint, integra ſemper manet, Deo
miraculoſe illam reſtaurante. Refert eandem
hiſtoriam Tertullianus carmine de Sodoma. Tertull. l. 3. c. 3.

Nec pluuiæ dilapſa ſitu, nec diruta ventis,
Quin etiam ſi quis mutilauerit aduena formam,
Protinus ex ſeſe ſuggeſta vulnera complet.

Significauit veſtigijs in lapide impreſſis Chri-
ſtus Dominus, quod ſi in cælum tendere placet,
placeat etiam veſtigia eius ſequi. Vnde D. Pe- 1. Petri. 2.
trus dixit: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relin
quens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Di- D. Hieron. Beda c. 7.
uus etiam Hieronymus præcitato loco, & Beda
de locis ſanctis, rem aliam mirabilem comme-
morant, nimirum, quod cum in eodem loco, vn-
de Chriſtus cælum aſcendit, poſtea templum æ-
dificaretur in memoriam mirabilis Aſcenſionis,
num-

numquam ædificatores tectum conſtruere potuerunt, Deo ſic ordinante, vt via, qua Chriſtus Dominus in cælum aſcendit, ſemper pateret, nec manus hominum illam occluderent. Refert Lactancius de falſa religione lib. 1. c. 20. quod cum Tarquinius vellet templum iam ædificatum, occupatum tamen a multis Dijs, ſoli Ioui conſecrare, omnes illi Dij facile ceſſerunt, immo & in terram corruerunt, Deo tamen, nomine Termino, quia Romanorũ terminos ſeruabat, in loco ſuo immoto ſemper perſeuerante: ob quam fortitudinem, & perſeuerantiam Tarquinius iuſſit partem tecti loco, vbi iacebat, correſpondentem tolli, vt ſignificaret, propter illius fortitudinem meruiſſe cælum illi pandi. Ita ſane, vt ſignificaret Deus, poſt Aſcenſionem Chriſti, omnibus cælí aditum patere, qui diuina Chriſti veſtigia ſequuti fuerint; ideo locum, vnde aſcẽdit, tecto cooperiri paſſus non eſt.

Lact. Fir. de falſ. rel. li. 1 c. 20.

Homilia Vndecima.

Aſcenſionis Chriſti Domini mirabiles fructus incipiunt recenſeri, inter quos primum connumeratur augmentum fidei, ſpei, & charitatis.

ANGELICVS ille Doctor D. Thomas 3. p. q. 57 ar. 1. de eximia Aſcenſionis Chriſti vtilitate pertractans, ad tres diuinas illas, ac Theologicas virtutes, fidẽ videlicet, ſpẽ, & charitatem illius fructus reducit, vtpote, quę ex illius in cęlum abeũtis abſentia, ſingularem quendam profectum, atque incrementum fecere. In cuius rei euidentiorem probationem omnem huius diſcurſus operam impendere decreui: id enim tamquam felicis S. Thomæ ingenij non parum ſuauitatis, & vtilitatis allaturum eſſe exiſtimaui, quarum quidem mixtione, & copulatione nihil iucundius inueniri poteſt, teſte Horatio ita canente.

D. Thom. 3. p. q. 57. a. 1.

omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.

Et quidem, vt a fide ipſa exordium ducam, cum iuxta D. Pauli ſententiam: *Fides ſit argumentum non apparentium*, & vnanimis Theologorum ſententia dicat, fidem eſſe de non viſis; vnde Sponſa lacti illam comparauit, dicens: *Meliora ſunt vbera tua vino*, quaſi diceret, ſalubrior, & melior eſt mihi lac fidei diuinæ, quod ex vberibus tuis ſugo, quam cerebroſum humanæ ſcientiæ vinum, quod Philoſophi mihi propinant: aptiſſime ſidem comparat lacti: nam ſicut infans dum materna vbera ſugit, lac, quod non videt, in ſtomachum traijcit, nec eius qualitatem examinat; ſic fides verſatur circa obſcura, & non viſa, & fidelis minime ea ſcrutari, aut examinare debet, ſed captiuare intellectum in obſequium fidei. Cum ergo hoc ita ſe habeat, conſequens eſt, Chriſto abeunte, quem corporeis oculis non videmus, fidem ſolidiorem, ac firmiorem factam fuiſſe, adeo, vt ipſe non immerito S. Thomæ nolenti niſi viſa credere dixerit: *Beati, qui non viderunt, & crediderũt.* Hinc eſt, quod S. Hilarius in quadã homilla de Chriſti Aſceuſione ſapienter obſeruauit, Chriſti diſcipulos, dum continuam vitæ ſocietatem cum eo peragebant, illiuſque & conſuetudinis, & familiaritatis conſortio perfruebãtur, modicę fidei ſemper extitiſſe; eo tamen iam abſente, non modo diuinorum myſteriorum indefeſſi præcones, ac ſacroſanctæ fidei magiſtri, ſed catholicæ religionis columnæ adeo ſolidę, ac firmæ facti fuere, vt tyrannorum Principum rabies, ac diuini nominis hoſtium potentia, nec a corde, nec ab ore ipſum auellere potuerint, ſed inuicta quadam animi fortitudine, atque conſtantia Chriſtum Dominum in conſpectu omnium palam profiterentur, vt teſtatur D. Marcus: *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimoniũ reſurrectionis Ieſu Chriſti*. Porro clarius huius rei veritas ex S. Fulgentij, & Procopij doctrina eluceſcet, qui Chriſtum cum ſole, Eccleſiam vero cum luna conferunt: quippe aſtrologica ſcientia, longa rerum experientia id approbante, docet, ſolem, quanto magis a luna diſtat, tãto clarius lucem ſuam in ipſam defundere: tunc enim radijs ſois plenius, ac directius eam illuminat: & hinc eſt, quod cum magis luna decreſcit, tunc illam eſſe in coniunctione dicimus; quando vero ſol diſtantius, ac longius ab ea abeſt, tunc plenilunium adeſſe aſſerimus. Non diſſimiliter, dum fulgidus ille diuinæ iuſtitiæ ſol Chriſtus cum luna, id eſt Eccleſia ſua, quæ tunc temporis in ſola diſcipulorum ſuorum congregatione conſiſtebat, coniunctior verſabatur, eoſdem ita parum de ſacro illo fidei lumine participaſſe cernimus, vt iure optimo Chriſtus Dominus eorum incredulitatem acriter increparet, Diuo Marco dicente: *Exprobrauit incredulitatem eorum*: verum clariſſimo illo ſole Chriſto per Aſcenſionem ſuã longius ab eis recedente, modico interiecto dierum interuallo, veluti ſacroſanctæ fidei plenilunio copioſiori lumine abundauerunt: *Sicut luna plena in diebus ſuis lucet*. Sane tam admirabilis, atque ingens fuit lux illa, vt ſolis luci illam compararit Iſaias: *Erat lux lunæ ſicut lux ſolis*. Prænunciata fuerant hæc omnia a Propheta Abacuch, dicente: *Exaltatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo*. Quæ verba D. Gregorius de Chriſti Aſcenſione intelligit, ita vt illa ſignificare videantur, per exaltationẽ diuini ſolis iuſtitiæ Chriſti, in eius Aſcenſione lunã, hoc eſt eius Eccleſiam, inſolito ſplendore, nouoque charitatis ordine fuiſſe condecoratã, S. Luca in Actis Apoſtolicis atteſtante, ſacros illos

Heb. 11.

Cant. 1.

Io. 20.

S. Hilar. ho. de Chriſti Aſcenſ.

Marc. 4.

D. Fulg. & Procop. de Chriſto aſc.

Marci. 16.

Eccles. 5.

Iſai. 36.

Abacuch 3. iuxta tranſl. ſep. c. 10. D. Greg.

Act. 2.

merita poſtulant: hoc enim ſibi vendicat rectitudo iudicij. Idem Dauid Chriſti Aſcenſionem contemplans, & munera, quæ tunc largitus eſt,
Pſal. 18.
ait: *Occurſus eius vſq. ad ſummũ eius, nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.* Loquitur hic Propheta de regreſſu Chriſti in cælum: ſicut enim Verbum Dei ab æqualitate Patris deſcendit in mundum, humilem carnem noſtram aſſumpturũ, ſic poſtquam aſſumpſit, factus iam homo, ad ſummum eſt reuerſus per Aſcenſionem, id eſt ad Patris æqualitatem. Quid autem per talem aſcenſum no-
Ibidem.
bis contulerit, cõtinuo exprimit, dicens: *Nec eſt, qui ſe abſcondat a calore eius.* Chriſtus enim poſtquam aſcendit ad Patrem, Spiritum ſanctum in ſpecie ignis miſit, a cuius calore, & flammarum ardore nemo, niſi renuat, ſe abſcondere poteſt: ſicut enim ſol, quãtum eſt ex ſe, omnes illuminat; quamuis non omnes quandoque illuminentur, ex ipſorum tamen defectu, non ſolis: ſic diuinus iſte Spiritus ſancti ignis, quantum eſt ex ſe, calorem emittit, vt omnes eo incaleſcant; quod ſi quidam non calefiunt, id non caloris defectui, ſed ipſorum ignauiæ tribuendum eſt: in quorum
3. Reg. 1.
figura ſacra pagina commemorat, quod Dauid cum operiretur veſtibus, nõ calefiebat. Cuius rei
In cognitus ſuper. 18.
rationes tres ex Stephano refert Incognitus ſuper Pſ. 18. in præcitata verba: *Nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.* Prima, quod erat antiquus dierum. Secunda, quia in bellis cruentis multum profuderat ſanguinem. Tertia, quia ex tempore, quo viderat Angelum Domini diſtricto gladio populum percutientem, ingenti pauore cõ-
2. Reg. 24.
tabuit. Tria hæc totidem impedimenta ad viuum exprimunt, ob quæ plerique Spiritus ſancti igne nõ incaleſcunt. Primum erat antiquitas tẽporis. Spiritualiter .n. antiquari, idem arbitror eſſe, quod antiquioribus mũdi peccatis implicari: antiquorum autem peccata inuidiam, & ſuperbiam eſſe nemo ambigit, Sapiente dicente:
Sap. 2. Eccles. 24.
Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum; & Eccleſiaſtico aſſerente: *Initium peccati ſuperbia.* Quorũ ergo animi huiuſmodi antiquioribus peccatis deturpati ſunt, Spiritus ſancti igne calefieri non poſſunt, vt teſtatur Haias dicens: *Nõ*
Isai. 47.
ſunt prunæ, vt calefiant, nec focus, vt ſedeant ad eũ. Secundum impedimentum erat magna ſanguinis profuſio; hæc crudelitatem in proximos noſtros ſignificat, quam qui exercent, cum a ſeipſis charitatis ignem longe abijciant, quid mirũ ſi nõ calefiant? Tertium tandẽ erat tremor, pauor, & tabor, quem Dauid ex viſione Angeli populum cędentis conceperat. Hic vehementiorem, quam oporteret, diuinæ iuſtitiæ, & iracundiæ conſiderationem, quæ ad vſque deſperationis barathrũ homines perducit, apte ſatis delineat: hi diuino Spiritus ſancti igne calefieri minime poſſunt, cum ad eius ingreſſum omnem penitus viam ei præcludant. Quo igitur remedio vtemur, vt huius ignis flammis incaleſcamus? certe mandatorum cuſtodiam tamquam præſentiſſimum expertus eſt Dauid; nam poſtquam
Pſal. 38.
protulit: *Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea;* confeſtim ſubiunxit: *Conca-*
Ibid.
luit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. de his ergo Dauid dixit præcitato loco: *Nec eſt, qui ſe abſcondat a calore eius.*

Sed iam nonnullas huius mirabilis Aſcenſionis circumſtantias præter omnes ſuperius dictas ſubijciamus. Clemens Papa in ſuis conſtitu- Clemens in 5. const. c. 18. & 20.
tionibus ait, Diem Aſcenſionis fuiſſe diem Iouis, quinta die Maij. Humilitatem exercuerat Chriſtus Dominus die Iouis; lauit enim pedes diſcipulorum, vnde conuenienter & die Iouis exaltatur vſque ad empyreum cælum, vt ſic exaltatio reſpondeat humiliationi. Et quia die Iouis creatæ fuerunt omnes aues, quarum regina eſt aquila, conueniens etiam fuit, vt regia Aquila Chriſtus vſque ad cacumen ſupremi cæli euolaret. Meridiano tempore aſcendit in cęlum, qui meridiano tẽpore mortuus fuerat in Caluario, Paulo dicente: *Qui aſcendit, ipſe & deſcendit in inferiores partes terræ.* Auguſtinus in Pſal. 54. huic Aug.
conſentit ſententiæ: nam in verba illa: *Veſpere,* Pſal. 54.
& mane, & meridie narrabo, & exaudiet vocem meam, ait: *Veſpere in Cruce, mane in Reſurrectione, meridie in Aſcenſione. Narrabo veſpere patientiam morientis; annunciabo mane vitam reſurgentis; orabo, & exaudiet meridie ſedens ad dexteram Patris.* Eſt alia congruentia huius temporis, quia eadem hora eiecit Deus Adamum de paradiſo, & ianitorem Cherubinum cum flammeo enſe ingreſſum eius impedientem ad fores eius poſuit: eadem ergo hora oportuit Chriſtum paradiſi portas aperire, vt quod primus Adã terrenus amiſerat, ſecundus cæleſtis recuperaret.

De lapide autem, ex quo Chriſtus eleuatus eſt, & in quo veſtigia eius manſerunt impreſſa, teſtatur D. Hieronymus de locis Hebraicis, Pau- D. Hieron.
linus in epiſtola ad Seuerum Sulpicium, & Car- Paul. ad Seuerum Sulpicium.
dinalis Baronius tomo 1. Annalium. Et mirabi- Card. Baronius in ſuis Annalibus.
le quidẽm eſt, quod cum peregrini deuotionis cauſa, multas illius lapidis particulas illum abradentes demerint, veſtigia tamen ſemper integra manent: quod difficile creditu cuiquam non erit, ſi legerit Gregorium Turonenſem, & Greg. Turon. l. 1. hiſtor. Franc. c. 10.
Paulum Oroſium in ſuis hiſtorijs, vbi auctores iſti tradunt, quod ſtatua illa ſalis, in quã conuerſa fuit vxor Loth, quamuis non paucæ partes ab ea detractæ fuerint, integra ſemper manet, Deo miraculoſe illam reſtaurante. Refert eandem hiſtoriam Tertullianus carmine de Sodoma. Tertull. l. 5. c. 3.

Nec pluuiæ dilapſa ſitu, nec diruta ventis,
Quin etiam ſi quis mutilauerit aduena formam,
Protinus ex ſeſe ſuggeſta vulnera complet.

Significauit veſtigijs in lapide impreſſis Chriſtus Dominus, quod ſi in cęlum tendere placet, 1. Petri 2.
placeat etiam veſtigia eius ſequi. Vnde D. Petrus dixit: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Di- D. Hieron. Beda c. 7.
uus etiam Hieronymus præcitato loco, & Beda de locis ſanctis, rem aliam mirabilem commemorant, nimirum, quod cum in eodem loco, vnde Chriſtus cælum aſcendit, poſtea templum ædificaretur in memoriam mirabilis Aſcenſionis,

num-

numquam ædificatores tectum conſtruere potuerunt, Deo ſic ordinante, vt via, qua Chriſtus Dominus in cælum aſcendit, ſemper pateret, nec manus hominum illam occluderent. Refert Lactantius de falſa religione lib. 1. c. 20. quod cum Tarquinius vellet templum iam ædificatum, occupatum tamen a multis Dijs, ſoli Ioui conſecrare, omnes illi Dij facile ceſſerunt, immo & in terram corruerunt, Deo tamen, nomine Termino, quia Romanorũ terminos ſeruabat, in loco ſuo immoto ſemper perſeuerante: ob quam fortitudinem, & perſeuerantiam Tarquinius iuſſit partem tecti loco, vbi iacebat, correſpondentem tolli, vt ſignificaret, propter illius fortitudinem meruiſſe cælum illi pandi. Ita ſane, vt ſignificaret Deus, poſt Aſcenſionem Chriſti, omnibus cæli aditum patere, qui diuina Chriſti veſtigia ſequuti fuerint; ideo locum, vnde aſcẽdit, tecto cooperiri paſſus non eſt.

Lact. Fir. de fals. rel. lib. 1 c. 20.

Homilia Vndecima.

Aſcenſionis Chriſti Domini mirabiles fructus incipiunt recenſeri, inter quos primum connumeratur augmentum fidei, ſpei, & charitatis.

ANGELICVS ille Doctor D. Thomas 3. p. q. 57 ar. 1. de eximia Aſcenſionis Chriſti vtilitate pertractans, ad tres diuinas illas, ac Theologicas virtutes, fidẽ videlicet, ſpẽ, & charitatem illius fructus reducit, vtpote, quę ex illius in cęlum abeũtia abſentia, ſingularem quendam profectum, atque incrementum fecere. In cuius rei euidentiorem probationem omnem huius diſcurſus operam impendere decreui: id enim tamquam felicis S. Thomæ ingenij non parum ſuauitatis, & vtilitatis allaturum eſſe exiſtimaui, quarum quidem mixtione, & copulatione nihil iucundius inueniri poteſt, teſte Horatio ita canente.

D. Thom. 3. p. q. 57. a. 1.

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.

Et quidem, vt a fide ipſa exordium ducam, cum iuxta D. Pauli ſententiam: *Fides ſit argumentum non apparentium*, & vnanimis Theologorum ſententia dicat, fidem eſſe de non viſis; vnde Sponſa lacti illam comparauit, dicens: *Meliora ſunt vbera tua vino*, quaſi diceret, ſalubrior, & melior eſt mihi lac fidei diuinæ, quod ex vberibus tuis ſugo, quam cerebroſum humanæ ſcientiæ vinum, quod Philoſophi mihi propinant: aptiſſime fidem comparat lacti: nam ſicut infans dum materna vbera ſugit, lac, quod non videt, in ſtomachum traijcit, nec eius qualitates examinat; ſic fides verſatur circa obſcura, & non viſa, & fidelis minime ea ſcrutari, aut examinare debet, ſed captiuare intellectum in obſequium fidei. Cum ergo hoc ita ſe habeat, conſequens eſt, Chriſto abeunte, quem corporeis oculis non videmus, fidem ſolidiorem, ac firmiorem factam fuiſſe, adeo, vt ipſe non immerito S. Thomæ nolenti niſi viſa credere dixerit: *Beati, qui non viderunt, & crediderũt.* Hinc eſt, quod S. Hilarius in quadã homilia de Chriſti Aſcenſione ſapienter obſeruauit, Chriſti diſcipulos, dum continuam vitæ ſocietatem cum eo peragebant, illiuſque & conſuetudinis, & familiaritatis conſortio perfruebãtur, modicę fidei ſemper extitiſſe; eo tamen iam abſente, non modo diuinorum myſteriorum indefeſſi præcones, ac ſacroſanctæ fidei magiſtri, ſed catholicæ religionis columnæ adeo ſolidę, ac firmæ facti fuere, vt tyrannorum Principum rabies, ac diuini nominis hoſtium potentia, nec a corde, nec ab ore ipſum auellere potuerint, ſed inuicta quadam animi fortitudine, atque conſtantia Chriſtum Dominum in conſpectu omnium palam profiterentur, vt teſtatur D. Marcus: *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimoniũ reſurrectionis Ieſu Chriſti.* Porro clarius huius rei veritas ex S. Fulgentij, & Procopij doctrina eluceſcet, qui Chriſtum cum ſole, Eccleſiam vero cum luna conferunt: quippe aſtrologica ſcientia, longa rerum experientia id approbante, docet, ſolem, quanto magis a luna diſtat, tãto clarius lucem ſuam in ipſam defundere: tunc enim radijs ſuis plenius, ac directius eam illuminat: & hinc eſt, quod cum magis luna decreſcit, tunc illam eſſe in coniunctione dicimus; quando vero ſol diſtantius, ac longius ab ea abeſt, tunc plenilunium adeſſe aſſerimus. Non diſſimiliter, dum fulgidus ille diuinæ iuſtitiæ ſol Chriſtus cum luna, id eſt Eccleſia ſua, quæ tunc temporis in ſola diſcipulorum ſuorum congregatione conſiſtebat, coniunctior verſabatur, eoſdem ita parum de ſacro illo fidei lumine participaſſe cernimus, vt iure optimo Chriſtus Dominus eorum incredulitatem acriter increparet, Diuo Marco dicente: *Exprobrauit incredulitatem eorum*: verum clariſſimo illo ſole Chriſto per Aſcenſionem ſuã longius ab eis recedente, modico interiecto dierum interuallo, veluti ſacroſanctæ fidei plenilunio copioſiori lumine abundauerunt: *Sicut luna plena in diebus ſuis lucet.* Sane tam admirabilis, atque ingens fuit lux illa, vt ſolis luci illam compararit Iſaias: *Erat lux lunæ ſicut lux ſolis.* Prænunciata fuerant hæc omnia a Propheta Abacuch, dicente: *Exaltatus ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo.* Quæ verba D. Gregorius de Chriſti Aſcenſione intelligit, ita vt illa ſignificare videantur, per exaltationẽ diuini ſolis iuſtitiæ Chriſti, in eius Aſcenſione lunã, hoc eſt eius Eccleſiam, inſolito ſplendore, nouoque charitatis ordine fuiſſe condecoratã, S. Luca in Actis Apoſtolicis atteſtante, ſacros

Hebr. 11. *Cant. 1.* *Io. 20.* *S. Hilar. ho. de Christi Aſcenſ.* *Actor. 4.* *D. Fulg. & Procopi. de Christi asc.* *Marci. 16.* *Eccles. 9.* *Iſai. 30.* *Abacuch 3. iuxta vulg. ſep. c. 10. D. Greg.* *Act. 1.*

illos

Digitized by Google

illos Apoſtolos vna cum Diua Virgine Maria vnanimes in cœnaculo ſe cōgregaſſe, charitatis ordinem in omnibus ſeruantes. id ergo eſt: *Et luna ſtetit in ordine ſuo*. Subducto igitur Chriſto Domino ab eorum aſpectu, fides in eum credentium, & non videntium firmior, & ſtabilior redditur, vt ponderat D. Petrus: *In quē non videntes credimus*. Atque hinc eſt, q̃ merito ob ſingulare hoc fidei argumentū ex corporali Chriſti abſentia in Eccleſia proueniēs, D. Paulus: *Fidei cōſummatorem*, illum vocauit. Ad hæc vſu etiam, atque experientia docemur, ſolē, dum terrā illuminat, atque calefacit, eo ardentioribus radijs illam ferire, quo ſublimius eleuatus eſt, adeo vt in ortus ſui principio vix altiſſima montium rupiumque faſtigia attingat, medio autem die altius euectus luce ſua profundiſſimas etiam valles, maiorique quam antea feruore, ac potentia irradians illuminat. Sic ſane diuinus ille ſol Chriſtus, initio ſui ortus paucis admodum innotuit, paucisque ſacratæ ſuæ lucis radios, atque ſplendorem cōmunicauit, paucis nēpe paſtoribus, & tribus Regibus: verum in hac celebri eius in cælum Aſcenſionis die ſacroſanctæ fidei luce vniuerſum terrarum orbem illuſtrare cœpit, quæ quidem eo magis excreuit, quo ipſe ſublimius, ac ſublimius auolauit. Neque profecto hæc Chriſti abſentia ſolam fidem, verum etiam noſtram in cælum aſcendendi ſpem adauxit, quæ vltra quam firmiſſime innititur verbis illis Chriſti, dicentis: *Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad me ipſum, vt vbi ego ſum, & vos ſitis*; ſunt & alia non parum firma eiuſdem ſpei fundamenta. Non ſecus enim, ac nauigaotes mari, vndique procelloſis vndarum tempeſtatibus, ventorumque inclementia infeſtati, ſi nauium aliquā ad portū ſaluam appellere, ipſosque nauigantes in terram proſilire videant, recreantur, ac nouam ſpem ſe in tuto etiam collocandi concipiunt: & ſicut ſi milites ducem ſuum in arcem ab eo expugnatam conſcendere, & in vertice illius vexilla defigere conſpiciāt, nullus certe eorum eſt, quantumcumque puſillanimis, aut timidus, qui eo quoque aſcendēdi animum, ac ſpem non arripiat; ita etiam cum videmus regalem illam Eccleſię triremem, Chriſti nēpe humanitatem, poſt tot, tantaſque ventorum iniurias, ac perſecutionum procellas ad tutiſſimum cęli portum appuliſſe, ac ducem noſtrum in faſtigio illius vexillum ſuum erexiſſe; quis noſtrum (quæſo) erit abiecti adeo animi, qui ad cęlos aſcendere deſperet, aut ſempiternæ felicitatis, ac glorię poſſeſſionē, Chriſti adiuuāte gratia, ſe capeſſere poſſe inficietur? Immo ſi, vt ſculptorū peritiſſimi nos docēt, ſeruata mēbrorū proportione, foramen, per quod caput intrat, totum etiam corpus trāſire poteſt; certe cum caput noſtrum per anguſtam paradiſi portam introierit, merito & nos per eandem ingreſſuros ſperabimus, vt S. Leo Papa grandiloquo illo ſuo dicendi more de Aſcenſionis ſacramento agens, his verbis edixit: *Chriſti Aſcenſio noſtra prouectio eſt, & quo proceſſit gloria capitis, eo ſpes vocatur & corporis. Hodie enim nō ſolum paradiſi poſſeſſores firmati ſumus, ſed etiam cælorum ſuperna in Chriſto penetrauimus.* Duo admodum notatu digna dicit. Primum, quod Chriſti Aſcenſio, noſtra aſcenſio eſt: *Chriſti aſcenſio noſtra prouectio eſt.* Chriſtus enim in illa habuit ſe velut magnes, qui ad ſe ferrum etiam grauiſſimum trahit: & velut electrum, quod paleam in altum ſubleuat: & ſicut ſol, qui vapores è terra attollit, adeo vt lutum, quod antea hominum pedibus conculcabatur, in exhalationes reſolutum, ſubtile, & agile adeo reddatur, vt ad nubes etiam altiſſimas pertingat. Hinc cernere eſt admirabilem Chriſti in cælum Aſcenſionis virtutem, quæ, cum corpora noſtra ferro grauiora, putrida palea corruptibiliora, ac luto turpiora ſint, ea nihilominus attollat, nec ſurſum ferre deſiſtat, quouſque ſuper omnia cælorum faſtigia euecta, ſtellas ipſas cōculcare faciat. Alterum autē eorū, quæ dicit D. Leo, eſt, quod eodem modo, quo Chriſtus in cælos aſcendit, & nos cū eo aſcendimus; *Cælorum ſuperna in Chriſto penetrauimus*, Deſumpſit hoc dicendi genus à D. Paulo, dicente: *Conreſuſcitauit, & conſedere nos fecit in Chriſto in cæleſtibus*. O rem admiratione digniſſimam! Necdum D. Paulus ex hac vita migrauerat, & tamen ſe in reſuſcitatorum numero collocabat. Rem inauditam profert: qui enim è terra nondum diſceſſerat, quomodo iam ſe cum Chriſto in cælis ſedere exiſtimabat? *Conſedere nos fecit in Chriſto in cæleſtibus*. Bifariam huic difficultati reſpondere poſſumus, duplicem quidem huius rei reddentes rationem. Prima eſt, ſpem D. Pauli tam certam, firmam, ac ſtabilem conſedendi cum Chriſto in cælis fuiſſe, vt quaſi iam reuera poſſeſſionem illius accepiſſet, loqueretur, dicens de præterito, quod omni modo importat certitudinem: *Conſedere nos fecit in cæleſtibus*. Secunda ratio, quod quemadmodum dum triumphantis capiti corona imponitur, totus homo coronatur, quamuis alioquin ſolum caput coronari videatur; ita etiam quamuis huius triumphi Aſcēſionis corona Chriſto capiti noſtro ſolummodo imponatur, nihilominus nos etiam omnes tamquam corporis ſui myſtici membra illo eodem diademate fuimus coronati. Vnde D. Auguſtinus in ſuis ſoliloquijs dicebat: *Vbi portio mea regnat, ibi me regnare credo: vbi caro mea glorificatur, ibi gloriosū me agnoſco: vbi ſanguis meus dominatur, ibi dominari me ſentio. & quamuis peccator ſum, de hac communi gratia non diffido.* Quod perinde fuit, ac ſi dixiſſet: cum pręmium hodie Chriſto capiti noſtro tribuitur, omnibus membris corporis commune adeo eſt, vt illius triumpho non immerito dicamus nos triumphare, illius corona coronari, illius demum gloria glorificari: *Vbi caro mea glorificatur, ibi me glorioſum agnoſco.* Tandem huc facit illud Iob: *In manibus ſuis abſcondit lucem, & præcepit ei, vt rurſus adueniat, vt annunciet de ea amico ſuo, & quod poſſeſſio eius ſit, & quod ad eam poſſit aſcendere.* Tunc enim diuinum illud Verbum diuinitatis ſuæ lucem in manibus abſcondit, dum hominis formam aſſumpſit.

1. Petri. 1.

Heb. 12.

Ioan. 14.

Leo Papa ſer. 2. de Aſcenſ.

Ad Eph. 2.

D. Augu. in ſuis ſoliloquijs c. 15.

Iob. 36.

Iſai. 45. ſumpſit ; *Vere hic eſt Deus abſconditus*. Tamen
ſicut manuum noſtrarum digiti numquam ita
coniuncti ſunt, quin aliquid radij lucis illarum
iuncturas pertranſeat : ita quamuis mundo ab-
ſconditum eſſet diuinum illud Verbum, Ioanne
dicente : *Et mundus eum non cognouit;* prodigio-
ſa tamen, ac portentoſa illius opera, cum mutis
linguas, ſurdis auditum, mortuis vitã donabat,
manifeſta erant increatæ lucis indicia. Quam-
uis autem paſſionis tempore lux hæc occulta-
retur, & Chriſtus Dominus, qui Crucis cande-
labro inerat, tamquam diuina quædam fax per
mortem extingueretur : reſurrectionis tamen
tempore appropinquante, iterum accenſa alias
Ioan 5. etiam accendit: *Et multa corpora, quæ dormierant,*
reſurrexerunt : ac demum in altiſſimum, ac lu-
cidiſſimum cęli empyrei candelabrum facem il-
lam tranſtulit, vbi facis, ac lucernæ munere
Apoc. 21. fungitur: *Et lucerna erat Agnus*. Ex quibus om-
nibus facile iam erit conijcere, felicisſimum
illud appropinquaſſe tempus, quo omnibus æter
næ beatitudinis poſſeſsionem capere poſſe, ex
Iob 36. Chriſti gratia donatum eſt: *Vt annunciet de ea*
amico ſuo, & quod poſſeſſio eius ſit, & quod ad eam
poſſit aſcendere. Cum hæc igitur ita ſe habeant,
cuiuſnam ſpes deiecta, atque adeo languens e-
rit, quæ protinus non erigatur? quæ charitas
tenuis adeo, ac tepida, quæ continuo efferueſce-
re non incipiat? Atque hic eſt tertius à Domi-
no commemoratus Aſcenſionis Chriſti fructus:
nec immerito ſane. Si enim ipſe theſaurus no-
ſter eſt, & in cælo ſe collocat, conſequens eſt,
vt corda noſtra ad ſe rapiat, & in altum perdu-
Matth. 6. car, cum illud veriſsimum ſit, quod *Vbi eſt*
theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Quis ergo
erit, qui non ſummo in Dominum amoris, ac
dilectationis ardeat incendio? quippe tam eni-
xe, tantaque ſollicitudine noſtræ redemptionis
negocio incubuit, vt non deſtiterit, quouſque
cæli iter nobis panderet, ac ſupremæ beatitu-
Mich. 2. dinis portas reſeraret : *Pandens iter ante eos*,
vt dicit Propheta Michæas. Diuus Hieronymus
legit : *Aſcendit, qui diuidit ante eos*, quaſi di-
ceret: ſicut in vallium faucibus niuibus obſtru-
ctis, ac montibus præ nimia arborum copia
condenſatis illic circumuicini fuſtibus, & li-
gnis niuem in hanc, & illam partem diuidunt:
hi vero bipenni, aut ſecuri arbuſta diſſecant,
quouſque viatoribus commodum, aptumque
iter ſternant; non diſsimiliter Chriſtus, vi-
dens frigidiſsima flagitiorum noſtrorum ni-
ue cæli iter obturatum, & regni cæleſtis adi-
tum occluſum, illud aperuit, aſpera in vias pla-
nas conuertens : *Pandens iter ante eos*. Quin-
immo addit Diuus Paulus ad Hebræos ſcribẽs,
quod viæ nouæ à nemine antea vnquam calca-
Hebr. 10. tæ, aut inuentæ principium dedit : *Initiauit no-*
bis viam nouam. Semitam quidem iam ſemel
tritam, aut cognitam, quamuis alioquin niuę
coopertam ſternere non adeo laborioſum, atq.
moleſtum eſt; verum numquam antea viam in-
uentam, & ſemitam numquam protritam, ac
nouum, & incognitum ad cæli gloriam iter ad
inuenire, Chriſti omnipotentiæ, ſolique Deo pe-
culiariter erat reſeruatum. Vnde cum parum
nobis profuiſſet, illuc Chriſtum aſcendiſſe, niſi
pariter cæli portæ nobis patuiſſent, ideo ipſe
liberum nobis ad cælos ingreſſum ob ſcelerum
noſtrorum enormitatem iam præcluſum pate-
fecit. Opus profecto ſingulare adeo, atque he-
roicum, vt ſola Chriſti omnipotentia illud ad fi-
nem vſque perducere quiuerit. Deus olim Che-
rubin quendam gladium præ manibus geren-
tem, ante paradiſi portas conſtituerat, vt ho-
minibus introitum illius prohiberet ; *Nunc au-* D. Cyril. 17. de orat. in ſpiritu.
tem, vt ait Cyrillus, *auertit Chriſtus gladium,*
qui nos inde arcebat, liberq. eſt deinceps ingreſſus.
Et ante hæc libro quinto dixerat : *Primus aſcen-* Ibidem.
dit ad Patrem, inſtaurans nobis aditum ad cælum,
præparanſq. ſupernas manſiones, ſicut ipſe in Euan-
gelio dixit: Vado vobis parare locum. Primus om- Ioan. 14.
nium noſtrum genitor Adam ſuperbiæ iter in-
grediens mortis aperuit portam : *Per hoc enim* Rom. 5.
peccatum introiuit mors in hunc mundum. At Chri
ſtus e contra per humilitatem ſuam viam cæli
aperuit ad vitam, de qua Dauid: *Notas mihi fe-* ps. 15.
ciſti vias vitæ. In cuius figuram in libro Ioſue Ioſue 3.
legimus, arcam teſtamenti populo Iſraelitico li
berum Iordanis fluuij ad terram promiſsionis
aquis miraculoſe ſe diuidentibus tranſitũ pate-
feciſſe, ſicut & quondam Moyſes mare rubrum, Exod. 14.
ad populũ à furore Pharaonis eum inſequẽtis li-
berandum tranſmeauit. Hæc igitur Chriſtus
prodigia in triumphanti illius Aſcenſione mira-
bilius inſtaurauit. Fidem enim corroborans,
ſpem erigens, charitatem accendens, cæli iter
nobis pandit, liberumq. eius aditum relinquit,
vt ab hoc miſerrimę vitæ exilio ad cæleſtem pa-
triam, deſideratamque æternæ felicitatis glo-
riam peruenire valeamus. Cui ſit honor, & glo-
ria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XII.

Fructus varios Aſcenſionis Chri ſti proſequimur, pariterque oſtendimus, quam illa vniuer- ſi cæli, terraque incolis alacris, dæmoni infeſta, & inferno lu- gubris fuerit.

COMMVNIS adeo, ac vniuer-
ſalis fuit lętitię fructus, qui in
hoc orbis theatro, ex glorioſa
Chriſti Aſcenſione perceptus
fuit, vt non modo terram, ſed
etiam cælos ipſos penetrarit,
nec homines tantum, ſed &
Angelos apprehenderit, nec non Chriſto ſolum,
ſed in æterni etiam Patris, ac puriſsimæ illius
Matris pręcordijs exultationis, & gaudij iubilũ

locum habuerit. Et vt hinc exordiamur, ſi ante omnia diligenter conſiderauerimus illa Chriſti [Ioan.14.] diſcipulis dicentis verba: *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem*; facile ex iiſdem colligemus, æternum Patrem, ac dilectiſſimam Chriſti Matrem, qui ardēti adeo amore eum diligebant, ob victricem, ac triumphantem eius in cęlum Aſcenſionem ingentem concepiſſe lætitiam. Ingentem dico, quia quanta eſt amoris magnitudo erga dilectum, tanta eſſe ſolet de eius bono diligentis lætitia. Cum ergo Pater æternus, & beatiſſima Chriſti Mater feruentiore, quam dici poſſit, amore illum proſequerētur, conſequens eſt, ingentem fuiſſe eorum lætitiam. Referunt hiſtorici, duos illos Lacedæmonios, Chilum videlicet & Elphodium, quatuor eorum filios laureis coronis redimitos ob victoriam in olympicis ludis partam triumphare videntes, præ nimio gaudio, & lętitia animam exhalaſſe. Si ingens igitur adeo fuit iſtorum gaudium, quale, quantumque credimus fuiſſe illud æterni Patris, ac ſāctiſſimæ Chriſti Matris, triumphantem Filium ſuum aſcendere dum vident, non è ludis olympicis, ſed ex cruento Caluariæ montis bello, laborioſiſſimoque certamine, non laureo cinctum diademate, ſed precioſa caput eius corona circundatum, vt prædixerat [Pſal.20.] Dauid: *Poſuiſti ſuper caput eius coronā de lapide precioſo.* Coronam quidem nō ciuicā, vt antiquitus Romani, non muralem, non oualem, non vallarem, aut caſtrenſem, ſed gemmis, atq. adamātibus precioſiorem, cum Sapiens vocet illā, [Eccl.1. Ezech.16. Apoc.2. 1.Petr.5. 2.Tim.4.] *Coronā exultationis*; Ezechiel, *Coronam pulchritudinis*; ſanctus Ioannes, *Coronam vitæ*; S. Petrus, *Coronam gloriæ*; S. Paulus, *Coronam iuſtitiæ.* Fuit etiā glorioſa illa Chriſti Aſcenſio ſacratiſſimæ eius humanitati ſummæ alacritati, & lætitiæ: tum quia, quemadmodum non modicam affert exultationē, graue aliquod negocium præ manibus habenti, ad optatum finem, felicemq. exitum illud perducere, prout Salomoni contigit, qui finito illo ſumptuoſo templo, cum vniuerſo popu- [3.Reg.8.] lo per quatuordecim dierum ſpatium ingenti iubilo exultauit: ita ſane Chriſtus deducto ad perfectionem noſtræ redemptionis opere, glorioſaq. coronide tanto muneri impoſita, vt ipſe [Ioan.17.] prędixit: *Opus conſummaui, quod dediſti mihi*: peracta etiam, ac perfecta ſumptuoſa hac catholicę Eccleſiæ fabrica, quam ſummis laborum impendijs extruxerat, fieri minime poterat, quin ſumma animi voluptate, ac ſingulari iucūditate perfunderetur. Atq. hinc eſt, vt ſancti Patres inter ceteras omnes Chriſti ſolemnitates illum ſuæ glorioſæ Aſcenſionis diem præcipuum eſſe ſemper exiſtimarint, vt qui ea die omnia opera ſua veluti ſigillo quodā obſerarit, ac obſignarit, quo incredibilem auctoritatē, ſummumq. ſplendorē omnibus per vniuerſum eius vitæ curriculū patratis operibus contulit, adeo vt D. Bernardus Chriſti Aſcenſionē appellet *Felicē clauſulam totius itinerarij Filij Dei.* Si enim attente vniuerſum vitæ ſuæ curriculum contemplemur, nihil aliud eſſe cōperiemus, quā librum quendam calamo velociter ſcribentis conſcriptum, mirabilē eius doctrinam continentem, prodigijs, ac miraculis firmatum, morte approbatum, reſurrectione cōſtabilitum, Aſcenſione demum obſignatum, vt abſq. rubore intrepide euulgari poſſit. Fuit etiā totius vitæ Domini progreſſus inſtar cuiuſdam ſolemnis Miſſæ, quam in hoc mundo celebrauit, cuius Introitus fuit illius in hunc mundum venientis natiuitas; Epiſtola, atque Euangelium prædicatio; ſacrificiū hoſtię, quod in ara Crucis Deo Patri obtulit; Aſcēſio vero, Ite Miſſa eſt. Nec defuit benedictio, S. Luca dicente: *Benedicens* [Luc.24.] *ferebatur in cælum.* Vnde egregie D. Epiphanius [Epiph. ſerm.] dixit: *Vt enim caput totam corporis conſtitutionem ornat, ita hodierna die ſolemnitas diuinæ œconomiæ pulchritudinem, quaſi colophonem imponens mirifice illuſtrat.* Igitur cum hodiernæ diei opus omnia Chriſti opera perfecte compleuit, nō immerito ſummam illi voluptatem hodiernam ſolemnitatē attuliſſe credimus. Secundo, quid quæſo, mortalibus magis à natura inſitum eſt, quā vt à patria abſentes ex eorum in illā reditu ſummā animo voluptatem concipiāt? Teſtis nobis erit Vlyſſes ille, quē Græcorū poetarum facile princeps Homerus refert à ſapientibus omnibus deſtitutum, tā ſingulari in patriā, ac natale ſolum amore incenſum fuiſſe, vt diceret, ſemper patrię adeo vicinum eſſe deſiderare, vt fumum ex illius caminis ſalientem videre poſſet. Vnde à Luciano prouerbium prodijt, fumum propriæ patrię clariorem eſſe, quam ſolem in aliena. Quibus ſi adijciamus, illam Vlyſſis patriam nō Romam caput mundi, non Athenas Græciæ gloriam, non populoſam Alexandriam, ſed Ithacā humile oppidulū aſperrimis maris ſaxis veluti nidulum affixum fuiſſe, facile inde deprehendemus, quanta ſit naturæ vis, quantumque amoris pondus in patriam, & quale tandem ob reditum in illam gaudium, quod incolarum ad eā reuertētium animos exhilarat. Volucres etiā, ceteraque orbis animantia ſummopere eo, vnde digreſſa ſunt, redire delectantur: aues ad nidos ſuos, ad venatoris manus accipitres, cuniculi ad antra, ſerpentes demum ad cauernas ſuas regredi gaudent, vnde Poeta cecinit:

Repetunt proprios quæque receſſus,
Redituque ſuo ſingula gaudent,
Nec manet vlli traditus ordo,
Niſi qui fini iunxerit ortum,
Stabilemque ſui fecerit orbem.

Si igitur hæc eſt hominum, & animantium omnium natura, vt in patriam, propriaque domicilia redeuntes ſummopere exultent; quis, quæſo, Chriſtum Dominum in cælum, connaturalem eius patriam (vtpore, quia iuxta Pauli ſententiā *Secūdus erat homo de cælo cæleſtis*) feli- [1.Cor.15.] citer redeuntē ſūma alacritate perfusū ambiget? Ex his infero, quantū in nobis tepuerit, immo & emortuū ſit ſupernæ felicitatis deſiderium, qui tametſi cęlum noſtra ſit patria, ne vel minimo illius trahimur amore. Verum ſi me tantiſper de cæleſtibus huius patriæ bonis diſſerentem audieritis, ſperō veſtrum omnium corda incre-

dibili

Digitized by Google

dibili quodam, atque inſolito eò quam pri-
mum adeundi deſiderio accendenda, atque in-
flammanda fore. Ibi ſumptuoſa, præclaraque
Num. 24. extant palatia: *Quam pulchra tabernacula tua Ia-*
Pſ. 143. *cob, & tentoria tua*; ibi ornatiſſima cubilia: *Læ-*
tabuntur in cubilibus ſuis; ibi continua muſica
dulci melodia animum recreans: *Vox exultatio-*
Pſ. 117. *nis, & lætitiæ in tabernaculis iuſtorum*; ibi ingen-
Pſ. 111 tes diuitię: *Gloria, & diuitiæ in domo eius*; ibi
Gal. 4. ſumma libertas: *Quæ ſurſum eſt Hieruſalem, li-*
bera eſt; ibi ingens adeo auri copia, vt ipſa ci-
Apoc. 2. uitas aurum fit, Ioanne dicente: *Ipſa ciuitas au-*
rum mundum; ibi omnium generum delitiæ: *In-*
Pſ. 35. *ebriabuntur ab vbertate domus tuæ*; locus ille ab
Pſ. 19. omni periculo, omnique malo immunis: *Non*
accedet ad te malum, & flagellum non appropin-
quabit tabernaculo tuo; ibi nihil impurum, inſe-
Apoc. 20. ctumue ingreditur: *Non intrabit in illam ciuita-*
tem quidquam immundum, aut coinquinatum;
ibi peccati turpitudo non adeſt, omnia ſancti-
Iſai. 35. tatem redolent: *Via ſancta vocabitur, & mala*
beſtia non aſcendet per eam; ibi omnes chari filij
Oſee 1. Dei ſunt: *Dicetur eis, filij Dei viuentis*; ibi omnes
Apoc. 22. Reges: *Regnabunt cum Agno, & Agnus cum illis*;
ibi omnes felices, ac beati: *Beati qui habitant*
Pſ. 83. *in domo tua Domine*; ibi perfecta, omnibuſque nu
meris abſoluta ſatietas: *Satiabor, cum apparue-*
Pſ. 16. Iſai. 32. *rit gloria tua*; ibi ſumma pax: *Sedebit populus*
meus in pulchritudine pacis; ibi denique plenitu-
do, ac ſumma omnium bonorum, quæ excogi-
tari, aut deſiderari poſſunt, exuberantia: *Ego*
Exod. 33. *oſtendam tibi omne bonum*. Patriam igitur com-
modam adeo, tam delitioſam, tam omnium re-
rum abundantia profluentem non poſſidere,
aut eius poſſeſſionem differri, quis vna cum Da
uide Propheta profuſis lacrymis non lamenta-
Pſ. 119. bitur? *Heu mihi, quia incolatus meus prolonga-*
tus eſt. Tertio, ſi inanimata vi quadam natu-
ræ inſita ad proprium locum, velut ad centrum,
inclinantur, quem extra pacifice conſiſtere ne-
queunt, & in eorum proprijs locis repoſita
ſumma quiete demorantur, quę in rebus ina-
nimatis eſt veluti metaphorica quædam dele-
ctatio, veram illam, quæ in poſſeſſione rei antea
deſideratæ percipitur, imitans: proprium Chri-
ſti locum cęlum eſſe, haud difficile erit compro-
bare. Tellus rerum corruptibilium, & tempo-
re labẽtium naturalis locus eſt, vt Sapiẽs dixit:
Eccl. 1. *Generatio aduenit, & generatio præterit &c.* ſacrũ
autem Chriſti corpus licet paſſibile, ac mor-
tale eſſet, diuina diſpenſatione corruptioni non
Pſ. 15. erat obnoxium, Propheta dicente: *Non dabis ſã-*
ctum tuum videre corruptionem. Et ideo tamquam
incorruptibili corpori incorruptibile cælũ, om-
nis peregrinæ impreſſionis expers, tamquam
proportionatus locus ei debitus erat. Si enim
Ariſtoteles tradit locum, & locatum proportio-
nari debere, & experientia nos docet, omnia ele
menta, omnes cæli volucres, omniaq. animantia
propria, ac proportionata ſibi loca appetere,
& in eiſdem ſumma quadã delectatione requie-
ſcere: quis ergo, quæſo, Chriſtum cæli empyrei
faſtigia calcantem, & connaturalem ſibi locum
poſſidentem vehementer exultauiſſe inficiabi-

tur? At obijciet forſan aliquis illud S. Gregorij:
Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad D. Greg.
peregrina ducitur, dũ per Redemptorẽ noſtrũ altius
in cælo collocatur; igitur cælum non naturalis, ſed
peregrinus locus eſt Chriſto. Ego, vt huic obie-
ctioni ſaciam ſatis, vtar exemplo relato per A- Ariſt. l. 8. Politicor.
riſtotelẽ, & Herodotum, dicentes, Imperatorem Herod. l. 2.
Amaſim Demetiadem appellatum, ex humili
loco natum ad Imperialem dignitatem perue-
niſſe, eaq. de cauſa apud ſuos auctoritate parum
valuiſſe, qui, vt ipſi eorum errorem agnoſcerẽt,
accito ad ſe aurifice mãdauit, vt è pelui quadã
pedibus ſuis lauandis antea deſtinata inſignem
quandam Iouis ſtatuam conficeret, quam, dum
quadam die ipſe, totuſq. populus in templo ver-
ſarentur, iuſsit in medium afferri, eamq. omnes
flexis genibus ſtatim adorarunt. Quibus Amaſis:
Quid, inquit, adoratis, quod heſterna die vas ablu̇ẽ-
dis pedibus meis deſeruiebat? Cui omnes reſponde-
runt: non aſpicimus quod fuit, ſed quod nunc eſt.
Vnde ipſe hęc verba in eos retorquens continuo
dixit: *Ergo non aſpiciendum, quod fui, ſed quod ſũ*.
Egregiam hanc huius Imperatoris reſponſionẽ
rei noſtræ applicantes, ſane, ſi naturam mortalis
noſtri corporis contemplemur, proprium eius
locum terrã eſſe, vtpote ex illa formatũ, incun-
ctanter dicemus. Vnde cũ ad cæli locum eleua-
tur, ad peregrina ducitur, vt ait S. Gregorius. D. Greg.
Verum ſi aſpiciamus non mortale, quod fuit, ſed
quod nunc eſt immortale, & gloriæ dotibus cu-
mulatum; cælum ipſum proportionatum, & con-
naturalem illius locum eſſe ingenue fatebimur:
Non igitur aſpiciendũ, quod fuit, ſed quod eſt. Quẽ-
admodum experimur naturalia omnia muta-
tis eorum conditionibus, & qualitatibus locũ e-
tiã mutare: quod enim antea aqua erat, ideoq. in
inferiori terræ loco propter eius grauitatẽ cõ-
ſiſtebat, iã in vapores reſoluta, in altũ ſubtilis ef
fecta cõſcendit; ita Chriſti corpus de mortali in
immortale, de paſsibili in impaſsibile cõmutatũ,
ac nouis, & glorioſis dotiũ qualitatibus exorna-
tum nõ terrã, ſed cælum, nec quodcumq. cælum,
ſed cælũ cælorum, & ſublimiorẽ eius verticẽ tã-
quã proprium, & connaturalẽ locum ſibi vẽdi-
cat. Vnanimis eſt philoſophorum ſentẽtia, tota-
lẽ, vel pręcipuã corporis exiſtentiã eſſe à forma;
vnde quãto forma nobilior eſt, & etiã corpus no
bilius exiſtit, & cõſequenter nobilior, & dignior
locus ei debetur. Cum ergo corpus Chriſti cete-
ris omnibus nobilius, & excellẽtius ſit, tũ ꝓpter
modi productionis illius excellentiã, cum Spiri-
tus ſancti opera efformatũ fuerit; tum propter
formæ illud informãtis nobilitatẽ, quæ omnem
formã huc vſq. creatã longo interuallo ſuperat;
tum ob inſignẽ dotium illud exornantiũ varie-
tatẽ; tum tandẽ, & potiſsimum propter hypoſta-
ticã cum Verbo, à quo ſuſtinetur, vnionẽ: iure, ſa
ne optimo locus omniũ nobiliſsimus, ac excel-
lentiſsimus, nẽpe empyreum cælũ, ei debebatur,
vbi nunc in maieſtatis ſuæ throno ſedet, ac in ę-
ternũ, & vltra ſedebit. Sed iã de mira Angelorũ
alacritate dicamus. Sane Chriſti Aſcenſio nõ mo
dicũ diuinos illos Angelicos ſpirit⁹ oblectauit.
Cũ enim cęleſtis illius Hieruſalẽ lux exiſtat (*Et* Apoc. 21.

lucerna erat Agnus) neceſſario ſingulari quadã animi delectatione ſolẽ iſtũ naſci, & ex eo nouã in eorũ hemiſphęrio prodire lucẽ vidẽtes, oblectari neceſſe erat. maxime q; ſi peccatorẽ per pœnitentiæ portas ingredi vident, delectantur adeo, *Luc. 15.* vt Chriſtus Dominus dicat: *Gaudiũ eſt in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiã agente:* maiori proculdubio gaudio affectos non dubitabo, cũ creatorẽ, & Dominum ſuũ, paradiſi portas introeuntẽ conſpexerunt. Si, quando Chriſtus vti generalis Eccleſiæ dux in terrã deſcendit, cruentum cũ hoſte certamen initurus, præ nimio gaudio Angeli in porticum Bethlehẽ deſcẽderunt, cum ingenti iubilo canentes: *Luc. 2.* *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis:* quid, quæſo, cum iam exacto conflictu, proſtratoque potentiſſimo hoſte ipſum victorem, ac triumphantẽ, & regni poſſeſſionem in pręmium victoriæ accipientem conſpexerint, maiori gaudio non afficientur? Ceterum iam diſcutiamus hominum lætitiæ cauſas. Gregorius Nyſſenus mirabile Aſcenſionis myſterium cum Natiuitatis arcano conferens, cauſam, ob quam in illa magis, quam iſta lætari debeamus, breui verborum compendio in hæc verba exponit: *D. Greg. Nyſ de Aſcen.* *In die natiuitatis Dominus vere hominem ſe eſſe cõfeſſus, in Aſcenſione vero ſe eſſe Deum teſtatus eſt. in illo die deſcendit redempturus nos, in hoc aſcendit glorificaturus: illa fuit veluti medium quoddam, hæc vero finis.* Merito igitur magis de Chriſti Aſcenſione, quam de illius natiuitate gaudere, lætarique fas nobis eſt. Quamuis autem non diffitear, ſacros Apoſtolos ex Chriſti diſceſſu nõ modicum dolurem, ac timorem concepiſſe, *Ioan. 16.* vt Chriſtus eis prædixerat: *Triſtitia implebit cor veſtrum;* quod & obſeruauit D. Bernardus ſermone ſuo de Aſcenſione, dicens: *D. Ber. ser. de Aſcen.* *Quid putatis, fratres, quantus dolor, & timor irruit Apoſtolica pectora?* Illud enim amantium ingenium eſt, hæc communis omnium conditio, vt ex amati abſentia contriſtentur. *1. Reg. 20.* Vnde videmus Agar Abrahami, *4. Reg. 18.* Dauidem Ionathæ, Epheſios Diui Pauli diſceſſum ægre admodum, moleſteque tuliſſe, adeo vt diſcedentis Pauli collum tenentis amplexarentur, & illum deoſcularentur: *Act. 20.* *Incumbentes ſuper collum Pauli eum deoſculabantur* Chriſtus tamẽ Dominus cruentum Caluarij mõtis certamen initurus, cũ à diſcipulis ſuis diſceſſurus eſſet, maiorem dolorem ex eorum abſentia concepit, vt aperte indicat Lucas, *Luc. 22.* dicens; *Et auulſus eſt ab eis.* Quibus verbis metaphoram ab arbore ſumit, quæ cum altiſſimas iecerit radices, difficulter eradicari, aut euelli poteſt, ſemelq. eradicata adhuc plures radicũ reliquiæ terræ defixæ reſtãt. Nõ ſecus Chriſtus Dominus, qui adeo amoris, & beneuolẽtiæ altas radices in diſcipulorum animis fixerat, vt ab eis diſceſſus non exiguo animi dolore ante reſurrectionem eum afficeret. Similem ergo dolorem, ait Bernardus, *Ber vbi sup* *Apoſtoli, quaſi par pari referentes, ex abſentia Chriſti conceperunt:* Ipſe autem ita beneuole, ac iucunde iã iam in cælum aſcenſurus eos allocutus eſt, vt exultatio, & lætitia exinde in eorum animis pręd ominari cœperit. Vt etiam conſolaretur eos, nouas militiæ copias, tamquam catholicæ Eccleſiæ ducibus, ad vniuerſum expugnandum terrarum orbem, à principe tenebrarum tyrannice vſurpatum conceſſit, & ſingulis Euangelicæ doctrinæ euulgationem, & Chriſtianæ religionis propagationem commiſit. Hæc enim erant arma, hæc bellica tormenta, hic gladij euaginati, quibus hoſtes debellare, ac ſuperare debebant, Videor ſane audire opportune Chriſtum tunc dicentem: *Exiui à Patre, & veni in mundũ, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* *Ioan. 16.* Ecce ego officium meum ad amuſſim adimpleui, ſic & veſtrum rogo vos, adimpleatis, nec diutius, quam opus fuerit, in mundo immoremini, ſed ad me confeſtim Apoſtolico munere completo reuertamini. Quod ſi præſentiam meam multum vtilitatis vobis allaturam putatis, credite mihi, abſentia mea ſupra modum magis proderit: *Nam ſi ego non abiero, Paracletus non veniet ad vos;* *ibidem.* & hæc dicens ſingulos amplexabatur, ſubiungens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* *Ioan. 14.* Tunc diſcipulos ei dixiſſe contemplor: Domine, quando ſeruus tuus Elias curru igneo in cælum ſubuectus eſt, *4. Reg. 2.* bona mobilia, atque immobilia diſcipulo eius Eliſeo reliquit; mobile quidem pallium, immobile vero duplicem eius ſpiritum. Nobis autem tu, qui maior es Abraham, Elia, & priſcis omnibus Patribus, quid relinquis? Ego, ait Chriſtus, loco bonorum immobilium Spiritum ſanctum polliceor, qui ſuperueniet in vos, in ſempiternum vobiſcum permanſurus: *Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos:* *Act. 1.* & vice bonorum mobilium ſacramentum altaris, vbi ſacramentaliter permanebo vſque ad vltimam mũdi periodum, ſed non vltra: *Ecce vobiſcum ſũ vſq. ad conſummationẽ ſæculi.* *Matt. 28.* His igitur dulciſſimis verbis recreati diſcipuli Chriſti, ac precioſiſſimis muneribus, diuiniſq. pignoribus locupletati nõ poterant nõ ingenti gaudio, & alacritate perfundi. His adiungamus cõmunem aliam omnibus nobis lætitiæ cauſã, & ſummi gaudij rationẽ. Chriſtus enim Dominus cælũ aſcendit, vt ibi pro nobis aduocati munus, ac procuratoris officiũ, in cauſis noſtris, tã ciuilibus, quã criminalibus gereret, vt ait S. Ioannes: *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* *1. Ioan. 2.* Si quis ergo in peccatum inciderit, ſciat ſe in cælo perpetuum, ac indefeſſum veniæ ſollicitatorem habere, qui thuribulo cordis igne charitatis accenſo Deo Patri ſemper thurificat, ne flagitiorum, peccatorumque noſtrorum graueolentia ſurſum a deum aſcendat, ac diuinam cõtra nos prouocet iram. Sciat qui peccauit, diſertiſſimum in cælo adeſſe aduocatum, qui ſingulari cura, ac diligentia, cum ſumma ſapientia coniuncta æternæ ſalutis ſuæ nogocium procurat, totque linguis in fauorem noſtrum rationes allegat, quot vulnerũ cicatrices in ſacratiſſimo ſuo corpore ſeruãs æterno Patri inceſſanter præſentat: illud idem inſtaurans, quod olim feciſſe legitur dux ille, de

quo

Digitized by Google

Plut. in vita Mar. Marc.

quo refert Plutarchus in vita Marci Marcelli, eum grauis cuiuſdam criminis accuſatum, in cōſpectu totius ſenatus veſtimenta exuentem, ac plagas, vulneraq. ſua pro ſenatu, populiq. defenſione accepta detegentē dixiſſe: nonne (ò Romani) mortalia hæc vulnera, pro communi Reipublicæ vtilitate accepta, pręmium aliquod promerentur? Tantæ fuit efficaciæ ſpectaculū iſtud, & loquentis verba vehementer adeo auditorum animos permouerunt, vt continuo delictum cōdonarent, ſummiſq. honoribus cumularent. Non diſsimiliter Chriſtus Dominus corā æterno Patre vulnera manibus, pedibuſq. ac ſacratiſsimo eius lateri inflicta præſentans clamat in tribunali Dei, miſericordiam exhibe, æterne Pater, & veniam impertire peccatoribus. His plagatus ſum, vt eorum plagis medearis: nonne plagæ iſtę pręmium hoc promerentur? Congruenter admodum ad rem hanc illuſtrandam loquutum arbitror, qui Chriſtum in cælo placantem Patrem pulmonis officio functum prædixit. Natura in animaliū corpore, quia cor eſt inter omnia calidiſsimum membra, pulmonē ei adeſſe prouidit, qui inſtar follis perflantis natiuum calorē ſuauiter refrigeraret, eiuſq. vehemētem temperaret ardorem. Ita æterni Patris pectus intueor contra peccatores furoris igne incenſum, atque inflammatum: *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo.* (Hier. 15.) Chriſtus autem vi clamorum ſuorum hunc diuini furoris ignem, ardenteſq. flammas mitigat, ac temperat, ne iuſtitiæ fulgura in nos mittat, & pro meritis in nos excandeſcat. Singularem hanc curam, quam Chriſtus in cælo habet ſuos protegendi, exigebat olim Sponſa, cum dicebat: *Fuge dilecte mi, aſſimilare capreæ hinnuloque cervorum.* (Can. 2.) Nam, vt teſtantur Archelaus, & Alemō, quos Pierius Valerianus refert, capreæ peculiare eſt, per aures reſpirare, ideoq. acutiſsimi eſt auditus: nam ſicut inde reſpirans aerem ad aures attrahit; ſic etiam neceſſarium eſt vocem, ſonitumq. illi ſuppoſitum, & inhærentem attrahere. Dum igitur Sponſa Chriſto dixit: *Aſſimilare capreæ*, (Ibidem.) perinde fuit, ac ſi diceret, eū caprea acutiſsimo vigeat auditu, aſsimilare capreæ, à diſtantiſsimo loco audienti, mortalium clamores exaudi, ne illis diuinæ tuæ miſericordiæ aures obtures. De hinnulo autem referunt Plinius, (Pl. & Ariſt. de hiſt. ani.) & Ariſtoteles, & ipſa rerum magiſtra experientia docet, quod dum fugit, nonnumquam caput retrorſum intorquet, quod nimiæ ſuæ agilitatis fiduciæ volunt quidam aſcribere. Pierius Valerianus (Pier. Val. l. 8. hierog. 15) è cōtra ait cauſam illius eſſe, quod pectoris cōpreſsione laboret, & ideo pauliſper ſiſtit, vt reſpirare, & nouum aerem attrahere poſsit. Verum quidquid ſit de hoc, id ſatis exploratum eſt, Chriſtum in cælum aſcendentem à diſcipulorum intuitu oculorum aciem nō deflexiſſe, neq. ad eos faciem conuertiſſe ob pectoris compreſſionem, ſed potius propter tantam illius amplitudinem, ac latitudinem, vt nos omnes in eo velut amantiſsima mater contineat, & complectatur, vnde ex regali maieſtatis ſuæ throno, nec per momentum oculos ab orphanis filijs, quos in hoc videt demorari exilio, deflectit, ſed ſemper in eos intendens protegit, eorumq. ſubuenit indigentiæ. Deniq. ſi Chriſti reſurrectio inſolitam in catholicis animis excitauit lætitiam, dum intuentes velut exemplar quoddam, ad eius imitationem corporis reſurrectionem futuram cōtemplantur: *Configuratum corpori claritatis ſuæ;* (Philip. 3.) vt loquit Paulus; non minorem Chriſti Aſcenſio alacritatem parere debet, cum & ipſa perfectiſſimum quoddam exemplar ſit omnium noſtrum aſcenſionis in cælum: vt ipſe aſcendit, ita & nos aſcēdemus, & ſicut ipſe in nubē ſubijt (*Qui ponis* (Pſ. 103.) *nubem aſcenſum tuum*) ita & nos, vt teſtatur Apoſtolus, aſcendemus; *Simul rapiemur cum illo in nu-* (1. Theſſ. 4.) *bibus obuiam Chriſto in aera.* Verum dicet aliquis: ſi Chriſto Domino atteſtante: *Nemo aſcendit in* (Ioan. 3.) *cælum, niſi qui deſcendit de cælo*: ergo ſolus Chriſtus in cæleſtem patriam *aſcendet*, & nos in lacrymoſo hoc exilio miſeri remanebimus. Acute admodū huic obiecto reſpōdet S. Bernardus in (Ber. ser. de Aſcen.) illius loci expoſitione: *Solus quidem aſcendit, ſed tamen totus.* Vnde cum nos ſimus partes huius totius, vt ita loquar, tamquam ſui myſtici corporis mēbra, ſane per illa verba ab aſcenſione cæli neutiquā excludimur, immo ſub illis omnino cōprehendimur, ac proinde hodierna die illius in Chriſto capim[*] poſſeſsionē. Poteſt etiā hoc apto hoc exēplo explicari: cū enim dicimus in hac domo tantū eſſe vnū hominē, nemo ſanæ mentis dicet, veſtimēta eius excludi: iuſti autē veſtimēta sūt Chriſti, ſicut in Iſaia ſcriptū eſt: *Viuo ego* (Iſai. 49.) *dicit Dñs, omnibus his veſtieris.* Verū enimuero, licet omnia Chriſti opera, omneſq. & ſingulæ eius actiones ad hunc ſcopū tenderent, vt nobis cæleſtē gloriam cōpararent, vnde hanc nobis in vita promiſit, in morte acquiſiuit, & in reſurrectione manifeſtauit; nihilominus, quia vt l. poſ- (L. poſſeſsionibus de acq. rerum poſſeſsione.) ſeſsionibus. cautū eſt: *Non nudis pactis rerū nobis dominia acquiruntur:* ideo cū Chriſtus hodie, vti caput noſtrū, pro nobis omnibus cęli poſſeſsionē capiat, hodie etiā nos illā accepiſſe cenſemur. Hoc cuius, quęſo, animū nō exhilaret? cuius mœrorē non depellat? cuius viſcera ſumma alacritate non perfundat? Atq. vt finem dicendi faciā, illud ſilentio non præteribo, quod quantū lætitiæ, & gaudij glorioſa Chriſti Aſcenſio catholicæ Eccleſiæ attulit, tantundem triſtitiæ, & mœroris diabolo, ac inferno contulit. Vnde eleganter D. Epiphanius dixit: *Hodie per Ieſu Aſcenſū* (Eph. de Aſcen. Chriſti) *peccatum veluti fumus diſparuit; hodie Diabolus corpus noſtrū in cælum ſubleuatum cernens, calamitatem ſuam deplorat. Quid faciam infelix? Mariæ filius me conculcauit.* Quamuis autem veriſsimū ſit, Chriſtū Dominum mortalē vitam agentem in omnibus prælijs cum Satana initis eum acerrime compeſcuiſſe, ac facili negotio profligaſſe; hodie tamen, cum in altiſsima cæli empyrei faſtigia conſcendit, merito Hiſpanum illud prouerbium pro Chriſto vſurpare licebit, *que tiene la cueſta y las piedras contra ſu enemigo.* Vnde tanto eum ſaxorum turbine inde obruit, vt priſtinis viribus extenuatis tenellę virgines expugnent, vincant, & Chriſti gratia roboratæ, ignominioſe illudant. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XIII.

Multiplici eruditione, & conceptuum varietate explicantur verba illa: Recumbentibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis.

TOT ac tantis propoſita verba myſterijs ſcatent, & ad informandos noſtros mores apta, adeo, vt in eorum expoſitione nô tranſcurſim percurrere, ſed longiori ſermone immorari oporteat. Recenſet ſacer Euan- *Marc. 16.* geliſta Chriſtum diſcumbentibus diſcipulis apparuiſſe. Admiratione dignum arbitror, quod Chriſtus Dominus ſapientia Patris cum eſſet, ad diſcipulorum increpationem non aliam elegerit opportunitatem, quam tempus prandendi, cum aptius videretur, cum orationi, aut alij religioſæ actioni vacabant. Hoc ſane Dei ingenium eſt, vt vbi infirmitas crebrior eſt, ibi frequentius, & accuratius medicinam adhibeat. Inter epulas autem, & conuiuia multa flagitia ſolita eſſe patrari, & totidem ſupplicia à Deo infligi facile omnibus innoteſcet, ſi ſacrorum Bibliorum monumenta parumper conſulamus. Sane omnes Iſraelitæ teſte Dauid, dum eſcas in ore haberent, diuina ira cælitus percuſſi mor- *Pſ. 77.* tem oppetierunt: *Adhuc eſca erant in ore ipſorum, & ira Dei deſcendit ſuper illos.* Rex Balthaſar in ſplêdido quodam conuiuio, cum regni *Dan. 5.* ſui Primatibus menſę aſſidens in parietis ſuperficie manum tribus digitis ſententiam mortis ſcribentem conſpexit. Babylonij lautiſſimis epulis vacantes, diſcũbenteſque, Perſę, & Medi in- *Iſ. 21.* uaſere, Iſaia Propheta id atteſtante: *Comedentes, & bibentes ſurgite Principes, & accipite clypeum.* Quamuis autem ſe bello accingere tentarunt, verum tanta ciborum grauedine præpe- *Ibidem.* diti, nihil effecerunt, ſed *Cecidit, cecidit Babylon, & omnia ſculptilia Deorum eius contrita ſunt in* *2. Reg. 13.* *terram.* Amnon ad conuiuium ab Abſalone vocatus, inter ceteras eſcas mortis buccellam pu- *Iob 1.* gione confoſſus deglutiuit. Filijs Iob in domo fratris ſui primogeniti lauto, & opiparo cõuiuio diſcumbentibus, ventus vehemens concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens omnes pariter oppreſſit. Quid plura? hanc conuiuiorum intemperantiam laſciuiæ fontem, & multorum malorum originẽ ita Deus ſemper exe- *Deut. 21.* cratus eſt, vt illam ſtatuerit legem: *Filius veſter ſi comeſſationibus vacat, atque conuiuijs, lapidibus obruet eum populus.* Vnde ſanctus ille Iob agnoſcens grauia, quæ ex conuiuijs pullulare ſolent nocumenta, filijs epulis vacantibus, ipſe orabat, ac Deo ſacrificia, non ſecus, ac ſi in procelloſo mari, aut infeſtiſſimi belli diſcrimine verſarentur, pro illis offerebat, dicens: *Ne forte* *Iob 1.* *peccauerint filij mei.* Et exitus rei aperte docuit, quam prudenter mala, quæ inde emergere poſſent pertimeſcebat: inter pocula enim, & cibos diſcumbentes omnes eius filij occubuerunt. Denique neminem diuinarum litterarum ita inſcium arbitror, qui Loth nefandum *Gen. 19.* inceſtum, Abſalonis contra Amnonem prodi- *2. Reg. 14.* tionem, Balthaſaris execrabile ſacrilegium, Herodis contra Ioannem iniuſtam capitis ſenten- *Marc. 6.* tiam, Idolorum cultum ab Iſraelitis præſtitum, (*Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt* *Exod. 32.* *ludere*) ex nimia epularum ingluuie ortum habuiſſe, vlla ratione inficiari poſſit. Tot ergo, tãtorumq. malorum conuiuia ſeminariũ ſunt, vt ad ea exterminãda conſulto Chriſtus Dominus *Luc. 5. & Marc. 2.* non ſemel conuiuijs adeſſe voluerit, quoniam cũ publicanis non ſemel recubuit, à Simone inuita- *Matt. 26. & Ioan 12.* tus menſam eius non reſpuit, apud Matthæũ Telonarium domi pranſus eſt, nuptijs Canæ Gali- *Matth. 9. Ioan. 2.* læ interfuit, vt veſceretur in domo Zachęi, ipſe ſe inuitauit. *Hodie oportet me manere in domo tua.* *Luc. 19.* Ac deinde cum diſcipulis ſuis fauum mellis comediſſe apud Lucam legimus. Nunc tandem: *Luc. 24.* *Recumbentibus vndecim diſcipulis*, ait Marcus, *Marc. 16.* *apparuit illis Ieſus.* ad quid dum prandent? Sane cum epulæ appetitui ſenſitiuo gratæ valde, ac conſentaneæ ſint, facileque propterea earum vſus deprauare poſſit, iden diſcumbentibus apparet, ne à temperantiæ regula deflectant, ac deuient, ſed per epulas etiam Dei gloriam quærant, D. Paulo dicente: *Siue manducatis, ſiue bibitis, omnia in gloriam Dei facite.* *1. Cor. 10.* Iob epularum illecebras adeo pertimeſcebat, vt prãſurus prius *Iob 3.* ſuſpiraret: *Antequam comedam ſuſpiro*, quod arma infeſtiſſimo huic hoſti porrigam, & ſenſualitatis igni fomentum addere côpellar. Propheta etiam Dauid ad coercendum effrænem gulę appetitum, cinerem, in quem corpori, quod nutriebat, reuertendum erat, alta conſideratione prius perpendebat: *Et cinerem tamquam panẽ* *Pſ. 101.* *manducabam.* Ac ſi diceret, nullo veſcebar cibo mortis memoria, & cineris conſideratione non condito. Recenſet ſacra Scriptura hiſtoriam quandam huic argumento non parum conſentaneam. Babylonis Rex falſo ſibi perſuadebat, *Dan. 14.* Idolũ ſuum vitæ ſpiritum habere, vtpote, quod dapes, epulæq. omnes in altari ſuo noctu oblatæ mane non comparebant; reuera tamen ſacerdotes clam templum introeuntes omnes illas deuorabant. Propheta Daniel, vt eum ab eo errore liberaret, monuit Regem, vt ea nocte codẽ, quo ſolebat, ciborum apparatu altaris menſa ſterneretur, & claues templi ſecum ipſe ferret. Daniel tamen cinerem afferri mandauit, quo vniuerſum templi pauimẽtum aſperſit. Nocte autem ſequente ſacerdotes templum ſecreto ingreſſi omnia ciborum genera, vt ſolebant, ſur-

ripue-

Digitized by Google

ripuerunt. Rex ſummo mane vna cum Daniele adiens templum, & intuitus menſam appoſitis cibis carere, continuo exclamauit; Ecce, Daniel, Deus meus, vt prædixi tibi, quæ illi offerto, omnia comedit, ac ebibit. Cui Daniel ſubridens reſpondit: conuerte (quæſo) oculos tuos in pauimentum, & cinerem aſperſum, & mox ſacerdotum fraus tibi innoteſcet. Tūc Rex intuitus veſtigia cineri impreſſa, dolumque eorum, qui templum ingreſſi fuerant, epulaſque deglutiuerant, detegens, idoli execrandum cultum deteſtatus eſt. Ratione profecto non diſſimili ſi edaces, ſi helluones, Epicuri diſcipuli, oculos non in delitias, aut ciborum lautitiam, ſed in puluerem, cineremque, in quam corpora tandem ſua ſunt conuertenda, conijcerent, & cinerem cum Dauide tamquam panem manducarent, facile a ventris ſui turpiſſimo cultu ſe abſtinerent, quem tamquam Deum venerantur, ut ait D. Paulus: *Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione.*

Pſal. 101. — Philip. 3.

Recumbentibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus. Poſſumus etiā aliā eiuſdem facti rationem aſſignare: ſed prius difficultatem proponamus. Cum enim Chriſtus Dominus ad diſcipulos ingrederetur, vt de propagatione fidei catholicæ, de promulgatione Euangelij, de veritate ſuæ reſurrectionis, de neceſſitate ſuæ in cælum Aſcenſionis, ac tandem de Spiritus ſancti feliciſſimo aduentu cum eis ſermonem faceret, non videbatur ad negocia tanti momenti pertractanda prandij tempus aptū: vnde illi litigantes, quorū meminit Iſaias, litium negocia pertractaturi a cibis ſe abſtinebant: *Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis.* Verum facile huic obiectioni reſpondere poſſumus, diſcipulos Chriſti Domini temperate adeo cibis vti ſolitos, vt tempore etiam prandij ad negotia grauia pertractāda, minime vt alij, epulatum ſatietate præpediti minus apti redderentur. Hæc epularum temperātia, quæ in Chriſti diſcipulis emicuit, eorum intemperātiam, & effrænis appetitus libidinem condemnat, qui velut legitimi illius epulonis heredes, qui animæ ſuæ dicebat: *Anima mea comede, bibe, epulare,* varijs ciborū, & epularū generibus ventrem onerantes cupidinis flammas accendunt, & velut bruta animantia cibo ſe ingurgitantes cæleſtia obliuioni tradunt. D. Baſilius explicans præcitata verba S. Lucæ, interrogat, quid ſit, quod cum corpori conueniat, non animæ, veſci, & comedere, epulo ille non corpus, ſed animam ad comedendum inuitarit: *Anima mea comede, bibe, epulare.* Reſpondet, quod intemperati, & voraces homines conſueuere plerumque etiam ſatiato corpore, epularum ſuauitate allecti, vt animæ voluptati inſeruiant, amplius, atque amplius comedere. Tunc autem ſatiato corpore, cū de ſatietate appetitus animæ agatur, magis certe anima, quam corpus, comedere videtur, & ideo intemperātiſſimus ille epulo animæ dixit: *Anima mea comede.* Corpore enim, vtpote iam plene ſatiato, non erat vt illud quis inuitaret, cum ſatietas nauſeam, non appetitum pariat. Huic tamen intemperantiæ, atq. nimiæ edacitati continuo nuncium miſit, dicentem; hac nocte repetam animam tuam a te. Supplicium ſane intemperantiæ ſatis conſentaneum. Sicut enim temperantia longiorem, ita intemperantia breuiorem reddit vitam, Eccleſiaſtico id atteſtante: *Propter crapulam multi obierunt: qui autē abſtinens eſt, adijciet vitam.* Sicut enim lucerna dum paulatim ceræ nutrimentum aſſumit, ardet, & lucet, deorſum tamen conuerſa tanta ceræ copia decidit, vt tandem illam extinguat; vnde fit, quod eiuſdem nutrimenti vſus, qui alioquin temperatus lucernæ lumen conſeruabat, idem intemperatus illum ſuffocet; non ſecus cibus tēperatus vitā nutrit, & fouet; nimius autem, & ſuperfluus eandē decurtat, immo & extinguit.

Marc. 16. — Luc. 24. — Ioan. 20. — Iſai. 58. — Luc. 12. — Ibid. — Eccle. 37.

Recumbentibus diſcipulis apparuit illis Ieſus. Voluit Chriſtus D. conueſci vna cum diſcipulis, vt hoc humanitatis indicio Principes doceret, non difficiles, ſed humanos erga ſubditos præbere ſe debere. Eiuſdem enim menſæ conuictus humanitatis, & beneuolentiæ argumentum ſemper extitit. Vnde, vt Babylonis Rex ſingularem erga Danielem Prophetam beneuolentiam oſtenderet, illum ad conuiuium inuitauit: *Erat autem Daniel conuiua Regis.* Patriarcha Ioſeph in teſtimonium amoris, quo fratres ſuos diligebat, eos ſecum diſcumbere iuſſit: ac tunc præcipue Aſſueri erga Amanem beneuolentia innotuit, cum eundem ſibi conuiuam adhibuit. Vnde ipſe gloriabatur, dicens: *Nullum ad conuiuium vocauit Rex præter me.* Immo Chriſtus Dominus, vt ſignificaret, quam familiari conſuetudine cum Beatis in cæleſti beatitudine ſibi vtendum eſſet, dixit diſcipulis ſuis: *Ego diſpono vobis, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Igitur ſimul diſcumbendi conſuetudinem amoris, & humanitatis pignus eſſe compertum ſatis eſt. Principes ergo, ſi humanos ſe, ac beneuolos ſubditis exhibeant, eorum animos facile ſibi conciliabunt, iuxta illud Eccleſiaſtici: *Fili, in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligeris.* Vnde præcipuum Abſalonis ſtratagema ad debellandum, & à regia ſede deturbandum Dauidem patrem ſuum fuit, quod humanitate ſumma, atque beneuolētia erga ſubditos vteretur. Ad fores ciuitatis veniebat, & aduenarum calamitati, ac miſeriæ condolere ſe ſimulabat, quo (vt ait ſacra pagina) *Sollicitabat corda virorū Iſrael.* Quintilianus etiam libro inſtitutionum ſuarum oratoriarum cap. 9. dicit, Spurium Melium, & Marcum Manlium apud Romanos antiquitus in ſuſpicionem veniſſe, quod proditionē Reip. molirentur, & ad Romani Imperij dignitatem tyrannice occupandam conſpirarent, eo quod ſingulari quadam humanitate, ac comitate omnium animos ſibi conciliarent. Plutarchus quoque in vita Theſei de eo refert, ea erga omnes illum humanitatis, ac beneuolentiæ ſigna demonſtraſſe, vt Athenienſes egregium, ac mirabile, ſummæque magnificentiæ ſepulchrum ei extruerēt, qui delinquētibus tutiſſimum aſylum erat, & ibidem quotannis ſolenne quoddam ſacrificium ei fiebat. De Milciade Rege Probus

Marc. 16. — Dan. 14. — Gen. 43. — Eſther. 5. — Luc. 20. — Eccle. 23. — 2. Reg. 15. — Quin. l. inſt. orat. c. 9. — Plutarc. in vita Theſ.

vitæ

Digitized by Google

vitæ eius hiſtoriographus teſtatur, tantæ erga omnes humanitatis fuiſſe, vt nullius quantumcumque humilis, ac abiectę conditionis conſuetudinem, & familiaritatem repuliſſe, ſed omnes, & ſingulos comiter ſemper allocutum fuiſſe aſſerat. Nos deniq. experientia rerum oīm magiſtra edocet, quod Principes, qui inſolita quadam ſuperbia nimium elati, & quaſi ſuper cardines cæli perambulantes, nec noſtra conſiderantes, inacceſſibiles ſe exhibēt, non modo à ſubditis nō amantur, ſed ſummo ab omnibus habētur odio,

Aeſo. l. fab. vt egregie nobis ſignificauit Aeſopus ſub illa ranarum fabella, cum Regem à Ioue ſibi dari poſtularunt, quibus Iupiter annuens, truncum quēdam arboris, quem in paludē proiecit, miſit illis in Regem, qui vehementem adeo ſtrepitum, ac fragorem in palude excitauit, vt ranæ omnes præ nimio timore perculſæ pariter aufugerent, nullumque prorſus nouo Regi honorem præſtarent. Ecce Aeſopi fabula, ſed quæ veritatem ad viuum exprimit, cum Principes quidam propter nimiam eorum inhumanitatem, ac debitæ comitatis defectum, ſubditorum animos exoſos adeo ſibi reddant, vt & ab eis fugiant, ac debitam ſeruitutem, honoremque præſtare recuſent, & cum præſtant, inuiti, atque reluctantes id faciant. *Recumbentibus vndecim diſci-*

Marc. 16. *pulis.* Quamuis ſacer Euangeliſta Mateus Chriſtum Dominum cum diſcipulis comediſſe non

Luc. 24. referat, id tamen S. Lucas non prætermiſit. Cupiebat ſane Chriſtus Dominus quaſi quandam ſuſcitatę iam humanitatis ſuæ ſymbolicam fieri a ſenſibus anatomiam, vt vera eius reſurrectio magis diſcipulis innoteſceret. Et ideo voluit à diſcipulis pertractari, vt & viſu illum intuerentur, audita loquentem audirent, manum tactu palparent, & contrectarent, olfactu reſpirationem, & anhelitum eius perciperent. Vt tamen guſtus teſtimonium ad ſtabiliendam veritatem reſurrectionis eius non deſideraretur, in conſpe-

Ibid. ctu diſcipulorum manducauit: *Et cum manducaſ-*

D. Greg. *ſet cum illis.* Vnde egregie D. Gregorius Magnus in commentario huius loci ait: *Notate verbo, ſignato myſterium; conueſcens eleuatus eſt, comedit, aſcendit, vt per affectum comeſtionis veritas pateſceret carnis.*

Marc. 16. *Apparuit illis Ieſus.* Nihil diſcipulis præmeditātibus de Chriſti aduentu, præter eorum opinionem ſeſe oculis illorum obiecit: in quo piiſſima Dei viſcera mihi deteguntur, qui plerumque non quærentes ſe ipſe auidiſſime quærit, vt per

Isa. 65. Iſaiam teſtatur: *Palam apparui non quærentibus me.* Hoc beneficium vocationis, licet inæſtimabile ſit, omnibus tamen diuina largitas illud cō-

Apoc. 3. fert: *Ad oſtium, ait, ſto, & pulſo.* In cuius figura legimus ſummi ſacerdotis veſtem hoc ſpeciali

Exod. 39. ornamento decoratam fuiſſe, vt ex eius fimbria malogranata, & tintinnabula penderent. Granorum multitudo, & diuiſiones eorum, quibus malogranata ſcatent, diuerſitatem gentium, & prouinciarum varietatem, in quibus habitant, præſignificabant. Tintinnabula vero, quæ ſonū, vocemque emittebant, Dei vocationem, qua gētes vocat, apte deſignabant. Vt autem ſignificaretur, vocationem hanc ad omnes gentes, & nationes extendi, præcepit Deus, vt malogranata fuiſſent numero ſeptuaginta duo, vt Hebręorum quidam magiſtri obſeruarunt, quia ſecundum inſignē coſmographum Ptolemæū, totidem ſunt mundi prouinciæ. Vnde etiam diſcipulos ſe- Luca 10.

ptuaginta duos eſſe cernimus, vt ſingulis prouincijs ſinguli Epiſcopi præficerentur, qui catholicam fidem docendo eis euulgarent. Vocationem hanc contemplatus Propheta Oſeas, dixit: Oſe. 6.

Quaſi diluculum erit præparatio eius, & veniet quaſi imber matutinus, & ſerotinus. Sicut enim Deus tamquam auctor naturæ auroram mittit, qua hemiſphærium noſtrum clareſcere incipit, deinde imbre matutino terram irrigat ad ſeminationem valde neceſſario, ac tandem ſerotina pluuia illam fœcundat, vt quod ſatum eſt, creſcat, atque pullulet, ac tandem in pulchram ſuo tempore erumpat ſpicam: ſic etiam, vt auctor gratiæ præoccupet peccatorem, internæ illuminationis aurora præuenit; deinde imbre matutino, hoc eſt, multiplici inſpiratione, dura peccatorum corda emolliente (quam adiuuantem gratiam merito nuncupant Theologi) ac tandē ſerotina pluuia ſubſequentis gratiæ animam fœcundat. Vel dicamus matutinum imbrem vocationem Dei tempore iuuentutis: ſerotinum vero tempore ſenectutis factam deſignare: quia miſericors Deus ſuſtinens in multa patientia iuuenem, ſeneſcentem vocat: *Vſque ad ſenectam* Isai. 46.

ego ipſe, & vſque ad canos ego portabo. Verum id valde dolendum eſt, quod cum Deus in vocationis gratia omnibus impēdenda ſollicitam curā gerat, peccatores tamen tanta ſegnitie torpeſcant, vt Chriſto millies vocanti nec ſemel re- Hierem. 35.

ſpondeant: *Vocaui eos, & non reſponderunt mihi.* Accidit his, quod Samueli, qui lecto cubans a 1. Reg. 3.

Deo vocatus non reſpondebat ei, ſed Heli. Heli autem dicebat, vt ad lectum reuerteretur, & ibi perſiſteret. Heu! quoties ſemel & iterum vocat Deus peccatorem, ipſi tamen ei non reſpondente? mundo vero diuitiarum, honorum, & voluptatum illecebris inuitanti continuo reſpondet, & ab eo prauum illud Heli conſilium accipit, vt ad lectum reuertatur, hoc eſt, ad priſtinā peccatorum conſuetudinem redeat. Huius conditionis peccatores in maximo æternæ damnationis periculo videntur mihi eſſe conſtituti.

Nam ſi ius Ciuile diſponit, prout conſtat ex L. inter. ff. de publ. iudicijs. vt qui a competente Iudice vocatus, reſpondere, & comparere renuerit, bona eius ſequeſtrentur; & ſi intra annum reſipiens non reſponderit, omnibus illis ſpolietur, eorumq. dominio, ac proprietate priuetur: quibus, quæſo, ſupplicijs putabimus afficiendū eum, qui a Chriſto Domino, ſupremo omnium iudice, non ſemel, ſed millies vocatus, non modo per vnum, immo & per plures annos diuinæ vocationi reſpondere diſtulit, & adhuc non reſpondit? ſane cæleſtibus omnibus donis ſpoliabitur, æternis non fruetur, ſed ſempiternis gehennæ cruciatibus deputabitur. Verum, vt magis inno- L. inter. ff. de pub. iud.

teſcat

Digitized by Google

teſcat modus, quo Deus Optimus Maximus peccatores miſericorditer vocet, expendamus (ſi placet) verba Sponſæ ad Sponſum loquentis: Cant. 1. *Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Prius quidem ait Deum nos trahere, poſtea vero nos vocantem, & trahentem ſequi: prius eſt Deum nos quærere, quam nos eum inuenire: prius denique Deum nos inuitare, quam nos inuitanti conſentire, vt in conuerſione Da- 2. Reg. 12. uid ſatis id elucet. Prius enim Deus miſit ad eum Prophetam Natan, vt peccatum, in quo per menſes nouem demoratus fuerat (vt colligit Card. Caietanus ibi, quia iam fœtus in lucẽ prodierat ex adulterio conceptus) in faciẽ illi obijceret. reuera Dauid tunc Dei, vt aiunt, inimicus declaratus erat. Videamus ergo, quis vererẽ illã amicitiam redintegrare, & inſtaurare incœpit: Deus ne an Dauid? quis dicet illud Eccleſiaſtici, Eccle. 37. *Ego amicitiam copulaui*, Deus ne an Dauid? quis prius alterum ad conciliandam amicitiam inuitauit, Deus an Dauid? Sane ſacer textus reſpondit, dum ait: 2. Reg. 12. *Miſit ergo Dominus Natan ad Dauid*. Deus quidem quaſi ægrè ferret menſiũ trium inimicitiam, reconciliationem cum illo diligenter quæritauit, & ad eam ſollicitandam internuncium Prophetam miſit Natan, qui Dauidi pacem offert: quam ille acceptans, intimo cordis dolore, ac profuſis lacrymis ad Deum conuerſus fuit: ſi tamen Deus eum non præueniret, hodie adulterij eius macula deleta non fuiſſet. Vt ergo ſignificaret Sponſa neceſſitatem gratiæ præuenientis, & modum diuinæ vocationis animam præmouentis, prius dixit; *trahe me poſt te*: vt autem diuinæ vocationi conſenſum oſtenderet in conuerſione perquam eſſe neceſſarium, ſubdit: *& curremus in odorem vnguentorum tuorum*.

Et exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiã Mar. 16. *cordis*. Tangit hoc loco ſacer Euangeliſta diſcipulorum incredulitatis culpam, & ad credendũ eius reſurrectionem cordis tarditatem: id enim ſignificat duritiam cordis, vt verba illa Chriſti Luc. 24. indicant: *O ſtulti, & tardi corde ad credendum*: vnde quod Chriſtus cordis tarditatem, vocauerunt Euangeliſtæ duritiam cordis. De hac igitur diſſeramus, poſtea de increpationis Chriſti Exemplum grauitate dicturi. Euenit Chriſti diſcipulis id quod nauium claſſi accidere ſolet: onerat quidem eas opulentus mercator ingenti mercium copia, & ad regna, & prouincias, in quibus illæ deſiderantur, tranſmittit. Verum vix medium nauigationis ſuæ iter confecerant, cum tumentibus vndis mari fremente, exorta tempeſtate naues hinc inde errantes vagantur, hæc in Siciliam, illa in Flandriam, alia in Angliam immani ventorum turbine conquaſſatæ rapiuntur; ſedata tamen tempeſtate, confeſtim omnes ad eundem locum, vnde aeris inclementia digreſſæ fuerant, confluunt, & conueniunt. Non diſſimiliter Chriſtus Dominus, veluti cæleſtis, ac diuinus mercator, ingentem quandam nauium claſſem præparauit, duodecim Apoſtolos, ſe ſeptuaginta duos diſcipulos, & regiam triremem, Beatam ſcilicet Virginem; tempeſtate tamen paſſionis ingruente, naues illæ tametſi eius doctrina communitæ, naufragium paſſæ ſunt, vna excepta triremi, Deipara Maria, quam vrens incredulitatis ventus numquã tetigit, ſed in confeſſione Chriſti etiam externa, in qua Petrus illum negans defecit, ipſa ſemper perſtitit. Tunc Iudæ nauis cupiditatis, & auaritiæ ventis exagitata in deſperationis miſerrimam appulit inſulam: reliquæ vero in varias partes diſperſæ fuere, vt compleretur illud: *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues*. Tran- Matt. 26. ſacta tamen paſſionis tempeſtate, & felici reſurrectionis tranquillitate ſubſequuta, ad eundem iterum confluxere locum; ſed adhuc increduli, & dubio corde ad illam credendam. Huius autem incredulitatis cauſam ſi altius perſcrutemur, eam potiſſimam eſſe arbitror, quod Chriſtum in Crucis patibulo affixum animam exhalantem conſpexerant, quod a Dei immortalitate, & maieſtate adeo alienum iudicabant, vt quantumcumque Chriſtus Dominus per quadraginta dies, quaſi abſentiæ ſuæ per mortem horas quadraginta compenſans apud illos diuerteret, multis argumentis reſurrectionis ſuæ veritatem ſuadere contendens, adhuc verum Deum eſſe vacillantes, incredulitatis morbo laborarent. Atque hæc ſine dubio eorum incredulitatis radix, & origo extitit. Præcipiebat 2. Paralip. 3. & 4. olim Deus, vt in eius templo duo altaria extruerentur, quorum vnum erat velut macellum quoddam animalium, carne, & ſanguine plenum, quod permulti gentiles videntes, & ſcandalum patientes, exprobrabant Iſraelitarum Deum, & ſacerdotes eius, pecorum ſanguine, velut carnifices, aut macellarios cruentatos irridebant. Aderat tamen ex diuino præcepto aliud ſacratius altare in interiori parte, quod Sancta ſanctorum vocabatur, precioſiſsimis quibuſdam Cherubinis ex auro contextis ornatum, & ſpeciebus aromaticis ſuauiſſimum odorem exhalantibus refertum, in quo diuina oracula ſacerdoti ſummo conſueuerat Deus dare. Templum hoc duplici illo altari conſtans Chriſtum Dominum ad viuum ſatis refert. Erat enim templum illud, de quo ipſe dixerat: *Soluite templum hoc, & iterum readificabo illud*. Ioan. 2. Duoque in eo reperiebantur altaria, vnum carne, & ſanguine plenum, humana ſcilicet eius natura, in qua flagella, opprobria crucis, & mortem ipſam paſſus eſt. Ad hoc altare ſolum multi intuentes ſcandalizabantur, ſed ipſe prędixit: *Beatus, qui non fuerit ſcandalizatus in* Luc. 7. *me*; quaſi diceret: felix ille, quem primum hoc altare non offenderit, ſed progreſſus fuerit vlterius ad aliud ſacratius, & excellentius, quod diuinitatis meę Sancta ſanctorum eſt; ibi enim Cherubinis, & Seraphinis adoratum, & a cunctis Angelis Sanctus, Sanctus, Sãctus, numquã clamare ceſſantibus me conſpicient. Non ergo te primum altare deterreat, nec in eo ſiſtas,

ſed

Digitized by Google

ſed ad ſecundum progredere, vt inde facile conijcias, quod tametſi Chriſtus tamquam verus homo in cruce occubuerit, vt Deus tamen propria innataq. virture ſurrexit. Quia ergo Apoſtoli mentis aciẽ ad primum dumtaxat humanitatis Chriſti altare conijciebant, & ibi ſiſtentes ad diuinitatis ſacrarium non progrediebantur, ideo in Chriſto ſcandalizati fuere, increduliqne facti ſunt quidã; quam incredulitatẽ merito Chriſtus ſeuere, acriterque reprehendit: [Marc. 16.] *Exprobrauit incredulitatem earum.* Hie etiam nobis clare detegitur, quã diuinum, ac ſupernaturale ſit donum fidei, quandoquidem tanta cum difficultate animis illis Apoſtolicis illa adhæſit, quibus tamen veritas hæc, tot, tantiſq. non modo teſtimonijs, ſed etiã miraculis comprobata, ac manifeſtata fuerat. Declarauit id mirabiliter D. Paulus, qui [Philip. 1.] & pati, & credere in vnum coniunxit: *Datum eſt non ſolum, vt in illum credatis, ſed vt pro illo patiamini.* Quemadmodum enim earo oblata mortificationis, & tolerantiæ occaſione nauſeat, renuit, recalcitrat, & illam lõge a ſe repellit, ſimili etiam ratione intellectus humanus arcanorũ fidei difficultate ſibi propoſita, niſi diuino auxilio fulciatur, diſſentit; eis, illa abhorret, & execratur, [1. Corint. 1.] vt patet in gentibus, quibus Deus crucifixus, & mortous ſtultitia reputatur, vt et dixit Paulus, & quotidiana experientia comprobat. Itaque, quã effræni carni infeſta eſſe ſolet crux, tam menti humanæ diuina gratia deſtitutæ inuiſa, & ingrata eſt eius fides. Coniunctio etiam, & copulatio mortalis corporis cum immortali anima non obſcure me docet vnionis, & coniunctionis fidei cum intellectu eximiam difficultatem. Etenim in anima, & corpore ſimul vnitis admirabile quoddam naturæ prodigium intueri licet, cum interea ſummam conformitatẽ cum ſumma diſcordia coniunctam eernamus: cõformitas adeſt, dum vnionis vinculo coniuncta, tamquam partes ad componendum vnum, & idẽ compoſitum coeunt; diſſenſio vero, & diſcordia, dum earo concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, & abſque intermiſſione [Gal. 5.] acriter inter ſe dimicantes pacem nunquam ineunt. Idem ſane prodigium in fidei cõiunctione cum ratione, & intellectu noſtro reperio, conformitatem cum ſumma diſcordia coniunctam. Vt enim philoſophicum proloquium edocet, verum vero conſonat; ratio autem naturalis, ac fides diuina cum veritatẽ ſemper edoceant, earũ veritates repugnantes eſſe non poſſunt. ecce cõformitatem. at cum fidei diuinæ ſecretiſſima, arcana intellectum humanum longe ſuperent, ſuboriri aſſolet plerumque diſſenſio. Fucatæ nãque quędã rationes ſolent illum decipere, adeo, vt per fidem reuelatis diſſentiat. ecce diſcordiam. Quam acriter adeo Chriſtus increpanit, [Marc. 16.] vt dicat facer Euangeliſta, quod *Exprobrauit incredulitatem eorum.* Duo præcipua documenta, in reprehenſione, vt debita fiat, deſiderari non debent. Primum, ne abſque legitima cauſa increpatio fiat: ſecundum, vt in illa temporis ratio attendatur. Quæ duo in hac diſcipulorum increpatione obſeruata video. Primum, quia quadraginta dierum ſpatio ſuæ incredulitati tenaciter adhærentes perſtiterant, quam legitimam increpationis cauſam fuiſſe nemo ſanæ mentis inficiabitur. Ex ea id Prælati vtilitatis elicere poſſent, ne præcipites ad reprehenſionem ferantur, ſed poſt conueniens aliquod temporis ſpatium illam adhibeant, vt & Deus feciſſe legitur, Amorrhæos cum puniturus eſſet, [Gen. 15.] quos licet alioquin ob execrabilẽ idolorum cultum iuſte plectere potuiſſet, diſtulit tamen in longios, ſupplicium: *Non ſunt completæ iniquitates Amorrhæorum*, Imprudentes ego non ſemel vidi Prælatos, qui ita in minimos ſubditorum excandeſcebant defectus, ac ſi grauiſſimi fuiſſent: ſimiles in hoc inſipienti, & crudeli Pharaoni, de quo peritiſſimi quidam Hebræorum Rabbini commemorant, [Gen. 40.] pincernam, & piſtorem in carcerem conieciſſe, eo quod ille in vini caliee ſibi propinauerat ciniphem; iſte vero panem, vnico, eoque minutiſſimo terræ grano coxiſſet. Sane ſi pro his minutiſſimis defectibus Prælati ita in ſubditos exacerbantur, & increpationis fulmine illos continuo feriuot, oportebit eos fulminum copia, vt decepta gentilitas fingebat, Ioue locupletiores eſſe, nec ſatis erunt. Nam vt egregie obſeruauit Ouidius, & refertur in cap. Epiſcopus, diſtinctione 3. [Cap. Epiſco. diſt. 3.]

Si, quoties peccant homines, ſua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

Secunda vero reprehenſionis conditio, vt ſcilicet opportuno tempore fiat, mirum in modum neceſſaria eſt: quemadmodum enim calix aquæ frigidæ ægroto, febre iam declinante, porrectus eum apprime reficit, & febris ardorem plerumque penitus extinguere ſolet; ea vero creſcente, atque feruente tamquam intempeſtiuo tempore exhibitus, & febrim auget, & ingens nocumentum affert: ita etiam Prælati reprehenſio, aut fraterna correctio importune facta, non modo non prodeſt, ſed obeſt, grauiter lædit, & morbum auget, & qui illam adhibet, perinde ſe habet, ac ille, qui dum tecti foramen vnum, per quod pluuiarum guttæ decidebant, obturare curat, quinque alia inuitus aperit. At dicet quiſpiam, non videtur Chriſtus opportunum tẽpus ad diſcipulorum increpationem elegiſſe, cum tunc prandentes eſſent. Illa enim amaras, & inſipidas reddidiſſet eſcas: ſed non ita res ſe habet, quia licet diſcolis, & indiſciplinatis hominibus ingrata ſoleat eſſe increpatio, at iuſtis gratiſſima, & iucundiſſima. In cuius figuram legimus non modicam Reginam Eſther concepiſſe lætitiam, [Heſter. 5.] quando Rex Aſſuerus virgam ei extendit. Id enim quoddam amoris, & beneuolentiæ argumen-

gumentom fuit: non diſſimiliter diſcipnlis
correctioois virga à Chriſto porrecta, humani-
tatis, & amoris iodiciom extitit.ſigna autem
amoris in conuiuijs exhiberi ſolita nemo igno-
rat. Non ergo Chriſtus increpationis ſuæ im-
portunum tempus elegit. Dauid huius doctri-
Pſal. 22. nę magiſter dicebat: *Virga tua, & baculus tuus
ipſa me conſolata ſunt*: quaſi dicat, cocrectio-
nis virga, quæ alios exacerbare ſolet, ipſa me
reficit, & conſolatur. Vnde ſicut pulnis pal-
lio deliteſcens virga ab eo excutitur, non ad
illud atterendum, ſed purgandum; ita qui-
dem dum Chriſtus a diſcipulis incredulitatis
puluerem correctionis ſuæ virga excutere ten-
tauit, eorum commodum, non detrimeotum
quæritabat. Verum licet hac via non videatur
importunum tempus, quod Chriſtus ad huius-
modi increpationē elegit; minus tamen oppor-
tune ex duplici alio capite deprehendi poſſe vi-
detur: tum quod non deberet differri ad diem
triumphi, Chriſti autē Aſcenſio ſolemniſſimus
triūphus erat (nō autē minus luctus in muſica,
quā muſica in luctu importuna narratio eſt) tū
quia illud tempus proximum valde erat pro-
fectioni eius in cælum, quando humanioribus,
ac ſuauioribus verbis vtendum videbatur; tum
quia illos decreuerat Eccleſiæ ſuæ paſtores, &
rectores præficere, & in Chriſtianæ militiæ du-
ces creare. Sapientis autem Ptiocipis eſt, eos,
quibus regni regimen committit, nō exacerba-
re, & infeſtos ſibi reddere. Vnde de Dauid ſacra
narrat hiſtoria, quod fortiſſimum illum ſui
3. Reg. 2. exercitus ducem Ioab morte dignum, quia ini-
micum ſuum occiderat, & ſanguine eius pro-
pria calceamenta cruentauerat, non ſolum
dum vixit, morte non mulctauit, ſed neque
increpauit, quinimmo eo vſque ſe immane il-
lud flagitium ignoraſſe finxit, quo opportuni-
tatem nactus filio ſuo Salomoni, vt eum occi-
deret, teſtatum reliquit. Quid quaſo huic dif-
ficultati reſpondebimus? Sane putauerim Chri-
ſtum hic demonſtrare voluiſſe, ſe Dominum eſſe
abſolutum, & a nulla dependentem creatura.
Si enim Dauid diſſimulauit, prudenter admo-
dum fecit, vtpote, qui Ioab opera, & indu-
ſtria egebat, a qoo totius belli, & exercitus re-
gimen pendebat, & quo deficiente non erat in
Luc. 3. poteſtate Regis Dauidis, alium ſimilem ducem
creare. At cum Deus omnipotens ſit, & duces
de nihilo creare, ſicut de lapidibus filios Abra-
hæ ſuſcitare, facile poſſit, non opus habuit, vt
olim Dauid, diſcipulorum incredulitatem diſſi-
Marc. 16. mulare, & ideo *Exprobrauit incredulitatem eo-
rum*. Verum tamen eſt, quod continuo etiam
eos ſummo honore cumulauit, vicedeos illos
conſtitnens, ac poteſtatem impartiens miracula
Ioan. 14. patrandi, etiam maiora, quam ipſe fecerat: *Ma
iora horum facietis.* prout reuera factum eſt. Chri
ſtus enim cum ſanabat, verbo ſuo id præſtabat,
Act. 5. aut tactu: at ſanctus Petrus ſola ſui corporis
vmbra, adeo vt certatim infirmi ad eum adirēt,
ſi quo modo vmbra eius operirētur, dicente D.
Luca: *Vt ſaltem vmbra illius obumbraret quem-
quam illorum*. quid plura? *Exprobrauit*, ait, *incre-* Marc. 16.
dulitatem eorum. Ipſamet incredulitatis vox, quæ
terminus abſtractus eſt, vt dialectici vocant, ma
ximum, quod inter ingenium Dei, & hominom
diſcrimen verſatur, mihi detegit. Etenim Deus
infidelitatem, ipſi vero iofideles perſequuntur;
Deus impietatem, ipſi vero impios ipſos profli-
gare contendunt: Deus peccatum ſine peccato-
re deſtruere nouit, vt quotidie io iuſtificatione
ab eo fieri videmus, in qua peccatum occidens
peccatori vitam confert; e contra vero Prin-
cipes, ſi ſcandalum ortum a Republica remoue-
re tentāt, ſcandali auctorem opus eſt de medio
tollant: vt olim feciſſe legitur Moyſes, qui cum
nullum non mouiſſet lapidem, vt Idolorum cul-
tum aboleret, adeo, vt Idola ipſa in puluerem Exod. 32.
redacta idololatris ebibēda dederit, vt ſic ſimu-
lachris deficientibus, deficeret & Idolorum
cultus; ſed numquam illum penitus extinguere
potuit, quouſq. & ipſos etiam Idolorum culto-
res pariter exterminauit, atque extinxit. Dei
vero adeo ſingularis eſt potentia, cum ſumma
dexteritate coniuncta, vt peccatum tollens pec-
catorem de medio non tollat, quia ipſe eſt, *Qui* Ioan. 1.
tollit peccata mundi. Non dixit, qui tollit pecca-
tores, ſed peccata, vt & nunc feciſſe teſtatur ſa-
cer Euangeliſta, incredulitatem extinguens, non
incredulos ipſos. Et ideo vſus fuit termino ab-
ſtracto, *incredulitatis*, & non concreto, *incredu-
lorum*: cum tamen reuera dixiſſe potuiſſet, quod
increpauerat incredulos diſcipulos.

Ad extremum exprobrauit incredulitatem eo- Marc. 16.
rum. Merito quidem; nam quid turpius, quam
Apoſtolos fidei magiſtros eſſe incredulos, prædi
catores ad emollienda lapidea peccatorum cor-
da miſſos, & cordis duritie ipſos laborare?
Oſtēdit Chriſtus Dominus in hac acri increpa-
tione, quanto veræ amicitiæ vinculo cum di-
ſcipulis ſuis coniunctus eſſet; verus enim ami-
cus amici peccata non inſimulat, ſed reprehen-
dit, & in faciem exprobrat; falſus vero pręſentis
amici geſta laudat, abſētis mordet, & exaggerat.
quam amicitiam Phariſaicam dixerim. Phari-
ſæi enim Chriſtū ſuaui ſermone alloquentes, ve-
racem illum vocitabant: *Scimus, quia verax es, &* Matt. 22.
viam Dei in veritate doces: ceterum in eius ab-
ſentia garrientes obmurmurabant: *Scimus, quia* Ioan. 9.
hic homo peccator eſt. Attendite contrapoſitionē
verbi illius, *Scimus*: præſentem ſciunt hominem
ſanctum, abſentem vero peccatorem, ac facino-
roſum. Secus autē Chriſtus cum illis ſeſe geſſit,
pręſentes enim, peccata acriter increpans, Sata
næ filios appellabat: *Vos ex patre Diabolo eſtis*: Ioan. 8.
abſentes vero Dei filios nominabat: *Non eſt* Marc. 7.
bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.
Proh dolor, quam mundus huius doctrinæ ex-
pers eſt, ſexcentis adulationibus, & mendacijs,
& totidem falſis laudibus, & ſimulatis encomiis
ſcatet. Auctores eorum execrans Ezechiel di-
cebat: *Ipſe ædificabat parietem, illi autem linie-* Ezechi. 13.
bant eam luto. Per parietem, peccatum fictæ
lit-

litteræ intelligunt. Sicut enim paries domos diuidit, ita peccatũ mortiferum, Deum ab anima Isai. 59. ſeparat, ac diuidit, vt Iſaias teſtatur, dicens: *Iniquitates veſtræ diuiſerũt inter vos, & Deum veſtrũ.* Cum autem Propheta adulatores parietem hunc linire ait, perinde fuit, ac ſi diceret, quod adulationibus amicorum peccata contegere contendunt, dulcium verborum fuco ea deliniences. Sed obſeruate quæſo Prophetam dicentem: quod *liniebant luto*, quia ſicut lutum quos linit, turpiores reddit, ita & adulatio, quibus blanditur non parum nocumenti in- Ezech. 13. fert, prout alia eiuſdem Prophetæ verba ſatis commonſtrant; *Væ qui faciunt ceruicalia ſub capite ad capiendas animas*. Ceruicalia vocat adulationum illecebras, quas velut molliſſima ceruicalia Principibus ſupponunt, vt his blanditijs allecti facile eorum animos aucupentur: *ad capiendas animas*. Aſſentatores hos non poſſum non damnare, ſed neque Principes adeo dementes, qui huiusmodi aſſentationibus ita oblectantur, vt merito Sophoni illi Carthaginienſi conferri poſſint, quem referunt inſolita quadam, ac inaudita induſtria domi ſuæ plurimos coruos, turdos, pſittacos, aliaſque huius generis volucres humanam vocem edoctas imitari aluiſſe, eaſdemque inſtruxiſſe, vt dicerent: *Sophon Deus eſt*: poſtmodum vero ita pronunciare inſtructas, è cauea dimittens, deitatis illius præcones fuere: vnde quotquot illas audiebant, ſtupefacti dicebant: ſane Sophon Deus eſt, cum volucres cæli diſerta voce deitatem eius proclament. Hoc etiam eodem morbo his noſtris corruptis temporibus Principes laborare non ſine magna Reipublicæ iactura cernimus, veritatem dicentes famulos abhorrent, veraces a ſe abigunt, ſinceros amicos expellunt, contra prædicatorem verbi diuini eos increpanté indignantur, & obmurmurant; turdos illos loquaces, atque adulatores pſittacos quęritant, qui ſibi blãdientes dicant: *Sophon Deus eſt*. Non ſic hodierna die Chriſtus Dominus, non ſic, ſed diſcipulos arguit, increpat, & duros appellat, ac rebelles corde ad credendum myſteria Dei. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XIV.

Multis ſacræ Scripturæ locis Chriſti Aſcenſionem pulchre illuſtrantibus, ingentique conceptuũ copia verba illa elucidantur: Dominus quidem Ieſus poſtquam loquutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum,

MEMORIÆ proditum reliquit ſanctus Marcus Euangeliſta, Chriſtum priuſquam iter arriperet, per quadraginta dies immoratum fuiſſe inter diſcipulos ſuos, gloriam corporis ſui illis oſtentántem. Sicut enim cum equites in eodem ſtadio currunt, qui accipit brauium, obtenta victoria non modo ſtatim ab illo non deſilit, quin potius deambulans claro in manibus præmio ad victoriæ ſuæ oſtentationem per idem ſtadium regreditur; ita diuinum Verbum poſtquam e cælo deſcenderat, & carnem induens in ſtadio huius vitæ, inſigni illi, atque obſequentiſſimo pariter, & ornatiſſimo humanitatis ſuæ equo inſidens, fideliſſime eucurrerat, vt ait Dauid: *Ad currendam viam a ſummo cælo egreſſio eius*: Pſ. 18. in curſus ſui termino, atque coronide, hoc eſt in morte, inclinato capite ſubſtitit, iterum per reſurrectionis gloriam, quaſi elata manu palam præmium geſtans, corporis ſui claritatem, ac maieſtatem oſtentans regreditur: *Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de* Act. 1. *Regno Dei*. Ad quod etiam alludunt illa Diui Marci verba: *Poſtquam loquutus eſt eis*, Marc. 16. quæ veluti ſummam, & epilogum quendam huius Euangelij continent. Perinde enim ſe habent, ac ſi diceret, poſtquam prandentibus diſcipulis eis apparuit Ieſus, *aſſumptus eſt*: Act. 1. poſtquam eorum incredulitatem, ac duritiam cordis exprobrauit, *aſſumptus eſt*: poſtquam eos mundi debellatores, vt ſacri Euangelij pręcones conſtituerat: *Euntes in mundum præ-* Marc. 16. *dicate Euangelium omni creaturæ, aſſumptus eſt*: poſtquam omnes docuerat animarum ſalutem non ex ſola fide, ſed ex operibus pendere (*Qui* Ibid. *crediderit, & baptizatus fuerit hic ſaluus erit,*)

aſſum-

aſſumptus eſt. Poſtquam credentibus eorum prædicationi, virtutem, ac poteſtatem ſupra dæmones, ſerpentes, & omnem infirmitatem eis liberaliter daturum pollicetur: *Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent: & ſi mortiſerum quid biberint, non eis nocebit: aſſumptus eſt*. Poſtquam denique omnia, quæ ad bonum Eccleſiæ catholicæ regimen ſpectabant, ſumma ſapientia ſtabilierat, *aſſumptus eſt in cælum*. *D. Aug. ser. 3 de aſcens.* Myſterio ſane non vacat, vt obſeruat ſanctus Auguſtinus ſermone tertio de Aſcenſione, quod in ſacris litteris Chriſti Domini Aſcenſio quandoque actiue, quandoque paſſiue explicatur. *Ioan. 20.* Chriſtus actiue eam ſignificauit: *Aſcendo ad Patrem meum*. *Apoſt. & Patres Concil. Nicæni in Symbolo.* Apoſtoli etiam, & Patres Concilij Nicæni in Symbolo vnanimi conſenſu dixerunt: *Aſcendit in cælum*. *Marc. vlt. Actor. 1.* E contra Diuus Marcus Euangeliſta paſſiue eam declarauit, *aſſumptus eſt in cælum*, & Diuus Lucas: *ferebatur in cælum*. Id in hoc myſterij latere putat ſanctus Auguſtinus, quod Chriſtus Deus, & homo cum eſſet, ratione Deitatis propria, ac innata ſibi virtute aſcendebat, & ſeipſum eleuabat; ratione vero humanitatis eleuabatur, ac ferebatur. *Auguſt.* Itaque ait Auguſtinus: *In eo, qui eleuat, diuinam potentiam; in eo, quod eleuabatur humanam agnoſce ſubſtantiam*. Verum verbo illi, *aſſumptus eſt*, nonnihil inhæreamus, & vim in eo tacere mihi liceat. Non parum ex illo innoteſcit ardens, ac tenerrimus Chriſti amor erga diſcipulos ſuos. Adeo enim anima illius conglutinata erat animæ eorum, vt ad receſſum ab illis opus fuerit æternum Patrem ab illorum aſpectu eum ſubducere, ac ſibi illum aſſumere. *Marc. 16.* Ad id ergo ſignificandum ait Euangeliſta, *aſſumptus eſt*. *Seuerus Sulp. & Aymon.* Quin etiam & huius aſſumptionis tempore Seuerus Sulpitius, & Aymon ſacratiſsimas pedum ſuorum plantas ſaxo illi cui inſiſtebat, impreſſas reliquiſſe affirmant. Vnde videtur, eum quaſi pedibus ſaxo illi vehementer hæſiſſe, ſignificans, quod ſi aliter Pater non decreuiſſet, diutius adhuc hominum conſortio, & conſuetudine vteretur. Atque hinc eſt, quod quamuis mirabili omnipotentiæ ſuæ virtute in ictu oculi a terra ad cælum conſcendere potuiſſet: voluit tamen dum ab illis diſcedebat, paulatim, atque pedetentim ſcandere in conſpectu illorum: *Act. 1.* *Videntibus illis eleuatus eſt*: non ſolum vt manifeſtior, ſed vt productior eſſet aſcenſio. Singulari profecto conſideratione dignum eſſe reor ad Chriſti erga nos ardentem amorem comprobandũ, eius in hunc mundum aduentum celerem adeo fuiſſe, vt Sponſa diceret: *Cant. 2.* *Venit ſaliens in montibus tranſiliens colles*: hodie vero e contra in cælum propriam eius patriam tendens, non celeri curſu, ſed lento reuertatur greſſu. Quid eſt, quæſo, Domine Ieſu, quod in mundum tot, ac tam acerba paſſurus, velociſsimo curſu deſcendis *ſicut gigas ad currendam viam, a ſummo cælo egreſsio eius*; in cælum, vero in æternum regnaturus, & ad Patris dexteram ſeſſurus, tam lento regrederis paſſu? Equidem, Domine Ieſu, te mihi reſpondere audio: Amor, qui calcaria mihi addidit, vt tanta cum celeritate veſtro vſurus conſortio deſcenderem, *quia delitiæ meæ, eſſe cum filijs hominum*. Ille idem habenas non laxauit, ſed ſtrinxit, vt moroſe ſatis a vobis diſcederem. Sed continere me non poſſum, dulciſſime Domine Ieſu, quin te interrogem, quomodo in cælum aſcendens ſanctiſsimam Virginem tibi adeo dilectam tecum non ſubleuaſti? Sane & in hoc Chriſti Domini ſingularis erga nos mihi detegitur amor: Matris enim ſuper omnes puras creaturas ſibi dilectiſsimæ dulciſsimo in cælis conſortio pro nobis orbari voluit, inæſtimabilemque hoc diſcipulis ſuis amoris pignus reliquit, vt iam quod eorum pater abeſſet, mater ſaltem eis non defuiſſet. Ad eum enim modum, quo naturæ auctor prouidit, vt ſole occidente, luna ſe manifeſtans, viatores illuminet; ita etiam idem quatenus auctor gratiæ, cum primum ſol iuſtitiæ Chriſtus ſe ab ſublunari mundi huius hemiſphærio ſubduxit, & vt ad cæleſte tranſmigraret, a noſtris oculis euanuit, continuo diſcipulorum neceſſitatibus ſubueniendis, & eis in multis ab ea illuminandis, pulchram lunam Mariam matrem ſuam ſubſtituit: lunam certe non decreſcentem, ſed plenam, vt Angelus eam compellauit: *Aue gratia plena, Dominus tecum*. *Luc. 1.* Referunt diuinæ litteræ in huius figuram libro Iudicum, *Lib. Iud. c. 4.* quod toto tempore, quo filij Iſrael Iudice, ac gubernatore caruerint, inſignem feminã Debboram nomine, gubernatricem habuerint, in qua veluti diuino quodam oraculo Spiritus ſanctus aſſiſtebat ad bonum reipublicæ illius regimen, & vt egentium neceſſitatibus præſto occurreret. Non diſſimiliter Chriſtus Dñs ſupremus Rex, ac reipublicæ Chriſtianæ rector, & moderator, cui æternus Pater omnem delegauit poteſtatem iudiciariam: *Omne iudicium dedit Filio*, cumglorioſæ Aſcenſionis ſuę die diſceſſurus eſſet, prudentiſſimæ Debboræ, ſacratiſſimæ videlicet Marię, in qua tamquam in diuino quodã oraculo Spiritus ſanctus aderat, diſcipulos tamquam veræ eorum regenti cõmendauit. Hac igitur de cauſa Chriſtus aſcendens in cælum ſecum non duxit matrem ſuam, ſed diſcipulis eam in magiſtram, dominam, & gubernatricem reliquit.

Aſſumptus eſt in cælum. Præſens triumphantis Aſcenſionis Chriſti myſterium egregie declarant illa Prophetæ verba: *Tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultauit vt gigas ad currendam viam, a ſummo cælo egreſsio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius*. Quæ verba licet partim expoſuerim in ſuperioribus, latius tñ hic elucidanda, & illuſtranda veniunt. Quidã interpretes hunc locum de ipſo ſole materiali exponunt; longe tñ a veritatis ſcopo aberrant, cum apertiſsime ipſe Dauid de Chriſto ſermo-

Digitized by Google

nem faciat, dũ ait : *A ſumma cælo egreſſio eius.* Satis autem ſuperque notum, & omnibus exploratum eſt, ſolẽ non in ſupremo, ſed in quarto cælo ſedẽ ſuam ſemper habuiſſe. Vt igitur

D. Aug. in Pſal. 18.

locum hunc de Chriſto Dño cum D. Auguſtino interpretemur, nihil aliud dicere voluit Propheta, quam Chriſtũ veluti ſponſum animarũ dilectione flagrantem è thalamo pectoris æterni Patris proceſſiſſe, oon modo ad iotra, vt aiunt Theologi, per generationem æternã, ſed ad extra per natiuitatẽ temporalẽ ex viſceribus ſanctiſsimæ Virginis, vbi ſe ad peragendũ totius vitæ ſuæ laborioſum curſum aptauit, vt

Heb. 10.

Apoſtolus dixit: *Corpus autem aptaſti mihi.* Aptauit certe ad famem, ſitim, frigus, & inopiam, & alios plures labores perſerendos, & vt tandẽ nudus in Cruce expiraret, vbi diuinus hic ſol quaſi caliginẽ quandã, ac eclipſim paſſus, obtenebratus fuit. Ad hoc enim tendebat illa

Pſal. 18.

A ſummo cælo egreſſio eius. ortus enim eſt ex cęlo, vt occaſus eſſet in Cruce. Verum cum iam vitę huius ſtadium percurriſſet, ac terram noſtram viſitaſſet,

Luc. 1.

viſitauit nos oriens ex alto, in inferni abyſſum, Sanctorũ præda illum ſpoliaturus, deſcendit, indeque poſtea reuertens, *Videntibus diſcipulis, eleuatus eſt in cælum.* vt inde ardentiores ſuę charitatis radios emittẽs omnes Eccleſiæ catholicæ arborũ fructus eius calore matureſcerene:

Pſal. 18.

Nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius. Concinne profecto iuſtitię ſolem Chriſtum ſplendidiſsimo huic mundi Phœbo comparari autumat Cyrillus Alexãdrinus libro de vero cultu, & adoratione. Recẽſet quidem, nõnullos ex antiquis illis Gręcis Philoſophis voluiſſe ſolẽ diuinæ eſſe naturæ, cuncta videre, audire, ac omnia, & ſingula intelligere.

Cyr. Al. lib. de vero cultu, & ador.

Alij vero, vt S. Auguſtinus ait, animã, ſeu mũdi mentẽ illum compellabãt: ac tandem vniuerſi Deum ſub Iouis nomine vocitabãt. Verum vt rudes, indoctasqoe errantium gentiliũ nugas miſſas faciam, de ſole ceteris omnibus melius, atq; aptius ſenſit ſapientiſſimus ille Salomon

Aug. lib. 4. de ciuit. Dei.

Eccl. 1.

Eccl. cap. 1. *Oritur ait, ſol. & occidit & ad locum ſuum reuertitur: ibique renaſcens gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem: luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus. & in circulos ſuos reuertitur.* Varios hoſce ſolis curſus S. Hieronymos

D. Hier.

de cuiuſque diei curriculo explicat, alij de totius anni curſu per quatuor illa tempora, hyemis, veris, æſtatis, & autumni: quidquid tñ ſit de hoc circulo, ſeu curſo ſolis huius, mihi cæleſtis ſolis iuſtitiæ curſus velut quãdã corũ viuã imaginẽ ad amuſſim referũt, ipſo dicẽte:

Ioan. 16.

Exiui a Patre, & veni in mundum; iterũ relinquo mundum, & vado ad Patrem. Ab ortu pectoris

Michea. 5.

æterni Patris exiuit: *Egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis.* & alibi: *Vir, oriens nomen eius.*

Zach. 6.

Quia tamen non ſolum exiuit a Patre, ſed etiã

Ioan. 16.

a Matre, ſubdit: *& veni in mundum.* Et quia in Cruce pendẽs venit in occaſum, vbi auctor cũ

Ibidem.

eſſet vitæ occubuit, ideo ait: *iterum relinquo mundum.* Vnde mundõ per aliquod temporis ſpatium tenebrarũ caliginę obſcuratũ relinquens ſub terra ſe occoltauit, ad infernum deſcendens: ſed inde io reſurrectione renaſcens, & denuo velut rutilans ſol, oriens, ſepulchri clauſtra penetrauit, *ibique renaſcens gyrat*: nam iterum terrã viſitauit, & Apoſtolos ſuos nouis radijs illuſtrauit, *luſtrans vniuerſa.* Ac tandẽ ſicut ſol reuertitur in circulos ſuos; ita hodierna die in cælum, vnde deſcendit, aſcendit: *& vado*

Ibidem. Habac. 3.

ad Patrem. Habacuc cap. 3. dixit: *Sol, & luna ſteterunt in habitaculo ſuo.* quæ verba S. Gregorius exponit de Chriſto ſole iuſtitiæ, hodierna die in cæleſtẽ aulam redeũte: ac de luna, id eſt Eccleſia, varijs, diuerſiſq. hoſtibus a primordijs

Pſal. 128.

ſuis oppugnata: *Expugnauerunt me a iuuentute mea.* Verum ipſa ardente illa diuini huius ſolis luce illuſtrata clarior præfulget: inimici vero illius tanto radiorũ fulgore offuſcati remanſerunt, vt cecinerit Habacuc: *Ibunt in ſplẽdore fulgurantis haſtæ tuæ.* quaſi dicat, radij fulgentiſſimi a facie tua egredientes Eccleſię tuę radij fulgoris, inimicis vero fulguris erunt, veluti tempore Ioſue contigiſſe legimus. Com enim ſol in medio cæli ſtetit, vt integram, ac perfectam ille de inimicis victoriã obtineret,

Habac. 3.

Ioſ. c. 10.

ſolares radij, qui Ioſue militibus gratiſſimi, hoſtibus infeſtiſſimi exiſtebant. Vnde Dauid:

Pſal. 67.

Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius: qoaſi dicat, exurgat in altũ ſol iuſtitiæ, & a conſpectu eius vniuerſæ tenebrę diſſipentur, & inimici eius conturbentur, & expaueſcant: e contra amici exultent, & lætentur, intuentes admirabilẽ fructum diuini huius ſolis hodierna die è terra ſubleuati, ac terrę vapores, & exhalationes, ſanctos nimirum Patres in illius centro abſconditos, atqoe recluſos poſt ſe attrahentis. At vt clarius, atq; euidentius vobis diuini huius ſolis mirabiles fructus ob oculos ponam, vberrimã illam Moyſis benedictionẽ, qua Ioſepho benedixit, explicemus: *De benedictione*

Deuter. 33.

Dñi terra eius, de pomis fructuũ ſolis, ac lunæ: benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticẽ nazaræi inter fratres ſuos. Pulcher locus, ſed difficilis, in cuius tñ expoſitione S. Gregorius Nyſſenus obſeruat, ad litteram de ipſo Patriarcha Ioſeph minime eſſe intelligendum. Siquidem tempore huius benedictionis Moſaicæ iam ab annis trecentis obierat in Aegypto, ideoq. intelligendũ hunc locum de Chriſto redemptore noſtro, cuius veluti quædam imago erat ipſe Ioſeph, tum propter ſingularem eius formæ venuſtatem, atque inſignẽ ſapientiam; tum quia a fratribus ſois perſecutus, ac venditus, tandem de ipſis triumphauerat. Verum ad illuſtrandũ hunc locum, ſi accuratius huius diuini ſolis fructus percallere deſideramus, nullus profecto Propheta regio Dauide nobis melius ediſſerit:

Pſal. 103.

Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ. ortus eſt ſol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur. Ita Dñe tẽpora diſpoſuiſti, vt ſole radios ſuos in occaſu abſcõdẽte, ac veluti tenebroſo quodã velo inſtar noctis vniuerſam terrã cooperiente, homines

veluti

Digitized by Google

veluti emendicatis quibuſdam ſolis reliquijs, lucetnis accenſis aduerſus tenebroſas noctis vmbras ſe protegant, quę tunc temporis maiores eſſe ſolent, vt paſtor ille apud Virgilium Melibœo dixit:

Et iam ſumma procul villarum culmina fumant,
Maioreſque cadunt altis de montibus vmbræ.

Tunc ergo ait Propheta Dauid, ferociſſimæ quæque beſtiæ ex antris ſuis egredientes per campeſtria hinc inde diſcurrunt, vt prædam ſibi quæritent, *vt rapiant, & quærant a Deo eſcam ſibi*. [Pſal.103.] Tunc temporis aues formidoloſæ nidis accubant, homines in ſuis domicilijs conquieſcunt, infirmi quaſi caliginoſæ noctis melancholia eos infeſtante deterius ſe habent, ac tandem horribilia phantaſmata, quæ procul abigi poſtulat Eccleſia catholica: [Eccl. in hymno completorij.] *Procul recedant ſomnia, & noctium phantaſmata*, tunc domorum habitatores terrore, ac pauore percuſſos conturbant, vexant, & plerumque inſomnes cum anxietate noctes ducere cōpellunt. [Pſal.103.] *Ortus eſt ſol, & congregati ſunt: & in cubilibus ſuis collocabuntur*. Cum oritur ſol, & longe recedunt tenebræ, leones, tigres, vrſi, aliaque effera animantia ad caliginoſas, quas incolunt, cauernas regrediuntur, ſinguli mortales ſingulis operibus vacare incipiunt, vnuſquiſque ad opus ſuum præſtandum ſe accingit, agricultor ad vineam, Iudex ad tribunal, eccleſiaſticus ad Chorum, aduocatus ad clientis defenſionem, ſcholaſtici ad lectiones. Orto etiam ſole, ſolo eius aſpectu claritate perfuſa, montes & valles, colles & planities videntur præ nimia lætitia ridere. Ac tandem ſole irradiante terra vberior & fœcundior redditur: quod vniuerſalem parit lætitiam, Dauide dicente: [Pſal 64.] *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & exultatione colles accingentur. Induti ſunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: etenim hymnum dicent*. Sed iam lunæ, tanquam ſociæ, ac amicæ ſolis, & inter planetas omnes illi magis ſimilis fructus perſcrutemur. Commemorat illos D. Ambroſius in ſuo Hexameron: [D. Amb. in Hexam.] *Ipſa noctem illuſtrat, rorem generat, mare gubernat, aerem purificat, & pleroſque alias etiam admirabiles cauſat effectus in hiſce rebus inferioribus*. Iſti ſunt lunæ, ac ſolis fructus, quibus Moyſes in prædicta benedictione Ioſephum locupletari cupiebat. Neminem veſtrum, fratres, ignorare arbitror, ante ortum huius diuini ſolis iuſtitiæ vniuerſum terrarum orbem tetra ignorantiæ caligine oppreſſum, ac dæmonis tyrannide vexatum, qui tamquam leo effrænis innumeris infeſtationibus mortalium genus infeſtabat. Cum primum tamen ortus eſt ſol iuſtitiæ, qui erat ſplendor Patris, ex oriente viſcerum Mariæ, vniuerſum orbem innumeris bonis, doctrina, ſplendore, vitæ exemplo, ſacramentis, meritis, ſanguine, ac morte ſua locupletauit. At in morte ſole diuino hoc occidente, tenebræ redierunt, quibus diſcipulorum animi plurimum contriſtati, turbatique fuere; immo & nonnulli incredulitatis tenebris inuoluti, D. Marco id atteſtante: [Marc.16.] *exprobrauit incredulitatem eorum*. Verum tunc temporis opportune renatus eſt ſol iuſtitiæ, & qui antea ſub nubibus mortis fuerat, exſurgens ex mortuis clarior, & nitidior apparuit, & continuo ad antra, & cauernas ſuas leones ferociſſimi, nempe dæmones, abacti ſunt: *dæmonia eijcient*. Balbi loqui cœpere: [Ibidem.] *linguis loquentur nouis*. Venenoſi peccatorum ſerpentes aufugerunt: [Ibidem.] *ſerpentes tollent*. Aegri peccatores nouo quodam refrigerio refecti, atque ad priſtinam fuere reſtituti ſanitatem: [Ibidem] *ſuper ægris manus imponent, & bene habebunt*. Ac demum quemadmodum oriente ſole agricolæ colendis vineis, ceterique operarij ſuis accinguntur operibus; ita etiam ſacri illi Apoſtoli, quibus vt operarijs a Patrefamilias conductis Eccleſię catholicæ agriculturam credidit, confeſtim egreſſi fuere, vt hanc Chriſti vineam excolerent: [Ibidem.] *Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ*. Vnde ad varias mundi partes ſe diuiſere, vt ſignificauit Zacharias, ſub obſcuriſſimis tamen verbis: [Zach.4.] *Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarum, & ſcindetur mons oliuarum ex media parte ſui ad Orientem, & ad Occidentem*. Non me latet quoſdam interpretes hunc locum explicare de paſsione Chriſti Dñi, cũ petræ ſciſſæ, aperta monumenta; immo, vt alij addunt, Aluerniæ in Etruria, & ſancti Angeli in Sicilia montes diffiſſos fuiſſe: ego tamen veritati admodum conſentaneum iudico, Prophetam loqui de Chriſti Domini Aſcenſione. Id enim ſatis indicat, quod ait: [Ibidem.] *Stabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarum*, cum conſtet inde Chriſtum cælum conſcendiſſe. Id etiam, quod ſubiungit, [Ibidem.] *Scindetur mons oliuarum*, hanc eandem expoſitionem ſtabilit, & oppoſitam expugnat. Nam cum mons ille reuera in ſe ſciſſus, aut diuiſus non fuerit, intelligi debet de Eccleſia, per montem oliuarum apte ſatis ſignificata, vt obſeruarunt D. Ambroſius, & Euſebius. [Amb. in c. 6 Luc. Euſeb. Caſarienſis lib. 6. de demonst. c. 8.] Tunc enim Apoſtoli, in quibus præcipue erat Eccleſia, in quatuor orbis partes ad propagandam fidem catholicam diuiſi fuere, vt teſtatus eſt Dauid, dicens: [Pſal.18.] *Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum*, in Orientem videlicet, Occidentem, Septentrionem, & Meridiem, iuxta præceptum illud Chriſti: [Marc.16.] *Euntes in mundum prædicate Euangelium omni creaturæ*. Verum vt huius diuini Iuſtitiæ ſolis benedictionis fructus in dies maius, ac maius augmentum ſuſciperent, priusquam ad cæleſte hemiſphærium migraret, toti Eccleſiæ omnibus bonis exuberantem benedictionem impertiri dignatus eſt: [Luc. 24.] *Eleuatis manibus benedixit eis*. Nonnulli autumant hanc Chriſti benedictionem in crucis formam factam fuiſſe, vt illam prin-

principium, ac originem noſtræ ſalutis, & omnis cæleſtis benedictionis eſſe doceret. vnde ex diuina inſtitutione, & traditione ſemper in Eccleſia iſte viguit benedicendi mos, facto ſigno in formam crucis, vt obſeruauit ſanctus Basil. lib. de Spir. sancto c. 27. Baſilius. Hæc tamen Chriſti in diſcipulos ſuos collata benedictio non modo ſignis, & verbis conſtitit, ſed & donis cæleſtibus fuit fœcundiſsima. Si cum Deus in principio crea- Gen. 1. tionis mundi terram benedixit, fertilem adeo, atque fœcundam, omniumque rerum abundantia profluentem effecit, vt Arcadiæ populi, vti Deam, illam adorarent: & dum Deus Saræ benedixit, continuo ſterilitatem abſtulit; & cum Deus prædixit benedictionem ſuam ſuper Abraham futuram, confeſtim ſubiunxit, ſe magnam filiorum copiam ei datu- Gen. 5. Iean. 51. Matth. 21. & Marc. 11. rum: ac denique ſi Chriſti illa in ficum maledictio tantæ fuit potentiæ, ac efficaciæ, vt continuo, ſicut ait ſacer textus, aruerit; quis eius benedictionem efficacitatis, & virtutis minoris ad vberrimos fructus producendos exiſtimabit? Quod ſi etiam illa Patriarchæ Gen. 27. Iſaac benedictio in filium ſuum Iacob, & illa Gen. 48. Iacob manibus in modum crucis complicatis erga ſuos nepotes Ephraim, & Manaſſen; & Leui. 9. illa Aaronis poſt ſolemne quoddam ſacrificium eleuatis manibus in totum collata populum multis bonis ſuperefluens, & exuberans fuit: & ſi itidem in lege gratiæ Summi Pontifices benedictione ſua remiſsionem, ac plenariam peccatorum noſtrorum indulgentiam, veluti quendam copioſum gratiarum imbrem mittentes, non ſemel impertiuntur: Eccle. 3. & ſi Eccleſ. ait: ***Benedictio patris firmat domos filiorum***: quid (quæſo) benedictio diuini Iſaac in cruce pro nobis immolati? quid benedictio noſtri Iacob vigilantiſſimi paſtoris inſomnes noctes ducentis ſuper gregem ſuum? ***erat pernoctans in oratione***: quid fœcunda benedictio ſummi Sacerdotis ſecundum ordinem Melchiſedech, & primi Eccleſiæ catholicæ Epiſcopi? vt vocat eum D. Petrus: 1. Petr. 2. ***Epiſcopum animarum noſtrarum***? quid, inquam, boni in fidelium animis non cauſabit? Bona hæc paucis perZach. 8. ſtringit Zacharias, dicens: ***Vinea dabit fructum ſuum, & terra dabit germen ſuum, & cæli dabunt rorem ſuum; & ſicut eratis maledictio, eritis & benedictio***. Copioſus quidem ros gratiæ è cælo deſluet, iuſti bonis operibus vacabunt, & peccatores ante ob grauia maledicti flagitia fructuum copia, ſolis & lunæ benedictioni- Deut. 33. bus abundabunt: ***De pomis fructuum ſolis & lunæ erit benedictio tua***. Demum benedicente Chriſto diſcipulis ſuis, eoque ipſis videntibus in altum per aera ad capiendam pro ſe, ceteriſque nobis omnibus cæleſtis regni poſſeſſionem aſcendente, duo Angeli ab alto delapſi Act. 1. auditi ſunt dicentes: ***Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum***? Myſterioſa admodum verba, atque admiratione digna! ſub illis enim æternæ ſalutis noſtræ ſegnitiem redarguunt. Galilæus namque idem eſt, quod

tranſmigrans, ſeu viator. vnde perinde fuit, ac ſi dicerent: Viatores eſtis in hac vita, & ſtatis complicatis manibus? peregrini eſtis, & ad peregrinationis terminum appropinquare non elaboratis? aduenæ, & peregrini eſtis in terra aliena, & ad patriam non properatis, ſed pedibus & animis fixi hic ſtatis? fierine poteſt, vt vos, qui breuem moleſtiam hic ſuſtinentes, pœnæ æternitatem vitare, gloriæ vero æternitatem comparare valetis, nihilominus ſtatis? Si igitur vere Galilæi eſtis, omnem operam impendite veſtram, vt ad æternæ felicitatis domicilia tranſuehamini. Certiores enim vos omnes facio, ***quod ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum***. Act. 1. Vt enim in nube regnaturum aſcendere vidiſtis Angelis vndique ſtipatum, eadem pompa, & maieſtate mundum iudicaturum deſcendere videbitis: & quemadmodum nunc benedicens iuſtis aſcendit, ***& benedicens ferebatur in cælum***; Luc. 24. ita tunc temporis malis maledicens deſcendet. Porro prædicationis argumentum, & thema, quod in die Aſcenſionis Angeli proponendum aſſumpſerunt, non poſſum non vehementer mirari. Quis veſtrum concionatori non obmurmuraret, qui in die triumphantis Chriſti Aſcenſionis de tremendo die iudicij ad populum concionem haberet? & tamen Angeli diuinitus edocti eo die de terribili Iudicis aduentu verba faciunt. Sane non inepte putauerim id ſed conſulto factum eſſe: tum vt diuini verbi prædicatores edoceantur etiam in Chriſti ſolemniſſimis feſtiuitatibus tremendi Iudicis diem, inferni pœnas æternas, mortis incertum diem, & alia his ſimilia, quæ peccatores deterrere ſolent, opportune, & importune, vt docuit D. Paulus, inculcare licere: tum vt auditores moneantur concionatoribus id exequentibus minime detrahendum, ſed cum ſinceritate verbum audiendum, & Chriſti Euangelio parendum. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Digitized by Google

Homilia decimaquinta.

Multiplici conceptuum varietate exponuntur ſequentia illa eiuſdem Euangelij verba: Euntes prædicate Euangeliũ omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis: & ſi mortiferũ quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.

Marc. 16. E*Vntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium*. Mirabile ſane eſt, quod Chriſtus Dominus hæc duo diſſidentia adeo, atque ex diametro oppoſita extrema copulauerit, mundum ſcilicet, & Euangelium coniungens. Quis noſtrum non ſtupebit huius mandati regij, ac Apoſtolicæ legationis diſcipulis creditæ verba, quibus Chriſtus Dominus, vt Euangelium mundo prædicent, diuina viſione imperat? Perſcrutemur parumper quid mundus ſit: profecto luporum gregem ex Chriſti ſententia illum exiſtimauerim, ipſo dicente: *Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos*. (Luc. 10. & Matth. 10.) Mundus quid eſt? necromanticus, qui mille fallacijs, atque præſtigijs mortalium animos deludit. Mundus quid eſt? delirantium, & inſanientium domus, Iſaia id atteſtante: *inſaniunt cultores eius*. (Isai. 14.) Mundus quid eſt? manifeſtus Chriſti hoſtis, ſummo odio illum proſequens: *Me priorem vobis odio habuit*. (Ioan. 15.) Mundus quid eſt? ædificium quoddam falſo, & infirmo innitens fundamento: *Totus mundus poſitus eſt in maligno*. (1. Ioan. 5.) Mundus denique quid eſt, niſi peccatorum fœdiſſima ſentina, dolis, & fraudibus ſcaturiens, vitiorum ſeminariũ, diſſolutionis, & laſciniæ ſchola, mare turbulentum, quietis impatiẽs, ac tandẽ vera inferni effigies, & expreſſa imago? E cõtra vero Euangeliũ eſt Chriſti ſanctitatis ſpeculũ, manna cęleſte diuinitus miſſũ, ſanę ac irrefragabilis doctrinę perẽnis fons, gladius anceps peccata reſecãs, ac tandẽ pudicitiæ ſpeculum, ac ſanctitatis & virtutum omnium magiſterium. Vt quid ergo Chriſtus Dominus hæc duo adeo inter ſe pugnantia extrema coniungit? quæ enim coniunctio lucis ad tenebras, ſapientiæ ad inſipientiam, munditiæ ad immunditiam? Sanc quia (vt medicorum habet proloquium) *contraria contrarijs curantur*, ideo Chriſtus Dominus tamquam peritiſſimus medicus mundo, crudelem luporum feritatem imitanti, agnorum manſuetudine; fallacijs, & dolis illius diſcipulorum ſinceritate; dementiæ, ac inſipientiæ eius Euangelicæ doctrinæ ſapientia mederi curauit. Itaque Chriſtus Dominus mittit in mundum Euangelij præcones, qui Euangelicæ doctrinæ armis illum debellent, humani generis hoſtem abigant, vitia eradicent, peccata extirpent, virtutes plantent, ac tandem mundum alioquin immundum mundent, & qui antea execrandus infernus erat, in amœnum paradiſum conuertant. Sed iam ſingula verba huius Apoſtolicæ legationis perpendamus. *Prædicate Euangelium omni creaturæ*. (Marc. 16.) Paucis his verbis perſtrinxit Chriſtus Dominus documenta omnia tam poſitiua, quam negatiua, Euangelico prædicatori apprime obſeruanda. In primis, prædicate Euangelium Chriſti, non poetica inuenta, nugatrices fabellas, Plauti comœdias, & his ſimilia, quæ inſipientium aures demulcent, intellectum non illuminant, voluntatem non accendunt. Memini me non ſemel dixiſſe, ad populum concionem habens, verbum Euangelici prædicatoris in eo ſimile eſſe debere Verbo increato æterni Patris, quod quemadmodum hoc nunquam non producit Spiritum ſanctum; ita verbum Euangelicæ prædicationis non ſolum auditorum intellectum docere, ſed in eorum voluptate Spiritum ſanctum producere debet. Sed proh dolor! hac tempeſtate non abſque ingenti fidelium iactura verbi diuini præcones nouimus non paucos *adulterantes verbum Dei*, (2. Cor. 2.) vt cum D. Paulo loquar. Nam ſicut adulterium committens non prolis generationem, ſed voluptatem ſuam quærit; ita concionator, qui in auditorum animis non Deum, ſed ſuam æſtimationem generare contendit, adulter eſt, iuxta Pauli ſententiam, tanto quidem turpior, ac deterior, quanto nobilioris fructus partum impedit. Calamitoſis his temporibus ea propter maximam iacturã patitur Eccleſia, quod prædicatores magis oratores, quam Euangelici præcones haberi appetant, vnde profano, & comico idiomate, non Euangelica dicendi ratione vtuntur. Sed meminiſſe oporteret D. Paulum dicentem: (1. Cor. 2.) *Non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis*. Vnde D. (D. Auguſt.) Auguſtinus de verbis Domini ait: *Non conuertit Deus piſcatorem per oratorem, ſed oratorem per piſcatorem* Sane concionatores, qui hoc nouum adeo concionandi genus introduxere, & qui illud nutriunt, atque fouent, diuinam vltionem abſque dubio experientur, vt de facto experti fuere, quos commemorat Euſebius Cæſarienſis. (Euſeb. Cæſar. lib. 8. de pra. Euan.) Ait enim eloquentiſſimi Demetrij tempore, in cuius honorem, atque laudem ab Athenienſibus trecentæ ſtatuæ intra Athenas erectæ fuere, interrogante

eum Ptolemæo Philadelpho, quomodo nullus ex præcipuis poetis, nec hiſtoriographis de Hebræorum lége mentionem vllam facerent: reſpondit ille, ſe a Theopompo excellentiſſimo hiſtorico accepiſſe, quod tentans ipſe eleganti, comptaq. oratione quędam veteris Teſtamenti ſuæ inſerere hiſtoriæ, ſubito in terram decidens inſanire cœpit, in vindictam profecto, vt ipſe teſtabatur, quod ſacra profano ſtylo pertractare auſus fuiſſet. Subiungebat etiam, Theodorum tragicum, eo quod idipſum in tragœdia quadam efficere contendiſſet, continuo graui cęcitatis ſupplicio mulctatum fuiſſe. Oportet tamen concionatorem non ſolum fucata verborum oratione non vti, ſed vim maximam, atque energiam adhibere, vt frigidi auditorum animi incaleſcant. Qui enim lente concionantur, parum, vel nihil auditores permouent. vnde de Chriſto Domino ait Lucas: *Hæc dicens, clamabat.* Scio Iſaiâm dixiſſe de illo: *Non clamabit, nec audietur vox eius.* Ita ſane eſt, ſed peccata, quędam plerumq; adeo verecundiæ limites tranſcendunt, & morum corruptela eo plerumque excreſcit, vt contra illam ſtylum acuentes, oporteat etiam clamare, & vociferari, & cælum quaſi manibus apprehendere velle, prout olim moris erat apud Prophetas, qui contra Idolorum cultum excandeſcentes, ad res ipſas inanimes ſe conuertebant. *Audite cæli* (dicebat Iſaias) *quæ loquor, & auribus percipe terra.* Semeias vero ad ipſum altare loquens in hæc verba prorupit: *Altare, altare, hæc dicit Dominus.* tantaque vi, atque efficacia verba protulit, vt altare dirumperetur: *Altare quoque ſciſſum eſt.* Hac dicendi, & perſuadendi mirabili virtute inſignes fuere priſci illi primitiuæ Eccleſiæ prædicatores, vt vaticinatus fuerat Iſaias, dicens, quod ex quinque ciuitatibus, quæ conuerterentur *ad Dominum, ciuitas ſolis vocabitur vna*, in qua, vt referunt doctiſſimi quidam expoſitores, inſignis doctorum erat academia, omnium naturalium ſcientiarum genere florentiſſima. Quod ſane efficacitatis in ſuadendo, qua diuini Verbi præcones tunc mirifice pollebant, manifeſtum argumentum eſt, cum portentoſa illa gentilitatis monſtra, quæ in academia erant, expugnarent, ac penitus demolirentur. Tandem dicens Chriſtus Dominus diſcipulis ſuis: *Prædicate Euangelium*, conſequenter eis præcepit, vt digne, atque competenter munus illud obirent. Vnde D. Paulus diſcipulum ſuum Timotheum edocens dixit: *Attende tibi & doctrinæ.* Primo ait (*tibi*) ſecundo (*doctrinæ*:) quia vt digne, & vt decet, concionator hoc munere fungatur, oportet ipſum immaculatam vitam agere. Sed iterũ, proh dolor, ſicut lima limando hebetatur; horologium alios regendo continuis rotarum volutationibus deterioratur; lyra dulcem ſonorum concentum auditoribus emittente fides eius atteruntur: ita ſane multis accidit concionatoribus, vt dum aliorum vitia reprehendunt, ipſi in eadem prolabantur; & dum aliorũ mores componere tentant, ipſi ab incompoſitis ſuis moribus nunquam deſiſtant; dumque Euangelicæ doctrinæ fræno a peccatis auocant, ſibi ad peccandum habenas laxant, quaſi aliam legem, alia præcepta, immo & alium Deum ſibi iudicem futurum credant. Huius conditionis prædicatores non ſolũ Eccleſiæ catholicæ vtiles, ſed nociui valde ſunt. Nam qui vitæ integritate, & ſanctitatis exemplo nõ magis quam verbo edocent, Euangelici prædicatores non ſunt, ſed profanos, & diſſolutos, & Dominici gregis non canes, ſed infeſtiſsimos lupos ſatius vocitauerim. Itaq; primum Pauli documentum, quod prædicatoribus præbet, eſt, quod attendãt ſibi ipſi, vt ſancte, & compoſite viuant. Secundum vero, vt attendant doctrinæ: nam cum hæc ſit ſal, oportet prudenter ea vti. quippe ſicut tẽperatus ſalis vſus cibum condit, exceſſiuus vero, aut nimius illum corrumpit; ſimili quoque ratione, ſi prædicantis doctrina nimio, ſuperfluoque reprehenſionis ſale abundet, non modo auditoribus non proderit, ſed eorum animos potius offendet. Vnde exiſtimo, inter plurima, quibus valde ſimilis eſt animarũ debellatio regnorum expugnationi, illud vnum præcipuum eſſe, prudentiam nempe cum labore coniunctam. Vnde olim magnus ille Græciæ dux Agamemnon non ſemel dicebat in bello ſibi magis prudentiam, quam fortitudinem neceſſariam videri, & prudentem Hectorem forti Achilli præferendum eſſe. Ideo etiam Cato cenſorius aiebat Reſpublicas nõ tam ob ſtrenuorum ducum penuriam, quàm ob prudentium Conſulum defectũ plerumque fuiſſe deuaſtatas, funditusque deſtructas. Hinc quoque magnus ille Alexander in ſui exercitus duces non iuuenes, ſed viros, qui ætate, & prudentia ſenatores magis, quam milites viderentur, eligebat. Et ipſe Antigonus Macedonum Rex interrogatus, quem optimum exercitus ſui ducem reputaret, reſpondit Pyrrhum, ſi ſenuiſſet, quippe qui experientia illum docente prudentior euaderet. Ea tandem omnia Salomonis verba confirmant, dicentis: *Melior eſt ſapientia, quam vires, & vir prudens, quam fortis.* Et quidem experientia ipſa compertum eſt, & exploratum ſatis, in peccatorum obſtinatis animis expugnandis maioris momenti ſemper fuiſſe concionatorem, ſanctitate, & mediocri doctrinæ ſcientia conſpicuum, quam nimia eloquentia, inanique dicendi facundia præditum, quæ comicam magis, & hiſtoricam, quam Euangelicam dicendi rationem redolet.

Omni creaturæ. Bifariam huiuſmodi verba interpretari poſſumus. Primum, cum ſancto Gregorio, in commentario huius Euangelij dicente, per omnem creaturam hominem intelligi, *quia omnis creaturæ aliquid habet homo.* habet eſſe cum inani-

matis

Luc. 8.
Iſai. 42.
Iſai. 1.
3. Reg. 13
3. Reg. 13.
Iſai. 19.
Forerius, & alij in cap. 19. Iſai.
Marc. 16.
1. Tim. 4.
Prouerb. 8.
Marc. 16.
D. Gregor. mag. in hunc locum.

matis, viuere cum plantis, ſentire cum animantibus, intelligere cum Angelis. Sicut enim computator conſueuit calculatis varijs numeris eos ad breuiorem alium velut eorum compendium, & ſummam reducere; & ſicut eloquens Orator, qui omnium, quæ fuſius dixerat, ſuccincto epilogo, vt orationi coronidem imponat, perſtringit: ac denique ſicut amœnum viridarium, odoriferiſque conſitum floribus quis ingrediens cum plantas ipſas ſecum tranſportare non poſſit, faſciculum floribus contextum ſibi apeat, qui velut totius viridarij compendium quoddam eſt; ita Deus in hominis creatione, quæ diuiſim perfectiones reliquis inerant creaturis, mirabili quodam compendio in formatione hominis vno velut in faſciculo copulauit. Cum ergo ait Chriſtus Dominus: (Marc. 16.) *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, perinde fuit, ac ſi diceret, prædicate in primis ei, quatenus conuenit cum inanimatis: (Ierem. 22. Gen. 3.) *Terra, terra, audi verbum Dei. puluis es, & in puluerem reuerteris*: prædicate illi ſecundum id, quod cum plantis commune habet: *Fili hominis, quid fiet de lignis vitis?* ſinite vos putari, & circumcidi; ſin minus, fructum non afferetis, & in ignem mittemini: prædicate parti eius ſenſitiuæ, in qua cum animantibus conuenit, illud Dauidis (Pſal. 31.) inculcantes, *In chamo, & freno maxillas eorum conſtringe*. Laſciuientes, ſenſualitatis motus, ac libidinoſos coercete appetitus: prædicate (Pſal. 2.) hominis parti intellectiuæ: *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram* Rationes efficaciſſimas, quibus inſanientium cultorum huius ſæculi duras ceruices, lapideaque corda emolliatis, alta mēte perpendite. Sic ergo homini prædicantes, omni creaturæ prædicabitis. Atque hic ſit primus horum verborum ſenſus. Secundus eſt, vt perinde ſit pręcipere, vt prædicent omni creaturę, ac ſi diceret, prædicate indifferenter Euangelium Principibus, & ſeruis; nobilibus, & ruſticis; magiſtratibus, & curiæ officialibus; ſæcularibus, & Eccleſiaſticis; viris, ac feminis. Hanc enim indifferentiam præſeferunt verba illa, *omni creaturæ*, vt Apoſtolorū Princeps indicauit, cum dixit: (1 Pet. 2.) *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ, ſiue Regi tāquam præcellenti, ſiue ducibus tanquā ab eo miſſis, &c.* Vt ergo Chriſtus Dominus ſignificaret, (Marc. 16.) verbum diuinum indifferenter omnibus promulgandum eſſe, ideo ait, *prædicate Euangelium omni creaturæ*. Hanc prædicationis normam ſecutus Ioannes Baptiſta, concionem habebat ad Reges, ad mercatores, ad milites, & alia diuerſa ſtatuum genera. quibus omnibus, & ſingulis iuxta vniuſcuiſque indigentiam ſalutaria documenta dabat, vt conteſtantur (Matt. 3. Luc. 3. Marc. 1.) ſanctus Matthæus, & S. Lucas. Hanc tamen doctrinam prius docuiſſe videtur Propheta Iſaias, dum verbum diuinum pluuiæ, ſeu imbri comparauit, (Iſai. 55.) *Quomodo imber deſcendit de cælo. ſic erit verbum meum*. Velut enim pluuia, necnon & grando non moratur in aere, dum Principes pertranſeunt per viam, ne illos offendat, ſed indiſcriminatim ſuper illos, & abiectiſſimos quoſque homines pari impetu deſcendit, nec magis purpuram, quam ſaccum ſuſpicit, ſed in vtrunq; æqualiter decidit; ita ſane verbum diuinum ab euangelico prædicatore effluens indiſcriminatim ad Reges, ad Principes, magiſtratus, & reliquos diuerſos hominum ſtatus abſque tremore, & pauore dirigi debet. Scio Primates terræ concionatorum increpationem ægre ferre, quia cum ipſi ſint oculi Reipublicæ, non ſecus, ac oculi acrem confricationē moleſte ſuſtinent, & minima quaque paleæ læſione offenduntur; ita & ipſi exigua quaque increpatione exacerbantur. Sed nihilominus prudenter facta reprehenſio prætermittenda non eſt, vt ſic admoneantur, ipſos non minus, quam eorum ſubditos diuinæ legi obſequentes eſſe debere, immo & obſequentiores, vt non obſcure indicauit ſacerdos Ioiada: cum enim Regi recens electo (4. Reg. 11.) regalia inſignia daret, coronam capiti impoſuit, & librum diuinam legem continentem. Et 2. paralipom. legimus, quod cum Ioas vn- (2. Par. 23.) ctus eſſet in Regem, ſtatim acceſſit ad eum ſacerdos, vna manu coronam capiti imponēs, & altera diuinę legis librum porrigens. Quibus cærimonijs Spiritus ſanctus innuebat, Principes tum legis diuinæ veneratione, tum obſeruatione, & executione inſignes eſſe debere. Liber enim legis ſuper caput venerationē, in manu vero executionē pręſignificabat. Atq; hinc eſt, quod diſertiſſimus ille philoſophus Bias interrogatus, quis inter Principes principatu dignior eſſet, reſpōdit (id referēte Platone) illum, qui legi obſequentior eſſet. (Plato dialogo Gorg.) Deinde Principū vitia increpare, & quorūcunq; aliorū, qui alijs præſunt, dum tamen debito modo fiat, ſummæ vtilitatis eſt: nā prauo eorū exemplo ad ſimilia peccata, quibus ipſi notantur, facile ſubditi rapiuntur, vt ſatis nobis manifeſtat illud Ieroboam, qui cum eſſet idolorum (3. Reg. 12. & 14.) cultor, eius exemplo edocti ſubditi Idolis incenſum adolere non dubitarunt. Idque obſeruatione digniſſimum arbitror, quod cum multi eo tempore ad Idolorum cultū conuerterentur, de nullo quidem, ſed de ſolo Rege Ieroboam cōqueſtus eſt Deus. Non alia id factum crediderim ratione, niſi quia cum Princeps eſſet, & ſuo exemplo alios ad idololatriā permouiſſet, ipſi omnia aliorum peccata merito aſcribi, & imputari debebant.

(Marc. 16.) *Qui crediderit. & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur*. Poſtquam Chriſtus Dominus Euangelij promulgationem diſcipulis ſuis commiſiſſet, continuo conditiones veri Euangelicæ doctrinæ profeſſoris ſubiunxit, nimirum fidem diuinā, & opera in charitate facta. *Qui crediderit*, ecce fidem: *& baptizatus fuerit*, ecce opera: ſuſceptio enim baptiſmi præclariſſimum opus eſt. Nam præterquam baptizatus catholicam fidem profitetur, & diuinis, & eccleſiaſticis ſe

obſtrin-

obſtringit præceptis, tunc omnibus, quæ diuinæ legi contraria ſunt, abrenunciat: vnde ſacerdos baptizans ait: *abrenuncias Satanæ?* & nomine baptizati reſpondet patrinus, *abrenuncio*. Et cum deinde ait, *abrenuncias Satanæ?* itidem reſpondet, *abrenuncio*. Et enm tandem ait, *abrenuncias pompis eius?* tandem reſpondet, *abrenuncio*. D. Paulus loquens de prima fidei conditione, vt ſummam eius neceſſitatem nobis edoceret, in hunc modum eam definiuit: *Fides eſt ſperandarum rerum ſubſtantia*. Non eſt, quod impij hæretici D. Paulo tamquam indocto theologo oblatrent, eo, quod fidem, quam conſtat intellectui inhærens accidens eſſe, ſubſtantiam vocauerit: ea enim metaphora ſapientiſſime vſus eſt Apoſtolus, vt ſignificaret, quod ſicut ſubſtantia fundamentum eſt accidentium, & pereunte illa neceſſe eſt ſecundum naturas rerum perire accidentia: ita fides diuina fundamentum eſt omnium ſupernaturalium virtutum, & illa extincta reliquæ omnes extinguuntur. Atque huc mirifice facit ſingularis illa Ioannis Euangeliſtæ viſio. Ait enim cæleſtis vrbis Hieruſalem, quæ ſibi oſtenſa fuerat, primum fundamentum eſſe iaſpidem. Lapis autem hic fidem diuinam ad viuum exprimit: nam ſicut iaſpis varios reliquorum lapillorum in ſe colores continet, adamantis candorem, ſmaragdi viriditatem, chryſolithi ruborem, & ſimiles alios complectitur: ita etiam in fide quædam virtutum omnium ſemina deliteſcunt. In ea enim radicatur ſpes: nam ſi æternæ beatitudinis fidem non haberemus, ſperari a nobis minime poſſet. In ea charitas radicatur: nam ſi per fidem non crederetur Deus ſummum bonum ſuper omnia bona, neutiquam diligeretur. In ea timor radicatur: ſi enim fide non haberemus, Iudicem acerrimum eſſe venturum, eum quidem pauciſſimi timerent. Eſt igitur fides fundamentum omnium virtutum iuxta Pauli ſententiam, ex quo ſatis vtiq; neceſſitas eius innoteſcit. Iam ad ſecundam bonorum operum conditionem deueniamus, hæc enim oportet vt fidem concomitentur, vt in conſortio eius veri Euangelicæ doctrinæ profeſſoris teſtimonium perhibeant. Non ſolum ciuili, & canonico, ſed & diuino iure cautum eſt, integrum teſtimonium, veram, ac firmam fidem faciens ex tribus vel duobus vt minimum coaleſcere debere teſtibus, Chriſto domino dicente: *In ore duorum vel trium ſtat omne verbum*. Vnius enim teſtimonium etiamſi alijs ſtabiliatur inditijs, ſemiplenam tantum, non plenam probationem facit. Ad eundem certe modum, vt verus quis Chriſtianæ religionis profeſſor, & Chriſti imitator eſſe comprobetur, duorum oportet concurrant teſtimonia, fidei ſcilicet, & operum, quæ tamquam teſtes, conteſtes veritatem confirment. Multis ac varijs rationibus hanc catholicam doctrinam conſtabilire poſſum, ſed quia catholicos alloquor, qui ei minime diſſentiunt, ſufficiat id in medium producere, quod fides diuina lux eſt: *Fides*, inquit Euſebius Emiſſenus *catholicæ religionis lumen eſt*. quod ſi lux eſt, inde euidenter efficitur, datam eſſe ad operandum, vt non obſcure verba D. Pauli indicant. Qui cum internis, & externis lucis radijs circumdaretur, vt ait D. Luc. *Circumfulſit eum lux de cælo*, continuo clamauit: *Domine, quid me vis facere?* Poſſet quidem infidelis philoſophus hæc Paulina verba audiens obijcere: Lucem ad videndum deſtinauit auctor naturæ tamquam proprium potentiæ viſiuæ obiectũ: deberet ergo Paulus dicere data cælitus ſibi luce: *Domine, quid me vis videre?* non, *quid me vis facere?* Verum D. Paulus probe agnoſcens lucem illam cælitus ſibi miſſam ad operandum; vnde & Dauid dixit, quod poſtquam ortus eſt ſol, *Exibit homo ad opus ſuum. & ad operationem ſuam*: idcirco ſapienter reſpondit: *Domine, quid me vis facere?* non autem, *quid vis me videre?* Atque hinc eſt, quod paſtores, cum tempore natalis Chriſti Domini inſolitam lucem viderunt, Luca dicente; *Claritas Dei circumfulſit illos*: continuo in Bethlehem ſe contulere: *tranſeamus vſque Bethlehem, &c: & venerunt feſtinantes.* Licet enim Angelus nihil de profectione in Bethlehem eis diceret, ſed natiuitatem ſolum nunciaret; *Ecce Euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie Saluator mundi*; ipſi tamen diuinitus illuminati lucem illam intelligentes datam eſſe ad operandum, confeſtim infantem recens natum ſollicite quæſierunt. Id ipſum tribus Regibus Perſianis accidiſſe video, qui cum primum ſtellæ lucem conſpexerunt, confeſtim dixerunt: *Hoc ſignum magni Regis eſt. eamus, & inquiramus eum*. Vniuerſam hanc doctrinam ſub ingenioſa quadam metaphora nobis edocuit ſapientiſſimus Salomon, dicens; *Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus precium eius*: vel vt alij vertunt, *precioſior eſt ſuper topazium*. Verum ſi à Salomone inquiras, in quonam mulier fortitudinem ſuam oſtendere poſſit: reſpondet: *Manus ſuas miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum*. Quis non mirabitur, ſapientiſſimum Salomonem audiens dicentem, in fuſi vſu fortitudinem aliquam deliteſcere? Si dixiſſet, mulierem illam fortem in eo fortitudinem ſuam oſtentaſſe, quod velut altera Iudith proprio Holofernis enſe caput eius amputauiſſet; vel quod vt altera Iael fortiſſimi Ducis Siſaræ tempora clauo confodiſſet; vel quod vt olim Penteſilea Amazonum Regina in bello contra Troianos viriliter propria manu pugnaſſet; vel quod vt celebris, ac famoſa illa Cleopatra Aegypti imperatrix equo inſidens, vna manu ſcutum, altera euaginatum enſem tenens, velut fortiſſimus miles, in hoſtes irruebat; vel tandem ſi dixiſſet Salomon, quod velut fortiſſima illa Machabæorum mater pro diuinis legibus obſeruandis proprios filios morti expoſuiſſet, & ad martyriũ fortiter perferendum

Heb. 11. Apoc. 21. Matt. 18. Euſ. Emiſ. Act. 4. Pſal. 103. Act. 9. Luc. 2. Ibidem. Ibidem. Matt. 2. Prouerb. 31. Ibidem. Iudith. 13. Iud. 4. 2. Machab. 7.

Digitized by Google

rendum eos inflammaſſet: hęc ſane, quæ fortitudinem magnam redolent, ſi Salomon adduxiſſet, conſentanee quidē ad feminæ illius fortitudinem demōſtrandam dixiſſet. Fuſo autem fila ducere nec minimū quid fortitudinis arguit, immo & id infirmis, & imbecillibus feminis ſatis, ſuperque commune eſt. Huius difficultatis ſolutionem ex eo pendere arbitror, quod linum adeſt in colo, fila vero ex eo deducta iacent in fuſo. Ad id ergo alludens Salomon ait, fortitudinem animæ per mulierem fortem ſignificatæ ſitam eſſe non in eo ſolum, quod habeat integrum, & intactum fidei linum, ſed quod inde fila deducat, bonorum operum vſui manum admouens. Id enim ſibi volunt verba illa: *& digiti eius apprehenderunt fuſum*. Vſus quidem frequens orationis, confeſſionis, ſacræ Euchariſtiæ, eleemoſynarū, ieiunij, & ſimilium virtutis operum animæ fortitudinem indicant. Itaque non ſolum fides, ſed & opera adhibere oportet, vt quiſque ſe verum doctrinæ Chriſtianæ aſſeclam comprobet.

Prouerb. 31.

Memini (quod & huic argumento aptari poteſt) inſignem illum ducem Epaminondam (id referente Xenophonte) in publico tribunali falſo accuſatum, quod patriæ infidelis, & proditor extitiſſet, in conſpectu iudicum reſpondiſſe; non alia teſtimonia in innocentiæ meæ defenſionem in medium producā, quam egregia, & memoranda facinora, quæ in Reipublicæ vtilitatem patraui, & continuo, Ecce, inquit, Epaminondas Lacedæmones infeſtiſſimos hoſtes profligauit, Epaminondas rixantem Aſiam pacificauit, Epaminondas vniuerſam Græciam libertate donauit: hæc inſignia opera, quis ego extiterim, Reipublicę facile detegunt: quæ ſi cum occubuero, in ſepulchro meo indelebilibus characteribus deſcribantur, a falſis aduerſariorum cauillis, & calumnijs me facile vindicabunt. Ita ſane, qui operibus ſuis, qualem ſe ſemper exhibuerit, comprobare poterit, ille quidem verus Euangelicæ doctrinæ profeſſor eſt, & in eorum numerum merito referri poteſt, de quibus Chriſtus dixit: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.*

Xenoph lib. 35. ver. mi-rua. Græg.

Marc 16.

Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent & bene habebunt. Ecce priuilegiorum catalogum, quibus olim Chriſtus Dominus primitiuæ Eccleſiæ credentes donabat. Primum, *dæmonia eijcient*. Porro vt triumphus de ſuperbiſſimo dæmone, & ipſi ignominioſior, & fidelibus glorioſior eſſet diuino conſilio in eccleſiæ primordijs ſtatutum fuit, vt exorciſtarum munere, quibus ex humanis corporibus dæmonia expellere incumbebat, pueri gauderent; ſic enim fidelibus innoteſcebat, poſt Chriſti in Cruce victoriam extenuatas adeo remanſiſſe dæmonis vires, vt & pueri alias imbecilles facile profligare, & expugnare poſſent: quod non ſolum in exorciſtis cernere eſt, ſed in virginibus iuuenculis, quæ ſæpe decimum quintum annum non attigerant, & tamen inuictiſſimo animo pro catholica veritate ſanguinem effundentes, Principum potentiam ſuperarunt, & dæmoni noua vincula iniecerunt, iuxta illud Iob: *ligabis eum ancillis tuis*. Id ſane præcognouiſſe videtur regius Propheta cum dixit, *Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei:* quaſi diceret, adeo virtute Chriſti huius infeſtiſſimi hoſtis inſolentia coercita eſt, vt tenellæ virgines, & pueri illum irrideāt, illudāt, & ignominioſiſſime exprobrēt, prout accidit Iuſto, & Paſtori, qui decimum annū nondū attingentes, ita acriter pro Chriſti nomine pugnarunt, vt cum ſumma confuſione Principum harum tenebrarum mortem oppetere non dubitarint. Sed iam aliter eadem verba cum D. Chryſoſtomo interpetremur: ſic enim ait: *Magnus dæmon peccatum eſt: quod ſi a te abieceris, maius (mihi crede) feciſti opus, quam ſi dæmonia eijceres*. Merito vocat hoc opus excellentius, & maius, quia deterius eſt homini vno ſolo peccato infici, quam integram dæmoniorum legionem continere.

Ibid.

Iob. 40.

Pſal. 103.

D. Chryſoſt. in hunc locum Marc.

Secundum priuilegium erat: *Linguis loquentur nouis*. Quod licet re vera intelligatur de dono linguarum, vt diuerſo idiomate ſecundum diuerſitatem auditorum facile vti poſſent, aliud etiam excellentius eis communicabat, priſtinam profanam eorum conuerſationem in religioſam, & piam conuertens: eſt enim non leue argumentum interioris renouationis, externæ conuerſationis innouatio. Nam vt docuit Ariſtoteles libro de interpretatione, verba ſunt earum, quæ ſunt in anima paſſionum notæ: quaſi dicat, verba ſunt latentium cogitationum diſertiſſimi interpretes; ſunt velut manus horologij, quæ regularitatem, vel irregularitatem motus eius plane indicant: ſunt velut pulſus, qui motu ſuo valetudinis, vel infirmitatis certiſſimi indices exiſtunt: ſunt tandem iuxta Democriti ſentētiam, id referente Diogene Laertio, cordis vmbra, quia quemadmodum vmbra refert figuram corporis, ita & verba affectus cordis. Si enim verba pauca & matura ſunt, loquentis prudentiam indicant: ſi multa, & incompta, inſipientiam eius detegunt. Experientia compertum eſt, quod flumina vbi profundiores ſinus habent, ibi maiori ſilentio profluunt; vbi autem magno fragore quaſi ſe præcipitantes aquæ defluunt, minor ibi adeſt aquarum copia, & profunditas. Non diſſimiliter, qui paucis verbis vtens ſilentium colit, & matura verba profert, ſe profunda cogitatione, quæ dicenda ſunt, perpendere aperte manifeſtat: e contra vero loquacitatis amator incompoſita verborum ſerie conſiderationis profunditate ſe carere palam oſtendit. Vnde Sponſus ad ſignificandam prudentiam, ac maturitatem verborum Sponſæ dixit: *Labia tua ſicut vitta coccinea*. Comparat

Marc. 16.

Ariſt. 1. de interpr.

Diog. Laert. in vita Democr.

Cant. 4.

rat

rat eius verba vittæ coccineæ, quia ſicut feminæ, ne capilli incompoſiti cernantur, & hinc illucque vento ferantur, illos omnes vitta conſtrigens aptat, & componit; ita & Sponſa incredibili prudentia, ſingularique maturitate verba contexens, egregie adeo illa aptabat, & componebat, vt neque vnam ſolum rationis regulam tranſiliret. Dixit autem vittam illam eſſe coccinei coloris, vt ſignificaret, verba Sponſæ non ſolum a prudentia, ſed & a claritate, vt aiunt Theologi, imperari.

Marc. 16 Gregor. in comm. huius loci. Tertium priuilegium erat: *Serpentes tollent*. Quæ verba Diuus Gregorius exponens (& hæc ſit prima expoſitio) ait: *Qui bonis ſuis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt, ſerpentes tollunt*. Sed proh dolor! plures inuenies, qui ſerpentes apponant, quam qui tollant, quia boni conſiliarij pauci, mali vero innumeri. Illos Iob Satanæ collum vocauit, dum de Diabolo Iob 41. loquens, ait: *In collo eius demorabitur fortitudo*. Apta ſane metaphora: nam ſicut per collum infecti capitis influentiæ corruptæ ad membra deriuantur; ita ex Diabolo malorum capite, per malos conſiliarios, velut per collum, prauæ influentiæ (ſcelerata conſilia intelligo) ad membra eius defluunt. Ideo autem ait Iob in collo fortitudinem ſuam maxime oſtentare (*in collo eius demorabitur fortitudo*) Ibidem. quia quod Satan propria induſtria perficere non poteſt, mediantibus prauis conſiliarijs extorquet a nobis: vt non 2. Reg. 13. obſcure indicat id, quod contigit Amnon, cui ſororis amore accenſo cum non valeret Diabolus inceſtum perſuadere, adhibuit Ionadab iniquum conſiliarium, qui hoc inceſtuoſum conſilium adhibuit, vt ſe morbo laborantem fingeret, & ita ad illam viſendi gratia ſorore ſine dubio aduentante, facile deſiderium ſuum ſatiare poſſet. Semen huius mali conſilij Amnon in corde ſuo fouens inceſtum perpetrauit. Secunda explicatio ſit, vt intelligamus per *ſerpentes*, prauas cogitationes, quæ peccati venenum in voluntate ipſa conſentiente producunt. Noui ego non paucos adeo circa cogitationes deceptos, vt dum in externam operationem non prodirent, quantumcumque voluntas conſenſiſſet, nullum peccatum ſe feciſſe putarent. Cum Ierem. 4. tamen (præterquam Ieremias ait: *Quouſque morabuntur in te cogitationes noxiæ?* quibus aperte oſtendit non ſolum in prauis cogitationibus conſenſum, ſed voluntariam in illis moram peccatum eſſe) manifeſtum eſt ſecundum bonam Theologiam, totam malitiam operationis externæ, prout habet rationem peccati, ab interno conſenſu emanare. Horum deprauatorum hominum cor ad viuum exprimit templum illud Ezechielis abominationibus plenum, quod Deus manifeſtauit Ezechieli dicens: *Fili hominis, fode parietem*, Ezech. 8. *& vide abominationes, quas iſti faciunt hic*. Prima erat, quod in introitu Idolum zeli aderat. Secunda, quod plura alia Idola in pariete erant depicta. Tertia, mulieres ſedentes, quæ plangebant Adonidem. Quarta, ſenes quidam, qui dorſa vertebant contra altare Domini. Idolum in introitu templi cogitationes prauas deſignat, quæ peccati ianuæ ſunt. Idola in pariete varijs coloribus depicta, eaſdem executioni mandatas varijs, ac deformibus circumſtantijs aſſectas ſignificant. Feminæ, quæ ſedentes plangebant Adonidem Veneris amaſium, in libidinis peccatis obſtinatos, qui in cathedra peſtilentiæ ſedent, apte exprimunt. Ac tandem ſenes dorſa contra altare vertentes eos deſignant, de quibus ait Apoſtolus: *traditos* Rom. 1. *eſſe in reprobum ſenſum*. Hæc omnia mala non aliunde certe ortum, & originem habent, niſi ex praua illa cogitatione. Iob prauas has cogitationes latrunculos vocauit, quia paulatim, ſæpe tamen furantes, ingentem rei familiaris iacturam faciunt, *Venerunt la-* Iob. 19. *trunculi, & fecerunt viam per me*. Videntur hi latrunculi figurari per illos, de quibus quarto Regum dicitur: *Porro de Syria egreſſi* 4. Reg. 5. *ſunt latrunculi, & captiuam duxerunt de terra Iſrael puellam paruulam*. Dæmones enim prauis cogitationibus, quas ſuggerunt, velut vinculis animam alligant, & in ſeruitutem ſuam redigunt. Et quidem quamuis cogitationes videantur ſubtiles funes, nodus tamen earum non facile ſoluitur. Sicut enim ſi in ſubtili filo ſerico nodus fiat, difficillime ſolui poteſt; ita ſæpe cogitationes diſcernere difficillimum eſt. Vnde Diuus Gregorius ait: D. Greg. 4. Moral. *Facile eſt peruerſa opera vitare, ſed nimis difficile eſt ab illicita cogitatione mentem corrigere*. Quemadmodum autem ſerpente manum pungente confeſtim præſentiſſimo theriacæ antidoto vtimur, ne alias venenum cor inficiens mortem inferat; ita etiam cum ſerpens prauæ cogitationis mentem pungit, continuo orationis antidoto occurrendum eſt, ne ſi voluntatem veneno ſuo inficiat, ſpiritualem animæ mortem inferat.

Quartum priuilegium erat: *Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit*. Marc. 16. Expertus id fuit Ioannes Euangeliſta, de quo refert Nicolaus de Lyra in commentario huius loci, Nicol. Lyra. in comment. Euãg. Marc. propinatum illi fuiſſe poculum veneficum, nihil tamen ei nocumenti attuliſſe. Theophylactus etiam ait: *Sæpe in hiſtorijs legimus, multos venena bibita Chriſti munitos ſignaculo, lædere non potuiſſe*. Theophyl. in hunc locum. Porro S. Gregorius Magnus myſtice D. Greg. præfata verba explicans, *dum peſtiferas* (inquit) *ſuaſiones audiunt, ſed tamen ad operationem prauam minime pertrahuntur, mortiferum quidem eſt, quod bibunt, ſed eis non nocebit*. Id ſatis ſuperque innotuit in inſigni illo Eleazaro Machabæo, qui, cum praui amici ſuaderent, vt quamuis prohibita in lege eſca non 2. Mach. 6. veſce-

Digitized by Google

veſceretur, veſci tamen illis ſe ſimularet, vt ſic mortem effugeret: ipſe vero vt animo erat conſtantiſſimus, *reſpondit dicens: præmitti ſe velle in infernum. Non enim ætati noſtræ dignum eſt, inquit, fingere: vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum: & ipſi propter meã ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur.* 2.Mach.7. Quo exemplo reliqui omnes ſeptem fratres nouas aſſumentes vires pro patrijs legibus glorioſe occubuerunt: & eodem facto impletum eſt, quod ait ſacer Euangeliſta, quintum commemorans priuilegium: *Super ægros manus imponent, & bene habebunt.* Marc.16. Nam iuxta Diui Gregorij ſententiam D.Greg. vbi ſupra. manus impoſitio boni exempli exhibitionem ſignificat: *Qui exemplo*, ait, *ſuæ operationis aliorum vitam roborant, quid aliud faciunt, niſi ſuper ægros manus imponere, vt bene habeant?* Vt tamen Chriſti diſcipuli monerentur, ne cum dæmonia eijcerent, infirmos curarent, & ſimilibus portentoſis operibus vacarent, propriæ virtuti, & ſanctitati ſuperbientes tribuerent, cum tamen non ſua, ſed Chriſti virtute patranda forent, continuo ſubiunxit Chriſtus Dominus, ea omnia operaturos fore in eius nomine: Marc.16. *In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent. &c.* Cum enim ipſe docuerat ſtulti hominis eſſe, ædificium altum erigere ſine præiacto fundamẽto: *Similis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt ſuper illam & cecidit, & fuit ruina illius magna:* præcauens hoc malum contendebat Chriſtus Dominus animos diſcipulorum in humilitate radicare. Memini apud Ezechielem Ezech. legiſſe, quod vidit electrum in medio cuiuſdam tempeſtatis, per quod ſanctus Gregorius intelligit Chriſtum Dominum. Nam ſicut illud eſt miſtum quoddam ex auro, & argento, ita Chriſtum Dominum ex diuinitatis auro, & puriſſimæ humanitatis argento in perſona Verbi compactum cernimus. Verum per electrum non incongrue putauerim hominem ad amuſſim ſignificari, qui mixtum, quoddam eſt, ex immortali ſpiritu, & corpore mortali conflatum. Vnde cum electri natura hæc ſit, vt ſplendor lateat, & non appareat; ita oportet iuſtos quod ſplendoris habent, non oſtentare, ſed ſupernaturalia dona ſoli Deo aſcribentes humilitate contegere. Cum enim illa ſint velut precioſiſſimus theſaurus, & infiniti propemodum deprædatores illum circumeant, oportet vt ſub terra humilitatis profundiſſime lateat. Obſeruaui non ſemel, quod in illis, in quibus electrum ſimile Chriſto Domino inuenitur, perſimile etiam humilitati eſſe perhibetur. Nihil electro magis contrarium, quam ſerpentis venenum: nihil magis cum Chriſto, & humilitate, quam ſuperbia pugnat. Hæc enim eſt venenum, quod antiquus ſerpens in auribus primorum parentum ſputauit, dicens: *Eritis ſicut Dij.* Gen.3. Electrum vehementer odoriferum eſt: Chriſtus Dominus, & humilitas tanta odoris ſuauitate flagrant, vt de illo dicat Sponſa: Cant.1. *Curremus in odorem vnguentorum tuorum.* De humilitate vero: Nardus mea dedit odorem ſuauitatis. D.Bern. ser. 4. de aſſump. Per nardum autem Diuus Bernardus ſerm. 4. de Aſſumptione, humilitatem intelligit, quia humilis, & parua planta eſt, & pectoris inflammationes ſoluendi virtutem habet: quæ omnia humilitati congruere nemo eſt qui non videat, cum hæc hominem paruulum in oculis ſuis faciat, ſicut ad Dauid dictum eſt: 1.Reg.15. *Cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es:* & inſuper elati, & ſuperbi cordis tumores detumefaciat. Electrum leues paleas è terræ pauimento eleuat; Chriſtus Dominus iuxta Psal.112. Dauidis ſententiam, *ſuſcitat de terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem.* Idem ſane præſtat humilitas iuxta illud: Luc.3. *qui ſe humiliat, exaltabitur.* Electrum ad recipiendum lucem, & ſplendorem aptiſſimum eſt: Chriſtus Dominus, *Splendor patris*, vocatur a Paulo, Heb.1. & ipſe de ſe ait: Ioan.8. *Ego ſum lux mundi.* Humilitatis autem indiuiduum comitem ſapientiæ lumen eſſe aperte indicant verba Salomonis: Prov.11. *Vbi humilitas, ibi ſapientia.* Hoc diſcrimen animaduerti inter oculos aquilæ, & nycticoracis, quod illius cum paruuli ſint, virtute magna ad videndum vigent: e contra vero huius oculi cum magni ſint, exigui viſus acumine pollent. Simile quidpiam in hominum oculis obſeruare licet: qui enim profundiores illos habent, perſpicaciores ſunt ad videndum: qui vero eminentes; & quaſi tumidos, minus expedita potentia viſiua gaudent. Non diſſimiliter humiles breues, & lippos oculos habent ad ea conſpicienda, quæ in ſe ipſis excellentiam, & celſitudinem redolent; ſuperbi vero oblongos, & eminentes adeo ad aliorum defectus, & peccata cernenda. Deſiderans ergo Chriſtus Dominus diſcipulos ſuos in humilitate fundari, & radicari, conſulto, ne alta, atque ſublimia ſaperent, admonuit, ne proprijs viribus, & meritis portentoſa opera, quæ facerent, ſed nomini ſancto ſuo aſcriberent: Marc.16. *In nomine meo dæmonia eijcient.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

DE-

Digitized by Google

Digitized by Google

DE PORTENTOSA MISSIONE SPIRITVS SANCTI ET EIVS ARCANIS.

LIBER DECIMVSSEXTVS.

Homilia Prima.

Proceſſio Spiritus ſancti, & illius in animis iuſtorum habitatio multiplici ſacrarum litterarum, & ſanctorum Patrum eruditione declaratur.

Rom. 1. v. APOSTOLVS Paulus cum haberet compertum, ſe nequaquam poſſe conuenienter eadem apud omnes vti doctrina, quippe non ſemper cum eiſdem agebat, dixit, ad Romanos ſcribens: *Sapientibus, & inſipientibus debitor factus ſum.* Cuius verbis, ac veſtigijs ego inſiſtens, præſentem homiliam viris doctioribus impendam, interim minus doctos hortatus, vt ſilentio faueant, & dum ſublimiora traduntur, labellum digito compeſcant, quæ aſſequi in tanto myſterio non poſſunt, pio ſtupore venerantes: quoniam *ſapientiam loquimur inter perfectos.* Primum mihi liceat per Iſaiam cum Athanaſio, & Gregorio Nazianzeno, verbum Athan. Epi. ad Serapio. Greg. Naz. l. 3. de Theo. vnum mutare ex his, quæ ipſe de generatione Filij æterni loquens, ſcripſit, dum admiratione plenus ſic interrogat: *Generationem eius quis enarrabit?* liceat, inquam, mihi dicere: proceſſionem eius quis enarrabit? Nam difficile eſt de Verbi diuini generatione diſſerere, difficile, & arduum magis eſt de Spiritus ſancti productione, & proceſſione loqui: certum enim, & apertũ Eugubin. l. 1 eſt, philoſophos non paucos (vt Eugubinus refert de perenni philoſophia) nonnihil ſuboluiſſe, & præſenſiſſe de prima, & ſecunda perſona diui- Plato na, Patrem principium, & Verbum Filium ap- Triſmegiſt. pellantes: de tertia tamen perſona, quæ Spiritus ſanctus eſt, nullam omnino ex ſeipſis habuere notitiam. Hinc ſi Plato, & Triſmegiſtus de tertia perſona in diuinis aliquid dixerunt, inde eſt, quod ab Aegyptiis acceperant, vt noſter Galatinus docet, atque ideo reliqui philoſophi dicere vere poterant: *Nec ſi ſit Spiritus ſanctus ſcimus.* Galatin. de arcanis. cat. veri. Propterea S. Auguſtinus ſuper Exodum, acute dixit, Pharaonis Magos duo prima ſigna, quæ Moyſes ediderat, facere potuiſſe, ranarum videlicet, & conuerſionis aquæ in ſanguinem, defeciſſe tamen in tertio ſigno, nẽpe in culicum productione, atque ideo dixiſſe: *Digitus Dei eſt hic.* Per digitum Dei intelligitur Spiritus ſanctus, vt Chryſoſtomus ſuper Matthæum animaduertit: quoniam quemadmodum brachium in ſacris litteris ſignificat ſecundam perſonam, quæ eſt Filius; ita manus, vel digitus tertiam, quæ Spiritus ſanctus eſt, innuit. Inquit ergo Auguſtinus, quod etiam dixiſſe inuenio Clementem Alexandrinum, defeciſſe Magos in tertio ſigno, qui duo prima fuerant operati, manifeſte indicare, celebres illos gentiũ philoſophos adeptos fuiſſe aliquantulum cognitionis, & luminis, licet exigui, & obſcuri, quo diuinarum perſonarum Patris, & Filij aliquam, inuolutamq. notitiam habuerunt, non tamen potuiſſe ad Spiritus ſancti cognitionem penetrare, quæ omnibus ſemper fuerat occulta, & inueſtigabilis. Neq; mirum profecto, ſi illi defecerint, cum ipſi quoque ſacri Doctores, qui ſunt Chriſtianæ religionis Apoſtoli, & Eccleſiæ militantis faces, & clara lumina, quamuis fidei ſplendore illuſtrati, adeo ſe parum idoneos agnoſcant ad loquẽdum de Spiritus ſancti pro-

Aug. lib. 3. cap. 14. ceſſione, vt Auguſtinus, grauiſſimus, & eruditiſſimus Eccleſiæ Doctor dixerit contra Maximinum: *Quæris à me, ſi de ſubſtantia Patris eſt Filius, de ſubſtantia Patris eſt Spiritus Sanctus, cur vnus Filius, alius non? Ecce reſpondeo: ſiue capias, ſiue non capias, de Patre eſt Filius, de Patre eſt Spiritus ſanctus; ſed ille genitus, iſte procedens.* Hoc ipſum eſt, quod te Auguſtine percontamur, & tu pro reſponſione reddis noſtram interrogationem: *Petis principium*, dicent tibi Theologi, idipſum eſt, quod interrogamus, videlicet; cur ille genitus, hic procedens. quod certe non ignorabat Auguſtinus, ideoque ſtatim ſubiunxit: *Quid autem inter naſci, & procedere interſit (de illa excellentiſſima natura loquens) explicare quis poteſt?* & tandem ſe imparem tantæ difficultatis ponderi cognoſcens, ſuam confeſſus infantiam caput ſubmittit, inquiens: *Diſtinguere inter hanc generationem, & illam proceſſionem neſcio, non valeo, non ſufficio.* Ecce, quibus potuit apertiſſimis verbis ſe profitetur nequaquam ſufficientem explicationi tanti myſterij: nam in ſe demittendis, & deijciendis viri ſancti eloquentes; at in virtutum ſuarum prædicatione parum diſerti, immo & elingues eſſe ſolent. Eandem expertus in hoc arcano difficultatem Gregorius Nazianzenus dixit: *Quæ eſt proceſſio inquis? dic tu, quæ Patris ingenitura ſit, ego Spiritus ſancti proceſſionem aggrediar, vt ambo mentis væſania præcipites agamur, in Dei myſteria oculos inijcientes.* [Greg. Naz. orat. 37.] Non minus ſanctus Ioannes Damaſcenus huic oneri ſuccumbit, his verbis: *Generationem, & proceſſionem inter ſe differre compertum habemus, ceterum quis huius differentiæ modus ſit prorſus nos fugit.* [Ioan. Dam. li. 1. fid. Ort.] Tandem catholici pariter, & hæretici magnam ſemper in hoc myſterio experti ſunt difficultatem, ſed longe diuerſo modo: nam catholici mentem fidei myſterio ſubijciunt, in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti: [2. Cor. 2.] hæretici autem tamquam beſtiæ feræ, rebelles, & contumaces veritati collum ſubdere recuſant. Vnde ſanctus Athanaſius libro de Spiritu ſancto narrat quoſdam fuiſſe hæreticos, negantes Spiritus ſancti perſonam, [Athanas. ad Serapion.] hac ineptiſſima ratiocinatione: Si Spiritus ſanctus eſſet, vel procederet a Patre, & ſic eſſet frater Verbi; vel procederet a Filio, & ſic eſſet filius Verbi, & nepos Patris; vel procederet a Patre, & Filio, & ſic Verbum ſe haberet vt mater. In hæc ſtultiſſima deliria, & mentis alienationem præcipites feruntur hæretici, quod humanis rationibus, & coniecturis ſcrutari diuina præſumunt. Macedonius hæreſiarcha acutius, & ſubtilius, vt ſibi videbatur, dixit, ex diuinis litteris conſtare, tertiam non eſſe perſonam; quoniam Chriſtus ore Matthæi dixerat: [Matth. c. 11.] *Nemo nouit Filium niſi Pater, & Patrē quis nouit niſi Filius?* vnde ſic argumentabatur; Si nemo nouit Filium niſi Pater, & Patrem nemo niſi Filius, videlicet cognitione perfecta, & comprehenſiua; ergo Spiritus ſanctus non eſt Deus: nam ſi eſſet, comprehenderet, & cognoſceret Patrem: vnde ſi nemo perfecta cognitione illum comprehendit, præter Filium, nullus vtique, excepto Patre Deus eſt, niſi ſolus Filius. Huic Macedonij argumentationi grauiſſimi Theologi cum Nicolao de Lyra ſuper Matthæum reſpondent, [Nicol. de Lyra. cap. 11.] dicentes, excluſiuam dictionem, quando vſurpatur ad ſignificandum aliquid eſſentiale in perſonis diuinis, non excludere reliquas perſonas eiuſdem naturæ, & eſſentiæ participes, ſed tantummodo creaturas, quæ diſſimillimæ naturæ ſunt. Quamobrem dicente Chriſto: *Nemo nouit Filium niſi Pater*, [Matth. 11.] non excludit Spiritum ſanctum, cum eiuſdem naturæ, & intellectus cum Filio ſit. Hæc quidem acute, & ſapienter dicta; ego tamen aliam magis expeditam, & claram, quam facilius capiat populus, apponam expoſitionem verborum: *Nemo nouit Filium niſi Pater.* [Ibidem.] Hæc vox, nemo, vt notant Latinæ linguæ periti, idem eſt, quod nullus hominum: nam vt illi volunt, a nullus, & homo deducitur; vnde, dicente Chriſto: *Nemo nouit Patrem niſi Filius*, [Ibid.] explicandum eſt, nemo hominum, vel nullus homo, niſi Filius Patrem comprehendit; quo ſenſu Spiritus ſancti perſona (ſiquidem ille homo non eſt) a Patris perfecta cognitione non excluditur. Spiritum vero ſanctum eſſe Deum, præter ſacrorum Conciliorum, & Pontificum definitiones, quas recenſere longum eſſet, clariſſime conſtat ex Petri verbis, dicentis Ananiæ: *Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui ſancto? non es mentitus hominibus, ſed Deo.* [Act. cap. 5.] Itaque ſi mentiri Spiritui ſancto idem eſt, vt docet Petrus, quod mentiri Deo, Spiritum ſanctum eſſe Deum minime dubium eſt.

Cognito igitur, quod in diuinis perſonis eſt Spiritus ſanctus, & quod eſt verus Deus, docet præterea veritas, & fides orthodoxa, ipſum a Patre, & Filio habere proceſſionem, catholica Eccleſia canente: *Qui a Patre, Filioque procedit*, [Ioan. 15.] non quidem tamquam a duobus principijs, ſed tamquam ab vno principio productus. Sed obijcies: ſi duæ perſonæ ſunt, à quibus ille producitur, quomodo non erunt & duo principia? Ratio eſt, quoniam virtus ſpirans, ſiue producens Spiritum ſanctum, videlicet diuina voluntas, prout eſt in Patre, & in Filio, eadem, vna, & indiuiſa eſt; ideoque Pater, & Filius non tamquam duo principia, ſed tamquam vnum in Spiritus ſancti productione conueniunt. Qua fundatus ratione Auguſtinus inquit: *Tres ſunt vnum principium creaturarum, propter identitatem naturæ*; [Aug. lib. 5. de Trinit.] quo etiam modo cum in Patre, & in Filio virtus Spiritus ſancti productiua ſit vna, & eadem, nempe vna, & eadem voluntas; inde eſt, quod Pater, & Filius vnum ſunt, & non duo principia Spiritus ſancti. Licet enim & Pater, & Filius dici poſſint duo ſpirantes adiectiue propter pluralitatem ſuppoſitorum, non poſſunt tamen dici duo ſpiratores ſubſtantiue propter vnam ſpirationem, & vnam virtutem ſpiratiuam, ſignificantem quodammodo naturam cum proprietate, vt docuit ſanctus Thomas p. par. quæſt. 36. art. 4. [S. Thom. 1. par. q. 36. art. 4.] ſed vnum tantum principium ſpiratiuum, & productiuum Spiritus ſancti, Quod ſi opponas,

ſpi-

Digitized by Google

ſpirantem, & producentem virtutem totam, integram in Filio, & totam eſſe pariter in Patre ad producendum Spiritum ſanctum, ac propterea poſſe Patrem per ſe ſolum, & Filium ſine Patre producere Spiritum ſanctum (nam ſi hoc Filiū nō poſſe dicamus, non vna, & æqualis eſſet vtriusque potentia, liceretq. dicere minus potentiæ vnum habere, quā ambos) prælucet tibi ſic argumentanti catholica fides, quæ profitetur, Deum tuum eſſe intellectui noſtro inacceſſibilem, plenum myſterijs, & altiſſima ſacramētorum caligine circumfuſum. Non igitur defectus iſte impotentiæ eſt: nam æque perfecta, & integra virtus productiua Spiritus ſancti in Patre, & in Filio, neque magis in vno eſt, quam in alio, ſed eſt cōditio neceſſaria in hac productione, quæ a duobus debet manare ſuppoſitis, quæ ſunt vnius, eiuſdemq. naturæ. Hæc autē neceſſitas fundatur in eo, quod Spiritus ſanctus eſt complexus, & nexus amoris, quo Pater, & Filius mutuo ſe diligunt, & complectuntur. Vnde S. Thomas ait: *Spiritus ſanctus eſt vinculum, & nexus Patris, & Filij.* Percipietur autem melius huius rationis vis, ſi conſideremus, Spiritum ſanctum, qui perſonaliter eſt amor, procedere a voluntate diuina, non quomodocunque conſiderata, ſed a voluntate concordi, & vnanimi: quæ voluntatis concordia, vbi non ſunt diſtincta ſuppoſita, inueniri non poteſt, ideoque neceſſario Spiritus ſanctus à Patre, & Filio, tamquam ab vno principio, id eſt vna, & concordi voluntate, producitur. Præterea, ſi Spiritus ſanctus a Patre, & non a Filio, vel a Filio, & non a Patre procederet, non vtique a perſona, ex qua non produceretur, diſtingui poſſet: nam proceſſio vnius perſonæ ab altera, origo eſt diſtinctionis, vt Angelicus Doctor, & omnis eius ſchola profitetur. Hāc catholicam veritatem Chriſtus nos docuit in Euangelio, dicens: *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*: nam ſi vnigenitus eſt, ſolus ipſe erit Filius, cum idem ſit vnigenitus, quod vnus, & ſolus genitus. Sed inſurgunt hæretici, reſpondentes, alium eſſe ſenſum horum verborum: aiunt enim vnigenitum idem eſſe, quod vnitè dilectum, ob idque Salomonem de ſe dixiſſe: *Filius fui patris mei vnigenitus*: nam Dauidi Salomonis patri alij filij fuerunt. Vnde dum ſe vocat Salomon vnigenitum, eo nomine, non ipſum ſolum eſſe Dauidis filium, & abſque alijs fratribus, ſed plurimum Dauidi charum, & dilectum, ſignificari contendunt. Hæc reſponſio catholicam veritatem minime expugnat: nam ſi Spiritus ſanctus eſſet Filius, non opus erat, vt Pater plus Verbum, quam illum amaret, quandoquidem vterque in bonitate ſibi æqualis futurus erat, vt nunc eſt, atque ita non foret Verbum vnice dilectum. Ergo ſacra Scriptura vocans diuinum Verbum Patris vnigenitum, alterum eius naturalem filium excludit.

S. Thom. — *S. Tho. 1. p. q. 36. ar. 2.* — *Ioan. 3.* — *Prouer. 4.*

Sed quæret Theologus, ſi Spiritui ſancto eadem natura diuina, quæ Filio communicatur, cur non & ipſe, ſicut Verbum, Filius erit? Nam ſi bene philoſophamur, quid aliud eſt generatio, niſi productio viuentis a viuente coniuncto in ſimilitudinem naturæ? Spiritus autem ſanctus viuens eſt, immo & ipſa vita, proceditque a principio coniuncto, non minus quā Filius, eſtq. ipſi eadē natura, & eiuſdem prorſus naturæ eſt cū Filio, vnde nihil videtur Spiritui ſācto deeſſe, vt Filius eſſe dicatur. Gregorius Nazianzenus huic argumento reſpondet, eſſe poſſe, vt quis ab alio procedat, & ei ſit in natura ſimilis, non tamen eius filius exiſtat, ſicut cernimus in Eua, quæ ex coſta Adami producta, ei fuit quoad naturā humanam ſimilis, non tamen eius filia fuit. Hoc autem Gregorij exemplum non omnino conuincit: nam viuentis generatio eſt opus vitę, Adamus vero in Euæ generatione non cooperatus eſt aliqua vitæ actione, occupatus ſopore, & quaſi mortuus, ac propterea Euam illius non dici filiam mirari non debemus. At cum Pater & Filius producunt Spiritum ſanctum, id faciunt voluntatis actu vitali, naturam ei communicantes diuinā, ideoq. non eadem, ſed diſpar eſt ratio exempli, quod ſanctus Gregorius propoſuit. Quamobrem ſanctus Anſelmus in ſuo Monologio inquit, Verbum diuinum produci tamquam imaginem Patris, iuxta illud: *Imago bonitatis illius*: ſed Spiritus ſanctus non vt imago procedit, ideoque Verbum eſt Filius, non autem Spiritus ſanctus. Quā rationem ingenioſe proſequutus eſt Epiſcopus Canarienſis, vir noſtræ ætatis inſignis, aſſerens magnum eſſe diſcrimen in re, quæ imago eſt, vel quæ illius tantum eſt ſimilitudo. Nam licet verum ſit, imaginem ſemper eſſe ſimilem rei, quam repræſentat, ſicut imago Cæſaris aſſimilatur Cæſari; nihilominus tamen non omne quod eſt ſimile, idem quoq. imago eſt: nam & ouum vnum alteri ouo ſimile eſt, non tamen eius imago, quoniam ſuper id, quod eſt ſimile, habet & hoc ratio imaginis, vt natura, vel ars per ipſam aliquid aliud ſignificare procurent. Nemo vero dubitat, quamuis natura ouum vnum alteri ſimile producat, non ab ea intendi, vt illud ouum alterius oui imago ſit: vnde concludit, Spiritum ſanctum, licet procedat ſimilis Patri, eiuſdemque naturæ particeps, non procedere tamquam illius imaginem, quoniam in eius productione non intenditur, ſicut in generatione Verbi, vt Patrem ipſe repræſentet tamquam imago, quod proprium eſt Filij, qui exiſtens paternæ mentis Verbum, debet eſſe figura, & imago rei mente conceptæ. Verumtamen nec ratio hæc ſatisfacit, quoniam Filius non aliam ob cauſam eſt Patris imago, niſi quia ex vi ſuæ productionis eadem natura illi a Patre communicatur: vnde ſi ſemel admittitur, ex vi proceſſionis Spiritus Sancti eandem naturam diuinam ſibi communicari, dubium eſſe non poteſt, Spiritum ſanctum non minus, quam Verbum eſſe Patris imaginem. Nam vt Theologiæ ſcholaſticæ princeps ſanctus Thomas docet, ea de cauſa Spiritus ſanctus non eſt Filius, quia non procedit per modum ſimilis principio ſuo; quoniam, etſi verum eſt, Spiritui ſancto naturam diuinam a

Greg. Naz. orat. 37. — *Anſelm. in Monol. c. 53* — *Epiſ. Cana. l. de. Trini.* — *S. Thom. 1. part. q. 27. ar. 4.*

 Patre

Patre, & Filio communicati, id fit, quia quidquid intra Deum eſt, non eſt aliud niſi Deus, non vero quia intrinſeca ratio productionis Spiritus Sancti id poſtulet, prout à Filij productione diſtinguitur. Nam ſecundum hanc rationem ſolum intendunt Pater, & Filius producere amorem, & pondus dilectionis in id, quod amatur, qua in re differt modus operandi per intellectum ab eo, qui fit per voluntatem: quoniam intellectus intendit rei intellectæ formare ideam, vel imaginem; voluntas autem non gignit, vel producit eius, quod amat, ſimilitudinẽ, ſed tantum elicit procliuitatem, qua in rem amatam inclinatur. Hinc ergo eſt, quod cum Verbum diuinum procedat a Patre per viam intellectus, prodit ſimile Patri ex vi ſuæ productionis, ideoq. verut, & ſolus eius Filius eſt; ſed Spiritus ſanctus (ſi conſideremus ſuæ propriam, ac peculiarem proceſſionis rationem, per quam eius productio a productione Filij differt) nõ procedit Patri, aut Filio ſimilis, ſed vt vtriuſque amor, & mutuus amplexus, ab vtroque diſtinctus. Sed quamuis propoſita ratio a vera, & perſpicua philoſophiæ veritate petita ſit, multis tamẽ non ſatisfacit, ideoq. aliam adijciam reſponſionem, & ſolutionem, non quidem ab Angelici Doctoris doctrina recedens, ſed vt id, de quo agitur, facilius exponam. quæ ratio ita ſe habet. Cui conuenire non poteſt naſci, nec Filium eſſe conueniet: ſed Spiritum ſanctum naſci non poſſe nemo dubitat (quoniam quidquid naſcitur, neceſſe eſt, vt partus illius potentiæ ſit, quæ concipere valeat: voluntas vero non concipit, ſed intellectus, & Spiritus ſanctus non intellectu, ſed voluntate procedit) ergo nec ille naſci, & conſequenter nec eſſe Filius poteſt. Huc reſpexiſſe proculdubio mihi videtur Auguſtinus, à paucis intellectus, cum rationem raddens, ob quam Spiritus ſanctus non eſſet Filius, dixit: *Quia non procedit vt natus, ſed vt datus.* *Aug. lib. 1. de Trinita. 14.*

Reliquum eſt, vt hæreticorum obiectioni reſpondeam, qui aiunt, Spiritum ſanctum minus, quam Patrem, & Filium eſſe potentem, cum Pater Filium, & Filius cum Patre Spiritum ſanctũ, ipſe autem neminem producat. Quibus reſpondeo, hanc in Spiritu ſancto non eſſe imperfectionem, vel impotentiam, ſicut nec in Filio, qui nõ potaſt alium producere filium. Ratio vtriuſque eſt, quoniam diuinæ perſonæ, vt diximus, intellectu, & volũtate procedunt; at diuinus intellectus infinita cum perfectione operans, totam ſuam virtutam productioni Verbi Pater impendit, ideoq. eodem intellectu diuino non poterat Filius alterum gignere filium: quoniam tota diuinæ mentis potentia intellectiua adæquate, & pleniſſime Verbi productioni fuerat impenſa, & (vt ita dicam) exhauſta, atque ideo nihil reliquum erat, quod a Verbo ſimiliter produceretur. Sic etiam, cum diuina voluntas ad intra, vt loquuntur Theologi, ſe totam explicuiſſet, & omnem amorem ſuum, ac bonitatem diffudiſſet in Spiritus ſancti perſonam, quoniam operata eſt ſecundũ vltimum potentiæ ſuæ, non poteſt Spiritus ſanctus aliam diuinam producere perſonam. Sed licet Spiritus ſanctus ſe non communicet alteri perſonæ ad intra, communicat tamen ſe pluri mis, & infinitis ad extra, diffundens in eas ſuæ charitatis, & amoris varia chariſmata, iuxta Pauli verba: *Diffuſa eſt gratia in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* *Ad Ro. 5.* Quibus verbis Apoſtolus aliud nobis detegit noſtræ fidei myſterium, præſenti diei valde conueniens, videlicet, dum anima iuſtificatur, non ſolum ai gratiam, & charitatem cum reliquis infuſis virtutibus, quæ ſunt tamquam gemmæ, & ornamenta, quibus anima noſtra decoratur, vt ſacra docuit Tridentina ſynodus; verum etiã ipſummet Spiritum ſanctum cum Patre, & Filio donari: vnde dictum eſt: *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.*

Quæ veritas orthodoxa peculiarem habet difficultatem, cum Deus triplici modo, videlicet, per eſſentiam, præſentiam, & potentiam rebus à ſe creatis aſſiſtat. Per eſſentiam quidem, quoniam ſubſtantia ipſiuſmet Dei aſſiſtit intime, & adeſt creaturæ, & hoc modo eſt in aere, quo ſpiramus; in cibo, quem comedimus; in veſtimento, quod induimus; in igne, quo caleſcimus; in terra, quam calcamus; & in omnibus, ac ſingulis rebus, quæ ſunt. Per præſentiam intelligimus Deũ ineſſe creaturis cognitione, qua illas cognoſcit penitus, & comprehendit. Per potẽtiam vero adeſt rebus, dum virtutem ſuam exercens illas conſeruat, & eſſe, quod impertiuit, continuat. Si ergo hoc triplici modo Deus creaturis, & alijs quibuſcunque rebus ineſt, ſecundum ſuam ſubſtantiam, quomodo quæſo in animam hominis venit, cum beneficium iuſtificationis impertitur? nam reuera quoad ſubſtantiam, & naturam Dei, iam illic ante iuſtificationem præhabitabat. Ingentem Theologorum multitudinem video vnanimi conſenſu affirmare, Deum in anima iuſti nouiter habitare, quatenus in ea denuo aſt, tamquam cognitum in cognoſcente, & tamquam amatum in amante: apud me tamen minime ſufficiens hæc reſponſio eſt: nam præſentia per cognitionam, vel amorem, eſt præſentia tantum (vt Theologi loquuntur) obiectiua, & intentionalis, non realis, & ſubſtantialis, qualis eſt illa, quam hic quærimus: ſiquidem præter donum cognitionis, & amoris, quem Deus animæ iuſti communicat, ſeipſum quoque in propria ſubſtantia largitur, ſicut S. Auguſtinus li. 5. de Trinitate latiſſime declarat. *Aug. lib. 5. c. 16.* Dicimus ergo, quod Deus nouiter animam iuſtificans, illam incolit tamquam templum ſuum, cum prius in ea tamquam in Satanæ cauerna eſſet, infuſione tamen gratiæ ſuæ depulſis tenebris, & deterſa fœditate peccati, quo diuinis oculis anima hominis erat infeſta, illam nouo ſplendore luſtrans, templum ſibi reddit acceptum, & ſuo diuino eſſe proportiona accommodatum. Vnde vere dicitur, animam iuſti nouiter a Deo habitari, non quidem Dei, ſed ipſius creaturæ facta mutatione, vt explicat Auguſtinus. *Idem ep. 57* Cui expoſitioni aliam ipſe adiungam, quæ licet non ita ſit ingenioſa,

Digitized by Google

oioſa, erit tamen populari captui magis accommodata. Dici vulgo ſolet, cum quis in alterius gratiam redijt, ille ſe in amicitiam denuo dedit: quibus verbis non ſignificamus illum ſemetipſum, ſed animum ſuum præbuiſſe cui conciliatur, & in eodem loco, vbi prius erat, eſſe promptum, & paratum, omnibus amici ſui periculis præſto eſſe, illumque, quoties opus fuerit, tueri. Ad quem modum cum dicimus Deum ad nos veniſſe, vel ſe animæ iuſti nouiter dediſſe, ſignificamus, Deum a momento iuſtificationis paratum eſſe ad acceptanda omnia illius opera, vt vitam æternam mereantur, & ad faciendã eius voluntatẽ in his, quæ rationi cõſona flagitauerit, quemadmodum cecinit Dauid: *Volũtatem timentium ſe faciet*. (*Pſal. 144.*) Quamobrem veriſſimum eſt, non tantummodo Spiritum ſanctum dona ſua, ſed etiã ſe ipſum in animam iuſti transfundere, quatenus eiuſdem diuini Spiritus voluntas expedita, & expoſita eſt ad omnia iuſtorum vota, pia, & ſancta deſideria complenda: quod etiam de Patris, & Filij perſona vere dici poteſt. Ratio vero, ob quam magis dicitur dari iuſtis Spiritus ſanctus, eſt, quoniam iuſtificatio proprium eſt opus amoris, & amor potiſſimum, ſicut Filio ſapientia, & Patri potentia, Spiritui ſancto attribuitur. Cui ſit honor, & gloria, &c.

Homilia Secunda.

Spiritum ſanctum eſſe cor Eccleſiæ, & quibus de cauſis ita nominetur.

SANCTITATIS, & eruditionis illud inſigne prodigium S. Athanaſius, (*Athan. l. 1.*) quem mirifice Græcorum celebrauit Eccleſia, loquens de rectis fidei dogmatibus, ſcripſit hæc verba: *A corpore quaſi exemplari proprietate accepta, diuinorũ connexionem oſtendimus per membrorum proportionem, ac ſimilitudinem.* Quibus ego nixus verbis non immerito dicam, quod ſicut Deus, quatenus naturæ auctor, humano corpori varias potentias, diuerſa organa, & membra tamquam inſtrumenta humanarum actionum indulſit, ita quoque, quatenus gratię largitor, & auctor, præbuit catholicæ Eccleſiæ corpori myſtico diuerſa admodum membra ſpiritualia, ad actiones ſupernaturales exhibendas, & exercendas. Myſtici huius corporis caput eſt Chriſtus, vt ſcripſit Paulus: *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam.* (*Epheſ. 1.*) Collum eſt Virgo ſanctiſſima, quoniam ſicut à collo exit caput, ſic ab ipſa natus eſt Chriſtus caput noſtrum: ſcriptum enim legimus: *De qua natus eſt Ieſus.* (*Matth. 1.*) Oculi ſunt ſacri Antiſtites, qui tamquã vigiles ſpeculatores ſublimi loco poſiti, hoſtium inſidias, & dolos explorant, & non ſecus, quam ſeduli paſtores conſcendentes in montis verticem, inde gregem ſuum per paſcua vagantem proſpiciunt, & ſi quando in aliena, aut vetita intrauit, ſibilis, & paſtorali baculo immiſſo coercent. Eiuſdem corporis linguæ ſunt Doctores, qui Eccleſiam inſtituunt, & ei verbum Dei interpretantur, quales fuere Chryſoſtomus, Auguſtinus, & Ambroſius, cum reliquis pluſquam Delphicis, & Apollineis myſticæ, & ſcholaſticæ Theologiæ oraculis. Dentium vice funguntur Euangelici verbi promulgatores: nam, vt dentibus frangitur, & manditur cibus, quo alimur, & reliqua corporis membra reficiuntur; ita concionatorum ſermonibus alimenta ſpiritualia, diuina ſcilicet verba multipliciter, & minutatim explicantur ad animarum noſtrarum vtilitatem, & virtutum incrementum. Aurium munus ſuſtinent, vt mihi videtur, Sacramẽti pœnitentiæ miniſtri, qui peccatorũ cõfeſſiones auribus excipiunt. Pedum, & manuum munere vtũtur miſericordes in egenos, & qui eleemoſynas largiuntur: hi enim, ſicut olim Iob, (*Iob. 2.*) manus, & pedes ſunt claudorũ, & oculi cæcorum. Sed quid quęſo omnia hæc membra facerent, ſi corde carerent? dubium certe non eſt fore, quin repente obſtupeſcerent, & paulatim areſcerent: at non abſque corde, & inanimata ſunt, ſed eximio potius diuini cordis calore fouentur, vt tradunt Gregorius Nyſſenus, (*Greg. Nyſſ.*) & ſanctus Thomas, affirmantes, myſtici huius corporis cor eſſe Spiritũ ſanctum, quod ipſe ſignificaturus, voluit ſub figura linguarum in Apoſtolos deſcendere, iuxta illud: *Apparuerunt eis diſpertitæ linguæ.* (*Act. 2.*) Nã ſi rem attente contemplemur, nulla expreſſior figura cordis eſſe poterat, quam lingua, quæ cordi tam forma, quam colore, & alijs qualitatibus aſſimilatur; quippe lingua rubra eſt, & cor rubrum; lingua ſanguinea, & cor ſanguineum; lingua triangularis, & cor ſimili forma præditum eſt; lingua ad loquendum indiget aere, & cor ad reſpirãdum: vnde manifeſte liquet, mille modis linguam cordis quoddã eſſe ſimulachrũ. Cor autem Eccleſiæ multis de cauſis Spiritus ſanctus dicitur. Primum, quoniam ſicut cor vitæ fons, & omnium ſpiritalium actionum ſcaturigo, & vena fœcundiſſima eſt, vnde per arterias, & venas in ſingulas corporis partes vigor derioatur: ita Spiritus ſanctus principium eſt gratiæ, & vitę ſupernaturalis origo, cuius beneficio, & liberalitate opera noſtra æternæ gloriæ digna cenſentur. Aliquantulum hoc ipſum videntur mihi odorati gentiles, qui referente Cyrillo, (*Cyril. in ser. de Spiritu ſancto.*) Deum vocabant mundi animam; quoniam ſicut hæc vitam dat corpori, ſic animas noſtras ille viuificat. Præ ceteris vero multo melius, & expreſſius id à Concilio Niceno declaratũ fuit in Symbolo, (*Conc. Nic. in Symbol.*) dum Spiritum ſanctũ appellat viuificantem: *Credo in Spiritum ſanctum, Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit.* Animaduertendum tamen hoc loco, quod Spiritus ſanctus, ad ſe monſtrandum naturæ, & gratiæ auctorem, ſicut reuera eſt, voluit mundi ſpiritualis formam, & vitam mundo corporeo quadam

proportione ſimilem eſſe, vt tam huius, quam illius opera, & effectus ab eadem origine, diuino ſcilicet intellectu, manaſſe cognoſcerentur. Primum enim huic rerum vniuerſæ naturæ, cui mundi nomen inditum fuit, vitam pariter, & ſummam pulchritudinẽ impertiuit per ignẽ, vt ex-
Greg.q.8. plicat S. Gregorius ſuper Geneſim, dicente Deo, *fiat lux*, cuius claritate cuncta luſtrarentur, & nouũ decus acciperẽt. Secundo, mundũ viuificauit per aerẽ, quoniam præterquã, quod Spiritus ſanctus aeris induens naturã, aquas abyſſi fouebat: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, nũc planum eſt, & perſpicuum, quod homini, qui erat infimi huius mundi potiſſima pars, vitam aere præbuit, ſiquidem ſolo ipſius flatu animam ac-
Genes.1. cepit viuentem, vt ibidem dicit Scriptura: *Inſpirauit in eum ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Nam ſicut vitriarius ſuo flatu vas conflat, ita Deus hominem, quem, vt dicit Scriptura; *Fecerat de limo terræ*, diuino Spiritu formauit, vitam, animamque largitus. Ad hunc ergo modũ auctor gratiæ diuina ſua opera rerum aliarum naturæ conformans, hunc Eccleſiæ ſpiritalem mundum viuificat, componit, & exor-
Act.2. nat per ignem, & aerem, ideoque dictum: *Apparuerunt diſpertitæ linguæ tamquam ignis*, ecce igneum elementum: *& factus eſt repente de cælo ſonus tamquam aduenientis Spiritus vehementis*, ecce aerem. quæ omnia his, quæ diximus, maxime conueniunt. Nã cum Spiritus ſanctus ſit Eccleſiæ cor, congruum erat, abſque aere non venire, vt ſe hac in re accommodaret ordini naturæ, qui cor generãs, illico ei, vt aere foueatur, apponit pulmonem, quo tamquam flabello ad exercenda vitæ opera reficiatur, & recreetur. Vocatur prçterea propriiſſime Spiritus ſanctus cor Eccleſiæ. quoniam ſicut cor eſt ſedes amoris, vnde tamquam ex officina prodeunt amantiũ affectus; ſic Spiritus ſãctus quatenus tertia ab alijs diſtincta perſona, amor Patris, & Filij, & quaſi illorũ cor eſt. Vnde, precor fratres, colligatis, quãta diuini amoris excellentia, & quanta in homines charitas eius exiſtat. Nam ſicut perfecte alterum amans, pro amoris ſigno ſolet ei aliquod pignus largiri; ita Deus noſter, cum non poſſet aliter amori ſuo erga nos facere ſatis, etiam ſi ea de cauſa cælum, terram, elementa, planetas, immo & Angelos ipſos cum reliqua creaturarũ infinita multitudine cõdidiſſet, nec his cõtentus proprium etiam Filium æternum hominibus dediſſet, hodierna die cor ſuum, id eſt Spiritum ſanctum ſui flagrantiſſimi amoris, & charitatis pignus eidem magnificentiſſime donat, quaſi dicens: Accipite, quod vnum habebam reliquum vobis vltimo donandum, cor nempe meum. Nõ enim ſcio, quo alio modo ardenti in vos charitati meæ, & vehementiſſimo ſatisfaciam amori, gemitibus inenarrabilibus apud me pro vobis poſtulanti, niſi meum ipſius cor, quod eſt Spiritus ſanctus, pro eiuſdem charitatis certiſſimo pignore condonem. Quod ſane inſinuaſſe vide-
2.Cor.1. tur Apoſtolus, vt Dei erga homines amorem exaggeraret, inquiẽs: *Dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.* Ad hanc ſententiam pertinere videntur Tertulliani verba, quibus ſcripſit, cælum, Tertul.li.de Spir. ſancto
terramque hiſce diebus mutuo ſibi præbuiſſe pignora, quibus vtrimque acceptis amor inter Deum, & homines altiora iaceret fundamenta, & radices ageret profundiores. Omnium optimum pignus in terris erat Chriſti caro, & in cælis erat præſtantiſſimũ donum Spiritus ſanctus. ac propterea in die Aſcenſionis Chriſti cum terra miſiſſet in cælum Chriſti humanitatem, cælum tanto muneri gratum legauit Spiritum ſanctum, de quo dixit Apoſtolus præcitata ver- 2.Cor.1.
ba: *Dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.* Hæc à Tertulliano accepta doctrina in mentem mihi venire fecit, quod modo ſubijciam. Animaduerti non ſemel, quod terra noſtra ſterilis antea, & infœcunda, poſtquam precioſo Chriſti ſanguine irrigata fuit, quoties cælo donum aliquod ex fructibus ſpiritualibus, quales Martyres fuerunt, obtulit; huiuſmodi precioſa munera tam grata Deo fuiſſe, vt ſemper diuina liberalitas multo magnificentius ea penſauerit. Ea quo cernimus naſcentis Eccleſiæ temporibus, quando frequens Martyrum turba pro Chriſto morientium cælum conſcendebat, palmas, & coronas cælitus delabi viſas, vt contigit cuſtodi quatuor coronatorum. Cognitum etiam id, quando mar- Surius inuita quatuor coronator.
tyr Stephanus fuit de vita ſublatus, pro quo nobis datum vas aureum diuinitus elaboratum, Act.9.
gentium Apoſtolus, de quo Chriſtus: *Vas electionis eſt mihi iſte*, cuius conuerſionem ſanctiſſimi Stephani ardentes preces promeruiſſe dicuntur. Dum autem terra noſtra cælo munus omnium ampliſſimum Chriſti humanitatem mittit, cælum quoque diuitiarum ſuarum omnes theſauros profudit, retribuens Spiritum ſanctum, Chriſto in bonitate, quatenus Deo, parem, & eodem quatenus homine meliorem. Sed præter iam dicta, cor Eccleſiæ multa cum ratione dicitur Spiritus ſanctus, quoniã, vt docet ma- Iſidor.lib.1
gnus pater Iſidorus in Etymologijs, cor Latine dicitur a cura; nam inter humanæ vitæ inſtrumẽta, & corporis membra ſollicitudine prçſtat, omnibus, & ſingulis noſtri corporis partibus conſulens: quod Spiritui ſancto cõuenire nemo eſt, qui ambigat. Myſtici enim huius corporis, quod eſt Eccleſia, nullum eſt quantumuis minimum membrum, cuius ille curam non gerat, & Pſal. 9.
proprio calore non foueat: *Nec eſt, qui ſe abſcondat a calore eius*, præbens auxilium tam his, qui in gratia, quam qui in peccato mortali ſunt; illis conſeruans charitatẽ, hos, vt eam quçrant, excitans, & ad peccata reliquenda, & deteſtanda impellens. Id vero, vt melius percipiatis, placet referre, quod hiſtorici de Socrate Philoſopho tradiderunt, quem teſtamento mandaſſe Ibi.
aiunt, vt ſingulis annis Aeſculapio gallus offerretur pro gratiarum actione, quod ſibi proſperam valetudinem, & vitam conſeruaſſet. Hoc Socratis legatum non ita facile intelligere potuiſſem, niſi mihi verba Iob præluxiſſent, dum ſermonem inſtituens de quibuſdam interroga-
tionibus a Deo factis, inquit: *Quis dedit gallo* Iob.18.

intel-

intelligentiam? in quorum verborum expoſitione notant linguæ ſanctæ periti, voce Hebræa, qua gallus ſignificatur, cor etiam ſignificari. vnde alij eadem verba Iob transferunt: *Quis dedit cordi intelligentiam?* Ratio vero, ob quam eadem vox ſignificet vtrumque, inde eſt, quod galli, & cordis officium idem eſt. Experimento enim conſtat, gallinis dormiẽtibus gallum vigilare, & ad illarum præſentiam agere nocturnas excubias, qui, ne ſomnus obrepat incauto, ſe ipſum proprijs alis quatit, auroraque appropinquante excitat clamore dormientes. Quo etiam munere cor noſtrum fungitur: nam omnibus animæ ſenſibus, & facultatibus à labore ceſſantibus, & inter dormiendum quodam veluti ſtupore correptis (tunc enim nec oculus videt, nec auris audit, nec mens intelligit, nec memoria recordatur, nec appetit, aut abhorret voluntas) cor ſemper vigilat corporis ſeruandi ſollicitudine anxium, numquam abſtinens a motu: quem ſi intermitteret, continuo vniuerſa corporis humani conuenientia, & compactio rueret, & diſſiparetur. ſed nunc ad rem noſtram. Spiritus ſanctus tamquam Eccleſiæ cor idem ſubit officium ſollicitudinis, & vigilantiæ, non ſolum erga iuſtos, ſed etiam erga peccatores: nam quando illorum mens nec remedia excogitat, quibus facilius, & commodius ſalutem paret æternam, nec bonorum cæleſtium meminit, nec voluntas Dei amore æſtuat, immo lethali veterno correptæ facultates, quæ rationi deſeruiunt, occupari videntur, tũc diuinus hic Spiritus ſalutis noſtræ amãtiſſimus inſpirat amorem, & deſiderium, quo animus exardeſcens prauã vitæ conſuetudinẽ exoſus, ad ea, quę Dei ſunt, quærenda feſtinet, & in via ſalutis quotidie magis progrediatur. Hoc enim eſt, quod Sponſa, optime Sponſi ſui cognoſcens ingenium,
Cant. 5. & mores, ita dicebat: *Ego dormio, & cor meum vigilat:* pro me ſollicitus, me dormiente nõ dor-
Ariſt. de hiſt. anim. mit, & quæ ſunt mea procurat. Ariſtoteles philoſophiæ naturalis princeps, & omnes Anatomiſtæ, qui ſequuntur eiuſdem opinionem, de corde tractantes, aiunt, intra illud eſſe quædam oſſicula, quibus fulcitur, & roboratur: hoc robur Spiritui ſancto nõ deeſſe dubitat nemo, quandoquidem tanta illius, quanta Patris, & Filij fortitudo, & poteſtas eſt. Nam cum fortitudo in diuinis ſit eſſentiale attributum, & abſoluta perfectio, tribus Dei perſonis communis (non enim vna plus, quã altera eius particeps exiſtit) ideo diuinus hic Spiritus bonorum ſuorum ſumme communicatiuus, conſtantiam, & fortitudinem mentibus impertitur, qua poſſit à nobis omnis bene agendi difficultas repelli, & ſuperari. Hinc ego conijcio, ad hoc ipſum ſignificandum ignis, & aeris figuram accipere voluiſſe Spiritum ſanctum, quod horum duorum elementorum vehemens, & efficax virtus ſit. Quemadmodum triremis, aut nauis felici ventorum eget flatu, vt portui appellat, quippe, quæ ſi inter medios fluctus aduerſis ventis corripiatur, a curſu impeditur, & non raro procellis agitata fluctibus tandem obruitur; ſic mens noſtra dum varijs rapitur affectuum vndis, ac turbine vitiorum circumagitur, implorandum nobis eſt Spiritus ſancti auxilium, vt ſalutiferam mittat ſuæ gratiæ, & fauoris auram, qua felicem tenere curſum nauigationis, & ſyrtibus peccatorum erepti portum virtutis, & ſalutis intrare valea-
mus. Quod vt innueret Spiritus ſanctus, figu- *Epiphan. in Ancorato.*
rã ignis in Diſcipulos veniens elegit. Sed percontatur Epiphanius, quare, cum ignis propriũ ſit aſcendere ſurſum, Spiritus ſanctus ignis accipiens imaginem, voluit labi deorſum, quod ignis naturæ valde repugnat? Reſpondet idem vir ſanctiſſimus pariter, ac doctiſſimus, id factum, vt intelligamus, animam, quam diuinus hic Spiritus incolit, vim, ac violentiam ſibi inferre debere, propriam infringẽdo voluntatem, & ne vitia irrepant, & dominentur, prauis actionibus, & omnibus, ac ſingulis peccatorum ille-
cebris, & irritamentis fortiter obluctando. Vn- *Matt. 11.*
de Chriſtus dixit: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud;* ideo Spiritus ſanctus in igne violenter moto deſcendit. Præterea fuit in forma ignis deorſum venientis miſſus, ad oſtendendam hanc eius voluntatem, vt omnes diuini amoris igne incaleſcant; nihil enim magis amat, aut curat, quam, vt menti humanæ illapſus, eam inflammet amore virtutum, vt hoc igni concepto animæ noſtræ auctori ſuo conformentur, qui ignis conſumens eſt. Nullus eſt, qui neſciat ignem, dum intra ſphæram ſuam eſt, nec lucere nobis, nec inferre calorem, idque, vt faciat, neceſſe omnino eſſe, vt ligneæ, vel alteri materiæ aptæ ad combuſtionem appropinquet. Ardentiſſimus ignis Spiritus ſancti intra diuini pectoris ſphæram concluſus, mutuas inter Patrem, & Filium, à quibus tamquam ab vno adæquato principio ſpiratur, flammas amoris producebat, ſed vt nos igni ſuo accenderet, opus fuit illum inde profectum, in noſtram deſcendere regionem, & terream materiam, nos inquam ipſos, apprehendere, vt præſenti eius virtute, & ardore mens noſtra corporis ergaſtulo incluſa lucem videret nouam, & amore ſui artificis accenderetur. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homi-

Digitized by Google

Homilia Tertia.

Spiritus ſanctus cum aere comparatur, & rationes comparationis aperiuntur.

QVEMADMODVM diuinæ ſapientiæ attributum præſertim in Filio, tamquam imel lectus æterni partu reſplendet, ſic bonitatis attributum maxime lucet in Spiritu ſancto, per voluntatem procedente, quæ velut proprium obiectum, & ſcopum, quod bonum eſt, intuetur: Et ſicut idem æternus Filius ad vniuerſi mundi commodum, & ſalutem ſapientiam ſuam hominibus impartit, mirabili doctrinæ ſuæ ſplendore mentes illuſtrans, & diuina, ac profundiſſima myſteria per Sanctos reuelans; ita eundem reſpiciens finem Spiritus ſanctus, ſuæ bonitatis opes oſtentat, ſe mundo communicans ſub forma aeris, qui omnium eſt communiſſimus, & cuius nemo vnquã, dum viuit, expers eſt. Cernimus enim reliqua elementa non ita omnibus in promptu eſſe, ſed labore, ac precio parari; nam & terra, aqua, & ignis ſæpe vẽduntur, vnde licuit dicere, hæc mea eſt terra, hæc mea aqua, vel hic meus eſt ignis, quod nemo iure de aere dicit: nec enim quempiam quis vnquam audiuit dicentem, hic eſt aer meus, ille quippe non venditur, nemini appropriatur, ſed omnibus communis gratis habetur, & ita vnius eſt, vt alterius eſſe non deſinat. Hinc eſt, ſi bene rem conſideramus, quod nulla re magis ex omnibus à Deo creatis, quibus mundi fabrica compacta eſt, ita frequenter, atque aere vtamur. Nam cælum Angelorum, & cæleſtium ſpirituũ thronus eſt: ſphæra ignis præ nimio calore nemini eſt habitabilis: mare piſcium ſolum eſt receptaculum: terreſtris paradiſus, ſi modo adhuc eſt, iacet in occulto, & Eliam tantum, & Enoch continere perhibetur: terrarum ſpeluncę ferarum domicilia ſunt, in quibus vrſus, tigris, & leo tamquam cubilibus proprijs quieſcunt: purgatorium, & limbus animas, non corpora excipiunt: inferorum habitatio ergaſtulum eſt, & cuſtodia damnatorum: aer autem quaſi mundi platea eſt, & emporium, quod immune, ac liberum omnes adeunt creaturæ, vt illo gratis alantur, & ſuſtententur. Illic habitant volucres, reſpirant animalia, arbores, & plantæ ramos, & fructus producunt, piſces gurgitibus immerſi ab vndis ſaliunt interdum, vt breui ſaltem ſpatio, aere frui queant, licet interim proprio careant elemento. Quid autem mirum, ſi animata delectentur, ac viuant aere, cum ea, quæ inanimata ſunt, eodem pariter reficiantur, & reſtaurẽtur? vt videre eſt in veſtimẽtis, quæ ne tinea rodãtur, aeri ſolent exponi. Et quoniã in bene ordinata ciuitate ſolet forũ in medio eius fieri, vt ab omnibus facilius, & cõmodius adiri poſſit; ſic naturæ cõditor Deus aerẽ inter cælum, & terrã collocauit, ad quẽ tamquã ad emporium omnibus cõmune, cetera cõfluere valerẽt. Cælum, & ignis inacceſſa ſunt, abyſſus impenetrabilis, mare volucribus, & animalibus ineptum; aer vero adęo mirabiliter temperatus, vt omnia in illo degere, & illo frui cupiant. Sed vt, quæ dixi, magis innoteſcant, commodorũ, quæ ab aere in nos redundant, ſeriem texamus. Magnum profecto eius beneficium eſt communicatio lucis, quæ nullo modo terris, niſi per aerem affulgere poterat. Hoc in nobis potiſſimum efficit Spiritus ſanctus: nam per illum Chriſtus ſuæ lucis radios ad nos trãſmittit, & ideo vocat *Spiritũ veritatis*, quæ tãquã lux ignorãtiæ noſtræ tenebras profligat. *Io. 14. & 16.* Qui domũ ędificat, vel aliã ſabricã extruit, id in primis curat, vt luce nõ egeat, ſed illuſtris vndiq. & lucida ſit; nã præterquã obſcuritas animos habitantiũ mœrore afficeret, aulæa precioſa, & ſplendida periſtromata, quibus domus ornari ſolet, ſi lux abeſſet, nõ ſatis commodę ab his qui domũ adeunt, cernerentur. Hanc ob cauſam Scriptura ſacra in creatione mũdi terrã eſſe minus pulchrã, & decorã defectu lucis memorat: *Terra autẽ erat inanis, & vacua.* Subijcitq. ſtatim rationem: *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Cum ergo Chriſtus ſapientiſſimus, & prudentiſſimus artifex myſtici huius ædificij, quod eſt Eccleſia militans, nollet in ea vllas adeſſe tenebras, exiſtens ipſe ſol iuſtitiæ fulgentiſſimus, *Geneſis c. 1.* quam condidit militantem Eccleſiam, per annos triginta tres, quibus vixit, mirabili doctrinæ ſuæ ſplendore illuſtrauit, & exornauit. Et quoniam ſol hic eclipſim pati debuit, in Cruce mortem ſubiens, quamuis poſt à mortuis reſurgens, sũma claritate conſpicuus, nec vllius præteritæ obſcuritatis, vel eclipſis particeps rediturus erat; quoniam tamen in die ſuæ Aſcenſionis, noſtri horizõtis terminos egreſſus, erat prorſus abiturus ad Patrẽ, ne hæc ipſa Eccleſia luce ſua careret, miſſione Spiritus ſancti ſub forma aeris diuinũ ei iubar impartitur inſtar ætherei ſolis, qui aere medio diffundẽs ſuę lucis radios, omnia condecorat. Et ſicut lucis officium eſt diſtinguere colores, qui manentes in tenebris erant ignoti, & confuſi: ita lux, quã hic diuinus Spiritus infundit, cum Spiritus ſit veritatis, idẽ efficit, mentibus inferens claritatem, qua quiſque cognoſcat, quid iuſtum, vel iniuſtũ ſit, & bonum à malo diſtinguat. Quoniam, quod tua auaritia commercium licitum putabat, hæc Spiritus ſancti lux indicat vſurarium; & quod grande munus amicitiæ, & vrbanitatis prætextu pro re ſacra obtuliſti, pernicioſam oſtendit eſſe ſimoniã. Ab hac luce auerſi multi cęcutiũt, & laqueis peccatorum irretiti tenentur, nolentes tenebras ſuas illuſtrari ab ijs, qui Spiritus cęleſtis afflatu, & doctrinæ luce illos ad saniorẽ mentẽ redigere, & illuminare veritatis admonitione poſſunt. Quod indiciũ manifeſtum eſt, huiuſmodi homines infeſtos eſſe veritati. qui enim illã amãt, lucẽ nõ fugiunt, ſed exquirunt: vnde vere ſcriptũ:

Qui

[Ioan.3.] *Qui facit veritatem venit ad lucem*. Communicatur etiam nobis ignis per aerem; nam ſicut carbonibus ſi prunam licet paruam admoueas, follibuſque paulatim excites, facile ignem concipiunt; ita Chriſtus (qui dixit: [Luc.12.] *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur?*) in eius rei teſtimonium, non ſolum ſub ignis, ſed etiam aeris imagine mittit Spiritum ſanctum, qui inſtar follis ſalutifero flatu in mentibus noſtris excitet ignem, quo in amorem ſui conditoris accendatur. Aduertendum tamẽ eſt, quod ſicut ad ignem excitandum neceſſe eſt carbones non eſſe ſeparatos, ſed vnitos, & congeſtos: ſic etiam inter vxorem, & maritum; herum, & famulos; dominum, & ſubditos, vel inter eos, qui eiuſdem familiæ, vel contubernij ſunt, ſi diuiſio ſit animarum, & diſcordia voluntatum, non poſſe inter ipſos Spiritus ſancti ignem accendi, nec in illorum gelidis pectoribus flatu Spiritus ſancti excitari flammam charitatis. Contra vero, ſi materia, non diſſipata, ſed congeſta ſit, licet parua adſit ſcintilla, ignis flatu, aut vẽto adiuta, paleas primum, ac deinde ſuperpoſita ligna ſolet ignis apprehendere, & erumpens inde flamma ſi furere permittatur, tignos, & trabes corripit, totamque domum comburit; ſic ignis Spiritus ſancti veniens in Apoſtolos, dum illi (vt [Act.2.] refert Lucas) *Erant pariter in eodem loco*; eos tãquam ſtipulã vento raptam, mundique paleas [1.Cor.4.] inflammat, de quibus dictum eſt: *Tamquam purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema*. Sed ab eis poſtea ille ardor maiores in alios vires arripiens, ad gentes, Principes, Reges, & Monarchas penetrauit, ac tandem eo peruaſit, vt ex toto orbe terrarum coagmentata Eccleſia catholica inſtar ſphæræ igneæ ſit, vbi diuini amoris ignis ardentiſſimus aſſeruatur.

Datur etiam nobis per aerem non ſolum lux, [Pſ.147.] & ignis, verum etiam aqua: *Flabit Spiritus eius, & fluent aquæ*. Nam quemadmodum aqua deficiẽte areſcere terra ſolet, ſi vero Notus, ſeu Vulturnus flare incipiat, protinus à terra ſurgunt nubes, quarum imbribus irrigati agri fœcunditatem accipiunt; ita quando anima noſtra ſterilis eſt, & infructifera: [Pſ.142.] *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi*, diuinus hic Spiritus illam perflans eleuat nubem contemplationis, & orationis, mittenſque ſubinde copioſum ſuarum gratiarum imbrem, mentis noſtræ ſterilitatem cæleſti fœcunditate locupletat. Eliæ Prophetæ tẽpore, quod aliquot annorum interuallo nulla pluuia fuiſſet, adeo terra aruiſſe narratur, vt per tot ora, quot erant terræ hiatus, flagitare pluuiam videretur. Summa erat vndecumque ariditas, & ſterilitas agrorum, vnde prata herbis, arbores, frondibus carebant, & pecora languida, homines fame tabeſcentes, ac ſæpe confecti cernebantur. Ecce tunc à terra ſur- [3.Reg.18.] gere viſa Prophetæ eſt inſtar humani veſtigij nubes paruula, quæ paulatim ita ſe protendit, vt totum cælum contexerit, moxque abundantiſſimam pluuiam in terrã demiſerit. Inſignis Ec- [Cyrillus.] cleſiæ Pater Cyrillus hanc nubeculam dicit eſſe Chriſti humanitatem, quæ gloriæ ſuæ maieſtate in die Aſcenſionis totum cælum impleuit: [Ps.100.] *Et operuit cælos gloria eius*, mittenſque imbrem [Eph.4.] ſuarum gratiarum: *Dedit dona hominibus*; quibus ſterilem humanarum mentium terram reddidit fœcundiſſimam. Si tamen Spiritus ſancti ventus defuiſſet, qui nubem illam, id eſt Chriſti carnem cooperatus eſt, nec terra pluuiæ illius beneficio potiri potuiſſet, nec vllam pro veteri inopia accepiſſet vbertatem. Sed animaduerſione dignum, non ſolum lucem, ignem, & pluuiam, ſed ipſam quoque terram miniſtrari nobis per aerem, vt Seneca philoſophus docuit in quæſtionibus naturalibus, inquiens: [Seneca.] *Natura dedit nobis ventos, vt omnia in terris fierent communia*. Nam ſi venti deficerent, humanum quoque commercium, & rerum permutatio tolleretur, quæ in vno loco affluentes, ad eum, vbi earum egeſtas eſt, nauigatione tranſuehuntur. Hinc eſt, quod ſicut claſsis iam inſtructa, & mercibus onuſta ſolet in portu morari, donec ventus adſit opportunus, quo ſpirante, omnium ingenti alacritate, & gaudio clangor tubarum auditur, ſingulari omnium alacritate anchoræ tolluntur, vela ventis explicantur, & lætis vocibus, fauſtiſq. clamoribus nauigationi datur initium; ita Chriſti diſcipuli, quibus ille præceperat, à Hieroſolymis ne diſcederent, donec induerentur virtute ex alto, in ſacra vrbe, tamquã portu futuræ nauigationis manentes, iam parati, & inſtructi inſtar nauium ad curſum incipiendum, & peragendum, dum promiſſum Spiritum expectant: [Act.2.] *Factus eſt repente de cælo ſonus, tamquam Spiritus vehementis, & repleuit totam domũ*. Quo afflati, ingenti lætitia, & alacritate correpti tuba incipiunt canere Apoſtolica: [Ibidem.] *Loquentes varijs linguis*; & à cœnaculo, tamquam à portu, egreſsi, vrbem Hieruſalem intrepidi peruagantur, & poſtea diuiſi, & ſingulas orbis prouincias inter ſe partiti ad opus Euãgelicæ prędicationis prodierunt, illo ipſo ducente Spiritu, de quo dictum eſt: [Pſ.142.] *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam*. Solet pro diuerſitate ventorum modo ad hunc, modo ad illum portũ nauis appellere, vnde facile hoc mundi mare nauigantibus prædicere audeterem, quem tandẽ portum peracta præſentis vitæ nauigatione occupaturus vnuſquiſque ſit. Nam ſi flante ſuperbiæ vento, & iracundiæ Aquilone ſæuiente nauigare quis perſeueret, non dubium eſt, quin ad inferorum infeliciſsimum portum præcipiti curſu feratur. Si vero pergat Spiritus ſancti flatu, & ductu, quo anima fit humilis, pacifica, & caſtitatis amans, intrabit proculdubio portam æternæ felicitatis. Et quoniam nauigantibus fallax interdum eſſe aura ſolet, ne quouis vento rapiamur, nos monet Apoſtolus, inquiens: [1.Ioan.4.] *Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate, ſi ex Deo ſit*. Oportet enim conſiderare, & attente inſpicere, quo ſpiritu ducamur, examinantes diligenter noſtrarum actionum intentionem. Sic enim facile præuidere poterimus, qualis futurus ſit noſtræ nauigationis exitus. Hinc oritur differentia,

Digitized by Google

tia, quam Paulus aſsignat inter mundi, & Dei filios, hos enim Spiritu Dei agi, & gubernari, *Rom.8.* ſic teſtatur: *Qui Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt*. Cognoſcitur etiam hoc diſcrimen veloci greſſu, & feruenti ſtudio, quo ad obſequium Dei, & diuinæ legis obſeruantiam feſtinant. Spiritus enim diuinus velociſſimus eſt, vnde dictũ: *Eccl.9.* *Omnium mobilium mobilior eſt ſapientia*. Horum naturam optime depinxit Ezechiel per figuram *Ezech.1.* quatuor animalium, de quibus dicit: *Vbi erat impetus Spiritus gradiebantur*, & ſtatim addit: *Ezech.1.* *Et ſimilitudo animalium, quaſi carbonum ignis ardentium*. Quibus verbis indicat Propheta, Dei Filios magna ferri celeritate, & inſtar prunarum eſſe Dei charitate accenſos. Vel dicamus cum Athanaſio, per hæc verba Prophetæ ſignificari, quod quando cor noſtrum prunarum inſtar ardet amore diuino, vbi primum intellectus noſtri, & volũtatis vela Spiritus ſancti aura compleuit, nulla moræ interpoſitione protinus nauigare incipit, curritque velociter diuinæ obtemperans voluntati. Nam vt dixit Ambroſius: *D.Ambros.* *Neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia*. Ex aduerſo, qui hoc vento non aguntur, in æſtu viuunt perpetuo, ignaui, & deſides, tenaciſsimis vitiorum ſuorum anchoris illigati; dum hic iræ, ille ambitionis, & voluptatis, alius vindictæ, & auaritiæ laqueo impeditus conſeneſcunt. Hinc volo, fratres, eliciatis vtile admodum documentum, cui ſi parueritis, feliciter inter hos mundi ſcopulos, & ſyrtes nauigabitis. Curandum eſt diligentiſsime, vt quocumque tempore diuinus hic Spiritus animos veſtros perflauerit, licet *Ioan.3.* neſciatis vnde, vel quomodo veniat (*Nam Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat*) nullam moram interponentes à litore vitiorum ſoluatis, virtutum inchoantes nauigationem. Nemo enim ſcit, iterum ne tam felix aura ſpiret, ideoque nequaquã prætermittenda, ſed auide arripienda veſtræ ſalutis occaſio eſt. Quamobrem ſi tibi diuinus hic Spiritus inſpirat, vt mundum contemnas, & portum religionis ingrediaris, ne differas, antequam fluctibus vitiorum obruaris: ſi monet largiaris eleemoſynam, & bona tua pauperibus diſtribuas, aperi manum tuam, & pecuniarum loculos diſtribue indigentibus: ſi tibi mentem inijcit, vt pijs officijs, & precibus intendas, & ſacramenta ſuſcipias, curre velociter obediẽs; fieri namque fortaſſe poterit, vt tam ſalutifero vẽto poſtea non afflante in perpetuo æſtuantium tuorum vitiorum ocio maneas; quod eſt omniũ pernicioſiſsimum malum, & ad animæ naufragium periculoſa admodum tempeſtas. Admonebo etiam vos, qui peruerſos mundi mores ſectamini, vt ſicut nauim maria percurrentem ſolent hi, quibus obuiam fit, vocibus lætis, & bonum curſum precantibus ſalutare, ita ſi quando aliquem videbitis proſpere, ac pie in huius vitæ ſtadio currentem, & mundi fluctus ſuperantẽ, dum eleemoſynas largitur, ſacramenta frequentat, verbo Dei, librorum lectioni, & precibus vacat, nolite quæſo illius impedire curſum, ſed potius hortamini, animumque accendite, bonis verbis perſeuerantiam operis, & felicem exitum apprecantes.

Quod ſi profundius in hanc puriſſimi auri venam figere ligonem velimus, nõ ſolum reperiemus aere nobis dari lucem, ignem, pluuiam, & aliarum regionum fructus, ac diuerſa commoda, verum etiam ipſas hominum cogitationes nobis aperiri, & communicari; verba enim, quæ loquimur, aerem habent pro ſubiecto; nec abſque hoc vehiculo voces noſtræ in audientium aures transfunderentur. Quemadmodum igitur aer ordini rerum naturalium valde neceſſarius eſt (nam vt dixi, lingua nec loqui, nec auris audire ſine illius adminiculo poteſt) ſic diuinus hic Spiritus rebus ſupernaturalibus eſt omnino neceſſarius, cum abſque illo, quæ Dei ſunt, non fiant operationes. Hinc quando Sancti loquebantur, hoc Spiritu ſuggerente loquebantur: *Spiritu Dei locuti ſunt Sancti*; & per hunc *2.Petr.1.* ipſum audiebant: *Audiebant autem verbum Dei* *Act.13.* *quotquot erant præordinati ad vitam æternam*. Ad quod ſignificandum idem Spiritus aſſumpſit figuram linguarum: *Apparuerũt diſpartitæ linguæ,* *Act.2.* *& factus eſt ſonus tamquam aduenientis Spiritus vehementis*. Sed percontabitur aliquis, quare diuinus Spiritus, quando ſe communicauit Eliæ, venerit *In ſibilo auræ tenuis*; nunc autem in *3.Reg.19.* Spiritu vehementi, & vento horriſono? Primum reſpondeo, non defuiſſe, qui ſenſerint, *Spiritus vehementis*, idem eſſe, quod Spiritus vehementis mentem; verumtamen iuxta propriæ ſignificationis veritatem Spiritus vehemens, idem eſt, quod ventus validus, & aura vehementior, & fortior. Secundo aio, per illa verba, *Spiritus vehementis*, inſinuari diſcrimen, quod inter legem gratię, & ſcriptam verſatur: tempore namque ſcriptæ legis, quoniam Deus rarius hominibus ſe communicabat, venit ad Eliam *In ſibilo auræ tenuis*; ſed in lege gratiæ, quia Deus frequentius, & plenius ſe præbet, ac liberalius multo bonorum ſuorum theſauros aperit, nõ in aura tenui, ſed in vento vehementi hominibus illabitur, & inſpiratur. Tertio reſpondeo, quod ideo Spiritus ſanctus venit ad nos in forma aeris vehemẽtis, vt noſtram reprehenderet ignauiam, & tarditatem; ideo namque Spiritus Dei loquebatur cum Elia *In ſibilo auræ tenuis*; id eſt ſubmiſſa voce, & ſine clamore, quoniam prompte, atq; optime verba Dei Elias audiebat, nobis autem quaſi ſurdis, & quæ Dei ſunt, vix intelligentibus (*Animalis homo non percipit ea quæ Dei ſunt*) *1.Cor.2.* loquitur voce ſonora, & clamans vehementi aeris ſonitu, vt illum tandem audiamus. Quanto dicere poſſumus, Eliam fuiſſe virum ſanctum, & eius culpas leuiſſimas inſtar leuiculi pulueris, qui pulchræ imagini forſan adſperſus paruo ventuli afflatu remouetur, ideoque non in vento valido, ſed in aura leui Spiritus Dei venit ad Eliam; mundus autem, quem purgaturus venerat Spiritus ſanctus, cum eſſet fœdiſſimis peccatorum ſordibus inquinatus, neceſſe habebat vento vehemente purgari, & ventilari, ac propterea

propterea

Digitized by Google

Act.2. præterea *Factus eſt repente de cælo ſonus,tamquam Spiritus vehementis.* Tandem ſicut nullũ eſt elementum humano cordi propinquum magis,quã aer; ignis enim ad illud non accedit, ne calore conſumat ; terram nemo ſanę mentis traijcit ; cum & aqua in ſtomachum allapſa cor immediate non refrigerat, aer autem propriam formam retinens ad cor penetrat,& ipſum continuo refrigerat:quod vt commodius fiat,natura proximum cordi appoſuit pulmonem, vt eo, tamquã flabello refrigeſcat, quo præſidio amoto protinus deficeret. Non aliter Spiritus ſancti flatus cor noſtrum, ac mentem refrigerat,ne concupiſcentiæ ardore inflammetur, qui ſi abeſſet, protinus anima noſtra vitæ ſpiraculũ amitteret, & Dei gratia, qua viuit, priuaretur. Cernimus denique longa ægritudine languentibus, qui iam tamquam incurabiles habentur, vnicum ſupereſſe remedium ad recuperandam deſperatam valetudinem, quemadmodum Hippocrates,& Galenus, ac reliqui artis medicæ periti docent,videlicet,vt locum,in quo morbũ cõtraxerunt, relinquẽtes,ad illum, vnde vitam acceperunt,& in quo nati ſunt, remigrẽt,vt patrio aere recreati,& quaſi veſcentes roborẽtur, & conualeſcant. Quo etiam modo peccatores ſceleribus obfirmati, & malis inueterati moribus, tamquam incurabiles nullo alio remedio ſanari poſſunt, niſi ad patriæ cęleſtia aerem adſpirent,& eius afflati aura reſipiſcant. Hic enim ſalutifer Spiritus ſi afflet, facile virtute ſua præſtabit ſanitatem, & malæ vitæ correctionem, quam nec morbi aduerſitas,nec honoris,aut bonorum amiſſio, nec concionatoris adhortatio, nec confeſſariorum conſilium, nec Antiſtitis obiurgatio afferre potuerunt. Quid plura? Hic vnus eſt Spiritus cælitus nobis miſſus,qui peſtilẽtem aerem expurgat,ab animo tenebras profligat,ſegetes bonarum cogitationum maturat, paleas,& lolium malæ voluntatis ſegregat,grana ſanctorum operum ventilat, concupiſcentiæ ardorem refrigerat, affectuum impetum reprimit,& iniecto rationis,& iuſtitiæ fręno coercet. Hic eſt diuinus aer, per quem ad nos lux clara transfunditur,quo lux nobis præbetur, mens illuminatur, voluntas accenditur, imber lacrymarum congeritur, quo ſlante,humanæ mentis nauiglum feliciter decurrit, & quo inſpirante, Sancti loquuntur. Hic tandem eſt,quo ſurdi peccatores vocem Dei audiunt, & humanum cor,tanquam vitę ſpiraculo,viuit,viget,& valet in obſequio ſui creatoris.Cui ſit honor,& gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Quarta.

Quam conuenienter Chriſtus Spiritum ſanctum nobis ſub figura ignis miſerit,& quare ſub igne deſcendente, cum naturæ eius proprium ſit aſcendere.

INTER multa, & varia figurarum genera,quibus in ſacris litteris innuitur hoc ſublime myſterium,mihi certe ad viuũ exprimitur viſione Ezechielis,dicentis à ſe viſum hominẽ lineis indutum, cui cælitus dicebatur: *Ingredere in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus Cherubim,& imple manum tuã prunis ignis, & effunde ſuper ciuitatem.* Vir hic,quem ſibi viſum Propheta ait,Chriſtus eſt, per antonomaſiã vir appellatus: nam ab eius inſtanti conceptionis fuit ſcientia,& ſanctitate perfectus,ideoque adhuc intra ſuæ Matris viſcera concluſus viri nomẽ accepit,Hieremia ſic de illo loquente:*Femina circumdabit virum.* Indumentum lineum, quo erat amictus, ſacra eius eſt humanitas,quæ plura ſubijt tormenta, quam linum à feminatione,quoad texitur, & tela candidior facta humanis vſibus accommodatur. Pro his ergo Chriſti doloribus, & laboribus ei dicit Pater æternus: *Ingredere in medio rotarum*; aſcende à terra in cælum, & ſedem tuam pone in medio orbium cæleſtium: & quoniam optime ſcio velle te ignẽ mittere in regionem,vnde remigraſti: *Imple manum tuã prunis, & effunde illas ſuper ciuitatem Hieruſalem.* Quod hodierna die Chriſtus re ipſa eſt executus; quippe mittens manũ ſuam in pectus æterni Patris, inde tot, ac tantas diuini ardoris prunas coniecit in Apoſtolos,quot linguæ igneæ in capita eorum, *Qui pariter erant in eodem loco,* delapſæ ſunt. Narrant veteres Poetæ, gentium olim Theologi, quod animaduertens Prometheus, non eſſe in terris ignem, quo poſſet homo perfici, quem condere ille cœperat, in cælum raptus, de flammigero ſolis curru facem accendit,qua ſubinde in terras rediens, vltimam manum formationi, & perfectioni hominis per ignem impoſuit. Hæc fabula verſa eſt in veram hiſtoriam noſtris temporibus: nam diuinus Prometheus Chriſtus Ieſus, conſiderans nullius rei magis,quam diuini ignis eſſe in terris inopiam, quo gelida hominum corda calefierent,dura molleſcerent,inchoata perficerentur,aſcendit in cælum,& ignem non à lumine ætherei ſolis, vt Prometheus, *ſed à Patre luminum* accipit,& in diſcipulos, & per ipſos in Eccleſiam effundit Spiritus ſancti ignem, quo perfectum, & abſolutum fuit opus, quod ipſe

Ezech.10. Hierem.31. Ezech.10. Ibidem. Act.2. Ibidem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ipſe inchoauerat. Videor mihi audire Apoſtolos, & Eccleſiam Hieremiæ verba dicentes:
Thren.
De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me. Erudiuit, inquam, meum intellectum, & voluntatem. Ex hoc Spiritus ſancti aduentu, & illius circumſtantijs patet diſcrimen inter legẽ, quam in monte Sinai Iſraelitico populo Moyſes, & quam Chriſtus in monte Sion Eccleſiæ ſuæ promulgauit. Nam lex illa adeo grauis erat, & multiplex, vt teſte Abulẽſi, quot ann° dies, tot præcepta haberet; immo & Galatinus in libro de fide, & legibus, præcepta Moſaicę legis, ſexcenta tredecim eſſe tradidit, vnde inquit de illa Petrus:
Abul. libr. 1. Serotiny. Galatinus.
Act. 15.
Quam nec nos, nec patres noſtri portare potuimus. Lex autem Euangelica, ita facilis, & breuis eſt, vt his duobus tantum prępeptis tota comprehendatur:
Rom. 13.
Diliges Dominum Deum, & proximum tuum ſicut te ipſum. Immo & Paulus in hoc vltimo totam legem contineri teſtatur:
Ibidem.
Qui diligit proximum, legem impleuit. Secundo, lex illa ad certum tempus ſtabilita fuit, donec Chriſtus ſuam publicaret, quæ ab illo lata non fuit ad tempus, vt indicatur per materiã, in qua vtraque deſcripta fuit: nam antiqua lex fuit inſculpta lapidibus, qui licet duriſſimi, tempore tandem atteruntur; gratiæ vero legem Deus digito ſuo ſcripſit in anima, quæ eſt æterna, & immortalis:
Hier. 31.
Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in cordibus eorum ſcribã eam. Præterea circumſtantiæ, quibus lex illa promulgata fuit, longe differunt ab his, quibus lex gratiæ fuit publicata: nam quamuis in vtriuſque ſanctione, & promulgatione Deus miſerit ignem; id tamen diuerſo modo; ignis enim montis Sinai rapidus erat, obſcurus, & fumo plenus:
Exod. 19.
Totus mons Sinai fumabat; ſed montis Sion ignis lucidus, lentus, & quietus. Illic tonitrua, & fulgura; quibus mons concuſſus tremuit, hic nullus ingratus fragor, nulla turbatio, vel impreſſio aeris. vnde dictum:
Pſal. 124.
Mons Sion non commouebitur in æternum. Illic montis tremor, & terræ concuſſio tanta fuit, vt teſte Ioſepho, adſtans populus mœrore fuerit affectus, exiſtimans Moyſem montis hiatu ſuppreſſum.
Ioſephus de Bell. Iud.
Sonitus autem, & ſtrepitus auditus in monte Sion tanti fuit gaudij, & exultationis, vt non ad tremorem, ſed ad ſaltus, & choros diuinitus agendos adſtantes inuitare videretur. Quod certe reipſa poſtea vidimus impletum: nam debiles, & puſillanimi induerunt firmitatem, & fortitudinem, & ex idiotis doctores, ex piſcatoribus verbi Dei præcones, ex hominibus ardentes charitate Seraphim facti fuerunt. Illic, vt loquitur ſacra pagina:
Exod. 19.
Clangor buccinæ vehementius perſtrepebat; hic autem ſtrepitus, quem in promulgatione legis gratiæ edidit Spiritus vehemens, non incuſſit timorem, ſed animum fecit, & robur addidit, vt ſolent pulſata tympana, & militaria tibiæ, ad arma prouocantes, & claſſicum canentes, quo ſonitu accenſi Apoſtoli, & inuicti Chriſti milites bellum aduerſus mundum, & infernum fortiter, & conſtanter inierunt. Hoc ipſum confirmat ignis figura: conſuetudo enim fuit, multis vſurpata nationibus, bellum hoſtibus per ignem indicere, vt conſtat de Chaldæis, qui pro Deo ignem colebant, & in prælijs ante exercitũ geſtabant. Horum vſum imitati ſunt Perſæ, qui manus cum hoſtibus conſerturi, ardentem faculam, vel haſtam in aciem aduerſariorum torquebant. Itaque fragor montis Sinai Iſraelitarum animos perterruit, ſed ſtrepitus mõtis Siõ Apoſtolorum pectora firmauit, & muniuit, vt totum terrarum orbem è manibus communis aduerſarij ereptum auctori ſuo reſtituerent. Præter hæc, ſicut aquila pullos nido egredi nõ ſinit, donec omnibus plumis tecti, ſint apti ad volãdum, & vnguibus muniti ad prædam; vbi vero vtraq. re valere illos agnoſcit, non patitur amplius intra nidum ociari; ita Chriſtus Apoſtolos in cœnaculo continuit, donec plumas ad volandum, & vires ad expugnandum receperũt per Spiritum sãctum, qui ſuis eos radijs ſub forma linguarum exire cœnaculo, & nõ ſolum per Iudæam, ſed per omnes terrarum regiones volitare compulit, vt dæmonem humanis mentibus indebite, & ſuperbe dominantẽ roſtro prædicationis, & vnguibus operum mirabilium inuaderent, diſcerperent, & abigerent. Cuius victorię præſagium fuit ignis ipſe, ſubter quẽ venit Spiritus ſanctus, victoriam ſignificaturus. Quod vt ſuadeam facilius, afferam à Valerio Maximo, & Tito Liuio mutuatum exemplum.
Valer. Max lib. 1 c. 10. Tit. Liu. lib 5. decad. 2
Aiunt hi auctores, poſt Scipiones à Carthaginenſibus in Hiſpania deuictos, dum Lucius Martius vir nobilis Romanus militibus, qui bello ſuperfuerãt, concionaretur, & ad prælium denuo intundum inflammaret, viſas ab eius illæſo capite flãmas ignis erumpere, quas intuentes milites, fauſtum inde capientes augurium, tanto animorum impetu, & alacritate in aduerſarios irruerunt; vt præter captiuorum numerum maximum, triginta ſeptem hominum millia trucidauerint. Alexandrum Magnum refert Plutarchus, dum aduerſus hoſtes præliabatur, repente fuiſſe flãmis circumfuſum, quarum aſpectu perterriti, ab offenſione Alexandri protinus abſtinuerunt.
Plut. in vita Alexand.
Narrat etiam eloquentiæ parens Cicero, magnam ignis flammam Seruio Tullo dormienti adhuc infantulo de capite prodijſſe, vnde augures magnam eius futuram felicitatem coniecerunt, quam rei euentus firmauit, quando Romanorum regnum ille adeptus fuit.
Cicero.
Diuinus ergo ignis ſuper Apoſtolorum capita veniens, quid aliud indicabat, niſi certiſſimam victoriã, quam in expugnatione mundi obtinere debebant; & ſummam illam felicitatem, quæ manebat eos, quando pro tam inſigni victoria triũphantes intrarent cæleſtem Hieruſalem, innumeris animarum myriadibus Chriſto acquiſitis paritèr comitantibus, & triumphum tantum condecorantibus? Hanc animi conſtantiam, quam Dei Spiritus inducit, indicauit Chryſoſtomus his verbis:
Io. Chryſoſt.
Ignis vehementiam gratiæ, quæ vinci non poſſit, demonſtrat. Hinc ego non ſemel animaduerti, inter animam, quæ diuino igni ardet, & illam, quæ eo caret, plurimum eſſe diſcriminis.

minis. Nam quemadmodum bellicum tormentum, etſi nitrato puluere, & plumbeis glandibus armatum, dum igni non tangitur, poteſt adiri, & attrectari à pueris, ſed vbi admotum ignem concepit, non ſolum hoſtium agmina diſſipat, verum etiam propugnacula, & acies proſternit; ita quando mens noſtra non eſt igni charitatis accéſa, licet ſulphureum habeat pulueremfidei, ſpei, & aliquarum moralium virtutum, quas acquiſitas vocant Theologi, poteſt facile tentari, & à dæmone inuadi, & attrectari; verum ſi puluis ille per igniarium charitatis ſemel flammam admiſit, vt pectoribus contigit Apoſtolicis, omnia ſuperabit obſtacula, & victrix de ſubactis hoſtibus triumphabit.

Sed relictis rerum humanarum exemplis, ad eloquia diuina recurrens, aliud in hac re inuenio myſterium, quod Spiritus ſanctus ſub ſpecie ignis in Apoſtolos deſcendens inſinuat. Nam olim, quando ſacrificia Deo immolabantur, ſi grata ſibi erant, ignem cælitus mittere ſuper victimas fuit ſolitus, vt conſtat ex illo Scripturæ

Gen. 4.

loco. *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius*; quæ verba Theodoretus vertit in hũc modum: *Inflammauit Dominus ſuper Abel.* Quod in ſacrificio Abrabæ, & quod obtulit Aaron, & in alijs multis viſum etiam fuiſſe ſacræ litteræ plurimis in locis commemorant. Ita ſacerdos æternus Chriſtus æterno Patri duplex ſacrificium, vnum incruentum, cum diſcipulis cœnans, alterum cruentum in Cruce moriens obtulerat; nunc vero tertium ſacrificium dum facit, offerens Patri dilectiſſimo ſui gregis victimam, agnos videlicet ſuos intra ouile cœnaculi congregatos, Apoſtolos, pro illius ſacrificij approbatione ignis de cælo in Apoſtolorum capita deſcendit: *Et ſedit ſuper ſingulos eorum*. Quibus verbis ſignificatur, non ad tempus, ſed perpetuo in illis duraturum ardorem Spiritus ſancti, qui animis Apoſtolicis infuſus, & inſidens eorum mentem regeret, & moderaretur actiones. Sed antequam ad alia me conuertam, facere non poſſum, quin quædam, quæ ſe mihi offerunt, dubia proponam, & breuiter diſcutiam. Primum dubium eſt, quomodo Spiritus ſanctus pacis, & concordiæ amantiſſimus ſe nobis præbeat in aere, & igni, quæ res inter ſe admodum contrariæ ſunt. Aer enim humidus, ignis ſiccus; ille refrigerat, hic calefacit; vitam ille largitur, hic eripit, & quidquid ſibi proximum eſt abſumit, & exurit. Aer diuidit, & ſeparat, (eo enim ſpirante agricola in area meſſes ventilat, & à paleis grana ſegregat) ignis contra venit ſeparata, & diuiſa coniungit; vnde Ariſto-

Ariſt. lib. 2. de gener.

teles in libro de generatione: *Ignis vnit partes, & res ſimiles*; quod & docet experientia in quouis metallo, quod in partes fractum, ſi conijciatur in ignem, poteſt iterum facile vniri, & coagmentari. His dubitationibus ſatisfacio auctoritate Dionyſij, dicentis: facultates, quæ rebus

Dionyſ.

inſunt inferioribus, excellentius in cauſis ſuperioribus inueniri. Quocirca cum Spiritus ſanctus, penes quem tamquam ſupremam cauſam ſumma eſt noſtræ ſanctificationis auctoritas, hominum gelidas mentes igni charitatis inflammet, & eorundem animos igni concupiſcentiæ ardentes refrigeret, diuinæ gratiæ ſuæ imbre illis duritiem cordis humectans, & mollificãs dono lacrymarum, calore ſui amoris exiccans illis quidem virorem cupiditatis, & pia deſideria fouens; ab his autem vitioſos motus, & prauas paſſiones repellens: in illis frumentum boni operis à lolio malæ intentionis ſeparans, in his vniens animos deſides, & factioſos, voluit idem Spiritus ad hæc omnia ſignificanda ignis, & aeris ſubire figuram, vt quemadmodum duo hæc elementa rebus, & corporibus humanis imprimunt diuerſos effectus, ita per illum varios ad vnum tamen finem tendentes animis noſtris induci affectus cognoſceremus. Secunda dubitatio eſt, quomodo, ſi Spiritus ſanctus eſt ignis, apud Ioannem à Chriſto vocetur fluuius: *Qui*

Ioan. 7.

credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius; additque: *Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in ipſum*. Non inficior, Spiritum ſanctum eſſe, ac dici fluuium, longe tamen alium ab his, qui terras præterlabuntur: vnde vocatur à Daniele Propheta non ſolum fluuius, ſed fluuius igneus, & rapidus, ab ore antiqui ſenis prodiens: *Antiquus dierum ſedit, &*

Dan. 7.

fluuius igneus, & rapidus egrediebatur à facie eius. Quæ verba S. Auguſtinus in libris de Trinitate, & Rupertus ſuper eundem Prophetam de Spiritu ſancto interpretantur; aiunt enim per *antiquum dierum*, ſeu venerabilem anniſque plenum ſenem intelligi debere perſonam Patris æterni, quem vocat *antiquum dierum*, non quia ceteris antiquor perſonis, ſed quoniam duarum aliarum perſonarum principium, & origo ſit.

Aug. lib. 2. de Trin. Rup. li. 23.

Sedentem à ſe viſum ſenem Propheta dicit, quia cum non procedat ab alia perſona, mitti nõ poteſt, vt Filius, & Spiritus ſanctus ab ipſo producti mittuntur. Fluuium à facie illius prodire ait: nam Filius ab ipſo genitus imago eſt, *Et figura ſubſtantiæ eius*; & quod addit, igneum

Heb. 1.

eſſe rapidumque flumen, manifeſte indicat Spiritus ſancti perſonam, cuius proprium eſt inſtar ampliſſimi fluminis defluere copioſiſſimo torrente gratiarum. Idque confirmaturus Chriſtus, hodie fluxum eius, & alueum ita diffundi facit, vt omnes mundi regiones per ipſum voluerit ignita ſui amoris alluuione mundari, iuxta quod prius dixerat: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur?* Appellat

Luc. 12.

deniq. fluuium rapidum, propter vehementiam curſus, & celeritatem vndarũ: nam pari fortitudine, ac breuitate terrena deſideria eluit, & abradit, & quæ Dei ſunt, infundens, & mentem roborans, ad cæleſtia conuertit. Cuius ea natura eſt, vt quemadmodum aqua decurrens, ſi retardetur, tantum reſiliens aſcendit, quantum deſcenderat; ita fluuius hic igneus à Patre luminum, & eius Filio habens originem, in terras lapſus, ad eoſdem recurrit, animas, quas exundatione peruaſerat, ſecum rapiens: quoniam vt Chriſtus dixerat: *Qui biberit ex hac aqua, fiet in*

Ioan. 4.

Digitized by Google

eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Hic ergo igneus fluuius hodie Apoſtolica pectora copioſus inundat, cuius arrepti fluctibus, & vndis tumentibus elati Apoſtoli terrena ſapere deſierunt, diuinis æternæ ſapientiæ immerſi gurgitibus, vnde Paulus: *Conuerſatio noſtra in cælis eſt*. Videtur mihi Christus in hac ſuorum Apoſtolorum informatione feciſſe, quod ſtrenui prouidique duces in bello conſueſcunt: nam ſicut hi arces, propugnacula, & muros vrbis, quam obſident, proſternere volentes, agere ſolent cuniculos, ſubtus quos nitrati pulueris lagenas includentes, opportuno tempore in eas ignem per funiculos immittunt, & tam ædificia, quam eorum cuſtodes ſubuertunt, eoſque in aera ſublimes, & ſemianimes contorquent; ita humani generis Redemptor, dux inuictus, & ſapientiſſimus, vt Apoſtolorum mentes ad cæleſtem regionem, vnde ille venerat, tolleret, & ſecurius in poteſtatem redigeret, cuniculos virtutum animis eorum ſubiecit, moxque diſpoſitis inſtar ſulphurei pulueris illorum pectoribus ignem Spiritus ſancti miſit, vt illo tacti, & correpti in cæleſtia conuolarent, ac mundo iam mortui, Deo viuentes, cum Paulo dicerent: *Viuo ego, iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus*.

Ad Phil. 3.

Gal. 2.

Tertium dubium non contemnẽdum minime prætteribo, quid ſit, quod cum ignis natura ſua ſurſum tendat, & propterea cum deſcendere cogitur, violentiam patiatur; nunc ſuper Apoſtolos deorſum feratur, non ſurſum aſcendat. Bifariam huic difficultati ſatisfieri poſſe arbitror; Primo, quod triplici via ex philoſophia docemur, ignem deorſum aliquando ferri. Prima eſt ex potentia alicuius virtutis attractiuæ, ad inferiorem partem illum mouentis, quomodo etiam in plantis, & animalibus nutrimentum, quod de ſe graue eſt, ex radice ad verticem, & ex ſtomacho ad caput aſcendit propter innatam virtutẽ attractiuã, in vertice, & capite exiſtentẽ. Hac ergo ratione licet ignis natura ſua ſurſum feratur, quia tamẽ in Apoſtolis inerat virtus attractiua, diuinitus infuſa illa quidem, de qua Dauid: *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum*, ideo, inquam, deſcendit in eos.

Secunda via, qua ſolet ignis deorſum moueri, eſt, quando adeſt vltima diſpoſitio ad introductionẽ formæ ipſius ignis, vt in lucerna extincta, & fumigante experientia compertum eſt. Nã ſi ex parte ſuperiori ignis applicetur fumoſę exhalationi ſurſum aſcendenti, ſtatim illa flammam concipit, quæ vſq. ad lucernam continuo peruenit, eamq. denuo accendit: nam cum virgula fumi in vltima tũc diſpoſitione ſit ad formã ignis ſuſcipiendam, oportet ignem ad eius introductionem deſcendere. Non diſſimiliter cum Apoſtoli ardentes Eccleſiæ catholicæ lucernæ mœrore extinctæ quodãmodo eſſent, propter abſẽtiam Chriſti, qui eorũ vita erat, vt ait Apoſtolus: *Cũ autẽ Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc apparebitis cũ ipſo in gloria*, & pariter fumigaſſent ſuaui illo orationis fumo, de quo Ioan. in Apocal. *Aſcendit fumus aromatũ in conſpectu Dei de manu Angeli*; cumq. hic orationis fumus aſcẽderet ad Deum; continuo Spiritus ſancti ignis cælitus deſcendens ardentiſſimis amoris flammis Apoſtolos omnes accendit, nouam charitatis formã in eis introducens, vel antiquam tenacius eorum animis inhærere, ac radicari faciens.

Ad Col. 3.

Apoc. 8.

Tertia via, qua non ſolum ignis, ſed & alia multa contra innatam, & congenitam propenſionem moueri ſolita ſunt, ea omnium notiſſima eſt, cum ad impediendum, ne detur vacuum, mouentur, quod natura ſummopere abhorret, tamquã omnino ſuperfluum, & vnionis inimicũ, vt Ariſtoteles teſtatur 4. phyſicorum. Hinc eſt, quod etiam aqua, cum natura ſua propter grauitatem, quam habet, naturaliter deorſum feratur, ne detur vacuum, in multis fontibus velociſſimo impetu aſcendit. Hinc etiam eſt, quod ſtrepitus, ac fragor ille, quem audimus, quando bellica tormenta ferreum globum, aut quamlibet aliam materiam emittunt, ex eo ſane cauſatur, quod ne detur vacuum, continuo ſumma celeritate aer tormentum illud bellicum ingreditur. Ac tandem vnanimis eſt philoſophorum ſententia, dicentium, quod ſi aer, qui contiguus eſt ſphæræ ignis, ita condenſaretur, vt minorem locum occuparet, ignis ipſe deſcenderet, ſaltem per rarefactionem, ad implendum illud vacuum. Sane Chriſtus Dominus aſcendens in cælum, vacuam regia ſua præſentia deſeruerat terram; ad implendum tamen hoc vacuum oportebat perſonam aliam æque perfectam, ac infinitam ad eam deſcendere, vnde id præuidens Chriſtus Dominus, dixit Apoſtolis: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis*; quaſi diceret, vt vacuum, quod receſſus meus in cælum, tam in Eccleſia, quam in cordibus veſtris cauſabit, repleatur, mittam vobis Spiritum ſanctum, Patri, & mihi conſubſtantialem, qui illud vndequaque explebit. Aliter etiam poſſumus eidem dubio facere ſatis ex doctrina magni Patris Epiphanij, in ſuo Anchorato dicentis: Spiritum ſanctum propterea in igne violento, hoc eſt contra naturam ſuam deorſum deſcendenti aduéniſſe, vt doceret in eis ſpecialiter inhabitare, qui inordinato appetitui violentiam inferunt; quia vt docuit Chriſtus Dominus: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Vt hanc ergo violentiam nobis exercendam diuinus Spiritus edoceret, in igne contra naturam ſuam violento motu deſcendenti aduenit. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ariſt. 4 phyſ.

Ioan. 14.

Epip. in Anchorato.

Matt. 11.

Homilia

Homilia Quinta.

De cauſis, ob quas Spiritus ſanctus in forma linguarum, & ignis ad Apoſtolos deſcenderit.

ETSI varia, & multa in litteris ſacris leguntur, quibus Chriſti ſingularis dignitas, ſumma excellentia, immenſę opes, & infinita perfectio declarãtur, Pauli tamen verbis id maniſeſtiua oſtenditur, dum ait, *Hebr. 5.* Hebręis ſcribens: *Conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis.* *Nicol. Lyr.* Quæ verba Nicolaus Lyreuſis intelligit de perfectione gloriæ, quam Chriſtus adeptus reſurrexit: nam eius reſurrectio cauſa fuit humanæ ſalutis, ac iuſtificationis, *Ad Rom. 4.* vt dixit Apoſtolus: *Reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Communis tamen Patrum in boc loco ſententia eſt, hoc participio, *conſummatus*, ſignificari, Chriſtum eſſe ſcieutia, ſanctitate, pulebritudine, ingenij, & morum præſtantia, ac reliquis animi dotibus perfectiſſimũ. Dubiũ non eſt, nihil in rebus humanis eſſe, vt Poeta Ly- *Horatius.* ricus dixit: *Ex omni parte beatum*; nec vlla eſt sãctitas, ſapientia, vel pulebritudo omnibus abſoluta numeris, ſed incboata potius, & quæ nouum ſemper queat recipere augmentum. Chriſti autem perfectiones cũ ſint diuinæ, ae omnibus aecumulatæ dignitatibus, nullo modo augeri, aut vllatenus perfici poſſunt. Quæ tanta dignitas in- *S. Hilarius libro 2.* de eſt, quod ſicut teſte Hilario in lib. de Trinitate, mortale corpus animæ glorioſæ coniunctum gloriæ illius ſit particeps, redditurq. glorioſum, & ignitum ferrum, non ſecus, atq. ignis ſpleudere ſolet; ita humanitas Chriſti, quoniã ei Deus ſe totum vniuit, facta eſt quoq. glorioſa, & plena Deo, tanta cum perfectione, vt homo Deus, & Deus homo vere ſit. Prætérea, quemadmodũ iu- *Ioan. Dam.* xta Ioannis Damaſceni ſententiam, pulchræ, & validæ Iudith, quę olim Holofernẽ interfecit, omnes eiuſdẽ opes, precioſaq. ſupellex aperta fuit, & expoſita; ſic etiã Chriſti humanitas ſingulari ſua pulehritudine Deum in ſui amorem trahens, illumque ſibi deuincieus, merito omnes eiuſdẽ perfectiones, & diuinorum attributorum multiplicem excellentiam cõſeqni, ae poſſidere ab inſtanti ſuæ conceptionis cœpit. Vir igitur, tot, ac tantis ornatus perfectionibus, & dotibus locupletatus, iure optimo vocatur ab Apoſtolo *Con- *Heb. 5.* ſummatus*, cũ ait: *Conſummatus factus eſt omnibus obtẽperantibus ſibi cauſa ſalutis.* Et quãuis Sapiens vere dixerit, omnia, quæ ſũt à Deo creata, in mẽſura, numero, & pondere fuiſſe diſpoſita, & con- *Sap. 11.* ſtituta: *Omnia in menſura, numero, & põdere diſpoſuiſti*; perfectio tamẽ Chriſti menſurã non ſubit; immo ipſa exiſtens immenſa, omnium terũ creatarum verus modulus, & menſura eſt; vnde illã quatenus talẽ alia mẽſura metiri nõ poteſt. Prę ter hęc, quãuis Chriſtus, quã eſt bomo, aliorũ hominũ numerum ingrediatur, quã tamẽ eſt Deus homo, cum ſit vnicus, & ſolus, nequaquã poteſt numero elaudi: ſiquidẽ vt vnus eſt Deus, ita vnus, & ſolus eſt Chriſtus, qui ſi aliquo numero, ſolo ternario diuinarum perſonarum continebitur, cũ ipſe ſit ſecunda perſona Triuitatis; immo ſi eũ rigore loquamur, ille nnmerus non eſt, nequit enim numerus eſſe, vbi ratio quantitatis prædieamentalis abeſt, quã in Deo non eſſe, nemo eſt qui dubitet. Multiplicẽ hanc Chriſti excellentiã, & perfectionum varietatẽ Dauid breuibus illis pariter, ac obſcuris verbis expoſuit, in perſoua Chriſti ſic loquens: *Ecce tu Domine co- *Pſalm. 138.* gnouiſti omnia nouiſſima, & antiqua, tu formaſti me:* quæ verba S. Baſilius, & Caſſiodorus interpretã- *Baſil.* *Caſſiodor.* tes, Dauidẽ per, *antiqua*, ſignificare affirmaut diuinitatem, quæ prior, & antiquior in Chriſto eſt, & per, *nouiſſima*, vel vltima intelligi eius bumanitatem: tum quia Deus hominem crtãs, vniuerſitati rerum, & mũdi fabricę vltimum quaſi colophonẽ impoſuit; tum quoniã in vltima mundi ætate Deus factus fuit bomo, vt cõſtat ex Paulo; *Nouiſſimis diebus loquutus eſt nobis in Filio.* Sed *Paul. Heb. 1.* vt ad verba Dauidis reuertar, nomine Chriſti dicentis: *Ecce tu Domine cognouiſti &c.* illis æternus Filius Patrem ſuum alloquitur, ac fatetur ſe ab illo quatenus Deũ, & quatenus hominẽ perfecte cognoſci; ex quo patet, quod exiſtentibus Chriſti perfectionibus tantæ virtutis, & excellentiæ, vt ſolo diuino intellectu valeant cõprehendi, non immerito ab Apoſtolo Paulo vir conſummatus appellari potuit.

Hac tãta perfectione Spõſa Chriſti capta in paſtoritio Canticorum epithalamio, ab eo petijt, vt ſibi velit dare ſui oris dulee ſuauiũ. vnde ait: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Vbi notandũ eſt, Spõ- *Cant. 1.* ſam non ſolum petijſſe, vt ſe Sponſus oſcularetur, ſed etiã addidiſſe: *Oſculo oris ſui*: quoniã non putabat ſatis eſſe ſibi alterius, quã Spõſi ſui oſculum: quaſi diceret Sponſa, nõ caro, nec amo hominum oſcula, non Angelorum, vel Archangelorum, nõ Cherubim, vel Seraphim, ſed illius oſculum deſidero, qui mea pax, & delitiæ, mea gloria, & præſidium eſt. Alij eadẽ verba Sponſæ legunt; *Oſculetur me ille*: at quis ille? ille inquã vir, *Cant. 1.* omni accumulatus perfectione; ille, qui homo exiſtens pariter eſt Deus: *Ille, qui tanto melior eſt *Ad Heb. 1.* Angelis, quanto differentius præ illis nomen bereditauit.* Ille deniq. tãto excellentior ceteris omnibus, quantum ſeruo præſtantior filius, & dominus eſt. Sed plurimum huie propoſito conuenit S. Pagnini interpretatio, qui hęc verba: *Oſcu- *Cant. 1.* letur me oſculo oris ſui*; vertit in hunc modũ. *Oſculetur me oſculis oris ſui.* Vbi Sponſa non ſolum vnum, ſed plura ab Sponſo ſuo dari ſibi oſcula flagitat. Hæc autem oſcula, quę petijt, & quæ accepit Sponſa, tria fuerunt. Primum, quando diuinũ Verbum naturam ſibi coniunxit humanã. Secundum, quãdo in ſacramento Euchariſtiæ ſe cibũ nobis præbuit, quo facto cõtractum antea cum Sponſa matrimoniũ quaſi conſummauit: *Et duo *Matth. 19.* in carne vna* fuerunt. Tertium tandẽ oſculũ fuit datum Sponſæ hoc feliciſſimo tempore, dũ ad illã per Spiritus ſancti miſſionem remigrat. Nõ ignorabat Sponſa, Chriſtũ diuini ſui oris halitu communicare Spiritum ſanctum, vt reuera di-

lcipulis ſuis largitus eſt: nam vt Scriptura loqui-
Ioan. 20. tur: *Inſufflauit, & dixit: Accipite Spiritum ſanctum.*
Quamobrē ſuauitate illius halitus illecta Spō-
ſa, inquit: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Ita enim e-
ius diuino Spiritu, tamquam efficaci vitæ ſpira-
culo refici poſſe ſperabat. Hodiernus igitur dies
eſt, in quo Sponſus tam ſanctum deſiderium cō-
plet Sponſę ſuæ, idque ita cumulate, vt pro cer-
to amoris erga ipſam pignore figat oſculum nō
ſolum ore, ſed lingua Spiritus ſancti; eius enim
magiſterio Chriſtus alloquitur, & docet Eccle-
Ioan. 14. ſiā, quemadmodum diſcipulis dixit: *Ille vos do-
cebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcūq. dixero
vobis.* Quē doctrinę effectum vt ſignificaret, in fi-
gura linguarum diſcipulis illabi Spiritum ſan-
ctum, & ſuper eorum capita deſcendere voluit.
Eſt & alia ratio, ob quā Spiritus ſanctus lingua-
rum formam induit, ſcilicet, vt ſuos diſcipulos
aliud loquēdi gen⁹ doceret, quo humanos, ac ter
reſtres obliti ſermones, cæleſtes, ac diuinos ad-
diſcerent; & colloquerentur. Eorum enim non-
nulli paulo ante tā inculto, agreſti, & indigno lo
quendi modo vſi fuerant, vt quidā Chriſtum ne-
Matth. 26. gauerit: *Non noui hominem;* alius in fide dubita-
Ioan. 20. uerit: *Niſi videro in manibus eius fixuram clauorū
non credam;* & alij duo ſpe claudicarint, peregri-
Luc. 24. no reſpondentes: *Nos autem ſperabamus &c.* Ho-
rum igitur tā rude, ac imperitum eloquiū, & tā
diſſonos oris accentus correcturus, & cæleſti ſty-
lo reformaturus Dei Filius, vt figura conueniret
figurato, ſcirentq. meliora verba, & perfectiora
opera ſibi diſcenda, & exercenda, Spiritum ſan-
ctum ſub forma ignis, & linguarū ad eos legauit.
Eſt & alia huius rei cauſa: nam vt quis peregre
profecturus, & alterius loquelæ, (ſeu labij) aditu-
rus regiones ſolet ſecum afferre aliquē peregri-
ni idiomatis peritum, quo tanquā lingua, & in-
terprete vtatur, ad ſuas, & aliorum cogitatio-
nes exprimendas, & intelligendas; ſic Apoſtolis,
in omnes terrarum regiones, & nationes pro E-
uangelio prędicando diſceſſuris (quippe vt Da-
Pſal. 18. uid inquit: *In omnem terram exiuit ſonus eorum;*
ſicut vbi olim Ioſeph auditurus erant linguā, quā
non nouerant) voluit ſumma Chriſti ſapientia,
interpretem adeſſe Spiritum ſanctum, cuius
præſentia, & auxilio cum omnibus gentibus, &
nationibus proprio ſermone, & idiomate loque-
Act. 2. rentur. Id enim ſibi volunt verba illa: *Cœperunt
loqui varijs linguis.* Nō vt alij ſomniant, quod v-
no ſermone loquentes, ab omnibus intelligeren-
tur; id enim non eſſet, vt ait Lucas, varijs linguis
loqui, ſed à nationibus linguarum diuerſarū in-
telligi. Voluit quoq. ignis linguas mittere in A-
poſtolos, ad indicandū diuerſum effectū lingua-
rum, quæ in ædificatione turris Babel confuſæ
fuerunt. Pro cuius rei faciliore notitia reuocan-
Chryſ. ho. 30 dum in memoriā eſt (ſicut S. Io. Chryſoſtomus in
Aug. c. 9. homilia ſuper Geneſim, & S. Auguſtinus de mi-
Euch. l. 3. c. 7 rabilibus ſacræ Scripturæ, nec non Eucherius in
Geneſim notauerunt) ante Babylonicę turris æ-
dificationē non fuiſſe in terrarū orbe aliā lin-
Gen. 11. guā pręter Hebræā, vt conſtat ex Geneſi: *Erat au
Bricen. vel 4. *tem terra labij vnius, & ſermonū eorundem.* Nā licet
Sixt. Sen. Biblioth. Peliſtrato Epiſcopo Bricenſi, vt refert Sixtus Se
nenſis in Bibliotheca, videatur relata ſuperiorū
Patrum ſententia veritati parum conſona, ex eo,
quod Moyſes, antequā de Babylonicæ turris de-
uaſtatione ſermonē inſtituiſſet, agens de filijs Ia
Gen. 10. phet, dicat: *Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in
regionibus ſuis, vnuſquiſq. ſecundū linguam ſuam:*
Aug. lib. 16 fallitur tamen, quoniā, vt D. Auguſtinus de Ci-
uitate Dei ſcribens docet, Moyſes in c. 10. loqui-
tur per anticipationē, quod frequenter accidit,
quādo aliquid narratur per trāſennā, & ante tē-
pus illud, in quo magis opportune, & cum debi-
tis loci, & temporis circumſtātijs declararetur;
idq. pariter annotat Sixtus Senenſis loco iā cita-
to, cui & Iconius aſſentitur, ab ipſo ibidem re-
latus. Deus igitur tā ſuperbæ, & inſolēti humanę
mētis elationi offenſus, quod temere tentaſſet moli-
ri turrim, cuius vertice ſublimi cęlū ipſū tange-
retur, diuiſit in varias linguas ei⁹ artifices, hincq.
oborta repente linguarū confuſione, cœpti ope-
ris facta fuit tanta turbatio (cum nemo alterum
intelligeret, & deſuper petentibus ſaxa, deorſū
calx miniſtraretur, ac lateres poſtulātibus ligna
præberentur) vt votis excluſa, & deſiderio elu-
ſa humana temeritas, inchoatā molē relinquere,
ac Dei, & naturæ ordini parere coacta fuerit. At
poſtquā gratiæ tēpus illuxit, in quo nō Babylo-
nica, ſed Dauidica, nō lapidea, ſed ętherea turris
conſtruitur, quæ catholica Eccleſia eſt, vult eius
auctor, & conditor De⁹ feliciter exędificari, & in
dies magis augeri, donec in cælū vſq. penetret, ſi
Gen. 28. cut ſcala Iacob: vnde nō confundit Eccleſiaſticā
turrim ædificantium ſermonē, ſed nouo lingua-
rum dono auget, expolit, ac dirigit, ſuggerens e-
ius artificibus Apoſtolis cum linguarum cogni-
tione omnē tanto operi oportunā neceſſariamq.
materiā, fidē videlicet firmam, ſpem certā, cha-
ritatē inflammatā, laborum tolerantiam; quibus
præſidijs Eccleſiæ ſtructura in dies accipiebat
Act. 6. augmētum, vt ait Lucas: *Verbū Domini creſcebat,
& multiplicabatur numerus diſcipulorū.* Nec ſolū
numerus, ſed pariter etiam charitas, benignitas,
& liberalitas in proximos augebatur: vnde eſt il
Act. 4. lud: *Vendentes afferebant precia eorum, quæ vende-
bant, & ponebant ante pedes Apoſtolorū.* Apparue-
runt quoq. diſpertitæ linguę, tamquā ignis, vt o-
ſtenderet, non cis arma, vt dixit Paulus, car-
Corint. 2. nalia, ſed ſpiritualia quęrenda, & induenda ad
optatā mundi expugnationē: ideo namque, quā-
uis Chriſtus Spiritū ſanctū mittere in figura ma
nuū potuerit, noluit tamē, quia bellū nō euagi-
nato enſe, nō bellicis tormētis, nō effuſione cruo-
ris, ſed linguæ adminiculo, & efficacibus Euāgeli-
cę prædicationis clamoribus geri debebat. In cu-
4. Reg. 7. ius rei typū ſrimus bellū, quo Syriā Deus obſi-
dione Samariæ perſequutus eſt, fuiſſe geſtum, &
& peractum ſtrepitu curruum, & equorū, quo au
Ioſue 6. dito fuga ſe corripuerunt. Neminē latet muros
Hierico nō exploſione tormentorum, ſed voci-
bus, & clamoribus corruiſſe: *Cōclamauit omnis po
pulus vociferatione maxima, & muri funditus cor-
ruerūt.* Non ſecus veritatis, & vitæ magiſter A-
poſtolos ſuos, & diſcipulos primos mundi expu-
gnatores aduerſus communem humani generis
hoſtem, non armorum ſtrepitu, vel bellicis ma-
chi-

chinis,gladijs,aut telis,ſed vocibus,& ſermonibus bellũ gerere iubet, quippe nõ corpora ſubijcienda, nec arces, aut vrbes expugnandæ Apoſtolis erant,ſed hominum illuſtrandæ mẽtes, quæ voce docentur,cũ fides ex auditu ſit,vt ait Apoſtolus. Huic propoſito valde conuenit,quod in libris Regum narratur de Ioab, qui buccinæ ſonitu perterruit hoſtilem exercitum,ne Dei po-

2.Reg.2. pulũ vrgeret: *Intonuit Ioab buccina,& ſtetit omnis populus, nec perſequuti ſunt vltra Iſrael.* Sic Apoſtolorum Euangelicæ tubę,dęmonẽ terruerunt, & ab ſtrage reuocarunt, quã contra Dei Eccleſiam edebat. Notandum etiã hoc loco eſt,quod, etſi Chriſti diſcipuli tãdiu fuerint cũ eo verſati, & cæleſti doctrina inſtructi, nõ vult tamen officium prædicationis, & dæmonis expugnationẽ ab ipſis inchoari, antequã armis opportunis induantur, & proprio ſigno notentur,quo ab alijs mundi militibus diſtinguantur. Quamobrem cũ huius belli dux Chriſtus,ſit diuinũ Verbum,linguas quoque ſuis militibus pro inſigni,& præſidio dat: linguæ enim adminiculo, voce ſcilicet, verbum pronunciatur. Quæ vox in Apoſtolis efficaci Spiritus ſancti virtute adeo potens fuit, vt ea tantum nõ ſolum Iudęã,ſed Hiſpaniam,Italiam, Galliam, & ceteras mundi regiones bre-

Iſai.c.66. ui ſubiugauerint,vt antea dixerat Iſaias: *Ponã in eis ſignum,& mittam ex eis ad gentes in mare, in Africam,& Lydiam, in Italiam,& Græciam,ad inſulas longe,& ad eos,qui non audierunt de me, & adducent omnes fratres veſtros de cũctis gentibus.* Qua in re Chriſtus duplicem reſpexit finem,victoriam ſcilicet,& victores. Erat enim admodũ difficilis,immo & impoſſibilis victoria, à piſcatoribus Principes,Reges,& Imperatores ſine diuino auxilio ſuperari, nec minus timendũ erat, ne tantæ victoriæ gloriam propriæ fortitudini, & induſtriæ Apoſtoli attribuerent, cum potius linguis ab Spiritu sãcto acceptis,& ſimul cũ eis miſſo cęlitus auxilio deberetur. Sunt in ſacris litteris eiuſdem rei aliquot figuræ: nam primum

Iſaiæ.c.6. Iſaiæ Prophetæ,antequam loqueretur, labia,& linguam Deus expurgauit,ne ſanctos,rectoſque ſermones,quos poſtea dicturus erat,ſapiẽtię ſuę, aut eloquentiæ,ſed diuino beneficio,& magiſterio adſcriberet. Hac etiam de cauſa cum præclariſſimum architectũ Beſeleel pro tabernaculi fabrica Deus elegiſſet,noluit ipſum manum ędificationi admouere,antequam eius veterem ſa-

Exod.31 pientiam nouo cumulo eruditionis augeret: *Impleuit eũ ſpiritu Dei,ſapientia,& intelligentia.* Tan-

Iudit.c.10. dẽ cũ inuicta Iudith vultũ ſuũ cõpoſuiſſet,& precioſioribus ſe indumẽtis ornaſſet, vt Holofernẽ pulchritudine ſua ad amorẽ cõnubij pelliceret, nouo illã Deus ſplẽdore faciei,& decore venuſtatis cumulauit,ne poſt obtruncatũ Holofernẽ victoriã illã ſibi ſoli arrogaret. Ait enim ſacra Scriptura: *Cui Dominus cõtulit ſplẽdorẽ.* & ibidẽ: *Dñs hanc in illa pulchritudinem ampliauit.* Similiter Chriſtus,ne proprijs viribus,& humanę ſapiẽtię Apoſtoli referrent acceptã tantarum rerũ victo-

Luc. 24. riã: *Donec induamini virtute ex alto,* antequã prælium ingrediantur, iuſſit à Hieroſolyma ne diſcedant, donec celeſti virtute muniantur, vt eſſent opere,& verbo potentes.

Sed præter omnia,quæ diximus,voluit Chriſtus ſub figura linguarũ donare Spiritum ſanctũ diſcipulis ſuis, quoniã Chriſtiani gregis cuſtodes,& quaſi canes, & latrantes moloſſi abigere lupos debebãt,eoſque prius viderat nõ audentes loqui *Propter metũ Iudæorũ,*& ſimiles eſſe Io.20.

canibus illis,de quibus Iſaias: *Canes muti nõ valentes latrare.* Iſai. 56. Conſiderandum hoc loco eſt,quod ſicut canũ linguę ſalutiferę ſunt vulneribus,quæ non raro ſanari ſolent,ſi linguis canũ allãbãtur; ſic Apoſtolorum linguis parabatur ſalus à peccato vulneratis,per doctrinæ, & ſacramentorũ adminiſtrationẽ. Sed quãuis certum ſit, ꝙ frequẽti caninæ linguæ tactu vlcera foueantur, & ſanentur,nõ tamẽ illa, quæ pertingere nõ valent, qualia ſunt,quæ caput infeſtant:ſic etiã nõ raro cõtingit,vt voces,& linguæ concionatorum, in quibus Deus animarum medelã ſitã eſſe voluit, lãbẽtes manũ,pedũq; vulnera,ideſt plebis peccata corrigant,capita vero reipub.nẽpe magiſtratũ vrbis, vel Gubernatorẽ, Epiſcopũ,vel Præſidẽ publice peccantẽ tangere minime audeãt. Quod certe nequaquã faciendũ eſt; ideo namq. linguę, quę hodie de cælo lapſæ sũt,Apoſtolorũ capitibus inſederunt,vt intelligant concionatores nulli publico delicto parcendũ,a nullius reprehenſione abſtinendũ,ſed ipſa capita reipublicæ,vrbis,vel regnorũ,ſi opus fuerit,acriter verbo Dei obiurganda. ad id ergo indicandum igneas linguas ſuper capita ſediſſe legimus.

Eſt alia nõ vulgaris cauſa,propter quã Spiritus sãctus ſub imagine linguarũ Apoſtolorũ capitibus fuit illapſus; vt tamquam hieroglyphico ſignificaret, verbũ Dei prædicantibus opus eſſe prudentia,& ſapientia in loquendo: lingua enim ſuper caput,vbi mens hominis præſidet, egregie ſignificat linguã prudenter gubernãdã, quæ nõ mentẽ,ſed illã mens, & ratio præcurrere debet. Quod adeo verum eſt, vt ipſa humani oris compago id voluiſſe docere videatur: nam ſicut Anatomiſtæ teſtantur, à cerebro in linguam nerui influunt, quo admonemur, quanta eſſe debeat linguę cũ ratione cõnexio. Præterea, quem admodũ in academijs,qui ad doctoris gradum promouẽtur, ſolent ſerico flocculo ſuper caput poſito decorari: ſic hodierna die Apoſtolorũ capita linguarũ inſigni notantur,dũ totius orbis creantur magiſtri,& doctores,nõ quidẽ ex ſua, ſed ex Dei ſufficientia: nam,vt dicit Apoſtolus:

Sufficientia noſtra ex Deo eſt. Paul.2.cor.3 Et ſicut Doctorum inſignia ſolent indicare,quã quiſque profiteatur facultatem(nã color candidus ſignũ eſt Theologię,viridis Legũ,pallidus Medicinæ)ita color rubẽs,& ardens,qui apparet hodie in linguis myſticis, quas Spiritus sãctus Apoſtolorũ capitib⁹ imponit,oſtendit præcipuã facultatem, qua illi pollẽt,& quã mũdũ docere ab Spiritu sãcto mittebãtur charitatẽ eſſe, cuius ſymbolũ ignis eſt.

Videamus tamẽ pro huius homiliæ fine, cur Deus has linguas in forma ignis potius, quam ſub alia materia miſerit: nã ignis natura cõtraria eſt linguæ qualitatibus: quippe lingua eſt humida,& abũdat fere sẽper aqueo liquore,qui na-

Digitized by Google

turæ ignis aduerſatur. Quis igitur nõ mirabitur viuere in igne linguã, & aqua ignẽ foueri? Hinc elicere poterimus primam rationem, ob quam Spiritus ſanctus ignis, & linguarum formam acceperit: nam præterquam lingua ſymbolum eſt ſapientiæ, aqua in diuinis litteris illã quoq; ſignificat, vt teſtatur Eccleſiaſticus: *Aqua ſapientia ſalutaris potaſti illũ*: & ignis figura eſt amoris, vt docet Dionyſius, & ex Chriſti verbis conſtat: *Ignẽ veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat?* Cõiunctio ergo linguarũ, & ignis denotat in verbi diuini præconibus, ſapientem eſſe oportere, amabilẽ, & amorẽ ſapientẽ, ita vt ſciẽtia, & charitate ſimul valeãt, ſintq; pariter Seraphim, & Cherubim; aliter enim illorũ doctrina inutilis, & parũ efficax erit, audientiũq; animos excitare nõ poterit. Quomodo.n. ſi cõcionatores algent, populũ accẽdent? quomodo ſi carnẽ, & ſanguinẽ illorũ verba ſonãt, Dei ſpiritũ auditoribus infundẽt? Vere namq; dixit eloquẽtię parens in lib. de oratore: Ardeat orator ſi iudicẽ vult incendere: & S. Bernar. inquit, Spiritũ ſanctũ in forma ignis veniſſe: *Vt legẽ igneã igneæ linguæ prædicarent*; iuxta quod canit Eccleſia: *Vt linguis eſſent profluí, & charitate feruidi.* Sed vt altius exurgam, conſidero in his linguis igneis diuini Verbi, & Spiritus ſancti, vt loquuntur Theologi, cõſubſtantialitatẽ; lingua enim figura eſt Verbi Dei, quia Filius eſt lingua, & verbũ Patris: ignis repręſentat Spiritũ ſanctum, qui eſſentialiter, & perſonaliter ardentiſſimus amor, & inflãmata charitas eſt. Quã obrẽ cũ in vna, & eadẽ ſubſtantia linguæ, & ignis venerit Spiritus ſanctus, quæ poteſt ab humano ingenio excogitari expreſſior imago, quã, quę à diuino nobis propoſita hodie eſt per ignẽ, & linguas ad vnã, & eandẽ Spiritus ſancti, & Filij ęterni naturã, & conſubſtantialitatẽ inſinuandã? Hinc ſi accedat, linguã doctrinã promentẽ loquentis alicuius debere eſſe linguã, cõtinuo myſteriũ ſãctiſſimæ Trinitatis nobis elucebit. Nã qui loquitur eſt Pater æternus, lingua qua loquitur, eſt Filius, ignis deniq; qui linguam inflammat, Spiritus ſanctus eſt. Cui ſit honor, & gloria, &c.

Eccl. 15.
Luc. 12.
Cicero l. 2. de orat.

Homilia Sexta.

Inter alias cauſas, ob quas Spiritus ſanctus in linguis igneis aduenit, eã nõ infimũ locũ tenere, erudite oſtenditur, vt maledicorũ, ac murmurantiũ linguas ſuo igni, quaſi cauterio cõpeſceret, corrigeret, ac reformaret

Paralip. c. 7.

POSTQVAM ſapientiſſimus Rex Salomon ſumptuoſum illud, & omnium celebratiſſimum templum exædificauerat, vt in ſacris litteris legimus, ſingulari eũ beneficio Deus proſequi volens, ad indicandũ myſticam eius ædificij fabricam ſibi placere, miſit ſuper ſacrificiũ ab ipſo Salomone oblatũ de cælo ignẽ, qui ſplendore, & gloria Dei intus ignẽ latẽtis totũ tẽplũ impleuit. Chriſtus generis humani ſalus inſtar alterius pacifici Salomonis pulcherrimũ templũ, Eccleſiã nempe militantẽ condidit: *Ipſe fundauit eã Altiſſimus*, quã cũ abſoluiſſet, opus illud ſibi probari Pater æternus indicaturus, cuius fabricæ, & ædificij ratio nõ erat Moſaico, & antiquo ritu, ſed nouo, & Romano, mittit hodie de cęlo ignẽ ardentiſſimum, in quo tota Dei gloria, & maieſtas integre reconditur. Et quemadmodũ olim apud Romanos conſuetudo fuit, vt peracto triumpho, his qui interfuerant, dona largirentur triumphatores; ita Chriſtus confecto ſuæ Aſcenſionis triumpho, Apoſtolis, ac diſcipulis ſuis ingentia dona diſtribuit, vt Paulus dixit: *Dedit dona hominibus*. In quibus donis cõmunicandis cõſideratione digniſſimus eſt modus ipſe, quo illa prębuit, mittẽs Spiritũ ſanctũ ſubter linguarũ ſpeciẽ, docturus hoc ipſo ſigno, linguarum eſſe cenſorẽ ac reformatorẽ: nã de illo vere ſcriptum eſt: *Ille arguet mundũ de peccato.* Animaduertãt igitur, qui linguę ſunt maledicę, & mordaci ſermone proximos infectant, famam eorũ multo turpius interdum, quã famoſis libellis dedecorãtes, grauiſſimũ ab ipſis cõmitti flagitiũ, atque ideo caute, & prudẽter linguã oportere gubernari. De qua loquens Iacobus Apoſtolus, inquit: *Lingua ignis eſt*, & quaſi parum dixiſſet (nã ignis vis, etſi multa, & vehemens eſt, aquæ infuſione extinguitur) ſubiungit, explicans linguę naturã: *Omnis natura beſtiarum, & volucrũ, & ſerpentiũ domantur, linguam autem nullus hominũ domare poteſt.* Hac de cauſa deſcendit Spiritus ſãctus ſub figura linguarũ, vt quod nullus hominũ domare poteſt, Deus ſubijciat, domet, & proſternat. Apoſtolus ſuperiori ſuæ canonicæ loco in pauca verba contulit omnia damna, quæ ſecũ lingua effrænis afferre ſolet: ait enim de illa: *Vniuerſitas iniquitatis eſt.* Quæ autem hęc ſit malorũ vniuerſitas, & immenſus cumulus, explicat S. Ioãn. Clymachus, damna recenſens, quę a loquacitate oriuntur: *Loquacitas*, inquit, *eſt ignorantiæ certum argumentum, compunctionis deſolatio, detractionis ianua.* Quæ verba aliquantum latius enodemus, mirabili enim doctrina plena ſunt: *Loquacitas eſt ignorantiæ certũ argumentũ.* Experimento omnibus cõſtat, in tempore tacere nõ minus eſſe ſapiẽtis, quã cũ oportet loqui, quod apparet in arte muſica, vbi ſigna ſunt, ſiue puncta, quib' inſinuatur canẽdũ, & alię notę ſunt, quibus quies & ſilẽtiũ, quod a cãtoribus pauſa dicitur, imperatur, vnde cantores oẽs, præcipue, qui canendi arte peritiores ſunt, notã ſilentij nõ minus quã cantus obſeruant, ſcientes nõ minorẽ errorẽ cõmitti poſſe in vno quã in altero. Idẽ quoq; vir prudens facere debet, memor illius, quod Spiritus ſanctus admonuit: *Tẽpus tacendi, & tempus loquendi.* De Solone prudentiſſimo philoſopho referunt hiſtorici, quod in conuiuio cũ diu tacuiſſet, quẽdã ex cõuiuãtibus dixiſſe: *Hic vel ſtultus, vel mutus eſt.* cui Philoſophus acute reſpondit: *Non vtiq; mutus cũ loquar, nec ſtultus cũ tacuerim: ſilentij enim obſeruantia opinionem mihi parauit ſapientis.* Quod videtur à Iob audiuiſſe, cum dixit: *Vtinam taceretis, vt putaremini ſapientes*: Addit Clymachus: *Compunctionis deſolatio*; nam interni

Pſal. 86.
Ephes. 4.
Ioan. 16.
Iacob. in ſua canon. c. 3.
Iacob. 3.
Ibid.
Ioan. Clym. in ſua ſcala.
Ibidem.
Eccleſiaſ. 3.
Iob. c. 13.

do-

Digitized by Google

doloris, & lacrymarũ pernicies eſt loquacitas, per quam animæ vis quaſi exhalatur, & deuotio, ac pietas exhauritur, quod regius Propheta Pſal. 77. in hunc modum inſinuauit: *Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die.* ſed quo modo ſi tacebat Propheta, clamabat? vel quomodo ſi clamabat, tacebat? Hęc ſane, & alia multo magis contraria effrænis linguæ ſunt officia, tacet enim, quæ dicenda, & loquitur quæ tacenda ſunt, ideoq; pariter ſilet, & vociferatur, ſilens proximi laudes, & virtutes; vitia, atq; defectus promulgans. Cuius rei cauſa eſt, quoniã, vt Dauid inquit: *Inueterauerunt oſſa mea*, id eſt animæ virtus languere cœpit: ſunt enim virtutes inſtar oſſium, quibus noſtræ carnis imbecillitas, & infirmitas fulcitur, & ſuſtinetur; his vero attritis, & corruptis, anima in operibus bonis infirmatur, et langueſcit. Tertio inquit: *Eſt detractionis ianua*, quia loquacitate vigẽte, oſtium patet ad ſtultitiã, & temerariam alienorum morum cenſuram. vnde ab Spiritu ſancto dictum legimus: Prou. 10. *In multiloquio nõ deerit peccatum.* Nam maledicentiæ, & noxiæ confabulationis vectigal eſt peccatũ, quod dæmoni à loquacibus pẽditur. Tãta vero eſt corruptæ naturę noſtrę miſeria, & ad malũ procliuitas, vt vix loqui de proximo ſciamus, maxime ſi maleuolo aliquantum, & infeſto animo in eũ ſimus, quin ei ſuccenſeamus, & eius errata, licet multis aliis floreat virtutib⁹, carpamus, & reprehendamus. Adeſt in ſacris litteris mirabilis huius rei typus: illic .n. narratur, A- 3. Reg. 22. chab armis vndequaq; munitũ, cũ miniſtri negligẽtia parua quędã lateris pars inermis mãſiſſet, & prælĩu ille ingrederetur, percuſſum ab hoſtib⁹ ſagitta, quæ nõ in alia, ſed in ea tantũ, quæ patebat, corporis parte vulnus inflixit. Quis eſt, qui nõ videat, quid hæc ſibi figura velit? proximus tuus multis, & claris virtutibus ornatus incedit, tã ſi mores eius, quã ſi naturã reſpicias. At quãuis tã varijs ſepiatur præſidijs, lingua tamen nõ tangit virtutes, nec laudat animi, vel corporis dotes, ſed protinus in aliquod, etſi leue naturæ, vel morũ vitiũ inuehitur; imitans hac in re lapidẽ illum, qui nõ aurũ, argentũ, ſeu æs ſtatuæ Nabuchodonoſor, ſed luteos eius pedes tetigit, & cõtriuit. Nõ tãgunt ſuſurrones argentũ, & aurũ virtutũ, quibus proximus honeſtatur, ſed vitiorũ lutũ amãt, illud mouẽt, & cõtinuo verſant, vt proximus cæno detractionis illius turpior, ac fœdior appareat. Imitãtur id genus homines gallinas, quæ dum in ſtabulo volutantur, aut terram vnguibus, vel roſtro fodiunt, ſi forte vnionem, vel quid precioſum inueniunt, negligunt: ſi vero vermiculum, aut lumbricum, tũ gaudio glocientes alias conuocant, & prædã inuentã oſtẽtãt: ita qui aduerſus proximos eſt maledicus, licet nouerit eũ varijs maximiſq; virtutũ ornamẽtis eſſe laudabilem, præterit, & cõtemnit omnia, leuiculamq; maculã (quam vel natura, vel negligentia inſeruit) carpit, reprehendit, & inſtar glocientis gallinæ, quẽ in proximo inuenit, paruo- Eccl. 19. lũ errorẽ euulgat, & exaggerat. Audiant, qui hoc morbo laborant, Spiritus ſancti conſilium: *Audiſti verbum malum aduerſus proximum tuum, commoriatur in te, fidens, quoniam non te dirumpet.* Valde facit ad explicationem verbi illius, *commoriatur*, quod olim Deus tẽpore ſcriptę legis ſtatuerat, Exod. 38. videlicet, vt in templo eſſent parui lebetes, in quos cãdelarũ emũctiones cõijcerentur, vt in aqua merſę protinus extinguerẽtur, ne fumo tẽplum fœdarent, vel odore pręſentes offenderẽt. Hoc etiã modo ait Spiritus ſanctus: *Audiſti ver-* Ibidem. *bum malũ aduerſus proximum tuum, commoriatur in te*, ſit pectus tuũ in tẽplo Dei fonticulus charitatis, & lebes aquæ plenus, quo excepta detractionis garrulitas, & amarum verbum obruatur; ne fumus, & fœtor detractionis alios caligine aſpergat, vel inquinet. Sed in promptu eſt communis excuſatio ſuſurrantiũ, & præſertim religioſorũ, quod ea, de quibus ipſi ſubmurmurant, parua ſint errata, & leues defectus, atque ideo de huiuſmodi ſermonibus, & ſuſurris nõ valde curandum, nec mirandum. Quibus ego reſpondeo, errores eiuſmodi, qui in laicis eſſent leues, in religioſis, & eccleſiaſticis hominibus eſſe grauiſſimos. Numquid Samſon fortis non erat? nemo quidẽ dubitat, tanta .n. erat eius fortitudo, vt ſolus leonẽ dilacerauerit, & in fruſta diſcerpſerit, Gazę portas mœnibus auulſerit, & templi colũ- Iudicum 14. nas deiecerit. Sed vbi tanta eius fortitudo ſita erat? Non quidem in humeris, nõ in brachijs, nõ in cruribus poſita, ſed à capillis pendebat. Acceſſit autem Dalila, capillos ſecari fecit Samſonis, confeſtim Samſon eneruatus, omni fuit ro- Iudic. 16. bore deſtitutus, & à Philiſtijm vinctus, & clauſus in carcere molere coactus fuit. Ad hunc igitur modũ intelligere debemus, religioſorũ fortitudinem, vel potius nomen bonum, & opinionem laudabilem in paruo eſſe poſitam, & pendere quaſi à capillo, qui facile frangitur, vel ſcinditur, præſertim ſi tu ſemel, & iterum forficulam, vel potius nouaculam tuæ maledicentiæ immittas, & crebro pilũ vellere attentes: fiet enim proculdubio depilis, & glaber, veteri laudati, & boni viri nomine per te priuatus.

Hactenus de maledicentiæ morbo, nunc de medicina illius, & remedio aliquid proponamus. Duplex eſt huius morbi pharmacum; vnum, vt cognoſcas, ſicut in principio huius homiliæ dixi, quod linguæ moderatio Dei eſt donum: *Do-* Prou. 10. *mini enim eſt gubernare linguam*, ne ab illa tanquam ab equo effræni, & contumaci in pręcipitiũ deducaris. Hoc ſi cognoueris, protinus ad Deũ, noctes, dieſq; pro tanti mali remedio cum Dauid clamabis: *Pone Domine cuſtodiam ori meo,* Pſal. 104. *& oſtium circumſtantiæ labijs meis.* Nam quemadmodũ in domibus religioſorũ oſtiarius adeſt, qui neminem egredi patitur abſque nutu ſuperioris; ita verbum nullum ab ore prodire debet ſine imperio rationis, penes quã eſt auctoritas, & facultas imperandi cogitationibus, & actionibus humanis. Cur autem dixit Dauid: *Pone* Ibidem. *Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis?* Nonne melius erat, ſi petijſſet, cæmento ſuum os occludi, vel muro circumdari? ita enim & cuſtodia tutior eſſet, & manifeſtius declaraſſet modum, quo claudi, & cuſtodiri volebat. Reſpondeo, quoniam os non

ſemper

ſemper clauſum eſſe debet, ideo dixiſſe Dauidem: *Impone Domine cuſtodiam ori meo*, quippe ſicut ianua non ſemper patet, nec ſemper clauſa eſt, ita pariter & os, quod ſuo tempore aperire loquentes, & claudere ſapienter ſilentes debemus. Vnde cernimus Dauidem, qui petierat à Deo ori ſuo cuſtodiam, ab eodem poſtea petijſſe, vt ſibi illud ad annunciandas eius laudes reſeraret, cum dixit:

Pſal. 50.

Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Nouerat enim ille donum eſſe Dei, tempora noſſe, quibus tacere, aut loqui debeamus. Secundum remedium, quo maledicentium, & praue ſuſurrantium lingua coerceri poterit, obtinebimus, ſi attente conſiderabimus, quod quotidie experimur, videlicet, omnem culpam ſecum afferre comitem pœnam, quæ non ſemper in hoc ſæculo, ſed in altero ſolet infligi; culpa vero detractionis ſemper in hac vita ſi non integre, ſaltem in parte punitur, vt Salomon dixit:

Prouerb. cap. 13.

Qui detrahit proximo ſuo, ipſe ſe obligat in futurum, (ſcilicet tẽpore vitæ ſuæ.) Nam qui alium verbo mordet, ipſe poſtea mordebitur, & qui notat, notabitur, & a quo minus ſperat, parabitur ei opprobriũ, quippe proximum carpẽs, labe præſertim infectus, ipſe merito carpetur, vt teſtatus eſt Abacuch:

Hab. 2.

Cõſurgent qui mordeãt te, & ſuſcitabũtur, qui lacerẽt te, & quia expoliaſti, expoliaberis. Aequiſſimũ enim eſt Dei iudicium, vt qui ſui fratris maculat honorẽ, propriæ quoque ſubeat opinionis detrimentum. Hæc omnia Dauid præclara metaphoræ inductione nobis ante oculos poſuit:

Pſal. 119.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? ſagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs. Videtur mihi regius Propheta in his verbis imitari medicorum conſuetudinem, qui cernentes ægrotum vehementi febri conflictatum, & æſtuãtem, ſolent iubere, vt oſtendat linguam, quam ſi vident febris calore nimis aridam, præcipiunt frigidam oris ablutionem, qua linguæ ariditas humectetur, ac refrigeretur. Sic ergo Dauid a maledicentiæ veneno natum morbum in detractore, & maledico animaduertẽs, inquit: *Quid detur tibi, aut quid apponatur ad linguam doloſam*: nullũ ſane præſentius, vel efficacius inuenit remediũ, quam ſi mordax, & doloſa lingua ferro, & igni caſtigetur. vnde ſubdit: *Sagittæ potentis acutæ cũ carbonibus deſolatorijs*. Inuſitata profecto, & inaudita medendi ratio, quam nec Galenus, nec Auicẽna, immo nec ipſe Aeſculapius nec artis medicæ inuentor Apollo excogitauit. Eſt tamen huic morbo aptiſſima: maledicentis enim, & mordacis lingua nullo facilius modo frænatur, quam cum aliorum linguas obtuſas inſtar ſagittarũ acui, & detractorijs verbis, velut carbonibus famam eius denigrantibus impeti perpendit. Dubium enim non eſt, quin, ſi detractor proximi ſui gloriam verbis obſcurat, ipſius quoque opinioni, & famæ ab alijs detrahatur, &, quod perniciοſius multo, ac magis timendum eſt, ſagittis potentis Dei confoſſus æternis ignibus addicatur. Si ergo leuis cõtra proximũ ſuſurrus tantã maledicentis animæ affert calamitatẽ, rationi erit conſonum, linguam diligenter, & caute moderari, ne Dauid contra nos dixiſſe videatur: *Tota die cogitauit iniuſtitias lingua tua*. Vbi notandum eſt, verbum illud, *cogitauit*: dicere namque quis poterit, Dauidem non proprie locutũ, cum linguæ attribuat mentis officium, inquiens: *Tota die cogitauit iniuſtitias lingua tua*: reſpondemus tamen, eo genere loquendi prudenter, & acute Dauidem vſum fuiſſe, voluit enim ita loquens inſinuare celeritatem, & facilitatem, qua lingua maledica garrire ſolet: nam qua velocitate verba intellectus concipit, ipſa profert, mores alienos reprehendens, cum fieri contra debeat, & maturitate mẽtis, ac ſermonis tarditate potius vtendum ſit. Vnde non abſurde quidam Philoſophus amico dicenti, quod male ſibi oleret os, nil mirum, inquit, nam multa verba mihi in eo tabeſcere, & putreſcere ſolent: indicans non ſe locutum quidquid in os (vt aiunt) veniſſet. Hoc igitur cũ ſit prudentiæ donum, vtinam illud nobis omnibus benignus Deus largiatur. Cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſal. 51.

Homilia Septima.

Quam mira ſit proportio inter corporei huius mũdi opificium, & catholicæ Eccleſiæ fabricam: & quid in vtriuſque conſtitutione Spiritus ſanctus effecerit, egregie deſcribitur.

MAGNVS doctrinæ, & ſanctitatis laude Gregorius Nyſſenus Eccleſiæ Catholicæ fabricam appellat mundi noui creationem, iuxta illud Iſaiæ: *Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam*, quod quam vere, ac proprie dixerit, facile apparebit, ſi vtriuſque ſtructuræ ornamenta, & naturam conferamus. Nam ſi in orbe cæleſti ſol lucet, qui omnia perluſtrat, in Eccleſia Dei ſol iuſtitiæ, qui Chriſtus eſt, effulget, cuius eximia luce multo pulchrius, & excellentius hæc myſtica Eccleſiaſtici corporis fabrica decoratur. Illic varia, & mutabilis luna nocturno tempore apparet; hic conſtantior, & pulchrior luna Maria ſanctiſſima tam nocte, quam die coruſcat: illic cæleſtes orbes voluuntur; hic Apoſtolici cardines vniuerſum terrarum orbem, tamquam diuini Atlantes ſuſtinent: illic emicant ſtellæ, hic fulgent doctores: illic ſeptẽ planetæ; hic totidẽ ſacramẽta: illic aſtra influũt; hic Spiritus ſancti dona perfluunt: illic interdũ maleuolus, & noxius ſiderũ aſpectus; hic ſalutaris ſẽper, & amicus: illic tres hierarchici ordines; hic tres theologicæ virtutes: illic denique elemẽta quatuor; hic totidẽ inueniẽtur.

Grego. Nyſſen. hom. 5.

Quo-

Digitized by Google

Quoniam pro terra eſt humilitas, in qua virtus omnis ſuas agit radices, & ſuper quam tamquã fundamentum ſecurum anima noſtra tollit verticem, quo cælum ipſum attingit. Pro aqua lacrymæ ſunt; pro aere Spiritus ſancti afflatus, quo mens humana ſpirat; pro igni autem charitas eſt, qua in dilectionem ſui conditoris humana mens accenditur. Aues, quæ hunc aerem peruolitant, animæ ſunt diuinæ contemplantium; piſces, qui huius aquę gurgitibus, & vndis innatãt, fideles homines, quos abluit aqua Baptiſmatis: plantæ, & arbores producentes in tempore ſuo fructum, ſinguli iuſti, vt dixit Dauid: *Et eris tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* (Pſal. 1) Vna eſt in terris ſumma, & ſingularis amœnitas, quam ſacræ litteræ vocant Paradiſum in Oriente ſitum: at in Eccleſia tot ſunt per omnes Chriſtiani orbis regiones amœniſſima viridaria virtutum, quot ſancta contubernia ſacrarum religionum. Quatuor in Paradiſo flumina ſunt, Phiſon, Gehon, Tygris, Euphrates, a quibus reliqua oriuntur: hęc, quatuor virtutes ſunt, dictæ cardinales, a quibus ceterę omnes morales tamquam a fontibus deriuantur: & quatuor ſunt Euangeliſtæ, quorum affluente doctrina, & ſanctitate Eccleſia Dei fertilis, decora, & fructifera reddita eſt. Quod ſi arbor vitæ illic præſtabat immortalitatem; hic lex Euangelica vitæ arbor vera floret, cuius fructus mature ſumptus, comedentem facit immortalem: & ſicut illic arbor erat vetita, cuius fructus guſtatio mortem inferebat; hic eiuſdem naturę arbor adhuc manet, lex nempe Moſaica, eius tamen obſeruantia, quoad cærimonialia mortifera eſt, quoniã Chriſti lege prohibita iam fuit. Tandem, quemadmodum tres diuinæ perſonæ hominem creauerunt, vt patet his verbis: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*; (Geneſis. 1.) ſic eædem perſonæ ad collapſi hominis inſtaurationem, & diuinæ gratiæ regenerationem concurrunt, & conueniunt: *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*: (Ioan. 14.) & ſicut Deus halitu ſuo vitam primo omnium parenti dedit (nam vt ait Scriptura: *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem*) (Gen. 2.) ſic nunc vitam largitur ſupernaturalem, eidem impartiens ſui oris halitum ardentiſſimum, Spiritum ſcilicet ſanctum, qui ab ipſo pariter, & a Patre procedit. Et quamuis tota Trinitas æque conuenerit; cõmunicans rebus creatis vitam, & pulchritudinem, Moyſes tamen creati mundi hiſtoriam contexens, rerum creatarum vitam, & perfectionem ab Spiritu fuiſſe acceptam teſtatur, inquiens: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, (Gen. 1.) quod tam de cæleſti, quam de terreſtri orbe intelligendum eſt. Nam licet omnia fuerint creata per Verbum, dicente Dauide: *Verbo Domini cæli firmati ſunt*; (Pſal. 32.) vltima tamen eorum perfectio Spiritui ſancto attribuitur, vt ex eodem Propheta conſtat: *Et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*; (Hier.) ſeu vt Hieronymus vertit: *Omnis ornatus eorũ.* Cuius rei cauſam eſſe puto, quod nec Patris potentia, nec ſapientia Filij manum vnquam admouiſſent operi tanto, quale fuit creationis, niſi diuinus hic Spiritus amore ſuo excitaſſet vtrumque ad aliquid extra ſe de plenitudine bonorum, quæ in oceano diuinitatis immenſo reconduntur, producendum, quod niſi feciſſet, omnia, quæ modo ſunt in eo, quod prius erant, nihil permanſiſſent. Hanc ob cauſam Moyſes mundi creationem perſonæ Spiritus ſancti refert acceptã. Quod & docet Ambroſius in ſuo Hexameron, (Ambroſ. l. 1. c. 8.) dicens, rerũ creatarum perfectionẽ à Spiritu ſancto eſſe, quamuis eas Pater, & Filius cum ipſo condiderint, quod Moyſis verba præſeferunt, ſi attente legantur. Nam etſi in exordio ſuæ hiſtoriæ dicat: *In principio creauit Deus cælum, & terram*, (Gen. 1.) id eſt in Filio, vel in Verbo creauit Pater cælum, & terram (ita enim Doctores communiter interpretantur) ad innuendum tamen id opus non eſſe omnino perfectum, ac decorum, ſubiunxit: *Terra autem erat inanis, & vacua*, (Ibid.) vel vt alij legunt: *Erat inutilis, & incompoſita*; quod etiam intelligendum eſt de cælis, quibus lucis deerat ſplendor, & ornamentum: nam, vt ibidẽ ſcriptũ eſt: *Et tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi*, id vt ſignificaret, addidit poſtea, *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*: quibus verbis oſtendit, eorum, quæ memorauit, perfectionem, ac decus ab Spiritu diuino communicatum. Ideo namque eadem verba ſic alij vertunt: Spiritus Domini ſuperterebatur, quod ſanctus Thomas breuiter, & acute perſtrinxit in hunc modum: (S. Tho. 1. p. q. 64. ar. 3. in reſp. ad 4. argumen.) *Quomodo factum eſt, vt prius inſinuaretur aliquid inchoatum, cui ſuperferri diceretur, non loco, ſed omnia ſuperante, ac præcellente potentia*: quaſi dicat: cum Moyſes inquit: *In principio creauit Deus cælum, & terram*, (Gen. 1.) ſignificat opus creationis inceptum; ſubdens autem: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, indicat huius diuini Spiritus virtute, quidquid in cælo, & in terra eſt, ſuam accepiſſe perfectionem; vnde Moyſes prædictis adiecit: *Igitur perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis virtus eorum.* (Ibidem.) Patet, vt vides hinc, quod & teſtatus eſt Auguſtinus, a Chriſto quidem Eccleſiæ catholicæ iacta fuiſſe prima fundamenta, & cœptam myſticam ſui corporis ædificationem; illam tamen a Spiritu ſancto abſolutam, & perfectam: ideo namque Auguſtinus miſſum ait Spiritum ſanctum, vt beneficia, quæ Saluator Dominus inchoauit, Spiritus ſancti (Auguſt. & 5. tot.) virtute conſummet, & quod ille redemit, ſanctificet, & quod ille acquiſiuit, iſte cuſtodiat. Itaq. fundationis Eccleſiæ, redemptioniſq́; & humanæ iuſtificationis conſummationem Auguſtinus (D. Cyrill.) Spiritui ſancto aſſignat, adeo, vt ſicut teſte Cyrillo Spiritus ſanctus ſanctæ Trinitatis complementum eſt; ita etiam idem ſit, per quem omnia quæ fuerunt inchoata, & quaſi adumbrata, expleantur, & Eccleſiæ fabrica ad ſummum exædificationis faſtigium perducatur. Veriſſimum eſt a Chriſto fundatam Eccleſiam, *ipſe fundauit eam Altiſſimus*, (Pſal. 86.) ſed ante huius diuini Spiritus aduentum, erat illa ſicut olim terra in mundi principio, *inanis, & vacua*, (Gen. 1.) ſiue, vt antea dixi, *inuiſibilis, & incõpoſita*, ideoque, quẽadmodum

tunc

tunc, dum *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas,* pulchritudinē & complementum terra ſuſcepit: ſic diuinus idē Spiritus, cum ferri cœpit ſuper aquas, & cryſtallo lucidiores fontes, qui ſunt
Ambroſius. Apoſtoli, dicente Ambroſio: *Fontes ſunt, qui totius terræ faciem doctrinæ ſuæ flumine rigauerunt:* omnia, quæ in Eccleſia Chriſtus fuerat exorſus, eiuſdem Spiritus ſancti viuifica virtus abſoluit. Reliquerat Chriſtus has myſticas aquas cœnaculo incluſas, ſicut in mundi origine, quas creauerat Deus aquas, in locum vnum congregari
Geneſ. 1. iuſſerat: *Congregentur aquæ in locum vnum,* ſuper quas Domini Spiritus intonans venit, vt dixit
Pſal. 28. Propheta Dauid: *Vox Domini ſuper aquas, vox Domini maieſtatis intonuit: vox Domini ſuper aquas multas: vox Domini in virtute.* cui conſonat
Act. 2. Lucas, inquiens: *Factus eſt repente de cælo ſonus, tamquam Spiritus vehementis.* Vnde factum, vt illæ aquæ, tamquam ſtagnantes, & ad tempus intra cœnaculum compreſſæ, maiore cum impetu, & rapido curſu prorumpentes, vniuerſum ter-
Zachar. 14. rarum orbem rigauerint, expleta Zachariæ prophetia: *In illa die exibunt aquæ viuæ de Hieruſolem,* id eſt Apoſtoli à Hieroſolymis prodeuntes, inſtar fluminum a Paradiſo manantium, omnes mundi regiones doctrinæ ſuæ copioſa fluxione perfundent, & aridam prius, & infœcundam terram felici, ac multa rerum diuinarum vbertate complebunt. Ad extremum, quemadmodum omnium rerum ſummus artifex, poſtquam cuncta
Geneſ. c. 1. condiderat, *benedixit eis,* vt ait Moyſes; ita Chriſtus Eccleſiæ architectus, & legiſlator, benedictionem eidem impartiuit, vt antea Dauid te-
Pſal. 83. & 74. ſtatus fuerat: *Etenim benedictionem dabit legiſlator;* quam benedictionem Pſalmo 74. copioſius, & manifeſtius deſcripſit, inquiens: *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Pingueſcent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur. Induti ſunt arietes ouiū, & valles abundabunt frumento.* Operæpretium erit hæc Dauidica verba interpretari, ex illis namque ingentes opes, quas Chriſtus donauit Eccleſiæ, facile cognoſcemus: *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ:* annus huius benignitatis, ſeu liberalitatis, qua Chriſtus in Eccleſiam vſus eſt, tota eius vita cenſetur: ſic enim id præmon-
Iſai. 61. ſtrauerat Iſaias: *Vt prædicarem annum placabilem Domino;* quo ſuppoſito, duobus modis poſſumus verba Dauidis explicare: vno, accipientes coronam pro diademate, ſeu ornamento triumphantium quod non vnum erat, ſed multiplex, ac diuerſum: nam corona triumphalis dabatur Imperatoribus, in patriam poſt victoriam redeuntibus; obſidionalis, amouentibus obſidionem; ciuica ſeruantibus ciuem; muralis, ſubeuntibus hoſtium muros, vt iam alibi latius recenſuimus: quæ omnia Chriſtus cum pro nobis liberandis egregie, ac fortiter præſtiterit, confecto iam ſuæ vitæ curriculo, in patriam cæleſtem remigrans, tam præclaris, & glorioſis operibus, & comparatis per ea coronis benedicit, dum in cælum triumphans conſcendit. At ſi coronam accipiamus, vt alij volunt, pro coronide, qua rei finis notatur, vnde Martialis:

Sed nimius videor, ſeroque coronide longus
Eſſe liber: legito pauca, libellus ero:

dicemus Chriſtum myſtici huius anni coronidi, vel termino benedixiſſe, dum in cælum ferebatur, quēadmodum etiam Deus ſeptimo diei *Gen. 2.*
benedixerat: ait enim Scriptura: *Benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauit ab omni opere ſuo:* quippe aſcendens iam in cælum Chriſtus, ab opere externo noſtræ redemptionis ceſſabat. Secunda Dauidici verſus interpretatio eſt, ſi per coronam, vt Latini intelligere ſolent, cœtum, vel circumſtantem hominum conuentum intelligamus: fideles enim inſtar coronæ circumdant Chriſtum, vt de militibus memorat ſacra pagina, Dauidem in modum coronæ cingentibus. Vnde Cyprianus in libro de in- *Cyprian. l. 1. c. 16.*
ſtitutionibus diuinis inquit: *Corona dicitur circumſtans in orbem populus.* ergo cum ait Dauid, *Pſal. 20.*
Benedices coronæ, &c. intelligendum eſt de illa benedictione, quam Spiritus ſancti miſſione ſuis diſcipulis, & Apoſtolicæ Eccleſiæ conceſſit, iuxta quod Cyrillus dixit: *Participatione Spiritus ſancti benedicimur in Chriſto.* Quæ benedictio adeo fœcunda, & omnibus accumulata bonorū muneribus fuit, vt de illa regius Propheta dixerit: *Et campi tui replebuntur vbertate.* Quibus ver- *Pſal 64.*
bis indicat, non ſolum Iudæam, ſed omnes terrarum prouincias Apoſtolicæ doctrinæ imbribus rigandas, vt Lucas poſtea teſtatus fuit: *Parthi, &* *Act. 2.*
Medi, & Aelamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum & Aſiam, &c. audiuimus eos loquentes noſtris linguis. Pingueſcēt ſpecioſa deſerti: per deſertum interpretatur Gre- *Gre. l. 3 Moral. c. 15.*
gorius gentiles omnes, apud quos nullus Propheta, nullus Patriarcha, nec arbor vlla dignum proferens Deo fructum, quod gentium deſertum vertendum ait in *agrum plenum, cui benedixit Dominus,* & in quo gariophylla Martyrum, lilia Virginum, Confeſſorum violæ pullulabunt, quibus Eccleſia Dei redditur omni Paradiſo florentior: *Et exultatione colles accingentur.* Nomine *Pſal 64.*
colliū inſinuantur Apoſtoli, qui tā propter altitudinem dignitatis, quam propter ſanctitatis excellentiam, nec iniurijs vllis, nec tormentis grauiſſimis à recto deflecti, & a ſublimitate deijci potuerunt. hinc Lucas: *Ibant Apoſtoli gau-* *Act. 5.*
dentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Tandem inquit Dauid: *Induti ſunt arietes ouium.* Sanctus Auguſtinus in huius Pſalmi commentatio, & in *Pſa. 64. Aug. Epiſt. 89.*
epiſtola ad Hilarium, & ſuper Pſalmum 26. per arietes ouium intelligit Apoſtolos: hi enim ſunt ouium, & agnorum parentes, & cuſtodes. de quibus Dauid: *Afferte Domino filios arietum.* Dauid autem etſi tantummodo dicat, *induti ſūt arietes,* nec addat, quo fuerint amicti, id tamen explicuit Chriſtus, præcipiens, vt Hieroſolymis manerent, *donec induerentur virtute ex alto.* Qui- *Luc. 24.*
bus verbis conſtat, indumentum illorum arietum fuiſſe Spiritus ſancti amictum, & afflatum.

Et

Digitized by Google

Ex quo factum eſt, vt qui prius imbecilles, & [Matt. 26.] infirmi Magiſtrum ſuum deſeruerunt: *Relicto eo fugerunt omnes*, nunc cæleſti virtute muniantur, & infracta fortitudine armentur, vt prædictum fuerat: [1. Reg. 2.] *Infirmi accincti ſunt robore.* quæ exponens [Greg.] S. Gregorius inquit: *Appellatione roboris virtus Spiritus ſancti oſtenditur, quam vt electi accipiunt, contra omnia aduerſa huius ſæculi fortes fiunt.* concludit Dauid, inquiens: *Valles abundabunt fru-* [Pſal. 164.] *mento*, valles ſcilicet Eccleſiæ catholicæ candido, & pluſquam ſiligineo frumento doctrinæ Euangelicæ replebuntur, quo Eccleſiæ coloni ditabuntur, & abundanter, ac diuinitus alentur: de cuius ſeminatoribus, & cultoribus dictum eſt: [Act. 5.] *Omni die non ceſſabant, in templo, & circa domos docentes, & euangelizantes Chriſtum Ieſum.* Cui ſit honor, & gloria in ſæculorum. Amen.

Homilia Octaua.

Multiplici eruditione exponuntur Moyſis verba: Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas, pariterque oſtenditur diuini huius Spiritus proprium eſſe conferre animæ noſtræ fœcunditatem, qua bonorum operum fœtus generantur.

PROPOSITA Geneſeos verba, & eorum ſingula tot ſcaturiunt myſterijs, vt illa diligenter, & ſingulatim declarare compellar. Incipiens igitur a nomine Spiritus, varias eius in ſacris litteris ſignificationes reperiuntur. Primum enim accipitur pro brutorum anima, vt ex Eccleſiaſtico patet, dicente: *Quis nouit ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum?* Secundo pro anima rationis [Pſal. 103.] compote, vt apud Dauidem: *Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam*: vertit Caſſiodorus: *Exibit anima.* Tertio pro aere, quo ſpiramus: [Pſal 118.] *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum*, vel, vt etiam traduxit Hieronymus: *Os meum aperui, & reſpi-* [Pſal. 148.] *raui.* Quarto pro vento: *Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius*; quæ verba Nicolaus Lyrenſis ita interpretatur: *Spiritus procellarum ſunt venti facientes procellas in mari.* Quinto pro An- [Pſal. 103.] gelis: *Qui facis Angelos tuos ſpiritus*, id eſt, ſpiritus Angelicos mittis nuncios. Sexto pro ipſomet Deo, quatenus eſt commune nomen tribus diuinis perſonis, & hac ſignificatione nomen [Ioan. 14.] Spiritus accepit Chriſtus apud Ioannem: *Spiritus eſt Deus, & qui adorat eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare.* Veruntamen quando in ſacris Biblijs inuenitur nomen Spiritus, & Domini coniunctum, vt ſupra coniunxit Moyſes, dicens: *Spiritus Domini, &c.* ſignificat eſſe tertiam Trinitatis perſonam, vt tradit Baſilius in ſuo Hexa- [Baſil. hom. 2] meron. Nec obſtat, quod Caietanus dixerit hunc ſpiritum, de quo Moyſes loquebatur, eſſe Angelum, cui Deus motum cæli commiſerat; & Chry- [Chryſ. hom. 3. Theodo. apud Sixt. Sen. l. 5. an not. 7.] ſoſtomus ſuper Geneſim, Theodoretuſque (vt refert Sixtus Senenſis) cenſuerint eſſe aerem, qui aquis allabebatur: tum quia vox Hebræa, Ruach, cui reſpondet nomen ſpiritus, ſignificat aerem, ſeu ventum; tum quoniam non eſt veriſimile, Moyſen, dum mundi texebat narrationem, præteriturum ſilentio elementum aeris, de quo nulla ibi alia mentio fit: vnde S. Auguſtinus, Ru- [D. Au. Rup. Iun. Afr. in eund. loc.] pertus, & Iunilius Africanus aiunt, illis verbis Moyſis inſinuari Spiritum ſanctum, tertiam Trinitatis perſonam: quibus addit Baſilius, ita Patres communiter cenſuiſſe, quod & Ephræmis Syri eruditiſſimi auctoritate confirmat. Id vero de ratione hiſtoriæ, quam Moyſes narrat, eſſe videbatur: non enim qui de Patre, & Filio mentionem fecerat in mundi creatione, de Spiritu ſancto tacere debebat; ille namque non minus, quam Pater, & Filius rebus creandis præfuit. Sunt tamen nonnulli, qui vtramque opinionem conciliare volentes, aiunt, quod Spiritum ſanctum ſuper aquas in ſpecie aeris ferri, & volitare, nullam habet huius, vel illius repugnantiam, cum vox, ſpiritus, vtrumque præſeferat. Verumtamen ſi Patrum, quos paulo ante memoraui, ſententiam amplectamur, qui dicunt nomine Spiritus intelligi debere tertiam in diuinis perſonam, quibus pariter Chaldaicum Thargum ſuffragatur, ita vertens: *Spiritus Domini ferebatur* [Gen. 1.] *ſuper aquas*: quę appellatio a miſericordia deſumpta aeri applicari non poteſt, cum ſit maxime propria Deo, qui gloriatur in miſericordia: notandum eſt, ad id exprimendum nomini Spiritus adiunctum genitiuum ſingularem *Domini*; in Hebręo autem textu genitiuum eſſe pluralem ſic ſcriptum, Spiritus Heloim, id eſt, Iudicum, vt inde cognoſceremus, hunc diuinum Spiritum non ab vna, ſed a duabus perſonis procedere, & ſpirari. Quæ veritas catholica, quamuis a Theologis, multis rationibus, ex ea tamen, quam ego è Ioanne Damaſceno adduco, planius, & facilius ſuadebitur: ait enim ille: *Omnia quæcumque habet* [Damaſ.] *Pater tradidit Filio, præterquam eſſe Patrem.* Si ergo Pater æternus eſt principium producens Spiritum ſanctum, & ipſe Filio ſuo quidquid habebat communicauit, præterquam eſſe Patrem: dubium vtique non eſt, ipſum quoq. Filio communicaſſe virtutem, qua Spiritum ſanctum produceret, & conſequenter Spiritum ſanctum non ſolum a Patre, verum etiam à Filio procedere, ſicut ipſe non obſcure declarauit, cum eundem Spiritum Diſcipulis ſuis per inſufflationem impertiuit: *Inſufflauit, & dixit, accipite Spiritum* [Ioan. 2. 14.] *ſanctum.* Quæ verba S. Auguſtinus ad Oroſium ſcribens, explicat de proceſſione Spiritus ſancti [Aug. epi. ad Oroſium.] a Fi-

Digitized by Google

à Filio: *Quid enim*, inquit, *aliud per illam inſufflationem declaratur, niſi quod ex eo Spiritus ſanctus procedebat?* Sed obijciet aliquis, ſi Spiritus, qui ſuper aquas vagabatur, erat Spiritus ſancti perſona, quomodo de illo dicit Moyſes, quod *ferebatur?* cum enim, qui poſt ſe trahit animas, & corda rapit, quis ferre, vel trahere poterit? quis? amor eiuſdem in creaturas: hic enim eſt, quo agitur, & mouetur. Nam quod Auguſtinus de humano amore dixit:

Auguſt.

Amor meus pondus meum, illo feror quocumque feror, non minus in amore diuino verum eſt. Qua etiam refundatur differentia illa ſatis cognita, quæ inter cognitionem, & amorem verſatur; nam illa intellectui ſuggerit res, & ipſas repræſentat; amor iam cognitas appetit, & in eis conquieſcit: quo amore Spiritus Domini ſuper aquas ferebatur. Septuaginta Interpretes vertunt, *ſuperferebatur*, quaſi Spiritus ille ad aquæ fluxum, & refluxum ſuperlaberetur, illas ſuauiter diſponens, nullam vim inferens, ſed earum naturæ debitum locum eis præbens. Quod etiam Inſinuat vox Hebręa *Eloim*, id eſt iudices, quorum proprium officium eſt, ſuum vnicuique tribuere. Cui expoſitioni valde conſonat Auguſtini doctrina, qui per aquas intelligit, quam vocant Philoſophi, materiam primam, ex qua Deus omnes res materia conſtantes deduxit, & efformauit, illiſque iuxta cuiuſq. naturam proprias, & diſtinctas formas inſeuit. Quod autem materiam primam vocauerit Moyſes aquam, cauſa fuit, vt ſignificaret, nullam eſſe in ea materia repugnantiam, vel contrarietatem ad formæ receptionem, ſed obſequium promptum, & obedientiam quam maximam, vt arbitrio ſuo diuinus ille artifex Spiritus ſanctus ex materia illa quidquid placeret, fingeret, & formaret: ſicut ſolet quis in aqua, quam vult figuram exprimere, quadratam, vel rotundam, iuxta vaſis, cui aqua infunditur, imaginem.

Nic. Lyra.

Sed Nicolaus de Lyra per aquam intelligit elemẽta, antequam ſitum, qualitatem, & pulchritudinem induerent, iuxta quod etiam S. Gregorius nomine aquarum, inquit, ſæpe intelligi omnes creaturas:

S. Greg.

cuius expoſitionis rationem adiungit Nicolaus, quod illam rudem, & indigeſtam elementorum molem Moyſes vocauerit abyſſum:

Gen. 1.

Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Nicolai ratio pendet a nominis abyſſi notatione, vel etymologia, quam acute ſic explicat: *Abyſſus dicitur ab a, & byſſus, quod eſt genus lini candidiſſimum, vnde abyſſus dicitur quaſi ſine candore, & ideo congeries elementorum vocatur abyſſus*, vt quæ omni candore, & pulchritudine deſtituta eſſet. Superferebatur igitur Spiritus ſanctus ſuper elementa, inſtar artificis, qui operi aſſiſtit, illud abſoluens, expoliens, atq. perficiẽs: licet verum ſit, huic operi pariter ęternum Patrẽ, & Filium fuiſſe intentos; quia tamen amor Deũ mouit ad ſe creaturis communicandum, & cum Spiritus ſanctus amor ſit, quo ſe Pater, & Filius diligunt; ideo Moyſes Spiritui eorum præſertim id opus attribuit, inquiens: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Notatu digna res eſt interpretatio huius verbi, *ferebatur*, multiplex, & variaſquidam enim legunt: Spiritus Domini ſeſe librabat, id eſt, perficiebat omnia, iuxta pondus, & menſuram ſingulorum naturæ conuenientem. Hebræorum aliqui doctores legunt: *Spiritus Domini volutabat, vel volitabat ſuper aquas*, quoniã volatus ille fauoris erat, & pręſidij, ſicut in libris de differentijs noui, & veteris Teſtamenti animaduertit Lyranus, adducens illud Deuteronomij, vbi dum ageretur de protectione Dei, ita ſcriptum eſt:

Nic. Lyra ſup. Gen. 1.
Deut. 32.

Et ſuper eos volitans expandit alas ſuas. Inſignis Eccleſiæ Doctor Hieronymus ita Latine reddit:

Hieron.

Spiritus Domini incubabat ſuper aquas, accipiens metaphoram ab auibus, quę ouis incubantes, & illa viuificantes pullos excludũt: ita enim Spiritus ſanctus ſuper aquas incubabat, viuificans illas, & ab illarum informi, & cõmuni materia deducens omnium rerum varietatem: quia, vt dixit Ambroſius:

Ambroſ.

Viuificat omnia Spiritus Dei, cum & ipſe vita ſit. Alij reſpicientes ad nomen Hebræum, *Racaph*, quod ſignificat fouere, transferunt: *Spiritus Domini fouebat, vel confouebat aquas*, ad quod videtur alluſiſſe Baſilius in Hexameron, dicens:

Baſil. ho. 1

Per illum Patris, & Filij ardorem, qui eſt Spiritus ſanctus, calefieri, & foueri aquas ad concipiendam vitam, & fœcunditatem. Prædictis verſionibus, & interpretationibus valde conſonat pro noſtro argumento Chaldaica Paraphraſis:

Paraphraſ. Chal. ſuper Gen. 1.

Spiritus Domini inſufflabat ſuper faciem aquarum, qua inſufflatione igneus anhelitus rebus infundebatur, quo dabatur virtus ad vbertatem, & fœcunditatem; ſicut Auguſtinus dixit de Cappadociæ equabus, quas a vento concipere narrat.

Aug. li. 21. de ciu. c. 5.

Si ergo nunc horum verborum litteralem ſenſum ad ſpiritualem, & myſticum reuocemus; fœcundari aquas per Spiritum ſanctum, indicat, per hunc eundem Spiritum animabus noſtris afferri virtutem, ad copioſam bonorum operum generationem. Quamobrem omnium manifeſtiſſimum inditium eſt, animam tunc eſſe Spiritus ſancti ſponſam, quando frequens eſt in bonorũ operum exercitationibus, affluens fœcunditate pietatis, & reliquarum virtutum. In huius rei figuram videmus dictum a famulo Abrahæ, quando filio domini ſui quæſiturus vxorem abiuit, ſignum futuræ ſponſæ illud eſſe, ſi puella bonis operibus eſſet abundans, nec ſibi tantum, ſed etiã ſuis camelis potum miniſtraret. verba illius fuerunt:

Gen. 24.

Puella, cui dixero, inclina hydriam tuam, vt bibam, & illa reſponderit. bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt, quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac. Quoniam igitur anima ex ſuapte natura ſterilis eſt, & imbecillis in productione operum ſupernaturalium, quemadmodum dixit Gregorius:

S. Greg. ſuper illud pſ. 50. Spiritu principali confirma me.

Infirma eſt omnis anima, niſi ſancti Spiritus virtute fuerit firmata; ideo per amorem, & charitatem vnienda eſt huic diuino Spiritui, cuius adhæſione, & præſentia virtutem accipiet ad bonorum operum affluentiam, & fructum benedictionis germinandum. Apoſtolus Paulus indicare nobis volens, quod homini iam iuſtificato ſolet contingere, illum comparat oleaſtro, qui vt bonum fructum afferat, oliuę inſeritur:

Ad Ro. 9.

Cum oleaſter, inquit, *inſertus es in illis, & ſocius radicis, &*

pingue-

Digitized by Google

pinguedinis oliuæ factus es: non aliter anima noſtra,quæ ſuapte ingenio arida,& infructuoſa eſt, quæ tamen diuino Spiritui quando inſeritur, & vna cum eo res per amorem fit: *Quoniã qui adhæret Domino vnus ſpiritus eſt*, efficitur diuinæ fœcunditatis particeps, & ferax adeo,vt numquam non bona deſideria concipiat, & ſanctorum operum vberes fœtus parturiat, ſecundum Pauli verba: *Fructificantes in omni opere bono.*

1. Corin. 6.

Ad Coloſſ. 1. Geminia. in ſumma.

Memorat Geminianus, ficus Ægyptiacæ tam mirabilem eſſe vbertatem, vt non ſolũ quotãnis fructum præbeat,ſed vbi ficum vnum carpſeris, breuiter alium ſubſtituat. Non ſecus diuinus hic Spiritus animam ſibi dilectam ſponſam cupit eſſe fœcundam, atque adeo, vt vix parere bonum aliquod opus deſierit, cum nouum aliud concipiat, vt dixit Paulus: *In omni opere bono fructificet*. Non enim in via virtutis ceſſandum, nec aliqua mora eſt interponenda, ſed omnia quæcunque facimus,ad Dei obſequium referre debemus: *Siue ergo manducatis*,inquit Paulus,*ſiue bibitis, ſiue aliud aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Poſſunt in alijs rebus gerendis fieri ſine periculo cunctationes,& interualla, ſed ad bene agendum omnis mora periculoſa,& noxia eſt. Optimum huius doctrinæ habemus exemplum, tam in creatore, quam in creaturis; nec enim ille, aut hæ vllo temporis momento ceſſant, vel ociantur. Pater æternus Filium ſemper generat, atque vterque ſpirat Spiritum ſanctum: immo & ipſa Trinitas ab ipſa mundi origine non ceſſat,nec abſtinet a rerum, quas condidit, conſeruatione,ac gubernatione, ſicut Chriſtus dixit: *Pater meus operatur vſque modo, & ego operor.* Angeli quoque opera ſua numquam intermittunt,Dei, qui prima omnium cauſa eſt, cognitioni,& contemplationi ſemper intenti, mutuo ſeipſos illuminantes,purgantes, & perficientes, iuxta tres operationes,a Dionyſio Areopagita de cæleſti hierarchia commemoratas, ac tandem omnes cæleſtes ſpiritus,vt ait Iſaias,nũquã a celebratione diuinæ maieſtatis quieſcunt: non habent requiẽ dicentes *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Nemo autem ignorat, cæli orbes perpetuo, & certo motu reuolui;planetas rebus inferioribus influere;ignem intra propriam ſphæram proximam ſibi aeris partem calefacere; animantibus ad reſpirandum adeſſe aerem;fluxu, & refluxu aquam agitari piſcium receptaculum; terram præter argenti,& auri fodinas, arborũ, & plantarum eſſe altricem, ſicut Deus ei præcepit: *Germinet terra herbam virentem.* Si ergo Deus, Angeli, cæli, plantæ, & elementa numquam vacant ab opere,nec feriantur vnquam, minime debet homo ociari,ſiquidẽ ab ipſius origine voluit Deus nõ ocio languere, ſed bonis intentum eſſe operibus:de quo ſcriptum eſt: *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis,vt operaretur,& cuſtodiret illum.* Et quamuis verum ſit, operarios illos, de quibus in parabola apud Matthæum,excuſationem ſuæ ceſſationis prætendiſſe,quod nemo ipſos cõduxerat,nemo tamen nunc poteſt excuſari: nam eccleſiaſticus tenetur Eccleſiæ, & choro aſſiſtere; coniugatus familiæ; iudex, vel prætor Reipublicæ; & vnuſquiſque muneri, ac perſonæ, quam ſuſtinet,ita vt numquam in officio, & bonorum operum partu langueſcat. Sed quoniam parere mens noſtra non poteſt, niſi prius concipiat,id facere propriũ eſt Spiritus ſancti, cuius beneficio redditur fœcunda hominis anima,cõcipiens pia deſideria, & actionum germinans fructus,vt Iſaias aſſeruit: *A facie tua Domine concepimus,& quaſi parturiuimus,& peperimus ſpiritum ſalutis*. Hinc mihi manifeſta facilitas, qua Spiritus ſãctus animabus noſtris dat fertilitatẽ, innoteſcit:nam quantumuis illæ ſint ſteriles, vno ſolo eius intuitu recipiũt vbertatem,& quaſi prægnantes, opportuno ſubinde tempore fœtus edunt feliciſſimos. Dauid tantã eſſe diuinæ vocis virtutẽ dixit,vt eius auditione ceruæ pariãt,ſitque illis tonitruũ inſtar obſtetricis: *Vox Domini præparantis ceruos*,vel ceruas, vt in Hebræo,ſeu, vt interpretatur Hieronymus, vox obſtetricans ceruis. Nam partus ceruarum eſt difficillimus ex eo,quod fœtus earum tenacibus membranis inuolutus,niſi prius rumpãtur, foras prodire nõ poteſt;in quarum telarum ruptione grauiſſimũ ſentiunt dolorem.vnde ait de illis Iob: *Incuruantur ad fœtum,& pariunt,& mugitus emittunt*; audito tamen tonitruo tam expaueſcunt, tãtumq. cõcipiunt horroris,vt diſruptis inuolucris, protinus fœtum enitantur:ideoq. vere dixit Dauid: *Vox Domini præparantis ceruos.* Sed quamuis hoc valde oſtendat facilitatẽ,qua Deus animabus felices largitur partus;ſiquidẽ ſola verbi ſui voce tremere facit, ac parere: multo clarius inde apparet, quod ſolo eius intuitu mirabilem hũc ipſum præſtet effectũ. quod indicant prædicta verba: *A facie tua concepimus,& peperimus ſpiritum ſalutis.* Quaſi dicat,ea vis,atq. virtus tuorũ oculorum eſt,vt ab illis,nos grate reſpicientib⁹, feliciter mens noſtra cõcipiat,habeat & partus diuerſos,vnum patientiæ,alterum reſtitutionis; alium eleemoſynæ,& orationis,& aliorum ſimilium operũ. Huiuſmodi partus adeo ſunt Diabolo infeſti,& odioſi, vt ad eorum faciendũ abortũ ſemper vigilet, & inſtar immaniſſimi draconis inhiet,ſecundum quod Ioannes in Apoc. dixit,a ſe viſum ore aperto expectantem mulieris partum,vt illũ deuoraret: qui licet tunc,quod optabat, non obtinuerit(nã filius, & mater fauces illius euaſerunt)quotidie tamen id efficit per malos conſiliarios,qui ſiniſtris,& diabolicis perſuaſionibus infelicem bonorum propoſitorum animabus noſtris inducunt abortum. Intelligant ergo hi ſatanici homines,diuinæ ſententiæ ſupplicio ſe fore puniendos: *Si quis percuſſerit prægnantem,& abortiuum fecerit, ſubiacebit damno,quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint.* Gloſſa interlinearis per hanc prægnantẽ mulierem intelligit animam,bonis deſiderijs,& propoſitis grauidam,atque ita eorum verborum erit ſenſus,qui eam abortiri fecerit, laturum pœnam, quam animæ ſponſus, qui eſt Spiritus ſanctus,optauerit,vel quam arbitri, hoc eſt pœniten-

Marginal notes: Ad Coloſſ. 1. — 1. Cor. 10. — Ioan. 5. c. — Dionyſius Areopagita — Iſa. 6. — Gen. 1. — Gen. 2. — Matth. 20. — Iſa. 26. — Pſal. 28. — Iob. 39. — Pſal. 28. — Apoc. 12. — Exod. 21.

Digitized by Google

nitentiæ ſacramenti miniſtri, qui ſunt iudices, cenſuerint. Quod genus delicti, vt indicaret Deus etiam in hac vita plectendum, ita dixit per Prophetam: *Amos. 1.* *Super tribus ſceleribus filiorum Ammon, & ſuper quatuor non conuertã eũ, eo quod diſſecuerit prægnantes.* Quod vt facilius intelligatur, ſupponendum eſt, Ammonitas fuiſſe maxime cupidos, & auaros, ideoque cum Galaaditas viciſſent, gladio trucidarunt feminas eorum prægnantes, ne filios parerent, qui poſtea acceptæ iniuriæ vltores, bona, quæ ab eorum parentibus abſtulerant, recuperarent, & armis repeterent. Ait ergo Deus hoc Ammonitarum ſcelus tam ſibi diſplicuiſſe, vt eius vindictam, & pœnam nolit in poſterum reſeruari, *& ſuper quatuor non conuertam.* *D. Greg. ibi.* Magnus Eccleſiæ Pater, Gregorius ſuper hunc locum inquit, humanam voluntatem eſſe animæ ventrem, quoniam ipſa, eſt ſpiritualium conceptionum receptaculum, & quæ bonis deſiderijs impletur, atque ideo myſtico ſenſu à Propheta ait ſignificatum, cũ dixit: *Exod. 21.* *Et percuſſerit quis mulierem prægnantem, &c.* eum, qui noſtram voluntatem bonis intentionibus vberem & plenam facere abortum compulerit, non ſolum futuro, ſed præſenti ſupplicio, dum viuit, afficiendum: *Amos. 1.* *Et ſuper quatuor non conuertam eũ; eo quod diſſecuerit prægnantes.* Id multo cum ipſorum damno filij Heli ſunt experti, quos Deus ſeueriſſime caſtigauit, quoniam pios impediebant, ne Deo offerrent ſacrificium; quod peccati genus magnum eſſe, Deus ipſe ibidem teſtatus eſt: *1. Regum. 2.* *Erat enim peccatum puerorum grande, eo quod retrahebant homines a ſacrificio Domini.* Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Nona.

Perpulchre enucleantur verba Sapientis: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiã habet vocis. *Sap. 1.*

PLATONICORVM communis fuit opinio, quam a Platone magiſtro ſuo acceperant, Spiritum diuinum eſſe mundi animam, & mentem, non informantem, ſed aſſiſtentem; quod pariter alios exiſtimaſſe philoſophos, refert ſanctus Cyrillus *Cyr. de Tri. Triſmegiſt. in Aſclepio* in quodam ſermone de Spiritu ſancto, de quo Triſmegiſtus in Aſclepio ita ſcripſit. Pro vniuſcuiuſque dignitate, & meritis omnia viuificat, & alit. In hac philoſophorum opinione, atque doctrina reperio multa, quæ inter ſe mirabiliter conſonant, ſi mutuo conferantur: vt enim me docuit D. Auguſtinus, multiplex eſt Spiritus ſancti & animæ noſtræ conuenientia, cognatio, & quaſi concentus: ait namque. *Quod eſt anima corpori hominis, hoc eſt Spiritus ſanctus corpori Chriſti, quod eſt Eccleſia.* Primum vtriuſque nomen idem eſt, vt dixit Paulus: *Rom. 8.* *Ipſe Spiritus reddit teſtimonium ſpiritui noſtro:* vbi animæ tribuit nomen ſpiritus, & Spiritus ſanctus animæ nomen accipit apud Hieremiam, ſic loquente Deo: *Hier. 6.* *Erudire Hieruſalem, ne forte recedat anima mea a te.* Hoc fundatur in eo, quod qui eiuſdem ſanguinis, ſeu generis ſunt, idem quoque habent cognomentum. Quare cum anima ſit ex Deo (hoc enim eius eſt genus, & hæc eius origo, vt Paulus docuit, referens Poetæ Arati verſum: *Act. 17.* *Ipſius enim & genus ſumus*) ideo etiã vocatur Spiritus, ſicut ipſe Deus, vnde originem ducit. Et ſicut creatio animæ in rebus externis, quas Deus condidit, vltima fuit, qua cum ſummus artifex omnium rerum perfecit vnitatem: ita etiam Spiritus ſancti productio fuit ſigillum, finis, & perfectio actionum Deo internarum, ſeu (vt communiter Theologi loquuntur) ad intra. Et ſicut poſt creationem, vt ait ſacer textus, *Gen. 2.* *Requieuit Deus die ſeptima ab vniuerſo opere, quod patrarat:* ſic, poſtquã productus fuit Spiritus ſanctus, ſubſtitit communicatio in diuinis ad intra, nec vlterius ad aliã perſonam proceſſit. Nam cum omnis in Deo productio ab intellectu eius, vel voluntate fluat, & Pater generans Filium, totam diuinæ ſuæ mẽtis virtutem exercuiſſet, & inſumpſiſſet, ac eodẽ modo Pater, & Filius voluntatis communis facultatem, & virtutem effudiſſent in Spiritus ſancti productione: fieri non poterat, quin in productione diuinarum perſonarum quies, ac terminus aſſignaretur. Quemadmodum etiam Spiritus ſanctus eſt Dei ſpiratio increata, quam Chriſtus inſufflatione ſuis diſcipulis impartiuit: *Ioan. 20.* *Inſufflauit, & dixit eis, Accipite Spiritum ſanctum;* ita quoque anima eſt vitalis inſpiratio a Deo creata, vt Moyſes dixit: *Geneſ. 2.* *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Dum Moyſes etiam de alijs loquitur creaturis, ait ab ipſo factas: cum autem de anima inſtituit ſermonem, dicit Deum reſpiraſſe, vt oſtenderet ceterarum creaturarum multitudinem ab ipſo productam ſola voce, cum diceret: *Geneſ. 1.* *Fiat lux, & facta eſt lux.* Sed anima vitæ particeps, & ipſi Deo ſimilis, ab eius intimo pectore, quaſi eius reſpiratio educta fuit. Et velut Spiritus ſanctus eminenter in ſe continet triplex vitæ genus, vegetantis, ſentientis, & intelligentis; ita mens noſtra rationis particeps complectitur eaſdem tres differentias: ac propterea vbi noſtra vulgata legit, *ſpiraculum vitæ*, interpretantur ex Hebræo Oleaſter, & Caietanus, *Oleaſ. in caput 2. Gen. Caiet. ibi. Triſmeg. in ſuo Aſclep.* *ſpiraculum vitarum*, quoniam triplicis vitæ, vt dixi, compendium eſt. Et, vt teſte Triſmegiſto in ſuo Aſclepio, *anima eſt horizon æternitatis, & temporis:* quoniam quatenus immortalis, particeps eſt æternitatis, & quatenus a Deo in tẽpore fuit infuſa, eſt particeps tẽporis; ſic etiam Spiritus ſanctus, quoniã Patri, & Filio eſt cõſubſtantialis,

parem

Digitized by Google

parem cum ipſis obtinet æternitatem; at quia fuit ab vtroque in terrarum orbem in tempore legatus, participat tempus, non quidem in ſe-ipſo, ſed in miſſione, ac infuſione, per quam Deus illum humanæ menti communicauit. Et ſicut anima cauſa eſt corporeæ pulchritudinis, & boni in vultu, totoque corpore coloris, ac roboris (nam ipſa abſente omnes noſtræ actiones languent, & vitæ munera intermoriuntur) ita Spiritus Domini tamquam mundi anima non certe informans, ſed aſſiſtens, orbes cæleſtes aſtrorum venuſtate, fulgore, ac varietate, terrãque ipſam plantarum, florum, atque arborum diuerſitate, ac multitudine condecorat, vt dixit

Pſal. 32. David: *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*. Hoc autem verba

Geneſ. 1. ipſa Moyſis: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, magis declarant: quoniam, ſicut dixit Ouidius, mundo naſcente, omnia commixta, & inter ſe confuſa erant.

Ouid Metamorph. 1.

Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis, indigeſtaq. moles.

Super hunc igitur creatarum rerum indigeſtum vultum, & molem Spiritus Domini volitabat, & ſingulis, atque vniuerſis pariter aderat, tribuens vnicuique formam ſuæ naturæ conuenientem. Nam, vt artifex, & ingenioſus pictor adumbratam imaginem, & lineamenta perficit, & conformat: ſic ille tamquam ſupremus mundi opifex idem præſtat iuſti animæ, illam expoliens imaginem, quam ad ſuam ſimilitudinem inſculpſit, charitatis pigmentis, & coloribus exornãs, per dona ſua reddens illum magis ſpectabilem, ita vt multo pulchrior, ac Deo ſimilior appareat, quam cum ab eo condita, & creata fuit. Quemadmodum quoque anima abſque vllo ſui augmento reficit, & auget ſingulas corporis partes; ita Spiritus Dei abſque vllo ſuæ perfectionis acceſſu, vel cumulo, facit creſcere animæ dotes, fidem, ſpem, & charitatem, cum reliqua turba virtutum, quæ hominum mores, & vitam moderantur. Et proinde, vt anima, inſtar cauſæ vniuerſalis, per oculos videt, per aures audit, per os guſtat, & per omnia membra tangit, nec aliqua eſt operatio, cui illa non accurrat; ita Spiritus Domini ad omne opus naturæ, ſiue ſupra naturam, præſto eſt, ſecundum quod dictum eſt:

Iſa. 26. *Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera noſtra operatus es in nobis*. Ille enim cauſa eſt, vt oculos in videndo cuſtodiat modeſtiam, lingua in loquendo temperantiam, & reliqui ſenſus frenum rationis admittant: ac tandem, vt dicunt philoſophi, anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte, in carne, oſſibus, neruis, arterijs, ſanguine, venis; tum etiam in vnguibus, & capillis, vt Ariſtoteles, & ſanctus Thomas cenſuerunt. Ridiculum enim iudico dicere, vngues, & crines eſſe excrementa naturæ, vt putant hi, qui contrariam ſectantur opinionem. Nam cum Deus hominem cum vnguibus, & crinibus primo condiderit, & eiſdem ornatus ſit ab eo excitandus, liquidum eſt, vngues, & capillos excrementa non eſſe, cum in hominis creatione illa non fuerint, nec in corporum reſurrectione futura ſint: alias daretur ibi aliquod ſuperfluum, quod in eo cumulo felicitatis, & gloriæ ſtatu nõ eſt admittendum. Ex quo fit, vt antiqui philoſophi, de quibus Theodoretus in libro de natura hominis, animaduertentes, animam eſſe in omnibus, ac ſingulis corporis partibus, illã cum polypi brachijs contulerint, *perquam ſimilis* (aiunt) *polypi brachijs*. Nam ſicut polypus lapidem apprehendit, & arcte complectitur, ita anima corpus circumſepit, & occupat per ſe, ac per facultates, quas corpori ad actiones exhibendas impartit. Quod etiam fieri a Spiritu ſancto cernimus, qui vtriuſque, vt dixi, mundi, videlicet maioris, & minoris, velut anima, & mens eſt; quippe nullum ſinum vacuum relinquit, ſed omnia ille continet, mouet, & circumſcribit. Primum igitur de magno mundo, ac deinde de paruo, ſeu homine loquamur. De magno loquens Salomon, ait: *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiã habet vocis*. Quod etiam Poetarum optimus Virgilius ita cecinit:

Ariſt. 2. de partib. animal. c. 9. & 3. de Hiſt. animal. c. 14. *art. 2.* *S. Thom. 3. part. quæſt. 54. art. 2. ad 2. & 4 diſt. 44 artic. 1. quæſtiuncu. la 2. ad 2.* *Theodor. de natura hominis.* *Sap. c. 1.* *Virg.*

Spiritus intus alit, totaque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Non tamen, quod dicimus ab Spiritu Domini mundum impleri, ita eſt intelligendum, vt inſtar rerum, quæ corpore conſtant, locum occupet, ſed inſtar cauſæ, quæ conſeruat tam varia creaturarum genera, quibus mundus componitur, & ornatur. Hinc enim Spiritus eſt, qui dat elementis eſſe, plantis vitam, ſenſum animalibus, rationem hominibus, cognitionem Angelis, & intime rebus omnibus præſens, & aſſiſtẽs per propriam ſubſtantiam, quidquid in mundo eſt, altiſſimo prouidentiæ ſuæ conſilio gubernat, tuetur, ac diligit. Quoniam ab hoc eodem Spiritu mundus vitam accipiens, fungitur vice linguarum, quæ magnitudinem, ſapientiam, & potentiam ſui artificia conteſtantur, & communi voce promulgant: id enim ſibi volunt ea verba:

Sap. c. 1. *Et hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis*: videlicet, cælum, cuius amplexu omnia continentur, ſcientiam habet vocis, id eſt, librum habet apertum ad legendum, ſcribendum, & narrandum mirabilia Dei, vt ſcripſit David:

Pſal. 18. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum*. Eximius ille duorum mundi oculorum, ſolis nempe, atque lunæ, ſplendor, ſtellarum aureus fulgor, certus, & immutabilis orbium cæleſtium motus, mirabilis aſtrorum virtus, conſtans, & perennis in hæc inferiora planetarum illapſus, & tactus,

Sap. c. 1. *ſcientiam habet vocis*. Aer tanta volucrum diuerſitate, tanquam in propria, & a Deo data ipſis cauea, tot auium ſpecies recipiens, & earundem ſuauibus diuerſarum vocum accentibus vndequaque reſonans, *ſcientiam habet vocis*. Aqua cryſtal-

Sap. 9. linis fontibus, copioſis, varijſque fluminibus,

& mare amplum, & ſpatioſum infinita piſcium multitudine perfluum *ſcientiam habet vocis*. Terra fodinis argenti, atque auri locuples, floribus pulchra, & ornata plantis, ex quibus aliç guſtui, aliæ morbis curandis aptæ ſunt, *ſcientiam habet vocis*. Tanta beſtiarum differentia, & varietas animalium (quorum nonnulla ferocitate admirabilia; alia tractabilia, & manſueta, quædam ſolitudinem, alia ſocietatem appetentia, hæc fortia, & intrepida, illa timida, & nullius animi) *ſcientiam habet vocis*. Vnde vero tam infinitus, ac varius rerum creatarum numerus habere potuit ſcientiam, vel loquendi peritiam, per quas vel a natura datas, vel infuſas ideas factum eſt, vt rerum vniuerſitas tam ſuauem vnius vocem, auctorem ſuum vnanimiter laudãtis harmoniã, dulciſſimumque concẽtum efficiat? Aliunde certe id acceptum non eſt, quam a Spiritu ſancto, qui quaſi chori huius, & coſmicæ harmoniç dux & magiſter, creaturarum vocibus modulantium præeſt, eaſque moderatur, ac dirigit in laudem conditoris.

Gloſ. & Lyrannus ſuper c.1.ſap

Secundus ſenſus eſt, articulum (hoc) non ſignificare mundum, ſed referre ſpiritum, vt explicat gloſſa, & Lyra, ita vt hæc verba: *Hoc, quod continet omnia ſcientiam habet vocis*, indicent a Spiritu Domini non ſolum creaturarum voces, ſed earum principium, vnde illæ ortũ habent, & quidquid etiam tu tenui murmure ſuſurraueris, percipi omnino, & intelligi; nam vt gloſſa exponit; *Scientiam habet cuiuslibet dicti publici, vel ſecreti.*

Gloſſ. interl. ſuper. illud ſap. c.1.

Sed vt ad propoſitum reuocem orationem, etſi multum diuinus hic Spiritus ſuam oſtẽdat magnitudinem, eo quod contineat, circumſcribat, & impleat omnem mundi molem; multo magis excellit, minorem mundum, id eſt hominem complens. Nam licet mole ſit minor, dignitate tamẽ maior, ſpatioſior, & amplior eſt.

Plutarch. in Alex.

Id, vt alia nũc omittam, egregie indicauit Magnus ille Alexander, qui audiens ex quodam Philoſopho plures eſſe mundos, vt Plutarchus refert, etſi de maxima mundi parte, quã poſſidebat, gloriari poterat, ingemuit, quod non etiã eos, quos ille dicebat Philoſophus, imperio ſuo adiecuiſſet. Quod manifeſtum eſt argumentum, Alexandri animum mundo ipſo eſſe capaciorem, cum integra fere eius poſſeſſione, ac dominio potitus, adhuc ſibi vacuus eſſe videretur. Prçterea, quanta mẽtis humanç ſit capacitas, probare facile poſſumus, etiam ſi a rerũ, quas quotidie experimur, communi vſu non recedamus; nam ad tria capita rediguntur, quæcumque in precio habentur, & ab hominibus expetuntur. hæc autem ſunt diuitiæ, honor, voluptas; ſed hæc, vel eorum ſingula animæ noſtræ captum implere haud poſſunt. Primũ enim, ſi de ipſis in genere loquamur, doctrina S. Thomæ eſt, quæ recenſuimus tria, nõ eſſe vera bona, idque probat ex Dauide, ita de iuſtorum felicitate loquente: *Non minuentur omni bono.* Cum autem iuſtis honores, diuitiæ, & voluptates non adſint, immo etiam ab ipſis data opera vitentur, perſpicuum eſt, tam eſſe vilia, & contemnenda, vt in bonorum numerum referri non debeant. Quod ſi aliquando ſub meriti rationem cadant, non ſecundum ſe præciſe ſumpta, ſed catenus, quatenus animæ noſtræ ſaluti expedire videbuntur. Quamobrem ſi vera non ſunt bona, humanæ mentis capacitatem explere non poterunt. Secundo, vt ſigillatim de his tribus bonorum generibus aliquid diſſeram, quis eſt, qui neſciat, honoris, & fortunarum comites eſſe metum, & ſollicitudinem conſeruandi, quæ poſſidemus? Id vero ſemper animum angit, & torquet. quare vbi dolor, & conturbatio eſt, integra delectatio, & iucunditas eſſe non poteſt. Confirmatur etiam id ex Romanorum vſu, qui, vt ſcribit Sambucus in quodam emblemate, triumphum agentes, tintinnabula, & verbera ante pompam triumphi portabant, inſinuare volentes, eam felicitatem non eſſe doloris, & gemitus expertem. Quod etiam teſtatus eſt Palladius his verbis: *Aurum doloris eſt & curæ filius.* Sed præ ceteris melius diuinus id nos docuit Apoſtolus, loquens de diuitibus: *Inſeruerunt ſe* (ait) *doloribus multis*. Pagninus vertit, *trãsfixerunt ſe*. Vatablus, *immiſcenerunt ſe*: ſed melius noſtra vulgata, *inſeruerunt ſe*; quæ a Paulo vſitata metaphora, optime, & ingenioſe rei, de qua loquimur, naturã exprimẽte ponuntur. Notum enim eſt quoduis inſitum, ex alimẽto, & ſucco, quẽ ex arbore trahit, vigere, augeri, & creſcere. Ita locupletes arbori doloris, & perpetuç ſollicitudinis inſiti, dolore viuũt, dolore cõſeruantur, & dolore creſcẽtibus diuitijs pariter ipſi cumulãtur. Præterea ſicut fructus inſitiuus retinet aliquẽ ſaporem arboris, cui fuit inſitus, ac inſeminatus; ita diuitiæ, quoniam inſitæ ſunt dolori, habent innatam amaritudinem, & animi cruciatum. Quid vero de voluptate dicam, quæ a moleſtia, & dolore videtur eſſe remotior, & adeo aliena? Huius tam grauis eſt dolor, vt, teſte Iſidoro in Theologom. veteres ad eius vehementiam ſignificandam finxerint Prometheum, quod ignem cælo ſurripuiſſet, montis Caucaſi rupi eſſe alligatum, cuius iecur aquila vorax perpetuo depaſceret. Non enim aliter homo voluptatibus deditus excruciatur, & quia ignem Veneris, & Cupidinis admiſit, pro libertate vincula, pro delectatione dolorem experitur, & duris inhoneſti amoris compedibus illigatus, conſcientiæ verme animum rodente, angitur, & torquetur. Optime hoc nouerat eximius Græcorum orator Demoſthenes, qui (vt refert Aulus Gellius) veniens Corinthum, cuiuſdã inclytæ meretricis domum cum adiiſſet, & illa pecuniæ magnam vim flagitaſſet, reſpondiſſe dicitur: *Ego pœnitere tanti nõ emo.* Quare ſi honores, fortunæ, & voluptates doloribus vndequaque affluunt, fieri quidem non poteſt, vt mẽs noſtra illis ſatietur, expleatur, aut quieſcat. Veniat ergo diuinus Spiritus ad implendã totam animæ noſtræ vacuitatem, quod ab ipſo ſolo fieri poſſe, vt indicaret Lucas, dixit de Spiritu ſancto, in forma aeris validi, & vehementis in cœnaculum ſuper Apoſtolos deſcendente: *Repleuit totam domum, vbi erant ſedentes.* Nullum enim receſſum, nullum angulum reliquit, qui eius non

fuç-

S. Thom. 2.2 q. 4.

Pſal. 33.

Sambucus in emblem.

Paladius.

Ad Tim. 6.

Iſid. in theo.

Aulus Gell. l. 1. c. 8.

Act. 2.

fuerit maieſtate completus. Quod pariter etiam noſtris mentibus immiſſus ita copioſe præſtat, vt fide intellectum, charitate voluntatẽ, oculos pudore, linguã temperantia, manus liberalitate, pedes feſtinatione afficiat, ſoluſque omnem humanæ mentis repleat capacitatem; quod rerum omnium creatarum vniuerſitas, vt diximus, efficere minime valet. Vt autem Dei Spiritus id animæ præſtet, neceſſe eſt illam ab omnibus terræ delicijs eſſe vacuam, & liberam, vt per figuram idem nos docuit Spiritus, qui daturus myſticum illud oleum viduæ, iuſſit, vt

4. Regum. 4. inania vaſa præpararet: *Pete (inquit) vaſa vacua, non pauca*, & quæ vacua, & inania erant impleuit, quæ autem alio liquore plena erant reliquit, ita quoque, vt Spiritus ſanctus animam oleo ſuorum donorum expleat, opus eſt prius eandem exinaniri his, quæ Spiritus ſancti gratiæ

Exodi c. 17. aduerſantur. Scimus hac etiam de cauſa iuſſum a Deo in Exodo, vt altare ſibi fieret non ſolidum, ſed inane, & cauum intrinſecus ad recipienda ligna, & ignem: quo docuit, cor hominis, quod eſt altare ſacrificij, & immolationis Deo faciendæ, vacuum eſſe oportere terreſtribus affectibus, aliter enim diuini amoris capax eſſe non poterit, nec ſancti Spiritus recipere afflatus, ſeu inſpirationes, quæ ſunt quaſi faſciculi, ac ligna, quibus diuinus hic ignis alitur in nobis, & augetur. Demum ſicut anima vitam corpori dat, & illud conſeruat (nam hoc eius præcipuum eſt officium) ita quoque Spiritus Domini infuſione ſuæ gratiæ, & præſentiæ ſuæ dignitate animam viuificat, & exornat, eius ſubſtantiæ magis intrinſecus, quam ipſa corpori eſt. id tamen modo diuerſo: nam anima corpus informat, Deus autem tamquam cauſa efficiens animæ vitam largitur. Vnde quemadmodum animæ ſeparatio a corpore eiuſdem eſt calamitas, diſſipatio, & mors; ita diuinus hic Spiritus ſi ab anima recedat, protinus grauiſſimam omnium miſeriam, ac mortem ipſam anima incurrit, vt ipſemet his verbis ſignificauit:

Oſee c. 9. *Væ eis cum receſſero ab eis*. Vtrumque optime declarauit Auguſtinus in ſermone de verbis

Aug. ſer. 30 Apoſtoli: *Sicut anima*, inquit, *eſt vita corporis, ſic animæ eſt Deus: & ſicut expirat corpus cum animam emittit; ita expirat anima cum Deum amittit: anima emiſſa mors corporis; Deus amiſſus mors animæ: mors corporis neceſſaria; mors animæ voluntaria.* Hinc ergo, ſicut anima a corpore diſcedente omnes eius ceſſant operationes, motuſque vitales; ſic abſente diuino Spiritu omnia animæ noſtræ opera intermittuntur, nihilque ab ea fieri poteſt, quod vitam æternam mereatur. Itaque accidit animæ, quod cælo: ſiquidem quemadmodum in orbe cæleſti duplex eſt motus, vnus proprius, & alter raptus, quo a primo mobili circumuoluitur; ſic animæ motus eſt proprius, nempe ipſius appetitus inordinatus, & effrenis, quo legi reſiſtit diuinæ. Quando vero rapitur ad eius obſeruantiam, reprimendum appetitum, parcendum iniurijs, macerandum carnis laſciuiam, motus ille a Spiritu ſancto eſt, qui tamquam præcipuus motor, primumque mobile facultates animæ regit, mouet, & rapit ad ſe, vt in diuinorum præceptorum cuſtodia non quieſcat, ſed perpetuo potius greſſu etiam diuina conſilia obſeruare feſtinet. Cui ſit honor, & gloria in in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Decima.

Proprium eſſe Spiritus ſancti animis noſtris afferre concordiam: & quantum illa in quouis hominum ordine, ac vitæ genere valeat, præſertimque in Religionibus.

QVAM VIS vniuerſa hæc mundi machina, & omnia, quæ in ea degunt, vnus tantum mundus exiſtant, veteres tamen prudenter illum in plures mundos diuiſerunt: quorum primum, & ſupremum dixerunt angelicum, quod Angelorum cœtum conſtituit. Secundum vocauere cæleſtem, quoniam cælorum orbibus conſtat. Tertium elementalem, qui quatuor elementa complectitur; in quibus omnibus, ſi diligenter conſideramus, ignem eſſe reperiemus. Nam in angelico cæleſtes ſunt ſpiritus, vocati Seraphim, quod nimio ſui auctoris ardore inflammentur: in cæleſti adeſt ſol, qui fulgurantibus radijs terram calefacit, & elementorum ſphæram ignis occupat. Cum igitur Deus nouum hunc mundum ſpiritualem, videlicet Eccleſiam ſuam, inſtar mundi corporei condidiſſet, voluit in ea non deeſſe ignem, ideoque hodie Spiritum ſuum ſub igneis linguis ad ipſam legauit. Quamuis autem propter varios, & mirabiles ignis effectus explicare poſſimus, quos diuinus hic Spiritus in animabus eius igni flagrantibus producere ſolet; nunc tamen ſolum

ſolum præmittam, quanta ſit ignis virtus ad inferendam rebus vnitatem, vt inde, quid nobis diuinus Spiritus præſtet, eluceat. Ignis ergo vis ad vnienda diuerſa tanta eſt, vt nulla vaſorum ex ferro, ære, vel alio quolibet metallo conflatorum ruptio, aut diuiſio tanta eſſe poſſit, quæ igni integrari, & vniri non queat. Idem quoque in ſpiritualibus experimur; fieri enim non poteſt, vt peccati ruina, & damnum aliter reſarciatur, quam per ignem charitatis, quæ cum propria ſit Spiritus ſancti, & ab eo procedat, ipſi quoque ſimillima eſt; ideoque quemadmodum Spiritus ſanctus eſt nexus Patris, & Filij, ſic ignis amoris, & charitatis, quam ille animabus infundit, particeps eiuſdem ardoris, & virtutis exiſtens, diuiſam a Deo animam, ad vnitatem cum ipſo, & proximo reducit. Hanc declaraturus Apoſtolus, eum vnitate, quæ eſt inter corpus, & membra, comparauit. Ait enim: *Multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.* Digna certe Pauli ingenio comparatio: in primis enim amicitia, concordia, & fœdus, quod eſt inter membra, & corpus, tam eſt conforme, & conſentiens, vt nec inferius membrum inuideat ſuperiori, nec ſuperius contemnat infimum, immo, vt dixit idem

Paul. epiſt. 1. ad Corin. c. 12. Apoſtolus: *Non poteſt autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo.* Nam corporis membra quoad facere poſſunt, mutuo ſe adiuuant; oculus prælucet pedi, & pes oculum portat; nullum eſt inter ipſa odium, vel diſſenſio: nec vnquam aliquis, quia linguam momordit dens, eum ab ore proiecit, nullumque membrorum plus accipit nutrimenti, quam indiget, ſed proximo, quod ſupereſt, relinquit, immo ſi quando plus iuſto recipiat, corrũpi, & ſuppurare ſolet: quæ omnia ex Pauli verbis deducta nobis ante oculos ponunt, quãti momenti animorũ conformatio, & cõſenſio ſit. Veruntamen, vt doctrina hæc animis Chriſtianorum melius inſideat, verba Dauidis, quæ huic propoſito maxime conueniunt, exponamus:

Pſal. 132. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Singula verba perpendamus, & explicemus, ſunt enim plena myſterijs: *Ecce quam bonum, &c.* Tanti momenti, & vtilitatis eſt inter fratres vnanimitas, vt quemadmodũ humani corporis ſanitas, & ſalus a coniunctione animæ cum corpore dependet, ſic etiam dignitas, & pulchritudo, & vita myſtici corporis, quod Chriſtiana eſt religio, in concordia, & communi animorum conſenſu nitatur. Contra vero, ſicut omnis corporis humani infelicitas, & calamitas oritur ab animæ ſeparatione, & nexus vtriuſque ſolutione, qua ſuperueniente corpus continuo corrumpitur, & putridis vermibus depaſcitur; ita etiam grauiſſimum omnium infortunium, ac malum eſt, quando hoc myſticum corpus noſtræ Religionis, vel cuiuſuis alterius contubernij ſocietas diuiditur, & diſtrahitur factioſa animorum diſſenſione, qua dominante, non poteſt eſſe religioni, ac virtuti locus, ideoque ſemper arrodente diſcordiæ vermiculo decreſcat neceſſe eſt. Hoc nobis præ oculis ponit ſtatua Nabuchodonoſor, quæ auro, argento, ære, ferro, & luto conſtabat, quam ideo potuit a vertice montis decidens lapillus proſternere; & in fruſta diuidere, quoniam lutum metallo non cohæret, quæ cum inter ſe diuiſa eſſent, partius ille ictus irruentis lapidis ingentem molem, & mirabilem ſtatuam ſolo coæquauit. Dan. 2 Non aliter in ſacra Religione, alijſque hominum ſodalitijs, ſi non conueniant ſinguli, & animis conformentur, quæuis aduerſitas, etſi parui momenti videatur, ſatis erit; vt paulatim ceſſante concordia, religio, & virtus dilabatur. Merito ergo à regio Propheta dictum eſt: *Ecce quam bonum, & quam iucundum, &c.* Nec enim ſolum vtilis eſt concordia, ſed etiam grata, & iucunda, qua vigente procul abeſt omnis triſtitia, & mœror, procul odium, & ſolatij inimica ſimultas eſt. Aegyptij Rempublicam bene ordinatam, & pacificam ſignificare volentes, pingebant barbiton cum epitonijs, ſiue verticulis, cum omni chordarum diuerſitate, in cuius medio hæc erat inſcriptio: *Temperata delectat.* Fidium varia erant genera, hypate, parhypate, lichanos, paramese, paranete, ac nete, quæ varium quoque reddentia ſonitum, ſignificant diuerſos eſſe mores hominum, & diſſimilia ingenia eorum, qui in communitate viuunt. Verticuli autem, quibus fides, ſeu chordæ tenduntur, & firmantur, innuunt regulas, & conſtitutiones, quibus temperatur illa varietas, & in officio communitas continetur. Barbiti vmbilicus, ſeu laqueus elaboratus, ſignificat laqueum, ſeu vinculum amoris, quo mutuo idem profitentes inſtitutum irretiri debent; & ſicut ille in medio barbiti, ſic etiam amor hic, & charitas in centro humani corporis, id eſt, in corde ſedẽ ſuam collocauit. Inſcriptio, vt dixi, erat: *Temperata delectat;* quoniam ſicut barbiti chordæ, quamuis diſſimiles, ſi temperentur, & ad debitam ſoni proportionem redigantur, harmoniam efficiunt auribus gratiſſimam; ita etiam animorum diuerſitas ſi ad concordiam reuocetur, magnam affert in communitate degentibus lætitiam, & iucunditatem, vt Dauid teſtatus eſt: *Quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Sicut vnguentum, quod deſcendit in barbã, barbam Aaron: ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion.* Prius breuiter totam ſeriem huius Pſalmi explicemus, deinde propoſiti argumenti tractationem proſequamur. Refert Incognitus in commentario huius Pſalmi, quod poſtquam Dauid accepit poſſeſſionem regni Iſrael, quando venerunt omnes tribus ad illum in Hebron, dicentes: *Ecce nos os tuũ, & caro tua ſumus;* 1. paral. 11 & duxerunt ipſum in Regem ſuper totum Iſrael: tunc Dauid videns omnes vnanimes, & inter ſe vnitos ſub eodẽ cultu vnius Dei, ac ſub vno principatu, & ſub vno Rege, cœpit exclamare: *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Pſal. 132.

Ob-

Obſeruandum primo, duplicem poſſe eſſe vnitatem inter fratres. Prima eſt Deo deteſtabilis, cum tamquam corpus compactum ſquamis ſe prementibus, ſe inuicem ad malum iuuant. De hac vnitate loquens D. Bernardus ſuper hunc locum, ait: Alia eſt vnitas Sanctorum, quę pleriſque locis Scripturarum commendatur; alia facinoroſorum, quæ ex eiſdem Scripturis improbatur: de hac enim ſcriptum eſt: *Aſtiterunt Reges terra, & principes conuenerunt in vnum.*

Pſal. 2.

Huius vnitatis, quam verius dixerim factionis, damna contemplatus D. Gregorius, ait: *Qui diuiſi corrigi poterant, in iniquitatum ſuarum pertinacia vniti perdurant.*

Gre. 33. moral. c. 35.

Et tanto magis quotidie ad cognitionem iuſtitiæ ſeparabiliores ſunt, quanto a ſe inuicem nulla increpatione ſeparantur: nam ſicut eſſe noxium ſolet, ſi vnitas deſit bonis, ita perniciosum eſt, ſi non deſit malis, peruerſos quippe vnitas corroborat, dum concordant, & tanto magis incorrigibiles, quanto vnanimes facit. De hac vnitate reproborum per Salomonem dicitur: *Stuppa collecta ſynagoga peccantium.*

Eccles. 21.

Alia eſt vnitas ſancta, & Deo grata, fratrum ſcilicet concordia in bono, & ad bonum. & de hac intonat Dauid: *Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum.*

Pſal. 132.

Cum autem ait: *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron,* nomine vnguenti Spiritum ſanctum intelligit: nam, vt ait Gregorius, olei, vel vnguenti nomine, ipſa Spiritus ſancti vnctio deſignatur; de qua per Prophetam dicitur: *Computreſcet iugum a facie olei.*

Ibidem.

Greg. 10. moral. l. c. 3. Iſa. 9.

Per Aaron Chriſtus ſignificatur ſummus ſacerdos, prout his verbis egregie diſſerit D. Iſidorus: Aaron frater Moyſi, & inſignis miraculorum ſocius, ac in lege Domini ſummus ſacerdos, cuius virga, ſorte electa, frondens germine floruit; qui thuribulum in dextera geſtãs, furenti ſe flammæ oppoſuit, atque ſtans inter viuos, & mortuos, noſtrum mediatorem figurans, obiectu ſui corporis ignem tranſire ad aggerẽ viuentium non permiſit.

Iſid. de obitu ſ. Patru.

Ipſe ergo Aaron Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, & vnguenti plenitudo in eo eſt.

Num. 16.

De plenitudine autem eius vnctio huius olei deſcendit in Apoſtolos, quos per barbam apte intelligit Dauid: quia eum per hanc viri à feminis ſecernantur, virilitatem denotat, quæ in ipſis valde emicuit; cum pro fide catholica vſque ad effuſionem ſanguinis viriliter propugnarint. Et hinc eſt, quod Diogenes interrogatus, vt refert Incognitus in Pſalm. 132. quare magnam barbam haberet, reſpondit: vt eam tangendo me ſubito virum eſſe meminerim. Quod ſubdit: *Quod deſcendit in oram veſtimenti eius*: per oram, quæ eſt extrema pars veſtis, reliqui iuſti intelliguntur, in quos a capite Chriſti per Apoſtolorum prædicationem Spiritus ſancti vnctio deriuata eſt. Porro quod addit: *Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion*; id eiuſdem vnctionis communicationem alijs verbis exprimit. Et quidem cum mons Hermon trans Iordanem paruus mons exiſtat; mons autem Sion

ſit altior circa idẽ flumen, putat Incognitus rorem Hermon deſcendere non potuiſſe in montẽ Siõ: vnde oportet ad myſticũ ſenſum confugere. Ros ergo Spiritus ſancti gratiam præſignificat, qua quidem fratres habitant in vnum: non quidem ex proprijs viribus, ſed ex dono Dei, ſicut ros de cælo, quem non mittit Deus terræ, tamquam debitum, ſed tamquam donum. Hermon vero Chriſtum deſignat: nam ſicut Hermon lumen exaltatum interpretatur, ita Chriſtus lumen de lumine, vt loquuti ſunt Patres Symboli Nicæni, & verus ſol iuſtitiæ in die Aſcenſionis ad dexteram Patris exaltatus fuit. Per montem autem Sion fidelium congregatio venit intelligenda: nam ſicut Sion ſpecula interpretatur, ita fideles nunc per fidem Deum ſpeculantur. Deſcendere ergo rorem à monte Hermon in montem Sion, erit quidem Spiritus ſancti gratiam à capite Chriſti in Eccleſiam ordinate deſcendere. Non contentus autem regius Vates vnitatis pulchritudinem deſcripſiſſe, vtilitatem non reticens, tandem concludit: *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionẽ, & vitam vſque in ſæculum.*

Pſal. 132.

Hoc enim eſt præmium, vt tradit Auguſtinus in commentario huius loci, quod iuſti charitatis concordiam obſeruantes, Deum laudent, & benedicant, & vitam promereantur æternam. Ad rem ergo noſtram redeuntes, Diuus Auguſtinus in commentario huius Pſalmi verſans præcitata verba: *Quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum,* ait: *Iſta verba Pſalterij, iſte dulcis ſonus, iſta ſuauis melodia monaſteria peperit.* & ſubinde addit: *Ad hunc ſonum excitati ſunt fratres, qui habitare in vnum concupierunt: iſte verſus fuit tuba ipſorum*; iſte inquam verſus, quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.

Aug.

Et quamuis hæc animorum vnitas omnibus vitæ generibus, & conditionibus neceſſaria ſit, & fructuoſa, ordini tamen religioſorum fructuoſior, & neceſſarior eſt, & ad quos maxime hæc pacis, & concordiæ obſeruantia pertinet, vt ex Prophetæ verbis apparet. Nam vbi vulgatus interpres dicit: *Qui inhabitare facit vnius moris in domo*: Symmachus traducit: *Qui combinare facit combinationes fratrum inter ſe.*

Pſal. 67.

In hanc etiam ſententiam Ezechiel dixit a ſe viſum currum, quem trahebant quatuor animalia diuerſæ naturæ, & conditionis, homo nempe, leo, aquila, & bos, quæ etſi contraria, quoniam tamen eodem iugo premebantur, ſiſtebant, vel currebant concorditer, neque vnum animal alteri repugnabat, vt verba Ezechielis docent: *Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebãtur.*

Ezechiel c. 1.

Optimum eſt hoc exemplum, & egregia ſimilitudo fraternæ charitatis, quæ inter viros eſſe debet religioſos: nã licet multi ſint in religione moribus, & ingenio diſſimiles, hic piger, & lẽtus, alter feſtinus, & iracũdus; vnus lętus, alter triſtis; quidã affabilis, alius durus, & ſeuerus, quia tamen ſub eodem charitatis, & inſtituti iugo tenentur, viuere debent pacifici, & ſine alterius offenſione

concordes. Sed animaduertendum hoc loco duxi, quod ſicut ad huius vnitatis, & confraternitatis conſernationem, & augmentum oportet, *vt alter alterius onera portemus*; ita etiam neceſſarium eſt, & ſalutare, vt quicumque duri, & moroſi ingenij ſe eſſe nouit, corrigat illud, & caute agat, ne ceteris occaſionem impatientiæ, & offenſionis præbeat. Habacuc præclara vſus metaphora dixit, quod inter homines religioſos quotidiano experimento cernimus; *Faciet homines ſicut piſces maris*. Quæ verba declarans Ambroſius, inquit, inter omnia animalia nullū
Habacuc. 1. eſſe piſce intractabilius; nam vrſus aluearijs, & prędis natus, arte, & vſu hominum ferociam exuit, trepudia diſcit, ac ludum; leo, qui natura ferox, & immanis eſt, ſolet etiam manſueſcere, & non ſolum homini, ſed etiam mulieri (vt noſtra vidimus ætate) ſubijcitur, ac morem gerit, quem illa tamquam catellum regebat. Narrat Suetonius in vita Tiberij, eum ſolitum delectari ſerpente tantæ manſuetudinis, vt de manu Imperatoris cibum ſumeret: & quod mirabilius eſt,
Sueton. c. 37 Hyrcaniæ tigres ferociſſimæ aſſidua hominum tractatione non ſemel miteſcere viſæ ſunt. vnde ſanctus Iacobus in Canonica vere dixit: *Omnis natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpentium domantur*, piſces vero nullus hominum vidit man-
S. Iob c. 3. ſueſcere, vel ſaltem tactum manus patienter ferre ſolitos, immo refugos, & indomitos, ac nullo tandem artificio tractabiles. Huius ergo naturæ non pauci ſunt in monaſterijs, de quibus vere dici poteſt: *Facies homines ſicut piſces maris*. Nam quantumuis cum ipſis benigne, quantumuis comiter, & affabiliter agas, ſemper agreſtes, & inhumani, toruo vultu, & ſeuero ſupercilio ſunt erga proximum, adeo, vt qui cum ipſis habitant, vel confabulantur, ſingulari egeant tolerantia, & prudentia, ne fraterna charitas, & animorum conſenſio turbetur. Sunt huiuſmodi homines herinaceis ſimiles, qui te quacunque illos parte tetigeris, propter ſpinarum denſam multitudinem neceſſario pungent, & lædent. Qui ergo tali morbo laborant, tenentur cautius viuere, naturæ ſuæ, aut prauæ conſuetudinis vitium caſtigantes, ne alijs ſint ſcandalum, & lapis offenſionis, ſed potius communis quies, ac fratrum conſenſus retineatur, & floreat. Hoc nomen, *vnio*, vt notum eſt, non ſolum ſignificat coniunctionem, ſed etiam gemmam, ſeu margaritā: quod etſi poſſemus dicere factum non abſque myſterio, vt intelligeremus, animorum vnionē ſiue concordiam eſſe inſtar precioſiſſimi lapidis, & pluris quam gemmam, ſeu margaritam quamcumque æſtimari debere: ratio tamen vera huius ſignificationis eſt, quam reddit Plinius his verbis: *Dos omnis vnionum eſt in candore, magnitudine, orbe, lauore, & pondere, haud promptis*
Plin. lib. 9. c. 37. *rebus, in tantum, vt nulli duo reperiantur indiſcreti: vnde nomen, vnionem, Romanæ ſcilicet impoſuere delitiæ: nam apud Græcos non eſt, nec apud barbaros inuentores eius aliud quam margarita*. Hoc autem, quod de duplici ſignificatione vnionis dictum eſt, ideo animaduertendum duxi, vt cognoſcamus, quēadmodum ſunt vniones, ſeu lapides precioſi adulterini, qui, quod nō ſunt, apparent; ſic etiam charitatem fraternam eſſe interdum fictam, & falſam, quæ palam videatur beneuola, clam vero infeſta proximo, & fratri ſit, eius famam, & honorem, quoties occaſio ſe offert, grauiter offendens, & vanis, ac falſis detractionibus obſcurans. Quorum ſimulatā amicitiam acutè depinxit Aeſopus in ſuis apologis: fingit enim, & inducit leonem a paſtore interrogantem, vidiſſetne ceruum, qui fugiens euaſerat, ne ab ipſo caperetur: cui paſtor alta voce reſpondens, a ſe non viſum, interim manu indicabat locum, vbi ceruus latitabat. Idem faciunt, qui ſimulanter amant, verbis quidem ſuaues, ſed operibus acerbi, & inimici, de quibus recte dici poteſt, ꝙ olim dicebat Iſaac: *Vox Iacob eſt, ſed manus ſunt Eſau*. quod nequaquā fieri debet, Ioanne in ſua Canonica ſic nos admonente: Gen. 27. *Fratres non diligamus verbo, & lingua, ſed opere, & veritate*: nam vt dixit Gregorius: *Probatio amoris, exhibitio eſt operis*. Quod pariter Auguſti- 1. Ioan. 3. Gregor. nus in tractatu ſuper Ioannem his verbis, illius acumine, & ſpiritu dignis, noſtroque propoſito Aug. conuenientibus atteſtatus eſt: *Habeamus fratres pacem proximis, habeamus pacem columbinam; oſculantur enim ſe columbæ, oſculantur, & corui: in columbis vera pax, in coruis falſa pax, quia oſculantur, & laniant*. Quamobrem vnanimitas, & fraterna concordia, in qua lętitiam, & tranquillitatem ſpiritus ſitam eſſe Deus vult, & quā David laudat, & admiratur, non debet eſſe ficta, & tecta, ſed vera, & ſincera; ſic enim fiet, vt de illa vere dicere poſſimus: *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum*.

Veruntamen excutiamus diligentius, & ponderemus vocem illam: *In vnum*; ſic enim ſciemus, quam magna eſſe debet vnitas voluntatū, & quam arcta hæc animorum coniunctio. Primum Chriſtus nobis id declarauit, inquiens: *Rogo Pater, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus*. Nō- Ioan. 17. ne ſatis eſſet Domine, vt hæc vnitas ſimilis ſit ei, quæ eſt in cohorte militum eidem duci ſub vno eodemque vexillo parentium, & militantium? minime, ſed ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Nunquid non ſufficiet tantam inter fratres eſſe concordiam, quanta eſt inter corpus, & animā, ex quibus compoſitum ſit vnum? minime, ſed ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Non ſatis eſſet ſaltem, vt talis hæc ſit vnitas, qualis erat inter fideles naſcentis Eccleſiæ temporibus, de quibus dixit Lucas: *Erat cor vnum, & anima vna*? minime, ſed ſint vnum, ſicut, & nos vnum ſumus. Tandem o Domine Ieſu, non ſufficiet Act. 4. hanc conferre animorum cōformationem cum illa vnione, quæ eſt inter diuinum Verbum, & Chriſti humanitatē, quæ adeo fuit arcta, vt nec morte fuerit vtriuſq vinculū ſolutū? minime, ſed ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Manifeſtum quidem, & indubitatum eſt, animorum, &

vo

Digitized by Google

voluntatum vnitaté eſſe non poſſe tantam, quáta eſt inter Patrem, & Filium; veruntamen cum inquit Chriſtus: *Vt ſint vnũ, ſicut & nos vnum ſumus*, docet nos apertiſſime, quam magna, & ampla eſſe debeat animorum coniunctio, quam Chriſtus comparauit cum vnitate omnium maxima, & arctiſſima, qualis ea eſt, quæ inter Patrẽ, & Filium, eiuſdem naturæ participes. Sed quãuis fraterna vnio, & vnanimitas longiſſime abſit ab hac in diuinis perſonis vnione, vel potius vnitate, ad quam noſtra non poteſt, quantumuis annitatur, accedere; vtile tamen erit explicare, quomodo fraterna vnitas valeat imitari diuinam. Qua de re tres inuenio Patrũ fuiſſe ſententias. Prima eſt Cyrilli ſuper dicta verba: *Rogo te Pater, vt ſint vnum, &c.* ita dicẽtis: *Rogo Pater, vt ſint vnius voluntatis, ſicut & nos ſumus.* Nam quẽadmodum inter Patrem, & Filium vnus eſt intellectus, & voluntas vna, & conſequenter idem intelligere, & idem velle, vel nolle; ſic etiam vult inter nos nullam eſſe opinionum diuerſitatem, & repugnantiam ſententiarum, ſed, vt iuxta Apoſtoli Pauli verba idem ſapiamus, quippe diſcordia ſententiarum, & mentium facile parit diſſenſionem voluntatum, cum graui diſpendio, & detrimento charitatis, vt ſignificauit Habacuc, dicens: *Facta eſt contradictio potentior: propter hoc lacerata eſt lex.* Nõ negauerim opus eſſe aliquando, immo & neceſſarium alijs contradicere, & refragari; cauendum tamen nobis eſt, ne id moleſtis, aut aſperis verbis, ſed humanis, & placabilibus faciamus, Iob imitantes, qui, amicis nonnulla verba imprudenter aduerſus eum dicentibus, quibus eius animus nõ immerito irritari poterat: *In his omnibus non peccauit labijs ſuis*; quod alij ſic interpretantur: *Nullum verbũ locutus eſt Iob quod non eſſet ſale conditum.* Si vero aliquando contingat inter fratres aliqua verba dici minus ordinate, quibus naſcatur animorũ offenſio, diuiſio ſententiarum, & diuerſitas opinionum, non debent, qui hæc vident, ſtatim ſubuerti, & ſcandalum pati, exiſtimantes propterea iam actum de religione, & fraternam charitatẽ extinctam, vel diſſipatam. Nam ſorores erant Martha, & Magdalena, & quidẽ ſanctę ſorores, opinionum tamen varietate diſcordes Chriſtum hoſpitio excipientes. Magdalena nãque cenſuit vtilius, & conuenientius eſſe, Chriſti pedibus aduolutam illum contemplari; ſed contra Martha melius, & opportunius iudicauit occupari circa Chriſti conuiuiũ, & curare diligenter, quæ ad ipſum reficiendũ erant neceſſaria. vnde apud Chriſtum de negligentia ſuæ ſororis ita conqueritur: *Non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolã miniſtrare? dic ergo, vt me adiuuet.* Ecce manifeſtum inter vtramque diſcrimen opinionum. Sed ne id adeo mireris, audi quid de Petro, & Paulo ſcriptum ſit: *In faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat.* Immo & inter Angelos ipſos, cælique beatos ſpiritus narrat Daniel diſſidium fuiſſe mentium: nam populi Dei cuſtos Angelus dixit, Angelum cuſtodem Perſarum ſibi reſtitiſſe: *Princeps Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus*; quod faciebat, vt Perſæ, commorantibus cum illis Iſraelitis, aliquid boni ex illorum contubernio, acciperent: contra vero Iſraelitarum Angelus vrgebat Dei populum, vt a Perſis diſcederet, ne malo illorum exemplo à vero Dei cultu degenerans, Idola cum ipſis veneraretur. Mirabilius autem eſt, inter ſacratiſſimam Virginem, & eius vnicum Filium, vt quidam exponunt, fuiſſe varietatem ſententiarum: nam illa in nuptijs Canę Galilçæ, cenſebat, antequam vinum deficeret, ne inopia cognoſceretur, prouidendum, & multiplicandum; Chriſtus vero aliter, vini defectum prius videri, & notum omnibus eſſe oportere, ac poſtea vinum ſupplendum iudicauit, vt magis eius poteſtas in edendo miraculo ſplendeſceret. Sed, vt omnem deponant ſtuporem, qui de fratrũ diſſidio religioſorum mirantur, animaduertant quæſo, quod omni admiratione digniſſimum eſt, in ipſo Chriſto ſententiarum fuiſſe varietatem: ſiquidem pars animæ inferior aiebat: *Si poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte*; pars autem ſuperior dicebat: *Veruntamen non mea, ſed tua fiat voluntas.* Si ergo inter ſanctos terræ homines, & cæli incolas Angelicos ſpiritus, necnon inter Filium, & Virginem, immo & inter Chriſti ſuperiorem, & interiorem portionem nonnulla viſa eſt diuerſitas appetituum, non vtique mirum eſſe debet, quod inter eiuſdem religionis profeſſores, & domus eiuſdem habitatores voluntatum, & iudiciorum diſcordia, & diſſenſus reperiatur. Procurandum tamen, & cauendum grauiter, ſi quando aliqua verborum, vel rerum offenſiuncula inter ipſos oriatur, vt ſtatim mutuo concilientur, & componantur, & iuxta Chriſti præceptũ ſol ante illorum reconciliationem non pergat ad occaſum: *Non occidat*, inquit, *ſol ſuper iracundiam veſtram.*

Secunda interpretatio ſuper verba: *Rogo Pater vt ſint vnum, &c.* eſt Athanaſij, ſic explicantis: *Rogo Pater, vt ſint perſeuerantes in vnione charitatis, ſicut & nos perſeuerantes ſumus.* Vult enim Chriſtus inter ſuos amorem eſſe perfectum, charitatem firmam, & permanentem dilectionem, quæ nõ ſit ad tempus, neque mutabilis, & varia, vt ſolet eſſe puerorum dilectio, quæ facile defluit tamquam aqua ex cribro, & quæ leui occaſione minuitur, ac tepeſcit. Deus quondam ſignificaturus firmitatem, & conſtantiam, quam in amore, & charitate cupiebat, iuſſit (vt legimus in Paralipomenis) ad templi portas erigi columnas duas fortiſſimas, altitudinis decem, & octo cubitorum, in quarum vertice inſculperentur mala granata, per quę ſignificatur amor, & charitas, quippe non ſolum granis abundant, ſed illa omnibus videntur offerre, & operatione ſpontanea quaſi inuitare ad fructum carpendum, & veſcendum, quod proprium eſt charitatis, & veri amoris, nihil proprium habere ſcientis. Et quẽadmodum malũ granatum inter omnes fructus corona inſignitur, ſic inter omnes virtutes charitas gerit coronam, quaſi omnium regina virtutum, & per illam reliquæ vitam merentur æter-

Margin notes (left column): Cyrill. l. 11. c. 10. — Philip. 3. — Habacuc. 1. — Luc. 10. — Gal. 2. — Daniel. c. 10.

Margin notes (right column): Matt. 26. — Ephe. 4. — Athanas. — 2. Paral. l. c. 3.

concordes. Sed animaduertendum hoc loco duxi, quod ſicut ad huius vnitatis, & confraternitatis conſeruationem, & augmentum oportet, *vt alter alterius onera portemus*; ita etiam neceſſarium eſt, & ſalutare, vt quicumque duri, & moroſi ingenij ſe eſſe nouit, corrigat illud, & caute agat, ne ceteris occaſionem impatientiæ, & offenſionis præbeat. Habacuc præclara vſus metaphora dixit, quod inter homines religioſos quotidiano experimento cernimus: *Faciet homines ſicut piſces maris*. Quæ verba declarans Ambroſius, inquit, inter omnia animalia nullũ eſſe piſce intractabilius; nam vrſus aluearijs, & prędis natus, arte, & vſu hominum ferociam exuit, trepudia diſcit, ac ludum; leo, qui natura ferox, & immanis eſt, ſolet etiam manſueſcere, & non ſolum homini, ſed etiam mulieri (vt noſtra vidimus ætate) ſubijcitur, ac morem gerit, quem illa tamquam catellum regebat. Narrat Suetonius in vita Tiberij, eum ſolitum delectari ſerpente tantæ manſuetudinis, vt de manu Imperatoris cibum ſumeret: & quod mirabilius eſt, Hyrcaniæ tigres ferociſſimæ aſſidua hominum tractatione non ſemel miteſcere viſæ ſunt, vnde ſanctus Iacobus in Canonica vere dixit: *Omnis natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpentium domantur*, piſces vero nullus hominum vidit manſueſcere, vel ſaltem tactum manus patienter ferre ſolitos, immo refugos, & indomitos, ac nullo tandem artificio tractabiles. Huius ergo naturæ non pauci ſunt in monaſterijs, de quibus vere dici poteſt: *Faciet homines ſicut piſces maris.* Nam quantumuis cum ipſis benigne, quantumuis comiter, & affabiliter agas, ſemper agreſtes, & inhumani, toruo vultu, & ſeuero ſupercilio ſunt erga proximum, adeo, vt qui cum ipſis habitant, vel confabulantur, ſingulari egeant tolerantia, & prudentia, ne fraterna charitas, & animorum conſenſio turbetur. Sunt huiuſmodi homines herinaceis ſimiles, qui te quacunque illos parte tetigeris, propter ſpinarum denſam multitudinem neceſſario pungent, & lædent. Qui ergo tali morbo laborant, tenentur cautius viuere, naturæ ſuæ, aut prauæ conſuetudinis vitium caſtigantes, ne alijs ſint ſcandalum, & lapis offenſionis, ſed potius communis quies, ac fratrum conſenſus retineatur, & floreat. Hoc nomen, *vnio*, vt notum eſt, non ſolum ſignificat cõiunctionem, ſed etiam gemmam, ſeu margaritã: quod etſi poſſemus dicere factum non abſque myſterio, vt intelligeremus, animorum vniõnẽ ſiue concordiam eſſe inſtar precioſiſſimi lapidis, & pluris quam gemmam, ſeu margaritam quamcumque æſtimari debere: ratio tamen vera huius ſignificationis eſt, quam reddit Plinius his verbis: *Dos omnis vnionum eſt in candore, magnitudine, orbe, læuore, & pondere, haud promptis rebus, in tantum, vt nulli duo reperiantur indiſcreti: vnde nomen, vnionem, Romanæ ſcilicet impoſuere delitiæ: nam apud Græcos non eſt, nec apud barbaros inuentores eius aliud quam margarita.* Hoc autem, quod de duplici ſignificatione vnionis dictum eſt, ideo animaduertendum duxi, vt cognoſcamus, quẽadmodum ſunt vniones, ſeu lapides precioſi adulterini, qui, quod nõ ſunt, apparent; ſic etiam charitatem fraternam eſſe interdum fictam, & falſam, quæ palam videatur beneuola, clam vero infeſta proximo, & fratri ſit, eius famam, & honorem, quoties occaſio ſe offert, grauiter offendens, & vanis, ac falſis detractionibus obſcurans. Quorum ſimulatã amicitiam acutè depinxit Aeſopus in ſuis apologis: fingit enim, & inducit leonem a paſtore interrogantem, vidiſſetne ceruum, qui fugiens euaſerat, ne ab ipſo caperetur: cui paſtor alta voce reſpondens, a ſe non viſum, interim manu indicabat locum, vbi ceruus latitabat. Idem faciunt, qui ſimulanter amant, verbis quidem ſuaues, ſed operibus acerbi, & inimici: de quibus recte dici poteſt, ꝙ olim dicebat Iſaac: *Vox Iacob eſt, ſed manus ſunt Eſau.* quod nequaquã fieri debet, Ioanne in ſua Canonica ſic nos admonente: *Fratres non diligamus verbo, & lingua, ſed opere, & veritate*: nam vt dixit Gregorius: *Probatio amoris, exhibitio eſt operis*. Quod pariter Auguſtinus in tractatu ſuper Ioannem his verbis, illius acumine, & ſpiritu dignis, noſtroque propoſito conuenientibus atteſtatus eſt: *Habeamus fratres pacem proximus, habeamus pacem columbinam; oſculantur enim ſe columbæ, oſculantur, & corui; in columbis vera pax, in coruis falſa pax, quia oſculantur, & laniant*. Quamobrem vnanimitas, & fraterna concordia, in qua lętitiam, & tranquillitatem ſpiritus ſitam eſſe Deus vult, & quam David laudat, & admiratur, non debet eſſe ficta, & tecta, ſed vera, & ſincera; ſic enim fiet, vt de illa vere dicere poſſimus: *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum*.

Marginal notes: Habacuc. 1. — Sueton. c. 37 — 3. Iac. c. 3. — Plin. lib. 9. c. 37. — Gen. 27. — 1. Ioann. 3. Gregor. — Aug.

Veruntamen excutiamus diligentius, & ponderemus vocem illam: *In vnum*; ſic enim ſciemus, quam magna eſſe debet vnitas voluntatũ, & quam arcta hæc animorum coniunctio. Primum Chriſtus nobis id declarauit, inquiens: *Rogo Pater, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus.* Nõne ſatis eſſet Domine, vt hæc vnitas ſimilis ſit ei, quæ eſt in cohorte militum eidem duci ſub vno eodemque vexillo parentium, & militantium? minime, ſed ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Nunquid non ſufficit tantam inter fratres eſſe concordiam, quanta eſt inter corpus, & animã, ex quibus compoſitum fit vnum? minime, ſed ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Non ſatis eſſet ſaltem, vt talis hæc ſit vnitas, qualis erat inter fideles naſcentis Eccleſiæ temporibus, de quibus dixit Lucas: *Erat cor vnum, & anima vna*? minime, ſed ſint vnum, ſicut, & nos vnum ſumus. Tandem o Domine Ieſu, non ſufficiet hanc conferre animorum cõformationem cum illa vnione, quæ eſt inter diuinum Verbum, & Chriſti humanitatẽ, quæ adeo fuit arcta, vt nec morte fuerit vtriuſq vinculũ ſolutũ? minime, ſed ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Manifeſtum quidem, & indubitatum eſt, animorum, &

Marginal notes: Ioan. 17. — Act. 4.

vo

Digitized by Google

voluntatum vnitatẽ eſſe non poſſe tantam, quãta eſt inter Patrem, & Filium; veruntamen cum inquit Chriſtus: *Vt ſint vnũ, ſicut & nos vnum ſumus*, docet nos apertiſſime, quam magna, & ampla eſſe debeat animorum coniunctio, quam Chriſtus comparauit cum vnitate omnium maxima, & arctiſſima, qualis ea eſt, quæ inter Patrẽ, & Filium, eiuſdem naturæ participes. Sed quãuis fraterna vnio, & vnanimitas longiſſime abſit ab hac in diuinis perſonis vnione, vel potius vnitate, ad quam noſtra non poteſt, quantumuis annitatur, accedere; vtile tamen erit explicare, quomodo fraterna vnitas valeat imitari diuinam. Qua de re tres inuenio Patrũ fuiſſe ſententias. Prima eſt Cyrilli ſuper dicta verba: *Rogo te Pater, vt ſint vnum, &c.* ita dicẽtis: *Rogo Pater, vt ſint vnius voluntatis, ſicut & nos ſumus*. Nam quẽadmodum inter Patrem, & Filium vnus eſt intellectus, & voluntas vna, & conſequenter idem intelligere, & idem velle, vel nolle; ſic etiam vult inter nos nullam eſſe opinionum diuerſitatem, & repugnantiam ſententiarum, ſed, vt iuxta Apoſtoli Pauli verba idem ſapiamus, quippe diſcordia ſententiarum, & mentium facile parit diſſenſionem voluntatum, cum graui diſpendio, & detrimento charitatis, vt ſignificauit Habacuc, dicens: *Facta eſt contradictio potentior: propter hoc lacerata eſt lex*. Nõ negauerim opus eſſe aliquando, immo & neceſſarium alijs contradicere, & refragari; cauendum tamen nobis eſt, ne id moleſtis, aut aſperis verbis, ſed humanis, & placabilibus faciamus, Iob imitantes, qui, amicis nonnulla verba imprudenter aduerſus eum dicentibus, quibus eius animus nõ immerito irritari poterat: *In his omnibus non peccauit labijs ſuis*; quod alij ſic interpretantur: *Nullum verbũ locutus eſt Iob quod non eſſet ſale conditum*. Si vero aliquando contingat inter fratres aliqua verba dici minus ordinate, quibus naſcatur animorũ offenſio, diuiſio ſententiarum, & diuerſitas opinionum, non debent, qui hæc vident, ſtatim ſubuerti, & ſcandalum pati, exiſtimantes propterea iam actum de religione, & fraternam charitatẽ extinctam, vel diſſipatam. Nam ſorores erant Martha, & Magdalena, & quidẽ ſanctę ſorores, opinionum tamen varietate diſcordes Chriſtum hoſpitio excipientes. Magdalena nãque cenſuit vtilius, & conuenientius eſſe, Chriſti pedibus aduolutam illum contemplari; ſed contra Martha melius, & opportunius iudicauit occupari circa Chriſti conuiuiũ, & curare diligenter, quæ ad ipſum reficiendũ erant neceſſaria. vnde apud Chriſtum de negligentia ſuæ ſororis ita conqueritur: *Non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolã miniſtrare? dic ergo, vt me adiuuet*. Ecce manifeſtum inter vtramque diſcrimen opinionum. Sed ne id adeo mireris, audi quid de Petro, & Paulo ſcriptum ſit: *In faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat*. Immo & inter Angelos ipſos, cælique beatos ſpiritus narrat Daniel diſſidium fuiſſe mentium: nam populi Dei cuſtos Angelus dixit, Angelum cuſtodem Perſarum ſibi reſtitiſſe: *Princeps Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus*; quod faciebat, vt Perſæ, commorantibus cum illis Iſraelitis, aliquid boni ex illorum contubernio, acciperent: contra vero Iſraelitarum Angelus vrgebat Dei populum, vt a Perſis diſcederet, ne malo illorum exemplo à vero Dei cultu degenerans, Idola cum ipſis veneraretur. Mirabilius autem eſt, inter ſacratiſſimam Virginem, & eius vnicum Filium, vt quidam exponunt, fuiſſe varietatem ſententiarum: nam illa in nuptijs Canę Galilęæ, cenſebat, antequam vinum deficeret, ne inopia cognoſceretur, prouidendum, & multiplicandum; Chriſtus vero aliter, vini defectum prius videri, & notum omnibus eſſe oportere, ac poſtea vinum ſupplendum iudicauit, vt magis eius poteſtas in edendo miraculo ſplendeſceret. Sed, vt omnem deponant ſtuporem, qui de fratrũ diſſidio religioſorum mirantur, animaduertant quæſo, quod omni admiratione digniſſimum eſt, in ipſo Chriſto ſententiarum fuiſſe varietatem: ſiquidem pars animæ inferior aiebat: *Si poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte*; pars autem ſuperior dicebat: *Veruntamen non mea, ſed tua fiat voluntas*. Si ergo inter ſanctos terræ homines, & cæli incolas Angelicos ſpiritus, necnon inter Filium, & Virginem, immo & inter Chriſti ſuperiorem, & inferiorem portionem nonnulla viſa eſt diuerſitas appetituum, non vtique mirum eſſe debet, quod inter eiuſdem religionis profeſſores, & domus eiuſdem habitatores voluntatum, & iudiciorum diſcordia, & diſſenſus reperiatur. Procurandum tamen, & cauendum grauiter, ſi quando aliqua verborum, vel rerum offenſiuncula inter ipſos oriatur, vt ſtatim mutuo concilientur, & componantur, & iuxta Chriſti præceptũ ſol ante illorum reconciliationem non pergat ad occaſum: *Non occidat*, inquit, *ſol ſuper iracundiam veſtram*.

Secunda interpretatio ſuper verba: *Rogo Pater vt ſint vnum, &c.* eſt Athanaſij, ſic explicantis: *Rogo Pater, vt ſint perſeuerantes in vnione charitatis, ſicut & nos perſeuerantes ſumus*. Vult enim Chriſtus inter ſuos amorem eſſe perfectum, charitatem firmam, & permanentem dilectionem, quæ nõ ſit ad tempus, neque mutabilis, & varia, vt ſolet eſſe puerorum dilectio, quæ facile defluit tamquam aqua ex cribro, & quæ leui occaſione minuitur, ac tepeſcit. Deus quondam ſignificaturus firmitatem, & conſtantiam, quam in amore, & charitate cupiebat, iuſſit (vt legimus in Paralipomenis) ad templi portas erigi columnas duas fortiſſimas, altitudinis decem, & octo cubitorum, in quarum vertice inſculperentur mala granata, per quę ſignificatur amor, & charitas, quippe non ſolum granis abundant, ſed illa omnibus videntur offerre, & operatione ſpontanea quaſi inuitare ad fructum carpendum, & veſcendum, quod proprium eſt charitatis, & veri amoris, nihil proprium habere ſcientia. Et quẽadmodum malũ granatum inter omnes fructus corona inſignitur, ſic inter omnes virtutes charitas gerit coronam, quaſi omnium reginavirtutum, & per illam reliquæ vitam merentur æter-

Cyrill. l. 11. c. 20.
Philip. 3.
Habacuc. 1.
Luc. 10.
Gal. 2.
Daniel. c. 10
Matt. 26.
Eph. 4.
Athanas.
2. Paral. c. 3.

æternam. Cum ergo Deus iubet ſuper validas templi columnas mala punica, ſeu granata locari, indicat, in amore noſtro eſſe oportere firmitatem, & conſtantiam, ita vt nec verbum aſperũ, nec toruus vultus, vel alia ſimilis offenſio ſatis eſſe queat ad minuendam veterem noſtram erga illum charitatem, vel par pari referendum.
Card.Tolet. Tertia, & vltima explicatio eſt doctiſſimi Cardinalis Toleti in huius loci commentarijs, cuius verba ſunt: Quemadmodum vnitas Trinitatis non confundit ordinem, ſed vnus eſt Pater, alius eſt Filius, alius Spiritus ſanctus; Filius à Patre, Spiritus ſanctus ab vtroque, Pater à neutro procedit; ita hęc vnio charitatis non confundit ordinẽ fratrum. In omni .n. bene conſtituta Republica, tam Eccleſiaſticorum, quam laicorum, diſcrimen eſt perſonarum, & officiorum, & alia ętati, alia litteris deferuntur, & hic propter officiũ, ille propter ſenectam, alius propter eruditionẽ pluris faciendus eſt: aliter enim confuſio, & turbatio rerum pulchritudinẽ ordinis obſcuraret. Hęc autem perſonarum reuerentia, & fraterna vrbanitas, quo magis in aliquot religionibus arbitrio cuiuſque permittetur, eo cumulatius vrbani, & reuerentes eſſe debent omnes alijs, vt dixit Paulus: *Inuicem honore præuenientes.* Conuenit huic rei, de qua loquimur, quod narrat Innocentius iij. in libro de miſeria conditionis humanæ, inquiens, Regem, quendam in throno coronam capite, & ſceptrum manu tenentem fuiſſe à quodam Philoſopho adoratum tamquam Deum, ac ſubinde Philoſophum ad Regis ſolium conſcendentem eidem Regi aſſediſſe: quem ille cum propter inurbanitatem, & inſolentiam obiurgaſſet, reſpondiſſe dicitur Philoſophus: Vel Deus, vel homo es, o Rex: ſi Deus, iam te adoraui genu flexus; ſi homo, nõ facio iniuriam tibi aſſidens: nec enim terra erubeſcit, quod alia terra prope ipſam ſit, & puluis pulueri adhæreat. Cui Rex ſapientius ſubiecit, argumentũ Philoſophi contra ipſum ita retorquẽs: Vel ego ſum homo, vel Deus: ſi homo, peccaſti me adorans; ſi Deus, aſſidere non debebas, cum nulla ſit inter Deum, & hominem æqualitas. Quo ſapienti reſponſo Philoſophus eluſus erubuit: æquum enim iudicium Dei eſt, cum aliquis in hoc genere nimiũ proteruus, & ambitioſus eſt, vt qua ratione putat altius extolli, humilius deprimatur, & honorem, quem ambiebat, amittat. Nam, vt ſcripſit Paulus: *Quæ ſunt a Deo ordinata ſunt,* etiam quatenus naturæ conditor eſt. Cernimus enim iuxta cuiuſque elementi qualitatem fuiſſe locum ſingulis aſſignatum; terræ, quia graui, Infimum; igni, ſupremum; aeri, & aquæ minus, quam terra grauibus, nec vt ignis leuibus, medium: quem ordinem in orbibus cæleſtibus pariter ſeruatum animaduertimus ab vltimo vſque ad primum mobile, & in Angelis vſque ad Seraphim, quibus reliqui ſpiritus ſubordinantur. Itaque nec inter elementa, cælos, vel Angelos, & multo minus inter ipſas diuinæ naturæ perſonas vlla confuſio eſt, immo tam creator, quam creaturæ locum, & ordinem conſeruant, nec alterius limites tranſgrediuntur. Quæ rerum cõſtitutio, & ordo adeo illarum auctori, dum illas creabat, placuit; vt de ſingulorum bonitate ſibi complaceret, ſicut conſtat ex illis verbis: *Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona;* & paulo poſt: *Congregationes aquarum vocauit maria, & vidit, quod eſſet bonum:* at cum omnium creationem perfeciſſet, ait de illo ſacer textus; *Vidit cunctaque fecerat, & erant valde bona.* Itaque ſingula erant bona, omnia tamen ſimul erant optima, non quidẽ propter ſingularitatem, ſed propter vnionem, connexionem, & bonum ordinem, quem inter ſe omnia connexa retinebant. Quem ordinem etſi ethnicus miratur Cicero, his verbis: *Cum tam certos cæli motus, tam ratos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa conſidero, in amorem artificis totus accendor.* Sed vt clarius videatis, quam gratus Deo ſit rerum ordo, & harmonia, & quã dęmoni perturbationis, & cõfuſionis amantiſſimo diſpliceat, meminiſſe oportet, quod Scriptura narrat de Propheta Eliſeo, qui cupiens Spiritum Dei ad ſe venire, & eius copioſo imbre irrigari, iuſſit ſibi afferri citharœdum, cuius audito ſuaui concentu, vt ait Scriptura: *Facta eſt ſuper eum manus Domini.* Huic hiſtoriæ ſi addamus illam Saulis, quando ſpiritu malo vexabatur, & petentibus eius famulis Dauid citharam pulſabat, ad cuius harmoniã Saul ſpiritu liberabatur immundo: *Et recedebat ab eo ſpiritus malus;* intelligemus manifeſte, magnam eſſe concordiæ vim, ac multo etiam, quam cuiuſuis muſicæ harmoniæ ſono, dulciorem, & vehementiorem. Sunt qui putant hoc miraculum fuiſſe factum non cantu, vel ſonitu, ſed oratione, & prece Dauidis. Ioſephus autem, & Burgenſis ſuper eundem locum aiunt, ordinem, ac proportionem vocum, ac ſoni tantam habere vim, vt abſque aliquo peculiari miraculo valeat profligare dæmonem. In cuius confirmationem narrat gloſſa ordinaria, citans Boetium rei auctorem, quod ſuauitate cantus quidam Philoſophus ab humano corpore immundos ſpiritus eijciebat. Si vero percõteris cauſam, ob quam Deus attrahatur muſicis, eiſdẽ malus ſpiritus abigatur, vt ex his, quę retulimus conſtat, nulla certe alia reddi poteſt, niſi muſici cõcentus, ordinis, & cõuenientię ſonitus, ac vocũ, ex quibus dulcis ſit harmonia, quæ Deum ordinis amantem attrahit, & dæmonem ordinis inimicum, & oſorem exterminat. Sed quoniam iam vidimus, quibus in rebus vnio fraterna poſſit imitari eam, quæ inter diuinas perſonas eſt, operæpretium erit noſſe fructus, qui ab hac animorum conformatione naſcuntur, vt ſic illã auidius, & diligẽtius exquiramus, & cõſeruemus. Tres mihi ſe offerũt, & quidẽ ſingulares fructus, qui ab hac voluntatũ vnione proueniunt, quos amoris imago, prout veteres pingebãt, expreſſit. Pingebatur enim oculis captus, digito labium compeſcens, crumenam habens non clauſam, auro plenam, & a zona pendentem. Primum cæcus figurabatur, quoniam oculos non

Paul.Ro.12.

Papa Inno. iij.lib.1.

Ad Rom.13

Genes.1.

Cicero.

Reg.4.c.3

habet

habet ad videndos proximi defectus; os digito premens, quoniam neſcit loqui aduerſum fratrem ſuum; marſupium apertum erat, quoniam amor munificus, & profuſus eſt erga dilectos. Hi ſunt fructus, & effectus fraternæ concordiæ, & charitatis; nunc de ſingulis nonnulla dicamus.

Paul. 1. Cor. 13.

Notiſſimum eſt, quod ait Paulus: *Charitas non cogitat malum*: non enim temere de fratre iudicat, ſed illum potius, quibuſcumque poteſt rationibus, excuſat. Deprauatæ autem naturæ noſtræ vulnus, & lues antiqua eſt, vt ſemper fratrum noſtrorum facta, vel dicta in ſiniſtrã partem accipiamus, quod præter alia probat Rachelis, & Samſonis exemplum.

Gen. 31.

Nam cum illa patri ſuo Laban idola furata fuiſſet, Laban à genero ſuo Iacob ſublata fuiſſe ſuſpicabatur; & quando Sãſon vxore ducta abfuit a domo ſoceri, hic putauit abijſſe Samſonem ſponſæ ſuæ tædio ductum, ideoque ab ipſo deſertam: quod adeo ſibi verũ eſſe perſuaſit, vt filiam ſuam ac Samſonis ſponſam alteri locauerit.

Iud. 15.

S. Hieron.

Conuenit perquam optime huic propoſito, quod Hieronymus ſcribit de quodam monacho nomine Iſac, qui cum de alio monacho temere ſuper quodam graui peccato indicaſſet, & paulo poſt ille, de quo iudiciũ tulerat, obijſſet, animam eius ab Angelo cuſtode ductã ad ſe veniſſe, & his verbis ab Angelo fuiſſe compellatum: ecce a Deo ego venio Iſac, vt ſententiam feras, cælum ne, an infernum mereatur hæc anima, de qua tu prius temere iudicaſti. Reſpõdit Iſac, dolore cõpunctus, Dauidicum verſiculum: *Peccaui Domine, miſerere mei*; quem ita dolentem, & pœnitentẽ Angelus admonuit, caueret, nec in iudicandis proximis eſſet præceps in poſterum, ſed linguam pariter, & mentem fræno rationis, & iuſtitiæ moderaretur. Nullum igitur remedium eſt ad fugiendum hoc damnum, niſi communis fratrum concordia; nam charitas non cogitat malum, & exiſtens valde perſpicax, ad aliorum delicta temere reprehendẽda, & notanda lippire quodammodo, & oculis carere videtur. Digitus ori admotus denotabat in amoris imagine, qui vere eum diligit, numquam loqui ad proximi offenſionem, quo fructu Sponſa in cãticis fruebatur, cum dixit ei Sponſus: *Labia tua ſicut vitta coccinea*.

Cant. 4.

Quæ ſimilitudo labiorum, & vittæ coccineæ apta minus, & cõueniens alicui fortaſſe videbitur, quoniam vitta ligãdis capillis magis, quam labijs apta eſſe videatur: conuenientiſſima tamen eſt metaphora, ad indicandam verborum Sponſæ naturam, ordinem, & mirabilem conuenientiam. Nã ſicut vitta ligamentum eſt, quo antiqui circum caput, vel crines, vel ſerta, vel flores, aut aliquid aliud religabant; ſic nexu, ac vinculo charitatis, quæ inſinuatur per vittam coccineam, ſiue purpuream, non modo Sponſæ ſermones, ſed opera quoque ita coercentur, vt nullum ab eius ore verbum cõtra proximum, & fratrẽ imprudenter, vel inconſiderate egrediatur, comprimente labia retinaculo charitatis, quam, vt dixi, color vittæ coccineus, & igneus oſtendit. Quamobrem cum nil dicatur, quod prius non cogitetur & charitas, teſte Paulo, non cogitet malum; qui veram charitatem habet, non aperiet os ſuum aduerſus proximũ ſuum, quod etiã amoris hieroglyphica figura ſilentiũ indicens, digiti ad os appoſitione mõſtrabat. Marſupium denique a latere pẽdens pecunia refertum, & patens, indicabat tertium effectum amoris, & fraternę charitatis, quæ neſcit renuere petentibus, ſed iuxta Pauli verba: *Per omnia omnibus placere ſtudet*: qua in re diuinus hic Apoſtolus, ſicut in ceteris, excelluit.

Paul 1. c. 10.

Notabis vocem illam Pauli, *per omnia*, quaſi dicat, nemo venit ad me, qui petitionis repulſam patiatur, dummodo petat, quod ſine Dei offenſione facere queam; ſic enim petentibus ſemper annuo, & præſto ſum. Nec tantum dixit Paulus, *per omnia*, ſed addidit, *omnibus placeo*: ac ſi dicat, non priuatam huius, vel illius ſector amicitiam, non reſpicio perſonas, ſed legem amplector charitatis, cuius viſcera erga omnes ſine diſcrimine ardeſcunt, & patent, neque id hoc, vel illo modo, vel in hac, aut illa re, ſed in omnibus ad ſalutem animarum conuenientibus, accurrit, & auxiliatur. Quod certe Apoſtolus ita faciebat, quoniam nouerat nullam grauiorem eſſe iacturam, vel damnum perniciofius in vita ſpirituali, quam quod prouenit ab amoris, & charitatis defectu, ideoque Paulus illam diligenter conſeruare, & ſemper augere erga proximos procurabat. Legimus in lib. 2. Machabęorum, ſacerdotes populi Dei, quando a Perſis captiui ducti fuerant, cum templum fuiſſet ab hoſtibus occupatum, & omnis eius ſupellex arrepta, ſacratum Deo ignem ab altari accepiſſe, quem abſconderunt in valle, vbi erat puteus altus, & ſiccus.

Macab. l. 2. c. 1.

Quo ſacerdotum facto ſanctus Ambroſius in libro de officijs dicit, mirabiliter nos doceri charitatem, & eius conſeruationem, quæ per ignem denotatur, idque à nobis ante omnia curandum.

Ambros. l. 3. c. 24.

Quamobrem pereat voluptas, pereat lucrum, & omnis commoditas, ac tandem quidquid mundus appetit, dum valeat, & ardeat ignis amoris, & fraternæ charitatis. Ab hac enim vna, & ſola ſeruatrice religionis pendet augmentum, & ſalus eorum, qui vitam profitentur religioſam. In cuius rei confirmationẽ memini eius, quod Plato refert de Dædali ſtatuis, quas ait perſtitiſſe incolumes vi cuiuſdam nexus, quo inuicem hærebant; eo autem ſoluto, vel remiſſo titubabant, & concidebant.

Plato in Hippia maiori.

Nemo eſt quem lateat, amorem eſſe vinculum, quo amantium animæ iunguntur, & irretiuntur, ideoque nitendum nobis eſt, ne hic nexus laxetur, ſed in dies magis aſtringatur: nam ſi remitti cœperit, laxabitur pariter, & remiſſior fiet diſciplina religioſorum, & quod peius eſt, non amplius in eis, tamquam in ſuis templis Spiritus ſanctus habitare dignabitur. Quoniam quemadmodum anima, vt vitam præbeat corporis membris, neceſſe eſt illa eſſe vnita: nam ſi manus, vel

pes

pes à corpore diuiduntur, vitæ quoque beneficio priuantur; ſic Dei Spiritus, vt membra, myſtici corporis, & religioſæ cuiuſuis communitatis viuificet, neceſſarium eſt, non eſſe diſiuncta, ſed mutuo voluntatum nexu cohærentia. Quod expreſſum legimus apud Ezechielem Ezech. 37. in oſſibus mortuorum, quæ prius ad corpora ſua coiuerunt, vt vitæ ſpiritu occuparentur, & reuiuiſcerent. Ezechielis verba ſunt: *Oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iuncturam ſuam, & ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & reuixerunt, ſteteruntque ſuper pedes ſuos*. Aug. l. 12. c. 5. Non ignoro ſanctum Auguſtinum in libro ſuper Geneſim ad litteram, & ſanctum Ambroſium in libro de fide reſurrectionis, Amb. in lib. de fide Ref. Greg. Naz. orat. 3. nec non Gregorium Nazianzenum in oratione de reſurrectione Domini, hunc locum explicare de vita, quam corporis humani oſſa recipient in communi omnium corporum reſurrectione per hunc diuinum Spiritum, de quo Paulus inquit: Ad Rom. 8. *Qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, viuificabit vos propter inhabitantem Spiritum eius in vobis*. Senſus tamen allegoricus conuenienter, & optime accommodatur Spiritus ſancti aduentui in die Pentecoſtes: primum, quoniam tempore, quo vitæ ſpiritus oſſa illa intrauit, *factus eſt*, vt dixit Ezechiel, *ſonitus*: & ſimiliter Spiritu ſancto ſuper Apoſtolos veniente legitur: *Factus eſt repente de cælo ſonus, tamquam aduenientis ſpiritus vehementis*. Et quemadmodum tunc oſſa diuiſa, & per varias partes diſſipata ad iuncturam, & articulos ſuos redierunt; ſic Apoſtoli, qui timore mortis Chriſtum reliquerant, ad propria diffugientes, vt prædictum fuerat à Chriſto: Ioan. 16. *Venit hora cum diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis*; ſic omnes Apoſtoli ad eundem locum conuenerunt ad diuini Spiritus receptionem: Act. 2. *Erant enim*, vt ait Lucas, *omnes pariter in eodem loco*. Quod autem per oſſa intelligamus Apoſtolos, rationi conſonum eſt: nam ſicut oſſa ſunt quaſi columnæ corporis, quibus innititur; ſic Apoſtoli Eccleſiæ ſuſtentacula, & firmiſſimæ columnæ ſunt. Veruntamen quoniam oſſa hæc erant arida, id eſt Apoſtoli; Deus illis impertiuit virorem, quo germinarunt, vt prænunciauerat Iſaias: Iſai. 66. *Oſſa veſtra, quaſi herba, germinabunt*. Et quia eadem oſſa nuda erant carne, ac neruis carentia, inducit idem Spiritus neruos, & pellem, id eſt fortitudinem, & conſtantiam, ſicut Deus olim promiſerat, inquiens: Ezech. 37. *Dabo ſuper vos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & extendam in vobis cutem*, qua tecti, & muniti, verbum Dei apud omnes intrepide promulgarunt, vt teſtatur Lucas: Act. 4. *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti*. Ac tandem Ezech. 37. velut oſſa illa, vt ait Scriptura, *vnumquodque ad iuncturam ſuam acceſſerunt*, & illico ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & reuixerunt; ſic intra cœnaculum commorantibus Apoſtolis, & pariter tam corpore, quam animo coniunctis magna gratiæ plenitudine diuinus hic Spiritus infuſus fuit.

Porro antequam propoſito argumento coronidē imponā, ſilentio nō prætcribo, inter alia, quæ vnitatem animorum, & mutuam charitatem fratrum in religione acriter perturbare ſolent, præcipuam ambitionem eſſe, vt his teſtatur Diuus Bernardus: *O ambitio ambientium crux, quomodo omnibus places, omnes torques, nihil acrius cruciat, nihil moleſtius inquietat?* D. Bern. de conſider. ad Eugen. Noui ego non paucos in religione inſtar ventorum inquietæ naturæ, qui ſemper ſurſum ferri deſiderant. Vnde etiam experientia videmus, quod ventus intra terræ viſcera deliteſcens, adeo quietis impatiens eſt, vt terram concutiens eam aperiat, & accendat. Ita quidam in religione inquieti adeo, & ambitionis vento agitati reperiuntur, vt licet in cauernis terræ, hoc eſt, ſub religionis clauſura demorentur, promoueri, & exaltari cupientes illam abrumpant, diuiſiones, & ſciſſuras, quas Cor. 11. Apoſtolus deteſtabatur, in eadem religione faciant, vt ipſi alijs præferantur. Hanc pugnam inter hos eiuſdem religionis ad amuſſim video tamquam in vera imagine expreſſam eſſe in lucta illa Iacob, & Eſau, in eodem matris vtero adhuc exiſtentium, Gen. 25. qui adeo inter ſe rixabantur, contendens vnuſquiſque prior egredi, vt præ dolore quaſi iamiam videretur deficere mater, ſed tandem in pugna victor euaſit piloſus Eſau. Non diſsimiliter contingit, quod filij eiuſdem matris, hoc eſt, filij eiuſdem religionis inter ſe de præcedentia, & de prælatione ita acriter contendant, vt matrem ipſam (religionem intelligo, aut communitatem) grauiter contriſtent, & conturbent, vt non immerito illis dici poſsit illud Baruch: Baruch. 4. *Exacerbaſtis eum, qui nutriuit vos, & contriſtaſtis Hieruſalem nutricem veſtram*. Et quod valde lugendum erat, tandem Eſau reprobatus à Deo, ille ſcilicet, qui nullis meritis, ſed multis demeritis onuſtus eſt, perperam viris doctrina, Rom. 9. & integritate morum conſpicuis præfertur. Quod non ſemel accidere ſolet, propterea, quod velut Eſau, qui rubrum, & piloſum ſignificat, qui ad officia, & dignitates promouentur, quod virtute, & doctrina obtinere non poterant, corporis venuſtate, & decore, aut munerum copia comparare potuerunt. Tādem, vt paucis multa, quæ in hoc genere argumenti dici poterant, comprehendam, cum nihil cum fraterna charitate, & animorum vnitate acrius pugnet, quam crudelitas, quia *charitas benigna eſt*, vt ait D. Paulus, 1. Cor. 13. & nihil crudelius ambitione excogitari poſſit, manifeſte efficitur, vnitatis animorum, & fraternæ charitatis infeſtiſſimum hoſtem eſſe ambitionem. Porro hāc immaniſſimam, & crudeliſſimam ſemper extitiſſe, ſi tam ad ſacra, quam profana litterarum monumenta mentis aciem parumper conuertamus, haud difficile erit deprehendere. Antoninus Seueri Imperatoris filius fratrē ſuum infantem matris vbera ſugentem pugione confodit,

ſodit,vt ſolus Imperio frueretur: & Agrippina Neronis Imperatoris mater,cũ ab inſigni quodam Aſtrologo futurum eſſe,vt ſi filius eius Imperij coronam obtinuiſſet,ab ipſo fore occidendam audiret, reſpõdit,occidat,& imperet. Et vt
Iſ.14. refert Nicolaus de Lyra in cap. 14. Iſaiæ,filius, qui ſucceſſit Nabuchodonoſor Regi, timens, ne pater eius iterũ ſuſcitaretur, ſicut ſibi videbatur,ſuſcitatum fuiſſe,cum in campeſtribus velut effera beſtia errans, poſtea ad imperij gloriam redijt; id inquam timens,ne ipſe imperio ſpoliaretur,corpus patris in minutiſſimas concidens partes vulturibus deuorandum obtulit.
Iud.9. Quid plura? Sacræ litteræ teſtantur, Abimelech regnandi appetita ita in fratres ſuos ira exarſiſſe,vt ſeptuaginta interficeret,vt ſecurius
4.Reg.15. regno potiretur. Et Athalia, vt habetur 4.Reg. vt abſoluta eſſet, & ſine conſortio regni domina, vniuerſam regiam prolem penitus extin-
2.Reg.15. xit. Abſalon deinde quis ignorat patrem expugnaſſe,& infeſtiſſimum ei hoſtem extitiſſe,vt re-
Matth.2. gnum ab eo extorqueret? Herodem etiam nouimus infantium ſanguinẽ immaniter effudiſſe, ne ab aliquo eorum poſtea à regno deturbaretur. Sed omnia ſupra enarrata mirum in modum ſuperat primum ex hiſtorijs profanis mu-
Fulg.lib.9. tuatum: nam vt refert Fulgoſius, adeo Caligulæ ambitio excreuit, vt non ſolum in homines, ſed in Deos ſuos acriter adeo excandeſceret, vt omnium illorum ſimulachra decapitaret,& ſingulis ſingula capita vultum ipſius Caligulæ referentia infereret. Secundum ex Euangelica historia facile erit adducere,cum Pilatus ambitionis morbo laborans auctorem vitæ occi-
Ioan.19. dit. Audiens enim (*Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris*)ne terreni Imperatoris gratiam amitteret,gratiæ datorem perdidit. Cum igitur ambitio adeo immanis ſit,& crudelis,nemo ambigere poteſt,charitatis fraternæ,quæ,vt ait
1.Cor.13. D. Paulus:*Benigna eſt*,vt ſupra dicebam, acerrimam aduerſariam, atque adeo à religione longe eſſe relegandam, vt ſic religioſi,à relegando dicti,inter ſe, & cum Chriſto in dies magis relegentur. Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia Vndecima.

Apoſtolos in die Pentecoſtes fuiſſe in gratia confirmatos, & magnam eſſe huius confirmationis Apoſtolicæ conuenientiam cum ea, quæ fit per ſacramentum Confirmationis.

THEOLOGORVM communis ſententia docet, Apoſtolos per aduentum Spiritus ſãcti fuiſſe gratia communitos, & in ea confirmatos:cuius ſententiæ fundamentum à Chriſti verbis accipitur,quando il-
lis promittens Spiritum ſanctum,dixit: *Vt maneat vobiſcum in æternum*. Immo & doctiſſimus Ioan.14.
Cardinalis Bellarminius in controuerſia ſacramenti Confirmationis,ait Apoſtolos ſacramentum confirmationis non accepiſſe, ſed à Spiritu ſancto,ſine aliquo chriſmate materiali,abſoluta ſua poteſtate cõfirmatos,& ſacri chriſmatis,vel confirmationis effectibus cumulatos multo excellẽtius,quã fideles, qui confirmationis ſacramento muniuntur. Nihilominus tamen idem voluit Spiritus mirabilem illam,& internã eius vnctionem, ſiue confirmationem aſſimilari ei, quam per ſacramentum impertitur Eccleſia, in qua ſimilitudine,& conuenientia demonſtranda præſens homilia verſabitur.

Sacri doctores communiter aiunt,diſcrimen, quod inter infantulum, vel iam adultum,ſeu virum eſt,idem quoque inter baptizatum, & poſtea confirmatum reperiri:ille namque in ætate infantili imbecillis,hic iam in virili robuſtus, & validus eſt. Vnde ante Spiritus ſancti aduentum conſidero,& contemplor Apoſtolos, quaſi pueros,& infantes; ita enim eos Deus vocauit per
Zachariam: *Conuertam manum meam ad paruulos*:at poſtquam confirmati, & inuncti fuerunt, Zach.13.
video illos non amplius paruulos, ſed ablactatos, & inſtar adultorum duro pane veſcentes. Ideoque hodierna dies magnam nobis debet ingentemque afferre lætitiam; ſiquidem vt quon-
dam: *Fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis Iſaac filij ſui*, Eccleſia catholi- Gen.21.
ca,quæ in Chriſti diſcipulis erat eo tẽpore paruula, & recens nata per lauacrum regenerationis, inungitur chriſmate, confirmatur, & ablactatur, ſitque repente adulta, & virago fortis:
nam *& portæ inferi non præualebunt aduerſus eã*. Matth.16.
Verũtamẽ,vt facilius perſuadeamus,quod propoſuimus,de conuenientia confirmationis Apoſtolicæ, & ſacramentalis,proſequi iam incipiamus, à loci circumſtantia rem auſpicantes. Inuenio namque ſacros Apoſtolos in eodem lo-

Digitized by Google

co fuiſſe confirmatos, in quo Chriſtus confirmationis ſacramentum inſtituerat, videlicet in cœnaculo, quemadmodum ſanctus Cyprianus in ſermone de vnctione chriſmatis, & ſanctus Thomas 3. part. ſcribunt, quibus accedit Papa Fabianus, inquiens: *Ieſus poſtquam cœnauit cum diſcipulis, & lauit eorum pedes, chriſmo conficere docuit.* Conueniens autem fuit eo tempore à Chriſto inſtitui hoc ſacramentum: nam cum finis eius ſit, in fide roborare, ac per excellentiã Euchariſtia dicatur myſterium fidei, ſicut ipſe docuit, ideo tunc ſtabiliri confirmationis ſacramentum maxime conueniebat. Sed ingredientes iam intima, & quæ ſunt de natura confirmationis ſacramentalis, & cærimonias, ac effectus eius diſcutientes, inueniemus mirificam inter illam Apoſtolicam, & noſtram ſacramentalem eſſe concordiam, & concentum myſteriorum. Materia ſacramenti confirmationis eſt vnctio, ſeu chriſma, quod ea balſamo, & oleo fit, vt conſtat ex Concil. Florentino in vnione Armeniorum, vbi ſic legitur: *Cuius materia eſt chriſma confectum ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo, quod odorem ſignificat bonæ famæ.* Hæc vnctio non defuit Apoſtolis; ſiquidem in hac die Spiritus ſanctus vnxit eos chriſmate ſuorum donorum ſeptem, videlicet gratia ſeptiformi, quæ tam mirabilis virtutis eſt, vt quemadmodum balſamum humanum corpus à corruptione, & oleum à rubigine præſeruat ferrum, ſic illa vnctio interna, & ſpiritualis ſeptemplici dono gratiarum illos ab omni peccati mortiferi corruptione ſeruauit, & gratia conſtabiliuit in omnem æternitatem. Quãobrem tali affectos munere Apoſtolos dum intueor, videtur mihi vna ea parte mortui mũdo, vt dixit Paulus: *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt, cum Chriſto;* & ea altera inſtar corporum balſamo delibutorum immunes, & liberi ab omni lue, & tabo; immo ſuauiſſimum odorem exhalantes, ſicut idem Paulus dixit: *Quia Chriſti bonus odor ſumus.* Et quemadmodum neceſſe eſt vnctionem ſacramenti confirmationis in fronte fieri, vt ait Papa Innocentius III. loquens de ſacra vnctione, cuius ritus ratio aſſignatur à Concilio Florentino in decreto Eugenij, per hæc verba: *Ideo in fronte, vbi verecundiæ ſedes eſt, confirmandus inungitur, ne Chriſti nomen confiteri erubeſcat, & præcipue Crucem eius, quæ Iudæis ſcandalũ, gentibus autem ſtultitia ſuit.* Frontem vero eſſe pudoris ſedem conſtat ex verbis Dei, qui aduerſus quandam impudicam feminam ita loquutus eſt? *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi.* Quoniam ergo Apoſtoli quondam fugerant, & timuerant Chriſti nomẽ confiteri, nunc aduentu Spiritus ſancti facti audaces, adeo nomen eius, & partes tuentur, vt nomen Chriſti non ſolum in corde, ſed in ore etiam, & in fronte gerant, & oſtentent, iuxta illud Ioannis: *Et in fronte eius nomen ſcriptum.* Hinc intelligetur, quid ſignificet colaphus, ſeu alapa, quam Epiſcopus confirmatis impingit: nã quamuis vulgo putetur, id fieri, vt confirmatus memoria tenens, ſe recepiſſe confirmationem, illam iterum non accipiat, quoniam ſacramentum hoc iterari non poteſt; veritas tamen eſt, vt ait Concilium Colonienſe in Enchiridio, alapam ab Epiſcopo dari, vt confirmatus intelligat ſe paratum eſſe debere ad iniurias pro Chriſti nomine hilariter, & animoſe ſuſtinendas, quẽadmodum Apoſtoli tolerauerunt: de quibus ait Lucas: *Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Quod autem dicit Epiſcopus alapa percutiens, *Pax vobis*, ſignificat, in patientia iniuriarum poſitam eſſe noſtræ conſcientiæ quietem, & tranquillitatem, ſicut Chriſtus dixit: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Præterea ſicut Epiſcopus adminiſtrans ſacramentum confirmationis frontem confirmati vngit digito, quem Latini vocant pollicẽ, quia pollet fortitudine; ita Deus illam Apoſtolorum admirandam confirmationem operatus eſt digito ſuo, qui eſt Spiritus ſanctus; ita enim eum vocauit Chriſtus, inquiens: *In digito Dei eijcio dæmonia.* Idque ſic interpretatur Auguſtinus de conſenſu Euangeliſtarum, & in lib. 2. de quæſtionibus eorundem, in hunc modum: *Spiritus ſanctus digitus Dei eſt ob partitionem donorum, in nullis enim membris magis apparet partitio, quam in digitis.* Tandem ſient confirmati frontem linteo faſciola cingit, vt inſideat, & firmetur chriſma, & fortius fronti adhæreat, nec non vt noſcat inunctus diligenter ſibi ſeruandam gratiam chriſmate communicatam; pari quoque ritu Spiritus ſanctus confirmans Apoſtolos in gratia ſua, ſic eis diuinæ vnctionis effectum affixit, vt numquam ab illorum animo receſſerit, vel recedere potuerit. Iubebat olim Deus ſuis ſacerdotibus, vt tempore, quo ſacerdotali munere fungerentur, lineis vittis capita velarent: *Vitta linea erunt in capitibus eorum;* nunc autem pro lineis vittis Apoſtoli accipiunt Spiritus ſancti dona, quibus ne diuinæ gratiæ vnctio elabatur, vel decidat, muniuntur, & conſeruantur. Quod ſi ad ſacramenti confirmationis formam accedamus, cognoſcemus etiam non minus, quã in materia, pro noſtro argumẽto eſſe conuenientiam. Legitima forma chriſmatis, & quam Concilium Florentinum præſcripſit, hæc eſt: *Signo te ſigno Crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Cauſa vero, & ratio huius formæ inſtituendę fuit, quoniam Chriſtus per ſacramentum cõfirmationis intendebat, vt qui ſacramentum illud acciperet, ſuorum militum numero adſcriberetur, & ſub eius vexillo militaret; ac propterea illum armat ſigno Crucis, vt hoſtibus inuictus, & inexpugnabilis reddatur. Hoc certe hodie ad oculum fieri video, dum Chriſtus tamquam vniuerſalis Eccleſiæ dua vexilla diuerſarum copiarum diſtribuit diſcipulis ſuis, & aduerſus mundum copias ſuas educit, quibus regnum ſuum muniat, & circumdet, vt prædixerat per Zachariam: *Circumdabo domum meam, ex his, qui militant mihi;* vbi exemplar Hebræũ habet:

Cyp. in ſerm Chriſ.
S. Th. 3. p. in 3. p. 2. art.
Pap. Fab. ep. 2. c. 1d
Conc. Flor.
Coloſ. 3.
2. Cor. 2.
Inn. c. 3. de ſacra vnct.
Hier. 3.
Apoc. 17.
Conc. Col. in Enchir.
Act. 5.
Luc. 21.
Luc. 11.
Aug. l. 2.
Exod. 44.
Conc. Flor. in decr. de vnio. Arm.
Zach. 9.

Digitized by Google

bet: *Caſtra ponam domui meæ ex his, qui militant mihi.* Non tamen ſuos milites, ac duces Apoſtolos Chriſtus æneo thorace, non lorica, vel galea ex chalybe conflatis, ſed internis armis, inuictæ fortitudinis, & intrepidi pectoris armatura communit. Quod vt manifeſtius inſinuet, Spiritum ſanctum ad eos mittit in forma ignis, qui elementorum eſt vehementiſſimus, & cuius in agendo victoria breuior, & certior eſt. Præterea ſicut vitriarius educens de typo vas vitreum, poſtquam illud formauit, in ignem mittit, vt dureſcat (aliter enim facile frangeretur) ita Chriſtus, animaduertens diſcipulos ſuos vitro debiliores, & fractu faciliores (nam vitrum voce non rumpitur, vox autem puellæ vnius, di-
Matt. 14 centis Petro: *Et tu ex illis es*, ſatis fuit ad amicitiam, & fidem Petri erga Chriſtum frangendam) ideo vt vaſa hæc fragilia dureſcant, & robur accipiant, in diuini amoris fornacem à Chriſto mittuntur, & quod humana induſtria non conſequitur (nec enim noui hactenus ars vitrum temperare, vt nullis ictibus frangatur, aut lædatur) Chriſtus hodie diuinitus exhibet, quandoquidem ita mirabiliter hæc prius imbecilla vaſa, Apoſtolorum nempe pectora temperauit, vt nullis tyrannorum tormentis ceſſerint, quoniam diuini amoris ignis inſtar adamantis, & ſilicis illorum animos indurauerat, ſicut per
Ezech. 3. Ezechielem promiſerat: *Vt adamantem, & ſilicem dedi faciem tuam, ne timeas eos.* Sed parum dico, cum fuerint Apoſtoli duriores adamante, qui lapidariorum illum expolientium inſtrumentis non difficulter cedit; inuicti autem Apoſtoli, numquam Principum, vel Regum comminationibus, & tormentorum doloribus ſuccubuerunt. Mirabiliter hoc Apoſtolici pecto-
D. Ambroſ. ſup. ps. 118. ris robur, Sponſa declarauit: *Crura illius columnæ marmoreæ fundatæ ſuper baſes aureas.* Ambroſius ſuper Pſalm. 118. per columnas aureis baſibus innitẽtes, intelligit Apoſtolos charitate inflammatos, quoniam ipſi ſunt, quibus tota ædificij Eccleſiaſtici ſtructura nititur: vnde gentiũ Apoſtolus de Petro, Ioanne, & Iacobo, inquit:
Gal. 2. *Petrus, Iacobus, & Ioannes videbantur columnæ eſſe.* Quamobrem hodie dictum impletur Dauidicum: *Ego confirmaui columnas eius.* Tremebant prius hæ columnæ, & non ſatis firmæ nutabant, ſed per gratiæ confirmationem, qua Spiritus Domini illarum ſtabiliuit, & roborauit infirmitatem, facti ſunt Apoſtoli Samſone fortiores. Nam ſicut in ſacris Biblijs narratur,
Iud. 14. quod *Irruit Spiritus Domini in Samſon*, & dilacerauit leonem, quaſi hœdum in fruſta diſcerperet, & ligatus vinculis ea diſſipauit, & quod mirabilius eſt, eodem Spiritu afflatus columnas templi, & templum ipſum proſtrauit; ſic Apoſtoli ſimili donati fortitudine rugientem leonem humani generis hoſtem diabolũ debilitarunt, & eneruarunt, vincula pariter rumpentes, quibus irretiebantur, ne ad Chriſti nomen publicandum egredi auderent; ac denique columnas, quibus lex Moſaica fundata erat, nempe ritus, & cærimonias Iudæorum, eruerunt, ac diſſipauerunt, & alias, ſicut olim Hercules, cum inſcriptione: *Non plus vltra*, erexerunt. Quemadmodum etiam per ſacramentum confirmationis ſignum imprimitur in anima diuerſum ab eo charactere, vel ſigno, quod in baptiſmo recipitur, quoniam hæc nota fideles Chriſti diſtinguit ab infidelibus, & inſigne illud confirmationis eſt nota militum valentiorum; ſic etiam Spiritus Domini mirabilem Apoſtolicę gratiæ characterem, ſiue notam ſãctis dedit Apoſtolis, tamquam Chriſtianæ militiæ ſtrenuis militibus, vel potius ductoribus primis, & inuictis, ſicut docuit Paulus, breuiter, quæ diximus omnia in hunc modum comprehendens: *Qui* 2. Cor. 1.
confirmauit nos, & qui vnxit nos Deus, & qui ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris. Nicolaus Lyrenſis mirifice verba hæc ſic Nic. ibid.
exponit: *Qui confirmat Spiritus ſanctus eſt, qui coniungit membra Eccleſiæ ad inuicem, & capiti, vnxit nos ſcilicet gratia ſua, & qui ſignauit nos ſigno Crucis in confirmatione.* Et noſtro propoſito conuenienter explicare poſſumus ſignum characteris, qui per cõfirmationem imprimitur, & per quem Chriſtiani exercitus milites, tamquam per propria inſignia diſcernuntur, concluditque Nicolaus ſuper hæc verba: *Dedit pi-* 2. Cor. 1.
gnus Spiritus in cordibus noſtris, notans acute duas eſſe pignoris proprias conditiones: vnam, vt tãti precij ſit, & valoris, quanti res ipſa, cuius eſt pignus; alteram, vt pignoris precium, & dignitas gignat ſpem aſſequendi id, pro quo pignus datum fuit. Ait ergo Paulus: *Dedit pi-* Ibidem.
gnus Spiritus in cordibus noſtris. Quod certe pignus tantæ dignitatis, & excellentiæ eſt, quantę ipſamet Dei Trinitas, quæ obiectum eſt noſtræ beatitudinis, pro qua Spiritus ſanctus nobis eſt oppignoratus, pariterque eiuſdem pignoris precium, & valor certiſſimam nobis ſpem largitur, ad ſummæ felicitatis, & æternitatis gloriam perueniendi. Poterit tamen fortaſſe quiſpiam mihi obijcere, quod pignoris etiam ſit propria conditio, vt quando res, pro qua pignus datum fuit, obtinetur, illico pignus reſtituatur, quod faciendum ſi foret, tam excellenti dono Spiritus ſancti priuandi videremur. Cui ego reſpondeo, non ideo carere dato pignore nos debere, quoniam Spiritus ſanctus dupliciter iuſtis infunditur, & donatur: vno modo, dum viuimus, quatenus pignus eſt æternæ felicitatis; altero quatenus præmium, poſtquam de hac vita ad aliam remigrauerimus. Quamobrem, etſi iuſtus Spiritũ ſanctum, prout eſt pignus promiſſionis, reſtituat, ingreditur tamen eius poſſeſſionem, prout eſt pręmium per omnem æternitatem. Quæ omnia Paulus ſapienter, & breuiter incluſit in illis verbis: *Dedit pignus Spiritus in cordibus* Ibidem.
noſtris. Ad hæc velut in ſacramento confirmationis datur patrinus confirmato, vt conſtat ex cap. in catechiſ. de conſecratione diſt. 4. ad quem C. in catec. de conſ. diſt. 4.
pertinet inſtituere cõfirmatum, tamquam proprium ſibi filium ſpirituale, & militem in Chriſtianæ militiæ prælijs tyronem, ob idque Doctores eum, qui hoc fungitur munere in confir-
matione,

Digitized by Google

matione vocant patrem ſpiritualem; ſic etiam in confirmatione Apoſtolorum Chriſtus dedit Apoſtolis ſuis pro compatre, & ſuſceptore Spiritum ſanctum, vt illorum eſſet magiſter, & do-
Ioan. 16. ctor, iuxta eiuſdem Chriſti promiſſionem: *Ille docebit vos omnem veritatem*; vel ſecundum Græ-
Græc. interp. cum textum: *Deducet vos in omnem veritatem*. Ab illo enim non ſolum inſtituti, ſed etiam armati fuerunt Apoſtoli, & vere cum regio Pro-
Pſ. 143. pheta dicere poterant: *Benedictus Dominus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*. Demum ſicut ex officio compatris, vel ſuſceptoris naſcitur affinitas, vel cognatio ſpiritualis inter cõfirmatum, & ſuſceptorem, vt conſtat ex Concilio Tridentino; ſic Apoſtoli cum ipſo Spiritu ſancto videntur contraxiſſe cognationem, vnde non immerito dicere poterant, *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de Reform.*
quod ex Poeta Arato Paulus adducit:
Ipſius enim & genus ſumus, facti Dei *Act. 17.*
affines, & agnati per dona cæleſtia, & diuina munera, quæ
illis Spiritus Domini
communicauit.
Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſeculorum.
Amen.

Omnia, & ſingula, quæ in hoc opere continentur, ſubiicio cenſuræ Eccleſiæ catholicæ Romanæ.

Qui dedit incipere, dedit & perficere Deus Trinus, & Vnus.
Cui ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

INDEX

Digitized by Google

INDEX PRIMVS

Continens titulos omnium Librorum, & Homiliarum huius operis.

LIBER PRIMVS.

De altiſſimo ſanctiſſimæ Trinitatis arcano, vnico, & inexhauſto fonte reliquorum.

Homilia prima.

QVanta ſit præſentis tractationis difficultas. 1

Homilia ij.

Verbis Mercurij Triſmegiſti, quibus Dei natura ſub ſphæræ ſimilitudine deſcribitur, explicatis; tractata in homilia ſuperiori difficultas magis apparet. 8

Homilia iij.

Oſtenditur neceſſitas, & excellentia fidei, ad intelligenda, quæ ſupra naturam ſunt, & præſertim myſterium Trinitatis. quæ varijs ſacræ paginæ auctoritatibus comprobatur. 14

Homilia iv.

Illorum reprehenditur amentia, qui ſolo humanæ rationis lumine ſupremum Trinitatis myſterium penetrare voluerunt. Et teſtimonijs ſacræ Scripturæ, alijsque, tam à naturali, quàm à ſupernaturali ordine ſumptis argumentis Trinitas diuinarum perſonarum confirmatur. 20

Homilia v.

Per verba Geneſis: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, erudite, & multipliciter enodata, diuinarum perſonarum vnitas, & Trinitas indicatur. Gen. 1. 26

Homilia vj.

Tres viros, qui Abrahæ apparuerunt, trium in Deo fuiſſe perſonarum figuram, docetur. 31.

Homilia vij.

Deſcribitur, & explicatur fabrica templi, quod vidit Ezechiel, vnde Trinitatis myſterium, & Chriſti verba declarantur: Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare quæcunque mandaui vobis, & ecce vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi. Matth. vlt. 35

Homilia viij.

Nonnullis veteris Teſtamenti copioſe, ac docte figuris enodatis, Chriſti verba: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, iterum elucidantur, ac potiſſimum Dei vnitas, & perſonarum in eo Trinitas aperitur. 44

Homilia ix.

Chriſti verba: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, latius explicantur, & varijs teſtimonijs, atque exemplis eſſentiæ in Deo vnitas, & perſonarum Trinitas probatur. 52

Homilia x.

Eſſentiæ in Deo vnitas, & perſonarum Trinitas ſacris litteris, & Patrum ſententijs, nec non accuratis rationibus oſtenditur. 60

Homilia xj.

Proponuntur præcipuæ rationes, quas ad Trinitatis myſterium intelligendum fide prælucente catholica, mens humana conſequitur. 67

Digitized by Google

LIBER. II.

De ineffabili Incarnationis Verbi diuini arcano.

Homilia prima.

QVam difficile ſit tam abſconditi myſterij tractatio, & explicatio. 1

Homilia ij.

De varijs figuris, quibus olim Deus ſuſcepturum ſe hominis naturam præſignauerat. 7

Homilia iij.

Quare Deus naturam ſibi induerit humanam, & cur potius Filius, quam Pater, aut Spiritus ſanctus illam acceperit, explicatur. 19

Homilia iv.

Quantum Deus hominem naturæ, & gratiæ muneribus in eum collatis honorauerit, quæ tamen ſingula, vel omnia non potuerunt humanæ naturæ complere capacitatem, donec illam ſibi Dei Filius vniuit. 30

Homilia v.

Explicantur multiplici eruditione ſingularia, quædam ſacræ Scripturæ loca, ad elucidandum ſacrum Incarnationis arcanum. 36

Homilia vj.

Diuinum Verbum cum pluuia, & rore comparatur, & exponuntur verba Pſal.67. Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hereditati tuæ, &c. & verba Pſalm. 72. Sicut pluuia in vellus deſcendiſti, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. 46

Homilia vij.

Quantum in hoc ſupremo Incarnationis myſterio bonitas Dei, ſapientia, & omnipotentia eluceat. 51

Homilia viij.

Quantum diuinus amor in myſterio Incarnationis effulgeat. 63

Homilia ix.

Diuini amoris vi effectum eſſe, vt Deus ſuam contraheret immenſitatem, ad humanam deſcendens naturam, vt homo conſcenderet ad diuinam: qua in re, quamuis Dei altitudo videatur quidem deprimi, multo tamen mirabilius extollitur. 67

Homilia x.

Proſequimur diuini amoris magnitudinem, in Incarnationis myſterio valde ſplendentem, in illa verba: Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret: quæ ad amuſſim explicantur. 75

Homilia xj.

De Dei erga homines ardenti amore, tam ex parte Patris dantis, quàm ex parte Filij nobis dati, in illa eadem verba: Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret: quæ multiplici Patrum eruditione illuſtrantur. 82

Homilia xij.

De diuinæ miſericordiæ magnitudine, quæ licet in alijs Dei operibus valde ſplendeat, maxime tamen in Verbi diuini Incarnatione effulget. 90

Homilia xiij.

De magnitudine diuinæ iuſtitiæ, quæ in nullo diuinorum operum adeo effulget, quantum in incarnati Verbi myſterio: ſimul tamen aperitur triumphus miſericordiæ de iuſtitia. 111

Digitized by Google

LIBER III.

De duplici Chriſti Redemptoris Noſtri natiuitate: Æterna videlicet, & temporali, ac de varijs arcanis in vtraque reconditis.

Homilia prima.

MVltiplici eruditione explicantur grauiſſima illa verba D. Ioannis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum. Ioan. 1. 1

Homilia ij.

Denuo explicantur verba illa Ioannis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum; ac permulta, grauesque admodum rationes afferuntur, cur ſecundam perſonam Verbum, & non Filium appellauerit Ioannes. 11

Homilia iij.

In qua verba illa D. Ioannis: Et Verbum caro factum eſt, conceptuum ad hoc myſterium ſpectantium multitudine, & varietate explicantur. 17

Homilia iv.

De ardentiſſimo veterum Patrum deſiderio videndi Deum in carne humana, necnon de cauſis, ob quas tamdiu diſtulit aduentum hunc; ac tandem de diſpoſitione neceſſaria ad percipiendos mirificos huius aduentus fructus. 24

Homilia v.

Quam latum fuerit nuncium, quo fuit mundo nunciata Chriſti Natiuitas, & quæ ad illam dignè celebrandam neceſſaria ſit mentis noſtræ præparatio. 32

Homilia vj.

Multis ſacræ Scripturæ locis pulchrè explicatis, Chriſti Domini feliciſſima natiuitas illuſtratur, multiplices eius fructus egregia Patrum teſtimonia oſtentant. 38

Homilia vij.

De circumſtantijs loci, & temporis, quando natus in terris eſt Dei Filius, in cuius natalem diem alia ſacræ Scripturæ loca explicantur, & facto ad Filium, & Matrem colloquio profanus vſus perperam latantium reprehenditur. 44

Homilia viij.

Proſequimur circumſtantias natiuitatis Chriſti Domini prodigia, quæ tunc tam è cælo, quàm è terris viſa, quæ in porticu Bethlehem facta ſunt, copioſè enarrantes, inſignemq. locum Iob Chriſti natiuitati pulchrè adaptamus. 54

Homilia ix.

Multiplici priſcorum Patrum eruditione aurea contexitur catena, natiuitatis Chriſti Domini dulciſſimam narrationem ad amuſſim explicans, in illa verba: Factum eſt autem cum eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret, & peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio. 60

Homilia x.

Singulari quadam, ac erudita expoſitione elucidantur verba Eccleſiæ catholicæ in ſacro Chriſti Domini natalitio: Rex pacificus magnificatus eſt, cuius vultum deſiderat vniuerſa terra: & illa alia his ſimilia: Magnificatus eſt Rex magnificus ſuper omnes Reges vniuerſæ terræ. 3. Reg. 10. 70

Homilia xj.

Ex antiqua humani amoris figura poſitus in præſepio Chriſtus, amoris verus eſſe Deus oſtenditur. 78

Homilia xij.

De vniuerſa lætitia, & magna pace, quam Chriſti Domini attulit natiuitas, & quanto illæ precio vtramque parauerit. 85

LIBER. IV.

De circumciſione Chriſti, & eius arcanis.

Homilia prima.

Perpulchræ aperiuntur cauſæ, ob quas Chriſtus voluit circumcidi. 1

Homilia ij.

Declarantur aliæ egregiæ cauſæ, ob quas Chriſtus circumcidi voluit. 10

Homilia iij.

Exponuntur latius cauſæ, propter quas Chriſtus fuit circumciſus. 16

Homilia iv.

Proſequimur cauſas circumciſionis Chriſti, fitque breuis, & ingenioſa explicatio Euangelij, quod in feſtiuitate circumciſionis catholica Eccleſia cantare ſolet, ex Luc. 2. 22

Homilia v.

Magnitudo amoris oſtenditur, quo Chriſtus homines proſecutus eſt, ter pro eis ſanguinem fundens, in circumciſione, in horto, & in Cruce. 27

Homilia vj.

Continet breuem aliam cum multiplici doctrina expoſitionem Euangelij, quod in die circumciſionis cantatur. 35

Homilia vij.

De eximia liberalitate, quam Chriſtus Dominus in circumciſione oſtentat, ac de varijs myſterijs in ea reconditis, in illa eadem verba: Poſtquam cõſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Luc. 2. 43

Homilia viij.

Reſpondetur nonnullis quæſtionibus, circa myſterium circumciſionis, & impoſitionem ſacroſancti nominis Ieſu. 50

LIBER. V.

De ſanctiſſimi nominis Ieſu excellentia, & arcanis in eo reconditis.

Homilia prima.

Quas ob cauſas Chriſtus Dominus, inter alia multa nomina, quæ poterat accipere, nomen Ieſu elegerit, pulchrè diſſeritur. 1

Homilia ij.

Quantum maieſtas, & altitudo Dei ſe demiſerit, nomen accipiens, & quantum impoſitione illius Pater eum extulerit. 7

Homilia iij.

Quantum ineffabile nomen Ieſu reliquis præſtet nominibus, in illa verba Pauli: Donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. ad Philip. 2. 15

Homilia iv.

Proſequimur excellentiam nominis Ieſu, quod nouum ſit, & cælitus delatum, perſpicuè oſtendentes. 22

Homilia v.

Referuntur, & explicantur nonnulla, quibus ſacrum nomen Ieſu præ cæteris oſtenditur excellere, & quanta illud ſit reuerentia colendum, iterum edocetur. 26

Homilia vj.

Quæ ſit vtilitas, ſuauitas, & maieſtas nominis Ieſu, & quanta ei reuerentia debeat exhiberi. 30

Homilia vij.

Quanta ſit nominis Ieſu celſitudo, & quæ illi veneratio debeatur, latius oſtenditur multiplici eruditione, tam à ſacra Scriptura, quàm à ſanctis Patribus accepta, vnde multa, & magna, quæ in eo latent myſteria, referantur. 38

Digitized by Google

Homilia viij.

Quam apte Chriſto Domino impoſitum fuerit nomen Ieſu, in quo pleraque alia, quæ latent myſteria, deteguntur. 42

Homilia ix.

Multiplici ſanctorum Patrum expoſitione elucidantur verba illa: Oleum effuſum nomen tuum. Cant. 1. 50

Homilia x.

Conditiones & circumſtantiæ, quæ in ſancto Dei nomine iurando neceſſaria ſunt, erudite explicantur. 55

Homilia xj.

De grauitate culpæ, ac pœnæ, quam ſine veritate nomen Dei temere iurans incurrit. 59

LIBER VI.

De feliciſſima Chriſti Epiphania, & Regum Magorum aduentu, ac de varijs arcanis in vtriſque reconditis.

Homilia prima.

F*It ſatis præcipuis interrogationibus, quæ ab humano ingenio de aduentu Magorum Regum ad porticum Bethlehem fieri poſſunt.* 1

Homilia ij.

Varia gloſſemata incipiunt in Euangelium Epiphaniæ, in quibus multiplici ſacræ Scripturæ eruditione trium Regum feliciſſimus aduentus ad infantem recens natum adorandum pulchrè illuſtratur, ab illis verbis: Ecce Magi ab Oriente venerunt: Inuenerunt puerum cum Maria: Et procidentes adorauerunt eum. 13.

Homilia iij.

Alia pulchra gloſſemata in Euangelium, quod Eccleſia catholica in die Epiphaniæ canit, ab illis verbis, quæ iterum varijs animi conceptionibus locupletantur: Ecce Magi ab Oriente venerunt. 23

Homilia iv.

Proſequimur incepta gloſſemata Euangelij Epiphaniæ, illa verba illuſtrantes: Venerunt Hieroſolymam: Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum: Vidimus ſtellam eius in Oriente. 29

Homilia v.

Proſequimur idem argumentum, elucidantes verba illa: Audiens autem Herodes turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo, & illa alia: Interrogate diligenter de puero, vt & ego veniens adorem eum. 36

Homilia vj.

Varijs animi conceptibus, & ratiocinationibus moralibus finitur cœpta ſuperius interpretatio Euangelij, quod in feſto Epiphaniæ ab Eccleſia cantatur, in illa verba: Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius: Obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham: Et reuerſi ſunt per aliam viam. 43

Homilia vij.

In qua diſertè oſtenditur, in die Epiphaniæ diuinum Verbum ſe nobis manifeſtaſſe: quamuis alioquin ſub humanæ carnis velo videretur abſcondi, & occultari; itaque aperitur, quomodo ſe occultans Verbum diuinum, ſe manifeſtarit. 53

Homilia viij.

Chriſtus Dominus in die Epiphaniæ, Soli, Fluuio, & Leoni aſſimilatur. 58

Homilia ix.

De contractis ſponſalitijs Chriſti Domini cum Eccleſia catholica, per ſacros Reges adumbrata, in cuius figura præceſſerunt ſponſalitia Samſonis cum Dalida, in illa verba: Hodie cæleſti Sponſo iuncta eſt Eccleſia. 62

LIBER VII.

De Baptiſmo à Chriſto Domino in Iordane ſuſcepto, & eius arcanis.

Homilia prima.

ELucidantur verba illa: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; vbi multiplex cauſa ſignatur, ob quam Chriſtus Dominus Agnus à Ioanne vocatus eſt. 1

Homilia ij.

Proponuntur nonnullæ cauſæ, ob quas Chriſtus Dominus Baptiſmum Ioannis ſuſcepit: prius tamen de natura huius baptiſmi concionatorio more diſſeritur. 10

Homilia iij.

De excellentia huius myſterij mira in Patribus dicuntur, & variæ eius circumſtantiæ multiplici eorundem Patrum eruditione illuſtrantur. 18

Homilia iv.

Explicantur variæ, ac multiplici eruditione tam ex rebus naturalibus, quàm ex humanis, & diuinis litteris myſteria recondita in deſcenſu Spiritus ſancti ſub ſpecie columbæ. 30

LIBER VIII.

De glorioſa Chriſti Domini Transfiguratione, & varijs eius arcanis.

Homilia prima.

DE contrapoſitione duplicis montis, in quorum vnum Chriſtus transfigurandus aſſumpſit tres diſcipulos, in alterum Diabolus aſſumpſit Chriſtum, vt ambo diuitias gloriæ ſuæ oſtentantes, ille veras, hic falſas, mortalium animos ad ſe allicerent. 1

Homilia ij.

De regalibus comitijs habitis in aula montis Thabor, vt fidelitatis iuramentum principi Chriſto præſtaretur. 10

Homilia iij.

Quam vtiles ſint bonæ electiones, & quam reipublicæ nociuæ, prauæ, multiplici ſacræ Scripturæ eruditione, varijsq. animi conceptibus oſtenditur, in illa verba: Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Ioannem, & Iacobum. 15

Homilia iv.

Oſtenditur in eo, quod Chriſtus Dominus ex multis diſcipulis tres ſolos elegerit, vt transfigurationis gloria potirentur, paucitatem ſaluandorum, & multitudinem reproborum deſignaſſe; pariterque aperitur, ex parte noſtra prædeſtinationis nullam cauſam, reprobationis vero iuxta multorum Doctorum ſententiam peccatum exiſtere, in illa verba: Aſſumpſit Petrum, & Ioannem, & Iacobum. 24

Homilia v.

In montem cæleſtis Hieruſalem non niſi per laborem aſcendendum: & de vtilitate vitæ ſolitariæ, multiplici locorũ difficilium ſacræ Scripturæ expoſitione adhibita, eruditè, & fructuosè pertractatur, in illa verba: Et duxit illos in montem excelſum ſeorſum. 33

Homilia vj.

Explicantur verba illa S. Matthæi. Et transfiguratus eſt; ac nonnullæ huius myſterij ſingulares figuræ afferuntur. 41

Homilia vij.

Agitur de magnitudine gloriæ, atque excellentia præmij à Deo iuſtis promiſſi, oſtenditurque opera noſtra, quamuis ex ſua natura parui momenti ſint, diuina tamen informata gratia vitam glorioſam, & æternam promereri, in illa verba: Et transfiguratus eſt. 46.

Homilia viij.

Proſequimur multiplici ſacræ Scripturæ eruditione magnitudinem gloriæ, quam bonis operibus iuſti promerentur; ſed prius aperitur, quantum apud homines valeat huius præmij ſpes, in illa verba: Et transfiguratus eſt. 51

Homi-

minum productis: ac de iniquiſſima mortis ſententia ad inſtantiam perfidæ gentis Iudaicæ, contra auctorem vitæ: à Pilato latam ac de tenore illius: necnon de lotione manuum, per quam ille ſe à tanto ſcelere liberum falſo ſibi blandiebatur, in illa verba: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, & illa: Tunc tradidit eis illum, vt crucifigeretur. 162

Homilia xix.

De graui, ac moleſta crucis baiulatione ſuper humerum, quâ onuſtus Chriſtus Dominus perrexit ad montem Caluarium: vbi etiam de materia, ac magnitudine Dominicæ Crucis multiplici eruditione diſſeritur. 174

Homilia xx.

De potioribus circumſtantijs, baiulationem Crucis concomitantibus, in illa verba: Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt. Ioan. 19. & induerunt eum veſtimentis ſuis. Mar. 15. & angariauerunt Simonem Cyrenæum, vt tolleret Crucem eius, ibidem, & illa alia: Nolite flere ſuper me, &c. Luc. 23. 183

Homilia xxj.

De immani crucifixione Chriſti Domini, ac de varijs circumſtantijs, in illa verba: Et crucifixerunt eum. Luc. 23. 192

Homilia xxij.

Proſequimur circumſtantias crucifixionis Chriſti Domini, alias plures ſcitu digniſſimas tradentes, & elucidantes. 208

Homilia xxiij.

De cauſis, ob quas Chriſtus Dominus ignominioſam crucis mortem elegit. 217

Homilia xxiv.

De varijs figuris iuxta Patrum doctrinam, quibus tam in rebus naturalibus, quàm in ſacris litteris Deus olim Dominicam Crucem præſignauerat, necnon de præcipuis epithetis, quibus ijdem Patres illam cohoneſtarunt. 225.

Homilia xxv.

De titulo Cruci Chriſti Domini appoſito, in illa verba: Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper Crucem: erat autem ſcriptum, IESVS. NAZARENVS. REX. IVDAEORVM. 234

Homilia xxvj.

De triumpho Dominicæ Crucis, vbi de priſtina eius ignominia in ſummum tam gloria ſplendorem conuerſa, tam ex profanis, quàm ex ſacris litteris, & ſanctis Patribus copioſe diſſeritur. 243

Homilia xxvij.

De Crucis, & clauorum inuentione per Helenam Conſtantini Imperatoris matrem. 253

LIBER XI.

De ſeptem verbis Chriſti Domini, de teſtamento, ac lacrymanda eius morte: necnon de varijs arcanis in his omnibus reconditis.

Homilia prima.

VErba Chriſti Domini: Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt, multiplici ſacræ Scripturæ, & ſanctorum Patrum eruditione illuſtrantur: ac de efficacia Verbi diuini, & inimicorum dilectione pleraque tam fructuosè, quam curiosè diſſeruntur. 1

Homilia ij.

Boni latronis conuerſio quam mirabilis, ac portentoſa fuerit, in illa verba: Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Quæ multiplici ſacræ Scripturæ, & ſanctorum Patrum doctrina palam fit. 17

Homilia iij.

Proſequimur conuerſionem boni latronis, heroica eius virtutum opera commemorantes, quibus ſe ad primam gratiam diſpoſuit, & vitam æternam promeruit. 26

Digitized by Google

Homilia iv.

De eximia Chriſti liberalitate erga bonum latronem, ac de felicisſima eius ſorte, in illa verba: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo: quæ multiplici ſacra Scripturæ eruditione illuſtrantur. 34

Homilia v.

De cauſis, ob quas Chriſtus è Cruce pendens beatisſimam Virginem vocauerit mulierem, & non matrem, & de mutua relatione matris, & filij inter ipſam, & D. Ioannem Euangeliſtam, in illa verba: Mulier ecce filius tuus; deinde dicit diſcipulo, Ecce mater tua: & ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua. 43

Homilia vj.

Explicantur varia priſcorum Patrum eruditione verba illa: Clamauit Ieſus voce magna dicens: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? 53

Homilia vij.

De *multiplici ſiti, quam Chriſtus Dominus in Cruce pertulit cum dixit, Sitio: cuius verbi varij ſenſus, ſecundum varias ſanctorum Patrum expoſitiones ſubijciuntur.* 58

Homilia viij.

Multiplici Patrum intelligentia pulchre exornantur verba illa Chriſti Domini è Cruce pendentis: Conſummatum eſt. 66

Homilia ix.

De teſtamento, quod Chriſtus Dominus præcipue tamen in vltima Cœna recumbens, & in lecto Crucis iacens condidit, in illa verba: Clamans voce magna Ieſu ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum: quæ Patrum multiplici doctrina locupletantur. 72

Homilia x.

De varijs figuris, mortem Chriſti Domini adumbrantibus, nec non de quibuſdam eius circumſtantijs, in illa verba: Et hæc dicens expirauit. 80.

Homilia xj.

Referantur varia ſacramenta ſcitu digniſſima, quæ in verbis illis latent: Inclinato capite tradidit ſpiritum: quæ permultis, tam antiquis, quàm nouis expoſitionibus mirificè illuſtrantur. 88

Homilia xij.

Chriſti *Domini mortem mirum in modum glorioſam fuiſſe ex tribus præcipue colligitur: nimirum quod non coacta, ſed voluntaria pluſquam omnium Martyrum fuerit: quod glorioſam victoriam de hoſtibus ſuis tulerit: quod tandem mirificos fructus pepererit.* 95

Homilia xiij.

De prodigijs omnibus ab Euangeliſtis commemoratis, quæ partim ante, partim poſt, mortem Chriſti in die obitus eius acciderunt, in illa verba: Tenebræ factæ ſunt in vniuerſa terra. & illa alia: Ecce velum templi ſciſſum eſt, terra mota eſt, petræ ſciſſæ ſunt, & multa corpora ſanctorum, quæ dormierant ſurrexerunt. 107

Homilia xiv.

Referuntur varia alia prodigia ab Euangeliſtis non enarrata, quæ tamen à grauiſsimis Doctoribus commemorantur in die obitus Chriſti *Domini contigiſſe.* 115

Homilia xv.

De matrimonio, quod diuinus Sponſus Chriſtus *Dominus in lecto Crucis cum Eccleſia catholica eius Sponſa conſummauit, in illa verba Dauidica: Eructauit cor meum verbum bonum, cum reliquis illius Pſalmi, quæ de Chriſti morte iuxta grauiſsimorum Patrum ſententiam pulchrè explicantur.* 119

Digitized by Google

LIBER XII.

De arcanis in vulnere lateris Chriſti latentibus.

Homilia prima.

Expenduntur variæ figuræ, vulnus lateris Chriſti Domini, poſt mortem ei inflictam adumbrantes, in illa verba: Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua. 1

Homilia ij.

Apertionis lateris Chriſti Domini egregiæ redduntur cauſæ, in illa eadem verba: Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua. Ioan. 19. 10

LIBER XIII.

De honorifica Chriſti Domini ſepultura, & arcanis in ea reconditis.

Homilia vnica, & inſignis valde.

De eximio ſplendore, ac ſingulari gloria ſepulchri Chriſti Domini, & ſacri funeris illius, quæ ex multiplici capite deprehenditur, in illa verba Iſaiæ: Et erit ſepulchrum eius glorioſum. & illa alia Dauidis: Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. 1

LIBER XIV.

De triumphante Chriſti Domini Reſurrectione, & arcanis in ea reconditis.

Homilia prima.

De Chriſti Domini in ſinum Abrahæ deſcenſione, iuxta Apoſtolici Symboli verba: Deſcendit ad inferos. 1

Homilia ij.

De varijs figuris, quæ olim triumphalem Chriſti Domini Reſurrectionem præſignauerant, ac de multis naturæ ſymbolis, quibus facilior redditur huius reconditi myſterij fides. 6

Homilia iij.

Chriſtum Dominum ſua virtute ad vitam reſurrexiſſe immortalem, multa, ac ſelecta Scripturæ loca, varia, accurataq. eruditione elucidata comprobant. 15

Homilia iv.

Multis ſacrarum litterarum locis pulchre explicatis, reſurrectio Chriſti Domini illuſtratur. 23

Homilia v.

Neruoſæ rationes, vrgentiſſimaq. argumẽta multiplici eruditione illuſtrata adducuntur ad comprobandam, & ſuadendam Chriſti Domini reſurrectionem ſuper illa verba: Præbuit ſe ipſum viuum in multis argumentis. 31

Homilia vj.

De victoria, quam Chriſtus Dominus in triumphante eius Reſurrectione tulit de triplici hoſte, dæmone, morte, ac inferno. 38

Homilia vij.

Sub congrua ſatis ſolis, & ſtellarum metaphora de Chriſti Domini reſurrectione, & eorum, qui cum illo ſurrexerunt, concinne diſſeritur. 43

Homilia viij.

Quod Beatiſſima Virgo prima fuerit, cui Chriſtus Dominus poſt reſurrectionem glorioſus apparuerit, ac de ſingulari lætitia, quam tunc percepit. 47

Homilia ix.

Quam mirifice Chriſti Domini reſurrectio noſtrorum corporum reſurrectionis ſpem erigat, ac fiduciam præbeat, multis ſacrorum voluminum monumentis egregie illuſtratis ſtabilitur. 51

Homilia x.

Chriſti Domini reſurrectionem in carne exemplar

plar eſſe, ad cuius normam ſpiritualis noſtra reſurrectio fieri debet, multiplici eruditione differitur. 58

Homilia xj.

De vniuerſali omnium lætitia, quam mundus ex Chriſti reſurrectione percepit. 63

Homilia xij.

De varijs circumſtantijs comitantibus reſurrectionem Chriſti Domini, vt quod in Dominica reſurrexerit, in aurora, in diem tertiam illam diſtulerit, Angelus apparuerit iuxta ſepulchrum, terræmotus magnus fuerit, præ timore cuſtodes ceciderint, in ſpecie hortulani, & peregrini Chriſtus comparuerit, ac tandem qui fuerint illi, qui cum eo reſurrexerint. 71.

Homilia xiij.

Cur Chriſtus poſt reſurrectionem, clauorum, & lanceæ ſigna in ſuo corpore aſſeruauerit, multiplici eruditione differitur. 81

LIBER. XV.

De admirabili Chriſti Domini Aſcenſione, & eius arcanis.

Homilia prima.

Glorioſa Chriſti Saluatoris noſtri Aſcenſio plurimis figuris, ac ſingularibus ſacræ Scripturæ locis pulchrè explicatis illuſtratur. 1

Homilia ij.

Aquilæ metaphoram Chriſto in cælum aſcendenti adaptamus, perplura, quæ in ea latent arcana, detegere incipientes. 8

Homilia iij.

Aquilæ metaphoram proſequimur, varijs ſacræ Scripturæ locis pulchrè illuſtratis illam locupletantes. 14

Homilia iv.

Triumphantis Aſcenſionis Chriſti Domini ſingularis maieſtas, ac triumphi illius inaudita pompa, & apparatus varia ſacræ Scripturæ eruditione pulchrè deſcribitur. 22

Homilia v.

Proſequimur Chriſti in cælum aſcendentis triumphum, pariterque oſtendimus, quam ei glorioſa, & nobis proficua eius Aſcenſio extiterit, in illa verba: Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. 30

Homilia vj.

Chriſti Domini mirabilem Aſcenſionem longo interuallo antecellere reliquas omnes aſcenſiones, quas tam humanæ, quàm diuinæ recolunt hiſtoriæ, palam fit. 35

Homilia vij.

Chriſti Domini Aſcenſionis ſplẽdidiſſimum triumphum proſequimur, in illa verba: Sedet à dextris Dei, quæ multiplici, tam ſacrarum, quam humanarum litterarum eruditione explicantur, ſimulq. aperitur, in qua empyrei cæli parte Chriſtus Dominus thronum ſuum locarit, & an ſedens, vel ſtans in eo reſideat. 40

Homilia viij.

Proſequitur aliter clariſſimum Aſcenſionis Chriſti triumphum, palam facientes, quibus honoris indicijs, tum à Patre, tum ab Angelis, & alijs creaturis in cælum exceptus fuerit. 46

Homilia ix.

Multis ſacræ Scripturæ locis pulchrè elucidatis oſtenditur, viam, per quam Chriſtus Dominus in cælum aſcendit, fuiſſe humilitatem, ac proinde hanc eandem viam nos ingredi oportere, ſi cum Chriſto illuc conſcendere cupimus. 57

Homilia x.

Sub metaphora Ducis omnibus in re militari numeris abſoluti de Chriſti Domini Aſcenſione agitur, & pleraque alia ad idem myſterium

ſterium ſpectantia multiplici ſacræ Scripturæ eruditione exornata ſubijciuntur. 64

Homilia xj.

Aſcenſionis Chriſti Domini mirabiles fructus incipiunt recenſeri; inter quos primum connumeratur augmentum fidei, ſpei, & charitatis. 69

Homilia xij.

Fructus varios Aſcenſionis Chriſti proſequimur, pariterq; oſtendimus, quam illa vniuerſi cæli, terraq; incolis alacris, dæmoni infeſta, & inferno lugubris fuerit. 74

Homilia xiij.

Multiplici eruditione, & conceptuum varietate explicantur verba illa: Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis. 83

Homilia xiv.

Multis ſacræ Scripturæ locis Chriſti Aſcenſionem pulchrè illuſtrantibus, ingentique conceptuum copia verba illa elucidantur: Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum. 96

Homilia xv.

Multiplici conceptuum varietate exponuntur ſequentia illa eiuſdem Euangelij verba: Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. 105

LIBER XVI.

De portentoſa miſſione Spiritus ſancti, & eius arcanis.

Homilia prima.

Proceſſio Spiritus ſancti, & illius in animis iuſtorum habitatio multiplici ſacrarum litterarum, & ſanctorum Patrum eruditione declarantur. 1

Homilia ij.

Spiritum ſanctum eſſe cor Eccleſiæ, & quibus de cauſis ita nominetur. 9

Homilia iij.

Spiritus ſanctus cum aëre comparatur, & rationes comparationis aperiuntur. 15

Homilia iv.

Quam conuenienter Chriſtus Spiritum ſanctum nobis ſub figura ignis miſerit, & quare ſub igne deſcendente, cum naturæ eius proprium ſit aſcendere. 22

Homilia v.

De cauſis, ob quas Spiritus ſanctus in forma linguarum, & ignis ad Apoſtolos deſcenderit. 29

Homilia vj.

Inter alias cauſas, ob quas Spiritus ſanctus in linguis igneis aduenit, eam non infimum locum tenere, eruditè oſtenditur, vt maledicorum, ac murmuratorum linguas ſuo igni, quaſi cauterio compeſceret, corrigeret, ac reformaret. 35

Homilia vij.

Quam mira ſit proportio inter corporei huius mundi opificium, & catholicæ Eccleſiæ fabricam: & quid in vtriuſque conſtitutione Spiritus ſanctus effecerit, egregiè deſcribitur. 40

Homi-

Digitized by Google

Homilia viij.

Multiplici eruditione exponuntur Moyſis verba: Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas: pariterque oſtenditur diuini huius Spiritus proprium eſſe, conferre animæ noſtræ foecunditatem, qua bonorum operum foetus generantur. 45

Homilia ix.

Perpulchrè enucleantur verba Sapientis: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis, &c. 51

Homilia x.

Proprium eſſe Spiritus ſancti animis noſtris afferre concordiam, & quantum illa in quouis hominum ordine ac vitæ genere valeat, præſertimque in religionibus. 58

Homilia xj.

Apoſtolos in die Pentecoſtes fuiſſe in gratia confirmatos, & magnam eſſe huius confirmationis Apoſtolicæ conuenientiam cum ea, quæ fit per ſacramentum confirmationis. 74

Omnes Homiliæ contentæ in hoc opere, ſunt centum nonaginta quatuor.

Digitized by Google

INDEX SECVNDVS AVCTORVM, QVI IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

S. ANdreas Apoſtolus.
S. Auguſtinus.
S. Ambroſius.
S.Athanaſius.
S.Antoninus.
S.Andreas Cretenſis.
S.Anſelmus.
S.Anaſtaſius.
S.Agnes.
Angelus de Pas.
Abulenſis.
Adrianus Finus.
Andricomius.
Aelianus.
Aelius.
Aelius Lampridius.
Aeneas Siluius.
Aeſopus.
Albertus Magnus.
Alexander ab Alexandro.
Albumazar.
Alciatus.
Alexander Alenſis.
Alphonſus Salmeron.
Ambroſius Calepinus.
Auſonius.
Auctor Hiſtoriæ Scholaſticæ.
Ammonius.
Aymon.
Auicenna.
Apuleius.
Auctor operis imperfecti.
Arnobius.
Arias Montanus.
Auctor libri de Græcorum epigram.
Ammianus.
Andreas Maſius.
Amphilochius.
Annonius.
Arnoldus Lubecenſis.
Ammonius Alexandrinus.
Aranda.
Authentica de iudicijs.
Antonius Gallonius.
Aulus Gellius.
Alphonſus Palęottus Archiep.
Anaſtaſius Sinaita.
Antonius Panthera.
Aretas.
Andreas Mattiolus.
Antonius Gliſſandus.
Auctor ſupplementi Chronici.
Aquila.
Alphagranus.
Ariſtoteles.
Auerroes.
Anſpertus.
Angelus.
Agrippinas.

B

S. BAſilius.
S. Bonauentura.
S. Bernardus.
S.Brigitta.
Briſonius.
Blondus.
Bartholomæus Angles.
Beda.
Bellarminius Cardinalis.
Barablus.
Burchardus.
Bibliotheca SS.Patrum.
Brochardus.
Bellonus.
Bloſius.
Brandembacchius.
Binzonius.
Biblia Tigurina.
Baptiſta Mantuanus.
Baptiſta Font.
Baronius Cardinalis.
Budæus.
Boetius.
Bercorius.

C

S. COrnelius Papa.
S. Cyrillus Alexandr.
S.Cyprianus.
S.Cyrillus Hieroſolymitanus.
S. Clemens Alexandrinus.
S. Clemens Papa.
S. Cæſareus.
Concilium Nicænum.
Conc. Syrmienſe.
Conc. Epheſinum.
Conc. Chalcedonenſe.
Conc. Lateranenſe.
Conc. Florentinum.
Conc. Aurelianenſe.
Conc. Colonienſe.
Conc. Viennenſe.
Conc. Elibertinum.
Conc. Toletanum 16.
Conc. Tridentinum.
Conſtitutiones Apoſtolicæ.
Chronicon Ciſtercien.
Ciceto.
Cælius Auguſtinus.
Chronicon Fratrum Minorũ.
Cartarius.
Cælius Rhodiginus.
Cornelius Tacitus.
Chryſippus.
Caietanus Cardinalis.
Caſſiadorus.
Clemens Papa VI.
Campenſis.
Clitouæus.
Calcidius.
Chronicum Hiſpanum.
Cæſareus Arelatenſis.
Claudianus.
Camoes Poeta.
Claudius Paradignus.
Carolus Sigonius.
Cornelius Cornopolitanus.
Cæſareus.
Chronicum Fouellanum.
Calliſtus Placentinus.
Chriſtianus Adricomius.
Carena ſanctorum Græcorum.
Claudius Guilandus.
Conr. Brun.
Caſſaneus.
Cyprianus Ciſtercienſis.

Digitized by Google

Cedrenus.
Cumana Sibylla.

D

S. Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Alexandr.
Dionyſius Carthuſianus.
Dionyſius Alicarnaſſeus.
Diodorus Siculus.
Durandus.
Dorotheus.
Diogenes Laertius.
Diogenes.
Dioſcorides.
Didymus.
Dio Caſſius.

E

S. Epiphanius.
S. Ephræm.
Eutychianus Papa.
Eucherius Eugubinus.
Euthymius.
Eucharius Victorinus.
Euſtachius.
Egeſippus.
Euſebius Emiſſenus.
Euangelium Nicodemi.
Euſtratius.
Euſebius Cæſarienſis.
Euagrius.
Epiſcopus Coymbricenſis.
Eckius.
Eutropius.
Epiſcopus Canarienſis.
Euripides.

F

S. Fabianus Papa.
S.P.N. Franciſcus.
S. Fulgentius.
Ferdinandus a Caſtello.
Ferdinandus Ogea.
Folengius.
Fabius Stapulenſis.
Faber.
Feſtus.
Felix.
Fabius Paulus.
Foreirus.
Franciſcus Suarez.
Franciſcus Toletus Cardinalis.
Felix Pratenſis.
Flaminius.

G

S. Gregorius Papa.
S. Gregorius Nazian.
S. Gregorius Turon.
S. Germanus.
S. Gaudentius.
S. Geltruda.
Gulielmus Coriel.
Galarinus.
Gloſſa ordinaria.
Genebrardus.
Gregorius Nyſſenus.
Gabriel Biel.
Gloſſa Marginalis.
Gloſſa Interlinearis.
Galenus.
Gulielmus Bibliothecarius.
Guitmundus.
Gulielmus Durantes.
Geminianus.
Gulielmus.
Gretſerus.
Godfredus.
Gliſandus.
Guido Carmelitanus.
Georgius Vicelius.
Guidonius Fabritius.
Geſta S. Silueſtri Papæ.

H

S. Hieronymus.
S. Hilarius.
S. Hippolytus Martyr.
Hadrianus Papa.
Heſiodus.
Homerus.
Horatius.
Hadrianus Iunior.
Herodianus.
Hermannus.
Helianus.
Horoſquius.
Hugo Cardinalis.
Hiſtoria Eccleſiaſtica.
Hieronymus Lauretus.
Herxerius.
Hiſtoria communis Cambiſij.
Hippolytus Epiſcopus.
Heſychius.

I

S. Ignatius Martyr.
S. Ioãnes Chryſoſtomus.
S. Iuſtinus Martyr.
S. Irenæus Martyr.
S. Iſidorus.
Innocentius Papa III.
Incognitus.
Iamblichus.
Ioſephus de Antiquitatibus.
Ianſenius.
Ioannes Roffenſis.
Iſigonus Cyrnus.
Iulius Firmicus.
Iuuencus Poeta.
Iacobus Meierus.
Ioannes Diaconus.
Ioannes Franciſcus Mirandul.
Ioannes Villaneus.
Iacobus de Valentia Archiepiſcopus Chriſtopolitanus.
Ioannes Aquilanus.
Ioſephus Flauius.
Ioannes Cantocuzenus.
Iulius Saglinus.
Iuſtus Lipſius.
Iulius Capitolinus.
Ioannes Molanus.
Ioannes Abbas.

L

S. Leo Papa.
S. Laurẽtius Iuſtinian.
S. Linus.
Lucianus.
Lucianus presbyt. Antiochen.
Lactantius Firmianus.
Lacuna.
Lucanus.
Lucidus.
Lucas Tudenſis.
Laertius.
Laurentius Surius.
Liturgia S. Iacobi.
Liturgia S. Philippi.
Liturgia Syriaca.
Liturgia S. Chryſoſtomi.
Liturgia Latina.
Leander Albertus.
Lucas Marineus Siculus.
Ludouicus Granatenſis.
Landulphus.

Digitized by Google

Lanſpergius.
Lodulphus.
Lentulus.
Lubenſis.

M

S. MAximus.
S. Martialis.
S. Martinus.
Marcellinus.
Maria Siſenius.
Magentius.
Macrobius.
Martinus Polonus.
Marſilius Ficinus.
Mantuanus Poeta.
Martinus Nauarr.
Maldonatus.
Mallonius.
Maximus Turinenſis.
Marcus Velſerus.
Maſconius.
Maurolitius.
Magiſter hiſtor. Scholaſt.
Medina.
Miſnolor.
Mercurius Triſmegiſtus.

N

S. NIlus.
Nilus.
Nicolaus Lyranus.
Nouatianus.
Nicephorus.
Naclantus.
Nauclerus.
Nonnius.

O

OLaus Magnus.
Onuphrius.
Optatus Mileuitanus.
Originale Hebræum.
Origenes.
Ogylon.
Oleaſter.
Orpheus.
Ouidius.

P

S. PEtrus Chryſologus.
S. Proſper.
S. Prudentius.
Plato.
Porphyrius.
Plinius.
Pierius Valer.
Pythagoras.
Pauſanias.
Platina.
Paulus Burgenſis.
Plutarchus.
Philo Iudæus.
Proculus.
Petrus Lombar. Magiſt. Sent.
Propertius.
Procopius Gazæus.
Paulus Oroſius.
Paulus Manutius.
Pagninus.
Paraphraſis Chaldaica.
Procorus.
Piſanus.
Petrus Damianus.
Patres Congreg. in Trullo.
Plautus.
Petrus Meſſias.
Publius Aemilius.
Primatius.
Paſchaſius Abbas.
Paulus Iouius.
Petrus Laodicenſis.
Paulus Diaconus.
Panuinus.
Palladius.
Philippus Cancellarius.
Polydorus.
Perſius.
Paulinus Epiſcopus.
Polybius.
Polus.
Pilatus.
Petrus Comeſtor.
Ptolemæus.
Philo Epiſcopus.
Petrus Galeſinus.
Petrus de Natalibus.
Photinus.
Petrus Cluniacenſis.
Philoſtratus.
Pelliſtratus Epiſcop. Bricenſis
Phelegon.
Palatius.
Pomponius Mela.
Pindarus.
Proba Falconia Sibylla.

Q

QVintilianus.
Quintus Curtius.

R

S. REmigius.
S. Raymundus.
Rupertus Abbas.
Robertus Stephanus.
Rabbi Iſaach in Zoar.
Rabbi Dauid Chimichius.
Rabbi Kaannanà.
Rabbi Moyſes.
Rabbi Salomon.
Rabbi Iſaacb.
Rabbi Baruch.
Rabbi Ionathas.
Rabbi Araban.
Rabbi Pinchaſchas.
Rabbi Moſes Hardaſſan.
Rabbi Simeon Beniochai.
Rabbi Iudas.
Rabbi Acchados.
Rabbi Moyſes Maimon.
Rabbi Eleazar.
Rabbi Moyſes Gerundenſis.
Rabbi Acchana.
Rauiſius.
Richardus Victorinus.
Rupertus Olkot.
Raynerius.
Raphael Razius.
Roſius.
Rabanus.
Rodulphus.
Robertus Aquinas.
Rufinus.
Rutilius Benz.
Renaldus Abbas.

S

STephanus Papa.
Synodus Quinta.

Synodus Sexta.
Synodus Septima.
Synodus Cabillonenſis.
Synodus Pariſienſis.
Synodus Aquiſgranenſis.
Synodus Conſtantienſis.
Symmachus.
Seuerinus.
Sambucus.
Simplex Minorita.
Seneca.
Strabo.
Solonius.
Socrates.
Seruius.
Saluianus.
Stophlerinus.
Sophronius.
Septuaginta Interpretes.
Suetonius.
Solinus.
Simon de Caſsia.
Sabellicus.
Sozomenus.
Sibylla Erithræa.
Schedelius.
Sixtus Senenſis.
Sidonius Apollinaris.
Suidas.
Sempronienſis.
Scaliger.
Spartianus.
Stobæus
Sedulius.
Seuerus Sulpitius.
Sileſius.
Sextus Pompeius.
Saluſtius.
Satherus Hiſtoricus.

T

S. Thaddæus Apoſtolus.
S. Thomas Aquinas.
S. Theodoretus.
Tertullianus.
Titelmannus.
Theophylactus.
Terentius.
Theatrum vitæ humanæ.
Thargum Hieroſolymitanum.
Theodotion.
Theorianus.
Titus Liuius.
Tibullus.
Theophilus.
Trebellius.
Thomas Bozius.
Triclinius interpres Sophoclis
Taulerius.
Themiſtocles
Tryphonius Archiepiſcopus Valentinus.

V

S. Vincentius Ferrer.
Victorinus Patauienſis
Victorinus Afer.
Vincentius Lyrinenſis.
Vitruuius.
Valerius Maximus.
Verderius.
Verſio Græca.
Verſio Complutenſis.
Vbaldenſis.
Vincentius Antiſtius.
Vegetius.
Vlpianus.
Villanoua Archiepiſcopus Valentinus.
Virgilius.
Venantius Chromatius.

X

Xenophon.

Z

Zonaras.
Zenodotus.
Zeno.

INDEX TERTIVS.

LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVAE PECVLIARI RATIONE, SEV expoſitione litterali, myſtica, vel morali illuſtrantur.

Primus numerus adhibitus, eſt libri nota; poſterior columnæ: porrò Typographus nonnumquam in numero paginarum falſus eſt; nos vero tam in hoc Indice, quam in alio non paginarum falſum numerum; ſed eum qui eſſe debuit, ſecuti ſumus.

EX GENESI.

ET terra erat inanis, & vacua. Gen. 1. varia lectio. 16.42
Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Gen. 1. alia verſio, fouebat, incubabat ſuper aquas. 7.25. explicatur ſpiritus. 16.46. aquas. 47. ferebatur. 48. item varia lectio. ibid.
Faciamus hominẽ ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Gen. 2. de Incarn. 1.25.2.9.& 10
Faciamus hominem ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ noſtram. Gen. 2.2.10. de dignitate hominis. 31
Erunt duo in carne vna. Gen. 2. de Incarn. 2.10
Prçcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud. Gen. 2. de occaſione peccati amouenda. 14.60
In quacumque die comederis, morte morieris. Gen. 2. 1.9
Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Gen. 2. 9.56
Cum audiſſet vocem Domini deambulantis in paradiſo ad auram &c. Gen. 3. ly Dominus, ly vocem. 2.101.102.104. lÿ deambulantis.
Tu inſidiaberis calcaneo eius. Gen. 3. moraliter. 14.63
Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Gen. 4. varia lectio. 16.25
Pœnitet me feciſſe hominem. Gen. 6. lugẽtis vox. 2.97
Ego ero merces tua magna nimis. Gen. 15. de beatitudine, præmio bonorum operum iuſtorum. 8.50
Capram trinam, & arietem annorum trium 1.24 Gen. 15. Trinitatis myſterium.
Dominus videt, vel videbit. Gen. 22. 10.224
Super eum, qui introduxit ſe in tabernaculum Saræ. Gen. 27. de Chriſto patiente. ex Rabbi Moſe Gerunden. 11.98
Frumento, & vino ſtabilini eum, & poſt hæc fili mi, quid amplius faciam. Gen. 27. de ſacramẽto Euchariſtiæ. 9.4.& 5
Apparuit ei Dominus in cõualle Mambre. Gen. 18. apparitio. 1.31
Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam ignem a Domino. Gen. 19. Trinitatis myſterium. 1.22
Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac affuiſſet mihi. Gen. 31. cur nõ Deus Iſaac. 10.83
Genu, flectite: Ioſeph enim tranſit. Gen. 41. varia lectio. 15.25
Ad prædam fili mi aſcendiſti. Gen. 49. de Chriſto reſurgente. 14.12.
Requieſcens accubuiſti vt leo, &c.
Ligans ad vitem pullum ſuum &c. Rabbi Pannana verſio. Gen. 49. 9.24
Simeon & Leui fratres vaſa iniquitatis bellãtia: in conſilium eorum non veniat anima mea &c. Gen. 49. de conſilio Iudæorum. varia lect. 10.13
Expectabo ſalutare tuum Domine. Gen. 49. paraphr. notanda. 3.25
Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos, explicatur terminus, ſors. Gen. 49. 7.31
Nephtali ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis. Gen. 49. de verbis Chriſti in Cruce. 11.6

EXODVS.

STetit ſanguis circũciſionis filij mei. Exod. 4. 4.5
Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob &c. Exod. 5. Trinitas. 1.51
Et nomen meum Adonai non indicaui eis. Exod. 6. 17. Adonai. 5.18
Venit muſca grauiſſima. Exod. 8. 7.9
Erit autem agnus maſculus abſq; macula, & anniculus. Exod. 12. explicatur. 7.2.3
Quod reſiduum fuerit, comburetis. Exod. 12. moraliter. 9.21
Miſiſti iram tuam, quæ deuorauit eos, ſicut ſtipulam: flauit ſpiritus tuus, & ſubmerſi ſunt, quaſi plumbum. Exod. 15. ly vt ſtipulam, ly vt plumbum. 10.82
Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus Exod. 16. de Sacramento Euch. 9.72
Non aſſumes nomen Dei in vanum. Exod. 20. ly aſſumes. 5.56.& 57
Ego ſum Deus zelotes &c. & faciens miſericordiam in millia. Exod. 20. ly in millia. 2.93
Panis propoſitionis. Exod. 25. figura ſacramenti. varia lectio. 9.138

LEVITICI.

QVi maledixerit Deo, portabit peccatum, & qui blaſphemauerit nomen Domini, lapidibus obruent eum, &c. Leuit. 24. 4.19
Dabo vobis cælum ferreum, id eſt, quaſi ferreis ſeris obſeratum. Leuit. 26. 7.23

NVMERI.

NVlla curioſitate videant, quæ ſunt in ſanctuario. Num. 4. 9.18
Oſtendit Dominus faciem ſuam tibi. Num. 6. de Chriſto reuelando. 3.26. & 27
Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Nu. 21. de impijs Hebræis. 9.69. var. lect. 70

DEVTERONOMII.

AVdi Iſrael, Deus Deus noſter, Deus vnus eſt. 1.33
Maledictus a Deo, qui pendet in ligno. Deut. 21. var. lect. 11.96
Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem Nazareni. Deut. 33. de Ieſu. 5.45. & 46
De benedictione Domini terra eius, de pomis fructunm ſolis, & lunæ, benedictio illius, qui apparuit in rubo, &c. Deut. 33. de Chriſto. 15.100.101

EX LIBRIS REGVM.

ET recedebat ab eo ſpiritus malus. 1. Reg. 4. an id fuerit miraculum. 16.68
Ferebatur in manibus ſuis, 1. Reg 21. de Chriſto. 9.15. ex Aug.
Dabis ſeruo tuo cor docile. 3. Reg. 3. variar. lect. 6.33
Fecit feneſtras reſpiciētes clauſas. 3. Reg. 6. qualiter. 10.205.206. ex D. Hieron.
Steti pro Patre meo. 3. Reg. 8. 6.8
Obſecro, vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. 4. Reg. 2. 8.38
Ecce currus igneus, & equi ignei, & aſcēdit Elias per turbine in cælū. 15.37. ly cælū explicatur.
Concede mihi ſeruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra. 8.74
Mittet radicem deorſum, & faciet fructū ſurſum. 4. Reg. 19. de Chriſti humilitate. 15.62
Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in toto corde ſuo, &c. 4. Reg. 23. de Chriſto in Cruce immolato. 11.82

EX PARALIPOMENON.

INcuruatus ſum multo vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi. 2. Par. 36. moraliter. 9.146

EX LIBRO ESTHER.

REgina quoq; Eſther nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege præter me. Eſth. 5. ly præter me. 9.35. de ſacramento Euchariſt.

EX IOB.

SI habes brachium ſicut Deus, aut ſimili voce tonas: circumda tibi decorem, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus &c. Iob. 4. varie explicatur. 15.5
Viſitans ſpeciem tuam non peccabis. Iob. 5. 1.30
Elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea. Iob 7. de Cruce. 10.249
Faciet comam quaſi cum primum plantatum eſt. Iob 14. de Incarnatione. 2.70
Tetendit aduerſus Deum manum ſuam, & contra omnipotentem roboratus eſt. Iob 15. de alapa qua Chriſtus percuſſus. 10.72
Quis dedit cordi intelligentiam: alij gallo. Iob. 18. 16.13
In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies meos. Iob 29. varia lectio de Chriſto reſurgente. 14.22
Faciem meam conſpuere non verentur. Iob. 30. de Chriſto, non de Iob. 10.153
Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium &c. Iob 28. 1.3
Diſſipauerunt itinera mea, inſidiati ſunt mihi, & non fuit qui ferret auxilium, quaſi rupto muro irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt. Iob 30. de captura Chriſti. 10.65
Qui ait Regi, apoſtata. Iob. 34. var. lect. 10.144
Numquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti, quæ præparaui &c. Iob 38. moraliter. 11.19
Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij. Iob 39. ad litteram ex D. Greg. 7.36
Quis eſt pluuiæ pater? vel quis genuit ſtillas roris. Iob 38. de Incarnatione. 2.50
Exultat audacter, & obuiam pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio. Iob 39. de Chriſto in paſſione. 10.53
Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum &c. Iob 39. de Chriſti Aſcenſione. 15.10. & 12
Ligabis eum ancillis tuis. Iob 40. de dæmone victo a Sanctis. 15.114
In collo eius demorabitur fortitudo. Iob 41. de malis conſiliarijs. 15.115

EX PSALMIS.

ET erit tamqnam arbor plantata ſecus decurſus aquarum, quę fructum ſuum dabit in tēpore ſuo. Pſ. 1. de Chriſto reſurgēte. 14.29
Ego hodie genui te. Pſ. 2. de reſurrectione Chriſti. 14.22. & 23
Ego dormiui, & ſoporatus ſum. &c. Pſ. 3. de Chriſti reſurrectione. 14.18
In pace in idipſum, dormiam, & requieſcam. Pſ. 4. de incorruptione corporis Chriſti. 13.11
Lauabo per ſingulas noctes lectū meū, & lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Pſ. 6. 10.93
Exaudiuit Dominus vocem fletus mei, exaudiuit &c. Pſ. 6. 1.41
Exurge Domine in præcepto quod mandaſti, & ſyna-

ſynagoga populorum circumdabit te. Pſ.7.de oratione Chriſti in Cruce. 11. 10.& 11
Et ſynagoga populorum circumdabit te.Pſ.7.de duabus ſynagogis. 15.66
Pro torcularibus: titulus.Pſ.8.var.lect. 14.38
Minuiſti eum paulo minus ab Angelis. Pſ. 8.de homine. 3.77
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues, & boues vniuerſas,inſuper & pecora campi. Pſal. 8. de imperio Chriſti. 15.54
Gloria & honore coronaſti eum. ibid.
Conſerua me Domine quoniam ſperaui in te. Pſ. 15. de Chriſto ad litt. 14.25. var. lect. tituli. ibid.& 26
Prouidebam Dominum,quoniã a dextris eſt mihi ne commouear.Pſ.15.var.lect.de incorruptione corporis Chriſti. 13.11
Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Pſ.15.ly corruptionem.var.lect. 13.10
In ſole poſuit tabernaculum ſuum.Pſ.18. 14.45
Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea. Pſ. 17. de Chriſto in Cruce. 10.222
A ſummo cælo egreſsio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius &c. Pſ.18. 1.22
In ſole poſuit tabernaculum ſuum.Pſ. 18. ad litteram. 15.44.& 99
Nec eſt, qui ſe abſcondat a calore eius Pſal. 18. moraliter. 15.67
In fine pro ſuſceptione matutina.Pſal.21. titulus varia lectio.de Chriſti reſurrectione. 14.26
Vermis ſum & non homo.Pſal.21.de reſurrectione Chriſti. 14.6
Vermis ſum, & non homo opprobrium hominis. &c.Pſal. 21. de prælatione Barabbæ Chriſto 10.112.
Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me &c.Pſal.21.de Chriſto capto a militibus. 10.66.
Foderunt manus meas,& pedes meos.Pſal.21. ly foderunt. 10.205.
Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ,in conſpectu eius cadent omnes, qui deſcendunt in terram.Pſ.21.de ſacramento. 9.26
Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.Pſal.22.ly conſolata. 4.35
Quis eſt iſte Rex gloriæ?Pſal.23.vox Angelorum admirantium, non tamen ignorantium myſterium,& perſonam. 15.28
Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales.Pſal.23. 15.52
Poſuit tenebras latibulum ſuum.Pſal.27. 1.1
Et refloruit caro mea. Pſal. 27. de Chriſto reſurgente. 14.29
Multa flagella peccatoris Pſ.31. 2.117
Verbo Domini cæli firmati ſunt. Pſal.32. 1.66
Domine in cælo miſericordia tua,iuſtitia tua ſicut montes Dei.Pſal.35. 2.93.94
Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius.Pſ. 39.de Ieſu. 5.48
Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.Pſal.39.Var lect. 2.94.95
Homo pacis meæ, qui edebat panes meos, magnificauit &c.Pſal.40.de Iuda. 10.54.& 55
In finem pro his,qui commutabuntur filijs Coræ ad intellectum,canticum pro dilecto Pſal. 44. & totus Pſalmus de Chriſti matrimonio cum Eccleſia in Cruce celebrato. 11. 119.& ſeqq. vſque ad 1. item varia lectio.
Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis Pſal.44.de Chriſto,& Verbo diuino. 3.8
Myrrha,& gutta,& caſia a veſtimentis tuis a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te. &c. Pſal.44.de ſacramento. 9.70
Vocate, & videte quoniam ego ſum Deus. Pſal. 45. myſtice. 3.82
Deus in domibus eius cognoſcetur. Pſal. 47. de præſepe Chriſti. Var. lect. 6.8.& 9
Cor mundum crea in me Deus.7.40. de voluntate amante pura. 41
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtiq; holocauſtis non delectaberis.Pſ.50. 9.180.181
Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ. Pſal.54. cur non aquilæ aut miluij, &c. 7.39
Ne corrumpas tituli inſcriptionem.Pſal. 57. de Crucis titulo,& Pilato. 10.237
Sicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos. Pſ.57.var. lect.& explicatio. 2.115
Benedicat nos Deus,Deus noſter, benedicat nos Deus.Pſal.64.de Incarnatione. 2.37
Pro nihilo ſaluos faciet eos Pſal. 65. de Chriſto nato. 8.12
Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hereditati tuæ Pſal.67.de Incarnat. 2.45.46
Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ de argentatæ, & poſteriora eius in pallore auri.7.31.32.clerus,quod ibid.moraliter 8.25
Mons Dei mons pinguis, mons coagulatus. Pſal. 67.de Chriſti regni perpetuitate. 15.29
Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium Pſal.67.varia lectio.15.c. 26. nota paraphraſim Chaldæam.
Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem. varia lectio.Pſal.67. 15.44
Venient legati ex Aegypto,Aethiopia præueniet manus eius Deo.Pſal.67.de Magis. 6.66
Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam, infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.Pſal.68.de paſſione Chriſti. 15.7
Laboraui clamans,raucæ factæ ſunt fauces meæ: Pſal.68.de Chriſti clamore in Cruce. 11.55
Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Pſal. 68. ly fel,& acetum propinatum Chriſto. 11.64
Expectabunt onagri in ſiti ſua.Pſ. 103. 11.65
Et meditatus ſum nocte cum corde meo Pſal.68. Caiet.legit.& loquebar cum corde meo 7.41. explicatur.alij legunt aliter. 42
Sicut pluuia in vellus deſcendiſti, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Pſal. 72. de incarnatione. 2.48.
Reges Tharſis,& Inſulæ monera offerent.&c. Pſ. 71.de Magis. 6.3
Erit firmamentum in terra in ſummis montium. Pſal.72.de ſacramento. 9.36.item varia lect.
Ante ſolem permanet nomen eius Pſal. 72. 3.7. varia lectio.

Ante ſolem permanet nōmen eius Pſal.72.ly.nomen. 5.35.var.lect.36.
Operatus eſt ſalutem in medio terræ.Pſal. 73. de loco Crucis 10. 193. 194.terræ. 1. Golgotha. 195.ex Hilar.
Contribulaſti capita draconum in aquis.Pſal.73 de dæmone,lacrymis contritionis peccatorum oppreſſo. 7. 39
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Pſalm. 74. 16.43. 44.45.
Meditatus ſum nocte cum corde meo,& exercitabar & ſcopebam ſpiritum meum.Pſal. 76.var. lectio. 3.31
Occidit in grandine vineas eorum. &c. Pſal. 77. 6.52.
Panem Angelorum manducauit homo. Pſ. 77. de ſacramento Euch. 9.127.varia lect.
Secundum multitudinem dolorum meorum conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Pſal.93. 4.35
Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hereditati tuæ.Pſal.87.varia lectio. 15.35
Mille anni ante oculos tuos tamquam dies heſterna.&c.Pſal.89. 1.9
Quis in nubibus æquabitur Domino. Pſal. 88. 15.33
Repuliſti, & deſpexiſti Chriſtum tuum. Pſal. 88. var.lect. 4.13
Exprobrauerunt commutationem Chriſti tui Pſ. 88.de Chriſto.var.lect. 3.28
Iuſtus vt palma florebit.Pſal.91.de Chriſto var. lectio. 14.30
Dicite in nationibus quia Dominus regnauit à ligno.Pſal.95.de Cruce. 10.247
Pſalmus Dauid,quando ei terra reſtituta eſt. Pſ. 96.de Chriſti reſurr. 14.65
Adorate ſcabellum pedum eius.Pſal.98.de Cruce. 20.250
Aruit cor meum,quia oblitus ſum comedere panem meum Pſal.101.de quo pane. 9.162
Factus ſum ſicut pellicanus in ſolitudine.Pſ.101 12.12.
Quia cinerem tamquam panem manducabam. Pſal.101.moraliter. 15.84.& 85
Reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum. Pſ.101.de Patribus præſtolantibus Chriſtum.var.lect. 3.26
Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo , Dominus de cælo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum. Pſ. 103.2.60.ly terra,ex Caſſiad.de Incarnatione. 61
Tu exurgens Domine miſereberis Sion,quia tempus miſerendi eius. Pſal. 101. de Incarnatione.2.37.38.39.varia lect.
Vigilaui ſicut paſſer ſolitarius in tecto Pſal.102. 14.19.
In puluerem ſuum reuertentur.Pſal.103.ly ſuum explicatur. 15.12
Herodij domus dux eſt eorum.Pſal.103, 7.36
Sicut vmbra cum declinat ablatus ſum, & excuſſus ſum ſicut locuſta. Pſal. 108.de reſurrectione Chriſti. 24.27.28
Tecum principium in de virtutis tuæ. Pſal. 109. var.lect.de Incarnat. 2.55.56
Ex vtero ante luciſerum genui te.Pſal.109.varia lectio. 1.22.3.11
De torrente in via bibit,propterea exultauit caput.Pſal.109.ly propterea,explicatur. 15.7
Sanctum,& terribile nomen eius. Pſ.110. de Ieſu. 5.29.30.34.& 35.
Peccator videbit,& iraſcetur,dētibus ſuis fremet, & tabeſcet.Pſal.111.de ſacramentarijs. 9.157
Dextera Domini fecit virtutem , dextra Domini exaltauit me,Pſal.117. 2.119
Tota die cōgitauit iniuſtitias lingua tua.Pſ.119. ly cogitauit. 16.40
A cuſtodia matutina vſque ad noctem ſperet Iſrael in Domino. Pſal. 129. de noſtra reſurrectione. 14.53
Si non humiliter ſentiebam: ſicut ablactatus eſt. &c.Pſal.130. 1.5
Viduam eius benedicens benedicam,& pauperes eius ſaturabo panibus. Pſal. 131. varia item lectio. 9.57
Super ipſum efflorebit ſanctificatio mea.Pſal.131 var lectio. 10.146.
Ecce, quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.Pſal.132. 16.59.61.62
Sicut ros Hermon qui deſcendit in montem Sion. Pſal.132.de Incarnatione. 2.39
Ecce tu Domine cognouiſti omnia nouiſſima , & antiqua,tu formaſti me.Pſal.138. de Chriſti humanitate,& diuinitate. 16.36
Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Pſal. 140. de Chriſto in cruce extentis manibus. 10.221.& 222
Emitte manum tuam de alto,eripe me, & libera me.Pſal.143.de Incarnatione. 2.40.& 41
Ex adipe frumenti ſatiat te.Pſal. 147. de ſacramento. 9.110

PROVERBIORVM.

Lvdens in orbe terrarum, & deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.Prou.8.de Deo in humana ſpecie. 2.8.& 9
Panis abſconditus ſuauior.Prou.9. de ſacramento. 9.110
Ludens in orbe terrarum.Prou.10.ly.ludo. 3.39
Lignum vitę eſt his qui apprehendunt eam.Prou. 13.de Chriſto,& ſacramento. 9.139.140
Cor , quod nouit amaritudinem animæ ſuæ,in gaudio eius non miſcebitur extraneus: de dolore,& contritione peccatorum.Prou.14.7.37
Qui vehementer emūgit,elicit ſanguinem.Prou. 19.naturaliter. 10.46
Tria ſunt,quæ bene gradiuntur,& quartum,quod incedit feliciter: leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum: gallus , & aries, nec eſt Rex,qui reſiſtat ei.Prou.20. 15.22. litteraliter de 4.Imperijs, myſtice de Chriſto aſcendente. 23
Quando ſederis,vt comedas cum principe , diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam,&ſtatue cultrum in gutture tuo.Prouer-

biorum

biorum 23.de præparatione ad ſacram. 9.167
Sicut,qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem. Prou.26.morales variæ expoſitiones. 8.20.& 21
Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro,viam aquilæ in cælo.&c.Prou 30.explicat.de Aſcenſione Chriſti. 15.10
Quis aſcendit in cælum, quis continuit ſpiritum in manibus ſuis, quis ſuſcitabit terminos terræ? Prou.30.moraliter. 15.58.59.60
Per tria mouetur terra, & quartum ſuſtinere non poteſt.Prou.30. 1.50
Viam colubri ſuper terram.Prou.31.de Chriſto reſurgente. 14.14
Quæſiuit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum.Prou. 31. de homine interiori, & exteriori. 7.37

ECCLESIASTES.

ORitur ſol,& occidit, & ad locum ſuum reuertitur.&c.Eccl.1.de Chriſto. 15.99.& 101

EX CANTICIS.

OSculetur me oſculo oris ſui.Can.1.de ſpõſa.9.60.& var.lect.Pagnini notãda.15.16.& 16.30
Pulchriores ſunt oculi eius vino. Cant. 1. ly. vino. 10.93.moraliter. 8.52
Oleum effuſum nomen tuum. Cant. 1. de Ieſu. var. lect.5.49.50.52.53. & in his locis multiplex eſt expoſitio.
Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguẽtorum tuorũ.Cant.1.de vocatione eius,& modo. 15.89
Nolite conſiderare me quod fuſca ſim,quia decolorauit me ſol: filij matris meæ pugnauerunt &c. Cant.1.moraliter. 8.17.18
Ibi paſcas, vbi cubes in meridie. Cant. 1. ly meridie. 9.83
Nardus mea dedit odorem ſuauitatis. Cant. 1. de humilitate. 15.118
Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.Cant.1. 9.82
Faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi.Cant. 1. de charitate Chriſti.var.lect. 9.14
Faſciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Cant. 1. 10. 2. explicatur de paſſione Chriſti.
Faſciculus myrrhę dilectus meus mihi,inter vbera mea commorabitur.Cant.1. 13.7
Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus Cant.2.de Chriſto transfigurato. 8.65
Introduxit me Rex in cellam vinariam.Cant.2. de vino. 9.101
Vox turturis audita eſt &c.de B. Virgine Cant. 2 4.39.
Flores apparuerunt in terra noſtra.Cant.2.de Chriſto.Exod.Bern. 14.30
Surge,& propera amica mea. Cant.2.ex S.Ambroſ. 15.12.
Oſtende mihi faciem tuam. Cant. 2. moraliter ſeu analogice ad homines. 15.12
Dilectus meus mihi, & ego illi. Cant. 2. ſingularis expoſitio. 4.3
Aſſimilare Capreæ hinnuloque ceruorum. Cant. 2. 15.81
De aſcenſione Chriſti. 15.16
Videte Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua in die diſponſationis ſuæ.Cant.3. de ſpinea corona Chriſti. 10.133.134
Dentes tui ſicut greges tonſarum,quæ aſcendunt de lauacro.ex Gloſſa de regeneratis per baptiſmum Cant.4. 7.28
Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. Cant.4.ad litteram, & moraliter. 8.107.108.109
Vulneraſti cor meum ſoror mea in vno oculorum tuorum,& in vno crine colli tui,Cant.4,ly oculi. varia lect. 9.9.& 10
Ego dormio,& cor meum vigilat.Cant. 5. de Chriſto reſurgente. 14.13.
Ego dormio,& cor meum vigilat.Cant.5.de Spiritu ſancto. 16.13
Dilectus meus candidus,& rubicundus.Cant. 5. de de Incarnatione. 2.41
Sponſus meus electus ex millibus.Cant.5. de Chriſto.varia lect. 15.65
Quæ reſident ſuper fluenta.Cant.5.moraliter de lacrymis ob peccata. 7.38
Comedi fauum meum cum melle meo. Cant. 5. de Chriſto inſtitutore ſacramẽti Euch.9.132.& 133
Comæ eius ſicut tiliæ.&c. Cantic.5. 1.4
Manus eius manus tornatiles plenæ hyacinthis. Cant.5.de Chriſti plagis. 10.206.& 207
Deſcendi in hortum meum, vt inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica. Cant. 6. de vnione charitatis. 9.53
Auerte oculos tuos a me.Cant.6. 1.47
Mandragoræ dederunt odorem in portis noſtris. Cant.7.de Martyribus,& Chriſto reſurgente. 74. 28.& 29.
Comæ capitis tui ſicut purpura Regis iuncta canalibus.Cant.7.de Martyribus. 10.127
Aſcendam in palmam, & apprehẽdam fructus eius. Cant.7.de Cruce. 15.7
Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ.&c.de Incarnatione.Cant.8. 2.42
Quis mihi det te fratrem meum. Cant. 8.ly. det.3. 16.fratrem ſugentem vbera mea. ibid.
Sub arbore malo ſuſcitaui te. Cant. 8.de ſpinea corona Chriſti,var.lect. 10.133
Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum. Cant. 8. de paſſione Chriſti. 10.3

SAPIENTIA.

SPiritus Domini repleuit orbem terrarum,& hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis. Sap.1.16.54. 55
Honeſtauit illum in laboribus. Sap. 10. de iuſtis laboribus. 4.43
Circumueniamus iuſtum quoniam contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis.&c. Sap. 9. de accuſationibus Iudæorum contra Chriſtum. 10.161
Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum

tum panem de cælo ſine labore præſtitiſti illis. &c.Sap.16.de ſacramento. 115.116
In veſte poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum,& parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum.Sap.18. 8.35

ECCLESIASTICVS.

Sicut luna plena in diebus ſuis lucet.Eccl. 5. de Eccleſia. 15.70
Tres ſpecies odinit anima mea.Eccl.16. 1.25
Deus creauit de terra hominem, ſecundum imaginem ſuam fecit illum, & iterum conuertit illum in ipſam.Eccl.17. 2.32
Vir multum iurans implebitur iniquitate.Eccl. 23. de periuro. 5.63
Quaſi Libanus non incifus laboraui.Eccl.24.de ſudore Chriſti. 10.49
In eo omnis gratia vitæ,& veritatis.Eccl.24. 1.9
Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam.Eccl.29.de Chriſto moriente. 11.102
Mortuus eſt frater eius,& quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe: reliquit enim defenſorem domus contra inimicos. Eccl. 30. de Ioanne Euang. 11.48
In carne eius ſtare fecit teſtamentum. Eccl. Eccleſiaſt.44. de Chriſti circumciſione. 4.5

EX ISAIA.

Erit præparatus mons domus Domini in vertice montium.Iſa.2.de Chriſto. 15.47
Qui tribus digitis appendit molem terræ. Iſa. 4. 1. 50.
Morientes non viuant,gigantes non reſurgant. Iſa. 5.al.26.var.lect. 14.16
Qui ſunt iſti, qni vt nnbes volant, & ſicut columbæ ad feneſtras. Iſa. 6.de Magis adorantibus Chriſtum. 6.17
In illa die ſibilabit Dominus mnſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Aegypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur. &c.Iſa.7.de Magis adorantibus Chriſtum. ex.D.Hilar. 6.56
Voca nomen eius, accelera. Iſaia. 8. de Chriſto. 3. 30.
Sion in iuſticia tedimetur. Iſa.8.id eſt de rigore ſatiſfacientis. 11.102
Puer natus eſt nobis,& filius datus eſt nobis. Iſa. 9. de Chriſto. 3.75
Var.lect.ex Chald. 4.24
Et factus eſt principatus ſuper humerum eius.Iſa.9. de Cruce. 10.181
Magni conſilij Angelus Iſai. 9. de Incarnatione 2.27.
Lætabuntur in te ſicut lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, &c. Iſa. 9. de gaudio Patrum ſanctorum. 3.85
Computreſcet iugum a facie olei.Iſa.10.de Chriſto var.lect. 5.51
Habitabit lnpus cum agno.Iſai.11. 7.6
Ponam eam in poſſeſſionem hericij.Iſai.14. 6.34. & 35.
Cum eleuatum fuerit ſignum in montibus. Iſa. 18. de Cruce. 10.230
In illa die erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loqnentes lingua Chanaam, & iurantes per Dominum exercituum. &c. Iſai. 19. de gentilibus conuerſis ad fidem. 6. 14. & ciuitas ſolis vocabitur vna.var.lect. :15
Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius Iſa.22.de Cruce. 10.181.182
Et figam illum paxillum in loco fideli,& erit in ſolium gloriæ Domini.&c. Iſa. 22. de gloria Crucis. 10.247.248
Reuelabitnr operimentum Iudæ, & videbitis in die illa armamentarium domus ſaltus, & ſciſſuras ciuitatis Dauid.Iſa.22.de petrarum ſciſſione die obitus Chriſti. 11.113.114
Mittam te ſicut pilam.Iſa.22.moraliter. 6.25
Erubeſce Sidon ait mare.Iſa.22.litteraliter, & moraliter. 6.28.29
Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ.&c.Iſa.25. moraliter de æterna beatitudine. 8.54
Scribe ei ſuper buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouiſſimo in teſtimonio vſque in æternum. Iſai. 30. de titulo Crucis. 10 234.235.
Inuenta eſt coniuratio in viris Inda, & in habitatoribus Ieruſalem, reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſnorum. Iſaia. 31. de petitione Barabbæ. 10.11.
Conterriti ſunt in Sion peccatores, poſſedit tremor hypocritas Iſai. 33. de militibus cuſtodientibus ſepulchrum. 14.77
Angeli pacis amare flebunt.Iſa.33. 14.64
Erit ſemita ibi, & via ſancta vocabitur. &c. Iſa.35 1.17.
Ponã ego circulum in naribns tuis, & frenum in labijs tuis, & redncam te in viam per quam veniſti. Iſa.37.de incarnatione. 2.43
Ponam circulum in naribus tuis, & reducam te in viam per quam veniſti.Iſa.37.Ex D.Hier. 9.20
Leuabo ad gentes manum meam, & exaltabo ad populos ſignum meum.Iſa.40.de ſtella, quę Magis apparuit. 6.5
Iuſti autem,aſſument pennas, vt aquilæ,currene, & non laborabunt, ambnlabunt, & non deficient. Iſa.41.explicatur ordo verborum. 15.13
Dabit in conſpectu eius Reges, & gentes obtinebit. Iſa.42.de gentibus.var.lect. 6.47
Non erit triſtis,nec turbulentus:vulg. Non fumigabit,& non curret, Orig.Heb.7.5.Iſa.42.de Chriſto manſuetiſſimo.
Dominus ſicut fortis egredietur,ſicut vir præliator ſuſcitabit zelum, & ſuper inimicos ſuos confortabitur.Iſa.42.de Chriſto in paſſione. 10.53
Propter Sion non tacebo, & propter Hieruſalem non quieſcam, donec oriatur, vt ſplendor, iuſtus eius.&c.Iſa.42.de vnione Iudaici, & gentilis populi. 6.15.& 16
Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non eſt ſaluator.Iſa.43. 3.12
Deleuit,vt nubes,iniquitates tuas,& quaſi nebulam pecca-

Digitized by Google

peccata tua.Iſa.44. 7.9
Hæc dicit Dominus, labor Aegypti, & negociatio Aethiopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt,& tui erunt,&c. Iſa.45.de Magis.6.14.& de conuerſis gentibus.56.
Dominus faciens pacem,& creans malum Iſa.45.ly malum. 7.40
Vere tu es Deus abſconditus.Iſa.45. de Incarnatione,& Euchariſtia. 9.118
Vectes ferreos confringam, & dabo tibi theſauros abſconditos.Iſa.45. 15.4
Ego feci, ego feram, ego portabo, & ego ſaluabo. Iſa.46.de Incarnatione. 2.25
Ecce intelliget ſeruus meus, exaltabitur, & elenabitur, & ſublimis erit.de Chriſti aſcenſione, ex Paraphr. Chald. 15.19
Quia abſciſſus eſt de terra viuentium. Iſa. 53. de Chriſto. 9.155.& 14.30
Deſiderauimus eum virum dolorum. Iſai. 53. de Chriſto. 4.38
Vidimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum. var.lect & ſenſus. 10.75
Et cum ſceleratis reputatus eſt. Iſa. 54. de Chriſto, & latronibus ductis ad ſupplicium. 10.189.190
Et erit ſepulchrum eius glorioſum.Iſa.53.var. lect. 13.9.
Diſciplina pacis ſuper eum.Iſa. 54. qualis diſciplina. 10.118
Sitientes venite ad aqnas,& qni non habetis argenrum.&c.abſque vlla commutatione vinum,& lac. Iſa.55.de ſacramento Euch. 9.90
Cibabo te hereditate Iacob. Iſa. 58. var.lect. de ſacramento. 9.45
Ambulabunt gentes in lumine tuo,& Reges in ſplendore ortus tui. Iſa.60.de Magis. 6.3.
Gloria Libani ad te veniet, abies etiam,buxus, & pinus,&c.de cruce. Iſa.60. 10.175
Donec egrediatur,vt ſplendor iuſtus eius,& Saluator eius, vt lampas accendatur. Iſa.62. de Chriſto.3.42.
Non legatus, neque Angelus, ſed ipſe ſaluauit nos. Iſa 63.de Incarnatione. Verbi. 2.20
Vtinam diſrumperes cælos.Iſa.64.explicatur. .23
Secundum dies ligni erunt dies populi mei.Iſa. 65. de Cruce. 10.232
Torcular calcaui ſolus.Iſa.65.de Cruce. 10.223

HIEREMIAS.

A,A,A,Domine neſcio loqui,quia puer ego ſum. Hierem.1. 1.20
Ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos. Hier. 8. var.lect. 2.114
Omnes gentes habent præputium.Hier.9.ly omnes. 4.50.
Mittamus lignum in panem eius. Hier.11. 9.108. 109.de arbore crucis. 10.174
Quare colonus futurus es in terra? Hierem.14. de Chriſti paupertate.var.lect. 3.82
Attamen caro eius dum viuit,dolebit,& anima ipſius ſuper eo lugebit.Hier. 14. de triſtitia Chriſti in paſſione. 10.32
Arca teſtamẽti nõ aſcendat ſuper cor.Hier.21.3.59
Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum, Dominus. Hier.23. 5.22
Nouum creauit Dominus ſuper terram,mulier circumdabit virum.Hier.31.de Chriſto. 3.34
Quaſi leo aſcendet de ſuperbia Iordanis. Hier. 39. de aſcenſione Chriſti. 15.39
Fugite a facie columbæ,a facie gladij.Hier. 46. ad litteram. 15.9.
Iacta eſt terra eorum in deſolationem a facie iræ columbæ.Hier.46.de Nabuchodonoſor. 7.32

THRENI.

SPiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris,cui diximus, in vmbra tua viuemus.Thr.4.de captura Chriſti.10.64.Parap. Chald. ibid.

EZECHIEL.

VT adamantem,& ſilicem dedi faciem tuam ne timeas eos.Ezech.3. 16.77
Similam,& mel comediſti.Ezech. 13. de Sacramento.Euch. 9.5
Requieſcet indignatio mea,& auferetur zelus meus a te,& quieſcam,nec iraſcar amplius,&c. Ezech. 16.moraliter. 4.42
Et Dominus humiliauit lignum ſublime, & exaltauit lignum humile.Ezech.17.de Cruce. 10.246
Plantabo ſuper montem excelſum, & eminentem, in monte ſublimi Iſrael plantabo illud,&c. Ezech.17.de Chriſto in paſſione. 14.31
Tu ſignaculum ſimilitudinis meæ Ezech.18. 1.23
Mortuorum luctum non facies: corona tua circumligata ſit tibi. Ezech. 24. de luctu non faciendo. 10.145.
Solem nube tegam, & luna non dabit lumen ſuum, omnia luminaria cęli mœrere faciam ſuper te,& dabo tenebras ſuper terram tuam.Ezech. 32. de Eclipſi ſolis tempore mortis Chriſti. 11. 108. 109.
Oſſa ad oſſa vnumquodque ad iuncturam ſuam, & ingreſſus eſt in eas ſpiritus, & reuixerunt, &c. Ezech.37.allegorice de Apoſtolis. 16.71
Effundam ſuper vos aquam mundam. copiam chariſmatum per baptiſmum communicandam ſignificat.Ezech.37. 7.19
Cum egrederetur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu ſua,&c.Ezech.47. 1.34

DANIEL.

ANtiquus dierum ſedit, & fluuius igneus,& rapidus egrediebatur a facie eius. Dan. 7. de Spiritu ſancto. 15.26
Aſpiciebam in viſione noctis,& ecce in nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat,& vſq; ad antiquũ dierum &c.Dan.9.de Chriſti aſcenſione. 15.29
Confortare, & eſto vir.Dan. 10.varia lectio, moraliter. 9.147

OSEAS.

EGo lactabo eam.Oſe. 2.duo vbera Dei. 15. 16 & 8.37.

Lacta-

Lactabo eam, & ducam eam io ſolitudinem, & loquar ad eor. Oſeę.2.de ſacramēto. var. lect.8.81
Sponſabo te mihi in iuſtitia,& iudicio,& in miſericordia,& ſponſabo te mihi in fide,& e.Oſeæ.2. de gentium ſponſalitijs cum Chriſto. 6.63.& 64
Quaſi diluculum erit præparatio eius, & veniet quaſi imber ſerotinus. de vocatione gentium per Chriſtum.Oſeæ.6 15.88
Ephraim vitula docta diligere trituram. Oſeæ. 10 moraliter. 8.8
Et vinctum eum ducet xenium Regi Iarib io domo. Oſeæ 10. de Chriſto miſſo ad Herodem. ex Tertull. 10.107
In funiculis Adam traham eos, ero eis quaſi exultans iugum ſuper maxillas eorum, declinaui ad eum,vt veſceretur.Oſeæ.21.de ſacramento Euch. ly funiculis. 9.61
Ego in manibus Prophetarum aſſimilatus ſum. Oſeæ.12.de Chriſto. 3.26
O mors ero mors tua,morſus tuus ero inferne, vbi eſt mors ſtimulus tuus,&c.Oſeæ.12. 14.40.& 41 var.lect.42
O mors ero mors tua.Oſeæ.13. 8.89
Conuertentur ſedentes in vmbra, viuent tritico, & memoriale eius vinum Libani.Oſeæ.14.de ſacramento Euchar.var.lect. 9.26
Ero quaſi ros, Iſrael germinabit ſicut lilium,Oſeæ. 14.de ſpe reſurrectionis. 14.54

I O E L.

SOmnia ſomniabunt,& iuuenes veſtri viſiones videbunt.Ioel.2.de Apoſtolis. 15.56
Stellæ cęli non expandent lumeo ſuum.Ioel.3. varia lect. 15.51

A M O S.

SVper tribus ſeeleribus filiorum Ammon, & ſuper quatuor non conuertar eum eo,&c.Amos 1. de anima. 16.51
Ecce ego ſtridebo ſuper eos ſicut ſtridere ſolet plauſtrum onuſtum fœno.Amos.2. ly onuſtum de miſericordia Dei. 2.102

M I C H E A S.

AScendit pandens iter ante eos.Mic.2.de Chriſti aſcenſione. 15.19.& 32.73
Ex te mihi exiet dux, qui regat populum meum Iſrael.Mich.3.de Chriſto. 15.65

N A H V M.

CLypeus fortium ignitus,viri eius exercitus in coccinis.Nah.2.de martyrib⁹.var.lect.10.27
Cuſtodes tui quaſi locuſtæ,quæ cōſidunt in ſepibus i in die frigoris ſol ortus eſt,& auolauerunt. Nah. 3.14.78

H A B A C V C.

EXurge Hieruſalem, & circumſpice ad Orientē, & vide collectos tuos filios ab Oriente vſque ad Occidentem,&c. Habac. 1. de multitudine filiorum. quos ſancta mater Eccleſia procreatura erat aquis baptiſmi. 7.25
Faciet homines ſicut piſces maris.Habac.1.de religioſis viris. 16.63
Ego autem io Domino gaudebo,& exultabo in Deo Ieſu meo.Habac.1.ly.Ieſu. 5.31
Si moram fecerit exſpecta eum,quia veniet, & non tardabit.Habac.2. 3.29.30
In medio annorum notum facies. Habac. 3. varia lect. 4.12
Dominus ab Auſtro veniet,& ſanctus de monte Pharan.Habac.3. 3.41
Deus ab Auſtro veniet,& ſanctus de monte Pharan. Habach.3.de Incarnatione. 2.44
ornua in manibus eius. Habac.3.10.146.& anima mea in manibus meis ſemper. ibid.Pſal.118.var. lect. 11.96
Suſcitās ſuſcitabis arcū tuom.Hab.3.ly arcus.14.4
Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo.Habac. 3. de Eccleſia,& perſequentibus,ex D.Greg. 15.100
Exaltatus ſol,& luna ſtetit in ordine ſuo.Habac. 3. de Eccleſia. 15.70

Z A C H A R I A S.

VIdi per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum,& ipſe ſtabat inter myrteta &c. Zach.1.de natali Chriſti. 3.42.48
Et ſuper lapidem oculi ſeptem,& ego cælabo cælaturam eius.Zach.3.de Chriſto. 10.4
Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ ad dexteram cādelabri,& ad ſiniſtram eius &c. Zach. 4. de populo gentili, & Iudæo. 6.16
Ecce oriens oomen eius.Zach.6.3.7.varia lect.ibid.
Facies coronas, & pones io capite Ieſo Ioſedech. Zach.6.ly coronas de Chriſto Rege. 6.7
Vinum germinans virgines. Zach.9. de ſacramento Euch. 9.122
Frumentum electorum. Zach.9. var. lect. de ſacramento Euch. 9.142
Ponam Hieruſalem lapidem oneris cunctis populis, omoes qui leuabunt eum concißione lacerabuntur. Zach.12.ex D.Hier. 6.52
Aſpicient ad me,quem confixerunt.Zach.12.de vulneribus Chriſti poſt reſurrect. 14.83
Erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatorum.Zach.13. 7.14
Vidi Ieſum magnum ſacerdotem indutum veſtibus ſordidis.Zach.13.de purpura,qua indutus Chriſtus a militibus. 10.125
Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum.Zach.13 de purpura Chriſti. 10.126
In illa die exibont aquæ viuæ de Ieruſalem Zach. 14.myſtice de Apoſtolis. 16.43
In die illa erit, quod ſuper fræoum equi eſt, ſanctum domino omnipotenti. Zach. 14. de clauis crucis Chriſti a Conſtaotino poſitis in diademate ſuo. 10.254

M A L A C H I A S.

ORietur vobis timentibus eum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius.Mal.4. 10.222.223

Et ſanitas in pennis eius, Mal. 4. de Chriſto. 3.30

EX NOVO TESTAMENTO, & primum ex Matthæo.

Venerunt Magi ab Oriente, &c. Matth. 2. cur non appellet eos Reges. 6.3.& 23.24.25
Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum. Matth. 2. 6.7. ly rex, natura.
Herodes turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo, &c. Matth. 2. 37.38.39.40.& ſeq.
Inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Matth. 2. quare non cum Ioſeph. 6.18.& 19.& 43.44.45
Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Matth. 3. nota expoſitionem. 7.20
Non veni ſoluere legem, ſed adimplere, Matth. 5. de Chriſti teſtamento nouo condito. 11.73
Eſtote ſimplices ſicut columbæ. Matth. 10. dupliciter. 7.34
Nemo nouit filium, niſi pater, & patrem quis nouit, niſi filius. Matth. 11. ly nemo. 16.4
Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Matth. 12. de deſcenſu animæ Chriſti ad limbum. 14.2
Non noui hominem. Matth. 26. ly hominem. 10. 79
Hoc eſt corpus meum. Matth. 26. 9.110
Bibite ex eo omnes. Matth. 26. ly omnes. 9. 107.& 109
Hymno dicto egreſſus eſt in torrentem Cedron. Matth. 26. ly hymno. 10.20
Omnes enim qui gladium acceperint, gladio peribunt. Matth. 26. 10.59
Transfer à me calicem hunc. Matth. 26. de fructu calicis. 9.89
Multa corpora ſanctorum, quæ dormierant, ſurrexerunt. Matth. 27. per anticipationem. 14.17

EX MARCO.

Statim aſcendens de aqua, vidit cælos apertos, myſtice à Io. Chryſoſt. 7. 3. litterali ab Euthym. ibid. Marc. 1.
Surgens autem Ieſus mane prima ſabbati apparuit primo Mariæ Magd. Marc. 10. de tempore reſurrect. 14.73.74
Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Mar. 15. conciliatur cum alijs, hora ſexta, 10. 213.& 214
Et dederunt ei vinum bibere, cum felle mixtum, & cum guſtaſſet, noluit bibere. Matth. 27. conciliatur cum Marc. 15. & dabant ei bibere, & non accepit. 10.197.199
Diuiſerunt veſtimenta eius, mittentes ſortem ſuper eis &c. Mar. 15. ly ſortem. 10.215
Exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis. Marci vlt. excepto Petro. 10.78
Prædicate Euangelium omni creaturæ. Marc. 16. ly creaturæ. 15.109
Aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei. Marc. 16. ly dextris explicatur. 15.41.42.43. ex D. Chryſoſt. & alijs. 44
Linguis loquentur nouis. Mar. 16. 15.114
Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Marc. 16. myſtice. 15.116
Apparuit primo Magdalenæ, de qua ſeptem dæmonia eiecerat &c. Marci vlt. ly primo. 14.47.& 48

EX LVCA.

Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Lucæ 1. 3.73
Peperit filium ſuum primogenitum. Lucæ 2. 3.65.66 & pannis eum inuoluit. ibid. 67
Et reclinauit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio. 68.69
Poſtquam impleti ſunt dies octo, vt circumcideretur puer, Lucæ 2. 4.22
Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Lucæ 2. varia lectio. 4.56
Ieſus autem erat, quaſi incipiens triginta annorum, explicatur quaſi, tunc temporis. Lucæ 3. 7.21 item de ætate, & diebus Chriſti, ex Lyra. ibid. 22
Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igne, ly igne, quomodo intelligendum. Lucæ 3. 7.29
Ecce cæli aperti ſunt ei. Lucæ 3. de apertione cælorum reali, an imaginaria intelligendum. 7.22.23
Beatus ille qui non fuerit ſcandalizatus in me. Lucæ 7 13. 90
Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Lucæ 11. 9.113. varia lectio. 114
Anima mea comede, bibe, epulare. Lucæ 12. cur dicatur, anima comede. 15.85
Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcum antequam patiar. Lucæ 22. ly deſiderio litteraliter, & moraliter. 9.172
Et factus in agonia, prolixius orabat. Lucæ 22. ly agonia. 10.44. & factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram, ly ſanguinis 45. varia lectio. 47
Si fieri poteſt calix iſte tranſeat à me. Lucæ 22. ly calix. 10.26.27.& 28
Et auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis, ly auulſus, Lucæ 22. 15.59
Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete. Lucæ 23. 10.188.189
Latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. Matth. 27. conciliatur cum Lucæ 23. Vnus autem de his, qui pendebat &c. 11.17.& 18
Hodie mecum eris in paradiſo. Lucæ 23. ly paradiſo. 11. 42
Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Lucæ 23. ly ſpiritum. 11.79

EX IOANNE.

In principio erat Verbum. 3. 3. 4. 5. 6. Ioan. 1. 5. ex D. Aug. ly in principio, varia lectio. 5.9
Verbum erat apud Deum. Ioan. 1. ly apud. 10. hoc erat in principio &c. 11
Sine ipſo factum eſt nihil. Ioan. 1. de peccato. 5.41
Et Verbum caro factum eſt. Ioan. 1. ly &. 2.47
Et Verbum caro factum eſt. Ioan. 1. 3.17.18.19
Tunc videbitis cælos apertos, & Angelos aſcendentes, & deſcendentes ſuper filium hominis. Ioan. 2. de tempore huius aſcenſus. 2.13
Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Io. 1.

quomodo Chriſtus agnus. 7. 1. 2. 3. 4. Græcus: qui tollit peccatum mundi, vertit. 9
Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt. Ioan. 1. contra hæreticos explicatur. 3.8.9
Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo. 15.82. Ioan. 3. ex D. Bern. 15.41
Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet &c. Ioan. 3. quomodo figura Chriſti. 10.229
Sic Deus dilexit mundum, ly mundum. Ioan. 3. 2.77. & 78. ly vnigenitum. 79. ly ſic. 82. 83. 84. 85. & 87
Vt filium ſuum vnigenitum daret. Ioan. 3. ly vnigenitus. 16.5
Caro mea vere eſt cibus. Ioan. 6. de præſentia vera Chriſti. 9.24.27
De vera præſentia Chriſti contra hæreticos. 9. 32. 93. 94
Et ſanguis meus verè eſt potus. Ioan. 6. 9.89
Patres veſtri manducauerunt manna, & mortui ſunt: hic eſt panis de cælo deſcendens, &c. Ioan. 6. ly mortui. 9.73. ex D. Aug. 74. de morte corporis, & animæ, & quomodo.
Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, &c. 9.117. Ioan. 9. de Incarnat. Chriſti.
Et qui manducat me, viuet propter me. Ioan. 9. de vnione animæ cum Chriſto. 9.123
Animam meam pono pro ouibus meis. Ioan. 10. ſolus Chriſtus poſuit. 11.98
Infremuit & turbauit ſemetipſum. Ioan. 11. de paſſionibus Chriſti naturalibus. 10.33
Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. Ioan. 13. continent ſapientiam, bonitatem, & omnipotentiam Dei. 9.49
In finem dilexit eos. Ioan. 13. ly in finem. 9.5.6
Quidquid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Ioan. 16. 8. 106. ly patrem; & nomine meo, quomodo intelligenda. 107
Ego ſum vitis vera, & vos palmites. Ioan. 15. 9.32
Vt ſint vnum, ſicut & nos ſumus vnum. Ioan. 17. qualis vnio. 16.65.66.67
Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. Ioan. 18. ly ergo. 2.117
Apparuit ei Angelus confortans eum, ly Angelus. 10.41
Conuerſus Dominus reſpexit Petrum, & recordatus eſt Petrus &c. 10.89. & 90. ſpiritualis, an corporalis conuerſio.
Si male locutus ſum teſtimonium perhibe de malo; quid me cædis? Ioan. 19. 10.76
Regnum meum non eſt de hoc mundo. Ioan. 18. ly de. 10.106
Nobis non licet interficere quemquam. Ioan. 18. ly non licet. 10. 104. 105. ly interficere. 105. & 169 abſque ſententia.
Lauit manus ſuas dicens, Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. 10.19. de hac lotione. 10.165. & 166
Suſceperunt eum milites. Ioan. 19. ly ſuſceperunt. 10. 184
Ecce homo. Ioan. 19. 10.156.157
Milites plectentes coronam de ſpinis. Ioan. 19. ly ſpinis. 10. 142. varia lectio. 143
Pater, ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt. Ioan. 19. 11.6. & 7. perpenduntur verba ſingula. 8. & 9 ly neſciunt. 10
Clamauit Ieſus voce magna: eli eli lãma ſabacthani, hoc eſt Deus meus, vt quid dereliquiſti me. Matth. 27. 11. 54. 55. 56. 57. ly quare. 59. & 75
Mulier ecce filius tuus. Ioan. 19. ly mulier. 11. 43. 44 ly filius. 45
Exinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. ibid. 11.49.50 & ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam. 51. 52. ly in ſuam, varia lectio. 51
Sitio, vt compleretur ſcriptura. Ioan. 19 11.62
Conſummatum eſt. Ioan. 19. 10. 240. compendium ſacrificiorum.
Inclinato capite emiſit ſpiritum. Ioan. 19. ly inclinato. 11.88.89.90 91. & 92
Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua. 12. 10. 11. & ſeqq.
Angelus autem Domini deſcendit de cælo, & accedẽs reuoluit lapidem. Ioan. 19. ly reuoluit. 13.13
Emerunt aromata quaſi libras centum, vt venientes, &c. Ioan. 19. ly libras. 13.6
Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum. Ioan. 20 14.86.87
Tradidit illum, vt crucifigeretur. Ioan. 22. de Patre æterno, de Pilato aliter. 10.72
Maiora horum facietis. Ioan. 14. 15. 93. 94. quomodo maiora.

EX ACTIS APOST.

APparuerunt illis diſpartitæ linguæ tamquam ignis. Act. 2. 16.10.11
Coeperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus ſanctus dabat illis. 16.31
Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni. Act. 2 de limbi deſcenſu. 14.3
Impoſſibile erat eum detineri ab illo, ſcilicet ſepulchro. Act. 3. 14.36. & 42
Video cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris Dei, ly ſtantem, explicatur. Act. 7 15.46

EX EP. AD ROM.

EVanuerunt in cogitationibus ſuis. Rom. 1 15
Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum. ad Rom. 1. 14. 15. 16. Gloſſa ibid.
Quem propoſuit Deus propitiatorem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ. Rom. 3. ly iuſtitiæ. 2. 116
Diffuſa eſt gratia in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Rom. 5. ly datus. 16 8
Quod autem ſuſcitauit illum à mortuis amplius iam non reuerſurum in corruptionem. ad Rom. 6. contra hæreticos. 13.15
Cupiebam eſſe anathema pro fratribus meis. Rom. 9 9. 149. 150. moraliter, & litteraliter.
Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato dãnauit peccatum in carne. Rom. 8. vltima verba explicantur. 15.30.31
Poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Rom. 8. id eſt facit poſtulare, de dolore peccatorũ. 7.37
Qui ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt. Rom. 8. ly ſpiritu. 16 19

Nam

Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum &c. ad Rom.8. 4.18.19.20
Verbum abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram. ad Rom.9. ly.abbreuiatum. 4.36
Iſaias audet, & dicit. Rom.10. ly.audet. 2.105
Vince in bono malum, &c. hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Rom.12. 7.35
Quæ ſunt, à Deo ordinata ſunt, etiam quatenus naturæ conditor eſt, ad Rom.13. 16.67

EX EP. I. ET II. AD CORINT.

Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem &c. 1.Cor.11. 9.13.14.15
Hoc eſt corpus meum. 1. Cor. 11. de vera carne. 9.28
Probet autem ſeipſum homo. 1. Cor. 11. ly. ſeipſum. 9.168.169
Neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit &c. 1.Cor.13. 8.48
Prior reſurrexit, vt forma fieret credentibus ſibi. 1. Cor.15. ly.forma. 14.52
Alioqui quid facient, qui baptizantur pro mortuis, ſi mortui non reſurgunt, vt quid baptizantur pro illis? 1. Cor. 15. de noſtra reſurrectione. 14.56. & 57
Qui confirmauit nos, & qui vnxit nos Deus, & qui ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. 2.Cor.1. 16.78
Mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes. 2. Cor. 4. ly. circumferentes. 4.8
Erat Deus in Chriſto reconcilians mundum ſibi. 2. Cor.5. de modis reconciliandi. 11.4.& 5
Propter nos egenus factus cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. 2.Cor.8. 3.72

EX EP. AD GALAT.

Ego enim ſtigmata Domini mei in corpore meo porto, ly ſtigmata, exponitur contra Seleucianos, & Hermianos, ad Gal.6. 7.29

EX EP. AD EPHES.

Operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, ad Epheſ.1. ly. voluntatis. 8.30
Inuiſibilia Dei à creatura mundi &c. 1.62
Conreſuſcitauit, & conſedere nos fecit in Chriſto in cæleſtibus. ad Epheſ.2. 15.72
Sorte vocati ſumus. ad Epheſ. 2. de prædeſtinatione. 8.30. id eſt, nullis meritis.
Vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus cæleſtibus per Eccleſiam. ad Epheſ. 3. de incarnatione. 2.3
Aſcendiſti in altum, accepiſti dona in hominibus: concordatur cum D. Paulo ad Epheſ. 4. dona dedit hominibus. 15.11 & 12
Aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Epheſ.4. cum Pſal.65. concordatur. 15.11.& 12
Deſcendit ad inferiores partes terræ. Epheſ. 5. 14.2
Vir caput eſt mulieris. Epheſ.5. 1.28

EX EP. AD PHILIPP.

Qui cum in forma Dei eſſet &c. exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, ad Phil. 2. 2.71.72
Donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ad Phil.2. 5.19.20.& 21.
Et habitu inuentus, vt homo, ad Phil. 5. ly habitu, ex D.Thom. 6.55

EX EP. AD COLOSS.

Adimpleo ea, quæ deſunt paſſioni Chriſti in carne mea. Coloſſ. 1. de cooperatione. 8.32
Expolians principatus traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo, ad Coloſſ. 2. de dæmone à Chriſto ſuperato. 15. 31. varia eius loci lectio. ibidem
Delens chirographum decreti; quod erat aduerſarium nobis, affigens illud cruci, &c. Coloſſ. 2. ly chirographum. 11.100
Pacificans per ſanguinem eius ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt. Coloſſ. 2. de Chriſti morte. 11.104.105
Complacuit per eum reconciliare omnia in ipſum pacificans ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt. Coloſſ.10. de Chriſto. 3.91

EX EP. AD TIMOTH.

Manifeſte magnum pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne. 1.Timot.3. de Chriſti Epiphania. 6.54.55
Inſeruerunt ſe doloribus multis, ad Timot.6. varia lectio. 16.56

EX EP. AD HEBRAEOS.

Qui ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, ad Hebr.1. explicatur dextera. 15.43.& 15.46
Et adorent eum omnes Angeli eius, ad Hebr. 1. etiam da Cruce. 10.251
Conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis. Hebr.5. ly conſummatus. 16.29
Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionem, vt non fatigemini animis veſtris deficientes. ad Hebr. 2. de paſſionis memoria. 10.5.8.& 9
Iterum crucifigentes filium Dei, ad Hebr.6. de hæreticis contra ſacramentum. 9.64
Corpus autem aptaſti mihi. Hebr. 10. ex Pſal. de Chriſto. 15.99
Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum. ad Hebr.11 1.21. ly ſubſtantia. 9.17.15.211
Arbitrans, quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus, vnde eum & in parabolam accepit. Hebr. 11 14.66.et 67
Adorauit faſtigium virgæ eius, Hebr.11. de Chriſto 3.26. varia lectio.
Auctorem, & conſummatorem fidei. ad Hebr. 12. 11.68
Beneficentiæ autem, et communionis nolite obliuiſci, Hebr.13. de qua communione. 9.162

EX EP. D. IACOBI.

SVſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. Iacob. 1. de incarnatione. 2.71
Superexaltat autem miſericordia iudicium. Iac. 2. de incarnatione. 2.119

EX 1. D. PETRI.

QVaſi modo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcite. 1. Pet. c. 2. de ſacramento Euch. 9.84.85
Spiritu Dei locuti ſunt ſancti. 2. Pet. 2. 16.20
Cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam. 1. Pet. 5. de gloria æterna. 8.56.57

EX 1. D. IOANN.

TRes ſunt, qui dant teſtimonium in terra &c. 1. Ioan. 5. 2. 39

EX APOCALYPSI.

VIncenti dabo edere de ligno vitæ. Apoc. 2. moraliter, & myſticè. 9.140
Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptum. Apoc. 2. de Ieſu. 5.44
Vidi ſimilem filio hominis habentem in capite ſuo coronam auream. Apoc. 3. de corona ſpinea Chriſti. 10.135.136
Collyrio inunge oculos tuos, & age poenitentiam. Apoc. 3. de contritione. 7.38
Agnus occiſus eſt ab origine mundi. Apoc. 3. 7.8
Vidi oſtium apertum in cælo. Apoc. 4. 7. 23. & portæ ciuitatis illius non claudentur. ibid.
Et qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis, & ſardinis, & iris erat in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinæ. Apoc. 4. de Chriſto reſurgente. 14. 46. & 47
In medio ſeniorum agnus ſtabat tamquam occiſus. Apoc. 5. 7.6
Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Apoc. 5. ly radix. 6.7
Qui ſunt iſti, & vnde venerunt? hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione. Apoc. 7. 8.34.35
Vidi Angelum deſcendentem de cælo amictum nube, & iris erat in capite eius. Apoc. 10. de Chriſti natali. 3.48. & 49
Vidi, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret. ibid. 15.32
Longitudo, altitudo, & latitudo eius æqualia ſunt. Apoc. 21 2.18

IN-

Digitized by Google

INDEX QVARTVS RERVM OMNIVM NOTATV DIGNARVM

Copioſiſsimus, & ampliſsimus:

Prior numerus librum, poſterior columnam eiuſdem libri notat.

A

Aron & Moyſes ſacerdotes germani quid. 6.27
aſcendens ad montem Hor figura Chriſti aſcendentis. 15. 1.
Ab ipſa contra ipſam, Iuliani emblema. 2.58.
Abarca Saneius Rex natus matris per apertum foramen vulneris. 12.10
Abel ſacrificium Deo placuit, quia meliora obtulit. 9.177
Abeſton lapis apud Plin. cuius naturæ. 14. 63. conceptus ignis in eo numquam extinguitur.ibid.perſeuerantiæ ſymbolum.
Abimelech magnus belli Dux. 15.65
Abortiri qui facit animam, pœnam expectet à Deo. 16.50
Abraham in tribus Angelis vnum adorans ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium agnouit. 1.31
ſanguine effuſo in circumciſione nominis augmẽtum meruit, Sara è contra. 6.25
imponens ligna Iſaaco, Deus Pater imponens peccata mundi Chriſto. 7.9
Regis Sodomæ dona accipere renuit, quia impius homo. 8.2
Abſalonis capilli puellis Iſraeliticis vendi ſoliti centum ſiclis, vſurpati ad pulchritudinem. 3.79
percuſſus tribus lanceis figura Chriſti vulneris à lancea inflicti. 12.8
ſtratagema vt patrẽ è regia ſede deturbaret, manſuetudo erga ſubditos. 15.86
Abſconditus Deus antea, manifeſtauit ſe in carne in die Epiphaniæ. 6.54
theſaurum vocat ſe Chriſtus. ibid. patefactus in incarnatione. 55
Abſtinentia vſus Chriſtus in natiuitate, quia non legitur ſtatim lacu ſuxiſſe, vt mederetur ingluiei primi parentis. 3.68
Abuſus in ſuſceptione ſacramenti Euch. tam apud laicos, quàm eccleſiaſticos, vt ſtatim ad ſolita ſtudia reuertantur. 9.172
Abyſſus, quaſi a, & byſſus id eſt ſine candore, & pulchritudine, ex Lyra. 16.47
Achab mortuus eſt ſtans. 11.83 figura Chriſti in Cruce morientis. ibid.
percuſſus inter pulmonem, & ſtomachum figura Chriſti vulnerati lancea. 12.8
R. Aceana epiſtola ad Neumiam filium de Chriſto. 11.100
Accipere, in ſcripturis, non ſemper ab alio recipere, ſed ſibi recolligere denotat. 15.11
Accipitris perdicem inſequentis aſtutia. 6.42
Acerbitas dolorum Chriſti ſumma fuit ex D. Bonau. 10. 11
Acetum ſiſtit ſanguinem. 11.64
Achillis lancea apud Homerum magnæ virtutis. 12.13
Adam, Eua, & Abel mirabiliter ſacroſanctam Trinitatem exprimunt, & quomodo. 1.16
idem quod terrenus. 15.60
formatus ex 4. mundi partibus terra deſumpta. 6. 65. Adami litteræ id notant. 66. ex D. Aug.
ideo ita dictus à Deo, quia prȩuidit illum terræ adhæſurum. 15.60
nominis humilitas. 2.31
in paradiſo creatus à Deo ſtans, non iacens, aut ſedens. 15.46
cur voluerit arboris vetitæ fructum comedere ceteris omiſſis. 9.79. ex D. Aug.
non credendo perdidit paradiſum, credendó recipit. 9. 19
in Caluariæ monte formatus. 10. 195. in eodem mortuus, & ſepultus. ibid. ex Baſil. à Noe cognitus locus. ibid. D. Hieron. ſuffragatur huic ſententiæ. 196. auctoris ſententia. ibid.
Ader turris mille paſſus à Bethlehem diſtans locus paſtorum, qui Chriſtum natum adorauerunt. 1.76
Adonibezec gloriabatur 70. Regũ manus ſe abſcidiſſe prudentius, quam Herodes. 10.238
Adoptio hominum in filios Dei facta à Chriſto ſapienter. 2.27
Adorantes, & orantes faciem ad Orientem quare conuertamus. 10.211.212
Adrianus Imperator diuinam prouidentiam, vbique eſſe ſignificans, quatuor Deum vultibus depingebat. 1.12
Aduentus Chriſti in mundum celer, regreſſus in cælum lentus, & quare. 15.97.98
dicitur plenitudo temporis ob multa. 3.43
præfiguratus in turbine, & aura tenui Eliam allocuta. 7.5

Aduerſarios multos habuit Chriſtus ante ortum ſuum, in vita, & poſt reſurrectionem. 10.7.8

Adulatores Principum echo comparantur. 6.38. alijs rebus. ibid.

Adulatio dicta antiquis, lethale mulſum. 6. 39. mellea præfocatio. ibid. ſimilis oleo. 39

Adulationibus mundus plenus. 15. 94. Ezechiel execratur.

Adulter prædicator Euangelicus, quis. 15.106

Aeris duplex regio. 10.32

Aer quaſi mundi platea. ibid. vt forum commune. 16. beneficia & commoda per aerem, quæ nobis eueniunt. 16. 17. 20. propriam formam retinens ad cor penetrat. 21.

Aere patrio recreantur infirmi incurabiles. ex Gal. ibid. ſegregat vnita: ignis congregat diſperſa ex Ariſt. 16.25

contiguus ſphæræ ignis, ſi ita condenſaretur, vt minorem locum occuparet, ignis ipſe deſcenderet, & quomodo. 16.28

elemētum omnium communiſſimum. 16.15. aeris ſub forma venit Spiritus ſanctus. ibid.

Ædificium Eccleſiæ catholicæ ex tribus legibus. lex naturæ iecit fundamenta, lex ſcripta parietes, lex gratiæ vltimam manum, & aurea lacunaria. 11.68

Aegyptij naturam diuinam circulo indicabant. 1. 8. item panthera maculis pleniſſima eius perfectionem. ibid. 9. item figura viri grauis, cæruleis veſtibus induti, vna manu circulum, altera ſceptrum, & capite alas gerentis. 1.67

Aegyptij atque Aſſyrij columba velut noncio vſi, epiſtolam filo alligatam ſub ala ei apponentes. 7. 33

Aegyptij, & Perſæ amicitiæ fœdus quo ritu inirent. 9. 99

Aegyptij armorum ſiue inſignium loco ferociſſimos dracones adhibebant. 15.9

Aeneæ ſtatuæ victoribus, aut ſingularibus patriæ benefactoribus erectæ à Romanis. 14.25

Aeſculapij ſeu Pæonis fabula. 10.138

ei gallum ſingulis annis offerri legauit Socrates Philoſophus. 16.13

Aetates in homine diuerſæ. 3.45. Mundi item ſeptem.

Aethiopum lyturgia propria lingua ſcripta, quam ab Apoſtolis dicunt ſe accepiſſe. 6.185

Affectus fidelium inebriat ſanguis Chriſti ſacramentalis. 9.133

varios in animos noſtros inducit Spiritus ſanctus. 16. 26

Agamemnonis præclarum dictum. 15.108

Agatha & argēteo poculo calicem ſui ſanguinis propinandum Chriſtus dedit diſcipulis. 9. 166. aſſeruatur Valentiæ in templo ciuitatis. ibid.

Agathoclis Ducis Imperatoris creati egregia virtus & factum. ex Plut. 5. 3

Ageſilaus Rex Lacedæmonum ſeipſum hoſti pro obſide tradidit. 2.86

Agnus ille, dicitur Chriſtus, per emphaſim, & excellentiam. 7. 1.2. figuratus per agnum paſchalem. ibid. 2.

Agni ſpecies expreſſa in maſſa cerea candida collo baptizati catechumeni dari ſolita, quando, & ad quid denotandum. 3

Agnus Græcis, Latinis idem quod Pius. 4

Agnus ab agnoſcendo. 6

Agni naturalis manſuetudo. 4

Agni vocantur Chriſtiani, & credentes. 5

ex cera benedicta in mare proijciuntur à nautis Chriſtianis ingruente tempeſtate. 4

Agni paſchalis oſſa non comminuenda, quid 10. 1[illegible] neque interſecanda, vel diuidenda ex Lactant. minutatim diuidi debebat. ibid.

Agnus flammis circumdatus pro Deo adorabatur ab Ægyptijs. 9.23. Vanum & inane ſimulachrum eſſe oſtendit Deus, dum per ſingulas domos ante egreſſum comedi iuſſit. ibid.

Agonia apud Lucam, quid ſignificet in Chriſto. 10. 44. fuit colluctatio ſenſus, & naturæ Chriſti delicatiſſimæ. ibid.

Agonalia apud Romanos. 45

Agoniaare, ibid.

Abrahæ fiducia magna in Deum, dum immolandum duceret Iſaac. 8.98

Agrippa Rex Iudæorum ſputis, & alapis deluſus. 10. 156

Alapam ſiue colaphum dat Epiſcopus confirmato, vt ſit paratus ad iniurias. 16.76

Alba veſte Archelaus Rex indutus in templum venit. 10. 108

Item Scipio Africanus. ex Gell.

rei eam induere prohibebantur. ibid.

Chriſtus indutus diuino iudicio: Salomon ea vſus. ibidem.

Albani nullam olim, vel minimam de mortuis curam habebant. 13.4

Albedo caſtitatis, & puritatis ſymbolum eſt. 9.27

Albertus de Auſtria conditiones optimi Ducis exequitur. 15.65

Alcibiadis Thebani clypeus. 2.68

vox contra Melchiadem. 10.218

Alcyones volucres prope maris litora nidificant. 3. 90. ex Plin.

ſignum pacis denotabant apud veteres. ibid.

Alexander Magnus ſocium Imperij ferre nequiuit. 1. 56

Alexandri, & Hephæſtionis mutuæ voluntatis, & beneuolentiæ maxima coniunctio. 3.84

Byzantium expugnantis dictum. 3.40

à Macedonibus proſtratis adorari tentat, illis id indigne ferentibus. 6 21

naturali lumini rationis conſentaneam iudicauit iniuriarum obliuionem. 7 31

continentia oculorum. 8.35

ſagitta percuſſus cognouit ſe non eſſe filium Iouis. 10. 157

magnificentia ſoluentis omnia debita militum ſuorum. 11.102

fiducia in ſuum medicum ex Oroſ. 11.28.29

liberalitas in Perillum. 11.36

numiſma facie ſua pellem exuuiaſq. leonis habens ſupra caput impreſſit. 14 13

ſepulchri epitaphium. 14.21

duces quos eligeret. 15.108

flammis circumfundi viſus dum præliaretur. 16. 24.

Alleluia canticum in reſurrectione Chriſti cantatur. à S.Eccleſ. 14.69
Altaris menſa fortes,& ſtrenuos facit fideles. 9. 128. mutat mores,qui frequentat illam. 129
Altare ex vno loco ad alium delatum iuſſu Dei purpura induebatur. 10. 126. figura Chriſti induti purpura. 127
Altaria duo in tẽplo iuſſu Dei extructa,& quid oſtendant. 15.90
Altare iuſſum fieri non ſolidum, ſed inane, & cauum intrinſecus, & quid. 16.57
Altitudo Dei ſubmiſit ſe rebus vita; & ſenſu carentibus, qualis eſt panis, & vinum in ſacramento. 9. 14
Amalecitas populus Iſrael non viciſſet, niſi orantis Moyſis precibus adiutus. 8. 111
Amaranthus herba nunquam marceſcit. 10.94
Amaritudo cordis ob peccata commiſſa figurata per lactucas amaras, quibus agnus præcipiebatur paſchalis comedi. 7.37
Aman in cruce appenſus clauis confoſſus fuit. 10. 212.
ab Aſſuero Rege donatus annulo. 15.24
Amare & pati ſine menſura voluit Chriſtus. 8.78
Amantes ſimulanter ab Æſopo cuinam rei aſſimilati. 16.84
Amaſis Demetiæ Imperatoris præclarum geſtum. 15.78
Amati ex abſentia omnes contriſtamur. 15.79
Amatores huius ſæculi aberrant non imitantes Chriſtum. 15. 61. in humilitate.
Amatoria philtra, & pocula ab antiquis excogitata ad conciliandos animos amantium. 9.61. ex Virg.
Ambitio vnitatem animorum, & charitatem perturbare ſolet. 16.72
ſimilis vento intra terram occluſo, & erumpenti. ibid. multorum malorum cauſa. 73
Ambitioſi & cupidi honorum propter doctrinam miluo comparantur. 1.34
Amen reſpondebatur in lege vet. maledictionibus, non autem benedictionibus,& quare. 11. 34.
Amen, idem quod,ita fit. ibid.
Ammonitæ adeo auari, & cupidi Galaaditarum feminas prægnantes trucidarunt. 16.51
Amici pro alteris amicis occumbentes. 2.85
ſuos Deus in ſolitudinem, & deſerta vocat, ibique nutrit, & lactat eos. 8. 37. moraliter quid. ibid.
verus amici peccata non ſimulat, ſed reprehendit. 15. 94
Amicitia conſtans,& firma concordia inter membra & corpus totum. 16.59
Amor humanus à re amata oritur ex Platone. 2. 67
amor diuinus è contra. ibid. magis declaratur in deſcenſu,quam in aſcenſu apud iuriſc. 64
Amoris Deo ſacrificium ſolemne fiebat ab Athenienſibus ad bella diſceſſuris. 65
quomodo ab illis pingeretur. ibid.
alia figura ex Euſtach. 66.& 68
nudus depictus ab Aegyptijs. 75
primus omnium Deorum ex Parmenidis ſententia. 2. 81
humani, & dei habiti effigies quæ à veteribus depingebatur. 3.78
vis & poteſtas quomodo ſignificata ab antiquis. 2. 19.
figura apud Athenienſes. 6 65
exempla tria ſingularia. 9 56.57
melle & felle eſt foecundiſſimus guſtui. 9. 34. ex Plaut.
Amoris & bonitatis ſimilis eſt natura. 9 143
Amor differt à cognitione. 16 .7
imago à veteribus qualiter depicta. 16.68
Amoris Deus verus Ieſus Chriſtus. 16.78.79
Amor Dei antiquiſſimus omnium Deorum & nouiſſimus, ex Platone. 9.49.50
oſtenſus in pluribus operibus Dei. 50
Amoris diuini magna vis,& triumphus ex eo ductus 9. 53. adſpirat ad victoriam omnium hominum. ibidem.
eius adinuentiones in ſacramento Euchar. 9. 54
Amores duo in Chriſto pugnantes. 55
Amare & ſapere vix ſuperis datur. ibid. de Dijs gentium.Sed de Deo vero falſum. ibid.
Amoris diuini ignem menſurare non poſſumus; 82. magnitudinem eius nos perpendere ſuadet Paulus, & quare. ibid.
Amor beſtiarum erga ſuos foetus. 88.89
ſigna erga populum ſuum præclara. 8.43
Amoris Chriſti maiora. ibid. & quomodo.
Amygdalus prima omnium floret. 148
virga Aaronis floruit omnium prima. ibid.
Anathema quid in ſacris Scripturis. 9. 130
per Angelum ſalutis humanæ negotium conficere poterat Deus. 2.20
Angeli non cognouerunt myſterium Incarnat.donec non fuit prædicatum.ex D.Paul. 2.3. & quomodo.
ſæpius in carne humana apparuiſſe leguntur, ſed non erat vera caro. 7.24
vocantur filij Dei. 7.16
Angelus,& fortis vocatur Chriſtus. 8.45
Angeli adſtant ſolum ſacro conuiuio, homines vero manducant. 9.35
apparuit Chriſto oranti in horto. 10.40. Gabriel fuit. 41. Verba quibus illum confortatus fuit, incertum. 42.& 43
Angelis etiam profuit Chriſti ſanguis, & quomodo. 11. 105.
quidquid boni ab eo habent. 106
viſi in ſepulchro Chriſti,oſtendebant Deum ibi eſſe ſepultum,cui Angeli ſeruiebant. 13.13.& 14.75
Angeli 4. conditiones 4. Chriſti dotes præſignant. 14.75.76
ſedet à dextris. 76
ad Tobiam miſſus figura Chriſti, & quomodo. 15.4
ante Deum ſtant,ſancti vero ſedebunt. 15. 7. & quare.
ianitor paradiſi, & cuſtos igneo in manibus enſe per Chriſtum ſublatus. 15.19
Angelicarum hierarchiarum nominis etymon officia,& proprietates. 15.53
in aſcenſione Chriſti lætati ſunt. 55.79
vt & in eius natiuitate. ibid.
Angelicus mundus. 16.58
Anima ad ſimilitudinem Dei facta varias ob cauſas. 1. 29. & ſeq.

Digitized by Google

Anima Chriſti ſeparata a corpore, Verbum tamen diuinum non ſeparatum ab alterutro extremorum. 14.4
eius diuerſæ operationes in corpore humano.lib.1. col.27.& ſeq.
deſcendit ad inferos. 14.1. definitum a pluribus Concilijs.
prædictum a Sibylla.ibid. a Prophetis.ibid.
Anima plus eſt vbi amat, quam vbi animat, ex Philoſopho. 7.40
Anima noſtra non niſi mediante oratione reſpirat, alioquin expiraret. 8.108
Animæ hominum per orationem tranſmutãtur. 8.89
mutatio ſimilis Nabuchodonoſori trãſformationi. ibid.
Anima noſtra veluti arx fortiſsima intra corpus, cuius gubernator & dux eſt intellectus. 9.12
Anima, quæ Chriſto inſeritur per ſacramentum, participat modum eius in ſuis operationibus. 9.135
mortua per peccatum per quædã ſacramenta reſtituitur ad vitam, per quædam regeneratur. ibid.
Animæ familiarium & cognatorum 30. diebus deploratæ ab antiquis, quas poſtea a Cyllenio ſuſcipi putabant. 10.19.ex Plut.
Animæ iuſtæ ad manus Dei redeunt. 11.77
Anima rationali caruiſſe Chriſtum, error Arrianorum condemnatus a Chriſto commendante animam ſuam Patri. ibid.
a ſpiritu differt. 79
Animarum debellatio expugnationi regnorum ſimilis. 15.108
quã incolit Spiritus ſanctus, vim ſibi inferre debet, reſiſtendo illecebris peccatorum. 16.14
Animæ dum iuſtificatur, gratia & charitas infunditur, & ipſemet Spiritus ſanctus cum Patre, & Filio donatur, ex Conc.Trid. 16.8
tunc eſt Spiritus ſancti ſponſa, quãdo frequens eſt in bonorum operum exercitatione. 16.48
noſtræ animæ & Spiritus ſancti multiplex conuenientia, & cognatio. 16.52.53.54
creatio illius in rebus externis vltima fuit. ibid.
cur dicatur reſpiraculum Dei.Gen.2. ibid.
cauſa eſt corporeæ pulchritudinis, & boni coloris in vultu. 53
ſimilis polypi brachijs. 54.ex philoſ.
mundo ipſo capacior. 55
illius venter voluntas eſt, ex D.Greg. 16.51
Animalis vita in qua parte corporis reſideat controuerſum inter Philoſophos. 12.10
Animalia quatuor bene & feliciter gradientia. ex Salom. 15.22
apud Ioan.in Apoc.ſunt Euangeliſtæ, 7. c.6
plena oculis ante & retro, myſtice quod. 9.149
Animantibus varia natura prouidit remedia ad morborum ſuorum depulſionem. 9.99
Animantium natura, vt ad propria domicilia redeãt. 15.76
Animi Apoſtolorum conſtantiam futuram oſtendit Spiritus ſanctus ſub ignis forma ſuper illos deſcendens. 16.24
Annas non erat Pontifex anni illius, quo Chriſtus captus fuit. 10.70
ſocer Caiphæ erat. ibid.
Anulus a Salomone ferebatur duplici corona, ſpinea, & aurea inter ſe contextis, cum inſcriptionibus. 10.137
ex Guilelmo Amero. eius hiſtoria. ibid.
Anuli antiquorum inſculpti aliqua re inſigni, ex qua apud poſteros innoteſcerent. 11.13
apud antiquos inſigne Regum. 15.24.25
Annus a menſe Ianuario inchoat non ab Auguſto. 4.16
Annorum multitudo non præferenda prudentiæ ac modeſtiæ in electionibus. 8.19
Annus benignitatis Dei quis. 16.43
Antheus gigas Neptuni & Terræ filius. 15.c.31.mẽbra recreabat contactu terræ. fabula applicatur Chriſto de morte triumphum ducenti. ibid.
per anticipationem pluries loquitur ſcriptura. 16.32
Antidotum quo liberamur a culpis quotidianis, eſt poenitentia. 9.137.ex Conc.Trid.
Antigoni Regis dictum circa præmia danda. 8.35
Antigono Abiæ inſtantia in pereudo. 8.100
Antigoni Macedonum Regis dictum. 15.108
Antiochi Regis continentia oculorum. 8.85
Antiquiores non ſemper præponendi in electionibus. 8.19. annorum enim multitudo prudentiæ non præferenda. ibid.
Antiqua peccata quænam dicantur. 15.67
Antiquari, ſpiritualiter quid. ibid.
M.Antonij verba eius virtutis fuere, vt conuerſos in ſe gladios longe a ſe auerteret. 11.2
Apellis, & Prothogenis mira excellentia pingendi. 9.46
Aperiri cælos dicit Scriptura, id eſt aerẽ, & quomodo. 7.23
Apices Scripturæ omnes non ſine myſterio. 9.2
Apoſtoli cadunt in transfiguratione audita voce, non in baptiſmo eadem audita. 8.83
Apoſtoli fugientes relicto Chriſto figurati a militibus Sedechiæ Regis. 10.68
fallaces amici eo temporis. 69
eis Chriſtus inſufflans Spiritum ſanctum, propria reſpiratione ſuauiſſimum communicauit odorem. 14.37.ex D. Vincent.
eo in loco confirmati, in quo Chriſtus confirmationis Sacramentum inſtituit. ibid.
veluti pulli aquilæ in die Aſcenſionis Chriſti. 15.c.2
ipſi, alijque Chriſtum aſcendentem altius, atque altius viderunt ſecundum ſanctitatis ſuo gradum. 15.3
Epiſcopi conſtituti a Chriſto tamquam præfecti & duces vniuerſales. 15.c.14
Chriſto cum eis degente, modicæ fidei fuerunt, poſt Aſcenſionem vero eius columnæ ſolidæ. 15.c.79
lætati ob Chriſti Aſcenſionem. 15.80
diſcumbentibus apparuit Chriſtus. 15.84
vti naues plures mercatoris opulenti. 15.89.& 90
ſimiles agricolis. 15.102
veluti naues vento hinc atque illuc impulſæ a Spiritu ſancto. 16.18
lucernæ eccleſiæ mœrore extinctæ Chriſto aſcẽdẽte. 16.27. ſed denuo accenſæ a Spiritu ſancto. 28

corum

eorum arma fuerunt linguæ diſpertitæ a Spiritu ſancto illis communicatæ. 16.33
e mundo victoriam reportarunt ijdem. 33
eorum figura Beſeleel,& Iſaias. ibid.
Arietes ouium apud Pſalmiſtam,ex D.Aug. 16.44.
qua veſte induti a Deo. ibid.
per aduentum Spiritus ſancti gratia communiti, & in ea confirmati. 16.74
confirmationis Sacramentum non acceperunt, ſed a Spiritu ſancto confirmati. ibid.
Apparitiones Dei in carne & ſpecie humana plures in lege vet. 2.8.& 9
amorem Dei erga nos oſtendunt. ibid.
Appetentia ciborum iuuat comedentis guſtum & delectationem. 9.172
Aqua ciuitatis Bethleem obſeſſæ a Dauide deſiderat. Maria Virgo myſtice. 3.36
Aqua fluuij a Deo in ſanguinem conuerſa Aegyptijs ſanguis apparebat hauſta, Hebręis liquoris cryſtallini. 6.26. moraliter quid.
Aquę a qualitate mineralium vnde fluunt, ſaporem recipiunt. 7.c.13
Aqua, columba, & ramus poſt diluuium quid. 7.25
Aqua fluminis in manu Hebræorum clara, in manu Aegyptiorum noxia & ſanguini ſimilis. 9.137
eius poculum præbebant bibendum veteres Principi electo. 9.101
Aqua purgatoria ſe expiabat quiſquis ſe homicidio infecerat. 10.166
redundantes a latere dextro templi egredientes, figura vulneris Chriſti ex lancea. 12.7.& 8
Aqua decurrens ſi retardetur, tantum reſiliens aſcendit, quantum deſcendit. 16.26
ſuper quas ferebatur ſpiritus Domini, materia prima. 16.47. alij elementa.
aliarum foecunditas per Spiritum ſanctum. 16.48
ſacramentalis, & baptiſmalis virtus. lib. 7. col. 4. ex Chriſti inſtitutione, & carnis eius contactu ſanctificatæ. ibid.
Aquæ baptiſmi peccatores ſanctificant. 7.13
ab Ezech. c. 46. prædictæ. ibid.
diuerſorum fontium mirandæ virtutes, & proprietates ex Tertull. & Ariſt. 7.14. & alijs
Aquila Iouis ſtatuæ a Phidia ſculptæ in capitis vertice cur fuerit poſita lib. 1. nu. 11. eadem dijs conſecrata propter illorum perſpicacitatem. ibid.
Aquilæ amor erga pullos ſuos. 2.88
infeſtiſſima ſerpentibus inimica, ex Pierio Valer. 3.3
rapax vnguibus crudelitatem ſignat. 7.39
circa alterius oua quid ſoleat efficere, & quomodo diſcernat ſua ab alijs. 9.16
ſuper quercu cum inſcriptione; requies tutiſſima. 10.179. denotabat ſecuritatem.
filius ab ea ardentius diligitur, qui ad latus cordis, cum mater oua fouet, adhæret, ex Plin. 12.2. militum exercitum inſequitur. ibid.
volantis acumen oculorum. 14.4
piſciculos quoſque riui profunditate natantes videt. ibid.
Romanorum inſigne regale. 15.9
ſimilitudo cum Chriſto non parua, ex D.Max. 15. 10.11.& 17.20.21
figura Satanæ, dum eleuat teſtudinem. 15.61
Aquilæ, & nycticoracis oculi diſſimiles. 15.118
Aquilonis & ſolis contentio orta, ex Plutar. 7.35
Aquiſgrani ſeruatur & colitur linteum, quo Chriſtus è Cruce ſuſpenſus coopertus fuit. 10.201
Ara cæli hæc eſt, tempore Octauiani Imp. vox audita a Sibylla. 3.55
Ara ab Athenienſibus erecta Chriſto, ignoto Deo. ex Mart. Polono. 4.13
Ara Areuna locus, in quo Abrahã immolauit filium ſuum. 11.104. Angelus percutiens ibi ſtetit.
Arare & triturare differunt in boue. 8.8
Aranea ſpeluncæ oſtium, in qua latebat Dauid, iuſſu Dei telis ſuis operuit. 8.98. ex Chald.
Arbor a Daniele viſa folijs abũdãs, & in ramis auibus morantibus, figura reipub. bene compoſitæ. 8.22
Arbores in inſignia electæ a Dijs infructiferæ, vt intelligerent non ob earum merita. 8.29
quædam apud Indos omnia humano victui neceſſaria ſubminiſtrant. 9.69
Arbor vitæ Chriſtus. 9.139
Arbor vitæ clara Dei viſio. ibid.
lignum Crucis. ex Primaſio.
Arbor vitæ in Paradiſo non habuit virtutem ad communicandũ corporibus immortalitatẽ, ſed ad prorogandam vitam, ſecundum quoſdam. 10.140
Arbor vitæ in lege euangelica. 16.41
Arca Virgam Moyſis, manna, & tabulas legis continens egregie diuiniſſimæ Trinitatis myſterium inſinuat. lib. 1. col. 49
Arca portatilis iuſſa a Deo fieri ob amorem erga nos, & quare. 2.64
Arcam teſtamenti cur Deus voluerit a ſolis ſacerdotibus portari. lib. 1. col. 42
Arcam teſtamenti per viam præcones præcedebant per media caſtra. Ioſ. 3. 10.186
in deſerto, & in tẽplo diuerſis ornata veſtibus. 8.69
apud Obededom figura ſacramenti. 9.138. apud Philiſtæos etiam. ibid.
populo Iſraelitico liberum Iordanis fluuij tranſitũ ad terram promiſſam fecit. 15.74
Arca Noe diluuij aquis oppreſſa figura Chriſti morientis in Cruce. 11.85
ex materia imputribili, corporis Chriſti in ſepulchro figura. 13.11
Arcana fidei palmarum Aegypti dactylis ſimilia. 9.18
catholicus ea non debet diſcutere, ſed comedere. 19
Arcanum ſanctiſſimæ Trinitatis non poteſt inueſtigari. 1.6.
varijs ſacræ Scripturæ locis comprobatur. ibid. 21.& ſeqq. & col. 66. & ſeqq. varijs rationibus & vijs a Philoſophis gentilium inſinuatur. ibid. 49. & ſeq. & 71
Archangelorum munus. 15.53
Argenteis 30. Chriſtus, 20. Ioſeph venditus, & quare. 10.15. ex D.Ambr. cuius valoris. 16
Ardor Spiritus ſancti in Apoſtolos perpetuo duraturus igne illo oſtenditur. 16.25
Aries ab Abraham viſus inhærens veſtibus figura Chriſti coronati ſpinis. 10.131
expreſſa figura Chriſti redemptoris in ſacris Scripturis. 15.22.23

Arietes ooium Apoſtolos denotanit. 16.44
ex D.Aug.qua veſte induti a Deo. ibid.
Arietis cæleſte ſignum oratorum linguis fauorabile fertur. 13.8
Arionis fabula. 2. 34. cum Ionæ hiſtoria comparari non poteſt. ibid.
Ariſtippi in Sieiliam venientis dictum. 3.69
Ariſtomeni victori Meſſenicæ mulieres occurrerunt decantantes. 14.68
Arma Eccleſiæ catholicæ contra Diabolum. 9. 127
caro Chriſti maxima armatura. ibid.
Arma hoſtium victores in gloriam ſuam geſtabant. 10.138.139
Armeniæ mulieris modeſtia oculorum inſignis. 8.85
Armillæ aureæ ornamentum victorum apud Romanos. 8.58. promiſſæ a Sabinis Tarpeiæ quæ aditum arcem Capitolinam docuerat. ibid.
Armus arictis cibus regius. 10. 182
Arrius in Nicæno Concilio conuictus, eſſe in Deo Trinitatem perſonarum 1 59
Arthemiſiæ & Arinnis amor inſignis. 1.87
Artemiſiæ Mauſoli Cariæ Regis vxoris amor ſingularis. 9.57
Artifex principalis inducit formam, miniſtri vero præparant. lib.7.c.10
Arundinis natura. 10.148
Arundine Chriſtus illudi voluit, & quare. ibid. & 149
morale documentum. ibid.
Aſcenſionis Chriſti plures figuræ. 9. cul. 1
Aſcenſionis & Euchariſtiæ ſacramenti conuenientia. 9. 65
Aſcenſio Chriſti triomphantis a Dan geſtato vexillo aquilæ in campo candido coronatæ præmonſtrata. 15.9
Aſcendens Chriſtus & deſcendens Spiritus ſanctus: veluti duo Dei vbera, quibus Eccleſiam lactauit. 15.16
fructus & vtilitas magna Eccleſiæ. 15.35.
cur aſcenſio Chriſti quandoque actiue, quandoque paſſiue explicetur. 15.97
Aſpergere & lauare differunt. 9.102
Aſſentatores luto liniunt parietem, quia damnum inferunt adulantes. 15.95
Aſſueri Regis ſplendidiſſimum conuiuium figura ſacramenti Euchar. 9.43.44
intrauit in hortum, vt Aman perderet, & populum Dei ſaluaret, figura Chriſti in horto. 10.25
virga aurea figura Crucis. 10.12.31
Aſſumere in Scripturis quid. 5.56
Aſſumptus eſt, de Chriſto quomodo dicatur. 15.97
Aſſyrij Deos compedibus vinctos depingebant. 2.92
Aſſyrij, & Palæſtini columbam, vt rem ſacram coluerunt. 7.31
Aſſyrij & Aegyptij epiſtolas mittebant alligatas columbę alæ. 7.33
Aſtra matutina vocantur Angeli. 3.58
Atalantis & Hippomenes fabula. 8.18
Atlantis celum humeris ſuſtinentis fabula. 2. 34
Athenienſes Deum Milachiam, ideſt mitiſſimum coluerunt. 2.92. a Minerua potius quam Neptuno ciuitatem protegendam decreuerunt. ibid.
Atriorum trium templi Ezechieli demonſtrati interpretatio. 1.37. & ſeqq.
Attentio neceſſaria in oratione. 8.92
tres illius gradus ex D. Tho. ibid. 93
Attentionis remedia ad illam habendam. 94.95
Attritio in ſacramento pœnitentiæ diſponit hominẽ ad gratiam Dei impetrandam. 10.35. ex Concil. Trident.
Auari cuiuſdam oratio deteſtanda. 8.92
Auditus ſolus admittitur ad inueſtiganda myſteria Sacramenti Euch. reliqui ſenſus excluduntur. 9.11
Auditus capreæ acutiſſimus, & quare. 15.81
Auctor philoſophica & pulchra ratione probat in Deo Trinitatem perſonarum. 1. 68
Auium natura in regreſſu diſcrimioſo riui aut maris. 3.25
quædã in India oriẽtali ſuſtentantur cynnamomo, & carnem habent fere incorruptibilem. 9.141
rapaces a ſacrificijs reprobatæ, quia vnguibus iniuriarum acerrimæ vindices ſunt. 11.14
S.Auguſtinus miraculoſe docetur, non inueſtigãdum, nec inueſtigari poſſe Sanctiſſimæ Trinitatis arcanum. 1.6.
animalia quædam certis temporibus veteribus, alis & pelle dimiſſis nouas induunt. 14.7
D.Aug. lib. 10. de Trin. & de Agone Chriſti explicatur, ſtultos appellans eos qui ſentiunt hominem a Deo redimi non potuiſſe, niſi hominem induiſſet. 2. 21
a matre filius ſui cordis & oculorum dictus. 9.56
tria eiuſdem deſideria, ex Poſſidon. 15.30
Auguſtus Cæſar Deum quatuor vultibus præditum numiſmati ſuo inſculpebat, & quare. 1.12
Aula cæleſtis ſolum ſanctos, ſimplices, & iuſtos ſuſcipit ex D.Hieron. 15.21
Aureus torques quibus dabatur, meritorum ſplendorem denotabat. 15.25
Aureliani currum cerui quatuor ducebant. ibid.
Aurium munus in corpore Eccleſiæ ſuſtinent pœnitentiæ miniſtri. 16.10
Auri qualitates. 2. 50. Chriſti carnem humanam induti figuram gerit. ibid.
Aurum doloris eſt & curæ filius ex Pallad. 16. 56
Aurum, thus, myrrha a Magis oblata Chriſto quid. 6. 68. & 56
Auctor de operibus cardinalibus Chriſti an ſit Cyprianus. 7.19
Auxilia temporalia ſi deficiant, cæleſtia ſuppetunt orantibus. 8. 114. & 115

B

BAbylonis Regis de Idolo ſuo falſa opinio. 15.84
Bacchus conceſſit Mydæ, vt quidquid tangeret, aurum fieret. fabula. 7.13
Baculus aquis immerſus, cum ſit integer, fractus apparet. 9.42
Balaam ſucceſſores fuere Magi, qui ad Chriſtum adorandum venere ex Meſopotamia. 6.4.
Baleares inſulæ hodie Maiorica, & Minorica. 9. 31. dictæ a verbo Græco, balin, id eſt iacere. ibid. matres pueros quomodo altrent. figura Euchariſtiæ Sacramenti. ibid.
Balſamum quomodo eliciatur ex arbore. 9.104

Digitized by Google

Balthaſar in cœna correptus a Deo. 15. 83. & caſtigatus.
Banaias deſcendens in campum contra Aegyptium figura Chriſti,& dæmonis. 15.30.31
fortis viri figura. 9.148
Banaias occidit leonē tempore niuis. hoc mirū.6.38
Baptiſta factus ante Chriſtum,vel formatus, quomodo. 3.9
Baptiſmi duplex vis & virtus. 1.37. eius effectus. ibid.53
Baptiſmos Eccleſiæ ianua & vnicum eſt fundamentū ſpiritualis ædificij a Chriſto extructi. 2. 45
Baptiſmos Ioannis inſtitutus a Deo.7.10
illius Ioannes promulgator tantum,ex D.Th. ibid.
non conferebat gratiam. ibid. ſed ad illam præparabat tripliciter.10.in fine.
non fuit Sacramentum. 11. nomina eiuſdem.
baptiſmi encomia ex Patribus. ibid.
forma illius incerta.ibid. nec ſine mentione Saluatoris futuri. ibid.
modus,quo Chriſtum baptizauit, fuit per immerſionem.7.16.alij aliter.
Baptiſmus fidelibus eſt ianua quæ introducit fideles in regnum Dei. 7.20
eius aqua rumpit,& aperit cęlos. 23
tollit ac delet peccata, ita vt ne eorum quidem veſtigium remaneat. 7.9
Baptizati a Ioanne quomodo ſe haberent erga Spiritum ſanctum explicatur.7. 11
triplex effectus.7.28. ſignificati in baptiſmo Chriſti. ibid.
a D.Paolo ſpiritualis ſepultura dicitur. 13.14
Baptizari poſſe quempiam viuum pro eo qui non potuit baptiſmatis gratia adiuuari, error nonnullorum.14.56. 57
Barba prolixa iudiciū boni viri apud quoſdā. 10. 155
Barbam euellere opprobrij ſignum.ibid.& 156.
Barba non radenda.ex Leuit. ibid.
Barbatæ fortunæ templum. 10.156
Barba venerabilis,quia venerabiles reddit viros. ibi.
Baſiliſci natura. 8.76
Baſilica a baſiliſco. 10. 84
palatia Regum & Imperatorum ita appellātur. 10
Baſiliſcus in petram virus euomens, illam ſcindit. ibid. ex Aeliano.
galli cantus cōtra illū præſentiſſimū eſt remediū.
in Baſiliſco veneficorum verba inualida ſunt. 2.114
Baſiliſci caput accipitris alas habens, hieroglyphici Aegyptiacum cum inſcriptione oculi diuini.10.93
Baſiliſci oua auia incerta fouet, quæ tamen a pullis naſcentibus enecatur. 15.59
Baſilidis error, dicentis, Simonem Cyrenæum loco Chriſti crucifixum,& mortuum fuiſſe. 11.95
Beatitudinis ſermo nullus copioſior quam in monte Thabor. 8.46
Beatitudo æterna varijs nominibus & epithetis decoratur in ſacris Scripturis. 8.47
eius excellentia. 8.49
iuſtorum bona opera tametſi minima, quo pacto illam mereantur.50.exemplum.51
victui & cibo comparatur in ſacris Scripturis. 8.55.& 56
omnium bonorum capaciſſima. 56.& 57
beatos ſimiles Deo reddit. 57
ciuitati comparatur a D.Ioanne. 59
Monti coagulato a Dauide. ibid.
Iaſpidi. 60
quales homines ſanctos ſuſcipiat, ex D. Hieron. 15.20
Belial idem ſignificat quod rhamnus. 10.144
Bellerophon Glauci Regis Ephyræ filius ad cælos volaſſe fingitur a Poetis. 15.36
Benadad Regis Syriæ in prælio victus ab Achab, induſtria ſeu aſtu tia,vt illum ſibi placaret. 10.160
Benedictio Chriſti in Apoſtolis Crucis ſigno. 15.103
Benedixit Chriſtus terræ mittens Spiritum ſanctum. 16.44
Aaron populo poſt ſolemne ſacrificium eleuatis manibus. 15.103
D.Bernardini erga nomen Ieſu obſequium,& veneratio. 5.42
Bernardi verba ſingularia dicta dæmoni cum teneret manibus ſuis hoſtiam ſanctiſſimam. 9.30
Beſelcel impletus a Deo ſapientia, figura Apoſtolorum linguarum dono mundum debellantium. 16.33
Bethlehem locus natiuitatis Chriſti. 3.47
illuſtrata Dauidis natali, qui huius figura.vocatur Ephrata, id eſt fructifera. 3.48
in porticu illius quæ admiranda acciderint in natali Chriſti. 3.57.58
Biæ philoſophi in communi totius ciuitatis incendio dictum. 10.185
Blaſphemantes Chriſtum in cælis regnantem crucifixoribus peiores. 5.60. præſcitorum, ac reproborum idioma eſt. 60
Blaſphemis Deus multa ſupplicia minatur. 62
Bombyx vermis ſericus figura Chriſti reſurgentis. 14.6.eius natura. ibid.
Bonitas Dei maxime fulget in Incarnatione Verbi. 2.53.& 54
Bonitas, ſapientia, & omnipotentia Dei in omnibus creatis elucent. 9.43
in Incarnatione Verbi & Sacramenti ſui corporis inſtitutione maxime eadem elucet. ibid.
Bonitatis & amoris ſimilis natura. 9.143
Bonum omne oſtenſurum ſe Deus promittit Moyſi quatuor conditionibus. 8.34
Bonum eſt ſui diffuſiuum, ex Dyon. 9.143
Boni ratio in ſupremo gradu perfectionis eſt in Deo. ibid.
Boni ratio communicatur filio a Deo Patre naturaliter & neceſſario. ibid.
per communicationem ad extra creaturis. ibid.
Bona vera & ſolida ab Aegyptijs quo hieroglyphico ſignificata. 9.4
Bona opera iuſtorum etſi minima mereantur beatitudinem æternam, & quibus de cauſis, 8.50. exemplum. 51.52
eorundem firmitas & conſtantia ex D. Ber.
Bos,& Aſinus Chriſti Natiuitati vere affuerunt contra hæreticos. 3.69
Boſra præcipua Moabitarum ciuitas. 15.18
Botrus ex ligno pendens figura Chriſti in Cruce. 11.86

Digitized by Google

Boues mare æneum ſuſtentantes Apoſtolorum ſunt imagin,& quomodo. 1.45
Brachia Chriſti in cruce extenſa arcus areus,ex Pſal. 10. 122
Brachium Dei fortæ. Iob. 4. Dei filios intelligitur à Greg. 15.5.& 16
Brentius oblatrat Ioanni, quod Chriſtum baptizauerit. 7.16
Breuitatem vita humanæ omnes ſcientiæ teſtantur. 8.76
Iunius Brutus terram deoſculatus, vt Romanorum regnum obtineret. 10.31
Buccinæ ſonitu Ioab terruit hoſtilem exercitũ. 16.33
Buxus arbor ſolida, & nodoſa, virorem ſemper conſeruans. 10.234. lignum tituli crucis ex ea.
Byſſinis veſtibus vti ſolis ſacerdotibus apud Ægyptios licebat. 15.25

C

R. CAannana verſio in Gen.4? 9.24
Cabañuelas Hiſpanis,quid. 4.16
Cadere retrorſum, verbum conueniens impijs in ſcripturis. 10.57
Cadere in faciem,iuſtis. ibidem
Cadauera Iudæi vnguento condiebant, Aegyptios imitati. 13. 5. Modus triplex. ibidem
Cadauer vocari poteſt qui in peccati mortem inciderit, ex D.Greg. 15.12
Cæſar quare Auguſti nomine voluerit inſigniri. 5.46
eius in Senatu vulnerati cõtra M.Brut.dictũ. 10.81
triumphare noluit niſi poſt quinque inſignes victorias; & quare. 15.48
Ducis optimi conditiones præſtitit. 15.65
Cain à Deo ſignum poſitum, capiti, totique corpori tremor incuſſus. 2.111
Cain caput præ nimia turbatione nutabat, & tremebat. 6.37
Caius Imperator occiſus,quia voluerit coli,vt Deus. 15.55.ex Phil. & Sueto.
Caladrion,vel Caradrio auis mira virtus ex Æliano. 10.92
Calathus pane plenus in ſublime tollebatur in conſecratione ſummi Sacerdotis. 9. 96
Calceamenta ſoluere iubetur Moyſes in rubi reuelatione,quid. 2.6
Chaldæi in ſignis columbæ ſignum deferebant. 7.32
Chaldæorum Chriſtianorum lyturgia.9. 186. Syriaco ſermone conſcripta.
Caligine omnia inuoluta tempore paſſionis Chriſti; & quare. 8.94
Calicem iræ propinat Deus, ſed non totum, ne fæces bibantur. 2.101
Caligulæ ambitio maxima. 16. 73. omnium Deorum ſimulachra decapitabat,ſingulis ſingula capita ipſius vultum referentia inſerens. ibidem
Calor Chriſti omnes illuminat,& quomodo. 13.67
Caluariæ mons à caluaria Adami. 10.193
Golgotha ab Euangeliſtis dicitur. 194
Moria alio nomine, in quo Iſaac immolari iuſſus. ibidem.
in eo Chriſtus ſuſpenſus,ex Septuag. 14.31
Caluiniſtarum error de ſacramento damnatus à Concilio Tridentino. 9.18
Caluini error,quod Chriſtus in cruce deſperauerit, confutatur. 11.54.55.& 78
pium funeris opus irridet. 13.4
Cambyſis Cyri filij factum. 10.97
Camelus reprobatus à ſacrificijs, & quare. 11. 13
vlciſcendæ iniuriæ libidine vehementer flagrat. ibidem.
Candelabrum prope ſancta ſanctorum velo connecta, quid. 9.3
Candido lineo ſancta ſanctorum ingrediebatur ſacerdos. 8.65
Candidis veſtibus ad conuiuia ibant Romani. 9.166
Cantores obſeruant notas ſilentij non minus,quam cantus. 16.36
Canum linguæ ſalutiferæ ſunt vulneribus. 16.34
Canes Apoſtoli, ideo linguæ diſpertitæ illis communicatæ. 34
Capilli Abſalonis 100.ſiclis venditi. 3.79
Capra lactans catulum lupæ, emblema ingratitudinis. 6.27
Caprea maxima eſt oculorum acie prædita, qua ad remotiſſima quæque pertingit. 6.57
peculiare per aures reſpirare. 15 81. acutiſſimi eſt auditus. ibidem
Capti bello à Chaldæis nouo nomine donabantur. 5.12
Captiuitas quid. 9.11
Captiuare intellectum quid. 12
Captiuorum maximus numerus iuxta currum triumphantium ducebatur. 9.51
Caput cogitationum officina. 7.25
Capita Deorum veterum precioſiſſimis metallis redimita, Iouis oliua. 10.135
Capite tantum coronato, coronatur tamen totus homo. 15.72
Caput Eccleſiæ Chriſtus. 16.9
Carbo accenſus,caro Verbo vnita,ex Dam. 9.65
Carbuncus ſeu pyropus lapis. 8.42
Carceris claues habuit Ioſeph. 14.23
Carex idem quod iuncus, ſcirpus ex Plin. caricoſum dicitur mare rubrum. 10.130
Carith idem quod exterminium,torrens. 10.22
Carnis nomen apud Ioan. quid. 2.72
Caro Chriſti non eſt metaphorice,ſed verè, & propriè alimentum animarum. 9.27
Caro viua Chriſti mortuo ſpiritui vitam communicat. 9.136
Caro Chriſti ex vnione ad Verbum impaſſibilis, & immortalis futura erat, ipſe tamen paſſibilem, & mortalem ſe fecit,& quomodo. 11.98
Caro Chriſti mortua in paſſione. 14.29.30. flori ſimilis in reſurrectione 31.arbori euulſæ. ibidem
Caro Chriſti peccati incapax,quia vnita diuinitati. 15.30
Caro Chriſti in ſacramento Euch. præbet vitam humanæ menti. ibidem
Caro & ſanguis Deo ſemper diſplicuerunt. 9.48
ſed caro & ſanguis Chriſti ſummopere eidem grata. 48. & quomodo.
Caro ab Angelis qui ſæpius apparuerunt,aſſumpta, non fuit vera caro. 7.24
Carnis ſolius eſu anima noſtra immortalitati reſtitui nõ poteſt bene tamen ſi vnita ſit verbo. 9.8 8.89

Carnes venatu captæ eo magis gratæ, quo ceruus a venatorijs canibus agitatus. 9.35
Caro noſtra gladius, quo Diabolus magnam in mundo fecit ſtragem. 9.127
Caro apud D. Ioan. ſignificat integram perfectamq. hominis naturam anima conſtantem. 3.18
Cur ita vocetur. ibid. 19
Caroloſtadij hæreſis de Sacramento. 9.27.28
Catechumenis baptizatis ſingulæ imagines ex maſſa cerea candida confectæ dari ſolitæ cum Agni ſpecie expreſſa. 7.3
vſus ceremoniæ quando viguerit, & quid denotet. ibid.
Caſia ſymbolum charitatis Chriſti. 11.156
Catena qua Chriſtus alligatus, Hieroſolymis aſſeruata dæmones ab obſeſſis fugat. 10.103
Catholici circa ſacramentum Euchariſtiæ quo pacto ſe gerere debent. 9.18
B. Catharinæ de Senis deſiderium quo flagrabat martyrij. 10.27.& 28
Catulus leonis recens natus dormit per tres dies, & totidem noctes, tertia die leænæ matris rugitu tremefactus excitatur. 14.12
ex Eucher. & Orig.
Cedron torrens quo fluat. 10. 21. cur ita dictus. ibid.
illum petit Chriſtus ante paſſionem, & quare. 1.22
Cedro digna vocantur quæ poſteritati conſecrari merentur. ibid.
Centro ſphæræ cur Deus a Mercurio Triſmegiſto ſit comparatus. 1.10.& 12
Centurionis confeſſio prodigium maius ceteris in die paſſionis Chriſti. 11.114.& 115
eius erat cognoſcere, ne viuus quis crucifixus deponeretur de Cruce. 12.3
Cerdonis hæreſis Chriſtum cæleſti opertum aſſerentis corpore. 3.17
Ceremonia ſacra erat baptiſmus Ioannis, non ſacramentum. 16. ceremoniæ ſacræ non aſpernandæ ibid. ſunt valde neceſſariæ. ibid.
Ceremoniarum in altari, & ſacrificio Miſſæ a Pontificibus inſtitutarum myſteria. 9.66. & 67
Ceremoniæ, & ritus quibus Reges olim coronabantur. 10.144
per Cererem iuramentum qualiter fieret. 5.57
Ceruicalia ſub capite ad capiendas animas quidnam. 15.95
Ceruus muſica delectatur, & muſicus concentus ei illecebra eſt. 5.33
ſitientiſſimus eſt. 11.60
ei aſſimilatur Chriſtus a Dauide. ibid.
a Iuda cane, & Iudæis inſectatus. 61
duæ proprietates. 14.27
Ceruus inimicus ſerpentis. 27
Cerua maturina, vel auroræ apud Pſal. humanitas Chriſti. 14.26
Ceruarum partus difficillimus. 16. 50. audito tonitruo expaueſcunt, & trementes fœtũ enitũtur. ibid.
Cetus piſcis cum fameſcit, odore trahit ad ſe piſces. ex D. Thom. 14.37
Chalonis amnis apud Syros piſces ſacri, ac inuiolati ex Xenophonte. 7.31
Chamæleonti ſimiles adulatores. 6.38
Chananæa orans, & importuna, grata Chriſto, & impetrauit, 8.101
dilata tamen gratia plures ob cauſas. 102
Character ſeu ſignum imprimitur in anima per confirmationem diuerſum a charactere baptiſmi. 16.78
Charitatis Chriſti erga homines dimenſiones quatuor ex D. Paulo. 2.82
Charitas Chriſti in Cruce orantis pro inimicorum abſolutione, 11. 6. excellit Patrum in lege veteri charitatem. 6.&7
Charitati nihil magis repugnat quam inuidia. 9.51
ex Apoſtolo charitatis quanta virtus, & vnio. 52
Charitas neceſſaria in oratione. 8.90
Charitatis, & eius conſeruatio denotata per ignem ſacrum abſconditum in valle a ſacerdotibus. 16.70
Cherubim, non Angelus, aut Thronus, &c. ad cuſtodiendum Paradiſum a Deo poſitus. 8.76
Cherubim alas expandentes ſuper propitiatorium miſericordiæ diuinæ ſymbolum. 2.90
cur ita dicantur. 15.53
Chilus, & Elpodius, Lacedæmones ob lætitiam filiorum triumphantium animam exhalarunt. 15.75
Chimæra apud Poetas quid. 11.32
Chlamys coccinea quid. 10.125.126
apud Macedones Imperatorum amictus. ibid.

Chriſti nomina.

Chriſtus animo, corpore, & diuinitate conſtat. 1.23
Agnus tollens peccata mundi. 7.7.8
Sacerdos primus, & nouus. 7.20
Cæleſtis homo ab Apoſt. 3.19
Figura ſubſtantiæ Dei. ibid.
Imago Dei inuiſibilis. ibid.
Imago bonitatis Dei. 2.2.23
Facies Dei, 26.27
Alpha, & Omega in Apoc. 32
Margarita precioſa. 34
Riſus Rebeccæ. 37
Iuſtus Sion. 42
Serpentis ſpoliator. 70
Filius Dei, &
Dilectus per antonomaſiam. 9.25.26.27
Granum frumenti. 9.109
Panis viuus. 110
Aqua vitæ. 120
Arcus ab Habacuc. 144
Fructus optatiſſimus. 3.3
Conſummator, & auctor fidei ex D. Paulo. 10.68
Sponſor melioris teſtamenti. 73
Fideiuſſor. 10.102
Pacificans cæleſtia cum terreſtribus. 104
Lilium inter ſpinas. 14
Aquila. 15.2
Prædicator eximius. } ibid. & 23
Redemptor ſanctus. }
Iuſtificator. }
Cæleſtis homo. }
Figura ſubſtantiæ Dei. }
Imago Dei inuiſibilis. }
Glorificator noſter. ibid. 23
Quaſi filius hominis a Daniele. 29
Tabernaculũ nõ manu factũ, ſed Dei manibus. 33
Paſſer ſolitarius. 39
Leo in Apoc. ibid.

Digitized by Google

mons. 47
dux. 65.73 66
ſol reſpectu Eccleſiæ quæ luna dicatur. 70
fidei conſummator. 71
remora ſalutaris. 3.30
ceruus. ibid.

Plura vide infra.

Chriſtus naſcens.

Chriſti perſonam eſſe æternam negat Ebion. 3.3
lac animæ dulciſſimum. 3.4
imagines plures eius in ſcripturis. 16
effigies deferebatur laminis inſculpta aureis, & aliis modis. 26
Aduentus eius deſideratus a Patribus antiquis. 23.26
dilatus plures ob cauſas. 29
celer in aduentu, vnde, accelera, vocatus. ibid.
fructus optatiſſimus a Maria ſola collectus in ſe. 35
natalis eius ceterarũ feſtiuitatũ radix & origo. 38
metropolis ceterarum a D. Chryſoſt. ibid.
paupertas eius adumbrata a Moyſe in ciſtella bitumine linita tamquam in cunabulo poſito. 39
figuratus ab Angelo Danieli viſo ſub forma hominis. 40
lampadi ab Iſa. accenſæ. 41
lapidi chalcedoniæ. Pſal. 98 ibid.
bona & fructus prouenerunt nobis ex natali Chriſti. 42.43.44
contigit in ſolſtitio hiemali. 45
poſt medium noctis tempus. 46. & quare.
locus Bethlehem ciuitas Dauid. 47
reuelatus Zachariȩ. 2. & Apoc. 10. 48
nubi ſimilis. 49
breuibus verbis ab Euangeliſta narratur. 50
prodigia in cælo orta eo tempore. 55
in terra etiam. 56
prodigia in ſingulis elementis. 57.58.59
Natiuitas duplex, æterna & temporalis. 60.61
diluculo temporalis comparatur. 61
nouem poſt menſes ac decimum iam ingreſſum natus. 61. menſes ex 30. diebus fuerunt. ibid.
a Virgine intacta. 62
in vtero matris vuluæ cohærens extitit ſicut ceteri infantes. 63
extractus de ventre matris a Deo iuxta Pſalmum, alij ab obſtetrice. 63
cruentus exiuit de matris viſceribus. 64
ſed caute intelligendus D. Hieron. ſed mundiſſimus.
locus in quo primum exceptus poſt Natiuitatem incertus. 65
veſte obuolutus peccatoris inſignibus induitur. 67
dilectus quemadmodum filius vnicornium. ibid.
natus iacuit inter duo animalia, aſinum, & bouem, vere, non ficte, contra hæreticos. 69
in loco communi & patulo naſcitur, quia pro omnibus venerat. 70
opus Incarnationis magnificatur ſuper omnem terram in ſuis operibus. 3.71.72.73.74
ſupplantet vt alter Iacob dæmonem, naſcitur. 75
paſtorum, qui Chriſtum adorauerunt, Ader turris locus, mille paſſus diſtans a Bethlehem. 76
mirabilia Chriſti a ſe in ortu ſuo patrata excellunt reliqua miracula. 77
pulchritudo eius naturalis. 78.79
gratia in eo triplex, vnionis, habitualis, & gratia capitis. 79
Mercurius verus. 80.81
tranſgredi leges & vſum naturæ communẽ noluit, ſed pati paupertatem, frigora, & alia. 80
gratiæ vel gloriæ nullum accipiebat augmentum, diſtingue. 84
omnia creata lætitiam magnam perceperunt. 86. 87. virgo 86, Angeli. ibid.
ſancti Patres. 87. quia noua omnia mirabilia. 89
Natiuitas eius triplex eſt. 90
triplex miſſa eo die celebratur ab Eccleſia. ibid.
pacem inter Deum & hominem vniuerſalem attulit. 91.92.93
moleſta fuit illi hæc pacis adeptio. 94
lucrum fuit vulnus, quod a ſpinis in capite accepit. 94

Chriſtus baptizatus.

Aduentus prior figuratus in aura tenui, & ſibilo, cum Elia locuta. lib. 7. c. 5
dæmonis truculenti ac ouibus infeſtiſsimi lupi cognitionem claram habuit. 7
tollit peccatum mundi, multipliciter. ibid.
tollit, non tollet: id eſt, de pręſenti. ibid. & 9. & quotidie, ac perpetuo. 9
baptizari voluit Chriſtus plures ob cauſas. 12
ſiluit vſque ad ætatem 30. annorum, & quare. 7.19
baptizatus in Iordane, & quare. 19.20.21
baptizatus an 30. eſſet annorum expletorũ. 21.22
cæli aperti, an proprie: an cæli, an aer. 23
aperti in die baptiſmi, non die paſſionis, & quare. 23.24
Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie ſuper Chriſtum baptizatum quid. 24.25

Chriſtus Circumciſus.

Circumciſio in Chriſto vti velum & tegumentum claudens bonitatem eius & pulchritudinem. 4.1
illa Chriſtus opus non habebat, quia ſine peccati originalis macula. 2. cauſæ ob quas Circumcidi voluit. 3.4.5.6
quarta cauſa. 10
quinta cauſa 11
ſexta cauſa. 13
ſeptima cauſa. 14
octaua cauſa. 15
nona cauſa. ibid.
decima cauſa. ibid.
vndecima cauſa. 16. felicitatem in principio nobis annunciat. 16. & 17
duodecima cauſa. 16
maximam Chriſto doloris cauſam præbuit, ad ornamentum a Chriſto ſumpta. 20
decima tertia cauſa. 23. ex D. Th.
decima quarta cauſa. 25 decima quinta. ibid.
decima ſexta cauſa. 33 decima ſeptima. 38
in Circumciſione Saluator. 41
differt a ceteris, qui eodem nomine inſigniti. ibid.
ſimul circumciditur, & nomen accipit. ibid.
bis ſanguinem pro nobis effudit, & ad exemplum noſtrũ. 42. in eo quod circumciſus liberalitatem maximam oſtendit. 45. duæ circumſtantiæ. 46
duæ illius figuræ, Agni paſchalis ſanguis, & Abraham circumciſus. 44
liberalitas oſtenſa a Chriſto in ea. 44.45

deci-

Digitized by Google

decimaoctaua cauſa moralis. 48
Circumciſus Chriſtus in Bethlehem. 52
a Ioſepho circumciſus. ibid. & a beata Virgine, cultro ferreo, an lapideo circũciſus incertũ. 54.55
ferreus aptior. ibid.

Chriſtus in Transfiguratione.

filius Dei, & dilectus. 7.25.26.27
filius autem naturalis. 26. & ſolus. ibid.
multiplex vitæ differentia in illo. 27. dilectus ſingulariter. ibid.
dilectus item a creaturis, Angelis, & ſanctis viris. ibid. ac virginibus, & martyribus. ibid.
ſplendor & claritas eius ac odor illius peccatorum noſtrorum fœtorem ſuperant. 28
Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ ſuper eum deſcendit. 7.30
moraliter quid 35. in fine.
vt oſtenderet illum legatum a Deo, & nuncium. 42
vti columba ad ſilueſtres columbas miſſus. 43.44
Chriſtus transfiguratus, vide transfiguratio.
Chriſtus in ſacramento Euchariſtiæ deſiderium valendi ſe nobiſcum eo prouexit, donec nos participatione Deos per ſacramentum fecit. 9. 97. & quomodo. ibid.
Sanguis ſitim prorſus extinguit noſtram. ibid.
& deſideria mundana. ibid.
vti poculum refrigerans. 98
effectus tres illius. 98.99. alij. 106. 107
ſub ſpecie vini, quod puritatem, & virginitatem inducit. 102
præſtat hic ſanguini animalium. ibid.
lauat & tergit animam. ibid.
eſt ſacrificium pro peccatis. 103
fœdus amicitiæ inter ipſum & nos. 104.105
eſt ornamentum & pulchritudo animæ. ibid.
granum frumenti fuit, & quale. 109
panis viuus. 109.110
cibus inuiſibilis in Sacramento. Tob. 12 112
humilitas magna in incarnatione, & Euchariſtia. 9.119
humanitas eius vti terra deuorans habitatores ſuos. 9.124
liber vitæ, in quo deſcripta nomina prædeſtinatorum. 125. characteres huius libri.
Vti apis. 131
primus in cœna guſtauit ſuauitatem ſacrificij ſui. 132
gloria corporis ſui eidem data duplicem ob rationem. 143
toleratur iniurias ab indigne ſumentibus, vt a iuſtis ſumatur. 149
hoc, & eius Crux, & mors maximum beneficium Eccleſiæ factum. 9.154
bona Chriſti a Deo illi data. 167.168
eius ſolutio, & ſatisfactio ita fuit perfecta & abſoluta, vt infinito interuallo debitum excederet. 182
Chriſti ſanguis intra pectus mali ſacerdotis clamat ad Deum. 183
præſentia vera eius in Sacramento probatur ex multis. 184.185.186

Chriſtus in Paſsione.

vt homo renuit bibere calicem paſſionis. 10.28.29
portio ſuperior & inferior voluntatis in eo. 30.33
oſculatur terram plures ob rationes. ibid.
triſtitia in eo ſumma coniuncta ſummo gaudio, quia beatus ab inſtanti conceptionis. 32
non erat paſſio, ſed propaſſio, neque impediebat vſum rationis. 33. neque anteibat illam. ibid.
triſtatus eſt, & pauit, & quare. 10.34.35.36. & ſeqq.
confortatus ab Angelo Gabriele. 40.41
quibus verbis, incertum. 41. & 43
figura huius Ionathas confortans Dauidem. 41
orauit in horto. 42
ſanguinem proprium, & verum ſudauit. 45
non naturaliter, ſed ſupernaturaliter. 47
figuræ huius rei. 48
ardens amor cauſa fuit. 48. & 49. aliæ cauſæ. 50.51
in terram vſque decurrit. 52
offert ſe vltro militibus. 53
inclinat ſe & oſculum accipit a Iuda, ex humilitate. 54
manifeſtauit ſe illis, dicens: Ego ſum. 55
cadunt milites audita hac voce & quare. 57. & 58
non irruunt contra diſcipulos. 62
captura hæc figurata pluribus in locis. 63
oracula, ſeu Prophetiæ de illa. 63. & 64.65
iniurias multas paſſus Chriſtus a militibus. 65. & 66
ligatus fuit manibus, & quare. 68
ad Annam ductus, & quare. 70
per portam auream alias probaticam, vel ouium portam templo proximam. 71
in torrentem Cedron præceps datus. ibid.
interrogatur de diſcipulis & doctrina. ibid.
alapam accepit a Malcho, cui prius reſtituerat auriculam abſciſſam. 72
prædicta a Prophetis, & Sibylla Erythræa, & cur percuſſus alapa. 72
digitorum eius impreſſa ſigna in ore Chriſti. ibid.
cur alapam acceperit. 74.75
illuſus tacet, flagellatus ſilet, alapa percuſſus conqueritur, & quare. 76
flagellatus fuit pluries, licet ab Euangeliſtis non ſcribatur. 77
miſſus in lacum quendam inferiorem. 77

Chriſtus in Cruce.

teſtamentum a Chriſto conditum diuerſis ſuæ vitæ temporibus. 11.72. & 73
vetus mutatum a Chriſto in quibuſdam partibus, & clauſulis. 73
duodecim Apoſtoli teſtes legitimi. 74
in lecto Crucis vltima manus, & obſignatio illius facta. ibid.
conditiones teſtamenti in eo adimpletæ. 74. & 75
clamans commendauit animam ſuam. 75. & 76
ſciens quod Pater eam protegebat, & recipiebat illam, commendauit. 77
ſpiritum commendauit non animam. 79
a Patre incepit primam vocem in Cruce, & ad Patrem etiam conuertit vltimam. ibid.
in Cruce immolatus, figuratus a multis. 80. 81. 84.85
mortis eius ſpectaculum, cauſa, iudices, & alia. 81.
mors eius per Eccleſias omnes deploranda. ibid. & ab omnibus.

tres circumſtantiæ illius præcipuæ. 86.87
extra portam paſſus. 87.& 88
inclinauit caput ob multa. 89.90.91.& 92
ad Occidentem directe reſpiciens. 93. 94
id eſt verſus Europam fidelem, & in catholica veritate ſtabilem. 94
etiam in ſepulchro iacens caput Occidentem verſus poſuit. ibid.
mors eius glorioſa ex triplici capite. 96.97
contra ethnicos. 98.99.101
volontaria magis,quam ceterorum hominum. 98
glorioſa. 90
fideiuſſor ab Eccleſiaſt. dicitur,& ideo pœnã rei ſuſtinuit. 102. ſatisfecit precio & valore infinito ſui ſanguinis. 103
pacificauit per ſanguinem ſuum hominem cum Deo. 104
profuit hominibus,& Angelis,& quomodo. 205
alij fructus. 106.107
iudicibus coram adducitur,vt eius innocentia magis eluceſceret. 102
aliæ cauſæ, ibid.& 103
ad collum catena vinctus.103. ex Baſil.
ad Pilatum ducitur ſæcularem poteſtatem,& quare. 104
triplicis accuſatione delicti falſo accuſatur. 106
coronatus corona Regia. 107
ante illum tacet.108.& quare.
alba veſte ab eodem indutus. ibid.
Chriſtus, & Barabbas quaſi duo hirci immolandi. 110.
acerbiſſimis flagellis a Pilato vapulauit. 114
expoliatus omnibus veſtibus, ac nudus. 116
ad columnam ligatus, manibus poſt terga reuinctus.117.triplici flagello,virgarum funium,& ferrearum catenarum. 118
numerus ictuum varius ex variorum ſententia. 118.119.& quare.
adeo crudelis flagellatio,vt coſtæ albæ viderentur 119.& 120
Prophetiæ de illa. 121
cur ad columnam voluerit flagellari. ibid. & 122
fructus huius flagellationis. 123.124
eius figura funes ſerici,& coccinei demiſſi a Raab per feneſtram,& aliæ. 126
purpura vili & ſordida induitur a militibus. 125.
ad infamiam,& illuſionem data. 126.127
corona ſpinea in modum pilei compacta coronatus.128.ex rhamno. 129. quidam ex ſentibus criſpini,ſeu ſpinæ ſanctæ. ibid.
ex iuncis marinis, ex D. Aug. 130
mille puncturis caput eius laceratum,ex D. Chryſoſt. ibid.
coronationis figuræ tres in lege vet.130.131.133.
ob hãc coronationem ſpineam dignus fuit omni genere coronarum victorum. 132
ab Erythræa Sibylla prænunciatum. 133
quare voluerit coronari.134.135.136.& ſeqq.
digniorem locum obtinuit corona inter inſtrumẽta paſſionis,quia capiti ſiua. 145.146.147
figura huius anulus a Salomone geſtari ſolitus. 137.aliæ figuræ. 142
Paſſionis Domini ſignum præclarum. 140
modus quo impoſita fuit corona. 145
arundo in manu eius poſita a Prophetis non prædicta,& quare. 148
ludibrium hoc quale. ibid.& 149
morale documentum. ibid.
illuſiones diuerſas paſſus in palatio. 151
illuſiones Prophetarum vltus eſt, ſuas proprias non vltus. 152
vultus eius velatus,& quare. 152.153
oculi modeſtiſſimi cur velati. 153
ſputa & ſaliuæ in faciem eius proiectæ. 154
colaphos ſuſtinuit. 155
maxillarum ac barbæ capilli audacter euulſi ab eis. ibid. ad dolorem augendum, & ad dedecus. 156
vti Panthera prolatus in forum illis verbis, ecce homo. 158
a Platone deſcripta paſſio Chriſti ſub velamine, ex Clem. Alex. 161
accuſationes Iudæorum contra illum.162.163.164 165.ſed falſæ ſunt. ibid.
ſententiæ formula triplex, qua Pilatus condemnauit Ieſum. 167.168
in loco lithoſtratos. ibid.
hora ſexta. 168
lata lingua Latina. 169
Crux Chriſti,de qua materia. 174
fraxinus,an taxus fuerit.ibid.an alia.175
ex quatuor lignis iuxta Bedam. 175
varietas arborum diuerſitatem gentium deſignauit,ex quibus Eccleſia conſtituitur. 176
quercus fuit ex auctoris ſententia. 177
Crucis ſarcina pondus graue, ſed grauius pondus peccata noſtra. ibid.
Crucis figura ab eo latæ. 184. ad irriſionem,& dolorem ei data,& vt eam ferret. ibid.
buccinator & præco antecedebat. 186
ſtimulis a Iudæis vrgentibus defatigatus. ibid.
inter duos latrones medius ductus tamquam inſignior. 189
Simon angariatus vt ferret Crucem,quia timebãt, ne deficeret in via. 190
poſt Ieſum,non ante,& quare. 191
Crucis locus medius terræ quomodo dicatur. 193
Golgotha medius terræ Hieruſalem. 195
Mons eſt,vbi Iſaac immolari iuſſus. ibid.
caluariæ dictus a caluaria Adami. ibid.
myrrhatum vinum ei propinatum. 197
duo pocula fuere. ibid.
noluit bibere, quia renuit omnem conſolationem. 199
denudatus,& qualiter. 200
prophetiæ de eo. ibid.
totus denudatus a militibus, ſed a B. Virgine linteolo proprij capitis velatus. 201.202
Cruci affixus fuerit humi iacenti, an erectæ, incertum. 203
clauis confixus ferreis. 204. & fune per humeros circumducto valide corpus extendunt ad locum clauorum pedum deſignatum. ibid.
vere crucifixus Chriſtus, non Simon Cyrenæus. ibid. contra Mahometem.

manus & pedes, vulnerati clauis. 206. & quare. 207
Claui fuerunt quatuor, non tres. 209.210
Corona ſpinea redimitus Cruci affixus. 210
quæ non detracta, vel ſi detracta fuit, iterum impoſita. 211
ad Occidentem verſus faciem habuit conuerſam. ibid.
latrones eum eo crucifixi etiam clauis. 212
cur inter duos latrones. 213
crucifixus fuit decima quinta die primi menſis. 213 ex SS. Patribus.
inter tertiam & ſextam horam, ſcilicet prope meridiem. 215
milites diuiſerunt veſtimenta in quatuor partes, tunicam vero inconſutilem ſorte definiuerunt. 215
cur ſolliciti in hac diuiſione. ibid. ex Gazæo.
quid ſignificet iſta diuiſio. 216.217
rationes plures ob quas, crucifigi voluit. 217. 218. & ſeqq.
mori elegit in aere, & quare. 219
vt ſatisfaceret pro peccato primi parentis commiſſo in ligno. 220.223. & 224
manibus extenſis atque confoſſis ſuper Crucem vt Patris mandatum impleret. 221
eius Crucis figuræ & imagines plures in lege veteri. 227.228. & 229
Crucis ſupplicium turpe, abiectum, & infame apud veteres. 244. & 245
Chriſto in ea ſuſpenſo, omne dedecus & ignominia in gloriam ſummam conuerſa. 246
quæſita a B. Helena ex diuina reuelatione. 253.254
repertus vero locus Iudæ manifeſtatione. 254
verba ſeptem in Cruce prolata. 11.3
figurata a multis in lege vet. & noua. ibid.
ſeptem, & non plura. 4. fructus ex illius oratione pro crucifixoribus. 10
liberalitas eius in latronem. 38.39
matrem appellat mulierem in Cruce, & quare. 44
commendat matrem diſcipulo Ioanni. 48.49
vti peritus agricola. 51.53
clamauit voce magna. 55.
& quare conqueſtus ex Beda, & Origen. 57
non deſperauit, vt Caluinus dixit. 54
quo pacto derelictum ſe dicat a Patre. 58.59
ſitiuit, & qua ſiti corporali, an alia. 60.61. ſeruo aſſimilatus. 60
cur potius expreſſit, ſitiò, quam dolores illos corporis. 62
Conſummatum eſt, octo conſummationes a Chriſto factas continet. 66
prodigia & ſigna in eius morte facta de cælo quæ Iudæi petebant, ſed non crediderunt. 108
ſolis eclipſis prædicta a Prophetis. 109
cur facta illa prodigia. 110.111
Centurionis confeſſio ſignum maius. 114. & 115. alia portenta. 116.117.118
dæmonum oracula a tempore mortis illius ceſſauerunt. 116
foramen quoddam apertum in monte Caluariæ a ſiniſtris Chriſti, quod vſque ad inferos dilatatur. 117
vti ſponſus ſanguinũ matrimonium cum Eccleſia celebrauit & conſummauit in Cruce. 119

Chriſtus reſurgens.

arcus dictus ab Habac. 14.4
reſurgens leoni aſſimilatur in omnibus. 12.13. 14.15
Rex natus, Rex mortuus & in Cruce. 14
declaratus eſt Filius Dei, iſque naturalis in tribus ex D. Paulo. 16. per Reſurrectionem. ibid.
primitiæ mortuorum. 17. quia ſolus gaudet virtute ſuſcitandi ſe. 19. mortuus mortuum. nota. ibid.
viuens mortuos, & mortuus ſeipſum ſolus Chriſtus ſuſcitauit. ibid.
epitaphium eius ſepulchri, Surrexit, non eſt hic. 221. aliud. 22
vas aureum plenum rore cæli optime clauſum. 24
immaculatus Dauid. 26

Chriſtus Aſcendens.

gladium è manibus Cherubin Paradiſi portis præfecti fortiter eripit. 15.2
aquilæ ſimilis. 2
ſpolia multa fecit ex humani generis hoſte. 3
non in inſtanti aut momento, ſed cum temporis interuallo contigit. 3. figuræ. 4.5.6
propriæ virtutis viribus aſcendit. 6
Aſcenſio fructus paſſionis. 7
liberum fecit adytum ad ſancta Sanctorum æternæ beatitudinis. 7. & 27
aſcendens Chriſtus tamquam primitię generis humani pulcherrimus, atque ſuauiſſimus fructus fuit. 8
demonſtrata per vexillum Dan ſub Aquilæ coronatæ campo candido. 15.9
eius regnum in tres partes diuiſum a D. Paulo ad Philipp. 2. 15.14
ab Eccleſia admirabilis non ſancta dicitur. 17.18
ſimilis herodio animali in Natiuitate, Paſſione, atque Aſcenſione. 15.19
Chriſto aſcendente nemo ſe oppoſuit. 23
currus eius qualis. 26. ipſe aſcēdēs qualis ex Apocal. 1. ibid. aſcenſio in gloriam ſuam fuit. 34
vexilla & eorum varietatem. 26.27
voces acclamantium, & muſici concentus. 28
in auferendis armis ab hoſtibus dæmone, carne, & peccato, quomodo ſe geſſit. 31
de morte quomodo triumphauit. 31
de diabolo. 32
nubes in Aſcenſione ſuſcepit eum, vt oſtenderet illum non eſſe purum hominem. 33
in omnibus operibus diuinitatis vmbram demonſtrauit. 34
Aſcenſio Chriſti credentibus profuit. ibid.
myſteria, quæ de Chriſto prædicat Eccleſia, ſuperant fabulas poetarum, & figmenta. 36
non alis artificialibus, ſed propria virtute, & vere, nõ falſo ab Eccleſia celebratur. 37. neq. vllo auxilio. 38. ſed diuinitatis ſuæ virtute. 39. 41.42. non imaginario aſcenſu. 39
a dextris Dei ſedet, quia æternus Pater illum in throno ſuæ maieſtatis poſuit. 43
ſuper cælos aſcẽdit, neque in ſole ſubſtitit, vt quidam hæretici delirant. 43.44

Corpus eius & plantæ pedis ſupra conuexam cæli empyrei ſuperficiem exiſtit. 44
in medio conuexæ cæli empyrei ſuperficiei thronum poſuit. ex auctoris ſententia. 45
ſtat erectus, quia id glorioſi corporis perfectioni magis conuenit. 46
triumphi in Aſcenſione conditiones, & excellentiæ. 48
honores, quibus eum proſecutæ omnes creaturæ mundi. 49.50
dæmones illius a maieſtate conterriti. ibid. ac fugati. ibid.
hierarchiæ Angelorum ſummum quem potuerunt honorem, detulerunt aſcendenti. 52
ad dexteram Dei collocatus 54
omnia imperio illius ſubiecta. ibid.
perpetui honores. 55
Chriſti humilitas adeo maxima, vt æquari non poſſit. 58. ideo altius exaltatus.
repleuit cælum animabus ſanctorum Patrum, repleuit terram gratia Spiritus ſancti. 58
in humilitate ſuæ Crucis ab inimicis laudatus, in ſignis & miraculis nequaquam. 61
quouſque humiliauerit ſe. 62.63
Ducis titulo præcipue vocatus. 65.66
Ducis conditiones exequutus. 67. ibid.
Iouis die aſcendit ob plures cauſas. 68
meridiano tempore. ibid.
de lapide eleuatus, qui abraſus, nũquam minuitur. ex Tertull. 68
templum ibi ædificatum. 69
tectum eius nunquam operiri potuit. ibid.
vt magnes trahit nos ad cælum. 72
vt arca in fluuio Iordane. 74
lætatus eſt Deus Pater ob illius Aſcenſionem. 15.75
coronæ, qua coronatus aſcendit, varia nomina. ibid.
clauſula felix itinerarij filij Dei ex D. Bern. 75
vita eius, vt liber calamo velociter ſcribentis conſcriptus. 76
Aſcenſio eius ſigillum operum. 75
vt miſſa ſolemnis cum ſuis partibus. 76
corporis Chriſti locus proprius. 78
nobilis præ omnibus. ibid.
Deum ſe oſtendit. 79
conſolatus eſt Apoſtolos diſceſſurus ex amore. 80
in cælo orat pro peccatoribus, & qualiter. 81
vt pulmo cor refrigerat, ſic Chriſtus Patrem iratum. ibid.
aſcendemus vti ille aſcendit. 82
eius veſtimenta iuſti, ex Iſa. 82
aſcendit, vt pro nobis cæli poſſeſſionem caperet. 182
Diabolum omnino conculcauit aſcendens. ibid.
quare poſt Reſurrectionem diſcubuit. 87
mercatori ſimilis Chriſtus. 89.90
templo item quod duo altaria habebat. ibid.
increpauit diſcipulorum incredulitatem. 91. & quare. 92
amicus verus Apoſtolorum. 94
Aſcenſio modo actiue, modo paſſiue explicatur in Scripturis, & quare. 97
Chriſtus adorari iuſſus ab Angelis. 2.56
mali Angeli noluerunt. 57
benedixit Apoſtolis ſigno Crucis. 103
in ictu oculi potuit aſcendere, ſed tardius, ac pedetentim aſcendit, & quare. 97.98
electio ſimilis. 158
medicus maximus & peritiſſimus. 2.84
ore gladium tenens diuinæ miſericordiæ ſymbolum. 2.91
Leo, & Agnus. 2.108
eius caro dorſum & poſteriora Dei. ibid.
totus miſericors. 108.109
ſanguis eius diluuium ſalutare. 116
puer pannis inuoluendus, moraliter quid. 3.67
Adamo nõ peccante nõ fuiſſet Chriſtus paſſibili & mortali carne indutus, ſed triumphans & glorioſus. 4.23
vix egreſſus de vtero matris, legis obſeruantiam curat. 4.24
puer octo dierum dicitur, amoris opus. 4.37
cum poſſet in ictu oculi liberare genus humanum a miſerijs, cur voluerit ſanguinem & vitam effundere in redemptionem. 4.40
duæ rationes. ibid.
Crucem a teneris annis ſuſtinuit. 5.34
voluit nominari Ieſus, non Emmanuel ſicut prædixerat Iſa. & quare. 5.46
Chriſtus quid ſignificet. 5.53
ter vnctus, vti Dauid. ibid.
quæritur ab Herode, a Sacerdotibus, a Regibus, ſed non eodem modo. 6.46
Rex natura, & ex viſceribus matris. 6.7. Rex Regum. 7. ſolus Rex. 8
Rex dupliciter. 7
coram eo Reges alij vmbrusi aut comici merentur vocari. ibid.
mortuus etiam Rex eſt. ibid. 8
in infantili ætate apparet Magis & quare. 6.68
adoratus a paſtoribus, & a Regibus. 6.10
a gentili & Iudæo populo. 15.16
Rex a Magis, id eſt gẽtili populo in conſpectu Herodis. 6.28
Ieſus & Maria ſimul, & vna. 18.19
a Regibus primitijs gentium adorari voluit. 6.24
in Epiphaniæ die ſoli comparatur a Mat. flumini ac riuulo, ab Eccl. leoni a Ioanne. 6.58.59. in Natiuitate quatuor gradus deſcendit. 64
Agnus, præpoſito articulo, ille: & per excellẽtiam. lib. 7. col. 1.2. & quare vocetur Agnus. 2. 3. 4. 8. & 10. immaculatus Agnus. 3. Maſculus & perfectus. quomodo. ibid. manſuetus. 5. a Ioanne baptizatus, ſub qua forma, & quo ritu. 3. Agnus Dei. 6. Agnus in medio ſeniorum. Apoc. 5. Agnus quia vtilis nobis vndique. 18
mors exceſſus vocatur amoris. 8.12
in cælo cum beatis gerit ſe vt Pater, ac vt mater. 8.53
Dominus gloriæ a D. Paulo dicitur. 8.65
oculos quater tantum eleuauit. 8.86
eius nomine petere debemus a Deo, vt impetremus. 8.106
apis fauum Sacramenti operatus. 9.13
charitas eius admiranda. ibid.

vitia

vitis vera,& quare. 9.32
eius in pectore amores duo pugnantes, vnus redeundi ad cælum, alter manendi apud Eccleſiam. 9.55.& 56
verus medicus,& Rex noſter. 9.58
ſimilis matri plures filios habenti. 9.85. quos diuerſo cibo alit. Angelos, & Beatus in cælo aliter paſcit, quam fideles in terra ſacramento. ibidem.
fons perennis, à quo omnia gratiarum flumina manant. 9.94. In omnibus operibus eius. ibidem.
in ſacramento obediens eſt Patri mittenti,& ſacerdoti conſecranti,ac ſubito deſcendit. 9.158
commiſeratio erga peccatores in cruce duplex. 10.10.& 11.
diuinitatis, & humanitatis ſuæ opera ſemper miſcuit, & conciliauit, ita vt vtriuſque clariſſima apparerent argumenta. 10.53
Chriſtus, nomen commune regibus: ſed Chriſtus Dominus,vel Domini,de Chriſto tantum dicitur. 10.64. eſt enim ibi Iehoua tetragrammaton.
oculorum mirabilis virtus. 10. 90. 91. 92. & 93.
in cruce exaltatus omnia traxit ad ſe. 10.221
liber ſcriptus,& qualiter. 10. 241. 242
liber vitæ. 242
in cruce maxime liber apertus. ibid.
gloria domus Dei, & Dei ipſius dicitur. 248
iudicaturum præcedet crux exaltata in cælum. 250.
medium ſemper elegit locum. 11.86
præuiſus prius quam Angeli. ibid.
ab eo quidquid boni habent,& per meritum ipſius. ibid.
ſponſus coronatus. 11.126
Rex per antonomaſiam. 128
ſpecioſus præ omnibus hominibus quibus gratijs. 131.
de naturali. 132
effigies,forma corporis,& alia. 133.134
à pictore non potuit exprimi. 134
ſpecioſus in cruce. 136
& ſpinis coronatus. 137.
pulchram Eccleſiam facit,vt ſol lunam. ibid.
Magnus propheta. 138
eloquens nimis. ibid.
Benedictus à Deo. 139
fortiſſimus,& qualiter. 141.142
regnum eius fundatum in ſuppoſititij, & aduentitij facie, & quali. 143
dilatatum,& quouſque. 144
humanitas eius ſub calceamento, & chirotheca notatur. 144.145
vniuerſus orbis eidem ſubditus. ibid. 152.153
virtutes rege dignæ in eo effulſerunt. 146.147
triplici ſagittarum genere in cruce pendens tranſfigit corda hominum. 149.150
Deus Rex. ibid. Regnum eius differt à ceterorum regum regno. ibid.& 151
Vnctus vti Rex,& ſacerdos, & propheta multipliciter. 153
nuptiæ factæ Chriſto vti filio Dei tres. 155
ornamenta eius vti ſponſi. 156
veſtimenta eius multiplicia. ibid.
Myrrhæ primæ nomine dicitur eius paſſio. 157
ſponſa eius Eccleſia,qualis. 159.160
vti Deus ſponſus adorandus. 163
Chriſti,& Eccleſiæ partus. 168.169
eius ſepulchrum, ſeu ſepultura, vide ſepulchrum, eius figuræ. 13.1.2
eius corpus de cruce depoſitum fuit,non cum cruce in terram depoſitum. 13.5
ab omni corruptione liberum,ſanctorum vero corpora nequaquam. 13.12
a brachijs crucis ad brachia Virginis translatus. ibidem.
corpus non fuit exenteratum. 6
glorioſus in morte, inglorius in vita. 13.9
Principes regum è contra.
in ſepulchro exiſtentis anima deſcendit in ſinum Abrahæ ante reſurrectionem. 14.1.& 2
tres dies ibi ſtetit, ex SS. Patribus.
viator,& beatus,ac comprehenſor. ibid.
magni conſilij Angelus ab Iſaia dictus. 15.4
tamquam verum Deum ab omnibus haberi, à Senatu etiam poſtulauit Tiberius Cæſar, ex Tertull. 15.55
conuiuijs adeſſe voluit. 15.84
vir dicitur in ſcripturis per antonomaſiam,& quare. 16.22
mittens Spiritum ſanctum, Ducis prudentiſſimi inſtar. 16.27
numero nequaquam clauditur, vt cetera creata. 16. 30
perfectus vndequaque. ibid.
opera in Eccleſia à Spiritu ſancto abſoluta. 16.43.
Chriſti incarnatio,vide, incarnatio.
Chriſti paſſio,vide, paſſio Chriſti.
Chriſti reſurrectio,vide,reſurrectio.
Chriſti transfiguratio,vide,transfiguratio.
Chriſtianus verus qualis eſſe debeat. 4.7
circumcidat ſe ſpiritualiter. ibid.
credat,& patiatur pro Chriſto. ex Apoſt. 4.42
labores trium generum. ibid.
Chriſtiani nomen quanti factum à SS.mart. 5.2,& 3
Chriſtianus quid,& quis. 6.& 7
eius vita ſpirituale quoddam cum Chriſto animæ matrimonium eſt. 8.114
vnicorni ſimilis. ibid.
dementia eorũ,quod ſeruiant Diabolo, & ad Chriſti gloriam non properent. 8.8
populus electus. ex D.Petr. 9.157
Chriſtianus verus probatur eſſe quis fide, & operibus,tamquam duobus teſtibus. 25.111
Chryſippi philoſophi dictum,& factum. 9.1
Cibus viuus ſi fuerit non tranſmutatur, ſed tranſmutat manducantem in ſeipſum. 9.23
Cibus eſt caro Chriſti, & ita vocatur, & quare. 9. 32. & 33
Ciborum omnia genera faſtidium afferunt. 9.90
Cibus ſacramentalis nequaquam. 9.91
materiali corrumpitur potius corpus noſtrum, quam conſeruatur. 9.140
Cicadæ vocantur Patres antiqui. 3.26

Cica-

Cicatrices veras in manibus, & pedibus poſt reſurrectionem Chriſtus geſtauit. 14. 81. & quare. 82. myſtica ratio. 84
Ciconia cur fuerit ſymbolum apud gentiles diuinitatis,& quomodo. 5. 1
Cingere,& accingere, dupliciter. 11.140
Circulatoris dictum,ex D.Aug. 8.46
Circulus figura incarnationis. 2.44
Circumciſio ſignum erat,& proteſtatio fidei de Chriſto venturo. 4. 2
ad quid inſtituta. 2
porta eius anguſta,baptiſmi vero lata. 4
duplex materialis,& ſpiritualis. 6
graue pondus,& iugum. 47
in ſignum diſtinctiunis populi Dei à ceteris. 47
in parte occultiori carnis,non exteriori. 48
ante Abraham vſus eius non viguit ex diuino pręcepto. 40
Irriſa ab alijs gentibus. 50
aliæ nationes non circumcidebantur, ex auctoris opinione. 51
virtus illius,& efficacia. ibid.
per 40.annos prætermiſſa in deſerto ex diuina diſpenſatione. ibid.
miniſter illius certus non erat. 52
pręcedebat nominis impoſitionem. 5.43
in Chriſto ſecus. ibid.
Circumcidi voluit Chriſtus, vt circumciſionem ſanctam commonſtraret. 7.15
Ciſterna Bethlehemitica Virgo Maria. 3.36
Citius aſparago coquuntur. Prou. 11.125
Ciuitas apud Apocal. figura beatitudinis æternæ. 8. 59.60
Ciuitas peſte graui vexata quempiam deuouebat, & ſacerdotalibus indumentis. ex Budæo. 9. 150
Ciuitates plures in Aſia corruerunt tempore Tiberij, in die Chriſti mortis. 11.113
Claui crucis Chriſti a B. Helena reperti. 10.254
miſſi ad filium duo. ibid.
ab eodem poſiti in fręno equi, alter intextus in diademate. ibid.
Clauis ferreis olim crucifigebantur. 10.212
Clauis aurea apud ſacerdotes aperiendi portas cæli per Chriſtum. 15.20
Clem. VII. diem feſtum inſtituit nominis Ieſu. 5. 41
Cleopatra margaritam potandam valoris 250. millium aureorum M.Antonio dedit. 8.61
Clerus Græcis,idem quod ſors Latinis. 7.31
Cleros appellauit Eccleſias D. Pet. ibid.
Clypei gentilitij in ædificijs ab homine conſtructis. 2. 31
Clypei militum apud vet. vngebantur. 11.154
Clypeus à Ioſue exaltatus contra Regem Hai figura crucis. 10.230
facta in monte obſcuro, & caliginoſo, ob tenebras tempore crucifixionis. 231
Cæcitas oculorum in D. Paulo rapto ad tertium cælum quid. 8.94.& 95
Cæci, & claudi fluminis ripam tranſgredi deſiderantium,emblema ex Alc. 15.40
Codri regis factum. 2.63
Cælum ſymbolum diuinæ miſericordiæ. 3.98
vt cælum terræ, ita miſericordia Dei hominibus. 99.
Cæli proprietates,& beneficia terræ. ibid.
pro aere ſæpius in Scripturis accipitur. 7.23
aperti in baptiſmo Chriſti,an cæli proprie, an item apertio propria. 7.22.23
aperti in baptiſmo Chriſti ad manifeſtandum ius, & meritum Chriſti, ratione cuius aperiendi erant prædeſtinatis. 7.23
quatuor quaſi crucis angulis continetur.ex D.Ambroſio. 10.225
ſpirituale ex planetis ſanctorum. 14.43
in Cælos volaſſe veteres heroas, finxit antiquitas, vt Dij colerentur. 15.36.37
Cęli habent ſcientiam vocis,id eſt narrant mirabilia Dei. 16.54
Cæleſtis mundus. 16.58
Cohors apud Romanos mille ſuper centum quinque militum. 10. 53. ex Calliſto Placent.
Cohors peditum,turma equitum ibid.
Cogitationibus noſtris Deus torquet homines. 2. 114.
caput eſt officina earum. 7.25
prauæ veluti vermes ſerici. 15.59
quo pacto propulſandæ. ibid.
malas vocat Euangelium ſerpentes. 15.115
Iob latrunculos. ibid.116
ſubtiles funes, nodus tamen earum non facile ſoluitur. ibid.
Cognitio differt ab amore. 16.47
Colaphus ſeu alapa, qua Epiſcopus percutit confirmatum,vt ſit paratus ad iniurias. 16 76
Colchi, & Aegyptij priores Hebræis circumciderunt ſe. 4.50
Colli ſimilitudines gerit oratio. 8.107.108.109
Colli proprietates. ibid.
Collum Dæmonis malos conſiliarios vocat Iob. 15. 115.
Collum Eccleſiæ B. Virgo Maria. 16.9
Columba, quæ viſa eſt ſuper Chriſtum baptizatum, non fuit vera, & realis. 7.24
eius variæ, & egregiæ proprietates. 24. 35. 36. 37. & 38.
ad Noe volans, ſic Spiritus ſanctus ad Chriſtum in Iordane. ex D.Hier. 7.25
cur capiti inſederit Chriſti,non brachijs, manibus, vel alibi. 25.& 26
vt res ſacra ab Aſſyrijs,& Palęſtinis culta. 7.31
in eam conuerſa Semiramis. Aſſyriorum Regina, fabula eſt. ibid.
ſymbolum eorum, qui intra Eccleſiam ſunt. Gen. 1. 32
Columbæ ſignum in vexillis Nabuchodonoſor. ibid.
proprietates illius egregiæ. 32.in fine 33.
ſignificant ſeptem dona Spiritus ſancti. ex D. Tho. 33.& 34
gemebunda dicitur, & gemitus illius cantus eſt. 7. 37
iuxta aquarum fluenta verſatur. 38.39
à rapacibus auibus ſe tuetur. ex Plin. ibid.
munda eſt,& pura. ex Gen.8. 40
ac ſymbolum munditiæ,& puritatis.
non ſemel internunciæ fuerunt in rebus magnis

ſecum

ſecum epiſtolas ad pedes ligatas ferentes. 42
Columba ab aucupe domeſtica redditur. ibid.
femina fidelitatem ſeruat ſemper maſculo, & aliæ proprietates. 44
Columbæ ſanguis extillatus à latere dextro ſubter alas, antidotum antiquis omnium morborum. 9.99
Columbæ alas poſtulat Dauid, non aquilæ, aut cygni, aut alterius. 7.39
figura iuſtorum. 7.43
Columba viſa auolare ex templo die mortis Chriſti, Spiritus ſanctus. 11.117
Columna ignea ſocians Hebræos, figura incarnationis Chriſti. 2.14
an Deus ipſe, an Angelus ibi. ibid.
an vna, an duplex, tria præſtabat Iſraelitis. ibidem.
marmorea in fundamentis templi Salomonis reperta cum inſcriptione, In principio erat Verbum. 3.4.
ad quam Chriſtus ligatus, quantæ magnitudinis. 10.118
ſuſtinebat templum. ibidem
pars allata Romam, pars in monte Caluariæ, pars Conſtantinopoli. ibid.
Columnæ Apoſtoli, & quales, ob intrepidationem. 16.77.
Columnæ duæ altiſſimæ ad templi portas erectæ, ac malogranatis ſculptæ, amoris, & charitatis ſymbolum. 16.66.67
Comeſſationibus vacans lapidibus obruendus, ex Deut. 15.84
Compaſſio Chriſti capitis erga ſua membra, B. Virg. Apoſtolos, SS. martyres, & Confeſſores. 10.39
Concedit Deus petentibus, quandoq. plura, quæ ſint in ſupplicium commiſſi peccati. 8.103
Concionatores in Eccleſia, quales eſſe debent. 15. 106.107
adulteri concionatores. ibid.
boni eſſe debent. 11.127
ardeat, & ſapiens ſit. ibid.
Concordia, foedus, & amicitia inter membra, & corpus totum. 16.59. conſtans, & mira.
Concordiæ ſymbolum quo pacto depictum ab Ægyptijs. 16.60
animorum concordia magnam affert reipub. lætitiam. ibidem
Confirmationis ſacramentum Apoſtoli non acceperunt; ſed à Spiritu ſancto confirmati. 16.74
inſtitutum poſtquam coenauit. 75
materia eſt vnctio ex balſamo, & oleo. ibid.
forma illius, Signo te ſigno crucis, &c. 76
iterari non poteſt. ibid.
alapa qua cõfirmatus percutitur ab Epõ quid. ibi.
lintea faſciola, quid. ibid.
eius nota, ſeu character diſtinguit fideles ab infidelibus. 16.78
character eius diuerſus à charactere baptiſmi. ibidem.
Conformitas ſumma, & diſcordia ſumma in carne, & anima vnitis. 15.91. prodigium naturæ.
Conſanguinitatis per gradus ad beneficia eccleſiaſtica non aſcendendum. 8.19
Congratulandum Chriſto aſcendenti in cælum, & quare. 15.63
Congregare Dux debet milites diſperſos. 19.66
Conſcientia praua omnia aduerſa ſupra ſe caſura ſuſpicatur, & timet. 6.37.38
Conſcientiæ puritas, & candor regula eſt certa frequentandi ſacramentum Euchariſtiæ. 9.164
Conſilium diuinarum perſonarum in creatione hominis. 2.30
Conſilia aliorum auſcultare, docilis eſt cordis, & optimi. 6.33
Conſilium Iudæorum initum contra Chriſtum dæmon ipſe exorditus eſt. 10.11.& 14
Iudas non vocatus abijt ad illum. 14
Conſiliarios malos dæmonis collum vocat Iob. 15. 115.
Conſtantiam animi, & in virtute perſeuerantiam tenere vir fortis, & fidelis debet. 9.147
Conſtãtinus adhuc puer Imperatoris patris ſui dextræ adſtitit. 15.42
Conſummatum eſt. 11.66.67
octo conſummationes. 68.69.70.& 71
Continuatio, & perpetuitas ſacramenti Euch. oſtendit ſummum amorem Dei in nos. 9.50
Contradicere poſſunt, & debent quandoq. fratres religioſi ad inuicem. 16.66
Contradictores multos Chriſtus habuit ante vitam, in vita, & poſt reſurrectionem. 10.6.7.& 8
Contrarietas in rebus naturalibus innata ex Dei voluntate. 9.45
Contraria ſpiritualia, Adæ ſcilicet Chriſtus, Euæ Maria, arbori paradiſi crux. ibid.
Contritio ad maculas cordis delendas valet. 7.37
eſt dolor de peccatis propter Deum ſumme dilectum. 38
ſelis & contritionis proprietates ſimiles. 38
Controuerſia orta inter miſericordiam, & iuſtitiam peccante Adam in Dei tribunali. 11.101
Conuerſione in naturali termini duo ſunt, à quo, & ad quem. 9.145
ſpiritualis item talis eſſe debet. ibidem
Coniuræ amici chari nomen nominabant in conuiuijs. 5.45
Conuiuio ſimilia pingui bona æterna, & felicitas ſuperna. 8.54
à temporali conuiuio quomodo differat. ibid.
Conuiuium à Diabolo factum primis parentibus. 55.
temporalia non eſſe perpetua cranio docebant Aegyptij. 55
à Conuiuio ſacro repelluntur homines impudici, & canes. 9.8
accidit illis quod Aman accidit poſt conuiuium. 8
Conuiuia, quæ Deus Opt. præparauit Adæ in paradiſo terreſtri, & Noe poſt diluuium. 9.77
ſacramentum Euchariſtiæ delicioſum conuiuium cetera ſuperans. 78
duabus differentijs. 79
Conuiuiorum intemperantia, flagitiorum fomes, & origo. 15.83
Conuictus eiuſdem menſæ humanitatis, & beneuolentiæ argumentum eſt. 15.86
Conuiua Regis Danjel. ibidem

Cor,

Cor, io ſcripturis quandoque voluntatem ſignificat, item intellectum. 40
Corda ſuper aquea reſidet Spiritus ſanctus, non ſuper terrea, vel aerea, aut ignea. 7.38
Cor mundum, & puriſſimum requirit Spiritus ſanctus, & quare. 7.42
Cor primogenitum membrorum. 14. 13. primum omnium gaudet vita. ibid.
vigilat ſomni tempore, reliquis membris, & ſenſibus dormientibus. ibid.
Cor, quod habet animal, dormit ex Plin. 8.93
Cor deprauatorum hominum, vti paries fodiendus ab Ezech. iuſſu Dei. 15.115.116
Cordis & linguæ proprietates adinuicem. 16.10
Cor à cura dictum. 12
officula habet. 13
Cor Eccleſiaſtici corporis, & myſtici eſt Spiritus ſanctus, & quomodo. 16.10. & 11
Core filij diſertiſſimi muſici. 11.122
Core caluariam ſignificat. 123
qui Pſalmi eis dati ad decantandum. ibid.
Coritus Noe pronepos Rex Italiæ creatus ab eodem. 11. 152.
haſta ei data loco ſceptri.
quid ſignificet nomen hoc. ibid.
Coriandri proprietas, quod ſi illius grana in minutas partes diuiſa ſeminentur, integra proueniunt, & fructum ferunt, ex Phil. 9.68
ſacramento Euchariſtiæ conuenit. ibid.
homini eſt medela, cani venenum. ibid.
Cornicines inſonabant cum miles ad portam Decumanam morte plectendus ducebatur. 10.186
Corona appellatur felicitas æterna, à D. Petro. 8. 56.
Coronarum apud vet. varia genera, ex Gell. 10. 132.
Corona impleto anno ad fores Imperatoris appendi ſolita ob congratulationem. 10.134
Coronas Deis in templo ſuſpenſas conſecrabant. 135.
Coronabantur Dij inucorum floribus. 135
Coronatæ victimæ immolabantur. 136. 137. apud omnes.
Coronati lauro victores ad propria redeuntes. 137
ſymbolum eius, quod ad finem vſque perducitur. ibidem.
Corona ſeu diadema in capitibus ſanctorum, quid. ibidem.
Corona & purpura regium indumentum. 10.125
Corona circumſtans eſt in orbem populus. 10.139
Corona vocantur diſcipuli à Paulo.
Corona redimitos ſeruos olim antiqui vendebant. 10. 140.
Coronam ne ſcindas Pythagoræ adagium. ibid.
ſymbolum legis, ex Pythag. 10.140
quercina ei qui ſeruaſſet ciuem. 10.179
eadem ciuica dicta. ibid.
Coronabantur ſponſi apud vet. diuerſimodè. 15. 123. 126
Coronæ, qua Chriſtus aſcendens, redimitus, varia nomina ex SS. Patribus. 15.75
Coronæ variæ triumphantium. 16.43
quid. 44. multiplex ſignificatio.
Coronantur à Deo ſolum perſeuerantes. 15.18
Coronato capite totus homo coronatur. 15.72
Coronatur Pontifex Romanus, & Roma vbique luminibus claret. 15.49
Corpus hominis quantæ magnitudinis ſit, dum ei anima infunditur. 2.69
Corporis venuſtas ex tribus oritur, ex medicorum ſententia. 11.132
Corpora è ligno deponi non poterant apud Hebr. inconſulto iudice. 13.4
ſanctorum dicuntur reſurrexiſſe ab Euangeliſta ante Chriſtum, per anticipationem. 14.17
vel aliter ex D. Chryſoſt. 18
reſurrectio non cognita à philoſophis, ſed animæ immortalitas. 14.32
eius auctorem dæmonem aſſeuerabant. ibid.
impoſſibilem putabant. ibid.
loca Scripturæ, quæ illud probant.
glorioſa miro odore fragrant, & quare. 14.36
plura ſanctorum reſurrexerunt Chriſto reſurgente, & quare. 14. 80
quinam fuerint, incertum. ibid.
opinio auctoris. 81
nobiliori nobilior locus debetur. 15.78
Corporis exiſtentia à forma. ibid.
Corporis Eccleſiæ forma, & partes. 16.9
Corpus mortale animæ glorioſæ coniunctum gloriæ illius fit particeps, & redditur glorioſum. 16.30
Corpus Chriſti glorioſum omnis laſſitudinis incapax eſt. 15.46
in cælo non ſedet, ſed ſtat. ibid.
in varijs regionibus, ac locis exiſtit per verba conſecrationis, quod antea eiuſdem humanitati in incarnationis myſterio non fuit conceſſum. 9.58
licet paſſibile, ac mortale eſſet, corruptioni tamen non obnoxium ex diuina diſpenſatione. 15.77
Correctio vitæ amplectenda. 5.31
Correctio fraterna duas conditiones requirit in Prælatis. 15.91. & 92
Corruptio rerum, & generatio ab auctore naturæ naturalibus cauſis credita. 7.24
Coruorum pulli quomodo alantur. 2.51
Coruus eſt, qui extra Eccleſiam eſt: & quare. 7.32
Corui, & vulpis fabula. 8.21
Coruorum pulli à Deo paſcuntur. 9.87
Corui, turdi, & pſittaci à Siphone Carthaginenſi edocti dicere, Siphon Deus eſt. 15.95
Cranium hominis apud Aegyptios conuiuia non perpetua docebat. 8.55
Creatio rerum nulli creaturæ committi potuit à Deo ex D. Thom. 2.67
Creatio à generatione in quo differat. 7.41
Creationis nomine mirabilem panis in carnem Chriſti conuerſionem vocant nonnulli. 9.62
explicatur ab auctore. 63
Creaturis tamquam portatili ſcala, vti debemus ad Dei cultum. 6.42
Creaturas omnes accendit amor Chriſti. 9.28
Credere Chriſto, & pro illo pati debemus, ex D. Paulo. 15. 91
Crœſi filius natura mutus militē minātem gladio in patrem loquens prohibuit. 5.64
Crocodilus lingua caret. ex Plin. 11.129

ſymbo-

ſymbolum Dei ineffabilis. ibid.
Crucifixi Chriſti vultus pulcherrimus. 11.136
Crux ſymbolum laboris. 4.43
Cruces tres in monte Caluario, tria genera laborum. ibid.
diabolo terribilis, quia in ea nomen Ieſu appoſitum.. 5.36
tamquam pyramis,& columna geſtat inſcriptum Ieſua Nazarenus Rex Iudæorum. 5.5
Chriſto veluti commenda vulgaris, & ipſius proprium ornamentum. 8.58
Chriſti maximum beneficium Eccleſiæ, & mors eius. 9.154
triumphus eius repræſentatur ab Eccleſia in ſacramento Euch. 155
ſignaculum regium Chriſti. 10.3
ſigillum Chriſtus vulneribus ſignatus. ibid.
Crux Chriſti de qua arbore eſſet. 10.174.175
an in ea fuerint quatuor ligna. 176
eorum myſticæ ſignificationes. ibid.
quercus fuit ex auctoris ſententia. 177
figuræ illius in lege veteri. ibid.
Principatus ab Iſaia vocatur. 181
clauis ab eodem. ibid.
pondus ſuper humerum Chriſti. 182
eius figuram geris moles vniuerſa mundi. ex Nyſſ. 10.225.226.
Celum & ſtellæ deſcribuntur à Dauide. ibid.
humana figura illam demonſtrat. 226
Cruciata herba crucem Chriſti repræſentat voce, & mirabili virtute. ibid.
artificioſa omnia crucis figura vtuntur, ſtatera dicitur ab Eccleſia. ibid. 227
dignitas ex imaginibus, & figuris, quæ præceſſerunt in lege vet. 227.228.230.231
eius prædicatio figurata in ſerpente æneo. 230
nomina præclara,& epitheta ab Eccleſiæ Doctoribus inſignita. 10.231.232.233
titulus ex buxo arbore. 234
eius litterarum myſteris. 238.239
ſupplicium turpe,& abiectum apud vet. 10.244
infames reddebat, qui per illam perierant. ibidem.
damnata vocatur ab Apuleio. } ibid.
infelix lignum à Seneca. }
ſupplicium ſeruile à Tacito. }
homine libero indignum ſupplicium, à Lactantio.
latrones in ea ſuſpendebantur. ibid.
pœna contra ſeipſos interficientes. 245
humiliatum,& contemptibile lignum à Sapientia, nominatur. 245
Chriſto in ea crucifixo dedecus, & ignominia in ſummam gloriam commutata. 246
eius figura in Serapidis pectore depicta ex Cælio Rhod. 246
alia nomina. 247.248
Crucis memoriam idololatræ abolere conati ſunt ponentes Veneris ſtatuam in eo loco. ibid.
Crux vbi ſita fuit. 249
aſcendit ad principum vexilla,& clariſſima ſtemmata. ibid.
præcedet ipſa Chriſtum ad iudicandum venturum exaltata in cælo. 250
in cælo empyreo perpetuo conſeruandam,& incorruptibilitate inſtar corporis glorioſi donatum iri aliqui affirmant. ibid.
quod à Catholicis adoratur, & adorari præcipiatur, ſumma eius gloria. 250.251
cultu latriæ adoranda, prout dicit habitudinem ad prototypum. ex D.Thom. 251
qui gloriatur in Cruce, gloriatur in Domino. 252.
gratitudo eſt,& pietas, ac religio illam adorare. ibid.
Cruces ceteræ factæ ad imitationem illius, non eodem cultu adorandæ. ibid.
inquiſita ab Helena ex diuina reuelatione. 253
locum docuit Iudas Hebræus. ibid.
abſque ſuo titulo reperta. ibid.
mortuus ſuſcitatus ab eius tactu. 254
particulis detractis aliæ denuo germinabant ſponte ſua. ibid.
eius inuentionem Græci reſurrectionem vocant. 255.
meritò ab Eccleſia inſtitutum. 255
dicitur gladius Chriſti ob duplicem cauſam. 11.142.
virga regis Chriſti. 11.151
virga directionis. ibid.
Crucis Chriſti effigies,& imago fuit taurus in campo rubeo geſtatus ab Ephraim. 13.9
eius ſigno Chriſtus benedixit Apoſtolis aſcendens in cælum. 15.103
in formam crucis benedicendi mos in Eccleſia. ibidem.
Crucifigendi prius flagellabantur apud Iudæos, ex D.Hier. 10.114
Cruci damnatos omnino nudos ſuſpendebant Romani. 10.200
crucifigebantur antiquitus per clauorum affixionem ex Eſdra. 10.212
Cucurbita apud cupreſſum, ſic idiota Principi alicui, aut eius amico adhærens. 8.19
Culicis natura,& animæ varij dotes. 1.65
Culparum iteratio, & frequentatio animæ multum obeſt. 4.52.53
Culter quo Chriſtus circumciſus fuit, incertum an fuerit ferreus, aut lapideus. 4.54
aptior eſt ferreus. 55
Cupidinis ſtatua in præſepio Chriſti olim collocata. 3.53.
Cupidinis & amoris imago à veteribus quo pacto depicta. 16.68
ex Cura & ſollicitudine in ſepeliendis mortuis ab Hebreis colligit D.Paul. reſurrectionem. 14.57
Cura protegendi ſuos apud Chriſtum in cælo. 13.81
Currus plures tam ſacri, quàm profani. 15.25
Currui triumphali Chriſti aſcendentis cedant omnes currus profani. 15.25
Curtij Equitis Romani factum. 2.83
Curtius ſe in terræ hiatum onuſtus armis deiecit. 14.3
Cuſtos paradiſi conſtitutus à Deo gladius ignifer, & flammiferus,& quare. 7.23
Cydaris ornamentum capitis ſacerdotum, dum ſacrificia oblaturi erant. 10.134

Cygnus

Cygnus alis albis, & tetra carne hypocritarum imago expreſſa. 7.39
Cyprianus an ſit anctor de operibus cardinalibus Chriſti, dubium. 7.19
Cyri ſepulchri epitaphium. 14.21
Cyrus figura Chriſti. 15.64

D

DActyli myſteriorum fidei noſtræ ſymbolum ex Hugone. 9.18
Dædalus a Græcis alatus depictus. 15.36
Dædali ſtatuæ vi cuiuſdam nexus incolumes perſtiterunt, eo ſoluto titubabant, & concidebant. 16.70
Dæmones audito ſolum nomine Ieſu terrentur, ac fugantur. 5.35
munificentia falſa. 8.3
parſimonia eiuſdem. ibid. ex diuo Ioanne feritas illius. 4
lactauit primum hominem in Paradiſo. 9.81
induſtria, & fraus eadem quæ Pharaoni cum Iſraelitis. 9.146
oracula tempore mortis Chriſti ceſſauerunt. 11.116
infernum, peccatum, hoſtes Chriſti fortiſſimi, ac potentiſſimi. 13.30
de eo Chriſtus mirabili modo triumphauit. 15.31
Chriſti aſcendentis maieſtate territi fuere atque fugati. 15.50
fallacia hominem circumuenit, vt eſſet Deo ſimilis. 15.57
eius collum malos conſiliarios vocat Iob. 15.115
profligatur harmonia vocum, ac proportione. 16 68. abſq. miraculo.
Damna plura ex electione indebita. 8.17. & 18
Damnatorum poenæ æternæ, & quare. 9.181
Damnatis ad mortem vinum eos confortans dabatur. 10.197
ab Aegyptijs mos deriuauit. 198
item thuris, & myrrhæ. ibid.
Damonis, & Pythiæ philoſophorum Pythagoræorum maxima amicitia. 11.102
Daniel in lacu leonum poſt 6. dies accepit fruſtum panis, & tamen gratias egit. 9.35
draconem necat mirabili artificio diuino. 15.32
figura Chriſti debellantis Diabolũ. ibid. ex Greg. Nyſſ.
Danielis, filij Dauid, & Abigail, facies transfigurata a Deo ad preces Dauid. 8.5
Datur lex in monte Sinai, datur in monte Sion, ſed diuerſimode. 16.23
Dauidis dilectio, ac miſeratio in populum a Deo interfectum. 2. 87. Chriſti amorem non æquat. ibid.
optabat aquam bibere è ciſterna Bethlehemitica. myſtice Virgo Maria. 3.36
fugiens conuiuium Saulis moraliter quid. 3.37 & Bethlehem petens. 38
milites Saul harmoniæ citharæ ſuauitate compeſcuit. 5.32
ter vnctus fuit. 5.53
inſaniens ante Achis figura Chriſti ſacramentum inſtituentis. 9.74
melancholia laborans pſalterio ſe recreabat diuinas laudes cantans. 8.114
Dauid fiducia in Deum, quod liberaret eum de manu Saulis. 8.98
in ſpelunca latitans ab araneis tela repente texta quæ oſtiũ ſpelũcæ occupauit. 98. ex Chald. Paraph.
tripudians ante Arcã, figura Eccleſiæ ſacramenti feſtum celebrantis. 9.157
Dauid, & Saul vncti Reges diuerſis tamen vaſis. 11.154.
in eius ſepulchro ingens auri quantitas reperta, ex Ioſepho. 13.8
Dauid nomine Chriſtus ſignificatur. 14.64
ſenex cum operiretur veſtibus, tamen non calefiebat, ob tria. 15.67
Debbora inſignis femina iudicibus non exiſtentibus, rexit populum Hebræorum. 15.98
Decor indumentum Dei. 9.166
Decurio nomen dignitatis municipalis, non officij militaris. 13.3
Idem Romæ dictus Senator. ibid.
Defenſio latronis boni pro Chriſto mirifica, & prophetica ſimul. 11.31.32
Defunctorum animæ in Domino requieſcunt, & pace perfruuntur, corpora vero non. 13.11. corporis Chriſti gloria. 12 ibid.
Demetrius eloquentiſſimus apud Ath. 15.106
Trecentæ ſtatuæ eidem erectæ. ibid.
reſponſum ad Ptolemæum Philadelphum. 107
Deſcriptio naturæ diuinæ per Mercurium triſmegiſtum. 1. 8. eius per partes interpretatio. ibid. item alia cuiuſdam ſtatuæ Alexandriæ fabricatæ ex omni genere lignorum, ad indicandum, in Deo omnium eſſe rerum perfectiones. 1. 9. alia hieroglyphica intellectus humani. 13
Demoſthenis dictum contra voluptatibus deditos. 16.56.
Dentes Eccleſiæ corporis ſunt Euangelici verbi promulgatores. 16.10
Deſideria tria D. Auguſtini ex Poſidon. 15.30
Detractionis culpa ſemper in hac vita ſi non integre, ſaltem in parte punitur. 16.39
Deorum triginta millia coluerunt antiqui. 1.64
Dij a gentilibus pro cuiuſq. natura, & inclinatione formati. 1.46
Deus quibus de cauſis ſit intellectu difficilis. 1.1. & 2
quomodo ſecundum Porphyrij, & Dauidis opinionem laudandus ſit. ibid.
curioſos ſui ſcrutatores ignorantia, & varijs pœnis plectit. ibid. 5
cur S. Ioanni ſuam maieſtatem, & magnitudinem ſignificaturus templum fumo impleuerit. ibid.
eius natura a Mercurio Triſmegiſto deſcribitur. nu. 8.
quomodo a priſcis gentilibus fuerit honoratus, & adoratus. ibid.
æternus eſt. 1. 9

cur

Digitized by Google

cur centrũ vocetur ibid.& 12. oculus ab Auguſt. appellatur. 11.omnia videt.ibid.& ſeq. quatuor vultibus ab Adriano Imperatore depingitur. 12.cur ſibi caprã trimã, & arietem trium annorum iuſſerit immolari.1.24.humilibus corde ſua arcana reuelat.1.31.cur Moyſi pyropo,& S.Ioanni ſmaragdo ſimilis apparuerit.1.48.trinus perſonis, & vnus eſſentia eſſe cognoſcitur ex creatione animæ rationalis. 1.58
in humana ſpecie Adamo apparuit.2.8.& alijs.9 ſuper thronum ſedens ad cuius latera poſiti Seraphim,alij velantes caput Dei, & pedes, figura difficultatis myſterij Incarnationis. 2.67
per ſeipſum, non per Angelum humanam ſalutem operari voluit,& quare. 2.20.21
in ſcript.digito ſignificatur. 2.23
Deus noſter apud Dauidem.2.37.dicitur filius Dei. ante Incarnationem Chriſti ſedens, poſtea vero exurgens. 2.39
cõmunicat ſe creaturis tribus modis. 10. ex D. Thom.2. 53. bonitas eius in Incarnatione elucet ibid. liberalitas etiam in ea fulget. 55. 56. Dei omnipotẽtia in rebus creatis. 58.59.& in Incarnatione Dei oculus filius Dei ex Greg. 60
tarditas in puniendo delicta.2. 93. etiam homines ſanctos in conſilium adhibet. ibid.
propenſio ad miſerendum. 2.95.96
Adam nudum cooperit ex miſericordia. 2.106
Deus intime omnibus rebus præſens eſt. 3.16
eius ſimulachra duo, artificioſum vnũ antiquiſſimum, & diuinum alterum. 3.23
Deum videndi ſpecie viſibili, & palpabili diffuſa cupiditas in omnes gentes. 3.27
antea omnipotentiam ſuam ſæuiendo oſtendit, poſtea parcendo. 3.77.78
nomen accepit in Chriſti circumciſione. 5.9. humilitas triplex in hoc. 10.& 11
Deus homo factus vocatur nomine. 12
Deus ſapientiæ, Deus potentiæ, Deus pecuniæ apud Romanos. 16
Deus Clementiæ. ibid.
Deorum nomina deleta, & obſcurata a nomine Dei,plura apud Heb. 37
Dei nomen in capite ſacerdotis quid. 5.56
de eo conquerebantur olim quatuor de cauſis homines.6.20.Chriſto nato ceſſant. 21
antea abſconditus, manifeſtus in carne apparuit in die Epiphaniæ. 6.53.54
eius nomina terribilia ante aduentũ Chriſti. 7.5
vti Rex firmauit regnum ſuum, triplici ratione. 7.13
creat malum apud Iſa. ex D. Baſil.quando illud conuertit in bonum. 7.40
amatorum morem ſequitur,ex D. Dion. 8.65.
animarum ardentiſſimus. ibid.
Deo ſimiles efficit beatitudo ſanctos in patria. 8.58.
humanitatem Chriſti ſine ſuppoſiti humani ſubſidio ſuſtentat diuinum ſuppoſitum. 9.47
Dei promittentis fides firmiſſima, & indefectibilis 8.105.hominis contra. ibid.
eius amorem omnium antiquiſſimum pariter, & nouiſſimum appellauit Plato. 9.49.50
Deus,quod vult,in rerum natura eſt. 9.117
in veteri lege vti leo viuus, & comedens.9. 130.
in lege noua vti mortuus. ibid.
non appellat ſe Deum perſonæ alicuius ſingularis in hac vita,ſed poſtea,& quare. 10.83
in rubo ſedens, & ſpinis figura Chriſti coronati ſpinis. 10.130
Deum ineffabilem quo ſymbolo Aegyptij notabant. 11.129
immediate ſupremum Seraphim illuminat, & eo medio ꝓportionaliter reliquas hierarchias.14.52
in aſcenſione Chriſti geſſit ſe cum hominibus veluti nutrix. 15.15
nemo dictus eſt poſt Chriſti in cælum aſcenſum. 15.55
vocat gentes ad fidem. 15.88
ſimilis auroræ,& imbri matutino. ibid.
prior trahit ad ſe, & vocat homines in peccato exiſtentes. 15.89.exempla.
non tollit peccatores,ſed peccata. 15.94
aſsiſtit rebus creatis per eſſentiam, præſentiam, & potentiam. 16.8
In anima iuſti quomodo ſit, & illam inhabitet. ibid. Venit ad nos. 9
Deus,cæli,Angeli,plantæ,& elementa,numquam ab opere vacant. 16.49
Deos compedibus vinctos Aſſyrij depingebant.2.92
Romani pedibus laneis. ibid.
Dij gentium ab aliquibus nationibus vinculis illigati propter amorem. 9.50
templa ebore ornata. 9.70
ipſi ex ebore facti. ibid.
a veteribus diuerſis modis picti apud diuerſas nationes. 11.149
in tribus depingendis concors eorum ſententia. ibidem.
Dij bona laboribus vendunt, Græcorum ſententia. 14.12
plures a poetis finguntur volaſſe in cælum.15.36
Dextra quid. 2. 120.Dextera Dei manus. 119. differt a ſiniſtra. 120
Dextra dignior eſt ſiniſtra manu, quidquid alij dixerint.15.42. & 43. probatur ex Ioſepho, & prædeſtinatorum loco. ibid.
Diaboli etymon. 14.39
eius verſutiam dum ſeduxit hominem in ſuam ruinam vertit. 2.58
peccatum, quod noluit adorare Chriſtum, ex D. Bernardo Baſilio & Gregorio. 2. 56.aſtutia in decipiendo hominem. 57
per omnia, & omnibus temporibus ordinationi diuinæ reſiſtere nititur.3. 74. ſed contra ſapientiam Dei nihil. ibid.
vno ſolo vinculo animam peccatoris eum irretinit,ſatis illi eſt. 4.8
Euæ apparuit in ſerpentis forma non in alia: quia Deus non permiſit. 7. 30. non in columbæ forma:quia reſeruauit ſibi Spiritus ſanctus. 31
in montem aſſumit Ieſum,vt eum tentet. 8.2
Diabolus ſuadet Chriſtianis, & fidelibus, eos non morituros. 8.75
eius oculos celauit filius Dei in Incarnatione, ſed multo magis in Sacramento. 9.47

mentitur iuxta ſenſum ſuum in verbis quibuſdam, ſed iuxta Dei ſenſum veriſſime dicit. 9. 97
ſi non poteſt propoſitum noſtrum ſolo coæquare, ad ſenſus debellandos recurrit. 9.149
Diabolus, & mors per mortem Chriſti deſtructa, & ſuperata. 11.99.& 100
quotidie vti ſerpens, & draco ore aperto expectans mulieris animæ partum. 16.50
Diadema ſeu corona in capitibus ſanctorum victoriam deſignat. 10.137
Diagoras repentina lætitia occubuit. 14.51
Dies, quo Adam de pomo vetito comeſturus, moriturus dicitur, quomodo intelligatur. 9
Dies apud veteres diuiſus in quatuor ſtationes. 10. 215. quarum quælibet continebat tres horas. ibid.
Dies, quem Abraham videre cupiuit quis. 14. 66.
dies reſurrectionis, ex auctoris ſententia. & 67.
Dies aſcenſionis, vt quoddam ſigillum omnium operum Chriſti. 15.75
Difficilia quatuor viſa Salomoni Incarnationis myſterio aptantur. 2.7
Difficultas immenſa eſt, & inexplicabilis, conari penetrare ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium. 6
Diffidit Moyſes de Deo percutiens petram. 8.97
Digitus tres articulos habet. 2.23
Deus in ſacris litteris eo ſignificatur. ibid.
Digiti manuum noſtrarum numquam ita coniunguntur, quin radij lucis iuncturas illorum pertranſeat. 15.73
Digitus Dei ex D. Chryſoſt. in ſcripturis ſignificat Spiritum ſanctum. 16.2
Dignitates, & diuitiæ, quas diabolus, & mundus promittit aſſeclis, ſimiles horto nucum. 8.4
Dignitates, honores, beneficia, & officia dignioribus conferenda ſunt. 8.17.18
Dignitas, & vita, & pulchritudo myſtici corporis in vnione, & concordia, ac animorum conſenſu conſiſtit. 16.59
Digniores ſemper, & aptiores in officijs, & beneficijs eligendi, & aſſumendi. 8.22
Ita Romanis vſitatum. ibid.
Dilectionis inimicorum præceptum Chriſtus condidit, & ſeruauit, in Cruce orans pro illis. 11. 12
ſtemma, & inſigne religionis Chriſtianæ. 13. vtilitati animæ confert. ibid. & 14. & 15
in tribus vtilis etiam corpori. 16. nihil ea honorificentius. ibid.
Dilectus, & filius, epitheta Chriſti. 7.26. filius naturalis.
Dilectus multas ob cauſas. 27
Dilectus in ſacris ſcripturis Chriſtus. 11. 123. cur dilectus. 124
Diluuio Noe opponitur diluuium ſanguinis Chriſti ex Caſſiod. 2.116
Diluuij aquæ mundum perdentes iram Dei manifeſtarunt. 7.13
Diogenis dictũ, officium meũ eſt alijs pręcipere. 64
de barbæ longæ geſtatione reſponſum. 16.61
Diſcipuli Domini Ieſu celebrarunt eius reſurrectionem. 14.68
Diſciſſi montes in paſſione Chriſti. 15.102
Diſcolis, & indiſciplinatis ingrata eſt correctio, iuſtis gratiſſima. 15.92
Diſcordia ſumma, ac conformitas ſumma in corpore, & anima vnitis prodigium naturæ. 15.91
Diſcordia ſententiarum, & mentium facile parit diſſenſionem voluntatum. 16.65
Diſcumbentes correpti, & caſtigati a Deo homines pluries, & quare. 15.83
Apoſtolis diſcumbentibus apparet Chriſtus. 84
Diſcumbendi ſimul conſuetudo amoris, & humanitatis pignus eſt. 15.86
Diſtinctionis origo in diuinis eſt proceſſio vnius perſonæ ab altera. 16.5
Diuina maieſtas quantum deſcenderit in Incarnatione. 2.70.71
Diuinitatis ſuę Chriſt' indicia certa patefecit. 7.18
Item Pater manifeſtauit eum. ibid.
Diuinitas in Chriſto non paſſa eſt, patiente humanitate Chriſti. 11. 97. exempla mira ſanctorum patrum. ibid.
eam oſtendit Chriſtus in ſuis omnibus operibus fere. 15.34
De diuite D. Aug. quæſtio. 2.74
Diuites Deo vilia donant noſtra tempeſtate. 6.22.
& ſi magna, ex corde impuro. ibid.
Diuitiæ, honor, voluptas in precio habentur ab hominibus. 16. 55. tamen bona vera non ſunt ex D. Thoma. ibid.
Docentes alios, quo ſymbolo notarent Lacedæmones. 11.128. quatuor habere debent. ibid.
Doctores Eccleſiæ dentes ſunt, qui ſolidum comminuunt, & triturant cibum veritatum in profectum Eccleſiæ. 3.4
Doctrina, & prædicatio Chriſti eius gladius. 2. 11. 141.
Dolor parturientis ex duplici cauſa. 3.62
Dodonæ oraculum Iouis æreis vaſis circumdatum. 11.128.
Dolor, & contritio peccatorum eſt effectus Spiritus ſancti in ijs, quos inhabitat. 7.37
Dolorum Chriſti acerbitas ſumma fuit. ex D. Thoma. 10.11.& 12
Dolor continuus peccatorum cor iuſtorum angit. 10.95.
Dolorum copia maxima inundauit animã Chriſti in cruce. 11.85
Domini de ſalua, quorum fercula prælibantur. 5.12
Dominationes, angelicæ cur ita dictæ. 15.53
Domitianus eo, quod Deus dici voluerit, occiſus. 15.55
Domus, vt cuſtodiretur ab hoſtibus, titulus potẽtiſſimi principis appoſitus a veteribus. 10.241
Dona cæleſtia Chriſtus aſcendens largitus eſt credentibus nulla interpoſita mora. 15.11
Donatiſtarũ ſententia falſa, quod Ioannes baptizaret in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſãcti. 12
Dormiunt animalia, quæ habent cor, ex Plin. 8.93
Draconis calidiſſimi natura, vt ſitim extinguat. 14. 39.
Draco ſiue ſerpens Aegyptius miro artificio necatus a Daniele. 15.32
figura dæmonis a Chriſto ſuperati. ibid.
Dubium, eiuſque ſolutio, cur D. Paulus in commemoratione S. Trinitatis nomẽ filij præponat. 1.23
Dulcedo patriæ cæleſtis. 8.53.& 54

Dupli-

Duplicitatem, & fictionem execratur Spiritus ſanctus. 7.36
Duritia cordis, idem, quod tarditas cordis. 15.89

E

EBion negat perſonam Chriſti eſſe æternam. 3.3.
error, Chriſtum non Deum, ſed puri hominis ſortitum naturam. 3. 17. eum ſecuti Cherinthus, Theodoſins, Paulus Samoſatenus, & alij. ibidem.
Ebore ornata Deorum templa. 9.70. item Deos ex eo factos. ibid.
Ebullitionis, & eructationis metaphora apud Dauidem. 11.127
bifariam dicitur. ibid.
Eburnea domus Dei, hoſtia, quam ille ſacramentaliter inhabitat. 9.70
Ecce, aduerbium, in ſcripturis myſterium aliquod oſtendit. 6.23
Eccleſia hirundo ſacra. 3.28
cum Chriſti manſuetudine vicit, & vincit Diabolum, & perſecutores. 7.5
eas appellat D. Petrus cleros, & quare. 7.31
filius legitimus, qui ſacramentum Euchariſtiæ per fidem intuetur. 9.17
catholica in lege veteri vidua quaſi abſque ſponſo Chriſto. 9.99
non debet carere vero ſacrificio contra hæreticos. 9.175. & 176
ſponſa Chriſti qualis. 11.159.160
nomen Reginæ nouum ei datum. 160
a Chriſto non ante. ibid.
varietate virtutum, & ſacramentorum veſtis eius circumdata. ibid.
catholica qualis. 168
humilitas percipua eſſe debet. 161.162
Eccleſiæ particulares aggregatæ primitiuæ. 167
de ſiniſtro Chriſti latere formanda, vt figuræ reſpondeat figuratum. 12.4
lunæ ſimilis, quę quanto magis diſtat a ſole Chriſto, tanto clarius lucet in fide. 15.70
Eccleſia oliuarum mons. 15.102
eius corporis forma, & partes. 16.9
vt turris ædificatur a Spiritu ſancto in die Pentecoſtes varijs linguis. 16.32
non confundit, ſed auget dono linguarum. ibid.
mundus nouus. 16.40. ex Greg. Nyſſ.
proprietates ad inuicem. 41
Eccleſiæ Catholicæ typus eſt myſticum Ezechielis templum. 1.37
Eccleſiaſticorum quoddam genus non intrat per oſtium, ſed per caminum. 6.50
quod male viuant nonnulli peculiari dæmonis aſtutia fit. ibid.
Echo comparantur adulatores principum. 6.38
inter Chriſtum, & Patrem orantem in horto. 10.30.
Eclipſis Solis tempore mortis Chriſti ſupernaturalis. 11.109
quomodo accidit variæ ſententiæ. ibid.
item tempore Ioſue, & Ezechiæ vniuerſalis. 109.110.
Effectum poteſt producere imaginatio. 1.16
Effigies turpes & inhoneſtas cogitationes excitantes Conc. Conſtantinop. prohibet depingi. 8.86
Egeſtatem ab infantia ſuſtinere Chriſtus non recuſauit. 3.39. & quare. 40
Ego ſum, verba Chriſti, diſcipulos erigunt, milites terruerunt, & proſtrauerunt. 9.138
vere illi competunt. ibid.
miracula patrata virtute huius vocis. 16.57
Electionis ad beneficia, & officia indebitæ damna plura. 8.17. & 18. vitia. 19.20
Electorum, & paucorum voces in ſcripturis quaſi æquipollent. 8.28
Electri quaſi ſpecie Deus apud Ezechielem viſus, figura Incarnationis. 2.18
eius diuerſa genera. ibid.
quomodo conficitur. ibidem. veneno contrariam. 19.
in medio tempeſtatis apud Ezechielem, Chriſtus eſt. 15.117. item homo ibid. eius natura. ei venenum contrarium. 118
Eleemoſyna, & ieiunium ſociare debent orationem. 8.103. alæ ſunt, & pondera. ibid.
Elementa omnia Chriſtum natum celebrarunt prodigio nouo. 3.57
in proprijs locis non grauitant. 10.180
non omnia ita in promptu hominibus ſicuti aer. 16.15.
Elementaris mundus. 16.58
Elephas a venatoribus qualiter capiatur. 2.40
Elephantum natura. proprietas. 11.170
ad prælium irritatur ſanguine vuæ, & mori nigri panno perfuſo. 14.84
Elias ponens caput inter genua orans, quid. 8.92
Eleuat altius dæmon homines, vt cadant profundius pugnans cum eis. 15.62
Elias orans bis, ter, ſuſcitaturus filium viduæ, ſignum perſeuerantiæ. 8.106
Elias, & Moyſes teſtes transfigurationis Chriſti. 8.69.70. & 71. luminoſi ambo, & zeloſi. 70
Eliæ, & Dei pia altercatio. 8.112
Eliæ nubecula altius euecta figura Chriſti aſcendentis. 15.1
ipſe, Enoch & alij non in cælum proprie aſcenderunt, ſed paululum a terra eleuati. 15.38
currum igneum aſcenſurus, bona quæ reliquit Eliſeo. 15.80
ei ſe communicat Spiritus ſanctus in ſibilo auræ tenuis, & quare. 16.20
Eliſeus puerum viduæ ſuſcitaturus, figura difficultatis myſterij incarnationis. 2.5
petit duplicem ſpiritum Eliæ, quid. 8.38
Eliſeus bis percuſſit aquas, vt pallio percurreret, quid. 8.99
aſcendens a Hierico ad ciuitatem Bethel, figura Chriſti aſcendentis. 15.1
Eloim, Hebraici Iudices: quorum eſt vnicuiq; ſuum tribuere. 16.47
Eloquentiæ donum reſeruatum Ioanni. 3.5
Eloquentia, & pulchritudo coniuncta conciliant animos. 11.138
Elpodi⁹, & Chilus Lacedæmones ob lętitiam filiorũ

triumphantium animam exhalarunt. 15.75
Emblema Margaritæ Reginæ Nauarræ. 9.146
Enhydros coluber crocodilo infeſtus aduerſarius. 14.41.
Enixa puerpera Regem, quid enixa. 3.62
Epaminondæ Laecdæmonis dictum. 15.113
Epicteti prudens de Deo reſponſum. 1.51.& ſeq.
Ephimeri piſces ſeu Himeridiones. 11.121
Epidauri templi ſuper portam inſcriptio. 9.182
Epiphania res grauis, & maximi ponderis. 6.9
Natalis Chriſti ſecundus dicitur. 7.18. eius feſtiuitatis excellentia. 18
Epiſcopus Vaſcolcenſis dum celebrat, miraculoſe videt tres aquę guttas ſuper altare lapſas in vnam margaritam coire, quomodo, & quare. 1.24
Epiſcopus minor triginta annorum eſſe non debet ex D. Greg. niſi ſanctitas euidens, aut prudentia ſuperet ætatem. ibid.
Epiſtolam filo alligatam ſub ala columbæ appoſitā mittebant Aegyptij atque Aſſyrij. 7.33
Epulas inter, & conuiuia multa flagitia patrari ſolent. 15.83
Equæ Cappadociæ vento concipiunt. 16.48
Equites Salomonis aureo puluere cæſariem conſpergebant, & quare. 10.140
Erat, verbum, cur toties repetatur a Ioanne. 3.6
Eritis ſicut Dij, impletur in ſacramento Euch. 9.97
Erythræa Sibylla. 5.44. eius carmina de Ieſu. ibid.
Eſſentialia, quæ non reſpiciunt creaturas, præintelliguntur ad notionalia. 3.5
Eſtarchaterus vir fortis. 10.34. egregium factum.
ab Ethnicis capiamus tamquam ab iniuſtis poſſeſſoribus, quæ ad fidei noſtræ declaranda ſacramenta magis apta videbuntur. ex D. Aug. 3.80
multarum veritatum iniuſti poſſeſſores ex D. Auguſt. 11.125
contra Chriſtianos duo obijciunt de morte Chriſti, quod ſe non ſaluarit a morte. 11.97. ſecundum, quod inuitus, & coactus ſuſtinuerit mortem. confutatur. 98
Eua non fuit filia Adæ licet ab eo producta. 16.6
Euangeliſtæ omnes narrant Chriſti opprobia, & mortem: adorationem Magorum ſolus Matthęus. 6.4.
Euangelium, & mundus, duo extrema ex diametro oppoſita copulat Chriſtus. 15.105.
Euangelium, quid. ibid.
Euangelica tuba Apoſtolorum linguæ fuerunt diſpartitæ, quibus mundum debellauerunt. 16.33
Euangelij in principio erat Verbum interpretatio, & ſcribendi cauſa. 3.18.& ſeq.
Euanuerunt in cogitationibus ſuis, verborum Diui Pauli duplex ſenſus, & intellectus. 1.5

Eucharistia ſacramentum.

Cœna appellatur, & in cœna vltima inſtitutum. 9.2. Nocturno tempore. 3. ad indicandam vmbram fidei. ibid. cœnans inſtituit. ibid. 4.10.& 11. 13.14. in frumento, & vino inſtitutum. 5.6. fregit panem. 6.7. coniunctio Chriſti cum anima. 7. indigne ſuſcipientes qua pœna puniuntur. 8. auditus ſolus admittitur, reliqui ſenſus relegantur. 11. ac deluduntur. 12. gratias egit Deo Patri ob illius inſtitutionem. 15. non alij.
ſacramenta excedit reliqua. 16
myſterium fidei dicitur a Chriſto. 19.20.22
difficile credendum; Ioannes perſuadet longo præambulo. 21
ſuſtulit oculos ad Patrem. ibid.
articulus huius ſacramenti ad omnipotentiam Dei pertinet. ibid.
in cibum viuum tradit ſe Deus in illo. 23.
vt cibus differt ab alijs cibis. ibid
placenta futura tempore Meſſię, ſed ipſemet Meſſias. 24.25
Teſtamentum vocatur a Dauide. 25
loca Scripturæ de eo. 25.26
vinum, & triticum inebrians. 26
vinum vetus a Chald. ibid.
vinum germinans virgines Zach. 9. 27
hæreſes circa illud damnatæ a Conc. Trid. 28
Vere, & realiter, & præſentialiter Chriſtus in eo eſt. 29.30
excellentius, & admirabilius manna. 29
miracula in eo a Deo facta ob illius confirmationem. 29
ex communi Patrum ſententia probatur vera realitas Chriſti. 30.31
præſentiam vero Chriſti in eo impugnat Lutherus, ſed falſo. 9.32.& 184.185
ſignum rememoratiuum paſſionis Chriſti. 33.34
digna illius ſuſceptio ſignum prognoſticum futuræ beatitudinis. ibid.& 37
quaſi tabula triumphantis. 34
ſignum oſtenſiuum effectuum gratiæ. 36
panis heroum ex pſ. 72. 37
panis robuſtorum in terra. ibid
mirabilis, & myſticus labyrinthus. 38
aſſimilatur fidei, & quomodo. 39
Tranſubſtantiatio quomodo ſe habeat in eo. 39
quantitas, & miracula prodigioſum. ibid.
miracula in omnibus prædicamentis, quæ in eo excedunt noſtrum intellectum, adiuuantur rerum naturalium exemplis. 39.40.41.42
excedit Incarnationem. ibid.
Omnipotentia, ſapientia, ac bonitas Dei maxime in eo manifeſtantur. 43
Incarnationis extenſionem vocat Chryſoſt. ibid.
Eſus Chriſti carnis, & potus ſanguinis inter pietatis, & noſtræ religionis opera refertur, quamuis contra naturam videatur. 45
integrum adeſt corpus Chriſti, & perfectum in ſpecie panis, & vini. 46
accidentia ſuſtentantur ſine aliquo ſuppoſito illa ſuppoſitante, aut ſubiecta ſuſtentante. 47
ſubſtantia, quam continet, non alia niſi caro Chriſti eſt. 48. Non potuit modo, quo facta eſt inſtitutio hæc, diuini Verbi incarnationem pręceſſiſſe. ibid.
amor Dei in eo maxime oſtenditur. 50.51
ſignum vnitatis, vinculum charitatis, pacis, & concordię ſymbolum ex Conc. Trid. 52
obuiam mittebatur a ſummis Pontificibus oratoribus Epiſcopis Romam aduentantibus. ibid.
communio dicitur ex D. Thom. ibid.
ceterorum conſummatio ex D. Dionys. ibid.
inſtitutum ſub ſpecie panis, & vini ad vnionem eccle-

Eccleſiæ exprimendam . 53.5
charitas,& vnio effectus illius. 53
adinuentiones diuinæ in hoc plures. 55.56.57
benedictiones duæ in eo a Deo, quod eſt ſacramentum,& quod ſit ſacrificium. 57
per illud Chriſto conformamur. 58.& 59.60.61
odio habere terræ voluptates deberent. 60
cæleſte philtrum,& poculum vere amatorium, & eius effectus. 61
compendium,& epilogus operum Dei. 62.63
creationem vocant nonulli Doct. 62. explicatur.
interceſſor, & aduocatus noſter eſt, quoties conſecratur hoſtia,& offertur. 66
myſteria ceremoniarum, quibus celebratur, & offertur. 66
comparatur cum mannæ nominibus, & proprietatibus. 67.68.69
panis arctus.a Baſil. 69
ſacramentum alienum ab omni grauitate. 70
cibus verus animæ noſtræ. 71
vtilitas per grandiorem vel minorem hoſtiam non metienda. 73
frequentare debemus. ibid.
conuiuiũ,quod ſuperat profana, & ſacra. 76.77
perpetuo paratum eſt. 78
differt a ceteris duabus in rebus. 78.80
in eo lactantur catholici ſiue ſeducuntur pie, & ſanctæ. 81.& 84
lacte appellat,D.Petrus.84.& quare 90.ab Iſa.35
caro Chriſti vnita ſuppoſito diuino eſt cibus animæ. 9.88
debitam animi diſpoſitionem afferre debet, qui vult percipere fructum illius. 90.91
libertate donat fideles. 95
menſa regia,& Rege digna. 96
effectus ſanguinis Chriſti. 98.99
præſtat ſanguini animalium immolatorum dupliciter. 102
panis nulla ſubſtantia in eo. 110.
nominatur tamen panis. 111
illius excellentiæ. 113.114
panis quotidianus.ibid,panis noſter. 114
qualitates illius ex Salom. 115.&116.
panis viuus,quomodo. 116
effectus illius principalis. 123
dat animę vitam,& mortem. 124
illuminatur anima. 135
liber miſſus a Deo Ezechieli,vt comedat illum, figura huius. ibid.
corroborat voluntatem, & animam vndequaque munit ab hoſtibus. 126.127
menſa fortis,& armata. 127.128
carbo ignitus purificans animas. 128.129
ſpiritualiter operatur in anima omnes effectus quas panis materialis in corpore. ibid.
alueus mellis cæleſtis ex Dauide. 130
guſtum continet,& odorem Dei. 131
inebriat affectus fidelium. ibid.
vitæ ſaporem,ac mortis habet quomodo. 134
vitæ nomen ei conuenit ob tres cauſas. 136
inſtitutum, vt augeat gratiam primam, quæ in baptiſmo datur. ibid.
fideles vniuntur per hoc ſacram. 136
perficit omnia, quæ faciunt cetera ſacramenta. 136.137.
mors eſt malis non ex ſe,ſed ex praua diſpoſitione recipientium. 138
panis facierum dupliciter.ibid.ex D.Th.
immortales, & incorruptibiles eos a quibus ſuſcipitur,facit. 140.141
ſymbolum reſurrectionis. ibid.
pignus æternæ felicitatis. ibid.
pharmacum immortalitatis. ibid.142
effectus non ſemper ab omnibus, qui illud acceperunt,obtinetur,& quare. ibid.
bonitatis Dei infinitam magnitudinem continet. ibid.43
virtute verborum, quæ ſacerdos pronunciat fit cōuerſio panis in corpus Chriſti myſtice,quid.144
miracula, quæ in eo concurrunt, myſtice explanantur. 9.143.144.145
panis non reducitur in nihilum ſed in corpus Chriſti conuertitur transmutatione mirabili, & conuerſione quæ dicitur tranſubſtantiatio. 144
accidentia in eo non pendent quoad ſuam conſeruationem a creaturis,ſed a ſolo Chriſto. 145
Chriſtus præſens eſt in hoſtia, & in quauis eius parte. ibid.
in terris eſt ſecundum propriam ſubſtantiam,non ideo a cælis abeſt. 146
Hoſtia conſecrata, & non conſecrata extrinſecus videntur ſimiles, quoad externam ſpeciem, ſed multum differunt. ibid.
ad hoſtiæ diuiſionem nequaquam ſubſtantia corporis Chriſti diuiditur. 147
ſub panis, & vini ſpeciebus occultus Chriſtus ita contrahitur, vt in quauis minima hoſtiæ particula totus lateat. 148
nulla eſt ſubſtantia panis, virtutem tamen habet alendi corpus noſtrum. ibid.
Chriſtus nullum opus ſenſuum in eo exercet.ibid. prout eſt in eo.
Accidentia huius ſacramenti non admittunt aliud præter Chriſti ſubſtantiam. 149
ſpecies ſacramenti prius viles,& parui precij poſtea maximæ dignitatis,& æſtimationis. 9.151
eccleſia illud veneratur, & ſolemne feſtum agit duplici de cauſa. 153.154
tertia cauſa.156.vt hæretici confundantur. ibid.
perpetuo durabit vti ſacerdotiũ Xpi æternũ. 158
frequenter ſumendum a Chriſtianis. 159.160
panis pauperum ab Eccleſ.dicitur. 163
regula illud digne frequentandi. 164
diſpoſitio interna mentis,& externa corporis puritas. 165.167
inſtitutum in loco amplo, & pulchro cœnaculo, & quare nō in vili,vt naſci voluit in præſepio.166
euchariſtia,id eſt bona gratia. ibid.
pedũ ablutio facta ante inſtitutionẽ eius quid.169
circumſtantię comitantes diſpoſitionem.171.172
compendium eſt ſacrificiorum antiquorum, & illa eminenter continet. 177
honoratur Deus per illud. 178
in gratiarum actionem affertur.ibid.& perpetuã.
dignitas huius ſacrificij. 178.179
totus Chriſtus ſe offert in eo. ibid.

dor huius ſacrificij antiquitus, nunc ipſemet offertur. 180
iuſtitiæ ſacrificium eſt. 181
puritas miniſtrantium tanta eſſe debet, quanta eſt ipſius ſacrificij excellentia. 182
Eudoxię Imp. Theodoſij vxoris iuramẽtũ malũ. 5.58
Euidentia credulitatis ab euidentia cognitionis differt. 14.37
Eutychetis error, carnem in Verbum ipſum conuerſam pronunciat. 3.17
Eutychianorum error, Verbum eſſe animam viuificantem corpus Chriſti. 11.53.54
Exaudiuntur a Deo quandoque orationes peccatorũ in peccato mortali exiſtentium, ex miſericordia, non ex iuſtitia. 8.90
Excellentia Dei, & imbecillitas humanæ mentis sũt cauſa, cur Deus difficillime poſſit intelligi. 1.1
Exceſſus dicitur mors Chriſti. 7.78
Excitare, & ſurgere differunt. 14.21
Exemplum maiorum efficax ad peruertendum ſubditorum animos. 6.39
Exequiæ funerales mirum in modum cultæ ab omnibus fere gentibus. 13.4
Exinaniri debet prius anima his, quæ aduerſantur Spiritus ſancti gratiæ, vt eam donorum ſuorum oleo expleat. 16.57
Explicatio vocis Dei Iehoua per characteres. 2.16
Expugnatio regnorum, & animarum debellatio ſimilis. 15.108
Exterior homo conformari debet interiori. 7.87

F

A fabis abſtineto, Pythagoræ ſymbolum. 8.23
Fabarum flores, quales. ibid.
Fabius pater Fabium filium ſuum conſulem landauit iuſſus equo deſcendere. 15.42
Facula fidei ſacramentum Euchariſtiæ ſumendum a fidelibus. 9.11
Faculæ deportatæ in nocte ſponſalitij quinque, non plures. ex Plut. 11.126. cur. tot.
Facultates duæ in homine poſt peccatum corruptæ, voluntas, & intellectus, per Chriſtum reſtitutæ. 3.51
quę rebus inſunt inferioribus, excellentius in cauſis ſuperioribus inueniuntur, ex Dionyſ. 16.25
Fames duo continet diuerſa, moleſtum, & ingratum, gratum, & iucundum. 8.49.91
tanta vis quandoque, vt naturæ leges obliuiſcamur. 9.44. exempla. 45
Farina, & oleum non defecit, quod viduam ſuſtentabat. 9.42
Faſciculus viuentium. 14.28
Fecit, Verbum in Incarnatione, & poſt, non faciebat vſurpatum. 3.22
Fel ad eruendas maculas panni confert. 7.37
amaritudine tanta viget ob exceſſiuum calorem, qui cum bili coniunctus eſt. ibid.
duplex eſt ei orificium, per quod ad varias corporis partes effluens communicatur. 38
viſum clarificat. ex Tob. 6
Fellis acceptio vltimum ſupplicium inferendum Chriſto, & ideo dicit conſummatum eſt. 16.69
Femori inſcriptum nomen Chriſti vidit Ioannes, non ſupra caput vel alibi. 6.48
Feneſtræ obliquæ in templo a Salomone factæ plura ſignificant. 10.205.206
Feſta legis veteris memoriale beneficiorum Dei. 9.154.
Fiat, verbum in Incarnatione prolatum, & in Euch. ſacramento. ibid. 118
Fictio, & hypocriſis mendacij genus quoddam eſt, oppoſitum veritati, & ſimplicitati. 7.56
Ficus Aegyptiacæ vbertas ex Geminiano. 16.49
Fidelis habeat fidem, ſed inſtar crinis ſenſum non habentem. 9.10
Fides ſola eſt, qua homo debet credere, & penetrare myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis 7. recte vocatur, vbera, in canticis a Sponſa. 1. 21. eius definitio. ibid.
Fides ſe gerit, vt velum, & vt candelabrum. 9.3
Fidei in vmbra arcana dei opera, quæ credimus, inueſtiganda. ibid.
veritatis magiſtra. 9. 12. Columna Chriſtianæ fortitudinis. 17
credenda, non intelligenda, ex præcepto. 9.18.
Palmarum Aegypti dactylis aſſimilantur fidei arcana. ibid. item pilulis aromatariorum. ibid.
a ſponſa comparata lacti, & quare. 15.69. dulciſſima enim eſt. ibid.
donum Dei. 15.91
eius coniunctio cum ratione, & intellectu noſtro ſane prodigium, & quale. 15.91
vti iaſpis. 15. 19. fundamentum omnium virtutum. ibid. lumen catholicæ religionis. ibid.
noſtra roborata eſt Chriſto in cælos aſcendente. 15.71.
Fides tuetur principẽ non ferrum, ex Seneca. 11.146
Fides pro fidelitate apud D. Ambroſ. dicentem Petrum perdidiſſe fidem. 10.78
Fidium varia genera. 16.60
Fiducia in Deum, qua ſperemus conſequi, quod petimus, neceſſaria oranti. 8.97
Figulus myſtice Deus. 9.205
Figurarum veterum pallium, & vmbram amouit a ſe Chriſtus inſtituens ſacrum Euch. 9.55
Figuratio in Deo, transfiguratio, & disfiguratio, tria prodigioſa. 8.41
Figuratio in Chriſto, quoad Incarnationem, disfiguratio ad paſſionem, transfiguratio gloriam Taboris. ibid.
Filiatio Chriſti, & hominum reſpectu Dei diuerſa, illa naturalis: hæc adoptiua. 7.26
Filij nomen non vſus Ioannes in declaranda generatione Verbi, & quare. 3.10
Filij Dei nomina plura. ibid.
non eſſe Patri coæternum, Arrij hæreſis. 3.12. improbatur ab Amb. ex Ioan.
verbum eſt, non vocale ſeu mentale, quod Pater omnipotens loquebatur. 13. item ſubſtantiale verbum, diuinum, increatum eiuſdem formæ naturæque cum loquente. 14
a verbo differt. 15.15
in diuinis generatur per modum ſimilis principio ſuo. 16.6
Non poteſt producere alium filium, non ideo tamen potens eſt minus, quam Pater. 16.7.8

Vnige-

Digitized by Google

Vnigenitus dicitur, vt excludat eius alterum filium naturalem. 16.5
ipſe, non Pater, vel Spiritus ſanctus carnem humanam ſuſcepit, & quare. 2.24.& 25
eius proprietas ſimilis Verbo. ibid.
Filium ſuum naturalẽ dedit Deus nobis, vt nos ſuos filios adoptiuos efficeret. 2.79
a Dauide manus Patris vocatur. 2.40
ternas nuptias idem Deus fecit. 11.155
Filius, & dilectus nomina, & epitheta Chriſti. 7.26
Filius vocatus Dauid a Saule, tunc tantum, quando eum poſſet, noluit illum occidere. 11.12
hoc nomen quis mereatur. 13
Filij Dei inſtar ferri, & prunarum. ex Ezechiele. 16.19
Filiorum tria genera apud ius ciuile. 4.42
a patribus generati diſſimiles, vt plurimũ. 3.14
proprios comederunt. plures ex vi famis. 9.44.& 45
Filij Aaron thus offerentes ignis abſumpſit. 8.90
Filius Nabuchodonoſoris patrem mortuum minutiſſimas in partes conciſum vulturibus deuorandum obtulit. 16.73
In finem, in Pſalmis intelligitur, ſæculorum, vel dierum mundi. 11.120
Firmitas, & ſtabilitas in bene cœpto opere ab omnibus rebus prædicatur. 14.62
Flagellorum ictus quadragenarius infamem hominem reddebat apud Iudæos. 10.114
Flagellationis duplex modus in lege. 120
cur numerus quadraginta. 114.& 115
ſub flagellis multi interiere. 116.ex Vlp.
flagellatores ſanguinarij carnifices dicti. ibid.
Flagellandi ad columnam ligabantur. ex Gell. 117
mos flagellandi apud Rom. ex Cælio. 119
Flagitia inter epulas, & conuiuia patrari ſæpius ſolent. 15.83
Flaminis baptiſmus dictus etiã ignis. Lucæ 3.7.29
Flamines ſacerdotes a iuramento ſemper abſtinuerunt. 5.62
Flammeum velum apud veteres. 11.135
Flatu Dei, qui eſt Spiritus ſanctus, accepit homo animam viuentem. 16.11
Flos ſolis inſigne Margaritæ Reginæ Nauarræ. 9.14
Floribus ſolis contexta corona, qua Reges coronabantur. ex Plin. & quare. 10.146
Flumina quatuor in paradiſo quatuor virtutes Eccleſiæ catholicæ. 16.41
Fluuius, vt flumen dicitur Chriſtus in Epiphaniæ die. 6.61. fluminis proprietates ei conueniunt. ibid.
igneus & rapidus Spiritus ſanctus. 16.26
Fœdera apud Romanos inita cum Albanis, & ceteris, quo ritu. 9.6
Felicitatis æternæ varia nomina, & epitheta. 8.47.& 48
comparatur cibo, & alimentis, & quare. 8.56
Femina turpis fuco ſe liniens hypocritæ figura. ex D.Greg. Naz. 7.36
Si terram comedat, pallore ſuffunditur, ſi coralium, aurum, aut margaritas ebibat, colorem protinus inuertit. 9.61
ad alliciendum fortis, & potens, ad tenendum infirma. 10.86
Fœtus ſi naſcatur in octauo menſe, nõ ſuperuiuit, & quare. 11.169
Fons in Trana vrbe Cappadociæ mirabilis. 5.62
plures miræ varietatis tam humanæ, quam diuinæ recenſent litteræ. 7.14
Fons portentoſus in Sardinia. ex Iſid. 7.74
in regno Cappadocię. ibid. ex Tertul & alij. ibid.
perennis Chriſtus in omnibus operibus. 9.94
fons Iacob. fons ſignatus. ibid.
mirabilis. ex Solino. 149
Foramen quoddam in terra montis Caluariæ ad locum ſiniſtræ Chriſti morientis apertum, quod ad inferos vſque dilatatur. 11.117
Foramen, per quod caput intrat, totum corpus intrare poteſt. 15.71
Forma eadem quæ conſtant, eiuſdem ſunt naturæ. 3.11
Formicæ ad frumenti aceruum properant, quem ſolo odore præſentiunt. 9.13
Formidoloſi hominis expreſſio apud Paradin. roſa nouaculis vndique cincta. 6.37
Fortiſſimi hoſtes mors, peccatum, Diabolus, a Chriſto ſuperati. 11.14
Fortitudo qualis communicetur in ſacramento altaris fidelibus. 9.128
Fortiſſima, atque inuincibilia in mundo tria ſunt. 8.111. ea oratio ſuperat. ibid.
Fortuna nulla eſt, ſola prouidentia diuina cuncta fiunt. 6.19
Fragilitas humana maxima eſt, ideo facilis Deus ad miſerendum. 11.39.& 40
Francorum inſigne lilia, & inſcriptio, ſpes auguſta. 14.54
arma eorundem tres bufones antiquitus, deinde tres flores candidi, ſeu lilia. 15.9
SS. Franciſci, & Bernardini deuotio, ac veneratio erga nomen Ieſu. 5.41
Fraternæ charitatis, & concordiæ fructus tres. 16.69.& 70
Fratrum noſtrorum facta, vel dicta in ſiniſtram partem accipere ſolemus. 69
Fratrum, & Religioſorũ altercatio de præcedentia, & prælatione, vti lucta Iacob, & Eſau in ventre matris. 16.72
Fregit panem Chriſtus, vt ſignificet coniunctionem Chriſti cum anima, & fœdus pacis. 9.8
Frequentatio ſacramenti Euchariſtiæ in Eccleſia Dei magna ſemper fuit. 9.161
confutantur excuſationes. ibid.
Frons verecundiæ ſedes, & pudoris. 16.75
Fucantes ſe mulieres iniuriam ſibi, & Deo irrogãt. 8.63. 64
Fuco dentes putreſcunt, os fœtet, & alia damna ſequuntur. 64
Fulgura pellit laurus, & phantaſmata. 14.63
Fulminis ætherei quanta vis. ex Lucr. 2.66
Fumo cur Deus ſe voluerit contegere dum oſtentat ſuam maieſtatem. 1.5.& 6
Fumus, & cepa lacrymas extorquere ſolent ab oculis. 10.109
Fumus patriæ propriæ clarior ſole in aliena, prouerb. ex Lucian. 15.76

G

GAbina veſtis apud Romanos. 11.140
conſules ea vtebãtur indicentes bellum. ibid.
Gabriel, non alius Angelus nuncius Incarnationis. 2.62
Galilæa reuolutionem, & rotationẽ ſignificat. 7.12.
Galilæus idem quod tranſmigrans. 15.104. ſeu viator.
Galliæ Regis dictum cuidam Duci Hiſpano. 9.95
Gallina mitis aduerſus miluum furic. 2.15
figura Chriſti. ibid.
amor erga pullos ſuos. 2.89
ei ſimilem ſe facit Chriſtus,& quare. 4.28
Gallus ſymbolum concionatoris. 10.90
Galli cantu excitatus Petrus. ibid.
feliciter incedit. apud Salom. 15.22
ſymbolum eſt prædicatorum.ex D.Greg. ibid.
Galli,& cordis idem officium. 16.13
Aeſculapio offerri ſingulis annis legauit Socrates,& quare. ibid.
Garamantes quo ritu fœdus inirent. 9.104
Generationis, & productionis hominis modi quatuor. 2.21.22.& 36
a creatione in quo differat. 7.41
Genio tutelari fructus ſoliti offerri a gentilibus. 9.174
Gentiles cur Dei maieſtatẽ, & eius incõprehẽſibilia opera ſignificare volentes,ciconiã pinxerint. 1.1
Gentiles adorantes Chriſtum pluribus figuris denotati in vet.lege. 6.13.& 14
Gentilium conuerſio prædicta a Prophetis. 14
oliuæ nomine a Zach. 16
vnio cum populo Iudæo in vnam Eccleſiam. 17
primitias gentium Reges eſſe voluit, vt oſtenderet ſeruire Deo regnare eſſe. 22
eorum manſuetudo in condonandis iniurijs. 7.34
Chriſtum crucifixerunt ignorantes Chriſtum, Iudæi vero malitioſe,& ſcienter. 12.15
Germanorum veterum mos, ſeu ſuperſtitio. ex Tacito. 2.68
Geſta memoranda inſculpta in lapideis columnis a veteribus. 11.131
Gethſemani,hortus ad radices mõtis Olueti. 10.23
vallis pinguiſſima, vel olei mei. 24
Gigantæ,ſiue herbæ ſolaris proprietas. 15.3
Gianelli Turiani Cremonenſis ſphæra, & horologium ſingulari artificio confectum,noſtra ætate. 9.40
Gladiatores vulnerati ad ſiccandum fluentem ſanguinem ſpongiam adhibebant vulneri. 11.64
Gladius Goliæ, non funda, aut lapis oblatus a Dauide. 2.58
in altari reuerenter candido velamine tectus cuſtodiebatur. 9.127
Gladius diuinæ iuſtitiæ obtuſus non peracutus eſt. 2.96
ignifer, & flammiferus a Deo cuſtos conſtitutus ad fores paradiſi,& quare. 2.23
Gladius Chriſti doctrina,& eius prædicatio. 11.41
item Crux. 142
Glandibus antiqui veſcebantur,deinde nucibus. ex Macrobio. 9.76
Gloria Dei dicitur Chriſtus. 10.248
Gloria corporis ſui data Chriſto ob duplicem rationem. 9.143
Gloriæ Dominus dicitur Chriſtus a D.Paulo. 8.63.
gloriam corporis ſui aſſumebat, & relinquebat quando ſibi videbatur. ibid.
Gloriæ, quam bonis operibus iuſti promerentur, metaphoræ quatuor. 8.52.53.54.56. 57. nomina plura. 47.48
Glorioſa corpora miro odore fragrant, & quare. 14.36.
Golgothæ rupes ſciſſæ in die mortis Chriſti. 14.113
Gordiani ſepulchrum titulo Græcis,Latinis, Perſicis, Iudaicis, & Aegyptijs litteris exornatum a militibus Auguſti. 10.135
Gradus quatuor humilitatis deſcendit Chriſtus vti ſol in Natiuitate. 6.64
Granata in fimbrijs veſtimenti ſacerdotis in lege veteri,quid ſignificent. 15.18
Grandinum, & turbinum tempeſtate punit Deus homines. 114.115
Gratiam primam quæ nobis donatur, nos non meremur. 2.81. ſed ex Chriſti operibus tamquam ex cauſa meritoria nobis confertur. ibid.
Gratiæ lex ſæculum vere aureum. 4.26
Gratia per Chriſtum ſolum conferenda, quia ipſe auctor gratiæ. 7.10
Gratiæ præuenientis neceſſitas. 15.89
Gratitudo beneficiorũ ſemper placuit Deo. 9.154
Gratus dies cãdido lapillo notabatur ab antiquis. ex Mart. 5.44.
Græcorum, & Hebræorum litteræ alphabeticæ numeros denotant. 5.39
Græci legati manu oliuæ ramum geſtabant. 8.104
reſurrectionem vt fabulam credebant, quam vero fidem Paulus prædicat,negabant. 14.55
Gulæ guſtus longiſſimus, quem nulla res ſaturare potuit. 9.75
Guſtus,& tactus obiecta non intrant ſecundum ſubſtantiam ſuam in ipſas ſentiendi facultates, vel potentias,vt in ceteris. 9.33
eo, & comeſtione veritatem ſuæ reſurrectionis Chriſtus probauit. 15.87
Guttæ ſanguinis Chriſti in Cruce cadẽtes ſuper veſtes.B.Mariæ.14.48.collectæ ab eadem. ibid.
Guttulæ ex ſitula manantes vocantur creaturæ. ab Iſa. 2.48
Gutta ſpecies aromatis,quid ſignificet. 11.158

H

HAbacuc, id eſt,amplexator. 9.112. figura Filij Dei. ibid.
Habitus vitioſi priores in iuſtificatis remanent aliquando. 7.9
Habitibus ſub diuerſis, & figura apparuit Chriſtus reſurgens,& quare. 14.78.79
Habitus longus antiqui ſacerdotis vſque ad terram defluens perſeuerantiam in operibus notat. 15.18
Hadriani iunioris dictum in curioſos diuinorum myſteriorum. 9.18
Heres quæ indebite alienata ſunt,recuperare debet. 2.27. hereditas Dei humana natura. ibid.
Hereditas Iacob in pane,& vino,quomodo. 9.4 & 5
Hæretici cæcitate plectuntur a Deo ob ſuperbiam, pueris recte comparantur,& quomodo. 1.22

Hære-

RERVM, ET VERBORVM.

Hæretici vti perfidi Aſſyrij, relinquentes caſtra, & panem. 9.113
eorum deliratio circa perſonam Spiritus ſancti. 16.3
Halec piſcis natura. 10.95
He littera addita nomini Abrahæ. figura Incarnationis Chriſti. 2.71.& 12
Hebræorum, & Græcorum litteræ alphabeticæ numeros denotant. 5.39
Hebræi a ſacris Scripturis demunt, quæ ſibi non congrua videntur, vt falſa ſua dogmata aſtruant. 6.40. didicerunt a priſcis ſuis.
a ſeruitute Aegyptiaca non ante liberati, quam agnus immolatus. 7.2
ita & nos, & quomodo. ibid.
eorum ſacrificia præcipua quatuor fuerunt, & quomodo vocata. 1.60
vexilla eorũdem quatuor inſignibus diſtincta. 15 9. Chriſti opera denotabant. ibid.
Hebræa ſola lingua in orbe terrarum ante Babylonicam turrim. 16.31
Helenæ ſimulachrum iuſſu Alexandri depictum. 2.54
Helena potionem dedit Telemacho, quo calamitatum ſuarum obliuiſceretur. 198
Helena Conſtantini mater diuina reuelati ru-cem Domini Ieſu inquirit. ex D. Ambr. 13
Heliogabali conuiuia lautiſſima. 9.76
Henrici Quarti ſtemma malogranatum ſubacre. 8.71
Hephæſtionis, & Alexandri mutua beneuolentia, & animorum voluntas. 3.84
Herba, Trinitas vocata, egregie Trinitatis myſteſterium inſinuat. 1.24
Heracleæ Lacedæmoniorum ciuitatis theatrum mirandum. 11.167
Hercules tria tela manu continens, & emittens hieroglyphice intellectũ humanum quare, & quam pulchre ſignificet. 13
Herculis ſimulachrum aureis funibus irretitum ab antiquis. 9.50
facundia denotata per catenam ab eius ore egredientem. 11.2
Herculis, & Anthei fabula, Chriſto de morte triũphanti applicatur. 14.41
Anthcum Neptuno, & terrę filium quo artificio occiderit. 15.62
Hericius procraſtinationis ſymbolum. 6.35
in partu crepat. ex Valer. ibid.
a ſacrificijs reprobatus, quia vleiſcitur iniurias. 11.14
Hermianorum, & Seleucianorum hereſis, aſſerentiũ ignem etiam eſſe materiam baptiſmi. 7.29
Hermon mons a monte Sion diſtat. 16.62
Hermon, id eſt, lumen exaltatum. ibid.
Herodes turbatur audito alio Rege nato. 6.36
cauſa cur turbatus. 37
conſulẽs doctos viros vbi Chriſtus naſciturus, oſtendit ſtultitiam ſuam. 40. item falſa deuotio, dicens, vt adorem. ibid. infernalis accipiter. 41
veſte regia indutus tamquam Deus adorari voluit. 8.68. punitio Dei. ibid.
Chriſto impoſuit regiam coronam, & multa pollicitus ſi edidiſſet miracula. 10.107. ex D. Anſel.
Herodius animal quod. 15.19. & quale figura Chriſti aſcendentis. ibid. ex Lyrano.
Heroes apud veteres qui. 2.35
Heros eſt qui nec totus Deus, nec totus homo eſt, & tamen vtrumque ſimul eſt. ex Luc. 9.37
Hierarchiarum angelicarum numerus. 53
nominis etymon, officia, & proprietates. 15
Hieremias captus a ſuis figura Chriſti a militibus comprehenſi. 10. 66.67
Hieroglyphica ſceptri apud Aegyptios figura cum oculo in cacumine poſito, quid ſignificet. 3.11
alia intellectus humani. 13
Hieruſalem mediũ terræ a Dauide dicitur, 10.193 medium terræ Palęſtinę. 194. ſecũdum quoſdam, alij proprie medium orbis. ibid.
Hieruſalem cæleſtis dignitas, & bona. 15.77
Hic, dictio, reprobata a Chriſto. 8.81
Hinnuli fugientis natura, vt caput nonnumquam retorqueat. 15.81. ex Plin. cauſa huius rei. ibid.
Himeridiones piſces, vel ephimeri. 11.121
Hiſpanorum prouerbium. 15.82
Hiſtriones hypocritarum ſymbolum. 11.164
Hoc age, hoc age, in templo Apollinis. 8.93
Holocauſtũ a ſacrificio differebat in lege vet. 11.78
Holofernes rumpens aquæductus, Diabolus prohibens lacrymas a pœnitente. 10.99
Homeri Ilias intra vnius nucis corticem incluſa a quodam artifice. 9.40
Homo quo modo Deo ſimilis ſit, varia Rabbinorum opinio. 1.26. & ſeq. itẽ doctorũ catholicorũ. ibid.
Homo ab Ariſt. deſcriptus. 2.5
Rex in ſacris Scripturis. 5. 24. hominem te memento in triumphis. 31
in terris partes Dei ſortitur. 2.29.31
domus ei a Deo condita ante ſui creationem paradiſus. ibid.
dominus effectus rerum inferiorum. ibid.
a Deo met creatur, & in paradiſo locatur. 30
ſimilitudo diuinæ naturæ ei decreta. ibid.
vocatus Adam a Deo. 31. imago Dei quo ſit. 32
humanæ mẽtis figura a veterib. qualiter picta. ib.
diuinæ naturæ ſtricte copulatus. 33.34.35
beneficium Dei maximum. 34
creatus ſexta die, & poſt omnium rerum creationem, & quare. 2.53. & 54. paruus mundus, quia reſpondet magno in omnibus. 54.55
Homo magis ſublimatus per incarnationem Verbi, quam Deus humiliatus. 2.73
ſolus diuina præcepta tranſgreſſus. 2.86
pro eo ſolo Chriſtus mortuus eſt. ibid.
in ſcripturis poſt peccatum frequentius caro dicitur, quia obſequentior eſt legibus carnis, quam rationis. 3.18
Homines ab hominibus edocendi ſunt. 6.29
Homo minor mundus. 7.25. illius purificatio futura oſtenta in baptiſmo Chriſti. ibid.
Homines vocati Filij Dei adoptiui. 7.26.
Homo interior, & exterior ſimiles eſſe debent inter ſe. 7.37
Homo homini lupus, prouerbium. 8.39
de Hominis vitę breuitate ſcientiarum omnium teſtimonia. 8.75

in homine non confidendum. 8.82
omnium creaturarum eſt particeps. ex D.Greg. 9.52
Homo eſt arbor inuerſa, ex Socrate. 8. 113. explicatur.
prauorum, & bonorum ex diſpoſitione oritur, quod ſacramentum altaris illis eſt interitus, his vero vita. 9.137.138
Homines permulti, viri perpauci, philoſophi dictum. 9.147
mutabilitate omnes creaturas ſuperat. 11.110
humana vita comparatur pluribus rebus. ibid.
vt cælum ingrediantur, Chriſto ſimiles eſſe debent in faciebus hominis, leonis, vituli, & aquilę. 15.12.13
in paradiſo creatus a Deo ſtans, non iacens, aut ſedens. 15.46
primus appetit Deo ſimilis eſſe. 15. 57. ſed falſa ſhi fefellit opinio. ibid.
compendium, ſeu epilogus omnium creaturarũ. 15.109
faſciculus floribus vniuerſis contextus. ibid.
Homo voluptatibus deditus Prometheo pœnas luenti ſimilis. 16.56
Hominis cum Deo ſimilitudo in anima conſiſtit. 1.28. & ſeq.
Honores Chriſto aſcendenti delati a creaturis omnibus. 15.49.50
Honoris appetitus in animas hominum multa ingerit. 10.118
Honorem fratris ſui qui maculat, propriæ quoque ſubit opinionis detrimentum. 16.39
Honor, voluptas, diuitiæ in precio habentur ab hominibus. 16.55
Honores mundi huius euaneſcunt. ex Eccleſiaſt. 3. 15.54
Hora non eſt menſura temporis naturalis, ſed artificioſa. 4.37
Horologij artificium. 2.117
Horologium, & ſphæra Gianelli Turiani Cremonenſis noſtra ætate ſingulari artificio confectum. 9.40
in Hortum Gethzemani ante paſsionem cur venerit Chriſtus. 10.23.& 24
Hoſtes Chriſti potentiſsimi fuere, ac fortiſſimi, dæmon, infernus, peccatum. 15.30
Humanitas per ſacramentum Euchariſtiæ nouo modo fit particeps diuinæ immenſitatis. 9.58
Humanitas Chriſti nomine calceamenti, & chirothecæ, notatur. 11.144.145
Humanitas Chriſti in cælum exaltata, noſtram fidem firmat. 15.71
glorioſa facta ex vnione, & plena Deo, ita quod homo Deus, & Deus homo vere ſit. 16.29
Humanitate, & comitate conciliantur animi hominum. 15.86
Humanæ rationis lumine ſacramentum Euchariſtiæ aſſequi non poſſumus. 9.11
Humanarum carnium eſus cunctis gentibus deteſtabilis. 9.45
Humiles corde ſecreta diuina cognoſcunt. 1.31
Humilitatis exempla dedit Chriſtus. 4.12
neceſſaria in oratione. 8.91
via aſcendendi ad cælum. 15.58
Humiliando ſe Chriſtus, altius exaltatus eſt. ibid.
veluti nardus. 15.118. ex Bern. vti electrũ. ibid.
Hymenæus Deus nuptiarum apud veteres qualiter depictus. 11. 125. habitus eius diuerſus quid ſignificet. ibid. 126
Hymnus a Chriſto decantatus poſt cœnam. 10.20
in gratiarum actionem. ibid. vel vt oſtenderet quam lætus, & ſpontaneus ad mortem iret. 20
Hypocriſis, & fictio genus quoddam mendacij eſt. 7.35.36. opponitur veritatis ſpiritui, & columbæ ſimplicitati. ibid.
Hypocrita ſimilis feminæ turpi fuco ſe linienti. ex Greg. Naz. 7.36. & ſtruthioni. ibid.
Hypocritarum ſymbolum hiſtriones. 11.164
aliæ figuræ. 165
Hypoſtatica vnio quid efficiat in humanitate Chriſti. 9.47
Hyrcani canibus mortuorum corpora vt cibo nutriendis obijciebant. 13.4

I

IAcob indutus veſtibus fratris ſui. figura Incarnationis. 2.12
hœdinis pellibus coopertus, Chriſtus indutus pannis in Natiuitate. 3.67
apponens virgas canalibus, vt oues conciperent fœtus diuerſi coloris, ſymbolum hominis cooperantis cum Deo ad ſalutem ſuam. 8.31
Iacob nominis mutatio poſt luctationem, orantis ſymbolum. 8.110
bellũ quodnã geſſit cũ Amorrhęo ex Chald. ibid.
D. Iacobus primus Hieroſolymorum Epiſcopus a D.Petro conſtitutus. 9.185
Iacobus minor ſimillimus Chriſto. 10.53
Iani tẽpli portæ Chriſto nato clauſæ, ex Roſio. 3.93
per Ianum Deum iurare nemini licebat apud Romanos, niſi ad Senatus Rom. præſentiam. 5.57
Ianuarius anni principium. 4.16. Kal. Ianuar. mutuo ſe ſalutabant, & bonos annos augurabantur. ex Ouid. ibid.
Iaſpis optime Trinitatis myſterium inſinuat, & quare. 1.23
Iaſpis viſum corroborat. 8.59
beatitudinis ſymbolum. ibid.
ſanguinis fluxum firmat. 60
aliæ virtutes. ibid.
viridiſſimus eſt, ſimiliſque ſmaragdo, oculis gratiſſimus. ex Plin. 14.46
varios reliquorum lapillorum in ſe colores continet. 15. 111. fidei ſymbolum. ibid. ex Apocalypſi.
Icarus cereis alis ad cælos aſcẽdere volens fingitur a Poetis. 15.36
Idola conticuerunt Chriſto nato. 3.56
Idolum pluribus rationibus demonſtratum bene a D.Paulo vocari nihil. 1.57
Idolum a Babylonis Rege cultum, tamquam ſpiritum vitæ haberet. 15. 84. detectus error a Daniele. ibid.
Iebuſæorum aſtus, vt liberarentur ab obſidione. ex Rabbinis. 9.178

Iehoua per characteres interpretatio. 1.16.& 33
nomen Dei veri eſt. 5.18
Iehoua nomen Dei apud Hebræos venerandũ. 5.40
pronunciare non audent. ibid.
ſed a ſacerdote ſummo, & quando ſuper nomina 12. tribuum inciſum laminæ aureæ gerebatur. ibid.
nihil exaratum litteris,& punctis, ſeu vocalibus quibus nomen Iehoua deſcribitur. ex Nazian. litterarum huius nominis myſterium. 43
qui proferret illud iuxta proprietates linguæ,bene poſſe facere prodigia, & miracula opinantur Hebræi.ex Gal.53.inſcriptum virgæ Moſis. ibid.
Ieiunium,& eleemoſyna ſociare debent orationem. 8.103.ſunt enim pondera illius, & alæ. ibid.
Ieiunauit Chriſtus, vt mederetur peccato Adæ, per eſum commiſſo. 12.6
Ieiunia,orationes,& eleemoſynæ videntur hominibus effera monſtra,ſed dulcia ſunt medicamina. 6.32

Ieſu nomen.

IESV ſanctiſſimum nomen miraculoſe inuentum in lapide,quo Dauid Goliam proſtrauit, eiuſque myſterium. 1.51
proprio merito,& virtute quæſitum. 5.2
Ieſu nomen etiam in Cruce pendens retinuit.2.& 4
etiam poſt redemptionem conſummatam. 3
perpetuum,& æternum Deus eſſe vult. 5
ad gloriam Dei poſitum. 4.& 5
deinde ad noſtram vtilitatem. 5
Ieſus idem quod ſalus,Saluator. ibid.
eius virtus,& fructus. ex D.Ambr. 5.& 6
Impoſitio hæc nominis Ieſu celebratur in ipſo anni ingreſſu. 8
humilitas maxima in acceptione nominis. 9
quotuplex. 11.12
honore auctus in impoſitione nominis. 13.& 14
Ieſu nomen vbique honorandum. 14
Ieſu nomina ſex ab Iſa.poſita. 16
duo alia a Ioanne. 18
Ieſu nomen,& Deum,& hominem comprehendit.19
nomen ſuper omne nomen. 20
cæleſte,& terreſtre. ibid.
eo miracula a ſanctis fiunt.21. & facta ſunt.
Ieſu nomen differt a Iehoua. 22
nouum eſt,& a ceteris Patribus differt ita nominatis. ibid.& 24.& 25
figuratus a reliquis in vita,& geſtis. 24
Pater æternus indidit illud,& quare. 23
quatuor illius excellentiæ. 26.27
odio habitum ab Hebræis.27. Deus autem illud diuulgauit per Crucem. 28
a D.Paulo repetebatur in capitis abſciſſione.ibi.
vtilitas prima nobis ex eo proueniens. ibid.
eius virtus ex Bern. 30.31
dulce eſt. 31
cetera ſuperat nomina. ibid.32.33
terribile eſt. 34. & 35. quia nomina deorum deleuit,& obſcurauit. 35
litteræ nominis admirabiles. 38.& 39
etiam quoad numeros quos denotant.39. ex Beda. ex Tertull.quid ſignificet. 39.& 40
Ieſu nomen omnibus venerandum. 5.40
nemo per eum iurat. ibid.
eo audito caput inclinatur ab omnibus. 41
Clemens vij. nominis Ieſu ſolemnem diem feſtum celebrari iuſſit. ibid.
SS.Franciſci,& Bernardini erga illud veneratio, & obſequium. ibid.
nominis huius impoſitio cum circumciſione coniuncta. 42
quatuor litteris ſcribitur myſterium Trinitatis denotantibus. 43. & 44. ſimilibus cum nomine Iehoua.
Carmina de nomine Ieſu ab Erythrea Sibylla compoſita. 44
candidus eſt Ieſus dupliciter. obſcure manifeſtatum Moyſi. ibid.45
Ieſus potius voluit nominari,non Emmanuel. 46
immortale,& æternum nomen. 48
eius excellentia,& virtus. ibid.& 49
depingi ſolet intra circulum radijs circumfuſum. 52
Ieſus nomen proprium eſt: Chriſtus vero ſacramenti nomen. 53
a ſolo Patre appellatum,Chriſto & datum. 4.27
idem quod Saluator. 28
ab Angelo prolatum, beata Virgo deinde pronunciauit prior omnibus. 4.56
Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, titulus Crucis explicatur. 10.238.239
Ieſus & Maria ſimul, & vna inueniuntur in omnibus. 6.18.& 19
Ignatius Martyr nomen Ieſu geſtabat. 5.29
Ignis templi pondere non menſuratus Ezechiel, & & quare. 2.82
a Chaldæis in Deum cultus. 10.96
omnium fortiſſimum dicebant. ibid.
alios deos quo pacto illi admouerent. ibid.
intra ſphæram ſuam nobis non lucet, neque calorem infert. 16.14
ſuper capita Apoſtolorum cur venerit. 16.24
animi conſtantiæ ſignum. ibid. ex D. Chryſoſt.
ignis ſuper ſacrificia. 25
vnit partes diuiſas, & ſeparatas: aer vero diſgregat. 16.25.ex Ariſt.
Ignis deorſum aliquando fertur duabus de cauſis. 16.27.28
Ignis, & linguarum coniunctio in die Pentecoſtes, quid. 16.35.ignis de cælo miſſus a Deo ſuper ſacrificium a Salomone oblatum. 35
vt ſcilicet probaſſe illud videretur. 36
Ignotus Deus,ab Athenienſibus cultus. 6.54
quando erecta ſtatua.54.ex D.Chryſoſt.
Ilias Homeri intra vnius corticem nucis a quodam artifice incluſa. 9.40
Illuſiones ferre, magnus labor, & nullus eo maior. ex Seneca. 10.151
Imaginatio effectum poteſt producere. 1.16
Imaginibus ſanctorum vela cur apponantur. 4.1
Imago ſemper eſt ſimilis rei quã repræſentat. 16.6
Imago D.Pauli cur a dexteris imaginis D. Petri apponatur in bullis,& picturis. 15.43
Imber matutinus,& ſerotinus apud Oſeam. 15,88
Immolationes a mola dictæ in qua terebatur frumentum. 9.174

Impedimenta ob tria quidam homines Spiritus ſanĉti igne non incaleſcunt. 15.67
Impediens alios a bono opere, quaſi qui abortire facit feminam prægnantem. 16.51
pœna a ſponſo. ibid. ex Exod.
Imperatoris Romani triumphantis forma. 8.74
Imperator ſtans mori debet, Veſpaſiani dictum apud Sueton. 11.93
Imperatores, Reges, & Duces nobiliſſimi vſi inſignibus, ac ſtemmate ad declaranda poſteris eorum præclara facinora. 15.8
Imperator vt electus eſt, conuiuia paſſim in Germania celebrantur. 15.49
Imperfecti opera ſua bona non oſtendant, perfecti vero poſſunt. 8.87
Importuni orantes placent Deo. 8.101
Imperfectas res natura multiplicat, vt ſimul omnes quod ſingulæ non poſſunt, efficiant. ex Ouid. 9.87
Impetratio eorum, quæ petuntur, in bonitate, & liberalitate Dei magis, quam in meritis orantis habet fundari, ex D. Aug. 8.90
Impubibus ſedere in cathedra non competit. 7.19
Inauditus nemo condēnandus ex lege vet. Exod. 23. 10.104
Inanimata extra centrum, & proprium locum conſiſtere nequeunt. 15.77
Inaures fidei ſymbolum, quod ab auribus pendeant. ex D. Greg. 9.82

Incarnatio Chriſti.

Ignota hominibus, & ſupremis ſpiritibus. 2.1
ineffabilis tam Angelis, quā hominibus. ibid. & 3
abyſſus imperſcrutabilis. ibid.
myſterium inſerutabile. 2
ænigma ſacratiſſimum. ibid.
a Trinitatis arcano differt. ibid.
Verbum abbreuiatum. 2
a Ioanne Euangeliſta breuibus enarratur. ibid.
ſacramentum abſconditum ex D. Paulo. 3
nullo ſub nomine ab Iſa. ibid.
per nullum argumentum, & exemplum naturale cognoſci poteſt. 4
ſine fide inueſtigari non poteſt. ibid.
libera fuit, & contingens. 4
Deus in humana ſpecie creans Adam, & loquens cum eo figura huius. 8. & 9
Item apparens pluribus. 9
figuræ illius plures. 10.11.13.14.15.16.17.18
conuenientiæ, & rationes, ob quas Deus voluit carnem aſſumere humanam. 20.21
cur Filius Dei, non Pater, vel Spiritus ſanctus incarnatus. 22.23.24.25.26.27.28
pertinet ad Theologiam diſeretam. 23
ſicut pluuia in vellus Mariæ deſcendit. 35
circulus in naribus Diaboli. 43.44
communicat ſe Deus in illa humanæ naturę Chriſti. 53. in vnitate perſonæ.
Eſt eleuatio totius vniuerſi in diuinam perſonam. 55
bonitas liberaliter, & ſapientia diuina in ea elucent. 56.58
omnipotentia Dei in ea effulget. 59.60.61
brachij Dei opus dicitur. 62
amoris diuini effectus. 64.66.67
nimia charitas. ibid.
diuina immenſitas in ea contracta fuit. 69. ſed
mirabiliter extollitur homo. 73
ac Dei maieſtas. 74
amoris Dei magnitudo in illa. 76
dando Filium ſuum mundo. 78
charitas ſupereminens Chriſti. 82.85
ſuperat amorem omnem, & dilectionem humanam, atque ferinam. 85.86.88
miſericordia in ea lucet. 107.108.109
iuſtitia Dei in ea fulget. 115.116.118
ſimilitudine quadā explicatur a D. Athan. 3.21
præſcribit metas omnipotentiæ. ibid.
Incarnationem Filij Dei difficile prædicat Iſaias. 9.20
Incarnatio, & Euchariſtia opera inter Dei admirabilia, & gratiæ excellunt. 9.116
eorundem conuenientiæ. 118.119.120
Incarnatio Chriſti in loco vili, & præſepio aranearum telis onuſto; Euchariſtiæ inſtitutio in loco amplo, & publico. 9 166. & quare.
eius figura per vexillū hominis in campo rubro depicti Rubenitarum. 15.9
Inclinato capite moritur Chriſtus ob multa myſteria. 11.89.90
Inclinatio capitis ſolet eſſe indicium concedentis, & petitioni annuentis. 92. item ad requieſcendū.
Incorruptio corporis Chriſti præfigurata a multis. 13.11.12. loca ſcripturæ. ibid.
Incredulitas, quid. 15.94
Increduli Apoſtoli quandoque, Maria vero numquam. 15.90. eius cauſa. ibid.
Increpat Deus homines præcipue inter epulas, & dum prandent. 15.83
Increpatio duas conditiones requirit, vt debita ſit. 15.91
Indignatio quid. 2.95. ab ira differt. ibid.
Indigni non ſunt promouendi ad dignitates, & officia. 8.17.18.19. & 20
Indomitæ libidinis initijs reſiſtere debemus. 15.59
Induſtriæ, ac virtuti propriæ ne adſcribant homines quædam præclare geſta, Deus illos ſapientia, & fortitudine prius ornat. 16.33
Infans ab adulto, & viro differt eo modo quo baptizatus a confirmato. 16.74
Infantili in ætate apparet Chriſtus Magis, quia amari voluit, non timeri. 6 68
Inferni, ſeu limbi limina tantum attigit Chriſtus, non penetrauit. 14.3
Inferni, & ſepulchri ora ante Chriſti paſsionem, & mortem, & poſt, qualia. 14.42
Infirmus magis ſitit in die purgationis, aut euacuationis, quam in alijs. 11.63
Infelicitatis genus nullum maius eſt, quam meminiſſe ſe fuiſſe felicem. 10.218
Ingenium humanum incapax diuinæ maieſtatis, & & immenſitatis eſt. 13
Inhabitat Deus animam iuſti quando iuſtificatur, & quomodo. 16.8. & 9
Inimicorū dilectionis præceptū Chriſtus condidit, & ſeruauit in Cruce orans pro inimicis. 11.12
Iniurias illatas ſeruis Dei, & dedecus idem Deus

in tan-

in tantam dignitatem conuertir. 4.34
Iniuriarum obliuionem ſolo lumine naturæ rationi conſentaneam iudicauit Alex. Magn. 7.34
Iniuria magna affecit Deum Adam credens potius dæmoni, quam Deo. 9.19
In principio erat Verbum: interpretatio, & ſcribendi cauſa. 5.18. & ſeq.
Inquiſitio curioſa myſteriorum diuinorum damnum affert. 9.18
Inſignia ac ſtemmata cum inſcriptione Duces, atque Imperatores ſoliti ſculpere in vexillis. 15.7
Intemperantia ciborum breuiorem reddit vitam. 15. 86.
Intellectus humani hieroglyphica deſcriptio pulchra. 13.
Interpretatio myſtica naturæ Tiliæ arboris. 1. 4. & ſequ.
Interpretatio myſtica, & pulcherrima trium porticuum templi Ezechieli per viſionem monſtrati. 1. 40.
Interpretatio verborum, *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* 1. 65. & ſeq.
Inueſtigatio diuinitatis hominibus impoſſibilis. 2. 1. & 2.
punitur à Deo ignorantia, & alijs pœnis. 5
Inuocat Rabbinus fatetur ſanctiſſimam Trinitatem. 1. 58.
Inuidiæ nihil magis repugnat, quam charitas. 9. 51. & 52. ex Moyſe.
Inuolucra myſteriorum catholicus non diſcutiat, ſed credat. 9.19
Ioab ad templum fugiens nemine perſequente conſcientiæ prauæ ſignum. 6.38
proditionis oſculo Abner & Amaſan interficiens figura Iudæ tradentis Chriſtum. 10.54
peccatum & homicidium cur à Dauide diſſimulatum tamdiu. 15.93
buccinæ ſonitu terruit hoſtilem exercitum. 16.33
Ioas Regi ſacerdos vultos obtulit regnum, & librum legis. 15.110
S. Ioannes Euangeliſta cur templum fumo plenum videt, dum debet à Deo de eius magnitudine inſtrui 5
Ioannis Bapt. natiuitas cum dies decreſcunt, Chriſti vero quando creſcunt. 3. 46
honorabat Chriſtum. 7.16
illum commendans, & ei ſe humilians. ibid.
verus, & vltimus ſacerdos in Iordane. 7.20
baptizabat in nomine Chriſti venturi, ex Patrum ſententia. 7.3
interrogatur à Phariſæis an eſſet Chriſtus dupliciter. 7.11
imitatus Chriſtum in humilitate. 15.61
Ioannes Euang. gratiam ſignificat. 11.45
ſimilis Chriſto in pluribus. ibid.
frater Chriſti non ſolum ex parte patris, ſed ex parte matris, & qualiter. ibid.
filius matris Dei ex ſpeciali gratia, & qualis. ibid.
comparatur cum natiuitate Ioannis Bapt. 46. 47
ſingulari amore materno dilectus à B. Virg. ibid.
ipſe etiam reuerentiam filialem eidem exhibuit. ibidem.
ſimilitudo morum eius cum Chriſto. 48
probatiſſimus topazius. 49
fidelis Chriſto. 50
eidem legata ex teſtamento mater Chriſti. 50.51
quam ipſe in matrem accepit ſuam. 52. & 53
aquilæ ſimilis, ſeipſum tranſijt. 3.1
Boanerges, id eſt filius tonitrui appellatus. 2
Hiſtoria ex Procoro. ibid.
tonitruo ſimilis. 3
contra hæreſes inuehitur. ibid.
initio ſui Euangelij maxima perſtrinxit miracula compendioſa arte, veluti coſmographice. 3.20.21
filius cordis Chriſti dicitur. 12.2
Iob teſta ſaniem radens figura incarnat. Chriſti. 7.22
amici Reges erant, qui ſalutatū eum venerant. 6.3
vit, quia in medio Idololatrarū nihil impietatis ab illorum contubernio traxit. 9.145
pro filijs poſt conuiuia ſacrificia offerebat ad expianda peccata ibi commiſſa. 15.84
Ionadab malus conſiliarius Amnon inceſtum perſuaſit. 15.115
Ionas dicens, ſi propter me orta eſt hæc tempeſtas, &c. figura Chriſti. 4.23
in mare proiectus illud ſedauit, ſic Chriſtus patiens Deum placauit. 104
Iordanis ab aquis flammarum incendia conſurgere viſa poſt baptiſmum Chriſti. ex Iuſt. 4.12
aquæ miſericordiam Dei manifeſtarunt in Chriſto baptizato. 7. 13
in eo Chriſtus baptizari voluit. 7.19
ingens aquarum exuberantia diuinorum chariſmatum copiam per aquam baptiſmi communicandam ſignificauit. 7.19
per Iordanem Iudæi in terram promiſſam introierunt. 20
Ioſepho Pharao Saluatoris nomen impoſuit. 5.42
induſtria, vt diuulgaret in Aegypto magnam frugum copiam coacernatam in vtilitatem ceterarum nationum. 8.7
in carcere inter duos facinoroſos figura Chriſti inter duos latrones crucifixi. 10.213
vinctus ſpontaneus, & liber quia carceris claues habebat. 14.23
figura Chriſti reſurgentis. ibid. & 24
à Pharaone exaltatus, & torque aureo donatus figura Chriſti aſcendentis. 15.24.25
ſtola byſſina à Pharaone data ſacerdos eo ſymbolo creatus. 15.25
Pater regis, pater tener conclamatus. ibid.
figura Chriſti. 15.64
Ioſeph Sponſus Virginis. ibid.
Ioſeph ab Arimathęa ambo celebres; & quare. 13.3
Ioſue cum ſepeliretur, cultri etiam, quibus facta circumciſio, ſepulti cum eo. 45
diſtribuit temporalia bona, non Moyſes, figura Chriſti. 5.14
ipſe & reliqui vocati hoc nomine differunt à Ieſu in vita, & moribus. 5.23
figura tamen Ieſu. 24
in ſepulchro epitaphium, ſol contra Gabaonem ne mouearis. 14.21
figura Chriſti. 15.64
Ioſiæ mors figura mortis Chriſti. 10.82.83
Ioſias Rex mortuus proximus arbori, & fonti, quæ

ſubito aruerunt in ſignum innocentiæ. 11.81
mors eius plorata per centum annos. 82
Ipſa ſibi auis mortem creat, adagium ex Ariſtot. 2. 57.
Ira quid. 2.95
ab indignatione differt. ibid.
Ira Dei ſimilis ſtillæ, ex Iſaia. 2.96
item phialis apud Ioan. 97
videtur flere dum punit Deus. ibid.
Irritauerunt eum ad aquas contradictionis &c.& diſtinxit in labijs ſuis. Pſ.105. ly diſtinxit. 8.97
Iris in capite Angeli fulgens Apoc. 10. quid in Chriſto. 3. 49
Iſaac deluſus in ſenſibus in benedictione Iacob humanæ rationis figura. 9.12
eius obedientia fortior, & præſtantior obedientia patris. 9.151
immolari iuſſus à Deo figura Chriſti in Cruce. 10. 224.
immunis à morte euadens figura Chriſti reſurrecturi illæſi à mortuis. 14.66
mulierum in Chriſti reſurrectione gaudium. 14.67
Iſcariotes Iudas ab Iſcar, quod merces ſignificat. 10.19
Iſocratis ſepulchrum quo ritu ſabricatum. 13.8
Iſraelitæ à Pharaone quo aſtu à ſacrificijs diſtracti. 8. 95.
Iſraelitæ iuſſi à Deo ſacrificia tam multa offerre plures ob cauſas. 9.175
Iteratio culparum animę obeſt. 6.52.& 53
Iubal artem canendi inuenit ex diuerſitate ſonorum quos Tubalcain frater faberferrarius percutiens cauſabat. ex Hebr. 11.7
Iudas communicauit in nocte coenæ. 9.107
buccellam panis an deglutierit, an detulerit ad Phariſæos. 108
ſuſpenſus crepuit medius, quia fregit fœdus initum cum Chriſto in coena. 9.7
non vocatus abijt ad conſilium Iudæorum contra Chriſtum. 10.14
impietas illius, & cæcitas. ibid.
præfigurata in venditione Ioſeph. 15
Iſcariotes dictus quid ſignificet. 19.20
breuiori ſtatura Chriſto. 10.54
Iudas qui locum crucis patefecit, poſtea Chriſtianus, & Epiſcopus, & mart. 10.253
Iudæi interrogant Ioannem, an ſit Chriſtus, dupliciter. 7. 11
Chriſtum naſciturum in Bethlehem negant, quod ſciebant. ibid.
quatuor tantum modis poterant mortem inſligare in lege veter. 10.105
in Babylonia ius habebant occidendi. ibid.
triplex falſum Chriſto impoſuerunt crimen. 106.
petierunt Barabbam ſibi dimitti, & immundi facti ſunt. 111
in faciem Chriſti ſpuunt, & quare. 10.154
alia ludibria. 153.155.& 156
accuſati à titulo ſuper Crucem poſito, quadrupliciter. 11.92
latus Chriſti mortui confixere ob quam cauſam. 12. 10.
malitioſe & ſcientes Chriſtum crucifixerunt, gentiles ignorantes. 15
eorum ſupplicium per 40. & eo amplius annos dilatum propter orationem Chriſti in Cruce. 11. 8
Iudaio ex populo, & gentili vna Eccleſia conſtruenda. 6.16. & 17
prophetiæ de hac re. ibid.
Iudex centro ſimilis eſſe debet. ex Ariſtot. explicatur. 9.152
Iudices mortis ẽe iuſtam ſententiam ferentes conſuerunt purgationũ piaculis indigere Romani. 10.166
Iudice coram competente vocatus reſpondere debet quiſque. 15.88
pœna contra non reſpondentem, ex legibus. ibid.
Iudith fiduciam habuit in Deo tantam, quod ſacculum portare præcepit famulæ, confidens in eo delaturam caput Holofernis. 8.97
Iuliani hęreſis Chriſtum impaſſibilem dicentis. 3.17
Iuncus idem quod carex, ſcirpus, aut papyrus. ex Plin. 10.130
Iuncorum flores numquam marceſcunt. ex Clem. 10. 135.
illis coronabantur Dij apud vet. ibid.
Iupiter in pluuiam auri conuerſus amore Danaæ fabula. 2.35.& 49
cum de plectendis hominibus ageretur, conſilium Deorum conſulere ſolitus. 2.93
moralitas huius fabulæ. ibid.
depictus cum fulminibus in manibus contra periuros. 5.62
præcipuus Deorum ex oliuæ materia coronam ſibi confici voluit. 10.135
ex metallis precioſiſſimis alij Dij. ibid.
quercinus dictus, & quare. 10.178
in ſepulchro Chriſti impie collocatus. 3.53
Iouis & trium fulminum fabula. 11.163
placatus munere. ibid.
Iouis oraculum Dodonæ æreis vaſis circumdatum. 11. 128.
Iuramentum eſt actus virtutis. 5.55
& religionis. ibid.
Deus ipſe iurauit. ibid.
bonum eſt. ibid.
iuramenti conditiones. ibid.57.& 58
iurare temere. 56
quartodecimo anno minores non admittuntur ad iuramentum, apud leges. 57
Apoſtolus iurat ſcripto non verbo. ibid.
iuramentum per Cererem quomodo fiebat. ibid.
ſicut medicina eſt, ex D.Thom. ibid.
veritas, & iuſtitiã id eſt, quod honeſtum, & licitum ſit, in eo ſeruanda. 58
Iuramentum falſum peius quam homicidium. 59
minori & viliori precio vendunt Chriſtum, quàm Iudas. 60
peccati grauitas. 60
Regium Dei ſignum ſeu ſigillum. ibid.
caret omni excuſatione, quia ſolum ex peruerſa conſuetudine. 61
Deridendi ſunt, qui per illud verbis ſuis fidem quærunt, ex Phil. 61
frequens iurandi vſus malus, & aię perniciosus. 62
ſacerdotibus prohibetur. ibid.

Digitized by Google

Iurantibus falſo multa ſupplicia minatur Deus. 5. 62.
Iuramentum per genium Cæſaris prohibitum à Romanis. ibid.
natura ipſa reſpuit periuros. ibid.
cauterio in fronte notabatur periurus ex lege Galliæ Regis. 63
reprimendi ſunt, & reprehendendi. 64
Iuſtificatio eſt quædam ſpiritualis, & myſtica creatio. 7.41
Iuſtificatio & ſanctificatio hominis ardua res, & quare. 15.60
Iuſtitiæ diuinæ gladius obtuſus non peracutus eſt. 2. 96.
ſtillæ aſſimilatur ab Eſaia. ibid.
Iuſtitiæ diuinæ grauitas in Angelos. 2.111
in homines per cogitationes, conturbat. 114
& per ſomnia. ibid.
per grandines, & tempeſtates, & turbines. 114. 115.
ſtillæ aſſimilatur ab Ezech. 115
turbini rapido ab Eſaia. ibid.
aquarum copiæ inundanti. ibid.
miſericordiæ fræno in incarnatione Verbi domata. 119.
numquam magis enituit, quam in acerba Chriſti morte. 11.103
eius, & iracundiæ Dei vehementior cogitatio quoſdam à Spiritus ſancti igne repellit. 15.67
Iuſtitia in iuramento ſeruanda, vt licitum, & honeſtum ſit quod iuramus. 5.58
Iuſti & columbæ proprietates. 7.43
Iuſti animantur ex transfiguratione, extremi iudicij diem memoria repetentes. 8.73
Iuſti, & ſancti bene orant, peccatores non. 8.92
in hoc ſæculo differunt à iuſtis in altero, & quomodo. 8.53
habentes corpus ab illo grauantur, ipſi tamen contra nituntur, & violentiam ſibi inferunt. 15.47
veſtimenta ſunt Chriſti ex Iſaia 49. 15. 82. explicatur.
Iuſtus vocabulum Chriſti per antonomaſiam. 10. 162.
Ixionis adulteri ſponſa puella nubibus amicta ab antiquis depicta. 9.145

L

LAuans, id eſt dealbans, Dei iuſtificantis animas figura. 9.82
Laborem præmittere ſolet Deus requiei, probatur exemplis. 4.34
Labores à Deo miſſi ſeruis, & amicis ſuis magis ſunt beneuoli patris deliciæ, quam iudicis ſæuientis verbera, & cruciatus. 4.35
Laborum genera tria. 4. 42. crux ſymbolum. 43
prius patienter tolerandi, quam eorum præmium, ac mercedem conſequamur. 8.33
exempla plura in ſacris Scripturis. 34
quos martyres ſubeunt, & tormenta, argumentum noſtræ reſurrectionis putabat D. Paul. 14.57
Labyrinthus Cretenſis. 9.38
Minotaurus ibi à Theſeo occiſus. ibid.
Lac melius, quod ex ipſis vberibus ſugitur. ex Auic. 8.73
ei ſimilia bona æterna. ibid.
eſt ſanguis concoctus, ex Ariſt. ibid.
eſt ſanguis colore mutato, vt cremor. 9 89
vt iuuet, corpus malis humoribus expurgari debet. 90
Lactis & fidei proprietates ſibi correſpondent. 15. 69. 70.
Lacedæmonij noctu res grauiores tractabant. 9.3
Lacænæ ſolum viros pariunt. 9.147
Lacrymæ Petri ſimiles aquis maris rubri. 10.95
aquis Siloë quæ vadunt cum ſilentio. 96
Lacrymæ naturaliter bifariam producuntur. ibid.
Lacrymæ poenitentis, ſeu diuinę extinguunt flammas libidinis. 97
plangendo quis triſtitia exoneratur. ibid.
aquis maris comparantur à D. Aug. ibid.
dæmones torquent. 98
animæ ciuitatem velut murus protegunt. ibid.
conſeruant in ſanctitate poenitentem. ibid.
Deum animæ præſentem faciunt. ibid. & 99
non omnes eiuſdem conditionis. ibid.
quædam Deo gratæ, quædam deteſtabiles. 100
quædam ex igne charitatis oriuntur. ibid.
quædam ex libidinoſo, & luxuriante animo. 101
quatuor de cauſis lacrymandum, ex D Greg. ibid.
ex dolore peccatorum ab oculis fluentes fouet Spiritus ſanctus, quia ab eo ſunt. 7.38
fructus eximius. 39
Lactare Verbum, à lacio, quod ſeduco ſignificat, in Scripturis. 8.37. & 9.82
Lactucæ amaræ quibus agnus comedendus olim præcipiebatur, cordis amaritudinem de peccatis denotant. ex D. Ambr. 7.37
Lætitiam ob repentinam multi occubuere. 14.51
Lætatus eſt Deus Pater Chriſti ob aſcenſionem, & quare. 15. 75
Lamia quod genus animalis. 14.20
crudelis ita, vt poſtquam ſuos lactauit catulos interimat. 9 84
Diaboli ſymbolum. ibid.
Lamina aurea à Sacerdote ſummo lata in fronte figura Chriſti. 3.42
nomen Dei ad quid in fronte gereret. 56
Lampas accenſa quatuor habet. 3.41
Lancea ab Eccleſia crudelis vocatur, claui vero dulces. 12. 9. & 10
matris etiam animam pertranſiuit. ibid.
latus, & cor aperuit. 10
Achillis lancea. 13
Lances duo, quæ omnia opera Dei ponderant iuſtitia, & miſericordia. 2.107
Lapides à Iacob ſuppoſiti capiti ſuo dormienti figura incarnationis. 2.12.13
turris Babel inſcripta nominibus ædificantium. ex Ioſepho. 5.47
12. in Iordane poſiti Prophetas ante Chriſtum præfigurabant. 7.20
alij 12. vltra Iordanem figura Apoſtolorum. ibid.
Lapis, quo Dauid Goliam ſtrauit, miraculoſe nomen Ieſu intus habuit, eiusq. myſtica interpretatio. 1 31
Lapis in Thracia dum aqua aſpergitur, accenditur, atque inflammatur. 10.96

ille, de quo aſcendit Chriſtus, à peregrinis abraſus, ſemper integer eſt. 15.68
Later miraculoſe in Concilio Niceno in tres ſuas qualitates, ignem, aquam, terram diſſoluitur, vt confundatur Arrius ſanctiſsimam Trinitatem negans. 1.59
Laſciuies à Daniele ſub bellua crudeli figurata. 4.26
Lateris Chriſti vulnus, vide vulnus.
Laterones, qui defenderent dextram incedentis apud antiquos. 15.42
Latina locutio à Romanis plurimi facta. 10.109
cum ea reſponſa dabant. ibid.
Latrones crucifixi cum Chriſto clauis etiam confoſſi. 10.212
Latro in cruce prius conuiciatus eſt Chriſtum, deinde vero conuerſus increpabat alterum. 11.18
eius conuerſio magis admirabilis, quam Magdalenæ, & Pauli. 19
omnipotentia Chriſti in ea effulget. 20
qualis iſta conuerſio. 21. & 22
Semei reſipiſcens, & orans à Dauide veniam, figura illius. 21
hiſtoria illius. ibid.
Dymas latro nomine vocatus. 23
illuminatus præcipue à Spiritu ſancto. 24
fidem habuit in Chriſtum. 26. & 27
ſpem & fiduciam ſingularem in Deum. 28. & 29
charitatem maximam. 30
locatus in ea ſede, à qua Lucifer deiectus, ex Renal. Abb. 30
fortitudo in eo mirabilis. ibid.
aliæ virtutes in eo. 31.32
Chriſti largitas, & liberalitas in eum. 35.36
ex cruce didicit Chriſtum eſſe regem. 36
ductus in cælum ante alios. 37
ſimplex eius petitio cito exaudita, ne peccatores deſperent. 38.40. & 41
introductus in paradiſum, id eſt vidit claram diuinam eſſentiam eodem die. 43
Latrocinia multa famoſa commemorantur in Scripturis. 11.41
Latus ſuum aperiri voluit Chriſtus plures ob cauſas. 12. 9.10. & ſeq.
Lauare manus ante ſententiæ mortis probationem, mos erat Iudæorum, & Romanorum. 10.166
Laurus perſeuerantiæ ſymbolum. 24.63
Lauro cingebat caput Cæſar, vt fulmen euaderet. ibidem.
Lauri proprium phantaſmatum viſiones fugare.
Lazarus linteo obuolutus è ſepulchro prodijt, Chriſtus nequaquam. 14.35
Lebetes parui in templo, in quos candelarum emunctiones conijciebantur, quid. 16.38
Legio apud Romanos qualis. 20.53
conſtat ſex millibus militum, non equitum, ſed peditum. 60
alijs ſex millia ſexcenta ſexaginta. ibid.
Leæna adulterans cum pardo abluit ſe antequam ad leonis præſentiam ſe ſtatuat. 9.170
Leo nuncupatur Chriſtus in die Epiphaniæ. 6.62
Leonis proprietates. ibid.
eius membris quibuſdam ex parte dominatur ſol. 10.38
cui Chriſtus reſurgens aſsimilatur. 14. 12. & 13. ex Gen. 49.
numquam dormit. ibid.
eius rugitu ceteræ campeſtres belluæ tremeſiunt, ac vltra progredi non poſſunt. ibid.
omnium animalium rex eſt. 14
Leo Græce Rex. ibidem
26. menſes immoratur in ventre matris, deinde dentibus, & vnguibus, quaſi armatus prodit. 14
iter faciens ſua ipſe cauda veſtigia caſſat, & delet. ibidem.
generoſo ac liberali animo præditus eſt. 15
in Africa ferocitas. 14.29
quo pacto ſuperata. ibid. ex Polyb.
Leonis, eiusque ſanguinis generoſitas præclara, ex Euſtrat. 15.39
Leontipolis ciuitas inſignis ab Alexandro ædificata. 14.23
Lex à mundi exordio vſque nunc triplex, naturę legis, ſcriptæ, & gratiæ. 7.13
in ſuperficie calicis deſcribi in altari iubet Deus. 4. 6.
Lex illa ceſſatura erat. 6
Legis gratiæ, & ſcriptæ differentia. 16.20
Legis in monte Sinai, & legis in monte Sion dandæ differentia. 16.23
Lia prius Rachele deſponſata, fidem oſtentat. 9.83
Libamenta in omnibus ſacrificijs quid. 6.49
Liber legis ſuper caput Ioas Regis, & in manu poſitus quid. 15.110
Liberalis eſt Deus adeo, quod plus tribuit, quam rogatur. 11.35
Liberalitas Chriſti in latronem. 35.36.38
Liberalitas Alexandri, ex Plut. 36
Liberalis eſt, & habet manus perforatas, apud Hiſpanos, idem. 14.85
Liberalitas ſumma Dei in incarnatione Verbi fulget. 2. 55. & 56.
Libidinis effrænatæ initijs reſiſtere debemus. 25. 59.
damna quæ infert homini. 8.3
Libra, varie ſumitur. 13.6
Licentia debacchãdi in Chriſti natiuitate falſo introducta à Diabolo. 3.53
Lignum à Moyſe proiectum in aquas amaras, illas dulces reddidit. 9.108
crucis maiorem Chriſti doctrinæ attulit auctoritatem, & quomodo. 9.108
Lignum crucis, arbor vitæ in medio paradiſi, ex Primaſio. 9.139. 10.231
Lilij ſignificatione in ſacris Scripturis veniunt multa. 10.141
Chriſtus per antonomaſiam. ibid.
ſpei ſymbolum. 14. 54. eius natura.
Limbus apud D. Paulum partes inferiores terræ. 24. 2.
Limina eius Chriſtus attigit tantum. 3
Linguæ & cordis figura ſiue proprietates ad inuicem. 16. 16.
Linguæ Eccleſiæ ſunt Doctores. 16.10
Linguarum figura apparuit Spiritus ſanctus Apoſtolis, doctrinæ ſignificans effectum. 16.32
item quia in omnes regiones erant diſceſſuri. ibid.

Digitized by Google

effectus linguarum diuerſus in Apoſtolis,& in turri Babylonica. 31
Hebræa ſola in orbe ante turrim. ibid.
Linguæ diſpartitæ cur in die Pentecoſtes. 32
Linguæ variæ Apoſtolorum arma contra mundum. 33.
Linguæ cum ratione,& prudentia connexio debet eſſe maxima. 16.34
eius qualitates. ibid. 35
ſymbolum eſt ſapientiæ. 35
figura eſt verbi Dei. ibid.
Linguarum cenſor, & reformator Spiritus ſanctus. 16. 36.
Linguæ malum,& damna. ibid.
Linguæ moderatio donum Dei eſt. 58
Lingua maledica velox in proferendo,quæ intellectus concipit. 16.40
iniquitatis vniuerſitas ex D.Iacob. 10.84
Linguæ canum ſalutiferæ ſunt vulneribus. 16.34
hieroglyphicum ſapientiæ,& prudentię in concionatoribus. 34
nerui a cerebro in linguã fluunt non ſine cauſa. 16
in lino altaris ſacrificium conficitur, & quare. 13.7
Lineæ veſtes ſacræ. 7
Linteum quo Chriſtus è Cruce ſuſpenſus coopertus fuit, Aquiſgrani colitur. 10. 201
Litteræ nominis Iehoua,& Ieſu admirabiles. 5.38
plura myſteria continent. ibid.
alphabeti litteræ apud Hebr.& Græcos pro numeris vſurpantur. 39
Litteræ crucis formam gerenti Aegyptij circulum ſupponere ſoliti,& quid. 10.246
Loca quædam Scripturæ duplici ſenſu litterali exponi poſſunt. 2. 36
Locus baptiſmi Chriſti fuit Iordanis, plures ob cauſas. 7.19.20
eius ſitus & figura, ac monaſterium vbi conſtructum, ex Beda. 7.21
Locus orationi aptus quis. 8.94
Locus ſacer, in quo panes propoſitionis comedendi ſunt, pectus purum. 9.165
Locus medius omnium digniſſimus. 15.45
Locus & locatum proportionari debent. 15.77
Locuſtarum proprietas ex D.Greg. 14.78
ſymbolum eorum qui falſis teſtimonijs proximos perſequuntur. 78
Amygdalo mirum in modum nocent. ibid.
Longinus miles percuſſit lancea pectus Chriſti iam mortui. 12.3
à voce Græca, quæ haſtam ſignificat, vel à longo, nomen habet. ibid.
fuit Centurio ille, qui exclamauit videns ſigna. ibidem.
fecit hoc,ne frangerentur crura Chriſti. ibid.
non ex odio,vt quidam opinantur. 5
Longini vita,& mores. 4
ſiniſtrum latus vulnerauit. ibidem
dextrum latus fuit, ex D.Aug. 5
ita S.Brigittæ reuelatum. ibid.
figuræ huius rei. 5.6.& 7
Loquacitas quanta damna afferat. 16. 36. 37. ex Clymacho.
Lorica Apoſtolorũ,& militum Chriſti qualis. 16.77
Lotophagi dilectorum cadauera in mare proijciebant. 13.4
B. Lucas in deſcribenda natiuitate Chriſti omnem faſtum omiſit. 3.61
Lucernæ ſimilis vita noſtra. 15.86
& appetitus noſter. ibid.
Lucidus inſignis mathematicus. 3.45
Lucifer ſolem præcedit. 7.18
Lucifer nouis vinculis ligatus à Chriſto in ſuo deſcenſu ad limbum. 14.3
in Script. eſt dæmon. 14.39.40
aduerſarius noſter. 39
maximus omnium,& antiquiſſimus hoſtis Chriſti. 15. 17
Ludere pro pugnare in ſacris Script. 3.39
Ludi genus quo lapis ponderoſus eleuabatur. 6.52. apud veteres.
Lunæ mediæ Ottomãnorum familiæ inſigne,ſeu ſtemma. 15.9
Luna,quaſi luminum vna. 15.51
decor noctis, dominatrix maris, moderatrix humorum. ibid.
ei ſimilis Eccleſia Apoſtolorum,& fidelium. 15.70
Lupus circa puteum choream agit,adagium. 3.87
Luporum, & ouium inimicitia etiam poſt mortem conſeruatur. ex Alc. 7.34
Luſtrici dies apud Romanos. 4.48
infantes luſtrabant, & nomen eis imponebatur. ibidem.
Luto liniunt parietes adulatores, quia multum nocumenti afferunt. 15.95
Lutherus deſiderabat impugnare præſentiam Chriſti in ſacramento, ſed falſo. 9. 32
Lutheri hæreſis,dubitantis de concomitantia ſanguinis cum corpore ſub ſpecie panis, & corporis cum ſanguine ſub ſpecie vini,dãnata à Conc.Trid. ibid.
Lux æterna dicitur felicitas æterna ab Eccleſia. 8.48
vindicta Lycurgi, Prouerb. ibid.
Lycurgi præclarum factum,in remiſſione iniuriarum. ex Plut. 7.34
Lycurgus legiſlator iuſſit vineas extirpari, & pœnã capitis ſãxit,qui in poſterum plantaret vites. 9.10.
Limbus quid. 14.2
Lyturgiæ plures præſentiam Chriſti veram in ſacramento probant. 9.185.186.187
Lyturgia Chaldæorum, Æthiopum. 185.186

M

Macedonius hæreſiarcha. 16.3
negat tertiam perſonam in diuinis probari ex litteris ſacris. 4
Magus idem quod ſapiens. 6.1
idem quod ſilens. ex D.Baſil. ibid.
ſacerdotes,ac Deorum interpretes. ex Apul. ibid.
Magicæ artis duo genera. ex Cæl.Rhod. 1.& 2
qui ad Chriſtum venerunt, incantatores, & ſuperſtitioſi fuere. 2
Reges erant,etſi ab Euangeliſta non referantur. 3
adorationis huius Matthæus ſolus meminit. 4
opprobriorum,& mortis 4.Euangeliſtæ. ibid.
ex Meſopotamia profecti. 4
quia ſucceſſores Balaam. ibid.

ſtella apparens eis ſub forma Virginis pulcherrimæ. 4.5
ſolo aſpectu illius non cognouerunt Chriſti natiuitatem, ſed cæleſti auxilio. 6
Magi Pharaonis cur in tertio miraculo perpetrando defecerint. 3
ingreſſi Hieruſalem diuina ordinatione. 6
cognouerunt Deum eſſe non hominem tantum, & ſupremo adorationis genere coluerunt. 9
ex facie eius, ex qua diuinitatis indicia prodibant. 10.
obtulerunt thus myrrham, & aurum. 12. & 22
ſimiles perſicis pomis. 12
referunt inde fidem, ſpem, & charitatem. ibid.
eorum plures figuræ. 13. & 14
nubibus aſſimilati ab Iſa. 17
adorant illum à Virgine in ſuo gremio poſitum. 21.
animo & corpore toto in terram proſtrati. ibid.
ſtella abſcondit ſe, dum intrant Hieruſalem. 29.30
ob tres cauſas. 31
hiemali tempore Chriſtum natum quærunt, moraliter quid. 32
vident, & venerunt ſubito. 34
cur tres. 6.50
Chriſto fidelitatis, & obedientiæ iuramentum præſtant. 6.47.48
eorum conuerſio. 66 67.68
tres adorantes Chriſtum initium ſpoliorum eius ex humani generis hoſte. 15.3
Magi Pharaonis defecerunt in tertio ſigno myſticè quid. 36.2
Magiſterium ante trigeſimum annum perperam inuaditur, ex Cypriano. 7.19
Magnarum rerum conditio, vt plus de illis dicatur ſilentio, quam ſermone. 6.43
Magneti Chriſtus ſimilis. 15.72
Maieſtas, grauitas, & magnificentia firmant Reges, & regna. ex Philoſopho. 7.12
Maiorum exemplum efficax ad euertendum ſubditorum animos. 6.39
Maiorum crimina ſemper ſunt grauiora. ibid.
Maledicens Deo, proprio peccato premendus erat. ex Leuit. 4.19
Maledictionibus in lege vet. reſpondebatur Amen, benedictionibus non item, & quare. 21.34
tempore Chriſti è contra. 35
Maledicentiæ morbus quantus ſit, & quot damna afferat. 16.36.37
remedium. 38.39
Malefactores, & damnati ab Hebr. ſepeliebantur in profundo quodam loco fouea corruptionis dicto. 13. 10
Malogranata in fimbria ſacerdotis diuerſa gentes multas oſtendunt. 15. 87. numero ſeptuagintaduo.
Malum creat Deus, ex D. Baſil. quando illud conuertit in bonum. 7.40
Mandragoræ in ſcripturis martyres. 14.28
odor illius. 29
Mane, diluculum, matutinum, vocatur reſurrectio Chriſti. 14.73
Mania, idiomate Perſico ſtultitia. 5.46
Mannichæi, addiderunt enim litteram. ibid.
Manichæorum error de corpore Chriſti in ſacramento damnatus à Conc. Trid. 9.28
ſolem adorabant, tamquam locum ſacrum in quo Chriſti corpus depoſitum conquieſceret. ex D. Auguſt. 15.44
M. Manilius ſuſpicionem dedit Pop. Rom. proditionis patriæ ob humanitatem, & comitatem. 15.86.
Manna figura Chriſti incarnationis. 2.15
Angelorum miniſterio exhibitum. ibid.
ros præcedebat, vt in locum purum deſcenderet. ibid. & 16.
erat confectio Angelorum manibus elaborata. 9.29.
Eo excellentius eſt ſacramentum, cuius illud imago, & figura. 9.66
figura ſacramenti Euchariſtiæ. 9.67
panis Angelorum à Dauide. 67
admirationem Iſraelitis iniiciebat. 68
natura eius ex Num. 11. ibid.
color mannæ clarus, & amaritudine commixtus. ibid. quaſi ſemen coriandri. ibid.
omne delectamentum in ſe habebat. ibid. quo ad iuſtos.
leuiſſimum erat, nec cibus ſolidus animarum fuit. 70.
Mannæ leuitas Chriſtum in ſacramento alienum ab omni pondere, & grauitate notat. 9.70
in nocte deſcendebat. 72
in circuitu paſtorum, vbi erat populus Dei. ibid.
orto ſole manna liquefiebat. 71
ſuper ipſum manna alius ros deſluebat. ex R. Salom. 71
in die ſabbati non deſcendebat. 72
quotidie colligebatur præterquam in ſabbato. 73.
duo myſteria. ibid.
in ſanctuario reponi iuſſa. ibid.
omnia figura ſacramenti. ibid.
quod ſeruatum non computreſcebat, figura corporis Chriſti in ſepulchro. 13.11
Manſuetudo agnina in Chriſto ſingularis. 7.4.5
expreſſa in agni ex maſſa cerea confecta imagine ab Eccleſia antiqua catechumenis dabatur baptizandis. 3
ea vicit paſſionem, tormenta, & luporum rabiem. itidem Eccleſia etiam in iſta vincit. ibid.
Manus tribus digitis in pariete ſcribens Balthaſari oſtenſa Trinitatis inſigne myſterium eſt. 1.50
Manus vocatur Verbum diuinum. 3.58
Manus Moyſi intra ſinum clauſa, valida erat, educta è pectore, debilitabatur, & lepra infici incipiebat. ibid.
quid myſticè. ibid.
Manum admouemus, cum aliquem vocamus. 6.5.
Marcellus Romanorum contra Gallos dux egregie metum equi ſui religione texit. 8
Marci Marcelli apud Senatum Rom. criminis accuſati oratio. 15.81
Marcionitarum error, qui negant corpus verum in Chriſto, concedunt phantaſticum. 3.17
Margarita cur vnio vocetur. 1.17

B. Margaritæ cadauer, intra illius cor repertæ tres imagines, miræ, & diuerſæ&c.ex Raphael Razio. 3. 60.
Margaritarum natura,ex Gemin. 3.34
Mare in Trachonitide regione ter inde aquam dulcem producit. 10.97
rubrum caricoſum.ex Plin. 10.130
Maria Virgo fuit omnium vltima,cuius aſpectui Chriſtus aſcendens ſe ſubtraxit. 15.3
vti Debbora rexit Eccleſiam Chriſto in cælos aſcēdente. 15.98
Maria,vide B.Virgo.
Magdalena typus gentilitatis. ibid.
Maria Magdalena prohibita Chriſtum tangere, id eſt,ea priſtina familiaritate ante Reſurr. 14.87
Mariæ quæ flebant Chriſtum, veluti ſidera errantia. 14.44
Maris ænei ante fores templi Salomonis poſiti myſtica ad ſontem baptiſmatis accommodatio. 1.44.& ſeqq.
Mars immitis planeta inter Iouem & Venerem poſitus a Deo. 2.91
eius ſtatuam Pauſanias catenis ligatam tenebat. 9.50
Martha & Maria ſorores, opinionum tamen varietate diſcordes, ſymbolum fratrum religioſorum. 16.65
Q. Martij fortiſſimi Ducis ſepulchro inſculptus aries duobus ſtans pedibus, & lepus iuxta illum mortuus. 13.13
Lucij Martij Romani milites hortantis ad bellum e capite flammæ ignis erumpere viſæ ſunt. 16.24
Martyrem non pœna, ſed cauſa facit,ex D. Auguſt. 11.30
Martyrum ſanguinis guttæ colligebantur a fidelibus. 14.48
Maſſagetæ feris cadauera deglutienda dabant. 13.4
Materia prima a Moyſe appellata, aqua. Gen. 1. & quare. 16.47
Medi, & Lydij quo ritu firmarent amicitiam, & pacem. 9.104
Mediator inter Deum & homines filius Dei. 2.24
Medicus ab antiquis qualiter pictus. 9.58
eius conditiones. ibid.
Medici Hiſpani inuentum,vt ſanaret ægrotum. 9.59
Meditatio Paſſionis vtilis eſt. 10.& 11
frequens in nobis eſſe debet. 2.& 3
Medius locus ſemper electus a Chriſto. 11.86.& 87
Medius locus omnium digniſſimus. 13.45
in medio cōuexæ cæli empyrei ſuperficiei thronum ſuum poſuit Chriſtus. 45
Sp. Melij comitas ac humanitas ſuſpicionem dedit Pop.Rom.proditionis Reipub. 15.86
Mellis oblatio cur prohibita in lege veteri. 9.131
Memacton præcipuus Athenienſium Deorum, promptus ad miſerendum dictus. 2.92
Mendaces id lucrantur, vt cum vera dixerint,eis non credatur. ex Diog. 5.58
Memoriale proprie dicitur ſacrificium legis veteris. 11.80
Mēdacio diaboli,nequaquā moriemini,opponit Chriſtus,qui māducat hunc panē,viuet in æternū. 9.45
Mens hominis eſt animæ os. 9.48
Mentis humanæ imbecillitas, & Dei excellentia ſunt in cauſa,cur Philoſophi antiqui, & alij de Deo nihil certi poſſe effari ſunt arbitrati.1.1.quibus olim ſymbolis eam gentiles expreſſerint. ibid. eius ſymbolum teſtudo. 1.2
Mentis humanæ conditio,qualiter a veteribus ficta. 2.32
Mentis noſtræ præparatio qualia eſſe debeat ad recipiendum Sacramentum Euch. 9.71
parere non poteſt quid operis boni ſine Spiritus ſancti auxilio. 16.50
capacitas eius maior ipſo mundo.16.55.tria bona, quæ æſtimentur bona,eam implere non poſſunt.56
Menſa ſacramenti regia & Rege digna. 9.96
Menſæ ſacræ apud omnes nationes habebantur. 9.166
Menſæ eiuſdem conuictus humanitatis & beneuolentiæ argumentum eſt. 15.86
Mercator Chriſtus,Apoſtoli nauts. 15.89.90
Mercatori auido Chriſtus ſimilis.7.12. nota.
Mercurius Triſmegiſtus fuit ſapiētiſſimus. 8.quomodo Dei naturam deſcribat. ibid.
Mercurius qualis effingebatur ab antiquis. 3.80
ſuper aceruum lapidum a gentilibus conſtitutus, & quare. 8.21
eloquentiæ Deus ab antiquis dictus. 15.51
Meridies & meridiei tempus quo pacto a ruſticis dignoſcatur. 9.83
Merſio trina in baptiſmo triduanam Chriſti ſepulturam ſignificat. 1.39
Meſſiæ aduentus dilatus plures ob cauſas. 3. 29. vide Chriſtus.
Meſſores diuini Angelici ſpiritus. 9.112
Michas idololatra ſurrepta idola fleuit. 9. 50. & 10. 94. ſymbolum Petri flentis.
Michol in Dauidem ſponſum amor ſingularis. 9.56
irridens Dauidē ſaltantē ante Arcam figura hæreticorum ſacramentariorum. 9.157
Midæ P ygiæ Regis, & Bacchi fabula. 7.13
Milachian ſupremus Deorum Lacedæmonum, placidus, & mitis. 2.92
Melciades Rex maximæ humanitatis. 15.87
Mileſius Philoſophus atheus. 1.60
Milites ac Duces de fortiter a ſe geſtis gloriantur. 5.4
Milites comprehendentes Chriſtum ſimiles canibus & apibus. 10.66.& 67
Milites profani, & milites Chriſtiani opponuntur. 10 87
a Iudæis pecunia ſeducti plura in Chriſtum tormenta & flagella intulere, quæ neſciuit Pilatus. 10.143
quidam veſtibus coccineis induti, vt aſpectu rubei coloris ad prælium incitarentur. 10. 127. ex Veget.
Militum vitæ ſollicitus dux eſſe debet. 15.66
Milites Chriſti Apoſtoli, qua lorica & thorace a Spiritu ſancto muniti. 16.77
vitro debiliores erant ante Pentecoſten. ibid.
Miluus terrenos homines ſignat,ſubmittentes ſe omnibus honorum cauſa. 7.39
Minerua ſapientiæ Dea ab Aegyptijs depicta veſtibus induta. 2.72

Mini-

Miniſter, qui dedit alapam Chriſto, fuit Malchus, cui reſtituta fuit auricula. 10.71
Minor militum numerus glorioſiorem reddit victoriam. 15.24
Miraculum ingens de tribus aquæ guttis ſuper altare lapſis, earumq. in vnum coitio. 1.24. aliud de tribus pillulis carneis in corde S. Claræ inuentis. ibid. aliud de latere lapide in Concilio Niceno in tres ſuas qualitates, ignem, aquam, terram diſſoluto ad confuſionem Atrij ſanctiſſimam Trinitatem negantis. 1.59
Miphibozet filij Ionathæ humilitas. 9.171
Miraculum quo Chriſtus ſatiauit quinque panibus hominum quinq. millia, figura Sacramenti. 9.93
Miſeretur Deus facile hominibus, quare. 11.39. nemo tamen illa abutatur. 40
Miſericordiæ ara ſacra, & præſtantiſſima a veteribus culta ex Pauſan. 2.93
nullum ei pondus, vel menſura. 100
diuina excedit oīa attributa, & quomodo. 91.92.94
magna, vocatur ſæpiſſime 100.101.106
Miſericordiæ diuinæ in homines plures figuræ. 2.90 91.
Miſerendi motiuum intra ſe reperit Deus, puniendi vero extra ſe. 94. aquæ ſimilis. 96
proprium eſt Dei, atq. illa quaſi recreat ſe, & ſolatur. 97
gloria Dei ab Apoſt. dicitur. ibid.
cælo comparatur a Dauide. 98. & quomodo. 99
Miſericors Deus in incarnatione Verbi. 2.118
leo, & agnus vocatur. ibid.
ad miſericordiam Dei tria ſpectant. 109
miſericordia Dei in lege gratiæ. 110
Miſſa triplex cantatur in natali Domini ab Eccleſia, & quare. 3.90
Miſſæ ſacrificium vocatur a Dauid teſtamentum. Pſal. 49. 9.25
Miſſa Mozarabe more Arabum, a S. Iſidoro compoſita. 9.114
Miſſa eſt repræſentatio vitæ Chriſti. 11.70
Moab Regis factum immolando filium ſuum, vt auerteret obſidionem. 10.193
Modo redemptionis, & miraculorum Chriſti plus nos debemus quam ipſi redemptioni. 4.33
Modus vocandi apud Deum duplex, & diuerſus eſt. 6.34.
Modi orandi diuerſi apud ſacros, & profanos. 8.92
Moly herbam contemplādam Regibus Homerus proponit. 6.25. radices eius nigræ, flores candidi. ibid.
Modus operandi per intellectum, & operandi per voluntatem differt. 16.7
Monachi aliqui cum periculo degunt in vrbibus. 8.89
Monumenta aperta in die mortis Chriſti. 11.114. fuit hoc ſignū diuerſum ab alijs, & q̄d denotauerit. ibid.
Montes ſymbolum ſuperborum. 2.47
Mons victorialis apud Magos. 6.5. in eo tribus diebus ſacrificia Deo reddebant. 5
Montem aſcendit Diabolus, vt tentet Chriſtum. 8.2
cacumina Deus elegit ad ſingulares actiones exercendas. 8.11
moraliter quid. ibid.
coagulatus Sion. 8.59. id eſt cæleſtis Hieruſalem. ibid.
Montes deſciſſi in paſſione Chriſti. 15.102
Mordacis linguæ pœna, & temporalis, & ſpiritualis. 16.39.
mori punitæ a Deo in Aegypto, qualiter. ibid.
Mori arbores a mora in flores emittendo. 2.113
Moroſitas cogitationum obſcænarum fugienda. ex Hier. 14.15.59
Morum correctio, & reformatio a tenera ætate incipienda. 4.25
Mors Chriſti exceſſus amoris dicta. 8.12. & 13
in ea cæli non dicuntur aperti, quia dies erat iræ, & vltionis. 7.23
Mortuus Chriſtus ipſe aperit cælos. ibid.
ab Eccleſia catholica continuis fletibus lugenda. 10.19.
ſingulare ſtratagema contra Diabolum fuit, non dedecoris indicium. 14.39
Mors a Chriſto quomodo ſuperata. 14.40
de ea triumphauit Chriſtus mirabili modo. 15.38 11.99.
Mors quid. 9.135. contraria vitæ. ibid.
Mors, & mortui duplicis generis. Ioan. 6. & Matth. 8. 9.74.
Mortis memoria in omnibus actionibus gaudij, & gloriæ ſuæ, a Chriſto facta. 8.71
de ea in trāſfiguratione loquebatur. ibid. & quare 73.74.
Mortis recordatio remedium ad cohibenda vitia. 8.74. mortem diſſuadet Diabolus. 75
ante Chriſtum leo ferociſſimus a Samſone deuictus. 14.41. quo pacto ſuperata a Chriſto. ibid.
Mortis tyrannis quando ceſſabit. ibid.
Mortuorum cadauera tripliciter condiebantur ab Hebræis more Aegyptiorum. 13.5
eos in vitā reuocandi nullum vmquā remedium a medicis traditum. 14.16
reliqui excitati, erectiq. a ſepulcbris, Chriſtus ipſe ſe ipſum erexit, & ſuſcitauit. 14.21
Mortuorum corporum reſurrectio non cognita a Philoſophis, ſed immortalitas animæ. 14.32
vniuerſalis fiet ad Chriſti exemplar ex ſuæ paſſionis merito. 41
quomodo colligitur a D. Paulo in epiſt. ad Cor. 14.57
Moyſes vidit in poſterioribus Dei, & dorſo eius ſcriptum, Deus miſericors, clemens, patiens, &c. 2.108
Moyſes hiſtoriam ſuam a Trinitatis myſterio exorditur. 1.65
Moyſis exordium ſimile Ioannis Euangelio. 3.4. differentiæ. 5
ſigna in Ægypto fecit virtute nominis Iehoua ex Heb. ſententia. 5.153
in monte Thabor an comparuerit in corpore alieno, vel proprio. 8.10
faciei eius ſplendor offuſcauit Hebræorum oculos, Chriſti vero Apoſtolorum nequaquam offuſcauit. & quare. 8.67
nullum ſignum ſine Crucis ſacramento peregit. 10.228.
euaſit ex internecione primogenitorum ſolus, qui & Pharaoni regnum abſtulit. 15.59. figura initiorum cogitationum obſcænarum. ibid.
figura Chriſti. 15.64

Moy-

RERVM ET VERBORVM.

Moyſes,& Elias teſtes transfigurationis Chriſti, & quare. 8. 69.70. 70
R.Moyſes Gerundenſis. 11.98
R.Moyſis bar Maimon de Chriſto ſententia. 10.103
Mulier quare iuſſus ſit caput velare.1.28.& ſeq.
Mulieres antiquitus virorum nominibus ſolitæ nominari. 6.65
an vinum biberent, examinabantur reſpiratione, & oris anhelitu ex Plat. 9.101
victoribus obuiæ canticis,muſicisque inſtrumentis illorum celebrabant victorias. 14.67
quæ tempore paſſionis Chriſti contriſtatæ, gratulatæ B.Virg.de Filij reſurrectione. ibid.
Mulieres fortes profanæ. 15.111
fortis ſacra,quæ operatur iuxta quod credit. 113
Mundi ætates & partitiones. 3.45
Mundi ſtatus qualis 2. 76. 77. & tamen dilectus a Deo. 78
Mundus duplex.Ioann.1. 9.75
Mundus & Euangelium tamquam duo extrema oppoſita,a Chriſto copulata.13.105
Mundus qui,& quid. ibid.
Mundus nouus Eccleſia catholica a Greg.Nyſſ.dicta. 16.40.item proprietates.
Mundi huius creatio & perfectio & abſolutio tribuitur Spiritui ſancto. 16 42
Mundi anima & mens Spiritus diuinus. ex Platone. 16.51
totus ſua varietate enarrat opera Dei. 16.55
hic vnus in plures mūdos a veteribus diuiſus,& bene. 16.58
eius honores recuſat Chriſtus.8.3.eum imitari debemus.ibid.bona eius vana & caduca ſunt. ibid.illius cultorum poena. 4
Muneribus olim ſalutabantur Reges a ſubditis, nec ſine illis inuiſebantur.6.11.Deus ipſe petit munera, Exod.23 ibid.
Munificentia diabolica diuitiæ,honores, & alia,varia ſunt,& caduca. 8.3
Murenula dicitur a murena piſce formam anguis referente. 9.82
Murex Remora ſalutaris dicta.ex Plin. 3.30
Muri Iericho vocibus & clamoribus corruerūt.16.32, non exploſione tormentorum.
Muſico in conuentu tria conueniunt, ars, manus, & corda. 2.23
Mutabilitate homo omnes creaturas ſuperat. 11.120
Mutatio in nobis & morum reformatio qualis eſſe debeat. 9.144
Muti ſeptem diebus permanſerunt amici Iob videntes eum in ſterquilinio. 11.83
Myrrhena vaſa apud veteres precioſa. 10.199
Myrrhetum vinum ſuaue & iucundum. ibid.
Myrtini olei virtus. 3.42
Myſteria diuina oculis Sponſæ & ſpiritualibus inueſtiganda. 9.10
Myſteria,quæ de Chriſto prædicat Eccleſia, ſuperant omnia figmenta,& fabulas poetarum. 15.36
Myſterium ſacroſanctæ Trinitatis impenetrabile. 1.2. in magis Pharaonis oſtenditur.ibid.& 6.
cur a patribus Veteris Teſtamenti non plene cognitum. 1.19

N

NAaman Syrus non mundatus fuiſſet a lepra, ſi ſeruorum conſilia ſpreuiſſet. 6.13
ſecum tulit terræ ſanctæ partem. 8.74
lotus in Iordane iuſſu Eliſei figura noſtrum abluendorum in baptiſmo Chriſti. 9.20
Nabot,homo fructificans interpretatur, 10. 172. vinea Eccleſiæ. 172
Nabuchudonoſor in vexillis columbæ ſignum depictum.7.12.columba dicta a Hierem. ibid.
Nabuchodonoſoris, & Pharaonis diuerſus exitus ex eorum actibus. 8.30
eius ſtatua ſymbolum diſſenſionis. 16.60
Nagas verbum diuerſæ ſignificationis apud Hebræos ſi diuerſo puncto ſignetur. 10.145
Nardus ſymbolum humilitatis in ſacris Scripturis. 15.118
Naſcitur Chriſtus bis, carnaliter, & in baptiſmo. ex D.Aug.7.c.17. Secunda natiuitas præclarior. ibid.
Natalis & reſurrectionis Chriſti quædam conuenientia. 14.23
Natura Opalis lapidis precioſi myſtice Dei naturā inſinuat. 1.48
Natura humana decimum locum habet poſt nouem choros Angelorum. 3.77
ipſa reſpuit periuros. 5.62
prouidet fructus folijs, ac frondibus varijs tegendo. 7.16
prodigium in vaſe aureo ex Photino. 74.24
Naturæ diuinæ deſcriptio per Mercurium Triſmegiſtum. 1.8. eadem ab Aegyptijs ſolet circulo ſignificari. ibid.
item a Pythagora circumactu corporis diſcipulorum. ibid.
item a Numa Pompilio Rege Romanorum in orbem conuerſione. ibid.
Naturalia omnia mutatis conditionibus & qualitatibus mutant locum. 15. 78
Nautæ Chriſtiani ingruente tempeſtate Agnum Dei ex cera benedictum in mare proijciunt, vt periculum euadant. 7.4
Nautæ Ionam in mare proijcientes figura Pilati lauantis manus ſuas. 10.166.167
Negatione vtitur ſacra Scriptura ad ſignificandam Dei immenſitatem,& alia eius attributa. 1.13
Nemo,apud Latinos,quid. 16.4
Neptunus a Virg.fingitur volaſſe. 15.36
Nero Britannicus occiſus inter ſacra menſæ,ex Corn. Tacit. 9.166
Nerui a cerebro in linguam fluunt, naturæ non ſine cauſa. 16.34
Nicodemus inſignis illius Gamalielis nepos, Phariſæorum ſectæ princeps. 13.3
veluti aureum caniſtrum candidis roſis plenum. ibid.
Nitri virtus,vt carnes penitus tabeſcere faciat. 13.5
Nobilium effrænati mores non nobilitati, ſed conſuetudini prauæ adſcribendi. 6.26
Noctua apud Athenienſes inſigne ſecretū oſtendit.9.3
Noe ebrius,& denudatus,figura Incarnationis Chriſti. 2.11

Nomen

Digitized by Google

Nomen ſanctiſſimũ IESV miraculoſe repertum in lapide, quo Dauid Goliam interemit, myſtice quid ſignificauerit. 1.51
figura Chriſti nudati in Cruce. 10. 220
Nomen aliquod rebus dare, vel imponere non poteſt. qui non nouit illarum proprietates. 4.27
cur mutarentur in Circumciſione. 4.55
Nomina quæ quis bene agendo, ſeu ſtrenue, vel marte proprio adeptus eſt, pluris habentur, quam quæ a parentibus accipiantur. 5.1
Nomen quæ res accipiant. 9. rebus adaptari deber. ibid. eſt quaſi notamen. 10. & diſtinctiuum naturarum. ibid.
neceſſitas illius ab imperfectione, & defectu rerum naſcitur ex Ariſtot. & quomodo. 11
Nouo nomine bello capti a Chaldæis donati. 12
Nomen Domini admirabile, honorandum, & terribile. 14
Nomen Dei gentiles multiplex faciunt, quia dij multi. 15
Nomina impoſita ab hominibus, differunt alijs, quæ Deus indidit. 5.24.25
Nomen honorificum impij & boni optant. 5.47
Nomẽ ſuum æternitati conſecrare optant omnes. 47 impiorum putreſcet ca Eccleſ. ibid. boni & ſancti viri hoc aſſecuti. 47. & 48. per nomen Dei iurans tres conditiones obſeruet. 56.57.58
Nomina Dei terribilia ante Chriſti aduentum. 7.5
Nouæ res nomen retinent earum rerum ea quibus factæ fuerunt. 9.111
Nox apud veteres diuiſa per quatuor vigilias, quarũ quælibet continebat tres horas. 10.214. dies etiam ita. 215
Nubes miſericordiæ diuinæ ſymbolum. 2.96.97
Nubes cum ſcinditur, magnus auditur fragor. 3.49
in aſcenſione Chriſti non ſine myſterio. 15.32. ſplendida fuit, non tenebroſa vel obſcura. ibid. & 33. huius figura nubes in tabernaculo Moyſis. Exod. 40. 33
domicilium proprium Dei ex ſacris Script. ibid.
in nubibus pluries apparuit Deus. 2.34
Nubecula tempore Eliæ excreſcens pluuiam attulit terræ ſiccæ, figura vtilitatis Aſcenſionis Chriſti. 34.35
Nubes inter Septemtrionẽ & Meridiem ſereno cælo exiſtens ſignum eſt euidens pluuię futurę, ex Plin. 15.35
Nubecula quæ ſurrexit Eliæ precibus tempore ariditatis ſymbolum Chriſti. 16.28
Numa Pompilius iubebat Deum, ad ſignificandum eius æternitatem, corporum in orbem conuerſione adorari. 1.8
Nũmerus litterarum nominis IESV admirabilis eſt. ex Beda. 5. 39. triplicem reſurrectionem quam Chriſtus operatur, ſignificat. ibid.
Numerus ternarius Deo gratus, olim Pallidi ſacer, & quare. 1.40
Numiſmate in bono tria requiruntur ex Iſid. 11.78
Nundina Dea apud Romanos. 4.48
Nutrices cum lacte pueris ſuos communicant mores. 9.91
Nutrici aſſimilatur Deus in Aſcenſione Chriſti. 15.15
Nycticoracis & aquilæ oculi diſſimiles. 15. 118

O

OBedientia Iſaac præſtantior obedientia Abrahami. 9.158
Oblatio de ſartagine minutatim diuidi debebat. 10.1
Obſequium Chriſto a Latrone bono factum ſumme placuit. 11.32
Occaſiones peccatorum remouendæ, vt quis ſpiritualiter reſurgat. 14.60
Occupationes externæ impediunt orationem. 8.95
Octauianus mandat ſe a nemine vocari Dominum, quia natus erat verus Dominus. 3.85
Octauus numerus gloriæ reſurrectionis conuenit. 4, 48. octaua die circumciſus Chriſtus. ibid.
Oculum Dei vocat D. Greg. filium Dei. 2.60
Oculus cum ſceptro apud vet. ſymbolum ſapientiæ & potentiæ diuinæ. ibid.
Oculi cuſtodiendi, ne in peccatum labamur. 8. 83
naturæ circa hoc prouidentia. 84
feneſtræ ſunt animorum. ibid.
Oculorum cuſtodia apud profanos. 85
Chriſtus quater tantum illos eleuauit. 86
Oculi rationis humanæ, & oculi ſpirituales diuerſi. 9.9
Oculorum Chriſti mirabilis virtus. 10.90.91
lucidiores ſuper ſolem. ex Eccleſ. 91
a Thracibus qualiter depicti. ibid.
aquilæ & nycticoracis diſſimiles. 15.118. in hominibus quales. ibid.
Oculi Eccleſiæ antiſtites. 16.9
Offenſus Chriſtus magis curat ſalutem noſtram, & opitulatur. 9,13.14
Oleaſter iuſtificati figura, & quomodo. 16.48
Olei fons ortus Romæ in regione Tranſtiberina nocte natalis Chriſti. 3.56
nutrit, & ſanat ex D. Bern. 5.51.52
ſymbolum adulationis. 6.39
Oliuæ duæ ante candelabrum populus Hebræus, & gentilis. 6.16
Oliuarum mons Eccleſia. 15.102
Olympus mons adeo eſt ſublimis, vt ventorum flatus eius verticem non attingat. 9.148
Olympi in montis cacumine nulla aeris perturbatio. 11.56
Omnipotentia Dei in cõfœderatione rerum diſsimilium. 2.58.59
maxime elucet in Sacramento Euchar. 9.43.47.48
Onagrorum natura ſitientium, vt ex turbidis aquis minime bibant. 11.65
Onyx rixas contentioneſque immittendi occultam vim habet. 14.8
Opalus lapis precioſus quomodo Dei naturam ſua natura explicet, & indicet. 1.48
Opera bona quæ facimus, ſecreta eſſe debent. 8.87.
perfecti & imperfecti quomodo ſe gerant. ibid.
Opera etſi minima bona iuſtorum, id eſt parui momenti, merentur in præmium Dei viſionẽ, & quomodo. 8.50
Opera pœnalia & ſatisfactoria Deo offerre in compenſationem pœnarum quas mortui debent exoluere pro commiſſis delictis, eſt baptizari pro mor-
tuis

Digitized by Google

tuis apud D.Paul, 14.57
Opera Chriſti ex obedientia Patris prodibant. 13.10
Operibus omnibus bonis corona adijcienda, id eſt perſeuerantia vſque ad mortem. 15.18
Opus (redemptionis) a Chriſto cõſummatum, & perfectum. 15.71
Operum Dei & redemptionis conuenientia cum Sacramento Euchariſtiæ. 9.62.63.64
Opera a Chriſto in Eccleſia coepta a Spiritu ſancto abſoluta. 16.41
Opes quas Chriſtus donauit Eccleſiæ. ex Pſalm. 83. 16.43.44
Optimus veſtrum, monarchiæ ſucceſſorem dixit Alexander eligendum morti proximus. 15.25
Ora veſtimenti Aaron ſunt iuſti, in quos Spiritus ſancti vnctio deriuatur a capite Aaron, id eſt Chriſto. 16.61
Orationis ſacrificio qui vacat, purus eſſe debet. 3.31
Oraculum Delphicum fatetur ſanctiſſimam Trinitatem, 1.58
Oratio transfigurat mentes hominum. 8.82. & ſeqq.
Nabuchodonoſoris transformationi ſimilis. 89
mutat Saulum in Paulum & prædicatorem. 90
Orationis bonæ tres conditiones. 90.91.92
Orandi modi varij apud ſacros & profanos. 92. attentio neceſſaria, quæ tres gradus habet. 92. vigiliæ ſimilis. 93
locus aptus requirendus. 94
Occupationes externæ quia impediunt, remouendæ. 95
Dei recordatio, & præſentiæ illius iuuat. 96
Orantes cur faciem ad Orientem conuertimus. 10. 211.212
Orat Chriſtus pro ſe conditionate, pro inimicis ſuis abſolute. 11.5
Orationis huius ſuauitas, 8
Oratorum Romanorum mos. 10.137
Oratorum linguis Arietis ſignum cæleſte fauorabile fertur. 138
Ordo rerum Deo gratus, dæmoni vero diſplicet vti perturbationis & confuſionis amantiſſimo. 16. 68. & quare.
Origenes non aſſeruit Chriſtum in Aſcenſionis ſuæ die in ſole ſubſtitiſſe. 15.44
Ornamentorum, quibus victores honeſtabantur, duo genera, apud Romanos. 8.58
Orphei fabula, & vxoris. 2.64
Os non ſemper debet eſſe clauſum, ſicuti ianua non ſemper patet, nec ſemper clauditur. 16.39
Oſſa mortuorum proiecit Ioſias in templa deorum a ſe deſtructa. 8.74
Oſculum quale quærebat Sponſus a Sponſa ſua. 9.60
Oſcula quæ petijt & accepit Sponſa. Cant. 1. a Sponſo Chriſto. 16.50
Oſtium Arcæ Noe, figura vulneris Chriſto lancea inflicti, 12.6.& 7.
Ouium & luporum inimicitia etiam poſt obitum perſeuerat. 7.34
Oza repentinæ mortis caſu extinctus a Deo & quare. 8.17
Ozæ a Deo occiſi peccatum, quod nocte præterita rem cum vxore habita tetigit Arcam Dei. 9.167

P

PÆonis ſeu Aeſculapij fabula. 10.138
Pacis templum perpetuum Chriſti in natali corruit. 3.56
Palatia regum iniquitatis vniuerſitas vocari poſſunt, 10.84. D. Bern, ſententia. 85. Babylon a Hieremia dicitur. ibid.
Palea reprobatorum ſymbolum. 8.27
Palæſtinæ feminæ odoriferas myrrhæ guttas inter vbera deferebant. 13.7
Palladi numerus ternarius ſacer, & quare. 1.40
Pallij puluis a virga excutitur non ad illud efferendum, ſed purgandum. 15.93
Palma figura Crucis, Cant. 7. 15.7
Panem ne frangas, Pythagoræ ſymbolum. 9. 6. quid.
Pane, & vino omnis inopia locupletatur. 9. 4. frangitur in ſacramento, & quare. 7
Panis quotidianus in oratione Dominica quid. 9. 113 114.
Panis ex acceptione ſãcti confirmati in multis. 9.126
panis gladius Gedeonis. ibid.
Panes propoſitionis in loco ſacro comedendi, id eſt pectore puro, 9.165
Panis Dei antiquorum ſpecies, & effigies. 12.117
Panthera Aegyptij hieroglyphice Dei perfectionem ſignificabant, & quare. 1.9
odore trahit ad ſe animalia, ſed viſa deformi facie illa fugat. 10. 158. ex Plin.
Papilio lucernæ inuolans humanæ temeritatis in ſcrutandis diuinis arcanis ſymbolum. 1.6
Paradiſi voluptatis varia nomina. 2.30
Paradiſus latroni a Chriſto promiſſus quid. 11.42. & .43.
Paradiſus vnus in orbe ad Orientem, amoenitas eius ſumma, & ſingularis. 16.41
Parcæ tres ſorores a Poetis fictæ. 2.120
Parentes ius habent imponendi nomina liberis. 5.33
Paries eſt peccatum inter Deum, & homines. 15.95
Parmenides amorem primum omnium deorum fuiſſe aſſeruit. 2.81
Parrhaſij, & Zeuxis certamen in picturæ arte. 9.46
Parrhaſij pictoris excellentia ex Plin. 6.10
Particula, quæ in Circumciſione ablata fuit Chriſto, ſeruatur apud S. Io. Later. 453. & quomodo 54. delata ab Angelo ad Carolum Magnum. ibid.
B. Virgo illam conſeruauit vſq. ad mortem ſuam. ibid.
Parturientis gaudium maximum ex duplici capite. 2.98.
Parturientis dolor ex duplici ratione cauſatur, 3.62
B. Virgo ſine dolore peperit. 63
Paruulis ſeptimus dies periculoſus eſt, ſi incidantur, aut vexentur. 4.48. ex Ariſt.
Paſchalis agnus figura ſacramenti Euchariſtiæ. 9.29
Paſſio Chriſti
minutatim diſtinguenda, & conſideranda. 10.1. & 2
memoria illius frequens in nobis eſſe debet. 2. 3. & 5. vtilitas, 9. & 10. & 11
in ſe ipſo paſſus eſt Chriſtus, & in membris, in alijs ſanctis. 6
quis paſſus fuerit, conſiderandum. 19

fru-

Digitized by Google

fructus paſſionis. 11.& 12
diſpenſationis cuiuſdam inæſtimabile ſacramentum ex D.Chryſoſt. 52
Paſſio Chriſti, & reſurrectio eius differunt quoad exemplaritatem. 14.58
Pati pro Chriſto, & credere debemus, ex diuo Paulo. 15.91
Paſtores Hebræi ad adorandum Dominum natum electi.& quare. 3.76
tremientes atq. ſtupentes conſolatur Angelus. 76 & 77.
Paſtores Chriſtum in præſepio, Reges in gremio Virginis reperiunt, & quare. 6.44
Paſtoribus M. Varronis præceptum circa canes. 9 95.
Pater principium ſine principio. 3.5
Patris vox, Spiritus ſancti columba, & Iordanis aqua non ſine myſterio in baptiſmo Chriſti concurrerunt. 7.28
Pater, & Filius in diuinis dici poſſunt duo ſpirantes adiectiue, non duo ſpiratores ſubſtantiue. 16.4
Pater dedit filio omnia quæ habet præter eſſe patrem, explicatur Damaſc. 16.46
Pater tener, Pater Regis, Ioſeph a Pharaone dictus. 15.25.
Patres veteris Teſtamenti cur non clare Trinitatis myſterium cognouerint. 1.19
Patrum antiquorum deſiderium aduentus Meſſiæ. 3. 25.26. cicadæ dicti. 26
Patres antiqui ad mortuos excitandos ſe ad illorum cadauera inclinarunt. 9.136
Patres ſancti plures probant præſentiam Chriſti veram in ſacramento Euchariſtiæ. 9. 185. 186. 187. 189. 190. 191. 192.
Patrinus in confirmatione. 16.78
Pater ſpiritualis eſt confirmati. 79
contrahit affinitatem cum eodem. 80
Patriæ cæleſtis dignitas, & bona. 15.77
Paulus. Apoſt. myſterium incarnationis Chriſti cognouit ex reuelatione. 2.3
Paulus Apoſt. vocatus Paulus, eo quod Sergiũ Paulum ad fidem conuertiſſet. 5.8
Paulus Apoſt. dum ei caput abſciſſum, repetebat nomen Ieſu. 5.28
caput eius ter ſaliens tres fontes aquarum produxit. ibid.
Paulus flagellatus ab Hebræis quadraginta, & vna minus, & quare. 114
Paulus prædicans reſurrectionem ſtultus habitus 14.5.
D. Paulus ad dextram D. Petri in imaginibus cur apponatur, ex D. Tho. 15. 43. & c. ex humilitate D. Petri.
Pauli Aemilij eximia liberalitas, & amor. 2.79
Pauli V. ſummi Pontif. dictum, cum aſſumptus fuit ad pontificatum. 9.98
Pauci, & electi, vocabuls æquipollentia in ſcripturis. 8. 28.
Pauit Deus populum Heb. vmbris bonorum quibus nunc fruitur Eccleſia. 9.84
Pauperies moleſta habita etiam Salomoni ſapientiſſimo. 3.81. Chriſtus dilexit eam. 82. poſt Chriſtum reddita precioſa, & tamquam ſancta. 82
Pauſanias Martis ſtatuam catenis ligatam tenebat. 9.50.
Pax vniuerſalis inter Deum, & homines a Chriſto facta. ex D. Paulo. 3.91
Pacis Princeps Chriſtus. 3.36
Pax eius pijs tantum promittitur. ibid.
Pax ab hominibus maximi habita. 11.104
eius bona ex Eurip. ibid.
Peccator Aethiope turpior ac nigrior poſt baptiſmũ niue candidior euadit. 7.4
Peccator maioris ponderis quã factus homo. 10. 179 item quam carenæ, ſalis, & maſſæ ferri. ibid. ex Sal. peccatũ põdus. 108. eius grauitas ex duobus ibid.
Peccatores publici accedentes ad Sacramentum, a Deo reprehenduntur. 9.173
occulti etiam. Hier. 58
Peccatores per ſpinas in ſacris Scripturis deſignantur. 10.139
Peccator in mortiferam culpam incidens, ſine gratia Dei non valet excitare cor. 14.59
cor illius ſimile feræ. ibid.
Peccatorum ſegnities quod non reſpondent Deo vocanti. 15.88
Peccatum ſeparat nos a Deo, ac culpa. 3.19. ex diuo Paulo.
Peccatum in ſcripturis multa ſignificat. 4.19
Peccati mortalis macula, & culpa quam formidabilis eſſe debeat. 4.18.19
Peccata delentur, ac tolluntur in baptiſmo, vt nec eorum remaneat veſtigium. 7.9
Peccatum eſt nihil. 7.41
Peccans conuertit ſe ad peccatum, & conſeq. ad nihil. ibid.
Peccatum eſt cauſa reprobationis. 8.31
Peccatum conſummatum in paſſione Chriſti. 11.69
Peccati expers, & incapax caro Chriſti, quia vnita diuinitati. 15.30
Peccatum quid ſit, eiuſq. deſcriptio. 1.25, & ſeq.
Chriſto aſcendente veluti fumus diſparuit. 15.82
Peccatum magnus dæmon ex D. Chryſoſt. 15.114
Peccatum tollens Deus de medio, non tollit peccatorem, & quare. 15.94
Pectus Chriſti lancea vulneratum fuit poſt mortem eius. 12.8
definitum in Conc. Viennen. ibid.
ſolus Ioannes Euang. de eo meminit. ibid.
Pedes Sponſi aurei apud Cant. & pedes Sponſi Dei pedes ignei apud Ezech. conciliantur. 2. 102. 103. pedes Dei.
Pedes Chriſti ſunt prædicatores. 10.207
Pedes Dei miſericordia, & iuſtitia. ibid.
Pedum ablutio ante cœnam facta a Chriſto indicat animi, & corporis puritatem. 9.169
Pellicani amor erga pullos ſuos. 2.88
Pellicanus pullos ſuos viuificat ſanguine ſuo roſtro extracto. 9. 103. figura Chriſti.
Pellicani pietas in filios. 12.12
Pellicano ſimilis Chriſtus. ibid.
Pentecoſtes, & Euchariſtiæ ſacramenti conuenientia. 9.66.
Peregrini in forma Chriſtus poſt reſurrectionem apparuit, & quare. 14.79
Peregrinus Chriſtus in omni vita ſua. ibid.

preſe-

Perfecta vnica creat natura. 9.87
Perfectio Chriſti menſuram non ſubit, reliqua vero creata in numero pondere,& menſura. 16.29
Perforatas habet manus, & liberalis eſt, apud Hiſpanos idem. 14.85
Periclis inſignis philoſophi dictum. 9.166
Periclis Athenienſium Ducis victoria fœda. 15.24.
Periurium peius,quam homicidium. 5.49
præſcitorum,& reproborum idioma. 60
natura ipſa reſpuit. 62. lex Galliæ Regis contra periuros. 63
de Perro que muerde, y non ladra, de eſe te guarda,prouerb.Hiſpan. 6.38
Perſarum magi herbis, hordeaceiſque panibus veſcebantur,humique quieſcebant. 6.1
Perſarum,& Aegyptiorum ritus ineūdi fœdus.9.99
Perſarum inſignia eadem, quæ & Cupidinis,arcus, pharetra,& ſagittæ. 15.9
Perſeuerare debemus in gratia, vt non moriamur denuo. 14.61
Perſeuerantia,quid. 62.Perſeuerauit Chriſtus, nec deſcendit de Cruce. ibid.
eius exemplaria duo percipua in creatis. 63. ei ſolus Diabolus inſidiatur. ibid.
Perſeuerantia ſola in Chriſtianis admirabilis virtus eſt,& Deo gratiſſima. 15.17
Perſica poma in Perſia venenoſa ſunt eunt, in Italia, Hiſpania,alibiue deponunt venenum. 6.12
Perſonarum diuinarum conſilium in creatione hominis. 2.30
Petitio latronis ſimplex a Chriſto exaudita, aliorum vero ſanctorum minime,& quare. 11.38
Petra vocatur Chriſtus a D.Paulo. 7.43
Petræ quædam in Phrygia ſole eas irradiante guttas aquæ emittunt. 10.92
Petrarum ſciſsio die mortis Chriſti prædicta ab Iſa. 11. 113. Petra,ſuper quam poſita creat crux quid ſignificauerit. 214
Petra virga Moyſis percuſſa figura vulneris Chriſti ex lancea. 12.7
Petrus vtebatur gladio,& quare,10. 58. ei permiſſum auriculam ſerui ſcindere iuſto Dei iudicio. 58.59.dextra fuit.ibid.
peccauit amputando auriculam. 60.ſecundum alios patres non peccauit.61.& 62.ex D.Hier.
dum ipſe Romæ capitur,non educit gladium, & quare. 61
Phinees ſimilis,qui ex zelo occidit Hebræum coeuntem cum Madianita. 62
milites non irruerunt in eum ex miraculo. ibid.
non perdidit fidem negando Chriſtum. 78
negauit Chriſtum eſſe purum hominem. 79
ter tantum non quinquies aut ſepties negauit contra Caiet. 80
figurata iſta negatio a Cain,& Chuſai. 80
nimiam ob fiduciam de ſeipſo, ac præſumptionem negauit.82. permiſſus cadere,vt in Eccleſiæ principe eſſet remediū pœnitentiæ,ibid.87.& 88
ingreſſus in palatiū cauſa ſecunda negationis.84
tertia cauſa non neceſſaria confabulatio cum ancilla, 85
turpior lapſus,quam Adami. ibid.
comparantur inter ſe. ibid.86
Petræ in Phrygia ſimilis. 92
fleuit tanta lacrymarum inundatione, vt in maxillis profundos ſulcos haberet. 94
vbique locorum ſingulis noctibus poſt gallicantum flenit perpetuo. 95
Petrus Vicarius in terris Chriſti ab eodem conſtitutus. 15.14
Petrus a Clem. vocatur primitiæ Apoſtolorum, & quare. 15.18
Phaeton vno die currus ſolis habenas gubernans terramque comburens ſymbolum eorum,qui indigni eliguntur ad officia,& beneficia. 8.18
Pharan in monte ſeptuaginta ſenes Spiritum ſanctum acceperunt. 3.31
Pharao declarat Ioſephum Regem, & ſacerdotem, quibus honoribus,& ſignis. 15.25
Pharaonis crudelitas in principes, a ſe carcerari iuſſos. 15.92
Pharmacorum diuerſorum mixtio cur fiat. 9.54
Pharmaca quædam non ſtatim ſed dierum interuallo integram inducunt ſanitatem, 9.142
Phialæ myſtice adhærentes ſanguini Chriſti.9.104
Phialæ aqua plenę vndequaque intorquens,ne gutta quidem excidit. 14.69
Phidias figuram ſuam in galea Palladis finxit.2.31
Philippus Aethiopibus prædicauit. 9.185
Philogonus guloſus collum ſibi longius ciconiæ collo concedi a dijs optabat. 9.75
Philoſophi gentiles, & alij poſtea Chriſtiani de Deo nihil certum, aut exploratum poſſe haberi cur ſenſerint. 1.1
Phœnix figura Chriſti reſurgentis.ex D.Ambr. 74. 6.eius natura. 22
Phœnix Oniæ tempore ſacerdotis. 7
Phœnix vnde renouetur,& inſtauretur,fiatque quodammodo immortalis. 9.141.142
Phœnix in Heliopoli ciuitate reuiuiſcens renouatur. 14.83
Photinus Chriſti diuinam audet negare naturam. 3.13.confutatur a D.Ioanne.
Phraſis Scripturę eſt tum aliquid fieri, eſſe,vel inchoare, cum declaratur ac manifeſtatur ,ex D. Ambr. 14.16
Phrynes Athenienſis meretricis factum. 5.47
Phrygij omnium primi ſarciendi artem inuenerunt. 8.66
Philoſophi quidam duas perſonas diuinas cognouerunt, non tamen tertiam,id eſt Spiritum ſanctum. 16.2
Pictores in ſuis imaginibus apponere ſoliti, Apelles faciebat. 3.7
Pignoris conditionis duę. 16.78
Pila plena aqua in ipſo introitu templi puritatem denotat miniſtrorum,& ſacerdotum. 9.182
Pilatus primus omniū Chriſtum flagellare cœpit. 10.119.
Pilatus timuit damnare Chriſtum ob innocentiam, deinde, quod filius Dei alicuius eſſet a ſe culti. 10.165.lauit manus. 166
Pilati ſententię formula. 10. 167. & 168
triplex forma. ibidem, hora ſexta lata ſenten-

Digitized by Google

tiam in loco Lithoſtrotos. ibid.
Pillulæ tres carneæ in corde S. Claræ miraculoſe inuentæ, 1.14
Pincernæ Pharaonis oſtenſa per ſomnium vitis viſio tres propagines habentis, præclare ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium inſinuat. 1.50
Pincernæ & piſtoris Pharaonis quale delictum, ex Rabbinis, 15.92
Pinguis eſt panis Chriſti, declaratur, 9.110
Piſce nil intractabilius. 16.63
Placenta in diebus Meſſiæ futura erat ipſemet Meſſias. ex R. Caannana. 9.24
Planetæ omnes & ſidera Chriſtum aſcendentem honorarunt. 15.50.51
Plantas pedum ſuorum ſaxo, cui inſiſtebat Chriſtus, impreſſas reliquit. 15.97. ex Seuero Sulpit.
Plato ſapientiſſimus dictus, quia de Deo ſapienter locutus. 9.49
Plenitudo temporis dicitur tempus Natalis Chriſti, & quare. 3.43
Plus vltra, Alexandri vexillis inſcriptum, ex Plat. 9.4
Pluuiæ penuria & miſeria nulla pernicioſior. 3.46
Pluuia ſanguinis prodigioſa eſt, & flagella portendit. 10.51
Pluuiæ, & imbri ſimile debet eſſe verbum diuinum, ſeu Euangelium, & vniuerſis expandi. 15.110
Pocula amatoria ab hominibus excogitata, vt concilient animos, ſed contra accidit. 9.61
Poetæ veteres gentium olim Theologi, 16.22
Pœna grauis a Canonibus inflicta his, quibus propter negligentiam hoſtiæ particula, aut ſanguinis ſacri guttula decidit, 9.30
Pomponij ſerui egregium factum, 2.96
Polypi brachijs ſimilis anima, ex Philoſoph. 16.34
Polycrata inſignis matrona lætitia repentina occubuit. 14.51
Polynicis & Eteoclis inimicitia etiam poſt mortem, 7.35.
Pontifices, & Reges in exordio regni aurea, & argentea numiſmata proijciunt in ſignum lætitiæ. 4.45
Porphyrius Deum quomodo laudandum cenſeat. 1.4
Portæ Iani templi Chriſti in natali a ſe clauſæ, ex Roſſio. 3.93
Portenta prodigioſa Chriſto in Cruce pendente apparuerunt, & quare. 11.40
Porticus tres templi Ezechieli monſtrati myſtice, & pulcherrime explicantur. 1.40
Poſſeſſio cæli a Chriſto pro nobis capta in Aſcenſione. 15.82.
Poteſtas & vis amoris, quomodo ſignificata ab antiquis, 3.19
Poteſtates Angelicæ, cur ita dictæ, 15.53
Potionum & buccarum varij vſus ad varios animorum effectus producendos, 9.61
Potus vituli aurei inflabat idololatras, fideles vero reliquit illæſos. 9.98
Præcepta præcipua nouæ legis tradita a Chriſto in cœna. 11.73
Præceptoris, & magiſtri cunctorum Chriſti conſtituti columba inſedit capiti. 7.25
Prædeſtinationis & reprobationis ſortes diuerſæ, figuratæ a calathis ficis plenis apud Hier. 8.25.26
Prædeſtinati pauci, reprobati permulti, 26
de Chriſtianis loquitur. ibid.
figuræ huius rei in vet. Teſtamento. 27.28
eius vltimi effectus, id eſt conſecutionis gloriæ datur cauſa, opera ſcilicet iuſtorum gratia informatorum. 29
vt includit vocationem & iuſtificationem, ſola diuina bonitas cauſa exiſtit. ibid.
Prædici poteſt aliquid quod Propheta neſciat. 2.10
Prædicator nullus eſſe debet ante trigeſimum annum ex D. Gregor. 7.19
Prædicator Euangelicus adulter quis. 15.106
Prædicandum Euangelium digne, & vt decet. 15.107
immaculatus vita. ibid.
vitæ integritate alios docere debet. 108
Prælatorum exemplum efficax ad euertendos ſubditorum animos, 6.39
eorum peccata ſemper ſunt grauiora. ibid.
Prælati, reſpectu ſubditorum comparantur normæ, horologio, & ſimulachro. ibid.
Prælati in reprehenſionibus duas conditiones adhibeant. 15.92
Præparatio debita ex parte recipientis ſacramentum Euchariſtiæ. 9.91
Præſepij in ara B. Virgo offert Chriſtum Patri. 3.52
Præſepe Domini humilitas. 3.68
ſtabulum, ſpeluncam vocant alij. ibid.
Præuenientis gratiæ neceſſitas ex Cant. 1. 15.89
Prandentes homines Deus corrigit, & quare. 15.83
Prægnans mulier apud Apoc. anima noſtra. 16.50
Primaſius D. Aug. diſcipulus. 15.32
Primitiæ mortuorum Chriſtus dicitur. 14.17
Primitiæ fructuum Deo oblatæ, ex lege naturæ. 15.8
in lege ſcripta prohibentur primitiæ de frugibus agri de nouo proſciſſi. 15.8
Primogenitus in ſacris Scripturis, quid. 3.66
Primogeniti dignitas magna ſemper fuit. ibid.
Primogenitus a ſanctis Patriarchis duplici benedictione donabatur. 8.38
Primogeniti Hebræorum a Pharaone occiſi ſunt principia cogitationum malarum. 15.59
Principi electo veteres aquæ poculum præbebant bibendum. 9.101
Principes in vita glorioſi, in morte inglorij, Chriſtus e contra. 13.9
Principes & Reges ſubditos viſitare & agnoſcere per ſeipſos ſolent. 15.14
Principes qui non ſunt humani & comes a populis non amantur, ſed odio habentur. 15.87
Princeps ſapiens eos quibus regni gubernacula tradit, exacerbare non debet. 15.93
Principum vitia concionator increpare debet, & quare. 15.110
Principatus in Angelis qui 15.53
Principium ſine principio Pater. 3.5
Principium vitæ Deus eſt. 9.135
in principio erat Verbum, quomodo intelligitur. 3.5.6
Principio antiquius quid excogitari non poteſt. ibid.

æternitatem ſignificat. 6
Principium productiuum & ſpiratiuum Spiritus ſancti vnum in diuinis. 164
Priuilegia quibus Chriſtus credentes primitiuæ Eccleſiæ donauit. 15.114
Probatio ſui ipſius ante Sacramenti ſuſceptionem eſt confeſſio ſacramentalis ex Conc. Trid. 9.169
Procidere in terram orantibus ſignum humilitatis, in Chriſto & alijs. 30
Proceſſio vnius perſonæ ab altera origo eſt diſtinctionis. 16.5
Procraſtinationis ſymbolum hericius. 6.35
Prodigium quaſi procul a digito. 10.75
Prodigium naturæ eſt conformitas & diſcordia ſumma in corpore & anima vnitis. 13.91
Progigne rhamnum malorum depulſorem. Prouerb. 10.129
Proles humana magis Dei eſt, quam creaturæ, ſiue parentum. 2.87
Prometheus in cælum raptus de ſolis curru facem accendit. 16.22
Prophetans prædicere poteſt aliquid quod neſciat. 2.10
Propitiatorium Cherubinis ſuperimpoſitis miſericordiæ Dei in homines ſymbolum. 2.90
Propugnatores militarium ludorum. 2.26
Proteſtantium hæreſis de Sacramento damnata a Conc. Trid. 9.28
Protogenis, & Apellis mira excellentia pingendi. 9.46
Prouidentia diuina varijs figuris hieroglyphicis ab ethnicis depingebatur. 11.& ſeq.
admirabilis omnibus vbique ſuggerens neceſſaria. 9.86
Pruna ignita de altari ſupra a Seraphim forcipe quid notet. 9.171
Pſalmus canendus a Chriſtianis in Euchariſtiæ ſumptione, trigeſimus tertius. 9.15
Pſalmi inſcripti pro torcularibus, & quare. 9.175
Pſittaci a Sophone Carthaginenſi edocti canere, Sophon Deus eſt. 15.95
Puer Sagunti recens natus protinus reuerſus in vterum matris. ex Plin. 3.69
Pueris ſanguine doctrina paratur, Prouerbium. 5.34
Puella futura ſponſa Iſaachi figura animæ piæ. 16.48
Pulchritudo quid. ex Cic. 2.41
Pulchritudinem exigui temporis tyrannidem vocauit Philoſophus. 8.64
regnum ſine ſatellitio.
ſilens fraus. ibid.
litteras commendatitias ſecum portat, ex Ariſto. ibid. ibid.
amorem gignit. ibid.
Pullos egredi nolentes de nido aquila roſtro pungit. 15.21
Pulmonis erga cor naturale officium. 15.81
figura Chriſti, & quomodo. ibid.
Purgatoria aqua apud vet. 10.166
qui ſe homicidio infecerat, illa expiabat. ibid.
ignis & aqua apud Aegyptios. ibid.
Purpura Regum indumentum. 10.125
Purpurea toga triumphantium apud Rom. ibid.
Purpura, a cocco differt. 10.126
ad ornatum & decorem adhibita. ibid.
Pyramus & Thyſbe, ſub arbore moro morientes quid. 6.51
Pyrrhi Epirotarum Regis præclarum dictum. 13.24
Pyropus ſeu Carbuncus lapis. 8.42
Pythagoras Deum circumactu corporis adorare ſuis diſcipulis iubebat, & quare. 1.8

Q

QVadragenarius numerus pœnitentiæ. 10.115
Quadraginta verbera infligenda reis ex lege, & quare. ibid.
Quadragenario numero ieiunij tempus ab Eccleſia includitur. ibid.
Quadragenis ſpatijs in elargiendis indulgentijs vtitur. ibid.
Quæſtio Athenis celebratiſſima. 2.69.70
Quare, particula in ſcripturis non ſemper interrogantis quod ignorat, ſed dolentis & gementis. 11.59. ex Cyrill. Alexan.
Quaſi, particula, quibuſdam in locis ſacræ Scripturæ quid valeat. 7.21, potius diminuit, quam anget. ibi.
Quercus arbor, de qua facta Crux Chriſti. 10.177
Quercinus Iupiter vocatus. ibid.
Quercina corona dabatur ei, qui ſeruaſſet ciuem. 179
Quies requiritur, & animus perturbationibus liber in contemplari volente diuina arcana. 1.32
ſub quercu multa mirabilia. 178
Quercus proprietates. ibid.

R

RAab ſuſpendens funiculum coccineum figura Eccleſiæ Chriſti ſanguine rubeo fulgentis. 4.34
Rabbinorum, & catholicorum Doctorũ varia opinio, de homine, quomodo ad Dei ſimilitudinem factus ſit. 1.26. & ſeqq.
Racemus vuarum de exploratoribus de terra promiſſa portatus figura Chriſti. 9.46
Radij qui circa nomen Ieſu depinguntur, ſignificant plura myſteria. 5.52
Ramus, columba, & aqua in diluuio quid. 7.25
Ranæ a Ioue Regem poſtulant. 13.87
Rationes quæ probant noſtram reſurrectionem. 14.55.56
Ratio & intellectus cum fide coniuncti diſcordiam & confirmationem habent. 15.91
Rebecca videns Iſaac, & procumbens ad pedes eius figura gentilitatis cum Chriſto nuptias contracturæ. 6.47
Rebecca tegens manus Iacob figura Dei in ſacramenti Euchar. conſtitutione. 9.57
Rebecca gerens inaures & armillas ſponſi ſui in manibus, Eccleſia venerans Sacramentum ſolemni feſto. 9.153
Rebecca laureo ſerto redimiuit caput. 14.63
Rebus nomina conuenientia impoſita ab omnibus gentibus. 5.42. ad quid, ex Platone.
Rechabitæ laudantur quod a vino abſtinerent illis a patre vetito. 9.101
Reconciliauit Chriſtus mundum Deo patri duobus medijs, ii. 4. effuſione ſanguinis, & petitione veniæ pro inimicis. 4
figurata iſta a multis. 4.5

Redemptio humani generis facta a Deo carnem ſuſcipiente,& non alio modo,& quare. 2 20.& 21
Reges Gentiles Chriſtum natum vt adorarent,electi. & quare. 3.76
Reges & Pontifices initio regni ſui aurea,& argentea numiſmata proijciunt in ſignum lætitiæ. 4.45
Reges Parthos nemo poteſt adorare ſine munere. 6.11
Reges Perſarum viſitantes regna ſua, a ſubditis varijs muneribus decorati. ibid.
a Perſis proſtratis adorabantur. ibid.
Regina Saba Salomoni obtulit munera 12
Regum ſtatuæ ad ſe confugientibus ſubuenire ſolebãt. 7.9
Reges ac regna tria firmant & perpetua reddunt, ex Philone. 7.12
Reges coronam & ſceptrum accepturi inungebantur. 9.105
Reges quibus ceremonijs coronabantur. 10.144
Regis inceſſus admirabilis apud Salomonem. 11.21
Rex pacificus magnificatus eſt ſuper omnem terram, &c. verba Eccleſiæ explicantur. 3.71.72
Regis Chriſti,& aliorum Regum differentia. 6.7
Reges alij Proreges eius. 8
Rex appellatus Chriſtus in deſerto a multitudine, non a claudis & cæcis. 9.96
Regio credentium regio viuorum. 6.67
Regna,ſceptra,honores,& diuitiæ huius mundi caduca ſunt,& arundini ſimilia. 10.149
Item ſomno Nabuchodonoſor. 150
Regnum Chriſti in tres partes diuiſum a D.Paulo,terreſtrem,infernalem,& cæleſtem. 15.14
Regni cæleſtis dignitas & bona. 15.77
Regula frequentandi digne ſacramentum Euchariſtiæ. 9.164
Reguli & baſiliſci oua quæ anis fouet,necatur ab ijſdẽ veneno. 15.59
Religio ſacra decoratur vnione & concordia animorum. 16.59.60.quali.62
Religioſi quidam ita indomiti,vt piſces maris. 16.63
Remiſſio peccatorum & reconciliatio ad Deum eſt effectus proprius baptiſmi,ex D.Tho. 7.33
Remora ſalotaris murex dicta. 3.30
Renunciatio iuris alicuius ſignificabatur in lege vet. per ſolutionem calceamentorum. 2.6
Reprehenſio vt debita ſit, duas conditiones requirit. 15.91 & 92
Reprobatorum infinitus numerus. 8.28. vt & ſtultorum.& 29. a propria culpa hominis. 30
Reprobationis aliæ cauſæ ex parte hominis. 29.& 30
Reſurrectionis Chriſti,& Euchariſtiæ ſacramenti conuenientia. 9.95
ex Reſurrectione ſua Chriſtus declaratus eſt Filius Dei naturalis, ex D.Paulo. 16
Reſurrectio eius ſtultitia putabatur. 14.33
deliramenta mulierum ab Apoſtolis. 34
cuſtodes ſepulchri eam nunciarunt per ciuitatem. ibid.
in die Reſurrectionis datæ ſunt gentium nationes Chriſto in hereditatem, tamquam ſpolia & triumphus victoriæ. 22
Reſurrectionis & Natalis quædam conuenientiæ. 25
gloria Reſurrectionis. 25.26
gentibus & philoſophis difficile perſuadebatur. 34
argumenta a Chriſto allata ad illam probandam per ſenſus. 34
qualia argumenta ſint. 37
probauit Apoſtolis illorum multis rationibus. 36
inſufflans Spiritum ſanctum in Apoſtolos,illis propria reſpiratione ſuauiſſimum communicauit odorem. 37. ex D.Vincentio. ibid.
comeſtio vera in Chriſto poſt reſurrectionem. 37
argumenta a Chriſto adducta. ibid.
victor in reſurrectione vocatur. 38.& triumphator. expolians principatus. ibid.
præliatus eſt cum Diabolo in cruce. 39
Reſurgens mortem deuicit. 41.& 42. quomodo.
ſolis nomen & qualitates ei competunt. 43.44.46. & 47
conſtans in curſu ſuæ paſſionis,quia retrorſum non abijt. 44
diuinus animarum mercator.ibid. 45
Iaſpidi lapidi ſimilis. 46
B. Virgini Matri primo apparuit poſt reſurrectionem. 47.& 49. quo pacto. 50
exemplar eſt noſtræ reſurrectionis. 52
non meritoria tantum,& efficiens. ibid.
eius & noſtra differt.& quomodo. ibid.
fundamentum eſt noſtræ illius reſurrectio. 53
noſtram quidam falsò putant impoſſibilem. 54
probatur fides de reſurrectione. 55.56
loca ſacræ Scripturæ. ibid. & 57
eius reſurrectio eſt cauſa nouitatis vitæ noſtræ,differens ab eius paſſione. 58
exemplaris cauſa eſt nouitatis vitæ ibid.& quomodo a nobis imitanda. 59
Reſurrectionis triplex genus in ſacris Scripturis. 59. 60.61
Reſurrectio gaudium & lætitia vniuerſalis orbis. 64.66
dies Domini præcipue dicitur. ibid.
ſigillum myſteriorum fidei. ibid.
mulierum & quarum de ea gaudium. 67
B Virginis maximum. ibid.
canticum nouum decantandum in eo. ibid.
ſaluauit ſibi dextera eius &c. 68
diluculo mane,& matutinum dicitur. 73
tempus eius, an mane, an noctu. 74. conciliantur Euangeliſtæ. ibid.
tertia die reſurrexit, non prius, neque poſtea, & quare. 74.75
Rationes morales. 75
Angelus apparens in ſepulchro quid. 75
quatuor habuit conditiones, quæ quatuor Chriſti dotes ſignant. 76
ſedet a dextris. ibid.
terræmotus cur factus. 76.77
militum cuſtodientium,& Chriſti reſurgẽtis figura David & milites Saul. 78
habitus varius Chriſti reſurgentis. 78.79
in ea fuit peregrinus. ibid.
poſt reſurrectionem vario habitu indutus. 79
peregrini forma apparens plura ſubindicat. ibid.
cicatrices in corpore veras & manibus & pedibus geſtare voluit poſt reſurr.& quare. 81.82.83

quinque ſunt. 83
myſtica ratio ex D. Bern. 83. & 84
vulneratus, & ſpinis coronatus videbitur in die iudicij. 83. ex D. Hyppol.
dilexit plagas, & vulnera. 85
Reſurrectionis Chriſti figuræ. 9.11
Reſurrectio Chriſti vexillo Iudæ leonis in viridi campo depicti deſignata. 15.9
Reſurrectio mortuorum lumine naturæ cognoſci poteſt. 2.4
Reſpublica bene ordinata quo pacto ab Aegyptijs picta. 16,60
in reuelationibus diuinis ſanctos, & doctos viros conſulere debemus. 6.30,31
Rhamnus eſt amuletum, ſeu antidotum contra phantaſmata. 10.129
Rhamno delata regia dignitas. Iud. 9. ibid.
ex eo corona Chriſti compacta. ex D. Hier.
Riphæis in montibus magni theſauri latent, ex Hiſt. nat. 2.256
Roderici de Biuar alio nomine Cid Ruidiaz menſa celebrata. 9.127
Romanam Eccleſiam reſpexit Chriſtus moriens capite inclinato. 11.94
Romani linguam Latinam plurimi fecerunt. 10.169
Romanorum triumphorum antiquorum ſpecies. 15.31.
Romanorum ſuperbia, qui Imperatoribus, vt tamquã Dij ab omnibus colerentur, Aquilam regalem demittebant. 15.36
Romanis non licebat triumphum ducere qui quinq. millia hominum non occidiſſent, ex Plut. 15.45.48
Romuli, & aliorum Vrbem condere volentium vnio qualiter expreſſa. 9.53
Romulus, vt Deus vt coleretur a Romanis, Proculo aſſeuerante, dictus in cælum volaſſe. 15.37. ex diuo Aug. ſed ſcalis mendacij, ex Tertull. 37
Ros quid. 2.49. quomodo generetur. ibid.
Incarnationis myſterium declarat. ibid.
luna roris eſt genitrix. ibid.
margarita ex eo generatur. 51. animalia venefica impedit, ne virus euomant. ibid.
Roſtro aquila pungit pullos de nido egredi nolentes. 15.21. ex Plin.
Rotæ ſpiritum vitæ habentes diuinæ miſericordiæ ſymbolum. 2.91
Rotæ ima ſubleuantur, vt ſumma deprimantur. 7.12.
rota figura Chriſti. ibid.
Rubus ardens, & non conſumens oſtendit difficultatem myſterij incarnationis. 2.6

S

SAbæi etiam Reges mortuos inter ſterquilinia mittebant. 13.4
Sabellij hæreſis de diuina natura confutatur a Ioanne. 3.13
Sabinarum raptarum voces ad Sabinos, & Romanos prælianteś inter ſe. 3.91
Sacerdotes Chriſtiani a iuramento abſtinere debent. 5.62.
Sacerdotes eccleſiaſtici vocati angeli a Malachia. 9.67.
Sacerdotes angeli vocati, ob puritatem, qua debent miniſtrare. 9.181
Sacerdotes Aegyptij ſoli veſtibus byſſinis vtebantur. 15.25.
Sacerdotis veteris legis habitus ad terram vſq. demiſſus perſeuerantiam in bonis operibus notat. 15.18.
Sacramenta ſeptem Eccleſiæ, veluti ſeptem planetæ. 9.16. vt ſol fulget inter illos, ita ſacramentum Euchariſtiæ. 16
Sacramenta Eccleſiæ ex lateris vulnere Chriſti fluxere. 12.12. mira ſunt, & prodigioſa. 13
Sacramentariorum hæreſis negat venerandã ſpecierum velamento tectam præſentiam Chriſti, confutatur. 9.152
Sacramentarij hæretici negauerunt præſentiam Chriſti in ſacramento. 9.17
canibus comparantur ab Epiphan. ibid.
Sacrificia Hebræorum præcipue quatuor fuerunt. 3. 60.
Sacrificia antiqua odorem Dei in ſe ſolum continebant, noua ſaporem Dei. 9.131
Sacrificiorum, & victimarum vſus apud gentes vnde originem habuit. 2.174 in omni lege, & tempore fuit. ibid. offerri iuſſa a Deo ab Hebræis tribus de cauſis. 175
Sacrificia antiquæ legis ad tria genera reducebantur. 9.177. continentur in Euchariſtia. ibid.
Sacrificandum dijs tres ob cauſas ex Porph. ibid.
Sacrificia antiqua tripliciter imperfecta. 9. 180. ſuo modo virtutem ſanguinis Chriſti participauerunt, ſed notabili differentia. 181
Sacrificium ab holocauſto in lege vet. differebat. 11. 78.
Sacrificium legis vet. proprie memoriale. 11. 80. Leuit. 2.
Sacrificia Deo placita ab igne cæleſti conſumpta. 16. 25.
Sacrificia duo Chriſtus obtulit Patri, incruentum, & cruentum. ibid.
Sacculum Beniamin habens triticum, & argentum figura Sacramenti. 9.168
Sadducæorum error apud Hebræos de reſurrectione. 14.32
Sal in ſacrificijs iuſſum offerri, & quare. 9. 131. mel vero prohibitum. ibid.
Saliua immundi immunda iudicata a Deo. 10.154
Saliuam, & ſputum in faciem alterius ſpuere opprobrij ſignum. ibid.
Salomon auctor Pſalmi ſeptuageſimi ſecundi. 2. 48. de Chriſto ad litteram. ibid.
Salomonis menſa, & conuiuia miranda. 9.76
Salomonis equites aureo puluere cæſariem conſpergebant, & quare. 10.140
Salomonis templum non habebat ſedes, Ezechielis vero ſic. 15.7
Salomon abſoluto templo auguſtiſſimo. 14. diebus exultauit. 15.75
Salomon vnigenitus Patris ſui, quomodo. 16.5
Salus bonorum omnium aggregatio ex Hippocr. 5.5
Salutem æternam qui afferret, nunquam viſus homo. 5.30. ex Paraph. Chald. a Ieſu hominibus allata. ibi.
Salutare, ſalus, ſaluator D. Hier. & interpretes. 70 vertunt Ieſus. 5.25

Saluatoris oomen plures aſſecuti, ſed in Chriſto, & alijs grandis eſt differentia. 4.41
Saluator noſter, & Domiuus a reliquis differt. 5.12
nomina ſex ab Iſa. 15.17
duo alia a Ioanne. 15. Ieſu, ſuper omne nomen. 10
Salutationum genera diuerſa apud diuerſas nationes. 3.26
Samaria cuſtodita interpretatur. 11.54
Sambuci emblema præclarum. 6.19
Chriſto naſcenti accommodatur. 20
Samſonis, & Dalilæ connubia, Chriſti, & gentium ſponſalitia deſignant. 6.63. & 64
moriens, & viuus figura Chriſti morientis in Cruce. 13.85
fauum mellis matri prius ferens, figura Chriſti reſurgentis, qui primn B. virgini Matri apparuit. 14.48.
ex ore leonis ereptum tradens, figura Chriſti aſcẽdentis. 15.1
fortitudo, eo quod irruit ſpiritus Domini in eum. 16. 77. figura Apoſtolorum.
Sanguis ſymbolum eſt vitæ, ſedes enim illius eſt: 9. 100
eius eſus & potus prohibitus eſt, & qoare. 102
Sanguis Chriſti aſſeruatus Mantuæ, & alijs in locis non eſt verus ſanguis ex D.Tho. 4.52
recuperatus a Chriſto reſurgente. 54
Saoguis Chriſti, & eius paſſio ornamentum Chriſtianorum. 10.2. memoria eius frequens. 3
Saoguis Chriſti roſeos, & animas Sanctorum decorat, & Principes & Reges facit. 10.127
Sanguinis, & corporis Chriſti vſum frequentem qui impediunt, Satanæ ſuut inſtrumenta, Antichriſti præcurſores, homicidæ. 9.163
Sanguis, & aqua de latere Chriſti vulnerati exiuit, quid. 11.15. & 16. fuit miraculum. 16. figuratum a pluribus. 16
Sanguis holocauſtorum in torrentem Cedron per ſubterranea loca deſcendebat. 10.21
Sanguine ſacrificij conſperſus populus a Moyſe figura ſanguiuis Chriſti. 2.116
Sanguis Chriſti diluuium ſalutare vniuerſale. 116
Sanguis agnorom in ſacrificijs peccatum tollebat, quia Chriſti ſanguinem oſtendebat. 7.9
Sanguinis ceremonia ad fœdera ineunda diuerſæ vſe ſunt nationes. 9.104
Sangoineus cometa mortis alicuius Principis præſagium, iuxta Aſtrologos. 10.51
Sanguineus ſudor. vide ſudor.
Sancta ſanctorum contecta, & candelabrum prope, myſteria fidei noſtræ. 9.3
Sancti a Deo dilecti propter Chriſtum, & in Chriſto. 7.27.
Sancti in cælo aote Deum ſedebunt, Angeli vero ſtant. 15.7
Sanctificatio hominis, & iuſtificatio res erat ardua, & quare. 15.60
Sapiens ergo rex, inferre licet, non e contra. 6.3
Sapientes Græcorum tripodis aureæ reti captæ refutatione Deum vnum coguoueruot, & quomodo. 1. 58.
Sapientia pluris fit a Deo quam imperium. 3
Sapientes antiqui, ſilentes dicti, quod ex Pythagoræ iuſſu quinque annis aliorum commercio carebant. 6.1
Sapientia Dei eluxet maxime in Sacramento Euchar. 9.44. & 45
Sapientia Dei medicorum induſtriam imitata. 9. 89
Sapores omnes teſte Plinio decem ſuut. 9. 69
Sardo lapis precioſus & iaſpis D. Ioanni oſtenſi Trinitatis myſterium optime indicant. 1.83
Sarracenorum Reges circumcidi ſoliti. 4. 30. ex diuo Hieron.
Sartago quale inſtrumentum in oblationibus. 10.1. ex R.Salom. & Dauid.
panes in ea tantum coquebantur. 2
Satanas ſuper brachium Crucis ſiniſtrum extitit, diligenterque obſeruauit, an in animam Chriſti egreſſuram ius aliquod habere poſſet, ex Beda. 11.78.
an aliquid peccati in eo eſſet. 13.118
Satietas & deſiderium videndi in beatis quomodo ſe habeant. 8. 49
Saul a ſpiritu maligno liberatus ex harmonia citharæ, an miraculoſe, an natura. 16.68
Saxo in altum proiecto ſimilis imperitus & idiota electus. 8.20
Scala viſa a Iacob figura perſonæ Chriſti incarnaodi. 2.13
Scelera plurima & grauiora ab hominibus commiſſa inter epulas. 15.54
Silo Gen. 49. contiuet nomen Ieſu. 5. 44
Scyniphes lanceam & tubam gerunt a natura illis inditas. 6.38
prauæ conſcientiæ ſtimulos deſignant ex. Aug.
Scindebantur veſtes audita blaſphemia ab Hebræis. 10.47
Scipio Africanus alba veſte indui ſolebat. 10. 108
Scopus Dei & hominis idem in aſſimilatione ſui ad inuicem. 15.57
Scriptura ſacra veluti lapis Lydius, ſeu index, qui doctrinæ aut reuelationis veritatem aut falſitatem detegit. 6.6
Scutum rotundum in ſignum victores milites Romaoi redeuntes ſuper caput ferebant. 10.137
Scutis Duces ac Imperatores inſignia quædam ſculpebant, ad declaranda eorum facinora & præclare geſta. 15.8
Scythæ quo ritu fœdus inirent. 9. 104
Scythæ honoris & beneuolentiæ gratia eorum cadauera quos diligebaot, inter epulas deuorabaot. 13.4
S.Sebaſtianus in pectore, Quia Chriſtiaons ſum, geſſit inſcriptionem. 5.3
Secleucidos de Barzana ſidus Perſarum nomine dictom quid, 3.55
Secreta diuina humilibus corde deteguntur, ſuperbis abſconduntur. 1.31
Securis decidens in aquas Iordanis & emergens figura iucarnationis Chriſti. 2 16.17
Securitas falſa de miſericordia diuioa multos fefellit, vt conuerſionem procraſtiuarent. 11. 40
Sedes in tẽplo Ezechielis, vocata latera per circuitũ, in Salomonis nequaquam. 15. 7. in loco, ſancta nonecupato quatuordecim erant. in Sancto Sanctorum centum & ſex. 15.7

Segor

Segor in monte æneus coluber exaltari iuſſus a Deo, figura Chriſti. 3.4
Seleucianorum,& Hermianorum hæreſis,aſſerentium ignem etiam eſſe materiam baptiſmi. 7.29
ritus eorum in baptiſmi collatione. ibid.
Seleucianorum de Chriſto aſcendente hæreſis nefaria ex D.Aug. 15.44
Semei reſipiſcens, & occurrens Dauid figura latronis in Cruce conuerſi. 11.21
Semeias propheta clamans concionabatur. 15.107
Semen cum ſemine, & os cum oſſe prouerbium apud agricolas. 2.71
Semiramis in ſepulchro epitaphium inſcriptum. 13. 8. Darij factum circa illud. ibid.
Semiramis Aſſyriorum Regina ſcuto ſuo columbam ac gladium pro ſtemmate geſtabat. 15.9
Senatores Romani, vt Romulus pro Deo coleretur, finxerunt illum in cælum volaſſe. 15.35
Senex, ſi pueri alicuius ſanguinem ſugat, recuperare poteſt vires, & robur iuuentutis, ea Marſ. Ficin. 4. 15.
Seniores apud Apoc. fideles, qui in gratia, ſiue in lege naturæ, ſiue in Moſaica deceſſerunt. 7.6
Senſus duplex verborum D. Pauli. Euanuerunt in cogitationibus ſuis. 1.5
Senſus noſtri in veritatibus catholicis intelligendis non ſe immiſceant. 9.22
Senſuum argumentis ſuam Chriſtus reſurrectionem perſuaſit diſcipulis. 14.34.37
Sententia noctu pronunciata inualida eſt ex Auth. 10. 102.
Sententia lata a Pilato contra Chriſtum. 10. 168. Latina lingua lata, ex Val. 169
iniuſtitia, & iniquitas huius ſententiæ. 170.171
huius figura ſententia lata inſtante Iezabel contra Nabot. 171
Sententia lata a iudice ſtando, non ſedendo nullius momenti eſt. 169
Sententiarũ varietas etiam in Chriſto fuit. 16.66. inter Mariam, & Martham; inter Angelos; inter Chriſtum, & Mariam. ibid.
Sephora circumcidens filium figura Eccleſiæ. 10.5
Septimus dies a Romanis obſeruatus. 4.48
dies luſtrici eum ſequebantur. ibid.
Septenarius numerus ſacer. 11.3
plura myſtica ſub eo notata. 3.& 4
ſeptem protulit verba in Cruce Chriſtus. 4
Septuaginta viri a Moyſe electi dono prophetiæ afflati. 9.52
Septuaginta duo malogranata in fimbria ſacerdotalis veſtis, quid. 15. 88.
Septuaginta duo diſcipuli electi a Chriſto. ibid.
Septuageſimi ſecundi Pſalmi auctor Salomon. 2. 48. de Chriſto intelligitur. ibid.
Sepulchri Chriſti figura nauis quam Ionas ingreſſus eſt. 13. 2. item ſepulchrum Abraham. 2. domus Dauid a Saul militibus vndiq. obſeſſa, e qua egreſſus ipſis ignorantibus. 2. ciſterna Ioſeph. ibid.
in eo ſepultus Chriſtus ab inſignibus viris. 3
Sepultus more principum mixtura myrrhæ, & aloes quaſi libris centum. 5
lineo velo inuolutus. 6. figura huius pallium, quo Noe ebrij nuditas tecta. 7. locus ſepulchri diſtabat. 100. pedibus, & octo a monte Caluariæ. 9
figura illius ex Beda. 9
epitaphium ab Iſaia deſcriptum. 9
in horto, quare. 9
nouum monumentum, quare. 9.10
alienum ſepulchro, 10
epitheta illius ea D. Athan. 10
Angeli in ſepulchro Chriſti, quare. 13
fructus huius ſepulchri. 13,& 14
locus ſanctus ad excitandam deuotionem. 14
Sepulchri cuſtodes audito terræmotu timuerunt. 14. 76. 77.
Sepulchra Hebræorum in abditis terræ finibus fiebãt. 14. 2.
Sepulchra heroum, & illuſtrium virorum epitaphijs decorata. 14.21
Sepulchrorum ora ante mortem Chriſti qualia. 14.42
Sepulchro amici mortui cordis figura inſculpta a veteribus, & quare. ex Plut. 13.7
Seraphim cur ita dicantur. 15.53
Sermo de Verbo diuino dicitur. 3.9
ſed nomen, Verbum, aptius eſt. ibid.
Sermo Dei duplex, ſeu Verbum duplex. 3.46
Sermo loquentis animum magis indicat, quam pulſus ægrotantis morbum. 5.61
Serpentibus igneis puniti a Deo qui manna contempſerunt. 9.173
Serpentis in Africa immanis, & adeo venefici vis. ex Plin. 10.49
Serpens a Moyſe exaltatus quo pacto figura Chriſti crucifixi. 10. 229. ex cera confectus potius, quam ex argento, & auro. ibid.
Serpentis, & pellicani inimicitia. 11.50
Serpens in ſacris ſcripturis, malorum conſiliariorum ſymbolum. 15. 115. item cogitationum prauarum. ibid.
Serpens tantæ manſuetudinis, quod cibum de manu Tiberij ſumeret. 16.63
Seruus accumbens cum domino, libertate donatus cenſebatur. 9.95
Serui olim corona redimiti vendebantur. 10.140
Seruire hominibus infeſtum eſt. 6.26
ſeruire Deo regnare. ibid.
Seruij, & Saxonis conuiuia mirabilia. 9.76
Seruio Tullio dormienti adhuc infantulo ignis flamma de capite prodijt. ea Luc. 16.24
Siehem circumcidens ſe amore filiæ Iacob Chriſti figura. 4.12
Siclus quanti valeret. 10.17
Sigismundus Imperator execratus adulationes mirum in modum. 6.38. eius dictum, & factum. ibid.
Signum impoſitum a Deo Caino fratricidæ capitis totiuſq. corporis tremor. 2.111
Signa duo Abrahæ data, terrenum, & cæleſte. 6.34
Signa ſenſibilia ad Deorum cultum, & venerationem omnes reſpublicæ vſæ. ea D. Aug. 9.173
Signorum genus triplex, rememoratiuum, oſtẽſiuum, & prognoſticum, ex D. Tho. 9.33
quomodo differant. ibid.
Silenorum ſpecies & forma. 4. 1
Simile quod eſt, non ſemper imago eſt. 16.6
Similitudo hominis cum Deo in anima conſiſtit. 1.28 & ſeqq.

Similitudo eſt in ſubſtantia, imago quoad accidentia. 3.22.23
Simonides Philoſophus diuinitatis inueſtigationem eſſe impoſſibilem egregie demonſtrat. 1.2
Simplicitas in columba duplex. 7. 34. cã imitari ſuadet Chriſtus. ibid. 35
Simon Cyrenæus felix quod Crucem Chriſti portauit. 10.190.191
Simon obediens, Cyrenæ heres interpretatur, coactus tulit, non ſponte, & quid moraliter ſignẽt. 191.192
Simonis iuſti duo filij a mortuis ſurrexerunt in die paſſionis Chriſti. 11.114
Sacerdotibus præſentibus in templo teſtimonium protulere. ibid.
Simon Magus ad cælos euolare præſumpſit. 15. 36
artificialibus pennis. 37
Simulachra duo Dei, vnum artificioſum homo, alterum diuinum, Verbum. 3.23
Synagoga crudelis facta Chriſto Domino, tamquam leo in ſilua. 10. 158
Sindoni ſacræ impreſſum cernitur vulnus lateris Chriſti, quæ Turini aſſeruatur. 121.12
Sindon, qua Chriſti corpus inuolutum longitudinis duodecim palmorum, latitudinis trium. 13.6. linea fuit. ibid.
Siniſtro ex latere Adæ creditur formata Eua. 12.4
Siniſtram dextera digniorem quidam putarunt. 15. 42. auctori non placet. ibid. ex Gen. 48
Sirenes a Poetis confictæ. 13.8
Sitim & deſiderium noſtrum in rebus mortalibus nihil extinguit. 9. 97
Sitientibus Deus accurrit pluries. 11. 61
Sitienti Chriſto ne aquæ quidem gutta porrecta a Patre, ſed effudit aqueum lacrymarum humorem. ibid.
Sitio, Chriſti verbum quid. 63.64
Siti quadruplici morali plures laborant. 65
Smaragdus oculis gratiſſimus ex Plin. 14 46
Socrates propter aſtructam in Deo vnitatem cicutã iuſſus bibere interijt. 1. 63
Aeſculapio gallum offerri ſingulis annis mandauit. 16.12. & 13
Sodomitæ omnes ardore flammarum exuſti, & in cinerem conuerſi nocte natalis Chriſti. 3.57
Sol quomodo exemplum Trinitatis. 1.59. & 72
Sol deſcendens precibus Ezechiæ, figura incarnationis Chriſti. 2.81
Sol & in medio eius ſtella, ſymbolum mulieris prægnantis apud vet. 3. 35. M. Virgo è contra.
Soles tres tempore Chriſti naſcentis in cælo apparẽtes ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium egregie comprobant. 1.24.355
Sol Chriſtus in die Epiphaniæ. 6.58.60
Solis proprietates & excellentiæ. ibid.
Sol diuinus Chriſtus. 59.60
Solem inter & Aquilonem ventum orta contentio. ex Plutar. 7.35
Solis defectionem tempore mortis Chriſti prædixit Ezech. 11.108
item Sibylla. 108
non naturalis, ſed miraculoſa fuit. ibid.
Sol aliquando in ſcript. figura perſecutionũ. 14.27.28
Sol quia ſolus & vnicus. 14.43
eius proprietates Chriſto reſurgenti competunt. 43.44 & ſeqq.
Sol in quarto cælo collocatus a Deo, quidquid Aſtrologi delirent. 25. 44. in medio planetarum adoratus a Manichæis, & quare. 43
Sol quanto diſtat magis a luna, tanto clarius lucem in illam diffundit. 15.70
Solem diuinæ naturæ Græci philoſophi dixere. 15.99
Sol Chriſtus & quare. ibid.
Solatia dat Deus iuxta menſuram laborum. ex Pſal. 93. 4.35
in ſolitudinem, & loca deſerta vocat Deus familiares ſuos. 8.36. & 37
Solitariæ vitæ fructus. 8.39. ſolitudo duplex, corporalis & ſpiritualis. ex D. Greg. 40
Solonis tacentis in conuiuio reſponſum. 16. 36
per ſomnia Deus punit homines. 2.114
Sophonis Carthaginenſis induſtria. 15.95
figura aſſentatorum. ibid.
Sors in ſcripturis ludum notat; quia taxilli ſorte cadunt. 10.215
Soſius dum Antigonum Regem Iudęorum vinctum ducit coronam templo appendit. ex Ioſeph. 10. 135
S.P. Q.R. litteræ tam Sabinis quæ Romanis faciunt. 3. 92. vatic interpretantur per anagramma. ibid.
Speculo fracto vno in quo vultum intuemur, plures eiuſdem vultus imagines repræſentantur. 9.41
Speculis ſimiles adulatores. 6.38
Sphæra cur Deus vocetur a Mercurio Triſmegiſto. 8. & 9
Sphynx debilitatis humanæ mentis in comprehendendis diuinis arcanis apud priſcos ſymbolum, & quare. 1. 1
Spica granis onuſta ſymbolum vnitatis. 9.53
Spina ſancta. 10. 129. in monte Oliueti frequens. ibid.
ea coronatus. 130
Spinæ ſymbolum peccatorum in ſacris Scripturis. 10. 139
Spinea corona voluit Chriſtus coronari. 134.135.136 137. & ſeqq.
Splendor Chriſti & lux eius, a ſplendore Moyſis differebat. 8.67
Chriſti ſplendor oculos Apoſtolorum non offuſcauit, vti Moyſes oculos Hebræorum. ibid.
Spirantes duo Pater & Filius in diuinis dici poſſunt adiectiue, non duo ſpiratores ſubſtantiue. 16.4
Spiratiua virtus vna eſt. ibid.
Spiritualis generatio in ſupernaturali gratiæ ordine. 9.84
Spiritualis animæ reſurrectio ad figuram Chriſti, qualis eſſe debeat. 14.59. & 60
Spiritualis mundus. 16.58. igne Spiritus ſancti ornatus a Deo. ibid.
Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, quomodo intelligendum. 1.65. & ſeq.
Spiritus, vox, plura ſignificat in ſcripturis. 16. 45. & 46
Spiritus Domini. Gen. 1. quis. 16. 46

Spiritus ſanctus.

non cognitus a Philoſophis antiquis. 16.2
digitus Dei appellatur in ſcripturis. ibid.
apud SS. Patres difficilis fuit explicatio illius proceſſionis

Digitized by Google

ceſſionis à Deo Patre. 13
hæretici quidam negarunt illam. ibid.
Spiritus ſancti perſona eſt in diuinis. 4
ab vno principio producitur,& ſpiratur. 4
integra eſt,& ęque perfecta virtus productiua Spiritus ſancti in patre,& filio. 5
vinculum eſt & nexus amoria patris,& filij. ibid.
perſonaliter eſt amor, & procedit à voluntate diuina concordi,& vnanimi. ibid.
non procedit à patre tanquam imago illius,ſed filius ita procedit,vt imago bonitatis patris. 6
neque per modum ſimilis principio ſuo,ex D.Th. 6
non poteſt naſci,nec conſequenter eſſe filius. 7
etſi neminem producat, non ideo impotens eſt minus quam pater,& filius. 7.& 8
ad intra non ſe communicat alteri perſonæ, ſed ad extra plurimis,& infinitis. 8
iuſtificatio proprium eſt opus Spiritus ſancti, & quare. 9
cor eſt,& dicitur,corporis myſtici Eccleſiæ. 16.10
viuificans à Conc.Niceno dictus. ibid.
& quare. 11.12.& 13
datus à patre hominibus tamquam pignus amoris diuini erga illos. 12
ignis & aeris figuram accepit in die Pentecoſtes, & quare. 13.& 14
in forma ignis deorſum venientis. 14
aeris ſub forma cur venerit. 15.& 16
lux mundi,& credentium, 16
vti ventus Eccleſiæ, fideles ad legis diuinæ obſeruantiam impellens. 18.19
Spiritus Dei,vt contra diſtinguatur ab alijs ſpiritibus. 19
in ſpiritu vehementi,& vento horriſono deſcendit, & quare. 20.& 21
in ſibilo auræ tenuis Eliæ ſe communicat. ibid.
effectus Spiritus ſancti in cordibus noſtris. 21
ſub ignis forma cur venerit. 24.25.26
effectus varios in animos noſtros inducit. 26
fluuius,ſed rapidus,& igneus. ibid.
à Chriſto diuini oris ſui habitu communicatur. 30
linguarum figura apparuit,& quare. 31
cur linguæ diſpartitę. 32
antequam Euangelium prædicarent. ibid.
ne propriæ virtuti adſcriberent victoriā de mundo reportandam. 33.34
color igneus linguarum ſymbolum charitatis. ibidem.
linguarum & ignis coniunctio plures ob cauſas. 35.
linguæ mordacis moderatio eſt à Spiritu ſancto,& donum Dei. 38
Spiritus ſancti opus eſt creatio rerum & mundi, eiuſdem eſt Eccleſiæ catholicæ perfectio, & abſolutio. 16.42.
eidem adſcribitur redemptio,& humanæ iuſtificationis conſummatio à D.Aug. 42
ferebatur ſuper aquas inſtar artificis. 47
vita eſt omnium rerum. 48
Spiritus diuinus mundi anima, & mens non informans, ſed aſſiſtens, ex Platonicorum ſententia. 51.
vtriuſque mundi maioris,& minoris. 54
conuenientia cum anima noſtra. 52.57
ſupremus mundi opifex. 53
quomodo impleat orbem. 54
animæ & eius ſubſtantiæ magis intrinſecus, quam ipſa corpori eſt. 57
vnxit Apoſtolos chriſmate ſuorum donorum. 75
loco ſacramenti confirmationis. ibid.
illo reddidit Apoſtolos,& ſanctos intrepidos,& diſtinxit ab infidelibus. 78
Spiritus ſanctus pignus æternæ beatitudinis. 78
compater & ſuſceptor Apoſtolorum fuit. 79
Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie ſuper Chriſtum deſcendit,varias ob cauſas. 7.25.& 26
item ob proprietates columbæ egregias. ibid. & 34.35.36.38.
Spiritus ſanctus ſub columbæ ſpecie Chriſto baptizato apparuit. 7.30
ob tria ex D. Thom. 33.& 34
Spiritus ſanctus reſidet ſuper corda aquea, id eſt lacrymantia peccatum. 7.38
Spiritus Dei in mundi exordio vitam dedit carni mortuæ. Gen.2. 9.136
Spiritus diuinus velociſſimus ad diuinæ legis obſeruantiam. 16.19
ſpiritu Dei aguntur. ibid.
Spiritus ab anima differt. 11.79
Spiritum commendauit Chriſtus, non animam ſuam Deo moriens. ibid.
Eccleſiam catholicam. 70
Spirituum beatorum nomina,& officia. 15.53
Spiritus malignus ſuper terram fertur, id eſt ſuper corda affectibus terrenis deturpata. 16.39
abiectus à Saule harmonia citharæ. 16.68. an naturaliter. ibid.
Spongia hyſſopo, & aceto plena oblata Chriſto ſitienti. 21.64
ſeruatur in Baſilica Lateranenſi, rubore ſanguinis retento. ibid.
ſpongia ſiſtit ſanguinem. ibid.
Sponſalia celebrata inter Chriſtum, & Eccleſiam gentium qualia in die Epiphaniæ. 6.65
Sponſus ſub arbore malogranato figura Chriſti coronati ſpinis. 10.113
Sponſi coronis redimiti incedebant apud veteres, ex Plin. 10.147
Spinea corona auſpicatiſſima. ex eodem.
Stadia centum vigintiquinque paſſibus conſtant, ex Plin. 8.60
Standi verbum in ſacris ſcripturis diuerſa ſignificat. 15.46
Statera dicitur Crux ab Eccleſ. 10.216.227
Statua ex omni lignorum genere conſtructa in Vrbe Alexandriæ hieroglyphice Dei omnium in ſe rerum perfectiones continentis naturam ſignificabat. 19
Statua admiranda in Aegypto in Serapis templo. 3.24. ex Strab. fabella eſt.
Statuæ Regum ad ſe confugientibus ſolent ſubuenire. 7.7
Statua vxoris Loth conuerſæ in ſalem, licet diminuta a viatoribus,integra tamen perſeuerat. 15.68. ex Tertull.
Statua Nabuchodonoſor diſſenſionis ſymbolū. 16.60

Stella in aere apparuit Magis nocte Natalis Chriſti. 3.57
Stella Magos duxit ad Præſepe. 6.5
de ea Seth filius Noe reliquit ſcripturam. ibid.
non fuit ex ſtellis firmamenti. ibid.
noua Stella miraculoſe firmata. 5
ab Angelo mouebatur. 6
Solo aſpectu Stellæ non cognouerunt myſterium Natiuitatis, ſed ſpeciali lumine. ibid.
in ingreſſu Magorum in Hieruſalem abſcondit ſe Stella. 6
fidem ſignat, & diuinas reuelationes. 6.30
ad ſtabulum & Præſepe perueniens clariores lucis radios effudit. 41
ab Angelo muniti per aliam viam reuerſi. 50
moraliter quid. 52
Stellæ in polo Antarctico figurã Crucis præſeferunt. 10.226
quæ in octauo orbe ſitæ ſunt pariter in modum Crucis. 225
Stemma Henrici Quarti, malogranatum ſubacre. 8.71
Stigma, Græce, ſignum candenti ferro impreſſum ſignificat. 7.29
Stimuli prauæ conſcientiæ denotati per ſcyniphes. 6.38
Stipatores apud veteres, qui dextram incedentis defendebant. 15.42
Stolam ſacerdotes collo apponunt, vt indicent catenam, qua Chriſtus ligatus. 10.103. ex Baſil.
Struthionis & herodij alæ ſimillimæ ex Iob. 17.36
hypocritas adumbrat. ibid.
eius oculi oua aſpicientes fouent licet illa poſtea deſerat. 10.92
penna ſimilis eſt pennis herodij, & tamen differũt effectibus. 11.24
natura deſcripta a Iob. 14.20
Subditi & Reges mutuis obligationibus adinuicem deuincti. ex Ariſt. 6.12
Subditi viſitabant Reges Perſarum cũ muneribus. 11
Subditorum culpas Deus ſeuere punit in ipſis Principibus. 8.21
Subditi pro re leuiſſima a Prȩlatis arguendi non ſunt. 15.92
Subſtancialiter, aduerbium in Sacramento quid ſignificet. 9.29
Subſtantiæ plures in alias mutantur in hoc mundo elementari. 9.39
Sudor ſanguineus naturaliter prouenire poteſt, & quibus de cauſis. 10.46
contra naturam eſt ex D. Hilar. ibid.
rubeus non tamen verus ſanguis emiſſus a quibuſdam. ibid.
Sudor Chriſti ſanguineus verus fuit ſanguis. 45
ſed ſupernaturaliter emiſſus. 147.148
ad quid, & ob quam cauſam. 50.51
Summa operum Dei fuit incarnatio Verbi. 15.62
Superbi montibus aſſimilantur. 2.47
Supplicij aut mortis cauſa apud vet. vel publica præconis voce diuulgabatur, vel grandiuſculis litteris ſcribebatur. 10.236.237
Supplicium Iudæorum delatum per quadraginta amplius annos propter orationem Chriſti. 11.8
Suppoſitum vnum eſt in Chriſto, tres ſubſtantiæ. 2.6
Surgere & excitari differunt. 14.28
Surrexit, non eſt hic, epitaphium ſepulchri Chriſti. 14.21. aliud 22
Suſan idem quod lilium. 4.25
Suſpenſi plures in cruce ex ſacris Scripturis. 10.245
infames & latrones. 244
Suſurrones, & eorum vitia. 16.37
imitantur gallinas. ibid. excuſatio eorum. 38
Sibyllæ cognouerunt incarnationis myſterium, quomodo ex Lactar. 2.7
oracula de Chriſto naſcituro, & alijs. 3.57
Sydus in cælo quo Dei hominis natiuitas notetur ex Calcid. in Timæo. 3.55. ſi adfuit, ſupernaturaliter factum eſt.
Syllæ in menſa e panibus ſanguis effluxit. 9.100
Symbola diuerſa priſcorum ad inſinuandam humanæ mentis imbecillitatem in penetrandis Arcanis diuinis. 1.1.2. & ſeqq. aliud Aegyptiorum, ad ſignificandam Dei æternitatem. 8. aliud eorundem, ad ſignificandum, omnium rerum perfectiones in Deo exiſtere. 9
aliud Alexandrinorũ ad ſignificandum, Deum omnium in ſe rerum perfectiones continere, quale fuerit. 9

T

TAberna meritoria Romæ. 3.56. a Calliſto I. beatæ Virg. dicata. ibid.
Tabor in monte Sacerdotum antiquorum abuſus, & peccatum. 8.40
Tabor in monte transfiguratur Chriſtus. 8.40
Tabula in triumphis portabatur, quȩ omnia triumphantis præclara facinora depicta geſtaret omnibus inſpicienda. 9.34
Tamberlanus magnus Ianuarij primũ diem celebrare ſolebat. 5.43
Tantalus ad fauces cibum habens oppoſitum, figura eorum qui bona & diuitias mundi quærunt. 8.4
Tarantolæ morſus ab Italis cantu & ſoni ſuauitate ſanatur. ex Alex. 5.33
Tarditas cordis, idem quod duritia cordis. 15.89
Tau ſignum liberandorum Crucis figura expreſſa. 10.231
Taurus Chriſtus a Iacob vocatur. 10.13
Tauri proprietas. ex Plin. ibid.
Taurus ſilueſtris quo pacto a venatoribus capiatur. 14.40
Taxus arbor venefica in regione Hieruſalem, & in Arcadia, & Gallæciæ regno. 9.108
Tectum templi ædificati in loco, de quo Chriſtus aſcẽdit, numquam conſtrui potuit ex D. Hier. 15.69
Tellus locus rerum corruptibilium, & tempore labẽtium naturalis ex Salom. 15.77
Templi Ezechieli per viſum oſtenſi myſtica interpretatio, & ad Eccleſiam catholicam accommodatio. 1.37
Templum quaſi tectum amplum, ex Iſidor. 5.48
Templum Salomonis ex lapidibus Iudæis, & lignis gentium ædificatum, figura Eccleſiæ ex gentibus & Iudæis conſtruendæ. 6.48
duo altaria habens, figura Chriſti. 15.90

Tem-

Digitized by Google

RERVM ET VERBORVM.

Templi Salomonis, & Ezechielis differentia, in illo enim non erant ſedes. 15. 7. & quid.
Templum fumo repletur à Deo, dum vult S. Ioannem de ſua magnitudine inſtruere, & quare. 5
Tempeſtates ingruentes nauræ Chriſtiani ſedant Agno Dei ex cera, benedicta in mare proiecto. figura Chriſti. 9.4
Temporale inter & æternum nullum poteſt agnoſci medium. 3.13
Temporalis dignitas, & ſpiritualis coniunctæ, & germanæ, vti Aaron, & Moyſes germani ſacerdotes. 6. 29.
Temporalium bonorum inconſtantia, & breuitas vino comparatur. 8.52
Tenebræ quæ acciderunt tempore mortis Chriſti, vniuerſales fuerunt ſuper totum orbem, non ſuper Iudæam tantum. 11.109
propter illas ara ab Athenienſibus ignoto Deo dicata. 110
Terminus Deus apud Romanos. 15.69
immotus perſeuerat, alij Dij corruunt Tarquinij tempore. 69
Termini in iuſtificatione peccatoris duo ſunt. 14.58. ex D. Paul. & D. Thom.
Ternarij perfectio commendatur in eo, quod Chriſtus reſurrexit tertia die. 14.75
Pallidi ſacer, & quare. 1.40
Terra noſtra ſterilis antea, & infœcunda ſanguine Chriſti irrigata fructus tulit. 16.12
Terrenus homo dictus à Deo, quia præuidit illum terræ adhæſurum magis, quam cælo. 15.60
Terræmotus tempore mortis Chriſti prodigioſus fuit. 11.113
vniuerſalis fuit. ibid.
alij terræmotus eodem die acciderunt. ibid.
quid ſignificet. ibid.
Teſtamentum vocatur Pſ.49. Miſſæ ſacrificium. 9.25
Teſtamentum duplex in ſacris Scripturis, vetus, & nouum. 11.72
differentia inter vtrumque. 73
Teſtamentum verum condidit Chriſtus. 72.73
teſtes Apoſtoli duodecim. 74
in lectulo Crucis obſignatum. ibid.
conditiones in eo adimpletæ. 75
Teſtamenti veteris verba Demetrius ſuæ inſerere hiſtoriæ non potuit, diuino miraculo. 15.107
Teſtamentum à Chriſto conditum diuerſis vitæ ſuæ temporibus. 11.72.73
Teſtudo tarditatis humanæ mentis in comprehendẽdis diuinis arcanis ſymbolum. 1.2
Theodorus Athenienſis. 1.60
Themiſtoclis in monumento epitaphium. 14.21
Theodori tragici ſupplicium diuinum, & quare. 15. 107.
Theologi ſoli poſſunt de rebus, & arcanis diuinis diſcurrere, quod probatur egregijs exemplis. 1.42
Theologia diſcreta apud Dion. quid. 2.22.& 23
Theſauri precioſiſſimi in montibus Riphæis latent. 10.256. ex hiſt. natur.
Theſeus erga ciues humanus, ac ſummæ magnificentiæ. 15.86
Thronus Dei nubes dicuntur in ſacris Scripturis. 15. 33.
Thronum ſuum poſuit poſt Aſcenſionem Chriſtus in medio conuexæ cęli empyrei ſuperficiei. 15.45
Throni Angelorum cur ita dicantur. 15.53
Tiberius Latinã linguam plurimi faciebat, etſi Græcam optime nouiſſet. 10.169
Tiberius Cæſar ſe dominum dici à quocumque vetuit. 15.55
nomen Patris Patriæ à Senatu ſibi oblatum renuit. ibidem.
nullum templum ſibi proprium extrui, nec ſe in vllo alio coli paſſus eſt. ibid.
Tiliæ arboris natura, & myſtica interpretatio. 14. & ſequ.
Timothei muſici dexteritas, & excellentia. 5.33
Tintinnabula in fimbria ſacerdotalis veſtis, quid. 15. 87. 88.
Tintinnabula & flagella ante põpam triumphi portabant Romani, & quare. 16.56. ex Sambuc.
Titi Veſpaſiani ardens deſiderium ſingulis diebus conferendi beneficia, & egregium dictum. 11.63
Tituli in Pſalmis veluti tabellæ in officinis. 11.19
aut veluti epiſtolarum inſcriptiones. ibid.
Titulus Crucis ex buxo. 10.234
eius litteræ inciſæ, non conſcriptæ ſuper chartam. 234.& 235.
clauis confixos in ligno crucis. ibid.
linguis Hebræa, Græca, & Latina ſcriptus. ibid.
Latina vltimo loco poſita, quia honoratior futura. ibidem.
ratio facti, & ratio ſacramenti huius tituli ſic conſcripti. 235
ad caput poſitus non ad pedes Chriſti. 236
prædictus à Prophetis, & figuratus. ibid.
cur appoſitus à Pilato. ibid. & 237
quaſi triumphalis arcus erectus, victoriam, & regnum Chriſti profitens. 238.239.240.241
continet innocentiam eius. ibid. & 239
Titulus Dijs excitari prohibitus in lege vet. 240
Cruce erectus tamquam loco ſacro. ibid.
rem venalem olim ſignificabat ſeruorum collo appenſus. ibid.
victimis in Capitolium deductis prælatus titulus ex Suet. 240.241
ad cuſtodiendam domum potentiſſimorum principum ſolitus titulus collocari. 241
libris etiam apponi. ibid.
Titulus in Cruce poſitus quadrupliciter Iudæos accuſabat. 11.92
Tobiæ pietas qua in re illuxerit. 3.37
Toga purpurea triumphantium veſtis apud Romanos. 10.125
Tollere, Latinis, & Græcis, quid. 9.9
Tollere peccata, multipliciter exponitur. ibid.
Topazij tres proprietates. 11.49.& 50
Ioanni Euang. adaptantur. ibid.
pro Torcularibus, Pſalmi multi inſcribuntur, & quare. 9.175
Torcular appellatur crux ab Iſa. 10.223.
Torques aureus meritorum ſplendorẽ denotat. 15.25
Traglodita circumcidebantur. 450
mortuum cum iocis mandabant terræ. 13.4
Tremuit terra in reſurrectione Chriſti, & quare. 14. 76. 77.

Terræ-

Terræmotus buccina aduentus Dei. 77

Transfiguratio Chriſti.

Transfiguratio non intulit Chriſti vultui figuræ, aut coloris mutationem aliquam, ſed abſque vlla ſpeciei variatione reſplenduit. 8.62
Mons Thabor, non Libanus fuit. 31.& 40
Tres diſcipulos eligit præ alijs. 16.& 17
Tres ſolum, & quare. 24.& 25
in ſolitudinem eos ducit. 36
figuratus Dei filius ſemel in mente patris, & iterum in ventre matris. 41
diffigurauit ſe in Caluariæ monte. ibid.
gloriam continuit in ſuperiori animæ portione, ne in corpus efflueret. 42
Chriſti anima veluti carbunculus, & pyropus lapis. ibidem.
vti viator viatoris more indutus. ibid.
figuræ variæ in ſcripturis. 43 44
de morte loquitur. 13.74.75.76
poſt orationem transfiguratur. 58.89
Moyſem & Eliam illius teſtes eſſe voluit. 69. 70. 71. 72.
plures ob cauſas transfiguratur. 71
Dominus gloriæ à D.Paulo dicitur. 63
gloriam ſuam occultatam ſub velo ſacratæ humanitatis ſuæ aperuit. ibid.
vt corda hominum ad ſui amorem accenderet, voluit transfigurari. 64
poſt ieiunij tempus, & quare. 65
albis veſtibus, quia candor eſt lucis æternæ. ibid.
vti ſummus ſacerdos. ibid.
naturalem lanæ colorem veſtes eius retinuerunt, non artificioſum. 66
eius lux, & ſplendor oculos Apoſtolorum non offuſcauit, vti facies Moyſis Hebræos. 67
ſplendor à facie in veſtimenta deriuatus, quid ſignificet. 68
Tria ſunt, quæ in precio habentur, diuitiæ, honor, voluptas. 16.55
non tamen bona vera. ibid.
Tribuni & præfecti Caſtrorum albis veſtibus ante aquilam in Vitellij triumpho incedebant. ex Tacito. 10.108
Triginta, numerus ſacer. 10.17
eius myſteria. 18
triginta argenteis venditus Chriſtus. ibid.
& cur non pluris, neque minoris. 19
luctui dicatus numerus. ibid.
Trinitatis myſterium impenetrabile. 1, 3. & ſequ. & 6. 34.
varijs ſacræ Scripturæ locis comprobatur. 1. 31. & ſeqq. & 33. & ſeq.
item varijs modis à Gentilium ſapientibus inſinuatur. 1,49.& ſeq.
pluribus alijs ſacræ Scripturæ locis comprobatur, ibid.66. & ſeq.
item ſcriptorum Ethnicorum auctoritatibus. ibidem 71.
Trinitatis myſterium facilius perſuaderi poteſt hominibus, quam incarnationis. 2.4.& 5
Tripos aurea reti capta à Græciæ ſapientibus iubetur Deo conſecrari. 1.56
Triſoy principis inmanitas. ex Aeliano. 10.99
Triſtitia in pœnitentiæ ſacramento qualis eſſe debeat. 10.34.35
Tritorare, & arare, & penes quid in boue differãt. 8.8
in Triumphis præco, hominem te memento, clamabat. 2.31
Triumphales arcus Imperatoribus excipiendis ſignum vrbanitatis. 3.31
Triumphorum forma apud Romanos. 8.44
triumphi Chriſti ſpecies. ibid.
Triumphorum Romanorum veterum ſpecies. 15.31
Triumphantium apud Romanos conditio, & mos, ex Iſidor. 15.47.48
Triumphatores peracto triumpho dona largiebantur. 16.36
Trophæa Melchiadis me excitant, & in ſomnis quietem capere non ſinunt, Alcibiadis vox. 10.218
Tubalcain adinuenit artem fabrilem. 55.7
ex eo Iubal inuenit artem muſices. ibid.
Tunica inconſutilis Chriſto facta à B. Virgine adhuc paruulo. 10.216
creuit ipſo creſcente ex miraculo. ibid.
Tusbonis præfecti dictum, præfectum ſtantem mori oportere. 11.94
Turtur triſtitiæ gerit ſymbolum, ſuſpiria, & gemitus eius ſunt cantus, & vox. 3,88
Tutelaris Dei nomen gentiles proferre non audebant. 5.44
Tympano ex lupina pelle confecto inſonante, reliqua ex ouina pelle raueſcunt. 7.34

V

VAcuum nihil in rerum natura exiſtit. 2.33
Vacca ruſa quæ Deo immolabatur, figura Chriſti in Cruce morientis. 11. 84. 85
Valẽtini hæretici, & Apollinaris hæreſis, quid de carne Chriſti. 4.25
Varietas ſententiarum etiam in Chriſto fuit. 16.68
inter Mariam, & Martham, &c. inter Angelos ipſos. ibid.
M.Varronis præceptum paſtoribus circa canes alendos cuſtodes. 9.95
Vaticinia omnia Prophetarum in Chriſto ad litteram impleta. 14.34
Vberibus ſimilia bona æterna in firmitate, & perpetuitate. 8.53
Vbera Dei, quibus lactare promiſit Eccleſiam, duo, filius, & Spiritus ſanctus. 15.16
Vbiquitarum hæreſis de ſacramento damnata à Conc.Trid. 9.28
Vehitur quis naui, qua currente vectus quieſcit. 9. 43
Vela imaginibus ſanctorum cur apponantur. 4.1
Velamen honoris, aut religionis gratia ſemper adhibitum. 10.153
Vellicant genas Chriſti Iudæi in ſummum opprobrium. 10. 155
Vellus dicitur Virgo Maria Pſal. 71. & quomodo. 2. 48.
Velum cur capiti imponere ſint iuſſæ à D. Paulo feminæ. 1. 28.& ſeq.
Velum templi ſciſſum tempore mortis Chriſti. 11.112

duplex

duplex erat ex Ioſepho, & D. Paulo, & qualis illa. ibid.
Velum vtrumque ſciſſum. 122.115
quid ſignificetur. ibid.
erat quaſi quoddam veſtimentum templi ſciſſum ob luctum. 113
Venæ ex ſanguinis copia tumeſcunt. 12.14
Venatoris Chriſtus, & piſcatoris munus exercuit. 22. 41.
Veneficorum verba inualida contra baſiliſcos. 2.114
Venenum in India quibuſdam hominibus cibus eſt. 9. 141.
Venena quædam præſcripto temporis ſpatio nocent. 142.
Venenum ſerpentis contrarium electro. 15.118
Venter & viſcera B. Mariæ, vti vitrum ſolis radijs percuſſum, & illuſtratum. 133
Venter Deus guloſorum ex D. Paulo. 9 76
Ventris inglouies damna quæ afferat. 9 80
Venti à natura dati ob commercium humanum, & rerum permutationem. ex Seneca. 16.18
Venus planeta beneuolus, in piſcibus regnat, ſed in Virgine regnum amittit, ex Ptol. 15.51
Veneris ſtatua collocata ab idololatris in eo loco, vbi crux fita erat ad memoriam eius abolendam. 10. 255.
Verba cordis vmbra, ex Democr. 15.114
pauca, & matura, prudentiam ſignificãt, multa ſtultitiam. ibid.
Verba habent aerem pro ſubiecto, & per eum nobis communicantur cogitationes alterius hominis. 16. 30.
Verberum quadraginta numerus in lege vet. pœna Aegyptiorum. 10 115
Verbera & tintinnabula ante pompam triumphi portabant Romani, & quare. ex Sambuc. 16.56
de Verbo quot virtutes alferat Ioannes. 3.4
Verbum diuinum coæternum eſt patri. 3.6
Verbi natiuitas à creaturarum natiuitate differt. 7
generatur ab intellectu patris. 7
ſcriptis comparatur. 8
Verbi mentalis noſtri ab increato differentia. 9
à creato differt in plurimis. 3.9
conuenit in multis. 10
creati proprietates. ibid.
Verbi non filij nomen Ioannes in declaranda eius generatione vſus eſt, & quare. 10
Verbum Patri conſubſtantiale. 14
Verbum quater repetitur à Ioanne. ibid.
Verbum neceſſario ſimile eſt obiecto. ibid.
idea idearum eſt eorum, quæ in archiuio paterni intellectus conſiſtunt. 15
Verbum creatum in triplici ſtatu conſideratur. ibid.
item Verbum æternum in triplici ſtatu. 15
caro dicitur factum, & quare. 18.19
carnem ſumpſit, vt homines illuminaret. 23.24
Verbum diuinum cum Iacob luctatus in forma humana. 2.9
Verbum Dei pluuia voluntaria, & ſalutaris dicitur in Incarnatione. 2 47.48
Verbum Dei terminus eſt, & definitio Patris ex D. Greg. Naz. 2.72
Verbum diuinum Moyſes faciem Dei appellat. 6.55
Verbo Dei ſolo omnia creata exiſtentiam acceperunt. 21.1
virtus eius fœcundiſſima. ibid.
Verba ſeptem Chriſtus in Cruce protulit. 11.3
Verbo vocauit diſcipulos. ibid.
Verbo patrauit miracula. 3
Verbo facta Incarnatio Chriſti. ibid.
Verbum diuinum omnibus indifferenter prædicandum. 15.109
pluuiæ, & imbri ſimile debet eſſe. ibid. & 110
Verbum diuinum procedit à patre per viam intellectus, & ideo ſimilis ex vi ſuæ productionis. 16.7
Verbi diuini, & doctrinæ ſimilitudo. 2.25
Verbum euangelicæ prædicationis docet, & Spiritum ſanctum producere debet. 15.106
Verendorum nuditas poſt lapſum Adæ indecentiam quandam præſefert honeſtati repugnantem. 10. 201.
Veritas in iuramento neceſſaria. 5.57.58
Veritas carnis, & ſanguinis Chriſti in ſacramento probatur ex multis locis, contra hæreticos. 9. 27.
Veritas quędam quod euidenti ratione in ſeipſa comprobetur, & quod credibilis ſit, euidenter conuincatur, differunt. 14.37
Vermes terreſtres ſi minutiores, vermes tamen gignunt vberibus ſuis feminæ admouendo. 15.59
Vermiculus quidam draconis, ſeu ſerpentis ſpoliator dictus, eius natura. 3.70
Veronica mulier capitis velo detracto quo operiebatur, Chriſti ſudorem abſterſit. 10.187
an fuerit fœmina à ſanguinis fluxu a Chriſto liberata. ibid.
Veſpaſiano prodigium bouis occurrit. 4.47
Veſtium cultores erubeſcant. 8.66
Veſtibus precioſis indutus homo non eſt tanti faciendus. 66.& 67
Veſtimenta illuſtria redduntur à viro illuſtri, non è contra. 67
Veſtimentorum ornatus nimius à Deo punitus. ibid. & 68.
enunciant de homine ex Salom. 68
Veſtis purpurea Regum erat. 10.108
Veſtis alba prohibita reis. ibid.
Præfecti caſtrorum, & tribuni ante aquilam ea induebantur. ibid.
Veſtimentum & tunicæ pelliceæ manifeſtum peccati indicium. 3.69
Veſtimenta Chriſti ſciſſa plura ſignificant. 10. 216. 217.
Veſtes byſſinæ apud Aegyptios ſolis ſacerdotibus conceſſæ. 15.29
Veſtigia Chriſti ſequi debet qui cælum conſcendere cupit. 15.68
Veſtigia aſcendentis remanſerunt impreſſa in lapide. ibid.
Vexilla antiquorum inſignita aliqua re nobili. 11.13
Hebræorum quatuor, opera Chriſti admirabilia indicabant. 15. 9.10
varia item Chriſti aſcendentis, & eorum magnificentiam. 15.27
Archangeli vexilliferi. ibid.
Viam nouã nobis Chriſtus aperuit ex D. Paul. 15.73

Via-

Viatores in aceruum ſtatuæ Mercurij lapides conijciebant. 8.21
Victimæ apud Hebræos, & alias gentes coronatæ immolabantur. 10.136.137
Victimis in Capitolium deductis titulus apponi ſolitus. ex Suet. 10.241
Victoria Chriſti aſcendentis, vndique glorioſa, & admirabilia. 15.24
Victores apud Romanos duobus ornamentis honeſtati. 8.58
lauro coronabantur cum ad propria remeabant. 10.137.
Victores in Olympiacis ludis coronati. ibid.
hoſtium arma in gloriam ſuam geſtabant. 10.138
apud Romanos Ioui coronas dicabant. 14.46
Vidua, quæ aluit Eliam, figura Eccleſiæ catholicæ. 9.124.
Vigilantiam Dei Aegyptij ſceptro oculo in ſummitate inſignito deſignabant. 1.17
Vilibus veſtibus indui iubet S. Franciſcus fratres ſuos ad normam Chriſti. 10.215
Vinctus vnus dimittebatur in paſchate ob memoriã beneficij liberationis ab Aegypti ſeruitute. 10.110
Vindicta Dei tarda, ac lenta eſt. 2.102.103
Vindicta Lycurgi: prouerbium, ex Plut. 7.34
Vineæ Engaddi floruerunt nocte natiuitatis Chriſti. 8.56
item fructum produxerunt. ibid.
Vinea vnitatis ſymbolum ex Cant. & quomodo. 9.53
Vinum ſtillatum apud Mich. 2.48.
Vino ſimilia ſunt bona temporalia ſua breuitate, & inconſtantia. 8.52. & 53
Vinum in ſacris Scripturis improbatur. 9.101
Vinum datum hominibus ad proprium ipſorum ſupplicium. ex Plat. 9.101
populo aquæ inopia laboranti cur Deus non dedit vinum. ibid.
Vinum quod datur à Chriſto in ſacramento, ad puritatem, & virginitatem inducit. 102
Vinum iræ diuinæ ſymbolum. 12.14
Vinum myrrhatum, id eſt amariſſimum Chriſto propinatum. 10.197
pocula duo ei oblata diſtincta. ibid.
damnatis ad mortem vinum eos confortans dabatur, ex Prou. 198
item thuris, & myrrhæ granum, vt ſurriperetur vſus rationis. 198
Vinum damnatorum, id eſt optimum apud Amos. 199.
differt à vino murrhino, vel mutinola, ex Non. ibidem.
Viperis conditis veſcuntur quidam homines, quarum eſu vitam in longius tempus trahunt. 9.141. ex Dioſcor.
in Arabia non ſunt tabificæ. ibid.
Vir equo inſidens purpureo, apud Zachar. figura Chriſti incarnationis. 2.17
Vir nomen Chriſti, in Script. 10.13
Vir per antonomaſiam Chriſtus in Scripturis. 16.22
Virgæ Moyſis inſcriptum nomen Iehoua per quod faciebat miracula, ex Doct. Hebr. 3.53
in horto Iethro nata, & à ſolo Moyſe auulſa. ex Abul. ibid.
Virga Aaronis, quæ floruit, amygdalina fuit. 14.8
figura reſurrectionis. ibid.
Virga ab Aſſuero Reginæ Eſther extenſa amoris ſignum. 15.93
M. Virgo vitro ſimilis à ſole percuſſo, ſed non fracto. 3.33
nauis ope immenſa onuſta. ibid.
conchyle maritimum vnione Verbi patris filium geſtans. ibid.
ipſa ſola fructum optatiſſimum legit, & continuit in ſe, alij patres odorem futuri fructus, & florem. 35
aqua Bethlehem deſiderata à Dauide. 36
ciſterna Spiritus ſancti. ibid.
Arca fœderis Domini. ibid.
Myrtetum. 42
in partu non emiſit ſecundinas ſicut ceteræ parturientes. 63
obſtetricis miniſterio opus non habuit. 64
ſed ipſa omnia officia filio nato exhibuit. ibid.
cur lactaſſe illum non ſcribatur. 68
lac an fuerit naturale, vel miraculoſum. ibid.
peperit ſine læſione virginitatis. 3.61
B. Virgo alcyon quædam cæleſtis. 3.90
ſignum veræ pacis inter Deum, & homines generans Chriſtum. 92
circumciſioni Chriſti interfuit. 4.52
ſeruauit particulam præputij ablatam Chriſto vſque ad mortem ſuam. 53
Ieſu nomen impoſuit, & quomodo. 5.23
aſtitit flagellationi Chriſti. 10.120
mulier appellatur à Chriſto in Cruce pendente, & quare non mater. 11.43. & ſeq.
vulnus animæ eius illatum dum audit, Ecce filius tuus; & ſolamen doloris. 45
Ioannes eius filius effectus adoptiuus, & qualis. 47
pars præcipua totius patrimonij Chriſti, legata D. Ioanni. 50
prior ceteris vidit Chriſtum poſt reſurrectionem. 14.47. & 48.
& per Angelum Gabrielem eidem reuelata. ex Greg. ibid.
Maria lætata eſt ob Chriſti aſcenſionem. 15.75
eam numquam incredulitatis ventus tetigit. 15.90
Virtutis templum, & honoris apud Romanos. 8.22.
ad honoris templum non niſi per virtutes tranſire licebat. ibid.
Virtutes, in Angelorum choris. 15.53
Vitæ in Chriſto differentia multiplex: alia diuina, alia vita gratiæ vnionis, alia beatifica, & glorioſa, &c. 7.27
Vita Chriſti quoddam mirabile Miſſæ ſacrificium Deo oblatum. 11.70
Vita Chriſti, & miracula omnia probata à Chriſto per loca ſacræ Scripturæ. 14.13.34
Vita Chriſti, vt liber calamo velociter ſcribentis conſcriptus. 15.76
Vita quid. 9.135
contraria morti. ibid.
Vita functi non comedunt, ſed comeduntur à vermibus, & deuorantur à terra. 14.36
Vitæ militum ſollicitus dux eſſe debet. 15.66

Vitæ ſolitariæ fructus. 8.39
Vitæ beatæ, & cæleſtis varia nomina, & epitheta. 8. 47. & 48.
Vita beata bona omnia complectitur, & bonis terrenis omnibus comparatur. 8.57
Vitellij conuiuium lautiſſimum. 9.76
Vitis tres propagines habens per ſomnium pincernæ Pharaonis oſtenſa Trinitatis myſterium egregie innuit. 1.50
Vitium eo peius eſt, quo altiori, & excellentiori virtuti opponitur. 5.59
Vitia principum concionator debet increpare, & quare. 15.110
Vitrum radijs ſolaribus percuſſum, non fractum, ſed exornatum, Virginis Mariæ ſymbolum. 3.33
Vitta, ligamen circa caput antiquis. 16.69
Vitulus cõfractus à Moyſe, & ad bibendũ datus Iſraelitis, oſtendit, illum non eſſe Deum. 9.22
Vitulus aureus cur à Moyſe propinatus Hebræis. 9. 98.
Vltor Deus, & vltionum Deus. 2.111.112
Vltores iniuriarum poſt longum tempus à Deo puniti. 11.14
Vlyſſes patriæ inuiſendæ cupidus. 15.76
Vmbris corporum ſimiles adulatores. 6.38
Vmbra à ſole ortum ducit ex interpoſitione media alicuius corporis opaci. 14.27
longior & breuior quomodo fiat. ibid.
Vnanimitas inter fratres maximi eſt momenti. 16.59.
vtilis omnibus. 61
Vnctus oleo lætitiæ Chriſtus, quid ſignificet. 5.53
Vnguinis cedrini vis eſt, vt corpora eo perfuſa conſeruentur. ex Plin. 13.5
Vnicornis à venatoribus deluditur, oppoſita ei virgine decora. 3.62
Vnicornis facit aquas veneno immunes ſui cornu tactu. 7.13
Vnigenitus Dei filius quare dicatur. 16.5
Vnio facta inter Deum, & hominem, maior ſeparatione facta per culpam. 3.20
videtur maior vnione perſonarum diuinarum, ibidem.
Vnio carnis Chriſti cum anima, & carne recipientis eſt, quaſi ſemen, & pignus æternæ gloriæ. 9.33
Vnio fidelium cum Chriſto per ſacramentum Euchariſtiæ. 9. 120. duplex. 121
qualis vnio. ibid.
Vnio, & gemmam, & concordiam ſignificat. 16.63
Vnionis dos omnis eſt in candore. ex Plin. ibid.
Vnitas in Deo quomodo probetur à D.Thom. 1.61
item ab Auctore. 1.63
diuerſis rationibus à diuerſis probatur. ibid.64
Vnitas inter fratres duplex, 16.61. qualis. 64
Vocationis beneficium diuinum commune omnibus. 15. 87.
Vocatus à competente Iudice reſpondere debet ex lege, Inter. 15.88
pœna contra non reſpondentem. ibid.
Vocat Deus nos, & quomodo. 89
Vocat Deus gentes diuerſimode. ex D.Bern. 6.34
Vox Dei clamantis, & admonentis miſericordiæ eius apertum argumentum. 2.102
dura audiebatur ante incarnationem, ſuauis vero poſtea. 3.23
diuinæ virtus, & fœcunditas. 16.50
Vocis eiuſdem mutatio, quoad ſignificationem ſæpe in paucis verbis ſacræ Scripturæ. 9.4
Volucres, & animantia cetera ad propria domicilia redire delectantur. 15.76
Voluntas productiua Spiritus ſancti concors eſt, & vnanimis, & ideo vna in patre, & filio. 16.5
Voluntas animæ humanæ venter, ex D. Greg. 16.51
Voluntarie Chriſtus deſcendit, & oblatus eſt. 2.46
Voluntaria pluuia à Dauide dicitur. ibid.
Vrbanus Quartus ſtatuit feſtum ſolemne ſacramenti Euchariſtiæ. 9.152
rite facta, & celebratur. 153.154
Vrias ferens litteras ad Ioab, & occiſus, figura Chriſti, & quomodo. 41
Vrſus valde delectatur melle. 4.26
Vſum aſſiduũ ſacramenti Euchariſtiæ qui damnant, ab Aug. damnantur. 9.160
Vtilius nihil Chriſto, & omni vita eius. 10.62
ergo iniuſta accuſatio Hebræorum. ibid.
Vulnus lateri Chriſti poſt mortem eius illatum contra hæreticos. 12.1
definitum in Conc. Viennenſi. ibid.
ſolus Ioannes Euang. de eo meminit. ibid. & 2.
locus eſt ſpiritualis noſtræ regenerationis. 10
oſtendit amorem Chriſti erga genus humanum. 11
aliæ cauſæ. 14
vt ex eo ſacramenta Eccleſiæ fluerent. 12
fons appellatur à Zach. 13
ſanguis, & aqua exiuit, quid. 15. & 16
eia duo philiarum myſticarum genera adhærent. 9 104.
plagas & cicatrices veras Chriſtus poſt reſurrectionem geſtare voluit. 14.81
& quare. 80
quinque ſunt. 83
Vulnera militum curare debet dux. 15.66
Vulpinæ duplicitati, & aſtutiæ opponitur columbæ ſimplicitas. 7.35.36
Vxores Senatorum vinum bibentes habebantur infames apud Romanos. 9.101
Vxoris Loth ſtatua in ſalem conuerſæ integra adhuc perſeuerat, etſi à viatoribus diminuatur. ex Tertul. 15.68.

X

XEnodochia quædam pro curandis infirmis conſtructa ex ingenti pecunia reperta in Dauidis ſepulchro. 13.8

Z

ZElotypiæ potio in lege veteri. 7.14
ſimilis fonti in Sardinia. ibid.
Zelotypiæ diuinæ amatores à Deo honorati. 8.72
Zeli Eliæ magna opinio apud Hebræos concepta. 72
Zenonis Athenienſis liberalitas. 8.81
Zeuxis, & Parrhaſij certamen in pingendo. 9.46

F I N I S.

Corrección errorum, in qua primus numerus paginam, ſecundus lineam deſignat: primum vero verbum errorem, ſecundum correctionem eius indicat.

DE TRINITATE. LIB. I.

4.33.*preſterea præteren* 4.44 *illarum illorum* 10.7.*ceteris ceteras* 13.3.*vera vero* 25.45.*cogitantibus cogitantibus* 17.29.*errent, non errent* 17.34 *errabunt, non errabunt* 17.46 *partes portas* 26 62 *hac hanc* 36.25.*in* & 37.6.*myſterij myſterijs* 39.13.& dele 40.17.*rigeat vigeat* 63.50.*voluntatatem voluntatem* 65.14.*nos vos* 70.98.*orbes orbis.*

DE INCARNATIONE LIB. II.

9.51.*tum tunc* 12.34.*eſſe eſſet* 16.2.*exuluuit florebit* 18.44 *affectum affectuum* 37.42.*ex eſt* 37.50.*Y* dele 40.59.*corripiens arripiens* 44.62.*tum tum* 50.16.*metella metalla* 56 59.*vox vos* 63.46.*ſuis ſui* 65.4.*deſcrimen diſcrimen* 69.44.*præpoſita propoſitæ.* 72.14.*demiſit demiſit* 73.59 *humana humana* 84.60.*remedij remedijs* 87 29 *hoc hos* 92.18.*inhibitam imbibitam* 96 63 *ſunt ſuum* 102.23.*non* dele 105.16 *Potentis tua* 105.23.*compendioſus compendioſius* 109.19.*contingit contigit* 119.55.*dominatur dominatur.*

DE NATIVITATE LIB. III.

9.17.*profert præfert* 14.24.*intellectu intellectum* 25.15.*ſpectabo expectabo* 58.19.*vnigenitum vnigenitus* 64.55.*lenare lauare.* 66.60.*ſi ſic ſed* 89.19.*me mihi.*

DE CIRCVMCISIONE LIB. IV.

30.43.*in Patre. cum Patre* 17.58.*placeret placaret* 18.45.*ſumu præmoneretur, ſame præmeretur* 19.46: *vel vt* 33.5.*Dauid Paulus* 49.46.*inſtitute inſtictu* 50.43 *hic bi* 54.18.*modo modus* 56.58 *primum primam.*

DE NOMINE IESV LIB. V.

6.27.*ſola ſolo* 7.47.*periuret, non periuret* 8.15.*deumas adamas* 9.1.*ad ab* 17.1.*Patris Patri* 23.59.*terra terram* 29.5.*deamante adamante* 30.29.*filij filium* 32.14. *Id* dele 32.37.*perpendit pependit* 49.25.*exhiberet exhiberet* 51.38.*dixerat dixit* 60.22.*eſſet eſt.*

DE EPIPHANIA LIB. VI.

9.31.*dictioni ditioni* 10 28 *Pſal.* 2. *Malach.* 3. 24.41 *fuerint fugrant* 25.64.*deſgeſſeris degeſeris* 27.38.*illa illam* 31.7.*tum tamen* 33.53.*circumdari circumdatum* 40.6.*confirmet conſermet* 42.42.*erigeret erigeretur.*

DE BAPTISMO LIB. VII.

16.58.*forma forma* 17.37.*complaui complacuit* 19.34 *diuertiere diuertere* 19.45.*maiori maior* 21.38.*natus naſtus* 23.61.*iter itur.* 24.34.*non* dele 44.28.*quo quia.*

DE TRANSFIGVRATIONE LIB. VIII.

12.28.& *vt* 21.36 *gloria gratia* 26.32.*iam dixerat, etiam dixit* 31.8.*peccauit peccaret* 33.2.*eius ſue* 37.24.*fugens fungens* 48.18 *Iſaia* 94.*Iſaia* 64. 78.51.*antecedentis antecedentis* 90 21 *aliquo aliquo* 96.47.*primi prime* 99.6.*ſpe ſpes.*

DE EVCHARISTIA LIB. IX.

18.39.*oſtium, et tuum* 40.36.*fabricatus fabricatum* 46 23.*Chriſto Chriſti* 48.22.*vbius talbus* 74.6.*duabus duobus* 80.28 *callida calida* 83.38.*illuminat eliminat* 105.50.*quod illa, quę illud* 110.12.*alteris altaris* 114.45.*optime optimo* 119.1 *illiſtium eliſium* 121.39.*ad* & 131.11 *indicabit indicauit* 138 53 *panes paris* 140 47.*reformauit reformabit* 140.48.*charitatis claritatis* 171.40 *manus manu* 172.19.*optauiſſe optauiſſe* 180.37 *abolendus abolendus* 189.8.*Chriſtoſeri Chriſtoferi* 192.53.*meus mei* 197.25.*deminuat diminuat* 213.1.*architectura architectura.*

DE PASSIONE LIB. X.

9.14.*vos et* 9.43 *euolat euolant* 21.44.*alteriereq altiorq* 29.7.*hac hac* 33.42.*idem* 34.15.*Dino de* 59.2.*cautum cautum* 59.24.*vulnus vulnere* 59.41 *gladium gladio* 63.47.*captiuum captiuam* 75.49.*ſpectans expectans* 76.37.*afflatu afflatu.* 80.61.*manibus manibus* 93 26 *perit perit* 95.46 *manerent manarent* 115.26.*diebus dierum* 124 39.*non* dele 134.48 *mors mors* 144.9.*ſenſibus ſentibus* 149.7 *Geneſeos Exodi* 150 30.*ſomnum ſomnium* 152.16 *repetentes repetentium* 165.2 *dis vijs* 174.53.*quoſque quouſque* 187.34 *prope propitia* 188.37.*quippe qui, quippe qua* 188.47.*quorum quarum* 192.10.*quidem quidem* 100.25.*benedicit benedicet* 202.12.*exterior interior* 204.2.*in* dele 213.1.*animaduertant animaduerterant* 213.35.*primo primi* 220.32.*tuum tunc.*

DE SEPTEM VERBIS LIB. XI.

6.30.*claritatem charitatem* 21.38.*videndi deſtruendi* 21 4 6.*niſtus iuſtus* 26.10.*mutare mutuare* 30.1.*dilectus delectus* 52 31.*dedi [illegible]* 91.60 *magnus manus* 94.40 *partu parte* 94 43 *reſpicere reſpiceret* 110.15.*amboſq. amboq.* 130 59.*finduntur ſcinduntur* 108.26.*Quarta Quinta* 111.37.*Quinta Sexta* 118.38.*Diuus Greg. Venerab. Beda* 130.47.*teſter teſte* 136.32.*ab ob* 152.51 *agere alligere.*

DE VVLNERE LATERIS LIB. XII.

4.9.*plurimas plurimes* 5.41.*ad à* 9.41.*qua quia.*

DE SEPVLTVRA CHRISTI LIB. XIII. erroribus caret.

DE RESVRRECTIONE LIB. XIV.

2.27 *meum mecum* 4.*Lib* 16 *c.* 116. *Lib.* 12.*c.* 15. 25.59 *eodemque eidemque* 33.19.*fuerat fuerant* 34.11.*eſam eſcam* 48.13.*Euangeliſta Euangeliſta* 64.46.*volent vellent* 87.27.*ad ac.*

DE ASCENSIONE LIB. XV.

18 49 *aquila aquila* 28 58 *deſcens deſert* 42.49.*à ſuo loco, ſup loco* 82.6.*charitatis claritatis* 82.50.*[illegible] cernens* 87.36.*auditu auditu ibid. manum manuum* 102 27 *vt vi* 115.11 *claritate charitate ibid.* 39 *ad illam ad illum.*

DE SPIRITV SANCTO LIB. XVI.

37.44.*lapidum lapidem* 37 54.*tum tunc* 60.57.*duxerunt duxerunt* 69.34.[illegible] 30.*argentum.*

Digitized by Google